Universidad de Deusto
Biblioteca

SYLVESTER

SUMMA SUMMARUM

1-2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

SYLVESTRINAE

Summæ, quæ Summa Summarum meritò nuncupatur, Pars Prima,

Ab Reuerendo patre SYLVESTRO Prierate, absolutissimo Theologo, ex sacra Prædicatorum familia, sacri Palatij magistro dignissimo edita. Cum argumentis huic postremæ editioni additis, ac INDICE bipartito, qui, vti Summa, bipartitus est.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

En tibi renascitur, sed tuo summo bono, Lector Christiane, Summa hæc SYLVESTRINA. *Nam præter innumeros locos mutilatos & confusos, qui à nobis summa diligentia restituti sunt, Argumẽta quoq; singulis titulis præfixa, tibi summoperè profutura exhibemus.*

FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO

SOCIETATIS IESV BIBLIOTHECA COLLEGII LAUSANNENSIS

Lugduni,
APVD IACOBVM DE MILLIS,
M. D. L II.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SANCTISSIMO D. LEONI PONTI. MAXIM.

FRATER SYLVESTER DE PRIERIO EX PRAEDICATORUM ordine vitæ regularis, congregationis Lombardiæ, perpetuam felicitatem.

BEATISSIME Pater æternum uiue & felix. Titus ille urbis, atque adeò terrarum orbis deliciæ, ut primum genitorem ad Romani usque principatus resciuit prosiliſſe fastigium, couſque memoratur lætitiæ proceſſiſſe: ut ea ceu immodica, pluſquam satis erat fibris præcordijs'que distentis: contractis uero e diuerſo neruis, quin totus plane dilanguerit, parum abfuiſſe credatur. Atqui multo mihi ſanè iucundius optatiuſ'muto nuper euenit: ut ne languidior modò, uerùm & exanimis effici poſſem: (quando & præ gaudio emoriuntur nonnulli) cum te, quem patris loco ſemper habuerim, non tam morales, quam genuina uirtus, quam etiam Deus optimus maximus'que ad id dignitatis euexit, quæ humanas omnes longe late'que anteiret. Et licet mentem noſtram immenſum penè gaudium titillarit: nil tamen detrimenti ea ratione attulit, quòd fuerit longè antè præuiſum. Ea quippe de te conceperam: ut ſi is honos, cuipiam egregiæ uirtutis uiro tibi unico pro meritis potiſſimum obueniret: cæterum aliorum nulli aut non adeo multis. Tale nanque de te iandudum ſpecimen dabas, ut tantæ indipiſcendæ dignitatis iam tum faceres fidem. Non enim putabam, uel cæcam fortunam (deos iuſtos taceo) aliam potuiſſe quam te, aut tui ſimilem ex multis deſorturi, qui cunctis morum ornamentis cunctis uirtutum fulgoribus præclaresceres: atque eo ſane maximè, quòd cùm in proſpectum atque ſub omnium oculos inſignem ob meritorum claritatem aſſurgeres: tibi tamen (quæ tua eſt humilitas) latitescebat, ſubſidebas'que. Inde mihi uſu euenire ſolet: ut quoties in tui memoriam incidiſſe contigerit. (Inclamus autem crebrò & honorificè,) Arce clai regis, haud hercle indignum opus totius in mentem uenitat. Is tradente Plutarcho, cùm quidam ex familiaribus paulò importunior, atque improbulus aureum quoddam poculum ab ſe audentius poſtulaſſet: puerum uſſit, altero, hoc eſt Euripidis tradere. Quod ſane dum audaculus ille præmodum miraretur: tu quidem (inquit rex) qui petas dignus es: Euripides autem, qui accipiat uel non petens. Pleriſque enim Pontifici hoc deus optantibus, imò forte (abſit iniuria uerbo) expectantibus: Chriſtianæ rei ſolliciter proſpiciens, ad hoc ipſum Chriſtus tuam ſanctitatem euocandam cenſuit: quæ honores ipſos hoc minus ambiebat, quo maximo cuique magis magis'que par erat. En tam ſibi prorſus placeat, gratuletur'que Chriſtiana religio: quòd cùm ſit nacta Pontificem, qui eum quo uis ueterum laudatiſſimo conferendus, id ſibi munus nullatenus deſumpſerit, ſed a Deo atque alter Aaron ſit electus: quique is ſit, in quo ſeruorum Dei ſpes ſit reposita: quem Vani homines ob morum portenta non ſubſannent. ad te enim quiſque ſuſpiciat non magis eccleſiæ antiſtitem, quam etiam ſpecimen totius bene beate'que uiuendi normæ, totius pudicitiæ ſplendorem. tanta quippe ex ſupremo illo tuæ ſanctitatis throno claritas dirutilat, ut ſpectantium oculos facile perſtringat. Non irridigo amori meo: non omnium iudicio blandior Pontifex: nota cunctis, & teſtata loquor: nihil damus auribus tuis: adulationes Græculas odimus ſemper: uera & ſolida eſt gloria tua: quod animus de te ſentit, lingua depromit: neque aliter laudauerim: quàm probem: atque utinam eſſet is meæ mentis captus, ut pro meritis tuis de te ſentirem: utinam ea dicendi uis, ut exprimere aliquando poſſem, quod ſemper ſentio. Scio, quæ de te concepi, infinitum ſubſidere infra faſtigia celſitudinis tuæ: ſcias & tu quæcunque loquamur, longè eſſe minora ijs, quæ concepimus: tam deeſſe ſciat animo uerba, quàm rebus animus deeſt. Et cùm tam multis unus abundes: ut in quorum egregijs innumeriſque laudibus habeant eloquentiſſimi ut liberrimè poſſint uelut in patentibus campis expatiari: ubi uel totos facundiæ neruos contendant: quid ex omni uirtutum conſummatiſſimi hominis aceruo potiſſimum deligam, non occurrit: nam ſi quid tibi ſpeciatim tribuam, uideor non habuiſſe rationem reliquæ multitudinis. Itaque explorata diligenter trutina, nihil magis placet quam felicem appellare te, in quem natura & Deus ſuorum munerum ſinum prorſus effuderunt. Verùm & hoc proſequendum fortunoribus concedimus: quando id ſilentio potius quàm infirmo ſermone obeundum eſt. Habeat igitur tam Chriſtianus populus non Chriſto tantùm, ſed & dominis Cardinalibus immortales gratias: qui iam nunc proculdubio tam bene ſenſere, quàm qui unquam optime: qui ſuâ tandē ſplendorē Romanæ eccleſiæ reddidere te uno electo in pontificem cui non amplius ex pontificatu, quàm pontificatui ex ipſo accedat honeſtamenti: qui ampliſſimè auguſtam purpuram impleat: in quo quicquid ex multa ætate de uiris unquam clariſſ. fidei prædicatum, non iam amplius deſideretur: in quo poſtremò omnia ueluti ſingula ſumma reperiantur, quæ ab optimo, præſtantiſſimoq; Pont. expectanda ſorent: gratuletur & ſibi purpureus ſenatus: cui ratio iam conſtet collati ſuffragij: quem nunquam iudicij paniteat. Nec uereatur, ne ſub ſtemmatis pondere anheles, fulgore caliges nimio. Cæterum, B.P. cùm homo ſis omnibus numeris abſolutiſſimus, tuarum uirtutum cumulo non deſunt eruditio ſingularis, miraq; morum facilitas, quarum auſpicijs freti bonarum artium uel tyrones, non dubium quin & emeriti, iam conari quicquam ualeant: rudemq; inſcitiam, ac tetram barbariem tuo nomine implorato, è medio tollere: ut ſtudioſus quiſque ab omni prorſus inuuria, atque indignitate uindicetur: de quorum grege eiam licet extremus, non tamen nullus ſortè ſim ſimulis actus tuæ benignitatis qualecunque & ipſe procudi opuſculum: cumq; non ultra poſſet ignieulus mei erga te amoris ſupprimiſn lucem libellus prodijt cùm animi noſtri ſtudiorumq; erga te meorum teſtis, tum etiam lætitiæ conceptæ profeſſor ac propalator te ipſum adijt, B.P. non tam certè ut tu ipſo, quàm ut te ipſe donetur. Is Summa quædam eſt Sylueſtrina, ſi lubet nuncupata. Poſtea enim quam Summæ quæ Piſanella inſcribitur. Antonina primùm, mox Supplementum: ac tandem Angelica & Roſella ſuccedere, in difficultates tum primum graues, inextricabilesq; ambages Chriſti ſacerdotes prorueruntur: pereurrendi uidelicet compluſcula uolumina, interq; repugnantes ſententias diiudicandi. Quamobrem confratrum meorum ſuaſio, & orationum fidentia eò nos perpulere, quo id opus aggrederemur: in quo omnia quæ hoc decennæ genere priſci docuere complecteremur, ad eruditionem, nō ad luxorem citatis roborum compugnantium: ut ſelecta ueritate, falſitateque reiecta, animarum ſalus & uberius & ſalubrius curaretur. Vnde etiam aliquo modo uel tuo ſacratiſſimo nomini celebritas, uel noſtris temporibus claritas, uel ſtudioſis etiam hominibus utilitas pariatur: & anxijs, obnubilatisq; mentibus nonnihil ſorte luminis oboriatur: ac niſi me dulciſſimus amor ſuſcepti laboris fallit, is eſt libellus hic noſter, qui nec ab eruditis forſitan reſpuatur: ex quo uelut è theſauro diuinæ proferentur: ut magna ex parte ſtudioſa iuuentutis quædam uelut inopia reueletur: ac tum denique puto quiuis intelliget, quam multis iſta mihi lucubrationibus conſtiterint. Nec autem uendito iſta tibi dum ſic modico nec mihi referri ob ea gratiam quaro: ſed abunde relatam putabo, ſi placuerit ex me tibi non dicam res ipſa, ſed animus. Oratam uerò B.T. uelim rara illa ſua benignitate, qua nihil antiquius quàm & hoſtes ipſos amplecti ducis, non aſpernetur obſequentem: uerùm rem perexiguam comiter excipiat cui uel ipſa experientia compertiſſimum eſt, æque regium & magnificum eſſe & præſtare magna, & parua ſereua fronte ſuſcipere. Quale' ſibi diu ſeruari ipſe Chriſtianusq; populus comprecamur.

Bene ualeat

S. P. T.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VOD quæuis, ut aliquò perueniatur, ratio compendiosior fuerit, eò iucundior acceptiorq; mortalibus prolixiora exosis conuincitur. Qua in re ij dubio procul non modicam ab optimis quibusque ablatu vj laudem putãdi sunt, qui suis nõ parcẽtes sudoribus in communem utilitatem quadpiam, quæquam tenue, adferre moliuntur, quo reliqui labore, ac tædio leuatos se sentiant. Quod tametsi in humanis commune est, quàm ut probari oporteat: id maximè uerum existimem in ijs, quæ hominem ad suum ipsius finem, immortalem uidelicet uitam, breui quopiam itinere dirigunt. Atq; id eò magis, quò spiritus corpore præstantior creditur, quoq; ipsa illa immortalis æternitas, ac æterna immortalitas longissima posti se intercapedine, hæc inferiora, quæ generi mortalium bona falsò dicuntur, relinquit. Quocirca nõ in postremis locandus erit noster iste Syluester Prieras, qui sua industria reliquos pene omnes, quod ad hoc scribendi genus attinet, facilè superauit. Illi nanque Summis editis, è libris Theologorum, dictis sanctorum, capitibus Decretorum & Decretalium, ac etiam (quod deterius fuit) sacrorum Bibliorum textibus non sanè intellectis, ansam non paucis præbuere, qua in difficultatum quendam labyrinthum considerent, tot ambagibus implexum, ut inde uix extricati sese possent eruere. Noster autẽ hic Prieras conscientijs inuectas tanta luce discussit nebulas, laqueosq; animarum ueluti pedibus prætectos sic dissoluit, ut nunc à falsis, quæ uera sunt discernere, atq; etiam leui nixu de cunctis dijudicare ualeant, nedum eruditissimi quiq; uerùm & mediocriter docti. Quod facinus quantò egregium magis atq; laudabilius fuit, tantò deplorandã magis eorum incuria, dicamne, an uecordia, qui formulis Scriptorum monimenta mandant. Alit si quidem, cùm & pro artis liberalitate literas, ac literatos amare debuissent, præpostero ducti genio, eruditos cane peius & angue (dolens heu refero) emendatores oderunt, quòd, uti reor, moribus sint dissimilibus: ijsdemq; infensi, atq; adeò inuisi tandiu esse pergunt, quandiu suæ uesaniæ obsequentes non uident. Quò efficitur, ut doctissimus quisque, cùm huc uentum est, animo reputans integrum minimè, ac tutum bono uiro talibus conuiuere lauernionibus: aut conniuere ad tempus cogitur, aut quàm primùm pedẽ referre meditatur, atq; tandem fugam inire compellitur. Idq; in causa est, ut libri plerunq; ab officinis non usquequaq; cõpti, nitidi, aut emendati, sed putidi potius, mutili, & (ut breui id, quod res est, cõplectar) corrupti, inemendatiq; prodeant: & quod studiosi solatio esse debuit, id ad cruciatum magis facit. Quod discrimen noster hic Prieras, quemadmodum nec cæteri disciplinarum authores, euadere nequiuit: qui cum ob crebras emissiones castigatior subinde fieri debuisset, diuersum quiddam passus, deturpatior (flagitium) & scuriorq; effectus est, usqueadeò ut, si reuiuiscere contingat, uix sese agnaturum putẽ: atque ni manus medica ei maturè admota fuisset, comploratum breui conclamatumq; iri autumem. Quod uerò ipsi nostro labore accesserit, lectoris iudicium esto. Quanti equidem mihi constiterit, probè noui, atq; mihi cõscius sum, quem hoc laboris deuorare oportuit. Ego enim Augiæ bubile, & si non omne, pro mea certè uirili conatus sum submouere. Equidem si res ipsa in disceptationem uenerit, & si non uicero prorsus, non arbitror tamen penitus me causa casurum, modò non fuerint iudices causæ meæ iniquiores. Quos interim monitos uolo, eandem penè agri colendi, librorumq; eudendorum esse rationem. Quemadmodum enim illic si paululùm runcandi, sarriendiq; laborem intermittas, illicò uniuersarubis, sentibus, lolioq; obducuntur: ita si hic uel minimùm castigationis lima cessauerit, cuncta statim mendarum, portentorumq; mulibus multis uideas scaturire. Habes, igitur Christiane Lector, hac postrema editione Prieratem tuum tum castigatius differentem, tum formulis non paulò elegantioribus, quàm hactenus, tum etiam Argumentis illustratiorem factum. Idq; Bibliopolarũ, de studiosis bene mereri cupientiũ diligentiæ acceptũ feras æquum puta. Ii nẽpe, quũ literarũ nõ uulgari polleant peritia, artemq; Typographicã exactè calleant, nõ laboribus, non etiam rei familiari parcendũ duxerũt, quò Scriptorum monimẽta ab situ eariecq; eruant, & á tineis ac blattis uindicent: operæ pretiũ, idq; præclarum rati, hisce conatibus rem literariam pro sua uirili promouere: longè ijs dissimiles, qui solum quæstum unbiantes, probos quosque authores indignè tractant, imò conspurcant, quantus iteris debeatur honos ignari, quòd scilicet harum penitus sint expertes. Grato proinde animo, quod larga ac liberali manu tibi offertur, si susceperis, curruentibus, grauioraq; molientibus Bibliopolis nostris calcar addes. Boni consule, fruere, ac Vale.

SYLVESTRINA SVMMA INCIPIT, ID EST, quarumlibet Summarum moralium Summa, Per reuerendũ Sacræ paginæ professorem, fratrẽ SYLVESTRVM de Prierio, ordinis Prædicatorum, congregationis Lombardiæ.

ARGVMENTVM.

Syluestrinam summam ceu paruulam omnium frugiferarum arborum syluam: quippe quæ omnium moralium Summarum opiniones, atque sententias complectatur: præcipuè verò Pisanæ in primis, ac Antoninæ, & Supplementi: demùm verò etiam Angelicæ atque Rosellæ: compugnantium nominibus citatis, & veritate propalatà: pro confessorum, cum otio, tum solatio nuper editam in lucem dedi. Qua ex re à Deo gloriam, à bonis gratiam, ab æmulis solita præmia præstolabor.

De Abbate.

1 *In Abbatem, nisi expressè professus, eligitur nemo: sed nec nouitius, quamlibet in Episcopum eligi queat. Adhæc & Sacerdos & annor. xxx. esse debet. Et num in dispositione cap. cum in cunctis. de elect. contineatur?*

2 *Abbas abs quo & unde eligatur? Cui item monasterio aut ecclesiæ, & an diuersis præfici queat?*

3 *Abbas electus abs quo & qua ratione confirmari, & benedici debeat?*

4 *Abbas quibus diebus benedictionem accipiat? & ea accepta, quid consecutus dicatur? Pro benedictione autem Episcopus aliquid exigere canonicè nequit?*

5 *Abbas populo benedicere, certos ordines conferre, monachos à peccatis & censuris absoluere, cum monachis de irregularitate & votis dispensare, facultatem deorsum in cella una solis diuertendi concedere, monachos citra capituli consilium corrigere, & ob propriam iniuriam manifestariam in eosdem animaduertere potest. Et hæc qualiter accipienda sint?*

6 *Abbas monachum de peccatis Episcopo, eiusve pœnitentiarijs confiteri non prohibet: monachos non expellit: Collationi cuiuspiam prioratus onus nouum non imponit: Clericos in ecclesijs, in quas patronatus Ius habet, sine capituli sui consensu non præsentat: non liberatur & exceptioni citra Papæ permissum non renunciat, non temerè conuenit, aut committur: sed nec monacho alicuius rei plenam, & absolutam dispositionem priuatæ utilitatis causa concedat: quanquam peculij usum aliqua ratione concedere possit.*

7 *Abbas ultra monachos quatenus obligari, vel id minimè queat? Et idem populum habens, aut capellas populum habentes. synodum adire obstringitur. At statuto suo, sicuti nec ex contractu cum monacho suo, non obligatur.*

8 *Episcopo monachum alicui ecclesiæ præficere volente, reluctatur Abbas, utri monachus necessitatem parendi habeat?*

9 *Abbas calices, corporalia, & uestes benedicat? Et an transitum in aliam religionem concedat? Et num electos ac fugitiuos reducere teneatur? Bona item electi num ad ipsum pertineant? Et an sibi confessorem eligere: aut ipse in Episcopum eligi? item num aduersus Episcopum instituendi ad animarum curam Ius præscribere, & postremò in quibus dispensare possit? remissiue.*

ABBAS† debet primò esse professus 1
expressè: nouitius aũt eligi non pot in
Abbatẽ, etsi in episcopũ. extrà de elec.
c. nullus. lib. vj. ¶ Et secũdò debet esse
sacerdos. extra de ætat. & qualit. cap. j.
¶ Et tertiò xxv. annorum inceptorũ.
extrà de elect. cùm in cunctis. vbi hoc
tempus cuilibet dignitati acquirendæ
statuitur: licet specialiter mẽtio de Abbate nõ fiat: sed q; sub
illo c. cõprehendatur Abbas, tenet gl. in c. indẽnitatibus. post
princip. de elect. lib. vj. † Et quartò electus à monasterio cui 2
præficiẽdus est, & nõ ab episcopo. xxviij. q. ij. Abbatẽ. monasteriũ tñ, & monachorũ disciplina ptinet ad episcopũ diœcesanũ. xviij. q. ij. hoc tantùm in gl. qa ad eũm ptinet cura oĩs
diœcesis. ix. q. iij. c. ij. & hoc nisi sint exẽpti vel priuilegiati: vt
in c. cùm pſonæ. de priui. li. vj. Et de his infrà ti. Exẽptus. ¶ Et
quintò de eodẽ monasterio assumptus: nisi qñ idoneã pſonã
non haberet: quo casu eligi possit de alio. xviij. q. ij. quàm sit.
¶ Et sextò prælectũ tãtùm vni monasterio, vel ecclesiæ habẽtibus curã animarũ: nec põt prefici in diuersis, nisi vnũ monasteriũ, vel ecclesia depẽdeat ex alia, vel inuicẽ sint annexa. ex
trà de relig. domi. c. fi. de prebẽ. cũ singula. li. vj. ¶ Primò † ve- 3
rò quæritˉ Abbas qualiter, & à quo electus debeat cõfirmari,
& bñdici? Et dico q; si est exẽptus, confirmari debet p Papã,
vel Legatũ de latere, si quis est super illa, puinciatˉ in cap. si
Abbatem. de elect. lib. vj. in fine. etiam si, puinciã, & nõ legationẽ exiuisset, secundũ gl. ibi: sed si nõ est exẽptus, per episcopũ diœcesanũ confirmãdus est: vt not. Pan. in c. cùm monasteriũ. extrà de elec. imò etiã si Abbas, vel alius prælatus sit
exẽptus, secundũ eũ in c. j. de supplẽ. neglig. prela. vt referunt
aliqui: quod tñ falsum est simpliciter, vel saltẽ quo ad prælatos exẽptos habẽtes alios pſatos immediatos post Papam: vt
sunt Priores, & ministri, puinciales mẽdicãtiũ: sed de hoc infrà Confirmatio. §. iij. Bñdiciverò debet per episcopum diœcesanum, secundũ Anto. de But. si sit nõ exẽptus: licet referat
Host. q; plerunq; bñdicantur à patribus abbatibus: qđ quo iu
re fiat, nõ videˉ. Et † bñdici debet solùm diebus, q̃bus ordines 4
minores cõferri possunt: sẽm cõmunẽ opin. doctorũ: vt not.
Pan. in c. cũ sis. de cõse. eccl. vel alta. Et p bñdictionẽ intelligiˉ ei dari cura monasterij: vt Sũ. Ang. adscribit Innocẽtio:
sed Innocẽtius secundũ Bald. in c. j. de sup. neglig. præl. loquitur de bñdictione, quæ habet vim cõfirmationis: quã scilicet
cõfirmatio nulla pceſsit: sed vbi hæc distinguunt, p cõfirmationem cõferunt ei ea, quæ sunt iurisdictionis: vt not. Pan. in
c. v. de offi. ordi. post Host. nõ aũt ea, quæ sunt ordinis cuiusmodi sunt bñdicere, cõferre ordines, & hmõi. p bñdictionem
verò plenitudo officij: vt exercere possit ea, quę ordinis sunt:
quod secundũ gl. ibi ante bñdictionẽ facere nõ debet: sed tñ
hoc limitat Land. in Clemẽ. attendẽtes. de sta. mo. qũ habet
cõsuetudo q; bñdicatur. q; si episcopus tertiò cũ humili deno
tione requisitus eũ bñdicere recusauerit: tũc & suos bñdicere monachos, & alia quæ ad eius officiũ ptinẽt, poterit exercere. vt in d. c. j. imò sẽm Ant. de But. si semel requisitus hoc
negauerit. Si verò p tali bñdictiõe aliqd exigat episcopus, si- 5
monia est: vt in c. sicut. de simo. el iij. ¶ Secũdò † verò quæritˉ,
qd possit abbas? & dico q; põt primò soleniter populo bñdicere in ecclesijs ad eũ pleno iure ptinẽtibus post missarũ, ve
sperorũ & matutinorũ officia: nõ aũt alibi publicè, & p vias:
nisi ex priuilegio speciali: vt in c. abbates. de priuile. lib. vj. vbi
gl. in verbo, pleno iure habet, id est, spiritualibus & tẽporalibus. ¶ Et secũdò põt aliquos ordines conferre eo modo, quo
infrà Ordo iij. §. ij. ¶ Et tertiò põt suos monachos absoluere
ab omnibus peccatis & censuris: nisi alteri specialiter refer-

entur à iure:vt patebit infrà Absolutio j.§.iij.non obstante quòd Pan.in c.monachi.extrà de sen.exc.teneat eũ non posse absoluere ab omni excõicatione,sed solùm ab ea,quæ est pro iniectione manuũ in clericũ:sicut etiam põt excõicationis sententiã in alios ferre:etiã si non sit bñdictus,modò sit cõfirmatus extrà de sũmo.sicut tuis.&.c.cum ecclesiarum.de offic.ordi.iuncta gl. ¶Et quartò potest dispensare cum monachis super irregularitate cõtracta per acceptionẽ ordinum in excõicatione:si facti memoriam vel iuris peritiã non habebant:& factum nõ fuit graue & notabile,& hoc siue irregularitatẽ contraxerint ante,siue post religionis ingressum,secũdũ cõmunẽ opi.Doc.in c.cum illorũ.de sen.exc.& idem de suspensione,& interdicto:vt infrà Irregularitas.§.ij.in fi.in alijs autẽ irregularitatibus de cõmuni iure nõ potest: vt in d.c.eũ illorũ.notant Host.& Pan.Et quintò põt dispensare cum monachis in votis factis ante religionis ingressum,secũm gl.in c. noluit.xxxiij.q.iij.in factis autẽ in religione irritare,& annullare põt:vt infrà Votũ.iij.§.iij. ¶Et sextò põt dare licentiam monacho stãdi separatim in cella vna,ex iusta causa:& intra septa monasterij,nõ extra.xx.q.iiij.c.vlt.¶Et septimò potest corrigere suos monachos capituli sui consilio nõ requisito,secundum Panorm.in cap.Ioannes.de regularibus. ¶Et octauò potest punire iniuriam notoriam in se factã,sicut & quilibet prælatus ordinarius.de quo diffusè per Pan.in cap. cùm venissent.de iud.¶Tertiò †quæritur, quid non possit in spectantibus ad illum.& dico quòd non potest.¶Primò,secundum Albe.& vt in Sum.confes.lib.iij.tit.xxxiij.prohibere monacho cõfessionem cum episcopo,vel pœnitẽtiarijs eius: nisi ex priuilegio exemptionis,vel constitutionibus approbatis à Papa contrariũ appareat:vt infrà Confessor.ij.§.vj. ¶Et secundò,nõ potest expellere monachos suos,vt no.Panor.in cap.cùm ad monasterium.de stat.mon.& per cap.fin.de reg. quod mandat abbatem,& omnem prælatum regulariter requirere fugitiuos,vt infrà Apostasia.Sed intellige quòd expellere non põt ipse abbas vel prælatus:quod tamen potest facere regula,vel constitutio priuata,probata per Papam, vel etiã ius commune:aut ipse prælatus his iuribus regulatus:vnde in d.cap.cùm ad monasterium.monachus deprehensus in vitio proprietatis mãdatur expelli.dicit tamen sanct.Thom.in xij. quolibet.quòd expelli non debet quandiu vult corrigi:sed solùm propter contumaciam.quod intelligo, nisi incorrigibilitas præsumatur de facto propter conditiones viri:vel de iure,propter regulam ita mandantem:sed est sequestrandus in carcere,vel alio modo. ¶Et tertiò, non potest in collatione alicuius prioratus imponere nouum onus:vt in clem.quia regulares.de sup.neg.prælat. ¶Et quartò,non potest clericos præsentare in ecclesijs,in quibus habet ius patronatus sine capituli sui consensu:vt in cap.cognoscitur. de his quæ fiunt à prælat.nisi ex approbata cõsuetudine,vel priuilegio aliud habeatur:vt ibi.¶Et quintò,non potest liberari,& exemptioni renuntiare sine licẽtia Papæ extrà de arbitris.cum tempore. iuncta glo.¶Et sextò,nõ potest secundũ Monal.sine cõsensu capituli,sicut nec capitulum sine consensu eius,aliquem conuenire,aut ab aliquo conueniri in iudicio:quia vnus sine alio res aut personas sibi subiectas alienare nõ potest.xij.q.ij.sine exceptione.& extrà de donat. pastoralis.quod verum est saltem in arduis,& vbi bona sunt distincta: in alijs autem vide Panormi.in cap.edoceri.de rescript.¶Et septimò,non potest cõcedere monacho aliquid,vt de eo ad libitum disponat: vel quòd ei ad superioris beneplacitum non auferatur: etiam si interueniat licentia.Papæ:vt not.Panor. in cap.cùm ad monasterium.de stat.monac.nec potest religiosus strictè, id est, professus tria vota probatæ religionis habere peculium,id est,proprietatem:vt notat idem eod. tit.in.cap.monachi.potest tamẽ abbas monacho, & generaliter prælatus religioso concedere vsum peculij vel cuiuscunque rei: vel administrationem pro vtilitate monasterij,vel sua necessitate: vt in ca. insinuante.qui clerici vel vo.& secundum Inn.ibi potest concedere monacho certos reditus, vnde viuat. & secundum Io. Andr.in regula,non est obligatorium.de reg iur.lib.vj.valet statutum monasterij, vt pro indumentis, & alijs necessarijs certum quid recipiat quisq; monachorum.¶Quartò †quæritur,ad quid obligatur vltra monachos, vel non obligatur? & dico primò illum obligari ad curam subiectarum sibi animarum:vt in cap.fin.de regula. & monasterij ac rerum eius. quia respectu horum datur sibi in sua confirmatione iurisdictio:vt notant Doct.in ca.j.de supplen.negl.præl. & Panor. in cap.quanto.de offic.ord.& magna circa hoc,& circa illud, negligetia est peccatũ graue:vt infrà Negligentia, per totũ. ¶Et secũdò,tenetur synodũ adire si habet populũ,vel capellas populum habentes,etiã si ipse sit exemptus, dũmodo exẽptiõ ad populũ,vel capellas nõ extendatur,non autẽ aliàs,de maior.& obed.super his.¶Et tertiò, non ligatur suo statuto etiam facto cum cõtractu:secundum Pan.in d.c.cùm ad monasteriũ.& si iurasset seruare:tamen secundum Io.And.in regula prędicta,nõ est obligatoriũ.tenet reuocatio: licet sic̃ iurus.vnde patet q̃ si ipse cum conuentu priorẽ aut officialẽ aliũ cõstituerit,tamen potest reuocare:quia abbas monacho suo obligari in aliquo nõ potest:sicut nec dominus seruo. C. de trãsac.l.inter positas.in fin.¶Circa †prædicta remanẽt dubia multa.¶Primumvtrũ si episcopusvelit monachũ institui prælatũ in aliqua ecclesia,& abbas nolit,obedire debeat monachus episcopo vel abbati?& dico quòd abbati.xvj.q.j.cùm pro vtilitate.& dist.lviij.ca.j.sed si ecclesia exigit,cogi debet abbas per superiorem,vt velit:vt colligitur ex d. cap. iuncta gl.¶† Secũdum est,vtrũ abbas benedicere possit calices,corporalia & vestes.videʒ Benedictio.¶Tertiũ est,vtrũ licẽtiare possit ad aliã religionẽ.ʒ.Religio.iiij.§.iij. ¶Quartũ est, vtrũ teneatur reducere eiectos,& fugitiuos.ʒ.Apostasia.§.vj. ¶Quintũ est vtrũ ad illũ prineãt bona monachi electi, infrà Religio.iiij.§.x.¶Sextũ ẽ,vtrũ possit sibi eligere cõfessorẽ infrà Cõfessor primò.§.ix.¶Septimũ est, vtrũ eligi possit in episcopũ.ʒ.Electio.j.§.xiij.¶Octauũ est,vtrũ prælcribat cõtra episcopũ ius instituẽdi ad curã animarũ ĩ aliqua ecclesia, infrà Bñdictio.§.j.¶Nonũ,in qbus possit dispẽsare,infrà Dispẽsatio.§.xiiij.¶Multa quoq; ad istũ titulũ ptinẽtia habes ʒtit.Prælatus.& tit.Monachus.& tit.Religiosus.q scilicet venit sub appellatiõe monachi:qa vt not.Pan.in c.ex pte.de postulãdo qñ emãt cõstitutio respectu religionis: licet de monachis loquatur,extenditur tñ ad omnes religiosos: nisi diuersitatis ratio inter eos & monachos possit assignari.

De Abbatissa.

1 *Abbatissa iurisdictionis incapax spiritualis, nec ordinis clauem,nec iurisdictionis habet, quamquàm claues ipsos nonnullus in subditas ipsi concedatur.vnde ordinariam iurisdictionem habere non dicitur,sed quasi ex commissione quadam ad subditarum integritatem & castimoniam tutandam.*

2 *Delbora, quæ Israel iudicauit, in quibus illi præfuisse dicta est?*

3 *Abbatissa collationis beneficiorum actiuè capax num iura conferendi & instituendi habeat? Et an quæ ex clauium potestate dependent, ipsi competere possint?*

4 *Abbatissa quanam ratione electa confirmari & benedici debeat? Et quid confirmatio conferat? Priorissa autem non benedicitur.*

Abb

5 *Abbatissa iam cõfirmata, beneficia cõferre & clericos in ecclesijs ad monast. pertinentibus instituere, & id quatenus accipiendum.*

6 *Abbatissa monachas & clericos suæ dictioni obnoxios à beneficio,non aute officio suspendere, aut interdicere, potest: & quanquã excõicare,aut ab excõmunicatione absoluere minimè possit,presbyteris tamen suis,vt moniales excommunicent delinquentes,& eas contrà absoluant,præcipere potest.*

7 *Abbatissa clericos seculares sub se habere potest.*

8 *Abbatissa, nec quauis mulier alia, qua ab ordinis vel clauiũ potestate dependeat,minimè exercere potest.Et qua sint illa?*

9 *Abbatissa prædicandi munere,aut publice docẽdi Euãgelii in missa dominicaq; sacrificio legẽdi,in spiritualibus iudicandi ordinẽ suscipiẽdi,& cæterorũ quæ sexui fœmineo negata sunt nequaquã participet. Qua aute possit,abdẽ plringuntur.*

10 *Abbatissa moniales non velat, nemine,nisi comitata saltem vetula monacha loqui debet:nec monialem à colloquentorum, nisi ipsa,aut alia cum eo abeat,proficisci permittere vetatur. Pro homagio ac fidelitate suscipienda quomodo & quando claustrum egredi possit. Et an sibi confessorem eligere?*

ABBATISSA†vt plenius in spectãtibus ad illã innotescat,sciẽdũ est quòd Sanct.Thom.iiij.dist.xix.q.j.art.j. q.iij.ad quartũ sic dicit loquens de abbatissa,Mulier secundũ Apostolũ est in statu subiectionis,& ideo spiritualem iurisdictionẽ habere nõ potest:quia etiã secundũ Philosophum in viij.Ethic.Corruptio inurbanitatis est quãdo ad mulierem dominũ ꝙuenit.vnde nec ordinis nec iurisdictiõis clauẽ habet, cõmittitur autẽ ei aliqs clauiũ vsus, sicut habere correctionẽ in subditas mulieres,ꝓpter periculũ qđ posset imminere ex cohabitationevirorũ.Et rursus dist.xxv.q.ij.art.j.q.j.ad secundũ,dicit:Abbatissæ nõ habẽt prælationẽ ordinariam,sed quasi ex cõmissiõe,ꝓpter periculũ cohabitatiõisvirorũ.Delbora†autẽ quæ iudicauit Israẽl iud.iiij.præfuit in tẽporalib*, nõ in sacerdotalibus:sicut &nũc mulieres possent dñari. hęc ex Sanct.Tho.¶Sciẽdũ†est etiã ꝙ Pan.in c.dilecta.de maio. & obed.ex gl.duo elicit.primũ quòd abbatissa est capax actuę collationis beneficiorũ & cõsequenter habere põt ius cõferendi & instituẽdi:cùm ista sint,inquit,iurisdictiõis spiritualis, & nõ ordinis.qđ tamẽ dictũ intellige ex cõmissione,non ex ordinaria prælatione,iuxta dictũ sancti Doctoris.Secũdũ ꝙ dependentia ex clauiũ potestate in mulierẽ nõ cadunt:etiã aliàs habentẽ spiritualẽ iurisdictionẽ.hæc Pan.qui de claue ordinis loquitur,cuius scilicet ordinis mulier non est capax. ¶Primò†igitur quæritʒ de abbatissa qualiter eligi & electa à quo & qualiter cõfirmari debeat & benedici? Dico ꝙ eligi debet eo modo quo dicitur infrà,Electio iij.§.vj.& vij. Cõfirmari aũt debet ab eo à quo abbas exẽptus,si est exẽpta:& nõ exẽptus si nõ exẽpta,quia quantũ ad hoc nõ est ratio dispar aliquo iure cauta:itẽ quia cõfirmatio dat iurisdictionẽ,vt dictum est suprà.tit.priore.§.j.quã exemptis dare nõ potest ordinarius,sicut nec auferre.Et debet benedici:quod si fieri nõ ꝓsset intra annũ à sua cõfirmatione cõputandum,cessante causa rationabili cecidit à suo iure, vbi est cõsuetudo ꝙ benedicatur:vt in clem.attendẽtes.de statu monachorũ.potest tamẽ secũdũ gl.ibi quolibet die benedici:& in hoc distinguitur eius benedictio ab ea quæ est abbatis,& in multis alijs q̃ ibi notãtur,& in c.j.de supplen.ne.præl.Priorissa verò non benedicitur secundũ gl.dẽ elec.c.indẽnitatibus.lib.vj. ¶Secũ dò†quæritur,quid possit?& dico ꝙ potest primò statim post suã confirmationẽ de cõsensu capituli sui ecclesias & bñficia cõferre,& instituere clericos in ecclesijs ad suũ monasteriũ ꝓtinẽtibus,sicut alij cõfirmati, vt in c.nosceitur.de his quæ fiunt à prælа.& cõcordãt Host.& Pan.in c.dilecta.de maio. & obed.qđ tñ limitat de institutione dãte possessionẽ & titulum:nõ aũt de authorizabili,dãte scilicet potestatẽ exercẽdi curã animarũ, ligãdi atq; soluẽdi:qa nemo dat qđ nõ habet.¶† Et secũdò pot suspẽdere monachas & clericos suę iurisdictioni subiectos à beneficio:vt in d.c.dilecta. iuncta gl. qđ etiã sentit gl.Ray.nõ aũt põt suspẽdere ab officio,vel interdicere secundũ Host.qa hoc quasi clauiũ est:& sub nomine cẽsuræ continetur.quod gl.in d.c.dilecta.dicit posse dici. Inno.tñ sensit ꝙ hæc possit,si cõsuetudo extat.& idẽ sensit gl.in d.c.dilecta.quod etiã ꝓbatur:quia papa mãdauit obseruari suspẽsione à beneficio & officio quã fecerat illa abbatissa,de qua in d.c.sed Pan.sic facere videt concordiã:quia hæc potest largè,scilicet subtrahendo præbẽdas,& præcipiendo ne celebret donec satisfecerint:nõ aute strictè & propriè,id est, ea suspẽsione & interdictione quę irregularitatẽ indicat eõtrariũ faciẽtibus:qa excõicatio,suspensio & interdictum cõtinẽtur sub appellatione cẽsuræ:vt in c. quęrẽti. de verb.sig, vnde cui interdicitur vnũ ratione incapacitatis,reliquũ videtur interdici:cùm omnia dependeãt ab ordine.hæc Pan.¶Et tertiò licet excõicare aut ab excõmunicatione absoluere nõ possit:vt in d.c.dilecta.tamẽ secundũ Rod.vt recitat Astẽ.lib. vj.tit.xxvj.potest suis presbyteris præcipere vt excõmunicẽt, & absoluãt moniales delinquẽtes:& illi obedire tenẽtur:si tamẽ hoc habeãt presbyteri ex cõcessione speciali aut generali episcopi,vel papæ si sunt exẽptæ:vel ex antiqua & approbata cõsuetudine:¶Et† quartò potest sub se habere clericos seculares:quod intellige de iure speciali:vt pura si habet capellas ad se pleno iure pertinẽtes ex priuilegio vel præscriptione:quia tũc earum clerici subijciũtur illi.¶Tertiò †quęritur quid nõ possit in spectãtibus ad illa? & dico quòd non potest primò ipsa vel alia mulier quicquid dependens ab ordinis vel clauiũ potestate:vnde nõ potest aquã vel subditas benedicere,nec audire cõfessiões,nec pœnitẽtias imponere salutares, aut aliquẽ actũ sacramentalẽ exercere:vt in c.noua.de pœn. & re.Sed intelligo ꝙ nõ possit subditas benedicere soleniter ex officio publicè:secus priuatè vt priuata persona,quomodo mater filiã benedicit.¶Et† secũdò nõ potest prædicare, aut publicè docere,aut Euãgelii legere,scilicet in missa,secundũ glossam in d.c.noua. aut super spiritualibus iudicare, vel ordinẽ suscipere.&huiusmodi,quæ sexu fœmineo ꝓhibẽtur:vt dicetur in tit.Fœmina. Potest tñ in matutinis Euãgelii legere,secundũ gl.ibi.vnde & diaconissa appellat.xxvij.q. j.diaconissam.& subditas suas monere & hortari.¶† Et iij. nõ põt velare moniales.xx.q.ij.statuimus.¶Et quartò nõ debet loqui cũ aliquo nisi associata saltẽ per vetulã monachã. xiij.q.ij.diffinimus.&.c.v.in decima.similiter nec mittere debet monalẽ ad locutoriũ,nisi cũ ea vadat,aut alia mittat,secũdũ Arch.quia par & maior est ratio in subditis,quibus debet esse præstãtior quomodo autẽ & quãdo ꝓ homagio possit egredi clausurã,vide infrà,Religio.vij.§.xvj.& quomodo non possit sibi eligere confessorem,infrà Confessor.j.§.viij.

De Aborsu.

1 *Aborsum procurans & homicida est,& mortaliter peccat. Et quæ pœna plectidus sit, siue animatus factus fuerit, siue nequaquã? Et num spectandus sit, nobilis sit ne.an ignobilis qui procurauit? Et de irregularitate, quæ homicidiũ cõsequitur.*

2 *Aborsus num quãdo procurari possit? & tum si de foetus animatione addubitetur, num procurãs homicida censendus sit.*

ABORSVM†& sterilitatis venena procurãs homicida est, & mortaliter peccat .xxxij.quæst.ij. aliquando. & cap sequen. Et si fœtus erat animatus,debet capite puniri: quia verus homicida.Si verò erat inanimatus: si nobilis est

Universidad de Deusto
Biblioteca

sceleris author, parte bonorum amissa relegatur: si ignobilis, damnatur in metallum. ff. de pœn. l. si aliquid. §. qui abortiõis. Et quo ad irregularitatẽ quę homicidiũ cõsequitur, intellige si erat animatus anima rationali secũdũ Sanct. Tho. in iij. dist. xxxj. in lit. quãtum verò ad peccatum hoc est mortale: etiã si erat animatus sola anima sensibili aut vegetatiua, imõ etiam si ante cõceptionem fiant, & omne aliud generationis impeditiũ si hac intentione fiat: quia est contra bonũ prolis generandæ. Quando † verò procurari possit aborsus ad seruandam prægnãtem, vide infra, Medicus. §. iiij. particula ij. Vtrum verò cẽseri debeat homicida si dubitatur de fœtus animatione: dico quòd in foro contentioso vbi agitur ad pœnam, interpretatio fieri debet in partẽ mitiorem. l. interpretatione. ff. de pœn. sed in foro animæ vbi agitur ad placãdum Deum & emendationẽ, debet se quis reputare homicidam: quia maximè in talibus eſtvia tutior eligẽda, vt in cap. inuenis. de spon. & bonarum mẽtium est ibi culpam timere vbi culpa non est. cap. ad eius. in fin. v. distinct. vide infra. Homicidium, primò in principio.

De Abrogatione legum.

1 *Legum abrogationem triplici de causa licitè fieri. Et subinde, legem humanam eatenus immutari posse, quatenus ex eius immutatione communi vtilitati prouideri potest, quanquam ne id quidem temerè, aut de facili fieri debeat.*

2 *Leges quænam hodie, & item Canones, non ligent? remissiuè.*

ABROGATIO † legum tribus modis vel causis licitè perficitur. Primò, ppter cõsuetudinem contrariã. xxxj. dist. ante trienniũm. Instit. de testam. §. ij. Secũdò, propter disparem temporum successionem. xxxiij. dist. fraternitatis. vbi dicit text. quòd defectus nostri tẽporis quibus nõ solùm materia, sed corpora ipsa defecerunt, districtionis illius non patitur manere cẽsuram. Tertiò, propter emergentia mala: vt in §. verum. lxiij. dist. in fin. vbi est exemplum de æneo serpente: quę Moyses bona intẽtione fecit. Ezechias bona intẽtione destruxit. Sanct. Thom. autẽ xij. quest. xxvij. artic. j. & ij. dicit, quòd lex humana intãtum rectè mutatur: quantũ per eius mutationem cõmuni vtilitati prouidetur. Quod tamen de facili fieri non debet: vt j. Lex. §. xv. Quæ † autẽ leges vel canones hodie non ligent, vide infrà, Lex. §. x.xj. & xiij.

De absente.

1 *Absens absenti a procurata etiam reipublicæ causa, num priuilegijs gaudeat? Et ibidem de clericis venantibus ampliores dignitates cardinales affectantibus. Et de Ambasiatoribus diutius quàm expediat in legatione persistentibus.*

ABSENS † si data opera & affectatè sit absens, etiã causa reipu. nunquid gaudeat priuilegijs quæ habẽt absentes causa reipu? Dico quòd nõ: vt in l. & qui data. ff. ex quib. caus. ma. Vtrũ verò qui in officio modici valoris est absens causa reipubl. præsumatur absens affectatè & data opa? & dico ꝙ sic, arg. tex. singularis in l. spadonem. §. fin. ff. de excus. tuto. Et facit cõtra clericos absentes, qui vt ampliores obtineant dignitates cũ cardinalibus morantur. & contra ambasiatores qui stant pluſquàm expediat dolosè vel sua volũtate: qui etiã tenentur expensas restituere mittentivt in dicta l. & qui data.

De absolutione primò ab excommunicatione iuris.

1 *Absolutio ab excommunicatione quotuplex sit? Et an diacono & clericis inferioribus: item excõmunicato, & laico num committi. Et quid si quis ab huiusmodi absolutus fuerit.*

2 *Superior quilibet licet nõ sacerdos, potestatẽ excõicandi habẽs, absoluẽdi quoq; potestatẽ habet. Et id qualiter intelligẽdũ.*

3 *Absolutio ab excõmunicatione minori, per quæ fieri possit? Et quis proprius sacerdos censendus sit? Ab excõmunicatione autem maiore regulariter absoluere potest, qui & ligare, & huius limitationes ac fallentia nouem.*

4 *Absolutione ab excommunicatione maiori à iure lata communi, vel speciali cuinam competat?*

5 *Simplex sacerdos cur ab excõmunicatione absoluere non possit, ex sententia Thomæ.*

6 *Fratres minores & prædicatores præsentati in forma clemen. dudum. de sepult. si quempiam absoluant ab aliqua excommunicatione iuris Episcopo de iure non reseruata, sed ex ipsius duntaxat voluntate, an sint excommunicati?*

7 *Absolutio ab excommunicatione statutorũ prouincialiũ, conciliorũ, aut synodalium, aut etiã ab Legatis, dum sunt in legatione inducta ad quem pertineat: & abs quo fieri possit?*

8 *Absoluere ab excõicatione in mortis articulo, quinam & in quibus possint? Et quid mortis articulus dicatur? Itẽ qui tũ ab solutus etiã à simplici sacerdote, (qui tunc à quouis peccato quãlibet enorme absoluere põt) si tandẽ euadat, xũ eũ ad quẽ limõi absolutio primebat adire debeat? Et si intereat, nũ hæres eius adire teneatur: & qualiter limõi absolutio vocetur?*

9 *Laicus, qui in mortis articulo ab excõicatione quandoq; absoluere põt, an etiã sacrosanctã Eucharistiã ministrare possit? Et num idvel diacono saltẽ Et quid de extrema vnctione?*

10 *Simplex sacerdos num quemuis transgressatorum ab excõmunicatione absoluere possit? Et quid in obsesso, & prægnante? Et ibidem, quid in his casibus simplex sacerdos obseruare debeat, consultissima cautio.*

11 *Contrahens iuris excommunicationem in vna diœcesi, vbi domicilium habet, num si in aliam diœcesin commigret, illic ab Episcopo, aut Curato absolui queat? Et quid si proprius Episcopus in aliena agat diœcesi, num illic subditos absoluere possit? Et quid in Legato, vel quouis alio ordinario?*

12 *Episcopus si cui absolutionẽ ab omni excõmunicatione committat, num commissarius possit eum excommunicatum absoluere ab eo, cuius absolutionem committens non demandasset in specie, si rogasset?*

13 *Absoluens de facto ab excommunicatione, ad quam absoluendi potestas non se porrigit, num eo cognito, quòd non posuerit, debeat sic absolutum certiorem reddere. & vt rursus absolutionem alibi petat cõsulere & monere. Et si absolutio ex falsa causa facta sit, num teneat?*

14 *In mortis articulo num cuiusuis voti à simplici sacerdote dispensatio fieri possit? remissiuè.*

ABSOLVTIO † primò communiter ab excommunicatione iuris vt plenius innotescat, sciendum est secũdum Veruec. & Monal. in tit. Excõmunicatio. ꝙ ipsa est duplex: prima scilicet pertinẽs ad forum pœnitentiale: quæ à sacerdotibus solùm potest impediri vt in c. canonica. de senten. excom. quæ etiã licet taceant prædicti, distinguitur in solemnẽ & non solemnẽ, vt infrà Absolutio iij. §. j. & seq. & secũda pertinens merè ad forum cõtentiosum, quæ diacono & clericis inferioribus committi potest: & de qua intelligitur gl. in cap. pastoralis. de offic. ordin. quæ vult vt etiam laico possit committi. quod Hug. dicit verum ex delegatione Papæ dũtaxat: qui, vt dicit, eam cõmittere potest etiã excõmunicato: quia est potius iurisdictionis quàm ordinis. sed tamen absolutus à talibus necessariò denuò absoluitur à sacerdote absolutione prima ratione peccati mortalis propter quod fuit excommunicatus. Vnde † vt recitat Archie. Vicẽ. c. lxxxj. Pet. de Percu. & Io. dicũt quòd quilibet superior etiã nõ sacerdos habẽs potestatem excõmunicandi, habet etiã & absoluendi quantum ad

ad restituendum hominum communioni, & habilitãdum, ad legitimos actus: sed quantum ad tollẽdam culpam criminis aut cõtumaciæ, requritur absolutio sacerdotis. Et rationem assignat Inn. in c. quanto. dẽ consuetudine. & c. fin. de excess. prælat. quia hoc pertinet ad potestatẽ clauiũ, quæ solis sacerdotibus datæ sunt. xx. dist. §. j. xc. di. illud autem. & de pœn. & remiss. noua. ¶ Absolutio † autem ab excommunicatione minori sciendum est quòd à tribus duntaxat fieri potest: scilicet à papa, vt manifestum est: & à proprio episcopo vel à proprio sacerdote, aut licentiam ab eis habẽte: vt in cap. nuper. de sentẽtia excommunicationis. Et dico propriũ sacerdotem eum qui absoluere potest à peccatis secũdum Archi. Ab archiepiscopo autem extra suam diœcesim in Dir. libro iij. titulo iiij. fieri nõ potest: vt pater in d. cap. nuper. sed intellige nisi dum visitat. vt in c. perpetuo. de censibus. lib. vj. Non potest etiam secundum S. Tho. & Hostien. & alios, fieri à sacerdote nõ proprio: tum quia si negatur archiepiscopo, ergo à fortiori sacerdoti: tum etiam quia capit. nuper. concedens eam sacerdoti proprio, videtur de non proprio negare. Nec obstat si conditor canonis istam absolutionem sibi nõ reseruauit: quia per hoc eam non concesſit alijs omnibus, sed quibusdam. Non obstat etiam si excommunicatio minor separat à sacramẽtorum perceptione, & consequẽter ab ipsa absolutione: quia separat à sacramentis alijs à pœnitentia, & à pœnitẽtia in ordine ad peccata, à quibus ea ſtãte quis absolui non potest, vt dicetur: non autem à pœnitentia in ordine ad excommunicationẽ: quamis etiã dici possit quod nõ oportet absolutionem ab excõmunicatione esse sacerdotale, sed iuridicam. vnde San. Tho. dicit in iiij. quòd excommunicatio pertinet ad forũ contentiosum: vnde propria authoritate excõmunicare possimt solùm episcopi & superiores prælati habentes iurisdictionem. ¶ Absolutio verò ab excõmunicatione maiori à quo fieri possit: sciendũ est quòd regulariter absoluere potest qui & ligare: & secũdum aliquos e contrario. xxiij. q. j. si Petrus. & xxj. di. inferior. ff. de re iud. l. qui condemnare. & ff. de reg. iu. l. nemo. & la prima. de pœ. di. j. verbũ Fallit hęc regula in ix. casibus. ¶ Primus est in delegato papę, qui sententię suæ inobedientẽ excõmunicare potest: sed post annum à sua definitiua sententia absoluere nõ potest: vt in c. quærentes. de offi. deleg. iuncta gl. & dicto Inn. ¶ Secundus est in eo qui postquam excommunicauit, incidit ipse in excõmunicationem maiorẽ: quia tunc nec excõmunicare posset nec absoluere. xxiij. q. j. audiuimus. secus si incidit in minorẽ: quia posset: vt in cap. duobus. de sentent. excommunic. & de cleri. excomm. si celebrat. ¶ Tertius est in incendiario, quem ordinarius excommunicare potest: sed post denuntiationẽ absoluere nõ potest, sed papa solus, vt in c. tua. de sentẽ. excomm. ¶ Quartus est in sententia lata ab inferiore, sed per papã ex certa sciẽtia cõfirmata: quod de sententia ab homine intelligitur secundũ Ioan. And. in c. ex frequentibus de inst. Ratio, quia omnia, quibus authoritatẽ impertimus, nostra facimus. c. si apostolicæ. de præb. lib. vj. C. de vete. iu. enu. l. j. §. omnia. secus autẽ si confirmat sine certa sciẽtia aut causæ cognitione: vel si sententia esset p statutũ quantumcunq; confirmatum: quia tũc absoluere poterit inferior, nisi papa sibi vel alteri reseruasset, sicut de his quæ sunt à cõmuni iure dicetur. ¶ Quintus est in illo qui excõmunicauit, nec tamen est sacerdos: quia licet absoluere possit absolutione iudiciali siue fori cõtentiosi, non tamen absolutione sacramentali siue fori pœnitentialis: sed indicere debet absoluto vt se præsentet sacerdoti, qui ratione clauis illũ absoluat quantum ad solemnem reconciliationem ecclesię: quia si absolutio ab excõmunicatione maiori sacerdotem requirit, vt in c. nuper. de sent. excõm. multò magis hoc requirit absolutio à maiori: sed de hoc plenius §. seq. ¶ Sextus est in eo cui papa mandat vt aliquem excõmunicet sine aliqua cognitione causæ: quia cùm talis sit merus executor, absoluere non potest, argu. in cap. super quęstionum. & cap. fin. de offic. deleg. secus autẽ si cognitionem causæ mandasset, tunc posset absoluere, argu. in cap. verbum. de pœn. dist. j. & cap. inferior. xxj. dist. Hoc not. Ioan. And. & Arch. in c. cùm inferior. & Host. & Ber. in c. cùm inferior. de maiori. & obe. Et hi sex casus sunt in executione. ¶ Septimus est in clericis exhibẽtibus hæreticis ecclesiastica sacramenta & eos sepelientibus: quos ordinarius officio priuare potest: sed absq; sedis apostolicę indulto speciali restituere nõ potest: vt in c. excommunicamus. de hęr. ¶ Octauus est in subpẽsis per concilium à beneficijs cohercẽdis ꝓ eo quòd ea scienter cõtulerũt indignis post secundam monitionem: quia hanc sententiã nullus relaxare potest excepto papa, vel uno ex quatuor patriarchis principalibus: vt in cap. graue. de præb. ¶ Nonus est in degradato, quem ordinarius degradare potest, sed restituere non potest. sed solus papa. de cler. non re. ex tuæ. in gl. Circa hoc tamen est distinguendum, vt j. Degradatio. Quantũ autem cõuerso fallit in diœcesano, qui absoluit exemptum, vt infrà Absolutio. v. §. xij. quem tame non ligat: quia exemptio non nocet exepto, nisi forte in fauorem exemtis, cùm fiat gratia vtriusque. ¶ Absolutio † ab excommunicatione maiori lata à iure communi vel speciali, vt patet cui conuenit iure ordinario: sciendũ quòd papæ conuenit in omni casu, vt manifestum est: & in aliquibus cõuenit ei soli: vt dicetur infra tit. Excommunicatio. vij. per totum. Episcopo autem quo ad excommunicationes nõ quidem hominis, sed iuris communis, tam maiores quàm minores competit in omni casu, in quo sibi vel alteri cõditor canonis nõ reseruauit: vt in c. nuper. de senten. excom. & in aliquibus casibus competit ei & nulli inferiori: vt dicetur j. tit. Excõmunicatio. viij. in principio. Et similiter competit capitulo, seu illi ad quẽ pertinet episcopalis iurisdictio sede vacãte de maio. & obed. c. vnico. lib. vj. & similiter prælatis exemptis quo ad subditos eorum conuenit in eo casu, in quo sibi conditor canonis non reseruauit: & similiter nõ exemptis præsidentibus ecclesiæ collegiatæ: vt est abbas, archipresbyter, & huiusmodi in casibus nõ reseruatis superioribus, id est, papæ, vel episcopo. & ꝓbãtur hæc omnia per c. nuper. Itẽ quia huiusmodi posset excõmunicare: vt patet in c. cũ ecclesiarũ. de offic. ordinarij. & cõsequẽter absoluere. Et similiter conuenit inferioribus prælatis, quibus hoc confert consuetudo, vt in Sum. cõf. lib. vj. tit. xxxiij. Sacerdoti autẽ curato simplici etiã competit secundum Inn. in d. c. nuper. dicente quòd tam à maiori quàm à minori absoluere potest proprius episcopus vel prius sacerdos: licet dissentiat gl. in c. si episcopus. de pœnitẽ. & remiss. in vj. Et hoc inquit Inno. in casibus, in quibus conditor canonis sibi vel alteri reseruauit. Sed tamen adde quo ad sacerdotẽ, nisi episcopus sibi reseruauerit. Cõtentit ibi Host. & est quasi textus expressus. Consentiunt & Theologi: vt in Dir. lib. iij. tit. iiij. inter quos est S. Bon. iij. di. xviij. q. vlt. & Sã. Tho. eadẽ dist. ij. ar. v. q. j. Cõtentiũt etiã aliqui Summistæ, vt Monal. tit. Excõmunicatio. & Summa cõfes. lib. iij. tit. xxxiij. & Io. de Saxonia tit. Absolutio. & Sum. Ang. tit. Absolutio. j. Consentit & ratio, sic tamen intelligendo quòd nõ absoluit propria authoritate vt episcopus, sed ex commissione: vt patet per S. Tho. iij. dist. xviij. q. j arti. ij. q. j. quam commissionem intelligo factam per summum pontificem eo ipso quòd absolutionem sibi vel alteri nõ reseruat. Arguitur autẽ sic. Nam quicquid religiosis de iure competit, etiam simplici sacerdoti curato cõpetit: quia religiosi quibus de iure cõmu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ni nullus est maioris authoritatis, scilicet potestatis secūdum
formam cle. duduum. de sepul. non habent authoritatem ma-
iorem ea quæ curatis cōueniunt de iure: vt patet in eadē cle.
Sed absoluere ab excommunicatione vbi papæ vel episcopo
absolutio non est reseruata de iure, siue in casu aliquo cōue-
nit religiosis de iure: vt patet per exceptionē factam in cle.
j. de paul. vbi religiosis mandatur, vt nullum absoluant ab
excōmunicatione nisi in casibus iure expressis. Primū, quic-
quid nulla lege prohibetur cōcessum est. ff. ex quib. cau. ma.
l. necnon. vide ibi gl. Sed absolutio ab excōmunicatione sa-
cerdoti simplici vbi nulla est reseruatio superioribus nullo
iure prohibetur. Propterea hoc videt haberi ex dicto cap. nup.
in quo simul quæritur, an sacerdos possit excommunicatum
absoluere, vel requiratur authoritas episcopi: & responsio in-
ter ipsos nō distinguit, sed potius inter eos comungit: in hoc
quod dicit papam, dum sibi nō retinuit, relaxasse aliis in plu-
rali, id est, episcopo sacerdoti: & similiter dum in fi. c. dicitur
quòd absoluere poterit hic vel ille. Nec valet dicere quòd lo
quitur de minori: licet illud sit verum: quia dictam relaxatio-
5 nem omnes doctores exponunt etiam de maiori. ¶ Ab † ista
tamen sentētia dissentit Summa Rosel. & Supplementū Pi-
sanellæ malè intellectæ: quæ scilicet dicit quòd simplex sa-
cerdos ab excōmunicatione absoluere non potest: quod tan-
quam vir doctus S. Tho. ideò dixit: quia hoc nō potest nisi ex
commissione: quæ tamē est facta ipso iure. Nec obstat quod
dicit huiusmodi absolutionē esse vnum ex quatuor casibus
episcopo de iure reseruatis: quia hoc nō intelligitur de omni
excōmunicatione: sed de ea cuius absolutio episcopo à iure
est commissa: cuiusmodi sunt tres, de quibus infrà: quod pa-
tet: quia episcopo de iure non reseruatur, nisi quod iuxta tan-
quam proprium tribuit: quod non facit de absolutione ab
omni excommunicatione, sed à quibusdam tantùm. Ab ista
etiam sententia dissentit Panor. fundās se in gl. in c. ij. de pœ.
& remissio. lib. vj. quæ hoc nō concludit sufficienter ratione
vel authoritate. Posset etiam contra istam sentētiam argui:
quia curatus excommunicare non potest, & cōsequenter nec
soluere: sed dico ad hoc dupliciter. Primò quòd ei est iure p-
missum in aliquibus casibus excōmunicare: vt dicit S. Tho.
in iiij. dist. xviij. q. j. arti. ij. q. j. Et secundò quòd sicut non po-
test excommunicare propria authoritate, sed ex cōmissione:
quia, vt ibi dicitur, non habet iurisdictionē in foro cōtentio-
so, ad quod pertinet excommunicatio: ita etiam nō absoluit
ex propria authoritate, sed ex cōmissione alterius ei facta eo
ipso quòd nō est ei absolutio interdicta, vt elicit ex c. nuper.
6 ¶ Ex † quibus etiam supposito quòd diœcesanus fratribus
prædicatoribus & minoribus præsentatis in forma cle. dudū.
de sepul. nō possit reseruare casus ad libitū: vt probabo. j. tit.
Confessor. ij. §. v. elicio quòd si dicti fratres sic præsentati vel
ex gratia habēres quòd sic intelligantur præsentati: absoluāt
ab aliqua excōmunicatione iuris non reseruata episcopo de
iure, sed solùm reseruata episcopo ex volūtate ipsius episco-
pi, nō essent excōmunicati: quia ab ea de iure poterāt absol-
uere: & episcopus eam sibi non potuit reseruare: vnde iuridi-
7 ca fuit talis absolutio, infrà Cōfessor. ij. §. v. ¶ Absolutio † ab
excommunicatione statutorum prouincialium, cōciliorum,
aut synodalium: aut quā faciūt legati in suis legationibus, vt
pateat ad quem pertineat sciendū est quod siue talis sententia
sit lata ex persona concilij, siue metropolitani in cōcilio
prouinciali, secundum Arch. di. xvij. c. j. non solùm archiepi-
scopus, sed etiam quilibet episcopus absoluere poterit subdi-
tum suum: cùm talis sententia sit canonis siue iuris. de sentē.
excom. nuper. & generaliter de tali sentētia secundum Gul.
vt recitat Dir. est idem quod de excōmunicatione lata à iu-
re. & verum est, sicut etiam vult Pan. in c. graue. de præbend.
loquens de episcopo. & Io. de Ligna. arguit à fortiori quòd
si episcopus absoluere potest à sententia canonis generaliter
lata nō reseruata potius, absoluere poterit à sententia lata p
cōstitutionē synodalem specialē. Et Panor. vbi suprà ad epi-
scopum tenet istam absolutionem pertinere, etiā si suus subditus contraxerit sententiā in diœcesi aliena: puta si Florentinus cotrahat eam Senis ex statuto synodi Senensis: & hoc
etiam si statutum esset cōfirmatum per papam, secundū Io.
And. in c. ex frequētibus. de instit. & ibi Pan. per rationē: quia
ex quo conditores statuti nec sibi nec alijs reseruauerunt, vi-
dentur alijs concessisse. Gul. autē vult non solùm episcopum
hoc posse, sed etiā simplicem sacerdotem, à quo tamen exci-
pit religiosos, quibus est prohibitum à talibus sentētijs pro-
uincialibus, aut synodalibus absoluere: vt in cle. religiosi. de
priuileg. Et sic tene, vt in priore §. dictū est. sed tamē de hoc
vide etiam tit. seq. §. j. dubio iiij. ¶ Absolutio † ab excōmuni-
catione in mortis articulo vt sciatur cui competit, sciendum
est quòd quidam sunt qui absolui possunt extra papā solùm
in mortis articulo. & hi secundū Archiepiscopum sunt falsarij literarū papæ, insequētes hostiliter Cardinales, iniuriosè vel te-
merè episcopū bannientes, religiosi vel clerici seculares in-
ducentes ad votum eligendi sepulturā: & alij, de quibus agi-
tur j. Excōmunicatio. viij. §. ij. in fi. & in curiæ processu. Mor-
tis autē articulus dicitur non solùm periculū mortis ex infir-
mitate, sed etiam quodlibet periculū vicinū morti: secūdum
Inn. puta si quis timet hostē vel prædonē, vel crudelitatē po-
tētis, vel si nauigaturus sit p loca periculosa, aut per insidio-
sa trāsiturus: & idē Host. addens etiā idē esse si quis obsideat
in loco vbi tela iaciūtur. sed intelligo ista de periculo proba-
bili, quod iudicio boni viri determinabitur. In hoc ergo arti-
culo absoluere potest excōmunicatum à qualibet excōmuni
catione tā iuris quàm hominis quilibet simplex sacerdos, se-
cūdum S. Tho. in iiij. di. xviij. & dist. xx. & Inn. Ar. de pœn. di. j.
quem pœnitet. & de sent. excō. nō dubiū. & c. eod. tit. lib. vj. &
de sepul. parochiano. sed hoc casu iniūget ei q̄ impediméto
cessante se præsentet ei à quo fuerat absoluendus: mādatum
eius super hoc humiliter accepturus. de sent. exc. ea noscitur.
Et si nō fuerit quis in tali articulo absolutus, sed tamen in eo
contritionis signa apparuerint: absolui poterit post mortem
ab eo qui absoluere poterat viuum & sanū, & ab eo huiusmo
di absolutio est requirēda, extra de sen. exc. à nobis. el ij. Nec
obst. quòd talis aliquando haberi non potest: quia requisitus
absolutionē alteri mādabit. Et valet talis absolutio secūdum
Veruec. vt sepeliatur in loco sacro: vel sepultus non exhuma
tur, & pro eo oretur ac celebretur. Eodē modo & à fortiori
in tali articulo potest simplex sacerdos à quocūque peccato
quantūcunque enormi absoluere secundum S. Tho. quarto.
vbi suprà. & Inn. in c. nuper. de sent. excō. Et si talis absolutus
euadat, nō est necesse quòd se præsentet ei qui aliàs poterat
absoluere: nisi habeat annexam cēsuram, pro qua sola inue-
nitur cautum vt quis se præsentet: vt in c. eos. de sent. exc. lib.
vj. Et intellige quòd in tali casu absoluere potest simplex sa-
cerdos etiā non proprius: modò non sit impeditus in ordinis
executione: de quo infrà Cōfessor. iij. §. vj. ¶ Imò in dicto casu
non solùm simplex sacerdos, sed etiā laicus absoluet ab ex-
communicatione secundum Pan. in d. c. à nobis. de hoc sunt
duæ gl. notabiles in d. c. à nobis. & in ea. pastoralis. de officio
ord. quas ipse non approbat quantum ad absolutionē à pec-
catis, sed solùm ab excommunicatione dicēs, iura quæ vidē-
tur esse contraria intelligi de absolutione à peccatis, non ab
excommunicatione. Et hoc dictum gl. dicit esse magni effe-
ctus: qui hæres non cōpellitur amplius pro absolutione adi-

re Papam: vel eum à quo defunctus viuus erat absoluēdus.
Et hāc absolutionem ipse cum gl. vocāt remissionem potius
quàm absolutionem. Et idem tenet Archi. hanc absolutionē
9 vocans recōciliationem. Et idem tenet Archi. hanc absolutionē
vocans recōciliationem. Sunt † autem hæc vera, vbi deest co-
pia sacerdotis. Nec tamē propter hoc potest laicus in mortis
articu. eucharistiam exhibere: licet quidam hoc asserāt: vt re
fert Inn. quia Collecta. post Host. firmare videtur q̄ uedum
laico, sed nec Diacono licet istud sacramentū attētare: de dia
cono tamē infrà Diaconus. ¶ Similiter nec tenetur quòd pos-
sit laicus eo casu exhibere extremam vnctionē: licet quidam
hoc dicant: quia ista sacramenta nō sint necessitatis: nulla est
10 necessitas qua excusentur ista tractātes, nisi sint sacris initia
ti. Nec † tamen credas ab omni excōmunicatione & peccato
posse absolui omnem transfretare volentē à simplici sacerdo
te secūdū Tanc. & Ber. sed solū si periculū mortis immineat,
scilicet probabile: quo scilicet quis probabiliter credit vel du
bitat naufragari, vel aliàs periclitari. Similiter nec quēlibet
obsessum secūdū Host. sed solū impugnatū telis: & intellige
iustē se defendentē: quia secundum Dar. li. vj. ti. xv. absolui nō
posset se defendens injustè tanquā rebellis: qui tamē si iustè
pœniteret, & securè exire nō posset, absolui posset: modò ni
hil faciat sibi imputabile. Similiter nec quālibet prægnantē:
sed eam quæ est in periculo, secūdū arbitriū boni viri: quāuis
probabiliter dici possit secūdū Summistas aliquos quòd quē-
libet possit absolui, quando superior haberi non potest: quia
quantūcunq; sit assueta faciliter parere, potest tamē in vtero
habere gemellos, aut maiorē solito & periclitari, qđ maximè
videtur vtrū si inūgeretur quòd superato periculo se præ-
sentaret ei qui aliàs poterat absoluere. Sit tamen in omnibus
prædictis cautus simplex sacerdos: quia secundū Inn. non de-
bet se de reseruatis intromittere, quando haberi potest copia
superioris. similiter nec potest absoluere ab excōmunicatiōe
per curiæ processum & Sixtinam, quā habes in fine huius ope
ris latam, nisi cum modificatione ibi posita: aliter ipse absol-
11 uens esset excōmunicatus excōmunicatione Papali, & mul-
tis pœnis addictus. ¶ Circa † prædicta restant dubia multa.
¶ Primò enim quæritur, vtrum is, qui excōmunicationem iuris
cōtraxit in vna diœcesi habens ibi domicilium absolui possit
ab episcopo vel curato diœcesi alterius, si se trāsferat ad illā?
Et dico quòd sic secundum Veruec. & Ric. in iiij. distin. xviij.
si excōmunicatio est lata à iure vel quocunq; statuto, & non
sit per conditorem: absolutio reseruata. secus autem si lata es
set ab homine vel à conditore absolutio reseruata. & idē sen
tit Ioan. And. & Panor. in d. c. ex frequentibus. quo ad Episco
pos. ¶ Secundò an Episcopus existens in aliena diœcesi absol
uere possit subditos suos. & dico quòd non in his quæ requi-
runt causæ cognitionem: quia neque sedere potest pro tribu-
nali. ix. quæstio. ij. Episcopum. secus si causæ notoriam non re-
quirunt: quia ista pertinent ad iurisdictionem voluntariam.
Et idem dico de legato ex latere extra terminos suæ legatio
nis, postquam egressus est vrbem donec reingrediatur eam
respectu hominum suæ legationis. arg. ff. de officio. proconsl.
& leg. l. ij. vbi dicitur quòd proconsules quibus scilicet legati
à latere similantur, secundum gl. de offic. lega. c. excommuni
catis. starim postquā vrbem egressi fuerint habēt iurisdictio-
nem voluntariam, sed non contentiosam, id est iudicialem.
Episcopi tamen expulsi iurisdictionem, intellige contentio-
sam secundum glo. exercere possent in aliena diœcesi, licen-
tia tamen petita etsi non obtenta à diœcesano: & ita etiam
quòd subditi non expulsores nec eorum fautores seu cōsilia-
rij vltra duas dietas à fine suæ diœcesis non trahantur: vt in
cle. quātis. de foro compe. & sic posset absoluere etiā quantū
ad ea quæ causæ cognitionem exquirunt. ¶ Sed pro notitia
prædictorum ampliori not. quòd glos. in c. nouit. de offi. leg.
quærit vtrum legatus vel alius ordinarius existens extra sui
territorium possit excōmunicare & absoluere, & causas dele
gare, vel similia: vbi Pan. dicit mentem gl. esse quòd excōmu
nicare aut absoluere non potest, aut exequi alia, quæ requi-
runt causæ cognitionem, sed potest cōferre beneficia, & cau
sas delegare, & facere alia quæ sunt iurisdictionis volūtariæ:
sed Inn. limitat quòd poterit absoluere si se nouit in excom-
municādo errasse: quia ista absolutio fit sine causæ cognitio-
ne. Limitari etiam potest quòd poterit absoluere in foro ani
mæ quantum ad omnia in quibus nō fit præindicium tertiò:
quia talia processum iudiciarium non requiruut. Host. etiam
limitat, quòd excōmunicare poterit subditū in notorijs: quia
istam cognitionem causæ non requirunt: vt in c. euidentia. de
accu. quòd tamen nō intelligo quantū ad excōmunicationē
solennem: quia talis fieri non potest nisi vsurpādo iurisdictio
nem in ecclesia alterius diœcesani: quod in dicta cle. quāuis.
prohibetur. Si autem vellet contentiosè procedere, nō valet
processus: quem tamen Summa conf. lib. iij. titu. xxxiij. q. iij.
dicit valere si fiat de consensu diœcesani: sed intellige accedē
te etiam partium cōsensu, & non aliter: quia partes extra ter
ritorium trahi non poterunt inuitæ: vt l. fi. ff. de iurisdi. om. iu
di. l. iij. ff. de off. præsi. no. glo. in c. litigantes. de offi. ordi. libr.
vj. nisi in casu dictæ clemen. quantis. ¶ Tertiò † vtrum si Epi- 12
scopus alicui cōmittat absolutionem ab omni excōmunica-
tione possit excommunicatum absoluere ab eo, cuius absolu
tionem non commisisset in speciali si sciuisset: vt fortè quia
erat excōmunicatus propter damnū illatum ipsi Episcopo,
vel aliquid huiusmodi? & dico quòd non. extra de regu. iur. in
generali. li. vj. de pœ. & remiss. & Episcopus. in vj. vide titu. seq.
§. j. & infrà, Clausula. ¶ Quartò † quæritur, vtrum si de facto 13
aliquem absoluo ab excōmunicatione, à qua non possum, &
postea aduerto: debeam eū de meo errore certificare si pos-
sum: & consulere quòd denuò impetret absolutionem? & di-
co quòd sic secūdum Veruec. & interim debeo me habere ad
illum quasi non absoluissem: vt in Sum. confes. lib. iij. ti. xxiij.
quæstio. iij. ¶ Quintò quæritur vtrum possit quis absolui ex
causa falsa, siue vtrum teneat absolutio facta ex causa falsa?
& dico quòd nō, secundum Innoc. & Host. quia sic iudex ab-
soluere non intendit: puta si absoluendus mentiatur se satis-
fecisse, aut sibi remissam iniuriam, vel huiusmodi: aliàs autē
absolutio siue iusta siue iniusta tenet quo ad ecclesiam mili-
tantem. arg. extra de re. iur. c. omnis res. Item quia iura prō-
priora sunt ad absoluendum quàm ad condemnandum. 50.
distinctio. ponderet. & c. cùm sunt. de regu. iur. libro sexto. &
prædictis concordat Albe. Pro quo nota q̄ Pan. in c. ex pte
de offi. ordi. dicit q̄ excōmunicatio & absolutio vires ab ex-
cōmunicatoris & absolutoris intētiōe recipiūt. ad qđ facit gl.
in c. j. de test. cog. Et ideo vbi excōmunicator intēdebat om-
nino excōmunicare, tenet excōmunicatio licet iniusta: & si-
militer si intēdebat omnino absoluere, tenet absolutio: etiā
si expressa sint nō solū iniusta, sed etiā falsa: vt in c. venerabi-
lis. §. vbi de sen. exc. li. vj. Et exēplum qñ sunt iusta est vt si
absoluat̄ qs nolēs satisfacere de dano p quo iustè fuit excō-
municatus. ¶ † Vtrū autē in mortis articulo fieri possit dispē- 14
satio omnis voti per simplicē sacerdotē, infrà Votū iiij. §. iij.
parti. x. A quo etiam absoluatur exēptus: infrà Absolutio v.

Rursus de Absolutione secundo, scilicet quo ad excommunicationem ab homine vel à iudice.

1 *Absolutio secunda modo considerata, quæ excommunica-
tionis ab homine illata est dissolutio: ubi impedi possit.*

Et an

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et an si episcopus eum absoluat, quē parochialis sacerdos aut Archidiaconus vi consuetudinis, aut quouis alio iure, quod in parochianū habet, excōicauit, absolutio teneat? Et ibidē, quēd Episcopus totius Diœcesis tum Laicorum tum Clericorum ordinarius est. Et quid de Prouinciali, si eum absoluat, quem communalis Prior excommunicauit?

2 *Episcopus si ad absoluēdum vices suas deleget, num is, cui demandatæ sunt excōicatos à subditis ipsius Episcopi absoluere possit? Et quid si adiatur delegationi clausula: demandamus vices nostras, etiam in his, quæ speciale requirunt mandatum?*

3 *Episcopus extra territoriam à se vel inferioribus suis excōicatos, num absoluere possit? Et an criminis particeps cum excōicato, debeat ab eodē absolutionē cum ipso criminoso accipere?*

4 *Sententia excommunicationis ab inferiore lata, si à Papa confirmata sit, num proximus superior ab ea absoluere possit?*

5 *Confirmationem duplicem esse: nempe, aut ex certa scientia: aut in communi forma. Et quid vnaquæque?*

6 *Excommunicatore mortuo, aut mentis non sanæ, quis absolutionem impendere queat? Et subinde, absolutus ab Episcopi excommunicati officiali, num verè absolutus sit?*

7 *Causa appellationis aut querelæ ab excommunicationis sententia ab inferiore Diœcesano lata, ad Metropolitanum delata, qualiter agendum procedendumq; sit? Et quid si excommunicatus non appellarit, de suffraganeo tamen apud Metropolit. conqueratur, vt ipsi ob iniustam excommunicationem pœnam irroget: an adire debeat? Et ibidem, quid si extra iudicium suffraganeus ad tutanda iura sua, vel etiam in iudicio ex officio procedens, quempiam excommunicet?*

8 *Iudex ad actum absolutionis interponendum, num aduersarium citare debeat? Et quid si cōtra fiat, num teneat absolutio?*

9 *Archiepiscopus num eos absoluere, qui alligati sunt ex sententia Canonis concilij prouincialis, possit? Et quid si religiosus ab hominis sententia, à qua non potest, quem absoluat, num in aliquam censuram incidat? Et ibidem, quōd in mortis articulo simplex sacerdos ab ea absoluit.*

1 ABSOLVTIO † secundò, scilicet ab excōmunicatione hominis, vt innotescat à quo possit impendi, sciendū est quōd impendi potest primò ab eo qui tulit eam: quia potens ligare, potest etiam soluere: nisi in casu vt dictum est. Secūdò ab eius successore, vbi lator esset mortuus vel amotus. xj. q. iij. si episcopus. Tertiò quādo excōicator est suffraganeus, impēdi potest ab archiepiscopo nō indifferēter: sed si ad eum fuerit appellatū, & hoc vocatis partibus & cognito de appellatione: vt in c. Romana. de appel. lib. vj. & extrà eo. venerabilibus. vel si hoc habet consuetudo, aut excōicator negligēter vel malitiosè differat absolutionem: vel in alijs casibus in quibus iudicare potest de subditis suffraganeorū, quos habes j. ti. Archiepiscopus. §. j. Et si absoluit in casu nō cōcesso, absolutio nō valet: quia est à iudice nō suo: vt in c. pastoralis. de offi. ord. Quartò generaliter à superiore excōmunicatoris, si tamen habet omnē iurisdictionem & plenam potestatē super excōmunicatū æquè vt ipse excōmunicator: sicut si sacerdos parochialis vel archidiaconus aut alius subditus episcopo ex consuetudine vel ab alio iure suū subditum excōmunicauit: quamuis nō deceat episcopum irrequisito sacerdote illum absoluere: hoc tamen potest: & si absoluit, absolutus est secūdum Inno. vt in c. cum ab ecclesiarum. de offi. ordi. etiam satisfactione nō præmissa: quia episcopus est ordinarius totius diœcesis, tam laicorum quàm clericorū: vt in c. j. de offi. ordi. etiā quia tales officiales dicuntur episcoporū vicarij. de offi. archid. c. j. lxxx. dist. non debere. Quod verū intellige, nisi habeat ex consuetudine quōd ab episcopo absolui non possint: quia tunc ōn posset: vt in c. dilecto. de off. archid. Malè tamē faceret episcopus absoluendo etiam qñ potest: quia subditis suis iurisdictionē suā nō seruat. de excet. præla. c. ij. & de offi. ord. quanto. Et hæc opin. Inn. est cōis opin. Doct. quanuis aliqui cotradicant: vt not. Pan. in d. c. cū ecclesiarū. Si etiā Prouincialis ordinis mendicantiū absoluit, quē Prior cōuentualis excōicauit. & idem est de quolibet vicario habente plenitudinem potestatis super subditis Priorū conuentualiū vndecūq; habeat, scilicet à cōstitutionibus vel indulto apostolico. Archiepiscopus autem hoc nō pōt respectu subditorū suffraganei, nisi in casu dicto: quia nō habet plenitudinē potestatis super eis, cùm ab eo non habeat suffraganeus suā authoritatē. ¶ † Primòverò quēri, vtrū is cui Episcop⁹ cōmittit vices suas valeat absoluere supradictos excōicatos à subditis episcopi? Et dico quōd non, secundum Dir. li. iij. &. c. v. nisi hoc expressè concedat. ar. de pœn. & remi. si episcopus. li. vj. vbi dicitur quōd quis non intelligitur in generali commissione comittere ea quæ verisimiliter in specie non fuisset cōmissurus, nec est verisimile quōd in specie commisisset aliquid cū iniuria alterius: & consequenter non intelligitur in gñe commisisse quōd posset absoluere excōmunicatos ab alijs, quod esset in eorum iniuriam. Item de regu. iur. in generali. lib. vj. Item de procu. qui ad agendum. lib. vj. Et hoc etiam si episcopus diceret, cōmittimus vobis vices nostras etiam in his quæ mandatum speciale requirunt: quia in tali mādato non veniunt maiora & grauiora quàm sint in commissione expressa: vt in d. c. qui ad agendum. & in cle. non potest. de procu. Istud autem minus est quàm absoluere simpliciter, quia fit cum inferioris iniuria. ¶ Secundò † vtrum Episcopus extra territoriū suum absoluere possit excōmunicatos à se vel inferioribus suis? Et dicovt in ti. priori. §. vj. dubio ij. & similiter de legato: quia in hoc est idem iudicium de sententia iuris & hominis secundū doct. ibidem. Tertiò vtrum participans in crimine criminoso cum excōmunicato absoluendus sit ab eodem cū illo? Et dico quōd sic, siue ille absoluēs sit excommunicator: siue successor, siue superior eius: vt in c. nuper. de sent. excō. ¶ Quartò † quæritur, vtrum si sententia excōmunicationis, quam tulit inferior, sit cōfirmata per Papam, superior possit absoluere? Et distinguo secundum Panor. in c. ex frequentibus. de instit. quōd aut est sententia hominis, aut statuti. Et si hominis, aut est cōfirmata, ex certa scientia: & sic nullus inferior Papa absoluere potest sine eius mādato: nisi certum esset cōfirmationem per falsam suggestionē impetratam. extra de consuetu. li. c. ij. Aut est confirmata simpliciter & sine causæ cognitione: & tunc absoluere potest inferior: vt in c. ex frequentibus. Si verò est sententia statuti, tunc confirmatio non aufert inferioribus absoluendi potestatem: quia statutum inferioris per Papam confirmatum esse non debet maioris roboris vel momenti, quàm ipsius Papæ statutum: à cuius tamen sententia absoluere possunt Episcopi: vt in c. nuper. de senten. excō. ¶ Sed pro his nota secundum doct. in d. c. ex frequentibus. & in c. quia diuersitatem. de concess. præben. & de confir. vti. per totum. Quōd † cōfirmatio est duplex. prima scilicet ex certa scientia, & secunda in forma cōmuni. Prima est quando in ea inseritur totus tenor rei confirmatæ: vel quando Papa vtitur istis vel similibus verbis, scilicet ex certa scientia, vel quando confirmat aliquid quod vidit: vt de confir. vti. venerabilis. vt tenet Inn. in c. j. de transact. Secūda verò est quādo Papa cōfirmat simpliciter aliter nō instructus de negotio: & tūc verba debent conditionaliter intelligi: quia Papa ignorare præsumitur quæ in facto consistunt: vt in c. j. de consti. li. vj. Nota, etiā quōd confirmatio prima, id est ex certa scientia secūdum glo. in d. c. quia. tria operatur. Primò quōd talis res sit

maioris authoritatis: secundò quōd res minus valida sit valida, ita quōd validet malum vel inualidū: & habet vim innouationis: vt in c. j. de transl. & in c. quoties. de pact. Tertiò quòd præter authoritatē cōfirmātis nullus inferior de re illa cognoscere possit. Cōfirmatio autem secunda, id est, in forma communi parum aut nihil operatur, nec tollit cognitionem inferioris: nec erat aliquod nouum ius, vt in iuribus prælegatis: imperratur autem, quia solēt magis timeri specialiter quàm generaliter solùm prohibita j. Confirmatio humana. ¶ Quintò † quæritur, vtrum excōmunicatore mortuo vel amente capitulum vel successor, aut is, ad quē eius pertinet iurisdictio, absoluere possit eos quos excōmunicator absoluere potuisset? Et dico quōd sic: & etiā à sententijs latis à iure: vt in c. vnico. de maiori. & obe. invj. & xj. q. iij. si episcopus. Circa hoc tamen quintum dubiū insurgunt dubia multa, de quibus j. in tit. Capitulum. per totū. in excōmunicatione etiā hominis vel eius absolutione locū habēt dicta in tit. priore: nisi de excōmunicatione iuris specialiter dicta sunt. ¶ Sexto quæritur, vtrum absolutus ab officiali episcopi excōmunicati sit verè absolutus? Et distinguo: quia aut ipsum officialem episcopus instituit postquam tam erat excōmunicatus, aut antè. Si primum, iste non est verè absolutus: quia episcopus excommunicatus maiori excommunicatione ab omni actu legitimo est suspensus, consequenter officialem instituere non potuit. Si verò secundum, adhuc distinguo: quia aut cœperat vti officio antequā episcopus excōmunicaretur aut non. Si primum, planum est quōd sit verè absolutus, nisi aliud obstitat, secundum Rich. in iij. dist. xviij. Si verò secundum, sic secundum aliquos secus est: qui ex quouis non cœperat officio superueniente excommunicatione episcopi expirat iurisdictio. quod per hoc declarant: quia si episcopus corporaliter moreretur, aut deponeretur antequā officialis officio suo vti posset, iurisdictio sibi ab episcopo cōmissa expiraret. extra de offi. deleg. licet. in gl. Sed ista opinio Richnō placet: dicitq; nō esse simile quod adducūt, quia mors potestatē aufert, & depositio exēcutionē potestatis in ppetuū: nō autem excōmunicatio, sed eam suspendit vsque ad tēpus. Vnde videtur dicendum quōd procedere possit: & alijs absolutus ab eo verè absolutus est. Et probari possunt hæc extra de offic. vic. Romana. lib. vj. in tex. & in glo. ¶ † Septimò quæritur, quomodo faciendum sit quando causa per appellationē vel querelam venit ad metropolitanū subdito diœcesam appellante vel querulante? Et dico quōd si defertur p appellationē, sic distinguitur in c. venerabilibus. de senten. exc. lib. vj. §. sanè. & duobus sequētibus. Si certum est iustam esse sententiā excōmunicationis, superior iudex excommunicatum ad excommunicatorem remittere debet, & nō absoluere, nisi periculum sit in mora: vel nisi excommunicator requisitus eū malitiosè nollet absoluere. si tamē absoluit, tenet absolutio, secundum gl. ibi, ver. debet. Si verò cōstet sententiā esse iustā, sine aliqua difficultate mox debet absolui, & nō remitti ad excōmunicatorē. Si autem dubitetur vtrum iusta sit vel iniusta, superior eam potest iuxta formā ecclesię relaxare nisi deferat excommunicator: quāquam honestius aget si deferat ei in hoc casu. Hæc ibi. Si autem talis non appellauit, sed superiorem per simplicem querelā adiit, dicendum est secundum gl. in c. per tuas. de sentent. excom. qp ad inferiorē pro absolutione remittēdus est: quē si nolit absoluere, illum absoluet archiepiscopus. de offi. or. ad reprimendam. tamē si periculum esset in mora, propter huiusmodi remissionem, ipsum statim archiepiscopus absoluet. de sent. excom. sacro. Si tamen sententiam euidenter iniustam cognosceret, declarare potest archiepiscopus subditum episcopi ab

episcopo irrationabiliter fuisse ligatum: licet ad ipsum non appellauerit. de app. solicitudinem. Hæc ex glo. Nota tamē quōd in casu quo non est appellatum, si excōmunicatus deponas querelam apud superiorem de suffraganeo: vt imponatur ei pœna pro iniusta excommunicatione & tuo interesse, debet eum audire non autem si queratur de illo vt relaxetur sententia, quam ille contra se pro alio promulgauit: quia tueri hanc causam nō pertinet ad suffraganeum, sed ad Dcū pro quo est sententia. Attamē si suffraganeus extra iudicium pro defensione iurū suorū, vel etiā in iudicio ex suo procedens officio, scilicet inquirēdo vel simile quid agēdo aliquē excōmunicet, in hoc casu cōueniendus est suffraganeus corā archiepiscopo vel eius officiali: quia ipsius interest defendere causam suā. Hæc in d. c. venerabilibus. ¶ Octauò † quæritur, 8
vtrum iudex ad actū absolutionis citare teneatur partē aduersam? Et dicit Panor. in c. qua fronte. de app. quōd sic, secūdum doct. communiter, cùm pars aduersa pretendere possit interesse: fortè enim fecit expensas, quas consequi debet ante absolutionem, vel huiusmodi: tenet tamē absolutio si de facto fiat parte nō vocata, sed gl. in c. excommunicato. xj. q. iij. videtur limitare prædicta quando iudex excōmunicauit ad instātiam partis: secus si ex officio suo. & hoc placet Pan. Io. autem And. arguit quōd absolutio nō teneat, per tex. in c. Romana. §. sententias. de app. lib. vj. vbi dicitur quōd sententia excōmunicationis vel interdicti nullatenus est reuocanda parte non citata. Sed Pan. cōcordans dicit absolutionem tenere parte non vocata, si fiat ab excōmunicatore, siue à superiore cōcurrente cum eo ad actum iurisdictiōis circa excōmunicatū. tex. est cum gl. in c. cùm ab ecclesiarū. de offic. or. & in d. c. venerabilibus. §. vbi. vbi habet regula generalis quōd absolutio facta à iudice suo quantumcunq; iniusta tenet. Quādo autem absolutio fit à iudice ad quē deuoluitur iurisdictio solùm via appellationis: vt in archiepiscopo, si ad eum non est appellatū, non valet absolutio: secus si recipiat appellationem ex probabili causa emissam: quia tunc tenet absolutio ab eo facta parte vocata, licet sit iniusta: quia hoc casu est iudex. quod etiā patet per d. §. vbi qui propriè loquitur de iudice ad quem, vbi dicitur quod vbi superiori cōperit de excōmunicatione cognoscere, absolutio quam facit, tenet, licet forsitā sit iniusta: quoniā etsi cōtra ius litigatoris, non tamen contra ius constitutionis absoluit. Si autem vult sententiam excommunicationis reuocare tanquā iniustam, vel denuntiare nullā: nō potest, nisi partibus vocatis. & si aliter facit, reuocatio vel annullatio nō tenet. & hoc casu intelige d. §. sententias. & Io. An. ibi. Et ratio est, quia hoc est quasi diffinitiuè pronuntiare, & est actus iudicialis: nec sibi cōpetit potestas, nisi prius examinauerit causam. Hæc Pan. & est verū quod dicit do. Abb. quia etiā si archiepiscopus sit iudex, non tamen potest sententiā, à qua est appellatū reuocare sine citatiōe partis. l. de vnoquoq. & ibi per doct. ff. de reg. iur. Potest ergo solùm absoluere, quia absolutio est actus pœnitentialis: sed reuocare sententiam excommunicationis parte non citata hic nō potest. c. inter quatuor. & ibi Inn. de maio. & obed. ¶ Nonò † quæritur, vtrum archiepiscopus absoluere 9
possit ligatos sententia canonis concilij prouincialis? Et dicit Asten. lib. vij. tit. xiij. de mente Host. quōd non sine cōsensu suffraganeorū, si canon sit factus in persona concilij: vt si dicatur, Nos concilium, vel nos archiepiscopus de consensu suffraganeorū. & hoc nisi episcopi sibi concesserint: vel hoc ex priuilegio vel consuetudine habeat. arg. de tempo. ord. si archiepiscopus. & c. sequenti. Potest verò per se absoluere, si statutum sit factū ex persona archiepiscopi: vt si dicatur, Nos archiepiscopus de cōsilio fratrū nostrorū, &c. quia cōsilium

Universidad de Deusto
Biblioteca

hum non importat necessitatē:vt in c.cùm olim.de arb. iun
cta gl.Arch. autem xvij.dist.in summa. in vtroq; casu tenet
quòd absoluere potest non solùm archiepiscopus suum sub-
ditum,sed etiā quilibet suffraganeus:quia talis sententia est
canonis:ar.ex c.nuper.de sent.exc.& hoc tenet.An autē reli-
giosus absoluens à sententia hominis à qua nō potest,incidat
in aliquā censuram,videt ¶Excōmunicatio.vij.excōmunica-
tione.xiij.§.vlt. Ab hac etiam absoluere potest simplex sa-
cerdos in mortis articulo modo quo suprà Absolutio.j.§.v.

Rursus de Absolutione tertiò scilicet quo ad modum eius.

1 *Absolutio sive à maiori, sive à minori excommunicatione num sub conditione, quæ vere condita est fieri possit.*

2 *Absolutionis ab excommunicatione maiori, duplex modus. Et absolutionem nudo & simplici verbo fieri posse. & eam sacramentalem non esse, an verum sit?*

3 *Absolutio ab excommunicatione maiori quantum ad solennitatem & modum de bene esse pertines, quæ requirat? Et ubi dē unum quodque singillatim. Et primum quid absolvendus agere debeat? & ad quæ ante quam absolvatur, teneatur?*

4 *Absolvendus ab excom. ubi quo, & qua ratione ac forma absolvend. sit? Et quid præcipere ac facere debeat absolvens? Et an si irrationabilia mandet, ab eo appellari possit? Et subinde absol formula practica.*

5 *Absolutio ab excommunicatione minori, quo ad modum, qui obseruare debet. duo habere debet, nempe unum respectu absolvendi, alterum respectu absolventis. Et ibidem quæ sint?*

6 *Absolvens extra formulas hic traditas, num illicite excommunicato participare censeatur.*

7 *Papa ob hoc, quòd excommunicatum salutat, aut cum alioqui deosculatur, num eum absoluere intelligatur? Et quid in episcopo vel alio inferiore à Papa? Et sub hac, quòd in absolutione ab excommunicatione certa forma requiratur: in absolutione à suspensione non aque. Et ibidem diuersitatis ratio.*

8 *Excommunicatus per papa constitutionē nō absolutus ex eo intelligēdus sit quod constitutio reuocata sit: ac proinde absolutione nō egeat? Et quid de excoicato per inferiorem papa constitutione?*

9 *Absens num absolui ab excommunicatione queat? Et ibi quòd per procuratorem, per literas, & sine versique.*

10 *Iniusto num absolutionis beneficiū impendi possit? Et ibidē, excommunicationē pœnā esse cuius natura nō sit, vt voluntaria sit.*

11 *Allegatus pluribus sententijs, aut vna ex diuersis causis illata, absolvendus, omnes huiusmodi sententias, aut causas num exprimere debeat? Et quid de peccatis, ob quæ rogata & contracta sunt sententiæ.*

12 *Illigatus à maioribus pluribus, num ab his omnibus absolui debeat? Et quid si petat ab vno, omnium tamen supremo?*

13. *Excommunicatus se ad sustinendum offerens, num aduersario appellante, & intercedente nec absoluatur absolui queat? & ubi quòd tribus modis, cum limitatione tamen ad tertium modū.*

14. *Dubius de excommunicatione num absolutionē petere debeat?*

15 *Excōm. demortuus, qui pœnitudinis & attritionis indicia exhibuit, qualiter sit absoluendus? Et quid si cœmeterio insepultus est?*

16 *Absolvendo ab excommunicatione, num pœnitentia iniungenda? & quatenus? Et quid si absolvēdus ob legitimum impedimentum, ad eum se conferre nequit, ubi quo absolutionem accipere debeat? Et quid sit legitimum impedimentum, & tunc ubi quo absolui debeat? remissiue.*

ABSOLVTIO iij. ab excōmunicatione quo ad modū
seruandō, vt plenius innotescat: sciendū est primò q̄ à
nulla excōmunicatione maiori vel minori pōt quis sub con-
ditione absolui: puta si satisfecerit, vel huiusmodi:quia nec
talis absolutio tenet:nec taliter absolutus est simpliciter ab
lutus secundum Vernec.de reg.iur.actus.lib.vj.Et secūdum
Pan.in c.de quibus.de bap.intelligitur de cōditione supedē
te actū,id est,quæ est de futuro:huc quæ pedet in futurū.se-
cus autē si esset de præterito,quæ ꝓpriè nō est cōditio: cùm
actu nō suspēdat:vt baptizo te si nō es baptizatus. ¶ Sciēdū
est secūdo,pro absolutione ab excōicatione maiori quòd
modus eius est duplex:vnus scilicet ptinēs ad bene esse eius
& solēnitatē,de quo §.seq.alius pertinēs ad eius necessitatē
vel essentiā,sine quo scilicet nihil fit, & quo seruato tenet.
Et de hoc dico quòd nō seruato modo soleni etiā sine causa
rationabili,absolutio ipsa nudo & simplici verbo fieri pōt:
vt dicēdo,absoluo te ab excōmunicatione:aut relaxo eā,vel
te benedico:aut aliquid æquipolēs cū intētione absolvendi,
extra de reg.iur.omis res. ¶ Oidi.pōderet.& hoc scēm Rayn.
Gul.Io.& Arc.& oes ferè doct.vñ dicit Rich.in iiij. sufficere
quæcūq; verba significāt remotionē excōicationis:& idem
sententia dicūt Ant.de But.& Pet.de Petu.& S.Th. qui in iij.
di.xvij.vult absolutionē ab excōicatiōe nō esse sacramētale
sed magis cōsequi iurisdictionē:ide oḡ verba ipsa habere ef-
ficaciā ab intētione dicentis:vbi nō refert quibus quis verbis
suā intētionē exprimat. Contrariū tamē videtur, scilicet q̄
absolutio ista nō teneat modo soleni nō seruato, qui à iure
collectus est:quia forma rescripti exacta diligētia seruanda
est,ita vt nec ordo præpostereť.c.cū dilecta.de reseri.& alij
in gl.ibi allegatis.sed distinguēs dico ista,ꝓcedere quādo ab-
solutio alicui ab homine comissa est,& sub certa forma: q̄
tunc absolutio nō valet forma nō seruata:arg.c.fi. de præb.
&.c.prudentiā de off.deleg. Et ratio est, omissa forma data
ab homine nulla cōpetit iurisdictio:vt notat in iuribus prę
allegatis:& cōsequēter nō valet actus deficiēte potestate. Si
verò absolutio sit cōmissa alicui de iure vel ab homine, sed
simpliciter,& nō sub aliqua forma,sufficit vti verbo absolu
tionis,vel relaxationis,aut rebenedictiōis,& hmōi:qa sicut in
excōicatione, ita & in absolutione nulla est substantialis &
essentialis forma tradita à iure,scilicet certa & determinata:
vt notatur in c.j.de sent.exc.lib.vj.& in c.j.de ind.ad quod fa
cit ij.q.iij.c.j.sed sufficit per quęcūq; verba proferre id quod
significat verbū excōmunicationis & absolutionis. Et ita te-
net Gof,vt no.Pan.in c.fi.de rest.spo.& ium.in d.c.cū dilecta.
& sic etiā intellige dictū Io.An.& Arch.in c.cōperimus.xv.
iiij.q.iij.& Inno.in c. cùm desideres.de sent.excō.dicentiū q̄
absolutio ab excōmunicatione solo verbo facta tenet:sed di
cat nō seruās modū solēne nisi omittat ex causa rationabili.
¶ Sciendū est tertiò, quòd absolutio ab excōmunicatione
maiori quantū ad suā solēnitatē & modū obseruandū de be-
ne esse ab ipso absoluēte secundū Host.in Sum.quatuor re-
quirit. ¶ Primū est, q̄ absoluēdus antè iuret parere mādatis
ecclesiæ:vt in c.ex tenore.de sent.exc.& idem esset si iuraret
parere mādatis absoluētis,secundū Arch. quod quidē Hug.
limitat seruādū in criminibus horrēdis,vt incēdiarij,falsarij,
& hmōi,nō autē in leuibus.& hoc placet Arch. Et secundū
Host.hoc est de substantia absolutionis: sed tamē cōtrarium
est verū,& cōiter tenetur,de sent.exc.cùm desideres.vnde si
omittatur,qđ tamē fieri nō debet,teneat absolutio,secundū
Gof.Ber.& Gul.& prędictos. Et mulieres quidē indubitāter
iurare debēt.an autē & pueri,relinquit arbitrio episcopi,vt
multis placet. ¶ Scēm est q̄ antequā absoluatur si excōmu-
nicatus est pro notoria offensa,præstat emendā sufficiēter
iuxta proprias facultates,vt in c.porro.de sent.excō.& in ca-
pite.parochianos eodem tit Pro contumacia verò & offen-
sa dubia sufficit cautio iuratoria.de verborū significatione.

ex parte.scilicet vbi nullæ petuntur expensæ. Sed vbi petun-
tur expensæ vel satisfactio damni, absolui non debet, nisi
prius satisfaciat si potest:& si non potest, absolui debet sub
cautione idonea,id est,pignoratitia vel fideiussoria de satis-
faciendo si venerit ad pinguiorē fortunā.vt in c. Odoardus.
de solu.& in c.ex parte.de verb.sig el j. Quā si præstare non
potest,taltem præstabit iuratoria:absolutio aut nō negabi
tur.xxvj.q.vj.si presbyter. Et secundū Gul. talis ad petitionē
aduersarij tenetur cedere bonis quod intelligo verum in fo
ro contentioso:sed in foro pœnitentiæ sufficit si restituat eo
modo quo tenetur.de quo j. Restitutio. Tenet autem secun-
dum eundem Gul. absolutio,si hoc secundū non seruetur:sed
pecca: absoluens.ad quod facit d.cap.Odoardus. ¶ Tertium
4 est vt absoluatur per eum qui potest,cum psalmo,oratio-
ne dominica,& alia cōsueta & verberibus, & postea subiun-
gatur,absoluo te,&c.vt in c.à nobis.de sent. excom.el ij.vbi
tamen de verberibus quæ Arch. & Sum. Pis. commemorant
mentio non fit,nisi quatenus iuri consueta,& consequenter
eadem ratione seruanda qua & consueta oratio. ¶ Quartū
est vt absoluens postmodum faciat absoluto iusta & ratio-
nabilia mandata:alias posset appellare. extrà de pac.c.fin.&
de appel.vt debitus. Erunt autem rationabilia si excōmuni-
catio à iure iniungatur:vt nunquam veniat contra canonem
illum,puta percussori clerici vt nunquam percutiat clericū,
incendiario quòd non incendat,& similia:vt in d.c. ex teno
re.& xxiij.q.ij.pessimam. Et intellige nunquam nisi in casu
licito & à iure concesso:quia beneficium iuris nemini aufe
rendum est.in auth.de nupt.§.sed hoc quod.& ff.de re iud.l.
iiij. Et ita percussori clerici iniungendum est nunquam per
cutere nisi ad defensionem vel de mandato prælati,cui etiā
iniuria fieret si non posset mandare subdito captionem aut
verbera in casu legitimo. Aliquando etiā requiritur cautio
quòd talia de cætero non præsumat:vt in c.graue.de sen.ex
com. Si tamen sententia apparet iniusta,nullum mandatum
fiendum est: quia prædicta iura loquuntur solùm in ca-
sibus in quibus quis verè cōmisit delictū, propter quòd fuit
excōmunicatus. Consueuit autem ista absolutio sic practica
ri:vt post satisfactionem & iuramentum incipiat absoluens
Psalmum Miserere,vt simul vrgis & flagello percutiens sca
pulas nudas absoluendi,nisi aliter suadeat pudor honestatis:
finito Psalmo subiungat kyrie eleis.& Pater noster. & veri.
saluum fac.& orationem,Deus cui proprium:excepto quòd
non dicitur,quos delictorū,sed loco huius dicitur,& hunc fa-
mulum tuum,quem excommunicationis catena constringit
&c.& deinde dicat,absoluo te à vinculo excōmunicationis
quam incurristi propter tale factum,& restituo te sacramen
tis ecclesiæ & communioni ac unitati fidelium,in nomine pa
tris &c.vel dicat formā absolutionis quā habes j. Absolutio.
5 vj.§.j. & vlti.faciat mandata. ¶ Sciendū est quarto quòd ab
solutio ab excommunicatione minori quantum ad modum
quem seruare debet absoluens duo debet habere: primò vi-
sum ex parte absoluendi:vt scilicet sacerdoti proprio,idest,
ei qui potest illum absoluere à peccatis secundum Arch.ex-
ponat causam petens absolutionem:vt in c.nuper.de sen.ex
com.hoc tamen non est necessarium.secundò aliud ex parte
absoluentis vt absolutè absoluat:aliter absolutio non vale
ret,vt de maiori dictum est. Non requiritur autem iurato-
ria cautio:vt in d.c.nuper.& intellige de parendo mandatis,
aut damno refarciendo: nec requiritur verbera aut oratio
vel quæcunque solennitas præter simplicem confessionem:
alioquin d.c.nuper.non responderet tertio ibi quæsito: quæ
tamen confessio non est absolutè necessaria,sed sufficit rem
innotuisse sacerdoti: cùm etiam absoluere possit inuitum

vt dicetur. Non requiritur etiam ipsum sacerdotem non es-
se ligatum excommunicatione minori. sed sic ligatus po-
test absoluere:vt in c.duobus.eod.tit. ¶ Circa† præmissa ta- 6
men coſurgunt dubia multa. ¶ Primū est vtrū absoluens se-
cundū prædictū modū intelligatur excōicato participare il-
licitè in prædictis.& dico quòd nō: sed potius licitè:quia in
spectātibus ad animæ salutem: vel vt vulgò dicit in cōuer-
tendo:& cōsequenter nullā sententiā excoicationis incurrit:
vt in c.cum voluntate.eo.tit.& xj.q.iij.c.cum excommunica
to. Idem tenet Host.in c.à nobis.el ij.de sen.excom. & etia si
is,qui absolvitur,respondeat absoluenti.vt dicat Psal.Mise
rere.cum eo. ¶ Secundū† vtrū papa excōicatum intelligatur 7
absoluere per hoc quòd eum salutat vel osculatur,aut quo-
cunq; modo participat ei scienter? Et dico quòd nō,vt in c.si
summus.de sen.excom.in cle.& hoc intellige in dubio.quòd
si cōstaret quòd papa ex hoc eū haberet pro absoluto, esset
absolutus:quia papa iuri positiuo nō subditur:cùm sit supra
illud.de concess.præb.proposuit. & cōsequenter nō subijcitur
formæ iuris cōmunis volentis quòd excōicatio & absolu
tio verbis exprimatur.sed tamen nisi papa id expressērit,re-
putari non debet absolutus,ita Inno.in cap.cùm olim.de
priuil. ¶ Tertium, vtrū episcopus vel alius inferior papa ex-
cōicatum possit absoluere dicto modo,id est,ei participan-
do nullo speciali signo absolutiōis expresso cū intentiōe ta
men absoluendi? Et dico quòd nō,ita Inno.in d.c.cùm o-
lim.sed oportet vti verbo aliquo denotāte absolutionem.&
concordat gl.in d.c.cùm desideres.& est cōis opinio Doc.in
eo.c.& in eadem cle.si summus.& ratio est: quia subijcitur
formæ iuris communis:vt not.Pan.in d.c.cùm desideres.vnde
cùm in absolutione ab excōicatione aliqua forma requira-
tur,non obstante etiam satisfactione, requiritur absolutio:
etiam vt dicit in excōicatione ad tempus, puta quousq; quis
satisfecerit: sed tamen in absolutione à suspensione vel in-
terdicto secus est,secundum Io.And.vt singulariter no.Pan.
in c.fi de matrimonio contra.contra inter.eccle. quia si ista
seratur ad tempus,post illud non requiritur absolutio: sed
sufficit si de mente iudicis constet. Et ratio,inquit,diuersita-
tis est:quia in istis non requiritur certa forma, sicut in abso-
lutione ab excommunicatione.hæc Panor.qui per formam
certam non accipit determinatam:quia nulla est substantia
lis & necessaria,cùm diuersis verbis fieri possit absolutio,vt
dictum est.sed certa ibi est idem quod aliqua. Si tamen pa-
pa esset is,qui excommunicauit ad tempus,post illud non re
quiritur absolutio,si de Pontificis voluntate constiterit:
quia non subijcitur dictæ formæ:sed voluntate potest absol
uere,vt dictum est:sed in dubio credit do.Anto. quòd absо-
lutio requiratur: quia alio non apparente non videtur papa
velle vti potestate absoluta, sed ordinaria. & ita secundum
iuris ordinem impendi debet absolutio. ¶ Quartum,† vtrum 8
excommunicatus per constitutionem sit absolutus ex hoc
ipso quòd papa illam reuocauit non indigens illa absolu-
tione? Et dico quòd sic,si reuocando dixit quòd eam vult ha
beri pro non facta:quia secundum gloss. in cap. non debet.
de consanguinit.& affinit.& gloss.in clementi.vnica.de im-
muni.eccles.super verbo,infectis: tanta est authoritas papæ
quòd tollere potest constitutionem etiam ratione præteri-
ti effectus:ita quòd in tali casu talis absolutione non indi-
gebit.& glo.in dicto ver,infectis.dicit quòd papa in his quæ
sunt iuris positiui habet potestatem reuocandi ex tunc, id
est,sic quòd retro trahantur.quæ gl.secundum Zab.non in-
uenitur alibi.& ei cōcordat Pan.dicens ex hoc.quòd illegi-
timus per papam legitimari potest,sic quòd habeatur pro
legitimo ex tunc, id est,retro trahatur etiam quo ad ho-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nores seculares. Si autem papa talem constitutionem reuocat simpliciter non reuocatur effectus iam cautus: nec videtur approbatus actus exercitus contra illam: vnde excommunicatus absolutione indigebit. Non est autem simile de prælatis inferioribus: quia illud quod dictum est, potest papa de plenitudine potestatis: vt innuit gl. prædicta dicens: vide quanta est authoritas papæ: plenitudo autem illa nō est aliarum prælatis qui assumpti sunt in partem solicitudinis. vnde si episcopus dicat excommunicationem episcopalem seu esse habere pro no facta, excommunicatus per illa no esset absolutus. ¶ †Quintam an absens ab excōicatiōe possit absolui? Et dico quòd sic per procuratorem: secundū Io. And. in c. qui ad agendū. de procur. lib. vj. & Arch. in c. eos qui de sen. excom. lib. vj. & Spe. tit. de procur. quòd secundum Inno. in c. cùm desideres. de sent. excom. est verum, quando subest iusta causa: quod non sic intelligo quasi deficiente iusta causa, quod non teneat absolutio: sed quia ex aliqua parte vel ex vtraq; incidit pēcūm. Et similiter potest absolui per literas, secundum Rich. in iij. dist. xviij. & est tex. in c. quanto. ij. q. v. Erit autem absolutus quando literas receperit: nisi aliter constet de mente absoluentis. Et similiter tenet absolutio absentis siue procuratore & literis quantum pertinet ad forum animæ: licut consueuerunt confirmatores electos absoluere ante confirmationem: quia totum dependet ex intentione absoluentis: vt dictum est: & si non requiritur præsentia animi seu voluntatis, vt statim dicetur: multò minus requiritur præsentia corporis: & si absolui potest mortuus, cuius anima est in purgatorio, multò magis viuus. Vnde absolutio generaliter facta in capitulo religiosorum, extenditur ad absentes, si id prælatus intendat, vt debet, etiam si nō faciāt quod ille iniungit: quia etiā inuitus & cōtradicens pōt absolui: & multò magis volens quāuis negligens. ¶ †Sextū, vtrū absolui possit inuitus? Et dico de hoc tutle Theologorū opiniones variae. in iij. di. xviij. & Canonistarū in c. ab excōicato. de referi. & c. significasti. de ao qui dux. in vxor. & in c. j. de sent. excom. lib. vj. Vnde S. Tho. ibi dicit hoc esse possibile, quod Rich. verum dicit: quantum ad sententiam hominis, non autem iuris: quia illa est aliquo modo voluntaria, dum quis voluntarie incidit in canonem. Sed ratio S. Thom. concludit de vtraq;, si loquamur de posse absoluto: quia, inquit, excommunicatio est pœna: de cuius ratione non est quòd fit voluntaria: vnde non pendet à voluntate puniti: sed punientis, qui scilicet sicut eam sine voluntate infert homini, aut per statutum annectit alicui factō: ita etiam & remouet. Si verò loquamur de posse circunstantionato, id est, irreprehensibili, quod scilicet idem est quod debere, sic nō est hoc possibile nisi ex causa rationabili: puta quia expedit saluti excommunicati, qui ex hoc fit peior: vel cōmunicanti cui participandi excōmunicato necessitas incumbit. Quod notauit Pan. in c. apostolicæ. de excep. dicens quòd vbi ex absolutione imminet vtilitas ecclesiæ, vel si non absoluitur reus, ecclesiæ ordinatio impeditur: tunc absoluendus est, etiam inuitus: vt dicit ipse, c. veniens. el ij. de testa. Et S. Tho. subiungit quòd etiam manente contumacia potest quis excommunicationem iustè latam discretè relaxare, si videat saluti illius expedire. & consentit Alb. ¶ Septimum, † vtrum ligatus pluribus sententijs vel vna ex diuersis causis teneat oēs causas exprimere? Et dico secundum Pan. in c. cùm pro causa. de sen excom quòd si est ligatus pluribus sententijs, non tenet absolutio, causis omnibus non expressis, quia est subrepticia: & superior absoluere non intendebat nisi pro causa expressa. arg. optimū in c. officij de sen. excom. & in c. ex parte. de offi. ordi. & hoc nisi permisisset ac obtinuisset absolutionem generalem ab omnibus: quia licet fieri non debeat nisi facta expressione specialitatme facta tenet. quod ego verum intelligo, nisi dolose subijceret vnam, loquendo in foro animæ: quia tunc secundum Rich. in iij. dist. xviij. absolutio est manif. de sen excom. cùm pro causa. &. c. officij. Hoc idem est in foro iudiciario secūm Pan. in d. c. cū ibi pro cauta. col. ij. nota bene gl. xxvij. in illis verbis, dummodo exprimat seriem facti. sed Felin. referendo S. Tho. in iij. Sent. dist. xviij. q. ij. art. v. dicit hoc habere locum, quando quis erat excommunicatus pluribus excommunicationibus ab eodem iudice: quia absolutus ab vna, intelligitur, inquit, S. Tho. absolutus ab omnibus, nisi cōtrarium exprimatur: secus si à diuersis. & de hoc est gl. in c. sunt plures. in verbo, de omnibus. de pœ. dist. iij. Si verò excommunicatio fuit vna, & causæ plures: aut vna causa sola per se sufficit: & tunc tenet absolutio si illa causa exprimatur. arg. c. super literis. de relcr. si verò plures causæ per se sufficiunt: vt quia plures clericos perculsit: vel pluries eundem temporibus interpollatis: omnes causas debet exprimere secundum Pilanum: & vna absolutio sufficit pro omnibus: aliter est subreptitia absolutio. Et si exprimit vnam causam tantùm: & deinde obtinet absolutionem generalem, val. etmodò fraus non interueniat, maximè si causas tacitas exprimit in generali, dicens se plures talia fecisse. Si verò nulla causa per se sufficit, sed omnes simul: tunc secundum Pan. vbi s. nō tenet absolutio, nisi omnibus expressis. Cuius ratio esse pōt, si tamen dabilis est iste casus: quia vna expressa, vel omnibus præter vnam, non est expressa causa sufficiens sententiæ: & consequenter iudex non iudicat istum ligatum, & consequenter nec absoluere intendit. Si tamen eo casu intenderet absoluere ad cautelam, est absolutus: cùm absolutio ab absoluentis voluntate dependeat. Cum omnibus tamen prædictis intellige, quòd si de absoluentis voluntate constaret, tenet absolutio etiam nulla expressa causa: si de ipsis excommunicationibus loquamur: secus de peccatis quibus cōtrahuntur: quæ omnia oportet specialiter esse expressa. ¶ †Octauum, vtrū ligatus a pluribus iudicibus debeat à pluribus absolui? Et dico quòd sic: & semper vitāri debet quousq; fit ab omnibus absolutus: vel ab vno, cui omnes absolutionem mandarint: secundū notata per doctores in c. officij. de sen. exc. aut secundum Ric. nisi absoluat vnus omnium superior. Et intellige quòd petens absolutionem ab vno iudice pro vna causa, debet tamen alias exprimere. vt patet in d. c. officij. ¶ †Nonum, vtrum absolui debeat excommunicatus offerens se ad iustitiā appellare aduersario ne absoluatur? Et dico q̄ absolui potest in triplici casu. Primò si excommunicator recognoscit errorem suæ excommunicationis: quia illum debet reuocare appellatione non obstante. de sen. excom. ex sacramento. Secundò si de errore dubitat, & reus præstat cautionem de parendo iuri, vt ibi: sed caueat iudex ne fingat errorem in præiudicium partis. Tertiò si nec agnoscit errorem, nec dubitat de eo, & tamen reus petit absolui: & de parendo iuri cautio idonea præstatur. c. quia fronte de app. Fallit hoc quando excommunicatus absolutionem petit ad cautelam, dicens sententiam fuisse dubiam, aut falsam, aut nullam: quia si aduersarius dicat eum pro manifesta offensa excommunicatum, & intra terminum octo dierum probet: absolui non potest reus, nisi prius sufficientem præstet emendam. de sen. exc. solet. lib. vj. & facit c. Odoardus. de sol. & quod ibi notatur. Si verò non probet, absoluetur cum iuratoria cautione: vt in d. c. solet. Si verò excommunicatus impetret absolutionem aduersario sciente, sed non contradicente, neque aliquid petente: postea conqueri non valebit, quia remisisse videtur. de sent. & re iud. quamuis. ¶ †Decimum, vtrum dubitans de excommunicatione petere debeat absolutionem? Et dico quòd sic, si habet absoluens cōmoditatem, & nullum sibi inde præiudicium generatur: quia in dubijs tutior pars est eligenda. de spon. duuenis. Si verò non habet illam cōmoditatem, aut sibi inde præiudicium generatur ab aduersario, aut à propria passione: quia scilicet assentiendo scrupulis fit scrupulosior & inquietior; tunc si dubitatio est leuis aut scrupulosa, deponat eam ad consilium boni viri: quia absolutionem petere non tenetur. arg. de senten. excommunicatio. ca. inquisitioni. Item quia dubius consulēs peritos laborat ignorantia inuincibili, quæ peccatum excusat, secundum Sanct. Thom. ij. distinct. xxij. & iiij. distinct. ix. & xij. quæst. vij. Sextò quod maximè verum est in scrupulosis: quia in re propria sunt sine iudicio de particulari eligibili propter vehementiā passionis timoris. Si verò eam deponere aut non vult aut nō potest: vel etiam si dubitatio sit probabilis habenti iudicium sanum, debet absolutionem petere ratione tam dicta, & argumento in eodem capite, inquisitioni. Idem per omnia dico in eo qui dubitat de peccato. ¶ †Vndecimum, vtrum & qualiter mortuus absoluendus sit, qui signa contritionis ostendens euidētia excommunicatus decessit? Et dico quòd absoluendus est iuxta dicta suprà Absolutio primò. §. v. & hoc modo: quia scilicet si est sepultus in cœmeterio, non exhumabitur: si verò alibi, exhumabitur, & corpus, vel sepulcrum verberabitur cùm Psal. & oratione Dominica, & alia consueta: sicut circa viuos fieri consueuit. de senten. excommunica. à nobis. el secundo. sed intellige quòd si extra cœmeterium sepultus est, non verberabitur sepulcrum secundum, id est, sacrum: sed primum, id est, prophanum: quia prius debet absolui quàm sepeliri: cùm excommunicati careāt ecclesiastica sepultura: vt Excōmunicatio iij. §. ij. ad quid autem circa hoc teneatur hæres, infrà Hæres. iij. §. ix. ¶ †Duodecimum, vtrum in absolutione ab excommunicatione aliqua & qualis pœnitentia iniūgenda sit? Et dico quòd in triplici casu iniungitur. Primò quando absoluendus erat excommunicatus ratione damni: quia peccat absoluens nisi prius satisfecerit, si potest, iuxta dicta suprà in hoc titu. §. ij. si tamen absoluitur, absolutus est, secundum Veruec. Secundò quando iniecerat manum violentam in clericum: pro qua re satisfactio pecuniaria solet imponi: quæ quidem applicabitur monasterio, si percussus fuerit monachus aut conuersus: arg. xij. quæst. j. nō dicatis. & de statu monach. cùm ad monasterium. primo respondeo. vel ipsi percusso si fuerit clericus secularis, nisi in ecclesiæ contumeliam fuerit propulsatus: quia tunc etiam ecclesia agere poterit pro iniuria. Iustit. de iniu. §. si communi sertuo. & sic etiam ecclesiæ satisfiet. Consentit Gofr. & Hostien. Tertiò, quando absoluendus à sententia Canonis vel hominis habet periculum mortis, vel aliud legitimum impedimētum recurrendi ad illum, à quo fuerat de iure absoluendus: quia iniungendum est ei vt cessante periculo vel impedimēto se præsentet illi, recepturus eius mandatum, & satisfactu-
16 rus vt oportet: sed intellige nisi impedimentum sit perpetuum, secundum Innocen. in cap. quanuis. de sentent. excommunicatio. & nisi excommunicatus sit puer, id est infrà xiiij. annum: vt patet in eodem c. Quòd si se non præsentet quàm citò commodè potest, reincidit in eādem, sicut & absoluti à sede Apostolica vel eius legatis: quibus iniungitur vt ordinario vel alij se præsentent pro pœnitentia, & satisfaciant iniuriatis: nisi hoc faciant quàm citius cōmodè poterunt, de sententi. excommunication. c. eos. lib. vj. Et ibi hoc extenditur ad quemcunque absolutum cum onere se præsentandi vel satisfaciendi alicui: siue sententia fuerit iuris, siue hominis. de quo dicit infrà Excommunicatio. viij. Quid autem sit legitimum

impedimentum, exemplificat Ioan. Andr. in cap. religioso. de senten. excommunicatio. lib. vj. vt si quis est in mortis articulo, vel æger aut debilis, vel habens inimicitias capitales, vel huiusmodi. vide tit. sequen. §. j. dubio xv. A quo etiam absolui potest habens tale impedimentum, habes quantum ad periculum mortis suprà Absolutio primò. §. v. quantum vero ad alia impedimenta, episcopus est requirendus: vt not. Inno. & sequitur Pan. in c. de cætero. de sent. excom. & si ad eum mittere non potest, secundum Inno. in cap. j. de senten. excomm. sacerdos proprius absoluet. Et hæc locum habent in excommunicatione tam iuris quàm hominis, vt in dict. cap. eos.

Rursus de Absolutione ab excommunicatione quartò specialius, scilicet percussorum clerici.

1 *Iniuriarum, vt tres sunt formæ ac species, ita tribus modis contingit quempiam ex clericorum percussione excommunicationem contrahere. Et quis in vnaquaq; specie absoluat? Et ibidem quid vnaquæque iniuriarum species, pulcherrime exemplis plana sit.*

2 *Excessus notorius qua ratione enormis dicatur? Vbi in hoc regula traditur ex Panorm. vna alia ab Astens.*

3 *Incidentes in excōmunicationē ob manuum violentā in clericū iniectionē à solo Papa absolutionē consequuntur. Fallit modus xvij. de quibus hic ex ordine: vt pœnarū species xvij. sunt, quæ ab hoc priuilegij beneficio, aut iusta ratione aliqua eximuntur.*

4 *Clausula, cessante impedimento, qualiter accipienda sit, & qualiter resoluēda? Et impedimēta appellatiōe quid cōtineatur?*

5 *Excommunicatos ob iniuriarū clericis illationem, inferior episcopo, habens velut authoritatem episcopalem, pro leui ac mediocri iniuria, num sicut episcopus, absoluere possit?*

6 *Absoluere qui possint, num absolutionē alij demandare possint?*

7 *Absolutus cum mandato se Apostolico præsentando, si interim sedes vacet, num possint differre, dum sedi Apostol. prouisum fuerit? Et quid in alio excommunicationis genere, num qui Papam adire nequit, ab episcopo absolui possit?*

8 *Officialis clericum ferens, an excommunicationē incurrat? Abs quo absoluatur? Et quis officialis nomine intelligendus sit?*

9 *Delicioſi, num ex eorum sint numero, qui perpetuo dicantur excusari impedimento: vt huius gratia præsentandi se Apostol. curiæ, mandatum iniungi nequeat? Et quid de his, qui sui iuris non sunt? Et sub hac, quid de marito vxorem in fraudem seruitutis? Et an dicatur non sui iuris.*

10 *Edictum de se curiæ præsentando, prohibitorium esse, & ad omnes porrigi, nisi specialiter exempti sint. Et an in simili de coniuge vir excipiatur: & liberius in simili de seruo. Item an ius priuilegiatum ad simile porrigatur.*

ABSOLVTIO †quartò specialius, scilicet ab excōmunicatione in quam quis incidit ex clerici percussione: cuius absolutio Papæ reseruatur: vt in casi quis suadente. xvij. q. iij. nunc consideranda est. Vt autem sciatur quādo à Papa & quando ab episcopo vel alio petenda sit hæc absolutio, cōsiderandum est primò quòd cùm secundum Io. And. & Pan. in c. peruenit. de senten. excom. tres sint species iniuriæ: leuis scilicet, mediocris & enormis: episcopus ab huiusmodi excōmunicatione pro leui iniuria potest absoluere omnes iure suo authoritate di. ca. peruenit pro mediocri autem absoluere nō potest nisi priuilegiatos, de quibus infrà. pro enormive rò regulariter non absoluit, nisi in necessitate, vel vbi sibi specificè cōmittitur. hæc ex illis. Sed intellige de priuilegiatis propter conditionem personæ vel circunstantia facti alleniatiuam, nō autem de priuilegiatis propter excessus exilitatem seu modicitatem: vt j. de leuiter peutiente dicetur, §. iij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Leuis iniuria secundum Aste. exempli gratia est si quis malo animo super clerico manum ponat, aut accipiat eũ per vestes vel habeas. quod intelligi debet, si is qui talia infert, est superior, aut par, aut quasi par in mundana reputatione: sed quia in his generalis regula dari non potest: ideo dicit Pano. vbi supra, & in c. cum illorum. eod titu. quòd leuis iniuria est iudicis, id est, absoluentis arbitrio iudicanda ex variis circunstantijs personarum, locorum & temporũ: quia si clerico publicè ministrãti quis leuiter manus iniecerit, non erit iniuria leuis, quæ aliàs fuisset leuis: & quædam est leuis illata puero vel in dorso, aut manu vel baculo, aut in occulto, quæ nõ esset leuis illata seni, vel in facie, vel pugno aut ense, vel in publico. Enormis autẽ exempli gratia: vt patet ex c. cum illorũ. de sent. excõ. est, cùm venitur ad mutilationem membri: quia scilicet membrum impeditur ab officio suo, & à fortiori ad trũcationem quę est abcisio totalis, vel ad sanguinis effusionem: quod scilicet abundantiam sonat. & hoc per notabile vulnus, & aliũde quàm ex membro vnde leuiter fluit: vel si in episcopum, aut in propriũ abbatẽ manus iniecta sit, adde vel in eius locum tenentem secundum Io. And. & Pet. de Peru. Sed quia etiam in huiusmodi est variatio, & sine sanguine potest esse enormis iniuria: vt in c. vnico. de conse. eccle. li. vj. imò & mortalis: ideò secundum eundem Pano. hæc iniuria iudicis arbitrio pensanda est: quia, inquit, ex quo episcopo & abbati cõceditur certis casibus absolutio, cognoscere possũt an eorum sit iurisdictio. arg. c. super literis. de reseriptis. & in l. si quis ex aliena. ff. de iudi. sed caueant, inquit, sibi, ne leuem dicant, vbi est enormis. Idem etiam sentit Pisan. scilicet quòd iudicis vel boni viri sit hæc iniuria arbitrio iudicanda, ex circunstantijs locorum, temporum & personarum: vt Institu. de iniurijs. §. atrox. Et idem sentit Host. in qualibet iniuria, allegans extrauagantem, perlectis. Et adde secũdum Iaunem Andr. in cap. cum illorum. eodem titu. quòd enormis iniuria est si percussio fit in theatro, vel foro, vel in conspectu iudicis: multo fortius si quis in cœmeterio, vel dormitorio vulneretur, seu aliàs verberetur. Et hæc omnia eliciũtur ex d. §. atrox. vbi dicitur: Atrox iniuria æstimatur vel ex facto: veluti si quis ab aliquo vulneratus fuerit, vel fustibus cæsus. vel ex loco: veluti si cui in theatro vel foro, vel in conspectu prætoris iniuria facta sit. vel ex pśona: veluti si magistratus iniuriam passus sit: vel senatori ab humili persona iniuria facta sit: aut si parenti patronoq; fiat à liberis vel libertis. nonnunquam etiam locus vulneris atrocem iniuriam facit: veluti si in oculo quis percussus fuerit. Hæc ibi vbi glossa in verbo oculo, addit vel in ore. Mediocris autem dicitur, quæ inter leuem & enormem est media: de qua necessariò cognoscit is qui & de extremis: vnde secundum eundem iudicis arbitrio pensatur. Cui consentit Hostien. dicens quòd iudicium de leui & enormi iniuria totum arbitrio committitur episcopi: & intellige etiam simplicis confessoris: quando habet absoluendi authoritatem à Papa vel episcopo: quia tunc habet iurisdictionem ex commissione. vnde Pisanus totum tribuit arbitrio boni viri, qui etiam non potest esse nisi iudex: quod verum est in foro animæ vel etiam iudice dubitãte in foro causarum. Aduertendum est tamen quòd cùm medium naturam sapiat extremorum, & vtriusque nomen subinduat respectu alterius: vt patet v. Phy. ideò iniuria mediocris aliquando appellatur grauis, quia scilicet maior est leui: vnde secundum Moal. inter enormem & leuem est media, quæ grauis dicitur: aliquando verò dicitur leuis, scilicet respectu ipsius enormis, quæ dicitur grauis: sicut & percutiens enormiter dicitur percutere grauiter: vt in dict. cap. si verò. vnde etiam secundum Host. Rodo. & Mon. grauis iniuria dicitur, quando vulnus illatum requirit medicamen chirurgiæ, vel emplastri, & huiusmodi, vbi grauis sumitur pro enormi. † Ex his Pan. in d. c. cum illorum. elicit regulam singularem, scilicet quòd excessus notorius dicitur enormis ratione notorietatis: quia percussus in platea vel theatro, vel ecclesia dicitur atrociter iniuriatus: ideò inquit, episcopus, qui scilicet inferentem clerico iniuriam leuem suo iure potest absoluere: vt idem dicit in d. c. peruenit. non potest absoluere à notoria: quia leuis dici non potest. hæc Panor. Imò etiã videtur quòd pro tali iniuria absoluere nõ possit etiam priuilegiatos, quos potest absoluere pro mediocri: quia ista est enormis. Aste. etiam regulam facit, quòd vbi ex tali iniectione manuũ sequalis generatur, efficitur iniuria grauis, id est, enormis idem secundum Host. dicendum est quoties inferior & subditus in superiorem manus iniecerit: sed tamen in omnibus dictis & dicendis exemplis semper tene quod in omnibus oportet interuenire boni viri arbitramentum, propter varias circunstantias. ¶ † Sciendum est secundò circa absolutionem ab huiusmodi excommunicatione quòd personæ quædam dicuntur priuilegiatæ: & sunt numero xvij. de quibus Panorm. in d. c. cum illorum. sic dicit: Nota ex textu regulã quòd incidentes in excõmunicationẽ pro violenta manuum iniectione in clericum à solo Papa absolutionem consequi possunt: quæ regula originaliter habetur in c. si quis suadente. xvij. q. iiij. Fallit autem in multis casibus, quæ istis versiculis cõtinetur: Regula, mors, sexus, hostis, puer, officialis, Delicios⁹, inops, æger, senexq; sodalis, ianitor, adstrictus, dubius, causæ lucius ictus. Debiles absolui sine summo merent. Sũt ergo xvij. casus in quibus citra sedem Apostolicam huiusmodi absolui possunt. ¶ Primus est si regularis verberet regularẽ: dũmodo excessus nõ fuerit enormis: quia absolvitur à suo abbate: vt in c. monachi. de sent. excom. & in c. cum illorum. eo. titu. Et secundum Pan. in d. c. cum illorum. & idem est de priore vel præposito, vel quomodocũq; nominetur, qui est loco abbatis: quia scilicet monasterii non habet abbatem, sed prior vel præpositum: vnde textus vtiturverbo generali dicens eorum prælatus: & secũdum Sum. Cõfes. idẽ est de priore conuentuali ordinis prædicatorũ, & guardiano ordinis minorũ & omni priore conuentuali nõ habente super se maiorem in eodem cõuentu. sed intelligo de canonicè electo, qui solus in religione dicitur prælatus: vt innuit Aseh. & de hoc infrà titu. Prælatus. Extenditur etiam hoc ad magistrũ & fratres hospitalis sancti Io. Ierosolymitani: vt in c. canonica. de sent. excõ. qui subditos suos ab hac sentẽtia potest absoluere si sit sacerdos. Non autem extenditur secundũ Host. ad priorẽ templariorum, de quibus scilicet simile videbatur: quia, inquit licet ius cõmune debeat extendi per identitatem rationis, secus est: imo est in iure priuilegiato. licet glo. teneat cõtrariũ in d. c. cum illorum. Non extẽditur etiam secundum Pano. ad priorem trium vel quatuor, qui instituitur & remouetur ad arbitrium superiorũ. Idem autẽ esset si regularis peteret secularem: vt in ea. religioso. eo. tit. li. vj. Et intellige secundum Pan. siue inciderint ante, siue post ingressum religionis. ¶ Secundus casus est in mortis articulo. xiiij. q. iiij. si qs. & de sen. excõ. non dubium. & de hoc dictũ est suprà Absol. j. §. v. ¶ Tertius est in mulieribus: vt in c. mulieres. de sent. excom. non distinguendo secũdum doct. quales sint, fortes scilicet an debiles: viduæ aut maritatæ diuites aut pauperes, & huiusmodi, neq; qualiter peusserint, leuiter, mediocriter, vel atrociter: sed tamen dicit Veruec. q. licet episcopus mulieres posset absoluere, etiã si atrociter percusserint: expẽdit tamẽ vt mittãtur ad curiã, si sunt fortes, & atrocitas magna. & nulli fiat iniuria. Ex his autẽ sequitur q. sunt priuilegiat[æ] solũm quia aliquando

quãdo nõ sunt sui iuris, sed etiã quia sunt mulieres, quibus vagari non expedit. Et quod de mulieribus dicitur, maximè in monialibus locũ habet: vt in c. de monialibus. eo. ti. quæ etiã dici possunt cõtineri primo casu, cùm sint regulares siue religiosæ: quas etiã Panor. in dicto cap. de monialibus: nota ab episcopo posse absolui etiam pro enormi iniuria, ex quo Papa enormitatem sibi nõ reseruauit, sicut reseruauit in monachis. Ratio est, ne moniales habeant caulam se inuerecundè miscẽdi cœtibus virorum. Sed tamen notãdum est circa mu cendiaria sacri loci, vel falsatrix literarũ papæ mittẽda esset ad curiam: quia non inueniuntur iura parcere mulieribus in hac parte. & huius causa est, inquit, fortè, quia huiusmodi crimina non committuntur ex subito impetu: vt aliquãdo iniectio manuũ: sed per excogitatã malitiam: sed tamen intelligo quòd si impotens sit ad eundem, vel habeat aliud legitimum impedimentum: absoluetur iuxta notata j. §. iij. dubio iij. Notandũ est etiã circa moniales quòd eas absoluere potest episcopus, etiã si sint exemptæ secundũ gl. in d. ea. de monialibus. vbi Panor. dicit quòd hanc gl. sequitur cõmuniter Doctores. quod verum dico, nisi in priuilegio exẽptionis aliter caueatur. Dicit etiã quòd imminet dubium de sororibus mendicantiũ an eorum generalis, qui super eas habet authoritatem quasi episcopalem, eas in hoc possit absoluere: & videtur ei quòd non: quia cùm hoc sit indultũ episcopo ratiõe dignitatis: nõ licet inferioribus hoc attẽtare. sed hoc etiã dico verum, nisi aliter per priuilegia caueatur. ¶ Quartus est, in habẽte hostem, id est, capitales inimicitias: vt in cap. de extero. & in cap. ea noscitur. de sentẽ. excom. etiam si eas haberet ex culpa sua. l. nec timore. ff. quod met. causa. & extra de spon. veniens. sed de ista excusatione, an scilicet iste sine periculo possit Romã adire nẽcne: stabitur arbitrio boni viri. ff. de verb. obl. l. cõtinuus. §. cùm ita. & de voto. quod super his. ¶ Quintus est, in puero impubere de senten. excom. cap. j. & cap. quãuis, scilicet si sit doli capax, id est, circa septenniũ: qa aliter non incideret, etiam si post pubertatem postulat se absolui. eod. tit. cap. fin. Hoc autem Summa Angelica extendit ad iuuenes vniuersaliter: siue sint sui iuris, siue non, siue diuites siue non: quia eorum itineratio periculosa est. Sed de hoc die iuxta notanda in casu xv. Et adde secundum Petr. de Pal. in iiij. Sententiarũ, quòd pueri & mulieres probabiliter ignorantes iura positiua scientes hunc esse clericum, sed non sciẽtes nec scire debentes pœnã canonis, si quis suadente. nõ peccant quidem quia nesciant canonem: nihilo minus, quia faciunt contra legem naturę: simul pœnã eius & pœnã positiuæ legis incurrunt. ¶ Sextus est in officiali, qui arcendo turbam casu, sed non sũpple sine aliqualiculpa clericum percussit: vt in cap. si verò. el. j. de senten. excommunic. si tamẽ graviter læserit, nõ absoluitur nisi per Papã, vt ibi. ¶ Septimus est in multùm potenti, & delicato, qui ad curiam accedere nõ posset: vt in capitulo, mulieres. eodem titul. de quo textus dicit quòd si Papam adire non potest, prius indicetur Papę negotium: & secundum cõsilium eius puniatur. & gl. dicit quòd an ire possit, episcopus arbitrabitur: & si periculũ est in mora, absoluet eum accepta caurione quòd parebit Papæ cõsilio vel responso. ¶ Octauus est, in paupere: vt in cap. quod de his. eod. tit. & cap. quanuis. sed in d. cap. ea noscitur. Panor. de mente Ioan. And. hic notat habere locum in paupere nõ mẽdicante, sed viuente ex suo artificio: & etiam in solito mendicare, si eundo prouidere ex mẽdicitate nõ potest sibi & vxori: non autem in eo, qui potest ire, & mendicando sibi prouidere, sicut in loco suæ mansionis: sed puto quòd in his bonus vir arbitretur. ¶ [illegible] est, in ægrotante: vt in dicto capitulo, quod de his quod Dir. intelligit si sit infirmus incurabiliter, vel periculosè vel morbo longo, licet temporali: & ex itinere timetur accelerario mortis: imò secundum Innocent. etiam si non immineat periculum mortis: vt in podagra, vel febre quartana. ¶ Decimus est, in sene & valetudinario: vt in dicto capitulo, ea noscitur. & in dicto cap. quanuis. & Ioan. de Saxo, quo ad generationem legalem & potentatem aptãdi dicitur senex maior lx. annorũ. ff. de adop. l. si paterfam. sed quo ad excusationem munerũ personalium maior lxx. anno. C. qui ætate. l. fi. lib. x. iuncta l. ij. §. fi. ff. de decur. & consequenter secundum aliquos maior lxx. anno. excusabitur ab itinere etiam si sit fortis: maximè quia ab inde suprà homo iam non est in senectute, sed in senio, secũdum glos. in proœmio vj. vel dicitur senex in proposito: quia ratione ætatis iudicio boni viri, maximè episcopi periculosè tale iter aggrederetur. Et licet fortis videretur: tamen secundum Inno. absolueretur: quia periculosum est senem proficisci. Valetudinarius autem dictus est à valetudine, quæ secũdum glos. j. d. l. si paterfamil. in hoc distat à morbo: quia valetudo perpetua est, morbus temporalis. Et intellige quòd cùm dupliciter dicatur ægritudo perpetua, id est, durans vsq; ad mortẽ, scilicet vel quia est mortalis, etiam si repẽtè occidat: vel quia incurabilis ratum, & non mortalis: secundo modo valetudo est perpetua. ¶ Undecimus est, in sodalibus, id est, clericis viuẽtibus in cõmuni, & subpno recto dormientibus, & in eadẽ domo vescentibus: vt in cap. quoniam. de vita & honest. clerico. quod exponitur quando simul viuunt in aliquo collegio: sed tamen hic secundum Pan. excipitur atrox iniuria sicut & in monachis. ¶ Duodecimus est, in ianitore vel ostiario qui prætextu sui officij clericum non grauiter percussit: vt in dicto capitulo, si verò, sed iste casus, qui à Sũmistis & Panormitano in dictis versibus distinguitur à casu sexto de officiali, in hoc ab illo distinguitur: quia ibi percussio est casualis, hic verò intenta & animo iniuriandi: vt dicit glos. quod ex hoc notatur: quia textus dicit, malignatus. Ex quo etiam elicitur quòd necessariò danda est iniuria media inter leuem & grauem, siue atrocem quia si iste percussisset grauiter, per episcopum absolui non posset: vt patet in textu. si autem leuiter: iam non esset priuilegiatus in quantum ostiarius: cùm absolutio ex leui iniuria de se leuis est grauis. ¶ Tertiusdecimus est, in adstricto, scilicet alterius potestati, qui non est sui iuris: vt seruus, non quidem famulus, sed qui est seruilis conditionis, & Christianus: cùm infidelis non sit excommunicationis capax: & similiter filiusfamiliàs, vt in capitulo, mulieres. & in capitulo, relatum. de sententia excommunicationis. Quartusdecimus est, in dubio, scilicet in eo, de quo est publica fama, quòd clericum percusserit: qui, vt dicitur in capit. cùm desideres. de senten. excom. virandus est, nisi ad arbitrium episcopi se purgauerit: vel nisi ad cautelam absolutionis beneficium consequatur, scilicet ab episcopo. ¶ Quintusdecimus est in eo cuius causæ ad non eundum sunt iustæ scilicet qui habet impedimentum canonicum, id est, legitimum: vt in capitulo, quod de his. eod. titu. Quando verò impedimentum sit canonicum, vel legitimum, dico quòd dupliciter hoc intelligitur. Primò, vt dicitur legitimum, id est, à lege expressum: secundum quem ntellectum casus iste cum alijs in numerum non ponitur, sed omnes complectitur. secundò, vt dicatur legitimum, id est, legi consonum, vel à lege tolerandum. quòd tũc esse dico, quãdo arbitrio boni viri, est æquale, vel maius aliquo expresso in lege: & sic iste casus cõplectitur multos, & rationabiliter: quia eadẽ causa habet eũdẽ effectũ: ex ij. Phy. & vbi est eadem ratio, ibi idem ius: vt l. illud. ff. ad l. Aquil.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& l.à Titio.ff.de verbo.oblig.l.his solis.C.de reuoc.dona.Et sic quidam dicunt istos magnę potentię & delicatos esse priuilegiatos non solùm ratione teneritudinis & deliciositatis: sed etiam quia suas terras plerunque deserere non possunt: in quo tamen Papa esset consulendus, nisi periculum esset in mora. Si etiam Dr. dicit quòd tertiana vel quartana decentus aut etiam podagra, vel huiusmodi, ita quod ire nō possit, absolui potest ab episcopo: & sic etiam aliquando de iuuenibus dici potest: sed in omnibus huiusmodi relabitur arbitrio boni viri: arg. de offic. deleg. de causis. ¶ Sextusdecimus est, in eo qui leuiter percussit, id est leuem intulit iniuriam, vt in capitulo, peruenit. eodem titulo, quę episcopus absoluit iure suo, vt dictum est: sicut etiam & mulieres, senes ac valetudinarios, vt dicit Panormit. in c. peruenit. eodē titul. & tamen sunt personę priuilegiatę. Nec continet ista decretalis dispēsationem, vt dixerunt quidam, sed ius commune. ¶ Decimusseptimus est in debili, id est, membris destituto, ita quòd apostolicam sedē adire nō possit vt in capitulo, ea noscitur. eod. tit. vbi dicit Panor. quòd membris destituti dicuntur hīc ęgri, claudi, & alij multipharię impedi membris. ¶ Sciendum est tertiò, quòd prædictorum quidem habent impedimentum se curię præsencandi perpetuū: vt mulieres inquantū mulieres, & senes & valetudinarij, & destituti membris, & aliquo modo delicioſi: quidam verò habent impedimentum temporale: vt existentes in periculo mortis, & habentes inimicitias capitales, & ægri & inopes, & pueri: vt patet in dicto cap. quānis. quidam verò nullum habent impedimentum quantū est ex defectu vel conditione personą: vt ostiarius, & officialis turbam coërcens, & regulares ac fratres Ioānis Ierosolymitani, & clerici communiter viuentes, & serui ac filijfamiliās, & leuiter percutientes, & aliquando is, cuius causæ iustæ sunt. Omnes igitur isti dicuntur personæ priuilegiatæ, id est, exceptæ ab illa regula, qua Papę reseruatur absolutio percussoris clerici: sed quidam sunt priuilegiati ex causa se tenēte ex parte priuilegiati: vt omnes præter leuiter percutiēntem, qui est priuilegiatus ratione modicitatis excessus. Omnes igitur homines Christiani sunt priuilegiati, vt absolui possint citra sedem apostolicam ab hac sententia pro iniuria leui, secundū Doctores communiter: & patet in capitulo, peruenit. eodem titulo. Quidam verò etiā pro mediocri: vt omnes prædicti, secundum Ioannem And. & Panormitanum, sed excipiēdus videtur leuiter percutiens: qui si fortiter percusserit inferens iniuriam mediocrem, non absoluetur ab episcopo: quia cessat ratio sui priuilegij: alioquin omnis Christianus absolui posset ab eo pro iniuria mediocri: cùm nullus sit inferens iniuriam leuem, qui non potuit inferre mediocrem. Nisi fortè dicatur quòd leuiter percutiens absoluitur ab episcopo pro iniuria mediocri: modò percussio sit leuis. Sed iste intellectus non procedit quia quod in versu dicitur leuis ictus, in textu dicitur leuis iniuria: & consequenter esse nō potest iniuria mediocris & percussio priuilegiata leuis. Quidam verò priuilegiati sunt etiam pro enormi siue graui & atrocit: vt omnes habentes perpetuum impedimentum. quod probatur extrà de sententia excōmunicationis. per capitulum mulieres. & per capitulū, ea noscit. & per capitulū, quod de his. quæ loquuntur in fine: licet circa aliquos horum sint dubia quæ patebunt. quod etiam patet ratione: quia cùm tales nunquam possint adire pontificem: semper carerent possibilitate redeundi ad ouile. Et similiter omnes habentes impedimentum temporale: vt patet in dicto capitulo, quod de his. & capitulo, quanuis. sed iniungendum est eis, vt cessante impedimēto sedi apostolicę se præsentēt: vt patet ibidem. Qui verò nullū habent impedimentum, absolui non possunt, nisi pro iniuria mediocri: quia in istis iura excipiunt iniuriā enormem præterquam in monialibus, quæ tamen habent perpetuum impedimentū duplicitер: & inquātum mulieres & inquantum moniales præterquam etiam in seruis, de quibus est dubiū, quod patebit. Quidam etiam sunt priuilegiati: quantū ad hoc, ꝙ eis non imponatur sub iuramento, vt eam apostolicæ se presentēt cessante legitimo impedimento: vt patet primò in absolutis pro iniuria leui: quia tales episcopus absoluit iure suo, id est, nō vt tenes personā alterius habētis dare mandata sine iure suo, id est absolutione perfecta & completa sine relatione ad aliū: & secūdò in habentibus perpetuū impedimentum: quia in talibus ista iniūctio esset vana & ridiculosa: dicat tamen gl. in cap. ea noscitur. quòd valetudinarij apostolicā sedē visitabūt si conualuerint: sed hoc intelligo in dubio, an valetudo sit valetudo, vel morbus: quia si certum est quòd sit valetudo: puta quia est diruptus enormiter & incurabiliter: absoluetur absolutè: nec ei imponitur præsentatio. vñ si miraculosè liberetur, post absolutionem nō tenebitur. Quidam verò quantū ad hoc carēt priuilegio, vt oēs habētes impedimentū temporale: vt in d. c. quanuis. quod tamē capitulū excipit pueros, id est, impuberes: nō qn eis sit imponēdū, quòd se præsentēt cessante impedimento: sed excipiūtur à iuramēto se præsentādi: vt in d. cap. quanuis. quod intellige quando nō sunt in ætate iurādi, de quo infrà Iuramentum ij. §. iij. Vnde quādo absolui petunt: si sunt puberes, vel talis discretionis quòd secundū arbitriū episcopi competat eis iurare, iurabūt se præsentare sublato impedimento: secundū Sum. Cofes. & Arch. & Pisa. Et per hoc tollit repugnātia quæ in Sum. Pis. videtur in hoc titul. inter §. j. & vlt. quia quādo ibi dicitur in §. j. quòd omnibus impeditis iniungendū est vt se præsentēt, excepto puero loquitur de iniūctione per iuramentū, quonia adhuc est puer: quod patet ex iuribus ibi allegatis, scilicet c. de cætero. & c. ea noscitur. quę de iuramēto faciūt mentionē. Pan. tamē videtur sentire ꝙ talis nunquā teneatur curia adire habens in capueris. eod. tit. in summario, & in notabili regula quòd beneficiū semel indultū minori, ex quo cœpit habere locū, nō extinguitur per superuenientiam maioris ętatis. quod quidē dictū procedit de beneficio absolutionis: quia scilicet talis absolui potest ab episcopo. etiā in ętate maiori qualiber, vel aliqua: nō autē de beneficio iuramēti vel itineris. Qui verò nullū habet impedimentū ex defectu, vel cōditione personali, secundū Sum. Ros. no sunt mittendi: quia hoc nullo iure cauetur: secundū aliquos verò sunt mittēdi. Mihi autē videtur dicendum quòd si ratio quare absoluūtur ab episcopo sit perpetua, non sunt mittendi: si verò est temporalis, sunt mittendi ea cessante: quia semper stante causa stat effectus: & ea remota remouetur: vnde regulares & dicti fratres sancti Ioannis, & clerici communiter viuentes, nunquam mittendi sunt: quia nunquam debet eis dari occasio vagandi, quę est ratio absolutionis: similiter nec ostiarius, aut officialis: quia absoluuntur ratione alicuius circūstantię factum alienantis, quæ sunt, fuisse officialem in porta, vel casualiter, licet cum aliquali culpa deliquisse: quæ semper & perpetuò alleuiant. Filij verò familiās mittuntur: quia vt communiter cessat ius patriæ potestatis, nisi per accidens moriantur ante parentes. Et eadem est ratio de iuuenibus. Nec tamen eadem est ratio de impubere secundum aliquos: quia ideò absoluitur ab episcopo quod peccatum fuerit in tenella ætate commissum, quod perpetuum quoddam est. Seruus autem mittendus est si redimere se potest, aut aliter licitè subtrahere à seruitute: aut si verisimile est, quòd aliquandò manumittetur: quia ratio suæ absolutionis temporalitatem subinduit: aliter verò non, quia habet perpetuum impedimentum: & si non ex

4 sua persona, tamen à sui domini voluntate. † Quando ergo dicit Host. vel Sum. Pis. quòd omnes prædicti excepto puero impubere mittendi sunt ad curiam cessante impedimento: quia ille ablatiuus consequentiæ resolui nō potest in causa: sus: quando illud cessat: vel si illud cessat: quod locum nō habet in perpetuo. Et per impedimentum intelligitur omne illud quod est ratio absolutionis ab episcopo: quia illud accessum ad curiam impedit, & si non ex impotentia virium, tamen ex iusto fine, vel importentia iuris. ¶ Circa † prędicta dubia multa consurgunt. ¶ Primò enim quæritur, vtrum inferior episcopo habens quasi episcopalē authoritatem possit absoluere prædictos sicut episcopus ꝙ iniuria leui & medio ere? Et dico quòd nō, secundum communiorem opinionem nisi in casu: quia capitulum, peruenit. hoc episcopo committit, & nō Archidiacono vel archipresbytero, aut alicui qui sit episcopo inferior: cùm dicit fraternitati tuæ: quia inferiores episcopo non fratres sed filios summus pontifex appellat: vt in c. quàm graui. de crimine falsi. vnde & Panor. in c. monachi. de sēten. excommu. dicit regulam esse quòd ab excommunicatione canonis non absoluit inferior episcopo, nisi in casibus à iure concessis. quod probatur in clemen. j. de priuilegijs. & facit c. religioso. eod. titu. lib. vj. fallit tamē hoc primò in excommunicationibus nulli reseruatis à cōditore canonis: vt dictum est suprà Absolutio primò. & secundò in habentibus authoritatem episcopalem à Papa, qui in foro pœnitētiæ absoluere possunt omnes sicut episcopus: nisi sententiæ essent ab homine: & tertiò in prælatis quorūcunque religiosorum quo ad eis subditos. sicut dictum est §. ij. casu primo. In casu tamen simplex sacerdos absoluere potest habentes impedimentū perpetuum aut temporale vel nullum secundum glos. in c. de cætero. de senten. excommuni. scilicet in summa necessitate, id est in casu mortis: de quo suprà Absolutio j. §. v. sed in impedimento extra articulū mortis episcopus est requirendus: vt notat Innocen. & sequitur Rayne. & Panorm. in d. c. monachi. qui si ad eum mittere nō potest, absoluet proprius sacerdos: quod Rayo. arguit ex c. nuper. in fin. eo. tit. Et hoc locum habet in omni legitimo impedimento, siue secundū Ray. in omnibus suprà enumeratis casibus, & etiam in excommunicatiōe tam iuris quàm hominis: vt in c. eos. eod. titu. lib. vj. Similiter eos potest absoluere sacerdos
6 simplex mandante episcopo. ¶ Secundò † vtrum illi qui possunt ab huiusmodi sententia absoluere, absolutionem possint alteri cōmittere? Et dico quòd hāc cōmittere possunt hi quibus conuenit ex officio ordinariæ potestatis, secundum glos. in c. eis quibus. de officio ordi. quæ subiungit, quòd huiusmodi sunt legati ex officio legationis, extrà de offic. legat. quod translationem. & hi quibus committitur ex priuilegio perpetuo ratione dignitatis: sicut archidiacono Bononiensi quo ad excommunicatos in studio Bononiensi commorantes, & ibi delinquentes: & episcopi in certis casibus, vt dictum est: & abbates, extra de senten. excōmuni. cum illorū. & episcopi ac sacerdotes in mortis articulo, xvij. quęst. iij. si quis. Et ideo omnes isti vices suas committere possunt cùm viderint expedire. Et idem est de alijs excommunicationibus, scilicet quòd hi qui absoluere possunt iure ordinario vel delegato à principe possunt alijs vices suas committere cùm viderint expedire, dummodo delegatus habeat iurisdictionem. Si verò sit alicui commissum ex priuilegio speciali quòd possit tales absoluere, committere nō potest, quia certum ministerium sibi committitur in hac parte, nō autem iurisdictio, extrà de offic. deleg. quoniam. hæc glos. Vnde cap. fin. de offic. deleg. loquitur quando cōmissio fit ratione personæ, & nō dignitatis. Est autem idem de quolibet religioso prælato, quod de abbate iudicij: tum quia quod de illo dicitur, extenditur ad istū, vt suprà dictum est §. ij. casu primo. tum quia hoc priuilegium conceditur ei ratione dignitatis, & non personæ. Vide infrà Delegatus. §. viij. ¶ Tertiò, † vtrum absolutus cum mandato se præsentandi possit, si vacat apostolica sedes, differre, donec prouisum fuerit de pastore? Et dico secundum Panorm. in c. quod de his. de senten. excommuni. quòd non: quia sede vacante semper est pœnitentiarius vices gerēs summi pontificis: cui se præsentare tenetur: aliter incidit in eandem. ¶ Quartò, vtrum sit idem iudicium de quacunque alia sententia lata non propter dictam manuum iniectionem: vt scilicet nō potēs adire Papam absolui possit ab episcopo? Et dico secundum Panorm. in c. de cætero. eod. titu. vbi allegat Innocen. quòd sic. & addit quòd hodie clarè probatur hoc in c. eos. eod. titu. lib. vj. & idem tenet glos. ibi. & Ioan. Andr. & communis opinio. licet idem Panorm. in cap. quanuis. eo. titu. videatur tenere contrarium: sed non procedit quod dicit nisi de inferioribus episcopo, qui hoc non possunt nisi ex speciali priuilegio: vt etiam de Abbate dicit in c. monachi. eod. titu. Licet etiam teste Archi. Ioan. And. in nouel. in cap. quanuis. referat Innocen. tenere quòd non: sicut Panorm. malè refert eū tenere quòd sic: tamen tene vt suprà: licet in veritate Innocen. in cap. quanuis. eod. titu. dicat contrarium: quasi nō sit vera hæc opinio, sequitur quòd habens perpetuum impedimentum si viueret centum vel cc. annis, nunquam posset absolui nisi in morte. quod pietati derogat pontificiali. & facit etiam identitas rationis hic & ibi. & non solùm dicto c. eos. quod clarè & indubitatè hoc probat: sed etiam c. ea noscitur. & c. quod de his. eod. titu. quæ loquūtur indistinctè. Et cum hac opinione transit Felin. in dicto cap. quanuis. Hoc tamen fallit in casibus, in quibus nullus absoluere potest nisi in mortis articulo, de quibus suprà Absolutio primò. §. v. quia in talibus non solùm inferior: sed nec episcopus absoluere potest. ¶ † Quintò quæritur circa dictum casum de officiali: 8
vtrum ille sit excommunicatus vel non? Et pro hoc sciendum est quod officialis ibi dicitur iudex vel apparitor alicuius potestatis aut principis: id est is qui reos ad iudicium cogit: & secundum glos. in cap. si verò. de senten. excommunicatio, excusatur ideo, quia casu percussit. casus autem fortuiti præuideri non possunt extra de homicid. c. Ioannes. & capite vltimo. nec vlla temeritas aut violentia in eo potest notari: quia excusatur ratiōe officij: aliàs nō excusaretur, quia debuit præuidere an ex facto suo irrogari posset iniuria. Si tamen officialis laicus aliter quàm arcendo turbam non à casu, sed à proposito percusserit, & irrogauerit iniuriam de se leuem, per episcopum absolui non potest: quia, vt notat Panormitanus in dicto capite, si verò. el primo. de sententia excommunicatio. & habetur quasi clarè ex eo text. tunc iniuria grauis est & non leuis: quia non solùm percutit, sed vsurpat sibi iurisdictionem in clericum. Sed tunc insurgit dubium: quia iste officialis non esset persona priuilegiata in primo casu, quia non incidit nec in secundo, quia absolui non potest etiam pro iniuria leui. quod omnes possunt: & tamen omnes Summistæ & Canonistæ hunc priuilegiatis annumerāt. Dicit autem Summa Rosel. quòd ista vrgent: & distinguendo dicit quòd officialis, id est, iudex vel apparitor non est priuilegiatus: sed officialis, id est, deputatus ad arcendum turbam, est priuilegiatus, ideo absolui potest ærquè vel magis ostiario. Et hunc intellectum sentit glossa in cap. si quis. xvij. quæst. iiij. Sed ista solutio non procedit: quia adhuc stat argumentum: & tanto magis quāto iste officialis est vilior iudice vel apparitore, & minus iurisdictionis ha-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dens. Et ideo melius dicitur secundum Pis. quòd textus loquitur quando officialis casu percutit, sed eum aliquali culpa: puta quia non omnem adhibuit diligentiam: quia tunc ei non imputatur, scilicet tantum vt aliis, sed excusat officium: & quantum ad hoc est priuilegiatus. & ista est mens Sā. Tho. iij. distin. xviij. q. ij. ar. v. Si autem percussit clericum seorsum a turba ex proposito nullum habet priuilegiū: sed omnis iniuria leuis est illi grauis. quod intelligo quādo hoc facit prętextu officij, & quasi iurisdictionem vsurpans in clericum: secus autem si vt persona priuata, & quasi arcendo clericum à re sibi commissa, vt ianitor. ¶ †

3 Sextò in casu delicioſi vtrum censendus sit in numero habentium perpetuum impedimētum, & consequenter nō sit ei præsentatio iniungenda? Et dico quòd sic: quia deliciositas eum non reddit impotentem, nisi sit innata vel effecta connaturalis ex longa consuetudine, quæ sine periculo mutari non possit: & consequenter habent perpetuitatem. Nec obstat glos. in cap. mulieres. de sentent. excommunicatio. dicens quòd episcopus illum absoluat recepta cautione quòd parebit Papæ consilio vel responso: quia hoc non dicit quasi Papæ reseruetur iudicium, an sit mittendus nécne: cùm hoc multo melius possit iudicare episcopus cui est notior: sed quia magnis personis magnus prælatus cō uenienter facit mandata: cùm illæ interdum modico labore possint ecclesiæ prodesse multum. ¶ Septimò, vtrum in casu eorum qui non sunt sui iuris concordent omnes Canonistæ quòd omnes absolui possint ab episcopo? Et dico quòd non quo ad filiumfamilias, qui scilicet est priuilegiatus inquantum impubes vel etiam iuuenis: & inquantum non est sui iuris: quia Inno. & glos. in c. mulieres. de senten-excommunica. dicunt hoc esse verū solùm de impubere: quia pubes licet sit in patris potestate: tamen in hoc est sui iuris quòd potest ire quò vult. Quod dictum nō procedit: quia iste non esset priuilegiatus inquantū non est sui iuris: contra d. c. mulieres. ratio etiam dicti non est vniuersaliter vera: quia licet pubes sit sui iuris quantum ad spectantia personam suam, cuiusmodi est religio & matrimonium, secundum Sanc. Tho. ij. ij. quæst. lxxxviij. art. viij. secus quantum ad concernentia gubernationem domesticam, vt ibi. vnde perigrinari non potest sine patris assensu, quia cùm omne lucrum eius cedat patri saltem quo ad vsumfructum, præterquā in castrensi vel quasi, de quo plenè in l. cùm oportet. & in authen. excipitur. & authē. idem. C. de bon. quæ lib. & Instit. per quas person. nob. acqui. per totum. nihil facere potest, in quo exponat quicquam, vel in quo subtrahat personam suam à lucrando patri secundum conditionem suam. Contrarium igitur sensit Hostien. Ioan. autem And. dicit primum dictum procedere quādo filiusfa. existēs in patris potestate tenet familiam de per se: puta vxorem ac liberos: secundum verò quādo est in familia paterna. Panormitanus autem in d. c. mulieres, dicit non sibi placere dictum Ioan. Andr. indistinctè: quia quando talis extra familiam patris est, cùm nō sit sui iuris ei tenetur obedire, & exhibere commoda patriæ potestatis. vnde putat idem iudicium esse de eo & seruo ex benigna iuris interpretatione. hæc Panorm. & sic tenendum est, nisi iniuria sit enormis. Vel dicendum, & est quasi idem, quòd absolui potest ab episcopo, quādo mitti non potest ad curiam sine præiudicio, vel displicentia patris: quia ratio huius priuilegij est ius alienum, vt patet in dicto cap. mulieres. ad est, ius paternum, cui subiacet. De seruo autem vt patet ex ea. relatum. eodem titulo. iuncto dicto cap. mulieres. secundum Summam Angel. dicendum est quod absolui potest pro leui & mediocri iniuria: non autem pro atroci, nisi in duobus casibus. Primò si percussit in fraudem sui domini, id est, vt se ab eius obsequio subtraheret iuris Romam. Secundò si dominus nō fuit in culpa, & multùm lædituer ex absentia serui: quia tunc pro enormi potest absolui, dummodo, vt dicit textus, non sit tam grauis & enormis excessus: vt propter euitandum scādalum, & exemplum rollendum huiusmodi serui ad seruum seruorum Dei ire debeant absoluendi. Summa autem Rosella, & Supple. & Panormitanus in dicto cap. relatum. tenent quòd pro enormi semper sunt ad curiam mittendi. Sed prima opinio est verior, & arguo quòd secunda stare non possit. Nam capitulum, relatum. mādat seruos excommunicatos propter iniectionem manuum mitti Romam, & deinde excipit duos casus prædictos, scilicet fraudis & iacturæ dominorum. Cùm igitur in illo mandato sit sermo de iniuria enormi: quia pro leui aut mediocri non debent mitti Romam per cap. mulieres. sequitur quòd exceptio sequens intelligitur de iniuria enormi de qua loquitur mādatum. quod etiam textus apertè innuit, tum quia dicit, tam grauis. vt ly tam, ponderetur: tum quia rationem missionis non assignat enormitatem, sed scandalum. ¶ Octauò, dubium est consurgens ex priori, vtrum scilicet sit idem iudicium de marito si in fraudem percutiat vxoris? Et dico quòd maritus videtur priuilegiatus non inquantum vir, sed inquantum coniunx, cùm non sit sui iuris omnino: sicut & vxor est priuilegiata inquantum vxor, & inquantum mulier, alioquin post mortē mariti iniungeretur ei præsentatio: & similiter libertus inquantum operas præstare tenetur. Est ergo secundum eandem Sū. Ang. quæ opinioni innititur Host. idē iudiciū in dicto casu fraudis & iacturæ de filiofamilias & viro coniuge, & liberto: sed contrarium tenet gl. in c. relatū. & ibi Pan. addēs quòd hoc tenetur cōiter: quia ex contraria opin. nimis detraheretur c. si quis suadente. Nec mulier eo casu priuatur viro sine causa, sed sine culpa: vt lite non contest. c. quoniā. Et hoc tenendū est: quia hoc edictum vt omnes huiusmodi ad curiā mittantur, est prohibitoriū: scilicet ne quis citra Papam absoluatur: argumē. extra eo. c. cū illorū. vbi hoc tenet glossa. Tale autē edictū extenditur ad omnes, nisi expresiè exeipiantur: quia lex indistinctè loquens indistinctè debet intelligi. l. de pretio. ff. de public. & lex generaliter loquēs, gnaliter debet intelligi. l. j. §. quod ait. ff. de aleatoribus. & qui omne dicit, nihil excludit. c. si Romanorū. xxc. distinctiōe. Et si dicatur q excipitur vir in simile de cōiuge, & libertus in simili de seruo: dico q in istis non est ratio tacta, vt per se cōstat: & præterea ius priuilegiarū nō extenditur ad simile: vt dictum est suprà Absolutio iiij. §. j. in fine.

Rursus de Absolutione quintò adhuc specialis. id est, percussorum clerici quando sunt regulares.

1 *Regularis clericum percutiens, ob idq; in excommunicationem incidens, abs quo absolui possit? Et quid, vbi prælatus huius fuerit regul. sacerdos non est, aut si sit, aut excōicatus est, aut mortuus, aut alioqui impeditus, est, ad quem tum recurrendum?*

2 *Exemptio num in fauorem exempti indulta esse dicatur: Et an ipsi exemptus renuntiare sine respectu fori pœnitudinis sua contentioſi possit?*

3 *Episcopus num regularem clerici secularis percussorem etiam exemptum, in defectum prælati, absoluere possit?*

4 *Episcopus diœcesanus num moniales exemptas absoluere possit? Et an abbatem in hunc canonem incidentem?*

5 *Regularis vnius claustri, si alterius claustri regularem percutiat, abs cuius claustri prælato absolui debeat. Et quid si regularis regularē, aut regulares ipsi se extra claustrū percutiant?*

6 *Religioſus clericum secularem percutiens, suæ vel alterius diœcesis, num à prælato suo absolution. eo. sequi possit?*

Nouitius, qui ante nouitiatū in hunc Canonē incidit, an possit à Prælato suo absolui? Et sub hac, quòd solus Papa pro enormi iniuria absoluit: nisi in casibus exceptis.

1 ABSOLVTIO † quintò adhuc specialius, quo ad percussores clericorū quādo sunt irregulares, continet dubia multa. ¶ Primū est, vtrum regularis clerici percussor absolui possit ab alio, quām à Papa, vel Legato, vel Episcopo? Et dico quòd si percusserit regularē eiusdē claustri, absolui potest à suo abbate: vt in capitulo, monachi. de sententia excommunicationis. quod quidem extenditur ad omnem religiosum, & suum prælatū eo modo quo titulo priore. §. ij. casu primo, dictum est: nisi iniuria fuerit enormis: quo casu absoluitur solùm à Papa, vt titulo priore. §. primo. nisi ex speciali priuilegio. ¶ Secundū, si dictus prælatus nō sit sacerdos, vel si sit excommunicatus aut mortuus, vel aliter impeditus, vtrum recurrendū sit semper ad episcopum, & ille possit absoluere regularem non habentem impedimentum adeundi curiam, neque leuiter percutientem, sed mediocriter? Et dico quòd sic, secundum Hostiensem: vt in dicto capitulo, monachi. & in capitulo, cum illorum. & in capitulo, canonica. de sententia excommunicationis. quod quidem quo ad non exemptos indubitatè verum est.

2 ¶ † Quantum ad exemptos verò etiam quidam hoc verum putant: vt Feder. in consilio suo xiij. & Ioan. de Lig. in Clem. ne in agro. de statu reg. Et ratio vtriusq; est: quia exemptio indulta est in fauorem exempti: ideoq; illi renūtiare potest, nedum respectu absolutionis, sed etiam in foro contentioso prorogando iurisdictionem episcopi. Idem tenuit Veruec. & Dir. quam etiam opinionem secuta est Summa Pis. & Archi. iij. parte. titulo xxv. capit. vltimo. qui tamen fuit doctus & timoratus. Contrarium quo ad exemptos tenuit Ioānes Andr. in regula, scienti. & Panormitanus in dicto capitulo, monachi. & plenius in capitulo, significasti. de foro competēti. quia solicet: per exemptionē, inquit, exemptus efficitur nō subditus episcopo, id est non subiectus eius potestati, sed Papæ immediatè: vt in capitulo, si Papa. de priuileg. libro sexto. vnde episcopus in illum non habet potestatem, nisi in casibus sibi expresè concessis: vt in capitulo, frater noster. xvj. quæstione prima. vnde exceptus absolui non potest ab eo, nec eius iurisdictionem prorogare quantum ad forum contentiosum: vt in dicto capitulo, significasti. nec quantum ad pœnitentiam: vt in capitulo, omnis. de pœnitent. & remiss. Et ad rationem Feder. & Ioannis de Ligna. dicit Ioannes Andr. in dicta regula, quòd exemptio non concernit simpliciter fauorem exempti, imò fauorem superioris, qui eum exemit: vt in cap. ad apostolicam. de reg. & in l. si quis in conscribendo. C. de episcop. & cleric. & de hoc infrà Exēptus. Mihi videtur quòd de rigore iuris secunda opinio procedat & efficacius probetur per Panor. in dicto cap significasti. multis rationibus: sed de æquitate, de qua dicetur in §. sequen. procedit prima: quia regulares principaliter eximūtur in suum fauorem, vt quietius Deo seruiant: nec est æquum quòd per exemptionē fiant deterioris conditionis quàm non exempti in spectantibus quietem animi in Deo, ad quam ordinatur omnis religio.

3 ¶ † Tertium est, vtrum possit episcopus in defectu prælati absoluere regularem exemptum, qui secularē clericum percusit leuiter, vel habet impedimentum adeūdi curiam: quo scilicet casu posset absoluere clericē secularem: vt in capitulo, religioso. de sentēna excōmunicationis. lib. vj. iuncta glo. & dico quòd illud cap. religioso. dicit quòd sic loquens de religioso vel regulari in cōmuni, qui percusit clericum secularem, ne haberet materiam vagandi: vbi Ioan. Andr. propter dictam rationem dicit hoc esse verū etiam in exemptis: licet ipse sibi videatur contrarius Clem. pen. de sententia excommunicationis. Panor. autem in dicto capitulo, significasti. putat quòd rigor iuris facit episcopum hoc non posse, cùm ibi non dicatur quòd hoc faciat circa exemptos authoritate apostolica: sicut: semper fieri solet quando datur potestas circa exemptos: vt in dicta Clem. penulti. & in Clem. attendentes de ista regula. putat tamē esse æquū, quòd circa religiosos exemptos hoc possit: quia capitulum loquitur generaliter. & ratio concessionis pariter in exemptis & nō exemptis procedit: non autem circa exemptos non religiosos, vel etiā religiosos extra casum illius capituli. Et sic, inquit, procedit opinio contraria: scilicet Feder. & Ioānis de lignano, & Ioannes Andre, non erit sibi contrarius. hæc Panor. Ex his Summa Ros. Absolutio. in §. quinto. & Summa Angel. Exemptus. §. sexto. concludunt quòd episcopus hoc non potest, & vterque ideò, quia capitulum, religioso. de authoritate apostolica non faciat mentionem: vnde illud loquitur secundum istos de non exemptis, quos antea nō poterat absoluere propter capitul. cum illorum. de sententia excommunicationis. Ego autem sic distinguerem: quia in religiosis exemptis, & priuilegiatis sic quòd sua priuilegia vetant eos petere absolutionem ab aliquo non eiusdem ordinis, episcopus hoc non potest: in exemptis autem, sed non priuilegiatis, dicit dominus Antonius locum habere opinionem Federici. quod videt verum, saltem in casu huius capituli, religioso. vnde Panormit. videtur tenere quòd episcopus hoc possit de æquitate, sed non de rigore iuris: quod est satis probabile: alioquin exempti essent deterioris conditionis, quo ad hoc omnibus hominibus, qui ab episcopo absolui possunt pro iniuria leui, vel etiam pro mediocri extante impedimento legitimo: quod est contra intentionem eximentis. Vnde Panormitanus doctè & eleganter dixit hoc esse æquum: quia, vt patet per sanctum Thomam secunda secundæ, quæstione cxx. articulo primo & secundo. ad æquitatem, quę Epicheia dicitur, pertinet agere in casu secundum legis intentionem, verbis omissis: quanquam etiam dici possit, quòd in hoc casu verba legis bene intellecta non sunt contraria: quia quod dicitur mentionem fieri de authoritate apostolica, vbi potestas conceditur circa exemptos. verum est de potestate odiosa, puta ad coercendum, de qua loquuntur iura ad hoc suprà allegata, vt patet intuenti: de benigna autem, puta quæ est ad fouendum, nunquam aut non semper est verum. quod patet per dicenda §. sequenti. Confirmatur ista decisio: quia ex iure videtur posse colligi regula, quòd quātum ad istam absolutionem non differunt monachi & moniales, nisi penes iniuriam enormem & non enormem: pro qua scilicet moniales solæ & non monachi absoluuntur: vt patet in capitulo, monachi. & in capitulo, de monialibus. de sententia excom. Cùm igitur diœcesanus possit absoluere moniales exēptas, vt dicetur, ne vagentur: etiā pro iniuria enormi: pro mediocri quoque absoluere poterit monachos exemptos. Specialiter tamen Summa Rosel. nō videtur sufficienter determinare: quia in §. iij. qui pertinet ad primam eius editionē, determinat quòd episcopus possit absoluere exēptos percussores religiosos simpliciter, id est, nō limitādo ad aliquem casum, allegans Veruec. & Dir. & in §. v. pertinente ad nouas editiones, dicit quòd hoc non potest in casu de quo maximè videtur, quòd episcopus hoc possit, scilicet si percussus sit subditus eius, & percussio leuis, vel percutiēs impedimentum. Sed nota q Pano. videtur intelligere hoc esse æquum, etiam si percussus nō sit clericus secularis, sed regularis. quod est, pbabile propter eandem rationem: licet hoc ab eo clarè non habeatur.

4 ¶ † Quartum est, vtrum episcopus diœcesanus possit absol-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uere moniales exemptas? Et dic quòd sic, secundũ glos. & Panor. & communiter omnes Doctores in cap. de monialibus. de sen. excom. & idem sensit Veruec. & Dir. quia illud capitulum loquitur de monialibus indistinctè: ideoq; extenditur etiã ad exemptas. & hoc verum erit etiã pro iniuria enormi: cùm secundũ omnes Doctores eius absolutio in illo capiculo contineatur. Et nota quòd illud capitulum de authoritate apostolica non facit mentionem: quia loquitur benignè. Distinguendum est autem, vt prius quia verum est de exemptis non priuilegiatis, sed nõ de priuilegiatis: sicvt de eis se intromittere non debeat aut possit episcopus in absoluendo. ¶ Quintum est, vtrum Abbas incides in hunc canonẽ absolui possit per episcopum? Et dico de hoc fuisse opiniones, vt notat Panor. in cap. vniuersitatis. de senten. excomm. vbi ipse tenet quòd sic: nisi iniuria sit enormis. Sed intelligo in non exempto. de exempto verò dico idem esse iudiciũ quod de monacho vel regulari quantum ad posse absolui: quia caput nõ debet esse minus fauorabile membris: & appellatiõe monachorum venit Abbas in materia fauorabili de verbor. significa. cap. fin. Et vlcra hoc dico quòd potest sibi eligere confessorem, qui eum possit absoluere iuxta dicenda, infrà titulo, confessor. j.
1 §. viij. ¶ † Sextum est, vtrum regularis percutiens regularem alterius claustri absolui possit à proprio, vel à percusi præla to? Et dico quòd per vtrunque debet absolui: vt in cap. cum illorum. de senten. excommunic. Et licet secũdum dominum Antonium vterq; Abbas vocetur ad absoluendum: tamen verius est quod dicit Panor. ibi cum Hostien. & Ber. q. Abbas vel prelatus percutientis absoluit. Abbas verò percussi aduocatur ad remittendum iniuriam, non ad absoluendum: quia non est ratio quare vocetur ad absolutionem nõ subditi sibi. Et Abbas quidem percussoris secũdum Hostien. recipit iuramẽtum: Abbas verò percussi verbera infert, quæ loco erunt satisfactionis: cùm nõ habeat monachus vnde satisfaciat. & demùm Abbas percussoris absoluit. Congruentius tamẽ fit, si vnus alteri totum cõmittat. extrà de officio ordinarij. cap. fin. hæc Hostien. ¶ Septimum est, vtrum regularis percutiẽs regularẽ, vel regulares se mutuò percutiẽtes extra claustrũ absolui possint per suum prælatum? Et dico secũdum Host. quòd non, sed per episcopum: & si sub diuersis sint episcopis, illi debent conuenire, sicut de Abbatibus dictum est. Et mouetur per cap. monachi. & per cap. cum illorum. de sententia excommunic. vbi fit mentio de claustro: quia violatur iurisdictio episcopi. Sed verius est, quod dicit panormit. in d. cap. cum illorum. scilicet, quòd eorũ prælatus poterit eos absoluere: quia cap. cum illorum. & cap. canonica. eodem tit. loquuntur indistinctè, & de claustro non repetunt, de quo fit mẽtio in capitulo, monachi. cùm dicit, si se in claustro percusserint, &c. quod dico ideò dixi, non quia absoluere non possit Abbas, si percussio fiat extrà, sed quia in claustro crebrius fit, vel quia dicuntur esse in claustro, etiam si sint in foro, eo modo, quo semp dæmones in inferno, & beati Angeli
6 in cœlo sunt. ¶ † Octauum est, vtrum religiosus percutiens clericum secularem diœcesis suæ, vel alterius, absolui possit per suum prælatum? Et dico q; non: sed absoluetur à suo episcopo diœcesano eo casu, quo absoluere posset clericũ suum scilicet si percussio sit leuis: vel percutiens impeditus ne curiam adeat. Nec oportet duos episcopos conuenire, etiam si diœceses sint diuersæ: vt in capitulo, religioso. de sententia excõmunicat. libro sexto. Sed intellige nisi religiosus sit sic exemptus, quòd etiam ratione delicti conueniri non possit nisi sub suo prælato: quia tunc absoluetur à suo prælato episcopo remittente iniuriam. semper tamẽ exceptam intellige enormitatem excessus, & religiosum esse impeditũ eo ipso quòd est claustralis. ¶ Nonum † est, vtrum nouissime qui ante nouitiatum incidit in canonẽ illum, absolui possit per suum prælatum? & dico secundum Ray. quòd licet talis, & quilibet aliàs excommunicatus recipi non debeat ad religionem nisi prius absoluatur: si tamen ingreditur, tenet ingressus, & professio, secundum Panormitanũ in cap. cum illorum. de sententia excommunic. sicut nec matrimonium per excommunicationẽ impeditur: vt in cap. significasti. de eo, qui duxit in vxorem. & receptus poterit absolui iuxta modum prædictum secundum Hostiẽ. sed ipso iure intelligitur ibi inclusa esse conditio, si perseuerauerit: alioquin reducendus est in eandẽ sententiam ab eo, qui absoluit: vt dicitur in Summa Pis. vel quia absolutio conditionatè non fit, est absolutus, sed religionem exiens reincidit in eãdem, nisi se præsentet ei, qui alias potuisset absoluere: vt in cap. eos. de sententia excommunic. lib. vj. Et hanc opinionem, scilicet quòd possit absolui, sequitur Innoc. in cap. monachi. eodem titulo. & Archi. in cap. religioso. eodem titulo. libro sexto. Contrarium tenuit Ioannes Andr. in cap. cum illorum. eodem titulo. & Gem. in dicto cap. religioso. scilicet q; absolui non possit à prælato nisi sit expressè vel tacitè professus. quam opinionem sequitur Summa Angelica subdẽs, quòd si absoluatur & egrediatur, reincidit ipso facto, nisi se præsentet. Sed prima opinio est rationabilior: quia ista est persona ecclesiastica, secũdum glossam in dicto cap. religioso. & gaudet priuilegio cap. si quis suadẽte. secundum textum ibi. & consequẽter, vt videtur, etiam priuilegio contento in capitulo, monachi. eodem titulo. quia ratio illius est, ne monachi vagentur: quod in nouitio est tantò periculosius, quantò est infirmior & minus expertus. Nec est rationabile, vt reincidere possit, qui absolui non potuit. In omnibus tamen prædictis semper intellige exceptionem enormis iniuriæ nisi in monialibus, & vbi per priuilegia prouidetur: quia pro ea solus Papa absoluit, aut eius legatus: vt in capitul. ad eminentiam. iuncto cap. cum illorum. de sententia excommunicationis.

Rursus de Absolutione sextò, quantum ad formam verborum.

1 *Absolutio à censuris & peccato in quotuplici forma ac iudicio impendatur?*

2 *In absolutione verbali, sex considerari & exquiri dubia solent, de quibus hic pulcherrimè & ordine sit dissertatio.*

ABsolutio † sextò & à peccato & cẽsuris fit in triplici iudicio, secundum Ray. scilicet in iudicio Dei per contritionem, in iudici cœli id est, curiæ cœlestis, per approbationem. de pœnitentia, distinctione prima. numquid Cain. & in iudicio Petri, id est, cõfessionis per absolutionẽ scilicet verbalem: si tamẽ peccator sit prius absolutus à Deo saltem ordine naturæ, vnde manet Petri priuilegium, quando ex æquitate fertur iudiciũ. xxiiij. q. j. manet quod secundum glos. intellige de sententia ligãte quo ad Deũ: quia quo ad ecclesiã ligat aliquãdo etiam iniustatur vt infrà Excõmunicatio. ij. §. ij. ¶ † Sed tamen verbalis hæc absolutio continet dubia multa. ¶ Primum, quæ sit forma absolutionis ab excommunicatione? Et dico quòd si loquamur de forma verbali necessariò observãda nulla est certa & determinata: vt dictũ est suprà Absolutio. ij. in principio. Si verò loquamur de ea quæ communiter est in vsu, sic vtimur isto verbo absoluo. quod dupliciter facimus. Primò conditionaliter, quando absolutio in dubio vel in casu incerto fit ad cautelã, vt dicẽdo: si teneris alicuo vinculo excommunicationis, à quo possim te absoluere, ego absoluo te, & restituo sanctis sacramẽtis ecclesiæ cõmunioni & vnitati fidelium in nomine Patris, &c. Secundò verò absolutè in casu certo: vt dicendo, ego te absoluo à vinculo excõmunicationis, quam incurristi propter tale factũ, & restituo te sanctis &c. vt suprà. ¶ Secundum est, quæ sit forma absolutionis à suspensione officij vel diuinorũ? Et dico quòd si loquimur de verbali necessariò obseruanda, nulla est: quia suspẽsio, sicut & excõmunicatio, pertinet ad forum cõtentiosum: & consequenter quicquid dicat: aut quibuscunq; verbis vtatur is, qui potest absoluere, verè absoluit: sicut de excommunicatione dictũ est: sed loquẽdo de ea quæ cõmuniter est in vsu, vtimur isto verbo absoluo, primò cõditionaliter: vt, si teneris aliquo vinculo suspẽsiõis, à quo possim te absoluere, absoluo te, & restituo executioni ordinum & officiorũ tuorum. secundò absolutè: vt, absoluo te à vinculo suspensionis, quam incurristi propter talẽ causam, & restituo &c. Et idem dico per omnia de interdicto. ¶ Tertium est de forma absoluendi ab irregularitate. & dico quòd nulla est certa & determinata: sed tamen in vsu est vt fiat per hoc verbum dispẽso, & non absoluo: vt, dispẽso tecum in irregularitate, quam incurristi propter talem causam: & restituo te ad actus legitimos. vel quãdo dubitatur, dicẽdo nõ quam, sed si quam contraxisti. ¶ Quartũ est, quę sit forma absolutionis à peccato? Et Supple. quidẽ post Per. de Pal. dicit quòd est hæc: ego absoluo te. expressis illis à quibus fit absolutio: alioquin sup nihilo absolutio fundaretur. & intẽdit quòd est hęc forma: absõluo te à peccatis tuis. Sed contrarium tenet S. Tho. & Inn. & Host. imò etiam Scotus in quarto, dicit quòd est hęc: ego absoluo te. Nec tamẽ absolutio fundatur in nihilo, sed in re confessa, id est, peccato. In alijs autem quæ confessionẽ non requirunt, sed absolui possint etiam inuiti, exprimit ligamen quod soluit, puta excõmunicatiõis, suspẽsionis, vel interdicti. ¶ Quintum est, quare dictę formę alia cõiungũtur? Et dico secũdum S. Tho. & communiter Doctor. Theol. quòd prætermittitur Misereatur. non quia sit de essentia vel integritate formæ: sed ne fortè effectus sacramẽti impediatur ex parte pœnitentis: pòst ponitur verò conueniẽter, in nomine Patris &c. non quia sit necessarium, sed vt ostẽdatur quòd sacerdos non authoritate propria, sed quasi minister absoluit. Impositio autem manus nõ requiritur, nec fit: quia hoc sacramentum nõ ordinatur ad consequendam excellẽtiam gratiæ, sed ad remissionem peccatorum: vnde magis competit signatio crucis, quia per signum crucis Christi peccata remittuntur: quod tamen etiã non est de necessitate sacramenti. vide etiã infrà Pœnitentia. ij. ¶ Sextum est, vtrum absolutio à peccato fieri debeat ante iniunctionem satisfactionis? Et dico quòd non: vt patet in clem. dudum. de sepult. & ibi Ioan. Andr, sed hoc intelligo, vbi timeri posset quòd absolutus satisfactionẽ recusaret, non autem aliàs: vt in religiosis vsitatur.

De Acceptione personarum.

1 *Acceptionis, quæ hic lucidissima descriptione depingitur, vt vitium contrahamus, quot potissimum requirãtur? Et an mortalis delicti nomen sortiatur?*

2 *Beneficiorum ecclesiasticorum distributor ac collator, ad peccatum defugiendum, num meliori tribuere semper debeat? Et ibidem quot modis quis melior dicatur?*

3 *Potentia, aut nobilitas secularis in beneficiorum distributione, vt alij alijs præferatur, num spectanda sit?*

4 *Collatio beneficij in consanguineũ. num personæ acceptionem inducere dicatur? Et quid si electores bonum, meliori prætermisso, eligant?*

5 *Dispensatio in gradibus prohibitis quo ad matrimonium contrahendum occasione diuitiarum obtenta, num personarum acceptionem oleat.*

6 *Acceptio personæ num dicatur facta, si is præpositus sit, qui alium conditione ac qualitate minus digna præcelsit?*

7 *Acceptio personarum num facta esse dicatur, si in honoribus conferendis vitiosus prælatus studioso laico ac virtuoso, aut dominus seruo, senex iuueni, aut diues pauperi præferatur? Et quid si in iudicio diuitis pauper præferatur?*

ACceptio † personarum ex doctrina Sancti Tho. ij. ij. quæst. lxiij. & Alexand. de ales. xxij. tractatu de eodem sic diffiniri potest: Acceptio personarum est vitium, quo id quod ex debito iustitię est vni personę conferendum, exhibetur alteri, non propter meritum eius ad ipsam rem, quæ confertur: sed propter conditionem ipsius non congruẽtem ad ipsam rem: puta si quis conferat episcopatum alicui: quia est Petrus, aut Ioannes, vel affinis: quę nihil faciũt ad esse dignum episcopatu: si autem hoc fiat quia est aptus, nõ est acceptio personarum: quia ista cõditio facit vt debeatur ei episcopatus ex iustitia distributiua. Tamen ad incurrẽdum hoc peccatum duo requiruntur: primò quòd collatum conferendum sit ex debito, secus si ex gratia: iuxta illud Matthæi xx. An non licet mihi quod volo facere, scilicet ex eo quod gratis & misericorditer datur. secundò quòd ratio & causa dandi non faciat ad hoc quòd recipiẽs reddatur dignus accepto. ¶ Primò verò quęritur, an sit peccatum mortale? Et dico quòd in re parua nunquam est mortale, nisi per accidens in quantum ipsa virtute aut existimatione est magna: sed in re notabili omne quòd est contra iustitiam, est peccatum mortale, secundum Sanct. Thom. ij. ij. quæst. lix. artic. iiij. Et ratio est, quia est contra charitatem proximi: vnde acceptio personarum cùm sit cõtra iustitiam in re notabili, semper est peccatum mortale: vt si beneficium scienter conferatur indigno vel minus digno, quia est amicus, posthabito digno vel digniori saltem notabiliter. ¶ Secundò, † an spiritualium dignitatum seu beneficiorũ ecclesiasticorum distributor semper debeat tribuere meliori ad euitandum hoc peccatum. Et dico secundum Sanct. Thom. ij. ij. vbi suprà. arti. ij. & in quodam quolibeto, quòd melior dicitur quis dupliciter. Primò scilicet, secundũ se & simpliciter: vt qui magis abundat in spiritualibus gratiæ donis: & secũdò in ordine ad bonum commune: ad quod interdum magis conferre potest minus sanctus aut sciens propter potẽtiam vel industriam secularem, & huiusmodi. Episcopus igitur vel alius distributor prædictorum nõ tenetur dare meliori secundum se & simpliciter, sed meliori quantum ad hoc, siue in ordine ad commune bonum, ad quod principalius ordinantur spiritualium dispensationes: sicut etiam gratias gratis datas, quæ ordinãtur ad communẽ vtilitatem Ecclesię Deus dat minus bonis. Igitur si præferat vnum alteri propter causam pertinentem ad honorem Dei & commune bonum, præfert meliorem: & non est acceptio personarum: sed si causa præferendi non pertineat ad hoc, erit acceptio personarum: & tanto grauior, quanto in rebus diuinis cõmittitur. Et † his collige etiam 3
potentiam secularem vel nobilitatem aliquid conferre ad hoc, vt quis sit ecclesiastico beneficio dignus: quia ista conferunt ad honorem Dei, scilicet quòd in suo ministerio nobiles occupentur: & ad vtilitatem ecclesiæ interdũ: quia magis cõprimunt aduersarios, vel huiusmodi: sed non est intelligendum quòd ipsa sola faciat: vt quando coniũgitur vitæ crimnosæ: sed præsupposita virtute aliquid confert. ¶ Tertiò † an sit acceptio personarum dare beneficiũ consanguineo? Et dico secundum Sanct. Thom. in quolibet. q. xxij. vbi suprà. & Sum. conf. libro iij. tit. xxiiij. quòd distinguendum est. Nã si cõsanguineus sit ęquè idoneus vt alius: episcopus potest in hoc satisfacere naturali amori, quinon est charitati 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

contrarium: quia saltem in hoc pereminet quòd magis potest de ipso confidere quòd secum vnanimiter ecclesiæ negotia pertractabit: & hoc nisi inde scãdalum oriatur: vel forte inde alij sumant exemplum dandi consanguineis etiam minus dignis. Si verò consanguineus sit minus idoneus simpliciter & respectu boni communis: eum præferre nõ debet postposito meliori duplici ratione: primò quia infideliter agit dispensator iste, non dominus spiritualium, qui negotium domini gerens nõ meliorat illud cùm possit: secundò quia hoc ad personarum acceptionem pertinere videtur: quia conditio consanguinitatis non est pertinens ad curã ecclesiæ, quæ non obtinetur iure sanguinis, sed munere diuino: est autem conditio faciens ad dispensationem patrimonialium bonorum: vnde si ex his episcopus prouideat suo cõsanguineo minus idoneo, non est acceptio personarum. ¶Quartò an sit acceptio personarũ si electores ad spirituales dignitates eligant bonum prætermisso meliori? Et dicit Sanct. Tho. vbi suprà quòd ad hoc vt electio in foro iudiciali non possit impugnari, sufficit eligere bonum: nec oportet eligere meliorem: quia sic omnis electio posset habere calumniam: quantum ad cõscientiam tamen eligentis necesse est eligere meliorem simpliciter vel respectu boni cõmunis: quia si ex aliqua causa præferatur alius: aut illa pertinebit ad negotium: & sic quantum ad hoc magis idoneus erit qui eligitur: aut
5 non faciet: & sic erit acceptio personarum. ¶Quintò † an sit acceptio personarum ratione diuitiarum dispensare super contrahendo matrimonio in gradibus prohibitis? Et dicit Sanct. Thom. ij.ij. vbi suprà, quòd hęc dispensatio fieri consueuit propter fœdera pacis conseruãda: quod quidem vtilitati communi magis est necessarium circa personas excellentes, vnde cum eis facilius dispensatur absq; acceptiõe personarum. ¶Sextò † an sit acceptio personarum si præponatur quę excedit conditione minus digna: quando in præficiendis conditiones sunt inæquales excedentes & excesse, vt
6 si vnus scit literas, sed est ignobilis: alius est nobilis, sed illiteratus, & præferatur nobilis. & dicit Alexand. vbi suprà, quòd licet literatura nobilitati simpliciter præferẽda sit, vt in cap. venerabilis. de præben. quia est necessaria in regimine ecclesię: tamen in casu potest præferri nobilitas: vt arceantur lupi per potentiam: & in casu vt sint in corpore ecclesię membra diuersa: quibus pax eius conseruetur: & sic nobiles promoueri possunt, dummodo eis morum honestas suffragetur.
7 ¶Septimò † an sit personarum acceptio in honoribus si præferatur vitiosus prælatus virtuoso laico, aut dominus seruo, aut senex iuueni, aut diues pauperi? Et dico secundum Sanct. Tho. ij.ij. vbi suprà, & in Quolibeto, quòd cùm honor sit testimonium virtutis eius qui honoratur: sola virtus est debita causa honoris: sed tamen aliquis honorari potest propter virtutem non solùm propriam, sed etiam alterius. sicut prælati & principes etiam si sint mali: inquantum gerunt personam Dei & cõmunitatis cui præficiũtur: & eadem ratione parentes & domini ꝓpter participationẽ dignitatis Dei, qui est omnium Pater & Dominus: & senex propter signum virtutis, scilicet senectutem: licet illud sit quãdoq; fallax: & diuites propter hoc quòd locum obtinent majorem in cõmunitate: & in eis communitas honoratur, secundũ Sanct. Thom. x. quolibeto, artic. xij. nõ autem intuitu diuitiarũ: quia esset acceptio personarum: exhibere honorem debitum virtuti. ¶Octauò, an sit acceptio personarũ si pauper in iudicio diuiti præferatur? Et dico quòd sic, secundum præmissam diffinitionem: quia iudicium, vt dicit sanctus Thom. ij.ij. vbi suprà, artic. iiij. est actus iustitię prout iudex ad equalitatem ducit inequalia. ad qđ facit q̃ iste habeat plus quàm debeat, ille verò minus: nõ autem quòd hic sit pauper, ille diues: sicut si Socrates in rẽ aliqua debet habere x. & habet xv. & Plato debet habere x. & habet v. ad equalitatem constituendam confert quòd Socrates habeat v. quæ desunt Platoni: non autem quòd sit pauper: quia quantumcunq; augeatur vel minuatur eius paupertas, nunquam erit equalitas nisi auferantur ei v. danda Platoni: vnde & Deus dicit Exod. xxiij. Pauperis quoq; non misereberis in iudicio: scilicet prętermittendo equalitatem iustitię. Illud autem Ecclesiastici iiij. In iudicãdo esto misericors pupillis. & similia, intelliguntur, vt personę miserabiles ab oppressoribus iniustis defensentur: & si eis deficiunt instrũctores causarum suarum, suppleat iudex.

De Acedia.

1 *Acedia, quæ spiritualis quadam frigiditas vel tepiditas dicta est, quasi acida, vel acetosa, eo quòd huiusmodi frigida sunt: ex suo genere mortale peccatum est, quãquam & venale quandoq; sit. Et ibidem cùm mortale peccatum est, cuinam præcepto diuino contraria esse dicatur?*
2 *Acedia extra filias ac species suas, quot modis mortale peccatũ esse dicatur? Et quando venale?*
3 *Acedia quot filias habeat, & quando mortalia, aut venialia peccata efficiantur? Et ibidem negligentia eiusdem filia quotuplex sit, & quàm varie spectetur?*

ACEDIA † secundum Richar. de sanct. Vic. est torpor, id est, negligentia mẽtis bona inchoare negligentis. vel secundũ Damas. est tristitia aggrauans, quę scilicet ita deprimit animum, vt nihil agere libeat. vnde secundũ Sanc. Tho. ij.ij. quęst. xxv. importat quoddam tædium operandi: & est quędam spiritualis frigiditas vel tepiditas spiritualis, dicta quasi acida vel acetosa: eò quòd huiusmodi frigida sunt. 1

¶Primò verò dubitatur, an sit peccatum speciale mortale? Et dico ex doctrina Sanct. Tho. vbi suprà, quòd tristitia prohibens ab operando semper est mala, quãdoq; quidem secũdum se: quãdo scilicet est de vero bono quod apparet malũ: sicut quãdo est de bono spirituali: quãdo pro vero secundum effectũ: quando scilicet est de verè malo: sed sic homine grauat vt retrahat ab opere bono. Igitur acedia semper est peccatum secundũ seipsam, qa est tristitia de spirituali bono. Et est peccatũ spirituale, nõ quidẽ inquantũ est tristitia de spirituali bono cõmuniter: quia hoc pertinet ad omne vitiũ, cùm fugiat speciale bonũ oppositę sibi virturis: similiter nec inquantũ fugit bonũ spirituale: vt est laboriosum vel molestũ corpori, aut delectationis eius impeditiuũ: quia hoc acediam nõ separaret à vitijs carnalibus, quibus aliquis corporis quietem & delectationẽ quærit: sed inquantũ est de spirituali bono, de quo spiritualis virtus lætat, id est, de diuino de quo lætatur charitas. Et est ex suo gñe peccatũ mortale, si trãsendat sensualitatis terminos attingens vsq; ad cõsensum rationis: quia secundũ sũ rationẽ contrariatur charitati: cùm ꝑ prius effectus charitatis sit gaudiũ de Deo: acedia verò sit tristitia de bono spirituali inquantũ est diuinũ: esset tñ veniale sicut & omne peccatũ si esset solùm in motu sensuali: & similiter si sit de spirituali bono, ad quod quis nõ tenet de necessitate: vt patet ibi ad secundum. Et inquantum est mortale, contrariatur secũdum eum præcepto de sanctificatione sabbati: in quo secundum quod est mortale præcipitur quies mentis in Deo: cui contrariatur tristitia mentis de bono diuino.

¶Secũdò † dubitatur, quot modis sit peccatum mortale extra suas filias? Et dico quòd in genere ditobus modis. Primò quãdo inducit ad mortalẽ omissionẽ: quod triplicitèr est. Primò scilicet cùm qs horret & omittit spiritualia bona ad quę tenetur: & secũdo, cùm dolet se beneficisse, siue nõ omittit huiusmodi bona quæ fecit. aut tertiò cùm proponit in futurum omittere. Secundò verò cùm inducit ad mortalẽ cõmissionem, puta desperationem salutis, aut contemptum beneficiorũ Dei: qa scilicet nollet esse natus, aut vellet esse bestia, aut mori, non curans qualiter, modò euaderet aduersa & trihomo ex hoc inducitur ad corporis graue infirmitatẽ: cùm tamen se posset iuuare si conari vellet. Est autẽ veniale quãdo homo quidem in opando attẽdiatur: sed tamẽ ea, ad quæ tenetur, non omittit: nec contra præceptum aliquod cõmittit. Videtur autem hæc tenere Sũ. Rosel. quòd acedia sit mortale quando inducit negligentiam contemnentem quæ Dei sunt: & dicitur procedere negligentia ex contemptu quando est in consuetudine: vt si quis consueuit nõ dicere horas suas deuotè: sed de hoc infrà Contemptus: & infrà Negligentia.
3 ¶Tertiò † dubitatur, quæ & quot sunt filiæ eius, id est vitia quæ nascũtur ex illa. & quomodo sunt peccata mortalia aut venialia? Et dico secundum doctrinam & mentem S. Tho. in diuersis locis, quòd sunt sex. prima scilicet malitia, quæ bona diuina contemnit, & est mortale: & secunda rancor, id est, displicentia hominũ inducentium ad spiritualia: & est veniale, nisi superueniat odium. & tertia pusillanimitas, quæ consistit in subtrahendo se à bonis quæ fieri potuissent timore deficiendi: puta à ieiunijs, religione, & huiusmodi: & est veniale, nisi illa bona essent in præcepto: & quarta est desperatio quæ est mortale: vt patebit. & quinta negligẽtia agendorũ. Quæ est multiplex, scilicet negligentia circa opa misericordiæ & est mortale, aliqñ vt dicet in tit. Eleemosyna. Et negligẽtia addiscendi necessaria ad salutẽ, q̃ aliqñ est mortale: licet hoc iudicare sit difficile. Et negligentia ꝓcurandi sacramẽta suę familiæ: quæ est peccatũ morale, si qué ꝓmittit ex negligentia notabili mori sine baptismo vel cõfessione, maximè vbi decedens indigebat hmõi. Et negligẽtia faciendi correctionem fraternã, de qua infrà. & cõsitendi, & cõicandi semel in anno, & huiusmodi: de qbus in suis locis. Et sexta filia est ea
4 gatio mentis in oratione: quæ est veniale peccatũ, nisi in eo qui tenet ad officiũ, in quo põt esse mortale: vt infrà Horæ.

De Actione, Actore, & Actu.

1 *Actio num ab Imperatore idoneè ac sufficienter definita sit?*
2 *Actio in genere duplex est. Cui ex Panorm. tertia additur species.*
3 *Actio dupliciter sumitur: & præter id quandoque tertio modo consideratur.*
4 *Actiones reales, vt pro diuersis rebus competunt, ita & variam appellationem sortiuntur.*
5 *Actor quisnam dicatur?*
6 *Actionum personalium alia bonæ fidei, alia Stricti iuris. Et quænam sint vtræque? Et an actio ceda possit remitti.*
7 *Actum seruitutem realem esse: & in quo consistat.*

ACTIO † est ius prosequendi in iudicio quod sibi debetur. Instit. de actionũ princip. vbi secundum Azon. in Summa, hoc verbũ debetur, sumitur largè: vt debetur res debita tibi quam petis vt tuam: siue res vendicatione, actiõe cõmodati, siue depositi. Sed quia ista diffinitio comprehendit solùm actionem personalem seu in persona, vt patebit: quia quod tuum est, tibi non debetur, sed petis vt tuum, ideò secũdum Azo. & Gofred. actio est ius ciuile vel prætorũ, quo debitum à te exigere possum, vel petere rẽ mihi restitui. ¶Est
2 †autem in genere actio duplex: prima realis, vel in rem, scilicet quæ est contra omnem dirigitur non supponit obligatum: sed ideò cõpetit, quia pretendit non restituere is contra quẽ dirigitur: sicut tu intrasti violenter domum meam: & ego peto possessionem meam, quam occupas: & tu nullo iure es mihi obligatus, cùm nec mihi promiseris: nec contraxerim tecum, sed tantum te cõueniam, quia res mea apud te est. Secũda est personalis vel in personam, illa scilicet quæ illum, cõtra quem dirigitur, præsupponit debitorem obligatum ex contractu vel maleficio, seu ex varijs causarum figuris. Et ista datur etiam ad rem, sed præsupponit obligationem personę: vt si vendidisti mihi domum vel locasti librum, obligaris mihi ex contractu, licet agam ad rem, id est, domũ vel librum. Additur secundum Panor. in cap. Ecclesia. el ij. vt lit. pend. actio tertia mista. de qua vide j. lib. §. v. ¶Igitur † actio sumitur du- 3
pliciter, scilicet strictè: & significat ius prosequẽdi ortum ex obligatiõe: & sic conuenit solùm personali: & latè significat iurisdictionem iudicis: & ita non solùm personales, sed etiam reales actiões significat. adde tertiò & latissimè, & significat iudicis officium: quo modo querela inofficiosi testamenti dicitur actio. ff. de leg. j. l. cùm filius. facit. Lactionis verbo. de verborum sig. ¶Actionum † autem realium quædam com- 4
petunt pro rebus corporalibus: & sic habet locum rei vendicatio: aliæ pro iuribus incorporalibus, & seruitutibus acquirendis: & sunt duæ, scilicet confessoria, quæ competit diceuti habere se ius vel seruitutem transeũdi per fundum alienum: eundi vel agendi, vel ad altius ædes suas leuandi, & huiusmodi: & negatoria quæ competit neganti vel asserenti oppositum, vendicãdo sibi libertatem. Instit. ad actionib. §. æquè si. ¶Actor † autem est qui agit & pulsat alium rem aliquam ab 5
ipso petens in iudicio. ff. de iudic. l. in tribus. ff. si. reg. l. iudicium. ¶Actionum † etiam personalium, quædam sunt bonæ 6
fidei: vt emptionis & venditionis & aliorum contractuum numero xvj. qui enumerantur Instit. de act. §. actionum. & ponũtur in gl. de excep. cum venerabilis. quæ dicuntur bonæ fidei: quia in eis maximè debet exuberare bona fides: & in eis veniunt omnia accessoria: & ea de quibus non est cogitatum vt in emptione & vẽditione, quod & id expresse nõ est actũ, scilicet damna & interesse post moram quæ debent restitui. Aliæverò dicuntur stricti iuris, vt actio ex mutuo, ex stipulatu, quæ scilicet nascitur ex stipulatione de re certa in genere incerta specie, ex arbitrio, & consimiles. & in his non venit accessoriũ nec ea de quibus non est cogitatum, vt notat Bernar. in gl. præallegata. nec dãna & interesse à tẽpore mo-
ræ. Vtrũ autẽ possit quis actionem cedere, infrà Lex. §. viij. ¶Actus † verò est quædam seruitus realis in fundũ, qua quis 7
potest per illum, nõ solùm ambulare per se: sed etiam iumẽtum & vehiculũ vel quadrigã secum ducere. ff. de serui. rest. prædio. l. prima. vers. actus. & l. in actu. & Instit. eod. §. actus.

De Accusatione & Accusato.

1 *Accusatio quid sit? & an S. Thomæ definitio bona sit?*
2 *Accusatio quomodo fieri debeat? Et qui publicè infamatum accusat, an si in probatione deficiat, vsum talionis, aut calumniæ pœna patiendus sit.*
3 *Accusare num quis teneatur? Et cùm id licet, num oporteat monitionem præcedere? Et quid si peccatum secretum sit, aut sub secreto sumptum? remittitur.*
4 *Accusationem proponere quis possit? Et an clericus ad vindictam publicam, & si non subsecutura sit sanguinis pœna accusare possit?*
5 *Accusare volens, qua ratione id facere debeat, vt peccata non sit obnoxius? Et sub hac, num pactum vel iuramentum de non accusando efficax sit?*
6 *Accusatione semel cœpta, num quis desistere queat? Et subinde quot modis accusatio iniusta reddi possit?*

Qui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

7 *Qui pœnitentiam de peccato egit, num accusari valeat? Et quid si semel accusatus, an denuò accusari queat?*

8 *Accusatus, num accusatori, vt ab accusatione desistat, aliquid dare possit? Et quia materia hæc subdifficilis est, in tria causarum genera deducetur. Et inter hæc, nũ in crimine publico trã sigere liceat? Et quid si transigatur, an teneat transactio?*

9 *Accusatus temere ac falsò, num accusanti iniuriam remittere possit? Et quid in principe, an id remittere debeat?*

10 *Accusatus in iudicio, num si veritatem neget, mortaliter peccet? Et tandem, quando iudex veritatem inquirere secundum iuris ordinem dicatur?*

11 *Accusato, num se vel per calumniam defendere ac tueri liceat? Et an saltẽ appellãdo, iuriscũ deuitare ac subterfugere possit?*

12 *Accusatus & morti addictus, num se defendere, aut alioqui confugere queat? Et num tunc ad carcerem redire, præsertim si id iurarit, teneatur?*

1 ACCVSATIO† secundum mentẽ Azo. in Sum. est delatio rei de crimine i libello advindictã. scdm mẽtẽ aũt S. Th. ij. ij. q. lviij. est delatio rei de crimine in libello ad vindictã ꝓpter bonũ cõmune. & hæc diffinitio est melior: qa ad vindictam etiã tẽdit denũtiatio: licet sine libello: sed ipsam vindictã denũtiator ordinat ad fratris emẽdationẽ: accusator verò ad bonũ cõe. Secundũ aliquos autẽ ista opi. S. Tho. quæ addit ꝓpter bonũ cõmune, est falsa: quia etiã accusatio quandoq; fit ꝓpter bonũ priuatũ: vt habetur in tit. de accusa. ff. & C. & denuntiatio etiã fit ad remotionẽ à bñficio & propter bonũ cõmune: vt habetur in multis locis, vt potest etiã videri per Abbatem & Felin. in cap. inquisitionis. de accus. & in cap. nouit. de iudi. sed S. Tho. loquitur de accusatione non ordinata ad restaurandum interesse accusantis sed solùm ad puniendum delictum. vnde secundum eum non debet fieri nisi in peccatis vergẽtibus in damnum cõmune vel diuinum virtu. q. iij. arti. ij. & vij. ¶ Primò† verò quæriť, quomodo fieri debet accusatio: & dico quòd primò fieri debet in scriptis. ij. quæs. vlt. qui crimen quod tamen semper non est necessariũ: puta in crimine leui. ff. de accus. l. leuia. & in notorijs: cùm in huiusmodi nec accusator requiratur. de accus. euidẽtia. secus in non notorijs licet manifesta sint. xj. q. iij. eorũ. Secundò fieri debet cum inscriptione, scilicet quòd accusator se obliget ad pœnam talionis. ij. q. vlt. quisquis. & q. iij. calumniator. &c. qui non probauerit. exceptis tamen quibusdam casibus: vt in crimine leui etiã in crimine apostasiæ: & cùm maritus accusat vxorem de adulterio: scilicet quo ad separationem thori, & similibus: & tamen etiam si accusator non inscribat, ex natura accusationis huiusmodi pœna calumniæ venit. C. de accus. l. fin. Sed tamen Bar. in l. ij. C. si ser. vel lib. dicit quòd accusans publicè infamatum, & in probatione deficiens puniri nõ debet pœna talionis vel calumniæ: accusante infamia præcedente. quod menti commendandum est secundum Pan. in c. cùm contingat. de rescrip. vbi etiam dicit quòd fama inducit iustam credulitatẽ. vnde habẽs notitiam ex fama, habere dicitur ex causa probabili. & idem sentit gl. in ea. inquisitionis. de sent. excomm. Tertiò accusatio debet exprimi viua voce & præsente accusato. ij. q. vlt. præscripta. Cõcordat prædictis. Albe. & idem notatur in Sum. conf. lib. ij. tit. v. Quomodo autem differant notoriũ, famosum & manifestum, infrà Notorium. ¶ Secundò† quæritur, an aliquis teneatur accusare. Et Sum. Ang. adducens multa iura dicit quòd nemo accusare tenetur, nisi secundum Bart. in homicidio: imò, inquit, accusare videtur esse contra illud diuinũ præceptũ, Dimitte nobis debita nostra. Contrariũ sentit Supp. & Sũ R. o. & fortè omnes doct. ordinis eius. & hoc rationabiliter: quia sine accusatione aliquando saluari non potest integritas boni communis, vt quando iniquitates emendari aliter nõ possunt: Vñ & S. Tho. vbi ś. dicit quòd homo tenetur accusare, si crimen vergat in detrimentum spirituale vel corporale reipub. dummodo sufficienter probare possit: non autem tenetur, si non redundat in multitudinem: aut si habeẽ non potest probatio sufficiẽs: quia nullus tenetur ad id quod dcõio modo perficere nõ potest. Hæc ex S. Thoma, qui talem conclusionẽ habet tanquã certissimam: vnde probationem non adducit nisi authoritate scripturæ, Leui. v. quam adducit arguẽdo in oppositũ. Deceptus est autẽ author illius Summæ: quia illa quæ adducit, loquuntur secundũ iura ciuilia, aut forum contentiosum: sed aliter est secũdum conscientiam: verbum autem Domini intelligitur de peccatis, inquãtum sunt in personam propriam. ¶ Tertiò vtrum accusationem debeat præcedere monitio. Et dicit S. Thom. in iiij. dist. xix. q. ij. art. üj. q. j. ad quartum. quòd secundum aliquos ad accusationem procedi non debet secũdum forum conscientiæ non præmissa monitione & emẽdatione expectata: nisi fortè maiori periculo obuiandum videatur: aut peccatum sit publicum: quanuis secundũ forum causarum nõ requiratur quòd accusationem præcedat monitio, sed solùm inquisitio: quæ nõ est facienda nisi de notorio: quia oportet quòd inquisitionem præcedat clamosa insinuatio: ideoq; secreta monitio nõ requiritur de necessitate. Vel dicendum secundũ alios, quòd in accusatione non agitur ad emẽdationem peccãtis, sed ad bonũ commune, scilicet iustitiam conseruandam per punitionem delinquentis: ideò accusatio in iudicio bona conscientia fieri potest, etiã si admonitio nõ præcedat, nec est contra præceptum Domini de correctione fraterna, quod intelligitur quando agitur ad emendationem peccantis. hæc ille. Qui iudicio meo tenet primã opinionem tanquam conformem mandato Domini, secundũ quod oportet prius procedere ad emendationem peccantis, quàm ad iustitiam conseruandam, si speretur emendatio, & periculum non sit in mora. & hãc etiam sequitur Supp. Sũ. autem Ang. tenuit opinionem secundam: sed omnia iura quæ allegat, loquũtur in foro causarum siue contentioso. Veritas autem est quòd etiam secunda opinio est vera, quando accusatio expedit bono communi, quod præponderat particulari: vnde ꝓpter pœnitentiam & correctionem licet accusare, vt ś. ś. multo fortius antè ea non expectata. Quomodo autem peccatum secretum etiam sumptũ sub secreto aliquando statum sine monitione publicari possit. ś. Testis. iij. ¶ Quartò† quis possit accusare? & dico quòd si crimen est priuatum, regulariter solus ille cuius interest: vt videť velle gl. in l. fi. ff. de priuat. deli. quod limita nisi pro illo imponi debeat pœna pecuniaria fisco applicanda: quia tunc ad accusandum admittitur quilibet de populo secundũ gl. Dyn. & Bar. in rubr. licet Bal. contrarium teneat in l. aduersus. C. de furt. si verò crimen est publicum, admittitur quilibet nõ prohibitus specialiter lege vel statuto aut cõsuetudine: tñ in duobus casibus admittitur primò quando suam vel suorum iniuriã prosequitur: vt tenet in l. fin. ff. de priua. delic. & in l. fin. de injur. secundò, quando delictum nõ est commissum contra personã: vt puta si statuto cauetur vt blasphemus vel noctuvadens puniatur in decem tunc quilibet ad accusandum admittitur: vt not. Bar. & Ioan. de Imol. in l. j. ff. de pub. iud. & Bar. in l. lex Cornelia. §. si quis. ff. de iniur. Circa quod multa dici possent, quæ omitto: quia ad forum animæ nõ pertinent. Clericus tamen ad vindictam publicam accusare non debet, etiam si pœna sanguinis non venit imponenda facit capitulum, sicut sacerdotes. ij. q. vij. quia huiusmodi odiosis se immiscere non debet, secundum Pan. in c. cum P. de accus. sed si prosequitur iniuriam suam, potest, etiam si venit imponenda pœna sanguinis secundum Pan. vbi supra. dummodo dicat quòd non intendit accusare vt pœna imponat. & text. est clarus in cap. prælatus. de homic. in. vj. ¶ Quintò † qua intentione debeat quis accusare vt sine peccato accuset? Et dico quòd propter commune bonum, vt cæteri quieti viuant. xxiij. q. v. non solùm vltra. vel propter suum interesse: aliàs tale erit peccatũ, qualis & inordinatio intentiõis, scilicet mortale, si ex ódio principaliter vel alio iniquo fiat. veniale autẽ si aliqua passio fragilitatis adũgatur principali intentioni. ar. c. accusati. de acc. & ij. q. vij. si q sunt. non tamen propter hoc ad aliquã restitutionem tenetur, sed solùm ad pœnitentiam de peccato. ¶ Sextò vtrum pactum vel iuramentum de nõ accusando teneat? Et dico secundum text. iuncta glos. in cap. quẽadmodum. de iureiur. quòd respectu criminis tam commissi paciscì potest ne de eo agatur. & Pan. dicit casum esse clarum ff. de pact. l. si vnus. §. pacta. & consequenter hoc licitè iuratur: sed tamen si per hoc quis pecuniã acciperet, turpiter acciperet, & restituere tenetur de consilio: qua moueri debet ad non accusandum ex charitate sperans emendationem non ex cupiditate. De hoc infrà Cocussio. Respectu verò criminis committendi Sum. Ang. indistinctè dicit pactum de non accusando non valere: & consequenter si hoc iuretur, est peccatũ mortale. Pan. autem in d. capit. quemadmodũ. melius loquitur distinguendo: quia quantum ad crimen committendum respectu accusationis criminalis non valet pactũ nec iuramentũ, quia præstat materiam peccandi: vt in dicto §. pacta. & §. illud. sed respectu accusationis ciuilis, vt ad diuortium celebrandum ad commodum mariti in adulterio vxoris, est casus dubius: & credit quòd simpliciter pactum nõ valeret: sed si interuenit iuramentum, est dubiũ. hæc ille, cum multis alijs. Veritas est quòd non licet paciscì vel iurare de non accusando in futuris, sic quòd hoc possit esse impedimentum boni aut promotiuum mali. Sed aduerte quòd ratio diuersitatis secũdum eum in præterito & futuro delicto est, quia in vno præstatur materia peccandi, & non in alio vel est, quia in præterito scimus an debeamus sperare correctionem, non in futuro: cùm de præsenti dispositione peccantis iudicemus, non de futura: vnde quando non accusare respectu præteriti est causa delinquendi, quando scilicet non adest spes correctionis, non licet paciscì aut iurare de nõ accusando. Aduerte etiam quòd multò fortius restituere deberet, qui pecuniam accipere. de nõ accusando respectu criminis perpetrandi, vel pro accusando calumniosè. j. quæst. j. iubemus. ¶ Septimò, † vtrum quis desistere possit ab accusatione incœpta? Et dico quòd desistere debet omni modo possibili, qui videt accusatum innocentem. ij. quæstio. iij. si quem. Si verò eũ nõ cognoscit innocentem, potest desistere si vult in foro conscientiæ ex charitate: licet non ex præmio: vt not. glos. in cap. j. de collu. sed quo ad impunitatem fori contentiosi, hoc non potest, nisi certis casibus: de quibus vide Barto. in l. quæsitum. ff. ad Turpil. & Panor. in cap. licet. de accus. secundum Sanct. Tho. aut. ij. quæst. lxxviij. art. iij. ad tertium. potest quis iustè desistere, si in peccatu falsum cognouerit id, de quo accusauit, aut si princeps, ad quẽ pertinet cura boni communis, accusationem aboleuerit. ¶ Octauò quot modis accusatio tollatur iuste? Et dico quòd tribus, secundum Sanct. Thom. ś. ij. vbi suprà. & Gratianum ij. q. iij. & in l. j. ff. de aboli. ¶ Primò calumniando, quando scilicet falsum crimen imponitur: & alis de omni damno illato proximo tenetur: vt in cap. vltimo. de cal. peccat mortaliter. xxij. quæs. ij. c. j. ¶ Secundò terguersando, quãdo scilicet accusator in totum à lite recedit sine licentia iudicis: quod in foro conscientiæ intellige, si aliquo modo fecit: secus si intelligit innocẽtẽ,

vel ex compassione, quod aliquãdo licet: in foro autem contentioso punitur. v. libris auri. ff. de priuatic. l. iij. Tertiò præuaricando, quando scilicet cum reo colludit adiuuans partẽ aduersam falsas probationes adducẽdo, veras dissimulando, & huiusmodi: & talis iudicis arbitrio punitur: vt in l. j. & ij. ff. de præuar. licet in conscientia talis non peccet eo casu quo posset ab accusando desistere: nisi vtatur falsitate, vel huiusmodi prohibitis. De his autẽ habes in l. j. ff. de aboli. & in l. j. ff. ad. Turpil. & infrà Collusio. ¶ Nonò, † vtrum possit quis aliquem reum accusare, postquàm de suo peccato egit pœnitentiam? Et dicit Innocen. in cap. de his. de accus. quod sic. Et idem tenet ibi glos. Et ratio est: quia per pœnitentiã satisfit Deo: sed per punitionem imposita in iudicio satisfit reipub. vt cæteri timeant, viuantq; quietius. & facit C. de apostat. l. hi qui. ¶ Decimò, vtrũ semel accusatus. de eodem possit denuò accusari? Et dico quòd non: vt in cap. de his. de accus. quia delictũ vnius hominis sæpius queri non debet. ff. nau. caup. stab. l. licet. §. vltimo. lv. quæst. ix. veniam. fallit in duobus casibus. ¶ Primò si secũdus accusator docet primum prævaricasse. ff. de prævaric. l. iij. ¶ Secundò si suum dolorem prosequens ignorat accusationem institutam ab alio. l. cui. ff. de accus. vide in glos. dicti cap. de his. ¶ Vndecimò, † vtrum accusatus possit sine peccato dare aliquid accusatori vt ab accusatione desistat? Et dico hanc materiam esse difficilem: sed viso Inn. de collu. in cap. cumma. & glos. & Panor. in eodem tit. capit. j. vbi multa valde loquitur de hac materia, sic dici potest: A lite vel accusatione multipliciter quis discedere potest. primò authoritate vel motu proprio: quia scilicet sic sibi placet. secundò per gratiam ad preces, se licet rei. tertiò per transactionem, aliquo scilicet sibi dato vel retento: quod est proprię transigere: vt in cap. super eo. de transact. quartò per absolutionem, impetrando scilicet à iudice facultatem recedendi, & abolitionem siue deletionem, vel cassationem accusationis ex aliqua causa, puta quia ex ira vel per errorem accusauit: vel ex aliqua legitima causa: vt in l. ij. C. de aboli. Ad quæsitum autem dico quòd secundum Innocen. & glos. in cap. j. de collu. dete. in verbo, gratia. & causarum tria sunt genera, ciuilis scilicet, criminalis & spiritualis. Panorm. tamen in j. cap. de collu. causas diuidit per ciuilem, criminalẽ & sub ciuili ponit spiritualem & popularem: quam etiam tangit Innocen. à causa vel accusatione ciuili pecuniaria recedere licet. secundũ Innocen. per gratiam & per transactionem iudicis authoritate: & sine ea ante litis contestationẽ & post. Panorm. tamen dicit quòd post oblatum libellum: & à fortiori post litis contestationem non licet recedere propria authoritate, nisi velit renũtiare liti & causę in totum: vt in l. postquàm liti. C. de pact. sed solùm licet per transactionẽ aut gratiam, excepta tamen famosa actione: secundum Innocen. & Panorm. vt actio furti, in qua sine iudicis authoritate transigere non licet. ff. de his qui not. infam. l. furti. §. pactus. vel vt addit Panorm. nisi sit talis causa, quæ nõ dependeat à libera voluntate litigantium, & sub hoc membro comprehendi potest causa matrimonialis. In causa verò spirituali siue inquisitionis, siue denuntiationis de rebus spiritualibus, ex causa licet per gratiam discedere, secundum Innocen. sed sine causa discedens punitur. ij. quæs. vij. quapropter. arg. de calumn. cap. si per transactionem autem nunquam licet vt extrà de decim. intelleximus. & not. de transac. cap. ij. In causa autem populari, id est, quæ populum tuetur. l. j. de popu. acti. transigere non licet, nisi deferendo iuramentum: vt in l. eum qui. §. in popularibus. ff. de iureiran. In criminali verò quando de crimine agitur criminaliter, & non ciuiliter ante inchoatam accusationem: puta ante inscriptionem ad pœnam talionis,

licet

Universidad de Deusto
Biblioteca

licet inscriptio alia præcesserit:potest quis desistere per gratiam:vt in eo.§.pactus.& ff.ad Turpil.l. mulier.& l. quæstū. non autem proprio motu si precesserit inscriptio alia secundū Panor.post inchoatam verò accusationem nō licet discedere sine iudicis authoritate,& sine consensu rei, nisi intra xxx. dies.sed nec inter illos si fuit tormētis mācipatus.C.de aboli. l.ij.vel per accusationem infamatus.v.quæst.j. quidam. & si alias desiterit,incidit in Turpil anum, id est, punitur quinq; libris auri,& infamia,si intendit publicum crimen.C.ad Turpil.l.j.Si verò crimen est priuatum, punitur extraordinariè iudicis arbitrio.ff. ad Turpil.l.si quis.nec est infamis secundum gloss.in cap.j.de collu. sed aliud sentit gloss.in capit.si quem pœnitet.ij.q.iij.& facit text.in l.ij.C.ad Turpil.qui loquitur indistinctè.Quæ autem dicantur publica,& quæ priuata delicta, infrà Crimen. Trāsigere autē in crimine publico non licet,& si fiat transactio,nulla est: & accusatus haberetur pro confesso.C.de transact o.l.transigere.ff.de præuaricat.l.in omnibus.nisi tale sit crimen quod irroget pœnam sanguinis:quia licet tūc transigere,& sanguinem suum redimere qualitercunque, nisi in adulterio. ff.de bon. eorum.l.j. vel nisi irroget pœnam perpetuæ detrusionis:quia etiam tūc licet secundum Panorm.vbi suprà.In alijs autem vbi pœnæ huiusmodi non irrogantur, transigere non licet.ij.quæst.iij. si quem.§.præuaricator.abi:in omnibus. & hoc nisi in crimine falsi,vt in dicta l.trāsigere.quia cōuictus de falso est quasi mortuus: cùm nulla ei fides adhibeatur. Et hoc est verum, quæcunque pœna veniat imponenda,secundum Bart.& multos alios in d.l.transigere.Et per hoc tenet Panor.idem licere vbi imponēda est pœna quasi similis pœna sanguinis quæ iure canonico non infertur:vt quando potest quis tradi curiæ seculari. Et hocvidet tenere Gofr.in sum.de transact.& idem putat in pœna perpetuę detrusionis:sicut tenet,inquit,Dominus Card.in capi.fin.de transact.vnde Innocen.dicit in tit.de accus. quòd ista pœna equiparatur morti: cōtrarium tamen tenuit dominus Anto.in cap.j.de collu.In criminibus autem priuatis videtur sentire gloss.in d.c.j.quòd transactio admittitur indistinctè:& idem videtur sentire Innocen. qui allegat aliquos sic sentire,nec reprobat. Vbi autem in criminali vel spirituali aliter quàm debet accusator desistit, iudex nihilominus secūdum Innoc.ex officio inquiret:vt de collu.per totum.C.de abolit.l.indulgere.& l.ij. vbi autem vult iudex iusta causa discedere,indulgebit. C.de abolit.l.j.ij.& iij. Quid autem operetur transactio,vide Panor.vbi suprà. ¶Duodeci
9 mò † vtrum falsò accusatus possit accusanti remittere iniuriam?Et dicit Sanct.Tho.ij.q.lxviij.quòd sic maximè si accusauit nō calumniosè,sed ex animi leuitate:quia accusato specialiter iniuria facta est: si verò accusator ab accusatione propter collusionem desistat,iniuriā facit reipub.& hoc accusatus ei remittere non potest,sed ad principem pertinet habentem curam reipub. Eadem notatur in Sum.cōfes.lib.ij.tit.v. Princeps quoq; sine iusta causa remittere nō debet: quia interest reipub.ne crimina remaneāt impunita.ff.ad l. Aquil.l. ita vulneratus.& de sent.excom.vt famę. & quia facilitas venię incentiuū tribuit delinquendi.xxiiij.quæst.iiij.est in iusta-
10 ¶Tertiodecimò,† vtrū peccet mortaliter accusatus negando veritatem in iudicio?Et dicit Sanct. Tho.ij.ij.quæst.lxix. art.j.quòd tenetur iudici exponere veritatē, quam exigit ab eo secundum formam iuris,de quo infrà.Confessio criminis. & ideo mortaliter peccat nolendo confiteri,aut mendaciter negando.Si verò iudex exquirat quod non potest secundum ordinem iuris:non tenetur ei accusatus respōdere: sed potest per appellationem vel aliter licitè subterfugere: mēdacium tamē dicere nō licet.hęc ex illo.Sed intellige quòd in primo casu quādo iudex inridicè procedit,tale mendacium nō ideò est mortale,quia mendaciū in iudicio:alioquin ipsum tacere vel non cōfiteri nō esset mortale: sed ideò quia cōtra debitū iustitię:sed in secundo casu quādo scilicet iuridicè nō procedit:vel quia accusatus non est ei subiectus simpliciter,vel in hoc casu aut quacūq; alia causa:tūc licet mēdaciū sit illicitū, non est tamen mortale:quia nec cōtra debitū iustitię nec est in iudicio vero,sed in vsurpato:imò nō erit etiā veniale si respondendo cautelosè:&,vt aiunt,sophisticè,dicat aliquid falsum apud seorsum iudicis:& apud suum, verum: quia eo casu cùm non sit eius subditus,nō tenetur dicere veritatē ad eius intentionē.Rationem dictorū assignat Henr.de Ganda.quia si quis tenet celare crimen fratris occultū:multo magis suum. Addit autem dictis S.Thom.Sum.conf. vbi suprà,quòd tunc iudex veritatem requirit secundū ordinē iuris, cùm precedit infamia sup crimine: vel apparent indicia: vel precesserit probatio semiplena: sed intellige suppositis iudicis authoritate iuridica.Si tū agatur ad pœnā spiritualē, vide infrà Confessio.§.j. ¶Quartodecimò,† vtrū liceat accusato se calumniosè defendere?Et dicit Sanct.Thom.vbi suprà,quòd nō: nam in causa criminali iuramentum de calumnia prestādum est: vt in c.inhęrētes.de iur.calum. Accusato igitur licet se defendere vijs licitis occultādo veritatem, quam confiteri non tenetur per aliquem licitum modum:puta non respondendo: quia hoc nō est calumniosè se defendere,sed euadere pręsentem:non autē licet ei dicere falsum,nec tacere veritatē quam tenetur confiteri:nec adhibere fraudem aliquā vel dolū:qui habent vim mēdacij.& hoc est calūniosè se defendere. Adde quòd etiā est calumnia appellare,vt ex mora declinetur iusta sentētia:quia est nolle fateri.Cōcor.Richar.in iiij.dist. ¶Quintodecimò an liceat accusato appellādo iudicū decinare?Et dicit S.Tho.vbi suprà,quòd sic:quādo fit ex cōsideratione iustæ causæ:quia scilicet accusatus iniustè grauat à iudice.secus si quis appellat causa afferendæ morę: vt dictū est ij.q.vj.quicūq;. ¶Sextodecimò an liceat accusato & cōdemnato ad mortē se defendere aut fugere?Et dicit S. Tho. vbi suprà,ar.iij.quòd si fuit iustè dānatus ei se defendere non licet: quia cùm sit licitū iudici resistentē impugnare, illicitum est bellū ex parte resistētis:si verò fuit cōdēnatus iniustè,resistere licet:quia tale iudicium simile est violētię latronū: nisi propter scandalū vitandū:cùm ex hoc aliqua grauis turbatio immineret.Et si cōtra arguat de fuga quę est licita:dico non est simile.Vnde ibi ad primū sic ad hoc dicit S. Tho. Nullus tamen cōdemnatus quòd ipse sibi mortē inferat, sed quòd mortem patiatur:vnde nō tenetur facere illud vnde mors sequatur: qui est manere in loco vnde ducatur ad mortem: tenetur tamen nō resistere agēti quin patiatur qđ iustū est eū pati:sicut etiā si quis sit cōdēnatus,vt fame moriatur:nō peccat sumēs cibum occultè oblatū:quia nō sumere esset seipsum occidere. Dicit tamen Henr.de Gand.quolibe.ix.quòd non licet ei carcerem effringere,aut inferre iniuriā rei,super quā iudex habeat iurare. vide etiā j.Fugere. ¶Decimoseptimò an teneatur accusatus & fortè cōdemnatus ad mortē redire ad carcerem,si hoc iurauit?Et dicit Panor.in c.si verò.de iureiur.quòd qui hoc iurauit,tenetur obseruare iuramentū, etiam si subsit periculum mortis:dummodo carcer non sit iniuriosus,id est, cōtra iura: & idem videtur tenere gloss.in cle.postoralis.de sen.& re iud. in verbo,per violētiam,nisi mors esset iniuriosa.De materia autē accusationis trāgitur infrà Inquisitio.§.ij. De accusatione autē contra matrimoniū j.Matrimo.vij.& viij.per totā.

De Adiuratione.

1 *Adiuratio quid sit,ibi luculenter describitur: quotuplex autem ibidem apertè traditur.*

2 *Adiurare quipiam num homini liceat? Et an Deum & Angelos adiurare possit? Et quid de dæmonibus.*

3 *Exorcizanti dæmoniacum, num dæmonem, vt nomen edat, societatem & vexandi causam designet, & huiusmodi, num adiurare liceat? Et quod si illi curiosa, & ad expulsionem nihil facientia, imperet.*

4 *Adiurare creaturas irrationales liceat?*

5 *Adiuratio illicita,num omnis mortale peccatum sit?*

1 ADIVRATIO † ex mente S.Th.ij.ij.q.xc. & Ric.in iij. di.xxxvij.ar.iij.q.ij.sic diffiniri potest. Adiurare est aliquam personā vel rem imperādo vel obsecrādo inducere ad aliquid faciendum vel nō faciendū ex inuocatione alicuius sacræ rei:sicut Apostolus Ro.xij.adiurat Romanos,dicēs:Obsecro vos per misericordiā Dei &c.& Ecclesia adiurat Christum dicens:Per crucē tuā &c. Adiuratio licita est adiuratio deprecatiua ad omnes subiectos & non subiectos, vel imperatiua ad subiectos.Adiuratio illicita est adiuratio imperatiua ad nō subiectos,sicut adiurauit Christum Caiphas, dicēs,
2 Adiuro te per Deum viuū &c. ¶Primò † verò quæritur vtrū homini liceat aliquid adiurare?Et dico ex doctrina S. Tho.ibi quòd sic,quia sicut homo iuramento ꝓmissorio seipsum obligat ad aliquid faciendum ob nominis diuini reuerentiam, quod est,se immobiliter ordinare ad aliquid agendum:ita potest ad aliquid agendū ordinare alios superiores, scilicet deprecando:inferiores autem imperando & vtranq; ordinationem per aliquid diuinum confirmare, quod est adiurare:sed tamen adiuratio erit illicita,si quis intendat aliū sibi nō subditum ordinare ad aliquid,imponendo ei necessitatem,sicut si sibi imperatiuè imponere posset:quia in alium vsurpat sibi potestatem quam non habet. ¶Secūdò,vtrum liceat homini adiurare Deum? Et dico ex doctrina eiusdē quòd Deum sicut & omnem hominem superiorem licet adiurare deprecatiuè:vt patet ex dictis:sed tamen aliter ad Deum,& aliter ad hominem vtimur adiuratione:quia homines adiurando immutare intendimus ad aliquid agendum ob reuerentiam alicuius rei:nō autem Deum,cuius voluntas est immutabilis:sed intendimus à Deo aliquid obtinere per æternam eius voluntatem,non ex nostris meritis,sed ex eius voluntate. ¶Tertiò, vtrum liceat homini adiurare Angelos bonos: puta dicēdo, adiuro te Michaël archāgele per diuinā bonitatem vt mihi præstes auxilium,& dico quòd sic,deprecatiuè, sicut & homines superiores:quia cùm sint cōciues nostri, licet nobis eorū suffragia expetere,& aliquid diuinū interponere ad mouendum,sicut & circa Deum dictū est:licet aliter hoc fiat hic & ibi:quia Deū inuocādo interponimus aliquod diuinū non ad mouendū seu inducendū Deū immobilē,sed ad mouendum nos:vt vehementius petamus,& petendo expleamus qđ Deus ordinauit inuocādo aūt angelū interponimus sacra: vt & nos excitemus,& illum moueamus cōmemorando ea,ꝓpter quorum amorē & cōtemplationē libēter tēperatur. ¶Quartò, vtrū liceat homini adiurare dæmones.Et dico ex doctrina S. Tho.vbi ꝛ.q; si eos quis adiuret deprecatiuè, est illicitū:quia hoc ad benuolentiā & amicitiā pertinet, qua nos vti ad dæmones nō licet.similiter si quis eos adiuret imperatiuè quidē sicut cōpulsiuè,sed tū ad aliquid ab eis sciendū,aut ad aliqđ obtinet ad quandam societatē vel familiaritatē cum ipsis:secundo quia in cursu huius vitæ eorum actus nostræ dispositioni non subduntur:vt,scilicet eis veluti subditis ad nostrum obsequium vtamur:nisi fortè ex speciali instinctu vel reuelatione diuina aliqui sancti ad aliquos effectus dæmonum,operatione vtatur:sicut Iacobus eos Hermogenē ad se fecit adduci. Adiurare autem eos imperatiuè vel compulsiuè non ad aliquid per eos obtinendum,sed ad eorum nocumentum repellendū,puta adiurando ne nobis aut socio tanquam nostri aduersarij in cursu huius vitæ spiritualiter aut corporaliter noceant:est licitū secūdum potestatē nobis traditam à Christo,secundū illud Luc.x. Dedi vobis potestatē calcandi super serpentes & scorpiones,& supra omnē virtutem inimici, &c.
¶Quintò,† vtrum liceat exorcizāti dæmoniacum adiurare 3
dæmonem,vt dicat nomen & societatem suam,& causam vexandi hominem,& huiusmodi? Et dico iuxta prædicta,quòd si licet eum adiurare vt nō noceat,licet etiam eum adiurare vt exeat,quia non exeūdo nocet: licitè etiā adiuramus eū imperatiuè in omnibus quæ imperamus,vt de corpore expellatur,vt puta quòd suum nomen fateatur:quod valet ad hoc vt præcepta quibus vtimur contra eū nominatim dirigamus:similiter vt dicat causam vexandi hominē, vt eā ad cautelam amoueamus:licet eā nō credamus: puta si dicit hoc accidisse ꝓpter aliqđ peccatum,vt ad pœnitētiam moueamus obsessum,si fortè id verū esset:similiter vt dicat societatē suam, vt imperemus exeunti vt secū quantum potest socios trahat. & omnia huiusmodi quæ sancti leguntur imperasse:quæ oīa taliā finaliter ordinātur non ad cōsequendum bñficium per eos,sed ad nocumēti repellendum.Et hac etiam ratione nō solūm licet adiurare dæmones nō obsidētes ne adiuuēt obsidentes:sed etiam superiores vt expellant inferiores. Si autem exorcizator imperet dæmoni vt dicat curiosa,& nihil ad expulsionem faciētia,nō quia illi credat,sed quadā leuitate & curiositate ductus:est peccatum graue, licet illud nō videā mortale:quia non videtur mortale,nisi cùm quis adiurat obsecratiuè,aut ad aliquod consequendū,puta obsequiū vel notitiā:quod iste non facit qui ei nō credit: quod si ei crederet, vt necromantici,credo esse mortale,quia pertinet ad amicitiā. ¶Sextò,† vtrū liceat adiurare creaturas irrationales? Et 4
dico ex doctrina eiusdem,& Rich.vbi ꝛ.quòd si adiuretur secundum se absolutè est vanum:quia nec imperium nec obsecrationem intelligunt: & illicitū,quia vanè assumitur nomē Domini.Siverò adiurētur relatiuè ad alium à quo mouētur, est licitū respectu Dei deprecatiuè,quo modo sancti miracula faciunt.& respectu dæmonis imperatiuè:ne eis tanquā instrumentis vtatur ad nocendū,quomodo adiurātur ab exorcistis ecclesiæ. ¶Septimò † vtrum omnis adiuratio illicita sit 5
peccatum mortale? Et Sum. Ang. nititur adscribere Rich.q; sic,quia est cōtra illud præceptum,Non assumes. Sed illud à Ric.nō habetur:nec illa ratio probat: alioquin omnis illicita iuratio esset mortale:etiā si quis iuret verum, sed leuiter:qđ non est bñ dictum.vnde dico ꝙ adiuratio septem modis est illicita.primò si fiat imperatiuè ad nō subditū:secundò si fiat imperatiuè ad subditū,sed quantum ad aliquid in quo nō est subditus.tertiò si fiat ad dæmones deprecatiuè.quartò si fiat ad dæmones imperatiuè ad aliquid addiscendū,vel ꝑ eos cō sequendum.quintò si fiat ad eosdem imperatiuè ex leuitate aut curiositate.sextò si fiat ad irrationalia secundum se septimò si fiat ad Deum vel homines,vel Angelos,vel dæmones, aut irrationabilia leuiter,id est,sine reuerentia diuini nominis,aut necessitate. Et primo ac secundo modo est peccatum mortale,secundum Archid.quia est contra iustitiam:& lædit ius cōmune:dum quis usurpat sibi in alium potestatē,iniustè:sed intellige in re notabili.tertio autem & quarto modo similiter:quia repugnat diuinæ amicitiæ habere amicitiam cum suo aduersario incorrigibili.quinto autē modo videtur veniale,non obstante quòd ibi esse videatur vsurpatio potestatis in dæmones nobis subiectos: quia non est ibi peccatum ratione iniustæ vsurpationis: cùm habeamus potestatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem super omnem virtutem inimici, sed ratione malæ intentionis in vsu iustæ potestatis: sicut iudex suspendens latronem ex odio, non facit contra iustitiam, sed contra charitatē: quæ intētio in proposito nō videtur mortale: & similiter sexto modo, & septimo videtur veniale, sicut & iuratio leuis.

De Administratione.

1 *Administratio libera & legitima quanam sit? Et an administrator de mala administratione satisfacere teneatur? & tam de dolene, an etiam de lata & leui culpa? & quid de casu siue fortuna?*
2 *Administratus malè aduersus quem actionem habeat?*
3 *Administrationem indigno scienter committens, num de mala teneatur administratione? Et sub hac quis in ecclesia administrationem habere dicatur? Et num ante administrationem in mora constitui possit, qui ad aliquid dandum faciendumve sine temporis definitione obligatus est? remissiue.*

1 ADMINISTRATIO† legitima & libera scdm mētem Inn. est qñ quis potest agere & cōuenire in iudicio & etiam extra iudicium de re aliqua disponere. facit ca. ex literis. de prob. & ibi Inn. allegat l. j. C. de iur. cal. ¶ Primò verò quæritur vtrum administrator teneatur de mala administratione satisfacere? Et dico quòd sic, secundum Inno. in c. ex præsentium. de pig. & ille cuius est administrator habet contra eum actionem negotiorū gestorum. ff. de neg. gest. l. iiij. §. vlt. xij. q ij. si qua de rebus. & c. si quis qualibet conditione. ¶ Secundò vtrum administrator teneatur solùm de dolo, an etiam de lata & leui culpa? Et dico secundū gl. in l. cùm ostēdimus. ff. de fideiuss. tur. quòd tenetur de dolo, vt ibi: & de lata culpa: vt l. curatores. C. de nego. gestis. & de culpa leui: vt l. quicquid. C. arbi. tut. Et de solo quidem dolo tenetur, quando in ea affectiōe ductus solùm ministrauit secūdum gl. in l. iij. ff. de neg. gest. & similiter de lata culpa, quæ æquiparatur dolo: vt in l. quod Neruа. ff. depo. de leui autē tenetur, vt cōmuniter in d. l. quicquid. imò etiam aliquando tenetur de leuissima: vt quando diligentissimus erat gesturus. l. si pupilli. §. videamus. ff. de neg. gest. ¶ Tertiò, vtrum teneatur vnquam de casu siue fortuna? Et dico quòd sic, in quinque casibus positis in l. si negotia. ff. de neg. gest. quorū primus est si accesserit animo deprædādi: secūdus si noua & insolita negotia fecit: tertius si culpa præcesserit: quartus si fuit in mora: qntus si casum
2 in se recepit. ¶ Quartò† quæritur, contra quem habeat actionem administratus? Et dico quòd contra administratorem: & etiam cōtra hæredes, quod scilicet hæredes teneri Inn. vbi 3. intelligit, quando dolo vel lata culpa aliquid gesit. ex leui aūt culpa nō tenētur nisi in casibus quatuor, quorum tres ponuntur in l. j. C. de hæred. tut. quartus verò est in gl. d. l. cùm ostendimus. Primus est si lis fuerat inchoata contra tutorē. Secūdus si aliquid ad eos peruenit de rebus administrati. Tertius si de rebus administrati alijs ex gratia concesit: quia dicit in l. si pignore. ff. de furt. quòd species lucri est ex alieno largiri, & beneficio sibi debitorem acquirere. Quartus si nō explicet inchoata per defunctū: quia tenetur de leui etiam.
3 l. quicquid. C. arbi. tut. ¶ Quintò† vtrum scienter committens administrationem indigno teneatur ipse de mala administratione? Et dico sic, secundum Innoc. in c. ex ratione. de æta. & qual. & alleg. ff. ad muni. l. Lucius. §. Imperator. ff. de ma. conue. l. j. in prin. per totum. & peccat mortaliter. Quis dicatur habere administrationem in ecclesijs, vide j. Beneficiū. j. §. ij.

¶ ADMONITIO, vide j. Denuntiatio. Vtrū autē ante administrationē cōsticuat in mora qui est obligatus ad aliqd dandū vel faciendū sine determinatiōe tpis, vide j. Mora. §. j.

De Adoptione, siue Arrogatione.

1 *Adoptio quid sit: & quot species habeat? & inter hac quanam persona intelligenda sit extranea.*
2 *Adoptio ab arrogatione in quot differt?*
3 *Absens, aut velectans ac non consentiens, num arrogari possit? Et contra, num quis absens arrogare, aut adoptare queat? Et an vel per procuratorem?*
4 *Filius arrogatus, num quid sibi vendicare possit? Et qui in filium filij sui arrogatur, num sicut simpliciter arrogatus bonorum partem quartam sibi acquirat?*
5 *Adoptare quis possit, & quis minimè? Et contrà, quis adoptari possit, vel id nequaquam?*
6 *Adoptare in fratrem, aut sororem, num quis possit?*
7 *Adoptare num dicatur, qui coram multis, vel etiam per se in domo sua aliquem in filium, aut filiam accepit, dicens, accipio te in filium meum.*

ADOPTIO† est personę extraneæ in filium vel neporē vel de inceps legitima assumptio, secundū Ray. S. Thopet. & Ala. & Richa. in iij. dist. xlij. Vel adoptio est legitimus actus, per quem qui filius non est pro filio habetur penè naturam imitans. Inst. de adop. in gl. Et persona extranea intelligitur omnis qui non est in potestate adoptantis: siue sit de eius carnali cognatione, siue non: & per masculinum intelligitur etiam fœmininum: vt per filium filia, & per neporē neptis. Adoptare autem secūdum S. Tho. ij. q. xxiij. & iij. dist. 2. est admittere ex gratia ad participandum hæreditatem. Habet autē adoptionis genus species duas, in quas diuiditur. ff. de adop. l. j & ij. Prima dicitur arrogatio quæ secundū S. Th. est adoptatio perfecta: & est quādo is qui non habet patrem, sicut etiā qui emācipatus est, vel generaliter qui est sui iuris transit cùm filijs, iuribus & rebus suis in potestatem arrogantis principis authoritate. Secunda verò communi nomine accipitur adoptio, quando adoptatur is qui est in potestate patris siue alieni iuris authoritate magistratus non transeuntes in potestatē adoptantis. ff. eo. l. j. & ij. C. eo. l. pen. Et sicut dicit S. Tho. in iiij. dist. xlij. adoptatus primo modo succedit patri ab intestato, nec pōt eum pater sine culpa priuare quarta parte hæreditatis. Adoptatus autem secūdo modo non succedit, nec tenetur ei adoptans aliquid in testamento dimittere. ¶ Primò† verò quæritur, vtrum arrogatio & adoptio in omnibus cōueniat? Et dico quòd sic, niſi in quinque. ¶ Primus, quia adoptio fit cuiusliber magistratus competentis authorate: dum tamē apud eum plena sit actio, scilicet merū & mistum imperium. C. de adop. l. j. Arrogatio verò solùm authoritate principis. Inst. eod. in principio. ¶ Secundò, quia in arrogatione requiritur vtriusq; verbū expressū, nō autē in adoptione. Vnde infans adoptari potest, nō arrogari. ff. de adopt. l. ij. & l. in adoptionibus. ¶ Tertiò, quia arrogatur qui est sui iuris: adoptatur autem qui in aliena est potestate. Nam arrogatio statim arrogatum & res suas & liberos ac neporem, qui erāt in sua potestate subijcit potestati arrogatoris. ff. de adop. l. ij. §. vlt. adoptio verò non niſi in casu, quando scilicet datur auo materno, vel si post emancipationē genuit filium & auo paterno dederit. Inst. de adop. §. si verò. ¶ Quartò, qa arrogator tenet satisdare de restituēdis illis bonis psonis, ad quas sent vēntura, si arrogatus in suo statu māsisset. ff. de adopt. nec ei. §. fi. ¶ Quintò, qa arrogatus habet de necessitate legitimā in bonis arrogatoris, vñ si arrogator emācipauerit vel exhęredauerit siue eā, tenet ei relinquere legitimā, id est quartā ptē bonorū, quę scilicet habituris fuerat ab intestato secūdū gl. in l. si arrogator. ff. eo. quę ōrta nō est gmētata p authē. de triē. & se. secūdū Bar. ibi. Inst. de adop. eū aūt ipubes adoptiuo aūt nihil tribuet de necessitate relin-

re. C. eo. l. j. & ij. Si tamen moriatur adoptator sine testamēto succedit in bonis eius. l. pe. C. de adop. post mediū. nisi fit
3 emancipatus legitimè. ¶† Secundò, vtrum absens, vel dissentiens possit arrogari? Et dico quòd non. tex. est ff. eo. l. neque. sed neque etiam adoptare vel arrogare quis absens potest: nec etiam per procuratorem potest quis adoptare vel arrogare, ff. eo. l. post morte. §. ueq;. cuius causam not. Bar. in l. Gallus. §. fortitan. ff. de lib. & posth. vbi dicit quòd ea, in qbus solus cōsensus requiritur per procuratorē fieri possunt: vt in legitimatione, vbi sufficit quòd filius ostendat voluntatē patris: nec est necesse patrē esse presentē. Item ex parte filij nō requiritur q̄ sit præsens, sed sufficit quod habeat ratum: vt in authen. quib. mo. na. effi. sui. §. naturales. & §. generaliter. col. vij. quia in legitimatione pater nihil disponit: sed principi vel habenti authoritatem à principe consentit. non enim ipse legitimat, sed authoritas principis. Secus autē est quando pater ipse disponit: vt quia pater emācipat vel absoluit filiū: & iudex authorizat. Item pater adoptat. Itē dominus manumittit. Et ex hoc colligi potest illius quæstiōis determinatio: an filiatio spiritualis siue cōpaternitas per procuratorē cōtrahi possit? Et videtur q̄ non: quia ipse pater spiritualis aliquid disponit & agit, nec simpliciter cōsentit: & cōsequenter requiritur præsentia eius: vt in l. post morte. de adop. & ita dicunt
4 canonistæ. hæc Bar. ¶† Tertiò, quærit gl. in l. si paterfa. ff. eo. vtrum filius arrogatus possit sibi aliquid retinere pro se? Et videtur q̄ sic: quia in traditione pactū quod apponitur, debet seruari. in contrarium facit auth. ingressi. de sac. san. ecc. idem Bar. ibi. ¶ Quartò, vtrum arrogatus in filiū filij sui acquirat quartā parte bonorū, sicut arrogatus simpliciter? Respondet Azo in Sum. q̄ si pater adoptat aliquē loco nepotis: si filius consentit, mortuo suo patre, hic arrogatus transit in potestatem filij cui fuit arrogatus: nec agnoscitur auo suus hæres. Si autē filius nō cōsenserit, mortuo patre nō reincidit in potestatem: sed agnoscetur auo suus hæres: vel tāquam nepos, licet in filium non adoptauerit: vel tanquam is, quem videtur suus animus voluisse esse sibi hæredē. Idem dic de adoptato in nepotē, vel deinceps. quod fieri potest: vt Instit. de adop. §.
5 licet. excepto quòd non transit in potestatem patris adoptātis. Et quod dictum est de masculo, dic de fœminis. ¶† Quintò quæritur, quis possit aut nō possit adoptare? Et dico quòd potest paterfam. qui sui iuris est & generare potest: vel si non pōt, est ex defectu accidētali: vt est spado, siue gladio castratus. ff. eo. l. ij. & similiter presbyter. secundum Pan. in c. vnico. de cog. leg. Non potest autem adoptare qui generare nō potest propter defectum naturalem: qui etia dicitur castratus: nec fœminæ, nisi ex rescripto principis in solatium liberorū amissorū: nec ille qui per xviij. annos non præcedit eum, quē vult adoptare vel arrogare. vnde dicit San. Tho. quòd debet ita esse senex vt naturaliter possit esse pater adoptati: vt patet iiij. dist. xlij. & habetur ff. eo. l. adoptio. hæc habentur Insti. de adop. Nec potest adoptare secundum S. Tho. qui non est sui iuris: nec minor xxv. annis: vt idē dicit: nec potest arrogare qui nō habet lx. annos: licet possit adoptare, nisi iusta causa interueniēte. l. si pater. §. vlt. ff. de adop. & iusta causa est mortibus, aut cōiūctio personæ adoptādæ: aliās debet intēdere generationi, vt in d. §. vlt. ¶ Sextò quæritur, quis possit vel nō possit adoptari? Et dico q̄ adoptari potest q̄libet tā masculus q̄ fœmina. ff. de adop. l. adoptio. dūmodo sit præsens: aliter nō. l. neque absens. ff. eo. etiam si ageret per procuratorem, vt dictum est: dūmodo etiam sit minor adoptāte: sic vt possit esse filius eius naturalis. nō competit autem cōsanguineis adoptari, secundum S. Tho. in iiij. quia naturaliter sunt hæredes.
6 ¶† Septimò, vtrum quis possit adoptare in fratrem vel sororem? Et dico quòd nō: vt l. nec apud. C. de hære. instit. & ibi Ang. nec etiā in patrē, quia cōtra naturā. ¶† Octauò, vtrū sit
7 adoptio, si quis corā multis vel etiā p se in domo sua aliquē accepit in filiū aut filiā dicēs: accipio te in filiū meū? Et dicit Paua. c. vnico. de cognatione legali. q̄ non. l. nō nudis. C. de proba. nisi seruet forma de qua suprà: scilicet q̄ fiat principis, vel magistratus authoritate: quod est de substantia adoptionis: & verbum in arrogatione: vt dictum est.

¶ ADORATIO, vide infrà Latria.

De Adulatione.

1 *Adulatio quid sit? & in quo consistat?*
2 *Laudare aliquem, vel sua placere velle, numquid semper peccatum censendum sit?*
3 *Quemadmodum in laudando excedere & adulari, quot modis dicatur?*
4 *Adulationem triplici modo peccatum mortale dici.*
5 *Beneficium per adulationem impetrans, num idipsum resignare teneatur? Et idcirco, turpe officium dici, cui peccatum annexum est.*
6 *Adulationibus dare, num mortale peccatum sit.*

ADVLATIO† secūdum S. Tho. ij. ij. q. cxv. est excessus delectandi alios verbis laudis aut factis. Nam qui vult in omnibus alteri loqui delectabiliter, excedit modum virtutis, & peccat: qa virtutis affabilitatis, & si principaliter intēdat delectare eos qbus conuiuit, tñ vbi necesse est nō veretur contristare propter aliquod bonum. Si autē aliquis sic excedat sola intentione delectandi, vocatur placidus, secundum Philosophum. si verò hoc facit gratia lucri, vocat blanditor siue adulator: cōmuniter tamen nomen adulatoris solet attribui omnibus qui supra debitum modum volunt alios verbis vel factis delectare in communi cōuersatiōe. hæc ex illo. Igitur laudare aliquem de eo quo nō est laudandus, puta de malo, vel plus quàm est laudandus, vel vbi, & quando & quomodo, & quo fine non est laudandus: est adulatio. de qua xxv. distin. §. aliàs. xlvj. distin. sunt nonnulli. vj. q. j. sunt plurimi. & xj. quæst. iij. nemo peritorum. Et ad idem reducitur, si quis vltra debitum velit alteri placere vestibus, ludis, & huiusmodi.
2 ¶† Primò verò quæritur, vtrum laudare aliquem vel velle placere semper sit peccatum? Et dicit idem ibi quòd non: sed laudare aliquem cum debitis circunstantijs, puta ne deficiat in aduersis, vel vt magis proficiat in bono, pertinet ad virtutem affabilitatis siue cuiusdam amicitiæ, quæ consistit in exteriori conuersatione: pertinet verò ad adulationem laudare in his quæ non sunt laudanda: vel quia sunt mala, vt peccata: vel quia sunt bona incerta. vel etiam si timetur, ne maniter eleuetur. Et similiter velle placere hominibus, propter charitatem nutriendam. Et vt in eis homo spiritualiter proficere possit, et laudabile, secundū illud j. Cor. x. Per omnia omnibus placeo. Esset verò peccatum, si quis hoc faceret in malis, vel propter inanem gloriam, aut luerum, secundū illud Psal. Deus dissipat ossa eorum, qui hominibus placent. ¶† Secun-
3 dò verò quæritur, quot modis quis excedit in laudādo, & adulatur? Et dico scdm Alex. de ales, quòd quatuor. Primò laudando in aliquo bonū quod nō habet. Secūdò augendo bonum quod habet plus quàm habet. Tertiò laudādo malum, & dicendo bonum. Quartò minuendo malum: vt dicendo nō esse peccatum ita graue, sicut est. ¶† Tertiò, vtrum adulatio
4 sit peccatum mortale? Et San. Tho. dicit vbi suprà quòd sic, tripliciter. Primò ratione materiæ: sicut cùm quis laudat peccatum alicuius, quia contrariatur dilectioni Dei, contra cuius iustitiam loquitur homo, & dilectioni proximi, quem in peccato fouet. sed intellige si id qđ laudat sit peccatū mortale: aliàs ista adulatio nō esset mortale. Secūdò ratione intēntionis, puta cùm quis alicui adulatur vt noceat fraudulen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter corporaliter vel spiritualiter. Tertiò propter occasionē: sicut cùm laus adulatoris sit alteri occasio peccandi etiā præter adulatoris intentionem: & tunc considerandū est vtrū occasio sit data vel accepta: vel qualis ex hoc ruina sequatur, venialis scilicet aut mortalis: & sēdm hoc iudicandum est. Si autem alicuius ex sola auiditate delectandi, vel ad vitādum damnum, aut aliquid cōsequendā in necessitate aliquid fuerit adulatus, non est contra charitatem: nec mortale, sed veniale.

5 ¶† Quartò, vtrum adulator impetrans beneficium per adulationē teneat resignare? Et dicit Alex. hoc reduci debere ad munus ab obsequio. vñ recipiens solùm ex hoc q̄ adulat nō ex alio seruitio indigne reciperet: & resignare teneret, sicut ille qui seruiunt in officio turpi. Turpe autem officiū dicitur, cui peccatum annexū est. hæc ex illo: quem sequitur Sū. Ang. contra Arch. ij. parte. tit. j. c. v. §. iiij. dicentem quòd licet hoc reducatur ad munus ab obsequio: & talis reputādus sit simoniacus. j. q. j. ordinationes non tamen tenetur illud beneficiū resignare. arg. extra. eo. c. fi. & alleg. Dir. lib. iij. & Inno. & Hosti. qui hoc not. in c. tuam. de æta. & quali. Et ratio est: quia ex quo est simonia mentalis tantummodo, purgatur sola pœna tentiamee aliter resignatio necessaria est, p tex. in d. c. fi. scilicet de simo. ad fi. ¶ Quintò † vtrū dare adulatoribus sit peccatum mortale: Et dicit S. Tho. ij. ij. q. clxviij. quòd non: nisi minus appetitus gloriæ vanæ hoc recusaret: sicut delectabatur Herodes, quando ei Dei & nō hominis laudes dabantur: vel nisi intendat quis & cupiat laudationem de peccatis: quia tales largitores cōmunicant cum adulatore in crimine. Et hoc est quod dicit Alex. de Ales, quòd tale peccatū est ista datio, quale adulatio propter quam dat, id est, si veniale, veniale: si mortale, mortale: vt patet. lxxxvj. dist. in c. donare. & duobus sequentibus. vbi etiā dicitur q̄ dare adulatori nō ppter adulationē, sed propter pietatē ad sustentationē naturæ non est peccatū. Vtrū autem liceat dare histrionibus, infrà Ars. §. vj.

De Adulterio.

1 *Adulterium, quod est thori alieni violatio, quandoque simplex, quandoque duplex dicitur. Et idem modo quatuor admittitur.*
2 *Mulieri adulteræ, quæ ex adulterio sobolem suscepit, vt de expensis & hæreditate mariti tuta sit, quid agendum sit?*
3 *Præceptum positiuum non obligare quenquam cum scandalo, & præsertim vbi animarum, aut corporum periculum subesset.*
4 *Filius, qui in filiationis possessione est, num matri eum spurii asserenti, vel eundē suppositū credere teneatur? Et quid si vterque parēs idem dicat? Et ibidem limitatur legulciorū sententia, quæ eo fauōi coarguit, qui regno ob matris dictū renūciauit.*
5 *Filius putatiuus posit præscriptionem filiationis sus, num cogatur, quòd legitimus non fuit, de successione in bona cōtendentium facere posse?*
6 *Mulier de adulterio susceptos filios, num sibi hæredes instituere queat?*
7 *Adulter, num de expensis & damnis acceptis ob de adulterio susceptos filios, marito teneatur?*
8 *Viri atque vxoris adulterantium, quænam pœna sit?*
9 *Adulteriū notorium quomodo & quando dicatur. Et num adulterium sine dolo committi possit?*
10 *Metus conditionalis num mulierem ab adulterij pœna excusset? Et ibidem quid respectu leg. adulterium sine dolo committi nō possit. Et an voluntas coacta in malefitijs excusit?*

2 quibus ætas determinata requiratur à iure? Et dico multa. ¶ Primum. In sponsalibus requiritur ætas septem annorum completorum. de despon. impu. cap. vnico. lib. vj. in matrimonio verò. xij. annorum in fœmina, & xiiij. in masculo, nisi fortè malitia suppleret ætatem. quod tunc est, quando sunt ad simul coeundum potentes: vt not. in dicto cap. vnico. ¶ Secundum. In voto autem religionis. seu professione fienda, xij. annorum in muliere, & in masculo xiiij. completorũ: vt de muliere habetur in cap. cùm virum. de regular. & in cap. puella. xx. quæ. j. & in cap. puella. xx. q. ij. de masculo verò in cap. significatũ. de regu. lib. vj. quod tamẽ fallit in casu de quo infrà Religio. v. §. j. ¶ Tertium, quantum ad ordines suscipiendos in prima tonsura requiritur ætas septẽ annorũ completorũ dist. lxxvij. in singulis. & similiter in tribus minoribus, vt in d. cap. in singulis. & ante dictã ætatem cõferens alicui, nisi religionem intret, suspensus est ipso facto per annũ à collatiõe eiusdẽ ordinis. de temp. ord. nullus. lib. vj. in acoluchatu post xij. anno. vt in d. cap. in singulis. in subdiaconatu, xviij. inchoatorum, in diaconatu verò xx. & in presbyteratu xxv. vt in cle. generalẽ. de ætat. & quali. ord. Si tamen quis ante dictã ætatẽ ordinetur, ordinis quidẽ characterẽ suscipit, sed nõ executionem vsque ad tẽpus cõpletũ, vt no. in d. Cle. generalẽ. nec potest episcopus dispẽsare: vt ibi no. ¶ Quartũ, quo ad beneficia regularia in abbatissã requirit ætas xxx. annorũ cõpletorũ: & similiter & in priorissa, seu matre, vel ministra, quæ habet regere monasteriũ: vt in cap. indẽnitatibus. de elec. lib. vj. In Abbate autẽ xxv. anno. incœptorũ. p cap. cùm in cũctis. in §. inferiora. de elec. vbi regulariter ad qualibet dignitate acquirendã tẽpus illud exigitur: licet de Abbate nõ sit aliquid specialiter expressum. In prioratu verò collegiato, id est, habete subse collegiũ, xxv. ann. incœptorũ, ar. Cle. ne in agro. §. cæterũ. de sta. reg. in prioratu verò nõ cõuẽtuali seu nõ collegiato si curã habet quã per se habet exercere, similiter requiritur ætas xxv. ann. incœptorũ: quia oportet qp sit sacerdos: si aũt nõ habet per se exercere, sufficit ætas xx. anno. cõpletorũ. d. §. cæterũ. in prioratu verò nõ habẽte curã requiritur ætas xiiij. ancompletorũ: quia oportet quòd sit professus. c. nullus. de elec. lib. vj. & ita tenet Pan. in cap. super inordinata. de prebẽ. licet Fed. dicat sufficere ætatẽ septẽ an. qui nõ creditur: quia oportet qp sit professus in religione, vt dictũ est. ¶ Quintũ, quo ad beneficia secularia habẽtia dignitatẽ, in episcopo requiritur ætas xxx. an. cõpletorũ. de elec. cùm in cũctis. in inferioribus verò episcopatu requiritur qp quis attigerit xxv. ann. d. c. cùm in cũctis. §. inferiora. & si ante alicui cõferatur ecclesia curata, ipso iure vacat: nec põt episcopus dispẽsare. c. licet canõ. de elec. lib. vj. licet dispẽsare possit in dignitatibus, vel personatibus curã animarũ nõ habẽtibus, vt xx. anno cõpleto habeatur. c. permittimus. de æta. & qual. lib. vj. ¶ Sextũ, in beneficijs verò simplicibus sunt opiniões: sed approbo dictũ Cald. quòd sequitur Pan. in cap. super ordinata. de præb. quòd si beneficium sonat in nomen rectoriæ: puta, quia est ecclesia, vel capella p se stans habens ad regimẽ clericũ, tunc requiritur ætas xxiij. annorũ completorũ: vt in cap. indecorũ. de æta. & qualit. ord. quia qui nescit se regere: nec ecclesiã. Si verò nõ sonat rectoriam, sed est beneficium in ecclesia: tunc si requirit maturitatẽ consilij, vt in canonicatu ecclesiæ cathedralis, Host. & Archidiac. tenent requiri ætatẽ xiiij. anno. quia antè nõ potest sapientia iura tractare: sicut dicimus in milite volente testari ante illã ætatem, in l. licet. C. de testamẽt. milit. Si verò maturitatẽ cõsilij non requiritur: tunc septem annorũ est ætas. Et ista sunt beneficia in multis ecclesijs pro clericis pueris. ¶ Septimũ, in electionibus monialiũ requiritur ætas annorũ xij. cõpletorũ. & antè nulla admittitur ad eligendũ: vt in. c. indemnitatibus. de elect. lib. vj. In iuramẽto autẽ & testimonio requiritur pubertas, vt not. in cap. paruuli. xxij. quæst. v. & in capitul. testes. xiiij. quæst. ij. & similiter in testamento, & in electione sepulturæ. arg. cap. licet. de sepult. lib. vj. ¶ Aetas † autem pubertatis diuersimodè accipitur: quia in nuptijs contrahendis in masculo est xiiij. anni, in fœmina xij. Instit. de nup. in principium ibi not non autem idem est tempus si alimenta requirantur vsque ad pubertatẽ: quia debentur masculo vsque ad xviij. annũ fœminæ ad xiiij. ff. de alimẽ. & ciba. legat. l. Mela ait. in princip. de ætate inquisitiõis hæreticæ prauitatis. §. Hæresis ij. §. j. ¶ Secũdo † quæritur, quomodo cognoscetur si annus debeat esse cõpletus, vel inchoatus, quãdo dubitatur de mente statuentis, vel disponentis? Et dicendũ est secundũ glossã in cle. ca.

Clem. generalẽ. quòd si annus significatur in ablatiuo cum præpositione in: vt vbi dicitur, in anno. xviij. quo ad subdiaconatum. xx. quo ad diaconatum. xxv. quo ad sacerdotiũ: sufficit inchoatio. Si verò in genitiuo: vt xxx. annorũ, requiritur complementũ. Et idem dicit licet latius Io. de Li. in d. cle. sed completissimè Bart. in l. si cui. ff. de leg. j. dicens quòd quãdo ætas profertur in genitiuo, requiritur quòd sit completa: in ablatiuo autẽ cũ præpositione, sufficit quòd sit inchoata: sine præpositione verò requiritur quòd sit cõpleta. cle. j. de seq. poss. in accusatiuo autem cum verbo significante rem perfectã vt præpositio per, vel cum futuro coniunctiui, requiritur cõpleta. l. non patrabam. & l. si annos. ff. de condit. & demonstr. sine tali autem verbo, si de fauore agitur, sufficit inchoatio: sed de odio, requiritur complementum. l. ad rem publicã. ff. de muner. & hon. in accusatiuo autem cum præpositione ad, sufficit
5 inchoatio. l. qui filiũ. ff. ad Trebel. ¶ † Tertio quæritur, an in anno bissextili duo dies computentur pro vno, vbi requiritur annus completus? Et dico quòd Pan. in. c. quæritũ. de offi. de leg. dat regulã qp vbi à iure datur annus, intelligitur. ccclxv. diebus cõmunis: nec curandum est quòd illo anno currat bissextus. & est bonus text. in. l. cùm hæres. §. Stichus. ff. de stã. li. Sed idẽ Pan. in. c. quæsiuit. de verb. sign. videtur hoc limitare in odiosis, dicens, quod si terminus statuitur per numerum annorum aut mensium, secundũ opinionẽ gl. distinguemus inter fauorabilia & odiosa: quia in odiosis annus intelligitur de ccclxv. diebus: licet illo anno cõtingat bissextus. secus in fauorabilibus: quia tunc duo dies cõputantur pro vno. Si verò terminus statuitur per numerũ dierũ, puta quòd seruiat vel stet suspẽsus per xl. dies: tũc tam in fauorabilibus quàm in odiosis non cõputantur pro vna die: quia in veritate sunt plures dies. Consentire videtur Dir. lib. iij. tit. vij. p. l. cum hæres. suprà allegatam. dicens quòd si libertas relicta est tibi vt seruias vno anno: dies ille in anno bissextili non cõputatur? sed
6 ccclxv. dies. ¶ Quarto † quæritur, quid dicendũ sit de mẽse, in quo dies bissextilis occurrit? Et dicit gl. in cìquàm sit. de ele. lib. vj. quòd licet cõputatio secundũ quòd menses occurrunt, sed potest dari solutio præcedens quãdo eo mẽse accidit bissextus: vt in Februario: quia in fauorabilibus cedent. p vna die: in odiosis secus. Vnde si dicatur, stet suspensus per mensem, die vltima poterit celebrare.

¶ AFFINITAS. Vide infrà Matrimonium. viij. §. v.

De Alchimia.

1 *Alchimia inter quas scientias deputetur? Et quid sit? Et species vna in aliam per artem transmutari queat?*

2 *Beatus Thomas quid de Alchimistarũ ipsorũ scripserit, & an demones verum effectum corporalẽ efficere possint? Et quid de auro Alchimico? num veriũ aurũ efficere Alchimistæ queant?*

3 *Alchimiam exercere num liceat?*

4 *Alchimia quædã stultitia ridicula. Et quibus illicita, & ob quid dicatur?*

5 *Aurum vel argentum alchimicum vendere pro vero num liceat? Et quid si pro non vero vendatur?*

1 ALCHIMIA † computatur à beato Tho. super Boe. de Tri. inter scientias subalternatas Philosophiæ naturali habẽtes opus corporale, quæ dicitur artes mechanicæ, cuiusmodi est etiã medicina, & videtur reduci ad artem fabrilem quantum ad materiam: & est ars transmutandi metalla, secundum formam substantialem & naturales qualitates verè vel apparenter. ¶ Primò verò dubitatur, verum vna species ab arte mutari possit in aliam? Et distinguo ex parte artis, quia dupliciter operator primò, scilicet operatione artis præcise, nullã interueniente operatione naturæ: sicut lutor vestẽ, & faber cathedrã sine omni naturali actiuo perficit. & secundò operatur interueniente aliqua operatione naturæ: sicut pistor formam panis, & figulus formam lateris inducit per operationẽ ignis. Distinguo etiam ex parte speciei: quia tripliciter vna intelligitur in aliã mutari. Primò sic quòd vna mutetur in aliam secundum partẽ: quia scilicet stat eadem materia, sed variatur forma: vt cùm ex vino fit acetũ: & ex fumo flamma. Secũdò sic quòd mutetur secundum totum, ita quòd forma in formã, & materia in materiã mutetur: vt in cõsecratione Eucharistiæ. Tertiò sic quòd vna nõ mutetur in aliã, sed fit alia: puta si dicatur quòd homo sic mutẽ in auẽ aut econtrà quòd verè dicatur, homo est auis. Igitur ars inquantũ ars præcisa operatione naturæ nullã formã substantialẽ potest inducere: nec vnã speciẽ naturalem mutare in aliã: & hoc docet S. Tho. ij. ij. q. lxxvij. art. ij. ad primũ. & iij. parte. q. lxvj. art. iiij. & in alijs locis innumeris. Inquantũ verò ars vtitur instrumẽto naturæ, inducere potest formã naturalem substantialẽ, & vnã speciẽ secundum partẽ mutare in aliã: vt in dictis locis apparet: & probatur etiã, quia panis substantialiter differt à massã & farina: cum ex eo cõsecretur Eucharistia, nõ ex prædictis. Non autẽ potest ars creata, quocũq; modo operetur, vnã speciem in aliã mutare secũdũ totũ: quia operatio artis semper præsupponit operationem naturæ quæ hoc nõ potest. & præterea ars nõ se extendit ad substantiã materiæ, quam semper præsupponit: vnde hoc est solius Dei proprium. Mutare autem speciẽ in speciem tertio modo, sic quòd vna sit alia, etiã diuina omnipotentia nõ potest: quia cõtradictio est. ¶ Secundò † dubitatur quid senserit S. Tho. de operatione Alchimistarũ? Et
2 dico quòd in secundo Sententiarum, dist. vij. q. iij. art. j. tenuit, quòd dæmones facere possunt verum effectũ corporalẽ, sicut magi Pharaonis virtute dæmonũ virgas in serpẽtes verterũt. Exod. vij. & deinde contra suã determinationẽ arguit quinto loco quod dæmones hoc nõ possint, sic: Dæmones nõ operantur, nisi per modum artis. Sed ars non potest dare formã substantialem: vnde dicitur in c. denuis. Sciant authores alchimiæ species trãsformari nõ posse. Ergo nec dæmones formas substantiales inducere possunt. Ecce argumentũ: sequitur solutio. Ad quintũ, inquit, dicendũ quòd ars virtute sua nõ potest formam substantialẽ cõferre: quòd tamẽ potest virtute naturalis agentis: sicut patet in hoc quòd per artem inducitur forma ignis in ligno. Sed quædam formæ substantiales sunt quas ars nullo modo inducere potest: quia propria actiua & passiua inuenire nõ posset. Sed etiã in his potest aliquid simile facere: sicut alchimistæ faciũt aliquid simile auro, quantũ ad accidentia exteriora: sed tamen nõ faciũt verum aurum: quia forma substantialis auri nõ est per calorẽ ignis, quo vtuntur alchimistæ, sed per calorẽ Solis in loco determinato, vbi viget virtus mineralis. Et ideò tale aurũ nõ habet operationẽ cõsequentẽ speciẽ: & similiter in alijs, quæ eorum operatiõe fiũt. hæc ille. Sed & xxij. q. lxxvij. art. ij. ad primũ, arguit qp venditio non sit illicita propter defectũ rei, eo quòd aurum & argentũ alchimicum vendi possit, cùm sit aptũ ad omnes humanos vsus, ad quos est necessarium aurũ vel argentũ: puta ad vasa, & huiusmodi. & soluit dicens: Aurum & argentũ non solùm cara sunt propter vilitatẽ vasorum, quę ex eis fabricantur, aut aliorum huiusmodi, sed etiam propter dignitatem & puritatẽ substantiæ ipsorum. Et ideò si aurũ vel argentũ ab Alchimistis fictum veram speciem non habeat auri & argenti est fraudulenta & iniusta venditio: præsertim cùm sint aliquę vtilitates auri & argenti secundum naturalem operationem ipsorum, quæ non conueniunt per alchimiam sophisticaro: sicut quod habet proprietatem lætificandi, & contra quasdam infirmitates medicinaliter iuuat: frequẽtius etiam poni potest in operatione, & diutius in sua puritate manet aurum verum quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

sophisticarum. Si autē per alchimiā fieret aurū verum, nō esset illicitū ipsum pro vero vendere: quia nihil prohibet artē uti aliquibus naturalibus causis ad producendū veros & naturales effectus, sicut Aug. dicit in nj. de Tri. de his quę arte dæmonū sunt. ¶ Tertiò quæritur quid in prædictis S. Tho. senserit circa veritatē auri alchimici? Et dico quòd secundū venerabile Thomistā magistrum Pet. de Bergo. S. Tho. in ij. Sententiarū intendit q̄ alchimia, id est, alchimistæ nō faciūt, id est nō possunt facere verū aurū. in ij. ij. verò dicit cōtrariū: & soluit idē Tomista tripliciter. Primò quia vbi dicit q̄ non faciunt verum aurum, scilicet in secūdo loquitur de veritate auri quantū ad omnes ꝓprietates, nō quantū ad essentiam: vbi verò dicit quòd faciūt, scilicet in ij. ij. loquitur de veritate eius quantū ad essentiā, nō ꝓprietates. Cōtra, primò quia in secūdo loquitur de auro quantū ad formā substantialē: ergo quantū ad veritate essentię: secūdò quia vbi est essentia, est impossibile deesse ꝓprietates, quæ ab ea sūt etiā diuinitus in separabiles. secundo soluit quia in ij. ij. loquitur de arte agēte in virtute naturę: sed in secūdo, de arte in virtute propria cōtra, quia in secūdo dicit ideò artē nō posse inducere formā auri: quia nō pōt inuenire propria actiua & passiua: vnde negat artē id posse etiā per actiua naturalia: quia ea nō potest inuenire. Soluit tertiò, quia in ij. ij. loquitur de alchimistis habentibus perfectā artē. in secundo verò de agētibus sophisticè ex ignorātia artis. Et ista solutio est bona. quod patet: quia in secundo nō solueret argumētū, nisi intēderet dicere q̄ ideò alchimistę nō faciūt verū aurū: quia actiuè naturalia nō possunt inuenire: dæmones autē hoc ideo possunt, quia illa possū, sunt inuenire & applicare in loco mineræ. Quādo ergo in secundo dicit quòd ista ars aurū verū facere nō potest: loquitur de ea, vt est in hominibus secūdū cōmunem vsum, in quibus est sophistica & non vera: quando verò in ij. ij. videtur dicere quòd hoc possit, loquitur de ista arte secundū se, vel in quantū est in aliquo artifice pfecto, siue sit dæmō, siue homo doctus à Deo vel dæmone: vnde ibi adducit exēplū de dæmonibus.

¶ Quartò † quæritur, vtrū licitū sit exercere artē alchimiæ? Et dico q̄ Sum. Ang. multis rationibus nititur probare q̄ nō sed omnino alchimistę semper sunt cōdēnādi, sed in hoc passū notatur hęc Sum. siue reprehēditur à Hiero. Zaneti. in sua rep. super c. j. de accus. vnde Sum. Ros. tenuit cōtrariū allegās Pan. in c. ex tuarū, de sor. qui Pan. sentit cū Old. eā esse licitā. q̄ ipse Oldr. in suis cōsiliis probat: quia inquit, tales metallarii sunt, qui laborē ꝓprio sibi & reipub. cōmodatē parāt. C. de mera. l. j. & iura fauet eis ꝓpter publicā vtilitatē ex eorū officio resultrātē: quia possunt multo dño ingredi ad inquirēda metalla. C. de mera. l. iij. & l. quotīdā, q̄d aliter nō licet. C. de thesau. l. vnica. & ff. de acquirē. do. l. ij. Concludit ergo q̄ est licita, nisi fiat per artē magicā, vel aliā legibus odiosam: vt dicitur in d. l. vnica. Et ratio est, quia operatur per virtutes quæ sunt in elemētis aut herbis, hæc ex illa. Dico † ergo q̄ ista ars posset esse illicita huic vel illi: quia propter suā impitiā exponit se periculo cōsumēdi patrimoniū suū stultē, vel ꝓpter aliā causam: imò dico q̄ communiter, & vt in pluribus, est quædā stultitia ridiculosa: secundū se tū nihil cōtinet illicitū: quia vti naturalibus causis ad naturalē effectū, non est illicitū de se: quia potest fieri ad experiendū vel ad exercendū in expensa ad faciendū aliquod metallū q̄d licet non sit verum aurum vel argentum, est tamen aliquid ei propinquū, & nobilius eo ex quo fit. & hoc frequenter experti sūt. Ad rationes Sum. Ang. respōdeo. Nam dicit primò hoc esse illicitū quia nullus inuenit habes verā artē. Ad hoc dico primò quòd multi habēt verā artē vt aliquid veraciter faciant, & si nō verū aurū. Dico secūdò quòd nō habere verā artem est pœna vel ignorātia, & nō culpa: nec ex hoc sequitur quòd vera ars sit illicita. Dico tertio hoc probare hanc artem esse possibiliter illicitam isti vel illi, nō in se. Dicit secundò esse illicitam, quia communiter tales multa cōsumunt. Ad quod dico quòd verum est, & stulti sunt, sicut etiam sunt stulti qui volunt mihi causationem facere quam ignorant, & depauperantur: cum quo stat quòd ars in se sit licita. Et tertiò, inquit quia non faciunt verum aurū, sed appārens: & dico quod hoc posito, id tamē quod faciunt aliquid est participans aliqualiter naturam auri: sicut & lateres facti à figulo non sunt veri lapides: sed aliquid de lapidum natura participant. Et quartò, inquit, quia nemo hanc vult exercere in publico. ad quod dico non ideò esse, quia secundū se ars ista sit mala: sed quia tales tūc irrideri: sicut & quilibet licitē multa facit secretē, quæ in publico non faceret. Et quintò, quia tale exercitium est contra publicam vtilitatem: sed dico quod aliquando faciūt aliqua vtilia reipublicæ: vt ex inductis legibus patet. Et præterea dum ipsi depauperantur, qui vt plurimum habent superflua, ditantur alij, à quibus emunt, qui pecuniis indigebant. Et ꝓterea hoc probat istam artem illicitam esse isti vel illi ratiōe imperitię, nō in se. ¶ Quintò † quæritur, vtrum liceat vendere aurum vel argentum alchimicum pro vero, si non sit verum? Et dico ex Sanct. Thom. ij. ij. vbi supra quòd non: quia est fraudulentia: vt patet ex allegatis. si tamē esset verum aurum vel argentū, nō esset illicitum vendere pro vero, vt ibi dicitur. Itē si nō esset verum, licitum esset vendere illud pro non vero: quia nulla est injustitia vendere rem pro eo quod est, aut valet: sicut quotidie venditur coralia sophisticata & margaritæ & torques. quod nullus illicitum dicit, nisi pro veris vendērentur. & hoc etiam videtur S. Tho. asserere, dum dicit quòd nō potest vēdi pro vero quasi relinquat indubitatum quòd vendi possit pro eo quod est.

¶ ALBA. vide infra in Index.

De Alienatione immobilium, máxime Ecclesiasticorum.

1 *Alienatio propriè sumpta, quid nam sit? Et qualiter in negotio fauorabili, & item in odioso accipiatur.*

2 *Alienatio rei ecclesiasticæ & immobilis num in omni casu licita sit? Et horum alienandæ quot legitimæ causæ sint?*

3 *Alienatio rei ecclesiasticæ num sub omni forma effici possit? Et quæ solemnitas in ea obseruanda sit, luculenter ex Panor. Et sub hac num requiritur decretum?*

4 *Subscriptio notarij in alienatione rei ecclesiasticæ, an necessario desyderetur? Et quibus casibus necessaria sit? Et an omnibus alienationibus capitulo, seu superiori sit necessarius, et requisitus?*

5 *Abbas rei monasterij sine conuentus assensu, & etiā episcopus alienare possit? Et quid de subdito parochiali? Et an satisfit cōsensum post cōtractum celebratum accedenti? Et an valeat sit canonicorum cōsensus num in communi practicetur?*

6 *Alienatio rei ecclesiæ, nō corrumpat si sine pdicta solēnitate aut aliquā de pdicta causis facta sit: & an sit ꝓhibita? & vsu.*

7 *Quænam sint ea, quæ seruari seruādo nequeāt? Et nū in his pcōmia deputāda sit? Et quid si statuta cautū sit, vt mulier viro superstes dimidium bonorū immobiliū mariti partē lucretur, nū pecunia ad immobilia emēdā destinata immobilis cēsebatur?*

8 *Iura, actus, et & nomina nō immobilia cēsenda sint vt in bonis alienatis vel cessiōe necessaria sit prædicta solēnitas? Et nomina debitorū in testamētis, quorū appellatiōe cōtineātur?*

9 *Mobilia ecclesiæ ptinēs, nū immobilia appellatiōe cōtineātur?*

10 *In alienatione rei ecclesiasticæ quot tractatus necessarij sint. Et num prædicta forma in omni alienatione rerum ecclesiasticarum immobilium, requiratur?*

11 *Statutū vbicunq; aut constitutio in materia iuris loquitur, aliquas exceptiones causas, non ob id regulam firmat, in non enumeratis contra ius antiquum communē, quinimo in non exceptis casibus à iure communi suppletur. Et qualiter intelligatur, quod exceptio regulam firmet in non exceptis.*

12 *Solemnitas in rerum ecclesiasticarum alienatione requisita, num tolli possit?*

13 *Electus si de iure naturali tenuit, nimirum ratione consensus eorum qui elegerunt, quanquam propter iuris positiui solemnitates omissas nulla sit, non tamen ipsi electus renuntiare in foro conscientiæ tenetur.*

14 *Rem ecclesiasticam sine requisita solemnitate recipiens, num eam cum fructibus restituere teneatur?*

15 *Alienare prohibitus num saltem ad magnum tempus locare possit? Et quodnam tempus modicum dicatur?*

16 *Prælatus iuratus papa inconsulto non alienare, an nihilo secius alienare queat? Et ibidem quod iuramentum stricti iuris est? Et num legatas de latere ad uersus huiusmodi iuramentum alienanda facultatem concedere possit? ibidem ad finem.*

17 *Prælatus num exceptioni ecclesiæ competenti renuntiare, aut in eius damnum cuidam transigere, aut libi cedere possit?*

18 *Prælatus solus num sine solemnitate legitima rei immobi. repudiare queat? Et prælatum ecclesiæ præiudicare posse modis multis intelligi posse. Et quibus modis possit? Et inter hæc, quòd donatio ecclesiæ sub modo facta, statum teneat.*

19 *Donatio sub modo ecclesiæ facta si prælatus modum ipse solus non seruare, an seruari queat? Et quid si sub conditione relicta, nec eam solus prælatus impleri?*

20 *Pacta de re ecclesiæ donata nō alienāda, an licitū sit? Et quid in si necessitas immineat? Et quid si legatū sit sub huiusmodi pacto, monasterio quod possessiones tenere aut habere nequeat?*

21 *Oeconomus Ecclesiæ, cui certo casu commissa est alienatio, nū illam in consanguineos facere possit? Et quid in alijs ecclesiæ administris?*

22 *Sede vacante, num ecclesiarum bona alienari possint? & quæ? Et sub nde, quid si prælatus bona, à capitulo bonis destincta habeat, illa possit ad vsum suum absq; capitulo consensu & alia solemnitate concedere?*

23 *Alienatio bonorum minoris, num aliquam solemnitatem desideret. Et quibus in bonis interuenire debeat? Et quid in alienatione bonorum mulieris? remissiue.*

24 *Vtilitas, qua bona ecclesiæ alienare permittit, quatenus & accipienda sit? Et quid oporteat emptorem facere, vt respectu ipsius empcio efficax sit?*

25 *Alienationes bonorum eccl. à schismaticis factæ, vel intrusis, num efficaces habeantur? Et quid de eo, qui scelus capitale admisit? Et quid de alienatione in creditorum, aut patronorum fraudem facta? Et ibidem de complurib. alijs, remissiue.*

ALIENATIO † ꝓpriè & stricte est omnis actus, per quē dominiū transfertur. C. de fun. do. l. & secundū gl. ibidē sequitur: largissimè aūt alienatio dicitur dato in emphyteusim, & locatio ad long. itēp. vt voluit Iac. de Bel. in auth. de non alie. §. quia verò, etiā qū sola possessio in alium trāsfertur: vt not. Inn. de reb. ec. nō alie. c. episcopi. nor. in d. c. nulli. dicit quòd in materia odiosa alienatio capitur stricte, & cōsequenter solùm ꝓ contractu, per quem dominium transferatur in materia rū larga & fauorabili, vt hic capitur largissimè. & sic, vt dicit text. in d. c. nulli. alienatiōis donationem, vēditionem, permutationem, & emphyteusim cum ꝓpetuum contractum: alij tamen tex. habent nō condatione, sed conditionē, id est, venditionem sub aliqua conditione: sed exponit Archid. contractum sub conditione factum: vt si soluatur tributum, aut nauis veniat ex Asia, do tibi tale rem. ¶ Primò † verò dubitatur, vtrū alienatio rei ecclesiasticæ immobilis liceat in omni casu? Et dico quòd nō: sed Pan. in d. c. nulli licēat. dicit quatuor esse legitimas causas alienādi pdicta: quas etiā ponit gl. summaria xij. q. ij. an prin. Prima est necessitas: vt si debita vrgeāt ecclesiā, & de fructibus satisfieri nō potest. Secūda, vtilitas, vt res melior habeatur: & isti duo casus probātur in auth. hoc ius. C. de sacrosanctis eccl. Tertia est pietas, ꝓ redimendis captiuis. xij. q. ij. aurum. & c. sine exceptiōe. Quarta est incōmoditas: vt quia res alienāda est magis damnosa quàm vtilis. facit xij. q. ij. terrulas. Ad has tamen reducuntur aliæ. quia ad vtilitatem reducitur fabricatio ecclesiæ vel applicatio cœmeterij, ꝓ qua vēditio pdicta licet, secundū Sum. Pisa. Arch. adducentē c. aurū. xij. q. ij. Ad pietatē verò reducit cibatio pauperū tpe famis, ꝓ qua etiā licet, secundū prędictos: vt in d. c. aurū. & ea q. in c. sine exceptione. reducitur etiā alia causa: quia episcopus ex assensu clericorū potest donare quinquagesimā partē rerum ecclesiæ suæ ꝓ cōstructiōe monasterij in illa diœcesi: vt xij. q. ij. bonę rei. ¶ Secūdò, † vtrum alienatio prædicta fieri possit sub omni forma? Et dico quòd sicut fieri nō potest in omni casu, ita nec sub omni forma, sed sub determinata: quia dicit tex. in c. nulli de reb. eccl. nō alie. quā doct. plyeusim, & locatio ad long. itēp. vt voluit Iac. de Bel. in auth. de non alie. §. quia verò, etiā qū sola possessio in alium trāsfertur: vt not. Inn. de reb. ec. nō alie. c. episcopi. nor. in d. c. nulli. dicit quòd in materia odiosa alienatio capitur stricte, & cōsequenter solùm ꝓ contractu, per quem dominium transferatur in materia rū larga & fauorabili, vt hic capitur largissimè. & sic, vt dicit text. in d. c. nulli. alienatiōis donationem, vēditionem, permutationem, & emphyteusim cum ꝓpetuum contractum: alij tamen tex. habent nō condatione, sed conditionē, id est, venditionem sub aliqua conditione: sed exponit Archid. contractum sub conditione factum: vt si soluatur tributum, aut nauis veniat ex Asia, do tibi tale rem. ¶ Primò † verò dubitatur, vtrū alienatio rei ecclesiasticæ immobilis liceat in omni casu? Et dico quòd nō: sed Pan. in d. c. nulli licēat. dicit quatuor esse legitimas causas alienādi pdicta: quas etiā ponit gl. summaria xij. q. ij. an prin. Prima est necessitas: vt si debita vrgeāt ecclesiā, & de fructibus satisfieri nō potest. Secūda, vtilitas, vt res melior habeatur: & isti duo casus probātur in auth. hoc ius. C. de sacrosanctis eccl. Tertia est pietas, ꝓ redimendis captiuis. xij. q. ij. aurum. & c. sine exceptiōe. Quarta est incōmoditas: vt quia res alienāda est magis damnosa quàm vtilis. facit xij. q. ij. terrulas. Ad has tamen reducuntur aliæ. quia ad vtilitatem reducitur fabricatio ecclesiæ vel applicatio cœmeterij, ꝓ qua vēditio pdicta licet, secundū Sum. Pisa. Arch. adducentē c. aurū. xij. q. ij. Ad pietatē verò reducit cibatio pauperū tpe famis, ꝓ qua etiā licet, secundū prędictos: vt in d. c. aurū. & ea q. in c. sine exceptione. reducitur etiā alia causa: quia episcopus ex assensu clericorū potest donare quinquagesimā partē rerum ecclesiæ suæ ꝓ cōstructiōe monasterij in illa diœcesi: vt xij. q. ij. bonę rei. ¶ Secūdò, † vtrum alienatio prædicta fieri possit sub omni forma? Et dico quòd sicut fieri nō potest in omni casu, ita nec sub omni forma, sed sub determinata: quia dicit tex. in c. nulli de reb. eccl. nō alie. quòd nō valet, nisi in certis casibus, & debita forma seruata. Sed quia de hac forma fit mentio in auth. hoc ius. de sac. sanc. ec. quæ auth. inserē sacris canōibus x. q. ij. in prin. fit etiā mētio in. c. fine exceptiōe. xij. q. ij. ideò gl. in d. c. nulli. dicit in alienatiōe rei ecclesiæ seruādam esse solēnitatē d. auth. hoc ius. Gof. verò dicit quòd difficile est eam seruare: sed sufficit seruare solennitatē scilm consuetudinem loci introductā: & secundū aliquos satis est seruare consuetudinē illius ecclesiæ, de cuius rei alienatiōe agitur. quòd tamē non placet Host. sed dicit illud esse cōtra c. j. de reb. ecc. nō alie. Io. autē And. dicit se credere quòd consuetudo adimere nō possit solēnitatem d. c. sine. licet a simile possit introductā per d. auth. hoc ius. & augere introductā per dc. sine. Et cū hac opin. Io. And. communiter transeunt doct. vt recitat. Pan. in d. c. nulli. qui infert. quòd consuetudo nō valet cōtra solēnitatē d. c. sine. & cōsequēter quia indistincte loquitur, potest inferri quòd subscriptio eorū qui sunt de collegio, tolli nō potest per dissuetudinē: quia ponitur in d. c. sine. Item quo ad solēnitatē d. auth. hoc ius. dicit non esse necessariam consuetudinem ad illā tollendā: quia ius ciuile introducere non potuit solennitatem in alienatione rei ecclesiasticæ: quia prouisum est ꝓ iure canonico. & ita vult Inn. & Io. And. Et ideò cōcludit Pan. quòd si cōsuetudo quæ cōtrariatur d. c. sine. sit ecclesiæ grauosa, nō tenet: vt in cap. j. de consue. & consequenter sufficit obseruare cōsuetudinem d. cap. sine. & idem tenet gl. in c. j. eo. d. tic. lib. vj. non obstante quòd d. auth. sit incorporata canonibus: quia fuit posita vt seretur affectus principum ad ecclesiam. Debet ergo obseruari, sicut dicit Panor. in c. j. de his quæ fiunt à prælat. & in cap. tua. & in cap. cum apostolica. & in cap. nulli. de reb. eccle non alienād. primò quòd præcedat ea actatus: scilicet an expediat necne. secundò quòd interueniat capituli consensus. tertiò quòd interueniat authoritas superioris: intellige superioris, scilicet qui est proprius episcopus in non exēptis: in exemptis autē est prælatus, cui immediatē subest ecclesia pleno iure: vt abbas in ecclesiis sibi subiectis. & ꝓ uinciales Prędicatorū vel minister Minorū quo ad eorū monasteria, ꝓ Card. in c. statuimus. de trāsact. quarto quòd fiat ꝓ utilitate Ecclesiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

quintò quòd interueniat subscriptio clericorum .De quo tamen vide §.sequent.& adde quòd non oportet subscriptionem esse manu clericorum factum,sed notarij vt interpretatur consuetudo.Sed nota differentia inter cõsensum seu collationem,decretum & autoritatem:quia secundum glo.in d.c.j.co.ti.lib.vj.decretum est sententia qua iudex contractum firmum iuris facit,autoritatem suam interponendo,vel aliquem in possessionem mittendo,vel mittendi mandando.ff.de dam.infect.l.si finita.& non interponitur sine cognitione.vñ in scriptis dandum est.C.de sent. ex breu.re.l.[illegible].eo.qui sunt iub tu.l.j.& l.magis puto.sepe tamen decretu vocatur in iure authoritas:quæ authoritas est authorizabilis cõsensus,qui sibi cõperit ex officio publico vel administratione legitima:sicut cõsensus tutoris & curatoris. consensus autem siue collatio est multorũ voluntas, ad quos res pertinet,simul iuncta.Et dicunt quidam, quòd in alienatione rei ecclesiæ nõ requiritur decretum,sed causæ cognitio, authoritas,episcopalis,& consensus cleri.hæc glosi. ¶ Tertiò† vtrum dicta subscriptio requiratur necessario? Et dico quòd Panor.in cap.j.de his quæ fi.à præl.dicit Inn.dare regulam,quòd nunquam requiratur subscriptio , nisi in casibus à iure expressis.Ratio est:quia regulariter in qualibet dispositione sufficit cõsensus,nec scriptura requiritur.l.pactum .C. de pact.pro quo videtur glo.in.ca.j.de cẽsi.lib.vj.Et ideò vendit ionem,permutationem,& donationẽ prælatus facere non potest,nisi de cõsensu capitali,& subscriptione canonicorum vnde & Alberic.in d.auth.hoc ius .tenet quòd in alienatione rei ecclesiasticæ subscriptio nõ est necessaria regulariter nisi in tribus casibus prædictis scilicet vẽditione permutatione,et donatione: vt in d.c.tua. & in casibus no.per Arc.in cap.sine exceptione.xij.q.ij. ¶Quartò, vtrum eodem modo in omni alienatione rei ecclesiasticę requiratur cõsensus? Et dico quòd non:sed variatur iuxta varietatẽ ecclesiarum.Et vt colligitur ex d.cap.hoc ius.& c.si quis episcoporum.& xij.quæst.ij.placuit.& c.alienationes.& cap.abbatibus.& cap.sine exceptione.& vt specificat Veruec.episcopus res ad suam mensam pertinentes,vel res cathedralis Ecclesiæ alienare non potest sine consensu capituli,licet dictus cõsensus võ sit necessarius si res parua est,& necessitas magna.xij.q.ij.terrulas.Etsi nõ habet capitulũ, quia scilicet ecclesia est destructa per guerras & huiusmodi, secundum doct.vt dicit Panar.in cap.j.de his quæ fi. à præl. loco canonicorũ adiocet aliquos eclericos honestos. Et hoc etiã vtile est seruare in alienatiõe,quam facit ecclesia inferior. Similiter† nec abbas res monasterii sine cõsensu sui conuentus:& etiam episcopi.quod tamen intelligitur in non exemptis:quia in exemptis,secundum Zab. post Inn.in clem. monasteriorũ.eod.tit. requiritur consensus papæ vel prælati immediati,cui subsit ecclesia pleno iure:etiam secundũ gl. si prælatus alienare volens habeat conentũ,sicut multi priores habent suos abbates,quãuis d. cle.videatur loqui de non habente conentũ. de quo dic secundum glossã.quòd si alienans alienat consensu conuentus,sine consensu tamen superioris prælati, cuadit quidem pœnam illius clem.j.suspensionem:sed tamen contractus nõ valet. Similiter nec presbyter parochialis sine consensu episcopi sui:vt dicunt iura superius alleg.Et hoc de rebus immobilibus. In alienatione autẽ mobilium solennitas prædicta nõ requiritur:ita tamẽ quod nullus prælatus religiosus potest reditus vendere aut concedere alicui ad vitam vel ad certum tempus,etsi necessitas vel utilitas loci exposcat:& de consensu conuentus,si illũ habet: vel. prælati sui,si conentum nõ habet:vt elem. monasteriorum de re.eccl.non alien.vbi tamen declarat do subditur.præmissa non extendi ad locationes,aut fructuum vel reditũ venditiones ad tempus modicum faciendas.Potest tamen,vt ibi dicit Fran . consensus interuenire post contractum celebratum:vt nor.eod.titu.c.j.lib.vj.Et dicitur tempus modicum infra decennium secundum gl. ¶ Quintò,vtrum valeant cõsensus canonicorum non habiti in communi? Et dico quòd nõ, secundũ l.au.& Host.& Inn.& Comp.sed contrarium tenuit Gof.quia licet inueniatur quòd in electione requiritur communis consensus.de elec.in genere.secus in alienatione.glo. autem vbi ꝫ.dicit primam opinionem veram,vbi non præcessit tractatus:vt in c.j.de re.eccle.non alie.lib.vj.vbi verò præcessit,& deliberatũ est alienare,licet singulariter cõsentiant, valet consensus,& locũ habet opinio secunda. ¶ Sextò,† vtrũ omnis alienatio ecclesiasticæ rei sit prohibita sine prædicta solennitate facta,vel sine aliqua de prædictis causis? Et dico quòd non,secundum doct.in d.cap.nulli.sed rerum immobilium tantum,quarum nomine comprehenduntur ea,quæ seruando seruari possunt.facit l.tutores.la ij.C.de admin.tut.& cap.tua.de his quæ fi. à præla.sed Albe.in d.auth.hoc ius.tenet quòd mobilia,quę etiã seruari possent,alienari possunt sine dicta solẽnitate,vt oues,&c.nisi sint ad diuinũ cultũ deputata:quia tũc seruabitur auth.prętere a.C.de sac.sanct.eccles. scilicet vt non vendãtur nisi pro necessitate & vtilitate. ¶ Septimò,† quæ sunt illa,quæ seruãdo seruari possũt? Et dico secundum Ang.in.§.quia parum.in authen.de nup. quẽ d tale dicitur omne quod non corrumpitur triennio . & est glossa singularis in l.vnica.C.si adu.vsuc.sed limita quando no corrumpitur triennio, & cum hoc seruatũ fructificat,vt ouis.at. l.j.§.fuit quęsitũ.ad Treb. & ita intellige gl.in d.§. fuit quęsitũ.& facit tex.in.l. Aristo.§.fi.cum l.seq.ff.de iur.deli.& fic quæ vsu cõsumuntur,vt frumentum,vinum,oleum, & huiusmodi,nõ sunt de his,quæ seruando seruari possunt: licet hoc aliquando fallat in pecunia,vt dicetur. ¶ Octauò , vtrum pecunia sit de his quæ seruando seruari possunt? Et dicit Pano. in d.cap.nulli.quòd non:quia retẽta nihil operatur. lxxxviij. dist.emens.& not.in l.cũ plures.ff.de admin.tut. Hoc tamen fallit in duobus casibus. ¶ Primò, quando pecunia ecclesiæ esset deputata ad emenda bona immobilia:quia tunc iudicatur bonum immobile,nec mutari posset.& tex.est singularis & ibi Bart.& Ludouic.de Ro.in l.iij.§.quid ergo.ff.de cõsiudi.tu.& vti.act.Et propter hoc tenuit Albe.vt aliqui referẽ quod quando statuto cauetur quòd mulier lucretur dimidiã partem bonorũ immobilium mariti decedentis sine liberis quòd lucrabitur partem pecuniæ deputatæ ad emẽda immobilia bona:quia illa pecunia iudicabitur immobilis . Bald.tamen sentit contrarium in l.cætera.§.fi.ff.de leg.j allegãs mirabilẽ tex.in l.cùm in fundo.§.si fundus.ff.de iure do.& hoc est verum quo ad dictum statutum quod est contra communẽ dispositionẽ iuris:quia iura quæ adducit Alb.loquũtur in actu fauorabili vltimæ voluntatis , vel in fauorem ecclesiæ: & ideò ad illud proposituẽ inconuenienter allegantur. Dico autem pecuniam deputatam esse ad emenda bona immobilia,quãdo prælatus vel capitulum eam mouestire tenetur:non autem quando simplici.et sine voto aut iuramento inuestire deliberauit:quia cum ex tali deliberatione simplici nulla inascatur obligatio sicut ante deliberationẽ,ita & pòst pecunia exponi potest . ita innuitur ex illa l.iij.§.quid ergo.ff.de contra.iu.tu. ¶ Secundò fallit secundum aliquos quãdo pecunia esset in magna quãtitate.facit cap.licet Heli.de simo.vbi accusatur prælatus quando malè expendit non modica pecuniam:& consequenter ea vti non potest sicut fructibus:secus si esset in modica quãtitate. Sed ista non videntur benedicta quia licet male exponens magnam pecuniam ecclesiæ sit reprehensibilis quasi dilapidator: non tamen venit contra iura

2 ra de alienatione immobilium: alioquin Ecclesiæ conueniret repetitio.quod non videtur. ¶ Nonò,† vtrum iura, actiones & nomina debitorum censeantur immobilia,vt in horũ alienatione siue cessione seruanda sit dicta solẽnitas,vel sint mobilia,vt dicit Pan.in d.c.nulli.quòd ,ppriè nõ sunt mobilia vel immobilia:quia mobilium & immobilium appellatio locum habet in his,quæ certo loco vel tertio cõprehenduntur: cùm immobile dicatur quòd loco moueri nõ pòt: mobile verò quod potest localiter moueri:vt in l.mouentium. ff.de verb.sign.actiones autẽ,cùm sint quid incorporeũ,loco non comprehenduntur.vnde Iurisconsultus actiones in nomine debitorum ponit, vt tertiã speciem: vt in l.à diuo Pio. §.in venditione.ff.de re iud.Et ideò in testamẽtis appellatione bonorum mobilium vel immobilium non veniunt nomina debitorum:quia debemus capere verba propriè.l.qui hæredi.ff.de condit.& demõst.vnde cõsuluit Oldr. quòd si princeps reliquit bona sua mobilia distribuenda in pios vsus,non veniunt pœnæ adhuc non exactæ. Aliquando tamen necesse est quòd actiones trahantur ad bona mobiliavel immobilia: vt puta,quia dispositio volens comprehendere totum patrimonium vnius hominis, facit mẽtionem duntaxat de mobilibus & immobilibus: qa hoc casu ista tertia species assumit naturam alterius extremorum:& seruanda est tunc opin.gl. in auth.eod.tit.§.j. quæ dicit quòd si actiones dantur ad res mobiles, computantur inter mobilia: si ad res immobiles, computãtur inter immobilia.Et idẽ in seruitutibus dicẽdum est,& alijs iuribus incorporalibus,sicut in actione:vnde & in cle.exiui.de verb.sign.annui reditus cẽsentur inter immobilia bona.Ex omnibus his collige quòd actiones propriè non cadunt sub altero illorũ:ex intẽtione tamen alicuius cadunt sub altero.& tunc sub eo membro cadunt, sub quo sunt ea, ad quæ ipsæ ordinãtur.Et sic iura ad immobilia nõ requirũt
9 dictam solennitatem. ¶ Decimò, † vtrum mobilia ecclesiæ pretiosa censeantur immobilia? Et dico quòd sic, secundum Pan.in d.c.tua.de his quæ fiunt à præla.quia res immobilis & mobilis pretiosa æquiparantur quo ad difficultatem alienationis.& hoc colligitur ex l. lex quę tutores.C.de admin.tut. & ex gl.in c.episcopus qui mancipium.xij.q.ij.simul iunctis.
10 ¶ Vndecimò,† vtrum in alienatione rei ecclesiasticæ requirantur tres tractatus? Et dicit Panor.in c.tua.de his quæ fiũt à præla.de mente doctorũ,quòd sufficit vnicus solẽnis & diligens.vbi etiam dicit glossa.quòd tractatus nõ requirit deliberatum consensum,sed quandam discussionẽ & indaginem circa rem disponendam in futurum.vnde text.in d.c.tua.posuit tractatum & cõsensum vt diuersa.Nam primò fit discussio vtrum magis expediat alienare vnã rem quàm aliam:vel vtrum subueniri possit ecclesiæ sine alienatione:& post tractatum peruenitur ad ipsam alienationem: in qua præstatur consensus. Quod nota pro statutis puniẽtibus eos, qui super aliqua re tractatum faciunt:quia dicuntur tractasse,licet delictum nõ perfecerint. ¶ Duodecimò, vtrum præfata forma requiratur in omni alienatione rerum ecclesiarum immobilium? Et dicit Paul.vt refert Gemin.in c.j.de re.eccl.nõ alie. lib.vj.quasi in fin.quòd tractatus nõ requiritur nisi in ecclesijs cathedralibus,non autem in inferioribus:sed sufficit consensus superioris quod verum intelligo,quando ecclesiæ inferiores capitulum nõ habent:aliàs non.ar.cle.j. de reb. eccl. non alie.Causa autẽ legitima semper requiritur,scilicet ne-
11 cessitas vel vtilitas:vt in d.clem.j.vbi licet mẽtio non fiat nisi de necessitate & vtilitate: tamen etiã fieri potest propriętate.Et ratio:quia† vbicunq; statutum vel constitutio loquitur in materia iuris,& aliquas causas excipit:non propter hoc fit mat regulam in non enumeratis contra ius commune antiquum:quinimo in casibus nõ exceptis suppletur à iure communi.Facit cap.ad audiẽtiam.cum ibi notatis.de cle.nõ resi. & glossã.Bartol.in l.serui.ff.de vsuca.vbi notata volunt,quòd si vnum ius ponit regulam, & excipit aliquos casus cum dictione taxatiua:quod nihilo minus excipiuntur alij casus,qui reperiuntur à iure excepti in alia parte iuris.Facit etiam.cap. quoniam frequenter.iuncta glossã.in fine.pòso.vt lit.nõ contest. & glossã.in l.j.C.de condict.indeb.quæ videtur velle quòd excepto vno casu à regula,videntur excipi omnes similes:cùm sit tantum vnum positum exempli gratia. vel non obstant. ff.de legi.&c.e.translato.de constit. Et quod dicitur exceptio firmat regulam in non exceptis:vt in c. dominus. xxiij.q.vij. & in c.quoniã.de cõ.lepro.debet intelligi quòd regulam firmat in casibus dissimilibus,& nõ exceptis specificè. Facit lex j.ff.quod vi aut clam.&.c.cũ dilecta.de cõsir.vti.Distinguendum est tamen:quia si casus cõsimiles nõ excipiunt specificè alibi tũc in materia fauorabili & pia extenditr p identitatem rationis:vt sentit gl.in l.illud.C.de sac.sanc.ecc.secus in materia restringibili:vt notat in l.ij.C.de pa.qui fil.di. Vide qd not.in c.inter alia.de immu.eccl.& d.c.cũ dilecta.& d.c.quoniam.& not.illud,quia facit ad multa. ¶ Decimotertiò, † vtrũ 12
prædicta solẽnitas reqsita tolli posit? Et dico secundũ Pan. in d.c.nulli.q nisi alienatio fiat seruata illa forma,& in casu à iure concesso,est nulla.Et de formæ defectu est clarũ,quia semper induceit actus nullitatẽ:quia forma dat esse rei.& hoc probatur in c.tua.de his quæ fiũt à præla.& in d.c. sine.xij.q. ij.De defectu autẽ casus legitimi,probat in d.c.nulli.quia pro hibetur alienatio rei ecclesiasticæ à iure : ergo alienatio est nulla,nisi sit in casu cõcesso.l.nõ dubiũ.C.de legi.& in regula,ea quæ.de reg.iur.lib.vj.licet aliud tenuerit gl.xij.q. ij.in sum.& d.c.sine. vbi voluit tenere alienationẽ seruata forma etiã nõ facta in casu licito.& hoc videt sequi Arch.allegãs c. cũ nos.de his quæ fi.à præla. dicẽs tñ quòd si alienatio fuerit dãnosa ecclesiæ,restituitur.extra de in integ.restit.c.j.sed primum est verius.Vide tñ quæ notat do.Ant.de Butr.in c.quia pleriq;.de immu.eccl.vbi dicit quòd si alienatio facta fuit in casu licito,licet defuerit solẽnitas iuris,si nulla fraus cõmissa fuit,& interuenit cõsensus eorũ qui habebãt cõsentire,in foro animæ est tutus iste habens sine solẽnitate:quia quantum ad metas iuris naturalis ibi est verus titulus,quauis deficiãt solẽnitates positiuæ:quia, inquit,in foro animæ sufficit contractum tenere secundũ limites iuris naturalis seu gentium, ad quod sufficit consensus.Et hæc opin.placet Pan.in c.quia pleriq;.de immu.eccl.& in c requisiuit.de in integ.restit.Et
13 †pro hoc adducit singulare dictum Innoc.in c.quia propter. de elect.dicẽs quòd si electio tenuit de iure naturali, scilicet ratione cõsensus eligentium:licet sit nulla propter solennitates iuris positiui nõ seruatas,nõ tamen tenetur electus in foro conscientiæ renũtiare:quia ius positiuum adinuenit istas solennitates propter scandala, & deceptiones euitãdas. vnde ex quo omnia ista cessant,& interuenit verus consensus,satis est tutus quo ad deum.Et nota hoc dicti:quia valet in omni actu,in quo est prætermissa solennitas iuris positiui.seruato iure naturali. ¶ Decimoquartò,† vtrum recipiẽs ecclesiasti-
14 cam rem sine dicta solennitate teneatur eam restituere cum fructibus.Et dicit Monal. quòd sic: nec potest repetere pretium ab ecclesia.xij.q.ij.non liceat. quod limitatur verũ, nisi in duobus casibus.primò si pretium est conuersum in vtilitatem ecclesiæ.ar.cap.j.de depos. secũdò quãdo causa alienationis fuit legitima, sed non fuit seruata forma: quia in conscientia nõ tenetur restituere,iuxta dicta in §.priore.Hæ duæ limitationes sunt in Summa Ang.sed in prima aliter esset distinguendũ:quia si talis emit mala fide, & detinet,perdit in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

distinctè in foro iudiciali pretium, nullum habens ad illud regressum: secus si ignoràter & bona fide emit, secundū Inn. Cal. Imol. & Abb. in c. si quis prebyterorum. de reb. eccl. non alie. cum suis concor. quibus plures addit Felin. in c. cum causa. de re iud. Quod tamen in foro cōscientiæ nō procedit: quia si effectu alienatio vtilis esset ecclesiæ, omnia starēt, & contra hentes essent tuti etiam à cēsuris latis ad euitandas fraudes ecclesiæ præiudiciales, si interuenerit cōsensus eorum, qui de iure gētium habent cōsentire: vt rector ecclesiæ si sit solus, vel caput cū mēbris si sit cū collegio. Ita tenet Butr. & Abb. in c. quia plerique. de immu. eccl. Felin. de cōstit. c. j. & sic intel-
35 lige dicta in §. priore. ¶ Decimoquintò, † vtrū, phibitus alienare, locare possit ad magnū tēpus? Et dicit Pan. in d. c. nulli. quòd nō. vt est tex. in cle. j. de reb. eccl. nō alie. & gl. ibi in verbo, ad tēpus modicū. dicit quòd hoc determinat tam verbū, locationes, quàm verbū, vēditiones: vt sit sensus quòd locatio ad modicum tempus, & vēditio fructuū ad modicū tempus nō includitur sub prohibitione. Dicitur autem modicum tempus, secundum gl. ff. de superfi. l. j. §. quod autē ait, iudicis arbitrio cui relinquitur. tamen fi. gl. videtur dicere quòd modicum tēpus dicatur infrà decēnium. C. de præscrip. lon. tēp. l. fin. Sed circa hæc aduerte ad extrauagante Pauli, quam habes in calce operis huius. de qua dic vt infrà Lex. §. vj. de lege
36 moribus vtentium nō recepta. ¶ Decimosextò, † vtrum prælatus qui iurauit non alienare incōsulto papa, alienare possit non obstāte iuramēto? Et dicit Pan. in c. vt super. de reb. eccl. non alie. quòd aut res est modica vel modicæ vtilitatis: & tūc non includitur sub iuramento de nō alienando: quia non est verisimile quòd superior voluerit istū illaqueare in istis minimis: cùm ista modica sint exepta ab omni solēnitate iuris: vt in c. terrulas. xij. q. ij. vnde iuramentū simpliciter præstitū debet intelligi secūdum materiam subiectam, & secundum iuris dispositionem. Item iuramentū est stricti iuris: & consequēter debet restringi. ar. c. pe. de iureiur. & hoc notabis semper. Et idem sensit Feder. nam hodie prelati communiter iurant nō alienare incōsulto papa. Et sic debet intelligi text. in d. c. vt super. quòd non obstante iuramento possit iste hanc alienationem facere. & sic procedit expositio Gofr. qui exponit concedimus, id est, cōcessum esse ostēdimus. & simile habetur xiij. distin. cap. nerui. Aut res est non modica: & tunc distingue secundum formam iuramenti. Nam aut iurauit non alienare simpliciter: & tunc in casu vtilitatis ecclesiæ poterit alienare: quia in casu necessitatis ecclesiæ hoc iuramentum non astringit: vt in cap. fi. de eccle. ædi. ergo nec in casu vtilitatis: quia necessitas & vtilitas æquiparantur in iure, vt not. xij. quæst. ij. in Summa. vnde refertur illud iuramentum ad alienationem illicitam: vt sic prælatus metu iuramenti facilius abstineat ab alienatione illicita. Aut iurauit non alienare inconsulto papa: & tunc alienare nō poterit: quia tunc fieri non potest alienatio etiam licita incōsulto papa: cùm hoc importent illa verba. Item necesse est vt dicta verba intelligantur de alienatione aliàs licita: quia inconsulto papa non faceret illicitam. Et ita volunt communiter Doctores. Aut iurauit non alienare sine licentia superioris: & tunc idem dicendum, vt proximè dictum est. Hæc Panor. in dicto cap. vt super. & idem tenet in cap. fin. vbi facit singulariē theoricam ex illo textu, quòd iuramentum simpliciter prestitum de rebus eccles. non alien. restringitur ad alienationem illicitam: non autem ad necessariam. Et idem putat de ea quæ fit ob vtilitatem. Quantum verò ad præstitum secundo vel tertio modo, dicit quòd si imminet summa necessitas, & tātam requireret celeritatem quòd superioris consultationē non patiatur, putat alienationem fieri posse cōsensu papæ vel alterius superioris, cui fuit tale iuramentum præstitum, minimè requisito, arg. optimum in l. tutor qui repertorium. ff. de admin. tut. vbi in causa necessitatis potest tutor mutuario non confecto administrare bona pupilli: quod alias cessante necessitate non potest. Facit quod not. Ioan. de Fan. in clem. de rebus eccles. vbi dicit in casu illius clem. posse fieri alienationem impunè, illa solennitate non seruata, si necessitas non capit tantam dilationem. & idem tenet Paul. in disputatione, condemnatus, &c. Et hæc nota quia taciunt pro exemptis habētibus superiorem in locis remotissimis. Ioan. tamen Andr. dicit secundum aliquos hoc iuramentum non solùm extendi ad illicitam alienationem: sed non potuerūt, inquit, defendere consilium suum. & contra eos inducit text. in cap. aduersus. de immu. eccles. vbi etiam necessaria vel vtilis contributio non fit inconsulto papa: ne quid agatur indiscretè. Sed hoc dictum Ioan. And. intellige verum esse regulariter: eum quo stat quod dicit Panormit. scilicet de casu summæ necessitatis. ¶ Decimoseptimò, vtrum legatus de latere possit dare licentiam alienandi contra prædictum iuramentum? Et respondet Specul. in titulo, de dispensatione, quòd non. & idem tenet Panormitan. in dicto cap. finali.

¶ Decimooctauò, † vtrum prælatus ecclesiæ renuntiare possit exceptioni competenti ecclesiæ, aut transigere euidenter in damnum eius? Et dicit Panormit. in cap. j. de depos. quòd non, secundum Innocentium ibidem. misi ex speciali concessione papæ. & facit l. præses. C. de transactio. & l. contra iuris ciuilis regulas. ff. de pact. Ex quo infertur quòd cedere non potest lis & causæ: aut transigere, nisi sit causa euidens, & solennitas debita, si actio sit ad rem immobilem: iuxta notata cap. nulli liceat. de rebus ecclesiæ nō alien. si verò sit ad rem mobilem, sic potest: vt not. glos. in dicta authen. hoc ius. Et hoc est verius per l. cum hi. §. si cum lis. ff. de transact. & l. non solum. C. de pręd. mi. quanuis aliqui teneant indistinctè quòd transigere potest: vt not. Alber. in dicta auth. hoc ius.

¶ Decimonono, † vtrum prælatus solus possit repudiare legatum sine solennitate præfata, maximè de re immobili? Et videtur quòd nō: quia incontinenti ecclesiæ etiam ignoranti fiunt acquisitum dominium rei legatæ. l. cùm pater. §. fundo. ff. de legatis. ij. & consequenter si prælatus repudiaret, alienaret rem acquisitam ecclesiæ: sicut de hoc est casus in simili in l. magis. §. fundum. ff. de re. eorum. vbi dicit textus, quòd pupillus no potest repudiare fundum sibi legatum: cùm non possit alienare rem suam. Sed hoc non obstante videtur contrarium. Et arguitur quòd hoc possit: quia dominium non
39 est verè acquisitum ecclesiæ ante acceptionem legati: & consequenter repudiando potius non acquirit quàm alienet. In non acquirendo autem solennitas non requiritur. Et facit cap. cum apostolica. de his quæ fiunt à præla. vbi solennitas requiritur, cùm alienatur res quæ possidetur ab ecclesia. & non est par ratio, lucra non capere, & quæsita perdere. l. ij. sponsus. §. si maritus. ff. de donationib. inter virum & vxorem. Et hanc rationem Feder. cōsilio viij. inducit & sequitur, tenens quòd repudiare potest vtrumque, Panormitanum captua. de his quæ fiunt à præla. dicit quòd casus iste est dubius, licet sustētari possit opinio Feder. & ad §. fundum. quo multum vrget, dicit posse dici quòd loquitur in pupillo, qui iurum rerum non habet administrationem: secus in prælato. Vnde quemadmodum tutor tenetur, si potuit acquirere pupillo, & non acquirit. l. quicquid. C. arbit. tuto. & prælatus, vt est text. cum gloss. xij. quæst. iiij. cap. ij. & pro hoc glosa xvj. q. vj. §. fin. quæ dicit quòd in acquirendis prælatus potest cōstitionem ecclesiæ facere deteriore. Paul. autē de Cast. in consilio xj. tenet quòd non potest repudiare legatum, sed donationem

tionem sic. quod dicit probari ex l. magis puto. §. fundum. ff. de re. eorum qui sub tute. Ratio diuersitatis est: qa in donatione non acquiritur donatario nisi volenti, & non ignoranti: sed in legato sufficit factum testatoris solius: quia acquiritur ignoranti, licet reuocabiliter. l. cùm pater. §. iurdo. ff. de leg. ij. & d. §. fundum. & consequenter legatū est quæsitū ipso facto. Et hunc sententiæ hæret Sum. Ang. sed Sum. Ros. hoc reprobat: quia videtur textus in contrariū in c. verum. de consi. ap. vbi Pan. summando illum tex. dicit quòd res donata ecclesiæ sub modo, statim est ecclesiæ: nec reuocatur modo nō seruato, nisi hoc expressum sit in contractu: & consequenter apparet quod donatio facta ecclesiæ statim tenet etiā facta sub modo: & cōsequēter ius est acquisitū ecclesiæ etiā ignoranti, licet reuocabiliter: sic dicitur de legato. vnde in vtroq; intelligitur tacitè ista conditio, si ecclesia voleti: quæ tñ conditio non facit donationem aut legatum conditionalia. ff. de condi. & demon. l. conditiones. & sic ius est acquisitum ecclesiæ: & in acquisitis solus prælatus nō potest ecclesiæ nocere: vt dicit glo. & doct. xvj. q. vj. §. fin. & sic tenenda est distinctio Bar. in l. iubemus nullā. C. de sac. san. eccle. vbi optimè distinguit post gl. quia prælatum præiudicare posse ecclesiæ cùm multipliciter possit intelligi: aut intelligitur contrahendo: & sic non potest ei præiudicare, nisi licitè contrahendo: vt dicit l. iubemus. & auth. hoc ius. eo. tit. Aut aliquid faciendo: & hoc dupliciter: quia aut loquimur in quærendis, & potest ecclesiæ præiudicare. Aut in iā quæsitis: & hoc dupliciter: quia aut negligendo, & sic potest præiudicare, puta faciendo contra se præscribi, vt in auth. quas actiones. eo. tit. Aut aliud faciendo, & hoc dupliciter: quia aut facit cum capituli consensu: & potest ei præiudicare. Ita loquit dicta lex, iubemus. Aut sine cōsensu capituli: & tunc non pōt: vt in regula, delictum. hæc ex illo. Sed tamen intellige quòd dupliciter est aliquid ecclesiæ quæsitum. primò quia ad eam pertinet de iure & facto: puta quia scilicet iam est in possessione pacifica: & in talibus, si sunt immobilia, prælatus etiam cum capitulo præiudicare aut renūtiare non pōt, nisi in casibus, & modo supra expressis, secundò, quia pertinet ad ipsam de iure, sed non de facto: puta quia super eo litigatur: & in talibus sicut potest prælatus cùm capitulo transigere, ita videtur quòd possit renuntiare, etiam si sint immobilia. sed hoc non potest in foro animæ, nisi ex aliqua rationabili causa: quia nec ipse nec capitulū sunt domini, sed dispensatores rerum ecclesiasticarum: ideò nihil sine pecato de his disponere possunt, nisi conformiter ad voluntatem veri domini, id est, Dei.

¶ Vigesimò, † vtrum reuocari possit donatio facta sub modo, ex quo solus prælatus modum non seruauit? Et dico secundum Panorm. in capite, verum. de cond. appo. quòd licet tam in contractibus nominatis quàm non nominatis, si modus appositus fuerit finalis causa contractus, possit agi ad reuocationem, si modus non seruatur: vt in l. cum te fundum. C. de pactis inter emp. & ven. & in l. j. C. de dona. quæ sub modo. si tamen modus non fuit finalis causa contractus, non agitur ad reuocationem, nisi fit dictum vt possit reuocare: sed ad obseruantiam modi. Et ita debet intelligi tex. in l. ea. cōditione. C. de rescin. věd. sed respectu donationis factæ ecclesiæ. tex. videtur sing. in d. c. verū. quòd semper debet præsumi quòd modus non fit finalis causa contractus: quia secundum Pan. donās ecclesiæ sub modo, videtur principaliter donasse propter Deum, & pro remedio suorum peccatorū. Ad quæstionem igitur motam, Vincen. in d. c. verum. vt recitat Pan. dicit quòd non: vt si daretur ecclesiæ possessio sub modo quòd alienari non posset: & si alienetur, dictum est quòd possit ab ecclesia reuocari: nō potest fieri reuocatio solo prælato alie-

nante: quia, inquit, delictū solius prælati non debet ecclesiæ nocere: vt in regula, delictum. secus si alienat prælatus cū capitulo. & idem dicit in alijs modis. Et idem sentiunt doc. in c. breui. de iureiur. Sed respectu conditionis implēdæ ad hoc vt res aquiratur, ibidē dicunt aliud esse: quia tunc satis est quòd prælatus non impleat conditionem ad hoc vt res non acquiratur ecclesiæ. Et ratio diuersitatis est secundum Panor. quia in quærēdis solus prælatus potest ecclesiæ nocere: nō autem in quæsitis, vt dictum est. quomodo autem differat modus & conditio, vide infrà, Cōditio. ¶ Vigesimoprimò, † vtrum pactum appositum in donatione facta ecclesiæ vt alienari non possit, sit licitum? Et videtur expressum quòd sic, §. sanctissimas. in authen. de alienat. & emphy. colla. ix. vbi dicitur quòd res ecclesiæ alienari possunt pro redemptione captiuorū: nisi sint donatæ eo pacto vt alienari non possint. Sed dubium est, quid faciendum sit, si necessitas immineat? Quidam igitur, vt recitat glo. tenet indistinctè vt alienari nō possit quocunque casu talis res, etiam pro redemptione captiuorum: vt videtur in dic. §. Alij dicunt quòd in tali casu alienari potest, dummodo ecclesia non habet alias possessiones: non autem si alias haberet propter inhabitionē testatoris vel donatoris. quam opinionem tenuit Hug. x. quæst. xj. sic quidam. & dom. Anco. dicit quòd alienari potest, etiam pro vtilitate, quæ necessitati æquiparatur in hoc à iure. xij. quæs. ij. sine exceptione. & similiter dicit Direct. quòd alienari potest in casibus à iure concessis, si non sint alia, quæ possint alienari. xij. quæst. ij. aurum. nam pactio ne liceat mihi rem meam alienare, re-
40 probatur à iure. ff. de pact. l. pen. Et idem sentit Gof. & Host. & multi alij, & placet Panormi. quia si alter sensisset donator, non videretur fuisse mentis cōpos: cùm instante tali necessitate pia, ipse hoc facere debuisset: vt in capite, ficut. xlvij. distin. Idem prius sentit Rayn. dicens quòd eo casu prohibitio facta à donatore, tanquam turpis, pro non adiecta habeu da est, & concor. Gofr. Innoc. & Hostien. Si autem legaretur monasterio quod possessiones tenere non potest, addita pœna si alienetur, secundum Archidiac. non erit locus huic pœnæ: quia conditio tanquam turpis habenda est. Et intellige non esse locum huic pœnæ, si vendantur in quocunque casu, etiam extra necessitatem. Nec obstat dict. §. sanctissimas, quia secundum Archidiac. illud non est verum: nec valet tale pactum: cùm sit contra legem Dei. capite, aurum. quod liceet loquatur de mobilibus, tamen quando sunt pretiosa, cōparantur immobilibus quo ad difficultatem alienandi, vt dictum est. ¶† Vigesimosecundò, vtrum œconomus ecclesiæ cui in casu alienatio commissa est, possit illam facere suis cō sanguineis? Et dicit Panorm. in capite, vt super. de reb. eccles. non alienand. quòd Legistæ tenent quòd non, per authenti. quibuscunque modis. C. de sacro sanct. eccles. ijs. posita. m. x. q. ij. similiter. nec aliæ administrator, cuiuscunque sit cōditionis. sed Panormit. dicit hoc non esse verum in prælato, sed in œconomo & alijs. Sed tamen in conscientia credo quòd possit, si hoc facit ex legitima causa, bono fine, & sine damno ecclesiæ: arg. cap. j. de coh. cleri. & mu. in text. & in gloss. ¶† Vigesimotertiò, vtrum sede vacante alienari possint bona ecclesiarum? Et dicit Pan. in cap. j. ne sed. vac. quòd si sint bona, quæ seruando seruari non possint: tunc in ecclesia episcopali œconomus siue capitulum sine alia licentia poterit: sicut dicimus in tutore. l. lex quæ tutores. C. de administratione tutorum. & l. tutor qui repertorium. ff. eodem. Si verò bona seruari possent: tunc in ecclesia episcopali alienari non poterunt sine licentia papæ: argu. dicti capitis primi, & in capite primo de rebus ecclesiæ non alienandis. libro sexto. In ecclesia verò inferiori, si magna necessitas vrget, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

ecclesia diu est vacatura, nec prelati creatio commodè expectari potest, tunc in istis duobus casibus dicit Inno. quòd dabitur curator bonis: & per illū alienatio fiet: nec prius fieri poterit etiā per archiepiscopū quàm sit datus administrator ecclesiæ vacanti: vt in d.c.j.lib.vj.& facit l.ij.ff.de cu. bo. da. & quod notatur in cle.ij.de reb.eccle.non alien.&concordat Ant.& Hug. ¶ Vigesimoquartò, vtrū prælatus habens bona distincta à bonis capituli, possit illa cōcedere alicui ad vitam ipsius prælati sine capituli consensu & alia solemnitate? Et dicit Pan.in c.continebatur.de his quæ fi.à præla. Federicum cons.190.tenere quòd sic.vide doct.in c.veniens. de transact. & maximè causa pietatis: per tex.iuncta gl.xvj.q.j.vide Arch.
23 in cap.j.de reb.eccle.non alien.libr.vj. ¶† Vigesimoquintò, vtrū in alienatione rei minoris requiratur aliqua solemnitas? Et dicit Inno.in cap.j.de reb.ec.non alien.lib.vj.quòd sic, scili cet causæ cognitio,&decretum,&causa legitima.C.de præd. min.l.minorū.& lege, minores.ff.de reb.eo.qui sunt sub tu.l. magis puto.§.non passim.&.§.fi ęs. Et hoc verū, etiam in mobilibus pretiosis, secundum eundem ibidem. aliàs habent cōtra possidentem rei vendicationem: contra tutore aut curatorem personalē actionem tutelæ vel nego.gest.d.§.fi æs.& §.seq.C.de præ.mi.l.fi præses. De alienatione rei mulieris, vide
24 infrà Consilium.§.xix.in fi. ¶† Vigesimosextò, quomodo intelligit vtilitas ecclesiæ, pro qua fieri debet alienatio? Et dico secundū Lan.quòd oportet pretium rei venditæ esse versum in vtilitatem ecclesiæ:& sic illam vtilitatem esse perpetuā & euidentem: vt in ædificijs perpetuis, emptionibus alienarū rerum, vel solutione debiti grauis,& emptor debet esse curiosus, vt videat quòd sic conuertatur: sed tamē Zaba.super cle. monasteriorū.eo.titu. dicit non esse necesse quòd duret versum in vtilitatem ecclesiæ.& glo.x.q.ij.c.ea enim.§.hoc ius. dicit quòd non oportet emptorem scire ad quem vsum pecunia conuertatur: sed sufficit probare quòd tūc ecclesia pecunia indigebat. Vel potest dici quòd vtilitas ista iudicanda est arbitrio boni viri: sicut quando omnibus cōsideratis iudicatur quòd ecclesia bene facit: vel quia inde percipit reditū maiorem: vel si parem aut minorem, tamen cōmodiorem, vel aliquid tale. Ita fuit de mente gl.in cap.ea enim.§.hoc ius. in ver.probat.x.q.ij. Nec inuenitur aliquo iure cautum q̄ oporteat emptorem assecurari de ista vtilitate: sed sufficit sibi rē emere iusto pretio: reliquum relinquere conscientijs venden
25 tium. ¶† Vigesimoseptimò, vtrum alienationes bonorū ecclesiasticorum factæ à schismaticis vel intrusis valeāt? Et dico quòd non.extra de schisma.c.j.xij.q.ij alienationes. & tenentur restituere omnes prædicti locata & res & fructus perceptos,& qui percipi potuissent: sicut & quilibet raptor. extra de resti.ipo.grauis.& qui talibus alienationibus interfuit, est excommunicatus: vt infrà Excommunicatio.viij.§.viij. ¶ Vigesimooctauò, vtrum valeat alienatio facta per eum, qui crimen capitale commisit, etiam ad piam causam? Et dicit Inn. in c.ga propter.de elec. quòd alienatio tenet, dummodo fiat ante sententiam.l.post contractū.ff.de dona. & l.si quis post hac.C.de bo.dam.que præcipit quòd bona illius, qui commisit crimen capitale, publicentur. & intelligenda est post sententiam inuenta, vel ex suspitione pœnæ alienata: vt ff.de dona causa mor.l.si aliquis. Fallit tamen in crimine læsæ maiestatis: vt in glo.d.l.post contractum. similiter & hæresis: vt in cap.cùm secundum.de hær.libr.vj.quia sunt in commissum à die commissi crimins: vt j. Hæreticus. & idem dicito in crimine quocumq;,per quod bona perpetrāti essent ipso facto cōfiscata. ¶ Vigesimonono, vtrū valeat alienatio facta in fraudem creditorū vel patronorum? Et dicit Inno.vbi ī.quòd nō, quia venit reuocanda: vt ff.de his quæ in frau.cre.per totum. imò quamuis non sit facta in fraudē: si tamen fraus est in ipso facto, reuocatur.l.omnes.§.Lucius.ff.eo.ti. Vtrum autem valeat alienatio rei litigiosæ, vide infrà, Cessio. Vtrum autem valeat alienatio fundi dotalis, vel rerum donatarum propter nuptias, infrà, Dos. Vtrum aliqui prohibeantur alienare, & qui, infrà, Donatio.§.j. De alienatione bonorum mobilium, quæ seruando seruari non possunt, facta per ecclesiasticas personas, infrà, Clericus, quartò. per totum.

De Aestimatione.

1 *Aestimationē rei taxationē, aut eius pretij diffinitionē esse. & respectu rpu quādo ea fieri debeat & quid respectu quātitatis?*
2 *Aestimatio venditionem quot casibus facit? Et ibidem subditur limitatio, vtrum autem periculum transire faciat, remittit.*

AESTIMATIO † siue extimatio rei, est taxatio vel diffinitio pretij eius, quæ quantū ad tēpus fieri debet tempore contractus: de emp.& ven.cùm dilecti.& in l.ij.C.de rei vend. quantum verò ad quantitatem fieri debet secundū reditus, quos affert si sit fructuosa: secundū glo.in auth.de alie. & emphy.§.sanctissimas.& facit tex.ibi.& in auth.de ec.ti.§. si aūt annale.& tex.in l.si quis.C.de rei vend. quomodo eam æstimādo tantum valere debet, quot fructus producit in annis.xx.vt in auth.de nō alien.§.quia verò Leonis. vel si est res quæ debetur ecclesiæ, in xxv. annis: vt in d.§.si autē annale. Si verò non est fructuosa: æstimabitur secūdum quòd communiter appretiatur.l.pretia.in princ.ff.ad legem fal. Hodie tñ hoc locum habet in omnibus rebus: & de hoc supra, Emptio.§.iij. ¶ Aestimatio, † autem venditionem facit in duobus casibus. Primò, cùm eo animo fit vt ipsa præstet: secus si fiat vt appareat quāti res sit facta deterior: vt in l.si inter virum.C.de iure do. quod tunc apparet quando in pacto est, vt trāsacto certo tempore res, quæ æstimata data est, reddatur: quia tunc venditionē nō facit: vt in d.l.si inter. Secundò qñ res simpliciter dat æstimata in contractu, de cuius natura est, vt dominiū transferat: vt in l.quoties.& l.plerunq;.ff.de iure dot. & l.æstimatio.ff.solu.mat. ficut si mulier dedit viro suo rem æstimatam, censebitur vir emisse. Fallit hoc qñ natura contractus repugnat vt faciat venditionē: vt in l.seruos.ff.famil. ercis. Sicut si ego & tu sumus hæredes, & facimus æstimationē de hæreditate: tūc nō facit venditionē. Vtrū aut æstimatio faciat periculū trāsire in accipientē, vide ī. Casus fortuitus.§.v.

De Alimentis.

1 *In legatis alimentorum appellatione, quid cōtineatur. Et quid si victus, alimenta, aut cibaria relicta sunt?*
2 *Parentes num liberos & cōtrà, alimenta exhibere teneantur? & ibidem aliquot limitationes. Mater autem liberos quando exhibere atque alere debeat? Et sub hac quid de viro respectu vxoris? Item de nuru ac pronuru & socero?*
3 *Frater fratrem num alere teneatur? Et an dominus seruum?*
4 *Tutor pupilli matrem, aut sororem, num iure alere obstrictus sit & quatenus extendantur alimentorum prāstationes?*
5 *Qui mulieri alimenta debent, num etiam & dotem? Annon autem & patrem filius quatenus conuenire possit?*

ALIMENTORVM † nomine in legatis veniunt vestimenta & calceamēta, lectus, habitatio,& huiusmodi, sine quibus homo viuere nō pōt: vt ff.de ali.& ci.le.l.legatis. & idem est si legatus est victus: vt in ff.de verbo.sig.l.verbo, victus. secus si cibaria sunt relicta: vt ff.de alim.& cib.le.l.antepe. Et similiter nomine alimentorum veniunt medicinæ, secundum Dy.Ang.& Imol.in l.si cùm dotem.§.si marinus. ff.so.ma.p l.verbo, victus.cū seq. vbi est casus. ff.de verb.sig. & probatur in l.legatis.ff.de ali.& cib.leg.& Bald.in l.in re-

bus.ff.commu.quamuis dixerit cōtrarium in d.§.si maritus Per copulatiu, quæ ponitur inter diuersa: vt no.gloss.l.in rub. ff.de aur.& fac.igno. Sed hoc nō est verū: quia ibi ponitur inter genus & species: vt in simili notat glo.in l.j.C.de fer.& aqua. Appellatione tamē cibariorū nō veniunt: medicinæ secundū Aug.in d.§.si maritus. Simil iter nomine alimoniæ veniunt necessaria: vt secundū Pan.in c.cu secundū.de prēbē. & pater ex c.nō liceat.de prēb.in fi.literæ, quod nomen, scili cet vitæ necessaria importat vestes, cibos, medicinas, & huiusmodi: sicut dicimus de alimētis legatis in d.l.legatis. vbi etiā tenet Bar. quòd ille, cui debētur alimēta, debet habere expensas, p̄ studio necessario, sine quo viuere nō posset, secundum competentiā p̄sonæ: puta grāmaticæ,& huiusmodi: sed secus de expensis in studiis, in quibus dicitur militare, sine quibus honestè viuere pōt. Et ide notatur in l.de bonis.§. nō solum
2 ff.de Car.edicto. ¶† Primò verò quæritur, vtrū parētes filius & econtra, teneantur prēstare alimenta? Et dico quòd sic: & omnia onera mutuē sustinere. C. de alen.lib.l.j.ij.& iij. Fallit hoc quādo filii possent sibi sufficere in alimentis ex suis bonis vel artificio. quod secundū Bar.limita, nisi sit nobilis, quē talem arte exercere non deceat. adde etiam, nisi sit infirmus: vt ff.de lib.agnio.l.si quis à liberis. Et idē puto in liberis erga parentes. ff.de alen.lib.l.fi quis. Fallit etia quia mater non tenetur, nisi pater vel ascendentes ex eius linea defecerint, vel sint egentes: vt l.fi quis.§.vtrū. & lnō quemadmodū. ff.de alen. lib. Fallit etiā vt infrà Filius. Nomine etiā patris hic veniūt omnes ascendentes ex linea paterna, & nomine matris ex linea materna. Nec dist.nguo an filius sit emancipat" nēcne, vel an sit legitimus nēcne: quia de iure canonico tā pater quàm mater tenet alere Ipurios: vt no. Inno.in c.ij. de regula.& Pan. in c. cū haberet.de eo qui dux.&c. & cōsentit Bar. Idē dic de filio adoptiuo. Nota tamē secundū Bar.in d.l.fi quis.quòd pater nō tenetur alere filios ex iure patriæ pratis: sed ex charitate & iure naturali, infrà Filius.§. xx.& xxij. ¶ Secundò, vtrum mater omni tempore teneatur alere filiū? Et dicit Bart. vbi ī. quòd ad eam spectat omnis alimentorū intra triēnium: vt l.nec filiū.C.de patr.po.quod intellige, si potest: vltra triēnium aute educatio pertinet ad patrē, nisi mater esset dives & pater pauper: qu a tūc ipsa filium alere teneretur. ¶ Tertiò vtrū v.r vxorem alere teneatur,& mutuum,ac pronurum? Et dico quòd sic. ff.de do.inter vir.& vxo.l.si quis pro vxore. & econtra vxor virum,si vxor sit dives, vir autem pauper. C. vnde vir & vxor.auth.præterea. ff.solu. mat.l.si cuin dotē. ff. ad Sil.l.j.ff.de iure do.l.mutuus. Et similiter socer tenetur alere nurū. Fallit primò, si in cōtrarium pactio fiat. Secundò si vir aut vxor esset in culpa, quo minus alter exhiberet obsequia debita: arg.l.Iulianus.§.offerri.ff. de act, emp. cū similibus. ¶† Quartò, vtrū frater teneatur alere fratrē si egeat,& eadem ratione sororē? Et dico sic, secundū glo.in l.parentū: C.de alen.libe.& d.l.si quis à liberis.quā approbat Salic.in d. l.parentum. dicens hoc esse rationabile: quia si tenetur alere fratrem naturalem tantùm: vt in auth.licet. C.de natura.li. multo magis naturalem & legitimum: arg.ff.de admi.tut.l. tutor secundū dignitatem.§.in soluendis. Et idem dicit Bart. ¶ Quintò, vtrum dominus teneatur alere seruum? Et dico quod sic.ff.de admi.tu.l.cū plures. §. pen. alioquin fiet q̄ est
4 iur.C.de Lati.lib.xxi. ¶† Sextò, vtrū tutor teneatur alere matrem & sororē pupilli, si egent? Et dico quòd sic: vt in d.§.in soluendis. Fit nota quòd patari debet alimenta secundū consuetudinem regionis arbitrio boni viri & secundum facultatem debētis & dignitatem legatarii, secundum Bart.in
cib.leg.& l.cum hi §.in persona.ff.de transact. ¶† Septimò, vtrum qui debet mulieri alimenta, debeat & dotem. Et dico quòd pater tenetur dotare filiam bastardā, sicut & alere. Et casus est in l.vxorem.§.pater naturalis.ff. de leg.iij. quia causa dotis fauorabilior est quàm alimentorum. Frater etiā tenetur dotare sororem, secundū Barto. in l.dedit.ff.de collabon.& de hoc est glo.l.in l.cū plures.ff. de administratio.tut. Sed tamē ex dom.Alexan. de Imo.in l.j.ff.solu.matrimo.no. quòd nō sequitur: pater tenetur alere filiam naturalem: ergo tantum dare in dotem quòd ad alimēta sufficiat: quia annua & mēstrua præstantur alimenta. l.pecuniæ. ff.de alimē. & cib.lega. dos autem vnica præstatione tradi debet. Vnde non parum interesset patris potius minutatim præstare alimenta, quàm dotem vnico aceruo exponere. Adde etiam, secundum eundem, quòd nec pater nec auus coguntur filiam dotare, nisi p̄nus deducto ne egeant: vnde tantum eis superesse debet quòd possint commodè viuere, & secundum dignitatem. quod probatur primò ex l.fin.C.de dot.promis. ibi in verbo, idoneam. iuncta glos. Secundum hoc apparet manifestè, quia ex nulla obligatione pater vel auus possunt à filio conueniri vltra quàm facere possunt,& deducto ne egeant. l.sunt qui.& l.inter eos.ff.de re iudi. Quando autem maritus facit vxorem vsufructuariam & dominam, vide infrà, Vsusfructus.§.xiii. particula vi.

De Altari.

1 *Altare cuius materiæ esse debeat? Et ibidē quotuplex sit: Et quā te magnitudinis, aut paruitatis portatile altare esse possit? Et quot modis vnumquodque instituatur? & quis possit altare instituere? n.2.*
3 *Altare portatile, nū ex duobus lapidibus insertis duobus lignis inuicem colligatis instar tabulæ altaris quæ occludi ac aperiri possit instar libri: vt in altero lapide hostia, in altero calix locetur, insticus queat?*
4 *In altaris consecratione, num Christi corpus, reliquiarum loco, quæ desunt, apponi possit? Et an in ecclesia eadem, eodemq; die plura possint altaria consecrari.*
5 *In altari portatili quis celebrare ac Xti corpus cōficere queat? Et num in quo episcopus celebrauit, possit eodem die sacerdos celebrare?*
6 *Altare siue stabile siue portatile qualiter ac quot modis exerceatur, vt rursus consecratione egeat?*
7 *Ecclesia exercita, num exercitum quoque sit altare? vt nouā egeat rursus consecratione? Et quid si polluatur ecclesia? Et ubi quotuplex vtrunque reconcilietur?*

ALTARE † non debet esse ligneum vel terreū, sed lapideū. de cōse. di.j. altaria. el j.S.Tho. iiij.dist.xiii.& ii. pte.q.lxxxiij. Et est duplex. vnū scilicet stabile, & aliud viaticum, id est, in via portandum, vel portatile: vt in c.quoniam. de priui. lib.vi. Qđ quide quasi describens Pan.in c.j. de cōse.eccle. vel alta. dicit quòd parum lapis cōtinet in se foramen cū cōsecratione & signo superpositio. Et per cōsecratione capit res sacras clam: ta: signo id est, sigillo. Et hoc altare tantæ debet esse latitudinis & longitudinis, scilicet Pet. de Pal. in iiij. scilicet lapis in capitula quod in eo capi possit pes calicis & hostia consecrata: vel quòd in conficiendo cum sacerdos tenet in manibus panem aut calicē supra lapidem teneat: & sic sup lapide cōficiat. arg. cap. cōcedimus. de cōsecra. di.j. sed intellige quòd ista sint super lapide pro maiori parte. Et sic habēs calicem minimum posset cōficere in parui simo lapide. ¶ Primò verò dubitatur, quomodo instituatur altare? Et dico quòd Panor. vbi ī. innuit quòd altare stabile fiat tribus modis, dicens quòd eū altare, scilicet stabile cōsecratur, fit vnum foramen paruum vel in superiori parte in

ipsa mensa lapidea altaris, vel ante altare, vel in latere dextro altaris: & post consecrationem claudituꝛ lapide paruo quadrato vel rotundo, qui vocatur sigillum: & in ipso foramine ponuntur reliquiæ & nomen ipsius consecrantis, & nomen sancti, in cuius honorem consecratur. sed vt patet per Inn. in c.j. oportet addere quartum modum: quia aliquando ipsum foramen fit in ipso altari sub mensa, & eadem mensa claudit eum. Altare autem portatile etiam ipsum fit tribus modis, quantum ex ecclesiæ practica colligitur: quia aliquando fit ex ligno & lapide: ita quòd lapis est sigillū, & sepulcrū est in ligno: aliquando verò ex lapide solum, ita quòd in ipso lapide est sepulcrū: aliquando ex ligno & lapide, ita tamē quòd in lapide est sepulcrum & sigillum, & lignum ponitur ꝓ augenda latitudine: aliquādo autē fit in lapide solo sine sepulcro & reliquijs: sed iste quartus modꝰ nō est totus: quia licet dicat Hug. de consec. dist. j. nullus. nō esse de substantia cōsecrationis, vt reliquiæ ponantur: & idem Aslen. tenet libr. iij. titu. xxxix. de altari portatili, allegans c. concedimus de consec. dist. j. sed tamen autem, quæ loquuntur contrarium: dicas loqui de altari stabili: & facit rubrica in missalibus antiquis, dicens quòd si reliquiæ nō fuerint, dimittatur illa particula orationis, oramus te Domine ꝓ meritis illorum Sanctorum, quorum reliquiæ hic sunt &c. Tamen oppositum videtur esse in communi vsu & consuetudine ecclesiæ, & doctrina Sanctorū hoc magis sonat. ¶ †Secundò, quis possit instituere altare? Et dico quantū ad cōsecrationē solus episcopus instituit, id est, cōsecrat. tam stabile quàm viaticum. de consec. dist. j. cap. nullus. el ij. & c. cōcedimus, non autem presbyter. xxvj. q. vj. ministrare. sed quantum ad extructionem siue erectionem eius, portatile quidē instituere potest quilibet lapicida, cùm nullo sit iure prohibitū: stabile verò licitum est presbyteris erigere vel instituere in ecclesia nō cōsecrata: consecrata verò nō, nisi de licētia episcopi. ar. lxviij. dist. quanuis. & da consec. distin. j. nullus presbyter. Et eodem modo in ecclesia cōsecrata sine consensu episcopi non sunt altaria destruenda. argu. de consec. dist. j. c. ecclesiæ. & c. placuit. secus in nō consecrata. arg. à cōtrario secundum glo. in c. quanuis. præallegato. ¶ † Tertiò, vtrū instituti possit altare portatile ex duobus lapidibus inseri? duobus lignis mutuem colligatis ad modum tabulæ altaris, quæ claudi potest, & aperiri ad instar libri: vt in vno lapide hostia, in alio calix collocetur? Et dico hoc fieri non posse licitè sine peccato, vt in eo celebretur, nisi forte de speciali licentia Papæ: quia est contra vniuersalem consuetudinē ecclesiæ: & cōtra mysterium, quo altare Christum significat in quo nō est nisi vna persona: quia in isto casu, cùm sint duo altaria, sicut & duo lapides, consequenter in Christo significaretur duplex persona. Et præterea idem esset ac si in vna ecclesia cōsecraretur corpus, in alia sanguineus: esset differētia nisi maioris & minoris distantiæ: quod non videtur bene sonare. ¶ † Quartò, vtrum in consecratione altaris poni possit corpus Christi loco reliquiarum, quæ deficiunt? Et dico quòd Ioan. in cap. placuit. de consecra. distin. j. tenuit quòd sic. Hug. etiam dixit non esse de substantia consecrationis quòd reliquiæ ponantur, vt dictum est. Hostien. antè in Summa refert se consuluisse Innocentium Papā super dicto Ioannis, vtrum scilicet liceat ponere corpus Christi &c. & illū respondisse de consilio, astantium quòd non: sed rationem non reddidit: quam tamen reddit Ioann. Andr. dicens ideo posse esse quia corpus Christi est cibus animæ. de consec. dist. ij. panis. nec debet consequi si causa infirmorum, vel alia de causa necessaria: vt in cap. vnico. de conser. eue. & vt debemus rebus ad vsum destinatum. in cap. iij. de appellationibus. Sit hæc opinio multum placet Panormi. licet, inquit, feratur quòd Leo Papa deficientibus reliquijs dedit partem corporalis & Eucharistiæ in cōsecratione cuiusdam ecclesiæ. videtur mihi quòd hoc sit puerile vsum sacramenti. ¶ Quintò, vtrum eodem die in eadem ecclesia possint altaria plura consecrari? Et dico quòd sic: sicut & consecrari possunt plures episcopi eodem die. cap. cùm sis. de consecratio. ecclesiæ vel alta. ¶ † Sextò, quis celebrare possit super altari portatili? Et dico quòd in omni missa celebrāda oportet esse altare consecratum, vel saltem parua tabula lapidea, quæ dicitur altare viaticum, in quo episcopis & eorum superioribus concedit celebrare in itinere, & celebrari facere vbicunque. de priui. quoniam. lib. vj. Et idem Prædicatoribus & Minoribus conceditur, vt vbicunque liberè, id est, sine licentia diœcesanorum celebrare possint super eo sine præiudicio ecclesiæ parochialis. extra de priuileg. in his. Ius autem parochiale, vt habetur in quodā priuilegio Gregorij noni, qā incipit, nos attendentes. circa tria consistit, scilicet oblationes, decimas, & primitias. Pro his tamen not. quòd secundū Inn. vt ei adscribit Sum. Ros. de iure communi licet celebrare super altare portatili in loco non consecrato sine licentia episcopi: sed secundum Panor. post Archid. requiritur licentia episcopi in ecclesijs non consecratis. Et hoc est verum: alioquin dictum priuilegium frustra concederetur episcopis. & facit c. vnicum. & c. si quis. de consecra. distin. j. vbi dicitur quòd in primis oratorijs non debet celebrari sine licentia episcopi. & intelligitur cum altari portatili: quia aliter licētia episcopi nō sufficeret. dictum tamen Inno. secundum Rich. est verum in casu magnæ necessitatis, vbi licentia haberi non possit: quia scilicet tunc locum haberet ratihabitio. ¶ Septimò, vtrum in altari in quo celebratur episcopus, possit eadem die celebrare sacerdos? Et dico quòd non, secundū Ioan. de consec. dist. ij. c. si. nisi de licentia episcopi, aut in necessitate cum episcopus placere non potest. vj. q. j. nihil. hæc glossa. ¶ †Octauò, qualiter execratur altare, vt sit reconsecrandū? Et dico quòd stabile violatur vel execratur quantū colligitur ex doctoribus in rub. & in c. j. de consec. eccle. vel alt. quatuor modis. Primò, si mensa penitus vel enormiter frangatur, sicut appareat deformitas, quod secūdū Host. arbitrio episcopi determinabitur quanuis Io. exponat, id est, vltra medietatem: vel etiā secundum Rodo. si fracta fuerit in cornibus in quib⁹ cōsueuit fieri cōsecratio: tec⁹ si fractura esset modica, extra eod. ligneis. & idem est secūdum Host. si sit mota. quod Rodo. intelligit quando erat affixa. & de hoc j. §. vij. Secundò, si mota fuit tunctura qua mensa stipiti adhæret. & hoc siue sepulcrū sit in latere altaris, siue etiā multo magis sit sub ipsa mensa. Nā in illa comiūctione præcipuè intelligitur esse cōsecratio altaris secūm Pan. in c. proposuisti. de cōse. ec. vel alt. Tertiò, si quid de lapidibus stipitis tāgens ipsam mēsam moueatur: vt in c. ad hoc. & in c. quē in dubijs. eo. ti. secundū Ray. quod tamē gl. & Rod. & Arch. intelligunt qñ mensa fundata est super quatuor colūnas, quarū vna mouetur: secus de lapidib⁹ parietis, vel de ipso pariete, cui cōpaginatū est altare in quibuslibet ecclesijs: quia propter motionē taliū lapidū vel parietis, altare manet immotū nō execrat, aut recōsecrat. & idē de lapidibus stipitis nō tāgentibus mēsam, sed in Sum. Pis. & idē de tāgentib⁹ mēsam, sed nō principalib⁹: vt in Sū. cōf. li. iij. ti. xxiij. q. el. & hoc nisi tot moueatur ꝙ altare formā amittat. secundū gl. Ray. vt ibi. Quartò si moueatur vel frāgat vel minuat figuā sepulcri. dis. cōl. d. j. si motum. extra eo. qd in dubijs. Et hoc vbicunque fit sigillū, etiā in latere. sedm Arch. Quintò, si tantū augeat vel minuatur altare ꝙ formā amittat: quia forma est ee rei. ar. x. q. ij. hoc ius. & hoc tenet gl. in c. j. de cōsec. eccle. vel alta. Quatuor primi modi sunt etiā de mente Pan. in c.

si cap. ad hæc. & in c. quod in dubijs. eo. tit. de quinto verò in dicēctē loquitur in c. ligneis. eo. tit. vbi dicit quòd vbicūq; cōtingat enormis fractura in altari, execratur, quia videtur perdere formam: non autem si fractura nō sit enormis. hæc ille. qui videtur idem sentire de enormi vel notabili addito: quia ratio est eadem. Portatile autē execratur multis modis. Primò per remotionem lapidis à ligno, quando sepulcrū est in ligno, secundū mentē Io. An. in c. ligneis. eo. ti. Secundò, quādo mouetur sigillū sepulcri existentis in lapide, siue lapis sit in ligno, siue non, secundū Inn. & Panor. & ocs. Tertiò, si lapis ipse notabiliter frangatur: vt in d. c. ligneis. & hoc solo modo violari potest, quādo nō habet reliquias. Non autem execramodi, vt indigeat recōsecratiōe, extra de sac. nō iter. à nobis. Et idē videtur de recōciliatiōe, quòd scilicet ea nō indiget, cū nullo sit iure cautū. ar. c. is qui. de sen. excom. lib. vj. ¶ Nonò, vtrū execret altare portatile, si lapis sit in ligno, & sepulcrū in lapide, & amoueatur lapis à ligno stante sigillo sepulcri? Et dicit Abbas & Io. An. in d. c. ligneis. ꝙ nō: quia cōsecratio est in lapide ipso. Pan. autem ibi dubitat: quia cū, inquit, altare recipiat formam ab ipso ligno & lapide: puta quia lapis est ita parvus, quòd nō sufficit ad formam altaris viatici, sublato ligno verum est dicere quòd altare patitur enormem lesionē. hæc ille. cuius opinionē approbat Sum. Ang. quādo lapis est ita parvus quòd cōtinere no potest calicē cum hostia, eo modo quo debent super ipsum poni ad celebrandum. Alias vera est, inquit, opinio Abba. & Ioā. an. Ego dico ꝙ prima opinio est vera indistinctē & indubitatē: quia ex quo altare nō pōt consistere ex ligno. de cōse. distin. j. altaria. consecratio vel essentia altaris nec pōt esse in ligno nec in connexione ad lignum: sicut cōstat in connexione mensæ ad stipitem lapideū in altari stabili: quia ille stipes est pars integralis altaris, cùm sit lapideus. & ideo remoto lapide à ligno nulla fit diminutio in substātia altaris: vnde aut prius nō erat cōsecratū, aut est etiā pōst. Et per hæc patet ad motiuum Panor. quia assumit tria dicta falsa. primū, quòd altare recipiat formā à ligno & lapide. Secundum, quòd lapis existens in ligno, super quo celebratur, sit ita parvus quòd non sufficiat ad formam altaris viatici: quia quilibet lapis talis quātumcūque parvus potest dicta formā habere & cōsecrari: alioquin nō execraretur per remotionem à ligno: quia execrari non potest non cōsecratū: in eo tamē nō licet celebrare, quādo lapis est parvus, nisi habēti calicē & hostiā in tam parua quātitate, quòd super eo collocari possint. Tertiū, quòd sublato ligno lædimur altare: quia si hoc esset verū, lignū esset pars altaris. Ad motiuum Angelicæ iam patet. Si enim aliquādo reperiatur quòd lignum possit esse altare vel pars eius: verū est ad hūc sensum quòd aliquādo lapis est parvus adeo quòd totum ea licem & totam hostiam locare nō potest, sed partem horum maiorē, & ornamēto ligni supplerur. Et sic intellige Alb. in suo dictionario, in verbo, altare. & glo. in capitul. altaria. de cōsecra. distin. j. ¶ Decimò, vtrū execretur altare stabile mota tabula de loco ad locū? Et dico quòd glossa in lij. de consecr. eccle. vel alta. primò dicit quòd nō: deinde videtur dicere cōtrariū, ꝙ sic. dominus autē Anto. videtur sentire quòd secūdū dictū sit verū, quādo mēsa claudit totā consecrationē, id est, quādo sepulcrū est sub ipsa mēsa: quia mota mēsa vio latur cōsecratio. Primū autē est verum, quādo cōsecratio, id est, sepulcrū est super ipsa mēsa. Inn. verò eo. tit. in rubrica, cōtrariū sentit: vbi vult ꝙ violetur altare mota mēsa, etiā si cōsecratio sit in latere. Et hoc ꝙbat Panor. quantū ad altare stabile: licet dicat dictū domini Ant. esse verū quo ad portatile. & placet, excepto quòd si mēsa altaris stabilis in se habet consecrationem, & nunquam fuit affixa altari, sed solum superpōsita: ea mota eum sibi adhæcentibus nō execratur altare, secūdum Rodo. Et ratio est, quia ipsa mensa tunc est altare portatile. & idem Archid. ¶ Vndecimò, vtrum execrata ecclesia execretur altare, vt indigeat recōciliatione? Et dicit Panor. in ca. ꝓposuisti. de cōsecra. eccle. vel alquòd nō. licet si polluatur: quia tūc etiā polluitur altare, & indiget recōciliatione. & hoc intellige de altari stabili: nō autem de portatili. Ratione autem diuersitatis ipse assignat: quia, inquit, est quia cōsecratio ecclesiæ cōsistit in parietibus, & separata est à consecratione altarium: vnde illa violari potest combustis vel collapsis parietibus, cōsecratione altaris remanēte intacta. & ita ecōtra destructo altari & parietibus illæsis: sed pollutio cōcernit totū corpus ecclesiæ: quia ex homicidio commisso in ecclesia totū corpus eius, cùm sit vnum individuum polluitur. Vnde etiā in altaribus ante reconciliationem ecclesiæ celebrari non potest, cùm sint in corpore ecclesiæ. Ex quibus elice primò ꝙ quot modis ecclesia polluitur, tot polluitur & altare: quia ea pollutā, polluitur. Secundò, quòd nec altare existēs in ecclesia sine ecclesia, nec ecclesia sine tali altari polluitur: quia polluto altari, polluitur ecclesia: cùm talis pollutio in ecclesia fiat, sicut econuerso, polluta ecclesia polluitur altare, vt dictum est, secus de eo quod est extra ecclesiam nisi esset vnum cum pariete eius. Ab eodem autem & eodem modo reconciliatur sicut & ecclesia: de qua infrà, Consecratio. ij. §. vij. & viij.

De Alternatiua.

1 *Alternatiua panalis in complexu orationis tota ta, siue ad indicē, siue ad reum, siue ad vtrumlibet directa, electio cuius cum lateat fit? Et quid in legatis soluto ac alternatiue factis.*

2 *Obstrictus alternatiue ad alterum duorum præstandum, num libere verum velit, præstare ac dare possit?*

ALTERNATIVA † secundum Iuristas, secūdum Dialecticos dicitur disiunctiua: & quādo est pœna lis, secundū Bart. in l. quicunque. C. de iur. fugiti. si verba dirigūtur iudici, tūc optio est iudicis: puta cùm dicit, puniat vel condemnetur. Si verò dirigūtur reo, puta, soluat mille tūc optio datur reo. Si verò nec iudici nec reo dirigūtur: puta corporalibus electio est iudicis. l. j. §. expilatores. ff. de ēssis. in pecuniarijs erit rei. argum. legis plerunque. de pœn. vide infrà Pœna. §. iij. ¶ Primò verò dubitatur, cuius sit optio in legatis alternatiuè factis? Et dico quòd secundum Dyoma de regulis iuris. lib. vj. & docto. in l. Lucio. ff. de lega. ij. simūs sit distinctio. Vnde si verba ad legatarium referantur: vt, lego tibi Titio fundū vel vsumfructum: eius erit optio, & vendicabit Titius quod voluerit. Si verò ad hæredem, erit hæredis. Si verò simpliciter sit legatum, non magis referendo verba ad hæredem, quàm ad legatarium, vel ecōtra, electio est legatarij. ¶ Secundò, † vtrum quando quis tenetur ad alterum duorum sub alternatione, possit dare quodcunque voluerit? Et dicit glossa in capit. inter cæteras. de rescriptis. quòd sic. Institution. de hæredibus instituend. §. penult. C. de condict. inde. l. penult. & d. l. plerunque. ff. de leg. ij. l. si ita. extra de præbend. referente. Contrarium habetur Insti. de leg. §. si generaliter. Soluit autem glo. prædicta quòd prima iura vera sunt, nisi eligens fuerit in mora. ff. de opt. le. l. mancipiorum. ff. de leg. l. ff. ut liberum. §. j. ff. de solutio. l. Stichum. primo respondeo. ff. de pontio. hæredita. Item. §. idem rectè ait. Vnde talis si loco & tempore debito offerat alterum, cui tenebatur, & noluit recipere, debitor liberatur. Vnde si perearˢ, aut alio modo alienaret, non propter hoc tenetur

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad alterum:ex quo solus creditor est in culpa,per iura primo loco allegata.Si verò nullus sit in culpa,debēs duo alternatiuē,puta Stichum aut Pamphilū: si perit,periculū primi ad venditorem,periculum secundi ad emptorem pertinet.l.datio.§.si emptor.ff.de ac.empti & venditi.

¶AMBASIATOR.supra Absens.infrà Legatus.
¶AMBIGVITAS.infrà Dubium.
¶AMBITIO.infrà Superbia.
¶ANGARIA & perangaria.infrà Gabella.

De Apellatione.

1 *Appellatio,quæ est à minore ad maiorem superiorèmue pronocatio,bipartita est.Aut enim iudiciaria est aut extraiudicialis. Et ibidem quotuplicem pariat effectum?*

2 *Appellatio quo iure & quorsum inducta sit?Et nū Princeps solemnē formam appellationis summouere, ac tollere queat? Et quid de subditis tantum respectantibus.*

3 *A sententia Principis,num appellari queat? & an supplicem libellum admittere Princeps teneatur?*

4 *Appellatio extraiudicialis,nū sic interposita aut facta pōst annullet,vt & iudicialis? Et ex qua causa extraiudicialis appellatio interponi debeat? Et quid de sententia excommunicationis appellatione interposita?*

5 *Appellare quandiu,ac intra quantum tempus liceat? Et num iudex tempus appellationi proponendæ.aut prosequēdæ destinatum,contrahere possit.*

6 *Appellatio qualiter fieri,ac proponi debeat? Et à qua sententia quis appellare de iure ciuili possit?*

7 *Appellatio Canonum iure facilius admittitur.Nam & ab interlocutoria nō modo appellatur,sed à quauis hominis sententia,vel grauamine infecto, quicquis appellare potest.Et ibidē varij subnectuntur casus ac modi,quibus id liceat.*

8 *Appellatio quando,& qualiter inefficax atque inualida sit? Et quandiu de multitate aduersus sententiam obiici queat?*

9 *Appellare quisnam possit,vel ad minimē?Item ab quo vbi,& ad quem appellandum? Et sub hac Raph.Fulg. cautella pro episcopo,vt causa non possit ipsius iurisdictionem exire.*

10 *Iudex appellationis,si desit ad quem appellandū? Et in licem huiusmodi deesse,quot modis contingat.*

11 *Ab Rectore collegij ad quem appellandum sit?*

12 *Appellās simpliciter,iudice ad quē non declarato,ad quem appellasse intelligēdus sit? Et quid si nō dixerit,appello:sed dixerit.subijcio me Apostolicæ sedis gratiæ,vel alterius inf.appell.*

13 *Iudicis à cuius sententia appellatū fuerit,quænā præstare? & qualiter gerere se debeat,siue in dādis remotialibus apostolis,siue refutatorijs? Et quid si iudicis absentia ab ipsius metu,appellatū sit.*

14 *Iudicis appellationis in inhibitionibus decernendis iudex ad quem ne procedat,quodnam sit munus ac pars?*

15 *Statutum,aut municipū constitutio,qua cauetur ne ad alium, quàm locū iudex,appelletur,num efficax sit? Et nū saltem municipes legem condendo appellationi renuntiare possint?*

16 *Qui,si quis à iudice inēquitia prima,iniuriā sibi illatā irrogatus ac timēs,nō appellet,sed eidē ex Principis nomine præcipiat?ne iniuriā inferat,mox quod Principi iter arripiat?nū hinc cōmissa præcepto itineris,arreptio vim appellationis,& cuiusdam habeat? Et an iudex contra facientes puniendus sit?*

17 *Terminus appellatiōi prosequēdæ definitus,nū prorogari possit?*

18 *Lesus iudicis iniquitate,nū aduersus iudicē ipsum ad id quod interest,prætextu iniquæ sententiæ,agere possit?*

1 APPELLATIO.¶est à maiore ad minorē vel superiorē ꝓuocatio.ij.q.vj.ca.omnis oppressus.& cap.si quis. & cap.placuit.Et est duplex.scilicet iudicialis, quæ vt ibi refert glossa summaria,est ꝓuocatio iniquæ sententiæ querelā continens.ff.de minor.l.præfecti siue,vt distinxit Panor.in rubr.de appella.est à minore iudice ad maiorē prouocatio. Et extraiudicialis,quæ est à præsenti aut verisimiliter futuro grauamine ad superiorē prouocatio.Appellatur etiā & extra iudicium,vt in electione:vt extra de appel. cōstitutus. Prima si est legitima,suspēdit pronuntiatum,ac etiam iudicis iurisdictionem quo ad illam causam,& ipsius ad superiorē transfert cognitionē.secūda verò, si est probabilis,ipsam causam ad superiorem transferet:vt ea pendente nihil in ipsius præiudicium attentetur.Vnde appellatio operatur duplicem effectum,scilicet deuolutiuum & suspensiuū.qui suspensiuus est triplex,id est,in iudicialibus,quia suspendit pronuntiatum & iurisdictionem iudicis quātum ad illā causam.extra eo. super. & præsumptionē,quę erat pro sententia:sed tamē nō semper omnes istos effectus operatur.Et exemplū est in appellatiōe sententiæ censuræ ecclesiasticæ:quia propter sequentē appellationē talis sententia nō suspenditur:sed appellatio tūc operatur effectum deuolutiuū deuoluendo causam ad superiorē.& de hoc infra Excōmunicatio.vlt. §.j.Et idē est quando appellatur à sentētia nulla:quia talis appellatio nō suspēdit pronuntiatū:cum iuribus nō subsistat:sed operatur effectum deuolutiuum duntaxat:& hoc respectu appellari potest à sententia nulla:vt in c. dilecto.extra eo. Concordat Pan.or.vbi suprà.Et quia appellantes debēt apostolos petere intra xxx. dies.vt extra eod.cordi.& cap.ab eo.lib.vj.Hoc declaro & di eo secundum glo.in d.cap.cordi.hoc non intelligi de Petro & Paulo,sed de literis dimissoriis.ff. de li.dimis.l.vna.quæ literæ dicūtur apostoli.ab apo qđ est de,& stolō missio ,quasi dimissio quā facit vnus iudex ad aliū.hæc ibi. ¶Primò† verò quæritur,quo iure adiumenta fit appellatio?Et dicendū videtur quòd substantia appellationis est de iure naturali:cum sit defensio quædam seu præsidiū innocētiæ:vt in c.speciali.eo. titu.quod etiam excōmunicato cōceditur,de excep.cū interformalitas autē eius est de iure positiuo:vt probatur in l.vna. C.de sen.prefe.prætorio.Nam olim reddebatur ius manu regia:nec erāt inuentæ actiones & solēnitates iudiciorū & appellationū:vt in l.ij.col.iij.ff.de origine iuris.Et principaliter inducta est ad iniquitatē vel imperitiam iudicis corrigendā, vel ad supplendū quod incautè in priori iudicio fuerat omissum.Ex quibus inferri potest prima frōte,quòd licet princeps tollere possit appellationis formalitatē:non tamen subtiliam,vt scilicet iustitia nō reddatur aduersus iudicis iniquitatem vel imperitiā:cū tollere non possit ea quæ sunt iuris naturalis,vel gentium:vt ria cle.pastoralis.de re iudi.Est autē de substātialibus eius inter cætera,quòd appelletur ad maiorē. de accidētalibus verò quod appelletur gradatim.vnde valet cōsuetudo quòd appelletur omisso medio:vt in c.referente. iuncta gl.de præben.& in c.Romana.e.ti.lib.vj.Imō valet appellatio omisso medio etiam cessante consuetudine, si non fuit obiectū:vt no.gl.in c.dilecti.eo.tit.Sed† tamē finaliter neo qđ sentētia principis appellari nō possit:nec tenetur admittere supplicationem,si non vult:quia licet non possit differe tollere defensionē pro eo tamē præsumitur cū processit causa cognita,ideo nō est dicendū quod defensionē tollat.& ad hoc faciunt multa.hæc omnia Panor.vbi suprà.¶Secundò, † verū appellatio extraiudicialis sic annullet pōst facta sicut iudicialis:Et dico secundū Inn.in cap.ex parte.el.j. de verb. sig.quod sic,& facit cap.ad audientiam.de appella.in hoc tamen secundum eūdem est differentia in capit. j de his quæ fiunt à ma.par.capit.quia iudex qui procedit in forma iudicii,debet audire legitimas exceptiones:& nisi audiat iustē appellatur ab eo,Sed secus est in eo, qui non vt iudex, sed vt

priuata persona perficit factum suum:quia iste in forma iudicij non procedit,nec procedere potest: & ideo non dimittet quin perficiat factum,super quo appellatur:nec reuocabitur veritas causæ:nec imputabitur ei,si non audit contradictionem vel appellationem aduersarij,nisi probet veritatem causæ appellationis:vt de elec.e.cum dilectus. & melius e.cum inter canonicos.imō quod notatur in c.interposita.in glo. in versi.sed enam.de appel.Et sic collige. Primò,quòd appellatio extra iudicialis debet fieri ex causa probata iure ciuili, vel canonico,vel consuetudinario:Secundò,quòd tenent gesta eriā post appellationē ipsam,nisi approbata veritate causæ. Tertiò,quòd eo ipso approbatur veritas causæ,quo nō ꝓbatur contrariū. Quartò, quòd sententia excōmunicationis nō tenet post appellationem ex causis legitimis interpositā, etiam si non probat veritas:quod quartū est speciale in excōmunicatione, & cōtra supradicta.Et ratio est:quia nunquā debet quis excōmunicari,nisi causa probetur.ij.q.j.de quovide Inn.in cap.dilectis filijs.de appel. qui in hoc concordat.

5 ¶Tertiò, † quādo appellandū est:Et dico qꝫ intra decē dies: alias appellatio reijcitur.C.de appell.l.vl.qui dies hodie currunt à die sententiæ:vt ibi notatur. & in gl.ij.q.vj.anteriorū. quia quantum ad sui initium hoc tempus est viale.currit etiā hoc tempus à tempore quo potest agere,vt ibi patet:sed quātum ad progressum est continuum,vt ibi patet.Vnde sponta nea appellationis omissio purgat sententię turpitudinem: vt notatur extra de offi.deleg.cap.pastoralis. ita quod lapsu decē dierū sententia,etiā si iniusta sit,executioni mādatur:quia lapsus termini renuntiationem inducit.ff.de acquirē. hæred. l.quandiu. in fi.Et hoc nisi iusta causa ætatis vel alia restitutionem ad appellādum indulgeat.ff.de minori.per totū.Nec potest iudex hoc tempus decem dierum ad appellandum statutum,aut tempus anni vel biennij ad ipsam prosequendum, & tempus restitutionis in integrū cōcessum minuere:vt not. extra de appel.cum sit. & idem est,secundū Dy.in omni dilatione,quæ datur siue ministerio iudicāt is:vt not.extra de regu.iur.lib.vj.quia indultum à iure beneficium nemini est auferendum.Hinc est quòd si iudex mādat alicui vt aliquid soluat aut faciat.intra x.dies ei licebit appellare.vnde licet sententia sit data sub cōditione vel etiam ad terminū maiorem quām decē dierū,tamen intra x.dies debet appellari, licet cōditio in sententia adiecta nondū existat,& terminus nondum aduenerit.ff.quando apel.sit.l.j.nec post decem dies licebit appellare:vt not.Ian.de appel.in c.præterea. Sed si datur ita breuis terminus,in quo deliberare non potest ad plenū,& sic incipere potest in promptu periculum vt puta trium dierum vel alius minor x.dierum,qui terminus modicus appellaturi licebit à breuitate termini appellare. extra de dila. c.j. & hoc nisi ex causa minor daretur,quæ tamen causa est in dilatione

6 exprimenda:vt not.in d.c.j. ¶†Quartò, qualiter appellatio est facienda:Et dico quòd sufficit facere viua voce sine scriptis,si fit incontinenti eadem die iudice in eadem figura iudicij existente: & hoc iure ciuili.ff.eo.l.j.C.eo.l.litigatoribus. Si autē nō fit incōtinenti:debet porrigere libellū appellatorium intra decem dies.C.eo.auth.hodie autē.qui libellus debet cō tinere nomen appellantis,& eius aduersarij, & iudicis à quo & ad quem appellatur:vt no.in l.j.§.fin.ff.eo. Exemplū,Ego Titius dico sententiam nullam,quam nuncupo domine iudex uendis:& si aliqua est,ego tenentem me grauatum ad tale innonico aute sententiam appellando non valet etiam eadem die nisi fiat in scriptis.Vnde quādo dicitur licitum appellare viua voce,intelligitur à diffinitiua, in qua non oportet inferri causam:si tamen appellans viua voce ab interlocutoria exprimat causam legitimam,nō videtur ratio quare non valet. vbi not.Panor.in c.sacro.de senten.excommunica. ꝙ appellans ab interlocutoria,tenetur exprimere causam seu grauamen.& similiter appellans ab excommunicatione: vt sentit Inno.in c.per tuas.de senten.excom.& Ioan.And.in c.venerabilibus.eo.ti.lib.vj. ¶Quintò,à qua sententia possit quis appellare,aut non possit? Et dico primò quòd à pœna vel sententia legis appellari non potest.l.si qua pœna.ff.de ver.sig. & in c.quia nos.de appel.& ibi glo.Et secundò non potest appellari à sententia interlocutoria,vel aliquo grauamine ante sententiā de iure ciuili regulariter:vt in l.ij.C. quo.appel. non re.& in l.ij.C.de episcop.aud.Et ratio est quiā grauamē quod per illam infertur,reparari potest per appellationem à diffinitiua.Fallit tamen quando iudex in criminali vel ciuili negotio quæstionem per tormenta interlocutus est,cōtra l. ante sententiam.ff.de appell.reci.quia tunc potest appellari. & facit glo.in l.ante sententiæ tempus. C.quorum appel.nō re.Et similiter licet quando grauamen illatum reparari non potest per appellationem à diffinitiua. Imò quidem tenent quòd semp ab ea licet appellare:vt in l.ait prætor.§.quid tibi.ff.de minor.sed primum verius.Et tertiò non appellatur in iudicio momentaneæ possessionis, quāmis hoc liceat de iure Canonico:vt in c.significauit.de testamen.Et quartò non appellatur à mero executore,extra de appella.c.nouit.nisi modum excedat,vel arctius exequatur,vt notatur ibi.Et quintò non appellatur à terminatione vel nominatione muneris, quod est vtilitate tantūm priuatum,vt tutela & cura.ff.quādo appel.sit.l.j.§.si quis.sed à reprobatione excusationis potest appellari,& ibi:in alijs autem muneribus publicis authoritate & vtilitate ,secus est. Et sextò nō appellatur ab arbitro:quia nulla est eius sententia.C.de arbi.l.ij. licet hoc fieri possit iure Canonico.secūn Sum.Ange.quæ allegat e.à iudicibus.ij.q.vj.sed,vt ibi patet in text.quicquid sit de gl.licet appellare à iudice ordinario tantū, & ordinario simul ac arbitrario,nō autē ab arbitrario tantū.Et horum omnium rationem pulchrè reddit Sanct.Tho.ij.ij.quæst.lxix.art.iij.ad secūdum.Sunt autē innumerabiles aliæ sententiæ & causæ & crimina,à quibus de iure ciuili non licet appellare. de quo vide si vis Archid.iij.parte,tim.xv.c.xiiij. ¶††Potest verò appellari primò ab interlocutoria de iure Canonico,si appellatio contineat causam probabilem,& non aliter:vt extra eo.c.vt debitus.Et secundò à declaratione vel denunciatione excōmunicationis,seu alterius cen.furæ,secundum Panormit. in cap. peruenit.de appella.quia hæc non est sententia iuris,à qua nō licet appellare:sed iudicis declaratiua, quæ est sententia hominis,& facit glo.in c.cupientes.de elect.lib.vj.& hoc verum, nisi sit notorius excessus:quia notorius criminosus nō auditur appellans.Facit quod no.Innocē.in c.ex parte. el primo. de verbor.significa.qui dicit quòd in notorijs non requiritur propriè sententia:sed fit quædam inris executio. & text. in c. quoniam.de fil.presbyto.sed intellige in notorio, quòd non potest aliqua tergiuersatione celari. Et tertiò appellari potest eade ratione à declaratione pœnæ legis. & glossa est singularis in d.cap.cupientes.§. quòd si p viginti dies. de elect. lib.vj.Et quartò generaliter appellari potest,à qualibet sententia hominis vel grauamine loquendo de iure Canonico:t quod tamen fallit in delegato,quando Papa prohibet appellationem:vt si dicat,appellatione remota extra de offi.deleg. cap.super quæstionum.quo tamen casu sola frivola appellatio interdicitur:vt de appellatio.cap. quod super eo.in glossi. vnde nihilominus à grauamine appellabit:quia tunc non cōtra rescriptum,sed contra iudicis malitiam appellat:vt not.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ij.quæst.vj.dubium. Non appellatur etiam à correctione. de appel.cap.reprehensibilis. Et hoc nisi modū excedat. Nec à citatione,extra eo. cùm paratꝰ.& hoc nisi appelletur à breui
tate terminiꝰ ut nisi citatio fiat contra formam canonis. de
3 rescript.c.ij.lib.vj. ¶ † Sextò,quando vel qualiter non valeat appellatio? Et dico quòd non valet,si appelletur tertiò super eodē artic.de appel.directæ. Et San. Tho.ij.ij.quæst.lxix.ar. iij.ad tertium. Sed hoc secundum Ioan.And.vt refert Panor. in d.c. directæ. intelligitur in eadem persona. Archi.autem dicit quòd secundum canones toties licet appellare, quoties iudex superior inueniturꝰ secundum leges autem bis tantum in casu autē semel tantùm appellaturꝰ vt in authen.de sacro sanct.eccle.§.si quis. Non valet etiā si non fiat in scriptis, vt dictum est. Nec si iudex reuocat grauamen à quo appellatur extra eod.cum cessante. dicit tamen Inno. quòd iudex reuocare non potest sententiam interlocutoriam post decē dies sine licentia illius, pro quo data est: potest autē ante decem dies,nisi appellans aliquas fecisset expensas: quia tunc nō potest,nisi prius refectis expensis,quibus non restitutis, non videtur grauamen plenè reuocatū. Nec si appellans pœniteat nec ꝓsequens intra tempus statutū ab homine vel à iure. de senten.excom licet.l.b.vj. Nec secundum aliquos: si non sunt petiti apostoli.extra eo.cordi.lib.vj. sed hæc petitio apostolorum non est de substātia appellatiōis: quia peti possunt intra xxx.dies à die latæ sententiæ. extra eo.ab eo.lib. vj. sed si intra illos non petantur,deserta videtur appellatio. C. de appel.l.nonnulli. Nec si deficit in forma,vt quia non continet à quo,aduersus quem,& à qua sententia: vt in l.j.§.fi.ff.eo. Nec si non interponitur coram illo à quo appellatur.ff.de appel. cum quidā. nisi quādo eius copia haberi non potest: quia interim etiam tempora appellationis non currunt: & nisi eius violentia iustè timeatur: vt in d.l.cum quidam. Quia tūc pro appellante reputatur,dūmodo publicè protestetur: vt in d.l. cum quidam.& C.de his qui propter metum iudicis non appellant.l.ij. Sed de hoc vide quod plenè notatur extra de app. c.appellatio. Non valet etiam si interpellatur ad iudicem inferiorem vel æqualem iurisdictionem habentem: quia debet ad maius tribunal appellari.di.xxj.inferior. etiam licet sit maioris,ad quem appellatur, nō tamen est iudex cōpetens inter ipsos litigantes: sicut appellatur ad Metropolitanum prouinciæ,cui non subsunt litigantes,nec iudex à quo pronocatur. xj.q.ij.c.j. & de offi.ord.c.pastoralis. Nec etiā si nō fiat ex ordine gradatim. extra eo-dilecti. omissis tamē medijs appellatur ad principem. Nec,secundum aliquos, quando sententia, à qua appellatur, est nulla: quia ex hoc non videtur iudicium deuolutum ad iudicem appellationis, sed primus iudex pronuntiat,si cognoscit. C. quomodo & quādo iudex.l.fi præses. sed verius est quòd valeat appellatio,& quòd iudex appellationis potest de nullitate cognoscere: quia & si non principaliter,tamen incidenter quæritur de nullitate: quod tamen verum est si in appellatione de nullitate fit mentio. extra de appel.c cordi.lib.vj. De qua quidem nullitate & post dies decē. & quandocūque potest obijci & cognosci. habes extra de offic.iudi.deleg.in c.pastoralis. §.quia verò. Et secundū Oddonem,tanto tempore potest obijci de nullitate, quanto tēpore durat actio,cuius nomine iudicatum est. Potest etiā obijci contra personam iudicis,ad quem appellatur,quòd est excōmunicatus,interdictus,vel suspensus,vel infamis,vel quòd eius iurisdictio est finita: & alia,quæ obijci possent contra iudicem causæ principalis,de-iuris-dicit Specu.in titu.de iudicijs. Non valet etiam si appelletur ab electione, vt non fiat. extra de elect.cōsiderauimus. sed vt nō fiat nisi canonicè,bene valet,vt ibi. Sunt & alij casus, quos not. Specu.in titu.de appellationibus.§.item. ¶ † Septimò, quis potest vel nō potest appellare? Et dico quòd non appellatis, cuius nō interest: sed ille,cuius interest: alias per alium facta non valet.l.j.ff.de appel.non reci. & .c.ex ore.de his quæ fi.à ma.par.ca.nisi quādo pronocaret seu appellaret pro eo,qui ducitur ad supplicium: vt in l.j.nō tantum.ff.de app. Et potest appellare vtraq; pars. quādo sententia præbet diuersa capitula: vt in c. Raynaldus extra de testa.sicut aliquando vna pars appellat à principali sententia,per quam condemnatur: alia verò appellat à sententia,quia expensæ factæ sibi non refarciuntur: puta quia pars cōdemnata habuit iustā causam litigandi, qu a materia erat dubia valde. Non appellat etiā religiosus à correctione suorum prælatorum,si fiat secundū statuta regulæ vel ordinis: aut ad effugiendam ecclesiasticam disciplinam. c.ad nostrā. c.reprehensibilis.&.c.cum speciali.extra de app.nisi prælatus excedat modum in corrigendo: vt in c.de priore.eo.titu.& de offic.deleg.super quæstionum.§.nos autem. vide gl.fin.in d. c.ad nostram. Sed & si modus excedatur, fieri nō debet in ordine appellantis,id est,ad aliquem superiorem ordinis prælatum,quando constitutiones approbatæ per Papam hoc ꝓhibent: sed extra ordinem. Non appellat etiam secundum aliquos, confessus in iure Canonico: quia ipsa confessio in iure facit notorium: & à notorio non appellatur. extra eodem.c. cum sit Romana.& hæc opinio videtur inuti extra de appel. c.Romana.lib.vj. Sed contrarium potest ex illo c.potius haberi. vnde iure canonico & ciuili confitens appellat, iustam causam inferendo: puta quia errore, vel propter terroré tormentorum, vel quia confessionem expositam declarare intendit: vel aliquid aliud rationabile: vt l.creditor.ff.de appel. Si autem appellat absolutè sine expressione causæ,nō auditur: vt dicit Archi. in cap.Romana.eod.titu.lib.vj. ¶ Octauò. à quo,vbi,& ad quem est appellandum. Et dico quòd fieri debet primò à iudice qui pronuntiauit. Et secundò, vbi ius reddi consueuit: cùm regulariter quæ pertinent ad causas agendas in eo loco fieri & agitari debent. ff.de inter.act.l. voluit. §.quod ait.& coram iudice qui sententiam tulit si eius sit copia: nō per vicos vel hortos.ff.quādo sit appel.l.j.§.dies. Et si non vult ille appellationem recipere, punitur.l.iudicibus.& l. quoniam.C.eo. Si aūt timetur iustè appellare corā eo. appellatur corā aliqua honesta ꝑsona, vt dictū est. Et tertiò fieri debet ad superiorē eius, qui iudicauit.& in ordinarijs hoc fit gradatim. ff.eod.l.Imperatores.& C.eo.l.addictos. & ij.q.vj. anteriorum. excepto Papa, ad quem omnibus prætermissis appellatur, vt ij.quæst.vj.c.ij.& alijs sequētibus. Si verò à delegato,appellatur ad delegantem. C. eodē.l.præcipimus.§. eorum. Si autem à delegato delegati, seruetur forma posita C.qui pro sua iurisdict. Lynien. in fin.& in glo. ibidem. In delegatis verò distingue,quia si ipsi alij causam commiserūt, & tota iurisdictio est delegata,appellatur ad primum delegantem. ff.de offi.deleg.super quæstionum. Si verò non tota,appellatur ad delegantem secundum. ff.quis & à quo appellit.l.fi. Et ꝓpterea dat cautelam Raphæ Fulg. in Leo casu. C. de appella. quòd Episcopus vel alius ordinarius deleget causam: quia si appellatur à sententia deuoluitur ad ipsum, qui iterum deleget causam appellationis, quæ delegari potest: vt l.cum post sententiā. C.de appe. not glos. & Ang. in l. cum in princip. C.eod.tit. & si iterum appellet,ad eum reuertitur: & consequenter cùm non liceat appellare tertio loco,non exibit de eius officio. ¶ † Nonò, ad quem debeat appellari, cum deest iudex appellationis? Et dico quòd dupliciter deest talis iudex. Primò propter defectum superioris: vt quia princeps ille non recognoscit superiorē in temporalibus: & propter quòd à tali non possit appellari, cui ∴ sit loco principis, à quo non appel

nō appellatur. vnde videt velle gl.di.x.quoniā. ꝙ à tali principe nō appellatur etiā ad papā: si tamen iniustitia esset notoria,posset dici quòd papa tunc adiri posset. arg. ex his quæ notauit Inn.in c.cum te.de sen.& re iud.& in c.licet ex suiceptō.de foro compe. Secūdò potest intelligi quādo non deest superior, sed deficit specialis iudex super appellatione. puta ciuitas eligit sibi Potestatem, vel aliquis princeps in sua ciuitate, sed non prouidit sibi de iudice appellationis: & tunc dic quòd appellabitur ad superiorē, qui Potestatem elegit. & facit c.venientes.de iureiur. hæc Panor. super rubrica de appel.
51 ¶ Decimò, † ad quem sit appellandū à rectore alicuius collegij? Et dico quòd Panor. vbi suprà, recitato Bar.& Inn. latius sic dicit: Aut ipsum corpus est seculare, nō ecclesiasticū. & ipse rector secularis: exemplū in laicis,furoribus,& similibus: & tunc indubiè appellatur ad maiorem officialem loci. puta Potestate: quia regula est vt semper appellaretur ad superiorē eius qui iudicauit: vt in l.j.C. vbi & apud quem. Aut ipsum corpus est ecclesiasticū. puta quia ꝓ maiori parte sunt clerici, iuxta notata in l.fi.ff.de colle. & rector ecclesiastica persona: & tūc appellari debet immediatus superior, puta episcopus: vt in capit. Romana.eod.tit.libr.vj. Si autem vniuersitas est secularis, puta quia plures in eis sunt laici, sed rector est clericus, sicut tenetur esse in forma statuti, ꝓpter scholares clericos: distingui posset ita æquè quòd quatenus iudicat de scholari clerico, cum iudicet vt iudex ecclesiasticus, aliter in eum non caderet iurisdictio: vt no. Inn. in capit. cùm ab ecclesiarū. de offic.ordin. appellari debet ad episcopum: quia regula est vt ad superiorem sententiātis appellandum sit. Sed quatenus iudicat inter laicos, ad Potestatem appellandum est: quia tunc licet ipse sit clericus non tamen iudicat vt iudex ecclesiasticus: seu laicus tanquam rector collegij secularis: ideo nō est appellandum ab eo tanquam à clerico. Hæc ille, qui ad hoc multa adducit ibi. ¶ † Vndecimò,
52 quæritur quòd si quis appellet simpliciter dicens, ego appello à tali vestro præcepto: nec dicat ad quem? Et dicit Specul. quòd valet: & intelligitur appellare ad proximum superiorem. ff.eodem.l.j. quia in dubijs non est recedendum à iure, quod scilicet hoc disponit vt gradatim appelletur. Et idem si non dicat,appello: sed, subijcio me sub protectione sedis apostolicæ vel alterius iudicis appellationis: quia habetur
53 pro appellante. ¶ Duodecimò, † quæ sunt partes iudicis à quo appellatur: siue quid agere debeat, si appellatio videtur sibi frustratoria? Et dico quòd aut sibi apparet euidenter legitima, aut euidenter frustratoria & illegitima, aut de hoc dubitat. Si primum deferendum est: aliàs non deferens punitur pecuniariter secundum leges xxx.pondo auri. C. eodē.l. quoniam. secundum canones verò deponitur ab officio. ij.q. vj.decreto.& cap.de priore.extra de appel. & omnia attētata reuocat iudex appellationis in statum pristinum. extra de iureiur. cap.venientes. quia nihil est innouandum appellatione pendente. Si secundum iudex nō debet ei deferre. extra eod. cum appellationibus. lib.vj. vnde ea non obstāte exequetur: quia si deferret, nō esset reuerētia, sed malitia & imprudentia: & sic teneretur. ff.de cust.l.si per imprudentiā. & faceret litem suam. Inst.de obl.ex quasi delic.§.impij. quanuis iudex appellationis posit tractare quod actum est: vt notatur ij.q. vj.ad Romanam. Si tertium: debet deferre. extra eo.eū speciali. potest tamē vti cautela verborū, quæ legitur & notatur iure debeo. Et cū petuntur apostoli, potest iudex sumere dilationem ad cogitandū quos apostolos velit dare: & si defert los reuerētiales cōcedo. si verò nō defert dicat, appellationi non defero, & apostolos refutatorios concedo. Quādo verò appellatur in absentia iudicis ex metu: appellatur coram aliqua honesta persona: & ab ea dantur apostoli testimoniales.
¶ † Decimotertiò, quæritur quæ sint partes iudicis appellationis in faciēdis inhibitionibus iudici à quo appellari est, ne procedat? Et dico quòd circa hoc dicit Spe. valde plenè in tit. de app.§.de officio.& breuius Archid.iij.parte. tit.ix-ca.xiij. circa fin.de quibus breuissimè dicitur sic: Cōparente corā eo appellatore nec eū debet audire, nec ad citationem vel inhibitionem procedere, nisi facta fide de sua appellatione: quia nō potest dici deuolutum ad eū causæ negotiū: vt in c.Romana.de app.lib.vj. Illa verò exhibita cora eo, si apparet interposita ante sententiam,& non est ibi causa inferta, faciat idem: imò illam omnino reijciat: vt in d.c.Romana. Et idem est, si sit interposita à sententia diffinitiua, in casibus à iure expresse prohibitis: qui sunt ff.de appe.reci.l.fi. quia reijcienda est. ff. vbi supra ꝙ totū. Si verò de prædictis nō apparet,& est dubiū: debet partes citare: quia de vnoquoq; negotio præsentibus &c. ff.de reg.iu.l.de vnoquoq;.& appellato nō cōparēte pōt inhibere: imò & pronūtiare in causa, secundū Azo. altera parte absente. Sed partibus præsentialiter cōstitutis, si sic opponatur ꝙ causæ negotium nō sit ad eū deuolutum, quia scilicet appellatio nō valuit: nō debet inhibere, nisi prius cōstiterit causam ad se delatam. de rescri. dilectus. & in d.ca. Romana. Quando autem appellatum est ante sententiā,& obijcietur quòd nō est emissa ex causa probabili, tūc ti apparet patenter probabilis, puta in iure expressa, potest inhibere antequam cognoscat vtrū sit vera: vt extra de app.c.nō solum. lib.vj. & inhibitione facta nil est innouandū: extra vt lit. pen. nihil inno. & ideo reuocandū est, si innouetur. Si verò dubitat an causa sit ꝓbabilis: nō debet inhibere, donec incipiat cognoscere: vt in d.c.Romana. quæ cognitio in hoc videtur consistere, vt sufficiat super hoc litem contestari: & extunc inhibeat: quia tūc iudicij cognitionis initiū sumit: quæ quidē litis cōtestatio in causa appellationis fit etiam vna parte absente. hæc Archi. qui etiā ibi multa alia ponit circa reuocationem innouati. ¶ † Decimoquartò, vtrum valeat statutum vel ordinatio alicuius municipij quòd appellari non possit nisi ad iudicem illius loci? Et videtur quòd sic: quia statutum est quidam consensus & pactum ciuium illius loci vbi fit. cōstat autē ꝙ potest quis remittere ꝑ pactū ius appellādi. C. de tēpo. ap. l.fin. ergo & per statutum: maximè cùm per statutum tollitur ius cōmune in illo municipio. ff. cōmunia prædi. l. vē ditor. Sed tamē in cōtrarium est veritas: quia iurisdictio collata in iudices appellationū per legē aut principē, per subditos tolli aut minui non potest. dist. xxj. inferior. imò etiam ponitur necessitas obsequēdi. extra de consti. c. ecclesia. quia tam ex hoc videretur eneruari iurisdictio imperij & ecclesię Romanæ,& vires principalis negotij exhauriri. C. de preci. Impe. offe. l.ij. circa quod nulla cōsuetudo valere potest: extra de cōsue. c.j. Item pactū litigatoriū facere nō potest quòd appellationi generaliter renūtietur. extra de appellat. cap. ij. ergo nec statutū. Item tale statutū esset diminutiuū iurisdictionis & libertatis ecclesiæ & imperij. ideoq; ipso iure est nullū. Et hæc est veritas: quia in omnibus semper intelligit ius superioris exceptum. de iureiur. venientes. Possunt tamē municipes nō cōdendo legem renūtiare appellationi: vt not. Inno. in dicto capitu. venientes. ¶ † Decimoquintò quæritur,
56 quid cùm aliquis timens sibi inferri iniuriam ab aliquo iudice, præcipit ei ex parte principis ne sibi iniuriam faciat,& arripit iter ad Principem? Et dico quòd hoc præceptum cum arreptione itineris habet vim cuiusdam extraiudicialis appellationis: quia per hoc videtur positus sub Principis

Universidad de Deusto
Biblioteca

protectione.facit quod not.Barto.in l.de pupillo.ff.de noui ope.nunti.& Inn.& Ioan.An.in c.vt debitus.de appe.facit etiã in cap.dilecti.el j.& c.ad audientiã.eo.tit.vbi patet quòd arreptio itineris ad superiorem cõstituit sub eius protectione: & tali inferens iniuriam punitur,dum iur contemnit,& eum sub eius protectione se posuit:vt no.Panor.in c.in causis.de elec.¶ † Decimo ferò vtrum prorogari possit terminus appellandi constituris? Et dico quòd terminus prosequẽdæ appellationis est triplex.Primus status ad iter capiendũ,de sen. & re iudi.cũ causa.Secundus ad se præsentandum iudici:vt in ca.cùm sit romana.& hi duo sunt ab homine.Tertius statuitur à lege annus vel biennium. Primus ergo & secundus præfigi & limitari potest cã à iudice,quàm à parte.extra eo. Romana.& cap.oblatæ.& tenetur appellans ꝓsequi causam suam intra terminum sibi præfixũ:vt ibi dicitur,quòd si non faciat,ꝓceditur:& fit vt no.in cap. sæpe.in gloss.de appell. Si verò nec à iudice nec à parte assignatus est terminus:tũc licet appellato etiam ante finẽ anni vel biennij impetrare iudicem,& causam appellatiõis coram eo prosequi tenebitur appellans:vt in d.cap.oblatæ.nisi appellans impetratum iudicem vt suspectũ recuset,& nisi præmaturè fuerit ab appellato iudex impetratus.¶ † Decimoseptimò vtrum possit agi contra iudicem ad interesse prætextu iniquæ sententiæ? Et dicit Panor.in rub.de appe.quòd sic,siue nõ fuerit appellatũ excommunicando lites, siue succumbens bis appellauit: & nunc nõ licet tertiò appellare.Nec obstabit exceptio rei iudicatæ:quia ad aliud & contra alium nunc agitur.de quo vi de bonam glos.& quod ibi no.in c.pastoralis.§.quia verò. de offi.dele.ibi idem Inn.& doc.in ca.sæpe.de appe.& Ioã. post Inn.in cap.sacro.de sen.excõ.Idem Bar.in l.j.ff.eo.in ver.vlt. Arbitrator autem tenetur solùm de dolo & lata culpa.l.ij. ff.de proxenetis.& in l.fin.ff.si mens.fal.mo.di. & Bart.ibi.& idem dicendum in assumentibus officia similia.

De Apostasia & fuga Monachorum.

1 *Apostasia,quæ à Dei militia defectio est,tribus modis contingere pot.Vnde & Apostasia species triplex cõstituta est.*

2 *Apostata speciei primæ,& hæretici,& inter se habiles habẽtur, ac pinde excõicati quorũ bona confiscãtur:nec posẽ peracta pœnitẽtiã ad pristinũ statũ admittuntur:vt qui infames habeãtur.*

3 *Secunda Apostasiæ species in quo cõsistat,& in quo tertia.*

4 *Apostata à fide,aut verè,aut apparenter quis dicitur. Et id quot modis esse possit? Et ibidem Apostatam omnem hæreticum esse,non contra.*

5 *Apostata à clericatu quis censendus sit,& cuinam clericorum generi conueniat huiusmodi Apostasia.*

6 *Clericus in sacris deferens vestes virgatas,aut partitas, quibus & quot concurrentibus Apostata efficiatur*

7 *Clerici Apostatãtes qualiter pecẽt,& ad quid coerciẽdi sint? Et quomodo cum his,qui in sacris sint,si vxorem duxerint,dispensandum? Et quid si in minoribus.*

8 *Tonsuram primam si quis semel assumpserit,num eam deserere liberè ac impunè possit?*

9 *Apostata ab religione,quis dici possit? Et quis sit? Et quis eiectus?*

10 *Eiecti ac fugitiui,si redeant,num admittendi sint? Et quid, vbi regula ac vitæ & Canõ & ordinis receptionẽ nõ admittit? Et an huiusmodi fugitiuos teneatur Abbas,& id quãdo,requirere? Et ter egressum regula Bernardi nõ admittit. Et quid tũ?*

11 *Apostatantium pœna,quænam sit? Et id per singula Apostasiæ genera prosequitur.*

12 *Monachus Apostata fugitiuus, aut eiectus, cuinam interim acquirat? Et fugitiuum monachum cum bonis interim quæsi-*

tis:num possit Abbas diuidere? Et quid si huiusmodi fugitiuus,diu in quasi possessione libertatis perstiterit?

13 *Cauetho & reductio in monasterium aliud,quisnam impensas minuitue? Et quid si monast. ad nouã regulam reformatus,quibus antiquis data,vt ibidẽ possint liberè permanere,si alibi elegant manere,ac viuere:quorũ impẽsis soluatur?*

APOSTASIA † secundum Eustachium vocabuli dicitur quasi retrostatio,vel retromissio,ab apo, quod est retro:& sto,quod est stare:vel stolos,quod est missio. sed quantũ ad vsum loquentiũ importat quãdã retrocessionem:quia scilicet qui nõ ꝓgreditur retro stat,nisi regrediat primò,vel quanda retromittitur,ꝓ quãto progredientem in via Dei diabolus suggerẽdo retromittit.Quantũ autẽ ad appositũ ptinet sicut dicit Sanc. Tho.ij.ij.q.xij.apostasia importat retrocessionẽ à Deo:quæ tribus modis fit,secũdũ tres modos cõiunctionis ad illũ,scilicet per fidẽ,obedientiam, & religionẽ.Vnde secundũ Ray.Gosr.Hostien.& Alexã.& mẽtem Sanct Tho.sic diffinitur:Apostãsia est temerarius à statu fidei,obedientiæ,vel religiõis recessus.& sic triplicẽ colligo apostasiam:vt etiã notat glossã in capit.j.de apo.Prima est per fidiæ,qua scilicet quis recedit à fide.Et intellige secundũ Archidiaconum quãdo simpliciter & ex toto recedit.In qua apostasia fuit Iulianus apostata:vt in cap.Iulianus.xj.q.iij.& quicunque recedit à fide.ij.q.vij.non põt.Et † ita,secundum Host.in d.cap.j.sunt verè hæretici:& in ipsis locum habẽt omnia iura loquẽtia de hæreticis:& consequenter sunt excommunicati ipso facto,extra de hære.excommunicamus.cl j.& ij.Et ita tenet Inn.in d.cap.j.nec possunt etiam condere testamentum:& eorum bona confiscantur:nec peracta pœnitentia redeunt in pristinũ statũ.C. eod.l.ij.& iij.& hodie ista confiscatio fit ipso iure.extra,de hæreti.cùm secundũ.lib.vj. & recipi debẽt sicut hæretici:de quibus infrà Hæreticus. Itẽ sunt infames,& repelluntur à dignitatibus,& alijs multis de iureiuran.querelam.vj.q.j.infames.& concord.Ray.Secunda † inobedientiæ,quæ scilicet importat volũtatem à mandatis Dei resilientem:& in omni peccato mortali inuenitur, vt dicit S.Tho.Sed tamẽ ista inobediẽtia aliquãdo venit ex infidelitate:vt pura ex hoc ꝙ credit papã authoritatẽ nõ habere cõdendi canones:& talis vt hæreticus puniri debet.xxdist.nulli fas.vbi dicit Hug.quòd est excõmunicatus & hæreticus & schismaticus.c.licet.de elec.e.excõmunicamus.de hære.& Paul.in cle.j.de æta.& qualita.dicit ꝙ est infamis.& no. gl.vj.q.j.infames.& in.c.generali.de elec.lib.vj.& ibi Gemi. Aliquãdo autẽ venit ex cotemptu formali,scilicet quo quis contẽnit obedire præcepto Dei,siue canonũ,siue prælatorũ: & talis efficitur infamis:& repellitur à testimonio, & est excõmunicatus.iij.q.iiij.si quis à suo.xj.q.iij.si autẽ nobis. Et si perstiterit in cõtumacia,crescere debet & pœna.extra vt lite nõ cõtestata.quoniã frequẽter.Et si redierit,nõ prius excõmunicatus recipitur ad pœnitentiã:excõicatus autẽ prius recipitur cũ satisfactione,quã facere tenẽtur excõicati interiam pasis,secundũ Sum.cõfes.Aliquãdo autẽ venit ex ignorãtia vel fragilitate siue appetitu alicuius delectabilis:& hic minus punitur.Et de his vide infrà Obedientia.& infrà Contemptus.Tertia est irreligiositatis siue irregularitatis.& hęc est duplex:vna scilicet qua quis à statu clericatus, alia qua à statu assumptæ religionis recedit.xlvij.dist.quantũlibet.xvj. quæstione prima.legi.Et de ista tertia hic principaliter intẽditur.¶ † Primò verò quæritur, quis dicatur apostata à fide. Et dico quòd is qui recesit à fide penitus,secundum Archidiaconum,& sponte,vt videtur velle Ray.& hoc verè quo ad Deum:aut apparenter quo ad ecclesiam, quæ nõ iudicat de occultis.Et his infero primò quòd recedens à fide in parte,puta

te,puta quia decredit resurrectionẽ,licet credat incarnationem,non est apostata,sed hæreticus:quod est in plus:quia omnis apostata est hæreticus,& nõ econtra.Secundò quòd faciens id quod faciunt recedentes penitus à fide,vt adorãs idola,vel sepulcrum Machometi,non est apostata,si hoc nõ facit spõte,sed ductus timore,nec hereticus,vt tenet Ray. nec etiam est excommunicatus:sed tamẽ peccat mortaliter,vt idẽ dicit.Tertiò,quòd nec qui vtitur habitu infidelium nõ sponte, id est,re ipsa delectatus:sed timore,vel alia iusta causa, imò sine peccato in casu fieri potest,vt dicit Veruec.sicut beatus, Sebastianus sub clamyde militari Christi militiam gerebat absconditam:nisi,inquit,Veruec.esset institutum aliquod determinatum signum ad cognoscendum professores alicuius idololatriæ:quia eo casu non liceret:sed tamen non intelligas quòd eo ipso ꝙ non liceret,iudicaretur apostata, nisi appareret quòd talia sponte deferat.Quartò, quòd qui haberet sanam fidem catholicam in animo,& tamen extrinsecus ostenderet se ab illa sponte recedere : puta adeundo partes Saracenicas ex desperatione vel libidine ductus:& ibi seruãdo ritus eorum,quantum ad ecclesiam esset verè apostata: quia ecclesia de occultis non se intromittit:vt infrà Excommunicatio.vij.§.ij.vnde frequenter aliqui tales fatentur se nunquam fidem catholicam perdidisse:& tamen vt apostatæ recipiuntur.¶ Secundò † quæritur , quis dicatur apostata à clericatu,vt de inobedientia tãquam de manifesta faceatur? Et dico quòd apostasia non continet clericos in minoribus: quia impunè potest seculariter viuere,& renuntiare in totũ ordini clericali:& si non verbo,saltem facto exercẽdo actũ omnino contrarium:vt docet Panor.in cap. tuæ. de apo.fallit tamen secundum Innocen.vt recitat ibi Panorm.si habet beneficium:quia est apostata,si dimittat habitum & tonsuram:& cogi potest habitum reassumere: secus si habitũ solum,secundum Innocen.licet alij dicant contrarium.& facit pro Innocen.cle.quoniam.de vit.& hon.cler.vbi non punitur clericus in minoribus portans vestes inhonestas:nisi etiã portet tonsuram:quã si portat,punitur deserens vestes laicales: secus si per omnia incedit vt laicus.Si autem clericus sit in sacris,est apostata dimittendo solum habitum secundum Pan. quod intellige quando dimittit non assumpturus statim,sed conuersaturus laicaliter.imò si ducat vxorem, licet retineat insignia clericalia in fraudem.extra de cle. coniu.ex parte.& generaliter quicũq; talis ad negotia secularia se cõuertit.extra de vi.& hon.cle.ex literis.& de sen.excom.in audiẽtia. & c.perpẽdimus.† Igitur colligi potest quòd clericus apostata est clericus in sacris deferens habitũ vt laicaliter viuat,aut laicaliter viuens,vel cõstitutus in minoribus cum beneficio non deferens insignia clericatus animo viuendi laicaliter.vnde clericus in sacris portans vestes virgatas vel partitas nõ est apostata,nisi cõcurrentibus duobus.Primò,ꝙ ita sint alteratæ vt non censeatur habitus clericalis.Et secundò nisi taliter deferat eas,vt appareat eum renũtiasse clericatui,& velle viuere laicaliter.est tamen hoc ei & religioso illicitũ,secũdum Inn. in clem. quoniã.de vi.& ho.cle.imò peccat mortaliter:vt patet per notata in d.cle.nisi quãdo causa paupertatis portaret vestes diuersi coloris:quia secũdũ Zen.& Imol.tunc nõ cadit in pœnã d.cle.similiter secũdũ Zen.nec is in eã cadit,qui talẽ vestẽ continuã nõ portat,nec causa vsus proprij,sed ob festũ doctorale,vel vxorale,vel simile,vel ob honorẽ alicuius matrimonialis.de cuius vrbe est quia dicta cle.loquitur de vsu,qui cõtinuatione notat.dicit etiã Veruec.quòd clericus cõiugatus vtens tali veste,perdit priuilegiũ clericale: quia est vestis laicalis.& allegat de cleri.con.c.j.lib.vj.Et de hoc etiam j. Excõmunicatio vj.¶ Tertiò,† vtrũ & qualiter pecẽt clerici apostatantes? Et dico ꝙ si sunt in sacris,peccãt mortaliter:& coërcendi sunt ad reassumendũ habitũ & tonsurã:vt in d.c.tuæ. de apo.Quomodo autẽ dispẽsetur cũ eis si acceperint vxorẽ de facto,j.Bigamia.§.vij.existentes autẽ in minoribus,secundum Alex.peccãt apostatando prima vice:quia faciunt cõtra illud quod dixerũt:Dominus pars hæreditatis meæ &c.no autẽ peccant postea.& secundũ aliquos peccant mortaliter.vnde Richar.in iij.dist.xxiij.tenet quòd habentẽ primã tonsuram nõ potest eã deserere sine peccato mortali:quod tamen limitat bñ Naason verũ,quãdo ex sola libidine laicandi deserit: secus si ex causa rationabili. Ego verò dico quòd quãtum est ex parte desertionis nullo modo mortaliter aut venialiter peccat,sed solũ ex intentione deserendi:quia nec voto nec iuramẽto nec præcepto astrictus est ordini clericali,sed liber est ad laicandũ,licet peccet laicãdo sine bona intẽtione vel causa & hæc haberi possunt ex c.fi.devi.& ho.cler.& ex c.Ioã. de cleri.cõ.vnde secundũ Pan.potest clericatui renũtiare facto:imò & verbo pari ratione.licet Pan.hoc neget siue fuffi ciẽti probatione:quia c.si diligenti.de foro cõpe.quod adducit,põt intelligi de clerico astricto,id est,existẽte in sacris. & irrationabile est quòd liceat mihi de facto renuntiare clericatui,& laicaliter viuere:& nõ liceat mihi dicere ꝙ sic facere volo.Pro † hoc scito ꝙ de hoc antiquitus fuerunt opiniones, vt not.in Sum.conf.lib.j.tit.vij.q.vij.& licet per antiqua iura videatur quòd habeus primam tonsurã:eam deserere nõ possit,hodie tamen hoc potest tam de consuetudine quàm de iure,vt dicit Sum.Pis.& cõcordat Albe.& habetur c.vno.de cle. con.lib.vj.vbi patet ꝙ tali cõtrahere licet,& consequẽter se ad seculariã cõuertere.Si tũ talis habeat beneficiũ,& illud rẽtinet,peccat mortaliter:& est apostata verè.de coh.cle.& mu. c.Ioan.& dist.xxv.c.fi.¶ Quartò † quæritur,quis dicat' apostata à religione? Et dico quòd nouitio cõstituto in probatione apostasia nõ cõuenit:quia exire põt sine peccato, nisi peccet ex intẽtione vel causa exeundi:vt j.Religio.v.§.viij.In,pfessõ autẽ apostasia & fuga videtur æquipollere,secundũ Ray.dicentẽ quòd nõ debet iudicari apostata seu fugitiuus:etiam si ad lõginquum diu euagetur,nisi postquam sic viuit quòd animum redeũdi se deposuisse ostendit.ff.de re milita.l.deserto rem.hæc ille:qui videtur vti ly sera expositiuè,pro id est,propriè tamen secundũ Io.And.fugitiuus est,qui per se exiuit,& stetit extra monasterium se eclans abbati.quod sufficit:licet postea ductus pœnitẽtia redeat ad abbatem.ff.de ædi.ædict. l.quis sit fugitiuus.Igitur colligequòd apostata à religiõe est religiosus professus,sine licẽtia exiẽs à monasterio, cum intentione nõ reintrandi illud vel aliud,sed viuẽdi irreligiosẽ, putа clericaliter,aut laicaliter vel inobedienter:vnde si egrediatur quidem,sed intrat monasteriũ laxius,cõ propriè apostata,secundum gl.in c.fi.de apo.& in c.ex parte,de cõpo. or. imò secũdũ aliquos, nec fugitiuus.quod intelligo si licitè intrat,id est cũ aliqua licẽtia:vel si intrat monasteriũ eiusdẽ religionis,licet nõ eiusdẽ rigoris,quorũ versus;sibsit eidẽ simpliciter:alioquin capi posset à priori prælato vt fugitiu? subdius.Si verò exeat & tamẽ retineat habitũ & tonsuram,sed non ingrediat' aliud monasteriũ,nec subijcit se alterius obedientiæ,est apostata propriè,secundum Inn.in c.fin.de renũtiatione.& in c.intelleximus.de æta.& qualit.quia oportet ꝙ ingrediatur monasteriũ,si vitare velit apostasiã & de hoc not. in c.ex parte.de cõpo.ord.& in c. Ioannes.de reg.Et sic patet ꝙ omnis apostata est fugitiuus nõ econtra. Fiectus autem dicitur,qui à suo superiore inrè sua culpa exigẽte fuit eiectus. ¶ Quintò † vtrũ eiecti & fugitiui reuerti volentes admitteñdi sint? Et dicit dom.Ant.de But.quòd sic,imò ad hoc prælati cõpellũtur.extra de reg.ne religiosi.& hoc nisi regula cõtra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicat:quæ cõtra dicente nõ sunt habẽdiin derelicto,sed sunt alimentandi in locis competentibus,si id sine scandalo grauiori fieri possit:alioquin in alijs domibus eiusdem ordinis id fiat: vt ibi dicit etiam Arch quòd regula vt authẽtica potest allegari & dispõnere vt nõ recipiãtur vagabũdi:& quòd monasteria, etiã si ordo repugnet:arctari possunt ad præstandũ alimẽta fugitiuis & electis,vbi velint ad cor reuerti. ¶ Sextò quæritur,vtrũ monachi apostatæ siue fugitiui sint à suo abbate requirẽdi:Et dico quòd abbas & quilibet cõuentualis prælatus requirere debet monachos fugitiuos:& ad claustrũ reducere salua ordinis disciplina - extra de regul. ne religiosi.alioquin si redire volentẽ recipere noluerit, imò secundũ Arch.si eũ reuocare neglexerit & ipe manẽs seculo acquisierit aliqua,& postea moriat extra monasteriũ nõ receptus,nihil de bonis eius petere põt abbas,quia impiè monacho suo alimẽta negauit:extra de langui.expo.cap.vno.vbi de hoc in gl.&ptinebit ad secundũ monasterium,si ingrediatur illud: aliàs ad episcopũ,secũdum Arch.Et hoc verũ est,si cõuentus totus aut pars maior delinquit:aliàs delictũ personę in damnũ ecclesiæ redundare non debet,per regulã,delictũ.de regiur.lib.vj.Idẽ autẽ videtur de monacho electo,de quo simul cum fugitiuo loquitur. d.c.ne religiosi.Sed tamẽ ista requisitio ibi mãdatur & præcipitur fier. annuatim tẽpore capituli. Quãdo tamẽ aliquis talis esse scãdalosius & periculosius alijs, & aptè nõ posset capi,corrigi & detineri:fortè prælatus vel conuẽtus nõ tenetur reducere talẽ,secundũ Arch.ne alijs noceat,si nõ speratur posse emẽdari:quia vtilitas cõmunis præponitur priuatæ:quæ etia nõ sequeretur in incorrigibili. xxiij. q. iij.relecãdæ.Si autẽ speratur correctio vel impeditio malorum eius,si coërceatur vel detineatur:tenetur prælatus vel cõuentus eũ corrigere,& cogere ad redeundũ:extra de apo. à nobis.& si nolũt,debent incarcerari:vt ibi. ¶ Septimò quæritur de quibusdã terminis cõtentis in duobus §§.prioribus.Et dico quòd exemplũ quãdo prædicti recipi nequeũt salua ordinis disciplina,ponitur in regula beati Benedicti,quæ habet quòd ter egressus monasteriũ ad monasteriũ recipi nõ debet vt in c.ij.eiusdẽ regulæ:loca autẽ cõpetentia,in quibus ponũtur quãdo regula prohibet receptionẽ,secundũ Ant.de But. sunt loca seruientiũ,cum quibus ponẽtur, non eũ monachis: vel,secundũ Host.ponentur in ergastulis,de quibus exire nõ possint.Graue autẽ scandalum dicitur,quãdo alij dicũt se potius exituros quàm moraturos cum illo, quia cum eo durare nõ possent:sicut & Host.dicit se aliquãdo vidisse de facto, & similiter Arch.in quadã moniali.In hoc tamen puto standũ
11 arbitrio honorũ. ¶ Octauò † quæritur,quæ sit apostatantium pœna:Et dico quòd apostatæ à fide quàm citò denũtiãtur excõmunicati per sentẽtiã,ipso facto eorũ subditi absoluti sunt à dominio & iuramẽto fidelitatis,quo eis tenebantur,Iuliarũ tamẽ tolerauit ecclesia:quia nõ habebat cõpescendi potestatẽ de facto.ideoq; fideles obediebãt ei in his quæ nõ erãt cõtra fidẽ,vt dicit Ambr.xj.q.iij.Iulianus.& hoc ad vitandũ scãdalum maius persecutionis.Apostata inobediẽtiæ secundũ Inn.in c.j.eo.tit.est qui nõ obedit prælato vel canonibus, repellitur ab accusatione & testimonio, & excõmunicatur, & deponitur & iudici seculari aliquando traditur.ij.q.iiij.si quis à suo.xj.q.iij.si autem vobis.quod intelligo quãdo nõ obedit ex contemptu:aliàs quilibet clericus peccãs mortaliter,veniret deponendus.Apostata verò à clericatu, si est in sacris,interim ab accusatione & testimonio tanquam infamis repelli tur.ij.q.vij.alieni.iij.quęsitio .iiij.beatus.Itẽ interim si admonitus se nõ correxit,est deponẽdus.xxj.q.iiij.fine.&.c.præcipimus.Itẽ interim caret priuilegio clericali:ita quòd verberans illum,non incidit in canonem.quod intellige si post trinam monitionem episcopi se nõ correxit:vt de sentẽ. excõ. in audiẽtia.vel si seditionibus & enormitatibus se immisceat extra eo.c.j.de sent.excõ.c.cum nõ ab homine.Item interim ad dignitatem vel ordinem ꝓmoueri nõ potest.xvj.q.j.legi. 50 dit.c.vltimo.Si verò in minoribus,perdit priuilegiũ clericale,si transiit ad actũ omnino contrariũ ordini:puta quia factus est bigamus,aut exercet ꝑsuã:puta quia recipit ministeriũ occidendi,mutilãdi,aut aduocãdi in causis criminalib⁹. dist.lxxxiij.quisquis.& Inn.in c.j.de apo.quod tamẽ intellige,si talia facit actu,& etiam ex officio:puta iudicis aut executoris vel hmõi,secundum gl.& Ray.Et ratio põt esse:quia clericus ꝑsuã exercens delinquat:tamẽ ex hoc regulariter nõ subijcitur curiæ seculari.extra de cle.cõiuga.cap.vno.lib. vj. Similiter illud perdit,si nullo modo vult viuere clericaliter. quod potest patere per tria. Primò si contrahit,cõuenit,cõmentur,talliatur,sustinet alia onera,& vt laicus vadit in exercitũ.Secũdò si tertiò admonitus nolit ad clericatũ redire.Tertiò si cõuẽtus corã ecclesiastico iudice excipit de foro seculari,vel aliter in iure cõfitetur quòd nõ vult viuere clericaliter.Si tamen cõtraxerit cum vnica & virgine,nõ perdit omnino priuilegiũ clericale:vt infrà Clericus secũdò. Apostata verò à religiõe,si habitũ dimiserit,est excõmunicatus:extra,ne cleri.vel mona.vt periculosa. & si redierit recipitur in monasterio,secũdũ quod cõtinetur in regula:scilicet si illud viuat regulariter:alioquin indistrictiori ponetur monasterio .vel vsufructu rerũ quas obtulerat monasterio primo.quæ res eius sint postea,vide §.seq.& si in apostasia recipit ordinem sacrum,nõ habet eius executionẽ,secundum Pan.in c.fi.de apo. quantuncunq; pœniteat:& solus papa cum eo dispensat vel episcopus si minorẽ tãtùm suscepisset.Quod intellige primò si nõ sit exẽptus: quia super exemptũ nullã habet episcopus authoritatẽ,misi fortè in foro cõscientiæ absolutio in defectu prælati:& secũdò si nõ depositum habitũ:quia si dimisso habitu ordinẽ suscepisset cùm esset excõmunicatus.c.vt periculosa.ne cle.vel mo.lib.vj.solus papa dispensabit. vel melius die quòd habebit locũ quod dicitur in c.cũ illorũ.de sent.excõ. de quo vide suprà Abbas.§.ij. particula iiij. ¶ Nonò † quæritur,cui acquirit monachus apo.seu fugitiuus vel electus? Et dico quòd quantum colligitur ex not.per Innoc.in c.cum olim.de priuileg.& Hostien.in titu.de infan.expo.& alios,sic distinguẽdum est:Nam si maior pars monasterij neglexerit eum reducere,aut recipere noluit:erũt alterius monasterij, si illud ingrediatur:vel episcopi.Quod intelligo,si nõ sit exẽptus.aliàs erũt primi prælati suæ religionis.Si verò solus abbas vel minor pars monasterij fuit in culpa,acquiret monasterio suo,sicut & seruus domino.ff.de acquiren.possess.l.j. §. per seruum.& multo magis si monasterium illũ reperit, sed aliquo impedimento obtinere non potuit, acquiret suo monasterio.in authen.de sanct.episc.§.si modò actus. Prælatus enim potest monachum fugitiuum vendere, cum omnibus bonis per eum quæsitis:vt in cap.abbates.xviij.quæst.ij. fallit tamen,secundum aliquos,si fuit in possessione libertatis d u, id est,decennio.ff.à quibus ma.li. non sunt.l.sed & si.quia,vt dicunt,tunc acquirit sibi.allegant.ff.de acquiren.possess.l.per eum.§.fin.sed dicit Archid.quod ius non est in tempore: nec hoc haberet locũ in monacho,cum nullo tẽpore excusetur: extra de test.quia & hoc omnino verum est, si de monachatu constet:& in hoc est vis an constet vel nõ:& ex quo cõstat, omnia reuocat monasteriũ.xviij.quæst.ij.abbates.Et debent talia de plano & sine libello expediri:qua seruos Dei &c.de accus.olim.ij.quæst.j.si quis.hæc Archid.qui videtur allegare Innoc.Si autem fortè ad aliud monasteriũ trãsfugus est propter peccatũ suũ,puta ad faciendã pœnitentiã,& huiusmodi.

xxvij.q.j.si qua monacharum.sic bona illa,quæ primò attulerat monasterio,erũt monasterij secundi quo ad vsumfructũ. xvj.q.vj.de lapsis & post eius mortem redibunt ad primum, secundum communiorem opinionem,quam tenetur Ray. Host.& Sum.confe.Si verò monachus trãsiit ad sẽdm monasterium licitè:puta quia arctius,vel quia promouetur in prælatũ,sicut tenent aliqui.in c.quod à te.de cle.coniug.ꝙ qui quid acquirit postea,erit secundi: sed alia primi.& tex.pro hoc xviij.q.j.in c.vnico.Alij verò dicunt quòd omnia sibi vndecunq; prouenta erunt secundi vel dignitatis:quia videtur accedere ad personã:licet expresse fuerit collata tẽpore ingressus.& illud c.vnicũ loquit de acquisitis ex industria monachi:quia erunt penes primum monasterium,in quo illa acquisiuit,non de patrimonialibus datis primo monasterio.Et
13 hoc vltimũ sentit do.Car.in d.c.quod à te.& Pan.post Host. & Io.An.vide ꝑ.Religio.iiij.§.vl. ¶ Decimò, † quæritur quis ministrabit expensas ei, qui derruditur in aliud monasteriũ: an abbas primi,an abbas secundi monasterij? Et gl.in c.de lapsis. xvj. videtur tenere quòd abbas primi,etiam si non habuit aliquid,prouidebit monacho suo tempore pœnitẽtiæ: aliàs quare scirm monasteriũ grauaretur? Et hoc placet Inn. Hostien.verò dicit,quòd si incluſus à principio habuit bona, prouidebitur de illis:si autem non habuit,vel habita nõ sufficiunt,& vtrunq; monasteriũ sufficit ad ministrandũ expensas, vtrunq; ministrabit: quia suus monachus est,vel saltem fuit: & si scirm de sola inclusione grauatur,prouideat primũ in memoriã pristinæ fraternitatis.ar.C.de quæst.l.seruos.ff. de pact.do l.cum tibi.Si autem alterum tantùm monasterium sufficit,id prouidear.ar.lxxvj.di.paſce.Si autem neutrũ contribuit,tenebitur capitulum generale.extra de sta.mo.in singulis.& c.fi.Faciũt hæc ad quæstionem an reformato monasterio ad nouã regulã data optiõe monachis antiquis ibidem remanẽdi:si eligant ibi non remanere,sed alibi viuere: à quibus debent alimentari? Et certè de iure à primo monasterio.Et ita de facto cõsuluit Ant. de But. quod verum est, quando secundo monasterio sunt inutiles.

De Aqua Benedicta.

1 *Aqua benedicta in nouo testamẽto bipartita, ad vsus varios à sacerdotibus cõficitur: quorũ officium est Dei bona benedicere: nũ sacramẽtũ dici debeat? & universalitẽ ꝓtrà venia inducat?*

2 *Aqua benedicta quantam virtutes sint?*

3 *Aqua non benedicta, benedicta infusa, num in totum benedicta efficiatur? Et ibidem de vulgari dicto, quando dignum magis minus dignum attrahat.*

4 *Aqua benedicta, nũ certi sit ordinis? Et quid de benedict. mẽsa*

1 AQVA † benedicta vel sancta in nouo testamento est duplex:vna scilicet ordinata ad consecrationẽ vel reconciliationẽ ecclesiæ pollutæ sanguine vel semine:quæ bẽdicitur solùm ab episcopo cum vino & cinere:vt in c.aqua.& in c.proposuisti.de consc.eccleſiæ vel altaris. Alia ordinata ad aspersionem hominũ, vel domorum,& aliarũ rerũ venientium ad vsum nostrum,& repellendũ intuisibiles inimicos: quæ benedicitur à sacerdotibus cum sale:vt in c. aquam. de consc.di.iij.quam diaconi benedicere non possunt. arg.d.c. aquam.& in c.perlectis. §.ad presbyterũ. xxv .di.vbi dicitur quòd benedicere bona Dei officium est presbyterorũ,non diaconi:& mãdatur omnibus sacerdotibus vt eam faciant:vt nico benedicatur. ¶ Primò verò quæritur,vtrum aqua benedicta sit sacramentum? Et dico secundum S.Tho.in iiij.quòd non:quia non ordinatur directè ad remedium præstandum cõtra defectum alicuius,sed est quoddã sacramentale quasi dispositiuum ad sacramentum:quia ordinatur ad remouẽdã prohibẽs,id est nequitiã dæmonũ,& venialia, & omne quod impedire potest effectũ sacramentorũ.vnde secundũ Per. de Pal.& Alex.non facit remissionem venialium per modũ sacramenti,sed per modũ meritiquod intelligẽdum est inquantum excitat mentem ad quandã eleuationẽ & deuotionem actualem : quæ est virtualis contritio de venialibus,ea diluens. ¶ Secundò † quæritur,quæ sint virtutes aquæ benedictæ? Et dico,vt patet in d.c. aquã. quòd habet virtutẽ horum sanctificatiuam,scilicet inquantum excitat deuotionẽ: & purificatiuam,inquantum,vt dictum est,per eã venialia remittuntur:& ablatiuam sterilitatis rerũ mundanarum:sicut sal sub Eliseo sanauit aquæ sterilitatẽ:& bonorũ multiplicatiuam,& auersiuam insidiarum diaboli,& defensiuam à malis phantasmatibus. ¶ Tertiò, † vtrũ aqua nõ bẽdicta addita benedicta efficiatur tota benedicta? Et dico quòd sic,secũdum omnes:sed in ratione & causa huius est differentia:quia Summa Ang.dicit hoc ideò esse secundũ regulam gl.in cap. quod in dubijs.de consc.eccle.vel alta.quia sacramentũ tantquam dignius trahit ad se nõ sacramentum,etiam quantitate maius.xiij.q.ij.nõ æstimemus.Sed illa gl.non habet illud verbum,quantitate maius. Vnde Sum. Ros. dicit quòd licet hæc ratio sit adminiculatiua,tamen nec est sufficiens,nec generaliter vera:quia si vnciæ vini dignioris addat libra aquæ minus dignæ,non efficitur totũ vinũ.Et ideò ratio sufficiens & propria assignatur à Theologis:quia aquæ ex bẽdictione acquisita est quædam spiritualis,intentionalis, supernaturalis virtus,quæ attingit omnẽ aquã quæ fit vna cum bẽdicta, etiã si illa esset maior quantitate.Et idẽ dico de oleo non cõsecrato,si addatur cõsecrato.Hæc Roslicet loquatur vterq; insufficienter:quia hæc non sunt vera,vt etiam dicit Supplementum,qñ aqua addita est maior:nisi adderetur paulatim. alioquin olim mare totũ esset aqua benedicta,cùm fit multoties aspersum:vel saltem esse posset.Vnde virtus supernaturalis dignioris attingit minus dignũ,qñ virtus naturali eius est maior:& sic minor aqua adiuncta maiori sanctæ fit sancta.Et si iterũ addatur alia minor,fit sancta in infinitũ:sed si sanctæ adderet maior,vel æqualis,neutra esset sancta:quia nõ stat vnitas sanctæ prioris.Et hoc innuit S. Tho. in iiij. di. xij.q.j.ar.ij.quæſ.vj.in cor.& ad sedm, si bñ libret. Prædicta tñ scilicet dignius trahere ad se minus dignũ, sedm Pano.in d.c.quod in dubijs.intellige in liquoribus, & in his quæ mistione cõfunditur:in sacramento autẽ altaris liquor addit⁹ nõ miscetur sanguini, cùm fit ibi sanguis in venis:sed solùm commiscetur speciebus illis:& ꝓpterea nõ efficitur sanguis Christi:vt notatur in c.cũ Marthæ. de cele. mis.hæc ille virtualiter,sed insufficienter:tũ quia tenet indistinctè quòd in liquoribus dignior trahat in dignioręẽ etiã maiorẽ:& sic per guttã aquæ bẽdictæ bẽdictum esset barrile vini:tũ quia ratio quare vinũ sanguini nõ miscet⁹ in calice, nõ est quia sanguis sit ibi cũ corpore,vt dicit,id est,in venis: quia sedm hoc qñ sanguis erat separatus à corpore in triduo mortis Christi vinũ positũ i calice fuisset mutatũ in sanguinẽ sine noua cõsecratiõe,quod est impossibile:quia illud vinũ & ille sanguis possibiliter erant in magna distãtia locali.sed ratio est,quia ibi sanguis nõ est localiter:vñ nõ miscẽtur:tum etiã quia ratio quòd dignius trahat minus dignũ,nõ est commistio præcise,alioquin caro nomiter generata in pollice sacerdotis nõ esset sacra.sed ratio est idẽtitatis nouæ indignioris ad dignitatẽ quia sicut omnis caro ꝓ gñationem addita & vnũ facta carni vnitis,fit vna & animata:ita quicquid fit vnũ sancto per motũ & accessũ ad sanctũ:fit sanctũ nõ aũt illud ad qđ sanctũ mouet:sicut si pua aqua absorbeat in magna. Vide etiã

Universidad de Deusto
Biblioteca

j. Benedictio. §.vj.& dic quòd ratio horũ & illorum omniũ est identitas cum sancto priore: ita quòd si non sanctum sit idem sanctio, est sanctum: si verò sanctum transeat in non sanctum, perdita sua forma fit non sanctum: vt gutta aquæ benedictæ proiecta in mare.¶ Quartò, † vtrum benedictio aquæ sit certi ordinis? Et dicit Inn. in cap. j. de excess. prælat. quòd sic: & ideò esset irregularis, excommunicatus, vel suspensus, si illam benedicere nesciret, de benedictione mensæ, quæ nõ est ordinis certi.

De Arbitro.

1 *Iudicium ordinarij alij, alij arbitrarij. Et ij qui sint. Cæterùm Arbitratorum genera duo sunt, ceu & arbitrorum. Et quinam ejdem? Porrò autem vis iudicum omnis, aut in ordinarijs simpliciter, aut ordinarijs & arbitrarijs simul, aut in arbitratoribus, arbitrij sue iuris, & arbitris simplicibus posita est.*

2 *Arbiter cõpromissarius & iuris arbiter ecquid inter se differãt? Et quid de arbitratore? Et sub hac ex ordine, quæ una & viginti sint differentiæ, de quibus sigillatim cum diuersitatis rationibus.*

3 *Arbiter & arbitrator qua ratiõe ac modo inter se discernãtur.*

4 *Innocentij sententia quo ad discernendorum arbitrorum ab arbitratoribus rationem, qualiter defendi ac seruari possit?*

5 *Compromisso facto, vt quis procedere iuris ordine seruato, & minimè seruato possit, an quis arbiter, an arbitrator censeri debeat? Et quid si partim iuris ordine seruato, ac partim non seruato sententia lata fuerit?*

6 *Promittẽs dicto arbitratoris sub pœna, aut iuramẽto stare, nũ impunè possit ad viros bonos arbitriũ reluctionẽ si iniquũ arbitramẽtu fuerit, petere? Et quid si nominatim dictũ sit, vt arbitrator ius partis vnius in partẽ, vel totũ possit alteri tradere?*

7 *Partes nũ ab initio reductioni ad boni viri arbitrium renuntiare queant? Et cũ si renuntiatio efficax sit, aut de eadem re pactum, num ad omnem læsionem, præsertim si iuramẽtũ, aut pœnæ promissio intervenerit? Et subinde, quid si dictũ sit, vt ãle & basse in totũ, vel in prẽ, de iure vnius alteri dare possit?*

8 *Renuntiatione reductionis non interposita, & ea tandem, quæ impedimentũ reductioni non pareat, ob quantam læsionem reductio concedatur? Et ibi, quòd variis ex circumstantijs, bonus vir habet arbitrari & definire.*

9 *Reductionem qui petit, si in reductione succumbat, quòd iniquitatem euidentem non probauit, num in pœnam in compromissum deductam incidat? Et ibidem ad Dyni consilium limitationes duæ. Et quid si pro parte obtineat, & partim corruat?*

10 *Arbitrij ferendi potestas in arbitro, aut arbitratore, quandiu duret? Et ibidem quòd in arbitrandis negotijs, vbi negotij natura non amplius arbitro, atque arbitratori conuenire potest, arbitri appellatio, tum arbitro, tum arbitratori communis est.*

11 *Bonus vir, ad quem pro arbitramentis iniquitate recurri solet quisnam dicatur? Et si ex statuti municipalis forma laudum executioni paratũ habeat, ad cuius iudicem recurrendum sit?*

12 *Arbitrator, num partibus præsentibus pronuntiare debeat? Et num absentes saltem de honestate conuocari debeant? Et quid si ex abrupto nec requisita, nec audita parte, pronuntiarit arbitrator? Et quid vbi in duos compromissum factum est, & hi inter se discordent?*

13 *Arbitros à iudicibus ecquid distent? Et ibidem tradit differentias vndecim conuenientias autem duas.*

14 *Arbiter qui suam ac qualis esse debeat? Et recusans iudicem, vt suspectum, num in eodem loco arbitros eligere teneatur? His autem quom eligendis quot debeat, aut esse possint? Et si tres eligantur, num duorum sententia efficax sit?*

15 *Compromissum de rebus spiritualibus nũ fieri possit & in quos.*

16 *Compromitti in Laicum de rebus spiritualibus, cur non liceat?*

17 *Episcopus nũ sicut ipsius authoritate in clericum & laicu de causa spirituali cõpromitti potest, ita eisdem causam spiritualem committere, ac delegare possit? Et ibidem diuersitatis ratio.*

18 *Arbitri sententiam ferre, qualiter debeant? Et arbitris iniquos arbitratores, aut non intra definita tempora pronuntiantes, partibus, num ad id, quòd ipsarum cõtersit, teneatur? Et quid in arbitratore?*

ARBITER,† vt plenius quis sit intelligatur, sciendum est q, vt dicitur ij.q.vj.à iudicibus. Iudicũ quidam sunt ordinarij, scilicet illi, qui ab apostolico, id est, Papa, vt ecclesiastici: vel ab imperatore, vt seculares legitimam potestatem acceperũt: quidã verò sunt arbitrarij, scilicet illi qui nullã potestatẽ hñtes eũ litigantiũ cõsensu in iudices eligunturin quos cõpromittitur, vt eorũ sententiæ stetur. Arbitratorũ verò alij sunt ordinarij & arbitrarij: vt hi, qui legitimã potestatẽ habentes ab eis eliguntur ad arbitrandum, qui non sunt suæ iurisdictionis suppositi: alij verò sunt arbitrarij tantum. hæc ibi. Arbitratorũ autem tã. cùm duo sunt genera: quia quidã sunt arbitratores, qui nõ tenentur seruare formã iuris in executione iustitiæ. & promittunt partes non recedere ab eorum arbitrio sub certa pœna, quam soluere oporteret, si nõ parerent sententiæ: de quibus diffusè Ant. de But. super c. Quintauallis. de iureiuran. quidam verò sunt arbitri. Arbitri aũt sunt duplices: quia quidã sunt arbitri iuris, qui videlicet eliguntur à partibus ex recusatione iudicis ordinarij vel delegati: qui in excusatione iustitiæ debet seruare formã iuris: & ab eis appellatur. quidã verò sunt arbitri simplices, qui eliguntur à partibus, quæ si non consentiunt sententiæ, reducunt se ad arbitrium boni viri: qui propriè non sunt arbitri, sed sunt quasi proxeneta, & communis amicus, vel cõpromissarius, & amicabilis compositor: qui etiam tenetur seruare formam iuris in executione iustitiæ. Quidam ergo sunt iudices ordinarij: quidam ordinarij & arbitrarij simul: quidam sunt arbitratores: quidam arbitri iuris: quidem arbitri: & hi sunt quinque iudicũ differentiæ, quę ibi colliguntur exceptis delegatis: sed de ordinario agetur infrà in tit. Iudex.¶ Primò † verò quæritur, quæ sit differentia inter arbitrum compromissarium siue amicabilem compositorem, & arbitratorem iuris? Et dico quòd sunt multæ: Prima, quia à sententia arbitri iuris appellatur: non à sententia arbitri compromissarij: vt in cap. à iudicibus ij.q.vj. Et ratio huius sumitur ex alijs differentijs: quia arbitri iuris assumuntur ex necessitate, & habẽt iurisdictionẽ, & ex sententia eorũ potest agi: sed arbitri compromissarij eliguntur ex nuda voluntate partium, nec habẽt iurisdictionem.¶ Secundò quæritur, quæ sit differentia inter arbitrum siue iuridicum siue compromissarium, & arbitratorem? Et dico, vt colligitur ex Inn. & Panor. in d. cap. Quintauallis. quòd sunt multæ.¶ Prima, & principaliter, quia arbitrator semper sumitur circa contractum: arbiter verò in lite: vt dicit Iac. de Are. & recitat Cyn. in l. si qui ex cõsensu. C. de epis. aud. Sed hoc videtur falsum: quia in d. cap. Quintauallis. arbitrator fuit assumptus super factis transactionis inter. . . de no. ope. nun. l. j. assumũtur super lite, & clarius idẽ à bator in authen. si verò contingit. C. de iudi. Vnde propter hoc alij dixerunt quòd arbiter est, qui habet iudicare de iure secundo ordinem iudiciorum: arbitrator verò, qui assumitur de iure & de facto. Sed Bart. soluit & concordat: quia quando assumitur super lite, assumitur super contractu, scilicet fiendo: quia arbitramentum est transactio quædam, vt not. in authen. vt diffi. iudi. vnde dicitur assumi super cõtractu transactionis inundo: & consequenter semper assumitur super cõtractu aut cõplendo, si fuerat inchoatus à partibus: aut incundo & perficendo, quãdo assumitur sup lite vt trãsigat inter partes.¶ Secunda, nam arbiter eligitur vt sit loco iudicis, ita quòd habet procedere iuris ordine seruato, & in forma iudicij sicut iudex: vnde cora eo debent dari libellus, & fieri litis cotestatio, & iurari de calumnia, & sententiã ferre debet in scriptis, & procedere nõ põt diebus feriatis in honorem Dei: & si procederet, nõ valeret, processus. q, & omnia secus sunt in arbitratore, qui assumitur super contractu, vt procedat extra iudicij.¶ Tertia, quia in facto proprio nõ potest quis esse arbiter, sed bene arbitrator. Et ratio est, quia nemo potest sibi ipsi imperare.¶ Quarta, quia arbiter no iurat, nec partes iurare debent de obseruantia arbitrij: quod in arbitratore prohibitum non reperitur. Et hæc de iure ciuili. Extra tenuerũt Bar. & Bald. de iure verò Canonico quãtũ ad arbitratore casus est in c. Quintauallis. de arbitro aute dic vt legitur & notatur in c. ij. de arbit.¶ Quinta differẽtia est quia arbiter recusatur vt suspectus, nõ arbitrator, secundũ dom. Ant. sed Pan. dẽ tenet de arbitratore: imò, inquit in multis casibus recedi potest ab eius persona, & alius assumi, iuxta not. per Bart. in l. si quis. quod nõ est in arbitro.¶ Sexta est, quia fœmina potest esse arbitratrix, nõ arbitrix: quia hoc est officiũ virile, cum habeat procedere in dicialiter. quod intellige nisi fœmina ex dignitate habeat iurisdictione, vt quia est regina, vel comitissa.¶ Septima, secundũ quosdã, quia in iudice ordinario subditi cõpromittere non possunt vt in arbitrũ: sed vt in arbitratore sic. Sed tu dic vt in c. cum tẽpore. de arbit. iuncta gl. quæ arguit ibi quòd ordinarius possit esse arbiter. & deinde objicit per l. sed & si in seruũ. ff. eod. & soluit quòd lex vult eũ nõ posse iubere vt partes in se cõpromittat. ff. de tut. & cur. l. iij.¶ Octaua, nam secundũ Inn. sententia arbitri emologatur, id est, approbatur taciturnitate decẽ dierũ, vt sic postmodũ datur actio & exceptio. quod intellige, si sine pœna fuit cõpromissum: dictum autem arbitratoris nõ emologat prędicto modo: sed si partes illud expresse cõfirment, parit exceptionẽ quasi transactionis vel pactionis: imò, secundũ Host. si æquum sit etiã vna parte cõtradicẽte, erit officio iudicis executioni mandandũ. Et idem si iniquum sit, postquam ad æquitatẽ fuerit redactum. Sed hic sunt duæ quæstiones, de quibus vide Pan. vbi suprà.¶ Nona, nam cõpromissum factũ in arbitrũ soluitur morte alterius cõmittentis: vnde nõ transit in hæredes, nisi specialiter de ea in cõpromisso caueatur secus in arbitramento: quia illud est pactũ, seu trãsactio, quæ trãseunt in hęredes. l. si pactũ. ff. de prob. Hoc tenet Host. & cõmuniter Doct. in l. fi. de arbi. etiã si sup cõtractu meundo fuerit cõpromissum, secundum Franc. de Aret. quia species conditionalis obligationis transmittitur ad hæredes, nisi sit talis quæ psonæ cohęreat. Bart. verò distingu: sed Panor. plus placet q, indistinctè transeat ad hæredes. quod si alter cõpromittentiũ bannitur. vide Bart. in l. quis. ff. de verb. oblig.¶ Decima, Nam attestationes & cõfessiones factæ & receptæ coram arbitro, faciunt fidẽ postea coram iudice: secus in habitis cora arbitratore: quia coram illo non est iudicium, nec quasi: in quo tamen sunt opiniones. & dic vt Pan. in c. presentata. de testib.¶ Vndecima, nam confessio facta coram arbitro, reuocari potest post sententiã, antequam arbitrium sit emologatũ: quia ante emologationem nõ potest dici finitum negotium, cùm nõ competat ex eo actio vel exceptio. l. pen. C. de arbit. sed facta coram arbitratore indistinctè nõ reuocatur, laudo secuto si est validũ, quia tunc cõtestatio coram arbitro interrumpit prescriptionẽ, nõ in arbitratore: quia coram eo nõ est iudicium nec quasi, & consequenter nec litis cõtestatio.¶ Decimatertia, nam arbiter non potest diebus feriatis, sed arbitrator sic, secũdum Bart. quia arbitramentũ est transactio & reductio ad pacem: quod quia pietatẽ concernit, potest diebus feriatis explicari. Sed Pan. dicit quòd tenẽt quidem gestã coram eo die feriato, quia cùm nõ sit iudicium corã eo cessat dispositio c. fi. de feriis. Dicit etiam quòd sine peccato procedit, si speratur pax, aut alius pius effectus, nõ aute si speratur solùm ad implementũ alicuius contractus. vnde illicitum est Titio arbitrari quantũ fuerit expensum in tali domo, aut collectũ ex tali agro quia homines debẽt tunc intẽdere diuinis.¶ Decimaquarta, nã corã arbitratore nõ est locus peremptioni instantiæ per lapsum triennii, quia coram eo nõ est iudicium vel quasi, & sic cessat dispositio l. properandũ. C. de iudic. sed coram arbitro sic, secundũ aliquos, alij quòd nõ, cùm non habeat iurisdictionem. Pan. autẽ magis placet opinio cõtraria de iure ciuili, quia arbitria sunt redacta ad instar iudiciorũ. l. j. ff. de arbit. & coram arbitro est quasi iudicium. l. si de meis. ff. eod. & consequenter habet locũ dispositio l. properandum de iure autem Canonico vide pan. in c. pen. de iudic.¶ Decimaquinta, nam arbiter, ex quo semel super toto pronũtiauit seruando formã cõpromissi, siue bene, siue male functus est officio suo: vnde sententiam amplius mutare nõ potest. In arbitratore autem sunt opiniões. Sed Cynus post Petrũ distinguit, quia aut arbitrij seu electio competit mihi iuremeo: & tunc possum, licet semel male elegerim, seu arbitratus fuerim, iterum arbitrari. aut cõperit mihi super iure alieno: & tunc si nõ seruaui formam, possum iterũ arbitrari: si autem seruaui formam, me amplius intromittere nõ possum: quia siue bene siue male, functus sum officio meo. Et sic nõ videt differentia in hoc inter arbitrũ & arbitratorem.¶ Decimasexta, nam arbiter non cogitur laudare, licet susceperit compromissum, nisi ibi sit pœna vel pignus: sed arbitrator sic, si compromissum recepit, sicut refert dom. Ant. modernos tenere: sed certè secundũ Panormam hoc non est differẽtia inter eos: sed solùm debemus distinguere an acceptauerint vel non, quia vterq; cõpellitur si acceptauit, licet pœna non interuenerit.¶ Decimaseptima, nam arbiter sententiã facere non potest in ecclesia, sicut nec iudex: & lata, non teneret. de immunit. eccles. c. decet. lib. vj. quod cap. licet loquatur de iudice, tamẽ extenditur ad arbitrum, qui largo modo est iudex quia cum illud cap. veuerit ad peccatum impediendum, fieri debuit interpretatio larga: vt not. Ioan. And. in cap. ex tenore. qui fil. sint legit. Secus in arbitratore. l. fin. C. de feriis. de quo, quantũ ad peccatum, distingue sicut de processu in die feriato dictum est, secundum Panorm. quãtum autem ad valorem processus secundũ eundem indistincte valet: quia est quidam contractus: contractus autem initus in ecclesia non irritatur per illum text. vt ibi dicit gl.¶ Decimaoctaua, nam arbiter manus extendere nõ potest ad res extra compromissum, vt in c. cum dilectus. de arbit. arbitrator autẽ sic, vt not. Spec. in titulo de arbitris. Ratio, secundum eum, est: quia dictum arbitratoris tenet, siue æquum siue iniquum, sed per iudicem reducitur ad æquitatem: vt in dicto §. arbitrorum. vnde potest rem vnam, de qua agunt partes, adiudicare alteri recepta quantitate pecuniæ ab alia: sed secundum Panorm. hoc dictum est nimis largum, vt scilicet possit extẽdere manũ ad aliena, de quibus nõ fuit cogitatũ in cõpromisso. vnde dicit Bar. in l. cum Aquiliana. ff. de transact. q, si coram arbitratore est cõtentio de vno fundo, licet compromissum sit generale, nõ tamen potest alteram partẽ cõdemnare vel recipiat illum fundum, & det aliã rem, de qua nõ fuit cogitatũ. Secus si vult condemnare in pecunia: quia nõ videtur alia res, cum omnis res per eã æstimetur. vnde cõcludit Pan. in hoc differentiam non esse, ita quòd neuter potest mutis

exten

Universidad de Deusto
Biblioteca

cendere ad ea quæ sunt aliena prorsus & incognita. ¶ Decimanona, nam excommunicatus non potest esse arbiter, si cui nec inter. de re iudic. ad probandum intelligè de excommunicato notarie, secundum Arch. ij. quæst. vj. à iudicibus. & affirmat Specul. & ita refert in curia determinatum de mandato pape. In arbitratore autem sunt opiniões. & Bartol. sentit quòd posit quia excommunicatus æquiparatur deportato, qui non perdit ea quæ dependent ex consensu, & sunt de iure gentium. Oppositum concludit Ioan. Andr. in regula, dolo de regul. iur. libro vj. in mercur. si sit notoriè excommunicatus. & cum isto transit Panorm. vnde non est differentia. ¶ Vigesima, nam arbiter debet vnicuiq; partium reddere quod suum est, nec debet de iure vnius tollere vt det alteri. ideo dicit lex arbitrum sumere partes iudicis. ff. de arbit. l. si de meis. arbitrator verò hoc potest pro bono concordiæ, vt dicit gloss. in dicta l. & ad hoc Innocen. & Panorm. adducit eap. nisi de præbend. maximè tacta gloss. quia impossibile erat de iure quòd vnus haberet titulum in beneficio, & alteri pensio deberetur: & tamen pro bono pacis ex potestate arbitraria fuit illud tolleratũ. quod tamen Bartol. intelligit quando modicè lædit aliter reduceretur ad arbitrium boni viri. Bald. tamen dicit quòd non potest tollere de alieno. quod si saluare vis, intellige sine causa, vel quando non in modico lædit. Ratio autem diuersitatis est, vt dicit Panorm. quia arbiter eligitur loco iudicis & consequenter debet per tramitem iuris procedere, cuiq; tribuendo suum. Arbitrator verò vt amicabilis compositor, & transigens inter partes. Ex natura autem compositionis & transactionis est, vt possit pro bono pacis de iure vnius dari alteri sine magna læsione: quia satis lucratur, quia lite recedit. l. Lucius. & quòd ibi not. ff. ad Trebel. ¶ Vigesimaprima, nam secundum Innocentiũ in dicto cap. Quintanallis, dictum arbitratoris non mutatur, vbi modicè & non grauiter lædit: dictum verò arbitri non mutatur, etiam si grauiter lædat. imò si pœna promissa sit, agitur ad pœnam. C. de arbit. l. j. & si non fuit promissa, sed tantùm stipulatio interposita, agitur ad interesse. ff. de arbit. l. diem. Si autem similiter compromissum sit, & sententia per partes expressè fuerit emologata, & intra decem dies neutra contrauixerit, oritur ex sententia actio & exceptio. C. de arbit. l. penultima. & agitur nunc condictione ex lla l. secundum Innocentium, qui etiam sentit quòd arbitrium pœnale non emologatur taciturnitate decem dierum. Et in effectu vult quod dictum arbitri non reducitur ad arbitriũ boni viri. id est, iudicis loci. ff. pro socio. l. si societatem etiam prætextu læsionis enormis. Et hoc probatur in dicta l. diem. § stari. Sed Hostien. in capit. ij. de arbit. limitat: quia si arbitrium continet manifestam iniquitatem, poterit superior ex suo officio retractare agrum, illius capituli. Pro quo etiam Panormit. consentiens adducit gloss. ordinariam. ij. quæst. vj. à iudicibus. Et idem ibi Archidiac. Ber. quoque de arbit. in cap. exposita, dicit quod etiam si quis sit arbiter non est standum iniquo arbitrio, sed reducetur ad arbitrium boni viri: de arbit. cap. j. & ij. imòsi iurasset, debet renocari, extra de iureiuran. c. Quintanallis. non tamen propria authoritate venit contra iuramentum. Et hoc intelligo quando iniquitas est aperta: licet iura quæ adduxit non probent intentum, sed potius oppositum habeatur in dicto cap. ij. in gloss. Dictum autem arbitratoris, si enormiter lædit reducitur ad arbitriũ boni viri: quod intelligo etiam si iniquitas non sit aperta. Ratio autem diuersitatis: vt dicit Panorm. quare dictum arbitri non reducitur ad arbitrium boni viri, saltem ad petitionem partis, dictum autẽ arbitratoris sic, est secundũ Bart. in d. § arbitrorũ. quia ex cõpromisso in arbitrum sit iniuria iudici, cuius erat iurisdictio: cùm adeatur arbiter vt procedatur iudex: & consequenter iudex meritò se non impedit de iniquitate. nulla autem ei fit iniuria, quãdo compromittitur in arbitratorem. cùm fiat super contractu, qui ex partium conuentione celebratur, & non iudicis authoritate. Panorm. autem arguit contra istam rationem: & deinde dicit hanc esse rationem, quia arbiter non eligitur ; arbitratu suo decidat sed vt procedat secundum iusticeo a arbitrium boni viri reduci non potest, quia non habet in eo locum arbitratus. Appellari autem non potest, quia ex sententia sua non datur actio iudicati: & sic appellatio non reperit quid suspendat: vt legitur & not. in l. j. C. de arbit. & consequenter cùm non reperiatur competens remedium, standum est sententiæ sue & imputandum est compromittenti, nisi iudex ex officio suo corrigat modo prædicto. Arbitrator autem eligitur vt arbitratu suo procedat: vnde meritò dictum suum reducitur ad arbitrium boni viri. Hæc omnia dicta in his differentijs, exceptis his quæ allegauit de Bern. sumpta sunt succisis allegationibus ex Panorm. ¶ Tertiò quæritur, quomodo discernantur arbiter & arbitrator? Et dicit Innocen. in cap. Quintauallis. quem sequitur Bartol. & cõmuniter Doctor. sequentes, quòd ex nominis diuersitate. Vnde si compromittitur in aliquem tanquam in arbitrum, est arbiter: arbitrator verò est, si tanquam in arbitratorem. Sed Panorm. magis placet vt ex modo assumendi dignoscatur. Vnde ibi dicit Innocen. quòd arbiter est, qui eligitur iudex, id est, vt procedat seruato in substantialibus ordine iudicij. ff. de arbit. l. j. & l. qualem. Arbitrator autem est, vt ibi dicit, qui eligitur vt aliquid existimet, vel dicat de re aliqua quid sibi videtur, sine ordine iudiciario. Ex quibus infert Pan. quòd ille propriè est arbiter, qui eligitur vt iudex: arbitrator, qui habet aliquid arbitrari ex bono & æquo extra iudicium. de præb. c. nisi essent. vbi pro bono pacis potest de iure vnius, moderatè tamen, alteri dare vt in d. c. nisi & not. in l. si de meis. ff. de arb. Opinio † autem Innoc. & aliorum quòd discernantur ex nominum diuersitate, saluari potest, quando simpliciter dictũ fuit, Compromittimus in te vt arbitrũ vel arbitratorẽ. & nihil fuit additum, per quod vnus discernatur ab alio ex proprietate cuiusq; huius Pan. ¶ Quartò, † vtrum sit quis arbiter, vel arbitrator, si compromissum sit factum, vt procedere possit seruato ordine iudiciario, & non seruato? Et dico secundum Archidiaconum, post Innocentium, quòd in eum compromittitur vtroq; modo, vt innuunt verba: sed si procederet vt arbiter, id est, seruato ordine iuris, non redigetur dictum eius ad arbitrium boni viri. Si autem partes dicunt, Eligimus eum in arbitrum, simpliciter non intelligitur quòd vt arbitrator electus sit, nisi ex alijs verbis appareat de intentione cõtrahentium: quia dixerunt, quòd possit procedere non seruato ordine iudiciario. Si autem dicunt Eligimus talem in arbitratorem, vel in bonum virum, qui nostras terminet quæstiones: non intelligitur electus arbiter, nisi appareat ex alijs verbis. Panor. tamen dicit quòd vbi sic compromittitur quòd possit procedere seruato ordine iuris, & non seruato: licet à principio eligere possit alteram viam, in non eligendo tamen potest & videtur procedere vtraque authoritate: sicut dicit Innocen. in habẽte delegatam & ordinatam, in cap. cum ex officii. de præscrip. ipse verò Panorm. alleg. cap. nisi. de præben. dicebatur quòd si cõpromittitur in delegatum, ille potest in eadem causa simul pronunciare vt arbitrator & delegatus. & ita in proposito. Et si contra iustitiam partem læsit, poterit reductio peti: & in dubio ex qualitate facti præsumitur hoc fecisse vt arbitrator. Et ex his ibi ipse infert quòd si partium seruauit ordinem iuris, & partim non: tenebit tamen

tamen sententia, secundum Host. quia præsumetur hoc fecisse vt arbitrator. Infert etiam quòd si in aliquem compromittatur, vt possit procedere de iure & de facto, sed tamen pronuntiet secundum iustitiam in præcedendo erit arbiter & arbitrator, sed in sententiando arbiter tantùm, vt patet ex tradita ptãte: & si pronuntiat iniustè, sententia non tenet, scilm Bart. quia pronuntiauit cõtra formã cõpromissi. & consentit Pan. ¶ Quintò, † vtrum is qui promisit sub pœna aut iuramento stare dicto arbitratoris, possit impunè petere reductionem ad arbitrium boni viri, si arbitramentum sit iniquũ? Et Inn. tandem concludit quòd possit: quia iuramentũ, quod est vinculum fortius quàm pœna, nõ adstringit ipsum ad parendũ quousq; redactum sit ad arbitrium boni viri: vt patet in cap. Quintauallis. & cõsequenter minus ipsum adstringit pœna. Et idem tenet Host. quando generaliter est iuratum de stando dicto arbitratoris. & Spe. in tit. de arbitr. & placet Pano. eriam. l. quæro. ff. loc. & consequeter pœna & iramentum debent intelligi, si enormiter nõ læserit: sicut etiam in. c. per ruav. de arb. notanter dicit Inn. quòd iuramentum de standa ipsius dicto, intelligitur alternatiuè, scilicet quòd stabit, aut soluet pœnam vel interesse.

¶ Sextò, quòd si specialiter & expressè dictum est vt arbitrator posit ius vnius partis in totum vel partem alteri tradere & standũ sit dicto eius etiam iniquo: numquid peti poterit reductio ad arbitrium boni viri, maximè si interuenit iuramentum vel pœna? Et dicit Hostien. quòd partes debent arbitramentum obseruare, nisi sit contra Deum, nec possent contrauenire sine metu pœnæ vel periurij, si pœna vel iuramentum interuenit: quia potuerunt partes in hoc se ligare, & renũtiare sito iuri: forte tñ ex æquitate, inquit, iudex ex officio suo occurrere deberet iniquitate, pensatis personarũ & causæ qualitatibus. de transac. c. fi. quod verbum Pan. dicit valde notandum. Et attendendum etiam quòd decisio prædictorum dependet ex sequenti quæstione. ¶ Septimò, † vtrum partes possint à principio renũtiare reductioni ad arbitrium boni viri: & posito quòd valeat renũtiatio vel pactum: vtrũ extendatur ad omnem læsionem, maximè si interuenit iuramentũ vel pœna? Et Pan. sic dicit: Si quis absente parte & extra iudicium renũtiat petitioni huius reductionis, non valet: quia sic non valet futuri iuris renũtiatio: vt l. si ita scripsit. §. j. ff. de leg. ij. no. plenè in l. j. C. de pact. cap. ex multiplici. de decim. In iudicio autẽ vel extra iudicium in præsentia partis tenet renuntiatio futuri iuris: quia habet vim pacti de nõ petendo, juxta not. in d. l. j. C. de pactis maximè per Bar. Si autem quis obligauit se per pactum ad nõ petendum istam reductionem: sumus in casu dubij. Et dicit Dyn. quòd hoc non obstante in simplici renuntiatione seu pacto potest hanc reductionem petere ratione magnæ læsionis: quia illud pactũ debet intelligi, si vt bonus vir fuerit arbitratus. arg. in l. quæro. ff. locati. vbi dicit text. quòd si promisit locator non expellere inquilinum: intelligitur, si soluerit pensionẽ. Et idem ibi confirmat Bar. per illum text. & Ioann. And. in regula, scienti dicens illud etiam procedere, si interuenisset pœna vel iuramẽtum. Et idem Bart. in l. societatem. §. arbitrorũ. ff. pro socio. dicens quòd iuramentum habet in se illam conditionẽ, quã habet pactum præmaturũ, scilicet non venire cõtra, si æquè fuerit arbitratum: operatur enim illud pactum, seu renuntiatio, respectu modicæ læsionis. Et idẽ tenet dominus Antoninus in d. c. Quintauallis. Et videtur communis opinio. Contrarium tamen sensit Federi. consil. cxv. dicens quòd pactum seu renuntiatio iuramento vallata astringit ad non contra veniendum respectu cuiuslibet læsionis. quod tamẽ nõ non probat. Sed Iacob. But. sentit etiam sine iuramento, dicens se non videre quare per pactum remitti non possit dicta reductio, nisi dolus præcedat ex animo: vbi autẽ interuenit res ipsa valere debet pactum, ex quo de intentione partium constat. Bald. verò dicit hoc obseruari communiter, quòd non obstante quacunque verborum cautela propter enormem lesionẽ reductio dicta peti potest. Pano. autem sic dicit: Si deceptio interuenit ex proposito, quia scilicet scienter per fraudẽ gratiam, vel odium, grauat partem, potest reductio peti respectu cuiuscunq; lesionis, non obstante quocunque pacto: quia sicut expressè nõ potest remitti dolus futurus. l. si vnus. §. illud nulla. ff. de pact. ita nec tacitè sub generalitate verborũ. Item si propter dolum retractatur arbitrium. l. ij. C. de arb. & Lita demum. ff. eod. à fortiori arbitramentũ. & in hoc cõmuniter doct. cõueniunt. Si autẽ deceptio interuenit re ipsa sine dolo arbitratoris: reductio peti nõ potest in lesione nodicave: vt in l. si de meis. §. recepisse. ff. de arbit. etiam si remissio non interuenit: vt in ea, nisi. de præb. peti autem potest in læsione non modica, secũdum communem opinionem, quæ vera est, si nõ interuenit renũtiatio. Si verò interuenit: scilicet posit vni tollere & dare alteri, non potest peti reductio ratiõe magnæ læsiõis vel quãtitatis: quia renũtiatio aliquid operatur: vnde nũc peti potest ratione maximæ seu enormis læsionis, & non magnæ: quia ista maxima in dubio videtur excepta. arg. in l. omnes. ff. de his quæ in fraud. cre. Et si remissit aut fecit pactum de non petendo reductionem, etiam respectu magnæ læsionis, adhuc potest peti. si deceptio interuenit ex proposito: quia dolus futurus remitti non potest, vt dictum est: non autem poterit peti, si deceptio interuenit re ipsa: quia pars potuit sibi ex pacto prouidere. l. j. ff. depositi. vt in regula, contractus. & in regula, scienti. de reg. iur. lib. vj. Poterit autem peti respectu læsionis enormis, ex quo de tali non fuit expressum: quia renuntiatio trahi non debet extra intentionem agentis. l. qui iniuriæ. ff. de furt. Et ita sentit dominus Ant. in d. c. Quintauallis. & Baldus dicens quòd magna vel parua quantitas dicitur respectu personarum & causæ. l. cum filius. ff. de leg. ij. Vide gloss. in cap. fi. de re iudi. lib. vj. Si autem fuit dictum, vt possit altè & bassè in totũ vel partem de iure vnius dare alteri sic non ligat præceptum arbitratoris, si fuit contra Deum, etiam apposita pœna vel iuramento: vt probat Host. & idẽ putat Pan. si est contra ius cõmune non remissibile per partes: vt in c. examinata. & in cap. peruenit. de arb. & in cap. si diligenti. de for. compet. Si autẽ est contra ius priuatum partis, peti potest reductio, si deceptio interuenit ex proposito & dolo arbitri, ratione dicta, secundũ Ioann. And. & Ioann. Cal. Bart. & est commune dictum: non autem potest peti, si interuenit deceptio sine dolo, secundũ Ioan. An. Ioan. Cal. & Bar. & dom. Ant. Et hoc est verum secundũ Panor. nisi fuisset appositum aliquod verbum illius potestatis restrictiuum, scilicet altè & bassè, aut sibi videbitur, aut placuerit: quia hæc verba important arbitrium boni viri: vt in l. Thais. ff. de fideicommissarijs. Dominus tamen Pet. de Anchar. disputando tenuit quòd etiam si certi sumus non esse dolum, peti potest reductio propter enormissimæ læsionis: quia paria sunt, dolum interuenire ex proposito, vel in re ipsa. l. si quis. ff. de verborum obligationibus. Sed communis opinio est in oppositum. & l. si quis loquitur quando quis fuit deceptus ignoranter: sed in casu nostro scienter & appensatè dedit illam amplissimam potestatẽ arbitratori. Do. autem Anto. videtur velle, quòd quandocunq; verba sint largè concepta: nihilo minus data enormi læsione, etiam in re ipsa dabitur reductio moderata: quia talia verba in genere dicuntur ex consilio, discretionis &

Universidad de Deusto
Biblioteca

amicitię arbitrorum, vt benevolentiam exprent ne lędantur. & ita non debent ita latè intelligi: quia de verbis facilè ferui-
tur. Vnde si reperetint se deceptos, debet eis succurri, etiam si
iuratum esset: quia absoluentur, vel iudex ex officio suo, pu-
debit. Et idē tenuit Pet. de Anch. &, vt videtur, hæc opinio ha
bet æquitatem. & pro ea facit c. cum venissent. de initi. & l. si
liberrus. ff. de ope. libert. & quia notarii ex cōsuetudine solēt
apponere illa verba generalia, teneri potest, vt dicit Pan. q
nisi aliter appareat, non videtur quis pati voluisse enormem,
vel saltem enormissimā læsione. arg. l. cum de indebito. ff. de
probationibus. Alia tamen opinio videtur verior de subtili-
tate iuris. Si autē de dolo dubitatur: dicit Panor. quòd secun-
dū Bart. potest peti reductio ratiōe enormissimæ læsionis sal
tem officio iudicis: quia præsumitur dolus in tanta læsione: vt
l. Lucius. §. creditor. ff. de his quæ in fraud. cred. Et sic saluari
potest dictū Host. scilicet quòd in maxima quantitate iudex
ex officio suo potest occurrere. Quod, quantum colligitur
ex Panorm. dupliciter est verum. Primò quando dubitatur
de dolo. Secundò, quando ex aliqua legitima causa, de qua
constaret, fuit deceptus arbitrator, vt dicit dominus Anto. &
8 Fran. de Aretio. ¶ Octauò † quæritur, pro quanta læsiōe da-
bitur reductio, si nulla interuenit renuntiatio, aut si interuenit
non impedit reductionem? Et dicit Panor. quòd quia in hoc
non reperitur specifice prouisum, insurgūt opiniones: & qui-
dam dicunt oportere quòd fiat deceptio vltra dimidium iusti
pretii. Cyn. verò & Pet. dicunt compecere hoc remediū, qua-
tacunque sit deceptio. Spe. vero dicit non sufficere lesionem
modica. & videtur esse de mēte Bart. & gl. in l. si de meis. ff. de
arbit. vbi dicit arbitratorem posse de iure vnius dare alteri.
& Bart. ibi dicit, dūmodo nō decē: aliàs reductio fiat ad arbi-
trium boni viri. Aliam opinionem ponit Bar. in d. §. arbitro-
rum. ex quo §. illēcta l. vnde si Neruæ. ff. pro socio. nititur pro
bare quod si arbitrator assumptus fuit super contractu, requi-
ritur deceptio, saltem in sexta parte totius. Si autem super li-
te: nō considerabitur læsio simpliciter respectu quātitatis de
bitæ, sed habito respectu ad qualitatē causæ dominus autem
Aut. dicit sibi videri q; tex. in d. l. vnde si Neruæ. cū sequenti,
probat de dimidia. Pano. autem probat, &, iudicio meo, bene,
quòd ibi nec de sexta nec de dimidia probatur: sed probat, in-
quit ille tex. quòd læsus per arbitrū in tertia parte totius de-
biti, potest dicere arbitramentum iniquū, & petere reductio-
nem predictam: ce tamen, inquit, semper requiritur lęsio in
tertia parte: quia ille tex. in hoc regulam nō facit: sed illud di
ctum est causa exempli: quæ autem sic dicuntur, non restrin-
gūt regulam: vt in cap. j. & quòd ibi not. ne cler. vel mon. Sed
probatur ibi quòd ex euidenti iniquitate reductio peti potest.
quæ quādo dicatur, nō credo posse dari doctrinam: sed ex va-
rijs circumstantijs bonus vir, id est, iudex, arbitrabitur: quia fa-
cilius debet arbitrator de iure vnius dare alteri, quando pax
aliter sequi non potest. quàm cessante ratione pacis: & quan-
do ius est dubium, & involutum, quàm quando est clarum: &
quando est diues, quàm quando est pauper: & sic de alijs cir-
cumstantijs. & facit quod notauit idem Panor. circa compositi-
onem fiēdam in cap. j. de mutu. petitio. ¶ Nono † quęritur,
9 an petens dictam reductionem & succumbens quia non pro-
bauit iniquitatem euidentem, incideritin pœnam compro-
missi, sub qua promisit stare arbitramento? Et dico qđ Dy-
eus. qui originaliter cōsuluit in hac quæstione. tenet pœnam
commicti, maximè quando iurauit non petere dictam reduc-
tionem, & postea petijt, & succubuit. quod consilium refert
Ioan. An. in addi. Spe. in tit. de arb. & ibi refert Gul. de Cu. hoc
limitasse, nisi habuerit iustam causam petendi: vt quia proba
biliter credebat arbitramentum iniquum. & alleg l. si quis. ff.
de pœn. Panor. verò allegat cap. sicro. de sent. exc. & qđ not.
in cap. fine. de do. & cot. Sed adde hic duas limitationes Bar.
Prima est in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obli. vbi di
cit quòd meidit in pœnam, etiam si sententia, per quam fuit
declaratum, arbitramentum esse æquū, fuisset iniusta. & hoc
per illum. §. duo fratres. vbi videtur text. in simili. Secundam
ponit in d. l. Iulianus. vbi distinguit, q; quòd si iudex declarauit
arbitramentum æquum, & hac causa expressa absoluit reū,
incidit in pœnā: nec in hac quæstione pœnæ admittitur pars
ad probandum quòd arbitramentum fuit iniquum: vt in d. §.
duo fratres. & facit glosl. in d. l. Iulianus. Si autem primò fuit
reus simpliciter absolutus, vel iudex absoluit quia nō fuit p
batum iniquum, tunc in quæstione pœnæ poterit de iniquita
te probare. Nam per hanc probationem detegitur iniquitas
sententiæ, quæ trasit in rem iudicatam: & sic non obstabit ex
ceptio rei iudicatæ. Intelligit autem omnia cum limitatione
Gul. & Ioan. And. prædicta. Ex his infertur quòd allegans in
quitatem arbitramenti, habet probare, aliàs succumbit: quia
præsumitur pro iustitia. l. ab ea parte. ff. de appell. ¶. Decimò
quæritur, quid si pro parte obtinuit, & pro parte succubuit,
vtrum committatur pœna in parte? Et dicit Bald. in l. fi. C. de
arbi. quòd si capitulū, in quo fuit læsus, erat separatū ab alijs,
committitur pœna in totum: secus si cōnexum vel vnitū, ita
quòd separationem congruam non capiebat. sed Panor. indi-
stinctè tenet quòd nō committitur, sed euitatur quia iustè pe-
tijt restitutionem totius arbitramenti. Et cùm arbitramen-
tum sit quædam transactio super toto, in authen. si verò co
tingit. C. de iudi. no potest iustè dicere se magis grauatū su-
per vno articulo quàm super alio: sed grauamē resultat ex to
to compromisso simul, cum sit vnica transactio, seu vnus cō
tractus. Sed tamen aduerte, secundū Bald. quòd si arbitrator
iussit dari decē, & iudex in causa reductionis iubet dari quin-
que: si ista quinque non soluuntur, nō committitur pœna cō
promissi, etiam pro rata: quia nūc agitur nō ex compromis
so, sed iudicis sententia. vnde mutata persona, stipulatio pœ-
næ non committitur. & dicit hoc placuisse Bart. sed Panor. ad
hac conclusione dubitat: quia iudex aditus succedit in locum
primi arbitratoris: vt not. Inn. in cap. præsenti. hodie incipe,
statutum. de rescrip. lib. vj. & Bart. in l. j. ff. de leg. ij. & conse-
quēter eodem est iure consentiens cum primo. & deinde sol-
uit, ac tandē dicit posse cōcludi, quòd si iudex simpliciter cō-
firmat arbitramentum, habet locum pœna secundum distin
ctionem positam in præcedenti quæstione. Si autē reformat
tunc pœna cessat in reformatione: quia non agitur amplius
ex compromisso, sed iudicis sententia. ¶ Vndecimò † quæri-
tur, quanto tēpore durat potestas in arbitro vel arbitratore?
Et dicit Panor. vbi s. quòd in arbitro durat quanto tempore
durat actio: nisi ea citè vel expresse hæc potestas reuocetur à
partibus. quod videtur probari in auth. si tamen. C. de temp.
app. & in cle. quādiu de app. Et simile est in iurisdictione dele
gati, quæ nisi reuocetur, semper durat, donec exinguatur vt
in l. falso. C. de diuer. rescrip. In arbitratore autem dicit eūd
idem quod in arbitro. quod probatur in d. auth. si tamē: quia
licet ibi tex. loquatur in arbitro: tamē nihil apponit, p quod
appareat quòd magis senserit de arbitro, quàm de arbitratore,
quibus arbitrium est cōmune: vt in d. §. arbitrorum. & simi-
liter tex. specificè facit mentionem de arbitratore, sed com-
muniter loquuntur de arbitro. Vnde vbi materia non est magis
proportionabilis arbitro quàm arbitratori, appellatione ar-
bitri debemus intelligere de vtroq; vt in d. §. arbitrorum. Et
hoc, nisi ipse arbitrator dixerit sē nolle acceptare cōpromis-
sum, quia statim expirat: vt in l. si merces. ff. locati. Ipse autē
partes post acceptationem possunt sibi prouidere, faciendo

illum compelli per iudicem, vel communi consensu ab illo
1. recedendo. l. litigatores. de arbitris. ¶ † Duodecimò quærit,
quis sit ipse bonus vir, ad cuius arbitriū recurritur, p iniquita
te arbitramen? Et cōmuniter dicitur quòd est iudex loci. l. cō
tinuus. ff. de ver. ob. & gl. in c. potuit. de loca. vbi dicitur, secū-
dum Pan. quòd vbi fit mentio de arbitrio boni viri in genere
intelligitur de iudice, per d. l. continuus. no. etiā. gl. in c. statu-
tum. de refer. & sequit ibi Gemi. & Spe. in ti. de arbi. Sed ista
intelligo vera m foro cōtentioso. in spectantibus autem ad
inquit Bal. in l. j. circa medū. C. de solu.) qui facit alteri qđ
vellet sibi fieri. Sed resultat aliā quæstio: cū fiat aliquādo cō
promissum à clerico in laicū, & ecōuerso: vel si omnes cōpro
mittētes, & etiā arbitrator, sint laici, sed diuersi fori: quia tūc
dubitatur an iste iudex cōpetens sit iudex arbitratoris, vel in
dex rei vel actoris. Et, vt recitat Bar. in d. §. arbitrorum. cōmu
niter tenent aduocati, quòd sit iudex appellationis: cū ista re
ductio sit quædam species appellationis. l. non distinguimus.
ff. de arbit. §. cum quidam. ipse verò hoc non tenet: sed potius
quòd iudex, qui habet iudicare in principali causa ita quòd si
actor in causa originali petit reductionem, debet recurrere
ad iudicem rei: si verò ipse reus petit, habet recurrere ad iudi
cem sui. Et hoc placet do. Ant. nisi laudū esset iuratum. & du
bitaretur super reductione propter iuramentū: quia tunc de
beret adiri iudex ecclesiasticus: vt in d. c. Quintauallis. Et idē
si laudum esset in materia pertinente ad ecclesiam, vt ibidē:
vel si eundem nutriret peccatum: de iud. nouit. Pan. tamen di
cit, quòd si ex forma statuti municipalis laudum habeat exe
cutionem paratā: debet adiri iudex arbitratoris. & quod vbi-
cunque pro parte ecclesiæ petitur reductio, ex speciali priui-
legio poterit adire iudicem ecclesiasticū, si allegatur fraus,
vel minus legitimus contractus: vt in omni casu voluit Inn.
vtrum autem à tali iudice in causa reductionis possit appella
ri, vide Pan. vbi suprà. ¶ † Decimoterniò, vtrū arbitrator de-
12 beat promittere partibus presentibus? Et dicit Cy. quòd fieri
aliter sententia nō valeret. & sequitur Bar. licet recitet quē-
dam solemnem aduocatum consuluisse contrarium. Fran. au
tem de Are. quem sequitur do. Anto. dicit quòd si partes sunt
præsentes in discussione, nō est necessaria vocatio in arbitra
tione. Si autem non fuerunt præsentes in discussione, vel nō
constat: dicit quòd si non requiruntur, non propter hoc lau-
dum est nullum: quia talis modus procedendi non reperitur
statutus a iure in ipsis arbitratoribus: quia habent potestatē
arbitrandi æquum sine obseruatione alicuius formæ: debēt
tamen de honestate partes vocari: & si detrectant venire, nō
cogitur iudicare: quia potest dicere, sibi nō liquere de causa:
& hoc modo stare poterit per nō venientem quo minus arbi
trium. Et hanc opinionem sequitur Pano. & originaliter fuit
Guliel. de Cu. & sequitur Bal. & Car. & Host. in eo qđ sentit,
arbitratorem posse testes recipere, & publ care, & sententiā
ferre partibus absentibus. Et idem sentit Inn. secundum Pan.
in eo quòd dicit, coram arbitratore nō esse iudicii vel quasi:
sed totum in sua positum voluntate. Sed tamen Pan. addit li-
mitationem: quia si arbitrator processit ex abrupto, parte nō
audita, nec requisita laudum est nullum. Et consentit Bal. &
Bar. & sic ad concordiam reduci possent cōtrariæ opiniones.
In arbitro autem, si partes non sunt præsentes in cōclusiōe,
& si in discussione, sententia non valet, secundū Pan. per l. diē.
ff. de arb. licet Ia. de Ra. Per. & Cy. teneāt contrarium. ¶ De-
cimoquartò quæritur, si compromissum est in duos arbitra-
tores, & discordant, numquid iudex possit eligere tertium, vel
compellere eos ad eligendum? Et secundum Pan. de arbi. nō
est dubium, quia compelluntur eligere: vt in c. cum speciali.
de appel. & in l. idem si vnus. ff. de arbi. Sed de arbitratoribus
Bald. recitat fuisse responsum per quosdam sapientes, q; nō:
quia arbitratores sunt ad similitudinem pxenetarum. l. si de
meis. ff. de arbi. in quibus pxenetis certum est, nō esse tracta
dum de electione tertij. Et hoc idē Bal. placet & Pan. quia in
quinta persona nō arbitrante nō receditur. l. si quis. ff. de ver-
bo. oblig. & l. si mercēs. ff. loc. Sciēdum verò quòd totum qđ
hactenus in hoc tit. dixi, in prædictis differentijs & quæstioni-
bus, quæ sequuntur, de Pan. sumptū est fuceisis multis allega
tionibus, quas ibi, scilicet in ea. Quintauallis. de iureiu. vide si 13
placet. ¶ † Decimoquintò quæritur, in quo differant arbitria
à iudicijs, siue quæ possit iudex, & non arbiter? Et dico quòd
arbiter primò nō potest punire testem, qui dicit falsum testi
monium coram eo, vel partes producentes falsa instrumēta,
si solum est arbiter vel arbitrator, & non alius iudex habens
merum imperium, quia potestas puniendi non est attributa
nisi per iurisdictionem, qua caret arbiter, vt arbiter. quod pa
tet, quia ab eius sententia nō appellatur, nec ex ea oritur actio
vel executio: vt l. j. C. de arb. Item potestas arbitri est ita limi
tata, quòd de rebus extra compromissum & partes compro-
mittentes iudicare non valet, nisi de his, super quibus in eum
est compromissum, vel eis cohærentibus: vt dicit gl. extra eo.
in c. cum dilectus. Testis autem in eum non compromisit: &
eius falsitas est omnino extra causam & personas compro-
mittētes. Nec obstat si arbitria sunt redacta ad instar iudicio
rum: vt l. j. ff. de arbi. quia hoc est verum, quantum ad ea tan-
dem mare, licet hoc nō sit expresse compromissum: quia cau-
sa sumptuum non est extra causam & personas compromit-
tentium. Si autem esset arbiter habens iurisdictionem à sta-
tuto ciuitatis, vel iudex aliàs habēs merum imperium posset
punire, non vt arbiter, sed vt iudex: quia & iudex testem co-
ram arbitro falso deponentem punit. C. de testi. l. cum appe.
hæc Ange. de Peru. ¶ Secundò, vt dictum est, arbiter iudicare
non valet, nisi de his super quibus in eum est cōpromissum.
extra eo. cum dilectus. in glo. Incedit enim strictā via: quia id
solum venit in arbitrium, de quo dictum est vt veniat. ff. eo. l.
si eum dies. ¶ Tertiò, non potest punire cōtumaciam litiga-
toris, scilicet mulctando, nisi ad hoc actum sit. ff. de iud. l. ij.
Condemnare tamen potest, in expensis condemnando: quia
cognoscit de interesse: nec potest cogere, nisi in casu, qui ha-
betur de offi. dele. suspicionis. ¶ Quartò, non potest pronun-
tiare, nisi vtraq; parte præsente: nisi hoc inter litigatores cō-
uenerit. ff. eo. l. diem. §. si quis. ¶ Quintò, non potest citare
partes, nisi ad locum, in quo factum est compromissum. ff. e.
l. si cum dies. Sufficit tamen quòd citet in eadem ciuitate, in
qua cōpromissum est. ¶ Sextò, non pōt delegare arbitriū. ff.
eo. l. si cōpromissum. ¶ Septimò, nec cora eo præstatur satisf-
datio, sed sufficit pœnæ promissio. Cum enim partes conue-
nerunt stare sententiæ arbitri sub certa pœna, potest pœna pe
ti ab ea parte, qui recedit à sententia: qua soluta, cogi nō po-
test vt tali sententia stet: nisi in compromisso dictum sit, vt
etiā pœna soluta vel nō soluta nihilo minus stetur arbitrio.
xxv. q. ij. quicunq;. Bar. in glo. super c. dilect. extra eo. ¶ Octa-
uò, in arbitrio mora purgari non potest, vbi præfixus est dies
ab homine. ff. eo. l. Celsus. secus in iudicijs. ¶ Nono, sententia
arbitri non infamat: quia non potest cognoscere de crimine
quod infamet. ff. eo. l. non distinguemus. In his omnibus, secū
dum Archidia. distant arbitria à iudicijs. ¶ Decimò, etiam in
alio: quia si partes renuntiāt appellationi, & faciunt pactum
de non recedendo ab arbitrio: nihilo minus recedere possent
soluta pœna posita vt dictum est: secus circa iudicia. Conue-
niunt autem in quibusdam: quia pervtroque interrumpitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

præscriptio:& quantum ad iuramentum de calumnia. Ber. ¶ Vndecimò, compromissum soluitur per mortem alterius compromittentium:extra eo.ex parte.& etiam per mortem alterius arbitrorū: extra de offi.deleg.c.vno delegatorum. nisi fiat mentio in compromisso quòd transeat ad hæredes vtriusq; partis compromittētis . secus in iudicijs:quia transeūt ad hæredes,etiam si de ipsis mentio nō fiat.Ber. ¶ Decimonexto† quæritur,quis,& qualis debeat esse arbiter: Dico quòd non potest esse mulier,vt dictum est suprà.§.ij.differētia vj.nec monachus,secundum Spec.sine vtilitate monasterij & licentia abbatis: ar. c.ij. de postu. & c.monachi.xvj.q.j.sed arbitrator potest esse ex sola licentia abbatis . Et hoc placet Panorm.Debent verò arbitri,secundum glo.in c.licentia.de appel.lib.vj.esse non suspecti:alias possent,sicut & iudices,recusari.Nec debent esse multùm remoti per cap.secundò requiris.de appel.Ex quo text.no quòd recusans iudicem vt suspectum,non tenetur arbitros eligere in eo loco:sed eligere potest alibi,dummodo non valde remotè, secūdum doct.vt puta non vltra duas dietas:ar.c.nonnulli . de rescript.vel hodie vltra vnam. arg.c.statutum.de resci.lib.vj.quia læpe iudex in loco est tam potens, quòd recusans non poterit in loco inuenire idoneos arbitros. Debent etiam esse in locis competentibus,vt possit haberi copia peritorum. d. c.statutum. ¶ Decimoseptimò , quot debent esse arbitri? Et dico quòd debent eligi vnus vel tres:& vbi tres eliguntur,duorum sententia retinet vigorem,extra de arbi.cap.j,vbi dicit glossa, quòd hoc ex honestate,non ex necessitate dicitur:quia si euā eligerentur duo,in quos compromitteretur, tenet compromissum:& si non concordauerint , cogendi sunt,vt concordent,vel tertiam partem assumant.Non tamen valeret duorum sententia tertio absente:quæ valeret eo præsente & dissentiente.ff.eo d. si in tres.nisi in compromisso sit expressum quòd duo sine tertio procedant.Et idem in iudicibus delegatis,vide tamen infrà §. xxj . ¶ † Decimooctauò quæritur, vtrum compromitti possit super rebus spiritualibus? Et dico quòd extrà eod. cap.contingit.dicitur: Generaliter prohibemus,ne super rebus spiritualibus compromittatur in laicū, scilicet vt in arbitrum vel arbitratorem,secundum Panorm. & secundum gl.etiam incidenter: quia laici ecclesiastica negotia tractare non debent.de iudi.decernimus.Dicit tamen glossa.in d.c.contingit.quòd de rebus merè ciuilibus,quibus nullum spirituale annexum est,in laicum potest compromitti:quia cum ibi prohibeatur de spiritualibus , de temporalibus permittitur,arg.quia quod de vno prohibetur, de altero conceditur.xxv.distin.qualis.& in c.exposita.de arb.Et intelli ge in merè ciuilibus,etiā si essent bona vel iura ecclesiastica. Vnde secundum Inn.in d.c.contingit.clerici compromittere possunt in laicum arbitrum de rebus temporalibus: quod si de rebus spiritualibus compromittatur in laicum,secundum Bart.nō tenet arbitrium,similiter nec si compromittatur in laicum & clericum sine authoritate superioris:interueniēte autem authoritate superioris,valet: tum quia nō simpliciter in laicum:tum quia superioris authoritate:vt eo.tit.per tuas. Vnde,vt colligitur ex gl.in d.c.cōtingit. nullus citra Papam committere potest causam spiritualē laico: vel authorizare quòd in solum laicum de iure spirituali compromitti possit. Quòd vtique verum est:quia nullus dispensat contra cōstitutionē Papæ,nisi in casibus cōcessis:vt in c.dilectus.de tempor.& conseqūter cum solā sit iure expressum, vt superioris authoritate cōpromitti possit in clericum, & laicum, per d. c.per tuas.in solum laicum nō potest superioris authoritate compromitti. Ratio† autem, quare laicus in causa spirituali prohibetur arbitrari , secundum Pan.in d.c.per tuas est,non propter incapacitatem, sed ratione honestatis:quæ honestas conseruatur ex mistura clerici,qui sociatus laico facit eū capacem:etiam si laici essent plures,& clericus vnus. nō tamē extendas casum huius capituli ad actum spiritualē: quia laicus effici nō potest capax iuris spiritualis per mistūram clericorum:vt in c.Messana.de elect.vide §.sequēti. ¶ Decimonono, † vtrū episcopus possit clerico vel laico causam spiritualem committere vel delegare , sicut ei⁹ authoritate in eos de eadem cōpromitti potest? Et dico quòd nō. Et ratio diuersitatis est,quia sēm Ioan.Andr.in d.c per tuas.arbitrij de re spirituali non est actus spiritualis : vnde meritò in clericū & laicum potest cōpromitti:sed iudicare de causa spirituali,est quid spirituale:vt in c.quanto.de iud. Laicus autem nō est capax iuris spiritualis , etiam associato sibi clerico: vt in d.cap. Messana. potest tamen laicus cōmuniter secundū doctores, esse assessor iudicis ecclesiastici. ¶ † Vigesimò, quomodo debeant arbitri pronuntiare sententia? Et dico quòd eum abvno de pluribus arbitris vel iudicibus,alijs præsentibus & mandātibus sententia scripta recitatur,pro eodem est ac si ab omnibus esset recitata:vnde oportet vt recitans vtatur verbo pluralis numeri,dicendo,Nos arbitri vel iudices tales ,pronuntiamus &c.nisi in arbitris sup electione,quæ fieri debet ab vno vice omniū.de re iud.cùm ab vno.lib.vj.& præsentibus omnibus arbitris,secundum Panorm.in c.sane.de arbi. Dicit tamē Bar.in l.duo ex tribus.ff.de re iud.quòd si tertius fuit præsens in disceptatiōe super meritis causæ,& dixit quicquidvoluit,& monitus ab alijs duobus nōvult esse præsens,nec allegat causam legitimam absentiæ:tunc possent ,procedere duo sine tertio. ¶ Vigesimoprimò quæritur, quomodo arbiter teneatur ad interesse? Et dico quòd si permittit trāsire tempus ex dolo vel lata culpa,tenetur partibus ad interesse: aliàs nō, nisi se obtulisset:quia tunc tenetur de leui.Multo magis autem tenetur ad restitutionem , si dedit sententiam iniustam ex dolo,vel lata,vel etiam leui culpa, quando se obtulit. Arbitrator autem videtur teneri similiter de dolo & lata culpa,& etiam de leui si se obtulit inde habens salarium : quasi contractus sit gratia vtriusque. Et ista omnia deduci possunt ex dicendis infrà Commodatum.§.viij.

De Archidiacono.

1 *Archidiaconi, qui de iure multa potest, officium in quo positum sit aperitur. Et quòd in hoc locorū reformāda sint cōsuetudines.*
2 *Archidiaconus iurisdictionem num habeat? Et ibidem qua possit, & quæ, prohibente Episcopo, non possit? Et an ordinariam, an verò delegatam iurisdictionem habeat?*
3 *Archidiaconus de iure communi, de quibus cognoscere queat?*
4 *Archidiaconus animarum curam committere, aut ad illam instituere, num possit? Et ibidem ad animarum curam institutionis genus triplex. & quid ac quale vnumquodque.*
5 *Animarum curam, num Archidiaconus habere dicatur? Vbi quæ cura dupliciter consideratur. Et num id rectè secundum Hostien.*
6 *Archidiaconus nō ex cōsuetudine queat? Et quid de statuto iurisdictionē à collegijs vel ab alijs, quàm ejus dūtaxat habētibus? Item quid de religiosorū auctoritate, ac præsertim eorū, qui exēpti sunt?*
7 *Archidiaconus in ligum præstantus, an solus ipse promouendus sit si talis ad ordines promotus fuerit? Et ibidem de significatione verbi honestus.*
8 *Archidiaconus de promouendi idonea qualitate interrogatus, episcopo respondens, quòd idoneū esse, & id scire quatenus fragilitatis humanæ, num peccet, si promouendus idoneus non sit?*
9 *Archidiaconus si quem promouerit, num promoto ipsi de vestro prouidere obstringatur? Et quid si promotus in patrimonio tenuior sit? Et ibidē quid de his, qui ad titulum sunt pauperta-*

tis promouentur?
10 *Decanus ruralis, an institui atque destitui per episcopū de ipsius Archidiaconi consensu debeat? Et num promouendis ad ordines, literas commendatitias Archidiaconus dare possit?*

1 ARCHIDIACONVS† multa de iure potest:sed quia secundum Inn.in c.j.de off.arch.cōstitutiones & cōsuetudines per diuersa loca præualet in offi. de cōsue.cū olim. ipsis stabit.quæ,vt Ro.y.dicit,ferè tot sunt in officijs archidiaconatus præpositi,vel decani,quot sunt ecclesiæ vnde in officio suo facit secundū quod habet ecclesiæ suę cōsuetudo præscripta.Vbi verò nō esset talis cōsuetudo vel statutū:locū haberēt capitula totius tit.istius,sedm Inn.Et sic post episcopū est vicarius in omnib⁹,& habet curā in clero tā in vrbe quàm in parochijs habitāti⁹:& ipsos debet de tertio in tertiū annū,si episcopus non pōt,visitare:vt in d.c.j.& debet audire epistolā & Euangeliū & responsoria sic,vt nullus ea in ecclesia cāret,nisi prius auscultatus ab eo,& de iussu eius: & ceroferarios ordinare:vt in c.ij.eo.ti.& si quid ex sua negligētia vel alterius fraude pījt de rebus ecclesiæ,tenet, nisi ꝓ posse ,puideat:vt e.ti.ī c.ij.debet ét examinare clericos ad sacros ordines ,promouēdos c.ad hoc.&.c.vt nostrū.eo.ti.&abbates ac abbatissas ponere in sua sede:vt in d.c.vt nostrū.¶ Primò† verò quæriē,vtrū archidiaconus habeat iurisdictionē:Et dico ꝙ secundū Hostien.in aliquibus ecclesijs habet officiū, de quo dictū est:& in aliquib⁹ iurisdictionē, de qua Io.An.in Nouel.inc.officiū eo.ti.sic dicit:De iurisdictione archidiaconi tractat in multis locis.Primò cōiurgia audit.di.xxv.plectis. & de offi.archi.adhuc.Secūdò instituit.lxiij. di.si in plebibus. & eo.tit.cū satis.Tertiò,pœnas infligit:vt de pœ.licet.Quartò,primat beneficijs:de præben.referēte. Quintò, subiectus recipit obsequia:vt de exce.prela.ad hæc.Sextò,habet perpetuā vicariā & curam,& conseqūeter iurisdictionem ordinariam, eo.ti.cap.j.Sunt tamen quædā iura,quæ faciunt contra eum. Primò enim nō instituit.xvj.q.vij.nullus.eo.tit.cum satis.Secundò,quia est vicarius,& cōsequenter episcopo prohibente nihil poterit eo.ti.c.j.vbi dicitur,Sciat archidiaconus post episcopum in omnibus se esse vicariū.Tertiò,quia de paruis tantum,cognoscit:maiora referet:vt in c.ad hæc.eo.ti.per quod patet,quòd est pedaneus partus,aut nullus iudex,aut delegatus.hęc Io.An.Sed intellige quòd instituit authoritate & mandato episcopi,& nō instituit authoritate propria:vt in allegatis iuribus patet.& sic tollitur oppositio.sed de hoc j.§.iij.intellige etiam quòd iudices pedanei dicuntur, quorū officiū est de minutis causis & infimis cognoscere,licet sint ordinarij:maiores verò causas tenentur maioribus referre , cū ipsi per se terminare non possint.C.de ped.iudi.l.ij . ¶ Secundò, vtrum habeat iurisdictionem ordinariam vel delegatam? Et dico,vt recitat Archi.quòd Ioan.in glossa.dist.xxv.in cap.perlectis.mota quæstione arguit ad vtranque partē, nec determinat.Barth.autē Brix.addit , sibi videri quòd in ciuitate solus episcopus sit iudex ordinarius.vij.q.j.in apibus. nisi secus sit consuetudine præscripta.de offi. archi.c.vlt. Augu , verò de Ancho.distinguit:quia si eligitur ab vniuersitate,& cōfirmatur per episcopum,habet iurisdictionem ordinariam de iure:vel probatur in cap.perlectis ,& eo.tit.cap.j. & vlti. Et idē est de eo qui præficitur collegio vel vniuersitati per episcopū dicebatur.dist.xciij.legimus . Si verò præficiatur in ecclesia per episcopum , maximè vbi sunt plures archidiaconi,non creditur habere iurisdictionem ordinariam,sed tantùm delegatam:& tantū poterit exercere, quantū episcopus eum facit. & hoc nisi plus obtineat de cōsuetudine præscripta,cui semper stabitur . Verūm † de iure communi hæc vidētur ad eius officium pertinere,iurgia minora clericorū. examinatio ac præsentario clericorum ad ordines , stallatio prælatorū siue inductio in possessionem, clericorum præficiendorum examinatio , & visitatio , parochianorum , quæ omnia habentur eod.titu.cap.ad hæc.& cap.j. Hęc Archid. ¶ Tertiò, † vtrū archidiaconus possit animarum curam committere,siue instituere ad illam? Et dico quòd extra eo. in c. cum satis.summatim dicitur quòd hoc non præsumat sine mandato episcopi,etiam obtentu alicuius consuetudinis: sed Ioan.And.in Nouel.super d.c. ponit circa curam triplicem institutionem. Prima est authorizabilis,quæ ad solum episcopum spectat de excess.præla.cap.iij.& de offi.deleg.super eo. quæ habetur loco institutionis,ante quam nec præsentatus, nec is,cui collata est ecclesia,debet administrare.de præb.cū iam dudū.quòd si fecerit,eum debet episcopus amouere . de præben.cum iam.nisi gratiosè dispensauerit.Et hæc est iuris huius ratio,quare consuetudini præscribi non potest . Nam cum sine authoritate episcopi nullus ecclesiā intrare possit, vel derelinquere:vt de renuntia.c. admonet.nec debeat aliquis talibus se ingerere:sed qui vocatus est à Domino tāquā Aaron:vt de electione.qualiter.Ingerit autē se,qui sine diœcesani authoritate intrat.de offic.ordi.quoniam.Et quilibet debet per ostium.id est Christum intrare : aliter fur & latro censetur.Ioan.x . Concluditur quòd qui sine episcopo intrat, spreto ostio.id est Christo,cuius est vicarius:beneficiū ecclesiasticum vbi vsurpat.viij.q.j.qui vos.& cap.sequenti. Secunda institutio est corporalis,ad archidiaconū spectans de iure communi,& sequens authorizabilem, tanquam illius executoria.arg.um.de re iudi.cum Bertoldus.ibi,de consensu episcopi.Et de hoc habetur eo.tit.ad hæc.& cap.vt nostrum. Est & tertia,quæ pro collatione ponitur, quam posset archidiaconus habere de consuetudine:vt de instit.cap.cum venissent. vnde & concessio pro institutione ponitur:de offi . lega. dilectus.Sed licet conferat,archidiaconus recipiens antequam corporaliter,ad authoritatem episcopi habet necesse recurrere,propter rationē dictam, & iura allegata, secundum Host.Et quamuis gl.inverbo,obtentu consuetudinis exponat de non præscripta quia præscripta daret archidiacono posse conferre curam animarum.Host.tamen reprobat dictā expositionē,dicens quòd nec præscripta hoc potest sibi dare:loquendo scilicet de prima, siue authorizabili institutiōe:secus de tertia,quæ præscribi potest:secundam verò habet de iure commūni. ¶ Quartò † vtrum archidiaconus habeat curam animarum? Et Innocen.in verbo,curam, distinguit,quòd cura dupliciter dicitur.Primò strictē:& est potestas ligandi & soluendi in foro pœnitentiali : & hæc non est in prælato,qui non est sacerdos. distinctio.xxj.in nouo.Secundò dicitur cura largè: & est potestas ejciendi & recipiendi in ecclesia , & corrigēdi excessus.di.xxj.§.j. Et sub hac cura est, excōmunicare, visitare,corrigere, & huiusmodi. Et hanc habere possunt archidiaconi , & alij inferiores. Sed Hostien.dicit,hanc distinctionem se non intelligere: quia prima non potest dici cura:nec secundum ius , cum nullo iure caueatur : nec secundum naturalem rationem,imò omnino aliud est cura, aliud potestas : cum multi habeant illam potestatem , qui non habent curam : sicut sacerdotes non curati,qui ex licentia vel priuilegio audiunt confessiones aliorum.Et econtra, multi habent curam,qui non habent illam potestatem:quia non sunt sacerdotes . Igitur potius dicendum est quòd cura est potestas habendi aliquos in subditos illis conferendo sacramenta per se vel per alium,& alia faciendo,quæ pertinēt ad curā vel salutē animarū:vt corrigendo,& huiusmodi. & hanc habet archidiaconus,& alij prælati curati,etiā si non

Universidad de Deusto
Biblioteca

sint sacerdotes: sed in foro pœnitentiæ absoluere, vel alia sacramenta conferre per se non possunt, si nõ sint sacerdotes, sed sacerdotibus ista committere. ¶ Quintò, † vtrum archidiaconus possit excommunicare? Et dico quòd in c. archidiaconus. eo. tit. Ioã. An. post Inno. dicit quòd ius commune est, vt ipse, & alij prælati iurisdictionem habentes ab episcopis, & ex collectione aut confirmatione officiorũ vel dignitatũ, ad quos assumuntur, sint iudices ordinarij, & possint excõmunicare. xj. q. j. nemo. & hoc nisi sint mulieres. de pœ. & re. noua. Et quod dicitur in d. c. archidiaconus. quòd excommunicare non potest intelligitur, vbi est consuetudo cõtraria, quæ dat iurisdictionem: vel quia excõmunicare nõ potest cũ illa solẽnitate, de qua xj. q. iij. debet. quia illud est episcopi tolum. Dicit etiam quòd prælati habentes iurisdictionem tantũ à collegijs, vel alijs quàm episcopis, excõmunicare non possunt, licet habeãt aliam iurisdictionem: quia potestatem excommunicãdi cõcedere nõ potest nisi episcopus. xxiiij. q. iij. corripiatur. nisi collegiũ eligeret authoritatæ episcopi, vel ab eo confirmarentur, vt dictum est. Sciendũ tamẽ secũdum Archidiaconũ quòd prælati religiosorũ, præcipuè exemptorũ, cùm habeãt authoritatem, seu iurisdictionẽ quasi episcopalẽ in subditos suos, excommunicare possint subditos suos ex authoritate suorũ priuilegiorũ à sede apostolica eis cõcessorũ. hæc ille. Sed mihi videtur quòd ex iure communi possint tam quã prælati collegialiter & canonicè electi, Per c. cũ ecclesiarum. de off. ordi. de quo j. Excommunicatio. j. § ij. ¶ Sextò † vtrum solus archidiaconus veniat puniendus, si præsenter
7 indignũ? Et dico quòd archidiaconus habet examinare promouẽdos ad ordines, & præficiẽdos in ecclesijs, vt in c. ad hæc. e. ti. Et hoc secũdũ Ho. nisi ex causa episcopus hoc sibi interdicat: qui etiã potest & alios adiungere, qui simul cũ eo examinẽt, sicut & iterũ examinare. igitur secundum gl. si ꝓmoueat indignũ, quãtus episcopus nõ videatur puniẽdus, sed archidiaconus, qui examinat, & presentat episcopo indignũ: ar. distinctio. liiij. si seruus. tamẽ nõ est sic: quia tenetur de facto eius qui examinat, cùm fiat mãdato eius. nisi fortè examinator talis fuisset, vt verisimile nõ sit, ipsum mẽtiri: vt de pig. significãte. sicut etiã dicũt Inn. & Host. quòd si cõmunis opinio sit de bonitate archidiaconi, excusat episcopus. & idẽ de alio examinatore. quod secundũ archidiac. nõ videtur intelligendũ de bonitate simpliciter, scilicet vitæ: sed de bonitate id est idoneitate ad examinãdum: vt scilicet sciat in quibus sit
8 quis examinãdus, & fideliter agat. quod est dictum, vt sit prudens & cõscientiatus. ¶ Septimò † vtrũ dicente episcopo scis hunc esse dignũ, peccet archidiaconus respõdendo, scio quãtum humana fragilitas permittit? Et dico secundũ Inn. in cavnico de scrutinio in ordine faciendo: quòd si talis ordinãdus præsentatur à probis: potest sana cõscientia respondere: dummodo nihil mali de eo sciat. arg. de præsum. dudũ quòd si de eo scit aliquid mali secretum, obtinere debet à prælato vt eo absente faciat ordinationẽ. quod si nõ potest, vel nõ sine scãdalo: tunc etiã pòt sana conscientia dicere. quia non dicit nisi vt minister, nõ vt ipse: & ecclesia, quæ per illũ loquitur, nihil scit de occultis: nec debet omittẽdo talia dicere, indirectè publicare fratris crimẽ secretũ. Si verò tale crimen esset publicum: tũc dicendo talia peccaret mortaliter. xxij. q. ij. primum. nisi illud crimẽ esset veniale: vt xxv. dist. §. criminis. ¶ Octauò
9 † vtrum archidiaconus teneatur prouidere de victu ei, quem promouet? Et dico quòd si quis sine titulo ordinatur, & ex se non habet, vt dicit gl. in d. c. ad hoc. tenetur ei prouidere examinator, qui presentauit eũ: ꝙ si nõ esset soluẽdo, tunc tenebitur ei episcopus, ne cõtingat eum mendicare in opprobrium ordinis clericalis: quia saltem debebat priùs videre episcopus quis, à quo & ad quẽ titulum præsentaretur. de ætat. & qualit. ord. accepimus. Si verò archidiaconus fecit aliquẽ scribi ad titulũ sui patrimonij ordinandum: & appareat, illum nõ habere patrimonium, aut minus sufficiẽter: si hoc archidiaconus fecit sciẽter: agetur primò cõtra eũ, qui fuit in dolo: secũdò cõtra episcopũ, qui fuit in culpa: quia dolus præponderat culpæ. ff. ad lege Aquil. l. ite si obstetrix. nec vsitat exceptio de dolo ordinati, ad cuius instantiã factũ est. Io. tamen placet quòd imputet ei, qui mẽtitus est. ideoq; sibi ipsi victũ queratur. xcj. dist. clericus. & per hoc multis subtraheret decipiẽdi materia, qui mentiendo se fecerat ordinari, vt sustentaretur ab ordinatore, vel examinatore. Et placet quando solus est in dolo: alij verò in culpa solũ. Qui aũt se faciũt ꝓmoueri ad tit. suæ paupertatis: vt medicantes allam sequantur. ¶ Nonò † vtrum decani rurales instituẽdi debeãt & destitui per episcopũ de consensu archidiaconi? Et dico quòd sic: vt in cap. ad hæc. eod. tit. quod Io. An. dicit melius intellige secundũ cõsuetudinẽ Franciæ, vbi tales decani instituuntur ad tempus pro maiori parte per episcopũ & archidiaconũ ad quẽdã officia eis cõmunia: & consequenter, secundũ Inn. vbi nõ est talis cõsuetudo, hoc nõ vendicat sibi locũ. Quod si in destitutione aut institutione cõcordare nõ possent: secundũ aliquos, vt recitat Inn. & Archi. sequi videtur, nihil agitur: cum vnus sine alio non possit. deoffi. dele. causam. nisi cõsuetudo haberet cõtrarium. Sed tamẽ alij dicũt, nominatũ ab episcopo habere locũ: cùm eius authoritas sit principalis, & archidiacon quasi vicaria. & hoc sequitur Inn. addens quod si archidiaconus instituit videt indignũ, posset pro iure suo appellare, vel aliàs cõtradicere. ¶ Decimò, vtrũ archidiaconus possit dare literas cõmendatitias promouendis ad ordines? Et dico quòd non. vt in c. significasti. eo. titu. quod gl. intelligit, quando episcopus est præsens, scilicet in diœcesi. nam si est absens, & necessitas vel vtilitas suadeat ordinandorũ, poterit eos alijs episcopis cõmendare, & sic literas cõmendatitias dare: quia eo absente supplet vices eius: vt in cap. j. eo. tit. Et idem posset, secundũ Ho. generalis vicarius episcopi, cui aliquis de specialibus casibus cõmissus est cum clausula generali: vt de offi. vic. c. ij. lib. vj. Sed in presentia episcopi, qui sic generaliter cõmisit suæ ipsius licentia non debet hoc expedire. de offi. leg. volentes.

De Archiepiscopo.

1 *Archiepiscopus qui & Metropolitanus dicitur, quam & in quos iurisdictionem habeat? & de quibus cognoscere, & quos census committere possit?*

2 *Archiepiscopus in episcopi subditos quos casibus iurisdictionẽ ordinariam habeat? & ibi quòd XII. de quibus sigillatim.*

3 *Episcopali sede vacãte, quis Episcopi vices suppleat? Et ibidẽ, quid si Epus, aut excõicatus, aut à Paganis interceptus, aut captiuus, aut furiosus effectus sit? Et nũ cathedralis vacãte ecclesie visitatorẽ Archiepiscopus dare possit? Et cessante suffraganeorum negligentia, an possit visitationes iterare, ac prouisiones recipere? nu. 4.*

5 *Archiepiscopus subditos suffraganeorũ suorũ nũ absoluere queat? Et nũ Primate irrequisito, concilium celebrare possit?*

6 *Archiepiscopus num possit Crucem ante se gestari facere? Et ibidem quòd sic cum multis aliis.*

ARCHIEPISCOPVS † & metropolitan* sunt nomina synonyma significantia idẽ: sed archiepiscopus dicit ab archos princeps, & episcopus, quasi princeps episcoporũ. metropolitanus verò ἀπὸ τῆς μητρὸς καὶ πόλεως est, à matricevrbe, ex qua coloniæ deducũtur. vj. q. iij. scitote. licet non sit necesse quod habeat illum numerum, scilicet decem episcoporum sub se. vt ibi dicitur: habet autem secundũ Ho. ius pinguius episcopum quàm in subditos eius: & habet iurisdictionem, & eam exercere potest in tota prouincia, tollẽdo prauã consuetudinẽ, & fulminando sententiã excõmunicationis in seruates eam, secundũ Inn. quem sequitur Pan. in c. ex frequentibus. de iudi. & sentit glo. in Sum. ix. q. iij. Et cognoscere potest de crimine episcoporũ, & eos punire: vt in c. sacro. de senten. excõ. ff. et non potest ꝓcedere ad eorũ depositionẽ, quę soli Papæ reseruatur: vt in c. ij. de trãs. præla. De causa verò ciuili cognoscere potest indifferẽter, etiam si subditus episcopi illũ conueniat: quia corã archiepiscopo debet eum conuenire. Sed si episcopus habet causam cõtra subditũ, non cõuenit eum corã archiepiscopo: quia nõ est iudex subditi episcopi, nec habet in illũ iurisdictionẽ, nisi in certis casibus, de quibus infrà: nec etiã cõuenit eum coram se: quia non debet esse iudex in propria causa. Vnde eligi debent arbitri iuris. Et probãtur hæc in c. si clericus aduersus clericũ. xj. q. j. Non potest autem compellere subditum suffraganei sui ad suscipiendum cõmissiones eius in causis: nisi sit cõsuetudo. de for. cõpeten. Romana. li. vj. de off. ord. pastoralis. Super quo c. dicit Hosti. quòd cum episcopus subsit archiepiscopo, quia pinguius ius habet in eum, quàm in subditum eius, potest episcopum cogere vt cõpellat subditum ad suscipiendum: quod si intra certum tempus sibi assignatũ hoc facere neglexerit, nec aliquod iustum impedimentũ prætenderit, demũ potest cogere vtrumq; argumento de officio ordinarij quanto. in si. & c. irrefragabilis. § . excessus. & concord. Bernar. etiam si ab episcopo appellatum fuerat. iure tamẽ nouo archiepiscopus causas, quæ p appellationem vel alio iure metropolitico deferuntur ad ipsum, non potest audire, seu committere alibi, quàm in sua ciuitate vel diœcesi: aut in eis, in quibus appellatum extitit, vel causæ ipsæ cõsistunt: nisi aliud sibi comperat
2 de cõsuetudine. de offici. ord. litigantes. libr. vj. ¶ † Primò verò quæritur, si in aliquibus casib* archiepiscopus habet iurisdictionem ordinariam in subditos episcopi? Et dico quòd sic in multis, quæ notantur in c. pastoralis. de offi. ord. ¶ Primus est, cùm deuiant in diuinis officijs à cõsuetudine ecclesię Metropolitanæ. xij. di. de his. quod tamẽ limitat Host. nisi ecclesiæ prouinciæ haberent specialem cõsuetudinem. quod Pan. placet, vt valeat consuetudo cuiuscũq; ecclesiæ, dummodo sit aliàs rationabilis. ar. c. de trina. de consecr. dist. iiij. Ad quod facit quod not. glossa. in c. j. de sum. Trini. in vj. vbi dicitur quòd in concernentibus fidem sequi debemus consuetudinẽ ecclesiæ Romanæ: in alijs nõ tenemur, nisi Papa disponat. ¶ Secundus est, quãdo subditus episcopi delinquit in diœcesi archiepiscopi. vj. q. iij. placuit. quia in hoc casu efficitur aliquis de iurisdictione cuiuslibet alterius. ¶ Tertius est, si habet prædium in diœcesi suæ. extra de fo. com. c. fi. & iste etiam casus ptinet ad quemcunque alium. ¶ Quartus est, si causa defertur ad eum per appellationem. de offi. leg. cap. primo. & de offi. ord. duo. sed hoc casu distingue vt infrà. ¶ Quintus est, cum absolutus ab archiepiscopo non vult parere episcopo. de offici. ordi. ad reprimendam. ¶ Sextus est, si causa criminalis sit inter episcopum & clericum suum: q; deduci debet ad synodum, in qua archiepiscopus præest. vj. q. ij. c. j. ¶ Septimus est, si clericus habet ciuilem causam cõtra episcopum suum. xj. q. j. si clericus. ¶ Octauus est, quando episcopus est negligens in eo quod facere debet. iz. q. iij. cum simus. Pro quo Pan. in c. ex frequentibus. de iudi. facit regulam generalem, quòd sola negligẽtia episcopi deferat iurisdictionem in archiepiscopum. & glos. in c. Romana. de supplen. negl. prælı. li. vj. dicit quòd in negligentia episcopi, archiepiscopus supplet vices eius, non autem in delicto, quod limita secundum Docto. & Panor. in d. c. ex frequentibus, nisi delicta sint notoria. ¶ Nonus est, quando defuncto episcopo ecclesia idoneos clericos non habet. xij. q. ij. non liceat. ¶ Decimus est, cum euidens est, sententiam episcopi esse iniustam. extra de app. solicitudine. ¶ Vndecimus est. cùm visitat prouinciam: extra de præscri. cum ex officij. & de censi. sopitæ. & c. cum nuper. ¶ Duodecimus etiam potest addi, secundum aliquos, ratione notorietatis: virtutis, quæ facit vt in sua diœcesi existens sua sententia afficere possit subditos episcopi delinquentes: quia licet text. in d. c. Romana. in § . notoria. loquatur dum visitat: tamen doc. in d. c. ex frequentib*. illud cõmuniter extendunt, etiam dũ non visitat. sed hoc ego credo verum in casu viij. quando scilicet episcopus est negligens. vide etiam suprà. Absolutio ij. circa fin. ¶ † Secundò, vtrum archiepiscopus suppleat vices episcopi per solam vacationem sedis episcopalis? Et dico quòd nõ, sed capitulum supplet. extra de supplen. neglig. præla. c. si episcopus. & c. ecclesiæ. lib. vj. & idẽ etiam si sit excõmunicatus: vt in c. Romana. de supplẽ. negli. prælı. vel captus à paganis: vt in d. c. si episcopus. & idem puto eadem ratione in omni casu, quo episcopus suum officium exercere & cõmittere nõ possit: puta si efficiatur mutus, aut vertatur in furorem. ¶ Tertiò, vtrum possit ecclesiæ cathedrali vacanti dare visitatorem? Et dico quòd nõ, nisi fortè capitulum in spiritualibus & temporalibus negligenter aut malè administret: quo tunc vocato capitulo, & causæ super hoc agnitione præmissa, visitatorem seu ministratorem poterit deputare: qui quãuis habeat legitimam administrationem in spiritualibus & temporalibus, tamen illa bene ficta, quæ ad solam episcopi collationem pertinent, conferre non potest, si ab alio quàm à Romano pontifice fuerit deputatus: vt in c. ecclesiæ. de suppl. negli. prælı. lib. vj. ¶ † Quartò, vtrum cessante suffraganeorum suorum negligẽtia possit visitationes iterare, & recipere procurationes? Et dico quòd sic, non obstante contraria consuetudine: & dum visitat, potest confessiones subditorum suffraganeorum audire, & absolure, & iniungere pœnitentiam. extra de cen. perpetuo. libr. vj. sed vtrum aliquid possit recipere, vide j. Visitatio vbi de visitatione eius multa dicentur. ¶ † Quintò, vtrum absoluere possit subditos suffraganeorum suorum? Et dicit Gemi. in c. perpetuo. de censi. lib. vj. quòd eos non potest ligare vel soluere, nisi dum visitat: vt ibi text. innuit: nec etiã absoluere ab excõmunicatione minoris: vt in c. nuper. § . j. Secundò verò, de sententia excom. & hoc verum nisi per appellationẽ causa ad eum deuoluta fit, vel in casibus sibi specialiter à iure permissis, de quibus dictum est. Sed tamen de his etiam vide suprà Absolutio secundò dubio. v. vj. & vij. ¶ Sextò, vtrum possit celebrare concilium irrequisito primate? Et dico quòd sic. distin. xcij. si quis. episcopus vacans. & ix. q. iij. c. ij. & iij. ¶ † Septimò, vtrum possit facere crucẽ portari ante se? Et dico quòd sic transiens ꝑ quæuis loca suæ ꝓuinciæ: & bñdicere populo in pontificalibus, & sine pontificalibus celebrare, & celebrari facere, tã in locis exẽptis, quàm nõ exẽptis: quæ etiã similiter facere potest episcopus, etiã in locis exẽptis suæ diœcesis: vt in cle. archiepiscopo. de priui. sed tñ, vt dicitur, hæc fieri debent sine exemptorũ præiudicio. Multa alia tangẽtia archiepiscopum vide j. Episcopus. per totum, & infrà Pallium, & Prælatus, per totum, & suprà Absolutio: secundò. §. vij. & sequentibus.

De Archipresbytero.

1 *Archipresbyter, qui aliorum presbyterorum, id est, sacerdotum princeps esse dicitur, in duplici differentia est. Aut enim Ruralis est, aut Ciuitatensis. Et quid vnumquodque? & in quibus positum sit vtrumque officium?*

2 *Archipresbyter ciuitatensis, num à casibus episcopo reseruatis, absoluere possit? Et quid de rurali, nũ possit omnes de episcopa-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis ad ipsum accedentes absolueret Et de quibus posset?

1 *Archipresbyter ruralis, instituêdus aut confirmãdus sibi à patronis in ecclesijs sub suo plebanatu, num authoritatem habeat*

ARCHIPRESBYTER,† Princeps dicitur aliorũ presbyterorum, id est, sacerdotũ. Et duplex est, scilicet ruralis, qui præest solùmodo plebi: vt in c.fi.de offi. archipre. & ciuitatẽsis, siue ecclesiæ cathedrali s. qui alio nomine dicit decanus: vt in c.ad hæc.de.offi.archi. & est sub archidiacono, & eius præcepris debet obedire.extra eo. c.j. vbi dicit gl. q archidiaconus est minor ordine: cũ ille sit presbyter: ille diaconus sed dignitate & administratione est maior. qđ secundum Inn. verũ est, vbi sic est de consuetudine, & in spectantibus ad officium archidiaconi de iure vel consuetudine. In aliquibus autẽ ecclesijs, vbi non est archidiaconus, sed archipresbyter, vel præpositus tantum loco archipresbyteri: ad talẽ archipresbyterũ, vel præpositũ vltra ea, quæ sunt sui officij, pertinẽt ad eum quæ de archidiacono dicuntur, prout habet consuetudo loci, quæ in huiusmodi dat iurisdictionẽ. ¶ Primò verò quæritur, quod sit officium archipresbyteri ciuitatẽsis? Et dico quòd Leo in c.officium.extra de offi.archipres. sic dicit: Officiũ archipresbyteri de vrbe constat, quãdo ibi præsul defuerit, vice eius officium inchoare: benedictiões presbyterales in ecclesia dare: missam, quãdo voluerit, cãtare, vel cui de sacerdotibus iusserit: quãdo verò episcopus missam canit, debet præcipere sacerdotibus vt induat se vestimẽtis sacris & qualiter ad missam procedant. Debet etiã præcipere custodi ecclesiæ, vt in sacrario ecclesiæ eucharistia Christi seruetur: confessiones eorũ, qui à foris veniunt, recipere cum omnibus sacerdotibus: & exinde per prouisionẽ pontificis magnam debet illis adhibere curã. Ad Christianos quoque faciendos, & baptizãdos infantes, & ad succurrendũ omnia à sacerdotibus per infusionem illius fiant. hæc ibi, vbi dicit gl. in verbo, benedictiones, id est in matutinis, quãdo debent legi lectiones. Et dicit etiam in verbo, sine confessione. reus erit animæ illius. xxvj.q.vj.si presbyter. Et rursus dicit in verbo, foris veniunt, id est extra ciuitatem: & est argumentũ, inquit, quòd quilibet de episcopatu potest in ecclesia maiori sacramenta recipere. quod verum est, ar. di. 50. in capite. nec est contra quod dicitur de pœn. distin. vj. quòd episcopus non debet recipere parochianum alterius episcopi: quia tunc recipit parochianum alterius, sed simm: qa omnes recurrere possunt ad archipresbyterum ecclesiæ maioris, vt hic dicitur. Et similiter in verbo, cum omnibus sacerdotibus: dicit Ioã. An. id est, omnium sacerdotum: quia & ipsi archipresbytero cõfiteri debent, secundũ Inn. vel secundum Host. hoc intendit qp si ipse propter multitudinem non sufficit ad confessiones audiendas, alijs sacerdotibus cõmittit. ¶ Secundò quæritur qđ sit officium archipresbyteri ruralis? Et dico quòd de eo in c. fi. de offi. archipres. sic dicit: Vt singulæ plebes archipresbyterum habeant propter assiduã populi Dei curam: qui nõ solum imperiti vulgi solicitudinem gerat, verum etiã presbyterorum, qui per minores titulos, id est, ecclesias habitant, vitam iugi circumspectione custodiat: & qua vnusquisque industria diuinum opus exerceat episcopo suo renuntiet. Nec obtendat episcopus non egere plebem archipresbytero, quasi ipse eã gubernare valeat: quia & si valde idoneus fit, decet tamẽ vt sua onera partiatur: & sicut ipse matrici ecclesiæ præestirata archipresbyteri præsint plebibus, vt in nullo titubet ecclesiastica solicitudo. Cuncta tamen referant ad episcopũ: nec aliquid contra eius decretum ordinare præsumant. Hæc in d.c.vbi dicit glo. quod sicut c.præcedens, de quo scilicet in priori §. loquitur de ciuitatensi archipresbytero: ita præsens loquitur de rurali: qui in Tuscia cõmuniter dicitur plebanus alibi decanus. Et in verbo, referat. dicit: Præter minora, quæ ipse determinare potest, cùm habeat ordinariam iurisdictionem: vt in c.cum ad ecclesiam. de offi. ordi. ¶ † Tertiò quæritur, vtrum archipresbyter ciuitatensis, & soluere possit à casibus episcopo reseruatis? Et dicit Host. qđ nõ, sine commissione speciali. quod verum credit Ioan. And. de pœn. & remis. si episcopus. lib. vj. dicer absoluere possit omnes de episcopatu à non reseruatis, vt dictũ est. Non potest etiam solenniter pœnitentem reconciliare episcopo non consulto, secundum gl. in d.c.ij. nisi eo absente, in maxima necessitate. ¶ Quartò quæritur, vtrũ archipresbyter ruralis possit absoluere omnes de episcopatu ad eum accedentes? Et dico quòd non, nisi quantũ episcopus dat authoritatem: quia solùm præest plebi: & nihil debet facere sine relatione ad episcopum, scilicet quantũ ad maiora: vt in d.c.fin. potest tamen à non reseruatis absoluere omnes pertinẽtes ad ecclesias, quæ sunt sub suo plebanatu, vt patet: qa, vt dicitur in d.c.fi. sicut episcopus ecclesiæ matrici præest: ita ipse præest plebi. licet gl. dicat quòd ly sicut, nõ dicit, siue nõ notat omnimoda similitudinẽ, sed aliqualẽ: quia scilicet habet authoritatem ab episcopo, & non potest terminare maiora. ¶ † Quintò, vtrum archipresbyter ruralis habeat aliquam authoritatem instituendi seu confirmandi præsentatos à patronis in ecclesijs, quæ sunt sub suo plebanatu? Et secundum Archi. certum est quòd de communi iure non potest: sed ex consuetudine præscripta: sicut accidit in archiepiscopatu Florentino: quia vterq; archiepiscopus, scilicet & archipresbyter ruralis seu plebanus potest confirmare præsentatum sibi: & ad quem primò recurritur, ille expedit.

De Argumentatione iuridica.

1 *Argumentationem, cõsequentis ex antecedente illationem esse, vnde arguere, nil aliud esse, atque id quod implicite in quopiã continetur, explicare. Argumentatio autem iuridica quid sit: quid item iuridice arguere ibidem plenè disseritur.*

2 *Argumentatio à simili, num efficax sit? Et num legis vnius ad alterius legis speciẽ aut rationẽ extẽsio fieri queat? Et quid in statutis municipalibus & cõsuetudinibus? Et quid in penalibus?*

3 *Argumentatio ab etymo, num valeat? Et ibidem limitatur.*

4 *Scholares scholas dentaxat introeuntes, non autem audentes ac studentes, priuilegio scholarium gaudere non debent. Quod ad alios quoque artes priuilegio subnixas porrigitur.*

5 *Scholares, & item artifices, qui indigne priuilegio artis vtũtur ac proinde collusigatores priuilegij occasione grauandi, & ab eis quid consecuti sint, num quid ipsi grauatis ad restitutionem teneantur? Et quid de ipsorum vectoribus?*

6 *Argumentatio quot modis in iure procedat.*

ARGVMENTATIO,† est illatio consequentis ex antecedente: cum sit cõsequentia quædã. Et sic arguere est id, qđ implicitè cõtinetur in vno, explicare: vt tu es hõ: ergo habes rationẽ. Argumẽtatio autẽ iuridica est illatio cõsequentis ex antecedẽte iuridico siue cõtẽto in iure, & arguere iuridicè, è illud qđ implicitè & virtualiter cõtinet in vna lege, vel iuris legali explicare, sicut cũ dicit devno simili ferẽ de alio vt de cõsti. trãsla. vñ argumẽtatio iuridica est qdã extẽsio iuris siue legis. ¶ Primò † verò quæritur, vtrũ valeat argumẽtatio à simili. Et dico qp sic. ij. q.j. multi. ff. gl. & de cõsti. trãsla. & ibi dicit Pan. qp vbi est casus similis, & habet casum speciale in contrarium, extẽsio fieri non debet: quia nõ debet fieri correctio legi ex similitudine rationis. vbi autẽ contrariũ nõ regitur, bene fieri potest extensio. Et sic intellige l. non possunt. ff. de leg. & hoc no. Barto. in l. non dubium. C. de legibus. vbi dicit idem esse in consuetudinibus & statutis: per leg. de quibus. ff. de leg. Et sic nota quòd statutũ municipale & consuetudo possunt ad alios casus ex identitate rationis extendi: dummodo illi casus non habeant legem contrariã. Et sic intellige quòd no. in c. nostra. de mũn. vbi tenuerũt multi, & male, quòd statutũ non debet extendi, quia est stricti iuris: sed, vt dixi, illud procedit, quando extensio fieret cum legis correctione: aliàs secus. Non debet etiam fieri in pœnalibus: nisi identitas rationis sit expresse vel indubitatè præsumpta, secundum eundem in collatione glossarum clemen. in tit. de rescript. ¶ Secundò, † vtrum valeat argumentatio à nominis etymologia? Et dico quòd sic. xvj. q.j. placuit. el j. & ij. Sed limita primò, quia valet solùm negatiue: quia valet, Non est testatio mentis: ergo nec testamentum. non autem econtra, Est testatio mentis: ergo testamentum. Secundò valet solùm in nomine appellatiuo: quia propria ad placitum imponuntur: vt nos. Barto. in prœmio Infortiati super rubrica. Tertiò valet solũ quãdo nomẽ sumitur ex essentiali natura sua, secundum Panor. in c.j. de iudi. vt mutuum & testamentum. Nam hoc verum est: testamentũ est testatio mẽtis. lege j. ff. de testamen. vbi ergo non est testatio mẽtis, nec testamentũ. Similiter mutuum est quod de meo tuũ fit. l. ij. ff. si cer. pet. vbi ergo de meo non fit tuum, nõ est mutuum. Secus autem quando imponitur nomen ex eo quod deberet inesse nominato: sicut Imperator dicitur Augustus, quia deberet augere Rempublicam: sed si nõ auget, tamẽ Imperator est: vt notatur in prœmio ff. veteris. Papa similiter dicitur pontifex, quia debet esse pons pernitæ exemplaritatem, quòd si non fit, tamen pontifex est: vt in c.j. de con. lib. vj. Sic igitur intellige Insti. de iure. in princip. ff. de ver. sig. l. bonorum. & l. malum. C. de defen. ciui. l. defensores. la ij. Inst. de dona. §. est & alius C. de ferijs. l. à nullo. C. de offic. præfe. vrbis. l. j. Ex quibus patet quòd argumentum simi potest à nominis interpretatione. Et sic limita, secundũ Bal. de vatal imil. quia arma belli. depo. illud prouerbium, Si nomine prinueris, nec rem habere meueris. esse verum, nomen significat substantiam vel qualitatem necessariam inesse alicui subiecto: vt ff. de fideicom. li. l. Lucius. ff. de pact. l. tale pactũ. §. fin. Secus si significat solam simplicem demonstrationẽ. ff. de reb. dub. l. si cognatis.

4 Et † ex his patet esse verum, quòd scholares scholas intrantes, non autem attendentes, nec studentes, non gaudent priuilegio scholarium, vt tenet Io. de Lig. in prœmio Cle. adueeens no. per gl. in l. vna. C. de stu. li. vr. Ro. tex. in l. si quis. C. de dome. prote. Et idem si inhoneste viuunt. C. de curio. & stã. l. agentes. aliàs incipit. per id tempus. Et similiter qui sunt de collegio alicuius artis, artem illam non exercentes, non gaudent priuilegio eiusvt not. Bar. in l. semper. ff. de iu. immu. per illum tex. in §. negotiatores. xvj. quæstio. j. generaliter. † Et facit eam contra scholares & artifices, quãm contra eorũ rectores, qui grauant litigantes cum eis ratione priuilegiorum. Et idẽo, secundum aliquos, si hoc fit manifestũ, tenentur rectores ad restitutionem omniũ, in quibus plus sunt grauati: & similiter scholares, si tales sunt quòd non gaudeant: quãuis non sit manifestum. Sed hoc forte non est verum, nisi in foro

6 confessionis. ¶ Tertiò † quæritur, quot modis valet argumentatio in iure? Et dico qp valet primò à simili eo modo, quo dictum est. Et secũdò à nominis appellatiui etymologia: à nomine autem proprio fit quidẽ argumẽtum, sed inualidũ: vnde si homines qui erunt nomina bona, & dicebat vxor Io. An. qp si venderentur deberẽt emi pretio magno. vnde ipse extollit in l. facta. ff. ad Tre. quia ex horrido nomine sæpe interpretãtur homines sinistrũ, putãtes ab euentu prauo impositum. Et tertiò ab oppositis vel cõtrarijs. viij. q.j. sciendum. Et quartò ab exemplis gentilium. de ver. sig. forus. de cõse. di. j. c.j. Et quintò ab authoritate. xxxiiij. q.j. dixit. sed valet solũ affirmatiuè secundum dialecticos. Valet etiã multis alijs modis pro quo vide Bal. in l. conuẽticula. C. de epis. & cle. vide etiã infrà Lex.

De Arrha.

1 *Arrha, quæ realis quædam securitas est, in duplici posita est differentia. Et ibidem de vna aque.*

2 *Arrha vere tradita, num possit quis à contractu resilire? Et quid tum perdat, qui à contractu sic, iusto recedit?*

3 *Arrha sponsalitia, quæ subarrhatio dicta est cuius effectus sit. Et matrimonio non secuto, num arrha reddi debeat?*

ARRHA† videtur esse signũ, siue argumentũ, & vadimoniũ, siue securitas quædã realis. Et est duplex. vna scilicet data in signũ & securitatẽ emptionis venditionis cõtractæ vel cõtractus æquialẽtis: qui tamẽ sine ea valeret. l. quod sæpe. in prin. ff. de cõtra. emp. quæ adueniẽte solutiõe cessat esse arrha & trãsit in pretiũ. de quo vide l. ij. C. quãdo li. ab emp. disce. tex. & doc. & hæc potest appellari arrha realis, id est data in signum pro re venali & pretio mensurabili. Alia est quæ datur sponte in signũ & securitatẽ matrimonij contrahendi. & dicitur arrha sponsalitia, quæ adueniẽte matrimonio, perdito nomine arrhæ, transit in donũ vel dotẽ: vt anulus, pecunia, & huiusmodi. Et huiusmodi arrhę datio subarrhatio dicitur: quæ fit præcipuè per anuli immissionẽ. & vulgò dicitur delpõsatio. ¶ Primò † verò quæritur, vtrũ post realis arrhæ dationẽ possit quis recedere à cõtractu? Et dico qp nõ, si data est nomine arrhæ & in partẽ solutionis fiendæ: quia cum pars vel quæ futura est pars pretij, soluta est, res nõ est integra. C. quando li. ab emp. di. l. vnica. ¶ Secundò, vtrũ is, per quem stat, ne cõtractus perficiatur, quando aliquid datum est solùm pro arrha, aliquid perdat? Et dico quòd is, qui eam dedit, eam perdit: qui verò eam recepit, restituet duplicatam. Insti. de emp. & vendi. §. in his. ¶ Tertiò † quæritur, qđ operetur arrha spõsalitia, siue datio arrhę quę subarrhatio dicitur? Et dico quòd si hoc inter spõsum & spõsam fiat, præsumitur pro matrimonio: nisi probetur cõtrarium, vel esset cõtraria consuetudo, vel ætas repugnet: vt notatur extra de despon. impu. c. ntę. Si verò hoc fiat à parentibus, sõla sponsalia contrahuntur vel præsumuntur: vt ibi dicit glo. quod tũ intellige per modũ, quo à parentibus sponsalia contrahi possunt. de quo infrà, Matrimonium. ij. ¶ Quartò, vtrũ restituatur arrha sponsalitia nõ secuto matrimonio? Et dico quòd si secutum non fuerit absque alterius culpa, vt per supervenientem mortem, vel religionis ingressum: & huiusmodi, sic restitui debet arrha simpliciter. Si verò non sequitur propter culpam dantis arrhã, perdit illam. Si verò propter culpam recipientis, restituet eam in duplum. C. de spon. l. arrhis. & l. fi. Quod verum est si accipiẽs sit maior xxv. annis aut siveniam ætatis impetrauit, & eam in cõperenti iudicio probauit. aliàs tenetur solùm in simplũ: vt in d.l. fin. & ad illud simplũ, cùm sit pœna, secundũ aliquos nõ tenetur in foro pœnitentiæ nisi fuerit ad hoc facta condemnatio: vt colligi potest ex notatis p glossã. ij. q.ij. fraternitas. Et de hoc infrà Hæretici, primò. & Assassinus. §. vlti. Sed & de hoc & de multis alijs spectantibus ad hanc arrham, infrà Sponsalia. & infrà Pœna.

¶ ARROGANTIA, infrà Superbia.

¶ ARROGATIO, vide suprà Adoptio.

De artibus & artificibus.

1 *Ars, quæ ab Aristot. recta ratio verum à nobis factibilium definitur, propriè de mechanica dicitur: cuius partes septem sunt.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 *Ars, siue corporale exercitium, num licitè exerceri queat? & cum quo? & quæ concurrere debeant? Et num inter se licitè conuenire artifices, vt alios non instituãt: aut quæ facta sunt, non nisi certo modo diuendant?*

3 *Arma ac venena, quibus homines, aut læduntur, aut intereunt, num efficere ac parare liceat?*

4 *Res fugitiosæ, q̃ nullo modo p̃ alterius accessionẽ vsui humano esse efficiẽs põt, nec emptio nec societas, mãdatũ, subsistere põt.*

5 *Aleas, taxillos at chartas nũ facere, ac vendere liceat? Et quid de fucis, ac denuntiandæ facies lenocinia parantibus?*

6 *Ars histriorum num licita sit? Et quid de histrionatus exercitu? Item quid de his, qui ludos efficiũt, nõ sine corporis ac vitæ discrimine & periculo: cum generis sunt funãbuli & similes?*

7 *Ars conficiendorum instrumentorũ musicalium, num licita sit? Et quid de hys, qui aut tympana ac cithara plectunt, aut qui tibijs & violis vociantur?*

1 ARS † est recta ratio rerum à nobis factibilium, secundum Aristo. in lib. Ethi. & propriè dicitur de mechanica, quæ diuiditur in septem, ad quas omnes reducuntur, quæ his versibus continentur: Lana, nemus, miles, nauigatio, rus, medicina: His ars fabrilis connumerari potest. Dicuntur tamen & quædam scientiæ speculatiuæ artes: quia scilicet ordinantur ad aliquod opus rationis dirigendum: & sunt simul-
2 liter septem, de quibus nihil ad nos. ¶ Primò † verò quæritur, vtrum ars siue corporale exercitiũ, licitè exerceri possit? Et dico quòd sic, si ista concurrant. Primò q̃ huic exercitio non sit specialiter prohibitum: sicut clericis quædã prohibẽtur, vt infrà Clericus. ix. per totum. Secundò q̃ non sit etiam prohibitum vel illicitum ex se, id est naturali iure, nec à Deo siue diuino iure, nec ab ecclesia vel iure ciuili: sicut exercitium fœnerandi, & omne quod nõ nisi ad peccatum ordinatur. Tertiò, quòd fiat debitis circunstantijs: puta debito tempore, & non festiuo: debito loco, & non in ecclesia: debito modo, & non cum fraude, dolo, vel mendacijs. Quartò, quòd fiat recta intentiõe: puta ne torpeat otio: vt ex lucro subueniat suis vel alienis indigentibus: vt decenter viuat, & huiusmodi: quibus cõcurrentibus est impossibile aliquid esse illicitum: cùm omne illicitum sit, vel quia est prohibitum, vel quia est malũ de se, aut ex circunstantia, aut ex fine, vel intentione. ¶ Secundò, vtrum licitè inter se conueniant & pacisc̃antur artifices, vt non instruant alios, aut non vendant nisi certo modo? Et dico, secundum Inno. in c. significante. de appell. quòd peccãt si hoc faciunt fraudulenter: secus si ex priuilegio vel consuetudine. C. de monopol. l. vnam. Vel dicit quòd hoc locum habet de personis & rebus, de loco autẽ, vbi fit venditio, bene licet pacisci. Vel dic tu quòd peccatum de non instruendo aliũ simpliciter & vniuersaliter factum, non tenet & illicitum est: quia instructio aliquando potest esse bona & debita. vnde si interueniret iuramentum: esset de non faciendo aliquod bonum, & consequenter mortale: licitè tamen potest quis aliquando negare instructionem: sicut licitè aliquando nego eleemosynam: & tamen nunquam licet pacisci de non danda eleemosyna. Si autem fiat pactum de non instruendo alium non simpliciter, sed in aliquo casu, aut nisi concurrat aliqua conditio, potest esse licitum, si ex legitima causa fiat. Et idem dico de pacto non vendendi. ¶ Tertiò,
3 † vtrum liceat facere arma & venena, quibus homines lædũtur aut moriuntur? Et distinguit Rayn. quo ad intentionem, & quo ad opera ipsa sic. Si enim artifices hæc faciunt aut vẽdant vt homines talibus aburentur: vel doneur aut vẽdant his, quos sciunt aut credunt abusuros, mortaliter & grauissimè peccant, & rei sunt omnium, quę inde sequuntur. xj. q. iij. præcipue. xxvij. q. ij. si tu. & omnium debent pœnam sustinere, cum sint cooperatores. ij. q. j. notum. Si verò habuerunt intentionem bonam, quia scilicet credebãt ista emi propter aliquem licitum vsum: vel animo indifferenti nihil super hoc cogitarunt: vel ignorabant illicitum esse talia facere aut vendere: subdistinguendũ est. Nam si illa vtilia esse possunt ad vsus humanos, vt arma in bello iusto: & quædam venena in quibusdam medicinis, vel etiam in coloribus aptà dis, & huiusmodi, non peccant, nisi ratione corruptæ intentionis, vt dictum est: vel nisi ex qualitate temporis & personę dictaret conscientia, aut dictare deberet quòd ista non quærerentur nisi ad malum, quia tunc vendendo peccarent. xxiij. q. v. de occidendis. v. q. v. non omnis. sicut, verbi gratia, licet Rayn. non dicat, peccaret vendens arma offensiua, puta lanceas, gladios, sagittas, machinas, iniustè bellantibus, si hoc est manifestum, quia cooperaretur peccato eorum: in dubio autem videtur vendens excusabilis, secundum aliquos: quod verum credo si timens impetatur ab alio, non si impetat. Et ratio patet: quia eo casu si vendit impetenti, exponit se periculo iniustè nocendi: & si non vendit ei, qui impetitur: exponit se periculo non iuuandi eum, qui debet iuuari. In armis etiam defensiuis, puta galea, thorace, & huiusmodi, quidam credunt quòd excusatur vendens, etiam in bello manifestè iniusto. Quod ego verum credo, si emens impetitur, non aliter: quia sunt occasio exercendi offensiua. Si autem ad nullum vsum sunt vtiles, nisi ad peccandum: sicut quædam venena mortifera ad nullum bonum vsum vtilia, peccãt faciendo, tenendo, vendendo, vel aliàs alienando talia. xxj. q. j. c. j. de consec. di. v. fucare. argu. de libello famoso, quem non debet quis ostendere, sed destruere: aliàs peccaret grauiter. v. q. j. per totum. Et † est optima lex ad hoc ff. de cõtrah. emptio. lege, quod sæpe, vbi ponitur talis regula, quòd flagitiosæ res, id est, quæ nullo modo per additionem alterius possẽt esse vtilis vsui humano, nec emptio, nec mandatum: nec societas valere potest. Et idem tenet Innoc. in cap. j. de cleri. vel. mo. qui dicit quòd in his nullo modo licet negotiari. Et concordat prædictis Host. & S. Tho. Sed tamen aduertendum est, quod Supple. inter ea quæ nulli vsui humano sunt apta, ponit exemplum de quibusdam sumptuosis camisiarum suturis, quas præcipuè faciunt Hispani, dantes pro factura vnius camisiæ interdum plus quadruplo, quàm pro tota camisia. Sed hoc non est verum: quia veniunt in vsum ornamenti, quod aliquando licere potest. ¶ Quartò † vtrum liceat facere aut vẽdere aleas, taxillos, & chartas, & huiusmodi? Et dico quòd quo ad factores taxillorum, omnes conueniunt quòd de tali artificio viuere non licet quia horum vsus: vt in pluribus, est ad malum. Et Veruec. dicit quòd non est securum de talibus viuere, quorum vsus frequentius est ad peccatum. quod Archi. intelligit de mortali. vnde tales non sunt absoluendi, nisi dimittant. de pœ. di. v. falsas. & c. fratres. quo ad factores autem alearum seu tabularum, Archi. dicit idem quod & de taxillis. Sed quidam alij dicunt esse simile: quia eis frequentius luditur ad subleuationem, tædij vel laboris: & idem de scachis. Et hanc opinionem Supple. dicit veram, si sine peccato luderetur. quod Hostiensi non videtur: aliàs idem dicendum est de his quod de taxillis, propter eandem rationem: quia vbi modo ratio eadem est, ibi idem ius. lege, illud. ff. ad leg. Aquil. Quamuis ad chartas quoque idem dicit Archid. quod de taxillis. Sed tu dic quòd circa hæc & similia habetur vna maxima ex S. Tho. ij. ij. q. clxix. & Pisa. & Archi. quòd nullus potest vendere ea, quibus homines bene vti non possint, nec quibus vt plurimum homines male vtuntur, nec quibus vtũtur bene & malè, si probabiliter creditur quòd ad

quòd vd vsum malum comparantur. Aleis autem & taxillis & chartis nõ vtũtur vt in pluribus homines ad malũ plusquã facies, maximè ad mortale, & si fortè ad veniale. & ideo non est in malo statu, qui talia facit aut vendit, nisi vẽdat ei, quem probabiliter dubitat huiusmodi vsurũ ad mortale. Vnde esset ei consulendum vt abstineat, non tamen est absolutio denegãda: quia si leges cõgedunt in casu ludum alearum, vt patebit, etiam ipsam earum fabricationem & emptionem concedunt. In aurea autem Rosa non determinaui ex proprijs: sed opinionem prædictorum recitaui. ¶ Quintò quæritur, quid de factoribus aut venditoribus fucorum & aliorum ornamentorum. Et Sum. Aug. dicit quòd faciẽtes taxillos, chartas, pompas, curiositates, & huiusmodi, quę vt frequentius sunt peccatum mortale his qui vtuntur, absolui non debent, nisi à tali arte abstineant. Sed Sanct. Thom. ij. ij. quęst. exix. dicit quòd quia mulieres se possunt ornare vt conferunt decentiam sui status, vel etiam aliqua addere, vt placeant viris suis: consequens est quòd artifices talium ornamentorum non peccent in vsu talis artis, nisi forte inueniendo aliqua curiosa & superflua. Archidiac. autem distinguit, dicens quòd vendendo his, quos sciunt aut credunt vsuros ad prouocandam lasciuiam, est mortale: quia cooperantur talibus in crimine. ij. quęst. j. notum. hoc tamen non debent de facili credere, nisi appareant signa manifesta, vt in meretricibus: quia nemo est iudicandus immemor salutis ęternę. j. quęstij. iubemus. sed vbi hoc ignorant, vel non considerant, sed solum aduertunt de vanitate, cum talibus vti possint mulieres cum mortali & veniali, & licitè secundum quantitatem excessus & intentionem earum: cùm etiam sit temerarium iudicare quòd intentio earum vt in pluribus sit lasciuia, aut inanis gloria, quæ sit mortale: excessum etiam esse tantum quod faciat mortale sit difficile discernere, nõ videtur quòd huiusmodi artifices peccẽt mortaliter: cùm minus sit ista facere, aut vendere quam eis vti: quod vti etiã fucis, quod maxime inter ornamenta ad lasciuiam prouocat, non est mortale, vt dictũ est: nisi fortè dicatur quòd mulieres, vt in pluribus, his vtuntur vt placeant viris alienis, saltem ad inanem
4 gloriã: ad quod tamen dicitur quòd inanis gloria ex genere suo est veniale, vt dicetur. ¶ Sextò, † vtrũ ars balistariorũ, id est, exercendi balistas, quæ scilicet ad artẽ militiæ reducitur, sit licita? Et dico quòd sub pœna excõmunicationis, phibetur inter Christianos. de sagitta. c. vnico. Sed cõmuniter intelligitur, primò cõtra catholicos, & secundò in bello iniusto, secũdum glo. & Doct. ibi. quod etiã euidenter probatur secundũ aliquos: quia, vt dicetur j. Excõmunicatio. j. excõmunicatio nunquam infertur à iure, nisi pro eo quod est mortale: & cõsequẽter nec etiã iura eã cõminãtur, nisi pro tali. Data autẽ iniuria belli, licitũ est quibuscunq; armis vti & pugnare, nec attinet ad iustitiã vtrũ qs apertè vel ex insidijs pugnet. xxiij. q. ij. dominus. pugna autẽ balistarũ videtur pugna ex insidijs. Dicunt tũ cõmuniter Doct. quòd iste canon nõ est latæ, sed ferendæ sententiæ. ¶ Septimo, vtrũ licita sit ars histrionatus? Et dico quòd histrio est, q̃ sua psona ludũ facit sine vitæ periculo: & eius ars, secundũ hea. Tho. ij. ij. q. clxviij. & alios Doc. est licita, si fiat moderatè, loco, tẽpore, & à personis cõgruis, id est, laicis: quia ordinatur ad solatiũ hominibus exhibendũ: quod humanæ vitæ necessariũ est, sicut cibo, sale: & eo casu licitè percipit mercedẽ: aliàs esset peccatũ, etiã mortale: vt si fiant similia tpe pœnitentiæ, vel in ecclesia, vel à psonis ecclesiasticis, aut cum iniuria Dei vel proximi: pura cum verbis turpibus, aut actibus repręsentatibus turpia, aut incantationibus, quod patet: quia talibus corpus Christi denegatur. vt c. pro dilectiõe. de cõsec. dist. ij. vnde nõ sunt absoluẽdi. Et de talibus loquitur Cypria. in d. c. pro dilectiõe. & Aug. dist. lxxxvj. qui venatoribus. vbi dicit, magnũ esse peccatum dare aliquid talibus pro opere suo, quia in scelere suo fouẽtur. Et illud peccatũ videt mortale, quia est cooperatio ad mortale: & illud, quod datur, pertinet ad turpe lucrũ, erogandũ pauperibus de cõsilio. Addit tamẽ Veruec. & Rodof. & Sum. Cõsel. nõ esse mortale, si quis talib⁹ dat, ne ab eis infametur aut viturperetur: siue etiã si eis datur ad necessitatẽ sustẽtãde naturæ, secundũ Rodof. Vtrũ autẽ possit talis ordinari. j. Ordinandus. ¶ Octauò, vtrũ licita sit ars facientiũ ex sua persona ludũ cũ periculo vitæ: vt qui gradiuntur per chordas in sublimi, & huiusmodi? Et dico quòd nõ, ratione periculi: sed est peccatũ mortale, nõ obstãte quòd nõ moriantur in pluribus quãdo sic ludunt, sed semel tantũ: quia sufficit quòd in pluribus moriãtur tales artifices: & si nõ in pluribus, saltẽ frequẽter & sæpe. Vnde torneamẽta sunt prohibita sub pœna priuatiõis sepulturæ hac ratiõe: quia ibi homines sæpe moriũtur: extra de tornea. c. j. ¶ Nonò, † vtrũ licita sit ars facientiũ 7
instrumẽta musicalia. Et dicit Archi. quòd cũ vsus eorũ de se sit licitus, licita est eorũ formatio & vẽditio: sed tamẽ in vsu eorũ potest multipliciter esse peccatũ, scilicet vtẽdo ad lasciuiam, vel ad nimiã complacentiã sensualem: permaximè verò in diuinis officijs pulsando in organis ballatas, & cantiones laicales: quod videt magna irreuerẽtia Dei: & si nõ multi, quidã tamẽ carnales & vani percipiũt de cãtionibus, vnde magis ad carnalia quàm ad spiritualia trahunt: sed vtrũ mortale aut veniale sit viderint ipsi faciẽtes. hæc ille. Sed ista procedũt quãdo cãtiones sunt lasciuæ habẽtes verba aut turpia, aut incẽtiua carnalis amoris: & sunt satis vsitatæ, ita quòd verisimile est, aliquos ista percipere. secus vbi nõ sunt vsitatæ: quia p accidẽs, & rarò esset quòd aliquis inde moueretur ad malũ. Quæ autẽ rara sunt, sub arte nõ cadunt. Sicut etiã ex figuris sanctorũ aliqui malè mouentur: nec tñ penitus auferuntur de ecclesia: quia alij plures inde mouẽtur ad bonum. ¶ Decimò, vtrũ licita sit ars ꝓpter lucrũ ludentiũ in tympanis siue taburis & tibijs & violis & huiusmodi: qui scilicet cõgregabãt homines ac mulieres, aut ad loca, vbi cõgregãtur, accedũt, vt ibi lucretur? Et dico quòd de se, id est, ꝓ omni casu ista ars nõ est illicita: quia sicut organistæ, ita & alij misicã tes licitè cõducunt vt ludãt in diuinis & causa honestæ & necessariæ recreationis. de cõsec. dist. iij. pueri. Et similiter vt videtur in castis nuptijs: alioqui totus mũdus dãnaretur, vnde nõ pòr esse illicita nisi ex intẽtione vel circũstantia loci, tpis, & huiusmodi: quæ quãdo sint peccatũ mortale, videre nõ est facile. Vnde sicut nõ denegat absolutio choreizãtib⁹ ratiõe cõmunis periculi, sed solũm ratiõne malæ intẽtionis: ita nec istis videtur denegãda: licet consulendũ sit vt aliunde lucrentur & viuant. ¶ De arte notoria infrà Sortilegium, secundò.

¶ ARTICVLVS fidei. vide infrà, Fides.

¶ ARTICVLVS mortis. supra Absolutio. j. §. quinto.

De Assasinis.

1 *Assassini, qui duobus modis vulgariter dicti sint, quinam censendi sint?*

2 *Constitutio capitis, pro humani de homicid. lib. vj. in quo hominum genere locum habeat? Et quinam pœnæ in ea constitutione contentis obnoxij sint?*

3 *Assassini nũ impune occidi & interfici possint? Et bãuire & diffidare idẽ ei. Et nũ qui clericis diffidata occidit, sit excõicat⁹*

4 *Bona diffidatorũ, num eorũ, qui ipsos intercipiãt, efficiantur?*

5 *Statutum vel lex, si aliquem bonis priuet, vel alioqui ipso facto, & præterea addat nullam declarationem requiri, an sit sententia declaratoria necessaria?*

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 ASSASSINI † dicuntur dupliciter, scilicet propriè & transsumptiuè per quandã similitudinẽ, siue vulgariter. Assassini, ppriè qui fuerint, sunt opiniones. Nam quidã dicũt quòd sunt, quicũq; sub alicuius dominio ꝓ pecunia occidunt homines ad alicuius instantia: sed iuxta istã opinionem nunc mũdus esset plenus assassinis vel receptoribus eorũ, & innumerabiles subijcerentur pœnis capituli, pro humani. de homic. lib. vj. nec haberet locum d.c. solùm in certo genere hominum: quod nõ obseruat cõsuetudo, & etiã ratio non patitur. Primò, quia omnes assassini sub vno dñoviunt, vt colligitur apertè ex tex. dicti c. ibi cùm dicit quòd nõnulli magnates taliter perim: &c. Secũdò, quia sunt infideles: quod patet, tũ quia dicit tex. quòd magnates ab illo eorũ dño redimunt vitã non absq; Christianæ dignitatis opprobrio: tum quia ipsis assassinis imponitur pœna, quæ magna imponitur mandatibus & recipientibus vel occultãtibus: cuius nulla potest esse ratio, nisi quia sunt infideles, de quibus papa nõ disponit, cũ foris sint. Gl. verò in verbo, formidantes, sic dicit: Assassini mortẽ nõ timẽt: & dicũtur esse delvezo data montagna. & additio habet quòd iste est quidã Baro Saracenus: & prout dicit, sunt illi sui serui ita nutriti quòd parẽdo mandato domini sui credũt saluari. & secũdum Host. multi Christiani principes per tales occisi sunt. Et hanc opinionẽ sequitur Sum. Pis. dicẽs quòd assassini fuerunt, & fortè adhuc sunt quidam infideles, qui ex quibusdã falsis opinionibus de facili mittebantur ad occidẽdum quemlibet Christianum, nõ curantes si ob hoc occiderẽtur & ipsi, cũtra quorum pestẽ Inn. quartus in d.c. statuit, vt quicunq; princeps vel prælatus, seu quæuis alia ecclesiastica secularisve ꝑsona quempiã Christianorũ per prædictos assassinos interfecerit vel mandauerit, quanquã mors forsitan ex hoc nõ sequatur, aut eos receptauerit, vel defenderit, vel occultauerit, excõmunicationis, & depositionis à dignitate, ordine, honore, & beneficio incurrant sentẽtias ipso facto: & illa liberè alijs per illos, ad quos eorum collatio pertinet, cõferantur: sint etiã cũ omnibus suis bonis expositi Christianis, & perpetuò diffidatitia ꝙ, ex quo de prædictis, vel aliquo prædictorum probabilibus constiterit documentis, nulla alia excommunicationis, depositionis,
2 seu diffidationis sententia requiratur. ¶ Primò † verò quæritur, vtrum ista cõstitutio locũ habeat solùm in certo genere personarum, id est, assassini propriẽ an generaliter in omnibus assassinis etiã vulgò dictis: qui scilicet licet sint fideles, tamen assassinorum more Christianos occidũt accepta pecunia? Et dico quòd Ioan. de Imol. & do. Dominicus de sancto Gemin. in dicto cap. pro humani. tenent quòd habet locum generaliter: nec refert quòd sint sub alicuius dominio, vel infideles: sed solùm quòd pro pecunia occidant. quorum opinionem sequuntur multi: vt Bartolus in Inoo solum. §. si mandato. ff. de iurisdict. & Salic. in l. ea quidem. C. de accusa. Sed Ioan. Andr. & Archidiac. tenent quòd habeat locum solum in certo genere personarum. Dominus autem Franciscus de Aretio in consilio antepenultimo, incipiente, in Christi nomine. dicit quòd si prima opinio esset approbata consuetudine, standum esset ei virtute consuetudinis: qua remota, non consuleremus, inquit, secundum eam. Et mouetur principaliter, tum quia text. qui in principio loquitur de assassinis simpliciter, pòst loquitur in determinato genere personarum referẽdo se ad nominatos in principio, & consequenter declarando de quibus in principio intellexerunt quia si intellexisset in genere de omnibus, qui pro pecunia occidunt, eandem pœnam imposuisset facientibus sicelin, sicut mãdantibus, quod non facit. Et huius ratio alia non est nisi quia illi erant infideles, de quibus papa non disponit. Nec debet ista decretalis extendi, cùm sit pœnalis: & non sit eadem ratio in alijs: quia illi contemnentes mortem vltra omnes homines, vt ibi tangitur per Doctor. facilius & frequẽtius talia delicta committebant. hæc ille. ¶ Secundò quæritur, qui sunt hi qui ligantur pœnis contentis in dicta cõstitutione? Et dico quòd sunt quinq; hominum genera, vt patet in tex. Primò, interficientes actu & de facto per assassinos: aliquem Christianum: seeus si Iudæum vel Paganum, de mente Ioan. And. qui dicit, se quendam defendisse prælatũ, contra quem fuerat probatum quòd occidi fecerat homines per assassinos: sed cùm homines illi potuissent non fuisse Christiani, non erat sufficienter probatum. Secundò mandans, quanquam mors non sequatur, etiam si re integra mandatum reuocauit, secundum Ioan. And. quia prius ligatus erat solo mandato. Tertiò receptans, scilicet patenter, secundum Ioan. Andr. vt differat à sequẽti, scilicet occultãte: & receptatores tãquam aggressores tenẽtur. C. de his qui latro. occult. l. j. & ij. Quartò defendens. Quintò occultans. ¶ Tertiò † quæritur, vtrũ taliter diffidati interfici possint impunè? Et dicit Ang. de Perusio cõsil. xiij. & sequitur Gemin. in d.c. pro humani. quòd sic: sed & perquencũq; priuatũ: quia idem est bãnire & diffidare, quod statuere & præcipere quod impunè possint occidi: vt not. C. de accus. l. reos. quòd quantum ad conscientiam licitum esset, si fieret bono fine, id est, zelo iustitiæ: nõ aliter. vide infrà Homicidiũ. j. §. iij. ¶ Quartò, vtrũ percutiens clericũ taliter diffidatum sit excõmunicatus? Et dico quòd nõ, quia secundũ Gemin. ibi, est spoliatus omni priuilegio clericali: & sine alia degradatione occidi potest aut verberari sine excõmunicatione vel alia pœna. De his tamẽ etiã ℣. Degradatio. ℣ fi. ¶ Quintò, † vtrũ bona prædictorũ sint capientium? Et dico quòd sic, si sunt bona mundana: sed tamen aduerte hic secundũ Arch. & Ioan. And. quòd requiritur prius sententia iudicis cõtra ipsum assassinũ, vel tantorẽ talium, antequã liceat cõtra tales ꝓcedere in personis & bonis. Et ad tex. d. c. pro humani. respondet non requiri aliã sententiã, scilicet quæ det licentiã occidẽdi, & huiusmodi: quia sufficit si sit declaratus assassinus vel fautor. Faciunt autẽ regulam generalem valentẽ ad casus infinitos, talẽ: Omnia iura mundi, quæ dicũt pœnã imponi ipso iure vel ipso facto, debent intelligi, dummodo secuta sit sententia declaratoria, per quam declaratum sit fuisse commissum id, propter quod veniebat imponenda illa pœna, alias illa pœna effectum & executionem non sortirur. Et idem Alexan. de Imol. in l. si quis maior. C. de transac. quod tamen fallit in pœnis secum trahẽtibus executionem: vt excommunicatio, & huiusmodi, quæ nõ requirunt ad executionem finem hominis. De quibus diffuse Felin. in capit. Rodulphus. de rescriptis. Tenet tamen Panormitanus in cap. cùm nõ ab homine. de iudic. quòd si tale factum sit notorium facti, scilicet quod non potest aliqua tergiuersatione celari: non requiritur ista sententia declaratiua: sed in hoc nõ tenetur. Tenuit etiã idem in cap. canonum. de constitut. quòd vbi alicuius bona sunt ipso iure confiscata: talis non potest illa cũ bona cõsciẽtia retinere quia statim, inquit, sunt acquisita fisco. Sed etiam in hoc ꝓreprehenditur ab omnibus. & de hoc infrà Hæresis. j. §. iij. Nota † tñ quòd vbi lex vel statutũ priuauerit aliquẽ bonis vel aliter ipso facto: & adderet, quòd nulla requiratur declaratiua sententia. Et sic fecit paul. secũdus in extrauag. quæ incipit, ambitiosæ. Et ista est optima cautela, de qua infrà Alienatio. §. xv.

¶ ASSECVRATIO, vide infrà Negotium. §. iiij.

¶ ASTROLOGIA, infrà Superstitio. §. vj.

¶ ASTVTIA, vide infrà Simulatio.

De Auaritia.

1 *Auaritia, quæ habendi inordinatus est amor, in tribus consistere dicitur.*

2 *Auaritia in appetendo consistens, num peccatum mortale sit? Et quos modos id cõtingat? Et quid de ea quæ est in acquirẽdo? Et item quid in retinẽdo? Et quandã sint auaritiæ filiæ, ac species?*

1 AVARITIA † secũdũ S. Tho. 2. ij. q. cxviij. est inordinatus amor habẽdi scilicet exteriora bona diuitiarum, quæ in quadã mẽsura sunt appetẽda, scilicet vt sint necessaria ad vitã secũdum suam conditionem: quia omnia ordinata ad aliquem finẽ, secũdum illum mensuram suscipiũt, sicut medicina secundũ sanitatem: vt patet in primo Polit. &, vt ex dictis eius ibi colligitur, auaritia cõsistit in tribꝰ, scilicet in appetendo, in acquirendo, in retinẽdo inordinatè diuitias.
1 ¶ Primò † verò quæritur, vtrum auaritia consistens in appetẽdo sit peccatũ mortale? Et dico quòd sic, tribꝰ modis. Primò, appetendo habere animo deliberato aliquid notabile alienũ illicito modo: puta non dato pretio, vel re non petita: qa est contra illud præceptum, Nõ cõcupisces, &c. si tamẽ res esset modica, vel non esset aliena, vel non esset concupita haberi modo illicito, non esset mortale, sed veniale, vel nullum. Secundò, appetendo aliquid illicitũ appetenti: puta beneficiũ ecclesiasticum, cùm sit indignus. Tertiò, appetẽdo superflua appetitu, qui præponderet appetitui charitatis Dei vel proximi: puta quia propter amorem diuitiarum quis non videtur facere cõtra Dei & proximi charitatẽ: sed iste appetitus non est peccatum actuale, nisi in duobus casibus scilicet quando quis actu de hoc cogitat, del berãs potius admittere aliquid mortale, quàm non consequi aliquid diuitiarum: vel quando ex isto appetitu fit aliqua actualis transgressio: puta quia deierat, blasphemat, aut percutit iniustè. ¶ Secundò, vtrum auaritia in acquirendo sit peccatum mortale? Et dico quòd sic, quãtum est ex sua ratione, nisi res sit modica: quia omnis illicita acquisitio est cõtra iustitiam & omne quòd est cõtra iustitiam, ex suo genere est mortale, secundum Tho. Vnde in acquirendo dupliciter est mortale. Primò, quando acquisitio fit per iniustitiam: vt furando, fœnerando, rapiendo, decipiẽdo, & huiusmodi. Secundò, quando fit per actus, qui etiam sine acquisitione essent peccata mortalia: sicut cùm quis turpiter agit cum muliere duite, vt inde detur vel lucretur: aut simoniam committit, & huiusmodi: in quibus est quide peccatum vnũ, sed duas habet dissormitates. ¶ Tertiò, vtrũ auaritia in retinẽdo, sit mortale? Et dico quòd sic, tripliciter. Primò, cum qs retinet ea quæ restituere tenetur, & potest: vt in c. fœpe. de re. ipol. & hoc est mortale toties, quoties hoc deliberate: arg. d. cap. fœpe. imò & si nõ deliberate, sed omittit restituere, quando occurrit tempus, locus, & casus, in quo restituere tenetur. Secundò, quãdo quis retinet ea, quæ sunt superflua necessitati suæ & suorum, videns aliquem in extrema necessitate: quia tenetur et de tali superfluo, etiã si illud sit necessarium ad decentiam subuenire, secundum S. Thom. & Ric. de quo vide infrà, Eleemosyna. §. j. Tertiò, secundum aliquos, quando quis retinet superflua non solùm suæ necessitati & suorum, sed etiam decentiæ, & videt alium indigentem ad necessitatem vel ad decẽtiam status: quia de ipsis tenetur erogare eleemosynam, etiã nõ existent. bus in extrema necessitate, secundum Richar. in 1 ij. dist. xv. quod potest esse verum, quando retinet inordinatè, aliàs scilicet non daturus: secus si retinet vt aliàs daret magis indigenti: vel vt det pluribus, & non totum vni. ¶ De filiabus auaritiæ quando sunt mortale, vide ℣. in titulis suis: & sunt Proditio, Fraus, Fallacia, Periurium, Violentia, Inquietudo, & Obduratio.

De Auditore.

1 *Auditor cameræ Apostolicæ, quam iurisdictionem habeat? Et quid de Auditoribus Rotalibus?*

AVDITOR † cameræ apostolicæ, scẽdm aliquos, habet iurisdictionẽ ordinariã: alijverò auditores curiæ, id est, Rotales, scẽdm veritatẽ, habẽt ordinariã in cognoscẽdo, & delegatã in ꝓmptiãdo: sup quo vide gl. in cle. auditor. de rescri. 1

De Balneo.

1 *Balneum ingredi num quis die dominico possit?*

2 *Balnea ingredi, num clericis, vel religiosis liceat? Et quid si cum Iudæo quis ea ingrediatur?*

3 *Balneum cũ mulieribus ingredi, an liceat? Et quæ pœna sit ingredicis cũ muliere aliena? Et an sit mortale peccatũ? nn. seq.*

4 *Infamis habetur, qui mulieres ad balneatorum vestes custodiendas habet.*

5 *Capitulum, nõ oportet lxxxj. distinct. num præceptũ inducat?*

BALNEVM † quæritur primò, vtrum die dominica intrare qs possit? Et qs provoluptate aut luxuria omni tẽpore, ꝓhibet: ꝓ necessitate aũt licet: vt est tex. de consec. di. iij. pœnit. sed p voluptatẽ intellige delectationẽ superfluã, quæ semp est peccatum, licet nõ semp mortale: per necessitatẽ verò intellige etiã honestã & oportunã recreationẽ: quæ etiã die festo licet imò sed ariò ad hoc dies fest⁹ videt institutus, ne serui nimiũ fatigarentur. ¶ Sed ò, † vtrũ liceat clericis vel religiosis balnea intrare? Et dico ꝙ sic, cã necessitatis, scẽdm glo. xxiiij. q. j. omnis. Sed hãc necessitatẽ intelligo nõ solùm in firmitatẽ, sed etiã quãlibet licitã corporis refocillationẽ. Vñ, vt ibi dicit text. Ioan. Apostolus ingressus est balnea gratia lauãdi. ¶ Tertiò, vtrũ liceat balnea intrare cũ Iudæo? Et dico quòd hoc nulli Christiano liceti: sed secundũ doctores est peccatũ mortale. quod patet: quia si clericus hoc facit, debet deponi: si laicꝰ, debet excõmunicari. xxviij. q. j. nullꝰ. imò hoc nõ licet cum aliquo infideli: quia nõ debemus lauari cum hominibus alienæ sectæ, secundũ gl. xxiiij. q. j. c. omnis. vbi dicitur in tex. Ioan. aufugisse de balneis nõ lotus, quia vidit ibi Cherintum hæreticũ. ¶ Quartò, † vtrũ liceat balneũ intrare cũ mulieribus? Et dico ꝙ non: vt est tex. in c. non oportet. lxxxj. dist. vbi & gl. dicit quòd vir ingrediens balneũ cum muliere aliena, priuatur donatiõe propter nuptias? & mulier dote, si cũ viro alieno. C. de repu. l. vl. §. inter culpas. ¶ Imò † etiã infamis est, qui tenet mulieres custodientes balneatorũ vestes: vt ff. de his qui not. infa. l. athletas. Vtrum autẽ sit mortale, intrare cum aliena muliere: inde tandum esset ex scandalo & periculo, si istud cap. non sit præceptiuum tamẽ vix credo posse esse sine periculo concupiscentiæ mortalis. ¶ † vtrum autem illud capitulum sit præceptiuum, iudicandum est ex his, quæ dicuntur infrà Præceptum. §. secundo.

De Banno.

1 *Bannum iuxta idiotismum Gallorum ac Italorum qui nam sit? Quid autem bannire & proscribere. Item quid proscriptio? Et quis proscriptus dicatur?*

2 *Bannitum iniustè, ad amissorum ratione iniustæ bannitionis vel statutum tenere, & in mortale peccatum incidere.*

3 *Bannitus quæ amittere dicatur? Et an capax sit testamenti conficiendi, & ex eo hereditatem capiendi?*

4 *Bannitus occasione delicti, ex quo bona publicationi obnoxia sunt, an deportato æquiparetur? Et quid sit deportare, & relegare?*

5 *Iura, quæ bannitus retinet quæ præterea? Et ibidem remissiones de bannitionis materia.*

BANNVM, † secundum vulgare Gallicorum & Italorũ videtur esse edictum publicũ, iuxta illud quod dicit glo. 1

de

de foro compet. in cap. quod clericis. quod præco Parisiensis nuntiat bannum nomine episcopi & regis. Bannire autem, secundum dicta vulgarium, videtur idem esse quod proscribere: & bannitus quasi proscriptus de ciuitate: vt in procemio Digestorum. Proscriptio autem est aduersus absentem iudicialis promissio, vt in posterum procul agat, id est, maneat ab imperio: & proscriptus est is, contra quem fit pronunciatio talis, & eius bona palam & aperte scribuntur. ¶ Primò † verò quæritur, vtrum iniustè bannies, teneatur ad restitutionẽ de amissis ratione iniustæ bannitionis? Et dico quòd sic, vltra mortale, quod incurrit, secundum Inno. in ca. fi. de his quæ vi met. causa fiunt. ff. quod metus causa. l. si cum exceptioe. §. Pedius. quia bannitio fuit amissionis occasio. d. l. si cum. §. in hac actione. Nec ob. ff. eo. l. metum. la. ij. vbi sentiẽs armatos cõtra se venire, si fugerit, & occupatus fuit fundus, quem fugiẽdo dimisit, non tenẽtur armati: quia loquitur quando metus fuit vanus, quia fortè non ibant contra eum. sed si promissent ire contra eum, & huiusmodi, bene tenerentur de omni damno, quod iuraret sibi contigisse eorum occasione. ar. dictarum legũ. & d. ca. fi. & ij. q. j. in primis. ¶ Secundò † vtrum bannitus amittat ea, quæ sunt iuris ciuilis? Et distinguo secundum Bar. aut est bãnitus raliter quòd potest impunè offendi & sic bannitus imperij pdit ea: sed si est bannitus alicuius ciuitatis aut regni, non perdit ea quæ sunt iuris ciuilis eatenus Romanorum, sed quæ sunt ppria illius ciuitatis aut regni, vt no. Bar. in l. amissione. ff. de ca. di. Addit autẽ q; ad hoc vt sit talis bannitus, duo requiruntur: vnum quòd sit inobediens, & aufugerit ab imperio cui subest, & sit exbannitus: aliud quòd in hostium numerum se conferat, & habeatur pro hoste. Vnde si quis sit bannitus, non tamen habitus vt hostis, nec posset offendi impunè ex forma statuti: tunc talis nõ perdit nisi ea, quæ sunt ciuitatis. Et sic patet q; potest bannitus facere testamentum, vel succedere: quia hoc primus non potest, scilicet bannitus imperij: bannitus autẽ ciuitatis potest, & multò fortius bannitus, qui non potest offendi. sed secundus potest secundum ius commune: secus in successione secundum statuta ciuitatis. ¶ Et † sic patet quòd bannitus ex delicto, ex quo venit bona publicãda, non æquiparatur deportato, qui non succedit nec ex testamẽto nec ab intestato. C. de hær. instit. l. j. quia talis succedit, & potest acquirere de nouo, si remanet liber. & hoc secundũ dispositionẽ iuris cõmunis, sed nõ vigore. statutorũ ciuitatis vel terre, de qua est bãnitus. Intellige tñ q; deportare, est aliquẽ exibo ppetuo dãnare: relegare autẽ, ad tempus est. ff. de interdi. l. relegatorum. ¶ Tertiò † quæritur, quid valeãt hæc, cũ in dicta ciuitate vel terra agere nõ possit? Et dico sc̃dm Bar. in l. certa forma. C. de iure fis. potest cedere alteri iura sua: & nõ obstabit cessionario ipsa bãnitio. Qualiter puniat bãniens episcopũ. j. Excõmunicatio. vij. §. xv. De bannis autẽ, quæ fieri debent in matrimonio. j. Clandestinũ. De bannitione, quæ est diffidatio. infrà Diffidatio.

De Baptismo, primò quantum ad eius multiplicem substantiam & formam.

1 *Baptismus quid & quotuplex sit? Et ibidem quòd in baptismo aliquid sit res sacramenti tantum, aliquid sacramentum tantum & aliquid res & sacramentum simul.*

2 *Baptismi species ac formæ tres quibus conueniant? Et an sicut martirizari & sanctificari in vtero puer potest, & baptizari? Et quid si Iudæus filiam à Christiano prægnantem in Christi despectum abortiri faciat?*

3 *Triplex illud baptismi genus, quomodo inter se, se habeat, & cohæreat? Et subinde q; nam baptismi forma sit? Et quæ verba sint de eius substantia, & quæ non? Et quid efficiat substantialium emissio?*

4 *Formã baptismi, nũ sicut Apostoli immutarũt, baptizãtes in nomine Christi: ita & nũc mutare. saltẽ p æquipollẽtia verba possimus? Et an Baptismus in X̃pi nomine datus, foret verus baptismus? an verò rebaptizãdus esset, qui tale baptisma susciperet?*

5 *Forma baptismi si quid subtrahatur, aut si quid addatur, aut si verba corruptè proferantur: num baptismo vim habeat, quod agitur? Et q; si interrupto. trãsposito. aut voci variato fuit?*

6 *Ex his quæ de baptismo dicta sunt, quot contusiones decisorũ certorum casuum colligantur?*

7 *Baptismus sub Græcorum forma ab ipsis Græcis datus, num verus sit? Et quotupliciter in baptizandi forma Græci à nobis differant? Et an liceat Latinis sub Græcorum baptisf. dare?*

BAPTISMVS † vel bapeisma, aut etiã baptismus, à nostris dici põt immersio vel intinctio: qa dicitur à baptizo qđ est immergo: vel, secundũ aliquos, à bapter, qđ est flumen vel aqua, & secundũ S. Thom. baptizare in Græco est lauare: & sic baptismus dicitur vel ipsa aqua, qua fit lotio, quæ dicitur lauacrum: vel ipsa lotio, quæ est vsus lauacri. Et sic limitur baptismus propriè, sed trasslimitur per similitudinẽ ad quædam alia: quo fit vt triplex dicatur baptismus, secundũ Dama. & Aug. lib. iiij. de vnico baptismo. & de consec. distin. iiij. cap. baptismi vicem. Primò, scilicet Baptismus sanguinis: de quo Io. xij. Baptismo habeo baptizari. & hic est potentissimus. de consec. di. iij. j. catechumenus. & idẽ est quod martyrium. Et secũdò baptismus flaminis, id est Spiritus sancti. de quo Actuũ ij. Vos autẽ baptizabuimini Spiritu sancto. & est propositum suscipiẽdi baptismum propriè dictum modo debito, si dabitur facultas. Et tertiò baptismus fluminis, id est, aquæ, de quo Ioan. iij. Venit Iesus in terram Iudææ, & baptizabat. Et secundum Hug. de san. Vic. baptismus definitur esse aqua &c. sed secundũ magistrum in iij. est ablutio facta sub præscripta forma verborum. & hæc diffinitio, secundum S. Tho. est magis propria: quia aqua non significat aut causat mundationem, nisi vt est abluens vel quasi eodem modo. secũdum Aug. est tinctio in aqua verbo vitæ sanctificata. vel secundũ Dire. lib. j. tit. iiij. est ablutio exterior cum certa forma verborum, sine quo nemo saluari potest. de cuius substãtia tria sunt, materia elementi, forma verbi, & intẽtio ministri copulans formam materiæ, vt dicit Augn. quòd accedit verbum ad elementum, & fit sacramentũ. j. q. j. detrahe. Et intelige verbum, scilicet vocale: aliter nihil fit, secundũ S. Bonauen. in iij. & facit cap. detrahe. j. q. j. Vnde in hoc baptismo all quid est res sacramenti tantum, vt infusio gratiæ, & remissio peccati, aliquid sacramentum tantũ, vt aqua & ablutio: intelige cum debita forma verborum. aliquid res & sacramentum, scilicet character. Aqua ergo est sacramẽtum propriè, vt species panis: character autem secũdariò: sicut corpus Christi verum. Tertius dicitur baptismus propriè, duo verò reliqui metaphoricè: quia scilicet vterq; instar baptismi habet purificare, & cõsequenter vicem eius implere. ¶ Primò † verò quæritur, quibus isti baptismi conueniant? Et dico quòd sicut certius, ita & primus cõmunis est adultis & parulis: quia si parulli nondum baptizati occidantur pro Christo, puta in defensationem fidei Christianæ quam tenent parentes: saluantur secũdum Theologos. Vnde Pet. de Palu. dicit in quarto, probabiliter quòd puer in vtero martyrizari potest, sicut & sanctificari, licet nõ baptizari. Vnde si Iudæus filiam fœcundatã à Christiano in despectũ Christi abortiri faciat, videtur quòd puer fiat martyr, habẽs causam & pœnã: sicut si mulier prægnans propter Christum interficiatur, vterq; martyr est. Secundus verò non competit nisi habentibus vsum rationis. ar. eorũ.

consec. dist. iiij. baptismi, quia est propositũ, quòd soli adultis conuenit. ¶ Secundò † queritur, quomodo se habeant inuicẽ isti baptismi? Et dico quòd si cõparemus secundũ & tertium scilicet flaminis & fluminis, dico quòd secũdum æquipollet tertio quo ad remissionẽ culpæ originalis & mortalis, & pœnæ æternalis, sed non quo ad remissionẽ pœnæ temporalis: quia non remittitur tanta tota, sicut in tertio, sed plus & minus secundũ deuotionẽ ipsius. Itẽ per secundũ non imprimit character: & priuatur iste ecclesiastica sepultura, sicut & catechumeni, quamis p eis oret ecclesia: & in eo requiritur cõtritio ad salutem: non autem in tertio, sed attritio, sufficit. Si verò cõparemus primũ & tertiũ, sunt æquales in virtute, quo ad remissionẽ culpæ & pœnæ, modò adsit contritio: sed primus excedit tertiũ quo ad præmiũ accidentale, quod est aureola, & quo ad essentiale, secundũ Pet. de Palu. quia plus de gratia confert, sicut est ibi maius opus. & econuerso, tertius excedit primũ quo ad impressionẽ characteris, quæ nõ est in primo, sed in tertio. ¶ Tertiò quæritur, quæ sit forma baptismi? Et dico secundũ S. Tho. in quarto, & in iij. parte, quòd secundũ Græcos est hæc: Baptizetur seruus Dei talis in nomine Patri & filij & Spiritus sancti. Sed secundũ Latinos, vt etiã habetur de baptismo & eius effectu. c. j. est hæc scilicet, Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. & in fum. Const. lib. iij. tit. xxiij. additur amen. licet, vt ibi dicitur, nõ sit de substãtia. Quæ quidẽ forma cõuenientior est Græca, secundũ S. Tho. quia in ea exprimitur non solum principalis causa baptismi, id est, trinitas, sed etiã instrumentalis, id est, minister. In qua quidẽ forma nostra aliqua sunt de substãtia sacramẽti, scilicet primò inuocatio Trinitatis, secundũ S. Tho. & Pet. de pal. & oẽs, vt etiã habetur de cõse. dist. iiij. in synodo. & secundò expressio actus baptizandi, & tertiò expressio personæ baptizatę, vt in d. c. j. Aliqua etiam nõ sunt de substãtia, scilicet primò expssio psonæ baptizãtis: quia Græci cõferũt verũ baptisma, & illa nõ exprimunt: sed tamen est de præcepto ecclesiæ Latinorũ: & secundò Ego, secundũ Inn. in d. c. j. cũ gl. & idẽ Rich. & S. Tho. quia intelligitur sub ly baptizo: sed tamẽ sic statuit ecclesia: & tertiò ly amen, vt dictũ est, quòd etiã nõ est de præcepto ecclesiæ, sed de quarũdã ecclesiarũ more: & ideo vbi est de more dici debet ad cõfirmationẽ totius. Igitur sciendũ quòd, vt dicit Pan. in d. c. j. vbi aliqua verba sunt de forma substantiali alicuius actus, omissio alicuius verbi vitiat totũ actũ. Secus vbi omitterẽtur aliqua verba, quæ nõ sunt de substãtia, sed de solennitate: puta si presbyter omitteret catechismum, vel salis impositionẽ, vel vnctiones. & huiusmodi. de consec. dist. iiij. mulier. nec ,ppter hoc debet iterari baptismus: tñ si supponeret infans: deberet suppleri p sacerdotẽ quæ fuerũt omissa. In dubio tamẽ forma baptismi est hæc: Si ẽs baptizatus: ego nõ te rebaptizo: sed si nondum baptizãtus es, ego te baptizo &c. extra eo. eap. ¶ Quartò † quæritur, quid iuris si mutetur dicta forma, vt fecerũt apostoli baptizãtes in nomine Christi? Et dicit Dir. lib. j. tit. iiij. quòd nõ licet eã mutare, etiã p æquipollentia verba. Et S. Tho. in iij. dicit quòd id quod de substãtia formæ est, nulli licet mutare: & si mutet, nihil agitur, & incurrit culpa. Si verò mutetur aliquid, quod est de institutione ecclesiæ: incurritur quidẽ culpa, sed nihilominus est sacramẽtũ. Apostoli aũt mutarũt formã, nõ quantũ ad intellectũ, quia in nomine Christi tota Trinitas intelligitur: sed quãsti, qđ scilicet incredulis, erat odiosum, amabile redderetur, ad cuius inuocationẽ dabat Spiritus sanctus, quod etiã nunc posset ecclesia ex speciali præcepto Spiritus sancti, nõ aũt ex propria authoritate. Vnde modò sic dicẽdo, quis nõ esset baptizatus, licet quidã dicãt contrariũ. Quod autẽ dicitur virtualiter, de cõsec. dist. iiij. in c. à quodã Iudæo. in rex. quòd talis esset baptizatus: intelligitur, secundũ Archi. in d. art. scilicet quãdo fieret ex speciali cõsilio Spiritus sancti. Vnde glo. inquit Io. in d. c. & Bar. in d. c. j. de bapt. dicẽs quòd baptismus datus in nomine Christi esset verus: quia scilicet, in hoc nomine intelligitur angens, inunctus, & vnctio. secundũ Amb. falsã vtique est: nec sentit Amb. q; posuit sub hac forma baptismus cõiter dari: sed, vt dicit S. Tho. in iij. parte. vult ostendere qũo fuit cõueniẽs dispensario Spiritus sancti, p illo tpe, cùm etiã sic dicendo trinitas nõ excluderet. Sum. tamẽ Aug. dicit fuisse rebaptizandũ, quasi in dubio, id est, cõditionaliter. sed primum est veritas vt sit rebaptizãdus simpliciter: quia cõiter, secundũ oẽs ferè theologos, nisi tota trinitas inuocet explicitè, nihil fit, nisi ex præcepto Dei, vel in casu mortis: vt §. seq. ¶ Quintò † quæritur, quid si de dicta forma, aliquid subtrahatur? Et dicit S. Tho. quòd si subtractũ sit de essentia formæ, incurritur peccatũ, & nihil fit: teste autẽ baptizatus si omittatur id, qđ nõ est de forma quantũ ad necessitatem sacramẽti, sed ex institutiõe ecclesiæ: vt expressio personæ baptizãtis. Dicit etiã q; si expressa vna persona baptizãdus moriatur, creditur suppleri inuisibiliter. Et sic dicũt intelligẽdũ esse verbũ Ambrosij dicẽtis, q; si fides totius Trinitatis corde teneatur, & vna tãtũ plena sit nominata, plenũ est sacramẽtum. Pet. etiã & Ala. & Sum. Cor. lib. iij. tit. xxiij. q. xj. quãtum ad substãtialia distinguunt, vt recitat Supple, quia si dimissio eorũ fit ex volũtate, vitiat baptismũ: si verò est ex necessitate, piè creditur quòd suppleat summus sacerdos: vt si moriatur puer ante formæ plectionẽ: vnde sepelitẽdus est in cœmeterio si moriatur talis, si aũt vixerit, ratione dubij est sub conditiõe rebaptizandus. hæc ille. qui intẽdit tangere duos casus: in quorũ vno moriatur puer ante formæ cõplementũ, & sepelitur in cœmeterio: in alio verò moritur, aut impeditur sacerdos: & puer cõditionaliter rebaptizatur. ¶ Sextò, quod si dictæ formæ aliquid addat? Et dicit S. Tho. in iiij. duo hic obseruãda: vnũ ex parte addẽtis: quia si hoc facit intẽdens illud additũ esse de forma, quasi volẽs inducere nouũ ritũ, nõ intẽdit ,pferre formã qua vtitur ecclesia, & cõsequẽter nec facere quod ipsa facit: vnde non esset baptismus. Secus si adderet ex aliqua causa, puta ex deuotione: vt dicẽdo, in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, & beatæ Mariæ, inuocaræ, scilicet p modũ intercessionis. aliud ex parte additi: quia si est corruptiuũ formæ, nõ est baptismus: sicut si dicatur, in nomine Patris maioris, & Filij minoris, corrũpitur fides quã forma ,pfitetur. Si verò nõ sit eius corruptiuũ, sicut si additur, & beatæ Mariæ ,pbabilius videtur quòd sit baptismus, & cõcordat Petr. & Ala. Et intẽdit S. Tho. quòd si aliquid addatur ad inducendũ nouũ ritũ, euacuatur baptismus, siue illud corrũpat formã, siue nõ. Si verò addit ex deuotione: euacuat baptismũ si corrũpit formã, non aliter. Si autẽ dubitatur vtrũ additũ sit corruptiuũ formæ nẽcne: recurrendũ est ad intentionẽ ,pferentis, & si intendit aliquod erroneũ, nihil agitur: aliàs secus. ¶ Septimò, quid si verba corruptè ,pferãtur? Et dicit S. Tho. in iiij. quòd si quis hoc facit ex industria, non est baptismus: quia nõ videt intẽdere qđ ecclesia. Si verò hoc facit ex ignorãtia vel defectu linguæ, nõ est baptismus: si corruptio sit tãta quòd auferat omnino sensum. Intellige secundum institutionẽ: vel accõmodationẽ vsus: est verò baptismus, si remaneat sensus, scilicet quantũ ad vtrũque horũ, vel saltẽ alterũ. Et idẽ intellige si fiat ex loco: vt in c. retulerunt. de cõse. dist. iiij. Et subdit S. Tho. quòd præcipuè nõ mutatur sensus, quando corruptio fit in fine: cuius exẽplũ est in c. remlerũt. vt dicẽdo, in nomine patria & filia. mutatio verò, inquit, ex parte prin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

principij variat significationem: ideo ſi nō eſt baptiſmus: ſed intellige vt in pluribus, ita ſcilicet quòd ſi in aliqua lingua mutatio ex parte principij nō mutaret ſenſum, ſaltē ſecundum accōmodationē vſus nō vitiatur baptiſmus, ſecundum Petr. & Sum. Conſ. vbi ſupra. Credo tamen q̄ ſicut dictū eſt in §. v. de ſubtractione, ita & de corruptione ſit dicendū, ſcilicet quòd ſi nō ſit facta ex malitia, etiā ſi ſenſum tollat, ſi mo tiatur puer, Deus ſupplet, & in cœmeterio ſepelitur: ſi aūt vixerit, rebaptizabitur cōditionatē. ¶ Octauò, quid ſi fiat interrupto? Et dicit S. Tho. in iiij. q̄ ſi ita ſit vt intercipiat intentionē baptizātis: nō eſt baptiſmus, ſicut ſi dicatur, in nomine Patris & interpoſita lōga fabula diceretur, filij, ſi aut fuerit parua: vt puta verbi nō corrūpētis formā, ſicut dicēdo in nomine Patris omnipotētis: aut interrupto ſilentij vel tuſsis & h̄ōi quod intētionē nō diſcōtinuet, eſt baptiſmus idem eſt ſi incepta forma dicat, taceatis vel huiſmodi, & deinde proſequatur. ¶ Nonò, quid ſi fiat trāſpoſitio? Et dicit S. Tho. vbi ſupràq̄ ſi talis ſit, quæ mutet intentionē: nō eſt baptiſm⁹. Vt ſi dicat, in nomine Patris Baptizo te, & Filij. Secus ſi intentionē nō mutet: vt, in nomine Patris & Filij: & Spūs ſancti baptizo te. Et ſic intellige dictū Petri quòd mutatio ex ſimplicitate non nocet, quando ſcilicet ſenſum non tollit: ex malitia aūt nocet, etiam ſi ſenſum nō tollat: ſicut de corruptione dicit S. Tho. q̄a tollit intētionē in miniſtro. Quidā tñ dicūt in forma baptiſmi nō poſſe fieri mutationē, quæ ſenſum tollat: quia licet ad fidē ptineat nō ſolùm numerus: ſed etiā ordo pſonarū: tamē quia ille nō eſt durationis aut vocalis expreſsionis, ſed originis: ſufficiēter exprimitur nominibus pſonarum qualitercūque mutatis. Sed iſta ſtare nō poſſunt: & inſtātia eſt dicēdo, baptizo te in nomine Patris. vel, baptizo in nomine te Pris, vel baptizo te Patris & Filij & in nomine Spiritus ſanctj: quia nullus eſt ſenſus. Similiter & trāſponendo ſyllabas, vt in nomine tris pa: vñ melius loquit S. Doct. & ſecurius. ¶ Decimò quæritur, quid ſi fiat variatio vocū? Et dico q̄ duobus modis ſit variatio. Primò, quantum ad voces tātùm nō quantū ad ſignificata: & hoc nō tollit baptiſmū. Vnde hæbraicè, Græcè, Latinè, & vulgariter forma cū effectu, pſertur. debet tamē ſecundū S. Tho. eſſe vſus vocabulorū, quæ magis, ppriè ſunt in vſu ad ſignificandū perſonas, & alia quæ ſunt de eſſentia formæ. Secūdò ſit variatio vocū & ſignificatorū ſimul. quod ſi fiat totaliter: vt te balneo vt quietius dormias. nihil fit. etiam ſi fiat principaliter, id eſt, in principali ſignificato: vt dicēdo, in nomine Trinitatis. qd̄ principaliter ſignificat numerum perſonarum, nō perſonas: vel in nomine genitoris, quod nō ſignificat principaliter pſonam, ſed actū perſonæ, etiam nihil fit. Si aūt fiat in ſignificato non principali, vt dicendo nos, vbi ego: & baptizamus, vbi baptizo, ad ſignificandā dignitatē baptizātis, eſt baptiſmus, licet peccet baptizans. Nec obſtat prædictis quòd ſecundū S. Tho. dicēdo in nomine Chriſti, variatur forma quantū ad vocem, nō ſignificatū: & cōſequēter videt ibi eſſe baptiſmus, cōtra eū: quia dicēdo quòd ſignificatū eſt quidem idem: ſed nō eodē modo ſe habet ad duas formas: quia trinitas perſonarū per earū nomina ſignificatur principaliter & explicitē: p ly
6 Chriſti verò ſecūdariò & implicitē. ¶ Vndecimò quæritur, quot cōcluſiones ſequūtur ex præmiſſis deciſiuæ aliquorum caſuū? Et dico quòd multæ: ſed præcipuè quatuor, quarū hęc prima. Si in forma omittatur ly ego, eſt baptiſmus: quia ly ego, nō eſt de ſubſtātia: ſed ſi dimittatur ly te, nihil fit, ſecūdum Innō. d. c. j. quia eſt de ſubſtātia. & hoc niſi loco eius poneretur nomen propriū baptizati: quia ſecundū Aureo. eſſet baptiſmus, licet peccaret baptizās. Et ratio eſt, quia mutata voce & nō ſignificato ſtat effectus. ¶ Secūda, ſi pro ly ego, dicatur ly nos. & pro ly baptizo, baptizamus, ad ſignificandum plures baptizātes: nō eſt baptiſmus, ſecundū S. Tho. vt dicetur j. Baptiſmus. iij. ſed ſi hoc dicat ad conſignificandum perſonæ dignitatē, ſicut magnates dicūt, nos dicimus aut facimus, hoc loquētes de vno ſolo, eſt baptiſmus, ſecundum S. Bon. in iiij. diſt. v. quia ſcilicet ſtat principale ſignificatū: eum per ly nos, intendatur idē quod ego: & idē eſt ſi per ly te ponatur ly vos, ſiue ad cōſignificandā dignitatē baptizati eādem ratione: ſiue etiā ad ſignificandā pluralitatē baptizatorum. de quo j. Baptiſm⁹. i j. §. iv. ¶ Tertia, ſi nō dicatur baptizo, ſed loco eius dicatur linio, vel hmōi: ſecūdū Per. Aure. nō eſt baptiſmus: quia oportet exprimi ablutionē. Similiter nec ſi dicatur, intēdo te baptizare ſecundū S. Tho. in iiij. qui aliquid facere intēdit, nō eſt cōſequens vt faciat. & cōſequēter ly in, nō eſt baptiſmus ſecundū Gualdēſem. Et ratio eſſe poteſt, quia non ſtat ſenſus verus cum ſignificetur quòd id, quo quis abluit vel baptizat, ſit nomē trinitatis. nec ſimiliter ſecūdum S. Tho. & Per. dicēdo, in nomi⁹bus: quia ſcilicet dicere in nomine, eſt dicere in virtute, quæ ibi eſt vna tātùm: vel in nomine, ſecundū S. Tho. id eſt, in inuocatione Trinitatis. Similiter nec ſi dicatur, in nomine genitoris, aut geniti, aut, procedē tis: aut nominādo perſonas diuinas aliter quàm per nomina propria, ſecundum S. Tho. & cōiter Theologos. Inn. Goſc. & Io. tenent oppoſitū. Vnde ſecūdum aliquos in dubio eſſet rebaptizādū. Similiter nec ſi intermittatur ly &: niſi loco eius ponatur ly quæ, quod æquipollet. & hoc dicit Innoc. in d. c. j.
¶ Duodecimò† quæritur, vtrum baptiſmus datus ſub forma Græcorū à Græcis ſit verus: vt dicēdo, baptizet ſeruus Chriſti Nicolaūt in nomine Patris &c? Et dicit S. Tho. in iiij. quòd ſecūdum opin. eorū de neceſsitate formæ eſt actus baptizati quantū ad ſignificatum: ſed nō quantum ad conſignificatū, ſcilicet perſonā baptizātē, quæ nō eſt de neceſsitate formæ: quia ex ea baptiſmus efficaciā nō habet. perſona aūt recipiēs eſt de neceſsitate formæ: quia actus ad ſuſcipientē terminat. Igitur differunt in forma à nobis quantum ad tria. ¶ Primò, quia nō exprimunt perſonā miniſtri: ad removendū errorem attribuentē efficaciā baptiſmi, baptizantiī vt patet j. Cor. iij. ¶ Secūdò, quia ſignificant actū ſub alia: id eſt, ſub tertia pſona, & ſub alio, id eſt, ſub optatiuo vel ſubiūctiuo modo: ad ſignādum quòd actus interior expectatur ab extra. ¶ Tertiò, quia perſonam baptizatam ponunt in nominatiuo caſu, & in tertia perſona: quia quandoq; baptizatus non habet intellectum, vt ad eum poſsit dirigi ſermo. Quidam autem dicunt, quòd mutant aliquid de ſubſtātia formæ: vt ſic oporteat rebaptizari. tamē hoc nō eſt determinatum. ſed dubium apud quoſdam, quibus videtur quòd ad perfectionem ſacramenti ſufficiat actum baptiſmi ſignificare, in quo ſcilicet includitur perſona in quam tranſit: conſignificationis autem determinatio fit ex eccleſiæ inſtitutione. Hoc aūt certū eſt quòd forma, qua vtimur, eſt melior: tum quia perfectior, vt patet ex dictis: tum quia magis conſonat Euangelio, quod miniſtros dicit baptizantes: tum propter authoritatem eccleſiæ Romanæ tradētis hanc formā ab apoſtolis retentam: quæ nunquam à vera fide legitur deuiaſſe. Et ideo non licet, præcipuè Latinis in forma Græcorum baptizare: quod ſi præſumerent, ſecundum quoſdam, nō eſſet baptiſmus: ſecundum quoſdam eſſet, ſed grauiter peccarent. hęc ille. Vnde patet quòd omnis baptizatus ſub illa forma, ſiue à Græco, ſiue à Latino, rebaptizandus eſt ſub cōditione: quia caſus eſt dubius. licet communior opinio ad hoc magis declinet quòd Græci conferant verum baptiſma.

Rur

Rurſus de Baptiſmo ij. quo ad materiam.

1 *Baptiſ. quotuplex materia, & ſufficiēs ſit, & qualis eſſe debeat?*
2 *Liquor ſpeciem aquæ habeat necne, qualiter interno ſēcdum ſit? Et ſi aqua permiſta ſit, aut non pura, num huius ſacramenti materia eſſe poſsit? Et an ſanctificatam per ſacerdotis orationem, vt vnum chriſma, eſſe oporteat?*
3 *Corollaria ex his, quæ de baptiſmo ſecundò conſyderato dicta ſunt, quotnam conſequantur?*

BAPTISMVS† ſecundò quantum ad materiam: vt innoteſcat, ſciendū eſt q̄ duplicem materiā habet, ſēm Pet. de Pal. propinquā ſcilicet, quæ eſt ipſa exterior ablacio de qua j. Baptiſmus. vj. & remotā, quæ ſēm S. Tho. eſt aqua, quæ in ſua ꝓprietate conſiderata eſt materia quaſi remota. ſc̄m aūt quod eſt ad hoc inſtituta ex tactu carnis Chriſti eſt materia propinqua: ſēm verò quòd conſideratur ſub forma verborū, & quaſi iam in forma, eſt, inquā, ſecundum eum, aqua naturalis quantuncunque altera vel cō miſta, dummodo ſpecies aquæ nō ſoluatur. & in hoc omnes doct. cōueniunt licet in aliquo particulari differant vtrū ſit aqua nēcne, vt in brodio. Sed tū intellige primò q̄ quidam doct. dicūt aquā debere eſſe puram vel ſimplicē: nō quia nullo modo ſit miſta, cùm omnes velint q̄ poſsit fieri baptiſmus in aqua maris, quæ non eſt pura, niſi fortè in fundo: ſed quia non eſt ſic miſta vt perdita ſpecie trāſeat in aliud, ſicut tranſit in vinū, ſi ipſa ſit modica: vel ambo tranſeūt i tertiā, ſi ſint æqualia in virtute. Et ſecundò q̄ prædicta aqua eſt materia inquantum eſt apta baptizare vel abluere: ſi nō eſt materia baptiſmi, vt eſt in pāno lineo infuſa, niſi exprimat: nec vt eſt in glacie, niue, grandine, pruina, & hmōi, niſi diſſoluatur nec vt eſt in luto, niſi exprimatur. Hæc aūt eſt valde cōueniens ſēm S. Th. & alios ſanctos, primò, quia ſacramentū omnib⁹ & vbiq; neceſſariū debet habere materiā, quæ omnib⁹ & vbi q; facilè adſit. & ſcdò, q̄a cùm ſacramētū ſignificet q̄d efficit: materia baptiſmi debet habere ꝓprietates ſignificātes effectus baptiſmi. & hmōi eſt aqua: tum quia habet humiditatē: & ex quo ſignificat generationē ſpiritualē quam facit baptiſmus. Generatio eñ plantarū & animalium incipit ab humido, & ſemina humida ſunt: tū quia eſt ablutiua ſordium prius & purius quocunq; liquore: cùm alijs liquoribus non conueniat ablutio, niſi inquantum participant naturam aquæ, & aliqualiter locum inficiūt: & per hoc ſignificat purgationem peccatorum quam facit baptiſmus: tum quia refrigerativa: & baptiſmus fomitē reſtinguit: tum quia eſt corpus diaphanū, per quod viſio fieri poteſt: & baptiſmus in his quæ fidei ſunt illuminat. ¶ Primò† verò quæritur, quomodo cognoſcat an aliquis liquor habeat ſpeciem aquæ nēcne? Et dicit S. Tho. in iij. quòd ſicut diuerſitatem ſpeciei in aliquibus iudicamus ex diuerſitate figurarum: ita in elementis iudicamus eam ex diuerſitate rari & denſi. Vnde ſi tāta fiat alteratio vel pmiſtio aquæ quòd recedat à termino raritatis & dēſitatis aquę in actu vel potentia, ſignum eſt quòd ſit ſpecies aquę trāſmutata. Et dico, inquit, in potentia, quando humor aliquis non condēſat & rarefcit calido vel frigido, ſicut aqua: ſed aliter, ſicut patet in vino, lacte, & huiuſmodi. hæc ille. qui intendit quòd ille liquor non eſt aqua, qui eodem frigido non poteſt habere dēſitatem, quā habere poteſt aqua, licet fortè habeat eam quam illa habet in actu: ſicut vinum non ita denſat per congelationem vt aquatinee ipſa per calidum ita rarefcit vt lac. ¶ Secundò, verum aqua permiſta vel non pura poſsit eſſe huius ſacramenti materia? Et dico ex S. Thom. iij. parte. & in iiij. quòd duplex eſt miſtio vel impuritas aquæ: vna ſcilicet quæ tollit ſpeciē eius, quòd dupliciter fit. Primò per alteratio-
1 nem: ſicut cum tranſit in vinum per digeſtionem aut putrefactionem. Secūdò ꝑ additionē alterius liquoris: ſicut ſi parum aquæ additur multo vino, ipſa tranſit in vinum: vel ambo in tertium, ſi additum ſit virtute æquale. Alia etiam eſt, quæ ſpeciem aquæ non tollit quod etiā dupliciter fit. Primò, qñ ipſa alteratur ſecundū aliquod accidēs manente ſpecie? ſicut paret in aqua calefacta & ſecundò quādo addit aliquid aquę quod vel non cōmiſceatur ei: vt ſolidum, puta lapis: & ſi cōmiſceatur, vt humidum aliquod, tamen eſt tam parua quantitatis quòd non facit miſtionem, ſed in aquam penitus cōuertitur: vt ſi gutta vini addatur dolio aquæ. Prima impuritas facit vt non poſsit eſſe huius ſacramenti materia, non ſecūda.
¶ Tertiò, vtrū aqua debeat eſſe ſanctificata per orationē ſacerdotis, vt chriſma nouū? Et dicit S. Bon. in iiij. de qua quòd non eſt neceſsariū, ſed congruum: ita quòd extra neceſsitatē peccaret mortaliter ſacerdos baptizās ſine aqua totaliter ſanctificata: prohibitū eſt etiā ne fiat baptiſmus niſi cū chriſmate nouo, ſcilicet illius anni, præterquā in caſu mortis: de conſe. di. iiij. ſi quis de alio. & idem de confirmatione: & tāto magis, quāto ipſa eſt minoris neceſsitatis quàm baptiſma. ar. de ſen. ex. quoniam. li. vj. ¶ Quartò† quæritur, quot corollaria ſequūtur ex præmiſsis deciſiua dubiorū? Et dico ſequi primò quòd baptiſmus fieri poteſt in aqua elemētari, ſiue ſit terreſtris, vt matris, ſtagni, fluminis, fontis: ſiue cœleſtis immediatè generata ex vaporib⁹, vt pluuialis: vel non generata immediatè ex his, ſed reſoluta immediatè ex immediatè generato: puta glacie, rore, pruina, vel grandine: quia oēs iſtæ habent veram ſpeciē aquæ ſecundū Pet. de Pal. quibus ſecundū S. Th. & Richa. adde etiam aquam paludis: niſi, inquit S. Tho. eſſet tantū ingroſſata quòd recederet ab aquæ vera raritate. ¶ Secundò ſequitur, quòd fieri poteſt in aqua ſulphurea & liximio & alijs aquis tranſeuntibus per terrā: quia ſtat ſpecies aquæ. Cuius ratio eſt, ſecundū Pet. de Pal. quia licet aqua, elemētaris nō ſit ſuſceptiua ſaporis: tamē ſapor, qui percipitur in huiuſmodi aquis, quibus vtimur, nō eſt in ipſa aqua. ſed in vaporibus ei cōmiſtis, ſecundū S. Th. etiam vt innuit iij. pte. q. lxvj. ar. iiij. ad quartū: quia licet aqua elemētaris nō ſit de ſe ſaporoſa: tamen ſuſcipere pōt impreſsionē ſaporis à corpore per quod tranſit. ¶ Tertiò, quòd fieri poſsit in brodio: de quo tamē eſt quæſtio, quibuſdam dicētibus quòd ſic: quia ſtat in eo ſpecies aquæ: quibuſdā verò quòd nō, quia nō ſtat. Veritas aūtē eſt quam docet S. Th. iij. pte. q. lxvj. ar. iiij. ad ſecūdū, dicēs quòd admiſtio chriſmatis non ſoluit ſpeciem aquę: ſicut nec etiā aqua decoctionis carniū aut aliorū, ſcilicet deſinit à ſpecie aquæ: niſi inquit, fortè ſit facta tanta reſolutio corporū lixatorū in aqua, quòd plus liquor habeat de aliena ſubſtantia quàm de aqua: quod ex ſpiſsitudine percipi poteſt: ſi tamē ex liquore ſic inſpiſſato exprimatur aqua ſubtilis, ſic poteſt in ea fieri baptiſmus, ſicut & in aqua expreſſa ex luto: licet in luto baptiſmus fieri nō pōt. ¶ Quartò, quòd fieri potuiſſet in aqua fluēte de latere Chriſti, quia ſēm S. Th. fuit vera aqua.
¶ Quintò ſequitur, q̄ fieri nō poſsit in aliquibus humoribus ꝓductis à natura: ſicut eſt humor ſtillās de plāta, vrina, ſudor faliua, aqua ſupernatans cruori, quæ dicitur cholera vel phlegma: quia nō ſunt vera aqua. ¶ Sextò etiā q̄ nec aliquo humore ꝓducto ab arte: ſicut eſt aqua roſacea, & aqua ardēs, & gñaliter lābicata ex aliquo miſto, vt cerußiū, & huiuſmodi: quia huiuſmodi ſpecies differūt ab aqua naturali. ſi tñ lābicaret aqua naturalis elemētaris, liquor inde factus videretur eſſe eiuſdē ſpeciei cū aqua pluuiali, quæ generatur lābicāre ſole & attrahēte vapores ex aqua principaliter. ¶ Septimò, q̄ nec in humore reſoluto ex ſale, q̄ l eſt corpus miſtū: quia ſecundum S. Thom. in iij. parte vbi ſ. ad v. ideó fieri non

poteſt

Universidad de Deusto
Biblioteca

pōt in aqua rosacea, quia est humor rosę resolutus: & ita est hic. nec est simile, inquit, de aquis pluuialibus, quæ generātur ex maiori parte ex sublimatiōe vaporū resolutorū ex aquis: minimum autem est ibi de liquoribus corporum mistorum.

❧ Rursus de Baptismo iij. quo ad ministrum.

1 *Baptismum dare in necessitate & si quilibet, siue clericus, siue minimè, siue vir siue mulier, quemcūq; hermaphroditus, Iudæus & infidelis ac paganus, potest: extra tamen necessitatem nullus licitè, nisi sacerdos conferre potest.*

2 *Infidelis qui credit ecclesiam in conferendo baptismo decipi, & nihil facere, quomodo possit animum ad id faciendum intendere, quod ecclesia facit? Et quot modis verum baptisma cōferat?*

3 *Angelus, item anima à carne semōcta, num baptizare queat? Et an saltem ipsis baptizandi potestas conferri potuerit?*

4 *Mali homines sine Diuino miraculo hic apparere non possunt.*

5 *Minister malus, num æqualis efficaciæ cum bono ministro, baptismū conferre possit? Et num minister malus baptizando peccet? Et quid de peccato, vel recipiente? nu. 7.*

6 *Conteri de peccato quot modis quis teneatur?*

8 *Minister ab ecclesia non præcisus, si adeò malus sit, vt baptismū conferre, nō data pecunia, nolit: quid baptizando, si adultus sit, aut baptizandum puerum offerenti, agendum sit?*

9 *Plures vnū num baptizare possint? Et quid si ex his vnus mutus sit, alius maneat? Et contra, num vnus pluribus baptismum conferre queat?*

10 *Minister num baptismum indi debeat? Et an quis sibi ipsi baptismum conferre possit?*

11 *Baptismo conferendo, nū baptizantis ac baptizandi propositū ac intentio requiratur?*

12 *Intentio actualis in baptismi ministro nū requiratur? Et an ea quidem recta?*

13 *Baptismum verus sit, si in baptizando error intercesserit? Et q. qui quem ex ira baptizat?*

1 BAPTISMVS † tertiò quo ad ministrū vt innotuit est quòd scitum oēs doctores, præcipue S. Thom. & Pet. de Pal. omnis hō dare pōt verū baptisma, si seruet ecclesiæ formam & materiam, & habeat intentionē baptizandi: & hoc si sit clericus aut laicus, vir aut mulier, aut vterque simul, id est, hermaphroditus, secundum Pet. de Pal etiam si esset infidelis, id est, Iudæus aut paganus: vt patet in cap. à quodam Iudæo. de conse. dist. iij. Et quod Gre. ij. scribit Bonifacio episcopo, huiusmodi esse rebaptizandos, intelligitur, vt dicit S. Tho. quando forma ecclesię seruata non fuerat vnde, vt dicitur in cap. j. de sum. Trin. sacramentum baptismi in forma ecclesiæ à quocunque collatum proficit ad salutē. Extra casum tamen necessitatis nullus licitè baptizat, nisi sacerdos, cuius hoc est proprium. extra eod. si quis. etiam si esset diaconus cardinalis. alioquin omnis talis, si sit vir, est irregularis: vt in c. j. de cler. non ord. mi. imò nec sacerdos debet baptizare nisi parochianum suum, vel de licentia curati, aut ex priuilegio superioris, vel licentia episcopi: quia sacramenta à suis presbyteris parochialibus sunt recipienda. xvj. q. j. inter dicimus. non tamē efficitur irregularis sacerdos cōtrafaciēs; quia nō est expressum in iure. In necessitate autē, in qua quilibet baptizare potest, iste ordo seruādus est secundū S. Tho. quòd vbi plures reperiuntur, minor debet cedere maiori: & si laicus præsente clerico, vel non sacerdos præsente sacerdote vel mulier præsente viro baptizent, peccant, nisi, vt dicit Pet. de Palu. formam, quam scire non tenentur omnes, sed quibus incūbit ex officio, id est, curatus & obstetrix, melius sciat minor quàm maior: quia tunc baptizabit minor. Addo etiā, nisi maior esset ab ecclesia præcisus: ita q̄ præsente sacerdote excōicato, vel hæretico, vel suspēso, melius est baptizari à laico. ¶ Primò † verò quęritur, quō infidelis posit intēdere facere id, qd facit ecclesia, cum credat ecclesiam decipi & nihil facere? Et dicit S. Tho. in iij. q̄ quāuis ille qui non credit baptismū esse sacramentū, aut habere aliquā spiritualē virtute, nō intēdat dū baptizat cōferre sacramentū, tñ intēdit facere qñq; qd facit ecclesia, etiam si illud reputet nihil esse: & quia ecclesia aliquid facit, ideò ex cōsequenti & implicitè intēdit aliquid facere, quāuis nō explicitè. hæc ille. Inn. etiā in c. j. eo. tit. dicit q̄ baptismus habebit effectū, etiam si baptizās nec sciat, nec credat quid sit baptismus, sed hoc reputet truffam: & etiā si nō sciat quid sit ecclesia, nec gerat in mēte facere q̄ facit ecclesia; imò si gereret cōtrariū, scilicet nō facere qd facit ecclesia, sed tñ facit, & formā seruat dūmodo intēdat baptizare: vnde si requirat eū quis in necessitate dicēs: Baptiza me eādm formā: & ille baptizat eū eādm intētione petentis, & intēdens facere qd alij baptizates faciut, esset baptismus. Secus si intēderet solum lauare. hæc ex illo. Pro quo sciēdū est q̄ infidelis, qui credit baptismū nihil esse, nunquam confert baptismum seriosè, nisi ad complacendum alicui petenti. Et consequēnter colligo quòd duobus modis cōfert verum baptisma. Primò, quando ad petitionem alicuius vel cōplacentiam intendit eum baptizare eode modo, quo ecclesia baptizat quātum ad exteriora, id est, materiam & forthā, licet credat ecclesiam decipi quantum ad interiora: sicut quando aliqua vana facimus ad complacendum phrenetico vel infanto. Secundò, quando nihil cogitat immediatè de faciendo quod ecclesia facit, sed fortè potius faceret oppositū, si illud sciret: tamen ad petitionem alicuius intendit et conferre quod ille petit: & consequenter implicitè & mediatè intendit facere quod facit ecclesia: quia hoc intendit petens, cui ipse complacet. ¶ Secundò, † vtrum angelus vel anima separata possit baptizare? Et dicit S. Thom. in iij. quod dæmon in figura sacerdotis apparens, immergere quidem potest, sed nō cōferre sacramentum propter duas rationes. Primò, sacramentorū dispensatio est concessa hominibus solùm, qui cum incarnato verbo, à quo sacramenta fluxerunt, conueniunt in natura, & sunt ex spirituali & corporali natura compositi: sicut in sacramentis est spiritualis virtus in corporeis elementis. Secundò, quia semper timendum esset, ne faceret non intēdone baptizandi, sed decipiendi: quia nō est verisimile quòd hominis tātum bonum procuraret. Angelis etiam bonis licet cōferri potuerit baptizandi potestas, quia Deus suam potentiā nec sacramentis nec ministris sacramentorū alligauit: tamen nō est collata. Primò, quia non habent prædictam cōuenientiā cum sacramēto & Christo. Secò, quia non valeret ad necessitatem sacramenti potestas eis cōcessa, cùm non sint in spem hominibus: si tamē constaret quòd bonus esset Angelus qui baptizaret aliquem, non esset rebaptizandus, quia nō baptizaret nisi potestate sibi concessa: sicut etiam tempsum p Angelos consecratum, iudicatum est non oportet recōsecrare. De sancto æternæ vitæ idem dicit Aure. sicut de angelo bono, scilicet quòd non potest: cùm hoc sit viatorū: facti tamen teneret. Et idem dicunt aliqui de anima separata quo ad posse: tum quia nō est in via: tum quia nō habet naturam corporalem: & quo ad rarituditē si decesserit in gratia. Sed S. Tho. in iij. parte. dicit nō esse simile de Angelis & hominibus beatis quantum ad sacramēta. Cuius ratio videtur esse: quia potestas ministrandi sacramenta, id est, character, est indelebilis, & consequenter manet in anima separata: sed de hoc non est solicitandus: quia † mali homines sine diuino miraculo

raculo hic apparere nō possunt: beati verò si quid facerēt, ratū esset, quia sine diuina volūtate nō facerēt. ¶ † Tertiò, vtrū minister malus dare possit baptismū tātæ efficaciæ sicut bonus? Et dicit San. Tho. in iiij. quòd subtracta bonitate ministri, adhuc est sacramētū: qa ipsa nō est de substātia sacramēti, cùm sit quādoq; ignorata & nō certa omnino: quæ autem sunt de substantia sacramēti, oportet esse certa. Et nō solum dat talis sacramentū, sed etiā re sacramēti, id est gratiā: quia agēs instrumētale nō oportet habere formā inducendā, quæ scilicet hic est gratia, vt se disponentē, sed p modū intentionis: vt de forma scani patet in serra. Cū etiā effectus p se alicuius sit, quòd per ipsum ad hoc ordinatū producitur, sicut domus ædificatoris. effectus verò per accides, quod cōsigitur effectui per se: sicut si habitatio domus dicatur effectus ædificatoris: dico, inquit, quòd effectus p se baptismi æqualiter est, à quocūq; detur, à malo vel bono, cæteris paribus ex parte baptizati: sed cū effectu baptismi pōt aliqd aliud baptizato cōferri, siue pertineat ad salutē corporis, siue animæ ex merito baptizātis. & hoc nō est p priē effectus baptismi: quia baptismus nō est causa nisi instrumētalis: & nō est instrumētū agēs in virtute ministri, qui etiam ipse instrumentum est virtute Christi & Dei. hæc ille. Et idem habetur j. q. j. si iustus fuerit. de consec. dist. iiij. ego dico. & c. Romanus. Cuius etiā ratione assignant alij, & est etiā mēs S. Tho. qa sacramentū quod efficaciā habet ex opere operato, id est, nō à ministro, sed virtute sibi collata, nō vitiat ex demerito ministri operātis. omnia autem sacramēta nouæ legis sunt huiusmodi. ¶ Quartò, vtrū malus minister baptizādo peccet? Et dicit S. Tho in iij. q̄ quicunq; existens in mortali exhibet se ministrū ecclesiæ etiā in quocūq; spirituali peccat, secūdum opinionē quorundam tātū probabilē: vnde sacerdos baptizans cū solennitate ministrū ecclesiæ se exhibēs, peccat mortaliter: si aūt simpliciter baptizat in articulo necessitatis nō quasi minister ecclesiæ, sed sicut vetula baptizare posset, nō peccat. hæc ille. q huius opinionis, quā indubitāter tenet, rationē assignat in iij. parte. q. lxiiij. arti. vj. quia ministri debent suo dño iusto conformari, secundū illud Leui. xix. Sancti eritis, quoniā ego sanctus Sum. Qui autē baptizat ex necessitate, nō exhibet se ministrū: sed subuenit necessitatē patienti. hæc ille. Cui cōsentit Ric. Alij verò dicunt quòd in nullo casu potest malus minister baptizare, quin peccet. Pet. de Pal. cōcordat has opiniones dicēs quòd vera est ista opinio, qñ sine solēnitate baptizans aduertit de peccato, & nō cōteritur, sed vult in eo manere: & tamen vult baptizare, sciens quòd ista ab immūdis tangi nō debent: tūc si baptizet intuitu necessitatis, & nō ex libidine vel contemptu, quia non excusatur ab irreuerentia: est verò prima vera quando baptizat cū tremore dolens de peccato in generali, & proponēs postea cōteri perfectè: licet propter hoc sciat se nō mūdari à peccato: & ei deficit tempus ad cogitandum de singulis peccatis propter vicinū periculum baptizandi. hæc ex illo. Ego † verò dico quòd dupliciter tenetur quis cōteri de peccato, & non aliter, ex mente S. Tho. Primò quia occurrit memoriæ prędictæ, id est, sub ratiōe peccati & deplorādi. Secūdò, quia imminet sibi aliquid faciēdum, quod leniter sacramenta. Baptizans autē in necessitate, non tenetur ad hoc ratione secundi: quia ibi nō habet locū ratio, quā adducit S. Tho. scilicet: ministrum non conformari domino. Nec valet dici quòd est ibi irreuerētia, quia ipsa non semper est mortalis: alioquin peccator signās se signo crucis, aut adorans hostiam in missa, peccāret semper mortaliter, nisi esset contritus. Et consequenter tenetur solum ratione primi: & consequenter si non recolit peccatum, aut si recolit ipecuratiuè tantum, non practicè, id est, sub ratione defendi, non peccat: & si ibi est peccatum, non est quia baptizat, sed quia committit vel omittit contra aliud præceptum. Et ratio est, quia eo casu baptizare potest canonis permissiōe siue authoritate etiam Paganus & hæreticus. de cōsecra. distinct. iij. c. cōstat. cap. mulier. c. in necessitate. qui tamen sine dubio sunt in mortali. Quod autem sit canone permittēte, stultum est dicere, quod sit mortale: vt in cap. qui peccat. xxxiij. q. iij. Vnde tunc non tenetur quis conteri ex hoc quòd vult tale actū exercere: sed si tenetur, aliunde tenetur: & si peccat, aliunde peccat, vt dictum est. Et ideo male Sum. Ang. opinionem Richard. quæ est Sancti Tho. & Alber. & Archi. & communiter aliorum Theologorum, quòd scilicet non peccat malus minister baptizāns in necessitate siue solennitate, limitat quando non aduertit de peccato. ¶ † Quintò, vtrum petens vel recipiens à malo sacerdote baptismum, peccet? Et dico quòd Pet. de Pal. post Sanct. Th. distinguit. Si enim minister sit ab ecclesia præcisus: vt quia hæreticus, excommunicatus suspensus, & huiusmodi, non peccat qui offertur baptizandus caret vsu rationis, nec oblatus aut offerens habens vsum rationis, sed probabiliter ignorans præcisionem: peccat verò mortaliter tām oblatus, quàm offerens hoc sciens, si hoc faciat extra casum necessitatis, in quo id licitè peteret à Iudæo vel pagano. Et ratio est secundum Pet. de Palu. quia eodem præcepto præcipitur ab ecclesia præcisis ne se ingerāt diuinis, & quibuslibet ne eis cōmunicent in eisdem. Si autem minister est quidem malus, sed non præcisus, non peccat ab eo recipiens baptismum: & si ille peccet conferens, propter duo, secundū Sanct. Tho. Primò, quia isti certū esse nō potest quòd ille sit in peccato mortali, cū in vno instanti Spiritus sanctus operetur hominis iustificationem. Secundò, quia iste petit quod iustū est: quia à suo sacerdote debet sacramenta recipere: nec propter hoc cogit vel inducit eum ad peccandū: quia ille potest reddere quod debet non peccando. ¶ † Sextò, quid si minister non præcisus, sit adeo malus, vt baptizare non velit, nisi data pecunia, quod est simoniacum? Et dicit Sanct. Tho. q̄ si baptizādus est adultus, sufficit ei ad salutē petere baptismū: quia baptizatur baptismo flaminis: nec debet propter hoc committere simoniam. Si verò sit puer, potius debet ipse, qui offert, vel alius, puerum baptizare, quàm dare pretium, p baptismo simoniacē. licitum tamen est ei aquam emere, si aliās habere nō potest: quia aqua nō est sacramentum: & si sit sanctificata, non operatur ad baptismum de necessitate eius existens quasi sanctificata, sed quasi aqua: ideo non emit aquam sanctificatā, sed aquam. Quidam tamen dicunt, scilicet Alquòd potest pretium dare: quia hoc nō est committere simoniam, sed suam redimere vexationē. sed primum est melius. Hæc ille. ¶ † Septimò, vtrum plures possint baptizare vnum? Et Sanct. Tho. in iij. dist. iij. vj. dicit quòd si plures immergerent simul, ita quòd vterque intenderet baptizare non baptizatum, & diceret, ego te baptizo, &c. esset baptismus: quāuis peccarent ritum ecclesiæ non seruantes: nec tamen puniēdi essent quasi baptismum iterantes, nisi hoc intenderent: quia contingit eandem actionem ab vno & à pluribus exerceri: non autem contingit eandem actionem esse, quæ in diuersis temporibus fit. Si autem dicat, Nos baptizamus, scilicet ista te Ioannes, pro pluribus, non erit baptismus: quia non seruatur debita forma. In iij. parte autem dicit quòd simul plures non possent vnum baptizare: quia actus multiplicatur secundum multiplicationem agentium, si perfectè ab vnoquoque agatur. Et sic si conuenirent duo, quorum vnus esset mutus, non potens verba proferre, & alius carens manibus non potens exercere actum: non posset ambo simul baptizare, vno di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cente verba,& alio exercente actum. hæc ille in forma. Sed loquitur qñ plures baptizãt vt plures:& dicẽdo,baptizamus. Quod patet ex sua ratione qua subdit:qa,inquit,actus multiplicatur secundũ multiplicationẽ &c.loquit etiam de posse iuridico,scilicet quod est sine peccato. quod patet : quia post pauca loquẽs aduersatiuẽ dicit: Possunt autẽ,si necessitas exigat,plures simul baptizari. Vbi patet quòd loquitur de posse iuridico:aliàs nõ solùm in necessitate,sed sine ea multi simul possent baptizari.Sed tamen aduertendũ est quòd tripliciter multi possent vnum baptizare. Primò , quia vnus prius alio formam profert : & sic primus baptizat: & secundus iterat si quilibet ex contentione vel alia causa hoc intẽdit . Secundò, quia si multi immergunt & proferunt formam,& quilibet dicit, Ego te baptizo: & tũc baptizant vt vnus , inquantum omnes sunt vnum in Christo,& repræsentant vnam personam Christi principaliter baptizantis & conferentis vnum sacramentum:vnde conferunt vnum baptisma. Vnde San.Tho.ij. parte.q.lxxxij.arti.ij.loquens de pluribus sacerdotibus conficrantibus simul vnã hostiam, dicit quòd si quilibet eorũ operaretur in virtute propria,superfluerent alij celebrantes vno sufficienter celebrante:sed quia sacerdos nõ cõsecrat, nisi in persona Christi multi aũt sunt vnũ inChristo: ideo nõ refert vtrum per vnũ aut multos hoc sacramentũ consecretur ,nisi quòd oportet ritũ ecclesię seruari.Hęc ille in forma. Tertiò, quia simul immergũt & proferũt,sed dicunt, Baptizamus.in plurali:& sic nihil faciunt formã mutantes.Et ratio est , quia homo nõ baptizat nisi vt minister & vices gerẽs Christi, qui est vnus:& cõsequẽter oportet ministrũ eius esse vnũ:hic autem plures,vt plures cõueniunt ad vnũ sacramentũ cõferendum & ad spiritualem generationẽ: licet fortè intendãt integrare vnũ agens,sicut in generatiõe carnali,secundũ Pet.de Pal.potest fierivnũ immediatũ generãs cõmisto semine duorum hominũ in matrice superueniẽte semine fœdi:vel dæmone succubo recipiente semina à duobus,& simul ea infundente:quod tamen in spirituali generatione est impossibile:quia spirituales virtutes nõ cõmiscentur, sed quilibet totũ efficit. Quidam tamen dicunt quòd dicẽdo Baptizamus, esset verũ baptisma: qa nõ est de necessitate sacramẽti qp minister exprimatur,vt patet ex forma Græcorũ.Sed falsũtur: quia & si necesse nõ sit ministrũ exprimi:tamen supposito quòd exprimatur,necesse est illum exprimi vt conueniat ministro ,id est, vt vnum.Vnde si dicat, Ego principaliter baptizo te:nihil agitur:quia repugnat ministro esse agẽs principale.Et similiter si dicatur Baptizamus , quia exprimitur qp vnus Christus operetur p duos ministros immediatos vnũ effectũ.¶ Octauò , vtrũ in necessitate plures , quorũ vnus sit mutus & alius mancus,possint baptizare vnum , vno dicente verba , & alio exercente actum: Et dicendum est quòd non,secundum Sanctum Thomam in tertia parte , vt dictum est §.priori : & in quarta:quia neuter facit totum,sed partem tantum: & sic est contra caput,quorundam . distinctione xxij.Et hanc opinionem firmat Rayne.& Hosti. dicens , illum non esse baptismũ.Sed Pet.de Pal.videtur sentire ibi esse baptismũ , distinguens & dicens quòd in sacramẽtis,quæ nõ sunt necessaria, vnus debet facere totũ aut omittere: & sic loquitur d.e.quorundã. sed in sacramẽto necessitatis omitti potest quod non est de necessitate sacramẽti, cuiusmodi aũt vnitas ministrivt omnes cõmuniter dicunt:sed tamen,inquit,oportet non esse mendaciũ in forma:qa nihil fieret,sicut nec ex falsa materia: vnde mãens dicer,baptizetur seruus Christi &c.vel,ille te baptizat in nomine &c.sed cõtra dictũ est in §.priore.¶ Nonò, vtrũ vnus possit baptizare plures? Et dicit Sanct.Tho.vbique quòd sic in necessitate,aspergendo,vel aliter:& oportebit dicere in forma,Ego baptizo vos,nec erit mutatio formæ:quia Vos,est idẽ quod Te & te.dicendo autẽ nos,mutaretur: quia Nos,nõ est idem quod Ego & ego:sed,Ego & tu. Et ista opinio dicit Pet.de Pal.cõiter tenetur:sicut etiam sacerdos simul consecrat hostias plures:& forma baptismi vna materialiter & formaliter habes tantũ vnã virtute, est virtualiter & realiter plures habẽs duos effectus secundũ duo subiecta: sicut in igne abvno calore est vnũ calere in illo:sed in calefactis sunt duo vel plura.Dicit autẽ idẽ Pe.aliã esse opinionẽ quòd hoc esse nõ possit,quã & sequi videtur , dicẽs eã esse cõformem doctrinæ cõmuni,scilicet quòd de lege cõmuni nõ sunt plures baptizãdi , nisi baptismis pluribus realiter & formaliter. Sed hoc verũ est extra necessitatẽ,quo casu intelligũtur etiã quæ §.sequen.de monstro dicentur:quæ & ipse addicitur satis incongruè ad confirmationẽ dictæ opinionis.¶† Decimò quæritur quomodo monstrũ baptizandũ sit? Et dicit Pet.de Pal.post Laud.Henr.& Sanct.Tho.in quolib.quòd si certum est ibi esse duas animas rationales,puta qa ibi sunt duo capita,duo pectora,& cõsequenter duo corda,baptizari debet vt duo.& quãuis præsumatur quòd plures simul possint baptizari,dicẽdo, Ego vos baptizo,tamen tutius est eos baptizare sigillatim:qã intellige nisi periculũ esset in mora. Si verò nõ est certũ,eos esse duos,vt quia nõ sunt duo capita bene diffinicta,& huiusmodi,tũc baptizato prius vno,potest alter dubiè baptizari dicẽdo:Si tu non es baptizatus,ego te baptizo &c. nec baptizet intẽtiõe vaga:quia nihil ageret,sed determinet se ad vnũ,secundũ Henr.in quolib. ¶ Vndecimò,vtrũ idẽ possit baptizare seipsum? Et dicit San.Tho.in iij.parte,quòd non: quia dicendo,Ego baptizo me,forma mutaret. Et idẽ virtualiter dicit in iiij.addẽs quòd secundũ Augu.nulla res seipsam gignit vt sit.Baptismus autem regeneratio quædã est.Et ideo habetur extra eo.e.debitũ. Quod autem dicit Imo.iij.in quadam decretali,quòd Iudæus,qui seipsum immersit in aquã dicens, Ego baptizo me in nomine &c. ad patriã si decessisset euolasset:intelligendũ est,inquit,propter vim contritionis & deuotionis:ex cuius magnitudine hoc procedere videbatur, vt inter Iudæos existẽs quasi periculo mortis se offerret.hęc ille. ¶† Duodecimò quęritur , vtrũ in baptismo regratur intentio baptizantis & baptizandi? Et dico quòd de baptizando dicetur infrà Baptismus,quarto. De baptizãte verò dicit Sanctus Thomas in iiij.distinct.vj,quęst.j.arti.ij.q.j.quòd sic & intelligit non de actuali , sed de virtuali , de qua infrà §.sequen.& in hoc omnes conueniunt. Et rationẽ ibi ipse assignat:vbi vide,si placet.Sed tamen ibi ad secundum argumentum,quod fuerat hoc:quia si intentio requiritur.baptizantis, quæ scilicet nulli nisi sibi certa est:sequitur qp nullus erit certus se esse baptizatum : & consequenter homo erit in dubio salutis.quòd incõuenit.dicit quòd ,secundum aliquos , si defficit mentalis intentio ministri,non est baptisma : tamen in actu supplet fides baptismati:vnde periculum nõ prouenit in puero autem piè creditur quòd suppleat sanctus facerdos.quod tamen si non facit,iniustè non facit:sicut nec in illo qui sacramento non subijcitur. Alij verò sicut quòd in sacramentis habentibus in forma actum exercitũ, non requiritur intentio mentalis,sed sufficit expressio intentionis per verba ab ecclesia institutaivnde si forma seruatur,nec aliquid extraneum dicitur , quod intentionem contrariam exprimat,baptizatus est. Non enim sine causa in sacramentis necessitatis,scilicet baptismo & quibusdam alijs , actus baptizantis ratione solicitè expressus est ad intentionis expressionem. hæc ille. Incendit autem ista opinio,secundum Pet.de Pal.quòd sufficit intentio faciendi exterius quod ecclesia facit.Et secundum eundem prima opinio est tenenda: secunda autem sustinere potest:sed S.Tho. videtur tenere secũdam in iiij.di.v.q.ij.ar. ij.q.j.in cor.vbi dicit quòd ea,quæ sunt de substãtia sacramẽti,oportet esse certa:intentio autem interior ministri nõ potest esse certa.Et similiter videtur hæc opinio esse de mẽte domini Bona.in iiij.di.iij.ar.ij.q.ij.dicentis,quòd quia baptismus nõ est sacramentũ singularis personæ,ideo fides plonæ nihil prodest vel obest:sed est sacramẽtũ ecclesiæ Christi.vnde quicquid sit de fide cordis personæ baptizãtis,iudicãdũ est secundũ expressionẽ orishęc ille.qui idẽ dicteret, vt videtur, de interiori intẽtione baptizãtis.Et eandẽ videtur tenere Aureo,qui dicit qp oportet ministrũ intẽdere,vel saltẽ apparere quòd intẽdebat baptizari.Posset autẽ dici,hæc ideo esse,qa ibi adest intẽtio ecclesiæ & Christi,qui voluit quẽlibet hominẽ esse huius sacramẽti ministrũ & cõsequenter non esset simile de dęmone,de quo ã.§.ij. vñ idẽ S. Tho iij. q.lxiij. art. viij.ad secundũ,recitata priore opiniõe:& reprobata:qa deuotio accedẽtis nõ supplet quo ad characterẽ:& si quo ad gratiã,subiungit:Et ideo alij melius dicũt, qp minister sacramenti agit in persona totius ecclesiæ cuius est minister:in verbis autẽ quę proferũtur, exprimitur intentio ecclesię, quę sufficit ad perfectionẽ sacramẽti,nisi cõtrariũ exterius exprimatur ex parte ministri,& recipientis sacramentũ. ¶ Decimotertiò, † vtrũ in ministro requirat intẽtio actualis? Et dico secundãmentẽ S.Tho.& Lan.& Scoti qs nõ sufficit intẽtio habitualis præcisè:quia ipsa est etiã in dormiẽte:nec requiritur actualis necessariò quãdo quis profert verba:quia cogitatio est valde labilis:sed oportet dare mediũ,id est,virtuale,quæ est quãdo præcessit actualis dandi baptisma:& deinde ex illa mouetur quis ad baptizandũ vel proferendũ verba,nulla interueniẽte intentione contraria:sicut cũ quis deliberat baptizare, & circa operevagatur,nihil cogitãs de verbis quę profert. Ex quo etiã patet qp furiosus & ebrius,quãdo omnino carẽt vsu rationis,baptizare nequeũt:quia nõ possunt habere intẽtionẽ. ¶ Decimoquartò,vtrum requiratur intentio recta ? Et dicit S.Tho.in quarto,qp cum rectũ sit,cuius mediũ nõ disterepat ab extremis:tunc est intẽtio recta,quãdo baptizãs vel baptizatus ordinat sacramẽtũ ad effectũ sacramenti:qui est salus. Igitur si in baptizãte adsit intẽtio,quia intẽdit baptizare:sed desit rectitudo, quia ordinat sacramentũ ad finẽ in debitũ:nõ propter hoc in recipiẽte impeditur receptio sacramẽti : quia ad hoc fertur intentio baptizãtis:neq; effectus sacramẽti,qa mundatio interior nõ est à ministro .vnde ad hoc nihil facit eius intentio.Si autẽ in baptizato sit intẽtio percipiẽdi sacramentũ , sed desit rectitudo intẽtionis:recipit quidẽ quod intendit sacramentũ,sed nõ rem sacramẽti:quia per intẽtionẽ pranam ponit obicem Spiritui sancto:& de hoc infrà Baptismus,iiij.¶ Decimoquintò,† vtrũ sit verum baptisma vbi interuenit error? Et dico secũdo Ho.qp puras se baptizare putarum,imponens ei nomẽ Petrus,& baptizat puellã: si intẽdit baptizare personã cuiuscuq;sexus,est baptizata:si verò mare tantũ,nõ est baptizata.si autẽ simpliciter baptizat,scilicet nõ cogitãs de mare aut fœmina,est baptizata:quia scilicet intẽdebat baptizare hanc personã,quicquid esset.Et cõcordat S. Tho.dicẽs in iiij.dist.xxx.q.j.ar.j.ad tertiũ,quòd si quis baptizat Ioannem credẽs se baptizare Petrũ,nihilominus Ioannes est verè baptizatus.¶ Decimosextò quid de baptizãte aliquem ex iocо? Et dico quod si intendit baptizare est baptizatus:si verò non intendit baptizare , secundũ opinionem superius recitatã,est baptizatus,dummodo iocositatem non ostendat exterius:sed,secundũ opinionẽ aliã,nõ est baptizatus: in dubio autem secundum Asten.est baptizandus sub conditione.

❧ Rursus de Baptismo quartò, & quo ad susciptentes.

1 *Omnes homines post Christi passionẽ omnino baptizari ex Dei præcepto tenẽtur,etiam qui in vtero sanctificatus foret. Et ibidem,ex quo tempore cœpit hæc obligatio?*

2 *Puer vel in toto,vel in parte in matris vtero existẽs,nũ baptizari possit? Et qui secundũ totũ in vtero est. Deo non ecclesiæ notus est.vnde ministerio ipsius ministrorum minimè subijcien dus:sed nec ob id mater vlna aperiri,aut secari debet.*

3 *Amentes ac furiosi an sint baptizãdi:item quid de dormientibus? & quid de peccatoribus?*

4 *Pueri infidelium,an sint baptizandi ? Et quid de Iudæorum pueris infra pubertatem,an possint inuitis parentibus baptizari?*

5 *Iudæi,quatenus secundum iura serui esse dicantur? Et an liceat ipsis sua auferre, aut eisdem molestias inferre?*

6 *Pueri infidelium parẽtibus inuitis ante rationis vsum baptismo loti,sacramentũ nũ susciperit? Et hic vsus rationis ante quẽ hmõi pueri baptizãdi nõ sunt, qualiter intelligẽdus sit? Et quid de puella Iudæa quã pater de lecticè quæsitis doctore tenetur, si baptizata nubat?*

7 *Expositi & inuenti, huiusque modi aliꝰ , quorum baptismus nescitur,aut in dubium venit,num sint baptizandi?*

8 *Proiectus in flumen de ponte,ob suspicionem infantis mortis, si viuerit,postquam dicebat dixit:Ego te baptizo:an baptizatus intelligatur:an vero sit rebaptizandus? Et an proiector huiusmodi si puer extinguatur , homicida sit?*

9 *Iudæus,paganus,vel alius adultus.baptismum petens num sit statim.si periculum ob moram immineat,baptismo donandus?*

10 *In baptizando fides num requiratur,& cuius? Et quid de consensu,ac voluntate seu baptismi recipiendi intentione? Et an de peccatis ante baptismum commissis attritio desideretur?*

11 *Fictio baptizandi,num baptismi efficaciam impediat? Et quid sit fictio? Item,fictum quẽ esse,quot modis contingere queat? Et an recedente fictione baptisma effectum assumat & consequatur? Et quomodo valere incipiat?*

12 *Adulti baptizãdi,nũ præsentia, ac responsio propria necessaria sit,an vero pronatore ad hoc cõstituto, aliena responsio sufficiat?*

BAPTISMVS † quartò quo ad susciperẽtes vt plenius innotescat,sciendũ est qp secundũ omnes doc. post Christi passionẽ oẽs homines mũdi tenentur ex præcepto Dei suscipere baptismũ,iuxta illud Io.iij. Nisi qs renatus fuerit ex aq̃ &c. Et hoc secũdũ S.Tho.etiã si quis esset sanctificatus in vtero:ad acquirendũ characterẽ,quo annumeretur populo Dei, & quasi deputetur ad recipieda sacramẽta diuinitus passioni Christi etiã corporaliter cõformetur:tũ ppter obedientiæ bonũ:quia præceptũ de baptismo oibus datũ est.Quãdo aũt inceperit dicta obligatio,sunt opiniones:sed S . Tho.tenet qp in passiõe institutũ est præceptũ de baptismo suscipiendo: sed illud nõ cœpit obligare,nisi post promulgationẽ . Et idẽ sentit Richar.in iiij.di.iij.dicẽs qp nõ fuerũt oẽs homines obligati ad susceptionẽ baptismi statim post Christi resurrectionẽ:quia nullus tenetur necessariò obseruare legẽ antequã,promulgẽ:nec etiã post promulgationẽ:quousq; sibi innotescat: nisi defectus eius sit in causa quare nõ statim sibi innouerit promulgatio legis:quę promulgatio in proposito fuit quando dicti est Mar.vltimo. Ítes docete oẽs gẽtes,baptizãtes,&c. hęc ex illo.quę sunt valde notãda:qa ex his habetur qp in foro cõsciẽtiæ nulla lex obliget ignorantem nisi ignoret ex sua negligẽtia,& intelligere noluerit. ¶ Primò verò quęritur vtrũ baptizari possit puer in vtero matris existẽs in toto vel in parte? Et dico qp si est natus,etiã cũ pelle secundina,baptizari potest secundum Aureo.& etiam si esset mõstrum:vt ẽ. Baptis.iij.§.x.si aũt totaliter est in vtero matris,nõ apparens,

Universidad de Deusto
Biblioteca

secundum membrum aliquod vel partem membri, baptizari non potest, secundū omnes: & ve in c. qui in maternis de cō se. dist. iiij. quinquit S. Tho. talis natus est Deo, nō ecclesiæ, nec subijcibilis operationi ministrorū eius: nec aperienda est mater adhuc viuens, etiam si esset ob partum moritura, vt talis baptizetur: quia secundū Apostolum, non sunt facienda mala vt veniāt bona. secus autē si iam extincta esset: vt ff. de inofficiosa. l. posthumus. Si autē apparet aliquod membrum, & non est plenè natus: expectanda est totalis egressio, nisi periculū mortis immineat, secundum S. Tho. & omnes: sed si periculū timeatur, sunt duæ opiniones extremę, & vna media. Quidā enim dicūt quòd baptizari nō potest, nisi plenè nascatur. vnde glo. in c. fi ad matris. de consec. dist. iiij. tenet quòd baptizari non potest, per d. c. qui in maternis. Ratio, quia non perfectè natus nō potest dici homo. l. quod certatū. C. de post. hæ. institu. vbi oportet ꝙ sit totus natus quis, vt posthumus dicatur. Quidam verò dicunt ꝙ baptizari potest, quacunque parte eius apparēte, sic quòd si baptizetur manus aut pes, nō erit rebaptizandus. Et istam opinionem Sum. Rosel. adscribit Inno. & Panor. & videtur eis consentire in cap. debitū. extra eo. Quidam verò dicunt ꝙ egressa parte principali, id est capite debet baptizari, scilicet ita ꝙ nō rebaptizetur, si vixerit. secus de alijs, scilicet pede, manu, vel huiusmodi: quia baptizandus est qdē: & si decesserit, sepeliēdus est in cœmeterio: si autēvixerit rebaptizādus est sub cōditione, si nō es &c. Et hęc est opinio Landul. & Ric. & domini Car. in cle. fidei. de sum. tri. & S. Tho. in iiij. dist. vj. q. j. arti. j. q. j. ad tertium. vbi obscurè loquitur, dicēs ꝙ egressa pte principali, id est capite, in quo operationes animæ magis manifestātur, vt quidam dicunt, baptizari debet: secus autē est de alijs partibus, vt de manu, & pede, quamuis non noceat, etiam si ille partes aspergantur baptismali aqua: quia diuina misericordia non est arctanda. Si autem postea plenariè noscatur, nō est rebaptizandus: secundum quosdam: sed nihil periculi accidit si ad maiorem cautelam baptizatur sub hac forma: si nō es &c. hæc ille. qui intēdit quòd egresso capite baptizetur non rebaptizandus: egressaverò alia parte aspergatur aqua, id est baptizetur, sed rebaptizandus. & hoc patet clarè iiij. parte. q. lxviij. arti. xj. ad
3 quartum. ¶ Secundò † vtrum baptizari possint amentes, & furiosi? Distinguit S. Tho. in iij. parte, & in iiij. cuius distinctio ad hoc reducitur: quia si nunquam habuerūt vsum rationis, baptizari possunt eo modo, quo pueri in fide ecclesiæ: si verò aliquo tempore habuerunt vsum rationis, quia scilicet non sunt à nativitate stulti aut si sunt, habēt lucida intervalla: si nunquam habuerunt voluntatem baptismi, non possunt baptizari: si autē eam aliquando habuerūt, baptizari possunt ratione periculi in amentia etiam si contradicant: imò vt dicit Pe. si oporteat eos ligari, vel etiam si faciant iniuriā sacramento, vt mingendo in aquā, vel huiusmodi: cessante verò periculo melius est vt expectetur vsus rationis. Consentit capi. maiores. extra eo. ¶ Tertiò, quid de dormientibus? Et dicit S. Tho. quòd ratione periculi baptizari possunt, si prius in eis apparuit voluntas baptismi: sicut de amētibus dictum est: & de amico suo factum narrat Aug. iiij. li. Confessio. non autem baptizandi sunt, si periculum mortis non immineat, nec si autē voluntatem baptismi non habuerunt. Et habētur hæc omnia in d. c. maiores. ¶ Quartò quid de peccatoribus? Et dico quòd de peccatoribus sic dictis à voluntate peccandi, id est de volētibus pseuerare in peccato, dicit S. Tho. ꝙ nullo modo sunt baptizādi. Et videtur velle ꝙ tales peccēt mortaliter quasi euacuātes effectum sacramēti, id est gratiā: si tñ baptizātur, recipiūt sacramentum, secundū doc. non rē sacramēti: nec sunt rebaptizādi: sed peccatores sic dicti propter reatum

præteritum peccati, aut maculā sunt baptizandi: quia ad hoc specialiter baptisma institutum est, vt per illud sordes mundētur. ¶ Quintò, † vtrū pueri fidelium sint statim baptizādi? Et dicit S. Tho. ꝙ sic, quam citius: næc est expectādū. Primò, quia propter imbecillitatē naturę de facili mori possunt. Secundò quia diabolus non habet tantam potestatem nocēdi spiritualiter & corporaliter post baptismum, sicut prius. Tertiò, qa à pueritia facilius ad ea, quæ sunt Christianæ religionis, inducuntur, & ea firmius retinent. ¶ Sextò, verum pueri infidelium Iudæorum infra pubertatem possint inuitis parētibus baptizari? Et dico quòd est vna opinio, quam Aureo. Landu. & Scot. & Archi. & Ant. de But. tenent, & videtur Do. de S. Gemi. quòd sic, per principes vel eorū dominos, non autem per priuatas personas. Hoc sequitur Sum. Aug. & totū fundamentū huius opinionis est: quia Iudæi sunt serui facti ꝓ passionem Christi. extra de Iudęis. si Iudęos. & hoc fuit executioni mandatum per Cōstantinum: vt no. Host. in ca. confuluit: de Iudęis. & idem tenet Archi. in c. qui syncera. xlv. di. & idem S. Th. in epistola ad ducissam Lotoringiæ. sed ista opinio est falsa & vana cum suo fundamento. Primò, quia si esset vera, hoc esset, quia Iudei sunt seruī Christianorum. quod est falsum, quātum ad baptismum: quia nullus est seruus in spectantibus ad ius diuinū aut naturale, sed ciuile tantū. Vnde si Iudęus doceat filiū malos mores, puta furari, & adulterari, quod pertinet ad ius ciuile, est ei auferendus. C. de episc. and. l. si lenones. nō autem si eum doceat malā fidem: ꝙ pertinet ad diuinū: quia hoc nullo iure cauetur. Secundò nam princeps nō plus, sed minus, dominatur super filio Iudæi quàm super patre gratia cuius filius est seruus: & tamē patrē non potest cogere ad suscipiendū baptismū in se, licet Sco. hoc malè concedat: quia hoc dixit Iac. Hermogeni, & Apostolus. Quid ad nos, inqt, de his qui foris sunt iudicare? Et tex. in c. sicut Iudeis. de Iudæis. & xlv. di. de Iudæis. istam compulsionē ꝓhibet. Ergo non potest inferre vim filio, aut patri in filio, vt baptizetur cū volūtas patris sit filij ante vsum rationis inspectā tribus ad prædicta iura. Tertiò, nā vt dicit Car. Flo. † licet Iudæi sint seruī secundū iura, tamē hoc nō est verū simpliciter quo ad omnia, sed quo ad quędā: quia de cōsuetudine nō est ꝙ habeātur pro seruis, aut vēdi possint: & prohibitū est eis auferre sua aut aliter inferre molestias. Sed tamē S. Tho. tenet ꝙ ea possent auferri bona seruato victu, nisi leges hoc ꝓhiberent: vt in opus xxj. vñ dic tu quòd esto quòd vendi possint inuiti, quod est iuris ciuilis: non sequitur quod possint baptizari, quod est diuini. Est autem alia opinio S. Th. quòd hoc sit illicitum. ij. ij. quæstiõe x. arti. xij. & iij. parte. q. lxviij. ar. x. & ratio eius in quolibet. & suū fundamentū est duplex, scilicet naturalis æquitas: quia hoc naturali iustitiæ repugnat. Nā filius naturaliter est aliquid patris & primò quidē à parētibus non distinguitur secundum corpus, quandiu matris vtero continetur: deinde vterum egressus ante vsum liberi arbitrij sub parentum cura, sicut sub quodam spirituali vtero, continentur, non differens ab irrationali animali: vnde sicut bos vel equus iure ciuili est alicuius, vt eo vtatur vt libet: ita filius iure naturali ante vsum rationis. Sed in est ecclesiæ cōsuetudo, quæ maximā habet authoritatē, & in omnibus est æmulanda, & cui magis standū est, quàm authoritati Augustini: vel alicuius doctorum, qui ab ecclesia habent authoritatē, quæ hoc nunquam habuit: eum tamē retro actis temporibus fuerint multi catholici principes potentissimi, vt Constantinus & Theodosius, quibus familiares fuerunt sanctissimi episcopi, vt Sylvester & Ambrosius, qui nullo modo prętermisissēt hoc ab eis impetrare si nō esset cōsonū rationi. Vnde dicitur de patribus antiquorū, ꝙ saluati sunt in fide parētū. per qd datur intelligi quòd

ligi quòd ad eos spectet prouidere eis de salute. hæc ex illo. Et hanc opinionē sequitur Car. Flo. de Iudæis. in c. sunt Iudæi. & Gaspar de Calde. in cōsilijs. & glo. super c. Iudęorū. xxviij. q. j. & Pe. de Palu. Pan. & Ioan. de Ana. in c. sicut. de Iudæ. & ibi do. Marianus & Feli. dicunt istud cōmuniter teneri: & Albert. in Sum. Rosin verbo, Iudæus. quā etiā adhuc confirmat Sanc. Tho. quia oppositum derogaret fidei, dum pueri baptizari auerterētur à fide suā ratione parentum. Et si dicatur quòd debent eis auferri: dico quòd est cōtra omnia iura, ante vsum rationis. Idem autē à fortiori dicendū est de pueris aliorum
4 infidelium. ¶ † Septimò vtrū pueri infidelium inuitis parentibus ante vsum rationis baptizati suscipiant sacramentū? Et dicit Pet. de Palu. quòd nō: quia in his, quæ sunt fidei sicut parenter coācti baptizari nihil recipiūt: ita nec filij sine sua aut parentum voluntate: licet sufficiat volūtas alterius parentū. Archi. autem adscribit San. Tho. quòd sint verè baptizati, & ad seruandam fidem cogendi. Et hanc opinionem dicit sibi magis placere: quia sufficiens causa baptismi est materia, forma, & voluntas propria baptizandi, aut parentum, id est offerentium, qui sunt parentes spirituales: sicut olim saluabantur in fide parentum spirituali, id est ecclesiæ. Sed ista in Sanct. Tho. non memini me legisse: sunt tamē vera indubitatè, saltem quando iustè essent subtracti à cura parentum. Et licet San. Tho. j. ij. q. lxviij. ar. ix. ad secundum, teneat quòd filij infidelium baptizati in fide ecclesiæ consequantur saltem, & intelligātur offerri ab omnibus, quibus placet quòd offerātur, & quorū charitate ad cōmunionem Spiritus sancti adiūgantur, & non tantùm ab his, quorum manibus feruntur: tamen loquitur quando baptizantur inuitis quidem parentibus, sed iustè ab eis subtracti, vt videtur: vel quādo & ipsi parētes cōsentiunt: non vt pueri sint fideles, sed alio respectu: puta ne sint fœrētes aut energumeni, id est vexati à diabolo: sicut nūc faciunt, vt dicitur, tere omnes nobiles Saraceni: nec mihi dubium est quin tales pueri saluentur, si decedant ante vsum rationis. ¶ Octauò quæritur, quomodo intelligatur vsus rationis ante quem infidelium paruuli ipsis inuitis nō sunt baptizandi. Et dico secundum San. Th. in iiij. dist. xxvij. q. ij. ar. ij. quod respectu vsus rationis triplex gradus notatur, secundum Philosophum in j. Ethicorū. Primus, cùm quis nec per se intelligere, nec capere ab alio potest. Secundus cùm ꝑ se intelligere nequit, sed capere potest ab alio. Tertius cùm accipere potest ab alio, & per se considerare. Et Primum statum obtinet homo ante primum septennium: ad secundum autē incipit venire in fine primi septennij: vnde tunc pueri ponuntur ad scholas: sed ad tertium incipit venire in fine secundi septennij, quantum ad pertinentia ad personam suam, in qua ratio naturalis citius consuleſcit: sed quantum ad illa, quæ extra ipsum sunt, in fine tertij septēnij. Et ideo ante primum septēnium nulli contractui homo est aptus: sed in fine primi septennij incipit esse aptus ad aliqua promittendum in futurum, præcipuè de his, ad quæ ratio naturalis inclinat magis: non autem ad se obligandum vinculo perpetuo: quia adhuc nō habēt firmatam voluntatem: ideóque tunc possunt spontā contrahi: sed in fine secundi septennij iam se potest obligare de pertinentibus ad personam ipsius, vel ad religionem, vel ad coniugium: post tertium verò septennium potest etiā se obligare de alijs: & secundū leges constituitur ei potestas dispondi de rebus suis: post xxv. annum. Potest tamen homo autē peccare mortaliter quàm sponsalia cōtrahere, id est, assensus præsentis in sponsalibus autem est cōsensus in futurum, ergo ꝙ, vt patet ex dictis, ille vsus est, qui communiter habetur in fine secundi septēnij: sed tamen Gaspar de Cal. in quodam suo consilio determinat ꝙ puer Iudæus duodennis baptizari potest inuitis parentibus: quia satis præsumitur de aliquo rationis vsu in eo: & sic in fauorem fidei poterit baptizari, licet in eo omnino non clarescat vsus rationis: dummodo in eo contrariū non appareat. Et idē de puella Iudæa dicendum est: quam etiam pater tenebitur secundum facultatem dotare de bonis licitè acquisitis, si baptizata nubat, secundū Archiepiscopū. ¶ † Nonò, vtrum baptizari debeant infantes 7
expositi, & inuenti, vel alij, de quibus nescitur, aut dubitatur an sint baptizati & bene baptizati? Et dico secundum doc. ꝙ si certū est, omnia, quæ sunt de substātia sacramēti, cōcurrisse, licet cætera, quæ sunt de solēnitate, defuerint: puta quia verba bene prolata, & in aquam mersit, sed defuit catechismus & exorcismus, nullo modo est rebaptizādus, secūdū Pet. de Pal. nec simpliciter, nec sub conditione: sed supplēdū est quod ex necessitate vel in cautela fuit omissum. Si autem cōstet aliquid de substantialibus defuisse: iterāda sunt omnia substātialia, quæ simul cōcurrere oportet: & similiter ea, quę sunt de solennitate, secundum Theologos: quia quādo cōcurrunt sacramentū, & patitur tempus, debita solennitas adhibēda est. nec est vis si reperiuntur quæ sacramenta non sunt: aut etiam quæ sunt de substantia, quando nihil factū est, quia nō fuit sacramentū: & consequenter nec fit iniuria sacramento. Nec stādum est in hoc dicto Iuristarū dicentiū nihil esse iterandū, sed supplendū tantū quod erat omissum. quod est friuolum. Et si quid de substantialibus erat adhibitum, & aliqd omissum: si adhibitū nō reperatur, nō erit sacramentū sed a vice ꝓpter defectū adhibiti prima vice: sicut nec prima vice, ꝓpter defectū adhibiti secūda vice: sicut si primò dictū erat, in nomine Patris & Spiritus sancti, & sc. a vice nomine Filij: nec primò nec secūdò erit baptismus. Si autē erit probabiliter dubiū: vt quia puer in nemore expositus inuenitur, nec apparet aliqua scriptura de baptismo: baptizādus est sub cōditione, quæ habetur extra e. c. ij. præmissa negativa, si nō es &c. Et idē dicit Ric. de exposito quolibet, quādo nō inuenitur à quo sit expositus, aut baptizatus. De eo autē qui ex Christianis natus & inter Christianos cōuersatus est: nō est reuocādū in dubiū, sc. in Pe. de Pal. nisi euidētissimè probaretur nō baptizatus: extra de presby. nō bapt. c. fi. Si verò vno teste, puta obstetrice ꝓbetur baptizatus, credēdū est. ¶ † Decimò, vtrū 8
baptizādus sit, si vixerit, quē qui ad baptizandū longe portabat, irruente morte in via proiecit in flumen de pōte cū intētione baptizādi, aut in puteū, dicēs. Ego te baptizo, &c. Et dico casum istū accidisse de facto teste Pan. in partib. Mōtispessulani, vbi, vt ipse dicit, quidā lector Theo. de ordine Prædicatorū dixit istū nō esse baptizatū: cui. dictū detestati sunt multi Canonistæ, cū ibi nec verbū nec elementū defuerit. Sed postmodū ipse magistrū suū cōfutauit, & dixit ꝙ non erat baptizatus: qa in baptismo nō solū requirit immersio, sed etiā elevatio ab aquis in signū resurrectionis Christi. Sed hæc ratio inquit Pan. nō cōcludit: immersio nō requirit necessariò, & cōsequēter nec elevatio. Et sic cōcludit ꝙ si cōstare posset ꝙ puer vixerit quandiu baptismus fuerit completus, ꝙ satis dicitur baptizatus: sed quia potuit præcedere in via antequā baptizaret, sustētari posset alia opinio. hanc ille. cū quo trāsit Rosella. Sed licet bene impugnet rationē sui magistri: tñ dicit duo falsa. Primum quòd ille sit baptizatus si vixit vsq; ad finem baptismi: quia in baptismo necessaria est ablutio, quæ est materia proxima, & quā importat ly baptizo in casu aut illo non fuit ablutio, sed submersio & extinctio, vel periculū extinctionis: nec ille actus ex sui natura ordinatur ad absolutionem, sed ad submersionē: quia quia abluitur propriè & vñ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatē aut educitur de aquis continua manu, aut aquæ fluunt ab eo. Vnde peccauit mortaliter, tanquā homicida ille pius baptizator. Secundū, quia supposito quòd ibi esset baptismus durante vita, dicit q; si prædecedat puer, non erit baptismus: cuius oppositum ostēsum est suprà Baptismus j. §. v. ex dictis Theologorum, quibus in hac materia standū est: quia Deus in tali casu supplereret. ¶ Vndecimò, vtrū baptizādus sit statim Iudæus, vel Paganus, vel alius adultus petēs baptismū, si periculū sit in mora: puta quia timetur ne alij infideles hoc scientes illum interimant, vel aliter impediāt? Et dico sēdm Host. q; sic, exposita fide eodem modo quo possibile est de confec. dist. iij. nē quod absit. Sed si nō adsit periculum, tūc per octo menses, vel aliū terminū arbitrariū debet differri, & inter catechumenos teneri. de conse. dist. iiij. Iudæi. &c. seq. Et huiusmodi rationē assignat doc. Angelicus in iij. parte. Primò, ad cautelā ecclesiæ, ne decipiat fictè accedētibus tribuēs sacramentū. Secundò, vt plenè ante baptismū instruatur de fide. Tertiò, propter reuerentiā sacramenti, dum scilicet in præcipuis solēnitatibus, vt Paschæ & Petecostes, ad baptismū homines admittūtur. Hæc tamē, inquit dilatio duplici ratione prætermittenda est. Primò, qñ baptizandi apparēt perfectè instructi de fide, & ad baptismū idonei: sicut Philippus statim baptizauit eunuchū, &, Cornelium Petrus Act. viij. & x. si necessitate infirmitatis, mortis, obsidionis, persecutionis, & naufragij vrgerentur: quia secundum Leo. papā, omni tēpore possunt baptizari. Qui autē expectāt tēpus statutū ab ecclesia præuenitur à morte, saluatur, licet per ignē: q verò differt vltra illud peccat, nisi ex eā necessaria, & de licentia prælatorū. hæc ex illo. ¶ Duodecimò, †vtrū in baptizando requiratur fides? Et dico secūdum Pet. & doc. angel. q; in paruulis, & naturaliter fatuis & huiusmodi, qui per se credere nō possent, nō requiritur fides propria, sed sufficit aliena: in aliis verò requiritur fides propria ad suscipiendū sacramētū & rem sacramēti, id est, gratiā nō adsit ad suscipiendū sacramentū tātūm sine character. & qa etiā sine ea reciperetur character. hæc ex illis. Et exemplū est, si baptizetur infidelis, nō quia credat, sed vt lauetur, vel careat fœtore aut vexatione diabolica. ¶ Decimotertiò, vtrū in baptizādo requiratur cōsensus? Et dicit Aure. quòd in puero nōtin adulto sic, verè vel interpretatiuè. Vnde secundū cōmunem doctrinā, & in c. maiores. eo. ti. si quis baptizetur vi, aut dū reclamat, nihil recipit, nec rē scilicet nec sacramentum: si tamē adsit cōsensus, qui ab aliquibus dicitur interpretatiuus, quia scilicet cōsentit quis per minas aut pœnas habendo voluntatē coactā coactiōe cōditionali, eligēdo scilicet potius baptizari quàm mori vel aliud pati: recipit qui dat character. & sed nō gratiā, sec. m Pet. de Pa. & S. Tho. & in d. c. maiores, circa finem. vnde cogēdus est fidem seruare. Quod tamē limita, nisi intēderet illudere, & pœnas euadere, nō aut rē susciperet sacramentū: quia tunc nō susciperet sacramētum, cùm etiam intentio necessaria sit, vt dicetur §. sequenti. ¶ Decimoquartò, verum in baptizando requiratur voluntas seu intentio recipiendi baptismum? Et distinguit Pet. de Pal. post S. Tho. Nā si actu habet vsum rationis, intētio necessaria est, aliàs nihil recipere. nō tamē est necessaria rectitudo intentionis. Vnde recipiens baptismum propter quæstū, vt faciunt crebro Iudæi, vērū recipiunt baptisma, licet non rem baptismi, id est gratiam: nec etiam est necessaria intētio seu voluntas spontanea, sed sufficit coacta conditionaliter, vt in priori §. dictum est. Si autem vsum rationis habuit aliquādo sed non quando baptizatur, propter phrenesim, vel amentiā, vel dormitionem, & huiusmodi, requiritur intētio, quæ præfuerit tempore vsus rationis: quia præcedente baptizari pōt in articulo necessitatis: & cōsequitur sacramentū & rē sacramēti, etiā si coactè baptizaretur coactione absoluta, vt patet ex dictis: sed cessante tali articulo expectādus est ratiōis vsus, scilicet si speratur: sed si ante cōtradicit, nihil recipit si baptizetur. Si verò vsum rationis nunquā habuit: baptizatur in intentiōe parentū, vel offerentiū, vel baptizāris, si ipsi duo soli essent. ¶ Decimoquintò, vtrū in baptizando requiratur cōtritio de peccatis cōmissis ante baptismū? Et dicit Alex. de Ales quòd sic. Sed per cōtritionē largè istellige etiā attritionē: qa baptismus de attrito facit cōtritū multo magis q; pœnitētia. Est, inquit, necessaria, inquit, quo ad omnia mortalia de quibus recordatur, & de venialibus in genere: & fortè in particulari quo ad venialia maiora quorū recordatur: aliter nō suscipit gratiā baptismalē, id est gratiā & remissionē pēctorum, ad quod requiritur volūtas sine omni indispositiōe: sed bene recipit sacramentū, id est characterē. de cōse. di. iiij. ostendit ad quod requiritur voluntas recipiēdi sacramentū. Sed tamē intellige quòd in baptismo multa per ordinē recipiunt, nisi defectus interueniat. Primò sacramētū, id est, character. Secundò gra gratū faciens. Tertiò remissio omnū peccatorū quoad culpam & pœnā. Et sic gratia baptismalis dicitur dupliciter, scilicet incōpleta, id est gratia gratū faciēs: & cōpleta, id est dicta gra cū plenaria remissiōe etiā venialiū. Et de his vide S. Tho. iiij. di. iiij. q. iij. ar. ij. q. j. Igitur si nō adsit cōtritio de veniali, saltē virtualis, siue in genere, nō impeditur gratia baptismalis primo modo: qa illa stat cū veniali: sed secūdo modo: quia stante volūtate ad veniale, illud remitti nō potest: stāte causa stet effectus. Confessio aūt in baptizādo nō requiritur. ¶ Decimosextò, †vtrum in baptizādo requiratur quòd nō sit fictus: siue vtrū fictio impediat effectū baptismi? Et ex S. Tho. in iij. parte. q. lxix. ar. iij. & iiij. di. iiij. q. iij. ar. ij. & q. ij. a. j. q. j. ad tertiū sic respōdetur: Fictio propriè est, cū quis dicto vel facto aliquid ostēdit quod nō est in rei veritate: quia ostensio si fiat hac intētiōe, tūc fictio est speciale peccatū. & sic nō loquimur hic. aliàs autem est peccatū generale: & sic accipit hic. Quicūq. enī ad baptismū accedit, ostendit se vitā nouam inchoare abrenūciando vetustatē: vnde si volūtas eius adhuc in vetustate vitæ remaneat, aliud ostendit quàm sit in veritate, ideoq; est fictio & peccatū. Hoc aūt quadrupliciter cōtingit vt probatur in iiij. in di. ea. q. iij. Vnde secundū Augu. quadrupliciter est quis fictus, scilicet q nō credit, qui indeuotus accedit qui contēnit, q aliter celebrat, id est cōtra ꝓhibitionē ecclesiæ, nō variās in ea quę sunt de essentia sacramēti. Et admitur hic deuotio pro volūtate cōsequēdi baptismū quantū ad sacramentū & rē: & cōtritionē includit. cōceptus etiā nomē sumitur pro eo quo q; abijcit sacramentū nō recipies illud: sed quo qe illud impedit, nō estimās in eo esse efficaciā ad saluandum: vel secūdū alios, quo qe iocādo & ridēdo accedit. Sed tū aduertendum est q; cum fictio sit peccatum: fictio simpliciter, est peccatū simpliciter, id est mortale: fictio verò secundū quid, est peccatū secūdū q. d. id est veniale: & prima simpliciter, id est totaliter impedit effectū baptismi quātū ad remissionē culpæ: secūda verò, secundū quid tantū: respectu tū aliorū sacramētorū veniale potest facere fictū, sēdm Pet. de Pal. sicut cōicando risus & iocus & vagatio mentis: & cōsequēter aufert effectū. ¶ Decimoseptimò, vtrū & quomodo recedēte fictione baptismus sumat effectū cōsequi? Et dico quòd recedente fictione cōsequitur suum effectum, & valere incipit ad salutem secundū Augu. de conse. dist. iiij. tunc valere. quod tamen intellige si fuit baptismus: quia si fictio illud totaliter abstulisset, sicut esse fictio circa intentionem suscipiendi: nunquam valeret. Et idem dicunt aliqui de fictione circa fidem: sed est falsum: quia infidelis potest consequi verum baptismum, vt dictum est. Quomodo autem incipiat

cipiat valere triplex est opinio. Prima est Ioannis in glossa dicti c. tunc valere. & Iuristarum dicentium quòd cessante fictione nō fit remissio peccatorū virtute baptismi, sed virtute cōtritionis & pœnitentiæ. Sed illa glo. destruit tex. dicentem quòd incipit valere baptismus, nō contritio. Secunda est quorundam modernorū dicentium hoc esse ex ordinatione diuina quòd ad characterē gratia infallibiliter consequatur: vel tunc quando baptismus suscipitur vel recedente fictione. Sed ista opinio reprobata est à S. Tho. vbi probauit, in sacramentis nouæ legis esse virtutem gratiæ causatiuam. Tertia est S. Thomę dicentis, Quòd gratialiter simul cū forma statim recipit effectum formę, nisi aliquid impediat: quo tñ remoto forma generari perficit effectū suū: sicut grauе generatum statim mouetur deorsum, nisi quid impediat: quo impedimento sublato, fertur deorsum. Et similiter in baptismo, qui scilicet est quædā spiritualis generatio accipit baptizatus characterem quasi forma, consequenter proprium effectum, qui est gratia remittēs omnia peccata: qui per fictionē quandoque impeditur: vnde ex per pœnitentiam remota, statim baptismus consequitur effectum suū, quem prius habuisset, si fictio non fuisset: ideòque peccata præcedentia baptismum remittit quo ad culpam & pœnam: sequent a verò remittuntur quantum ad culpam virtute contritionis amouentis fictionem: non autem quantum ad pœnam totaliter. hæc ex illo. Et hanc opinionē Pet. de Pal. vt veriorem firmat, addens primò quòd specialis necessitas sortiendi effectum abiecta fictione est in sacramentis imprimētibus characterem: aliàs eorum effectus haberi nō posset, quia non iterantur: & secundò quòd ad delendam fictionem sufficit attritio. ¶ Decimooctauò, vtrum in baptizādo adulto requiratur quòd sit præsens: & respondeat, aut posit procuratorem constituere ad respondēdum, vt sit in paruulo? Et dico quòd non potest. & tex. est in cap. cum pro paruulis. de consecra. distin. iiij.

Rursus de Baptismo. v. quo ad ritum & modum.

1 *Circa baptismum conferendum, quinque diligenter obseruanda esse. Et quæ sint?*

2 *Ablutio baptismalis, quot modis effici possit? Et quis modus tutior? Et immersio aquæ in baptismo quid noxæ, & quoties iterari debeat? & quota sufficiat?*

3 *Ablutio num verborum formā comitari debeat? Et an baptismus in debita materia ac forma dari sæpius possit? Et quamū sit denuo baptizanti pœnat? Et quid de rebaptizato?*

4 *Sacramentalia, q̄ unte baptismū, vt exsufflatio, insufflatio, salis immissio, & reliqua, & quæ post baptismū fiūt, vt in vertice chrismatio, cereī impositio, vestis candidæ applicatio, quid significent?*

5 *Ad baptismum tenere puerum quis, & quot possint? Et ad quid teneantur tenentes?*

1 BAPTISMVS †quintò quo ad ritū & modū seu circumstātias obseruādas, vt plenius innoteſcat, sciēdū est quòd quinq; principaliter obseruanda sunt. Primò, modus circa substātialia spectātia ad formā & materiā, id est, actum ablutionis: qa de materia, quæ est aqua, dictū est. Secūdò tēpora cōgrua baptismo, id est, sabbatū Paschæ & Pētecostes, quod Secundū S. Tho. nō est intelligendū quantū ad substantiā baptismi, quia die qualibet cōferri potest: sed quantū ad solēnitatem. Tertiò, præparatoria ad baptismū simul cū eo concurrentia, id est, catechismus, qui est instructio credēdorū: & exorcismus, per quē dæmonij potestas expellitur. Quartò, ipsa sacramētalia, quę baptismū comitantur & sequuntur. Quintò, ipsi leuantes baptizatum de fonte. ¶ Primum † verò quæ-

2

3

4

5

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem à putredine peccatorum: saliuæ contactus ad aures & nares, sensuum spiritualium apertionem: unctio olei in pectore & inter scapulas, diuinæ legis amorem, & deuotam subiectionem. Tria quoq; alia fiunt post baptismum, scilicet chrismatio in vertice, significãs gratia Christi in mente, impositio cerei, significans fidei & morũ claritatem: vestis candida, significans innocentię restitutionẽ. Cõsentit Sum. Conf. in qua additur quòd licitum est pannum, quo ligatur cõfirmatorum frõtes, & vestem, quæ ponitur in capite baptizati iteratò sumere ad idem officium. de conse. dist. iiij. si quis voluerit. in tex. & in gl. ¶ Quintò quæritur, quis, & quot tenere possint ad baptismum, & ad quid teneantur? Et dico primò quòd tenere non potest abbas, monachus, vel religiosus. de conse. di. iiij. non licet. el j. & xvj. q. j. placuit cõmun. Si tamen tenent, sunt cõpatres. nec secũdò pater vel mater, si sunt in matrimonio. xxx. q. j. ad limina. aliàs contraherent cognationem spiritualem. sicut etiam baptizando extra necessitatem, vt ibi. nec tertiò is qui non est baptizatus. de conse. di. iiij. in baptismate. licet possit baptizare: & si tenet, nõ est cõpater: quãuis, secundũ aliquos sit, si baptizat, vt j. Matrimonium. viij. §. vij. in necessitate tamen tenere potest, secundum aliquos, cum possit baptizare: sed primum est verius. Ratio, quia baptizans est de necessitate sacramenti: non autẽ lenãs seu tenens. Tenere autem debet vnus tantum. de con. di. iiij. in catechismo. & ea nõ plures. sed tamen de cõsuetudine nõ seruatur. Tenentur aute admonere quos tenuerũt: vt castitatem custodiant, iustitiam diligãt, & charitatem teneant: & ante omnia symbolũ, & orationẽ dominicã docere. de con. di. iiij. vos autẽ. & secundum Magistrũ in iij. di. vj. à patrino exigitur diligens cura circa eum pro quo respondit. quod S. Tho. limitat verum, quãdo parentes notabiliter sunt negligentes. De catechismo exorcismo, patrinis, & eorum respõsis, habes infrà Catechismus.

❧ Rursus de Baptismo. vj. quo ad ❧ eius effectum.

1 *Baptismi effectus sex & saluberrimi, & mirabiles. Et qui sint.*
2 *Baptismus num irregularitatem tollat? Et quid de infamia?*
3 *Non baptizatus si ordinetur, num ordinis characterẽ recipiat? Et an in sacerdotio constitutus corpus Christi conficiat?*
4 *Baptismi effectus num sit in omnes æquales?*

1 BAPTISMVS † sextò quo ad effectum vt plenius innotescat, sciendũ est quòd, vt colligitur ex S. Tho. in diuersis locis, effectus baptismi est multiplex & mirabilis: quia primò effectus ei⁹ est character in anima adscribes populo Dei & dans viam & ianuã & potestatẽ ad omnia sacramenta suscipienda: Secundò deletio culpę originalis, contra quã principaliter ordinatur, & actualis mortalis præteritæ, & quãdoque venialis, imò semper, nisi sit indispositio in suscipiente. Tertiò absolutio ab omni pœna præteritæ culpæ: ita quòd moriens post baptismum, statim euolat ad cœlum. Quartò, absolutio à pœnis & infectionibus peccati originalis quo ad personam, licet nõ quo ad naturam, nisi in fine. Quintò præseruatio à culpis futuris. Sextò, generatio in spiritualem vitã & incorporatio ad Christum, conferendo vel augendo gratiam & virtutes, & aperiendo ianuam regni. ¶ Primò † verò quæritur, vtrum per baptismum tollatur irregularitas? Et dico quòd non tollitur illa, quæ prouenit ex defectu sacramẽti. Vnde bigamus ante vel post baptismũ, nõ potest promoueri: nec corrupta velari. Et de his xxvj. di. acutius. Similiter nec veniens ex defectu natalium: sed proueniẽs ex peccato tollitur communiter, secundum doct. licet secundum aliquos, non tollat irregularitas homicidij veniẽs sine peccato, vt in iudice:

sicut notatur xxvj. di. ca. deinde. Sed tamen veritas dicunt alij, quòd tollitur, qualitercũque proueniat. Et hoc sequitur glo. in ca. si quis viduam. dist. 50. & dist. lj. §. ecce. ¶ Secundò, vtrũ tollat infamiã? Et dico quòd sic, secundum gloss. in cap. sine pœnitentia. de conse. di. iiij. Et ratio, quia per illum tolluntur peccata, & quæ sequũtur ex illis sub ratione qua sunt peccata, cuiusmodi est infamia. ¶ Tertiò, † vtrum non baptizatus, si ordinetur, recipiat characterem ordinis? Et dicit S. Tho. in iiij. dist. xxiiij. quòd non baptizatus non potest ordinem recipere, nec conficere, nec absoluere nec ordinare: pũtamẽ credi potest quòd summus sacerdos suppleat quãtum ad vltimos effectus sacramentorum: & quòd non permitteret hoc ita latere, quòd inde ecclesiæ posset imminere periculum. Alberi. ramen putat talem, si ordinetur ad sacerdotium, conficere, nõ in virtute sua, sed ecclesiæ. quod Sum. Angel. sequitur, & falsò attribuit sancto Tho. sed primum est verius. ¶ Quartò † vtrũ effectus baptismi sit æqualis in omnibus? Et dico quòd sic, secundum Pet. & S. Tho. quantum ad characterem & remissionem culparum atque pœnarum. Sed autem quantum ad fomitis depressionem & infusionem gratiæ in adultis: quia potest esse inæqualis dispositio voluntatis: in paruulis autem est æqualis, quantum ad omnes effectus per se: quia ipsi sunt æqualiter dispositi: & passio Christi æqualiter perficit æqualiter dispositos.

❧ De bello publico.

1 *Bellum, aut publicum, aut priuatum est. Et horum quinam essentiæ, cum limitationibus. Et quod sit vnum quodque.*
2 *Bellum seu publicum, seu priuatum sit, vt iustum censeatur, quænam intercedere oporteat? Et vniuersale bellum, num cuiquam sine Principis authoritate indicere liceat?*
3 *Bellum priuatum seu particulare, vt iustum sit, quæ concurrere debeant? & quæ, ac qualiter intelligantur?*
4 *Bellum, quod Imperator iniquus Papæ corrigendi indicit, an iustum dici possit, cum ex Imperatoris dicto iudicatur?*
5 *Bellum in dubio iustumne, an iniustum præsumi debeat?*
6 *Principes belli moturi quid in ipsius belli motione & apparatu facere possint, & debeãt? Et quid de vasallis ac militibus, reliquisque subditis? habes hîc per quatuor cõsectarias conclusiones.*
7 *Subditi à domino in bellum vocati, qualiter respondere debeãt. Conclusionibus vndecim expeditur.*
8 *Accedentes ad bellum motu proprio, ac nõ vocati, qualiter belli principem sibi obligẽt, & qua actione aduersus ipsum agere queant? Conclusionibus definit. Et quid de stipendiariis, si militia sua toto tempore operæ locatæ, subseruire nolunt, aut instrumenta aliũue sua substituant loco?*
9 *In bello iusto, quid liceat, atque permissum sit? Conclusionibus quatuor planum facit.*
10 *Belli occasione quæ quis ab hostibus assecutus est, quando restituere nõ teneatur? & id quoque quatuor cõclusionibus expedit. Et inter hæc num in foro pœnitentiario, non liquidi compensatio fiat? Et an capta in bello iusto, cũ debito principali compensentur? & ibidem limitationes.*
11 *Belli occasione, quæ ab hostibus obuenerunt, quando quis restituere teneatur. Conclusionibus octo palam fit.*
12 *Occupata per Principes Christianos, qui hodie propria inter se temeritate bella gerũt, quod vnus ab antiquo possidet, alius nouiter vsurpat, an sint restituenda?*
13 *Domini ac principes, qui inter se bella gesserũt, nõ possint mutuo de subditorum damnis componere, & irritã factionẽ decidere.*
14 *Damni appellatione, quid proprie ac stricte comineatur.*
15 *Castra extruere ac facere noua num liceat?*

1 BELLVM † duplex est. Primum est publicũ, siue sit iustum, siue iniustũ, quod propriè dicitur bellũ. & est illud quod indicitur authoritate principis superiorẽ nõ recognoscentis: cuiusmodi est, secundũ Host. papa & Imperator, scilicet in dominis temporalibus. xxiij. q. j. c. j. ff. de capti. l. hostes. & ff. de verb. sig. l. hostes. cuiusmodi etiã est is, qui superiorẽ nõ recognoscit de facto, vt rex Fraciæ, Hispaniæ, & huiusmodi, secundũ Iuno. vt in c. olim. el j. de restit. spol. & Bart. in d. l. hostes. ff. de capti. quia habẽt iura principis. Huiusmodi belli natura, si iustum sit, est primò quòd capti efficiũtur serui: licet hodie inter Christianos nõ seruẽtur iura captiuitatis aut postliminij, quo ad seruitutẽ ex cõsuetudine, cui standum est, vt not. Bart. in d. l. hostes. ff. de capti. Et secundò, bona eorum efficiuntur capientium, licet debeant poni ad commune, & assignari capitaneo, vt cuiq; secundũ merita distribuat, secũdum Bart. in l. si quid bello. ff. de capt. aliàs est rapina. dist. ij. c. ius militare. & xxiij. q. v. dicat. qd limita, nisi cõsuetudo haberet quòd quisq; sibi retineret quod cepit, quia tũc nõ teneatur assignare: cùm illud intelligatur actum, quod est consuetum. l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de ędi. edict. Limita etiã secundũ Pan. vbi supra, de mobilibus, quia alia publicantur. l. si captiuus. §. expulsus. ff. de capti. Limita etiã secundũ Rosel. de captis post victoriam quia capta ante efficiuntur capientium. l. si quid bello. ff. de capti. Summa tamẽ Angeli. nõ distinguit ante & post: sed, vt patet in d. l. si quid. veritas est quòd distinguendum est. Et tertiò sequitur ius postliminij, quod est ius amissæ rei recipiendę ab extraneo in statũ pristinum restituendæ, moribus legibusq; constitutum: vt dicit text. in l. postliminium. ff. de capti. quod quidem ius quãtum ad res seruãdum est, vt scilicet is qui aliqua perdidit in bello, quantum ad eum iusto, integrè restituatur illi, si recapiatur. Vnde bestiæ ab hostibus ablatæ, & à nostris stipendiarijs recuperatæ, restitui debent his, quorum primò erãt. l. sicut libertis. & l. ab hostibus. la ij. C. de capt. & postlimi. re. quod verũ est in rebus habẽtibus postliminium, vt equus, naues onerariæ, currus & boues, & alia propter vsum belli parata, de quibus in dicta l. ab hostibus. Et ideo non currit præscriptio cõtra eum, secundũ gl. in cap. prima actione. xvj. q. iij. Arma tamen de rigore non restituuntur ijs, qui amiserunt: quia vituperosè amiserunt. ff. de capti. l. ij. sed secundum conscientiam sunt etiam restituenda, iuxta Sum. Ang. Sed verius dicit Rosel. quòd nõ. Et ratio est, quia lex sic statuat in pœnam ignauię. Aliud est bellũ particulare, quod impropriè dicitur bellum. & est multiplex, scilicet duellum, de quo infrà Duellum. & repræsaliæ, de quo infrà Repræsalia. Et omne bellũ motum vel acceptatum authoritate nõ publica, sed alicuius inferioris principe recognoscẽtis superiorem de quo bello Panor. in cap. ficut. el iij. de iureiuran. ¶ Primò † verò quæritur, quid requiratur ad bellum esse iustũ, siue sit cõmune, siue sit particulare? Et dico quòd ad iustitiam belli cõmunis tria requiruntur, secundum Sanct. Thom. ij. ij. q. xl. art. j. Primò, authoritas principis: quia ad personam particularem non pertinet bellum mouere: cùm possit suum ius prosequi in iudicio superiorie: & non possit conuocare multitudinem. quod fieri oportet in bellis. Et intellige principis, siue ecclesiastici, vt tur. & q. ij. c. j. Quam authoritatem licet Sanct. Tho. non ipse dicat, habet Imperator, qui & dicit quòd nulli nobis inferiis atq; inconsultis quorumlibet armorum moliendorum copia tribuitur. C. vt armo. vsus. imperio. prin. l. j. lib. xj. Habet etiam secũdum Ray. cui consentit Innoc. & Pan. in c. ficut. el iij. de iureiuran. princeps nullũ recognoscens superiorem, siue Imperator, siue rex: & hoc tam contra subditos, quàm contra extraneos: qui etiam potest dare subditis suis authoritatem mouendi bellum cõtra eosdem eodem modo. Verùm, quia nullus præter papã caret superiore, Supple. credit necessariam authoritatem papæ in omni bello. Sed dicta superioritas intelligitur in ordine temporaliũ dominorum, in quo supremo, id est, Imperatori authoritas cõuenit ipso iure communi, licet papæ eam coërcere possit: alijs autem nõ recognoscentibus superiorem conuenit ex consuetudine, vel aliquo iure speciali. Habet etiam, secundũ Host. episcopus præcipuè quando pugnatur pro fide, vel contra eum qui excõmunicatus pro mortali non vult parere. Sufficit etia, secũdum Verucc. authoritas inferiorũ dignitarum ad defensionẽ subditorum, quãdo quis per iudice aliter se iuuare nõ posset. Sufficit etiam authoritas dominorũ & ciuitatũ, vt videtur, quia iura Imperij præscripserũt: vt in c. super quibusdã. de verb. sig. Et de hoc sic dicit Io. de Ligna. Bellũ vniuersale nulli licet indicere sine principis authoritate: ga nulli licet violare ius principum. quod violat, qui sine iuris authoritate manu regia ius sibi dicit, vbi habetur copia iuris dicẽtis. Soli ergo principi cõpetit sua authoritate: cùm nõ habeat superiore pro cõsequẽda iustitia. Hodie tamen, quia sunt populi non recognoscentes superiorem de facto, nõ requiritur superioris authoritas: imò tota die bella indicũtur à populo cõtra populum nullo alio requisito. hæc Io. de Lig. Sed Io. de Plat. Instit. qb. mo. iura po. tolu. dicit quòd in bellis, quæ quotidie ab vna ciuitate indicũtur alteri sine principis authoritate, dicũtur latrunculi ideo capta ab eis subiacet restitutioni: vt in l. q à latronibus. ff. de testa. Sed primũ magis placet: quia Imperator hodie in Italia ius nõ ministrat. Secundũ, quod requiritur, est causa iusta: vt scilicet qui impugnãtur hoc mereãtur, propter aliquam culpã. Vnde dicit Aug. in. lib. iij. quòd iusta bella solet diffiniri quæ vlciscuntur iniuriã: si gens vel ciuitas plectẽda est, quæ vel vindicare neglexerit quod à suis improbè factũ est, vel reddere quod per iniuriã ablatum est. xxiij. q. ij. dominus. Tertiũ, est intentio bellantiũ recta, quę intendit vel vt bonum promoueatur, vel malum euitetur. Vnde bellare nõ licet: ex odio, vel huiusmodi, sed propter iustitiã & charitatem: ve in d. c. quid culpatur. & c. militare. Sed istud tertiũ intellige requiri ad vitandam culpam: nõ autẽ ad licitè retinẽda quæ capiuntur in bello: quia iniqua intentio nõ variat rerum inæqualitatem vel æqualitatẽ, ex quibus depẽdet ius retẽtionis & restitutionis. Sunt etiã duo alia, quæ adduntur à quibusdã. Primum est vt persona sit cui liceat bellare: non autẽ cui nõ liceat, vt clericus. xxiij. q. viij. clerici. Sed hoc est propter prohibitionem specialem, vt dicetur. Secundum est, vt fiat pro repetitione rerũ, vel patriæ defensiõe, & huiusmodi. xxxiij. q. ij. c. j. Sed hoc reducitur ad iustã causam. ¶ Ad † iustitiam verò belli particularis, quod nec duellũ est, nec repræsaliæ, secundum Angelicã Summã requiruntur quinq; quæ sunt iam recitata: sed deficit in multis. Primò, quia si, vt dicit, ad iustitiã particularis belli requiritur authoritas superioris: iam particulare bellum erit cõmune & publicum. Secundò, quia si requiritur quòd nõ sit clericus: sequitur quòd clericus se defendere nõ poterit. Tertiò, quia alleg. gl. summariam. xxiij. q. ij. quæ nõ loquitur de bello particulari, sed de publico. Vnde dico, ad iustitiam huius belli vnum solum requiri, & sufficere scilicet quòd si tad resistẽdum iniusto inuatori personæ vel bonorum, & huius iustitiam fundari in regula iuris naturalis & positiui. ff. de iustic. & iur. l. vt vim. scilicet quòd vim vi repellere licet cum moderamine inculpatæ tutelæ. Et de hoc Panor. vbi supra, dicit. Quoddam est bellum impropriè dictum, id est, non per principem, sed per inferiores recognoscentes superiorem indictum: & isti, si nõ habent iustam cau-

Bellum vniuersale.

Tria requisita ad bellum iustum.

3 Bellum priuatum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tam pugnandi:vt quia nō pugnant ad eorum,seu rerum suarum defensionem,bellum iniustum est, & ipsi latrunculi dicuntur:vt in l.hostes.ff.de capti.Si verò habent iustā causam pugnandi,vt quia non pugnant nisi ad prosecutionem & defensionem iurium suorum:tunc,secūdum Inn.is,qui bellum infert,si habet iurisdictionem super eos,quos impugnat tanquam contumaces & rebelles, potest cuiq; cōcedere quòd res eorum inuadat,& faciat suas:& eos captos detineat,quousq; assignet domino. Si verò iurisdictionem non habet, & tamen iustè pugnat,scilicet defendēdo se vel sua:licet ei defendendo & repellēdo hominem persequtere & etiam occidere cum moderamine inculpatæ tutelæ:de quo in c.cū olim. el j.de restit.spol.& infrà §.seq.sed nō licet capere aduersarium aut bona eius,& capiendo sua facere,aut etiam inuasorem detinere,nisi in sui & suorum recompensationem.dist.j. ius gentium,xxiij.q.vij.si de rebus.cui tamē inuasori,si in ipsa inuasione spolietur aut verberetur:actiovi bonorum raptorum,& etiam iniuriarū denegatur:quia exceptio paris criminis obstat ei.de adult.intellexinus.Sed tamē bene potest res quibus spoliatus est,vendicare,quarū remanet dominus sicut prius.ff.de rei vendic.l.in rem actionem.hæc Inn.qui etiā dicit locum habere quod dictum est de habētibus iurisdictionem,etiam in prælatis habētibus iurisdictionē temporalem: & quod dictum est de iurisdictionem nō habentibus, locum habere in clericis:& etiā si percutiam clericū cum moderamine,&c. ¶ Secundò † cùm dictum sit,bellum propriè indici ex Imperatoris edicto,quæritur vtrum iustum sit bellum ex parte Imperatoris,si Imperator iniquus indicit bellū papæ corrigēti? Et dicit Panor.in ca.sicut.el iij.de iureiur.quòd secundum eos,qui dicunt duarum iurisdictionū scilicet temporalis & spiritualis vnam nō subesse alteri, & quod nihil ad ecclesiā de temporalibus,oportet fateri quòd sit iustū,quod secūdum Ioan. Andr.& Host.absit à fidelium cordibus: quia Imperator ex officio est aduocatus ecclesiæ: vnde nō debet eam impugnare,sed liberare oppressam.de natis ex li.vētre. cap.vno.imò tanta pertinacia,secundum eos,vix carere posset labe hæreticæ prauitatis.Ad hoc quod notatur de hære. excommunicatus.Et in tanta iniquitate,etiā si papa in temporalibus esset inferior,fieret superior propter eius peccatū: tamen certum est quòd e ft superior:vnde electū examinat, approbat,& improbat.de electione,venerabilem. Vnde concludunt,tale bellum esse iniustū,& in hoc casu teneri omnes fideles adhærere ecclesiæ cōtra iniquū principē:quos,etiam si sint vasalli Imperij,potest papa in hoc casu absoluere ab obseruantia præstiti iuramēti super fidelitate.xv.q.vj.nos.Et addit Pan.quòd papa ex causa ardua potest Imperatorem & Reges priuare,& cōtra eos bellum mouere publicū:vt in c. venerabilē.de elec.& in c.nouit.de iudic.quia ex causa ardua iurisdictione in tēporalibus,quam à Deo suscepit in habitu, deducere potest ad actum cōtra quoscunq;.pro quo vide,inquit,quæ notaui in d.c.nouit.hæc ille. Pro quo aduerte quòd ipse & dicti Doct.nō loquuntur de iustitia belli ratione causæ:ed ratione authoritatis:alioquin nō sequeretur,vt dicūt, in tali casu bellum esse iustū ex parte Imperatoris, si temporalis iurisdictio nō esset sub spirituali:imò etiā nec si esset supra:quia iniquum est bellum indictum cōtra iustitiam nō solum ab æquali,sed etiā à superiori. Vnde subdit Panor.quòd bellum nō dicitur iustum eo ipso quòd papa vel Imperator illud mouet cōtra inferiorem:quia & ipsi possunt peccare.xl. dist.si papa.quia summi principes à Deo habent potestatem pascendi & rectè iudicandi subditos:nō autē delinquendi,seu opprimendi.xl.dist.c.j.& cōsequenter oportet subesse legitimam & naturalem causam:vt quia est contumax & rebellis. Sed tamē admitti posset quòd in dubio præsumatur legitima causa in principe:iuxta not.per Legistas in l.præscriptio. & in l.fi.C.si cōtra ius vel vti.pub.& per Canonistas in c.quę in ecclesiarū.de constit.Puto etiam,inquit,quòd ex legitima causa pōt Imperator indicere bellū contra personam papæ, non dico contra ecclesia:vt si papa esset hæreticus:& iudicari nō posset per ecclesiam:aut schismaticus,vel aliàs incorrigibilis,& ecclesia nō habeat quid faciat.De quo remitto ad ea quæ habentur in c.princeps.&.c.regum.xxij.q.v.& in c.in nomine domini.xxiij.dist.& in c.nec licuit.xvij.dist.& ad notata in c.cū nō ab homine.de iud.&.c.non nos.& in c.de Liguribus.xxij.q.v.& in gloss.in cap.tua.de decimis. ¶ Tertiò, † vtrum in dubio debeat bellū præsumi iustū vel iniustum? Et dicit Panor.vbi suprà,quòd si bellum indictum est à principe summo,in dubio præsumitur iustū,& in principe legitima esse causam,iuxta dicta in priori §.Sed si indictum sit à recognoscente superiorem:in dubio præsumitur iniustum. Et sic intelligo Hostiē.dicētem quòd regulariter omne bellum iniustum præsumitur & damnatum.C.de glad.l.j.libro xj.& c.j.de purg.cano.cum suis cōcord. ¶ Quarcò † quæritur quid possint,& quid debeant facere principes,& similiter vasalli,& milites,& subditi in belli apparatu & motione? Et respondeo per multas cōclusiones. ¶ Prima.Si Imperator contra ecclesiam mouerit bellum:subditi eius nō tenentur obedire,bellando contra illam,vt dictum est imò indicendo cōtra eam bellum,meretur perdere priuilegium indicēdi,cùm eo abutatur.xj.quæst.iij.priuilegium.Ioannes de Lign.Si verò papa mouet contra Imperatorem schismaticum, hæreticum, vel aliàs vsurpantem iura ecclesiarum: omnes fideles tenentur papā iuuare:& vasalli Imperatoris absolui possint à iuramento quo tenentur,vel declarari non teneri xvj.quęst. vj.nos sanctorum:& cap. uratos. Idem Ioan.de Ligna. aliter tamen si moueat cōtra personā summi pontificis,vt dictum est. ¶ Secunda.Si rex nō subiectus Imperatori habet causam contra illum,vel econtra:non est alius coram quo proponatur querimonia,nisi papa, tamen passus iniuriam peccaret mouēdo bellum,si alter satisfactionem offert. Gul.si autem non offerret,etiam ipse rex bellum mouere posset:vt patet ex dictis:quia habet iura principis,id est,Imperatoris: vnde sunt pares saltem negatione superioritatis. ¶ Tertia, si comes aliquid habet contra regem,& rex humiliter requisitus per pares curiæ ius exhibere non vult:non peccat,si ius suum defendat armis cum moderamine. Impugnare verò regem propria authoritate non potest:sed papæ denuntiabit: qui excōmunicare poterit,& crescere contumacia dare authoritatem mouendi armā contra illum: vel conqueratur coram Imperatore, si rex illi subsit, & eius authoritate mouebit, si oportuerit, Guiliel.m. ¶ Quarta, si comitis vasallus contra comitem aliquid habet, requirenda est authoritas regis.Si verò comes habet aliquid contra subditum sum,non propter hoc debet sibi ius dicere:sed vel authoritate principis superioris gladium sumat, vel recurrat ad dicœsanum vasalli:cui si vasallus obedire recusauerit, excommunicabitur ratione peccati: extra de iudic.nouit. & si per annum perstiterit, dicœcesanus ipsum & res eius capiendas exponat.argumento ij.quæstio.iij. rursus.& capitul. quisque.extra de hære.capite,excommunicamus. ¶ Quinto † quæritur, quomodo obedire tenentur subditi: si à domino vocentur ad bellum? Et respondeo per multas conclusiones. ¶ Prima,si Baro vnius Regis, puta Hispaniæ, moueat bellum regi,mandans omnibus ius vt iuuent eum contra regem:obedire non tenentur,licet iuraverint eum iuuare cōtra omnes homines:quia Baro incidit in l.Iuliam maie-

l.j.ff.ad leg.Iul. & vj.q.j. §. verò.quia rex Hispaniæ est princeps in regno suo. Et quia opem non fert qui peccādo iuuat. xiij.q.vj.si res. nec præceptum eos excusat et.ij. q. iij. si dīv. nec sacramentū ad hoc ligat:quia non est inuentū vt sit vinculū iniquitatis.xxij.q iij.inter cætera. ¶ Secūda. Si baro vnius regis,puta Hispaniæ,mouet bellum contra aliū baronem,& rex ipse contra alium regem,puta Granatæ:& vterque mandat subditis baronis vt se iuuent: & mandata concurrunt:videtur quòd teneantur primò iuuare baronem,quia subijciūtur ei ratione fidelitatis & iurisdictionis:regi autem ratione iurisdictionis generalis tantūm:videtur etiā quòd teneantur primò iuuare regem:quia vocati à rege,vocati sunt ad maius tribunal,quod est præferēdum.di.xviij.si episcopus. & etiam quia rex vocat pro cōmuni bono & defensione coronæ:& sic iure gentium obediendū est.xxij.q.iij.fortitudo.nam pro defensiōe patriæ licitū est interficere patrē.ff.de relig.& sum. fu.l.minime.& hæc est veritas Io.de Lig. ¶ Tertia.Si vasallū non legium diuersorum dominorū, quod scilicet esse potest ratione diuersorū feudorum,vterq; dominus simul requirat vt eum iuuet in bello:quidam dicūt locum esse gratificationis:exemplo serui duorum dominorum, qui si viderit vtrumq; interfici,iuuare poterit quem voluerit. Alij verò dicunt quòd iuuabit priorē dominum,& cui primò iuratum: quia priorem fidelitatē seruare tenetur. Turius tamē est quòd primo seruiat personaliter,secundoverò per substitutū,si hoc patiatur natura feudi.Io.de Lig. Et idem dicendū est de ciue duarum ciuitatū:si quæratur vtrū teneatur iuuare vnam contra aliā. ¶ Quarta.Si quis est alicuius domini vasallus,tenetur iuuare dominum filius cōtra patrē, & dominum pater contra filiū, secundū gl.xxij.q.v.de forma.quia filius solum vinculo naturæ obligatus est patri:vasallus autem dīno vinculo iuramēti. Sed gl.in c.qm̄ multos.xj.q.iij. aliqualiter contrarium sentit. Io.de Lig. putat ponderandā qualitatem impendendi subsidium.vide j. Bellum. ij. §. vj. ¶ Quinta. Si vasallus vocatur à domino ad bellandum cōtra barbaros in partibus transmarinis tenetur illum sequi, si est talis status & cōditionis q̄ prædecessōres & ipse illuc accedere cōsueuerunt,& vasalli sequi: exēplo liberti,qui tenetur ad operas cōsuetas. ff. de ope. li.l. operæ.præstabit autē dominus sumptus moderatos arbitrio boni viri.Si verò dominus talis sit,qui hoc nō posit nec consueuerit:sequi non tenetur.Quod etiā tāgit Spe.tit.de feu.§. ipsum.De seruis autē non est dubium quod sequi tenētur domino vbiq; ad bellum,cùm in eos dīni plenam habeant potestatem,dū tā nimis in eos non sęuiant. Liberti autē tenentur ad opas solitas:nec insolitas possent eis impon. Io.de Ligna. ¶ Sexta.Si dominus vocat cofœderatos ad bellum,cùm sint plenè liberi ad aliqua obligati ex pacto,seruāda est conuentio & modus cōuentionis ad vngue. ff.de pact.l.j. ¶ Septima. Si dīs vocat ad bellum subditos ratione iurisdictionis tantūm,qui nō sunt vasalli:tenētur accedere, nisi sint personæ excusatæ ab oneribus personalibus,vt minoribus,grauari senecture,aut infirmitate,vel numero liberorum,vel professiōe, vel sexu,vt mulieres.Io.de Lig Sed tū limito,si dominus vocet pro cōseruatione status,& præter sumptus,si ei suppetūt facultates. ¶ Octava.Si mādauit dux exercitus,sub pœna capitis impetu in hostes nō fieri:& miles cum sua comitiua,cui præerat,irrupit, & vicit nihilo minus capite puniri debet. ff.de re mi.l.defertorē.§.in bello.quia malum non excusatur propter bonum quod sequitur.di.lvj.vndecunq;.& facta non sunt ab exercitu notāda.xxiij.q.v.de occidēdis.potest tamē à duce vel principe ipsa pœna remitti.ff. de pœnis.l.bestias.Io.de Lig. ¶ Nona.Si vasalli à dīo vocētur ad iustum bellum, secūdum Inno. non tenentur ire cum equis & armis,proprijs expensis,nisi obligati sint ad hoc ex pacto speciali, cùm ipsi nō teneantur ad personalia:nec de iure teneantur nisi ad ea,quę sunt in canone,de forma.xxij.q.v.Io. de Lig. ¶ Decima. Si qs vocatus libere accedat ad bellū in seruitium alicuius,& incidit in dāna,vt quia perdit arma,equos, vel capiuatur eundo aut redeūdo:& si accedit vocatus & rogatus à domino,& nō proprio motu,habet actionē mandati cōtra dominum,si cōtingat illū aliquid perdere:nisi appareat quòd causa pietatis, humanitatis,vel parētelæ hoc facit.xxij.q.iij.non inferenda. ij.q.iij.dixit dominus.& si opponatur dominū nō teneri,quia talia perditur fortuito casu,de quo quis nō tenetur.extra de homic.c.Ioannes.dico q̄ iste casus fortuitus potuit & debuit prævideri quia verisimiliter ista contingūt in bellis:quia vatius est euentus belli.ij.Reg.ij.Et ita notauit Inn.in c.sicut.el ij.de iureiu.Io.de Lig.& ibi Pan.idem sentit,dicēs q̄vocati à domino,qui iure nō tenebantur,agere possent cōtra vocantem actioe mādati etiā ad damna contingentia casu fortuito,dum verisimiliter cōtingere potuissent:quasi vocās hoc à principio debuerit cogitare. Secus in casu non verisimiliter cogitato:vt in l.inter causas.§.nō omnia.ff.mādati. quæ verba sunt notāda,maximè in materia fideiussionis: licet secus sit in cōmodato:quia cōmodatarius non tenetur de casu fortuito sicut mādans,quia mandatarius agit ad cōmodū mandātis.Et intelligo prædicta in ea qui gratis suscepit mādarū: quia si quid accepit,est locator,cùm mādatū sit gratuitū.Vnde isti,qui accedūt impēdiati,nō agunt ad damna contingentia sine culpa saltē leui,mandantis:quia iste cōtractus est gratia vtriusq;:mādatū autē explicatur gratia mādatis tantum. ¶ Vndecima. Ad sciendū quando subditus teneatur adire bellum,distinguendū est.Nam aut dominus vult inuadere alios pro libitovoluntatis,nō fauore reipub.& nō tenetur eum sequi etiā vasalli ,propriè,id est,feudū tenentes ab eo.ar.xxij.q.v. de forma.nisi aliud habeat cōsuetudo vel pactum.Aut dominus inuaditur:& tunc si timor est subitaneus & improuisus, omnes apti ad pugnā vel custodiā tenētur fauere reipublicæ: quia hoc casu etiā clerici tenentur ad custodia.c. peruenit.& quod ibi not.de immu.eccl. facit c.omni timore.xxiij.q.viij. Aut non est timor talis:& tunc tenētur vasalli propriè dicti, per d.c. de forma.& similiter milites veri,id est,qui iurāt quę ponit gl.in l.pe.ff.ex quibus cau.ma.quæ sunt infrà,Miles.tenenter per d.l.pe.vasalli autē impropriè,id est,subditi ratione originis,aut domicilij,nihil tñ ab eo tenentes: & milites non veri,sed tantum respectu honoris, qui prædicta nō promittunt,& alij propter hoc nō sunt cōpellendi:dūmodo dominus de per se sufficiat ex reditibus,quos habet à loco:quia ,ppter hoc habet gabellas & reditus,vt eos defendat.ar.xxiij. q.v.principes.&.c.regū. Si verò nō sufficit per se:tunc omnes tenētur ,p salute domini:vt patet ex c.si nulla.& d.c. omni timore.xxiij.q.viij. ¶ Sextò † quæritur,quid dicendū sit de accedentibus ad bellū proprio motu nō vocatis? Et respōdeo per multas conclusiones. ¶ Prima.Si id agunt animo donandi:vt causa pietatis,humanitatis, vel parentelæ, nō agēt cōtra eū, in cuius seruitium vadunt:vt in d.cap.non inferenda.Si verò agunt animo obligandi illū,cuius negotiū gerunt,& ille nō contradicit:agentis negotiorum gestorum:& sufficit vtiliter gestum cœptum.Si verò ille cōtradicit,videtur q̄ agant seu obligent illū vtiliter incipiendo ,& feliciter consummando ad similitudinem eius , qui trahit aliquē inuitū de domo ruitura.xxiij.q.iij.ipsa pietas . quia inuito potest concedi beneficium.xlv.dist.& qui emendat.& sic tenet gl.in medico.medente alicui contra eius voluntatem. lxxxiij.dist.in Summa.tamen licet illa glossa verum dicat in infirmo , qui non vult curari:in casu tamen isto credo contrarium:quia ille in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

firmus præsumitur mentis insanæ: non autem iste, qui non vult iuuari: quia possibile est q̄ hoc faciat t mēs proditionē. Vnde non credo gl. illam procedere in casu, quo infirmus bene vellet saluari, sed nō vult medicum istum. Ioan. de Lig. Sed adde conuersō, quòd si iste nō vult iuuari, quia est insanus: ille cum tibi obligat in cōscientia eadem ratione, licet nō in foro contentioso ratione præsumptionis in contrarium. Regulariter enim gerens alterius negotium eo inuito, aliquid petere nō potest, nisi pro bonee gestis ante prohibitionē. C. de neg. gest. l. ij. quod limita nisi esset insanæ mentis. ¶ Secunda. Si autem vadunt, quia tenentur ad antidota: puta quia simile vel aliud subsidium receperunt, agent contra eum quem iuuant ad perditā: si vadunt, vt supponitur, & animo dissoluendę obligationis naturalis, quæ tamen deduci non potest in ciuilem, nec de ea excipi potest si in iudicio. extra de testa. cū in officijs, & sic infertur quòd vadant animo obligandi. Ioā. de Lig. ¶ Tertia. Si autem vadunt propter gloriam cōsequendam non agent, nec obligant sibi illum quē iuuant: quia aut tenentur ut dati, aut negotiorum gestorū, sed nō primum: quia actio mandati non oritur nisi interueniente mandato, quod hic nullum est. nec secundum: quia non accessit animo gerendi negotia eius, imò propria. Ioan. de Lig. ¶ Quarta. Si autem vadunt cōstituto salario, locāt opas suas, & rem, puta arma vel equū: vnde si cōductor vtatur solùm ad id ad quod conducit: non tenetur si amittantur. l. si quis domum. ff. de loca. & cō. & hoc nisi speciale pactum interueniat, vel aliud inducat consuetudo: vt in Italia, vbi prestantur emendæ equorum conductorum in seruitio conducentis. Ioan. de Ligna. ¶ Quinta. Si verò accedunt animo spoliandi: nulli dubium quòd talibus nulla cōpetit actio: quia super re turpi nulla inducitur obligatio. ff. de verbo. oblig. l. veluti. Ioannes de Lig. ¶ Septimò quæritur, quid de stipendiarijs, vtrum perdant totum salarium vel partem, si culpa sua nolunt seruire toto tēpore suæ firmæ, vel infirmētur, aut alium substituāt loco sui? Et dico q̄ officiorum, ad quæ quis eligitur, quædam sic sunt indiuidua, q̄ aliquo omisso residuum nihil releuat: & in talibus totum perditur. & exemplum est in legatis. C. de lega. l. ij. Quædam verò sic sunt diuidua vel diuisibilia quòd aliquo omisso residuum releuet. Et exemplū est in Potestate, & stipendiario: & tūc non perdit totum, sed solùm pro futuro tēpore: tenetur tamē pro futuro tempore ad interesse: vt si nihil interfit, nihil soluatur. Si autē infirmantur, seruire videntur, vt eis debeatur salarium: vt in l. ij. hæres. §. Stichus. ff. de stat. libe. Si autem seruiant per substitutum, dicit Inn. in cap. cum Bertoldus. de re iud. hoc fieri posse in his, quorum opera & labor, non industria, eligitur, vt in stipendiarijs: intellige si substituens æquiualeat. Host. verò ibi tenet contrarium: & credo opinionem Inn. veriorem: tutius tamē est vt fiat cum assensu domini, vt saluetur opinio vtriusque. Ioan. de Lign. ¶ Octauò † quæritur, quid liceat in bello iusto: Et respōdeo per multas conclusiones. ¶ Prima. Vti infidijs in bello iusto licitum est indistinctè, secundum gl. xxiij. q. ij. dominus noster. dummodo fidem non rumpat animus: vt eadem causa. q. j. noli. & glos. in cap. vtilem. xxij. q. ij. Sed S. Tho. ij. q. xl. dicit quòd insidiæ proprie dicuntur, quæ tenduntur ad aliquem fallendum verbo vel facto. quod dupliciter contingit. Primò, si dicatur falsum, vel non attendatur promissum: & hoc semper illicitum est. Secundò, quia nō aperimus ei nostrum propositum & secretum: & sic licet, vt patet Iosue vij. vbi Dominus mandauit Iosue q̄ poneret insidias post ciuitatem Hai. Sed tamen adde q̄ frangenti fidē fides frāgatur eidem. aliàs autē hosti fides seruāda est. xxiij. q. j. noli. ¶ Secunda. Non licet omni tēpore indistinctè bellare, sed diebus festis licet bellare necessitate vrgente, non aliter, secundum S. Tho. vbi 3. quia festum non vetat facere pertinētia ad salutem hominis etiam corporalem: vt in medico patet: & multo magis licet prouidere bono communitatis alicuius: quod fit per bellum iustum. Et cessare à bello in necessitate, esset Deum tētare. Et idem de tempore Quadragesimæ dicēdum est quod de festo. xxiij. q. viij. si nulla. una glos. Tempore etiā treugæ bellare non licet. c. j. de treuga & pace. Quod intellige in impugnatore, non in defensore vt not. prædicta gl. ¶ Tertia. Christiani habentes iustum bellum, ad sui defensionem vti possunt, secundum Ioan. And. in ad. li. super totum Speculatoris de Iudæis & Sarac. infidelibus pacificis non habentibus guerra actiuè aut passiuè nobiscū imminente necessitate: aliter non, scilicet si viget guerra: vel nostrum bellum est iniustum, vel iustum, sed necessitas nō viget. Et facit cap. cum olim eod. tit. quod distinguit talia tempora. & quod habetur ij. Para. xix. Impio præbes auxilium? & his, qui oderunt Dominum, amicitia iungeris. & quòd habetur xxiij. q. ij. quod verò. Et idem sentire videtur ex quodam simili Nico. de Iyr. j. Reg. c. xxviij. vbi dicit quòd Dauid quia habebat ius in regno Israel, & armorū virtute poterat illud acquirere facultate oblata licitè in tali bello vti poterat infidelium Philistinorum consortio & auxilio. vnde posuit se ad aduitandū Lachis, vt per illum postea regnum obtineret regressis Philistęis post victoriam ad propria. Et idem etiam tenet Ioan. de Nea. inquolibet. concludens quòd modò non liceret Saracenorum & Turcarū auxilijs vti contra fideles, dū guerra durat cum eis. & idem videtur tenere Archi. ¶ Quarta. Morientes in bello ecclesiæ pro defensiōe eius, cœleste regnum consequuntur, vt probatur xxiij. q. viij. in c. omnū. decedentes verò in alijs bellis iustis etiam saluātur: dummodo decedant sine alio mortali: decedentes verò in illicito & cū solo mortali pereunt. de pœn. dist. v. fratres. Ioā. de Lig. Sed intellige mori in bello iusto eos, qui iustè, id est, licitè accedunt ad bellū, vt subditi in bello dubio. ¶ Nonò † quæritur, quando quis nō teneatur restituere quæ sibi obuenerunt ab hostibus ratione belli? Et respondeo q̄ multas cōclusiones. ¶ Prima. Secundum Monal. quamuis bellum sit iniustum ex causa, animo, persona, & authoritate: tamen si rex subsit, q̄ scilicet pro rebus repetendis factum est, intellige ex interuallo, qui bellum mouit, restituere non tenetur quod accepit: nisi acceperit vel damnificauerit vltra quàm aduersarius habuerit iustè de suo. & hoc in foro pœnitentiali, vbi locum habet cōpensatio, etiam non liquidi, id est, non constantis per probationes ad liquidum, quæ locum non habet in foro contentioso. Vnde iudex pœnitentiarius iniungeret quidem pœnitentiam pro furto commisso, sed non restitutionem, nisi aduersarius postmodum ei restituerit ablata. Idem Host. Sed tamē intellige quòd in foro pœnitentiali fit cōpensatio non liquidi, id est, non constantis per euidentem probationem, quādo illud non liquidum est nihilo minus certum. non autem si sit dubium. vnde iniungitur restitutio ei, qui subripuit decem à Titio: quia dubitat vel leuiter credit Titium sibi surripuisse tantundem. ¶ Secunda. Secundum Hostien. is, qui iustè pugnauit nō tenetur ad restitutionem prædæ, sed fit capientis. xxiij. q. vij. si de rebus. Ex quo infertur quòd captaij bello iusto non compensantur cum debito principali: vt etiam tenet Arch. xxiij. q. ij. Dominus noster. vbi dicit quòd si quis plurima in bello iusto occupauit, nec deinde satisfacere vult is, cuius erant: nō tenetur qui occupauit restituere occupata, & recipere satisfactionem: quia quod quis iure occupat iure gentium suum efficit. Et idem Archi. Quod verū intellige, quousque secundum sanam conscientiam sit satisfactum de iniuria, vel debito, vel interesse: siue ceperit de rebus iniustè pugnā-

gnantis, siue vasallorū eius, siue hominū suorum, id est, illum sequentiū: in bello iniusto. de alijs autē nō præstātibus consilium, auxilium, vel fauorē, hoc non creditur. vide j. Repræsaliæ. §. j. Prædicta tamen fallunt in clerico, secūdum Mon. de quo infrà Bellum, tertiò §. iiij. ¶ Tertia. Si subditus bellū mouet domino nolente, & bellum sit iustū: restituere nō tenetur capta ab hostibus, nisi iuxta edictum domini sui: sed si iniquū sit, & ipse nouit, tenetur: quia plus Deū, quàm hominem debuit timere. Si verò dubitat vtrū iniustum sit nec ne: iterum nō tenetur. xxiij. q. j. qd culpatur. quia excusatur propter obedientiā: licet dominus peccauerit, si fortè malè præcepit. Et cōsentit Monal. & Host. & Rich. & Alberic. sed Ray. dicit hoc verum, si quantū potuit, inquisiuit, & cōsuluit periores: & semper dubius permānsit: alioquin affectator ignorantiæ sicut expers scientiæ puniretur. de clan. despō. cum inhibitio. Et hæc vera intellige, quousq; dubitat. Vnde alia ratiō habet, interim nō tenetur. cùm autē sciuerit, aut probabiliter crediderit bellum iniustū, restituere tenetur omnia quę habet. arg. c. fin. extra de præscrip. & etiam quę sunt consumpta, si semper fuit dubius: quia non fuit possessor bonæ fidei. Vnde obedientia excusauit à peccato, nō à restitutione rei cognita. Si autē probabiliter credebat bellum iustum, non tenetur de consumptis, nisi inquantum ex hoc fit factus locupletior. C. de rei vēdic. l. certum. ¶ Quarta. Licet subditi excusentur in dubio, vt statim dictum est: nō tamen est simile de amicis, cognatis, stipēdiarijs, & huiusmodi, secūdum Vernec. quia nō excusat eos obedientia: nec in dubio debent eos mittere se discrimini, vt iuuent aliquem in alterius præiudicium. xiiij. q. v. deniq;. Nec est simile de aduocato, quā excusat bona fides, quādiu credit causam esse iustam: quia est illi iudex superior, qui causam examinat iudicās de allegatis. In bello autem viribus vincitur. & concordat Vldr. tamen mihi videtur quòd vbi non dubitant, sed probabiliter credunt, excusentur: quia aliter vix aliquis posset militare. Stipendiarius autem paratus cum quocūq; militare, non cogitans de iustitia vel iniustitia belli, sed tātùm de stipendio, est in malo statu: nec debet absolui, secūdum Arch. nisi renuntiet arti, vel sit paratus nō esse in bello, nisi quod sciuerit iustū: adde, vel quod probabiliter iustū crediderit. ¶ Decimò † quæritur, quando quis restituere teneatur quæ sibi obuenerunt ab hostibus ratione belli? Et respondeo per multas conclusiones. ¶ Prima. Quicūq; bellum mouet iniustū, vel ira iniuat quòd sine eo non fieret: vltra mortale tenetur hostibus de omnibus dānis datis & suis de damnis receptis ab aduersarijs iustè repugnantibus, si inuerant bona fide, vel inducti cōsilio eius, timore, vel coactione, quādo de se non erant facturi: secus si inuerunt mala fide scientes iniustitiam belli, & voluntarij: quia ex turpi causa nulla contrahitur obligatio. Instit. mand. §. illud. ff. eod. si remunerandi. Similiter tenentur omnes, qui in tali bello fuerūt principaler. ita quòd nō fieret sine eis: alij verò tenentur de dāno quod intulerūt verbo, aut opere. Gul. ¶ Secūda. Dominus, nec alius quilibet, mouens iustū bellū: si animo grassandi vel malitiosè intulit damna cum aliis sibi fide pugnando commodè abstinere nō potuit: vnde cōpēsabuntur illa damna cum damnis propter quæ bellū mouit. Et similiter si habens iustū bellum, fuit notabiliter negligens in defendendo suos, tenetur eis de dānis acceptis, nō aliter, quia se & sua tenētur exponere pro domino. tenetur etiam omnibus, quos vocauit, de damnis acceptis: nisi venerint ex debito, vel causa humanitatis, aut consanguinitatis. xxij. q. iij. c. non inferenda. & sequentibus. Gul. vel nisi cōuenerint aliquid accipere pro certa mercede: de quo infrà Mādatum. Et hoc intellige de damnis, quæ mādans, seu vocans, potuit verisimiliter præuidere. ¶ Tertia. Habens iustū bellum, vel se in illo reperiēs: si spoliauit clericos, religiosos, vel conuersos, aut peregrinos, quamuis essent cum hostibus, restituere tenetur: & mortaliter peccant tales. nisi licentiam haberent à prælatis ecclesiasticis habentibus iurisdictionem supra illos: vel nisi essent victualia ecclesiarum, aut clericorum: rapinam etiam committunt, si spoliant rusticos aut viatores, aut existentes in agricultura, & animalia, quibus arant, & semina portāt ad agrū, extra de treu. c. innouamus. Imò subditi domini iniustè bellātis, nō præstantes consilium, auxilium, vel fauorem directè vel indirectè nō tunt spoliandi vel in aliquo puniendi, sed tenētur restituere, ne pœna excedat authores. de his quæ fi. à maio. parte ca. c. quæsiuit. & j. q. iij. c. j. Quod Sum. Ang. dicit verum, nisi dominus directè vel indirectè ex pōnis vel rebus eorum iuuaretur. Alij verò hoc dicunt verum, etiam si dominus in bello vteretur bonis eorū ab eis ablatis: sed veritas est quòd tantùm potest iustè pugnans in eos & in eorum bona, quantū victoria requirit: quia stabilita restituere tenet quæ supersunt. A fortiori autē restituere tenetur dānificans innocētes nō subditos hosti, nisi hoc faceret præter suā intēnionem: puta si nō valēs capere ciuitatem, dat eam ad saccū, vel incendit: nō aliter potens punire multos nocentes nisi inuoluēdo aliquos innocētes. ¶ Quarta. Qui in bello iusto siue superioris ordinatione incendit domū, agrum, aut victualia etiam hostium, incēdiarius est: & ad satisfactionem tenetur. xxiij. q. j. quid culpatur. & si fiat super hoc excommunicatio, & publicetur, est casus papalis. Et idē est de habente bellum iniustum, si id faciat ex mandato, secundum Archid. ¶ Quinta. Habens iustum bellū, si vltra id quod satisfactum est sibi & suis, de omni damno & operis labore, vel donec se aduersarius offerat ad satisfactionē, plus abstulit, vel dānificauit, de illo pluri tenetur: nisi fortè esset talis hostis quòd propter hæresim vel aliud huiusmodi bona eius essent publicata per edictum. Gul. ¶ Sexta. Omnes existētes in bello iniusto, secundum Monal. tenentur in solidū de omni damno suo auxilio, consilio, vel fauore dato, quod aliter datum non fuisset. arg. xvij. q. iij. omnes. & ij. q. j. norandū. in fi. Qui verò probabiliter credit suo auxilio, consilio, vel fauore alios nō plus fecisse, quàm alias erant facturi: nō tenetur, nisi de his, quæ ipse habuit, vel de dāno quod dedit ipse vel aliquis de familia sua, directè & occasionaliter. arg. de sent. & re iudicat. c. j. de ætate & qualit. ord. c. tuā. & de hoc etiā j. Furtum. ¶ Septima. Quādo neuter rapientiū dominus erat, nec vnus magis altero sociū animauit, sed simul cōuenerūt de faciēdo insultū, vel rapina cōmittēda: secundū Host. quilibet tenetur in solidum. Sed verius alij dicūt, quòd solùm pro sua parte, quādo alter erat facturus: vel in solidū, si facturus nō erat. Et licet secūdū Ray. quādo plures simul vadunt quasi exercitus, quilibet teneatur in solidū, quia alios iuuat, tū secundū Veruec. hoc verum est qū vnus sine alio nō fecisset: aliàs quilibet tenet pro damno quod intulit. & hoc teneas. ¶ Octaua. Ea, quæ dicūtur de bello licito, locū non habent. secundū Io. de Plat. quando pars de ciuitate pulsa bellū indicit ciuitati: quia nō est bellū, sed ciuilis dissensio: ex qua Respu. lędit. vnde ibi capta subiacent restitutioni. quod limita nisi raptor aliàs fuerit iniustè aliquibus spoliatus: quia recipere potest à spoliatore & à ciuitate, quæ spoliatorem restituere non compellit. ¶ Vndecimò, † vtrū occupata per principes Christianos qui hodie inter se, propria temeritate bella gerentes quodvnus ab antiquo possedit, alius nouiter vsurpat, sint restituenda? Et dicit dom. Anton. in c. quod super his. de voto. secundum Host. se nō vidēre quomodo iustè teneant: aut confessores eorum peccata

quan

Universidad de Deusto
Biblioteca

quamquam notoria palpirent, aut ab eisdem eleemosynas & possessiones accipiant, aut eos absoluat. Vnde caueãt ne cæteroquin ruãt ad inferna, & alios secũ trahãt, nec credit quòd in Italia præscribi talia possint. c. fin. de præscrip. ¶ Duodecimò, † vtrũ domini, qui bella gesserũt, possint inicè componere de damnis subditorũ? Et dicit Veruec. quòd ſtãdum est cõpositioni, si fiat de damnificatorũ cõsensu, scilicet liberorũ, alias qui mouit bellũ iniustè, non potest subditis præiudicare per suam compositionẽ, quin ipse teneatur eis de proprio nisi ipsi in culpa fuerint pariter cum eo. & consentit Monal. Qui autem habuit iustũ bellum, peruare debet quòd subditis ab aduersarijs damna reddantur: aliàs ipse tenetur eis. quod secundum Mon. & Veruec. verũ est nõ de expẽsis, super quibus cõponere sua authoritate cõsueuerunt vel pertranſire: sed de damnis incendiorum, rapinarum, & huiusmodi, super quibus etiam cõponere potest ex causa ꝓbabili: puta si videat aliter se nõ posse habere bonũ pacis, aut bellorum periculis carere: quia vtiliter gerit negotiũ subditorũ, arg. eorum quæ notantur in l. fin. C. si cõtra ius vel vtili. pub. & cap. quæ in ecclesiarum. de cõsti. vbi patet quòd ex causa rationabili potest prin ceps statuere cõtra ea, quæ sunt de iuregentiũ, & de iure naturali vt patet de præscriptione. Item tollere rẽ vnius, & alteri tradere, & propter delicta cõfiscare bona subditorũ, & ibi Pan. dicit quod licet Imperator nõ habeat dominiũ rerũ priuatarum, tamen ex causa rationabili potest eas occupare. Et exemplificat de causa legitima, dicẽs quòd huiusmodi est fauor publicus: vt Lita vulneratus. ff. ad legẽ Aquil. & huiusmodi ratio est, carere bello: qua ratione nõ potest esse maior. Et hoc, secũdum Host. verũ est, etiam si partes non contendant, quãdo aliter pax haberi nõ potest. & allegat l. cõuentionum. ff. de pact. Et idem dicendũ est in dominis inferioribus, maximè qui præscripserũt iura Imperij. Quæ tamẽ vera intellige quando prius fecerũt iuxta posse vt subditis fieret restauratio, & obtinere nõ possunt. Si autem à principio subditi contradicunt ne fiat cõpositio si in dãnis suis instauration non potest dominus ipsa damna quietare: secundũ Sum. Pis. quod tamen intelligo solùm quãdo potest aut vincere aut pacificari damnis nõ remissimè aliter, ratione superius dicta. Nec obstat ratio, quam adducit Supple. quia, inquit, gerẽs negotium alterius eo inuito, nõ potest aliquid petere, nisi ꝓ bene gestis ante prohibitionẽ. C. de neg. gest. l. fin. quia hoc nõ procedit in domino, qui subditũ cogere põt ex causa, sed in pari. Potest tamen desistere à bellãdo cõtra dicẽtibus subditis: quia apud eũ sient mouẽdi bellum, ita & desistẽdi à bello refuter
14 authoritas. Concordat Host. Aduerte † tamẽ quòd secundũ Pan. nomine damni proprie & strictè venit diminutio patrimonij per alium facta. l. iij. ff. de dam. infect. vnde nõ ven unt nomine damni expẽsæ factæ præpria voluntate, etiã coacta. Quod notandũ est ꝓ statutis & huiusmodi odiosis. Prædicta tamen remissio quo ad ecclesiarũ & ecclesiasticarum personarum damna nõ valet, nisi cõsentiat earũ prælati, secũdum Archi. & alios Doc. quia de huiusmodi disponere nõ possunt: vt dist. xcvj. Prædicta tamen relaxatione quantũ ad laicos & clericos, Arch. intelligit quo ad consumpta, quia extantia, si bellũ fuit iniustũ, vel si sublata sunt ab his, à quibus nõ poterãt, tenentur, q habẽt, restituere veris dominis, si possunt: aliis pauperibus. Et idem dicit si dubitatur de iniustitia belli.
15 ¶ Decimoterciò, † vtrũ liceat facere noua castra? Et dicit Inn. in c. Pisanis. de rest. spol. quòd nõ cum iniuria vel æmulatiõe alterius, nec etiam in castellare vetera, quæ nõ probãtur habitata. C. de ædific. priua. l. iij. ff. de oper. pub. l. ij. & C. de fin. limit. lib. xj. quod Pan. ibi verum intelligit in possessore iniusto seu tyrãno: si autẽ est iustus, distinguit: quia ad iniuriam alterius vel æmulationem, scilicet vt alteri noceat, & sibi nõ prosit, nõ licet: quia sic etiã re propria vti non licet, & ad hoc agere potest episcopus, secundum Inn. vt destruantur vel reducãtur in pristinã formam: arg. extra de iudæis. consuluit. & nõ solùm ipse, sed & quilibet habẽs ibi reditus: quia iustè pro vitãda sui patrimonij diminutione quisq. agit, arg. in d. c. Pisanis, idem Host. Si verò hoc faciat nõn ad alterius iniuriam, sed ad cõseruationẽ sui patrimonij vel honoris putat hoc licere: nec posse prohiberi per aliũ, etiã si inferat alij damnum vel timorẽ. Et ad hoc tex. in l. in meo. ff. de aqua plu. nec posset ad hoc allegari præscriptio, etiam si longissimo tempore non fecerit vel inhabitauerit: quia cùm ille actus sit mere facultatis, & nihil positiuè actum sit in sui iuris præiudicium: præscriptio non currit. de cler. coniug. c. Ioannes.

Rursus de Bello ij. quãdo est priuatum.

1 *Bella priuata cùm iusta sunt, quotuplici iure nitantur? Et quando dicatur assumisse tutelæ inculpatæ moderamen ac temperamentum? Et qui pugno impetitur, num licitè se armis defendere possit.*
2 *Cõsideratio glos. in l. sciticã. §. qui cũ aliter. ff. ad legẽ Aquil. coarguitur. Et ibidẽ p iudicis informatione elegãs distinctio.*
3 *Iniuriam repelli non continentes debere.*
4 *Inuasus quando licitè possit inuadentem percutere.*
5 *Defensio ab iniuria an sit omnibus licita.*
6 *Sacerdos puerum baptizans morientem, an possit eum deserere vt se defendat.*
7 *Defensio an cuilibet aduersus quemlibet liceat.*
8 *Defendere tertium cui sit licitum.*
9 *Vasallus patrem teneaturne defendere, neglecto domino.*
10 *Defensio an pro rebus licita sit.*
11 *Precarium & precaria quod sint.*
12 *Vim vi repellere quando, & pro quibus rebus liceat.*
13 *Occupare an liceat rem propriam citra iudicis authoritatem.*
14 *Defensio an tolli possit per superiorem.*
15 *Defensio manualis cuius sit iuris? Et quod de defensione exhibenda à iudice.*

BELLVM † priuatũ vel particulare quãdo dicitur, & qñ sit licitũ, dictũ est titulo priore in principio: & totũ quãtum ad tuã iustitiã fundatur in regula iuris naturalis & ciuilis. ff. de iustit. & iure. l. vt vim. scilicet quòd vim vi repellere licet cũ moderamine inculpatæ tutelæ. ¶ Primò verò quæritur, qñ dicat' in defensiõe adesse moderamẽ inculpatæ tutelæ: & vtrũ inuasus pugno licitè se defendat armis? Et dicit Pan. in c. olim. de restit. spol. breuiter colligi ex gl. in c. significasti. de homic. & Bar. in l. j. C. vnde vi. hoc moderamẽ esse. qñ id fit, quo omisso, iniuria repelli nõ poterat. intellige sine periculo personæ vel etiam rerũ, secundũ Bar. quia hoc nulli imputatur, vt ꝓbatur in l. sciẽtiã. §. q cũ aliter. ff. ad leg. Aq. Et si modũ quis excedit, nõ tenet', secundũ Inn. Host. & dom. Anto. nisi fecerit ex ꝓposito. ff. ad leg. Aquil. si ex plagis. §. taberuarius. qd verũ est quantũ ad damnũ illatũ, de quo loquit' ille. §. secundũ Rayn. quo ad sententiam excõmunicationis si persona percusa sit ecclesiastica: quantũ verò ad pœnitentiã & irregularitatem si inde mors sequatur, tutius credit' quòd teneat' de excessu. de quo dic vt infrà. §. iij. & vij. sed intellige quòd tenet' de excessu arbitrio iudicis, secundũ Bald. in c. j. de pa. te. in vſi. feu. Sed de hoc an scilicet steterit in finibus defensionis, seu recuperãdæ possessionis, certa regula dari nõ potest: sed bonus iudex arbitrabitur cõsiderata qualitate personarũ & actuũ. Et † per hoc relinquitur superflua cõsideratio gl. in d. l. q̃ dicit in hoc moderamine tria attẽdi. Primò scilicet modũ, qa aggressus sine armis, vel cũ paruo baculo resistere,

stere non debet armis. Secundò, tempus, vt fiat incontinenti, non ex interuallo. Tertiò, causam: vt scilicet fiat ad defensionem, nõ ad vindictam. Sed certè dari non potest regula certa quo ad primum: vt etiam not. in d. l. qui a aggressor plus aliquãdo pugno potest vel baculo paruo, quàm aggressus ensẽ: nec quo ad secundũ vel tertium. Sed tamen pro informando iudicis arbitrio distinguendum est: quia si vis infertur personæ: potest quis incontinenti percutere, antequã percutiat', ad euadendum percussionẽ vel iniuriã: quia hoc est iniuriam repellere potius, quàm inferre. quod tamen Bar. limitat si verisimilia præcedunt iudicia, & actus manifesti quòd ille volebat offendere: & iste aliter se defendere nõ poterat. factaverò iniuria personæ, non est licitum percutere etiam incontinenti: quia non esset defensio, sed vindicta: nisi fortè, secũdum Inn. timeretur geminata percussio. & idem Bar. si tamẽ percussus insequitur percussore iam nolentẽ pentere, & vulnerat, punirí non debet vt dõlosus, sed vt culpabilis: quia inconsultus calor vitio calumniæ caret: vt in l. j. ff. ad Turpi. Si autem vis infertur rebus, distinguit Iaco. de Aret. quia si aliter per viam iudicij reparari potest, percutere non licet, etiam si res aliter salua esse non posset. si autem reparari non potest per viã iudicij, dicit, licet secundũ aliquos male: vt infrà Homicidium. primò. §. ij. & iiij. & pluribus infra Excommunicatio. vj. §. iiij.
3 casu ix. quod licet defendere etiã occidendo: vt I furem. ff. ad leg. Cor. de sica. sed † tamen iniuria reppelli debet incõtinẽti, id est, quàm primũ quis poterit. licet iniuria sit facta: quia nõ est vindicta, sed defensio quædam. Et quando dicatur incõtinẽti hoc casu: dicit gl. in c. significasti. ij. de homi. quòd debet hoc facere quàm citius poterit collectis amicis. ff. de acquir. possl. quod meo. §. fi. & Io. An. & Ho. dicunt hoc verum, vt licitũ sit resistere cũ amicis ad recuperationẽ innuasæ rei, si hoc fiat antequã ad alia diuertatur: aliàs esset guerra & vindicta. Bart. verò in l. j. C. vnde vi. sentire videtur quòd hoc fieri debeat intra tres dies: sed melius dicitur quòd hoc est quàm primum poterit, nõ diuertendo ad alia: relinquẽdo arbitrio boni viri. rerum qualitate pensata: quia si nobilis ejiciatur de castro forti, intra sex menses non faciat se satis fortem ad rehabendum. & dictum Io. An. procedit quando res per viam iudicij potest rehaberi: qa tunc non licet eam defendere, nisi dũ
4 est in ipso rapi: vt infrà. §. vii. ¶ Secundò, † vtrum percutere possit inuasus, qui posset euadere fugiendo? Et dicit Archidi. quòd non sed dicit Pan. in d. c. olim. quosdã distinguere: quia si aggresso est magnum dedecus fugere, nõ tenetur fugere, sed percutere potest ad iniuriam repellendam. Si verò nõ est sibi verecundia: vt quia aggrediens est longè præstãtior, tunc secus. Bar. verò tenet indistinctè quòd qs fugere nõ tenetur: quia fuga est iniuria. Item, y apud Labeonem. ff. de iniur. & cõsequenter ad eam repellendã & propulsandam percutere licet. Item pro rerum defensione licitũ est armis resistere: vt in d. c. olim. & in d. c. dilecto. de sent. & re. lib. vj. & etiam occidere secundum ius ciuile, si aliter res saluæ esse non possunt, iuxta notata in l. furem. ff. de furt. Quælibet autem iniuria corporalis maior est rerũ iactura. Lin seruorũ. ff. de pœn. quod tamen temperandum est, vt not. Bar. in l. j. ff. eo. tit. & consequenter pro hac propulsanda licitum est percutere. Sed tamen Pano. dicit quòd hoc casu licet quis percutiendo euitaret peccatũ: non tamen irregularitatem, si occideret, aut mutilaret: quia eam quis sibi imponit, quando mortem propriam aliter vitare non potest. Pacit quod legitur & not. in clemen. si furiosa. de homic. & gl. in §. † xxviii. q. viij. ¶ Tertiò, † vtrum licitus sit prædictus defensio prædicto modo vniuersaliter omnibus? Et dico quòd licitũ est omni personæ non solùm laicis, sed etiam clericis & religiosis, etiam sine licentia superioris, quando commodè haberi non potest, secundum Ioan. de Ligna. quia hoc competit iure naturali. distin. j. ius naturale. & quo ad actus naturales religiosi non cẽsentur mortui. xvj. q. j. placuit. Et opinio Vgo. tenetis quòd peccat mortaliter occidens ne occidatur, reprobatur: & contrarium manifestè dicitur in clem. si furiosus. de homici. tamen secundum S. Thomam nullus ad hoc tenetur, sc licet vt occidat ne occidatur: sed esset maioris pfectionis si se permitteret occidi, quàm si se defendẽdo occideret: cùm aliter euadere non possit. Licita est in omni loco, etiam in ecclesia propter periculum quãdo sequeretur homicidium hoc nõ faciẽdo. Nec obstat ecclesiæ pollutio per sanguinis effusionem: qa magis pẽderanda est hominis cõseeratio, cùm sit irrestaurabilis quã ecclesiæ, quæ reconciliari potest. & fortè dici posset quòd ad eius pollutionem requiritur effusio sanguinis iniuriosi, vt notatur in cap. vno. de consec. eccle. lib. vj. Licita est etiam occupato in quocunque officio, ita quòd etiam celebranti si inuadatur, & aliter euadere non potest, licitum est se defendere & occidere: quia propter impedimentũ corporale superueniens inchoatum officium dimittitur inexpletum. vij. q. j. illud. & ea. nihil. hic autem euenit impedimentum celebranti: imò periculum mortis: & consequẽter licitum est ei, prætermisso officio, de imminenti periculo expedire: & si se defendendo occiderit, potest reassumpto officio celebrare: dũmodo affuerint ea, de quibus loquitur clemẽ. si furiosus. quia vt in ea probatur, nec peccatum, nec irregularitatẽ incurrit. Et idem de baptizantibus, ordinantibus, cõfirmantibus, pœnitẽtias iniungentibus, & singula sacramenta conferentibus, si inuadãtur: quia licitè postponitur illorum sacramentorum collationẽ inchoata propter sui tutelam. Ioann. de Ligna. ¶ Quartò † quæritur, pro dictis in §. priore, vtrum sacerdos baptizans actualiter puerum in mortis periculo constitutũ, qui æternaliter damnabitur, si sacerdos omisso baptismo se defendat nullo alio existente qui baptizet: licitè omittat baptismum vt se defendat? Et dico quòd non licet: sed præeligenda est mors corporalis sacerdotis morti spirituali pueri: quia si ita fiat, sequitur vnum malũ tantùm, & illud est temporale, scilicet mors corporalis sacerdotis: aliter verò sequitur duo & spiritualia, scilicet mors æterna pueri. de consecra. dist. iij. firmissimè. & neglectus curæ animarum. quod sacerdoti est mortale, extra de æta. & qualit. cùm sit ars. præeligendum autem est minus malum maiori. xiij. distinct. nerui. Vbi autem foret dubium probabile de vita aut morte pueri antequam periculum esset expletum, & cõstaret de morte sacerdotis, nisi diuerteret, adhuc creditur præeligẽda mors sacerdotis, & maximè proprij, & parochiani. Ioannes de Ligna. infrà Casus. §. secundo. 7
¶ Quintò, † vtrum licita sit prædicta defensio cuilibet contra quemlibet inuasorẽ? Et dico eam esse licitam. Primò, cõtra superiorem generaliter: quando scilicet constat quòd iniustè inuadit. C. de iure fis. l. prohibitũ. & maximè cùm aliqd extra offi ciũ suum agit ad ipsum nõ spectãs, sed si iustè agit: non est resistendum. ij. q. iij. qui resistit. Et secundò contra iudicem vel Potestatem iniustè inuadentem vt occidat. Et tertiò, contra patrem agentem aliquid contra filiũ etiam degẽtẽ in patris potestate, si excedit sibi concessa ex iure patriæ potestatis: & multo magis si agit contra filiũ emancipatum. Et quartò, contra abbatem proprium vel alios prælatos, si contra monachũ aliquid attentaret in his quæ nõ pertinent ad officiũ suum iure vel cõstitutionibus modificatũ, maximè in his, quæ propter morã periculũ ingerũt: vtpote si abbas monachum inuaderet vt occideret subitò: sed si attenter prælatus contra monachũ de permissis à iure vel constitutionibus ordinis corrigendo, & similibus, monacho resistere nõ licet:

imò

Universidad de Deusto
Biblioteca

imò nec in hoc casu audiretur appellans. extra de appel.c.de priore. Et quintò, seruo contra dominum, si attentet aliquid à iure non permittium: in permissis autem à iure nó licet ei se defendere. Sit est hodie restricta dominorum potestas in seruos: quia nec trucidare, nec acriter eos affligere possunt. Et idem dicendū est de vasallo contra dominum, discipulo contra magistrum, & vxore contra maritū: quia scilicet possunt se defendere, sivltra debitum iuris aliquid attētent: aliter nō. Io.de Lig. ¶ Sextò, † vtrum licita sit dicta defensio etiam pro alio? Et dico quòd est licita pro filio, pro vxore, imò pro sponsa & pro alijs personis coniunctis: quia si licita est pro rebus, licita est etiam pro coniunctis & amicis multis: cum etiā homo homini officium debeat. ff. de seruis. l. cum seruis. & vasallo pro domino. imò ad hoc tenetur: aliàs perdit feudū: & militi pro belli præposito, si potest: aliàs capitce punitur: imò etiā extraneū defendere debet, si potest quilibet sine periculo sui. xxiij. q. iij. non inferenda. lxxxiij. di. error. Imò, secundū Bart. in l. si quis in seruitute. in fine. ff. de furt. & in d.l. vt vim. & ibi glo. & xxiij. q. viij. §. j. in glos. & Cy. & Pet. in l. j. C. vnde vi. quilibet de populo potest quemlibet impunè defendere. Cōsuluit tamen Bart. in d.l. vt vim. ad tollendum omne dubium. quòd faciat quis sibi mandari vt defendat clamando defendite, vel succurrite, vel simulā: vt etiā not. Bald. in d.l. j. quia tūc secundum omnes licitè & impune defendit. & facit argu. in l. Gracchus. C. de adul. Sed tamen ita intellige de pœna ciuili: non aute de irregularitate. Hic tamen distinguēdum est quo ad incursionem vel euasionem pœnæ ciuilis aut canonice secundum Archi. qui loqui videtur ex Ioan. de Lig. Nam occidens vel mutilans defendendo seipsum, euitat pœnam irregularitatis: non autem si alterum defendat, etiam patrem, vel filium: vt not. glo. in cap. si furiosus. de homi. in clem. pœnā autem excommunicationis percutiendo clericum euitat, nō solum defendendo se, sed etiam patrem, matrē, vxorē, filiū vel filiam, secundum Inn. nō autem defendendo extraneum: etiā si miles mandato iniuriati hoc fecisset. quod videtur intelligendum quādo occideret, mutilaret, vel grauiter lederet clericum. aliàs non videtur incurrere, secundum Archid. imò dico quòd nec si grauiter seruato moderamine: quia excommunicatio iuris nunquā est sine mortali. Quantum verò ad euitationem pœnæ personalis aut pecuniariæ: si volentes vim vi repellere ab iniuriato, sunt coniuncti: euitant pœnam secundum modum. ff. de iusti. & iur. l. vt vim. limitando eam per l. in priuatis. ff. de iudi. similiter si sint extranei deputati pro commitiua violentiam passi: si autē non erant sic deputati, sed vocantur in auxilium per passum iniuriam: sic etiā euitant pœnam vim vi repellendo incontinenti tantùm: non ex interuallo, neque si nō aduocantur in auxiliū per passum. hęc omnia Archid. Sed verius est quod de Bart. dictum est quòd quilibet quemliber possit defendere. & de hoc ꝯ. de excommunicatione percutiendum clericos, notabili iij. §. ix. ¶ Qui † etiam subdit quòd vasallus citius iuuabit patrem inuasum ad mortem, quàm dominum, si vtrunque non potest: quia patri tenetur filius naturali & ciuili iure: domino autē ciuili tantum. Item quanuis iuramento adstrictus sit ad iuuandū dominū: tamen hoc iuramentum intelligitur saluo vinculo præcedēti: quia ius alteri quæsitum non tollitur per secundā obligationem. extra de iureiur. ca. petitio. Secus videtur de patre inuaso, quantum ad statum, vel aliqua bona: vt §. Bellum. j. §. v. Item in simili casu magis patrē iuuabit quàm episcopū suū: quia in beneficijs temporalibus, cuius sunt substantia, vita & huiusmodi, tenetur quis magis patri carnali, quàm spirituali: vt not. glos. xxx. q. j. cap. j. & dist. lxxxvj. non satis. ¶ Septimò,
10 † vtrum licita sit prædicta defensio pro rebus? Et dico quòd

non recep. per totum. Item quia iura volunt in multis casibus nullam dari defensionem. C. de fide. l. fina. C. de adulte. l.
15 j. C. de fal. mo. l. ij. cum similibus. Veritas † autem est quòd de defensio manualis est de iure naturali, & auferri non potest: & de ista in d.l. vt vim. sed defensio danda per iudicem reo petenti vel non petenti, est de iure gentium vel ciuili: & consequenter per aliud ius potest auferri: & consentit Albericus.

Rursus de Bello. iij. vt est commune tangens clericos vel ecclesias.

1 *Clerici an bellum agere, aut arma portare, & quando liceat?*
2 *Prælatus ecclesiæ bona tradiderit, num licitum sit? Et ad eius occasione? Et aduersus quos?*
3 *Episcopis, vel clericis, num bellis interesse licitum sit? Et subinde, quòd nec clerici manu propria depugnare possint, nec cohortari, nec esse in ipso actuali conflictu: nec ante conflictum ad occidendum vel mutilandum exhortari possint.*
4 *Bellis qui interfuerint, ubi clerici effici possint? Et an clericus, qui cum domino in bello iusto adeptus est, restituere teneatur? Et quibus?*
5 *Ecclesia ad aliquius tuitionem & defensionem, num incastellare queat? Et qui in bello iusto ecclesias incendunt & euertunt, an ad emendationem teneantur?*
6 *Ecclesiarū bona, qui in bello rapiūt aut clericorū agrtiū in illos disiritu, extra quē bellū geritur, no restituere teneātur? Et videtur, quid iuste belligerantibus, de ecclesijs rapere liceat? Et quid de confugientibus ad ecclesias, dum hostes irrumpunt?*

2 BELLVM † tertiò, scilicet commune, vt clericos tangit vel ecclesias, vt plenius innotescat, sciendum est q̄ clericis interdictu est bellare. xxij. q. viij. per totum. & huius duplicem rationem assignat Sanct. Tho. ij. ij. q. xl. imò etiam arma portare non debent, absque iusta causa: puta si transeant per loca periculosa, ad terrorem latronum, licet percutere non debeant. ar. xxij. q. iij. Maximianus. & no. de vi. & hone. cle. el j. in glos. & si tertiò mouti non desistērint, perdunt priuile-
2 gium illius canonis, si quis suadente. xvij. q. iij. ¶ † Primò verò quæritur, vtrū prælatus ecclesiæ, liceat indicere bellū? Et dico quòd sic, ratione temporalis iurisdictionis: vt not. Innoc. in c. quod in dubijs. de pœ. imò & sine tali iurisdictione potest episcopus indicere bellum pro causa spirituali: pura pro extirpandis peccatis, vel bonis ecclesiæ defendendis: pro quibus licet vti bello, vt probat text. in d.c. Maximianus. & huiusmodi, quia dicit Host. in Sum. quòd cum authoritate fieri potest bellum, præcipuè pro fide, vel contra eū, qui excōmunicatus pro mortali parere nō vult: pro qualibet aūt causa spirituali potest excōmunicare: & consequenter si mādatis eius non obtemperetur, potest indicere bellum. Potest etiā prælatis indicere bellum pro iniuria subditi sui, de qua iustitia nō fit, & alios quasi iniuriātes in bello capere, vt no. Inn. in c. dilectus. de app. & c. c. sicut. de iureiu. Non tamē debet episcopus vel ecclesia bella indicere contra Iudæos, secundū Archi. quia vbique sunt parati seruire: nec persequuntur Christianos. secus de Saracenis, q̄ Christianos persequūtur. & est tex. xiij. q. viij. dispar. & ibi no. gl. q̄ nec etiam Saracenis forent indicenda,
3 nisi Christianos persequerentur. ¶ † Secundò, vtrū liceat episcopis vel clericis interesse bellis? Et dicit San. Tho. ij. ij. q. lxl. elle bellis nō quidē vt pugnent manu propria, sed vt iustē pugnantibus subueniat suis exhortationibus, & absolutionibus, & alijs huiusmodi. si spiritualibus subuentionibus: sicut & in veteri lege mandabatur Iosue. vj. quòd sacerdotes sacris buccinis in bello clangerent. Et ad hoc primò fuit cōcessum quòd episcopi vel clerici ad bella procederent. quòd autem aliqui

propria manu pugnent, abusionis est. hæc ille. Ioā. autem de Ligna. videtur distinguere de bello inuadente & defendente: dicens quòd episcopis non licet accedere ad bella sine licentia Papæ: maximè cum vocantur ad bella secularia: secus si iura sua defendant. Inn. etiā in d.c. quod in dubijs. non variat, vt ei imponit Pan. sed distinguit. Na, inquit Pan. primò dixit quòd prælatus habens iurisdictionem temporalem posset ex iusta causa bellum indicere, & alios mittare ad pugnam ante conflictum: quod si faciat in ipso conflictu dicedo, pugnate fortiter: vel emittendo voces exhortatiuas ad pugnā: fortè incurrit irregularitatē: imò sine forte, secundū Host. si inde sequitur mors aut mutilatio: sed quia obuiare videbatur c. pen. de homici. & de cleri. percus. c. pen. postea dixit quòd causa defensionis possunt clerici interesse. Et subdit ipse Pan. quòd si ipse clericus inferat bellum, nō debet interesse: si verò fuit ibi causa defensionis, sed necessitas non erat ineuitabilis: & tunc efficitur irregularis, si ex percussione sua sequitur mors aut mutilatio, vt in d.c. penu. de homic. secus si ex aliena. Adde tu quòd si necessitas esset ineuitabilis, non est irregularis, etiā si occidat. Ex quibus omnibus colligo quòd clerici non possunt. Primò pugnare manu ꝓpria, quia sunt ad meliora deputati. Secundò, nec cohortari, vel esse in ipso actuali conflictu, nisi pro defensione. Tertiò, quòd nec ante cōflictum possunt exhortari ad occidendum vel mutilādum, sed solùm ad liberandum fidem vel patriam: & si inde aliqui moriantur, non imputatur eis. imo peccarent, si nō facerent. xxiij. q. v. de occidendis. & de homicid. postulasti. & xxiij. q. ij. tua nos.
4 ¶ † Tertiò, vtrum qui bellis interfuerint, possint fieri clerici? Et dicit Ray. quòd si quis interfit bello licito, nec interficit, mutilat, aut præstat causam mortis: si aliter fit idoneus, promoueri potest dispensatione nō indigens. Siverò interfit bello illicito, & ibi homines sunt occisi, etiam si non per illum, imputabitur illi propter culpam præcedentem: & ita nō poterit promoueri. xv. q. j. c. vl. extra de cleri. percu. præsentium. & de homicid. continebatur. & concordat Godo. & Hosti. Et addit Ray. quòd credit cum talibus episcopum posse dispensare: dūmodo nec mors nec mutilatio fuerit subsecuta, scilicet per illos promouendos arguit de cleri. pugnan. in duel. c. j. & ij. ¶ Quartò, vtrum teneatur restituere clericus qui iuit cum suo domino habente iustum bellum, & inde aliquid asse cuius est de bonis hostium. Et dicit Veruec. q̄ si datum fuit illi ab his quibus licuit rapere, pōt illud retinere: si verò ipse rapuit, tenetur ad restitutionem damnificato quidem si fit: alioquin pauperibus: quia sicut bellandi, ita rapiendi non potuit ei suus dominus authoritatem dare: posset tamē illud retinere de consensu domini qui iustè pugnauit, si consenserit dedisset ei. & idem dicit Moual. ¶ † Quintò, vtrum ecclesia
5 possit incastellari ad aliquē defendendū? Et dicit Archi. in c. sanctorū patrū. x. q. j. quòd non est aliqua ecclesia incastellāda ad aliquem offendendum. & sic intelligitur prædictum c. cum similibus. ad defensionem verò bonorum, & eorum qui in casu licito ad eam confugiunt, incastellari potest, ar. de immu. eccle. cum ecclesia. & in hoc concordat Innocē. & Host. sed Hugo intelligit quòd incastellari non debet etiā à clericis: eam si laici velint insultum facere contra eam, vel propter obligationes, vel propter alios, vt ipsis laicis resistatur: nisi interueniat authoritas Papæ: sed fortè qđ prætermittur, verius est. Archi. Et cum prima opinione communiter transeunt ibi doct. vt dicit Panorm. ¶ Sextò, vtrum hi, qui in bello iusto ecclesias incendunt vel euertunt, teneantur ad emēdam? & Vl. r. & Veruec. dicunt quòd tenentur, concurrentibus duobus. Primò quòd nō sint incastellatæ. Secundò quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

à proposito hoc faciant:non autem tenentur,si sunt incastellatæ ab his,qui habent iniustũ bellum, etiam si hoc faciant à proposito:nec si non sunt incastellatæ quando hoc non fit à proposito:scil à casu,scilicet dũ iustè bellantes præstant operam rei licitè incendẽdo machinas hostium,& huiusmodi:sicut secundum Sum. Confes. quando incẽdunt villam aut castrum,quod aliter commodè capere nõ possunt. Et intellige à casu,id est,præter voluntatẽ,licet non præter scientiam:sicut quando Dux scit ecclesiam comburendam cum reliquis ædificijs:tamen si posset vellet eam non comburi. ¶ †Septimò,quid de rebus quæ rapiuntur de ecclesia,aut quę sunt bona ecclesiarum vel clericorum existentium in terra illius cõtra quẽ bellum geritur?Et dicit Veruec.quòd raptores horum restituere tenentur,nisi primò de authoritate prælati ecclesiastici hoc fieret:vel secundò,nisi essent victualia,& huiusmodi:intellige si cẽ hoc nõ sunt bona ecclesiæ vel clericorũ,vt colligitur ex Sum.cõfes.Et sic collige quòd de ecclesia rapere nõ possunt iustè bellantes,nisi victualia hostium,& huiusmodi:puta eorũ arma,& alia sua, quibus iuuabantur contra hostes.¶ Octauò,quid de confugientibus ad ecclesiam dum hostes irrumpunt?Et dicit Veruec.quòd si tales incastellauerunt ecclesiam:aut inde impugnauerũt iustos hostes,gandere non debẽt immunitate ecclesiæ quam ipsi primò violauerunt inde pugnãdo:similiter si ibi victualia reponant,quibus sustententur in hostium impugnatione,non peccãt rapiendo iustè pugnantes:nec restituere tenentur.Et idem Vldr.

De benedictione & rebus ecclesiasticis benedicendis.

1 *Benedictio duplex est,nempe rerum ac personarum. Rursus personarum duplex quoq; est. Et item rerum quoq; benedictio bipertita est. Et vnaquaque ab quo fieri possit & debeat?*

2 *Episcopo quæ conueniãt,an possint de iure,aut cõsuetudine simplici conuenire sacerdoti? Et ẽpo quippiã cõuenire,quot modis possit? Et num ab inferioribus aduersus ipsum Episcopum, in his præscribi queat?*

3 *Benedictio calicis,corporalium,vestimentorum,& huiusmodi, ordinisne sint an iurisdictionis,an verò dignitatis? Et quando ab Episcopis benedictiones huiusmodi fieri possint?*

4 *Benedictio calicis,ornamentorum,& huiusmodi ad missas celebrandas,num à sacerdote fieri queat? Et quid Sixtus quartus concesserit sacerdotibus ordinis minorum,& prædicatorũ?*

5 *Abbates quanam ex his,quæ superius dicta sunt, benedicere possint? Et eorum quæ ad altaris sacrificium pertinent, quænam benedicenda sint?& quibus benedictio necessaria non sit?*

6 *Rursus benedici ex his q̃ suprà dicta,quænã debeãt,& quãdo?*

7 *Ad vsus humanos num aliqua ex his,quæ suprà dicta sunt,cõuerti possint? Et quid de his,quæ iam vsu,& vetustate atrita sunt? Item quid de hospitalibus,aut monasterio episcopi authoritate extructo,an si nondum consecratum sit,ad secolare habitaculum conuerti queat?*

8 *Corporalia an possint per laicos ablui,& an per moniales? & vasa sacra,palla,& corporalia huiusmodi contingere queãt? Et an vestibus sacris mortui indui possint? Et quid de episcopis & sacerdotibus.*

9 *Benedicere aliquid præter suprædicta,nonnulli possint? Et qui, ac quãdo? Et quid de mulieres? De benedictiõe autem nuptiarũ remissiuè.*

1 BENEDICTIO†ministrorũ ecclesiæ est duplex.prima rerũ, puta aquæ, de qua suprà Aqua benedicta.& vestiũ ac vasorum. Et secunda personarum,quę dicitur benedictio super populum:& duplex est.Prima,scilicet solẽnis,quę cum ulla fit solemnitate, Adiutoriũ &c.& hanc facere possunt episcopi solùm in tota sua diœcesi: & archiepiscopi in tota provincia:cũ visitãt:Et legati in terminis suæ legationis:& abbates,qbus ex priuilegio cõcessũ est,vt notat xxvj.q.vj.munistis.de cõse.dist.j.cùm ad celebrãdas.de excess.prælat.accedentibus.de priuil.Abbates.lib.vj. Scida est simplex:& hæc fit à laicerdotibus in missã absente episcopo aut de mãdato eius interpatino,cũ pñs est.xxj.distin.dę.iq;.xcv.dist.n.ecce ego. Et hoc dixit Ray. & glos.eius vt in Sum.cõsel.lib.iij.titu.xxvij.q.x.vbi etiã dicit q̃uòd presbyter celebrãs præsentẽ episcopo,immuere debet et anvelit bñdicere:& si velit,ipse nõ benedicat.si verò nolit, bñdicat ipse simplici benedictiõe nulla alia expresse licẽtia petita:qa ex quo pmittit celebrare missam,intelligitur spectãtia ad illud pmittere:argu.de offic.de leg.prætere.a. Huiusmodi aũt est benedictio. de cõse.dist.j. nullas.Benedictio etiã aliarũ rerũ est duplex, vt patet p notata in d.cap.Abbates.quædam scilicet cũ sacra vnctione,vt benedictio altaris:quædam autẽ est verbalis solùm,vt benedictio vestium. ¶ † Primò verò quærirur pro notitia dicendorum,vtrum ea quæ conueniunt episcopo , conuenire possint de iure vel cõsuetudine simplici sacerdotiꝰ Et dico quòd tripliciter aliqua episcopo conueniunt. Primò,scilicet ratione ordinis:& hæc secundum glos.in cap.transmissa. de elect. & text.in ca.quanuis.lxvij.distin. sunt velut clericos ordinare vel deponere,conficere chrisma,cõsecrare virgines,ecclesias,vel altaria,baptizatorum frontes crismare, benedicere, & huiusmodi : de quibus dicit Panormi.in cap. transmissa. quòd in electum confirmatum non transeunt, nisi post consecrationem,id est,postquam habuerit ordiné episcopalem.qui in ipsa consecratione confertur.Et secundò ratione iurisdictionis.& de his glos.cap.transmissa. exemplificat:sicut est iudicare,excõmunicare,corrigere, iuramenta recipere à vassallis,confirmare,inuestire,conferre beneficia,& similia. Et tertiò ratione dignitatis episcopalis : vt cognoscere de causis matrimoniali, publicas pœnitentias imponere , vel dare indulgentias,& huiusmodi.de quibus Panormi.in cap.accedentibus.de excess.præla.Igitur quæ conueniunt ei primo modo per inferiorem acquiri non possunt per consuetudinẽ quantumcunque vetustam,vt patet ex cap.quanto.de consue. vbi etiam omnes doc. cõcordant:sed quæ conueniunt ei secũdo modo.per inferiorem clericũ præscribi possunt: vt patet per c.auditis.&.c.olim.de præscri . & in hoc etiam ibi cõcordant doctores:& similiter præscribi per inferiorẽ possent ea, quæ sunt dignitatis episcopalis: vt patet per d.c.auditis.&.c. cum olim.&.c.accedentibus.vbi & Pan.dicit ista bene posse acquiri per cõsuetudinẽ : ex quo habetur quòd dicũtur esse potius iurisdictionis quàm ordinis: vnde post cõfirmationẽ & ante consecrationẽ electus in episcopum concedere potest indulgentias,etiã si nõ sit sacerdos: vt patet per doc.& Pan. in d. c.accedentibus.quia istud est iurisdictionis.Et idem dic de cognitione causarum matrimonialium, & impositione pœnitentiarum publicarum.Ad huiusmodi tamẽ præscribendã, secũdum Pan.in c.auditis.requiritur titulus putatiuus,cũ ius cõmune resistat:vel tantũ tẽpus,de cuius initio memoria hominum non existit:vt in e.j.de præscrip.lib.vj.¶ †Secũdò , vtrũ benedictio calicis,corporaliũ,& vestimentorũ,& huiusmodi, sit ordinis,vel iurisdictionis,vel dignitatis episcopalis?Et dico hoc multis esse dubiũ:quibusdã dicentibus quòd sunt ordinis : quia si essent iurisdictionis vel dignitatis episcopalis, præscribi possent,vt patet ex dictis, non solùm per abbates, sed etiam per inferiores . & consequenter isti possent etiam corporalia benedicere:quod est absurdum nullibi auditum, & contra omnẽ consuetudinẽ. Quibusdam verò econtrario dicentibus quòd sunt iurisdictionis vel dignitatis: quia si essent

sent ordinis,præscribi nõ possent per abbatem aut alium inferiorẽ episcopo:& cõsequẽter abbas nõ posset benedicere, etiam vestes aut alia paramẽta:quod absonũ & cõtra consuetudinẽ videtur:cũ benedicat paramẽta nõ solùm suarũ eccle siarũ,sed etiã vndecũq; venientiũ.Dico aũt q̃ de iure vel cõsuetudine omnia ista sunt ordinis episcopalis secundũ cõmunem doctorũ sententiã:quã etiã tenet Pan.in c. aqua.de consc.eccle.vbi quærit quare delegari non possunt ea quæ sunt ordinis episcopalis,sed alia:Et sic respõdet ideo esse,quia potestas exercendi ea quæ sunt ordinis,à nuda voluntate superioris non dependet:sed cõsistit in certa forma per ecclesiã tradita.Et ista est ratio decidẽdi text.in d.c.aqua.quæ verò sunt iurisdictionis,consistunt in modo exercitio voluntatis.ideoq; de legari possunt cuicũq.. secus in his,quæ sunt ordinis.hęc ille. Ex quibus patet propositum,scilicet quòd prædicta sint ordinis, quia eorũ benedictio cõsistit in certa forma p ecclesiã tradita:vt in benedictiõe calicis patet:vbi requiritur vnctio, & spiritualis oratio,& benedictio:in benedictione autẽ corporaliũ requiritur alia specialis forma:& alia in benedictiõe vestiũ:vnde omnes hmõi benedictiones sunt ordinis episcopalis.Et ad rationẽ probantẽ q̃ nõ,dico q̃ horũ quædã sunt ordinis episcopalis propriè,vt quę numerãtur in d.c. quãuis. & generaliter omnia q̃ vnctione benedicũtur:& quędã reductuè,vel largè fortè ratiõe cõsuetudinis:vt ea quę superadduxt doctores.vnde abbates præscribunt horum quædam,& nõ omnia,vt benedictumem vestium, nõ autem vasorum sine calicum.Et præterea idem probatur cõsuetudine generaliquia tales benedictiones nunquã nisi post consecrationem cõferunt.si autem essent iurisdictionis vel dignitatis,post cõfirmationem & ante consecrationem cõferre possent, sicut & alia huiusmodi conferũtur.¶ Tertiò,† vtrũ benedictio calicis,paramentorũ,& huiusmodi,pro missis celebrandis,fieri possit à sacerdote?Et dicunt doc.in cle.attendẽtes.de sta.reg. quòd non:quia sunt potius ordinis episcopalis. Et idẽ tenent in c. abbates.de priuil.li.vj.& Sum.Rosel.& hoc habet cõsuetudo:& similiter stylus curiæ dãtur priuilegia ordinibus religiosorum:vt benedicere possint paramẽta,excepto corporali. qđ frustra fieret,si hoc iure vel cõsuetudine possent.Sumtamẽ Ang.dicit,suo iudicio sacerdotes posse benedicere paramenta,hac ratione:quia omnia quæ sunt ordinis possunt, nisi sint ordinis episcopalis,vel sint eis specialiter interdicta. capite,quamuis.xcviij.distinct.& d.c.cece.& lxviij.distinct.Legimus-sed benedictio paramentorum nõ est ordinis episcopalis:quia competit abbati ex cõsuetudine,vt tenent doct.in d.cle. attendentes.quod fieri rõ posset,si esset ordinis episcopalis.at eorũ quæ notãtur in c. pe.de consc . eccle. vel altar. non est etiã eis prohibitum:vnde credo,inquit, quòd possint omnia pertinẽtia ad celebrationẽ missarũ,quæ cũ sacra vnctione non sunt nec sunt eis specialiter prohibita, possunt benedicere.Sed ista ratio assumit duo falsa. Primũ, q̃ simplex sacerdos possit quicquid non est ordinis episcopalis, vel ei specialiter interdictũ:& instãtia est de hiẽq̃ de cõsuetudine non refertur episcopo:sicut est absolutio ab homicidio. Secundũ est,quòd benedictio vestiũ nõ sit ordinis episcopalis:quia talẽ de cõsuetudine fatium est.Recitat tñ Sum.Rosel.Sixtus Quartus hoc cõcessisse simplicibus sacerdotibus ordinis Minorum,vt benedicere possint omnia ecclesiæ vel altaris ornamenta & vestes sacerdotales, & huiusmodi, excepto corporali.& cõsequenter idẽ possunt simplices sacerdotes ordinis Prędicatorũ.¶ Quartò, †vtrũ abbates possint benedicere prædicta:Et dicit Gem.in d.c.abbates..q̃ benedicere possunt omnia,in qbus est bñdictio verbalis solũ,& quãdo faciũt ad opus suarũ ecclesiarũ:aliàs nõ.Sed dubiũ est de bñdictione corporalis,quæ est verbalis,& paramentorũ ecclesię non suæ quæ ex cõsuetudine benedicit:& ideo dico q̃ calices vel corporalia nõ possunt benedicere de iure, per c. conalito. de cõse.d.j.vbi tex. loquitur de corporali,& a fortiori intelligẽ de calice,nec de cõsuetudine quæ nunc fit, q̃ia ita obseruatur,imò nec quę sit possibilis quantũ ad calices:quia ratione vnctionis est ordinis episcopalis propriè, vnde præscribi non potest,licet Cardi.in d.cle.attendentes.& Sum.ang.senserint contrariũ:possunt tamẽ præscribere benedictionẽ corporaliũ quæ sine vnctione sit:quomodo verũ dicit Gem.vestes autem & alia paramẽta possunt de iure benedicere:vt probari videtur in d.c.abbates.nuncta glosin verbo, quasi episcopalem.quia ex quo habent iurisdictionẽ quasi episcopale,vt ibi dicitur,vnde vtũtur insignijs episcopalibus : possunt ea,quæ non sunt ordinis episcopalis propriè,sed largè ratione consuetudinis.Et si hęc nõ possunt de iure saltẽ cõsuetudine possunt:quia ita seruatur quãuis Gul.& Inno.& quidã alij in cleattendẽtes.de sta.reg.velint quòd nullo modo possint benedicere vestes & paramẽta,etiã ecclesiarum suarũ.¶ Quintò quęritur,quæ benedicenda sunt in spectantibus ad sacrificiũ altaris.Et dico,vt colligitur ex diuersis doctoribus q̃ benedici debet ecclesia,vel altare,& calix,& vestes sacerdotales, scilicet amictus,alba,cingulũ,manipulus,stola,& casula:non autem camisia, secundũ Archi.& corporale,quod est quędã palla,& palla altaris,id est vestis,qua altare operitur,secundũ glo.Ray.supra quã & immediatè exrẽditur corporale, si cõmodè potest:licet in casu necessitatis vt cùm alię nõ habentur sufficiãt tobalię laicorum:quibus deinde ipsi uti possunt quia non sunt ad cultum diuinum deputatę:sed pro necessitate ad tempus assumptæ.Et hoc cõsonat dicto Hostien. quòd ista possunt à mulieribus tangi,quando non sunt per episcopum benedicta.Et similiter secundũ laudabilem cõsuetudinẽ aliquorũ bñ licendũ est missale, licet gl.in c.j.de pigno.dicat cotrariũ:& similiter libri altaris:vt dicũt Host.Io.&Butr, Car.Pan.Imol. & Barba.in c.j.de pig.& ꝓbatur:qa in libro pontificali est specialis benedictio prositus libris.Et ratio:qa benedicũtur oĩa,quibus in illo mysterio vtitur sacerdos vt sacerdos. Vnde nõ benedicitur pallium altaris de necessitate:quia nec eo necessario vtimur:nec vręcoli,eadẽ ratione, & similia.¶ Sexto quæritur,quæ sint in prædictis rebenedicẽdai Et dico secundũ Per.de Pal.in xiij.di.xxiij , quòd vestes sacerdotales,cũ quibus celebrauerũt, nõ oportet propter hoc iterũ benedici,sicut nec altaria,super quæ celebrauerũt,recõsecrari,nec sepultos ab eis exhumari.de sacramẽto iter.c.à nobis,sed ecclesiæ ab eis cõsecratæ essent recõsecrãdæ,& vestes benedictę sunt rebenedicẽdæ:sed ordinati ab eis nõ sunt reordinãdi:nec baptizati rebaptizãdi:qa ista sunt duo sacramẽta,sine quæ ecclesia nõ põt dare potestatẽ ad libirũ,nec auferre sicut sup sacramẽtalia,quæ sunt ex eius institutiõe.Cũ autẽ vestes sacræ rumpuntur:reficì possunt,& filũ nõ sacrũ,& pãnus nõ benedictus possent apponi,quãdiu manet forma sacræ vestis,nec oportet eas benedici licet per partes plures reficiãtur:aliàs sic.de cõse.eccle.quod in dubijs. in glosl.Dico autem formam mutari,quando tanta pars est amota, quòd non liceret sine illa celebrare : puta medietas vel tota manica albę:& tunc tutum est vt superfluatur pars noua antequam abscindatur vetusta:& sic semper remanebit forma.Quando autem sunt duplicatæ tępore benedictionis,casula,stola , vel manipulus : si postea diuidantur , vtraque pars remanet benedicta:quia etiam multæ casulę,stolę, vel manipuli vnica benedictione consecrantur. Hęc ille. Quod autem iam nõ licet cum aliqua veste celebrare, videtur standum iudicio boni viri. De cingulo autem fracto,vi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

detur quòd quandiu altera pars tanta remanet quòd sufficiat ad honestè exmore cingòdū, liceat cū eo celebrare, maximè in necessitate: quia videtur esse corpus vniforme cuius scilicet quælibet pars est eiusdē rationis vel qualitatis cum alia vel cū toto, licet nō eiusdē quātitatis & multò forsitan licet si antequā fractura expleatur, fortificetur nodo vel gruppo. Ad ista aut facit dictum Pe. de Pal. communiter approbatum, scilicet quòd si de ista fiat manipulus vel econtra, no oportet quòd iterū benedicantur: quia scilicet nō videtur esse alia forma, nisi quòd vnū est longius, aliud breuius: quæ breuitas
7 formam non mutat. & ita in cingulo. ¶ Septimò, † vtrum aliqua de prædictis cōuerti possint ad vsus humanos? Et dico q̄ semel dicata Deo nullo modo conuerti debēt in vsus prophanos: sed vetustate consumpta comburenda sunt, & cineres in ecclesia reponēdi. c. quæ semel Deo, de reg. iu. li. vj. Huiusmodi autē sunt, secundū Pe. de Pal. & alios doc. pallæ altaris, corporalia, vela, & cortinæ ecclesiæ vel altaris, quæ ante arcā vel supra extenduntur, vel de pariete ad parietem in Quadragesima aut quæ ad parietes pendēt: & ligna, quæ poni nō debēt in coquina, aut vincis patrinādis, sed in alia ecclesia, vel in capitulo, vel dormitorio, vel refectorio fratrum: quæ loca omnia sacra reputant. de cōse. di. j. digna. cū gl. vel in alio loco honesto, secundū alios. Et idē intelligit de lapidibus ecclesiæ destructæ: ex quo videtur quòd tumbæ factæ in ædificijs poni possent religiosorū, quāuis factæ fuerint religiosæ: dum tamen per earū amotionē defunctorū memoria nō deleatur, sed fiat noua tumba: vel ponatur epitaphiū in pariete, quādo iam tumba sic est destructa, quòd nec appareat literatus: nec interest defuncti ea nō amoueri. Monasteriū etiā, ecclesia vel hospitale authoritate episcopi fundatū vel ædificatum, licet nōdum consecratū, nō debet ex tunc reuerti ad seculare habitaculū. xix. q. iij. quę semel. hęc omnia Pet. de Pal. Huiusmodi etiam sunt cathedra & cādelabrū, & secundū Ray. peluis, in qua diaconus ablut corporalia: huiusmodi etiā videt esse terra cœmeterij vel ecclesię & ruinæ murorū: quia si honor defertur prædictis cineribus, quare nō etiam prędictis? vide
8 poni non debent in loco inuriosso. Et † subiungit Pet. de Palu. quòd corporalia nō solùm non conuertuntur in vsus prophanos: sed etiam nō sunt abluēda per laicos, nec per mulieres, nec monales. xxiij. di. c. vasa. & c. sacratas. vbi dicit quòd nec palla, nec vasa sacra, nec corporalia debent contingere si ex deuotione hoc faciant, presumptuosa est vmde nec pretextu pietatis mortui sunt sacris vestibus induendi. Quòd autem sacerdotes & episcopi sic induti sepeliātur: potest dici q̄ non debent illę vestes esse benedictę: vel si sunt, consuetudo excusat: & similiter moniales quę corporalia lauant. Scuta autem mortuorum in ecclesia appēsa, pro necessitate ecclesiæ milites tollere possent, sicut Dauid gladium Golię. j. Reg. xxj. hæc ille. Possunt tamen vasa ecclesiastica & calices cōfracti vēdi in casibus concessis de quibus suprà Alienatio: integra verò nō nisi alteri ecclesiæ vel loco religioso vti in e. ligna. de cōsec. distinct. j. vide tñ infrà Corporale. § j. ¶ Octauò, vtrū † aliqui alij a prædictis possint aliquid benedicere? Et dico quòd diaconus potest benedicere mensam absente presbytero: non autem eo presente, nisi sit diaconus Cardinalis, secundum notata in capite, legimus. xciij. distinctio. mulier quoque benedicere nō potest, nisi eodem modo, quo potest quilibet bonus Christianus. cap. noua. de pœni. & remiss. quia ea quæ sunt ordinis, non caluit in mulierem. De aqua benedicta, vide suprà Aqua. De secundis autem nuptijs an sint benedicendæ, & de benedictione nuptiarum, infrà Nuptiæ.

❧ De Beneficijs ac dignitatibus ecclesiasticis, & præbendis in genere vel secundum se.

1 *Beneficium varie accipitur, & quid in quauis acceptione? Et quid prabenda: quid item dignitas? Et qui dignitatem habere dicantur? Et quid dicatur perpetuum?*
2 *Dignitas, officia personatus, quo inter se differāt? Et quid sint?*
3 *Beneficia ecclesiastica, in quotuplex sint differentia? Et num altaria, quæ in titulo perpetuo dātur beneficij nomē obtineāt?*
4 *Præbenda, sit nec quippiam spirituale?*
5 *In dignitate, quot modis quis esse possit? Conclusionibus septem expeditis.*

BENEFICIVM † dupliciter sumitur scilicet pro actione benefactoris, & pro re, quam benefaciendo confert. Beneficium igitur primo modo est actio gaudium tribuens capienti. in fi. feu. c. j. ex qui. cau. feu. amit. & Panor. in c. vnico de commo. & in c. ad audientiam. de præscri. Beneficium autem ecclesiasticum, est actio gaudium tribuens accipienti ecclesiasticum reditum propter officium tributū. de præben. cum secundum. xvij. dist. si quis. Modo. Præbenda verò secundum Host. est ius percipiendi prouentus in ecclesia scilicet collegiata, competens tāquam vni de collegio natum ex canonia sicut filia ex matre: quia ex qua quis habet canoniam, debet habere præbendam. extra eodem. c. relatum. & consequenter præbeda propriè consistit in fructuum perceptione: canonia verò in iure alicuius recepti in canonicum: ad quod postea pertinet præbēda, stallus in choro, vox in capitulo: vt in d. c. relatum. Quandoq; tamen præbenda largè sumitur pro iure quod alicui non tanquam de collegio, sed ratione ministerij, officij, paupertatis, vel vtilitatis conceditur vt edo & fruēdo in vita sua certis rebus ecclesiæ vt redditibus, quos canonici recipiunt vel alij. & de tali habetur in c. quia nonnulli. xvj. q. j. possessiones. & §. illud. & tales præbēdas habēt laici maximè nobiles vt in c. cū M. de cōstit. in gl. vj. Dignitas autem ecclesiastica, secundum Inn. & Host. est quædam præeminentia in gradu & quasi pro eodē sumitur cū personatu. vt est archidiaconatus, & primiceriatus, & decanatus, & hmōi. & dicit quādoq; personatus, secundū Pe. de Anch. ab honorificētia, ita qua persona ponit: quādoq; officiū ab ipso officio quod exercet: vt de consti. cum accessissent. quadoq. assumit sita propria & specialia nomina: sicut hoc nomē custodia, succentoria, decanatus præpositura, & similia. In quo autem consistat ista præeminēntia, limitat Arch. e. j. de cōsue. li. vj. dicēs: Dignitas est administratio rerū ecclesiasticarū cū iurisdictiōe. Vide secūdū Pan. in c. de multa. de præben. habere dignitate est habere iurisdictionē, scilicet quo ad forū cōtentiosum. & intelligē etiā in modicis causis, secundū Pet. de Anc. in ele. si dignitatē de præbē. licet habeat archipresbyteri in ecclesia Pictauiensi, qui excommunicat, suspendit, & absoluit. Et sic secundū Arc. propter talē gradū habēt dignitatē. & cōsequenter sunt exclusi a pœna. c. licet canon. de elec. & c. statutū. li. vj. Vnde etiā quilibet rector seu prior ecclesię collegiatę dicitur habere dignitatē: vt notauit Paul. in cle. j. de ele. & in cle. ne in agro. de sta. mo. & Dñs de Rota dec. 81. el. vj. p quo etiā facit tex. in c. de dignitatibus, de elec. li. vj. vbi abbatissa dicit habere dignitatē. Et cōsentit etiā Car. in ele. ij. de reser. & ibi est gl. dices in hoc esse approbatā opinionē Abbatis: sed tñ Ioan. in d. c. de multa. limitat si est ppetua allegāt. c. ij. de sta. mo. na. §. fi. tamen sufficit si non sit perpetua, dūmodo possit esse perpetua: quia perpetuum dicitur, quod est in potentia perpetua. vt not. Cardi. in d. cleni. ij. & est pro hoc text. in cap. cleros. in verbo, perpetuam. iuncta glosla. de cohā. clerie. & mulie. ¶ Primò † verò quęritur, quomodo differant dignitas, officium, & personatus? Et dico quòd dignitas est prærogatiua eum iurisdictione: personatus autem, secundum Archid. vbi suprà, est quædam prærogatiua in ecclesia sine iurisdictione: vt habere stallum honorificum in choro, in capitulo, in optionibus, in processionibus, in vocibus dandis, & similibus, plus quàm alij sui ordinis. Officium verò, secūdum eundē, est administratio rerum ecclesiasticarum sine iurisdictiōe, sicut officium habent, & non dignitatem, syndici, procuratores, ea-
1 staldi. de quibus j. q. ij. Saluator. & vicedominus, & similes, qui sicut picę habent referre: sed sicut dicit Pan. in cap. de multa. de præben. ista iure non probantur: & potius credendum est quòd ex varietate locorum insurrexerunt hæc diuersa vocabula: quia in multis locis dignitas appellatur personatus, &
2 in alsquibus quodlibet beneficium curatum dicitur personatus: & ideo in illis debet attēdi substātia rei, magis quàm denominatio. ¶ † Secundò quæritur, quæ sunt beneficiorum ecclesiasticorum differentiæ, siue quotuplex est beneficium? Et dico quòd in genere est duplex. Primò, scilicet religiosum, siue sit simplex, vt canonicatus regularis: siue duplex, vt abbatia, prioratus, vel aliud habēs iurisdictionē: & secūdò seculare. Et istud est multiplex, scilicet maximum, vt Papatus: manus, vt episcopatus: mediocre, vt dignitas, vel personatus, vel aliud habēs curam: & minus seu simplex, id est sine cura, vt canonia, capellania, aduocatoria, & huiusmodi. Et est aliud largè dictum non habens administrationem, quādo scilicet aliquis habet beneficium non in titulum: sicut beneficium habent capellani ad nutum amouibiles: quando autem habetur beneficium in titulum, cui est assignata dos, quantūcunque sit simplex, dicitur habere beneficium cum administratione, secundum Gemi. in c. præsenti. de offic. ordi. lib. vj. ¶ Tertiò, vtrum altaria, quæ dantur in titulum perpetuum, dicantur beneficia? Et dicit glossa in clemen. ij. de deci. Et sequitur Gemini. in cap. j. de consu. lib. vj. quòd sic. & appellatio ne beneficij, altaria prædicta intelliguntur: vt facit cap. ij. de conces. præben. Secus si non dantur in titulum: quia propriè
4 non dicuntur beneficia. ¶ † Quartò, vtrum præbenda sit aliquid spirituale? Et dicit Panormi. in cap. dilecto. de præben. quòd si est annexa iuri canoniæ, partim est quid spirituale, & partim temporale. Si verò non est ei annexa: vt quia in ecclesia non sunt præbendæ distinctæ, sed omnia communia, & per capitulum assignatur isti vnum prædium in præbēdam, & alteri aliud, vel quid simile: vel etiam si sunt distinctæ tamen non sunt canonicatibus annexæ, quia non est ibi numerus canonicorum: tunc est quid merè temporale: & concedi
7 potest etiam laico ad eius sustentationem. De præbēda etiā infrà, Beneficium iij. §. iiij. ¶ † Quintò quæritur, quot modis est quis in dignitate? Et dico pro huius intellectu recirandam esse opinionem Innocent. de ista materia per conclusiones, vt recitat Panormi. in d. cap. de multa dicens: ¶ Prima conclusio: Dignitas & personatus non differunt in substātia, sed Archi. sentit contrarium, vt patuit §. j. & communis doctorum conclusio est vt ipse dicatur habere dignitatem qui habet iurisdictionem. ¶ Secunda. Ad considerandum dignitatem debemus attendere ea vocetur aliquo nomine de dignitatibus, quæ in iure sunt expressæ: vt pura appellatur Archidiaconus, licet nullum ministerium dignitatis exerceat. Et ponit Innocen. exemplum in archidiaconatu Parmensi. nos rectius in Senensi: quia Parmensis saltem habet stallum eminentē in choro. Et ex hoc videtur Innocen. velle quòd solum nomē sufficiat. Et hanc opinionem simpliciter sequuntur domini de Rota vbi suprà. Sed de hoc multum dubito, cùm debeamus attendere potius vim & substantiā rei, quàm vocabulū: & Archi. in d. cap. j. videtur requirere saltem aliquam prærogatiuam in loco. & facit cap. dudum. el secundo. de elect. Et præterea istarum dignitatum accumulatio fuit prohibita tit. d. cap. de multa. propter impotentiam deseruiendi & exercitij: vbi autem habetur solum nomē, cessat illa ratio. ad hoc cap. quia nonnulli. & cap. quia inter alia. de præbendis.

¶ Tertia. Si in loco reputatur dignitas seu personatus, licet in iure nō habeatur pro tali, tamen censeri debet secundum reputationem loci. ¶ Quarta. Inspiciatur institutio: quia si fuit institura vt esset dignitas, habebitur pro dignitate.

¶ Quinta. Oportet dignitatem esse perpetuam ad hoc vt includatur sub constitutione e. de multa. vbi statuitur quòd si habens personatum, vel beneficium curatum, secundum tale receperit, vacat primum. Pro hoc ea. j. de consu. lib. vj. Et per hoc soluitur quæstio an acceptans vicariatum episcopi, perdat dignitatem seu beneficium curatum. & videtur sic: quia acquirit dignitatem: vt not. glossa. in clemen. & si principalis. de rescript. Et satis est quòd ponit esse perpetua: quia fortè episcopus non remouebit eum in vita: & consequenter censetur perpetua. arg. in l. iurisperitos. ff. de excusat. tut. Sed contrarium puto verum: quoniam illa dignitas est potius episcopi, & de facili remoueri potest. ad hoc de offici. vica. cap. j. lib. vj.

¶ Sexta. Licet quis exerceat ministerium spectans ad aliam dignitatem, ex quo tamen in loco non reputatur dignitas, non habetur pro dignitate. Contrarium tñ fortè posset attēdari: vt magis extendamus substantiā rei, propter quā emanauit dicta cōstitutio, de multa, quàm erroneā loci æstimationē. ¶ Septima. Habens officiū sine iurisdictione, nō cōprehenditur in dicta constitutione, quod puto procedere, si officium est nudū ministeriū, ita q̄ nō habet prærogatiuā præ
alijs: puta, si est procurator ecclesiæ. secus si est officiū eū præeminentia: vt thesaurarius, pro quo videtur tex. in d. c. j. de cōsue. li. vj. hęc Panormi. De dignitate autem specialiter, habes multa infrà Dignitas.

❧ Rursus de Beneficijs, præbendis & dignitatibus secundò specialiter quo ad conferentem.

1 *Beneficia alis quo regulariter conferri debeant? Et quid si capitulum, vel alius quius de consuetudine, aut statuto, conferre debeat, de consilio tamen episcopi. Episcopus autem, aut mortuus sit, aut procul agat, an differri collatio debeat?*
2 *Beneficia in curia vacātia, alis quo conferri oporteat? Et quid si beneficiarij non in curia, sed procul diu ss duas decedant?*
3 *Episcopus qui beneficium absenti contulit, an possit ante quàm ille absens recusarit, alteri conferre?*
4 *Ejs, aut quinis alius, cui mādatū est, vt clerico pauperi prouideat de beneficio, an si is aliud cōsecutus est, teneatur rursus prouidere?*
5 *Promittens alicui de beneficio non vacante, qualitercunq; potuerit, prouidere, an teneatur? Et num episcopus ordinatis de beneficio prouidere obstrictus sit?*
6 *Beneficium, vel officium ecclesiasticum vacans, intra quantum tempus conferre quis teneatur?*
7 *Metropolitanus episcopi in cōferendo negligētiā quādo supplere possit? Et quāda cōferēdi potestas ad Papā deuoluatur? Et de voluntio de episcopo ad capitulū ad quæ beneficia restringatur?*
8 *Episcopus, qui clericos de studio redemit, scientia contemplatione, de beneficio prouidit, an clericis inscio atque indocto postea reperto, illud reuocare possit?*
9 *Causa non expressa, sed mente concepta, cōtractum nō vitiat.*
10 *Papa si mandet ei, ad quē spectat, quòd beneficium alicui cōferat, an si is alij, quàm mandatū sit, cōferat, collatio valeat? Et idē certis limitationibus decidit. Et si canonici huiusmodi simplici mandato, in ipsius clausura, præbendam, alij contulerint,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad quid illi teneantur?

11 *Prælatus, qui indignum promouet, an teneatur ecclesia de illius, ad minus rationis, mala?*

1 BENEFICIVM† ecclesiasticū secundò quo ad cōferentē vt plenius innotescat, sciendū est, q̄ beneficiū ecclesiasticum regulariter conferre debet ordinarius, nisi ad alium pertineat ex speciali statuto vel consuetudine, vt dicetur: capitulum autē vacante sede conferre no potest illa beneficia, quæ pertinent ad collationem episcopi: quamuis sede vacante admittere nō possit præsentatos à patronis, & eos instituere in beneficijs, ad quę fuerūt præsentati, licet ad episcopum, si viueret, pertinuisset. extrà de institu. cap. fi. lib. vj. potest etiā conferre illa beneficia vel prębendas quę ad episcopum & capitulum communiter pertinent: & similiter episcopo suspenso à beneficiorum collatione, etiam si haberet interesse tali collationi tanquam prælatus: & idem posset episcopus quando capitulū esset suspensum, vel singulariter omnes excommunicati. e. si ad episcopū. ne se. va. li. vj. Si verò collatio pertinet ad episcopum cum capituli consilio vel assensu, non posset capitulum se intromittere: nisi episcopus suspēsus esset in mora petędę relaxationis. Si verò capitulum, vel alius de cōsuetudine vel statuto, conferre deberet de consilio, episcopi, episcopo defuncto vel agente in remotis, ita quòd in breui eius præsentia non possit haberi, non propterea deber collatio differri: vt in d. c. si ad episcopum. ¶† Primò verò quęritur, à quo debeant conferri beneficia vacantia in curia? Et dico quòd per solum Papam conferri possunt beneficia, dignitates, & personatus, quę vacant in curia, & similiter quę sunt curialium, vel accedentium seu redeuntium de curia, si decedant in locis vicinis curię ad duas dietas legales, quę scilicet faciunt xx. milliaria pro die. l. j. ff. si quis cau. & no. gl. in c. præsenti. de pręben. lib. vj. Vnde si distarent per xl. milliaria, non includerentur. ff. de verb. sign. l. iij. Quod limita nisi moretur in loco proprij domicilij vel proprię domus: si tamē erat talis qui ibi morabatur solùm propter curiā, tūc reseruatur. Et similiter reseruatur quādo is, q̄ moritur, erat curialis decedens in loco vnde curia recedit, vel in itinere dum curiam sequeretur, quantumcunque vbi decedit sit ab ipsa curia remotus. Verum est tamen quòd post mensem, si non fuerint collata beneficia prędictorum, conferre possunt illi, ad quos pertinet eorum collatio per seipsos tantum: vel ipsis agentibus in remotis per suos vicarios generales, quibus id commissum fuerit in eorum diœcesibus existendo: nisi essent parochiales ecclesię. & vacarent sede apostolica vacāte: vel si antè quidem, sed prius, quàm Papa conferat, mortuus est. Notantur hęc in cap. licet. el j. c. statutum. c. presenti. &. c. si apostolica. de pręben. lib vj. Aduertendum tamen est hic ad regulas cancellarię, & reseruationes, quas faciūt communiter in sua creatione pontifices, quę non semper se habent vno modo.

3 ¶† Secundò, &c. Nd si episcopus conferat beneficium absenti? Et dico quòd licet suum non fiat donec consentiat, episcopus tamen non poterit alteri conferre, donec ille recusset. Nec valet collatio, si conferat, nisi episcopus assignet cōpetentē terminum ad consentiēdum: & absens intra illud nō cōsentiat. Si autem elapso termino iterū cōsentit antequā alteri cōferretur, valebit. de pręben. si tibi. lib. vj. ¶† Tertiò, vtrū episcopus vel alius, cui mandabatur vt pauperi clerico de beneficio prouideret, teneatur iterū prouidere, si ille clericus aliud cōsecutus est? Et dico quòd non. de præben. si pauper. libr. vj.

4 ¶† Quartò, vtrum promittens alicui de beneficio ecclesiastico non vacante prouidere, qualitercunq; potuerit, teneatur? Et dico quòd non: quia non obligat promissio talis. extra de concess. præben. detestanda. lib. vj. nec beneficium non vacans potest promitti etiam in generali dicēdo, cùm potuerit prouidere: aut, si se facultas obtulerit: vel sub quauis forma verborum, vt ibi. ¶ Quintò, vtrum episcopus teneatur prouidere de beneficio ordinatis? Et dico quòd sic: si sint ordinati p̄ ipsum, & sint in sacris: non constituris verò in sacris non consueuit ecclesia Romana cogere ad, prouidendū: extra de præb. episcopus. & c. cum secundum. Si autem episcopus commisit extraneo episcopo vt vice eius in sua diœcesi ordinet: & ille promoueat ad sacros ordines aliquem nō habentem titulū: tenetur ordinator prouidere illi necessaria, donec per ipsum vel alium de beneficio prouideatur. Secus si cōmisit ei ordinare certas personas, inter quas aliquis fuit sine titulo: vel si commiserit alicui, vt à quocunq; episcopus ad sacros ordines posit promoueri: quia in his casibus tenebitur ipse committens. extra de præben. si episcopus. lib. vj. vide ā. Archid. §. viij. ¶† Sextò quæritur, intra quod tēpus teneatur quis conferre beneficiū vel officiū ecclesiasticum vacans? Et dico q̄ in cathedrali & regulari ecclesia vacante plato, cessante legitimo impedimēto intra tres mēses eligere tenētur electores. c. nec pro defectu. de ele. nisi essent priuilegiati: alia aūt beneficia, vt dicit Pan. in c. nulla. de concess. præb. intra sex menses sunt conferenda: quibus elapsis, ab episcopo deuoluitur collatio ad capitulum, & econuerso: & demum ad proximum superiorem gradatim. Et intellige pro illa vice tantū de sup. nec. præla. sicut nobis. Vnde multo tempore vacare potest: quia capitulum habet sex menses: & si non cōferat, episcopus habet alios sex: & eo negligēte, Metropolitanus, ad quē deuoluit, habet alios sex: vt in d. c. nulla. & eo non conferente, deuoluitur ad patriarcham, vel ad Papam, si nō habent superiorem. Ex† quo infertur quòd Metropolitanus supplet negligentia episcopi, si episcopus nō est exemptus: sed si est exemptus, potestas ad Papā deuoluit. & sic intellige d. c. nulla. Nec valet collatio, si quis prędictorū cōferat elapso tali tēpore. de sup. ne. præla. c. si quod tempus nō ineipit currere à tēpore vacationis, sed notitiæ. de cōcef. prębē. quia diuersitatē. & hoc est sante legitimo impedimento: vt est peregrinatio, vel suspēsio. Et omnis impotentia iuris, vt suspensio aut facti, eniuincibilis est, secundum Pan. mora in curia pro absolutione, & tempus reuersionis: etiam si impedimentū esset ex culpa: modò non sit in mora petendæ absolutionis. d. c. quia diuersitatē. Vnde oportet de dictis sex mēsibus subtrahi tēpus legitimi impedimenti: nisi tempus esset præfixum non in odium negligentis, sed in alterius fauoré: quia istud tempus currit impedito & etiā ignorantiā. vt in l. generatio. ff. de his qui no. infa. Et si talia essent officia vel administratiōes, quorū collatio pertineret ad regulares, & ipsi negligēt: diœcesani prouidere debēt, non obstāte quòd ipsi regulares essent exempti: vt in cle. quia regulares, de sup. neg. præla. Notat tamē Panor. in d. c. nulla. quòd deuolutio de episcopo ad capitulū restringi debet ad beneficia pertinentia ad episcopū iure proprio: quia in deuolutis ad episcopū propter negligentiā vel delictum inferioris prælati, non fit deuolutio ad capitulū, sed ad proximū superiorem: quia in istis deuolutionibus nō est tanta deuolutio interepiscopū & capitulū, sicut in spectatibus iure proprio. Et ita notāter dicūt doc. in c. vnico. ne sē. va. lib. vj. & in c. quamquā. de elec. lib. vj. ¶† Septimò, vtrū episcopus qui redeunti de studio clerico dedit beneficium contemplatione scientię, possit illud reuocare quando postea illum inuenit idiotam? Et dicit Pan. in c. quamuis. de ęta. & qua. quòd non, modò sciat officium. Io. autē And. remittit se ad notata in Spec. super rubrica de pręben. vbi pertractat dictam quęstionē. & quid de eo qui cōtulit vasallo feudū, credēs q̄ esset probus vir, & interest um est cōtrarium? Et† cōcludit quod reuocare nō pōt: quia causa

causa non expressa, sed mente concepta, nō vitiat, contractū.
20 C. de condi. ob causam. l. si repetendi. ¶ Octauò, †vtrū si mandet papa ei ad quem spectat, quòd beneficia cōferat alicui: valeat collatio alteri facta? Et dicit Io. And. quòd sic: licet ille ea transgressiōe puniatur: vt patet per c. dilectus. de pręben. Sed tamē hoc dictum multas habet exceptiones. Primò scilicet nisi in literis esset apposita clausula, quòd si secus fieret, sit irritū & inane. vt eo. ti. inter cętera. Secundò, nisi papa suam infinuauerit voluntatē: vt notabi gloss. Tertiò, quando papa non mandat conferri prębendā, sed ipse conferat: tunc enim collatio alteri facta de illa nō valet. eod. titu. si postquàm. lib. vj. Quartò, nisi iste, pro quo scribitur, fuerat receptus in canonicum ante illum, cui facta est prouisio præbendę: quia tunc reuocari posset collatio alteri facta, quāuis ipso iure teneat. Item nisi datus esset executor ad compellendum: qui insinuasset & interdixisset ordinario ne alteri cōferret: quia tunc collatio facta alteri non valeret. Item, nisi datus esset executor nō ad cōpellendū, sed prouidendū: quia tūc per solā presentationem literarū factā ei, ad quem dirigūtur, & pertinet collatio, affecta est prębēda, vt collatio alteri facta nō valeat: vt de cōcess. prębē. c. si capitulo. lib. vj. Itē nisi papa hoc inhibuisset, vel sibi reseruasset, secundū Henri. Boich. hæc omnia Archid. Canonici autē, qui tali simplici mādato in ipsius elusionem prębendā alij cōtulerunt, tenētur isti prouidere de communibus reditibus: vt dicitur in d. c. dilectus. & dicit Ioā. And. q̄ secundū stylum curiæ rarò fit monitio sine præceptorū: et dicatur saltē, monemus per apostolica scripta. nec in talibus refert si dicatur, mādamus vel præcipimus. ff. man. l. j. secūdū
21 Hostię. ¶ Nono† quritur, quid si prælatus, pmoueat indignum Et dicit Ioā. de Imol. q̄ si ille male administrat, & nō reperiatur postea soluēdo, talis prælatus tenet ipsi ecclesię satisfacere de dec. nihil. vide etiā suprà Acceptio psonarū. §. ij. iij. & iiij.

Rursus de Beneficijs, prębendis, & dignitatibus tertiò specialiter quo ad obtinentem.

1 *Beneficium adepturus, vt dignus & idoneus dicatur, quot in eo requirantur? Et qui ad beneficiū per ostiū non intrat, fur est & latro, nec viam salutis habet. Et quid cum huiusmodi sit agendum?*

2 *Ignorantia communis ac tolerantia, quòd iurisdictionem non habenti, etiam inhabili tribuat, qualiter intelligendum? Et in quibus locum habeat?*

3 *Puer beneficium num habere possit, & quæ sit legitima præficiendorum ętas.*

4 *Papa dispensare & si potest, non tamen dispensare intendit, nisi illud exprimat. Et impetrantis beneficium cum cura, vel sine, de beneficio cum cura prouideri nequit, nisi rescripti tempore annos XXV habeat?*

5 *Curatus intra quantum tempus ordinari debeat?*

6 *Constitutio cap. cum ex eo. de electio. li. vj. an liget curam sim plicem habentes in colleg. ecclesijs, quales sunt decani in collegijs, & Priores & Abbates in conuentibus.*

7 *Ad ecclesiam parochialem si in præsentetur, qui in sacris non sit, sit tamen alioquin idoneus. & intra tempus statutum ordinari queat, admittendus est, licet non præmiatus, ipse in huiusmodi ecclesia instans nequaquam posset.*

8 *Non clericus, aut clericus sed coniugatus, an ecclesiastica beneficia habere possit? Et quamam?*

9 *Beneficia sua, vt alteri prouideatur, num quis renūtiare possit.*

10 *Sacerdotis filius num in ecclesia paterna beneficium obtinere possit? Et filiorū nomine qui hoc loco commeantur? Et si pater personatum haberet, filius immediate in eadem ecclesia vicariam habere non posset.*

11 *Dispensare cum illegitimis, vt beneficium ecclesiasticum obtinere possint, quis possit?*

12 *Dispensandi potestas cuipiam contessa, cuius effectus non in eundem, sed alium derivatur latissimè interpretari debet.*

13 *Beneficium simplex si curā animarum annexā habeat, an possit Episcopus cum illegitimis prædictis dispensare? Et quid si in ecclesia statutum sit iuratum, & à Papa etiam approbatū vt nullus in ea illegitimus promoueatur, num Episcopus dispensare queat? Et ibidem limitationes.*

14 *Illegitimus à Papa dispensatus, vt ad ordines promoueatur, num & beneficiū cū cura obtinere possit? Et an talis post primū virtute eiusdē dispensationis aliud quoque obtinere possit?*

15 *Dispensatus illegitimus vt beneficium curatum obtinere possit, an & per hoc dignitatem habere poterit?*

16 *Illegitimus vel irregularis in ordine & beneficio dispensatus, & promotus, num deinceps super pluralitate, nō facta illegitimitatis & irregularitatis mentione dispensari queat?*

17 *Episcopus an cū illegitimo, ad plura simplicia beneficia simul retinenda, dispensare possit? Et an vt simplex obtineat beneficium, seu prębendam in ecclesia patris, qui sit sacerdos?*

18 *Papa si cum illegitimo dispensauit, vt ad curatum beneficiū promoueri possit, num ex eo ad beneficium, cui præficiendus est quis per electionem eligendus, promoueri quoque possit?*

19 *Beneficium sibi ipsi procurare nū culpā liceat? Et qui scienter in viuētis beneficiū se instituī procurat, qđ accusat, an sit infamis?*

20 *Beneficia non canonicè obtenta, ex tolerantia, seu tacito prælatorum consensu veneni, num in vis aliquod ius habeat? Et beneficia intuiti possidentes, ad quid teneantur?*

21 *Filius ecclesiasticum beneficium habens, num illud ob lasa maiestatis crimen à patre commissum perdat?*

22 *Clericus beneficiarius matrimonium contrahens, num ipso facto beneficium perdat. Et quid de clerico beneficium non animo clericandi assumente, sed in iuuentute viuat, non habens aliquo animum residendi, an sit iuste promotus?*

1 BENEFICIVM† acquisiturus vt sit idoneus, sciendū est q̄ in eo multa requirūtur. Primò vt sit clericus. Secundò nō cōiugatus. Tertiò, ætatis debitæ. de q̄. §. j. & ti. Aetas. Quartò, q̄ habeat certū ordinē de quo j. §. ij. Quintò q̄ beneficiū obtineat institutione canonica, sine qua nō pōt possideri. de re. iur. beneficiū. li. vj. ad quā institutione tria pertinent. Primò, vt cōferatur ei ab illo qui hoc iure pōt: puta ecclesiastico prælato, nō domino tēporali: vt facit quotidie tyrannis: vnde recipiēs ecclesiasticū beneficiū de manu laici fecēdū Inn. in c. q̄squis. de elec. est ineligibilis ipso iure. de iure patro. prętera. Licet episcopus, secūdū eundē possit cū tali dispēsare c. arg. c. nup. de sen. excō. Secūdò, vt cōferatur ei per modū debitū & iuridicū: nō per simoniā & hmōi. Tertiò, vt ipse sit habilis ad hoc: puta vt nō sit irregularis, vel infra legitimā ętatē: aliàs quādo tenet iniustè, vt per intrusionē vel simoniā, vel q̄ alioquin est inhabilis, secūdū Ray. cū nō intret p ostiū, fur est & latro: nec habet viā salutis nisi religiādo: vel si sui impedimētū est dispēsabile, petat dispensationē: quā si obtinere nō pōt, oportet vt omnino dimittat: & in vtroq; casu pœnitentiā agat de pētō cōmisso: & fructus perceptos restituere tenet, nisi sibi à superioribus remittantur: & idē de ecclesiasticis dignitatibus. Hæc omnia Archid. Qui & subiungit quòd subiectus ecclesię vel dignitati, si scit posse fieri rem eius nō esse verum prælatum id est aliquo prædictorū inuoluū, in foro cōsciētiæ nō tenetur ei obedire, nec soluere debet ei quod debet ecclesiæ vel dignitati: nec soluendo liberatur. de sen. excō. inquisitioni. Secus autē videtur in foro cōtentioso, quando res est occulta. viij. q. iij. c. j. Et quamuis talis absoluens nō absoluat de facto

Universidad de Deusto
Biblioteca

ignorantem,quia non est pęlante:de pœni. di.v.placuit.non tamen animæ pereunt:sed excusantur ignorātia facti quāus de manu eius requiratur sanguis eorum:quia quantū in ipso fuit eos perdidit.de offi.ordi.arrefragabili.semperq; mortaliter peccat illud officium exequēdo,vel etiam fructus percipiendo vt fur.Host.tamen super c.dudum.el ij.de elec.videtur velle cōtrariū,dicēs q; talis tenetur iterū cōfiteri de cūsilium de necessitate:quia talis presbyter verè absolut,ex quo curam tenet,quando est probabilis ignorātia,& ab ecclesia
2 toleratur. Ad † quod facit, quia cōmunis ignorantia & tolerantia tribuit iurisdictionē nō habēti,etiā inhabili.ff.de offi. prætor. l.Barbarius. Sed hoc verū est in humanis,in quibus secundū humanā opinionē ,peceditur: secus in rebus cōscientiæ,in quibus proceditur secundū diuinā veritatē. Vnde cōfessus nō vero sacerdoti,tenetur cōfiteri eū sciuerit:vt tenet Innocent.super idem c.imò ipse Host.in Sūma,idē sensit,dum dixit quòd à tali decipiuntur animæ,cū ligare non possit nec soluere,cùm iudex nō sit.Sed de hoc etiā vide infrà Confessor.j.§.xix.& limitavt ibi. ¶ Primò †verò quæritur,vtrū puer
3 possit habere beneficium:siue quæ sit competens ætas pręficiendorū? Et dico secundū Pan.& doc.in c.super inordinata. de præben.quòd distinguendum est:quia beneficiū aut primo est regulare,aut secundo seculare.Et quidē si primò est regulare,si est abbatia in abbatissa requiritur xxx.annus. de ele.indēnitatibus.li.vj.in abbatevero nō reperitur:sed cōiter dicitur quòd requiritur annus xxv.p c.cū in cūctis.§.inferiora. de elect.vbi regulariter ad qualibet dignitatē obtinendā sufficit illud tempus: nec tempus statutū in abbatissa debet trahi ad abbatem,per gl.in d.c.indemnitatibus .quia ibi propter sexus debilitatem tempus maius requiritur: & olim requirebatur tempus lx.annorum,vt in ea.iuuenculæ.xx.q.j. Si verò est priorarus:tunc si est conuentualis habens collegium sub se,requiritur tempus xxv.annorum:ar.in cle. ne in agro. §.cæterum.de statu regularium. Si verò nō est cōuētualis, sed habet curam:tunc si ex consuetudine prior exercet curā per se,debet habere xxv.annos.quia nō potest quis esse presbyter,quod requiritur ad curam:nisi sit in xxv.anno : vt in cle. generalem.de.æta.& quali.Si verò curā non exercet per se, videtur sufficere tempus xx.annorum:vt in d.§.cæterum. Si verò est sine collegio & sine cura,videtur velle Federi. q; sufficiat tempus vij.annorum,iuxta notata per glos.in c.si eo tempore.de rescrip.lib.vj.Itē quia nō potest dici dignitas, ex quo non habet collegium:& consequenter est beneficiū simplex.Sed hoc dictum Panor.verum non putat.Nā si intellexit de prioratu regulari:contra,quia non professus nō potest habere prioratum.de elect.nullus.lib.vj. professus autē esse non potest ante xiiij.annum:vt in c.j.de reg.lib.vj. Si verò intellexit de prioratu seculari:dictum eius pendet ex alio,scilicet nunquid post septimū annum possit quis habere ecclesiā non curatam:& creditur quòd non,vt dicetur. Vnde dicendū est in proposito,quòd requiritur tempus ad minus xiiij. annorum.arg.c.indecorum.de æta.& qual.& in d.§. cæterū. Si verò secūdo beneficiū est seculare,quod erat secundū membrum principale,aut est episcopatus,& requiritur xxx. annus exactus,vt in d.cap.cum in cunctis.Si verò est dignitas inferior,requiritur quòd attigerit xv. annum : vt in d.§.inferiora.Episcopus tamē dispensat dūtaxat in personatu non curato,& tunc sufficit ætas xx.annorū:in aliis autem non dispensat.Si verò est beneficiū sine cura,& sic simplex:tūc sunt opiniones.sed Panor.placet opinio Cal.qui voluit quòd si beneficiū sonat in nomē rectoriæ:vt puta,quia est ecclesia vel capella per se stans,& habens clericum ad regimē siuum:requiritur tēpus ad minus xiiij.annorum.in hoc enim non requiritur tempus xxv.annorum:quia cùm hoc specificè caueatur in curatis:vt in d.§ inferiora.videtur aliud dicendum in non curatis.arg.de præsum.nōnne.nec videtur sufficere ætas vij. annorum:quia indecens est vt talis dicatur idoneus gubernare ecclesiam,qui nescit gubernare seipsum:vt in d.ca. indecorum.si verò non sonat in nomen rectoriæ,sed beneficium in ecclesia:aut requirit maturitatē cōsilij,vt in canonicatu ecclesiæ cathedralis:aut nō requirit,vt in præbendis clericalibus,quæ sunt in multis ecclesijs pro minoribus,qui tamē nō sunt de collegio,sed simpliciter beneficiati. Si non requirit, tunc sufficit ætas vij.annorum.& hoc casu serua notata in d. cap.si eo tēpore.& per glo.in d.c.super.Si verò requiritur secūdum Host.& Archi.requiritur ætas xiiij.quia ante illā ętatem non potest sapientum iura tractare.Sed glo.in d.c. si eo tempore.sentit oppositū per c.ex eo.de elec.lib.vj.vbi dicit glo.quòd minor xiiij.anno.dicitur idoneus ad beneficia, etiā ad canonicatū ecclesiæ cathedralis.ad quod facit in d.c.super inordinata.& de reseri.si eo tempore.lib.vj,vbi dicit gl.quòd septennes & maiores dicuntur idonei ad beneficia:quia cùm tales possint ordinari.xxviij.dist.de his.consequenter possunt in beneficijs intitulari.arg.de præben.cū secundū.nisi acceperint talia beneficia,quæ sacrum ordinem requirunt. hæc ibi. Sed Archi. respondet q; illud cōtinet dispensationē, & quòd dispēsatiuè ille fuit promotus in casu illius capituli ante xiiij. annos.& Panor.dicit se audiuisse curiam seruare opinionem Arch.& Host.& dicit de hoc esse tex.non impropriando verbum,pueri,positum in tex.d.c.super inordinata. De his verò dicit Per.de Palu.in xxv.dist.iiij. quòd vt quis valeat habere beneficiū simplex,sufficit quòd sit maior septēnio:qa pupillus potest esse canonicus etiā in ecclesia cathedrali,licet non habeat vocē in electione:vt in c.ex eo.de elect.li.vj.tamē collatio talis iure diuino,& si nō humano,illicita est, nisi quādo alij nō inueniuntur,quia est cōtra iustitiā distributiuam si datur minus digno:iste autem puer est indignus, non positiue, cùm sit innocens,sed respectu eius qui habet vitā & scientiā, qui statim prodesse possit ecclesiæ. De dignitate autē nō habente curam,dicit episcopum posse dispēsare cum eo,qui xx. annum complet.de æta.& quali.c.j.lib.vj.& sic tali dari potest etiam archidiaconatus:quia nō habet curam in foro pœnitentiæ,vt eum oporteat esse sacerdotem, qui requirit xxv. annos,sed solùm in foro exteriori:& oportet tantū eum esse diaconum, ad quod sufficiunt xx. Et quāuis alias minor xxv. annis non debeat esse iudex,potest tamē esse archidiaconus, quod est esse iudicem de cōsuetudine. Vnde hoc non est de iure cōmuni,sed de dispēsatione episcopi pmissa à papa. De cura autē animarū dicit quòd homo debet habere xxv.annos. nec potest episcopus dispēsare:sed ipso iure nulla est collatio parochiæ facta ei qui xxv.annum nō attigit,imò etiam commenda ecclesiæ facta non habenti illā ætatem. de elec. cap. licet canon.§.decernētes.& cap.seq.Papa† verò,licet dispēsare possit,non tamen intendit,nisi exprimat:vnde imperātur beneficium cum cura vel sine cura,nō potest prouideri de beneficio cū cura,nisi tempore rescripti haberet xxv. annos. de reseri.cap.si eo tempore.Si autem non potest quis deponere cōscientiam , quia tempore rescripti fuerit minor annis xxv. tenetur resignare:quia cōscientia dictat nullū ius sibi quæsitū esse.De episcopatu verò dicit requiri annos xxx.hæc omnia Petrus.Archi.autem videtur tenere quòd ad prębēdam sufficiat septennium:& tamē deinde dicit secundum regulas cancellariæ Romanæ non posse conferri canonicatum ante annum xxiij.vnde primum dictum eius locum habet solùm in præbenda largè.Sed de his vide etiam infrà Aetas. ¶ Secundò † quæritur , de tempore intra quod curatus debet

dinari? Et dicit idem Petr.vbi suprà, quòd iure nouo per episcopum dispensari potest cum curatis, vt literarū studio insistens,intra annum nō teneatur nisi ad sub.diaconatum promoueri:sed post septennium intra annum debet quilibet ad sacerdotiū promoueri:ita quòd nisi primo anno fuerit ordinatus in subdiaconū, & intra octauū in sacerdotē, episcopo sic dispēsante,vacat ipso iure ecclesia.Sed & nisi episcopus cum ipso dispensaret:vel si dispēsaretur,& ille literarū studijs nō insisteret:cùm aliter episcopus nō habeat potestatē dispēsandi,teneretur intra annū ordinari in totum:aliàs ipso iure priuatus est.de elect.cum ex eo.lib.vj.Quamuis autē tantū trāsierit de dicto tpe quòd illo anno,quo debet, non possit fieri subdiaconus vel sacerdos: nō tamen vacat ecclesia vsq; anno elapso:& facit fructus suos si habuit à principio intentionem ordinandi:aliàs nō,nisi mutato proposito se fecerit ordinari: & qui sciēter sic affecto dedit,tenetur ecclesiā seruare indemnem:vt in c.cōmissa tibi.de elec.lib.vj. Annus autē ,p subdiaconatu vel sacerdotio non currit,nisi à tēpore quo fuit in possessione pacifica,vel per eum steterit:ex tūc etiā est annus vtilis:quia nō currit nisi iusto impedimēto cessante. Non potest autē sibi cōferre ecclesia sic vacās illa vice,id est,illa vacatione:& si detur alicui nō acceptāti,adhuc vacat prima vice vacādi:& sic ei nō potest cōferri prima vice. Similiter si fecit illi dari,qui statim renūtiauit in fraudem.sic licet secūdò vacet isto resignāte,nō tamen valet quo ad Deū. Si autē bona fide alteri collata,illo mortuo,vel depositio,aut renūtiāte vacauerit secundò,tunc potest ei cōferri,quia nō est prohi
6 bitū,de elect.c.cōmissa.lib.vj.hæc Pet. ¶ Tertiò,† vtrū prædictum cap.cū ex eo.liget curam simplicem in ecclesijs collegiatis habentes,vt sunt decani in collegijs,priores & abbates in cōuentibus? Et dicit Pet.de Pal.quòd nō:vt in c. statutum.de elec.lib.vj.quia nō est tantū periculum si isti nō sunt sacerdotes:quia multi sunt in collegijs sacerdotes,qui ex cōcessione istius curati nō sacerdotis facerēt quod ille faceret: nō sic autem in simplici cura sunt parochiani sacerdotes, qui possunt ecclesiastica sacramēta ministrare, ꝓpter quod fuit magis necessarium ibi pœnā apponere.Collegium verò hic largè accipitur etiam pro plebania sub se habēte capellas:in qua sunt sacerdotes,per quos poterit suppleri.hæc Petr.No-
7 tandum† etiā quòd ad ecclesiā parochialem pręsentetur qui nō est in sacris,dum aliàs sit idoneus,& possit intra tēpus statutū ordinari, admittēdus est:extra de institt.si is.lib.vj.& tamen secūdum Io.Andr.talis nō præsentatus nō posset in tali ecclesia institui.de æta.& qualit.pręterea.nisi dispensatiuè,vt
8 ibi. ¶ Quartò, † vtrū nō clericus, vel clericus quidē,sed coniugatus,habere possit ecclesiastica beneficia.Et dic secundū Pan.in c.maioribus.de præben.& iuxta notata per eum in c. cum M.de cōstit.& gl.ibi,quòd laicus pōt habere prębendā in ecclesia,sed non canoniam,quasi velit gl.quòd canonia sit ius spirituale prouenies ex hoc ipso quòd quis recipitur in canonicum:præbenda verò quid tēporale debitū canonico,ratione officij & canoniæ. Nec obstat huic c.cū dilecto. de pręben,vbi præbēda appellatur ius spirituale:quia præbēdæ aliquando non sunt distinctæ,sed omnia bona sunt cōmunia:& capitulum distribuit aliquid huic in præbendā,& aliquid illi: vel si sunt distinctę,nō sunt annexę canonicarib⁹,cùm ibi nō sit numerus canonicorū aliquādo verò sunt distinctæ & annexæ.Primò ergo casu sunt gd tēporale debile etiā laico.& sic intellige not.in d.c.cum M.& sic,vt ibi refert Compo.seruatur in ecclesia S.Martini Carnotē.dicē eēsis: vbi nobilibus ratione paupertatis vel tenuitis tēporalis assignātur præbendæ.& facit c.possessionem.xvj.q.j.vbi ecclesia potest cōcedere pauperi vsumfructum alicuius possessionis. In secundo verò casu loquitur c.cum dilecto . quia præbenda annectitur iuri canoniæ,quod est spirituale.quantū verò ad clericū cōiugatum dicit S. Tho.in iiij.dist.xxxvij.& Pan.in c.Ioānes.& in c. sane.de cler.cōiug.quòd de iure cōmuni nō pōt habere beneficiū ecclesiasticū:sed nec administrationes ecclesiasticas, vt dicit tex.in d.c.sane.per quod secundū Pan.intelligit quòd esse nō potest vicarius episcopi,quod tenēt Doc.in c.vno.eo. tit.lib.vj.& in c.Ioannes.ex dispensatione autē habere potest & hoc ex dispēsatione episcopi quo ad beneficiū simplex,secundum Gof.Phil.& Spec.quia episcopus dispēsat cū homicida:vt in c.hereticus.de cler.pug.in duel.Sed Pan.in d.c. Ioānes tenet quòd solus papa cum eo dispensat:quia in materia dispensationis,quæ est exorbitans,nō debet argui de casibus permissis ad non permissos:etiam si permissi sint maiores:vt not.Io.And.in regula,quæ à iure.lib.vj.& ad c.Ioānes.respōderi potest quod loquitur de dispensatione papę. ¶ Quintò
9 † quæritur,vtrū possit quis renuntiare suo beneficio vt alteri prouideatur? Et dicit Pan.in d.c.dilecto.de pręb. quòd sic, dummodo in actu renuntiationis non deducatur in pactum, sed ipsa purè & liberè fiat:aliàs esset simonia:vt vult gl.in d. c.dilecto.& in c.ex parte.el j.de offic.deleg.Si tamē in animo gereret vt cōcederet alteri,nō esset simonia,dūmodo pactum nō fieret:peccat tamen,vt est clara glo.in c.ordinationes.j.q.j.Sed tu dic vt infrà Renuntiatio.§.vj.partic. secūda.
10 ¶ Sextò, † vtrum filius sacerdotis obtinere possit beneficium in ecclesia paterna? Et dico quòd sic,si aliàs est legitimus.c. ad hæc.de fil.presbyt.dūmodo nō ad illas dignitates vel prębēdas,quas immediatè pater habuit,promoueatur.c.cōstitutus.eod.tit.Et nomine filiorū hoc loco veniunt etiā nepotes de iure in hæreditate succedētes,vt nepotes per lineā rectā descendētes.arg.Instit.de hære.qualit.& dif.§.sui.secundum Host.& Ber.in c.ad extirpādas.de fil.presbyt.Secus in collateralibus,in quibus successio nō habet locū.arg.de offic. deleg.ex parte.Item secūdum Host.nepos in ecclesia poni potest immediatè,quā auus ei⁹ habuit patre viuēte:sed eo mortuo nō potest:quia in primo casu cessat successionis ratio,nō in secūdo.Aduerte etiā quòd si pater habuit personatum immediatè non poterit filius in eadē ecclesia habere vicariam: vt in cap.Michaël.de fi.presby.vel ecōtrario,si pater habuit vicariam perpetuā,filius immediatè nō poterit habere personatum:vt in capit.constituimus.de filijs presbyt. ¶ Septimò
11 † quæritur, quis dispensare potest cum illegitimis , vt obtineant ecclesiasticum beneficium? Et dico quòd episcopus in beneficio simplici,cui non imminet cura.de fil.presbyt.cap. is qui.libro vj.Nec distinguo, secundum glos.ibi,an sit spurius,adulterinus,vel naturalis: licet quo ad successiōes distinguatur in difficultate dispensandi.Et similiter potest dispensare cū talibus in canonicatu ecclesiæ cathedralis, secūdum Archidiaconum in dicto capit.is qui.ex quo prohibitum non inuenitur.Et cōsentit ei Gemin.in eo.cap.licet Ioannes Mo. & alij dicant contrarium: quod non placet:quia videtur ratio eadem,sicut & de simplici beneficio.Et similiter in rectoria,& in omni beneficio:dummodo non cadat in nomen dignitatis vel personatus, vel habeat curam:licet quidam dicant contrarium:vt not.Gemin.in dicto cap.is qui.Et † ratio
12 potissima est,quia dispensandi potestas concessa alicui,cuius effectus nō in ipsum,sed in alium deriuatur,debet latissimè interpretari:vt not.Ioan.Andr.in cap.fin.de verbo.signific.& sequitur Ioan.de Imol.& Gemin.in dicto cap.is qui.& maximè quando interpretatio fit cōtra ipsum cōcedentem: iuxta not.de priuileg.cap.quia circa. Vnde iura quæ videntur contraria,limitanda sunt loqui in dispensatione concessa alicui, cuius effectus in ipsum deriuatur:quæ strictè interpretanda

Universidad de Deusto
Biblioteca

est. Non poterit autem episcopus cum prædictis dispensare in personatu vel dignitate sine cura,secúdum gl.in d.c.is qui. sed solus papa.& sequuntur communiter Doctores:etiam si
13 talis efficeretur religiosus.¶Octauò, † vtrum si beneficium simplex habeat curã animarum annexam, possit episcopus dispensare cum prædictis? Et dicit Archidiaconus in dicto cap.is qui.quòd sic:quia talis non dicitur habere curam animarum:vt probat text.in cap.super eo.de præbend.libro. vj. quia,vt ibi patet, potest quis habere prębendam & dignitatem,cui annexa est parochialis ecclesia:& tamen non posset quis habere simul dignitatem & ecclesiam curatam.de præbend.de multa,quod tamen Lap.verum limitat, quando ecclesia curata habet vicarium alium ab isto:aliàs non. Alij tamen Doctores indistinctè tenent quòd episcopus dispensare non possit.de quo vide Geminianum in dicto capit.is qui. Sed mihi placet opinio prima cum limitatione Lapi.

¶Nonò,vtrum si in ecclesia aliqua sit statutum iuratum,& per papam approbatum,quòd in ea nullus illegitimus promoueatur,episcopus dispesare possit? Et dicit Ioannes Mon. & sequitur Geminian. in dicto capite, is qui. quòd non, ex quo statutum est iuratum vel confirmatum:secus esset,si solum esset statutum,nõ iuratum vel confirmarum: quia tunc posset episcopus dispensare cõtra proprium statutum, iuxta notata de electione.cap.licet canon.libro vj.Sed omnia prędicta limita quòd episcopus dispensare potest in beneficio simplici cum illegitimo: nisi aliud impedimentum canonicum obstet quàm illegitimitas, & super quod episcopus dispensare non possit:vt in dicto capite,is qui.

14 ¶Decimò,† vtrum illegitimus dispensatus per papam vt ad sacros ordines promoueatur, per hoc videatur dispensatus vt possit obtinere beneficium cum cura? Et dico quòd non: quia dispensatio non trahitur ad consecutiua eius super quo dispensatur,quando dispensatio imprimit effectum validum super actu in quo dispensatur,absque eo quòd extendatur ad illud consecutiuum:secundũ Gemin.in dicto cap. is qui.

¶Vndecimò,vtrum prædictus illegitimus dispensatus vt possit ecclesiasticum beneficium obtinere,post primum possit deinde obtinere aliud virtute dispensationis? Et dicit Gemi. in dicto cap.is qui.quòd Paul.distinguit: quia si dispensatio est facta super certo beneficio:si fuit in culpa vt illud nõ haberet,aliud habere non poterit.Si verò non fuit in culpa,aut dispesatio fuit super incerto beneficio, poterit post primum aliud habere. Lapus verò aliter distinguit, & hunc sequitur Geminianus ibi,vt videtur:sed mihi placet primum magis. vide ibi. ¶Duodecimò, † vtrum prædictus dispensatus vt
15 possit habere beneficium curatum, possit per hoc obtinere dignitatem? Et dicit Geminianus in capite finali.de fil.presbyt.quòd nonquia ista ponuntur vt diuersa in dicto capit. finali.& consequenter vno concesso,non venit aliud. Vnde in dispensatione non procedit argumentum à maiori, nec à simili,vt ibi not.Geminian. ¶Decimoterciò,† vtrum illegi-
16 timus vel irregularis dispensatus in ordine & beneficio, atq; promotus,possit postea impetrare dispensationem super pluralitate,nõ facta mentione de illegitimitatis vel irregularitatis defectu? Et dicit Geminianus in dicto cap.fi. quòd non, & est ibi text. ¶Decimoquartò, † vtrum episcopus dispensa-
17 re possit cũ illegitimo, vt possit plura bñficia simplicia retinere simul? Et dicit Geminianus vbi suprà,quòd nõ.& facit cap.is qui.primo resp̃onsõ.de prębendis. libro vj.vbi quando conceditur alicui vt possit beneficiũ cõferre,de vno intelligitur,non de pluribus. ¶Decimoquintò , vtrum episcopus dispensare possit cum illegitimis,vt habeant simplex beneficium,seu prębẽdam in ecclesijs suorum patrum,qui sunt sacerdotes? Et dico quòd nõ,viuẽtibus patribus.de fil.presbyt. cum decorem.multo minus in canonicatu.eodem tit.ad abolendam.ipsis verò morcuis , sic:dummodo non dispenset super beneficio vel prębenda,quam eius pater tenebat immediatè:secus si mediatè.Et hoc credo verius,vt notat in dictis capitulis:licet Gofr. teneat quòd nunquam canonicatum in eadem ecclesia poterit habere ex dispẽsatione episcopi.

¶Decimosexto, † vtrum si Papa dispensauit cum illegitimo vt promoueri possit ad beneficium curatum,p̃ hoc promoueri poterit ad bñficium,cui præficiendus est aliquis per electionem eligendus? Et dico quòd sic,secundum Gemin. in dicto cap.is qui.quoniam quando vitium tollitur ex toto,vt in casu prædicto,eligi potest in ea. cũ Vintonien̄sis.de electioetiam si esset dubium an verba dispensationis tollãt ex toto vitium. & hoc tene,licet alij dicant quòd eligi non potest.

¶Decimoseptimò,† vtrum liceat alicui sibi ꝓcurare beneficium? Et dicit Sanct. Thom.& Ray.quòd non,si est beneficium cũ cura animarũ:quia nõ potest quis sine gratia & charitate ministrare:quam nullus scit se habere.Secus de alijs beneficijs:quia potest ea quis sibi ꝓcurare ,p̃ se digno & indigenti:Augustinus tamen de Ancho.in libro de potestate papæ,tenet generaliter hoc esse non posse sine peccato: quod Sum.Ang.verum limitat, quando quis principaliter quærit vt habeat beneficium:secus vt profit.Sed ista distinctio non habet locum in bñficio sine cura, quia nullus est:cui suo regimine profit. Vnde illud dictum nõ est verum,etiam si quis quærat principaliter vt habeat beneficium ad sustẽtationẽ sui pauperis:quia non debet fame tabescere. ¶Decimooctauò,vtrum occupans beneficium viuentis scienter faciens se instituj,sit infamis? Et dicit Panormitanus in ca.j.de concess. prębend.quòd sic.ij.quæst.ij.audiumus.& solus papa dispẽsat cum eo:sicut cum eo qui viuente vxore alium accepit: vt in capit. finali.de eo qui duxit, &c. ex quo ibidem concludit, quòd licet cùm vacaret,fecerit se instituj, vel sibi conferri à papa,non habita mentione de occupatione prætcrita, non valet,& est gratia subreptitia: quia nõ sic faciliter obtinuisset.& facit ca. postulasti.de reseri.Similiter dicit de his,qui de facto occupant, vel per brachium seculare in vacantibus beneficijs se intrudunt:si in impetratione de tali occupatione non faciunt mentionem: quia omne id, ex quo ita facilitèr non obtineretur,tacitum inducit subreptionem, per dictum caput,postulasti.cum similibus.

¶Decimononò,† vtrum is,qui beneficia nõ canonicè habita tenet ex tolerantia seu tacito consensu prælatorum, habeat aliquod ius in eis? Et dicit Henricus Boich super capite, dilecto.de prębend. quòd si prælatus hoc ignorat, non obstat et, etiam si expresè consentiret: nec tenenti acquiritur aliquod ius:quia non consentit qui errat.ff. de iurisdictione omnium iudicum. l.si per errorem. secundum. Innocentium & Hostien.ibi,& archid.lxuj. distinct.cum Adrianus. Si verò prælatus hoc sciebat,& ipse est papa:distinguitur:quia si tolerantia sit expressa ab eo,vel aliquo de mandato eius,est tolerãtia approbationis,& dat ius:quia papa non adstringitur forma conferendi per quam acquiritur ius.ix.quæst.uj.cuncta. Vnde postquam de suavoluntate cõstat,sufficit. Si verò non fuit expressa,non est approbationis: nec sufficit secundum Host.in cap.literas.de sup.neg. prælat.Si verò talis prælatus nõ est papa:patientia,seu tolerãtia etiam expressa,non dat ius, nisi interueniat canonica electio,vel prouisio:vt dicit glossa in dicto capite, dilecto.quam approbat Hostien. hæc ex illo. ¶Vigesimò quæritur, ad quid teneantur iniustè possidentes ecclesiastica beneficia? Dico quod statim resignare talis tenetur in manu eius,qui resignationem poterit accipere,vel alicuius nomine eius , si esset in mortis articulo secundum Inn.& tenetur restituere fructus perceptos.de renunt.post translationẽ.§.rursus. Poterit tamen,secundũ Inn. retinere vitæ necessaria strictè,de cõsilio cõfessoris,ita quòd solùm nõ egeat:& alios fructus in ecclesiæ vtilitatem cõuertat:quia restituere tenetur.ca.dilecto.de præb. Aliter absolui nõ potest,nisi obtineat dispensationẽ : nec in foro animæ tenentur ei subditi obedire,vt dictum est.nec secundum Arch. perpetuò præscribere potest,si minus canonicè obtinuit,scilicet simoniacè,vel per fraudẽ,aut aliquã subreptione.Intelligo autem dictum Hostiensem quòd post resignationẽ,si habet ali-
21 quos fructus,tenetur de his.¶Vicesimoprimò,† vtrum filius perdat ecclesiasticum beneficium propter crimen læsæ maiestatis cõmissum à patre? Et dicit gl.in c.fatis peruersum.lvj. di.quòd non.Item dicit quòd nec propter crimen læsæ maiestatis diuinæ:vt quia hæretieus vel schismaticus.c. quicũque. de hæret.lib.vj.de schisma.c.vnico.lib.vj.vbi licet prohibeant
22 admitti ad ecclesiastica beneficia talium filij, tamen non dicitur quòd habitis priuentur.¶Vicesimosecundò,† vtrum clericus beneficiatus contrahens matrimonium perdat beneficium ipso facto? Et dico,secundum dominum Anto.in c.j.de cler.coniug.quòd si sit in sacris,& contrahat per verba de præsenti,non est priuatus ipso facto,sed priuandus. Mouetur:qa causa priuationis elicitur ex.c.quòd à te.&c.diuersis.de cler. coniug.quia non posset seruire vxori & beneficio.quæ ratio cessat in cõstituto in sacris,quia non est matrimonium:ideò compellitur vxorem dimittere.Si autem non sit in sacris,sed in minoribus duntaxat:tunc alij distinguũt inter spõsalia de futuro & de præsenti:vt primo casu dissolutis spõsalibus possit redire ad beneficiũ suum.& facit lex,ea quæ.ff.ad municipa.vbi desponsata ante nuptias cõtractas suũ non mutat domiciliũ:& sic effectualiter nõ dicitur matrimoniũ cõtractũ. Secũdò verò casu bñficium nõ recuperat: quia ex contractu matrimonij p̃verba de præsenti insurrexit vinculũ incõpatibile cũ ipo bñficio.vñ pditũ est,qd habebat in illo:& ad illud amplius nõ dabit regressum.Idẽ si clericus in minoribus cõtraxit matrimoniũ cum cõsanguinea in facie ecclesiæ:& postea ꝓbata cõsanguinitate ruptũ est matrimoniũ: qa pdit bñficiũ,cũ facto suo ecclesiæ renũtiauerit.¶Vicesimotertiò, vtrũ clericus assumẽs bñficium nõ animo clericãdi,sed vt ex eo viuat in iuuentute,aliàs nõ habẽs animũ resignãdi, sit iustè ꝓmotus? Et dicit Pan.in c.relatũ.de cle.nõ resi.de mẽte doc. ꝙ nõ.Host.tñ dicit hoc peccatũ p̃ pœnitẽtiã tollitur in c.fin. de simo.& vult dicere nõ esse necesse ad purgãdũ hoc pctũ, dimittere beneficium:sicut nec in eo,qui promouetur per simoniam mẽtalẽ.Et idẽ dicit ibi Pan.de eo,qui beneficiũ accepit,non vt ibi seruiret:sed donec possit pinguius habere.

Rursus de Beneficijs, præbendis & dignitatibus quartò, specialiter quantũ ad pluralitatem.

1 *Iure diuino, an cautum reperiatur, ne quis plura beneficia teneat? Et ex pluralitate, quæ incommoda sequantur?*

2 *Iura antiqua quid circa beneficiorum pluralitatẽ cauerint? Et quid de ea contineant ac tradant? Et plura beneficia iure cõ, vel speciali statuto ros̃dentiam requirentia, num tenere liceat?*

3 *Summa Pisana, quot & quibus casibus pluralitatem ecclesiarum, aut prębendarum sine dispensatione permitti tradat? Et de quibus ecclesijs ac prębendis accipiendum sit?*

4 *Beneficia plura habens cui vnum sufficit, an per dispensationem Papæ excusationem mereatur.*

5 *Dispensatio super beneficiorum pluralitate, an in aliquibus casibus ineffi cax sit? Et quibus?*

6 *Personatus vnum, seu dignitatem, vel beneficium curatum habens, an per acceptationem secundi, primum ipso iure vacet? Et horum quæsti limitationes varię nu. seq. eleganter tradantur.*

7 *Personatus & dignitas num semper pro eadem re ponantur.*

BENEFICIVM†quartò specialiter quãtũ ad pluralita 1
tẽ,sciendũ est ꝙ secundũ ius diuinum non inuenitur aliquid circa hoc expresse determinatũ: cùm in sacra scriptura expressa de hoc mẽtio nõ fiat:quanuis de hoc argumenta ex aliquibus authoritatibus scripturæ fortè adduci possint,quæ tamen non lucidè veritatem ostendunt:loquendo autem secundum ius naturale,quod nulla humana lege vel consuetudine potest abrogari,secundum S.Tho.vt patet in ix. quolibet.q.vij. habere plures prębendas nõ est actio secundum se mala, vt Deũ odire: nec secundũ se bona,vt Deũ amare:nec secundum se indifferẽs,vt leuare festucã: sed cõtinetur inter actiones,quæ absolutè consideratæ, important deordinationem quãdam:sed ex circunstantijs aduenientibus efficiuntur bonæ: vt occidere si occidẽdus sit malefactor , & occidatur propter iustitiam: quia habere plures prębendas continet in se plurimas inordinationes:vtpote quia non est possibile aliquem in pluribus ecclesijs deseruire,in quibus est prębendatus,cùm prębendæ videantur esse stipendia ibidẽ ministrantium Deo.Sequitur etiã diuini cultus diminutio,dumvnus loco plurium instituitur.Sequitur etiam in aliquibus defraudatio voluntarum testatorum,qui ad hoc bona ecclesijs contulerunt,vt ibi esset certus numerus seruientium Deo.Sequitur etiam inæqualitas,dum vnus pluribus beneficijs abundat,& alius nec vnum habere potest:sequitur etiam multa alia huiusmodi:tamen per circũstantias prædictæ deformitates possunt totaliter euacuari:puta si in pluribus ecclesijs eius obsequium sit necessarium,& possit plus vel tãtundẽ seruire absens vt alius præsens,& huiusmodi:& tunc si adsit recta intẽtio,non erit peccatũ, etiã nulla interueniente dispẽsatione,si consideretur tantùm secundum ius naturale, ad quod dispẽsatio non pertinet,sed solùm ad positiuũ.Si verò quis hac intẽtione plura habeat beneficia,vt sit ditior,vel lautius viuat, vel facilius perueniat ad episcopatum: non tolluntur illę deformitates,sed augentur.Hæc ex illo,qui loquitur de prębẽ distsed eius dicta sunt vera de omni beneficio sine cura eadẽ ratiõe:a fortiori verò de beneficijs curatis.Si verò loquamur secundum ius positiuum,dicit ibidem S.Th.ꝙ secundum antiqua iura prohibitum est habere plures prębendas:sed consuetudo est in contrarium,per quam quidam dicunt illa iura abrogari,& quidam hoc negãt:quæ controuersia Iuristis relinquatur:quanuis hoc sit probabile quòd inquantum continẽt ius naturale,abrogari non possunt,sed solùm inquantum continẽt ius positiuum:si hi,quorũ est ius positiuum mutare, scientes contrariã consuetudinẽ & dissimulantes intendunt per hoc antiqua iura mutare.Igitur si stant in suo robore antiqua iura,non potest quis habere plures prębendas sine dispẽsatione,etiã superuenientibus dictis circunstantijs.Si verò sunt abrogata:tunc superuenientibus dictis circunstantijs licet etiam sine dispẽsatione:& sine eis nõ licet, etiam cùm dispẽsatione:quia humana dispẽsatio non aufert ligamen iuris naturalis,sed solùm positiui.hæc ex illo succinctè. Circunstantia autem remouens talem inordinationem,secundũ Gof.potest esse triplex,scilicet necessitas:puta, ꝙ plures nõ inueniuntur idonei:vtilitas ecclesiarum scilicet, & eorũ quibus præsunt:& prærogatiua meritorum : puta,quia plus valet absens quàm alius præsens.¶Primò† verò quæritur,quid 2
circa prędictẽ quęstionẽ positiua iura cõtineãt? Et quidam vt recitat Ioã.An.in c.cum iandudum.de prębend. dicunt hodie communi iure posse aliquem plures habere prębendas,cùm prohibeatur solùm , pluralitas beneficiorum & dignitatum

cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum cura:vt in cap. de multa.de præben.quia si papa de præbendis aliud non intellexisset,hoc idem de ipsis excepisset.de decim.ad audientiam.cum tuis cõcor.c.autem, episcopi.dist. lxxx.& c.presbyteros.xvj.q.j.& similia loquuntur secundum sua tẽpora:sed hodie secus:vel restringuntur ad beneficia curata vel ad illos,qui habent non solùm pluralitatem præbendarum,quæ non prohibetur:sed multitudinem nimiam,quæ lœdat in vitium,& prohibetur in d.cap. cum iandudum.& ꝛ. eod.in tantum.Et opinionem hanc dicit Ioan.An.veram, nisi vtraque requirat residentiam:referens se ad dicta in cap.fi.de cle.non re.vbi ponit opinionem Inno. quæ habet in summa, quòd habere plura beneficia non curata,& quæ de consuetudine vel statuto residentiũ non requirunt,non est peccatum, nec contra iura.& sic refert gl. in cap.gratia. de rescrip.libr. vj.Hostien.autem in cap.literas.de præben. arguit pro dicta opinione:sed dicit rationes esse debiles.& tandem tenet.vt refert Archi.quòd nullus potest plures præbendas habere in titulum.arg.distinct.lxxvj.acutius.nec in hoc, secundum eum, possent dispensare prælati.di.lxx.sanctorum.quòd intellige quando sunt completæ,non diminutæ. Et ratio est secũdum eum:quia singulæ præbendæ requirunt singulos actus & ministros,& canonici ad residentiam tenentur,vt Assisij:tamen ne inde tanta multitudo damnetur,dici potest,episcopũ posse dispensare in pluribus præbendis habendis in beneficium non in titulum: & cum aliquibus alijs limitationibus, de quibus vide eum in d.cap.literas.Gof.autem,vt recitat Ioan.An. in cap.quia nonnulli.eod.tit.dicit quòd plures præbendas nõ potest quis simul habere,dummodo vna per se sufficiat.aliàs etiam de iure communi potest quis habere plures: vt de cle. non re.conquerente. Panor.autem in cap.cùm iandudum.de præbend.dicit quòd indubiè illicitum est tenere plura beneficia requirentia residentiam iure communi vel speciali statuto:quia sunt incompatibilia propter onus residentiæ.si verò non requirunt residentiam , puta quia consuetudo est in contrarium, quæ satis valet in simplicibus, vt in cap.cum omnes.de constit.tunc dicit ibi & in d. cap . conquerente.coniuncti quod habens beneficium quantuncunq; simplex quod per se sufficiat ad vitam beneficiati:non potest aliud tenere sine peccato mortali,secũdum gl.in cap.dudum.el ij.de elec. quod ipse limitat, si propter se solum habet: secus si collata sunt,non ratione sui,sed propter vtilitatem beneficiorum:vt quia est homo industrios⁹ & cõscientiatus: vt not.in ca.cum iandudum.de præb.Et hanc limitationem & sententiam tenet:quia est mens S.Tho.vbi suprà.Sed adde aliam limitationem:vt dicatur id licere quãdo plures præbendæ vel ecclesię non habẽt rationem plurium,sed vnius siue ratioue vnionis, siue ratione dependentiæ vnius ad aliam. ¶ Vndeꝫ partim ex concessione iuris naturalis,partim ex concessione iuris positiui,bene habetur in Sum.Pisa.quòd sunt quinq; casus,in quibus potest quis habere duas vel plures ecclesias vel prebẽdas sine dispẽsatione.Primus est,quãdo ecclesiæ ita sunt tenues, quòd neutra sufficeret ad sustẽtationem. x.q.iij.vnio.de reli. do.quod monasterium.Secundus. Si vna pendet ex altera.de ætat.& qualit.eam te.Tertius,propter raritatem clericorum xxij.q.j.clericum.in fin.Quartus,si ecclesia est annexa præbẽdæ vel dignitati:quo casu ipse tenetur maiori ecclesiæ personaliter deseruire ,in ipsa autem parochiali habere idoneũ & perpetuum vicarium,qui congruentẽ habeat de illius ecclesiæ prouentibus portionem.de præbend.extirpandæ. Quintus,si habeant vnam intitulatam & aliam commendatã.xxij. quæst.j.qui plures.de qua commenda vide infrà Commenda.Hanc tamen pluralitatem Archid.dicit intelligendam de ecclesijs non habentibus curam, & de præbendis in ecclesijs diuersis:quia in eadem hoc sine dispensatione non licet:vnde quia in primo & in tertio casu quantum ad ecclesias curatas fieri non potest per episcopum, nisi per modum vnionis, multas scilicet ecclesias vniendo:quam vnionem episcopus facere potest,vel simpliciter & perpetuò,vel ad vitam cui eõferuntur:de consensu tamen habentium ibi ius aliquod,vt patronorum,& ex causa rationabili:vide etiam de his in glo.in cap.dudum.el ij.de elec.in ver.intitulatam. ¶ Secundò quæritur,vtrum habens plura beneficia quãdo vnum sufficit excusetur per dispensationem papæ?& dico ex mente Sã.Tho. vbi ꝛ.quod non,si dispensetur in fauorẽ sui:quia hoc est contra ius naturale,in quo papa non dispensat: vnde licet glossa in cap.dudum.el ij.de elec.dicat quod excusatur: tamẽ Panor. ibi dicit se habere pro indubitato quòd non sit tutus quo ad ecclesiam triũphantem,etiam dispensatus per papam,quando dispensatus est ad suam vtilitatem:quia hoc casu non solùm alteratur iuris positiui dispositio ,sed etiã Christi patrimoniũ iniustè dispergitur:vnde cùm bona ecclesiæ papa sine causa alienare nõ possit sine graui peccato,vt dicit Archi. xxij.q.ij.non liceat papæ.multo minus potest dare lineã alteri ipsa dispergẽdi:vt in cap.nuper.de do.post diuor.rest.& sic conuincitur ratio Inn.in cap.cum ad monasterium. de statu mon.quia hic non solùm violatur ius positiuũ:sed potius diuinum.Et idem tenet Host.in d.c.dudum.quem sequitur Ioan.And.Et idem sentit S.Thom.Nec valet consuetudo contraria,vt ibi dicit Panor.& iura siue glossæ quæ dicunt quòd valet,intelligunt pro necessitate vel vtilitate vel prærogatiua meritorum,vel pro potẽtia retinendi plura beneficia simpliciter,sed non vt fructus,lucrifaciat sibi ad vtilitatem priuatã, vel augendũ patrimoniũ,vel vt lautius viuat,aut facilius episcopatum vel maiorem dignitatem consequatur:quia,vt dicit S.Th.vbi ꝛ.hac intentione tenerevnum beneficium,quod nullam deordinationem in se importat,est illicitum:quia cõtra rationem in cap.ratio nulla. cum ibi notatis. de præben. & contra officium pietatis.xvj.q.j.cap.fin.de hoc etiam infrà Clericus. ¶ Terciò,ꝗvtrũ dispensatio super beneficiorũ pluralitate in aliquibus casibus non valeat? Et dico quòd sic,secundum Archi.quando impetrãs subticuit aliquod quantumcunque modicum beneficium. Quando autem conceditur vt quis possit habere bñficia duo curata:intelligitur de duobus primis post concessionem:& de alijs non valet.Quando etiam mandatur alicui prouideri de beneficio,non obstante quòd aliud habeat,per hoc non est dispensatũ,vt habeat ambo simul.de præben.si motu.li.vj.Quando etiam papa obtenenti beneficium aliud confert motu proprio nõ habita mẽtione de priori,non propter hoc gratia inualida est:sed secus si ad alterius petitionem gratiam facit:vt in d.cap.si motu. ¶ Quartò,ꝗvtrum si quis habẽs personatum seu dignitatem vel beneficium curatum accipiat secundum personatum seu dignitatemvel beneficium curatum,ipso iurevacet primum? Et dico quòd sic:vt in c.de multa.de præben.nec excusat consuetudo contraria, secundum do. Ant. quia consuetudo non excusat in delictis.Pro quo est tex.in cap.j.de consue.li.vj.& in ca.literas.de concessi.præb.sed tamen quo ad dignitates, secundũ aliquos intelligitur quando sunt in eadem ecclesia: vt videtur colligi ex d.cap.de multa.& per dom.Anto.ibi.Et hic secundum Inno.Host.& Ioan.And.Beneficium curatum intelligitur largè,siue in foro animæ curã habeat, siue aliàs, siue sit ecclesia parochialis vel cathedralis,siue capella curã habens parochianorum de iurevel de facto:dummodo parochiam habeat,in qua parochiale aũs exerceat:siue dignitas,siue officiũ,siue ecclesia. sicut sunt multi archipresbyteri, archidiaconi,& decani,qui nullã habentes ecclesiam cui præ-

sint,habẽt tamen iurisdictionem super multa loca:sicut Pisanus & Paduæ.Personatus ꝗ autẽ & dignitas,secundũ Inn. ferè semper ponuntur pro eodem:sed secũdum Io.And.ideo dicit fere,quia in Anglia rectores parochiales dicũtur personæ:de appel.personę.in alijs verò regiõibus dicũtur rectores vel curati.& tamen non dicũtur in dignitate cõstituti.Econtrario aũt abbates,episcopi & superiores nõ dicũtur personæ:& tamen sunt in dignitate constituti,& quãdoq; priores, extra eo.nihi essent.Intelligas ergo dignitatẽ vel personatũ, secundum institutionem vel cõsuetudinẽ ecclesiæ,hęc Ioan. And.Fallit tamẽ dicta regula in casibus multis. ¶ Primòquãdo hoc fit cum dispẽsatione sufficienti,vt in d.c.de multa.& de elect.dudum.el ij. ¶ Secundò,secundũ Host.quãdo primũ vel secũdum beneficium est curatum habitu,nõ actu,scilicet quia nõ actu habet parochianos:vt quia derelictus est locus. de elect.licet canon.lib.vj.Inn.tamen & Abbas videtur tenere contrarium. ¶ Tertiò,quando alterũ beneficiorũ non habet curã ex se,sed per vnionẽ alicuius curati.de præbẽ.super eo. ¶ Quartò, qñ ignorabat se habere beneficium tale:quia tunc sibi datur optio.de rescri.gratia.lib.vj. ¶ Quintò,si non sciebat se illud habere de iure,& si de facto non habebat:vt quia erat spoliatus primo,stat regula,secundũ Vinc. qui hoc nos.in d.c.dudũ.repetit tũ fructus primi,quos percipere poterat vsque ad receptionẽ secundi. ¶ Sextò,quãdo secũdi beneficij fructus alius ad tempus ex causa,pura papę concessione percipitur:vt de præbend.c.si tibi concesso.quia pro tempore, quo ad alium pertinent dicti fructus,nõ censetur vacare primum:quod tamen Henr.Boich verũ dicit,secundũ Ioã.And. & Arch.quantũ ad perceptionem fructuum primi beneficij: vacat tamen quantũ ad hoc vt postquam pacificã possessionem administrationis secũdi beneficij habuerit,debito tempore cõferatur.vel locũ habebit Lateranense concilium.de cõcess.præbe.c.nulla. ¶ Septimò fallit,si secundi beneficij pacificam possessionẽ administratiõis nõ habuerit,nec per eum stetit quin haberet:quia tũc nõ vacat primũ, secundũ Host. Inn.Henr.Boich.& est tex.in cle.si plures.de præb. ¶ Octauò fallit in episcopatu,secundũ Inn.in c.cum nostris.de concess. præb.quem sequitur Do.Ant.& Io.And.& Imol. in cle.gratia.de referi.& facit tex.xvj.q.j.inverbo,carebit.quod est verbum futuri temporis:& sic videtur requiri sententia.gl.tamẽ in c.relatio.xxj.q.j.tenet ꝙ regula in episcopatu non fallit, sed primũ est verum:quia nõ vacat ꝙ adeptionẽ secũdi beneficij, siue sit superius,siue inferius,siue æquale:cùm episcopatu expresse vel tacitè renũtiare nõ possit sine licentia papæ: de trãsl.epi.inter corporalia.secũdi Henr.Boich,Inn. & Host. Sum.autẽ Ang.dicit idẽ esse de quocũq; alio beneficio,quod quid nõ potest cũ alio tenere,nisi dispensetur.Sed hoc patet falsum ex ratione quam assignant dicti Doct.Itẽ quia secundum hoc per dictã regulã nõ vacarent nisi beneficia insufficientia:quia nullũ sufficiens potest teneri cum alio superueniente,nisi dispensatiuè.Vincaute ponit alios duos casus supra d.c.dudum. ¶ Nonò igitur fallit,vt not.Bern.in c.dudum. in beneficijs vnitis vel dependentibus vel commẽdatis: vnde si secundum curatũ quis adipiscitur per viã annexionis,quia scilicet est annexum nõ curato,nõ vacat primũ curatum. de præb.super eo.lib.vj. ¶ Decimò, secũdum Vinc.si colore & non animo beneficij perpetui recipit secundum,quia posset tunc pœnitere.ij.q.vj.si quis.libellos.de pœn.dist.j. diuortiũ. Idem si incõtinenti fuit electus. ¶ Vndecimò,si secundũ recipit in episcopatu alieno sine licentia sui episcopi à quo reperitur:quia quilibet priuatus sit primo quantũ ad se, nõ tamen quãtum ad prælatũ suum.si sine licẽtia ipsius transit. Et hoc not.Ioan.xxj.q.vj.si quis iam translatus.& concordat Gof.& Host. ¶ Duodecimò in eo qui expensas de proprio fecerat in primo,propter quas cõpetit sibi retentio primi,secũdum Ioã. de Lig.do.Anc.& dominũ Abb.per tex.xij.q.iij.quicunq;, & sufficiat tales expẽsas esse vtiliter cœptas,licet deinde eorum perierit à casu,secũdũ Io.And.in c.ex parte.de cõstit.vt quia domũ fãctam ignis statim cõbusit.Et ex his infert dominus Abb.quòd si clericus moritur intestatus,hæres repetere poterit expẽsas quas fecerat in bñficio.Sed hoc intelligo si expendisset de bonis sui patrimonij:& hoc de expẽsis factis ante receptionẽ secũdi:secus de factis postea.Inibit.de rerũ dii. §.certè. ¶ Tertiodecimò, in eo qui protestatur quòd primũ dimittere nõ vult: quia tũc fauie agit prælatus sibi concedens secundum.& posset in hoc casu locum habere concilium Lateranense,scilicet quod non tenet collatio secũdi. de cle.non resi.quia nonnulli.vnde secundũ Host.si quis recipit secundum minus pingue,non videtur primum vacare: cùm non videatur habere animum deserẽdi primum propter secundum:& maximè cùm errauit:arg. dist.lxxiij. quorũdam. qui licet dicat hãc opinionem verã in scholis:fatetur tamen eã esse falsam in iudicijs,& in curia nõ seruari.Extra hos casus qui retinere primum contenderit,etiam secundo priuabitur:vt in d.c.de multa.Hodie tamen per cõstitutionẽ extrauagantem Io.xxij.quæ incipit,execrabilis.si recipiens secundum,primum quo priuatur absq; morę dispendio verbo vel facto in manibus ordinarij sub testimonio publico nõ dimittat: priuatus est secundò, & inhabilis ad sacros ordines, & beneficia.hæc oma.Ioan.And.in noue.sup c. de multa. exceptis his quæ ponuntur de Henr.Boich. ¶ Decimoquartò,addi põt,quãdo quis acceptaret secundum calorẽ iracũdiæ, secundum Io.And.de Lign.& Ant.de But.& facit gl.in c.ex literis. de diuor.quæ vult quòd cõfessio ex iracundia facta nõ præiudicet. ¶ Decimoquintò, quando acceptat ad tempus: puta donec aliter fuerit beneficio ,puisum,secundũ Pet. de Anch. in c.j.de cõsuetud.lib.vj.Exemplum,dicit statutũ quòd mortuo episcopo archipresbyter administret iurisdictionem spiritualem eius,donec alius fuerit creatus. ¶ Decimosextò,vbi habeoti beneficia curata conferitur aliud curatum,nõ ostẽsa fide dispensationis:quia nec valet collatio vltimi,nec vacant priora.de offic.ordin.lib.vj quod intellige si secũdum beneficium acceptauit tãtùm,possessionem eius minimè nactus: quia si eam fuisset nactus,vacarent priora:vt in clemẽ. si plures.de præbend.nec tamen hoc casu valeret collatio vltimi. Et ita hãc materiam intelligit glossa in dicta clemen. ¶ Decimoseptimò fallit,in casibus,in quibus licitum est habere plura beneficia curata.de quibus in cap.dudum.de elect.el ij. cum gloss.in verbo,intitulatam.& supra in princip.huius tituli.Quicunq; igitur præter hos casus recipit dignitatem vel personatum,seu beneficium,vel officium habens curam animarum, si ante obtinebat simile:cùm sit priuatus primo postquam possessionem obtinuit de secundo, vel per eum stetit quo minus obtineret, tenetur absque mora dimittere primum in manibus ordinarij, in cuius episcopatu hoc fuerit:alioquin etiam secundo est priuatus ipso iure: & non solùm ad sacros ordines:sed etiam ad omne aliud beneficium est inhabilis:& omnia talia vacatura beneficia ipso iure reseruantur apostolicæ sedi:& si aliis disponat de eis,non valet.Iure Ioannes xxij.in extrauaganti, quæ incipit, execrabilis.& concordat Alberi.Habet autem hæc regula locum in prioratibus curatis,quibus præficiuntur religiosi:vt in capit. cum singula.de præbẽd.libro vt.imò etiam idem seruaretur etiam si prioratus nõ essẽt curatus:vt dicit tex. in clem.quia regulares.de suppl.neg.prælat.in fin.& similiter habet locũ in præbendis,quãdo tam prima quàm secunda est in eadem

Universidad de Deusto
Biblioteca

ecclesia:quia tunc ipso iure vacat primatvt in cap.literas.de concess.præbend.etiam si accepraret secūdam iure annexionis:vt in clem.fin.de præbend.aliàs autem non habet locum in præbendis, secundum Vinc.& dominum Anto.quia non est eadem ratio,sicut de beneficijs curatis. ¶ Quinto, † vtrū spolians aliquē beneficio curato,perdat suum? Et dico quòd recipiens secundū beneficium curatum,perdit ipso iure primum curatū,quo ipse fuerat spoliatus:multo fortius primū pacificè possessum,secundum gl.in clemē.gratiæ.de rescrip. in verbo,renuntiate. Pro quo facit quod not.Dom.Anton.& Ioan.de Ligna.in c.cum teneamur.de præbē.vbi dicūt quòd impetrans tenetur facere mentionē beneficij,quo fuerat spoliatus. Potest tamen iste,secundū do.Ant.petere fructus primi beneficij,quos recepit spoliator vsq; ad tēpus acceptionis secundi.& ad hoc alleg.Spec. Econtra verò spolians aliquem iniustè beneficio curato,perdit illud quod ipse pacificè possidebat vt in c.eū qui.de præb.lib.vj.& si quod ius habebat in secundo:perdit illud,& beneficium vacat vt in d.c.eum qui.

9 ¶ Sextò † quæritur,vtrum habens beneficium non curatum, requirens tamen residentiā ex statuto vel consuetudine,perdat illud ipso iure,si acceptet secundum simile,vel curatum? Et Inn.in c.fin. de cler.nō resi.distinguit:quia si statutum requirit residētiam temporalem tantum,aut etiā si perpetuā, sed nō residentem obligat ad perditionem fructuum solum: tunc non perdet primum ipso iure. Si verò requirit residentiam perpetuā,& non residentem obligat ad perditionē beneficij,ipso iure perdit primū per acceptationem secundi:vt etiam tenet gl.in d.cle.gratiæ.& Feder.Contrariū autē eius quod tenuit Inn.in secundo membro tenet Io.And.in addit. Spec.in tit.de cler.nō resi.& sic reprobat dictum eius. Et hāc opinionem sequitur do.Card.& petr.de anch.& dom. Abbas in d.c.fin. Et mouētur,quia dictum c.de multa.est correctorium:& loquitur de ecclesia curata. Sed dom.Anto.in d.c.fin. distinguit dicēs,priuationis formā considerandam esse:quia si propter nō residentiam tantum imponit pœnam priuationis ipso iure:tūc vera est prima opinio. Aut nō priuat ipso iure,& sic est vera secūda. Vide plenissimè per dominū Abb. in c.extirpandæ.de præb.

10 ¶ Septimò † queritur, quæ sit pœna eius,q beneficia prædicto modo vacātia,scilicet ex adeptione secundi,tēpore debito nō cōfert? Et dico quòd si nō conferat illa intra sex menses, potestas cōferendi deuoluitur ad alium vt suprà Beneficium.ij.§.vj.& incurrit etiam aliā pœnam:quia tenētur assignare in vtilitatem ecclesiæ vacātis de suis prouentibus,nō de illis ecclesiæ suę tantum quantum à tempore ipsius vacationis perceptum fuit à quocūq; detinēte ipsum vt in c.de multa.de præben. Et si propriū non habet,punitur alia pœna ad iudicis arbitrium.xvj.q.vj.illud. xiij.q.vj.si res.vel repetent ab eo qui percepit:quia ipse tenetur ad omnes fructus restituere tenetur.C.de reiven dic.l.eorum. Et cum prædictis cōcordat Albericus. ¶ Octauò † quæritur,quis dispensare possit in beneficiorum pluralitate,legitima causa interueniēte? Et dico quòd in pluribus simplicibus,item in vno curato & alio simplici,dispēsare potest episcopus in diuersis ecclesijs,& in vna si sunt simplicia, secundū glossā.in capit.literas.de concess.prębend.quod Ioan. And.verum dicit,si sunt diffor miavnde potest,inquit,dispēsare vt quis in eadem ecclesia habeat dignitatē & canonicatum.& facit cap.primū cum glossā.de consuet.lib.vj.& Fede. consilio cxv.tenet quòd potest dispensare vt quis in eadē ecclesia habeat canonicatum & altare seu beneficium alicuius capellę. Et hoc sequitur Panor.in dicto cap.literas. In duobus autē conformibus non potest in eadem ecclesia, pura vt quis habeat duos canonicatus.quod Panorm.vbi suprà,dicit

11

sequi cōmuniter Doctores. Vnde in ecclesia duo altaria haberi nō possunt in titulum ex dispēsatione episcopi,sed Gui de mōte Laud.& videt sequi Gemi.vbi suprà,& placet:quia altaria data in titulum perpetuū,dicūtur beneficia:secūdum gl.in clem.ij.de deci.& sequitur Gemin.in c.j.de cōsuet.lib. vj. Altaria verò,quæ nō dātur in titulū, bene haberi possent ex dispensatione eius:in personatibus verò,vel dignitatibus, vel administrationibus,aut officijs perpetuis,quoc;iq; nomine censeantur,solus papa dispensat:vt in dicto cap.j. scilicet in eadem ecclesia vel diuersis:vt in cap. de multa.de prębē. Et licet tex.videatur solùm de eadem ecclesia prohiberet,omnes Doctores in dictis capitulis dicunt hoc habere locum etiam in ecclesijs diuersis:per cap.quia nonnulli.de cler.non re.quod nota.licet Innocen.dicat cōtrarium in dicto cap.de multa.dicens quòd episcopus dispensare potest in pluribus ecclesijs:dummodo curam animarum non habeant. Sed prima opinio tenenda est tanquam tutior & verior.

Rursus de Beneficijs,præbendis,& dignitatibus.v.specialiter quantum ad fructus.

1 *Fructus beneficiorum tempore vacationis in cuius vtilitatem expendi debeant:aut quid de ipsis fieri debeat? Et quid si contra,quàm iure cautum sit, fiat?*

2 *Indulgentiæ personis,non ecclesijs,aut dignitatibus cōcessæ de beneficiorū in absentia fructibus percipiendis, an valeāt sint. Et num beneficiorum fructus alienari possint? Et quæ locatio? Et horum locatio in quantum tempus fieri possit?*

3 *Canonici,& reliqui beneficiati,qui diuinis officijs personaliter nō intersunt, nō quotidianas distributiones percipere queāt?*

4 *Clericus patrimonium habens idoneum, num licite de ecclesiæ bonis sustentari queat?*

BENEFICIVM † quintò quantū ad fructus,sciendum est quòd fructus tēpore vacationis debent in vtilitatem ecclesiæ expēdi,vel futuris successoribus fideliter reseruari: aliàs in cathedralibus ecclesijs & in regularibus & collegiatis,si fiat cōtra p capitula,cōuētus & collegia vel singulares personas,ipsi contra facientes sunt suspensi ab officio & beneficio quoliber,donec plenè restituerint q̄d de bonis peceperint à prælatis mortuis dimissis,aut vacatiōis tēpore obuenientibus nō obstātibus priuilegijs,cōsuetudinibus,statutis,iuramēto, cōfirmatione sedis apostolicæ,aut alia quacūq; firmitate valatis.extra de elect.quia sępe.lib.vj. Et similis ꝓhibitio fit generaliter de oibus ecclesijs,ne bona earū occupent à ꝓlatis quibus subsunt,seu ad quorum custodiam pertinent,aut alijs quibuscunq; personis ecclesiasticis, ad quorum collationem, ordinationem,præsentationem, seu custodiam pertinent dignitates,personatus,prioratus,vel ecclesiæ vacantes,nisi de speciali priuilegio vel consuetudine præscripta, vel alia rationabili causa:aliàs episcopi & superiores sunt suspensi ab ingressu ecclesiæ: & alij ab officijs & beneficijs,donec satisfecerint: vt in cap. præsenti.de offic.ord. libro vj. vbi etiam dicitur quòd vbi ex priuilegio vel consuetudine vel alia rationabili causa sibi quis asserit dicta bona competere: hoc de illis bonis solùm debet intelligi,quæ solutis debitis,si qua sint,& his quæ fuerint necessaria pro seruitoribus & ministris ac oneribus incumbentibus vsque ad nouos reditus supportandis congruè reseruatis ex ipsis reperta fuerint superesse. Quomodo autem ista prohibitio differat à priori,vide in dicto c.præsenti.in fin. ¶ Primò † verò quæritur,an valeant indulgentiæ concessæ personis,nō ecclesijs, aut dignitatibus,de percipiendis fructibus beneficiorum in absentia? Et dico quòd sunt cassæ & irritę:extra de reseript.cap.fin.lib. vj.

vj.sed illud capitulū,vt patet intuenti,nō cassat futuras post illam cōstitutionem:sed cassat præteritas,& futuras ostendit nō fiēdas à successoribus:vnde si fierent,tenerent, licet fortè interuenirent peccatū. ¶ Secundò,vtrū alienari possint beneficiorū fructus? Et dico quòd de iam perceptis planū est,quòd sic vt ꝛ. Alienatio.nec requiritur illa solēnitas,quæ in alienatione immobiliū requiritur:sed & percipiēdi locari possunt, etiā si sint decimæ vel alia,extra de loca.vestra. Sed hęc locatio nō extenditur vltra tēpus vitæ locantis: quia clericus in beneficio vsufructuario cōparatur.xvj.q.vj.illud.imò hodie dicendū est vt suprà Alienatio.§.xv. ¶ Tertiò. † vtrum canonici & alij clerici beneficiati,qui personaliter diuinis officijs non intersunt,possint percipere quotidianas distributiones? Et dico quòd non:nec valet consuetudo contraria,nec statutum,aut remissio canonicorū,quando eis non accrescunt: & tenentur ad restitutionē,nisi eos excuset infirmitas,aut iusta corporalis necessitas,aut euidēs ecclesiæ vtilitas:extra de cle. nō resi.c.j.lib.vj. Et intellige de infirmitate,quæ est causa,ꝓpter quam diuinis nō intersunt.aliàs secus:vt quia etiā quis si non fuisset infirmus, non interfuisset diuinis: quia tunc non habebit distributiones,secūdum Ge.ibi in d.c.j. Et ratio, quia casus supernueniens recipit interpretationem secundum statum præcedentem:vt in c.maiores.ad finem,de bap. ¶ Quarto,† vtrū clericus habēs sufficiens patrimonium,licitè sustentari possit de bonis ecclesię? Et dico,secundū Host.& Guli.q. sic,si ecclesię deseruit.xij.q.ij.charitatē.&.c.ecclesiasticis. Sed si non seruit,& in malos vsus expēdit,multipliciter peccat,& sacrilegium committit.xvj.q.j.quoniā.& j.q.ij.clerici. Et de huiusmodi debet intelligi c.pastoralis.&.c.non est mea.& similia.q.ead. Multa ad materiā beneficiorū habes j.tit. Clericus.& tit.Ecclesia.& tit.Præbēda.& tit.Residētia. & tit.Permutatio.& tit.Renuntiatio.

De Bigamo vel Bigamia.

1 *Bigamiam,quæ in vxorum multitudine aut pluralitate spectatur,quisnam primùm induxit? Et quotupliciter contrahatur?*

2 *Vir,si cum corrupta contrahat,cur irregularis efficiatur,num item si corrupius contraliat? Et quid si mulier esset ordinis capax,num cum corrupto contrahens irregularitatem cōtrahat?*

3 *Bigamiam duplicem esse,nimirum veram & interpretatiuam Et an sit quædam similitudinaria?*

4 *Bigamus num dicatur,qui primùm virginem ducit,quam non cognouit,sed ea mortua cum alia virgine contrahit,& eandem cognouit:aut contrà primam,non autem secundam cognouit? Et quid si quis ducat viduam,quæ tamen cognita non fuerit:aut quā virginem crediderit, corruptam tamen cōperit?*

5 *Bigamus num dicatur, qui vxorem vnam ante baptismum habuit,quam cognouit,& aliam suscepto baptismo superduxit?*

6 *Bigamus cur amoueri nequeat? Et huius quotuplex est causa? Et eadem, quòd in matrimonio iuxta duplicem coniunctionem, animorum scilicet,& corporum,duplex spectatur sacramentū.*

7 *Dispēsari cū bigamis,aliquid possit? Et quis eū hīmōi dispēset?*

8 *Bigamus ver. num clericali priuilegio priuatus sit? Et id num in omni bigamo locum habeat?*

9 *Canonistarum penalis de casu vera ad fictum,nō extendi possit?*

BIGAMIAM,quæ scilicet est in vxorum pluralitate secundum S.Th.Hebr.xj.primus introduxit Lamech pessimus,& vt dicit in iij.di.xxvij.irregularitatē inducit:quia habens alijs ministrare sacramenta, vt habens sacramentū ordinis,nullum debet in sacramētis defectum pati.defectus autem in sacramento est,quando sacramenti significatio integra non inuenitur:sacramentum autem matrimonij significat coniunctionem Christi ad ecclesiam,quæ est vnius ad vnam:vnde ad perfectam significationem sacramenti pertinet,vt vir sit tantum vnius vir, & vxor tantum vnius vxor:& consequenter bigamia,quæ hoc tollit,irregularitatem inducit.hæc ex illo. Vnde qui fornicatur cum pluribus,non est irregularis vel bigamus:quia coniunctio fornicaria non significat illam coniunctionē Christi sponsi & ecclesiæ sponsæ. Vt autem dicit S.Th.vbi suprà,Bigamia quadrupliciter cōtrahitur. Primò,cùm quis habet plures vxores de iure,scilicet successiuè. Secundò,cùm simul habet plures,vnā de iure,aliā de facto. Tertiò,cùm plures habet successiuè,vnā de iure,aliam de facto. Quartò,quando quis viduam duxit in vxorem:& in omnibus his est irregularitas adiūcta. Sed intellige:secūdum eundē & Rich.si interuenit copula. Quintò, etiam secūdum eundem ibi,quæstiuncula.iij.quādo quis cōtrahit & consummat matrimoniū cū corrupta ab alio,siue hoc sciat,siue non. Sextò, quando quis cognoscit propriam vxorem, postquam est ab alio cognita. Et intellige etiam si ad præceptū ecclesię debitum redditur,secundum communiorem opi. Host.& Ray.& etiam si ignorabat eam adulteram,secūdum Pan. in c.si vir.de adul.& allegat c.ij.de big.& in his etiam est irregularitas. Septimò,secūdum aliquos,si aliquam defloratit, deinde in vxorē eā duxit:tamen probabilius est quòd nō sit irregularis:quia carnē suā nō diuisit in plures. Hæc ex illo,quo scilicet ad bigamiā ꝓpter defectū sacramenti. Et hoc etiam vltimò tenet gl.& Pan.in c.sanè.de cle.cōiug. Ex statuto autem ecclesiæ bigamus largè oct auò est, q post solēne votū continentiæ,id est,qui existens in sacris,vel professus religionem matrimoniū cōtrahit de facto. Sed in hoc est diuersitas: quia Sum.Pis.& Archi.limitāt si contrahit cum corrupta,& allegant c.nuper à nobis.de biga.sed Summa Ant.& Ros.extendunt etiā si est virgo:& allegant d.c.nuper.&.c.super eo. de bigamis.in gl.& in c.fi.eod.tit.& xxvij.q.j.quotquot.in quibus tamen de virgine mentio non fit. Alij loquitur indistinctè,dicētes q̄ est irregularis si contrahat. Sed omnes dicunt verum:quia talis contrahens,propter duo est irregularis. Primò scilicet propter similitudinem ad verè bigamum:vt si cōtrahat cum corrupta:quia talis non est bigamus,cùm ibi nō fit matrimonium:& tamē est similis bigamo:quia nisi obstaret votum,ibi esset matrimonium & bigamia.& sic loquuntur primi. Et secundò,ratione præsumptionis de incontinentia,& ad maiorem sacri ordinis reuerentiam, & sic loquuntur secūdi ac tertij. Quantum ad dispensationem tamen refert an cum virgine vel cum corrupta contrahat, vt dicetur,

3 ¶ Primò † verò quæritur, quare irregularis est vir,si contrahat matrimonium cum corrupta:non autem si cōtrahit corruptus. Et S.Thom.vbi suprà,reprobatis multis opinionibus, dicit quòd defectus in sacramento causat irregularitatem: corruptio autem carnis,quæ matrimonium præcessit,nullum defectum facit in sacramento ex parte illius,in quo est corruptio,sed ex parte alterius:qa actus contrahentis matrimonium non cadit supra seipsum, sed supra alteram:& ideò ex termino specificatur: qui etiam est respectu illius actus quasi materia sacramenti. Vnde si mulier esset ordinis susceptiua,fieret irregularis si contraheret cum corruptoinon autem si contraheret corrupta, nisi prius in alio matrimonio fuisset corrupta:sicut econtrario est de viro.

¶ Secundò † quæritur, quotuplex in prædictis modis reperitur bigamia? Et dico q̄ est duplex, scilicet vera & interpretatiua secūdū gl.in c.super eo.de biga. Vera est in primo modo,id est,quando quis plures habuit legitimas vxores,secundum gl.ibi,& Rich.in iij.di.xvij. Interpretatiua autem quantum ad legē promotionis est in omnibus alijs modis secūdū gl. Quidam tñ dicunt bigamiam interpretatiuam dici,cùm quis

6

3

Universidad de Deusto
Biblioteca

quis cõtrahit eum corrupta ab alio, vel cognoscit suam post
adulteriũ eius:& vlterius dicũt bigamiam tumultuariam,
quando quis cõtrahit post votũ, vel habet duas vxores, vnam
de iure,aliam de facto succesiuè,aut simul. Et ista trimem-
bris distinctio videtur esse de mente dictæ gl.& Gemi.& con
4 sonat rationi. ¶ Tertiò† quæritur, si sit bigamus, qui primò
accipit virginem,sed non cognoscit, & ea mortua contrahit
cum alia virgine & eam cognoscit:vel econuerso si cognouit
primam & non secundam:Et dicit Mo.quòd non.extra eod.
ca.debitum.& patet ex dictis:quia requiritur copula.Et simi
liter non est bigamus, qui ducit virginem ab alio ductam,si
ue viduam,sed incognitam.xxx.dist.cap.ii.qui verò duxit iu-
dicio suo virginem,sed tandem eam iuuenem corruptam,& eo
gnoscit,bigamus est.xxx.dist.cap.si cuius.& cap.seq.nec excu
1 sat error vel ignorantia , secundũ Gof. ¶ † Quartò,verum sit
bigamus,qui vnam vxorem habuit, & cognouit ante baptis-
mum,& aliam post?Et dico quòd sic.xxvij.q.vlt.ca.oportet.
& cap.acutius.licet Ioan.malè contrarium senserit?Et idem
si habuit duas vxores ante baptismũ:& similiter qui ante ba-
ptismum dimisit vxorem propter fornicationẽ,& postea ac-
cepit eam:quia per baptismum irregularitas illa no tollitur:
vt probat S.Tho.vbi suprà licet tollatur irregularitas homi-
8 cidij,vt infrà Homicidium. ¶ Quintò† quæritur, quæ causa est
quòd bigamus promoueri non potest?Et dico huius tres esse
causas.Vna est dignitas ordinum.xxvj.di.vna.& cap.vlt.Alia
est incontinentiæ signum.dist.lxxij.propositi.Alia principa
lis est defectus sacramenti in significando matrimonũ Chri
sti,quod est inter vnum & vnã:ex quo iste dimisit carnem suã
in duas.xxvj.distinct.acutius.extra eo. debitum. Pro quo sci-
endum est quòd in matrimonio secundum duplicem coniun
ctionem,scilicet animorum & corporum,attenditur duplex
sacramentũ:quia prima coniunctio significat vnionẽ animæ
ad Deum:secundaverò vnionem Christi ad ecclesiã:quę fuit
quasi patrimonium imitatũ in patribus antiquis,ratificatum
in natura tale Christi, consummatum in cruce: vel ratificatũ
in cruce,& cõsummatum in gloria. Significat etiam vnionẽ
diuinitatis & humanitatis factam in vtero virginis .xxvj.di-
sti.actutius.de conse.dist.ij.in Christo.extra eodem. debitum.
7 ¶ Sextò† quæritur,vtrum licear dispensare cum bigamis?Et
dicunt quidam quòd non : sed tu dic cum opinione commu-
ni,& cum S.Tho.in iiij.dicente quòd bigamiæ non est adiun-
cta irregularitas iure naturali sed positiuo:nec iterum est de
essentialibus ordinis quòd quis non sit bigamus. quod patet:
quia bigamus accedens ad ordines,characterem recipit. Vn-
de in tali irregularitate papa dispensare potest.Quod autem
obiici posset per decretalem extra eo.nuper.quòd cum cleri-
cis,qui quantum in ipsis fuit, secundas mulieres sibi matri-
monialiter consunxerunt,tanquam cum bigamis non liceat
dispensare:soluit dicens, per hoc ostendi, ꝙ eadem est difficul-
tas dispensandi in illis, qui de facto cum pluribus contra-
xerunt,sicut si de iure cõtraxissent:non quòd subtrahatur pa
pæ dispensandi potestas. Et intellige eandẽ esse difficultatẽ:
quia idem dispensat vtrobique:licet facilius in bigamo inter-
pretatiuè secundũm multos.Quod autem obijcitur quòd nõ
licet dispensare contra doctrinam apostolicam vel ius diui-
num,quod dicit oportere episcopum esse vnius vxoris virum:
dicit verum esse,quantum ad ea,quæ sunt de iure naturali,&
de necessitate sacramentorũ ac fidei:in aliis autem quę sunt
de institutione apostolorum,cùm ecclesia habeat tunc eun-
dem potestatem statuendi & destruendi quam tũc habebat:
potest per eum , qui primatũ in ecclesia tenet dispensari.hæc
ille.& consentit Pet.de Ala.posset tamẽ dici quòd ista dispẽ-
satio ideò dicitur non licere:quia nunquã fit nisi pro magna
& ardua causa:sicut xxxiiij.dist.lector in gloss.vbi Lucius pa-
pa dispensauit cum Panormi.Archiepiscopo bigamo.
¶ Septimò quæritur,quis possit dispensare cum bigamis?Et
S.Thom.in iij.dicit quòd papa potest dispensare in tali irre-
gularitate totaliter:sed episcopus quantum ad minores ordi
nes,& secundum aliquos etiam quantũ ad maiores,in his qui
volunt Deo in regione seruire propter virandũ religiosorum
diceturium.hæc ex illo:qui loquitur de omnibus bigamis,ex-
cepto,eo qui cõtrahit post votũ solenne:qa de omnibus alijs
fecerat mentionẽ:& in oibus est æqualis difficultas dispen-
sationis.siue sint verè siue interpretatiuè bigami. Sum.tamẽ
Ange.tenet quòd in bigamo verè solus papa dispẽsat.xxxiij.
dist.iector.in gl.episcopus autẽ dispensare non potest,etiam
in minoribus.& allegat not.in cap.vnico.de bigamis.libr.vi.
vbi Fran.hoc dicit,& sequitur Io.And , fundantes se super il- 9
lo cap.vnico.ex quo hoc tamen haberi non potest: quia licet
illud cap.prohibeat clerico bigamo ferre tonsuram:tamẽ hoc
intelligitur,nisi talem habeat causam vt cum eo dispensetur:
opinio autem S.Tho.probatur in d.cap.lector.saltem quan-
tum ad permanere in ordine suscepto:quia illud ca. dicendo
quòd poterit manere in lectoratu,& si fuerit necesse , pro-
moueatur ad subdiaconatum,qui scilicet olim non erat ordo
sacer vt dicit glossa de bigamis.super eo.inouit: quod dictum
est.Quantum verò ad bigamum similitudinarie,id est, eum
qui contrahit post votum solenne,dicit panor.in cap. de dia-
cono.& cap. seq.qui cler.vel vo.quòd si clericus contraxit in
sacris cum corrupta,solus papa dispensat vt in d.c.nuper.Si-
militer etiã si de iure contraxit cum vna, puta antequã esset
in sacris,& de facto cũ alia,scilicet post ordinationẽ,& vera-
que cognouit:solus papa dispẽsabit vt d.c.nuper.Et similiter
in non clericis,qui isto modo sunt bigami,non distinguendo
vtrum sciuerint aut ignorauerint impedimentũ: quia respon
ad animũ cum opere sequuto attenditur:quia sic in ipsis est de
fectus sacramenti,sicut in verè bigamis.secundum glos.in d.
cap.j.& in d.cap.nuper. de bigamis. secundum Gemi.in cap.
vnico.de bigamis.j.si verò existens in sacris contraxerit non
cum corrupta,sed virgine, nec aliam vxorem habuerit ante
in habitu laicali vel in minoribus:poterit episcopus dispensã
re vt ministret.& est text.in c. diuersis.de cler. coniuga.& in
cap.j.qui cle.vel vo.cum gl. & etiam vt promoueatur ad ul-
teriora cap.lanè.de cle.coniug. Ad c.autem nuper.quòd vi-
detur contra,dicit illud intelligi de eo, qui ante sacros ordi-
nes aliam habuit,& post in sacris aliam accepit. Ad cap.verò
secundum,qui cle.vel vo.dicit quòd loquitur in eo,queni ve-
rè non pœnitet:vel est suspicio de reciduo:quia tunc nisi reli-
gionem ingrediatur,episcopus non potest,& similiter quan-
do imminet scãdalum:vt not. in d. cap. ¶ Octauò† quæritur, 1
vtrum bigamus verè sit primatus priuilegio clericali?Et dicit
tex.in cap.cum altercationis.libr.vj.quòd bigami rudati sunt
omni priuilegio clericali,& addicti foro seculari,non obsta-
te consuetudine:& eis sub pœna excommunicationis inhibi-
tum est deferre tonsuram vel habitũ clericalẽ.Sed gl.ibi di-
cit hoc intelligendũ de his, qui facti sunt bigami in minori-
bus:qui autem sunt in sacris,bene gaudent,secundum Gemi.
ibi.& diuersitatis ratio est,secundũ eum,quia existens in mi-
noribus taliter contrahendo potest & debet vinere vt laicus:
qui verò est in sacris,redire non potest ad seculum:vt not.de
app.cap.tuæ.in gloss.ti.secundum Ioan.de Fanto. Vnde licet
sit primatus habilitate ordinum,non tamen priuilegio cleri-
cali.Similiter religiosus approbatæ religionis gaudet:ita ꝙ
talem percutiens esset excõmunicatus: quia tex.in d.ca.vni-
co,restringitur vt loquatur de existentibus in minoribus, nõ
de monachis,vel existentibus in sacris.Nec obstat c.quisquis
dist.lxxxiiij.vbi dicitur,bigamum esse nudatum omni priui-
legio,& laicam solùm habere comunionem.Et cõsequenter
videtur quòd non possit esse monachus. Quia respondet Io.
And.in regula,delictum in merẽ.quòd erit laicus professus
quòd esse potest.c.ex eo.de elect.lib.vj.Et idẽ per omnia di-
cendum.est de bigamo interpretatiuè,sicut de vero,secundũ
Gem.& gl.ibi & Gul.& Guarro.Io.Mo.& Io.Cal.licet bona
gratia,alia. Boatinus,teneat cõtrarium,qui duxit in c.primo
de biga.quòd sacerdos,qui contraxit cum vidua, vel duo ma
trimonia successiuè,& postea commisit homicidium,poterit
puniri per iudicem secularem:per d.ca.vnicum.Sed primum
est cõmunius & verius,non obstante eo quod dicetur de ca.ii
vero ad fictum: quia in isto interpretatiuo idẽ est quo ad o-
mnem modum,sicut in vero:quia sic est in eo defectus sacra-
menti,sicut in vero bigamo:vt no.glo.in c.j. de biga.& patet
in c.debitum.eod.titu.vbi dicitur quòd diuisit carnem suam.
& facit etiam c.quisquis.lxxxiiij.distin.De bigamo verò simi
litudinarie verum sit similiter priuatus clericali priuilegio:
Dicit Gemini.vbi suprà.quòd non , nisi quo ad executionem 3
ordinum.Et ex hoc ipse infert,quòd constitutio pœnalis nõ
extenditur de casu vero ad fictum,quando casus fictus nõ fin
gitur idem esse quo ad omnem effectum, quem habet casus
verus,sicut est in proposito:vt patet in c.nuper.de biga.Intel
lige ergo textum dicti c.vnici,de bigamo vero & interpreta
tiuo,qui non est in sacris,vel religioso,qui est nudatus omni
priuilegio,& adtrictus foro seculari:& ei sub excommunica
tionis pœna præcipitur vt non deferat tonsuram vel habitũ
clericalem:vt in dicto c.vnico.& si portat,mortaliter peccat.

De Bissexto.

1 *Bissextus cur ita appelletur? Et an suspensus per annum, possit in vltima die anni bissextilis celebrare?*

2 BISSEXTVS† dicitur,quia bis,id est,per duos dies sta-
tus super sexto Calen. Martij.Et nota ꝙ vigilia Sancti
Mathiæ, debet semp ieiunari die immediatè precedẽte festũ,
nisi illud die lunæ euenerit,sicut de alijs infrà dicet in verbo,
Ieiunij:etiã qñ in anno bissextili festũ eius secundũ cõsuetu-
dinem Romanæ curiæ in die sexta celebratur de verb.signi.
quæsiuit.qa vigilia est ꝓpter festũ,nõ econtra:vñ mutato se
sto mutat vigilia.vide not.in d.c.quæsiuit.de verb.sig.mi.Vtrũ
autẽ suspensus p annũ celebrare possit in vltima die anni bis-
sextilis.Dic ꝙ sic,secũdũ gl.in d.c.quæsiuit.sicut libertas pro
missa seruienti per annũ,acquiritur,si seruit C C C L X V.
diebus.ff.de statu libe.l.cum hæres.§.Stichus.

De Blasphemia.

1 *Blasphemia iuxta Ambrosium distinctio:& quid blasphemia nomen iuxta Tho.importet?*

2 *Blasphemia, aut iuxta Theologos & propriè quandoq; sumitur, aut iuridicè, aut denique vulgariter.*

3 *Blasphemiæ species quot sint, & quot modis dicatur?*

4 *Blasphemia, num mortale peccatum sit? Et quid si ex repentina subreptione sine deliberatione fiat?*

5 *Blasphemia num sit peccatum remissibile. Et idem, quòd quædam remissibilia dicantur, & quædam irremissibilia. Et qualiter hæc sint intelligenda?*

6 *Blasphemia peccatum, nũ remissibile sit per proprij sacerdotis absolutionem.*

7 *Blasphemare publicè, quando quis dicatur? Et num à blasphemia publica sacerdos simplex absoluere queat?*

8 *Blasphemantis publicè, quænam pœna sit?*

9 *Dispensatio, nũ aliqua in pœnis blasphemãtibus publicè infligendis, contra capit. statuimus. de maled. dispositionẽ adhiberi possit? Et quid si blasphematum est ebrietatis occasione, vel ira-cundiæ calore?*

10 *Pœna d.ca.statuimus. num in omnibus blasphemandi modis, de quibus tractatum est, locum habeat? Et quid si blasphemanti pœna irrogetur pecuniaria, eus cedat?*

BLASPHEMIA, †secũdũ mentẽ Ambrosij, diffinitur 1
vt sit affirmatio falsitatis, vel negatio veritatis circa
Deũ:& blasphemare,sit attribuere Deo falsum , siue qã illi
non cõuenit:vel negare de illoverũ, siue qã illi conuenit.cuius
ratio est,quia secundum S.Th.ij.ij.q.xiij.nomen blasphemiæ
importat derogationem excellentiæ bonitatis præcipuè diui
næ:quicũque autem negat de Deo aliquid ei conuenientis,vel
asserit de eo quod ei non conuenit,diuinæ derogat bonitati:
quia cũ Deus,secundũ Diony.sit ipsa essentia bonitatis:quic
quid Deo conuenit,pertinet ad eius bonitatem:& quicqd ad
ipsum non pertinet, longè est à ratione perfectæ bonitatis:
vnde omnis talis blasphemat, vel secũdum solã opinionẽ in-
tellectus,vel etiã cõiuncta quadã affectus detestatione: quo-
rum vtrunq; si consistat in corde , dicitur blasphemia cordis:
si verò exterius prodeat per locutionẽ , est blasphemia oris, 2
quæ opponitur fidei confessioni.Sed † tamen aduerte q; blas
phemia sumitur primò Theologicè & propriè : & sic est id
ꝙ dictum est.Sumitur etiam iuridicè:& sic includit blasphe-
miam propriè,& etiã maledictionẽ factã Deo vel sanctis:vt
patet extra de male.ex rubrica & capitulis: qa rubrica est de
maledicis,& tamen capitula loquuntur de blasphemis:vt pa-
tet in ca.statuimus. vbi maledicus appellat blasphemus.Pro
quo etiam facit:quia ibi dicitur maledicus,non solùm impre
cator mali,sed etiam mali enuntiator,vt detractor,sicut per
glo.ibi patet in c.j.& sic ibi sumitur maledicus pro quocunq;
maledicente:& consequenter etiã ibi sumitur blasphemus ꝙ
quocunq; dicente aliqua mala de Deo vel sanctis enũtiatiuè
vt blasphemus propriè & imprecatiuè,vel etiam detestatiuè
siue despectiuè vt maledicus.Sumitur etiam vulgariter blas
phemia,& sic conuertitur cum iuridica:vt intelligamus iura
allusisse locutioni vulgari:vel vulgare ex iuridica descẽdisse.
¶ † Primò verò quæritur,quot sunt species blasphemiæ? Et 3
dico,vt recitat S.Tho.quòd secundum aliquos sunt tres,scili
cet attribuere Deo inconuenies, remouere ab eo cõueniens,
& attribuere creaturæ quod est propriũ Deo: sed Sã.Th.vbi
s.ar.j.ad tertiũ,dicit quòd secundũ illa tria non possunt pro-
priè distingui diuersæ species peccati blasphemiæ : quia duo
prima non differunt:nisi sedm affirmationem & negationẽ:
quæ diuersitas speciẽ habitus nõ distinguit:qa per eandẽ sciẽ
tiam innotescit falsitas affirmationũ & negationũ,& per ean
dem ignorantiã vtroq; modo erratur:cum negatio per affir
mationem probetur,primo Posteriorũ. Tertiũ verò, scilicet
attribuere creaturæ quod est Dei, pertinet ad primum:quia
quicquid est Deo propriũ est ipse Deus:& cõsequenter attri-
buere quod est Deo propriũ creaturæ, est ipsum Deũ dicere
idem creaturæ.Sum.autem Ang. attribuit S.Tho.quòd tria
prædicta sint tres species:sed fallitur. Igitur secũdum mentẽ
S.Th.species blasphemiæ sunt duæ,scilicet blasphemia Dei,
inquantũ Deus:& blasphemia Dei inquãtũ Spiritus sanctus.
¶ Secundò quæritur,quot modis sit blasphemia Dei inquan- 4
tum Deus?Et dico quòd in genere sit duobus modis,scilicet sex
corde & ore:sed vterque illorũ modorũ diuiditur in sex mo- modi
dos.Primò,si affirmat de Deo falsum,vt est Deus improui- blasf.
dus,iniustus,& huiusmodi.Secundò,si negatur verum:vt,non
est Deus iustus,non est prouidus:non potest facere hoc vel il-
lud,quod tamen est possibile : & idem si dicatur ad despectũ
cùm sit dicere quòd Deus eum prohibere nõ potest.Tertiò,
si appetitus detestetur diuina:vt maledictus sit Deus : veniat
Deo hoc vel illud,& huiusmodi : quasi Deus esset creatura

Universidad de Deusto
Biblioteca

subijcibilis huiusmodi imprecationibus: quia hoc est blasphemia vulgaris, scilicet imprecatio: licet sit proprie maledictio: & etiam est blasphemia iuridicè: includit etiam hoc blasphemiam Theologicè, pro quanto virtualiter attribuitur Deo inconueniens: puta quòd sit talibus subijcibilis. Quartò, affirmando vel negando vel detestãdo prędicto modo in sanctis Dei in quibus ipse & contemnitur & honoratur. Quintò, si Deo vel sanctis eius attribuatur quidem aliquid verum, sed tamen inhonestum cum irreuerentia magna, sicut faciunt ribaldi iurantes per culum Dei: aut sexum fœmineum Sanctarum. Sextò, quando attribuitur Deo vel Sanctis aliquod verum & honestum, sed tamen irreuerenter: vt iurando per eorpus & sanguinem & caput Dei, & huiusmodi, ex consuetudine vel passione: sed duo vltimi modi sunt reductiui, & non sunt blasphemiæ propriè, sed solùm secundum modum.

4 ¶† Tertiò quæritur, vtrum blasphemia sit peccatum mortale? Et dico quòd sic, secundum San. Tho. vbi suprà ex genere suo: quia repugnat diuinæ charitati, cùm deroget diuinæ bonitati: vnde pro ea infligitur pœna mortis. Leuitici vigesimoquarto. Vnde quantum ad primos quatuor modos nõ est dubium de mortali, etiam si fiat ex repentino motu passiõis: nisi excuser subreptio tanta, vt homo non aduertat id qđ cogitat aut loquitur esse blasphemiam: quia tũc est veniale vel nullum, quantum etiam ad quintum communis doctrina Sanctorum est qꝫ sit mortale ex suo genere, cùm ex se habeat irreuerentiam magnam. quantumverò ad sextum dico quòd de se non est mortale: quia talia iuramenta possunt aliquando licitè fieri: vt dicetur infrà Iurare: scilicet quando essent cum iustitia, veritate, & iudicio: aliquando verò sunt venialia, vt quando interuenit irreuerentia parua aliquando mortalia, vt quando sunt cum irreuerentia & despectu magno: quod arbitrio boni viri pensabitur: & similiter essent mortalia, & essent veræ blasphemiæ quando in huiusmodi haberetur sensus erroneus: puta qꝫ Deus ex sua natura corpus aut caput vel capillos haberet. ¶ Quartò, vtrum blasphemia ex repentina surreptione possit esse mortale? Et dicit Sanc. Th. vbi suprà, quòd dupliciter blasphemia ex surreptiõe fine deliberatione procedit. Primò sic, quòd quis non aduertit hoc quod dicit esse blasphemiam: vt cùm quis subitò ex passiõe in verba contumelioſa prorumperet, quorum significationẽ non considerat: & tunc est veniale. Secundò, quando aduertit hoc esse blasphemiam, considerans significationem verborum: & tunc non excusatur à mortali: sicut nec occidens ex ira hominem subitò. hæc ex illo. Sed tamen aduerte qꝫ ex duplici causa est quòd homo non considerat blasphemiam esse blasphemiã. primò scilicet ex subita passiõe: & sic ipse loquitur. & secundò ex cõsuetudine, concomitante quodam propriæ salutis contemptu, vel lata negligentia, qua non curat homo cauere peccata: & hoc dubito mortale, saltem præsumptiuè, & in iudicio causarum quantum ad blasphemiam propriè dictã: quia lata culpa æquiparatur dolo. ff. depositi. l. quod Nerua. & in cap. vt animarum. de constitu. lib. vj. imò Supple. dicit esse mortale, si quis ignoret quidem sua verba importare blasphemiã: sed tamen recto animo nõ mouetur: quia ignorans ignorabitur. j. Corinth. xiiij. Sed hoc puto esse contra S. Tho. vbi vult quòd passio cum ignorantia excuset: quia blasphemãs cũ passione mouetur malo animo. ¶ Quintò, vtrum peccatũ blasphemiæ sit remissibile? Et dico secundum sanctos & scripturas, omne peccatũ esse remissibile per pœnitentiam & misericordiam Dei. Quædam tamen dicuntur remissibilia, quia ex se habent circumstantias alleuiantes, & ad remissiõnẽ pronocantes: vt quæ fiunt ex ignorantia vel fragilitate. Quædã verò dicũtur irremissibilia, vel quia non habent tales circumstantias, vt quæ fiunt ex malicia: vel quia excludunt pœnitentiam, vt finalis impœnitẽtia, quæ remitti non potest: licet remitti possit interuẽto finaliter nõ pœnitẽndi. Igitur blasphemia dicitur remissibilis, si fiat ex vehemẽti passione, vel deceptione, vel infirmitate, & huiusmodi: & sic intellige illud Mat. xij. Omne peccatũ & blasphemia remittitur, scilicet si fiat isto modo. dicit verò irremissũ illis si fiat cum certa malitia, non quia remitti non possit, sed quia non habet causam motiuam ad remissionẽ. Et sic intellige illud Matth. xij. Spiritus autem blasphemiæ nõ remittitur: scilicet de facili. ¶† Sextò, vtrum peccatum blasphemiæ sit remissibile per absolutionem proprij sacerdotis: siue vtrum ipse ab illo possit absoluere? Et dicit Panor. in c. statuimus. de maled. qꝫ non, si blasphemia sit publica: sed absoluit episcopus. Et facit gl. in c. ij. de pœ. & remiss. li. vj. Secus si occulta: quia tunc non pertinet ad episcopũ, secundũ Host. Et si quæratur quãdo sit publica, idẽ Pan. ibi sic dicit: Dicitur autẽ quis publicè blasphemare, vt sit locus dispositioni dicti c. secũdum Host. quãdo blasphemia est notoriã de iure vel de facto. de quo infrà, Notorii. facit c. si. de cohab. cler. & muli. Item dicitur publica quando corã pluribus personis blasphemauit, hoc refertur postea episcopo: & sic licet nõ transiuerit in notorii, satis est quòd probari possit, arg. in l. palam. ff. de ver. sign. Sumitur ergo hic publicè vt species distincta à notorio. hęc ille. Sed Sũ. Ange. limitat vt referuetur episcopo quãdo est publica non simpliciter: sed quando ꝓpter publicitatẽ defertur ad episcopũ: vnde secundũ Gof. & Host. inquit, quæ dicuntur in d. c. statuimus. de pœna tẽporali vel pecuniaria, intelliguntur sedente iudice pro tribunalitio iudicio aũt animæ presbyter discretus molliendo rigorẽ dispẽsare poterit ex cã circa pœnam spiritualem. hæc Hosti. & d. Sũ. rationabiliter ita quòd licet blasphemia sit publica, tamẽ simplex sacerdos absoluit, nisi iuridicè sit per accusationẽ ad episcopũ delata: & si post absolutionẽ à sacerdote fiat accusatio coram episcopo: agit episcopus ad pœnã d. c. iudicialiter, sed non absoluet denuo. Sum. verò Ros. malè refert istam limitationẽ, & malè reprobat, dicens qꝫ nullo iure probatur: quia probatur interpretatione Gof. & Ho. Inn. & Pan. vt patet ex dictis bene inspectis & de hoc j. §. sequen. ¶† Septimò quæritur, quæ sit pœna publicè blasphemantis? Et dico qꝫ d. c. statuimus. quod scilicet loquitur de blasphemia Theologicè & iuridicè, etiam nõ sit hoc notorium, modò probari possit, talẽ imponit, vt scilicet & pœm dominicis stet præ foribus ecclesiæ dũ agũtur missarum solennia, & vltimo die sine pallio & calceamentis, & ligatus corrigia in collo: & in septẽ festis ferijs præfatarũ dominicarum ieiunet in pane & aqua, & nõ intret ecclesiã: & in quolibet præfatorũ dierũ, tres si poterit, vel duos, vel saltẽ vnum pauperem reficiat: & si non potest, in aliã pœnã conuertitur quam pœnitentiam si facere noluerit, interdicatur ei ingressus ecclesiæ. & si obitu careat ecclesiastica sepultura. Et si est diues, per temporalem potestatẽ coactione, si necesse fuerit, episcopi cogetur soluere solidos quadraginta, vel triginta, vel viginti, vel saltem quinque monetæ vsualis. Et secundum Vinc. etiã si in extremis velit pœnitere, carebit sepultura, si per episcopum sententia lata fuerat contra eum. Et hãc Ant. de But. Et ibi mãdat Papa hoc statutũ poni inter alia statuta communitatum. Hoc tamen capitulum non habet locũ in clerico, secundũ Pan. ibi, & cõmuniter docto. quia clericus non agit publicam pœnitentiam. 50. distinctio. ex pœnitentibus. Et similiter non habebit locum, si dixit ex calore iracundiæ, vel ebrietate per verbum, præsumpserit, in d. capitulo posito, sed de hoc infra. §. nono. Et similiter, secundum Gofredum, non habet locum in iudicio animæ, sed discretus confessor

confessor molliet hunc rigorem. Et hoc tene: licet Supple. dicat quòd imò habebit ibi locũ, quia pœnitentiæ omnes sunt arbitrariæ. Ex his aute Pan. infert quòd obligatus ad pœnã pecuniariam pro maleficio, si nõ est soluendo, id est si soluere non potest, debet luere in corpus: & sic finem litibus dare. Secus si est obligatus ex cõtractu vel quasi: quia expectatur fortuna jungitur. ¶ Octauò † quæritur, vtrum contra dispositionẽ dicti capituli debeat in dictis pœnis adhiberi aliqua dispensatio? Et dicit Pan. quòd nõ, innixus in verbo, nullam misericordiam habiturus. sed Host. dicit quòd ex magna causa posset adhiberi misericordia, si persona est honorabilis, quam nõ deceat sic publicè pœnitere: quia vult hanc pœnã eleemosynis redimere. pro quo facit c. j. de voto. & c. mulieres. de senten. excom. & c. medicina. de pœni. distinct. j. & hoc Panor. dicit æquũ. ¶ Nonò, vtrũ mulctetur pœna d. c. qui ebrietatis vel iracundiæ calore blasphemat? Et dicit Gof. qꝫ non, propter verbum, præsumpserit, positũ in d. c. statuimus. quod dictũ Pan. dicit sibi placere in ebrio: arg. l. omne delictũ. §. q se vulnerauit. ff. de re mili. Sed in accenso calore iracundiæ fortè nõ procederet, nisi calor esset ex iusta causa, puncatus ar. l. si adulterium. §. Imperatores. ff. de adul. Secus quãdo ex causa iniusta: puta quia in ludo amisit. ar. c. inebriauerunt. xv. q. j. & idẽ tenet Host. vt dicit Directo. d. j. ti. xv. quia cõtra peccatorem Deum vel Christum quondie eũ ira blasphemantes hæc pœna specialiter inducta est. nec al quis de facili Deum blasphemat, nisi iratus. Posset tamẽ iracũdia tanta esse, quòd dementiæ equipararetur: & tunc locum haberet dictũ Gof. quod secũdum Ant. de But. procedit indistinctẽ per verbum, præsumpserit, in d. c. positum. Sed melius Pan. quia etiam est præsumptio magna: etiã ex ira blasphemare stãte vsu rationis. ¶ Decimò † vtrum hæc pœna locum habeat in omnibus modis blasphemãdi superius recitatis? Et dico quòd de quatuor primis non est dubiũ quòd sic apud doc. quia omnes continẽtur sub iuris blasphemia, quæ in d. c. punitur. de sexto etiam dicit Dire. quòd iurans per corpus vel caput vel capillum Dei, si hoc detestando aut vituperando facit, habet locum dicta pœna. Secus si hoc dicit affirmando vel iurando: & intendit quòd iurans per corpus Dei ad aliquid affirmãdum, etiam si ex ira iuret, non ligatur hac pœna, licet irreuerentiã Deo faciat. Secus si sic dicit non ad iurandum, sed per modum cõtemnẽtis Deũ. Ex quo etiã paret quòd à fortiori locũ habet hæc pœna in v. modo qui nunquam est ad iurandum, sed semper est ex cõtemptu, id est ex negligentia reuerẽdi Deum, & animam suam, etiam si fiat ex consuetudine cũ lata negligẽtia. ¶ Vndecimò quæritur, quis habebit dictã pecuniariã pœnam? Et dicit do. Ant. de But. quod iudex secularis, secundum aliquos, eam habebit à clerico & laico, per id quod sequitur, inter alia communitatum statuta. secundum alios econtra iudex ecclesiasticus eam habebit ab vtroque, cùm crimen sit ecclesiasticum: secundũ Gof. eam habebit laicus iudex à laico, & ecclesiasticus à clerico. ad quod de hære. excõmunicamus. & de iudi. ita quorundam. Vel dic quòd habebit eam iudex condemnans, siue sit laicus quantum ad laicum, siue ecclesiasticus quantum ad laicum & ecclesiasticum.

De Calice.

1 *Calix ex qua materia confici debeat?*
2 *Calicem ac patenam quis conficeret? Et quomodo execrentur?*

CALIX † nõ debet esse de ære, aut aurichalco, aut cupro: quia hęc ꝓpter æruginẽ vomitum prouocant: aut ligno ꝓpter poros, ne sanguis subintret: aut vitro vel crystallo propter fragilitatem: nec de lapide propter ineptitudinem. de cõsec. dis. j. c. vasa. & c. calicis. vbi dicitur quòd tam calix quàm patena debet esse de auro vel argento vel stãno: & cõsequenter quia de his tantũ mẽtio fit, omnis alia materia prohibetur. licet Aste. lib. iiij. de mẽte Rode. dicat quòd sub stanno intelligitur plumbum: quod tamẽ Ro. negat propter hoc quòd & ipsum æruginẽ cõtrahat. ¶ Primò † verò quæritur, quis possit calicem vel patenã conficere? Et dico quòd Card. in cle. attẽdentes. de ista. reg. videtur sentire quòd episcopus: & etiã abbates, qui vtuntur insignijs pontificalibus, quando hoc habent ex consuetudine: quia ista sunt potius dignitatis quàm ordinis. Sed Gemi. in ca. abbates. de priui. lib. vj. dicit qꝫ licet gl. ibi sit pro abbatibus: abstinere tamẽ debent ꝓpter vnctionem. quæ sit in calicis cõsecratione. c. vnico. de sacra vnctiõe. de his autẽ 5. Benedictio. §. ij. & iij. ¶ Secundò quæritur quo modo execretur? Et dicit Pet. de Pal. quod calicis cõsecratio in superficie fit: vnde si calix argenteus deauretur, indiget reconsecratiõe. Secus tamẽ videtur, si deauratio eadat propter vsum: quia nõ recõsecrabitur. Nec est simile in calice deauratio, sicut in pariete ecclesiæ, qui decrustatus indiget reconciliatione. de consec. dist. j. c. ecclesijs. in gloss. sed in perditiõe auri, quod ita subtiliter ponitur, non videtur consecratio ita esse in superficie eius quin remaneat in argento: & ita seruat consuetudo. Similiter execratur calix, si scyphus à pede ex toto separetur, licet nõ fit fractus: puta quia iunctura est tornatilis siue ad vitem: & similiter si amittat formam suam argumen. cap. j. de cõse. eccle. vel alta. & quia destructa forma iam nõ est calix: secus si formã nõ amisit, licet sit aliqualiter læsus. Si tamẽ scyphus esset taliter fabricatus quòd eo solo posset quis vti in celebrando: & cum hoc esset separatim à pede in calicem consecratus: tũc nõ execrabitur per separationem à pede: quia per se est calix, & per est tantum ad bene esse. Circa hoc autem faciunt multa dicta suprà, Benedictio.

¶ CALVMNIA quid sit. Iuramentum. j. §. ij.

¶ CALVMNIATOR quis sit, aut tergiuersator, vide ẽ. Accusatio.

¶ CAMBIVM, vide j. Vsura iiij. per totum.

De Portione canonica.

1 *Canonica portio, cur ita dicatur? Et quotuplex sit?*
2 *Consuetudo, quod nihil debet Episcopo, vel parochiali ecclesiæ nomine portionis canonicæ, an valida sit? Et num ad esse consuetudinis titulus requiratur?*
3 *Portio Episcopo, vel ecclesiæ parochiali debita pro parte, vel in totum præscribi, etiam sine titulo possit, si modo tantũ intercesserit tempus, de cuius initio memoria non exiet. Et num prædicta portio pacto renuntiare queat?*
4 *Quarta episcopalis à quibus, & de quibus debeatur? Et ibidem subiiciuntur limitationes septem.*
5 *Quarta hospitalis relictorum, num episcopo debeatur? Et quid de his, quæ fraternitatibus relinquuntur?*
6 *Legatum quando sit singularis personæ num episcopo quarta debeatur? Et quid in legatis pro male ablatis? Item, quid si subditus leget ecclesiæ extra diœcesim?*
7 *Canonica parochialis à quibus, & de quibus debeatur?*
8 *Legari intuitu personæ, quando dicatur? Et sub hac sedecim limitationes, de quibus recte & ordine disseritur.*
9 *Quarta parochialis num debeatur, de legato facto vectori ecclesiæ, in qua quis sibi sepulturam elegerit, pro missis ibidem per eundem celebrandis? Et quid de relictis iure institutionis? Et quid de mortis causa donatione?*
10 *Canonica portio cuinam debeatur? Et quid si quis domicilium in diuersis parochijs, æqualiter in eis se collocans habeat? Et si sacerdos parochialis fuerit in portione petenda negligens, an Episcopus possit pro illo petere?*

Universidad de Deusto
Biblioteca

11 *Si quis in vna ecclesia audiat diuina, & in alia sacramenta percipiat, qualiter præstabitur canonica portio?*

12 *Legatorū fidelium ab his, qui in locis religiosis in cōfratres recipiuntur, num quarta debeatur? Et qualiter huiusmodi quarta extrahatur?*

13 *Consuetudo, quæ in certis regionibus viget, vt de omnibus mobilibus quæ defunctus potest in testamento relinquere, aut legare, ecclesia tertiam exigat partem: si morienti iniūgat, vt omnia mobilia vendet, an iuri cōmuni præiudicet? Et num huiusmodi præcepto moriens parere teneatur.*

14 *Sepeliuerant in propria ecclesia eligens, si nihil ipsi leget alijs autem multa leget ac relinquat, num possit ecclesia propria portionem aliquam petere?*

15 *Infirmus in vna parochia, si in aliam se trāsferri procuret, ibique decedat, num ex hoc canonica portione priuetur ecclesia prior? Et ad hæc subnectuntur conclusiones octo.*

1 CANONICA portio dicitur, quia sic à cononibus approbata, & debita iure decretorū.x.q.j.de his.&.c.decernimus.& xvj.q.j.constitutū.& in clemen.dudū.de sepul.Et secundū Zaba.post Mat.est duplex: Vna scilicet debita episcopo ab omnibus ecclesijs totius diœcesis de omnibus relictis factis eisdē, quā tñ nō habet ab ecclesijs suis extra diœcesim. Et de hac in d.c. de his.&. c.seq.in gl.de test.c.officij.&.c.seq. cū concordātijs in gl.Alia debita ecclesiæ parochiali de relictis à parochiano, vel obuenientibus ratiōe funeris loco illi in quo eligit sepulturā. Quarū episcopalis quidē, secūdū glo.in c.requisisti.de testa.est tertia vel quarta secūdū cōsuetudinē: parochialis verò est varia, id est, medietas, tertia & quarta, secundū varia iura & varias cōsuetudines, quibus cōsuetudinibus standū est, extra de sepul.certificari. Et si ibi consuetudo nō appareat secundū Ho. spectāda est cōsuetudo ecclesiæ metropolitanæ: & si nec illa appareat, spectāda est cōsuetudo ecclesiarū vicinarū: quę si varia sit, secundū Gof. quarta debetur: quia in hac iura magis cōcordare videtur. extra eo. in nostra. Itē quia in dubijs sequimur qđ minimū est. ff.de lega. ij.l.si ita relictū. in fi.ff.de reg.iur.l.semp. Et ita no. Archi. in c. cū quis. de sepul. lib.vj.& Inn.in d.c.requisisti.& Ber.in d.c.certificari. Et hoc verū, nisi, vt dictū est cōsuetudo esset dandi medietatē vel tertiā: quia ista tunc esset debita. Et sic intellige iura dicentia quòd est tertia vel medietas. Et de hac quarta, quæ datur ecclesię parochiali, detrahitur ab episcopo pro se quarta illius quartæ à fratribus aut ē episcopus nullā detrahit quartā, secundū Feder. quod allegat tab. nisi q̄ vbi episcopus parochialis omniū, vt Neapolis: vt parochialis recipiat quartā à fratribus, nisi scilicet sint priuilegiati. ¶ Primò † verò quęritur, vtrū valeat cōsuetudo q̄ nihil detur episcopo vel ecclesię parochiali? Et dicit Panor. in d.c.certificari. qđ secūdū gl. in c. fi. de cōsue. li.vj. vbi cōsuetudo est ꝑter ius: ad eam valere sufficit tēpus x. annorum. vbi verò est cōtra ius, requiritur tēpus xl. annorū: vt in c. fi. de consuet. Igitur consuetudo quòd detur episcopo vel parochiali ecclesię vltra dimidiam: pura q̄ detur duæ partes scilicet ex tribus: vel q̄ detur citra quartā, id est minus quàm quarta, secundum Host. valet si sit prescripta. Et loquitur de portione episcopali. Et idē sentit de parochiali, vt dicit Panor. q̄ si detur infra dimidiam & quartam valet consuetudo, etiam non præscripta. Et cum hac opinione transit Io. An. quia inquit Panor. consuetudo dandi infra dimidiam & quartam non est cōtra, sed præter ius, quòd verò detur vltra dimidiam vel citra quartā, est cōtra ius: quia nullo iure cauetur vt debeatur minus quarta, vel vltra dimidiam. Verum autem valeat cōsuetudo quòd nihil penitus detur, sunt opiniōes. sed Host. videtur velle, & Io. An. post ipsum quòd nō valeat: similiter Gof. & Ray. cùm sit irrationabilis. de cōsue. c. fina. & cōtra iura. de sepul. c. j. sed Pet. de Peru. & Inno. tenent quòd valeat, si sit præscripta ꝑ spatio xl. annorum. & Host. ac Io. And. si sit præscripta cū titulo, id est cū rationabili causa: puta propter beneficium factū ecclesię vel huiusmodi. Sed contra hoc Panor. opposuit ibi: quia ad esse consuetudinis non requiritur titulus sicut nec in lege cōdenda: quia nō differunt nisi sicut tacitū & expressum: cum cōsuetudo sit ius moribus introductū, & cōsequēter inductū ex tacito consensu populi: vt di.j. cōsuetudo. & in l. de quibus. ff. de leg. Et sic idē dicit q̄ dictum Host. & Io. An. intelligi debet in cōsuetudine impropriè dicta, quę ꝓpriè est præscripta. & sic intellige gl. c. nō est. de consue. lib.vj. & vide ibi notata per Io. And. Innoc. Vnde sicut in præscriptione contra ius requiritur tempus: vt in c.j. de præscrip. lib.vj. ita & in hac consuetudine impropriè dicta: vt probatur in d.c. non est iuncta glo. Et ex his infert Panor. ad id quod tacitè sentiunt prędicti duo, dum videtur velle facere differentiā, vtrū præscribatur portio minor. quarta, an in totū, id est vt nihil debeat: quia dico, inquit, quòd vtroq; casu requiritur præscriptio cū titulo, cū sit contra ius: & hoc verū quādo inducitur cōsuetudo cōtra eum cui debetur portio de iure cōmuni: ita tunc non est propriè consuetudo, sed præscriptio: ideoq; debet habere comites præscriptionis. Sed si induceretur cōtra aliū: tūc inducī potest vt consuetudo, & cōsequenter sine titulo: quia ad esse consuetudinis non requiritur titulus, vt dictū est. Et pro his Io. And. in d.c. non est. & in c. fi. de consue. & secundū prędicta intellige gl. in c.j. de sta. reg. Et † ex prędictis omnibus cōclude quòd hęc portio debita episcopo vel ecclesiæ parochiali potest ꝙ parte, vel in totū præscribi: & sufficit tēpus sine titulo, de cuius initio nō est memoria: quia illud habet vim tituli: vt in d.c.j. de præscr. li.vj. Hæc Pan. qui sentit quòd in vtroq; prædicto casu, si cōsuetudo sit cū titulo sufficit tempus xl. an. vel cuius nō sit memoria in contrariū, si sit sine titulo. Et ratio est, quia ius cōmune est pro ecclesia parochiali vel episcopo. & consequenter cū præsumptio sit cōtra possidentē, oportet quòd titulum alleget & probet, per quē talis præsumptio tollatur. ¶ Secūdò quæritur, vtrū prædicta quarta possit renūtiari per pactū? Et dicit Arch. in c. pactū. de pact. li.vj. q̄ pactū nō valet quādo dānificatur ecclesia: sed vbi nō dānificatur, valet etiā sine authoritate superioris. C. de procu. l. nō eo minus. ¶ Tertiò † quæritur, à quibus debeatur quarta episcopalis? Et dicit Host. in Sum. ti. de sepul. q̄ deberur & peti pōt ab omnibus ecclesijs intra propriā diœcesim cōstituris. xvj. q.j. cōstituerit. siue sint capellæ monachorū, vel aliorū religiosorū, vel monasteria, vel alia pia loca: siue sint cōuentualia, vel quæcunq; alia in ciuitate vel extra. de off. or. conquerente. de testa. officij. &.c.requisisti. etiā si sint exempta: nisi in priuilegio fiat specialis mentio de prædicto quartę episcopalis, de decimis. §. vltr. ff. ne q̄d in loco pub. l.j. §. merito. Pan. autē in d.c. officij. tenet contrarium, scilicet quòd debeatur solū ab ecclesijs episcopo subiectis, nō ab exēptis seu subiectis immediatē papæ dicens quòd communiter sic tenetur. sed Pet. de Peru. in tract. de Canonica portione, limitat Pan. dicere verū quando legans ecclesiæ exēptæ nō est subditus episcopi, vel est exemptus similiter, aliàs debetur: sed verior est opinio Pan. q̄ ista quarta datur ratione ecclesiarum solicitandarum per episcopum, nō ratione legantium: vt patet in d.c. conquerente. vbi de tenentur exempti soluere eam papæ, secūdum Abb. in capi. requisisti. de testamē. & sequitur Perr. vbi ꝫ. sed legatus de latere eam petere non potest: quia non est diœcesanus exemptorum. de priuilegijs. c. authoritate. libro sexto. in glo. ¶ Quartò quęritur, de quibus debetur quarta episcopalis? Et dico

Et dico quòd de omnibus legatis factis ecclesijs & locis à quibus debetur, & de decimis, & de his quæ obueniunt funeris occasione: vt in c. requisisti. de testa. & ibi Pan. Fallit tamē hoc: quia dicitur in c. fi. de testa. quòd de his, quæ in ornamentis vel pro cereis seu fabrica, luminaribus, anniuersario, septimo, xx. xxx. siue alijs ad perpetuū cultū diuinū legatis ecclesijs vel reliquis pijs locis canonica portio, dummodo in fraudem nō fiat, vt episcopus seu parochialis debeat detraudari, deduci non debet: vnde fallit in septem casibus secundū. Pet. vbi ꝫ. Primus, quando relinquitur aliquid pro ornamētis ecclesiæ seu vestibus: vt sericum pro planeta: vel aliud ornamentum pro altari: vt not. doct. in c. fina. de testa. Ex quo sequitur quòd si legatur aliqd vt fiat chorus vel pictura, vel anchona, vel calix, vel huiusmodi, nō debetur quarta: quia ista est fabrica ad lōgæuū honorē Dei. d.c.fi. & l.j. C. ne lic. sig. sal. & Inn. dicit in c. cū ad sedē. de resti. spo. q̄ cruces & calices sunt ornamenta ecclesiæ. Et idem intelligo de omni quod venit in vsum diuini cultus in ecclesia quod vsu ipso non consumitur: vt libri, campanæ, & omnia huiusmodi: imò si consumuntur ipso vsu, sed immediatè ad honorē Dei, vt oleum, & cera pro luminaribus. Secundus, quando legatur pro prædictis ornamentis redimendis, ornandis, reparandis, secundū Inno. in d. c. fi. Et idē intelligo quando legatur pro extruēdo sepulchro: quia religionis est monumēta construi vel exornari. l.j. §. interdictum. ff. de mor. inse. Tertius, quando legatur pro fabrica ecclesiæ reparatione indigentes & portio pro fabrica non habetur: vel si habetur, nō sufficit: sed si ecclesia non indiget fabrica, soluetur quarta, secundū Host. reliquum tempori necessario ad fabricā. Quartus si legatur pro luminaribus, vt oleum pro lampade, vel cerei, & huiusmodi. Quintus, quando legatur pro anniuersario celebrando annuatim: vt in c.cū creatura. de cele. mis. Sextus, quādo legatur pro vij. xxx. & huiusmodi, secundū Host. an d.c.fi. Septimus, quando legatur ad perpetuū cultū diuinū: puta vt anniuersarium festum fiat alicuius sancti, vel vt dicatur offi. cū in vna capella: quia in huiusmodi constituit cultus diuinus. c.fi. de reseri. lib.vj. Octauus fallit, secundum Pan. in d.c. requisisti. in oblationibus, de quibus non debetur quarta, vt olim. Nonus, secundum eundē, in donatione inuitatæ qua etiam non debetur, vt in c. de his. de sepul. & in c.j. de sta. mona. ¶ † Quintò, vtrū debeatur quarta episcopo de relictis factis hospitali? Et dicit Pan. in d.c. officij. quòd sic, si est religiosum, puta episcopi authoritate constructum: etiam secundū Ioan. And. si relictum fuisset factum pauperibus talis hospitalis: quia præsumitur respectus habitus ad locum, nō ad personā: secus si esset relictū pauperibus simpliciter: quia nō deberetur. l. nulli. & l. si quis ad declinādā. C. de epis. & cle. Si verò hospitale non est religiosum, sunt opiniones. sed tene cum Pan. abide, q̄ si est ædificatum authoritate ꝺ̄ dictī, sic episcopus habebit quartā: quia habebit curā, vt videtur in Auth. de eccle. tit. quia nō potest amplius redire ad prophanā. sed si ædificator viuit, quarta non debetur, & relictum videtur factū pauperibus, cū talis locus non sit capax: quia ædificator potest eū destruere. c. inter dilectos. de donat. & ibi Inn. Vnde patet ex dictis quòd de relictis istis fraternitatibus quarta non debetur, secundū Pet. vbi ꝫ. Dictū tamen Io. And. de pauperibus simpliciter limita verū, secūdum Bal. quando legatur pauperibus in genere: ita q̄ inter personas distribuatur, nō inter loca: puta quia testator iubet dari cuilibet pauperi tunicā: vel cereū quantitatem pecuniæ quia legatarius vt singularibus personis: & sic non debetur quarta episcopo. ea. ex parte. el. ij. de verb. significa. Aliàs legando pauperibus in genere, videtur legare hospitali: quod est in ciuitate, vbi testator habet domicilium, & casus est in d.l. si qv. verū. vbi autem. & ideo deberetur quarta contra Io. And. & ei sequentes. Sed dictū Bal. credo verū, quādo hospitale generale est susciens omnes: & dictū Ioā. And. quando pascit paucos, vel solum certū genus personarum, puta spurios. ¶ † Sextò, vtrū debeatur quarta episcopo de legato facto singulari personæ? Et dicit Pet. vbi suprà, quòd non: sicut quando legatur clerico nō habēti administrationē vel prælationē: seu alicui canonico: vt in d.c. requisisti. §. fi. vel cū legatur leprosis morātibus in tali loco vel domo, vel eremitis, aut istis fratribus qui morātur in tali loco, vel aliquibus mulieribus pro dote, vel viduis, pegrinis, & huiusmodi, in quibus cessat. d.c. ex parte. el iij. Vide quod no. Inn. in c. relatum. de sepul. ¶ Septimò, vtrū videatur quarta episcopalis delegatis ꝓ malè ablatis? Et dicit Pet. vbi suprà, q̄ non: quia sunt debita, non legata: siue restitutio sit certa, siue incerta. ¶ Octauò, vtrū debeatur quando sibditus legat ecclesiæ extra diœcesim? Et dico q̄ non, secundū Abb. in d.c. requisisti. & Inn. in d.c. officij. & Ioā. And. in d.c. certificari. Et ita cōsulit Ioan. de Montemerlo. quod intelligo nisi aliter habeat cōsuetudo vel præscriptio. c. cum inter. el ij. de verb. sign. ¶ † Nonò quæritur, à quibus & de quibus debeatur canonica parochialis? Et dico quòd debetur solùm ab ecclesijs vbi sepelitur aliquis, vel ad quam trāsit se cōuertendo, vel alio modo: & si aliàs essent exemptæ, quo ad hoc non sunt exēptæ, secundū Inn. in c. relatum. & in c. in nostra. extra de sepul. & de testa. requisisti. nō autem ab alijs ecclesijs vel personis. Debetur, inquā, secundū Ray. de omnibus, quæ obueniunt ratione funeris, scilicet in die funeris, & de omnibus legatis factis ecclesię, ad quā q̄ eligit sepulturā. de sepul. per totū. maximè c. in nostra. & in ele. dudū. eo. t̄itu. Cōcordat Host. & addit hoc intelligendū esse de relictis occasione loci non sibi utru personæ, quamuis ecclesiæ, dūmodo non fiat in fraudē. Et similiter secundū eū intelligitur de mobilibus & immobilibus: exceptis his de qbus dictū est ꝫ. §. iij. &. c. fi. de testa. Præsumitur † autem aliquid legari iniuriu personæ, si datur à ꝓpinquo. de testa. requisisti. Fallit hoc in fratribus Prædicatoribus & Minoribus, de quibus infrà. §. xix. & vlterius fallit in xv. casibus, secundū Pet. vbi suprà. ¶ Primus, dictū est. ¶ Secundus, quando aliqui per priuilegiū à præstatione eximūtur: vt sunt hodie fratres Prędicatores & Minores. ¶ Tertius, quando legatur aliquid ad vsus priuilegiatorū: de quibus in c. fi. de testa. qui sunt septē casus primi, in quibus non debetur quarta episcopalis: vt dictum est suprà. §. iij.

¶ Quartus, quando ecclesiæ donatur donatione inter vuos: vt in d.c. de his. §. si verò. Idē dicendū est quando legator in vita soluit legatū: nā eo casu nec falcidia debet, nec quarta ecclesię parochialis: qa ralē legatū amisso nomine legati trāsit in simplicē donationē & in speciē donationis inter viuos. Et de hoc est gl. singularis de qua Dy. facit magnū festū in l. legatū. ff. de leg. ij. & de hoc vide infrà, Donatio secūdū, scilicet inter viuos. tamen Pau. & Zaba. sunt in oppositū. ¶ Quintus, quādo post electionē sepulturę in aliquo monasterio, sanus eligit illud intrare, & in eo ꝓfiteri: antequā moriatur: quia de bonis eius nihil debetur: vt Pano. tenet. & dicit cōiter teneri in c. relatū. de sepul. post glo. ibi. & ide dico si intrauit cū proposito absolutè mutandi vitā: quia definit esse parochianus alterius ecclesię. ar. c. beneficium. de reg. iur. li.vj. Si verò professionem nō fecit, nec habuit propositū absolutè vitā mutādi, id est, se obligandi religioni, debetur quarta, secūdum Archi. in c. cū quis. de sepul. li.vj. Et hoc videtur verius, secundū Gemi. ibi, licet alij contrarium dicāt: quia religiosus cessans cōtrahere domicilium in monasterio facta professione tacitè vel expressè, non antè, vt dicit Archi. & Io. And. in c. statutum. de

Universidad de Deusto
Biblioteca

relcrip.lib.vj.Gof.tamen dicit quòd non debetur, si decedat in nouitiatu,potés exire,modò non exeat.& idē Host.& hoc hodie verū est ratione consuetudinis:licet Sum.Ang.& Rof. teneant opinionem priorē.Et similiter si intrauit in ægritudine de qua decessit,portio debetur,secūdum Pan.secus si in ægritudine de q̄ nō decessit:licet Inn.fuerit in singulari opinione,dicens q̄ si quis religionem ingreditur ,vt sit ibi professus:de bonis eius acquisitis monasterio portio debetur ecclesiæ parochiali,quod Pan.nō placet:tum quia loquitur de relictis occasione sepulturæ:tum quia loquūtur de morte naturali,qua ille nō moritur,imò tenet cognationem: tū quia si iste muraret domiciliū,portio nō deberetur:ergo neq; hoc casu,cū solūm habeat domicilium in monasterio: vt not.idē Inn.in c.ex ore.de priuile.Et idēvidetur dicēdum de leproso, qui domū intrauit leprosorū.scilicet quòd non debetur quarta,secundū Gul.quia idē iudiciū est ac si simus ad religionē transiisse:nisi forte ex ipsa lepra moriatur:multi enim secūdum ipsum cū lepra,sed nō ex lepra,moriuntur.Regionis tamen consuetudo in hac parte tenēda est.Secus de illo,qui recipitur in confratrē,retinens tamē bona sua quo ad proprietate:quia debetur quarta,etiā si ipsi religiosi essent exēpti. c.cū & plantare.de priuile.cū rō transeat in religionē.Secus si solūm retinuisset sibi usum fructū suorū bonorū:quia gauderet priuilegio religionis.c.vt priuilegia.de priuil.¶ Sextus, quando quis legat ecclesiæ, in qua non elegit sibi sepulturā. nec ibidem sepelitur,secundū Glo.ordinariā in c.j.de sepult. & idem Inno.in eo.titu.c.ij.& Archi.eo.titu.c.ij.lib.vj.licet in c.placuit.xiij.q.ij.remisset quòd deberetur. & idem Io.And. in c.j.& in c.certificari.de sepul.in glo.& cle.dudum.§.verū. vbi meritò reprobat opinionem Host.tenentis contrariū in d.c.ij.¶ Septimus,quando de facto contravoluntatem fratrū sepelitur in eorū ecclesia,vt tempore interdicti,& multa offeruntur,quia tunc non debetur quarta secundū Fede.consi. cxix.& Gem.in d.c.j.de sepult.libr.vj. Et ratio est:quia tali tempore interdicti non potest eligere sepulturam apud mēdicantes:vt not.Innocen.de priuileg.c.vt priuilegia.&.c.cum & plantare.& de pœn.& remiſ.quia in te.quamuis liceat ipsis recipere mortuaria,vt orent pro defunctis,si cùm pœnitētia decesserunt,xj.q.iij.quicunque.facit quod not.Inno.in c.ranta.de excess.prælа.Item quia quarta debetur ratione iniuriæ factæ ecclesiæ parochiali:vt in d.c.certificari, nullam autem iniuriam illi facit,ex quo ibi non poterat sepeliri. Imò plus dicit Fede.quòd si mendicantes cum sponte tali tēpore sepelirent:non debetur quarta,licet teneantur tanquam violatores interdicti.cle.j.de sepul.& in c.fi canonici. de offi.ordina. lib.vj.quia tunc solùm debetur quarta quando sepeliunt in casu à iure concesso:secus quando in prohibito:vt in c.ex parte.el j.& in c.cum liberum.& in c.in nostra. in fi.de sepul.vbi dicit Inno.quòd quando de facto non de iure sepelitur,debētur corpus & oblationes,quę ratione sepulturę factę sunt sed non legata facta non ratione vel occasione sepulturæ.Et ita patet quòd si de facto sepelitur contra voluntatem illius, cui ius est ecclesia,quòd non teneatur ad aliquam quartam:sed tenetur & corpus & omnia quæ ratione sepulturæ habuit,restituere.sed non quartam de legatis factis non ratione vel occasione sepulturæ:similiter nec de his, quæ amici de bonis ipsorum tunc offerunt.¶ Octauus, quando ecclesia parochialis erat interdicta ex culpa sua,& nō parochiani: quia tūc ipsam quartā non habebit,siue parochianus sepeliatur alibi ex electione sua,siue non: vt quia alibi est maiorum suorum sepulcrum,secūdum Per.& not.Gem.in c.j.de sepult.lib.vj.Sed si alibi esset sepultus de facto nō de iure, scilicet qa nec in ecclesia electa,nec in ea vbi sunt sepulchra maiorū: nihil debatur,si ecclesia parochialis dedit causam interdicto. Secus si non fuit in culpa:quia non debuit suo iure primari,secundum Per.de Ancha. vt ibi refert Gem. ¶ Nonus quando reuocat electionem suam,quam legendo facit,& alibi eligit sepulturam,& sepelitur:quia pariatunt,non eligere,& electam mutare.ff.de adi.leg.l.j.& ij. Primo autē casu nō debetur, vt dictum est:ergo nec secundo,etiam si nō fuisset relicturus nisi intuitu sepulturæ:vndevltima electio vel sepultura sine electione est,quæ inducit petitionem quartæ.xiij.q.ij.c.vltimo. & ita consuluit Fede.consil.x.Gemini autem in d.cap.j.videtur tenere q̄ reuocata electione sepulturæ, reuocetur & legatum:& dabitur illi ecclesiæ,vbi eligit sepeliri: qa subrogatus debet intelligi subrogatus cū omnibus qualitatibus onere & honore.l.j.§.hæc actio.ff.si quis re.lib. esse iuss.fuideoque etiam onus emolumentum comitatur,& econtra.l.alumnæ.§.Seia.de adi.lega.Et idē Per.de Ancha.quod dicit verum,nisi aliter constet de voluntate legantis. Et de hoc etiā infrà.Excōmunicatio vij.excōmunicatione xvj. ¶ Decimus, quando licet elegerit,tamen non sepelitur,ex facto hæredū, vel ex facto contingente circa personam defunctī:puta quia moritur nimis longè,vel hæredes nolunt illō ad ecclesiā elegtam deferre:quia verba sunt intelligenda cum effectu.l j.ff. quod quisque iur.& l.ea quidem.C.si mancipia fue.alie.tex. est in c.relatū.de cle.nō resi.ergo cessabit canonica ex quo ibi nō sepelitur.Et ita tenet Fede.vbi3.& Per.similiter vbi2.sed tamē Gemi.in d.c.j.videtur in casu isto sentire quòd ecclesia nō priuatur legatis factis ratione sepulturæ:vt no.in can.nostra.de sepul.& ideo fortè nec sua quarta ecclesia parochialis. ¶ Vndecimus,cùm legatur pro incerto,malè ablatis,secūdū Per.vbi suprà.An verò de his incertis fulcidia detrahatur, vide infrà legitima. ¶ Duodecimus,quando legatū est ecclesiæ parochiali tantum,quantum est quarta legatorum factorum ecclesiæ electæ secūdū Host.in d.c.officij.& Per.vbi suprà.Et Pan.in d.c.de his.extra de sepul. Sed alij volunt quòd non computabitur,nisi sit legatum hac conditione quòd ecclesia hoc sit contenta pro canonica, & sacerdos acceptauit sed soluet quartam,ac si nihil esset ecclesiæ parochialis legatum:sicut Gof.Ray.in Sum.Joan.in d.c.officij.Fede.consil.ij. Joan.de Ligna.in d.cle. dudum. Sed dicendum est quòd vera est opinio secunda,quando esset cōsuetudo quòd tantum teneret ecclesiæ parochiali relinquere:aliàs verò prima.& cōputabitur.& si minus est, supplebitur, sicut filius facit in Lii quādo.& Iomnino.C.de inof.tes.quia scilicet cōputat filium in legitimam quicquid à patre sibi relictū est:& si institutus est in parte minori quàm legitima,potest agere tantum ad supplementum.facit c.cum dilecti.de empti.& vendi. Et ab hoc non multum dissentit Rayne.qui dicit quòd ū legatum non fiat sub dicta cōditione,sed absolutè,sacerdos poterit de cæteris sibi portionē vendicare de testa. officij.vel saltem agere ad supplementum computato legato: sicut filius &c.Si verò plus est legatum ei quàm sua quarta, non defalcabitur. ¶ Decimustertius,quando tempore testamenti & legati nō eligit sepeliri:sed postea tempore mortis eligit sepulturam facit c. relatum.de sepul.in secunda glossa.in quo cap. Bart. dicit se dubitare de his. Sed tamen hoc est tenendum, nisi fieret in fraudem:quia eo casu se habet ecclesia electa,quasi alia non electa in sepulturam. ¶ Decimusquartus quando parochianus non potuit in sua parochiali ecclesia audire diuina, nec sacramenta percipere propter vacationem tempore longo:& alibi elegit suam sepulturam, secundum Bald.in sua tractatu. Et ratio est:quia si qua pro labore legantur,cessante labore cessat legatum.l.cio in fine. ff. de annuis lega. Vnde cùm detur quarta pro sacramentorum administratione &

1 CASVS † à cadendo dicitur: & quantum ad mores vel confessores pertinet, dupliciter fuisse videtur: primò scilicet grāliter, vt casus cōscientiæ dicatur omnis quæstio de moribus facta siue fūta: sine etiā sine ad peccata, sine ad iuramēta aut vota dispensanda vel relaxanda, sine ad excōicationes, & alias cēsuras, sine ad quoscūq; alios: & secūdò specialiter & propriè, vt casus dicat solū dictū. Vnde si episcopus, vel alius prælatus concedat absolutionē à casibus reseruatis: & nihil aliud exprimat, dicitur intelligēdū esse à peccatis tātūm nisi inter reseruatos enumeret aliqua voti cōmutatio: quia tunc cæteræ cōcedūtur. Et idē de excōmunicationibus & alijs cēsuris videtur: quia hmōi in hac parte requirūt speciale mandatum. Vnde si nulla exprimat, nulla cōceditur, secundū cōsuetudinē & practicā ab oibus doctis obseruatā. arg. distin. xvij. huic soli sedi. & si aliqua excipiat, aliæ cōcedunt: quia exceptio regulā firmat in cōtrariū. xxxij. q. vij. dominus. de quo Pan. in c. quoniā. de cōiu. lepro. quod intellige in his quę sunt eiusdē generis: vnde reseruata vna excōmunicatione, nō cōceditur 2 irregularitates nec reseruato vno peccato, cōceditur cōmutatio votorū: infrà Cōfessor. iij. §. ij. ¶ Primò † verò quæritur qui sunt casus, in quibus potest solus papa, & qui reseruantur illis? Et dico quòd generaliter loquēdo sunt multi recollecti ex corpore iuris, & codicibus doctorum, de quibus etiā plures nō veniūt in generali trādato, sed requirit speciale. distinxvij. huic soli sedi. de offic. leg. quod translationē. de trāslat. licet. ¶ Primus, nā solus papa determinat quæstionē de pertinēte ad articulos fidei vel sacramēta. xxiij. quæst. j. quoties. ¶ Secundus, est translatio episcopi vel electi & confirmati. de transl. inter corporalia. de offi. leg. cap. iij. & idem videtur de trāslatione abbatū exēptorū. ¶ Tertius, est episcoporum depositio. iij. q. vj. quamuis. &. c. dudum. & idem de abbatibus perpetuis exemptis. ¶ Quartus, est acceptatio remuntiationis episcoporum vel electorum confirmatorū vel abbarum, qui immediatè subsunt apostolicæ sedi. vj. q. iij. deniq;. & d. c. inter corporalia. & de regula. licet. ¶ Quintus, est episcoporū exēptio, scilicet vt archiepiscopis non subsint. xvj. q. j. Frater. Et idē de quibuscūq; religiosis vel clericis, qui sunt in aliqua diœcesi, vt non subsint iurisdictioni diœcesani. Sextus, est restitutio depositorum ab ordine. ij. q. vj. ideo. el j. & ij. quod gl. intelligit de posito actualiter, id est, solemniter degradato: secus in posito verbaliter. quod sequitur Speculator dicēs episcopum posse restituere verbaliter depositū. per c. & si clerici. de iudic. & idē Archi. & Pan. licet Io. And. illud intelligat simpliciter de omni posito. ¶ Septimus, est iudicialis difficultio seu interpretatio priuilegiorum papę. de iudic. cum venissent. & idem, secūdum Host. si dubitetur de apostolico rescripto, ita quòd ab alio per viam rationis solui non possit. de offi. leg. c. ij. & idem, secundū eundem, de interpretatione statuti facti per legatū, cuius iurisdictio finita est, nec alius ei succedit. & idem de dispēsatione in easibus, q per eadē statuta papę reseruātur. ¶ Octauus, est mutatio sedis episcopalis. vij. c. j. tēporis. & idem de mutatione vel dimissione cōuentuum ac locorum acceptorū per ordinem mēdicantiū, quia sine authoritate papæ fieri nō potest. de reli. do. lib. vj. de quo infrà Excōmunicatio. viij. §. xx. ¶ Nonus, est constitutio noua sedis episcopalis alicubi. xvj. q. j. felix. de eō. dist. j. de locorum. & similiter institutio nouę religionis, vel assumptio noua cōuentus ab ordinibus mēdicantiū. ¶ Decimus, est subiectio vnius episcopatus alteri, vel diuisio vnius in duos, aut vnio duorum in vnum. xvj. q. j. & tēporis. de excess. prælat. sicut in iure. de offi. legat. quod trāslationem. & idem de ecclesijs, monasterijs, vel cōuentibus exemptis. ¶ Vndecimus, est commutatio aliquorū votorum, scilicet Hierosolymitani. de voto. ex multa. S. Iacōbi, & limmū apostolorum: vt curia tenet, & voti continentię etiam simplicis, secundum Doctores: & multo magis voti religionis, & voti solēnizari per susceptionem sacri ordinis, in quo etiam ipse papa dispensare nō consuevit, licet possit, secūdum Sanct. Tho. in iij. & alios. Vtrum autem dispensare possit in voto solenni, vide infrà Votum. iij. §. v. ¶ Duodecimus, est concessio veniendi contra licitum iuramentum. de iureiuran. veniētes. vel etiam de quo est dubium an sit licitum: de elect. venerabilem. quod tamē sine rationabili causa facere non debet: & secūdum Vincē. solūm in arduis. de dubijs tamen dicit Sanct. Tho. in Sum. etiā episcopum posse dispensare. ¶ Decimustertius, est dispēsatio in certis irregularitatibus contractis ex criminibus maioribus adulterio, scilicet cùm quis est in iudicio confessus vel cōuictus. de iudic. at si clerici. specialiter ex bina baptizatiōe sciēter. de consec. distinct. iiij. eos & cap. quibus. & idem si ignoranter, & postea rarificetur. & ex bina receptione eiusdē ordinis. j. quæst. vij. sanberrimum. & idem est ex reconfirmatione seu rechrismatione. de conf. distinct. v. dictum. & ex susceptione ordinis ab hæreticis ad fidei subuersionem. j. quæst. vij. conueniētibus. in quibus solus papa dispensat: & similiter in suspensione cōtracta ex ordinatione simoniaca ex parte ordinatoris & ordinati. ix. quæst. j. ab excōmunicatis. j. quæst. j. si quis episcopus. imò hoc qualitercūq; in: eruenerit simonia, vt in extrauagā. Martini quinti, quæ incipit, damnabile. & in alia Eugenij. iiij. quæ incipit, cum detestabile. & similiter in retentione beneficij simoniacè obtēti, vel dignitate. ¶ Decimus

Universidad de Deusto
Biblioteca

musquartus,est in bigamo,vt posit ordinari.de biga.cum nu per.&c.final.¶ Decimusquintus,est in clerico non ordinato ministrante in ordine sacro,quem non habet:qui sine papæ dispensatione ad superiorem ordinem promoueri nō potest, etsi in susceptо posit per episcopatum tolerari. extrà de cleric.nō ordin.mini.c.j.& ij.& iij.¶ Decimussextus,est in corpore vitiatis,si vitium impediat ordinis executionem:vt si sit monoculus,vel digito carēs,vel epilēticus:aut si sit generās notabilem deformitatē:vt si sit naso inciso,vel multum gibbus,vel gutturnosus.extrà de cor.vi.per totum.& dist.lv. per totum.¶ Decimusseptimus,est in homicidio,vel mēbri mutilatione volūtariè factis,siue cum peccato,siue absq; peccato:vt ex iustitia iudicis.50.di.miror.& idem de dantibus ad hoc cōsilium,auxilium,vel fauorem,verbo,facto,aut cooperatione propinqua.dist.50.si quis viduam.¶ Decimusoctauus est in excommunicato maiori recipiente ordines.de sent.excommunic.cum illorum.& eodem modo si existens apostata à religione recepit ordines.de apo.cap.fin.¶ Decimusnonus,est in excōmunicato maiori,suspenso,vel interdicto ministrāte in aliquo ordine sacro:quia in tali irregularitate solus papa dispensat:in quo tamen mēdicantes aliqui sunt priuilegiati.Nisi fortè absolutio à tali excommunicatione esset papæ reseruata:quia tunc videtur reseruata & dispensatio in tali irregularitate secundum Archid.¶ Vigesimus,est dispensatio cum illegitimè nato,quantum scilicet ad susceptionem maiorum ordinum vel beneficiorum curatorum,& dignitatum. de fi.presbyt.is qui.lib.vj. Tollitur tamē talis irregularitas per religiōis ingressum,quo ad omnes ordines. dist.lvj. per totum.non tamen quo ad prælaturam.¶ Vigesimusprimus,est quòd quis habeat duo vel plura beneficia cum cura, nisi sint vnita,vel vnū alteri annexum.de præbē.de multa.& similiter quòd vni ecclesiæ duo pariter præsint.xxj.q.ij.ca.si.¶ Vigesimussecūdus,est vt nō habēs xxv.annū ętatis habeat episcopatū.de elect.cum nobis olim.vel ecclesias aut dignitates curatas ante xxv.eod.tit.licet canon.lib.vj.non curatas autē dignitates,ante xx.secundū Io.And.de quo 3. Beneficiū iij.§.j.¶ Vigesimustertius.,est circa ætatem ordinandorū, in qua solus papa dispēsat:& de qua 3.Aetas.§.j.& si ante talem ætatē promotus,suspensus à prælato.postea se exerceat in ordine illo,efficitur irregularis,nō dispensandus,nisi per papā, secundū Ray.Io.And.& alios.¶ Vigesimusquartus,est quòd ipse solus potest generale concilium celebrare. dist.xvij.per totum.& cōdere canonē generalē.xxv.q.j.§.si ergo.& C.de leg.l.j.¶ Vigesimusquintus,est quòd ipse solus potest personam ecclesiasticam suo iure priuare.ix.q.iij.per principalem. & dist.xix.in memoriam.de excess.prēla.quoniam.& solus potest concedere præbendā vel ecclesiā nō vacantē.de concess. præbē.nulli.& de reseri.eam te.Legatus autē etiā habēs plenam legationem hoc nō potest:in quibuscunq; personatibus debet quis per electionē assumi.de offic.leg. deliberatione. lib.vj.¶ Vigesimussextus,est quòd solus excoicatū à se nominatim potest absoluere.de elec.venerabilem.& similiter est de participante.de elect.venerabilem.& similiter est de participante cū tali in crimine:qui tamen participans,si sit clericus,varia est opinio.de sen.excom.significauit.¶ Vigesimusseptimus est,quia solus absoluit excommunicatū à suo Legato,quia nolebat obedire suæ sententiæ diffinitiuæ,si steterit in excōmunicatiōe per annū.de offic.deleg.quærēti.& idem in excōmunicato à legato vel delegato,cuius iurisdictio expirauit.nec alter ei succedit:vt in d.e.quærēti.& de offic.ordpastoralis.¶ Vigesimusoctauus est,quia solus cognoscit in causis appellatione remota.ix.q.iij.cuncta.&.c.aliorū. & solus cognoscit de causis per appellationē vel relationem ad ipsum delatis.de offic.leg.licet.& ad ipsum appellat' omissis mediis.j.q.vj.c.ij. & seq.Et secūdum Host. Legatus videtur habere idē priuilegiū.¶ Vigesimusnonus est,quia solus ordinat illum ad diaconatum,& presbyteratum, quem ordinauit ad subdiaconatum. de tempo.ord.cū in distribuendis.& solus cōferre potest subdiaconatū diebus dominicis & alijs festis præcipuis.¶ Trigesimus est,qēd solus semper & vbique pallio vtitur,ad designandū plenitudine suæ potestatis vbiq; de vsu pal.ad honorem.& alijs pallium concedit:secundum Veruec.tamen patriarchæ habent priuilegiū cōcedēdi pallium subditis suis:sed vide infrà Palliū. ¶ Trigesimusprimus est,quòd solus dispēsat cum eo,qui non est in sacris: vel aliàs de iure est indignus promoueri in episcopū.de elect.dudum. §.fin.&.C.de cri.sacri.l.deputari. ¶ Trigesimussecundus est, quia solus electum Imperatorem confirmat vel cassat,vel etiam Imperatorē deponit.de elect.venerabilem.& de sent. & re iudic.ad apostolicam.libro vj.& quandocunq; princeps secularis fuerit inutilis & negligens circa regni gubernationem & iustitiam.per ipsum deponi potest.j.quæst.iij. si quis deinceps.xj.quæst.j.nullus.xxxij.quæst.v.præceptum.sicut Zacharias papa deposuit Ludouicum regem Frācorū.xv.quæst. vj.alius.& Innoc.tertius Ottonem Imperatorem,vt in dicto cap.venerabilem.& Innocen.quartus Federicum Imperatorem:vt in dicto cap.ad apostolicæ.& de Constantinopoli in Franciam prius translatū fuit Imperium:quia Adrianus papa vocauit Carolum Magnum ad liberādum Italiam de manibus Lōgobardorum:quo facto illi dedit Imperium.distin. lxiij.Adrianus.infrà Papa.§.x. ¶ Trigesimustertius est, quia solus absoluit à sententia excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, reseruatis papæ per constitutiones iuris, vel extrauagantes, de quibus infrà in suis titulis. ¶ Trigesimusquartus est,quia electionem nondum factam, pronunciat nullam, si fiat.de elect.innotuit. ¶ Trigesimusquintus est, quia solus habet canonizare sanctos:aliàs nullum licet venerari pro sancto,scilicet faciendo officium solemne pro ipso, vel ecclesiā aut altare,nisi fuerit canonizatus. de reliquijs & veneratsanctor.cap.j.¶ Trigesimussextus est,vt quis habeat plures dignitates aut personatus,etiam si curam nō habeant, aut etiam in eadem ecclesia.de præbēd.de multa.& de consuetud.libro vj.¶ Trigesimusseptimus est, quia quod valet, facit non valere:& econuerso.de excess.prēla.tanta.quod tamen in positiuis locum habet,non in sacramentis, & huiusmodi,quæ quo ad substantialia mutare non potest.¶ Trigesimusoctauus est,quia potest monachum tam contra suam voluntatem quàm abbatis extrahere de monasterio, & alicui prælatovel principi in socium assignare,aut secum tenere.ix.quæst.iij.cap.final.& xj.quæstio iij.qui resistit.¶ Trigesimusnonus est,quia sententia eius facit ius.de sent.& re iudic.in causis.¶ Quadragesimus,quia eadem die ordinat qua consecratur.de elect.quod sicut.§.præterea. ¶ Quadragesimusprimus, quia dispensat in gradibus consanguinitatis & affinitatis prohibitis,quo ad matrimonium contrahendum.de restitut.spol.literas.& de consangui.& affinit.non debet.non tamen in prohibitis iure naturali.de quo infrà Papa.§.xvij. ¶ Quadragesimussecundus est,quia potest tollere leges quas ad vtrūq; forum in his,in quibus animæ periculum vertitur sicut in materia præscriptionis vsurarū,& huiusmodi.de prescrip.cap.fin.de iudic.nouit.de secū.nup.cap.pen.de fo.compe.cap.fin.lib.vj.& de iureiuran.cap.fin.lib.vj.vbi autem vertitur periculum animæ:tollere nō potest leges in terris, in quibus non habet iurisdictionem temporalem,quo ad forū ciuile:cùm potestates sint distinctæ.lxvj.dist.duo.&.c.ad verum.secūdum Io.And.& aliquos Iuristas:vt j.in verbo, Papa.

Papa.quod verum limita ex honestate & discretia: absolutè tamē sicut Imperatorem,ita & leges eius deponere pōt:licet coram Deo peccet,si nō habeat huius rationabilem causam. ¶ Quadragesimusterтius est,quia concedere potest indulgētias generales certis locis,vel certis personis:& eas extēdere ad existentes in purgatorio,secundū S. Tho.& alios.¶ Quadragesimusquartus est , q;a potest legitimare quascunq; personas quo ad spiritualia vbiq;:quo ad temporalia verò vt honores & dignitates in terris ecclesiæ:in alijs autē terris assentientibus assignatis,secundum Ant.de But.qui filij sint legit. per venerabilem.quod intellige quantū ad honestatē,& non absolutè.¶ Quadragesimusquintus est , quia instituere potest nouas religiones,& religionum regulas approbare,& reprobare,& in ceremonialibus earum immutare,& dispēsare secūdum Pet.de Pal.in quarto.¶ Quadragesimussextus est, quia potest in omnibus ecclesiæ præceptis dispēsare, secūdū S.Th.in quarto:licet sine causa rationabili dispensari nō debeat.¶ Quadragesimusseptimus est,quia hominē potest absolnere ab obligatione qua homini tenetur,secundum plenitudinem potestatis ar.ix.q.iij.per principalē.C.de preci. Imper.offe.l.quoties.secūdum Inn.& Host.& Ber.¶ Quadragesimusoctauus est,quia de nullo crimine cōdemnari aut accusari potest:nisi hæresi.di xl.si papa.& hoc quando de ipsa hæresi esset incorrigibilis:vt ibi dicit glossa.quia si vellet errorē deponere, priuari non posset. ¶ Quadragesimusnonus est, quia solutus est legibus,licet secundum eas viuere debeat,& nullam censuram potest incurrere,& si culpam.¶ Quinquagesimus est,quia potest simplici sacerdoti committere vt cōficiat sacramentum confirmationis,& minores ordines,& cō secrationes ecclesiarum ac virginum,non autem ordines maiores:licet Hug.contrarium senserit,secundum S.Th.& Pe. de Pal.in quarto.potest etiam laico auctoritatē conferre iudicandi in spiritualibus , & excommunicandi. arg.dist.xxxij. §.verum.& secundum Canonistas potest in matrimonio cōtracto per verba de præsenti,dispensare:licet non secundum Theologos.Multa de potestate habes infrà, Papa.¶ Secūdò, quæritur,qui sunt casus episcopales de iure? Et dico quòd de hoc doctores implent quaternos:pro quo vide si vis Arch.iij. parte.tit.xvij.c.ij.& Sum.Ang.in tit.Casus.tamen dico quòd tutè & securè teneri potest cum opinione communi q̄ sunt hi solùm de quibus dicitur in Sum.Pisā.& de quibus habetur §.seq.qa ita declarauit Benedictus xj.in extrauaganti, inter cunctas.non obstāte q̄ talis extrauagans reuocata fuerit,& circa cōtenta in ea multa statuta per cle.dudū.quia vt dicitur eadem Summa quantū ad dictos casus nihil fuit immutatum imò si talis declaratio fuit reuocata , adhuc securè sic teneri potest:qa si fuit declaratio indicatiua vel instructiua veri,sicut de facto fuit,vt ibi dicit:nō potuit reuocari. nisi reuocatis fuissent iura quæ declarat:qa declaratio papæ in spectātibus ad mores falsa esse nō potest:vt 3.Consilium.Si verò fuit declaratio constitutiua & ordinatiua,adhuc sic teneri potest: quia doctè & eleganter Gul.Durā.Spe.in repertorio suo dicit breuiter cōcludendo,sacerdotes omnia posse quo ad forū pœnitentiale,quæ nō sunt specialiter in iure episcopis reseruata:& nō sunt ipsis sacerdotibus directè vel p aliquā cōsequētiā interdicta.arg. de iud.at si clerici. & de sent.exc.nup. Hoc tū,inquit,fateor quòd vbicunque fuerit grauè delictum vel enorme,superioris est iudicium requirendū:& idem dico de omnib' casibus,de quib' est grālis cōsuetudo ecclesiæ q̄ sint episcopis reseruati.Hæc ille valde bene:cuius ratio stat in hoc q̄ sacerdotalis clauis omnia crimina potest abolere nisi ipsa à superiori prælato quātum ad vsum ligetur. Cōstat autem quòd reuocata tali declaratione constitutiua,in iure non inueniuntur plures casus reseruati quàm prædicti,loquendo de casibus,vt requirunt absolutionem:quod dico ꝓpter commutationem votorum, & iuramētorum relaxationē,& dispensationem irregularitatum,& huiusmodi.Et cum Sum.Pis.sentit Ros.& Supplemētū cōtra Sum.Ang.quæ sentit casus de iure reseruatos esse,& plures,& alios à prædictis. ¶ Tertiò quæritur, qui sunt casus episcopo reseruati de iure secundum d.Sum. Pis.Et dico q̄ sunt quatuor. ¶ Primus,est peccatum clerici,ꝓpter qđ incurrisset irregularitatē:de quo infrà Clericus.& infrà Irregularitas , per totū.quod licet gl. Ray.intelligat quo ad dispensationem super irregularitatē, non quo ad absolutionem à peccato:tamen Benedictus non sic intelligebat:nec sic est verum: alioquin casus episcopales essent multò plures quàm quatuor : quia adderetur dispēsatio votorū & iuramentorū,& huiusmodi. ¶ Secūdus,est de incēdiarijs ante denūtiationem.xxiij.q.viij.pessimam.qđ intelligе de incendiarijs dolosis,& de mādantibus hoc fieri,seu dātibus consilium vel auxilium:vt ibidem.¶ Tertius,est peccatum propter quod indicēda esset solēnis pœnitentia,de quo infrà Pœnitentia. & quia blasphemia publica est vnū de huiusmodi in laicis:non tamen in clericis,qui publicè pœnitere non debent,sed aliàs ad arbitrium puniri. de biga.ca.ij.& iij. ideò ipse est casus episcopo reseruatus,de quo 3.Blasphemia. §.iij.¶ Quartus,est excommunicatio maior, cuius absolutio etiam aliquando papæ reseruatur.Sed intellige quòd tūc est casus episcopo reseruatus,quando eam conditor canonis episcopo reseruauit.de quo 3.Absolutio.j.§.iij.&j. Excommunicatio.viij.in prin.in alijs autē non reseruatis episcopo,absoluere possunt inferiores:vt 3.probatum est ibidem.¶ Quartò, ꝗritur,quot sunt casus episcopales de cōsuetudine? Et dico quòd innumerabiles,loquendo de consuetudine speciali diuersarum diœcesiū:& sic loquit gl.in c.si episcopus. de pœ. & re.li.vj.licet insufficiēter: quia certa regula dari non pōt: sed loquendo de consuetudine generali, secundū Sum.Ang. consuetudo nulla est:cùm episcopi aliquando plus,aliquādo minus sibi reseruent:sed loquitur contra alios Summistas sui ordinis:vt Ros.& Sup.& contra veritatē : qa idē Benedictus in eadē extrauagāti declarauit quòd sunt quinq;, qui scilicet vbiq; vel quasi episcopis semper reseruantur: licet eis aliqñ addant plures,aliquādo pauciores. ¶ Primus, est homicidiū voluntarium,aut mutilatio membrorum:nec is aut mādans vel cōsentiens absolui debet,nisi satisfactiōe præmissa.xxiij. q.viij.si quis mēbrorum.in terris tamen ecclesiæ homicidiū dicitur papæ reseruatum.¶ Secundus, est crimen falsarij seu falsi: & hoc sumendo strictè hoc nomen, cùm simus in materia pœnali.Quo crimine qui teneantur,dico secundum notata p doct.in cap.j.de cri.fal. q̄ non solùm dicitur falsarius qui falsat literas vel scripturas:sed etiā testis falsus tenetur de falso:non solùm quando mendacium dicit,sed etiam quādo occultat veritatem:quod intellige secundū Pan. ibi,quando interrogatur super aliquo articulo , & dicit se nihil scire:vel quādo iurauit dicere merā & puramveritatem,& multa subticuit talia secus.Tenetur etiā sine punit' tali crimine testis recipiens pecunias ne testificet vel vt verū dicat testimoniū: vt in l.j.ff eo.& ibi Bar.dicit gl.tenere q̄ testis accipiens pecuniā vt testificetur,tenet crimine falsi:sicut dicimus in iudice accipiēte pecuniā vt ferat veram sētētiā.ff.de cōd.ob tur.eau.l. ij.Et ratio est eadem Bar.qa testis debet facere gratis.Et similiter tenetur hoc crimine notari vel aduocat aut procurator, q̄ instrumēta vnius partis ostēdit alteri,p §.q̄ deposita.in d.l. j.¶ Tertius est violatio ecclesiasticæ libertatis: qua siquidē personæ,vel res ecclesiæ grauātur:hodie tā tales p curiæ,pecūsum sunt excōicati.¶ Quartus,est violatio ecclesiasticæ imu-

3

4

Casus episcopales.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nitatis,qua scilicet in ecclesia vel loco sacro,aut spatio priuilegiato in circuitu ecclesiæ proximũ in personavel rebus offendit.xvij.q.iij.si quis.vel aliter eius immunitatem lædit:tales tamen non sunt excommunicati,sed excõmunicandi. Et ita omne sacrilegium videtur casus episcopalis de consuetudine.¶ Quintus est sortilegium & diuinatio.xvj.q.j.c.j.& tales sunt infames,& à testimonio repellũtur,& accusatiõe.iij.q.v.constituimus.¶ Quintò† quæritur,quot modis episcopus possit sibi reseruare casus ad libitum? Et dico quòd respectu fratrum Prædicatorum & Minorum & nunc aliorum quoq; mendicantium expositorum secundum formam cle.dudũ. hoc non potest:vt j.Confessor.ij.§.v.quo ad curatos autẽ & alios religiosos hoc potest,secundũ omnes:licet peccet si faciat sine causa.Et hoc fit in gr̃e dupliciter.Primò , expressè sibi reseruando simpliciter,vel quo ad istum aut illum sacerdotem.Secũdò,implicitè sicut si episcopus aliquem audiuit, & noluit absoluere:nullus inferior eum absolut.di.xxj.inferior.Sed circa istos casus reseruatos vidẽdum est j.Cõfessor. ij.§.v.& vij.& deinde notanda sunt duo.¶ Primum. Quòd se cundũ Pet.de Pal.ista reseruatio intelligit̃ de actibus exterioribus cũ effectu:&nõ de interioribꝫ,vñ homicidiũ cordis nõ reseruatur episcopo.& idẽ dicit esse de incestibus puerorũ nõ habẽtiũ vsum rationis:q̃a inde nec virginitas tollitur, nec causatur affinitas.¶ Secundũ.Quòd ista sunt dicta quantũ ad absolutionẽ:quantũ ad dispensationẽ autẽ & cõsecrationẽ & hmõi multa alia reseruãtur episcopis:vt dispensatio votorũ,& iurarnentorum,& consecratio multarum rerum.

De Casu fortuito.

1 *Casus fortuitus definitio: Et an furtum casus fortuitus censeatur? Et num quis de casu fortuito teneatur? Et ibidem quòd sic,in tribus casibus.*

2 *Pacto generaliter inito,quo quis pactus est se de omni casu teneri,nullo tamen expresso,an videatur se de casu quoque fortuito adstrinxisse?*

3 *Casuum generalis renuntiatio, num sit iuramento firmetur,vt eius occasione teneat siue obliget?*

4 *Aestimatio rei,num casum fortuitum venire faciat?*

1 CASVS† fortuitus secundum Pan.in cap.vnico.de commo.& vt colligitur ex l.in rebus cõmodatis. ff.commo. est inopinatæ rei euentus,qui præuideri non potest:vt mors seruorum sine culpa,hostium incursus seu piratarum,naufragium,incendium,fuga seruorum,qui custodiri non solent,& huiusmodi:vbi tamen diligentissimus præuidisset,non est casus fortuitus:sicut si perijs equus cõmodatus diuersus in domo quæ ruinam minabatur.¶ Primò verò quæritur , vtrum furtum sit casus fortuitus? Et dicit Pano.vbi s.quòd glossin tit ciuilit contrariæ videntur:sed si,inquit,per violentiam qd subtrahitur,est casus fortuitus:nisi fuerit quis in culpa transeũdo per loca periculosa.ar.l.nõ est verisimile.ff.quòd met. cau.Si verò clandestinè:eunc si ab ea persona,à qua diligẽtiꝰ simus præcauisset,puta āvilli famulo,non est casus fortuitus: aliàs autem sic.& facit quod notatur in l. quæ fortuitis.C.de pig.act.¶ Secundò,vtrum teneatur quis de casu fortuito? Et respondet text.in d.cap.vnico,quòd sic,in tribus casibus.

¶ Primò,quãdo præcessit culpa:puta,cõmodauit tibi equum vt ires Mediolanum,& ititli Placentiam,& incidisti in latrones:vt ibi in l.si.vt certo.§.sed interdum.ff.commo.¶ Secundò,quando præcessit mora:puta,nõ reddidisti quando debuisti,& fortuito perijt:vt in d.cap.vnico.& in cap.bona fides.de depo.& hoc in conscientia verum est,nisi eodem modo apud dominum res fuerat peritura : quia tunc non teneris nisi de damno illato ex hoc quod tempore debito nõ restituisti.ar. cap.fin.de iniur.quod si dubium est an fuerat peritura, vide j. Mora.§.¶ Tertiò,quando pactum intercessit:vt teneretur de casu fortuito:vt in d.cap.vnico.& cap. bona fides.quod limita nisi adueniat ex culpa eius cui promisit:q̃a sic nõ teneretur. L.cum proponas.C.de nau.foe.& l.qui obiicj.§.fi.ff. de cõtrahend.emp.sed de hoc in §.seq.¶ Tertiò,† vtrum ex pacto generali inito,quo quis pacisci tur se teneri de omni casu nullo expresso,teneatur de casu fortuito? Et refert Bald.in l.j.C. commo.de hocvarias opiniones esse.Accur.tamen in l.sed & si quis.§.quæsitum.ff.si quis caut. quem Ioã.And.sequitur in d.cap.vnico dicit quòd non tenetur , si nullus casus fortuitus fuit expressus:ne quis sub involutione verborum renuntiaret ei iuri,cui non esset in specie renuntiaturus. & hoc placet Pan.& infallenter est verum in conscientia,nisi in casibus in quibus specialiter fuisset renuntiaturus.Si verò aliqui casus fortuiti fuerunt specialiter enumerati,& secuta fuit clausula generalis,puta,& de omnibus alijs.Bart.in d.§.quæsitum.tenet quòd sub illa clausula generali veniunt casus consimiles expressis,non autem maiores.quod satis placet Pan.quia generalis clausula in odiosis non comprehedit maiora expressis: vt est tex.not.in cle.non potest.de procu. Secus de non odiosis:licet in constitutione procuratoris , in qua expressis aliquibus requirentibus speciale mandatum,& subdita clausula generali,veniunt casus maiores expressis:vt nota.Inn.in cap. sedes.de.rescrip.¶ Quartò, † vtrum dicta generalis renuntiatio casuum sic iuramento firmetur vt teneat siue obliget.Et dicit Io.And.vbi s.quòd non: quia iuramentum non obligat vltra consensum iurantis.facit cap. Quintrauallis.& cap.pen. &.c.veniens.el j.de iureiur.& quod ibi not.Inn.ille autem nõ videtur consensisse dictis casibus non expressis.Et hoc credo verum in casibus,in quibus specialiter non consensisset:secus in illis,in quibus specialiter consensisset si fuissent expressi. Pro quo facit cap.tua nos.cum ibi notatis,de spon.Cõcordat Bald.vbi s.Et ratio, quia iuramẽtum habet vim casus expressi.l.cum pater.§. si quis matrem. ff.de leg.ij.sed intelligẽ q̃ habet vim casus expressi in his quæ sunt expressa habita & virtute, id est, quæ exprimerentur si proponerẽtur.¶ Quintò,† vtrum æstimatio faciat venire casum fortuitum,id est, si alicui tradatur res æstimata & appretiata,vtrum ea pereat casu fortuito,pereat sibi? Et Ioan. And.in d.cap.vnico.& Bal. in l.si vt certo.§.nunc videndum.ff. commo.& l.j.eod.tit.dicunt quòd si sumus,id est,loquimur in contractu,cuius natura non repugnat quòd dominium transferatur:tunc æstimatio facit emptionem:vt in l.plerunque.ff.de iure do.& l.quoties.C.eod.& sic æstimatio facit omne periculum & commodum esse recipientis.l.necessario.in princ. ff.de peri.& commeneu.& d.l.quoties.& plerunque etiam deteriorationis:vt l. si æstimatis.cũ l.seq.ff.tol.mar.Exẽplum,vt cùm mulier dedit viro rem æstimatã:vt in d.l.plerũq..vel cùm quis æstimatam rem tradit,ita quòd æstimatio reddatur,non res:vt in d. §.nunc videndũ.Si verò sumus in contractu, de cuius natura est vt solùm pro parte dominium transferat & pro parte non, sicut est in societate:sic si æstimatio fiat in accipiente,transit solùm periculum partis:vt l.cum duobus.§.dãna. ff.pro soc. Si autem sumus in cõtractu,cuius naturæ repugnat dominij translatio:vt in locato,& huiusmodi: sic æstimatio non facit emptionemnec transire periculum casus magis quàm teneretur ex natura contractus. Nec obstat quod Bar.vbi s.vult vt aliquid operetur:& sic si tenebatur de lata solùm,tenetur de leui:si de leui,tunc de leuissima:si de leuissima,tunc de casu: quia hoc nõ teneo,sicut nec Pan.in d.c.vnico,Sed dico quòd æstimatio tunc operatur solùmvt sciatur pretium,si deterioraretur,vel perderetur recipientis virtio:& sic releuatur dominus ab onere probandi verum pretium rei.Si autem res æstimata daretur cum pacto quòd aut res aut æstimatio redderetur:sic facit transire periculum peremptionis,sed non deteriorationis:vt in d.l.plerunque.in fin.vide j.Aestimatio.

De Catechismo & Exorcismo.

1 *Catechismus & exorcismus,qualiter inter se differant? Et qui dicantur exorcistæ?*

2 *Catechizare ad quem pertineat. Et quis possit catechizari?*

3 *Pateamus catechizanda quis esse possit , & ad quid teneatur? Item quodnam sit catechismi tempus?*

4 *Exorcista præsentes ac futuro quid competat? Et quis exorcizare habeat?*

5 *Exorcizandus quisnam sit? Et exorcismi & catechismi quisnam effectus?*

1 CATECHISMVS† & exorcismus sic inuicẽ differunt: quia secundũ S.Th.iij.di.vj. catechismus est institutio credendorum explicitè baptismum præcedens , ordinans ad bonum,nihil efficiendo,sed instruendo tantum:vnde & dicitur à catechizo,id est doceo vel instruo,& de hoc in c.per catechismum.de cogna.spi.lib.vj.& in c.ante baptismũ.de consecr.dist.iij.Exorcismus autem,vt colligitur ab eo ibi. & distinxiij.& habetur de consec.dist.iiij in c.ante xx.dies,est adiuratio contra diabolum:&, vt dicit, ordinatur ad remouendum malum etiam operado vel etiã deordvnde exorcistæ Græcè, Latinè adiurantes dicuntur,siue increpates.xxj.distin.cleros. circa fi.Igitur malè Sũ. Ang.dicit ista duo esse idem.¶ † Primò verò quæritur,ad quem pertinet catechizare? Et dicit S. Thom.vbi s.& iij.q.lxxj.quòd ad sacerdotem principaliter,& secundariò ad lectorem quo ad institutionem credendorum: ad episcopos autem prædicatores & quoslibet fideles quantum ad institutionem conuersiuam : ad anadochum autem, id est patrinum,quo ad institutionem morum. ¶ Secundò, quis possit catechizari? Et dico, secundum eundẽ, quòd etiã pueri:& patrinus in persona pueri respondet,credo. &,vt dicit,dupler potest esse lensus,scilicet credo,id est,ego parvulus cum ad perfectã ætatẽ venero, credam:vel credo,id est, ego patrinus operam dabo quòd iste credat.pro eodem etiã promittit. Nec inconuenit:quia in his,ad quæ omnes tenẽtur vnus alij potest obligare:secus in alijs.¶ † Tertiò,quis possit hoc esse patrinus,& ad quid teneatur? Et d.co q̃ solùm catechizatus,sicut in baptismo solũ baptizatus,& in cõfirmatione solũ confirmatus:vt dicitur de consec. di.iij.in baptismate. & in necessitate vnus potest esse in catechismo, baptismo & cõfirmatione:non tñ est consuetudo Romana:sed q̃ per singulos singuli suscipiat.de cõsec.d .iij.in catechismo. Tenetur autẽ ad instruendũ patrinũ de fide,secundũ S.Th.& videtur, etiã de moribus,sicut de baptismo dictũ est. Nec tñ ex hoc periculũ magni imminet patrino,vt dicit S.Th.quantum ad hoc tempus:quia parentes sunt Christiani,& puer inter Christianos nutritur.si tñ ipsi essent infideles, vel puer inter infideles conuersaretur, diligentior cura adhibeda esset, sicut in ecclesia primitiua.hæc ex illo. Et idem videtur si parentes essent suspecti in moribus:quia patrinus est fideiussor:non solum fidei, sed etiam morum. arg.de consec.dist.iiij. vos autẽ omnia. ¶ Quartò quæritur,quod sit catechismi tẽpus? Et dico secundum Per.de Pal.quòd conuenienter debet præcedere baptismum:quia in baptizando requiruntur ea , quæ sunt de necessitate fidei,quæ sunt tria,scilicet fidei susceptio,professio,& obseruatio. Vnde propter hæc tria catechismus inuẽtus est:quia in eo fit institutio ad fidei susceptionem,& responsio ad fidei professionem,& promissio ad fidei obseruationem quæ ab adulto per seiptum requiruntur,quia potest: in paruulo autem requirũtur per vicarium, id est patrinum. ¶ † Quintò quæritur,quid ad exorcistam præsentem ac futurum pertineat? Et dico quòd exorcista futurus,id est,ordinandus ad ordinem istum cum ordinatur accipere debet de manu episcopi librum,in quo exorcismi sunt scripti, cum istis verbis.Accipe & commenda memoriæ, &c.vt in c.exorcista. xxiij.dist.n.ad exorcistam verò præsentem,id est,ordinatum pertinet exorcismos memoriter tenere:manusq; super energumenos,id est,lunaticos & obsessos à dæmonibus , & catechumenos in exorcizando imponere. xxv.distinct. perlectis. ¶ Sextò,quis habet exorcizare? Et dicit Sanct. Tho.iij.q.lxxj. quòd exorcizare ptinet ad sacerdotem principaliter, ad exorcistam instrumentaliter tantùm:sed vt dicit in iij.distinct. vj.licet exorcizare sit proprium officium exorcistæ:tamẽ de consuetudine totum fit à sacerdote. ¶ † Septimò,quando sit quis exorcizandus? Et dico secundum eundem,quòd ante baptismum:quod si non fiat,nihilo minus fiat post. facit c.sicut nostris de consec.dist.iij.¶ Octauò quæritur,quis sit horum effectus? Et dico quòd catechismus,secundum mentem San. Thom.directè illuminat de fide & moribus:& consequenter operatur omnia quæ ad illuminationem sequũtur:puta amorem & bona opera:exorcismus verò reprimit dæmonum potestatem,inquantũ homines repellit à sacramentis: & aperit sensus ad mysteria & mãdata.Sũ.tamẽ Ang.vtrisq; attribuit eundẽ effectũ,scilicet dæmone frænare : quia putat esse idẽ. ¶ CAVPO & stabularius , id est , tabernarij & hospites, vide infrà,Nauta,per totum.

De causa legali & iudiciali.

1 *Causa prout iuridicè sumitur, duplex est, nimirum legis ac iudicij. Et sub hac quòd legis causa quadripartita sit. Et quòd pro eodem vsurpentur causa legis & ratio legis.*

2 *Causa legis,vel ratio legis,quo significetur?*

3 *Causa iudicialis quid sit? Et subinde,quomodo differant causæ impulsiua & finalis? Et finis ex quo dignoscatur? Et ibidem, quodex quinque.*

4 *Causa iudicialis quotuplex dicatur?*

5 *Causarum prædictarum quot modi sint? Et an causa vniuersitatis,vel ecclesiæ sit propria,vel communis?*

6 *Damno ex causa data illato,quomodo quis teneatur?*

CAVSA,† est quicquid tacit ad esse rei.& loquendo iuri dicè est duplex,scilicet causa iuris siue legis, & causa iudicij.¶ Primò verò quæritur,quotuplex est causa legis? Et dico q̃ est quadruplex. ¶ Prima, efficiens , ex qua producitur: sicut pater est causa filij,& conditor legis,& cõtractus causa obligationis.l.& an ea.§.actionex.ff.de exce.rei iudi.¶ Secũda, finis,ex quo datur impulsio faciendæ dispositioni.& ita sumitur in tit.de condi.& demon.& causis & modis earum:vbi patet quomodo differunt causa,modus,& conditio:de quo j. Conditio,per totum. Et ad hanc vt ad efficientem reducitur causa impulsiua,quæ occasionẽ remotam præstat: sicut Calphurnia importunè postulando causam dedit vt mulier postulare,id est,aduocare nõ possit:vt in l.j.§.fexũ.ff.de postul. ¶ Tertia materialis,id est materia de qua in lege disponitur. ¶ Quarta formalis,id est, modus disponendi & contrahendi. Sed vtitate causa legis dicitur finis. Vnde dicitur quod cessante causa,scilicet finali,cessat lex.l.adigere.§.quanis.ff.de iure pat.Et indifferenter pro eodem vtimur hoc nomine causa,& hoc nomine ratio legis,licet differant:quia ratio est lumẽ discernens quid iuris:& causa est per quod ratio discernit.¶ Secũdò† quæritur,quomodo significatur causa vel ratio legis? Et dico quòd p ly sive lego illi si negotia mea gesserit.l.demonstratio.§.j.ff.de condi.& demon.Et per ly quia:Instit.de

Universidad de Deusto
Biblioteca

leg.§.longè magis.& per ly quoniam.nam exponitur per quia.Et per dictiones illatiuas:vt Titius negotia mea gesit, ideo vel ideireo sibi lego.Et p ly eū:vt cū Titi⁹ negotia mea gesserit,lego sibi &c.Et p ly siue:vt siue Titius negotia mea gesserit,siue aduocatus fuerit &c.Et p ly p:vt lego tibi proalimentis.l.fin.§.j.ff.de ali.& cib le. Et per ly nomine:vt lego vxori meæ nomine dotis.l.cùm quidam vxori.ff.de leg.ij.

2 ¶ Tertiò quæritur,quid est causa iudicialis? Et dico quòd est materia & origo negotij,nodum discussionis examine patefacta:quæ,dum proponitur, causa est:cùm discutitur,iudicium:cùm diffinitur,iustitia.c.forus.de ver.sign.Et differt ab actione:quia causa est negotium vel contractus,ex quo quis mouetur ad petēdum vel litigandū:vt vēditio vel locatio rei, ex qua oritur obligatio:quæ obligatio parit actionem,cū sit mater actionis:vide ibidem glo.¶ Quartò quæritur quomodo differant causa impulsiua & finalis? Et dico quòd cessante impulsiua non cessat effectus,sicut cessante finali,quæ dispositionē & legem regular.de appellatio.c.cum cessante.C.de episcopis & clericis.l.generaliter.vbi Bald.multa dicit.& xvj. quæst.j. generaliter. Cognoscitur autem finis ex quinque. ¶ Primò,quando id quod exprimitur in viam causæ respicit vtilitatem alterius quàm partium.l.Titio centum.ff.de conditionib.& demonstrat.puta,dono tibi centum vt inde facias capellā in tali ecclesia:& huiusmodi. Siverò respiceret solùm vtilitatem eius qui debet implere & non sit pia:tūc præsumitur causa impulsiua.d.l.Titio.§.sed si filio. Vnde si lego tibi decem vt caligas emas:nihilo minus tenet legatum licet nō emas:similiter si vt fundum: sed si vt emas fundū alteri minus industrioso,non valet,nisi caueat,vt sibi.¶ Secundò,quando exprimitur pius actus in via causæ.l.si quis pro redemptione.C.de do.& l.si ego.ff.de iure do.& vul. Bar.in l.ij.§.fin.ff. de dona.puta,dono tibi centum vt facias hospitale.¶ Tertiò, quando in gerēdo actum exprimitur ab homine causa, vbicunq; lex requirit de necessitate causam ad validitatē actus: quia tūc interligitur finalis,vt actus sustineatur.l.sed si mors. cum l.sequen.ff.de do.inter vi.& vxo. vbi dicitur quòd donatio facta vxori ad restaurationem ædium igne combustarū, valet vsque ad earum reparationem, & non in plus.¶ Quartò,vbicunque nō potest esse alia ratio, illa censetur causa finalis.l.quamuis.vbi glo.C.de fideicom.vnde qui legat iter ad fontem,videtur legare & haustum.ff.de ser.rusti. prædi.l.itē si.¶ Quintò,vbicunque lex exprimit causam: censetur finalis.glo.est notabilis in l.cum tali.ff.de condi.& demon.quam ad hoc ponderat Ang.in l.scien dū. ff.de ædil.edic.& Bar.in d.

4 §.fi.cuius sunt ista dicta. ¶† Quintò quæritur, quotuplex est causa iudicialis? Et dico quòd multiplex.de quo vide gl. xj.q. j.in Sum. Quædam enim est secularis:& diuiditur in criminalem & ciuilem. Quædam verò est ecclesiastica:& est triplex. Quædam enim est spiritualis vel annexa spirituali:vt quæ fit de decimis,de matrimonio,de iure patronatus. Quædā ciuilis:vt cùm agitur super rei vendicatione in causa pecuniaria: vt in d.c.super prudentiam. Quædam criminalis:vt cùm agitur directè de crimine:vt in c.at si clerici.& in c.cum non ab homine.de iudi.&.c.super prudentiam.xij.q.ij.&.c.frater noster.xvj.q.j. Et si de crimine agatur ad vindictam publicam. proceditur in causa criminali criminaliter: si verò agitur ad pœnam per modum inquisitionis, denuntiationis, vel ad interesse partis per viam accusationis ꝓcedit ciuiliter. Quædā mista.quæ scilicet participat de vtraque.de procu.c.tua. sicut cū de crimine agitur ciuiliter: puta de adulterio ad thori separationem. Et licet glossæ videantur variare ponendo pecuniariam pœnā aliquando pro criminali,aliquando pro ciuili: vt in l.prætor.in prin.ff.de sepul.vio.& in l.vnica. C.quando ci.ac.cri.præ.tamen concordat: quia quando pœna pecuniaria applicatur fisco,criminalis est, secundum Inno.in c.qualiter & quando.el ij.de accusa. & est Glo.& Bart. in d.l.prætor.quia sic intenditur publica vindicta per pœnam pecuniariam,sicut per pœnam corporis:si tamē applicatur filiō pro interesse filii, ciuilis est: vt in l.j. C.de his quib.vt indi. Nec obst.c.per tuas.de simo.& ꝓ not.Ioan.in rubr.de iudi.qa illud capitulum loquitur de amotione à prælatione:quæ secundū eundem ibi,est ciuilis:cùm sit ad bonum cōmune nō ad vindictam delicti:nec agitur ciuiliter præcisè quando pœna applicatur parti,secundum doct.sed etiam aliter,sicut in d.c.ꝓ tuas. Et hoc sequitur glos.& Bar.& Ang.in l.ij.de sepul.vio. & Bar.in l.fi.ff.de pri.delic. Itē dicit gl. Alberi.& Salic.in l.j. C.de sepul.vio.& communior est opinio:de quo vide do.Anto.in rubrica de iudi. ¶† Sextò quæritur,quot sunt modi causarum prædictarum? Et dico quòd multi. Quædam enī causæ dicuntur fauorabiles:& sunt numero quatuor scilicet de libertate,matrimonio,dote & testamēto.c.duobus. de re iudi. Quædam minimæ:vt quæ est duorū,vel decem aureorū, aut quinquaginta solidorum: vel quæ non sufficit ad sumptus iudiciales,secundum voca.iur. Quædam est remota:& quædam propinqua:de quibus not.doct.in d.c.dilecti filij.de iudi. Et remota est,sicut cùm ædificator turris dicitur causa homicidij eius qui inde se præcipitat: & dicitur occasio.facit l.qui domū.ff.loca. Causa verò propinqua dicitur ipse. Quædam est propria, quædam communis: & propria est illa,cuius emolumentum vel damnum ad aliquem suo nomine pertinet.cap.biduum.§.palam ij.q. vj. Communis verò est,quæ vtrumque est.ff.de ritu nupt.l.illud. Vnde non potest quis esse testis in re cōmuni sibi cum alijs nisi indirectè: sicut legatarius potest esse testis in causa testamenti, in quo sibi est aliquid relictum. Insti.de testa.§. legatarijs. ¶ Septimò quæritur, vtrum causa vniuersitatis vel ecclesiæ sit propria vel cōmunis? Et dico quòd causa vniuersitatis nō videtur esse singularis personæ:vt in cap.qui manumittitur. xij.q.ij.& ibi doct. & in d.§.legatarijs.cum annotationibus suis. Causa etiam ecclesiæ non est propria rectoris: vñ in causa ecclesiæ suæ potest esse iudex.ij.quæst.vij.si quis erga episcopum.in glos. & facit cap.fin.de postu. quod verum est dummodo alius constituatur,qui agat nomine ecclesiæ:vt in cap.insuper.de test. vbi dicitur quòd eo casu potest esse testis. Et nota quòd licet canonicus possit esse testis pro canonico contra extraneum,quia nō dicitur domesticus eius, sed ecclesiæ tantum, secundum Hugo,vt in glos.d.c.super prudentiam. xiiij. q.ij. non tamen potest esse iudex pro eo contra extraneum:quia minor causa requiritur ad repellendum aliquem à iudicio quàm à testimonio.de offic.deleg.

¶ † Octauò quæritur, quomodo teneatur quis de damno ex causa data? Et dico quòd nō tenetur qui dat causam remotam quæ etiam dicitur occasio,si quis dabat operam rei illicitæ,adhibita diligentia.xxiij.quæstione quinta de occidentibus. Secus si rei illicitæ:quia imputantur ei omnia sequentia. distinctione 50.quantum dicit de iniur.cap.finali.ff.ad legem Aquiliam.Item Mela.in princip.§.item & cum eo. Similiter & si dabat operam rei quidem licitæ,sed diligentiam non adhibuit.d.l.sæpe.ff.ad legem Aquiliā.l.qui occidit.§.penultimo.vide glos.in c.sicut nobis.de testib. Similiter non tenetur,qui dat causam etiam propinquam,sed non sufficientem & efficacem:licet peccet. Tenetur autem qui dat causam efficacē,sine qua effectus nō sequeretur. & de qua loquitur infra.de iniur. Vide suprà Aduocatus.§.vlti.& infrà culpa.§. iij.& infrà Restitutio ij.in fin.& Restitutio iij.§.vj.illo versu,Insio,Consilium &c.

De cau

De Cautione.

1 *Cautio simpliciter dicta,qualiter intelligatur? Et quænam idonea,& quænam mediocris,& quænam competens?*

CAVTIO † simpliciter dicta regulariter intelligitur nuda promissio.l.sancimus.C.de verb.sig.quod tamen fallit in cautione expressa à lege prætoria:vt ff.de præto.stipu. l.prætoriæ.la j.& sic,secundū aliquor,intelligitur glos.in c. primo igitur. de consc.dist.iiij. Item secundū gl.in l.pe.ff. de peti.hęre.quādo est persona suspecta:vt l.si fideiussor.§ fi.ff. qui sa.cog.quia tūc debet cauere cum fideiussoria. Sed cū adsit cautio idonea vel sufficiēs,intelligitur de pignoratitia vel fidemssoria:vt ff.de fideic. li.ergo quādiu.vide gl.in c. ad nostram.el j.de iureiur.& in c.vlt.de pig.& in c.ex publico.de cōuer.coniu. Si verò dicitur cautio mediocris:tūc venit obligatio omnium bonorū.& est tex.in l.filio.ff.vt leg.no .caue. Si verò dicitur cautio cōpetens: intelligitur arbitrio iudicis secundum aliquos:secūdum alios autem fideiussoria vel pignoratitia:vt in gl.l.si debitori.ff.de iudi.Si verò dicatur, Satisfaciet vel satisfaciat:fideiussoria intelligitur,secundū gl.in d. l.pe.Notat tamē Bal.in l.vniuersa.C.de preci.Imper.offe. ꝙ quādo statuto cauetur ꝙ caue atur idoneè, quādo cōpromissum petitur:intelligitur arbitrio iudicis.& in l.oēs.C.de epis. & cle.dicit ꝙ si tenetur quis dare fideiussores, & non potest: tenetur obligare omnia bona sua meliori modo quo potest. Quando autem cautio liceat,vide infrà Negotium §.iij.

¶ CAVEAT. Infrà Surdus.

De Cessione bonorum.

1 *Cedere bonis quis debeat? Et ad quid bonorum cessio prosit? Et ibidem certa limitatio.*

CEDERE † bonis debet qui suis creditoribus soluere non pōt. Et hoc valebit ei. Primò ne incarceretur.l.j.C. qui bo.cede.poss.de quovide ℣.Carcer.§.iij. ¶ Secūdò,ne excō municetur:& si erat excōicatus vt absoluat, recepta idonea cautiōe de soluēdo,si ad pinguiorē fortunam venerit,de sol. c.Odoardus. ¶ Tertiò,ꝙ nō cōdemnetur nisi in quantū facere potest,habita ratione ne egeat:quia nō est fraudādus quotidianis alimētis.ff.de re iudic.l.sunt qui in id quod facere. & ff.qui bonis ced.pos.l.is qui.& l.q bonis.& l.si debitores. Nec obstat c.peruenit.de fideiuss.quia ibi nō cesserat bonis. Limita tamē tertiū quādo non cōuenitur ratione delicti: quia si ratiōe delicti cōueniret,nō haberetur respectus ne egeret, etiā in clerico:vt no.Pan.in c.olim nobis.de resti.spol. Quomodo verò,fit,vide infrà solutio. De cessiōe verò actionū,vide si vis Pan.in c.fi.de alie.iud.mu.cau.fac.& infrà Lis.§.viij.

De Censura.

1 *Censura ecclesiastica,quidnam suo nomine contineat?*

CENSVRA † ecclesiastica sito nomine cōprehēdit tria, interdictū scilicet,excōmunicationem, & suspensionē. vide sig. quærenti.& de singulis horū vide infrà in locis suis.

¶ CENSVS. infrà Gabella secundò.

De Cessatione à Diuinis.

1 *Cessatio à Diuinis abs quibus fiat & quotupliciter?*

2 *Cessatio à Diuinis quomodo fieri debeat,& quot requirantur vt ea obseruanda sit? Et ibidem quod decem requirantur.*

3 *Cessatio à Diuinis num seruāda sit, si pars aduersus quam cessatur,quæ præcedenti numero dicta sunt,non obseruarit?*

4 *Pœna iniustè cessantium generaliter,aut specialiter,aut data ea occasione iuste cessationi quænam sit? Et cessans iniustè, cuinam fructus restituet,si ecclesia,in qua cessatur,sit ipsius.*

5 *Cessatio nem iustam violantis,quæ nam pœna sit?*

CESSATIO † à diuinis fit, vt dicitur in c. quāuis.de of. ord.li.vj plerūq; à capitulis,cōuentibus,siue collegijs secularium,vel regulariū ecclesiarum:& vt dicitur eo.tit.& lib.in c.si canonici.eam sibi in aliquibus ecclesijs vendicāt canonici ex consuetudine:vel aliàs,id est ex priuilegio. secūdum glo. vel concessione episcopi,secundū Gul. vel cōstitutione Lyndali,secundū Cle.pro quo facit cle.j.de sen.excō. Fit autē dupliciter. Primò generaliter:puta respectu totius ciuitatis:& secundò specialiter:vt in vna ecclesia: & hoc propter iniuriam factam alicui de ecclesia:vel ipsi ecclesiæ. Quarū quidē cessationum prima,id est,generalis æquiparatur interdicto:per cle.j.de sentēn.excom.nō autem secūda. ¶ Primò † verò quæritur:quomodo fieri debet cessatio,& quot ad illam requiruntur vt seruanda sit? Et dicit Io.And.in c.quamuis.de offi. or.li. vj.& Dire. ꝙ oportet cōcurrere decē. Primò quòd cessantes habeant à iure,vel consuetudine,vt cessare possint. Secundò, quòd vocētur absentes ad tractandū de cessatiōe,ac si de electione agerenur. Tertiò,quòd de illa cessatiōe tractetur dili genter. Quartò,ꝙ de cessando deliberēt. Quintò, quòd sit manifesta offensa propter quam cessatur,& notoria,vt etiam dicit Inno.& Host.alioquin nulla cōsuetudo prodesset: quia esset ecclesijs onerosa.de cōsue.c.j.&. c.cū venerabilis. Nec debet is,cōtra quē cessatur,cōuinci ꝓbabilibus: sed aptis & notorijs:secundū Io.Mo.& Arch. Sextò,ꝙ causa sit rationabilis. Septimò,ꝙ ante cessationē instrumento publico,vel patētibus literis authētico sigillo munitis causam cessationis exprimāt. Octauò,ꝙ illud instrumentū vel literas tradāt ei, cōtra quem cessant. Nonò quòd requirāt illū vt emendet cōpetenter iniuriā vel offensam,propter quam volunt cessare,ꝙ si nō fecerit,locū habeat tunc cessatio. Decimò quòd post cessationem vtraq; pars iter debet arripere ad sede Apostolicā intra mensem,per se,vel per procuratores sufficienter instructos,& cōtinuatis diebus quām citò poterūt sedi Apostolicę se repręsentent,vt discutiatur quid super hoc sit agendū: nisi interim per mutuā cōcordiā cesset cessatio. His nō seruatis, cessatio nō seruatur:& similiter nō seruatur ab alijs, si pars, quæ eam posuit,nō seruauerit. Et hoc notāt Io.Mo.& Gas.in c.si canonici.de off.ord.li.vj.vbi etiā reprobantur & grauiter punitur hi,qui in cessationis aggrauationem imagines crucis & sanctorū prosternunt,supponunt spinis,vel vtricis,vel lapidibus,vel aliquid huiusmodi faciunt. ¶ Secūdò † quæritur, an sit seruanda cessatio,si pars, contra quā cessatur,prędicta non seruauerit? Et dico quòd sic:quia tex.in d.c.quamuis.specialiter dicit quòd si nō arripuerit iter pars cessans:ꝙ cessatio nō seruatur:per qd à cōtrario sensu habetur, ꝙ si reliq; pars ire contemnat,stat cessatio: alioquin per suam cōtumaciam irritaret actum iurisdictionis partis lætæ. ¶ Tertiò,† quæ est pœna iniustè cessantiū generaliter aut specialiter,aut datis occasionem iustæ cessationi? Et dico quòd illi tenentur restituere omnes fructus,quos interim ab ecclesia perceperunt, in qua cessatū est,& quæ pro eo tempore debentur eis de ecclesia nō percipient,& ei,contra quem cessauerunt, de damnis & iomijs satisfacere:vt in d.cap.si canonici. quod licet loquatur de capitulo canonicorum,tamē secūdum Gem. idem est in alijs dictam cessationem imponentibus. Iste verò tenetur ad omne interesse canonicis:& ad aliquā satisfactionem: ęstimandam arbitrio superioris taxandam ipsi ecclesiæ, in qua cessatum est,& in cultum diuinum conuertendam:vt in eod. capi. ¶ Quartò quæritur,cui restituet fructus iniustè cessans: si ecclesia, in qua cessat sit sua? Et dico quòd ecclesiæ ipsis argum.eorum quæ not.in cap.cum secundum. de præbend. quod de mente Panor.abi videtur limitādum: si habet bona patrimonialia.adde,vel aliūde quām de ecclesia quęsita.Cui ecclesiæ restituet,si decessupiori vel successori aut in eius vtilitatem conuertat, aut in necessitate pauperibus tribuat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Quintò † quæritur, quę sit pœna violantis iustam cessationem, id est celebrantis in loco vbi cessatur? Et dico, secūdum omnes, quòd si cessatio est particularis, celebrans ibi nō efficitur irregularis: nec religiosus eam non seruans est excōmunicatus: quamus talis ecclesia esset matrix: quia ipsa nō equiparatur interdicto. Et sic intellige glos. iij. in d. cap. fi. a nouici. & Innocent. in d. capite, dilectis filijs. de appella. Si verò sit generalis, secūdum omnes, religiosus eam violans est excommunicatus: vt in cle. j. de sent. excom. si ea seruet ecclesia cathedralis vel matrix seu parochialis loci. An verò ibi celebrans sit irregularis, sunt opiniōes: quia Io. And. in d. c. fi cano nici. cōcludit quòd sic: quia talis cessatio equiparatur interdicto, per d. cle. Et cum hac opinione trasit Sum. Ange. & de hoc j. interdictum. j. §. j. Oppositum autē videtur sentire do. Ant. cui Pano cōsentit, & cum his tranſit Sum. Ros. &, vt credo Sum. Pis. & hoc est verius & rationabilius per illam regulam, vt nunquam fiat quis irregularis, nisi in casibus à iure expressis. de sen. excō. ix. qui. lib. vj. Iure autē hoc nō cauetur nisi in violatiōe interdicti: cui licet cessatio equiparet in aliquo, puta in excecatione annexa in ordine ad religiosos, non tamē in omnibus & simpliciter: & pœnę nō debet extendi. Prędicatores tamen & Minores in hoc sunt priuilegiati.

De Cœmeterio.

1 *Cœmeterium vnde dicatur, & quam immunitatem habeat: & qualiter violetur ac reconcilietur. Item eius consecratio quomodo fieri debeat? Et quot modis polluatur. nu. seq.*

2 *Cœmeteria si duo sint contigua, inter posito tamen pariete, & alterum violetur num alterum quoque pollutum intelligatur? Et quid si violatio in ecclesia porta facta sit?*

4 *Cœmeterium non consecratum, quando consecrandum est, vel reconciliandum, vtrum exhumanda sint corpora excommunicatorum, hæreticorum, & infidelium.*

1 CŒMETERIVM † secundū Gem. in c. vnico de cons. ecc. vel al. li. vj. Græcè dicitur à cimis, quòd est dulcis statio animarū, scilicet, vel potius corporū: quia ibi cimis mortuorū detinetur. vel à cis, quòd est ante: quia ante ecclesias fieri solet. Et habet omnē immunitatē, quā habet ecclesia quo ad omnia capitula, quæ habes j. Immunitas. exceptis duobus casibus. Primò, quia nullus debet in ecclesia sepeliri: vt j. Immunitas. Secundò, quia laici in choro esse nō debent, hæc Host. & Ray. & benedicitur, violatur, & recōciliatur ab eodem, & eodē modo sicut ecclesia, secundū Host. & Bart. & ecclesia reconciliata, reconciliatur, si est ei contiguum, secundū Io. And. in c. vnico. de cōsec. eccle. vel alt. lib. vj. & ide Archi. secus aliàs. Quomodo verò fieri debeat eius cōsecratio,
2 habetur in pastorali. ¶ Primò † verò quęritur, quomodo polluitur? Et dico q̄ eo modo benedicitur, & polluitur & recōciliatur sicut ecclesia, vt dictū est. Et si est ecclesiæ contiguum ea polluta polluitur: nō autem econuerso, polluto cœmeterio polluitur ecclesia: vt in d. c. vnico. ne minus dignum videatur trahere magis dignum. Siverò non est ecclesiæ contiguū, ea polluta nō polluitur: sed siue sit ei contiguū siue nō, polluitur per sanguinis vel seminis effusionem: sicut de ecclesia dicetur j. Consecratio. ij. Item polluitur, quando aliquis excō municatus vel infidelis in eo sepelitur: vt in c. cōsuluisti. de cōsec. eccle. vel alt. Quatuor ergo modis polluitur, scilicet polluta ecclesia, vel effuso semine vel sanguine, vel sepulto prophano. nec debet aliquis in eo sepeliri antequām reconcilietur: vt in d. c. vnico. ¶ Secūdò † q̄ritur, quid si duo cœmeteria sunt cōtigua interueniēte tamē pariete, & vnū violatur? Et dico q̄ sunt cœmeteria duo vndevno polluto, aliud nō est pollutum: etiam si porta esset in pariete, per quam ab vno ad aliud esset accessus: vt in eo. c. vnico. Si tamē ipsa violatio fiue effusio fiat in media porta: dicit ibi Gemi. quòd si fiat in parte alteri eorū viciniori, illud solum est pollutum. Si verò fiat in medio, vt dicit Io. An. pollutū est illud, cuius causa paries & porta facta est: quasi sit illius accessio, q̄ l. & si. nō sunt ff. de aur. & ar. le. vbi dicitur: Spectamus quæ res cuius rei ornandæ causa fuerit adhibita: nō quę sit ptiosior. Si autē dubitatur cuius causa sint facta: videntur principaliter facta ea pars eiāt cœmeteria duo vt innuit ibi tex. nō aūt accessoriè. & sic vtrūq; pollutū est. ¶ Tertiò, vtrū similiter dicendū sit si violatio fiat in porta ecclesiæ? Et dicūt Gem. & Io. de Imo. q̄ sic, quando iniuria fit intra clausurā oūij versus ecclesiā: secus si in parte extra clausurā. ar. no. per Bar. in l. j. ff. de dona. Et intēdūt isti q̄ factum sit extra ecclesiā illud, quod est factum extra lineam, ad quā percutiunt valuæ in limināibus. ¶ Quæritur † quæritur, quādo cœmeteriū nō consecratum consecrandū est, vel reconciliandum: vtrū exhumāda sint corpora excommunicatorū, hæreticorū & infidelium? Et dico quòd si consecrandū est, & discerni possunt, prius debēt ejici, & parietes ac tigna radi. de eōse. di. j. ecclesiā. Si verò cœmeteriū prius cōsecratū reconciliandū est: eodē modo dicta corpora ejicienda sunt, si discerni possint. extra de sepult. sacris. Sed dicta abrasio fieri non debet aliter quā reconsecrandū & non reconciliandum esset. Corpora autē fidelium in cœmeterio sepulta ab excōmunicatis, schismaticis, vel infidelibus, & huiusmodi, nō propter hoc debēt exhumari. de sacra. ite. à nobis. Corpora etiam sanctorum' nemo trāsferre præsumat: sine licētia principis, id est, papæ secundū gl. vel episcopi. de consec. dis. j. de loco. quod verum est. si sunt tradita perpetuæ sepulturę: alias sine alicuius authoritate transferri possunt: secundum gl. &c. Et Host. idem dicit videri de ossibus aliorū fidelium. ff. de relig. & sumpt. fu. l. ossa. Sed hoc nō intelligas de loco proprio. Sed de communi: puta de vno cœmeterio ad aliud.

De Circunstantia.

1 *Circunstantia quid sit? & in quotuplici differentia sit?*

2 *Circunstantia vtrum peccati, vel actus speciem demutet, ad aliā speciem, vel peccati genus ideipsum pertrahens? Et num circunstantia mutans vel speciem aliā inducens, peccatum in infinitum semper aggrauet, adeò vt de veniali mortale fiat?*

3 *Circunstantia infinitè aggrauantes, quænam sint: Et ibidem de circunstantia temporis ac personæ.*

4 *Circunstantia loci cur variat speciem, cùm non aggrauet, nisi ratione subiecti, cui additur? Et an eadem, vel tempus circunstantia, infinitè aggrauet?*

CIRCVNSTANTIA † secundum S. Tho. ij. ij. q. vij. ar. j. est accidens actus humani attingēs illud extrinsecū: sicut localiter dicitur circūstare, qđ est rei extrinsecū, attingēs tamē ipsum vel ei propinquās: nō quasi circūstantiæ infinitæ: si actus: sed inquātū sunt, & quodāmodo se cōtingūt: in modē subiecto. Et sunt septē hoc versu cōtētæ: Quis, qd, vbi, quibus auxilijs, cur, quo, quado. Ita tamē vt sub quid, intelligatur nō solū effectus, sed etiā obiectū, id est, quod & circa quod: de quibus omnibus vide vbi j. & in quarto dis. xvj. q. iij. per totū. & adde secundū Ray. octaua, id est quotiemnō solū quātū ad frequentiā, vtrū sit factū consuetudine: sed etiā quo ad numerū, secundū Arch. Sed hoc propriè non pertinet ad circunstantiam: sed ad subſtantiam actus quia vbi aliquid fit bis, est substantia actus geminata, & peccatū duplex: etiā si obiectū sit vnum numero: vt si quis interpolatis temporibus bis eundem percutiat. ¶ Primò † verò quęritur vtrum circunstantia peccati, vel actus speciem mutet trahēdo ad aliam speciem, vel genus peccati? Et dico ex doctrina eiusdem in quarto

vbi suprà, quòd circunstantia addita si indifferenter se habeat ad rationem, neque bonū neque malum importās, non mutat speciem peccati: sicut percutere hominē indutū veste alba vel nigra: vel accipere alienū manu dextra vel sinistra. Similiter no mutat speciem, si habet repugnantiā ad rationem solùm ex suppositione alicuius prioris: sicut accipere alienū in magna quantitate, est eiusdem speciei eū accipere alienū: quia hoc quod dico, magna quantitas, non repugnat rationi, nisi ex suppositione huius, quod dico alienum. vnde non esset malum accipere aliqd in magna quātitate, si esset, pprium. Si verò importet aliquid repugnans rationi primò & per se, dat speciem peccati: sicut hoc quod dico alienū, dat speciem furti huic, quod dico accipere: ita quòd si ei, quod est accipere, superueniat hoc, qđ est alienum, constituit furtum: sicut rationale aduenies animali constituit hominem. ¶ Secundò quæritur, vtrum circunstantia mutās vel dans speciē, sem per aggraue t peccatū in infinitū, vt deveniali fiat mortale? Et dico ex doctrina S. Tho. in iiij. vbi suprà, & Pet. de Pal. ibidem quòd non. Vnde circunstantia non dans speciem nunquā aggrauat infinitè: alioquin infrà eandem speciem esset vnius ab alio infinita distantia. Quæ etiam dat speciem, nō aggrauat in infinitum semper: vt quando ipsa de sui ratiōe est peccatū veniale: siue id, cui additur, sit peccatū, siue veniale, siue mortale: sicut ad actū gulæ est, qui properē, addit hæc circunstātia lautè, specialem deformitatem, quę ex se faceret peccatū
3 & tamen non aggrauat in infinitum. Aliquando tamē aggrauat in infinitum, licet non semper. ¶ † Tertiò quæritur, quæ sint circunstantiæ aggrauātes infinitè? Et dico ex doctrina eiusdem ibi, quòd sunt illæ quæ habent directè oppositionē ad charitatem: quod ostenditur ex hoc quod sunt directè cōtra præceptum legis, cuius finis est charitas. Et intellige, secūdum Scot. quando præceptum est speciale: vt, non mœchaberis: non aute quando generale: vt, declina à malo. Idem Sanc. Tho. in de ma. q. vij. septimo. in cor. item de veri. xxij. septimò. intellige etiam secundum S. Tho. iij. di. xxxiij. q. j. ar. j. q. vj. ad secūdū quādo præceptū speciale est literaliter intellectū & nō metaphoricè vel spiritualiter. Ex quo infero primò quòd circunstantia temporis non trahit in aliam speciem, & consequenter non aggrauat in infinitū: vt dicit San. Tho. iiij. dist. xxij. q. vlt. ar. vlt. & etiam probaui diffusè in Rosa aurea, casu lxiij. & in hoc errant Sū. Ange. & Ros. Infero secundò quòd circunstantia personæ similiter non aggrauat in infinitū, nisi in tribus casibus. Primò, ratione voti, quod ipsa fecit, in quo includitur præceptum vt obseruet illud. Vñ contrahere cum moniali aggrauat infinitè. Secūdò ratiōe præcepti sibi facti. Vnde contrahere cum ordinato in sacris, similiter infinitè aggrauat. Tertiò, ratione scandali eo casu quo scandalizare esset ei mortale: & cōsequenter cōtra aliquod præceptū. Quia tamen, inquit San. Tho. circunstantia mutans speciem, non est iam vt circunstantia peccati cōputanda, quia pertinet ad speciem actus, inquantum est mortalis, licet circunstet subſtātiā actus: ideo dicunt magistri circunstantiā nō aggrauare in in-
4 finitum. ¶ † Quartò quæritur, quare circunstantia loci variat speciem, cùm non aggrauet nisi ratione subiecti cui additur, puta furti vel homicidij aut eformationis? Et dico quòd imò ex se circunstantia loci aliquando aggrauat & repugnat rationi, etiam si addatur actui bono, maximè stantibus statutis iuris humani: vt si iudex suspendi iubeat furem: aut cædi capite proditorē in ecclesia: aut si vir vxori debitum reddat, nisi fortè in casu, de quo j. Debitū. §. iij. quia locum sanctum decet munditia, non solùm animę, sed etiam corporalis. Sed cō tra quia idem erit de circunstantia temporis: quod tamen S. Tho. negat. So. imò non est eadem ratio: quia actio iniuriosa vel indecens & immunda, tempus attingere aut maculare nō pōt, nisi fortè ex intētiōe opantis in despectū sacri tpis: quo casu mutaret speciē, & aggrauaret infinitè: de quo plenius in Ro. au. vbi §. ¶ Quinto quæritur, vtrū circū stantia loci vel tpis aggrauat infinitè? Et de tpe qde dico q̄ nō, vt dictū est, nisi ratione cōtemptus, vel si circa hoc fieret speciale præceptū. De loco verò dico q̄ sic: q̄ illa circunstātia variat speciē, saltē stante præcepto ecclesiæ: & deinde sequenit præceptum ecclesiæ aggrauans actum infinitè. Vnde secundum hoc tres species sacrilegij distinguūtur. de quo j. Sacrilegium. & in Ros. au. casu lxiij. infrà Confessio. j. §. ix. x. & xj.

De Citatione.

1 *Citationis definitio, & quotuplex fieri queat?*

2 *Citatio vna peremptoria, num semper sufficiat, vbi iura trinam desiderant?*

3 *Citatio num aliquando nulla, siue ineffcax sit? Et quid si fiat die feriata, ad no feriatam de eo vel e no feriata, pro feriata?*

4 *Citatus, sed corporaliter impeditus, num per alium comparere teneatur? Et an non comparens in primo termino, in expensis per aduersarium factis, condemnari debeat?*

5 *Sententia lata contra non citatum, an efficax sit?*

6 *Excommunicatus num quis denunciari possit, qui citatus nō sit?*

7 *Prælati religiosorum, num subditos ab officijs deponere, suspendere, & in eos similia, ipsis non citatis, exercere possint?*

CITATIO, † est vocatio iuridica ad iudicis conspectū. 1
Et quadrupliciter fieri potest, secūdum Guliel. de mōlau. Primò, scilicet per nuntium vel literis citatorijs. Secūdò, per præconem. Tertiò, per edictum. clemen. j. de iudi. Quartò, ex iuris dispositione. Fieri autem debet citatio tribus edictis, vel ex causa vno peremptorio: quod tantum debet temporis continere quantum tria, nisi vrgeat necessitas. de dila. c. j. cum glo. & tale peremptorium vim habet trinæ citationis. C. quo. & quan. iud. l. tres denuntiationes. ¶ † Primò verò 2
quæritur, vtrum semper sufficiat vna citatio peremptoria, quando iura trinam requirunt? Et dico quòd hoc non sufficit in pœnalibus, siue vbi agitur ad pœnam incurrendam, secundum Ioan. And. in c. ex tuæ. de cle. non resi. quia in pœnalibus verba propriè & strictè debent intelligi. de iureat. in nostra. & idem Pano. in c. fin. de vita & hone. cle. Angelica tamē distinguit inter citationem & monitionem, quo ad sufficere vnam pro tria: sed Pano. sensit contrarium, vbi suprà. ¶ † Se- 3
cundò, vtrum citatio aliquando sit nulla, siue non valeat? Et respondet glos. in c. si episcopus. iij. q. ij. quòd sic in octo casibus. Primò, quia fit intra tempora angusta. Secundò, quia nō exprimitur causa. Tertiò, quia nimis maturatur peremptorium. Quartò, ratione temporis, puta feriati. Quintò, ratiōe loci, puta periculosi vel inhonesti. Sextò, ratione iudicis: vt si est euidens, eū non esse iudicem, qui citat. Septimò, si apostolicum rescriptum non inseritur in ea. Octauò, quādo citatur spoliatus. Et de his vide ibi diffusè, vbi etiam dicitur quòd vbi euidens est, citationem non tenere, non tenetur venire reus etiam ad allegandum suum priuilegium: tutius tamē est vt comparear, nisi constet eum non esse suum iudicem. vt ibi in c. veniens. de accu. in gl. Imò ego dico quòd citatus in dubio, an citatio teneat, semper tenetur comparere: arg. l. si quis aliena. ff. de iudi. vbi habetur quòd citatus tenetur venire, etiā si sit de alterius iurisdictione: sed intelligitur in dubio an sit de sua nēcne: vt ff. eo. l. ij. ¶ Tertiò, vtrum citatio facta die feriata ad diem non feriatam valeat? Et Panor. in cap. fin. de rejs. secundum opinio. Ioan. Cal. do. Card. & domin. Anton. & Bar. in l. j. §. nuntiatio. ff. de no. oper. nunt. cōcludit quòd non valet de iure, per l. dies festos. C. de fer. vbi dicitur quòd silere

Universidad de Deusto
Biblioteca

debet horrida vox præconis. & intelligit Panor. non solùm in scriptis introductis ad honorem Dei, sed etiam in aliis introductis in fauorem hominum. Et idem putat in repentinis: nam Imperator mandat eas sub eadē veneratione obseruari, qua solemnes. C. de fer. l. omnes. Et concludit nullum iudicij actum fieri posse die feriata, scilicet præceptum de citando: executio præcepti, id est actus citationis & processus, qui fit vigore citationis. ¶ Quartò quæritur, vtrum valeat citatio facta die non feriata pro feriata? Et dicit Pan. vbi suprà, post Cal. & Spe. & Ioan. Andr. quòd si ponitur, vsque, potest qualibet die comparere infra festū: secus vbi simpliciter quis citatur vt simpliciter cōpareat tali die quæ est feriata: quia tunc prius venire non potest, nec debet, & illa die venire non tenetur: & sic necessaria est noua citatio. & hoc tene, quicquid senserit do. Aut. hæc Pan. Si tamen esset dubiū vtrum citatio teneat nécne: debet citatus ire ad allegādum priuilegiū feriarum. ij q. ij. si episcopus. & ibi glo. Si etiam quis citet nō ad respondendum sed ad comparendum die feriata, bene tenet citatio. ff. de adul. l. mules. §. ie xagina. ¶ † Quintò, vtrum corporaliter impedius teneatur per alium comparere? Et dicit Pano. in c. in nomine domini de testa. quòd non: & actus gestus eo absente, perinde est, ac si citatus non fuisset. ¶ Sextò, vtrū citatus non comparens in primo termino, condemnari debeat in expensis factis per aduersarium? Et dicit Bar. in authen. qui semel. C. quomodo & quando in. quòd ficmèc debet expectari vt fit contumax in ij. & iij. citatione. ¶ † Septimò, vtrum teneat sententia lata contra nō citatum? Et dicit Card. in cle. pastoralis. de re iudi. in §. denique. quòd si nullo modo fuit ei citatus: sententia est nulla de ma. & obe. inter quatuor. Si verò fuit citat⁹ aliquo modo: aut fuit citatus legitimè: & valet sententia, si alia sunt rité gesta: si tamen citatus non fuisset cōtumax verè sed ficte, subuenitur super restitutione. de re iudi. cum Bertoldus. Aut sunt citatus nō legitimè: & tunc videtur quòd haberi debeat pro non facta: de decl. bonæ. ij. Aut dubitatur: & tunc dicit Pan. quòd præsumitur pars citata, si sententia transiuit in rem iudicatam. Nota tamen Pan. in c. causam quæ. de rescrip. & in c. cum sit. de app. quod in facto notorio potest ferri sententia contra absentem non citatum, quando certum est absenti nullam competere defensionē: quia citatio fit vt se defendat tunc in huiusmodi notorijs requiritur ordo iudiciarius. Hoc tamē Sanct. Ang. dicit fallere in sententia excōmunicationis, quæ ferri non potest contra absentem. & allegat c. sacro. de sponsa. excom. Sed illud est in oppositum potius: quia loquitur vbi requiritur probatio. ¶ † Octauò, vtrum quis possit denuntiari excōmunicatus non citatus? Et dicit Pan. in c. peruenit. de app. quòd vbi excessus non est notorius, debet iudex illum prius vocare, & recipere eo præsente probationē super facto: & postea constito de facto, declarare illum incidisse in sententiam excōmunicationis. Et hoc probatur in c. cum secundū. de iure. lib. vj. vbi patet quòd si allegatur, aliquem in iuris sententiam incidisse non debet iudex prius ad executionē procedere quàm declarare illum incidisse. Ab hac tamen declaratione appellari poterit, licet nō liceat appellare à sententia latæ vt in c. quia. de appel. quia sententia iudicis declaratiua est sententia hominis, & nō iuris. Si tamen excessus est notorius, nō oportet hīc solemnitatem adhiberi: sed illum sine citatione denuntiare potest. ¶ † Nonò, vtrum prælati religiosorum possint subditos ab officijs deponere suspendere, & huiusmodi ipsis non citatis? Et dico nota nota per doct. & maximè Pan. in c. cū speciali. & c. quia. de appel. & c. qualiter & quando. el. ij. de accu. quod sic, si ita habet eorum cōsuetudo vel regula: nec est in eis seruandus ordo iuris vsquaque, id est ad vnguem. vnde secūdum Hen. de Ganda. in suo quolib. religiosis non licet appellare vel resistere prælatis, quandiu procedunt secundum iura cōmunia, aut constitutiones vel cōsuetudines suas: cùm non habeāt auctoritatem vel iurisdictionem, nisi quam dant eis prælati. & Fede. consi. ev. dicit quòd valent consuetudines, per quas sine iuris ordine etiā ex leuibus causis religiosi ex suis locis & administrationibus amouētur. & allegat d. c. qualiter. & l. c. cō speciali. & de simo. c. p tuas. Addit tamē vnū valde notabile, quòd pœna expulsionis, priuationis, & remotionis, quādoq; incipit à crimine: & tūc locū habet qd dictū est, scilicet quòd sine monitiōe poss int amoueri: quīque verò à cōtumacia vel inobedientia: & tūc vt locus sit pœnæ, necessaria est monitio.

De Ciuitate & Ciue.

1 *Ciuitas iuxta politicen, item & iuxta canones, quid sit? Et quid sub se contineat?*
2 *Ciuitas, vel vniuersitas, quomodo quid facere dicatur? Et num ciuitate destructa, eius priuilegia omnia penitus pereant videamus.*
3 *Ciuitas num minoris iure subnixa videatur?*
4 *Ciuis quis nam dicatur? Et num quis ciuis efficiatur in eo loco vbi dignitatem consecutus est?*
5 *Ciuem nō efficiat, si quis docat: volo te habere pro ciue: si multa ad id authoritatē habeat? Et quid si statuto dicatur, quòd scholares tanquā ciues tractari debeāt: qui & notes dictio tanquā?*

CIVITAS † Philosophicè loquendo est communitas perfecta, secundum San. Tho. 1. ij. q. xc. secundū canones verò ciuitas propriè est oppidū quod habet episcopū. dist. lxxxv. in illis. Et ciuitatis nomine aliquando coprehendūtur suburbia. ff. de ver. sig. l. ij. & aliquando mille passus à muro ciuitatis. ff. e. l. mille. & ff. de pe. leg. Iana qd. liquidæ. §. si ita lege: ubi quī hortiar. ff. de procu. l. prēses. Pan. autē in c. Rodulphus. de rescrip. dicit quòd in materia odiosa seu strictā non venit ciuitatis appellatione aliud q̄i quod est intra mœnia: nisi quando dispositio concepta nomine ciuitatis esset inualis, vel posset fieri fraus: quia tūc continentur suburbia & continēta ædificia. & sic intellige Io. And. in c. si ciuitas. de sen. excōmuni. lib. vj. Sed in materia larga seu indifferenti nomine ciuitatis venit ciuitas cū suo territorio, vt est text. in l. vnica. §. & vrbe. ff. de offi. præfe. vrb. Similiter in materia larga nomine ciuis veniunt etiā illi de comitatu, & de toto territorio: vt in l. qui ex vico. ff. ad municip. & in l. nō dubito. ff. de capti. & in l. qui cōtinentibus. ff. de verbo. significatio. & per Barto. in l. prima. ff. ad municip. pro quo vide gloſſam in cap. j. de vsur. lib. vj. in materia autem strictā secus: licet contrarium videatur tenere Barto. in d. l. j. & l. mille. & l. nam quod liquidæ. & alias, quæ volunt quòd mille passus à muro comprehendantur, intellige quando subiecta materia in hoc speciali requirit. ¶ † Primò verò quæritur, circa ciuitatē quomodo ciuitas vel vniuersitas dicatur aliquid facere? Et dico quòd non dicitur aliquid facere, nisi id sit collegialiter deliberatum, etiā si maior pars illud facit. Et ita dicit glossa in l. sicut. ff. quod cuiusc. & sequitur Bart. in l. aut facta. ff. de pœ. & facit quod not. in c. felicis. de pœ. lib. vj. & glo. in l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur. Et quibus patet, communem opinionem tenere secundum Pan. in c. ij. de po. præl. & Io. And. in d. c. felicis. quòd vniuersitas tunc dicitur delinquere, quādo prius aliquid fuit deliberatū in ipsa vniuersitate pulsata cāpana, & aliis requisitis ad congregationē. Vnde si omnes alicuius vniuersitatis facerēt delictum, nō diceretur factū ab vniuersitate, sed per singulos vniuersitatis: etiā si facerent pulsare cāpanam, vt lauarent vexillum: quia istud est factum singulorum. facit quod no. in cap. cum

cum omnes. de cōsti. Pan. in c. dilectus. el ij. de sim. ¶ Secundò, vtrū destructa ciuitate destruātur omnia priuilegia eius? Et dicit Ioan. in c. ij. de noui ope. nunti. quòd si ecclesia vel ciuitas aut alia loca, siue sacra, siue pphana authoritate superioris & per eorum delictum destruātur, de cætero non debet vocari clericus illius ecclesiæ vel municeps illius ciuitatis: & ille locus priuilegiū perdit: vt de cōsti. j. placuit. xv. q. vij. & hoc dicimus. ar. ff. quādo di. le. vsuſice. l. j. Si autē ecclesia destruatur ab hostibus aut per tyrannidē, vel vt reædificetur: retinet omnia priuilegia. facit vij. q. j. pastoralis. & xix. q. ij. qui semel. & idem videtur si authoritate superioris trāsferantur ad aliū locum, vel alij vniantur vt no. in c. j. ne sede vacante. rel. do. c. ga monasterium. Et idem intelligitur in ciuitate alijs locis, pphanis. arg. ff. de contra. emp. l. ædes sacræ. ¶ Tertiò, † vtrū ciuitas censeatur iure minoris? Et dicit Ioan. in c. j. de restit. in integ. quòd sic. Est tamen in integrum restitutione differentia inter minorē ecclesiam, rempublicam & ciuitatem: licet dicat lex quòd respublica fingitur vice minoris. C. qui. ex cau. ma. l. pe. & C. de iure reipub. l. rempublicā. C. de sac. sanct. eccle. l. fi. Hodie enim pupillo & minori nō currit vsucapio aut præscriptio x. vel xx. annorum in rebus quæ seruando seruari possunt, siue sint mobiles, siue immobiles. C. de admin. tu. l. lex quæ tutores. vnde super eis non est necessaria restitutio in integrūlicet ante tempus huius legis curreret contra minorem, nō contra pupillū. ff. de acqui. re. do. l. bonæ fidei. Cōtra ecclesiam verò & rempubliam & ciuitatē currit vsucapio & præscriptio, & temporales & perpetuæ præscriptiones: sed datur ei restitutio sicut minori: quia prædicti fingūtur esse in vltima instantia minoris ætatis. Præscriptio autem xxx. vel xl. annorū certum est quòd currit contra omnes prædictos: sed datur eis restitutio ex verbis generalibus edicti, quæ sunt: si quid cum minore gestum erit. Pupillus ab his præscriptionibus seruatur illæsus. C. de præscrip. xxx. annorū. l. sicut. Quod autem ciuitati detur restitutio in integrum, nō placet Inno. vbi suprà. arg. l. nihil. ff. ad maced. sed Bart. in l. Respublica. C. ex quib. cau. ma. post la. But. tenet quòd sic, sal tem ex clausula generali: qa ex quo regitur per administratores, habet iustā causam petēdi restitutionē. quod etiā tenet Bal. ibi: & est opinio verior, licet gl. in d. l. teneat cōtrariū. & facit l. sed & hi qui. ff. de publi. vbi ciuitas dicitur Respublica. Et sequitur hoc Io. And. in addi. ad Spec. tit. de in integ. resti. vbi post multas opiniones residet in opinione Odof. tenentis q̄ non solùm ciuitas, sed etiam castrū & villa possunt petere restitutionem in integrū: cū ibi sint multæ personæ viduæ & pupilli. Quod licet Bar. post But. in d. l. respublica. nō admittat nisi in castro & villa populosa. Bal. tamē & Iaco. de Are. tenēt etiā in villa nō populosa: ex quo regit̄ per alios, & ibi sunt minores & mulieres. Et hāc opinionē Pan. in c. j. de resti. in integ. dicit æquiorē. Et facit quod no. in l. rempublicā. C. de iure reipu. & in d. l. sed & hi. vbi dicit quòd quodlibet municipium dicitur respublica. ¶ Quartò † quæritur, quis dicatur ciuis? Et dico quòd natus in ciuitate. l. ciues. ff. de app. vbi glo. sed intellige natus ex parētibus ibi habētibus domicilium: alioquin nō est ciuis, quamuis ibi natus, secundum Pan. in c. Rodulphus. de rescrip. & idē dicit Bart. in l. filios. C. de mu. & orig. ¶ Quintò, vtrū efficiatur quis ciuis in loco, vbi consequitur dignitatem? Et dicit Bart. in l. j. ff. ad muni. quòd sic. & facit l. municipes. §. miles. ff. eo. & quod no. doct. in c. quia in tantum. de præben. vbi concludunt quòd clericus sortitur domicilium vbi est beneficiatus, si residere ibi teneat: aliàs nō: sicut hi qui bus dispensatum est super pluralitate beneficiorum. ¶ Sextò, † vtrum dicens, volo te habere pro ciue, efficiat ciue, si habet authoritatem? Et dico q̄ sic. vnde statutū quod dicit, talis habeatur pro ciue, facit ciuem: argum. optimū in cap. ex parte. de spōsa. & quod no. Bar. in l. si maritus. ff. de adul. & l. fi. ff. qui. ff. de vsuc. Et ratio est secundum Pan. in d. c. ex parte. quia vbi actus dependet à mera voluntate loquētis, paria sunt dicere quòd vult talem habere pro vxore vel ciue, sicut dicere, te duco in vxorē, vel facio ciuē. Et sic si statutum dicit q̄ scholares tanquā ciues debeant tractari, ex hoc creati sunt ciues ratiōe prædicta, vnde dictio tanquā, ponit veritatē, non similitudinem. quod verum est, vbi verba & subiecta materia patiūtur.

CLANDESTINVM, infrà Matrimonium ij. §. xxij.

De Clauibus.

1 *Clauis materialis & clauis spiritualis quid sint? Et item quotuplex sit, quæ spiritualis est?*
2 *Clauis ecclesiæ vnane sit, an plures? Et ibidem quòd scientia clauis non dicatur, sed potestas actum sententiæ exercendi in iudicio penitentiario & confessionis.*
3 *Clauium vsus ad quid præcipuè conferat? Et quòd huiusmodi clauis tripliciter claudat.*
4 *Sacerdos per claues qualiter soluere vel ligare dicatur? Et quid per claues operetur?*
5 *Claues & earundem vsum qui habere dicatur?*
6 *Sacerdos num clauem vti possit pro animi voto, ligando scilicet atque absoluendo?*

CLAVIS † materialis, est instrumentū, per quod quis potest ostium clausum reserare, & reseratum claudere: & hāc qui tradit. puta horrei, videtur omnia quæ in eo sunt tradidisse, secundum Imo. de fide instrumen. ij. & ea data videtur data possessio eorum, quæ sub ea sunt, de cōsue. ex literis. Spiritualiter autē & transumptiuè, inde dicitur clauis ecclesiæ: cuius diffinitionem videtur Sum. Ang. inducere de mente Richardi, quasi sit potestas supra naturale facultatē, quæ est aliquorum actuum supernaturalium principium. Sed hæc diffinitio non cōgruit: quia cōuenit omnibus characteribus ordinum. ideo aliter diffinitur in iij. Senten. dist. xviij. secūdum communem doctrinam Theologorum, & secundū glo. Hiero. Matth. xvj. quòd clauis ecclesiæ est potestas ligandi atq; soluēdi, quia iudex ecclesiasticus dignos recipere & indignos excludere debet à regno. Et addit Petr. quòd potestas ista ex duobus integratur, scilicet ex potestate ordinis, quæ est essentialis ei: & ex potestate iurisdictionis. Iurisdictio enim dat materiam: & hæc est accidentalis. Pro quo etiam scito quòd triplex est clauis. Prima est authoritatis, quā solus Deus habet, qui solus authoritatiuè aperit cœlum, relaxādo peccata. Secunda excellentiæ, quam habet solus Christus inquantū homo, qui solus sua passione cœlum aperuit, tollēs impedimentum naturæ. Tertia, est ministerialis, quā habet solus sacerdos, qui solus ministerialiter & dispositiuè peccatum remittit, & gratiam tribuit. Et hæc tertia est duplex scilicet clauis iurisdictionis & ordinis: quę fortè sunt distinctę realiter secundum Petr. de Palu. quia licet clauis iurisdictionis non sit realis nec indelebilis: secus de claue ordinis, & secundum habet omnis sacerdos, non autem primam, sed solùm qui habet subditum. Et clauis ordinis adhuc est duplex, scilicet scientię & potentię. & de hoc in §. sequenti. ¶ Primò † verò quæritur, an clauis ecclesię sit vna tantum vel plures? Et dicit Sanctus Thomas in iij. quòd essentialiter sunt vna. sed ratione plures distinctę, scilicet in ordine ad diuersos actus. Nam dictus iudex ad dictum officium indiget iudicio discretionis, quo idoneitatem iudicet: & ipso actu receptionis ad regnum, ad quorum vtrunque quædam requiritur authoritas vel potestas: & secundum hoc duę sunt claues ecclesię: quarum vna pertinet ad iudicium eius qui est absol-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uendar,reliqua ad ipſam abſolutionem.Quæ quidē duæ in eſſentia authoritatis non diſtinguūtur:quia vtraque illorum iudicio competit ex officio:ſed ex comparatiōe illorū actuū quorū vnus alium præſupponit: quia clauis quæ eſt poteſtas ſoluendi,immediatè aperit:quæ verò eſt ſcientia diſcernedi, oſtendit cui ſit aperiendū.Nec tamen ſcientia dicitur clauis: ſed poteſtas exercēdi actum ſcientiæ in iudicio confeſſionis. Intendit autem S.Tho.quòd hæ claues ſint vna,id eſt character ſacerdotalis.& idem ſentit Richardus & alij,dicentes q̄ ſunt vna in radice,ſed effectu plures.Sco.tamen tenuit cōtrarium,cuius rationes,quæ cōtra communem doctrinam ſunt,
3 Capr.in diſt.xix.quarti,oſtendit eſſe frivolas.¶ Secundò † ad quid ſit principaliter harum clauium vſus? Et dicit Pet.q̄ eſt ad claudendum,& aperiendum,ſicut & vſus clauis materialis,ſed differenter:quia vſus clauis materialis principaliter eſt ad claudendum,& ad aperiendum ex conſequēti,vſus verò ſpiritualis principaliter eſt ad aperiendum,& ad claudendum ex conſequēti.Claudit autem,inquit,tripliciter.Primò, quo ad culpā,non abſoluendo ab ea.Secundò, quo ad pœnā ſenſus temporalem,ligādo ad illam. Tertiò quo ad pœnam damni per ſententiā excōmunicationis,& alias cenſuras:ſed
4 hoc eſt iuriſdictiōis.vide §.ſequēti.¶ Tertiò †quæritur, qualiter ſacerdos per claues dicitur ſoluere aut ligare? Et dico quātum ex S.Tho.& alijs Theologis colligo, q̄ ſoluit, Primò, oſtendendo ſolutū.Secundò,de attrito faciēdo cōtritū, ſi non ponatur obex in abſolutione.Tertiò,ſoluit abſoluendo à culpa.Quartò,remittendo pœnam æternam,& cōmutando eam in temporalem purgatoriam.Quintò,minuendo pœnā tēporalem,vel aliquando totaliter abolēdo.Vnde dicit Ray.q̄ ſoluit,dum de pœnitentia ſibi debita dimittit.Vnde & Pan.dicit in c.ſicut dignum.de homi.quòd poteſt diſpēſando aliquātulū minuere de pœna debita,vt eſt pulcher tex. Aug.de pœ.di.j.quē pœniret.Ligat verò primò,oſtēdēdo ligatū.Secūdò ligat nō faciēdo de attrito cōtritū ,ppter peccatoris indiſpoſitionem:ſicut etiā Deus indurat dum gratiam nō largitur.Tertiò,non abſoluendo à culpa,eadem ratione. Quartò,non remittendo pœnā æternam.Quintò,obligādo ad pœnam temporalem.Et illis modis quibus ſoluit,dicitur aperire: claudere verò his quibus ligat. ¶ Quartò quęritur, quid ſacerdos per claues operetur?Et dico ſecundū S.Tho.& alios Theologos:Primò q̄ remittit culpā,nō principaliter, ſed inſtrumentaliter,vel miniſterialiter:nec perfectiuè , ſed diſpoſitiuè, inquantū ſcilicet de attrito facit contritū, quorū differentiam vide §.Cōtritio.in prin.Secūdò, gratiā infundit eodē modo,ſcilicet inſtrumentaliter & diſpoſitiuè tantūmodo quia faciat gratiā:ſicut homo dicitur diſpoſitiuè dare animā filio ſuo quam tamē ſolus Deus creat.Tertiò, auget gratiā ei qui prius illam habebat.Quartò,remittit pœnā eo modo quo in §.priore dictū eſt.¶ Quintò,† quis habeat claues ? Et
1 dico quòd omnes & ſoli ſacerdotes,ſecundū S.Tho.& alios: q̄ ex ſolis data eſt dicta poteſtas à domino vbi ait, Quorū remiſeritis &c.Io.xx.Nec ob.quòd ſoli Petro dictū eſt, Tibi dabo claues regni cælorū.Matth.xvj.quia illud fecit, ſecūdū eūdem ad oſtendendū vnitatē eccleſiæ: vt omnes à Petro & eius ſucceſſoribus acciperent originē ſuæ poteſtatis,xxiiij.q. j.quicunq;.&c.loquitur. ¶ Sextò quęritur, quis habeat vſum clauiū? Et dicit S.Tho.q̄ ſacerdotes nō habentes iuriſdictionē ſuper ſubditos,quantū ad hoc nō habent vſum clauium: quia iuriſdictio materiā miniſtrat.Vnde ſacerdos malus,quāuis ſit gratia priuatus,nō tamen eſt priuatus vſu clauium, in quo nō eſt agēs principale,ſed inſtrumētale tantūmodo ſi ſit ab eccleſia ſeiſus:ſchiſmaticiverò, hęretici.& generaliter excōmunicati,licet habeant quidē vſum in ſe quantū ad eſſentiā, tamē ille impedit ex defectu materiæ:quia talibus eccleſia ſubtrahit materiā,id eſt ſubditos,vel ſimpliciter,vel ad tēpus vnde quātū ad hoc priuati ſunt vſu clauiū.¶ Septimò,† vtrū 6
ſacerdoti liceat vti claue,ligādo & ſoluēdo pro ſuavoluntate? Et dico ſecūdū S.Tho.& alios Theologos, q̄ nō:quia ſicut miniſter & inſtrumētum nō habet efficaciā in agēdo,niſi ſecūdū qđ mouetur à principali agente:ſic ſacerdos cū operetur per iſtas claues inſtruitur: ſi eis vtitur arbitrio ,pprio dimiſſa rectitudine diuinæ motionis,peccat,& effectū nō conſequitur ſicut dicit Dio.in ſi.eccleſiaſticæ hiera.Et ſubdit notabiliter S. Tho.in iiij.diſt.xviij.q.j.ar.vlt.q.vl.& qa pœnæ ſatisfactoriæ infligēdę vt medicinę ſunt:ſicut medicinæ in arte determinatę nō cōpetūt omnibus,ſed variādę ſunt medicātis arbitrio ſequētis ſciētiā medicinæ,nō propriā voluntatē:ita pœnę ſatisfactoriæ determinatę in canone nō cōpetunt oibus ſed variātur arbitrio ſacerdotis diuino inſtinctu regulatorē nō ſemper totā pœnā vni peccato debitā iniungit:ne deſperet infirmus,& à pœnitētia recedat:ſicut nec ſemp medicus prudēs dat ita efficacē medicinā,qę ad morbi curationem ſufficiat,ne ,ppter debilitatē naturę maius periculū oriatur.

De Clauſula generali.

1 *Clauſula generalis ſequens iuxta præcedentes ſpecies expreſſas intelligenda eſt.*

2 *Clauſula generalis,quando dicatur remiſſiuè. Et ibidem dicta de clauſula generali ex Panor. dicta.*

CLAVSVLA † generalis ſequens, intelligitur ſecundū ſpecies præcedentes expreſſas.de capel.mo.dilectus filius.ſecundū Inn.& facit cle.nō poteſt.de procu. & l.ſi. §. cadulcia.ff.de vino,tri.& oleo leg.† Quādo autē dicatur generalis,elice j. Reſcriptū. §.j.in prin.Et vt patet in c.ſedes.de reſcr.eſt vt enumeratis aliquibus perſonis dicēdo,& quidā alij & ſimiliter enumeratis quibuſdā negotijs dicendo,& quędā alia.Et circa hoc Pan.in d.c.ſedes dicit duo:Primū eſt in ſummario tale:Per generalem clauſulam quidā alij,& quædam aliæ,nō includūtur perſonę,nec res maiores expreſſis,ſed pares,vel minores.Secūdū.Hæc diſpoſitio,quę locū habet ſpecialiter in reſcriptis,ppter odiū reſcriptorū, ſecundū Io.An. in cle.nō pōt.de proc.non habet locū in procurationibus,& alijs cōtractibus.Vnde ſi conſtituo procuratorem expreſſo vno negotio,ſubiecta clauſula generali ſub ea cōprehenditur etiā maiora expreſſis,quod verū eſt,ſi illud expreſſum nō requirebat ſpeciale mādatū:quia materia eſt fauorabilis. Secus ſi exprimatur vnū requirens ſpeciale mandatū.Et hæc eſt mens glo.in cle.nō poteſt.de proc.quia tunc materia eſt odioſa.Vide etiam ſuprà Caſus fortuitus.§.iiij.& §.Generalio.

De Clerico primò quantum ad nomen & priuilegia eius.

1 *Clericus vnde dicatur? Et clericorum appellatione ſiue in odio ſiue in fauore, qui contineantur?*

2 *Monachorū appellatiōe,num veniāt clerici ſeculares? & an appellatione monaſteriorū eccleſia quoq; ſeculares intelligantur?*

3 *Populi appellatione,an contineātur clerici, ſiue clerus ipſe? Et num laicorum appellatione clerici coniugati cōprehendantur?*

4 *Illegitimus diſpenſatus vt clericus fieri queat,an ita intelligendus ſit,vt ad minores duntaxat promoueri poſſit?*

5 *Priuilegia clerico conceſſa, ſiue clericali ordini quænam ſint? Et ſub hac quòd quatuordecim cōpetant,de quibus ſeriatim.*

6 *Priuilegijs, de quibus ſupra,num gaudeat clericus cōiugatus? Et quid ſi cum virgine contraxit, quibus priuilegijs gaudeat? Et quid ſi ſit conſuetudo vt in aliis quoque, quàm hic enumeratis gaudeat:num huiuſmodi conſuetudo per cap.vnicum . de cleric.coniug.ſit ſublata?*

7 *Clericus num conſuetudinibus & ſtatutis laicorū in ſuum commodum vti poſſit?*

1 CLERICVS † dicitur à κλῆρος Græcè, quòd Latinè ſors dicitur,vel hęreditas:quia de ſorte domini eſt.diſt. xxj.leros.& ſecundum Pan.in Rub. de vita & hon.clericor. largo vocabulo appellatione clericorū veniunt omnes ordines habētes,in quacunq; dignitate ſint,aut ordine,etiā in prima tonſura.de æta.& qualit.cap.cū contingat.ex quo ad ſeruitium Dei electi ſunt. Vnde omnes qui non ſunt laici, dicuntur clerici.xij.quęſt.j.cap.duo ſunt.facit dictū cap.cleros. in princ.& de prēben.cum ſecundū.& in rubric.prędicta iuncta nigro. Vnde in materia fauorabili clericorū nomine veniunt epiſcopi,& etiā religioſi.Sed in materia odioſa &ſignificatione ſtricta, appellatione clericorū nō comprehenduntur epiſcopi,nec alij in dignitate conſtituti, nec etiam canonici eccleſiarum cathedralium,nec monachi,ſeu religioſi.facit cap.quàm periculoſum.de ſentē.excom.lib.vj.& cap.fidei ſeruorem.de hęre.libro vj.& cap.ſtatutū.de elect.libro vj.& gloſ.in clem.j.de ſup.ne.prēl.Et ratio eſt,quia in iſtis eſt qualitas ſuper alios,quę in clericis ſimplicibus nō reperitur. Faciunt etiam ad hoc dicta Ioan.And.in dicto cap.ſtatutum. dicentis quòd in nomine eccleſiarum parochialium nō veniūt parochiales collegiatę,in materia ſtricta:quia habent qualitatem collegij ſupra caſum : ſed in materia non odioſa ſic. Facit etiam quod not.idem Panorm.in cap.j.de inſtit.dicens in materia fauorabili nomine eccleſię venire monaſteria,ſed non in ſtricta.Infertur etiam,ſecundum Pan.vbi ſuprà,quòd priuilegium attributū clericis ſimpliciter, conceditur etiam
2 epiſcopis & religioſis: quia materia eſt fauorabilis. ¶ Primò † verò quęritur vtrum ecōuerſo appellatione monachorum veniant clerici ſeculares:& appellatione monaſteriorū, ſecu lares eccleſię? Et dicit Panor.in cap.j.de inſtit.quòd non,ſiue materia ſit larga,ſiue ſtricta.xvj.quæſt.j placuit. Facit quod not.Bartol.in l.j.ff.ad municip.dicens,nomine ciuium venire comitadinos.l.qui ex vico.ff.ad munic.& nō ecōtrario.facit c.Rodulphus.&.c.ſignificante.& quod ibi not.de reſcript. Et ita refert ac ſequitur Summa Ang.& male:primò quia dictū Bart.facit ad contrariū:cùm ciues monachis tanquā digniores dignioribus reſpondeant, & comitadini clericis ſecularibus.& ſecundò,quia illud dictum eſt falſum,vt patet per notata à Panor.in c.Rodulphus.vbi vult quòd in materia ſtricta nomine ciuitatis & ciuiū nō veniunt diœceſis & comitadini,ne q; econuerſo:ſed in materia larga vel ſaltem indifferenti nomine illorū veniūt iſta,& ecōtra.Vide ibi.¶ Secūdò,
3 † verum appellatione populi veniant clerici ſiue clerus? Et dicit Panorm.in cap.j.de vita & hon.cler.quòd non in materia odioſa:nec ecōtrario.facit cap.ſi ſententia.de ſenten.excommunic.libro vj.cum gloſſ.Et ſic limita textum Inſtitut. de iure natur.gen.& ci.in §.plebiſcitum.dicentē quòd appellatione populi vniuerſi ciues ſignificantur, cōnumeratis eriā patricijs & ſenatoribus:vt ſcilicet intelligatur de his,qui ſimt eiuſdem profeſſionis.ſecus in alijs,vt probat dictus text.in d. cap.ſi ſententia.cum ſua glo. In materia autē priuilegiatiua dici poteſt quòd comprehendantur.& facit c.dilecti.cum ſua materia.de ſp.com.& quod not.Bart.in d.l.j.& quod notatur in d.c.Rodulphus.nō tamen intelligas econuerſo.arg.ſuprà, §.j.¶ Tertiò,vtrum appellatione laicorū veniant clerici coniugati? Et dicit Ioan.And.in c.Ioannes.de cleric. cōiug.quòd non,in materia odioſa. Vnde ſi ſtatutum epiſcopi certo caſu excommunicat laicum,ſecūdum eum non comprehenduntur clerici cōiugati:cùm materia ſit odioſa:& illi nō ſint laici puri,ſed quędā ſpecies miſta.& hoc ſequitur Pan.in c.j.de
4 prēben.¶ Quartò, † vtrum ſi diſpenſetur cum illegitimo vt poſſit fieri clericus, debeat intelligi vt promoueri poſſit ſolùm ad minores? Et dicit gl. in cap.literas.de fi.presby.quòd ſic,cùm ſit materia odioſa.& Panor in c. ſi quis quā.de coh. cler.& mul.dicit quòd permiſtio in genere, mediocritatē reſpicit.l.vlt.§.j.C.com.de leg.ff.de leg.j.l.legato generaliter. cum alijs concordantijs in gloſſ.d.c.literas. Ex quo concluditur cum prędictis, quòd ſolùm ad minores poterit promoueri:quia ordines minores ſunt medij inter primā tonſuram & ordines ſacros.Item dicunt Ber.Hoſt.& Gofr.quòd quādo cum aliquo diſpenſatur vt ad beneficia eccleſiaſtica promoueatur:ſolùm intelligitur de beneficijs,quę nō ſunt dignitates aut prælationes.Prędicta tamen limita vt infrà Diſpēſatio.§.v.¶ Quintò † quęritur,quæ ſunt priuilegia cōceſſa cle 5
rico ſiue ordini clericali? Et loquēdo in genere dicit Panor. in c.epiſcopus.de prēb. quòd omnia priuilegia militum congruentia clericis habent clerici:& de his habes in gl.l.j. ff.ex quib.cauſ.ma.Et ratio eſt,quia ſicut illi Imperatoris, ita iſti Dei milites ſunt.& facit cap.j. cum gloſſ.de clerie.egro. tex. cum gloſſ.in cap.Chriſtianos.ij.q.j.& ſimiliter gloſſ.in c.militare.xx.quæſt.j.& j.quæſt.iij.ſaluator.Et meritò dictū eſt, cōuenientia clericis:quia militi nō imputatur ignorantia iuris, cùm habeat armis vacare.l.j.& qā ibi notatur. C.de iuris & fa.ignor.non ſic autem clerico:cùm habeat vacare ſcientię: vt dicetur infrà Clericus,ſecundo:& ſic de cęteris.Vnde non poteſt conueniri pro debito vltra quàm facere poteſt:nec tenetur cedere bonis.l.miles.ff.de re iudic.niſi ſit ex delicto contractū,vt ſuprà Cedere bonis.Specialiter tamē Bern.enumerat quatuordecim priuilegia clerici,quę recitat Car.in cle.j. de vita & hone.cler.¶ Primum,quòd non conueniatur coram 1. Pre
iudice ſeculari.de foro compe.ſi diligenti.¶ Secundum,quòd mile.
eum verberās eſt excommunicatus.xvij.q.iij.ſi quis.¶ Ter- cleri.
tium,quòd nō tenetur præſtare munera ſeu onera perſonalia vel realia.de immunit.eccleſ.nō minus.Vide infrà Immunitas.j. §.v.¶ Quartum, quia poteſt vendicare rem cōceſſam eccleſię ante traditionem.l.fin.C.de ſacroſanc.eccleſ.&.c.ex literis.de conſuetud.¶ Quintum,quia eodem priuilegio gaudet familia eius.xj.quæſt.j.clericum.el j.xxij.diſt.eos & vrobiq; in gloſſ. Sed intellige quo ad forū:quia ſcilicet eſt eiuſdem fori:vt patet in dictis gloſſ. ¶ Sextum,quia facientes ſtatuta contra clericos ſunt excommunicati.de immuni. eccleſ. eos qui.lib.vj. ¶ Septimum,quia ſolū clerici poſſunt obtinere beneficium eccleſiaſticū.de trāſactio.ex literis. ¶ Octauum, quia per literas cōtra laicum impetratas cum clauſula generali,conuenire non poſſunt:vt in cap.ſedes.de reſcrip.in gloſ. ¶ Nonum,quia non tenentur ſportulas dare.de vita & hone. cler.c.cum ab omni.¶ Decimum,quia acquiſita eriā ſub patris poteſtate diſponunt vt volunt.authen.presbyteros.C.de epiſc.& cler.¶ Vndecimum,quia pro rebus ſuis recuperandis agere poſſunt ſine conſenſu patris,vt notat Archid.in cap.ſi. de iudic.lib.vj.¶ Duodecimum, quia pro neceſsitate diſtrahi nō poſſent à patre.l.ij. C.de pa.qui fil.di. ¶ Decimumtertiō, quia ſeruus ſciente domino clericatus à ſeruitute & poteſtate dominica liberatur. diſtinctio.liiij. ſi ſeruus.¶ Decimumquartum,quia poſſunt facere collegium.arg cap.fin.de reli. domi.vbi ſolū noua religio prohibetur. quod laicis nō licet niſi vt infrà Collegium.De multis autem alijs priuilegijs infrà Immuniras. ¶ Sextò, † vtrum prędictis priuilegijs gan- 6
deat clericus coniugatus? Et dico quòd non,licet ſi contraxit cum virgine, & deſert tonſuram, & veſtes clericales, ſolùm gaudeat duobus, ſcilicet priuilegio canonis, ſi quis ſuadente.& quòd pro crimine non poſsit ad iudicium trahi ſeculare,aut à ſeculari iudice prætextu cuiuſcunq; exceſſus puniri pecuniariter vel pſonaliter,criminaliter aut ciuiliter.de cler.

Universidad de Deusto
Biblioteca

coniug.cap.vnico.lib.vj.in alijs autem non retinet.Et si non defert tonsuram & vestes,in nullo retinet.Sed circa istā materiam not.quòd iste cōdemnati non potest à iudice seculari in causa criminali criminaliter,id est,agendo ad pœnam corporalem:nec ciuiliter, id est,agendo ad pœnā pecuniariam eo modo quo dictum est suprà in verbo, Causa: sed in causa mere ciuili conueniri potest à iudice laico,secūdum Io.And. in d.c.vnico.vbi eum sequuntur Ioan.Calde.&Gemin.nō tamen ab eo detrudi potest in carcerem ꝓ debito pecuniario, eo casu quo gaudent isti priuilegijs,secundum Gemin.ibi,& Lap.etiā si sit casus quo laici possint licitè denneri: quia iste tex.ei reseruat priuilegium canonis, eo modo quo prius habebant prima iura,cùm in nullo diminuantur: p quæ iura detineri non poterat sine pœna excōmunicationis.de fo.com. c.ij.Si autem iste iudex talem clericum nō distringat pro crimine,sed condemnet tantum, nō incurrit excommunicationem,secundum Lap.& Gemi.quia ex sola pronūtiatione sententiæ nō incurrit quis excommunicationē. ¶ Septimò quæritur,quid si sit cōsuetudo particularis in loco,quòd gaudeat etiam in alijs:an sit sublata per istū textum: Et dicit Ioannes Mon.quòd non:quia iste text.non tollit contrariam consuetudinem.& consequenter stabit per c.primum.de constit.lib. vj.Io.autem Andr.tenet contrarium,sed Gemin.concordat: quia si constat vtentes hac immunitate intendisse inducere consuetudinem nouam separatam à dispositione iuris communis:sic illa cōsuetudo hodie valet. Si autem constat quòd non faciunt eo animo,sed volunt seruare legem antiquā:tūc non valet:quia ex quo papa vult illam legem tollere,tollit omnem obseruantiā legis hactenus vsitatę.Si autē est dubiū quo animo fiat:nō ꝓsumitur quòd voluerit nouam consuetudinem inducere contra obseruantiā legis,sed tantū ex moribus vtentiū illam legem approbare:& sic nō stabit. ¶ Octauò,† vtrum clericus vti possit statutis & consuetudinibus laicorum ad commodum suum? Et dicit Panorm.in cap. fin.de vita & hone.cle. quòd sic.& facit tex in cap.ad nostrā. de consuet.attamen nō ligant in eius præiudicium.vide gl.in cap.j. ne se.va.& infrà Lex.§.xv.Quomodo autem perdatur priuilegium clericale,vide suprà Apostasia. §.viij.& infrà Clericus.iij.§.iij.& sequentibus.

7

Rursus de clerico.ij.qualem & qualiter se debeat habere.

1 *Clericus qualis esse,& qualiter se gerere debeat? vsq; ad nu.3.*
2 *Clericus in habitu agēdo aduersus ea,quæ hic traduntur,quādo mortaliter peccet?*
3 *Sacramenta ab ordinario in mortali peccato exhibente,num quis licitè recipiat?*
4 *Clericus fornicator, num ita sit suspensus, vt ob id in diuinis deuitari debeat ? Et an oporteat à diuinis & sacramentis eorum abstinere,qui crimini i obnoxii sunt.*
5 *Peccatum notorium, an omnem præsumptionem seu suspensionem à canone,sicuti fornicatio ipsa inducat.*
6 *Constitutio pœnalis etiam quo ad pœnam,num ad casum similem ex identitate rationis, si ratio in ea constitutione est expressa,extendatur.*
7 *Abstinere à celebrando propter admissum carnis delictum,ad tempus etiam post confessionem quis debet.*
8 *Sacramenta à notorie inuito, vel superbo clerico, vbi alterius copia non suppetit,accipere licet.*
9 *Clericus fornicator suspēsusne sit,an verò irregularis celebrando efficiatur,aut quinis aliàs peccator,remittit.*

CLERICVS secundò† qualiter & qualem se debeat habere? Dico quòd habere debet multas virtutes: vt distin.per totum.& alia quęcunq; bonus Christianus debet habere:specialiter autē quædā propria. ¶ Primò enim debet esse literatus:vt patet dist.xxxvj.xxxvij.& xxxviij.p totū. & xvj.q.j.sic viue.& illiteratus omnino nō est ordinādus, secundum Ino.in c.cū in cunctis.de elect.potest tñ ꝓmoueꝝ parum sciēs,si est spes q; possit ꝓficere:nō alias,nisi sint monachi:quia contēplatione magis indiget quàm sciētia. & facit qđ legit xvj.q.j.vbi dicit Ioa.q;sufficit monacho si sit bonus, licet sit illiteratus.Si autē quęrit circa hoc quę sciētia sit necessaria.dicit Inn.vbi ſ.q; est requirēda secundū dignitatem, locū,& ordinē,ad quę assumit:vt in c.ecclesia vestra.de elect. sicut ad episcopatū sciētia noui & veteris testamēti,cùm eps sit iudex animarū:& sciētia iuris,cùm debeat dicere ius. xj.q. j.de pśona.ad pśbyteratū aūt sufficit scire canones cōmunes pœnitētiales & cætera,de qbus dist.xxxviij.q ipsis. cātor verò debet scire cantū:& sic de omnibus ordinibus.De scientia cōfessorū j.Cōfessio iiij.Qui aūt suscipit aliq̄ officiū vel aliquā dignitatē,ad quam nō habet scientiā sufficientē: dicit quòd peccat,& similiter dans.Sed intellige nisi dispēsetur ex causa rationabili:puta ꝓpter aliā idoneitatē: puta magnitudinē charitatis,q̄ supplet imperfectū scientię, de renū.c.nisi maximè vbi p vicariū eruditū suppleri pōt.nō autē ꝓpter nobilitatē:quia eo casu si nō habet idoneū vicariū,nō satisfacit: cūdò,debet esse hospitalis.xxiiij.dist.per totū.sed de hoc vide j.Clericus.iiij.§.xix. ¶ Tertiò,debet esse ornatus interiori ornamēto, scilicet virtutū, maximè sacerdotes & ꝓlati.xl.dist. multi.& similiter ornamēto exteriori,qđ cōsistit in quatuor, scilicet:in cibo.de quo j.§.v.& in potu.de quo vide j.Ebrietas. §.j.& i incessu,scilicet moderato & nō cursiuo,vt mētis prętendat maturitatē.vl.dist.§.vlt.sub quo etiā cōprehēditur vt oculos & linguā moderet sub freno castitatis.vj.q.j.ex meritor sic:Clerici coronā & tōsurā habeāt cōgruentēr tinctum notādā:pannis viridibus & rubeis nō vtātur: nec manicis aut sęcularibus cōsutitijs,frænis,sellis,pectoralibꝰ deauratis,aut aliā superfluitatem gerētibus vtātur,aut cappis manicatis in diuino officio:sed nec alibi qui sunt in sacerdotio & psonatibus cōstituti:nisi iusta causa timoris exigat habitū transformari:fibulas omnino nō ferat,neq; corrigias aurivel argenti habētes ornamēta:nec annulis,nisi quibus coperit ex officio: nec pallijs distribulatis in publico. Quod quide capitulum in omnibus loquit̄ pręceptiuè,secundū Pet.sed verius in aliquibus tantū,secundū Inn.& Panor.ibi in cle.etiā,qñ.de vit.& hon. cler.sic sentētialiter dicit:Quicūq; clericus virgata vel partā veste,id est,diuersorū colorū vtitur sine causa rationabili: si est beneficiatus,suspēsus est à fructuū ꝓceptione p sex mēses:si non est beneficiatus,& est in sacris circa sacerdotiū,per idē tēpus est inhabilis ad beneficiū obtinendū. Et idē est de alijs clericis,si talē vestē simul & tonsurā publicè deferāt clericalē.Si autē habet dignitatē vel personatū vel beneficium cum cura,vel est sacerdos vel religiosus, est suspēsus p annū à perceptione fructus beneficij habiti,& per idē tēpus est inhabilis ad obtinendum,quodcūq; beneficium ecclesiasticum & idem est si isti publicè portent in capite infulā seu pileum lineum:vel secundum gl.etiā sericū à tortiori.per hunc autē pileū Matth. intelligit birretū & similiter Card.si tamē sibi caputio porretur,nō est locus pœnæ secundum Doct. vtētes etiam epitogio seu tabardo foderato vsq; oram,& ita breui, quòd vestis inferior notabiliter videat̄ tenētur intra mensem dare pauperibus, si sunt clerici vel religiosi administrationē habētes:nō habētes verò tenētur illud intra idem tēpus fuis superioribus resignare,in pios vsos conuertendum: alioquin beneficiati suspensionis, cæteri verò inhabilitatis pœnas per idem tempus incurrūt.hæc omnia ibi.Dicitur etiam xlj.di. §.j.quòd tacendos se non debet ornare fulgidis nec sordidis vestibus:ex quo videtur quidam moueri,vt patet in Sū.Cōf. lib.ij.tit.vij.q.j.vt dicant clerico non licere vestem ex serico, sed de lana non nimis prētiosa aut vilinec veste incisam seu lingulatam,id est,frapatam ad instar pannorum lingnarum.

2 Pet. ¶ Tertio intelligentia tñ omnium prædictorum, quæro quando in habitu clericus peccet mortaliter agendo contra prędicta? Et dico circa hoc difficile esse determinare:secūdū multos tamen hoc est multis casibus. ¶ Primò,circa tōsuram: qa clericus debet rasūram ferre superius in modū coronæ & tō suram inferius,ita vt aures pateat:secūdū gl.in c.clericus. de vita & ho.cle.per quam tōsuram cōstituitur clericus de æra. & qual.cùm contingat.Et horum rationem assignat S.Tho. in xij.dist.xxiiij.quia corona circularis significat dignitatē regiam quam adipiscitur qui diuinis ministerijs applicatur,& perfectionē virtutis,quam debent habere: competit etiā eis subtractio capillorū superior per rasurā, ne mens à contemplatione tēporalibus occupationibus obuoluatur: & inferior per tonsuram,ne sensus eorum tēporalibus obuoluātur: conuersi autem tondentur quidem propter remūtiationem temporalium:sed non raduntur, quia non occupantur in diuinis ministerijs,in quibus oporteat eos diuina mente cōtemplari. hæc ex illo.quibus addit Pan.per gl.in cle.attēdentes. de stat. quòd etiam moniales debent habere tonsuram capillorū inferius vsq; ad aures.Igit̄ peccat mortaliter, primò clericus indistinctē,secundum Pan.in c.si quis.de vi.& ho.cle.si nō defert tonsurā.Sed hoc videtur durum.si tamen vis tenere,limita primò si excessus sit notabilis vltra cōsuetū.Secundò,limita si est in sactis vel beneficiatus.ad quod facit c.Ioānes.de cle.con.& quod ibi no.& in c.vnico.de biga.lib.vj. Si autē sit in minoribus tantùm,& nō habeat beneficium, eam deferre non tenetur.ar.d.c.Ioannes.& in cap.vnico.eodem tit.lib. vj. & in gl.fi.di.50. ¶ Secundò,peccat mortaliter quicunq; portat vestem parvitam aut dictū tabardum,si habet beneficiū,etiā si solùm haberet primā tonsuram:aut si nō habet beneficium, tamē tales vestes portat simul cum tōsura clericali:aliàs nō. Et quòd peccet mortaliter,tenet & probat Steph.per verbū, fanemus:allegans xvij.di.§.j.& j.q.vij.si quis omnem.& hoc verum si publicè portēt,id est,spectante multitudine:sicut dicitur publicus aleator vel usurarius aut maledicus,de excess. prælat.inter.de male.c.ij.de esce.exceptionē.xxviiij.dist.vidua. Secꝰ si in domo,id est,secretè.kē si sine causa rationabili,quæ est timor.vt.m e clerici.clij.de vi.& ho.cle.& peregrinatio lōga.xvj.q.iiij.episcopi.quo tñ casu licet forte habitum transformare omnino,ne clericus appareat,si desit timor.cū sit ridiculosissimē hoc ꝓhibeatur.de sent.excom.contingit.el ij.sed licet habere vestes breuiores & expedientes:& idē est de similibus.Si autē tabardum sit breue quidem,sed nō foderatum, Mach.tenet locum esse dictæ pœnæ. Zen.verò tenet nō esse & similiter glo.quia constitutio est pœnalis:quo ad culpam tamen forte idem est hiquia canon vult clericos habere vestem talarem.xxiij.distinctione.el ij. ¶ Tertiò peccat mortaliter, qui viridibus aut rubeis vestibus vtitur,secundum Panor.in d.cap.clerici officia.contra Inn.& probat quia dicta clemen. quoniam.sub præcepto ampliatur etiā ad caligas:præcipiēs ne caligis scacatis,viridibus aut rubeis vtantur publicè. Nec obstat quod dicit Cardinalis, caligas virides aut rubeas non prohiberi,nisi sint scacatæ:quia oppositum ibi tenuit glosſ. vnde tene hoc esse mortale.Et idem videtur dicendum de veste lingulata,& quacūq; alia notabiliter irreligiosa aut scandalosa vel pretiosa, nisi sit pretiosa ad se confirmandum his quibus conuiuit,ne vilescat:arg.distin.lxxx.episcopi. ¶ Quarto,peccat mortaliter qui nutrit comam,aut barbam:quia potest excommunicari:de vita & ho.cleri.si quis.& hoc sine rationabili causa,secundum glo.& etiam intellige si sit beneficiatus vel in sacris.vide etiam infrà Habitus.§.j. ¶ Quartò, debet esse castus.de vi.& ho.cler.vt clericorum.& hoc nō solùm verè,sed etiam apparenter. Primò vt non viuat inconti nenter:vt in d.c.vt clericorum,Secundò,vt nō cōtrahat,si est in sacris:vt de cle.cōiug.c.j.& per totum. Tertiò,vt non cohabitet mulieri suspectæ,de coh.cle.& mul.p totum. Quartò, vt nec ad domum accedat mulierum suspectarum.di.lxxxj.c. clericis.& duobus sequentibus. Quintò, vt non frequenter monasteria fœminārū,nisi ex manifesta & rationabili causa: vt in cap.monasteria.de vita & ho.cler.vbi dicit glo.quòd frequentare est vltra vnam vicem ite xxv.q.ij.ita nos. ¶ Peccat verò in istis mortaliter in multis casibus. ¶ Primò,si contrahat existens in sacris,vel existens solùm in minoribus,si habet beneficium & retineat illud.ad quod faciunt not.in glos. dist.50.c.fi.& in c.cum.de apo.& c.Ioannes.de cle.coniug.cū beneficium perdat ipso iure postquam contraxit,secundum gl.& doct.in c.j.de cle.cōiu.Et si antequam vxor agnoscatur intraret monasterium,non propter hoc recuperaret,nisi cōcederetur ei de nouo:quia ius semel extinctū non reuiuiscit, licet cesset causa extinctionis.vij.qu.ij.quàm periculosum. de conse.dist.iiij.quæris.Et similiter etiam si matrimonium non tenuit:puta quia erat consanguinea vel affinis, psumatur nihilominus ipso facto,secundum Pano.in cap.j.quamvis alij teneant contra.vnde retinendo beneficium iniquè facit,& mortaliter peccat:cū illud nullo iure teneat,sed sit intrusus. ¶ Secūdò,peccat mortaliter,si cohabitat mulieri,de qua possit esse rationabilis suspicio,etiam si sit consanguinea vel affinis.Ad quod facit cap.j de coha.cleri.& mu.& cap. interdixit.xxxij.distinc.& multo magis si cohabitat matrimonio tali de quo rationabiliter suspicari possit,arg.a minori. Eis autem, de quibus nulla potest esse suspicio,licitè cohabitat,etia non cōsanguineis,& huiusmodi sunt mater,soror,& amita.id est, soror patris,& matertera,id est,soror matris.xxxij.distinct.& distin.xviij.cum omnibus.& cap.cum à nobis.de coha.cler.& mul.&.c.cum in iuuentute.de præsump.Et idē dic de filia.Et similiter de mulum antiquis.dist.lxxxj.fœminas.& in d.cap. interdixit.Et idē dic de omnibus,quibus ante ordinationem sine suspicione potera: cohabitas erat sunt vxores fratrum,& omnes de familia prius etiam cum eo habitātes,& huiusmodi,vt in cap.cum omnibus.dist.lxxxj.Et quia circa hoc in textibus & glosis multa leguntur, vt omnia reducātur ad paucitatem,dic quòd ratio huius prohibitionis quo ad inferiores episcopo est vel scandalū quod nascitur ex suspicione:vel periculum quod inde imminet perpetrandæ iniquitatis.Tamē altero horum stante illicita est habitatio,& vtroque cessante licita.Vnde matri aliàs suspectę licitè nō cohabitat clericus. de cohabit.clerī.& mulier.j. consanguineis autem non suspectis etiam inuentibus licitè cohabitat clericus bonæ famæ,secundum Panormitanum autem extraneis quantumcunque bonæ famæ:quia,inquit,extrancarum commustio est periculosa.non sic consanguinearum.& idem sentit glo.distin.xxxj. volumus.Sed intellige de consanguineis non habentibus pedissequas.Vtrum autem episcopus cohabitare possit matri, aut alij non suspectæ:dic.Anto.dicit quòd non:sed Panor. dicit quòd sic,per textum expressum xxiij.dist.interdixit.licet ius ciuile teneris aliter in authen.episcopo. C.de episc. & cleric.Primum tamen,inquit,est honestius maximè propter clericos episcopo commorantes.

¶ Quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Quintò, debet esse sobrius: vt in cap. à crapula. de vi. & ho. cler. vbi dicitur eis ve vinum sibi, & se à vino temperent. qđ quamuis quidam sic intelligant qp peccent mortaliter bibendo vinum sine aqua: tamen doctores cõmuniter sentiunt contrarium: sed sufficit si bibant moderatè. vnde text. dicit quòd debent esse trina potatione contenti: in cap. quando. quod patet est. di. xliij. qđ tamen intellige quando natura vltra nõ requirit. Non licet etiam eis alios cogere ad bibendum. intelligo vltra necessitatẽ: nec plausus, vel planctus, & risus inconditos, & fabulas inanes referre, aut cãtare, vel turpia loca ante se fieri pati, nec laruas dæmonũ ante se fieri: quia diabolicum est, & à sacris canonibus prohibitũ. di. xliij. nullus presbyterorum. de conse. dist. v. nullus. Et debet mensam benedicere antequam comedat, & post cibũ gratias agere. xliij. di. non liceat. vbi & dicit quòd comedere non debet ante tertiã. Licet autem clericis facere conuiuia ex charitate. xliij. di. cõuiuia. dummodo adsint quæ in omni eorum conuiuio debẽt adesse. Primò scilicet lectio diuinarum scripturarũ. Secũdò, quòd nulli detrahatur, nullusq; irrideatur. Tertiò, quòd inanes secularium negotiorum fabulæ nõ recitẽt: & multo minus aliud turpe. Quartò, quòd solùm pro sustentatione & nõ superfluè cibum sumãt. Quintò, qp ante & post mensam soluantur Deo laudes: aliter autem non licet. Et colligũtur hęc xliij. dist. in cap. conuiuia. & in cap. quando. & in cap. pro reuerentia. & in cap. nullus. & in cap. non liceat. Faciẽdo tamẽ contra prædicta peccant venialiter tantùm: nisi quando cõsentiunt in rem de se mortalem, puta detractionem, aut voluptuosam narrationem turpium: aut quando agunt cõtra aliquod præceptum sibi specialiter factũ: sicut fortè quãdo largas dæmonũ ante se fieri consentiunt: quòd sacerdotibus prohibetur in d. cap. nullus. & ea. dist. in cap. presbyteri. extenditur ad omnes existentes in sacris: cæteros autẽ qui non sunt in sacris, nõ credo peccare mortaliter, nisi vt laicos, id est, primo modo tantùm. Sextò, debet solicitè exsoluere laudes diuinas. vide infrà Hora. Septimò, debet in suis beneficijs residere de cleri. non resi. quia nõnulli sed de hoc infrà Residentia. per totum. Octauò, debet esse sine crimine. xxv. distin. per totum. id est, sine omni peccato mortali: quamuis crimen strictè sit peccatum accusatione & depositione dignũ. di. lxxxj. Apostolos. dist. xxv. §. nunc autem. Vnde secundum S. Thom. in iiij. dist. v. & ix. & xxiij. exercendo officium suum in mortali mortaliter peccat, quoties se exhibet vt ecclesiæ ministrũ in aliquo spirituali: & toties quoties huiusmodi actũ exercet: vnde secundum alios etiam tangẽdo res sacras quasi suo fungens officio mortaliter peccat. Facit cap. fi. de temp. ord. & c. quotidie. de conse. di. ij. & cap. de homine. de cele. miss. j. Interdictum. v. §. iiij. Secus autem si exercet in casu in quo etiã laico exequi liceret: sicut baptizando in articulo necessitatis: vt j. Baptismus ij. in prin. vel colligendo corpus Christi iacẽs in terra: vel subdiaconus cantando epistolam sine manipulo & solemnitate. ¶ Circa † hoc tamen quæritur primò, vtrũ ab ordinario existente in mortali liceat recipere sacramẽta? Et dicit S. Thom. in iiij. dist. xxiij. quòd non solùm hoc alicui licet: sed etiã hoc debet quandiu toleratur ab ecclesia: quia ad hoc est ei obligatus: tum, inquit, nõ esset tutum quòd quis præter necessitatis articulum talem ministrum induceret ad aliquid sui ordinis exequendum durante cõscientia quòd ille esset in mortali: quam tamen deponere posset: quia in instanti homo à diuina gratia emẽdatur. hæc ex illo qui loquit de malo ministro & subdito eius. dicitur autem toleratus ab ecclesia, secundum Pano. in cap. vestra. de coha. cle. & mul. is qui nõ fuit per sententiã priuatus, nec est confessus, nec habet operis emendam, scilicet indubitatam & inexcusabilem. ¶ Quæritur † secundò, vtrum clericus fornicarius sit suspensus sic quòd in diuinis officijs debeat euitari? Et Pano. in cap. vestra. & in c. fin. de coha. cle. & mu. quòd quilibet pro mortali suspẽsus est quo ad se, non autem quo ad alios: sic videlicet vt debeat euitari: nisi peccatum sit notorium iuridicè, id est, per sententiã vel spontaneam confessionem. in notorio autem facti, vt qa habet in domo concubinam, nec fuit condemnatus, aut in iudicio confessus: dicit casum dubium & periculosum: & dimittit iuris subtilitatibus sic posset distingui. Si enim fornicatio est ita notoria quòd nullam habet dubitationem, sicut quando concubinas tenent ita publicè sicut vxores, & filios publicè nutriunt, ita quòd nec ipsi audent differe: tunc credo, inquit, omnino abstinẽdũ esse ab eis sine alia monitione. quod probat text. in d. c. vestra. in fi. ibi: nec habet operis euidentiã. & melius in c. tua. eo. tit. & directè in c. nullus. & in c. præterea. xxxij. dist. quæ iura requirunt solam euidentiam facti, & non superioris monitionem: & præterea ex contrario sequeretur quòd nunquam vel rarò fornicatio posset esse notoria. Si verò fornicatio non habet istam opis euidentiã, sed potest probabiliter tergiuersari: puta, quia concubina habitat cũ matre clerici, & dicit illam esse pedissequam eius: vel qd simile: tunc requiritur monitio. Et hanc puto, inquit, esse mentem iuris: & videtur opinio communis. Et ista sunt de mente S. Thomæ in iiij. dist. xv. dicentis quòd à notorio cõcubinario non est recipiẽda cõmunio eucharistiæ, siue sit notorium: quia est conuictus vel confessus in iure: siue per euidẽtiam facti, quę nulla posset tergiuersatione celari. Ab alijs autem occultis cõcubinarijs recipi potest. hæc ille. Hodie tamen circa huiusmodi est facta limitatio magna per concilium Constantien. quam vide j. Excommunicatio. iij. §. ij. Addit his autem Arch. quòd non solùm sacerdos, sed etiam clericus in minoribus ex notoria fornicatione est suspensus. Intellige quo ad se & alios ab omnibus actibus ordinum ipso iure, secundum Innoc. quod notat Arch. xxij. dist. §. ad hæc. Quomodo autem incurrat irregularitatem. j. Concubinarius. §. iiij. ¶ Quæritur etiam certiõ, vtrum abstinẽdũ sit à diuinis seu sacramentis aliorũ peccatorum in crimine iacentium? Et dicit Pano. vbi suprà, distinguendum esse per tria membra: quia aut sunt suspensi ab homine siue præcisi: vt excommunicati, depositi, vel suspensi ab officio: aut sunt suspensi vel præcisi à iure aut neutro modo. Si ab homine non est licitũ ab eis recipere aliqua sacramenta, vel audire diuina: quia nullo modo possunt dici tolerari, ex quo per sententiam condemnati sunt: vt in d. cap. vestra. & ix. q. j. cap. j. & ij. & not. Inno. in cap. qualiter & quando. el ij. de accusa. Posset tñ dubitari de baptismo: & potius credo, inquit, quòd liceat: quia & ab hæretico in necessitate licitè suscipitur. pro quo vide textum in ratione eius. xxvij. dist. §. verum. Si verò à canone, subdistinguendũ est: quia si factum est occultum: sentiunt doctores in cap. vestra. quòd abstinendum sit à sacramentis voluntarijs, nisi fit scandalum: sed non à necessarijs. Sed si factum est notoriũ: nullo modo recipere licet aliqua sacramẽta à talibus, excepto baptismo, & corpore Christi, quæ in necessitate licet ab istis recipere: sicut dicitur de fornicarijs & simoniacis in ordine: vt in d. §. verũ. vbi vide bonam gloss. quare potius permittantur ista quàm alia. Si verò nec ab homine neque à canone sunt præcisi: possumus sine scandalo abstinere à sacramentis volũtarijs: nec tñ non abstinendo peccamus: quia nõ sunt suspensi quo ad nos: vt in cap. fin. de coha. cle. & multi. hæc omnia Panor. bene: cui in hoc contrariatur dominus Ant. quando peccatum inducat præcisionem vel non inducat: vt patet in quæstione seq. Aduerte tamen quòd quando Pan. dicit, aliqua sacramenta necessaria à peccatore licitè suscipi: semper limitandum est in necessitate, id est, quãdo haberi iure & commodè nõ possunt ab alio: quia cùm peccent mortaliter sacramenta ministrãdo, c. fi. de pẽp. ordi. nõ debeo eos ad hoc sine necessitate inducere: imò etiã si ad hoc essent parati, adhuc nõ licet sine causa rationabili ab eis suscipere, quãdo habere possimus ab alio: licet cõtrariũ teneat Sum. Ang. quia licet nõ eos nõ inducamus: tñ eis peccantibus supponimus materiã vnius peccati mortalis, qđ aliter non cõmitterent: sicut peccat mulier sine causa supponẽs se oculis ei⁹, quę, pbabiliter credit paratũ cõcupiscere omnẽ mulierẽ visam: qa dat occasionẽ vnius peccati mortalis distincti à priore, vel saltem occasionẽ cõtinuãdi præcedens. Et idem dico de eo, qui cõmodè habere potest mutuũ gratis, si accipiat à parato fœnerari. Non tamen debet quis facilè credere aliquẽ esse in mortali: cùm subitò converti possit. ¶ Quæritur quartò, † vtrũ omne peccatũ notorium inducat præcisionẽ seu suspensionẽ à canone, sicut & fornicatio? & dicit dominus Ant. in d. cap. vestra. vt ibi recitat Pan. quòd sic: quia omne peccatũ notorũ interdicit officiũ sine dispensatione de tẽp. or. c. fin. quam opinionẽ Pan. reprobat per tex. in c. fi. de coha. cler. & mul. quia tex. ibi se restringit ad peccatum notoriũ, quod est fornicatio. & idẽ dicit tex. in c. nullus. distin. xxxij. ad c. autẽ fi. de tẽp. or. dicit se fateri qp sacerdos peccat grauiter celebrando: nõ autem alij missam audiendo. Sum. autẽ Ros. dicit hanc opin. Pan. tenendã: quia cùm materia sit pœnalis, eã vltra terminos, pprios extẽdere nõ debemus: vt j. dicẽt in tit. Lex. sed Sum. Ang. cõtra dicit, opi. do. Aut. esse verisimã: † quia cõstitutio pœnalis etiã quo ad pœnã extẽditur ad casum similẽ ex idẽtitate ratiõis si ratio in ea cõstitutione est expẽssa: vt in l. luis solis. C. de reuo. do. de quo videj. Lex. §. xviij. dist. aũt c. vestra. ratione notorietatis peccati cõcludit notoriũ concubinariũ suspensum: vnde erit idẽ in omni mortali notorio. Tu verò dic primã opi. esse verum. & ad motiuũ Ang. dic quòd in d. c. vestra. contrariũ non ꝓbatur per notorietatẽ peccati in cõmuni, alioquin veniale notoriũ illã inferret, sed peccati, de quo mẽtio fecerat. scilicet fornicationis. Et præterea nõ est ratio eadẽ de peccato notorio spirituali & carnali: qđ habet maiorẽ elongationem & irreuerentiã respectu sacramẽtorũ spiritualiũ: vndeꝫ propter peccata carnis etiã posit cõfessione debet quis à celebrãdo abstinere ad tẽpus: vt j. Eucharistia. iij. §. x. & xv. qđ nõ legitur de superbia. Dico † igitur, qp vbi alteriur sacerdotis copia nõ supperit, licitè capio sacramẽta etiã non necessaria à notorie inuido, vel superbo. Vtrũ † autẽ clericus fornicator sit suspensus, vel efficiat irregularis celebrãdo, aut quicũq; aliàs Peccator, vide infrà, Cõcubinari⁹. §. iiij. & infrà Luxuria. §. iij.

Rursus de Clerico, tertiò quantum ad ea licita, quibus tenetur abstinere.

1 *Clericus à quibus abstinere debeat: & an negotiari possit? Et quid si egeat.*
2 *Artificium, aut negotiationem honestam aliquam exercere, num possit clericus?*
3 *Clericinegotiatores quænam sit pœna? Et huiusmodi clericus per quem, ac quoties, vt ab huiusmodi negotiattione desistat, admoneri debeat?*
4 *Clericus num tabernarius, aut macellarius esse queat? Et quid si huiusmodi officia exerceat, sed nõ publicè, aut in persona. Item quid de alijs vilioribus.*
5 *Clericus num histrionem agere possit? Et an arma deferre?*
6 *Clericus num in laici manibus iurare possit.?*
7 *Clericus matrimonium contrahere nunquid possit?*

CLERICVS † tertiò debet esse alienus à quibusdam secularibus actibus aliàs licitis: de quibus patebit per sequentes quæstiones. ¶ Primò enim quæritur, vtrũ clericus negotiari possit? Et dico quòd nõ, quo ad negotia secularia, maximè inhonesta: ne cler. vel mon. cap. j. de vita & hon. cler. cap. fin. Sed tamen notandũ est secundũ Panormit. in rub. ne cle. vel mon. qp negotium seculare dupliciter dicitur. Primò largè, vt comprehendat omne veniens ex carnali cõcupiscentia non frenata ratione, id est, illud, per quod viuitur omnino seculariter, siue secundum carnem & seculum: nõ secundum spiritum & Deum. Et hoc innuit text. in d. c. j. in princ. & hoc prohibetur etiã laicis: sed magis clericis: vt in d. c. j. ¶ Secũdò, strictius vt comprehẽdat omne pertinens ad Rempublicam mundanam & seculares homines: quod quidem licet sit permissum laicis, tamẽ clericis nõ licet. vnde l. placet. C. de epis. & cler. dicit text. quòd clerici nihil cõmune habent cum publicis actibus, vel ad curiam pertinẽtibus, cuius corpori non sunt annexi. per quod patet quòd nullum officiũ habere possunt in Republica. ¶ Tertiò, adde tu quòd sumitur strictissimè & propriissimè, vt negotiũ sit exercitium mercatoris, & negotiatoris, qui emit vt rem immutatã maiori pretio vendat: de quo infrà Negotiatio. Igitur clerico negotiari non licet. Primò intendendo rebus emendis & vendẽdis precio maiori, vt inde lucretur: quod est propriè mercari & negotiari. dist. lxxxviij. fornicari. ne cler. vel mon. c. j. iuncta gloss. vbi & dicitur qp negotiari potest propter necessitatem. Sed intelligo operando suis manibus, vel emẽdo rem vt habeat materiam ad aliquid operandum. & vide ibi glosin verbo, conductores. Quòd si clericus succedit cõductori licitè stare potest in illa conductione vsq; ad præfinitum tempus locatiõis. Si etiã bladum emptum præter propositum superfit, & vendat carius: non est illicitum, secundum Hostien. Nec secũdò, intendendo quæstionibus in iudicio seculari, scilicet aduocando & procurando. Vnde dicit Panor. in cap. ij. ne cle. vel mo. quòd potest esse procurator generalis in causa ecclesiastica coram iudice ecclesiastico: non autem in causis secularibus in iudicio vel extra. Et hoc si habet beneficium, etiã si sit in minoribus. Et similiter si beneficiũ nõ habet, sed est in sacris. Et hoc nisi pro se & ecclesia & miserabilibus personis. de postul. c. j. vel nisi suam iniuriam prosequatur. iij. quæst. vj. omnibus. vel iniuriam suorum, aut quamcunq; honestam eorum causam: si necessitas immineat. de postul. cũ sacerdotis. Nec tertiò suscipiendo gubernationes aliarum rerum, seu procurationes alienorũ negotiorum: potest tamen suscipere tutelas à lege impositas, si vult: licet nõ tutelam datiuam, id est, quæ datur à iudice, quando non est per testamentum: sed ad tutelam cõmunem, & curam orphanorũ ac viduarum, quæ indefensæ sunt, aut earum personarũ, quæ maximè ecclesiastico indigent adminiculo omnes clerici & monachi tenentur. Recipere possunt etiam de licentia episcoporum gubernacula ecclesiasticarum rerum: vt in cap. peruenit. distinct. lxxvj. de quo etiam infrà Tutela. §. iij. Nec quartò, exercendo quascunq; negotiationes. quod propter hoc verbum maximè notauit Panormit. in dicto cap. clerici officia. vt dicit text. Clerici, officia vel commercia secularia nõ exerceant, maximè inhonesta. Vbi Gloss. dicit, imò nunquam de manu sua exeat psalterium. de consec. distinct. v. nunquam. Sed hoc verum est, quando non eget: secus si egeat: quo casu vti potest negotiationibus honestis, & victum manibus quærere. xcj. distinct. clericus. & cap. j. de celeb. miss. & in cap. j. ne cler. vel mo. vbi dicitur quòd negotiari potest propter necessitatem, quod intellige vt dictũ est: sed de hoc in. §. sequenti. ¶ Secũdò † quæritur, vtrũ aliquod artificium vel alia honesta negotiatio clerico liceat? Et dico, secũdum Rayn. quòd si clericus eget, põt honesto artificio quærere necessaria. imò, secũdum Arch.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Arch.sine hoc, dūtamen propter hoc non desit ab officio diuino.dist.xcj.per totum.de consec.dist.v.nūquam.ne cler.vel mo.c.j.Necessitat d.c.j & lxxxviij.d.ſt.per totum.vbi clericis omnis negotiatio prohibetur: quia, secundū gl.in c.canonū. xiiij.q.iiij.emere chartā pro libro conscribendo, vt sic lucretur victum, nō est negotiatio propriè, sed artificium: in iuribus aut allegatis, phibetur negotiatio propriè. Potest etiā recipere possessiones excolēdas ad quartam vel quintā partem, & huiusmodi, seu ipsas conducere ad sustentationem sui & suorum.arg.dist.lxxxvj. peruenit.in verbo, auaritiæ causa. vbi hoc sentit gl.& in cap.clericus. dist.xcj. & satis concordat Host.& Pan.in c.secūdus.ne cle.vel mo. Potest etiam locare animalia, vt oues & boues; scilicet si hęc habet ex decimis vel successione, aut aliàs sibi data: aut si habens pascua multa emit ea vt illa depascerēt ad sustentationem suam: suorū, & pauperū: nō autem si emit vt traderet ad crementū: vel aliud ageret in fraudem negotiationis, secundū gl.Rayn. & Sum. Conf. Potest etiā vt addit Veruec. emere rem vt eam meliorataṁ vendat carius; puta equi pullum nutriendū, vel tabulā vt imaginem faciat: quia in talibus nō est negotiatio, sed artificium, vt notatur xiij.q.iiij.canonum.de conse.dist.v. nunquam. & de his Sum. Conse.lib.j.tit.vij.q.xlj.& tit.viij.q.ij.& iij. ¶ Tertiò † quæritˀ, quæ sit pœna clerici negotiatoris propriè? Et dico quòd mortaliter peccat secundū mētem Doct. maximè Pet.de Pal.& Arch.q hoc arguit ex pœna impositā: quia debet excōmunicari.extra ne cler.vel mo.secundū.quia pro quolibet mortali, à quo quis non vult corrigi, potest excōmunicari.xj.q.iij.nemo episcoporū. aliàs incipit, secundum instituta. & si se nō correxerit, debet deponi.xcj.dist.clericus. extra ne cler.vel mo.sed nec.ita tamen quòd religiosi districtius alijs puniātur: vt in d.c.sed nec.in foro pœnitētiæ iniungi debet vel saltē cōsuli vt lucrū huiusmodi pauperibus erogent.xiij.q.v.qui habetis.ad hoc tamen non tenētur, secundum gl.Rayn.& Sum.Cōf.& hoc videt sequi Zenze. & Car. in cle.j.de vita & hon.cler.licet Matth.ibi teneat quòd tenētur. Postquam autē quis tertiò monitus non destiterit, perdit priuilegium clericale.de vita & hon.cler.c.fin. Quāquam verò Doctores sint varij: tamen credo quòd mortaliter peccet negotiādo religiosius, etiā cōuētsius: vt dicit Pet.de Pal.& clericus in sacris: nō autē clericus existēs in minoribus, siue coniugatus, siue nō: quia potest impunè redire ad seculum, & laicare: vt suprà Apostasia. §.ij. maximè, si nō habet beneficiū. Si tamen nō est cōiugatus, cogi potest per priuationē priuilegij clericalis fori, quo scilicet caueāt ne clerici vexētur exactionibus in pſona vel bonis: vt l.ij.C.de epiſ.& cler.& de vita & hon.cler.c.fin.nō autē fortè per priuationem priuilegij canonis, si quis suadente.xvij.q.iiij.etiam per trinā monitionem: nec etiā per priuationem priuilegij fori, quo ad hoc vt possint per laicū condemnari pro crimnibus vel excessibus, criminaliter aut ciuiliter: quia clericus cōiugatus, quē oportet secularibus negotijs intēdere: vt in c.Ioānes.de cle.coniug. his gaudet, si cōtraxit cū vnica & virgine, & defert habitū ac tonsuram: vt in c.vnico.de cler.cōiug.lib.vj. Si verò sit cōiugatus, cogi non potest per priuationē dicti priuilegij quo ad vexationē in persona vel bonis: quia ipso facto per cōtractū matrimonij illud perdidit: vt in d.c.vnico. Et sicut existentes in minoribus, ita & religiosi, & clerici in sacris compelli possunt per dictam priuationem. ¶ Quartò quæritur, per quem & quoties necessarium sit fieri dictam monitionem? Et dixit Panor.in c.contingit.el ij.de sent.excom. quod fieri nō debet per iudicem secularem: sed oportet eam fieri per episcopum vel per habentem iurisdictionem episcopalem super monendum: nec refert vtrum eā habeat ex priuilegio, vel consuetudine, vel à iure, secundum gl.in c.si clericos.de sent.excō.lib. vj. Et dicit idē Pan.in c.cap.sin.de vita & hon.cler. quòd oportet eā esse trinam: quia vbicunq; agitur de pœna incurrēda, & ius exigit trinā monitionem aut citationem, non sufficit vna peremptoria: vt voluit gl.notabilis in cle.j.de vit. & hon.cle. & Io.And.in c.ex tuæ.de cler.nō residen. Et si obijciat, quia vbi à iure requiritur trina citatio, sufficit vna peremptoria: quę habet vim trinæ: vt in l.tres denūtiationes.C.quo.& quā. iudex.Sum.Ang.soluit q̄ in citatione sufficit vna, nō in monitione: quia iura ita voluerunt: sed quia Pan.de vtroq; promiscuè & indifferenter vbiq; loquitur quātum ad hoc, ideo dico quòd vbi agitur ad pœnam, non sufficit vna monitio pro trina, nec similiter vna citatio, nisi urgeat necessitas, vt dictum est ſ. Citatio. §.j. Si tamen fieret monitio, etiā in pœnalibus, per viam statuti valeret: quia statutū habet vim legis & prælatus potest statuendo augere pœnā iuris, & infligere pœnā sine monitione verbali: aliàs requiritur monitio. de constitu. c.ij.libr.vj. ¶ Quintò † quęritˀ, vtrū liceat clerico exercere officiū tabernarij aut macellarij? Et dico q̄ clericus nec ministrare nec māducare aut bibere debet in taberna, nisi causa necessitatis in peregrinatione. xliij.dist.c.nō oportet. & c. nulli. & c.clerici. si autem officium tabernarij aut macellarij facit publicè, & pſonaliter: si tertiò monitus nominatim nō desistat, seu si postquā desistit, illud reassumat, perdit priuilegiū clericale omnino, si sit cōiugatus, etiā illud, si quis suadente. Si verò non sit cōiugatus, & non incedit vt laicus, sed habitum defert, perdit in rebus tātūm: & si omnino incedit, vt laicus, perdit illud etiam in persona, quādiu prędictis insisterit: vt in clemen.j.de vita & hon.cleric. Si tamen tale officium dimittit, & habitum recuperat, recuperat vtrūq; priuilegium tam coniugatus, quàm non coniugatus, secundum Imol. ibi post dom.Ant. & idem Panorm. & glosſ. Sed intellige quòd non eodem modo reassumit priuilegium coniugatus vt non coniug. libro.vj. Et dicit glosſ. in dicta clemen. in verbo, clericos quòd illa constitutio comprehendit etiam exemptos delinquētes in loco non exempto: cùm per id subsint diœcesano: non autē exemptos delinquētes in loco exempto: cùm exeret officiū diœcesanorū tātum: maximè quia quādo iura ista volūt super exemptos iurisdictionē tribuere, hoc exprimūt: vt in dicta clem. quia regulares. de supplē. negli. prælā. Et secūdum Cardin. ibi, hæc monitio debet esse trina: nec sufficit vna pro tribus, & nominatim: nec sufficit generalis & facta clerico tale officiū exercenti: nec sufficit quòd fiat ante tale exercitium: aut si exerceat vnum horum officiorum, non sufficit vt moneatur desistere ab alio, nec erit locus pœnæ si exerceat aliud. ¶ Sextò quæritur, vtrum sit locus dictę pœnæ si clericus exercere quidem prædicta officia, sed non publicè, vel non personaliter? Et dicit glosſa in verbo, publicè. quòd non: sed illa duo, publicè & personaliter, coniunctim requiruntur: vnde si occultè, vel per alium hęc exercet, cessat pœna, sed non culpa. Geminianus autem in cap.j. eodem tit.lib. vj. dicit quòd aut clericus vult habere tabernam, vt personaliter administret in artificijs etiam inhonestis: & hoc est prohibitum. distinctio. xliij. nulli. Aut vult administrare in artificijs clerico permissis: & tunc potest habere: vt in glosſ. dist. lxxviij. negotiatorem. Aut vult eam habere: non vt personaliter ministret, sed vt alij locet, qui exerceat ibi sua artificia: & hoc non est prohibitum. Pro quo facit etiam text. in cap. significante. de appellationi. vbi canonici habebant stallos, in quibus carnes incidebantur. e Cui etiam text. consonare videtur dicens, non sine ministerio personaliter: qui si voluisset prohibere etiam per alium, hoc potuisset. de decicap.

cap.ad audientiam. Credo autem, quòd si clericus hæc personaliter exerceret, sed pro alio, adhuc teneretur hac cle.qa subest horror & vilitas. ¶ Septimò, vtrum clerici possint exercere officia prædictis viliora: vel apetare pelles, & huiusmodi? Et dicit Pan.in d.cle.j.q̄ non, ratione identitatis rationis. ratio, quia in his status clericalis dehonestatur. arg.l.athletas. §. alt Prætor. ff. de his qui no ſnfa. non tamen incurrūt pœnam statutum cōtra exercentes officium tabernariorum. Vñ credo, si sunt religiosi, vel in sacris, quòd mortaliter peccent exercendo ista publicè: secus si occultè pro artificio ad victum. ¶ † Octauò, vtrū liceat clericis facere officiū histrionis? Et dico q̄ vt colligitur ex c.clerici. iuncta gl. de vita & hone. cle. li.vj. qui dicuntur histriones secundū canones. vt de conse.di. ij. pro dilectione. dicūtur buſones secundū vulgare Tuscum: secundū Gallicum verò goliardi à gula, cui solēt esse dediti: & Latinè dicuntur etiam ioculatores, quasi ioculatores in publicum. Faciūt enim spectaculum proprij corporis, cuius ludibrio gestus & habitus hominum repræsentant cum comœdijs vel sine. Et de his dico, quòd si hanc ignominiosam artē clerici per annū exercuerint: ipso iure caret omni priuilegio clericali: & similiter si minori quidē tēpore, sed tertiò moniti nō respuerint: vt in d.c.clerici. Vbi nota, secundum Gemi. ibi, quòd vbi canō pœnā imponit ipso iure ex facto negatiuo: monitio non requiritur, quando illi additur certum tempus: vt ibi, si non desistant intra annum: qui in hoc casu requiritur continuus & integer. Ex quo etiā nota quòd vbi lex vel statutum dat certū tēpus, ad hoc vt pœna cōmittatur: intelligitur de tēpore continuo. Nota verò hic quòd Arch.quē sequitur Gemi.in d.c.clerici. dicit quòd clericus in sacris & etiā monachus perdit priuilegiū canonis, si quis suadente. xvij.q.iiij. Ioā. autē Monald. tenet, quòd perdunt solùm existentes in minoribus: sed primū est verius. In occulto tamē, vt dicit ibi gl. vel causa infirmitatis vel alterius honestæ rei causa ioci aliqd facere non reprobatur. Et facit quod notat Ioan.de citaristis, & his qui varijs vtuntur instrumētis. lxxxvj. di. donare. in gl. hęc gl. ex quo intelligit quòd dicta pœna ligat solùm exercētes artem illam publicè. ¶ Nonò, vtrū liceat clericis arma portare? Et dico quòd non, nisi pro defensione eo modo quo dictum est ſ. Bellum. ij. §. iij. Si autē relicto habitu clericali arma portauerint: & tertiò moniti illa non deponunt: perdunt priuilegium clericale. de sent.exc. in audiētia. Similiter si nō sint moniti, & immiscent se tyrannidi & enormitatibus: perdunt ipso facto priuilegium clericale, si quis suadente, &c. de sent.excō. perpendimus. &.c.cum non ab homine. de appell. cap.j. in prine. priuilegium autem fori non perdunt, nisi post monitionem, secūdum aliquos. & facit c.si iudex. de sent.exc. lib.vj. ¶ Decimò, † vtrum liceat clerico iurare in manibus laici? Et dico quòd hoc nullo modo debet præsumere, scilicet ad petitionē cuiuscunque laici: nisi fuerint per iudicem ecclesiasticum requisitus. xxij.q.vlt.c.nullus. ¶ Vndecimò, † vtrum clericus possit contrahere matrimonium? Et dico quòd si est in sacris, contrahendo est ipso facto excommunicatus, & matrimonium nullum: vt ſ. Excommunicatio. ix. §. xl. Si verò est in minoribus, contrahendo cum secunda, vel cum prima, sed nō virgine: æxitur omni priuilegio clericali, & additur seculari fori: & prohibetur sub pœna excōmunicationis deferre tonsuram. de big.m. altercationis. lib.vj. sed contrahendo cū vna & virgine, deferendo tonsuram & vestes clericales, retinet clericale priuilegium in duobus, vt dictum est suprà. Clericus. j. §. vj. sed ista non defendo, retinet in nullo. de cler. coniug. clerici. lib.vj. Vtrum autem clericus possit esse iudex, ſ. Iudex. Vtrum autem possit esse Tabellio. ſ. Tabellio. §. iij. Vtrum etiam possit venari. ſ. Venatio. §. j.

Rursus de Clerico quartò, quantum ad bona temporalia.

1 *Clerici bona multiplicis generis habere possunt, vt quibus proprium habere minime vetitum sit.*
2 *Clericus administrationem habens, an testari queat? Et an mortis causa donare? Et quid si administrationem non habeat, sed beneficiatus simpliciter, an testari, inter vivos donare, & mortis causa possit. nu. 1.*
4 *Clericus, quod de acquisitis personæ contemplatione & intuitu possit disponere, an in omni clerico & casu locum habeat?*
5 *Clericus cur quadam donare potest, legare non potest?*
6 *Clericus de acquisitis intuitu dignitatis clericalis, num disponere possit? Et quid de acquisitis ex pœnitentiarum iniūctione? Item quid de eo quod quis prælato, ipsius suasione reliquit?*
7 *Relictum clerico prælaturam non habenti, aut administrationem, cultus contemplatione in dubio relictum esse videatur?*
8 *Clericus qui rē ecclesiæ suæ propria industria meliorē reddidit, num de huiusmodi meliorātiōe disponere, quasi de re sua possit?*
9 *Clericus in titulum patrimonium habens, num possit illud ad arbitrium circa solemnitatem alienare?*
10 *Clerici & religiosi, num possint de bonis aduentitijs sine patris consensu disponere? Et quid de acquisitis ante ingressum?*
11 *Clericus num de bonis ecclesiæ sorores dotare, aut parentes alere possit?*
12 *Clericus patrimonium sufficiens habens, num illud hæredibus seruare, & de beneficio viuere possit?*
13 *Clerico ab intestato quis succedat? Et quid tum agendum est, si nescitur, res ecclesiæ num fuerint, an persōnæ?*
14 *Clericus prebendatus, num de reditibus ecclesiæ & fidelium oblationibus, partes quatuor iuxta vetera iura, facere teneatur?*
15 *Clericus beneficij fructus in vsus minimè honestos convertens, an peccet? Et qui malè ab ecclesiasticis accipiunt, num ad restitutionem teneantur? Et cui?*
16 *Clericus officium temerè dimittens, fructus interim ab ecclesia perceptos num restituere teneatur?*
17 *Clericus, an quos in peccato mortali existens, fructus percipit, restituere teneatur? Et quid si excommunicatus?*
18 *Clericus ex quibus, & quibus restituet, quæ ob ecclesiastica beneficia restituere tenetur?*

CLERICVS † quartò quantum ad bona temporalia, habere potest bona multiplicia, quæ ad duo genera reducuntur: quæ sunt bona laicalia, vt acquisita intuitu personæ: puta ex successione cognatorum, vel amicorum donatione, vel acquisita ex industria: & bona ecclesiastica, cuiusmodi sunt bnficia & acquisita intuitu ecclesiæ vel ex facultatibus: vt de testam. in c.j. cū gl. Et aliquādo clerici nō habēt administrationem: quod secundum Gemi. in c. præsenti. de offi. ordi. tunc est, quando non habēt beneficium, cui sit assignata dos: & tunc dicuntur simpliciter beneficiati: vt sunt canonici, & fimiles, quibus id quod habent, obuenit ratione personæ: non quòd habeant præbendam in ecclesia distinctam: quia sic haberent administrationē. ¶ Primò verò quæritur, vtrū clerici possint habere propriū? Et dico quòd sic: vt patet xij. q.j. episcopi. & si qua inuenīntur capitula cōtraria intelliguntur secundum statum ecclesiæ primitiuæ, quādo nihil proprij possidebāt: vel de religiosis q renūtiauerūt, pprijs. Tō sēm Sā. Th.ij.ij.q.clxxv. clerici nō sic debent, pprium possidere, vt dū curāt illud, deficiāt ī spectāb⁹ ad cultū diuinū. ¶ Sēdò † quęritˀ, vtrū cleric⁹ habēs administrationē testari possit? Et dico, q̄ sic, de laicalib⁹ indubitāter. xij.q.iij.c.j.& ij. & extra de testa. ad hæc. &.c.ga nos. & hoc etiā si clericus sit in potestate patris, aut aui cōstitutus. C. le epiſcop. & cler. authent. presbyter.

Universidad de Deusto
Biblioteca

byteros:licet secus sit in alijs personis: vt §. Peculium. De alijs ecclesiasticis autem immobilibus aut mobilibus testari no potest secundum Inn.in c.cum in officijs. de testam.vt ibi. & in c.ad hæc.& in c.relatum.el ij.& xij. q.iij cap.j. De consuetudine tamē clerici alicubi testātur de fructibus & rebus mobilibus ecclesiæ acquisitis:licet de iure sit contrariū,vt dictum est.Et secundum Vic.talis cōsuetudo valet: quia de his testari non est illicitum:nisi quia in fauorem ecclesiarum,prohibitum:vnde etiam quia ratio suadet oppositū,vbi est consuetudo,hoc potest secundum eum.Et hæc si sint modica,secundum Panor.alioquin consuetudo esset ecclesijs onerosa. quod adhuc limita si piè & rationabiliter disponat in foro animæ:& si dispositio non se extendat ad sacra vasa diuino cultui mancipata,quæ censentur quasi bona immobilia:vt §. Alienatio.§.vj.super quibus nullam non solùm donationem, sed nec alienationem facere potest.xij. quæst.ij.cap.ij.& oppositā contuetudo esset irrationabilis:nisi vasa essent superflua,& transirent ad aliam ecclesiam:& de alijs mobilibus satisfieri necessitatibus nō posset.Et idem videtur de alijs mobilibus pretiosis diuino cultui dedicatis.arg.cap. fin.de testa. De rebus autem immobilibus consuetudo non valeret:quia esset onerosa & irrationabilis & reprobata à iure:cùm ista alienari non possint sine illa solennitate, de qua xij.q.ij. sine exceptione.¶ Tertiò quæritur,vtrum clericus habens administrationem,donare possit causa mortis vel inter viuos? Et dico quòd de bonis laicalibus donare potest,sicut & testari.de testa.quia nos.de ecclesiasticis autem mobilibus & fructibus perceptis potest in ægritudine constitutus, modò sit compos mentis,dare pauperibus,& religiosis loci, & his qui sibi honestè seruierunt,siue sint siue non sint affines: vt in c. ad hæc.& in c.relatum. el ij.de testam.& idem potest ex iusta causa dum sanus est,dummodo temperatè. de dona.cæterum.& cap.ad apostolicæ. Nota tamen,secundum Panor.in cap.cum in officijs.de testam.quòd non potest clericus de rebus prædictis donare aut alio modo disponere, nisi in quatuor casibus.¶ Primò,quando tantundem de suo expendit in vtilitate ecclesiæ.xij.q.ij.si quis.& q.v.si episcopus, qa in hoc casu posset eyā testari:imò si non testaretur,hæres posset petere.facit ca.de multa.& quod ibi notatur de præbendis.& l. quæ omnia.in fi.ff.de procu.& gl.in l.si non sortem.§.si centum.ff.de cond Et.ubdeb. ¶ Secundò,quando hoc habet consuetudo,secundum Host.& Lau.in d.c.si episcopus.quod Panor.intelligit de rebus mobilibus & modicis:& tu limita etiā vt de testamēto dictū est §.priore. quo casu etiā testari posset.¶ Tertiò,quando donat intuitu eleemosynæ:quam clericus etiam in ægritudine facere potest:vt in cap. ad hæc.& in c.relatum.el ij.de testa.¶ Quartò, quando vult remunerare honesta seruitia,tam à cōsanguineis quàm ab extraneis recepta:vt in d.cap.relatum.§.licet.Sum.Ang.addit quintò quando dat locis pijs & religiosis ex d.c.rel.iij. sed hoc sub tertio membro continetur.Nota verò practicam,secundum Panvbi suprà,quòd si clericus vult aliquo illorum quatuor respectuum vltimorum dare faciat dum viuit, & nō relinquat:qa non valet.d.ca.ad hæc.sed hoc dictum fallit ratione consuetudinis.De donatione autē causa mortis,vide §. Donatio.xiij. §.xij.¶ Quartò,† vtrum clerici nō habentes administrationem sed simpliciter beneficiati possint testari? Et dico quòd Gem.in cap.præsenti.de offi.ord.lib.vj.dicit quòd Archi.in cap.statutum.de rescrip.li.vj.tenet quòd clerici non faciunt fructus suos qui superfiunt deductis expēsis:allegant ca.j.xij. q.iij. & ita intellexit Bartho.Brix.illum canōem, & sic patet quòd res acquisitæ de bonis ecclesiæ nō sunt clericorū: quia clerici debēt ea quæ superfiunt deductis necessarijs pauperibus erogare,aliàs iniquè agūt. Et quòd acquisita sint in prouisione ecclesiæ,patet xij.q.j.episcopi.& cōsequeter de acquisitis solus vsus cōperit eis:licet fateatur quòd clerici sunt preceptorum fructuum domini:& habent eorum proprietatem quantum ad fidem & debitam dispensationem sibi & suis faciendam:Et istam partem Archid.Gemi.veram credit,quam optimè probant iura quæ allegantur: quia non dicuntur domini,seu procuratores.& pro hoc est tex.optimus xij.q.j.clericus.& istud tenet gl.in cap.quia nos.de testam.His igitur suppositis ad quæsitum sic dicit Gemi.secundum glos.in d.cap. præsenti.clericus non habens administrationem: sed simpliciter & personaliter beneficiatus in vita & in morte cōparatur vsufructuario quantum ad faciendum fructus suos: & de ipsis perceptis testari potest & ei ecclesia succedit quantū ad hos abintestato.quam glos.quidam sic intelligūt,quòd quilibet habens beneficium simplex, testari possit.quod dicunt falsum esse:& contra c.relatum.quod loquitur in canonico: & consequenter habēte beneficium simplex:qui tamē,vt ibi patet,testari non potest.& hoc,inquit, fateor:sed glos. rectè intellecta est verissima:& id nō dixit:sed ad bñficiatum posse testari tria requirit. Primò,quòd nō habeat administrationē. Secūdò,quòd beneficium sit simplex. Tertiò,quòd illud sibi obueniat personaliter tantùm,& consequenter tales fructus sint concessi ratione stipendij personalis:quibus concurrentibus poterit testari.Ex his infertur primò quòd canonicus habens præbendā distinctam in ecclesia de fructibus eius testari non potest:cùm habeat administrationem.& hoc expressē voluit Inn.in c.nouum genus.de decimis. & est casus in dict. cap.relatum.Et Secundò,qp canonicus testari potest de quotidianis distributionibus:quia dantur propter stipendium personale,& pro diurno labore:vt in cap.j.de cleric.non resi. li.vj.vnde de hoc testari potest, sicut mercenarius & rusticus de lucro operis diurni. Et ita intelligi poterit ista glos. quia talis quo ad istas distributiones est bñficiatus simpliciter & personaliter:quia dantur pro stipendio personali tātùm:nec habet rerum administrationem:vnde tales distributiones solumtur per capitulum singulis. Et hanc partem videtur tenere Panor.dicens quòd ea quæ recipit clericus intuitu seruitij personalis tantùm,transmittit ad successores.Et tertiò quòd si præbendæ nō sunt distinctæ in ecclesia:quia omnia veniūt in communi:& postea distribuūtur singulariter tantum pro quolibet:quòd etiam de istis possit de iure testari.Et quartò, quòd habens capellanias in ecclesijs ad nutum removibiles, quæ non dantur eis in titulum: sed datur eis certū stipendiū in anno in pecunia:de tali stipendio testari possunt.c.qa nos. & cap.relatum.de testam.quia datur eis intuitu personæ pro suo labore.Et sic alio modo intelligi potest d.glo.quia tales sunt simpliciter & personaliter beneficiati absq; alia administratione.Et quintò infertur quòd sacerdotes, qui sunt in cōfortijs ciuitatum,sicut Bononiæ,vbi habentes beneficium in ciuitate ponūtur in quibusdam consortijs & vniuersitatibus: & conueniunt in certis ecclesijs ad certam missam celebrandam:habentes possessiones illi consortio deputatas: de quarum fructibus datur tātùm venienti ad illā missam: possunt testari de talibus:quia dātur ratione seruitij personalis,& nō principaliter intuitu ecclesiæ.hæc ex Gem. in d.c.præsenti. ¶ Quintò,vtrum tales clerici nō habētes administrationem, donare possint inter viuos,& causa mortis? Et dico quòd sic, quantum ad ea de quibus testari possunt,quæ scilicet pronouerunt eis ratione personę, siue inquantum non sunt administratores:quia maius est legare quàm donare:vt patet ex dictis:& vlterius si qua habēt,de quibus testari non possunt: vt quia respectu aliquorū habēt administrationem,de illis possunt

sunt donare vtroque modo, eadem ratione qua & administratores.¶ † Sextò quæritur,vtrū id quod dictū est,clericum posse disponere de acquisitis mutuitu personæ:puta ex successione cognatorum, vel donatione amicorum, seu industria sua:puta doctrina vel artificio, habeat locū in omni clerico, & omni casu? Et dico quòd Pet.vt refert Cy.in authen..licentiam.C.de epi co.& cle.limitat hoc verum esse in clericis inferioribus, non autē in episcopo,etiam si esset Cardinalis,vt addit Bal.ibidem & idē de prælatis ecclesiarum regularium. & est text.in d.authen.qui solùm concedit quòd prædicti disponere possint de acquisitis ante episcopatum vel prælationem:& de acquisitis in episcopatu vel prælatione per cognationem vsque ad quartum gradum:de reliquisverò qualitercunque acquisitis disponere non possunt:sed acquirunt ecclesiæ.Communis autem opinio tenet contrarium:vt infrà Legatum ij.§.j. ¶ Clericus autem potens de aliquibus disponere ad libitū,hoc non potest in multis casibus,in quibus ecclesiæ tenetur. Primò,si dolo vel culpa ecclesiā læserit:intelligendo tamen secūdum Inno.in d.c.cum in officijs. de culpa non leui:quātis ipsum teneri etiam de leui culpa sit text. apertus. G.arbitrum.ff.de recep.arbi.l.quicquid.facit.ff.de admi.tu.l. si res.& gl. in c.ea quæ.de off.ordi.& idem Hosti.& tamen eadem glos. dicit quòd non tenetur de negligentia nisi crassa, id est lata: quæ tamē negligēta est culpa. Vnde videtur quòd teneatur de leui culpa si delinquit scienter:& solum de nō leui ignoranter,siue ex negligentia.& de hoc infrà Dolus. Secundò,si de bonis ecclesiæ alicui fecit gratiam,secundum Inno.vbi.§. qui allegat l.cum ostendimus.ff.de fideiuss.tu.& C.eod.l.ij.& vlti. Tertiò,si passus est propter negligentiā suam rem ecclesiæ præscribi,secundum Pan.in ca.ex præsentium.de pigno. qui allegat c.placuit.el ij.xvj.q.iij. Quartò,si reditus conuertit in vsus inhonestos.xij.q.iij.c.j.Quintò,in casibus in quibus dicetur quòd clericus tenetur ad restitutionem.In istis enim casibus primò tenet ecclesiæ satisfacere,antequā aliud disponat:quia prius sunt reddenda debita, quàm beneficia præstāda:licet magis teneatur homo soluere creditori cæteris paribus,quàm amicis bñfacere. ¶ † Septimò quæritur,quæ est ratio quòd clericus aliqua donare possit,& nō legare? Et dicit Panor.in cap.ad hæc.de testa.hanc esse rationem, quia testamentum morte cōfirmatur.de cel.missa.cum Marthæ.& consequenter effectus conferetur in tempus quo clericus non est futurus prælatus:ideo nō potest de aliquo disponere in testamento ex facultatibus ecclesiæ:quādo autē vult disponere eius vtilitatibus ecclesiæ:quādo autē vult disponere eius vtilitatibus ecclesiæ:non probatur:vt in cap.requisisti.de testa. Secus autem si habet administrationem. ¶ † Duodecimò, vtrum clericus qui rem ecclesiæ ex industria meliorauit,possit de tali melioratione disponere quasi de re sua? Et dico qp non:sed illa cedit ecclesiæ.facit cap.inquirentibus.& c.si quis. de pecu.cle.Et ratio est,quia ad hoc tenetur,si de eius fructibus viuit:secus autē si de suo meliorasset. ¶ † Decimotertiò, vtrum clericus habens patrimonium in titulum, possit illud alienare ad libitum,sine solennitate requisita in alienatione ecclesiasticorum bonorum:de qua xij.quæst.ij.sine exceptione.Et dico quòd secundum Ioan.& Gof. alienari non potest, sicut nec aliena bona beneficij spiritualis: licet illi patrimonio non adhæreat ius spirituale ad hæredes non transmissibile:vñ mortuo clerico extinguitur causa priuilegij.sicut fundus dotalis alienari non potest durante matrimonio:quo tamen matrimonio soluto transit ad hæredes.Sed Hostien.distinguit:qa si clericus est ordinatus simpliciter potest de patrimonio ordinare ad libitum:secus si expressē ordinatus est ad titulum patrimonij.Et idem videtur sentire Genu.in ea si episcopus.de præben.lib.vj.dicēs quòd clericus ordinatus ad titulū sui patrimonij,si expressē assignatur ei sic quòd trāsierit in rem ecclesiasticā,de eo disponere non potest. Et idem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan.And.& Io.de Li.si verò assignatur tacitè, tamen licet episcopus nō teneatur ei prouidere ex quo habet vnde viuat: tamen illud vendere non poterit. Pan.tamē vbi ad illud ordinatur expressè excipit vnū casum,in quo licitè de eo disponere poterit ad libitū,scilicet si deinde consequatur beneficiū spirituale:quia eo casu cessat ratio aliorū,cū possit ex beneficio viuere.Et hæc secūda opinio de rigore iuris est verior, licet prima sit benignior & æquior,ne mēdicet in opprobriū cleri.Et sentit Inno.in c.episcopus.de præben.quòd in alienatione talis episcopi consensus non requiratur. Et si quæratur quid operetur ordinatio ad istum titulū, ex quo fieri potest hæc alienatio?Dico quòd satis sit iuri,vt nōvideatur ille promotus sine sustentatione: & si deinde vendat, non reprobat
10 in clerico voluntaria,sed coacta paupertas. ¶† Decimoquarto quæritur, vtrū clerici & religiosi possint de bonis aduentitijs sine patris assensu disponere? Et dico pro fundamento quæstionis,quòd secundum Pano.in c.quia nos.de testa.& in c.constitutus.de resti.in integr.peculium quod in laico est aduentitium,clerico est quasi castrēse:vnde licet sit filiusfamilias,tamen vsusfructus nō acquiritur patri.Et hoc tenuit Hostien.in d.c.quia nos. & casus est in authen.presbyteros.C.de epis.& cleri. vbi dicitur quòd res ad dominiū clericorum venientes sunt eius, ad similitudinem castrensium,vt testari possint.Quod Pan.dicit indubitatū quando clericatus adhærer tempore delationis bonorū: vt per eum patet in c.cōstitutus.de in integ.resti. ¶ Ad quæstionē igitur dicit Pan.in c. in præsentia.de proba.quòd si loquamur de bonis aduenientibus ingressō monasterium, indistinctè acquiruntur monasterio:tum quia amplius nō est filius in potestate patris,&sic non acquiritur vsusfructus patri: tum quia clerici & religiosi sunt priuilegiati super bonis aduentitijs, vt sint eis castrensia vel quasi,per d.authen.presbyteros.Et fortè, inquit, idē dici posset in bonis acquisitis prius,vt statim per ingressum gaudeant illo priuilegio,per d.authē.Et sic pater priuabitur vsufructu illorum bonorū etiā in vita sua. quod intelligo quando filius hoc expresè disponit:aliàs stabo dispositioni authē. si qua.C.de sac.sanct.eccle.nō obstante c.licet.de sepul. libr. vj. quia illud loquitur in laico, non in clerico, aut religioso.
11 hæc ex illo. ¶† Decimoquintò, vtrū clericus possit de bonis ecclesiæ dotare sorores,vel alere parētes? Et dicit Pan.in c.peruenit.de arbi.quòd sic:vel etiā alias cōsanguineas, quod ꝓbatur per c.j.de coha.cle.& mul.& per glo. cū tex.in c. omnino confitemur.xxx.dist.vbi dicit glo. quòd clericus habens vxorem vel filios,potest eos pascere de reditibus ecclesiæ:& eōse quēter à fortiori dotare:cū causa dotis sit fauorabilior quàm alimētorū: vt notat Cy.& facit qđ notatur in l.cū in plures. §.pen.ff.de admi.tu.& in l.nō omni.C.eo.ti.in gl. Hoc tamē limita & intellige si ipse indiget:vt in glo.d.c.omnino.& nō ad pōpam vel altū statū,arg.eorū quę no.xlij.dist.in prin.quia sic tam dātes quàm accipientes tenētur ad restitutionē,xvj.q.vij.peruenit.vt not.Marth.& Card.in cle.ij.de vi & honc.cle. Hoc tamē ꝓ accipientes teneātur ad restitutionē, limita quādo clericus nō esset soluēdo aliàs non, si acceperint de rebus quę alienari possent ad libitū clericorū,secūm Vlde.& placet addito vel si soluere nollet: licet alij velint indistinctè quòd teneātur.qđ esset tutius. Ratio aūt omniū istorū est: qa clerici corū bona superflua sunt pauperūinter quos primi sunt connūcti cæteris paribus.vnde quod tenet Sum.Ros.indistinctè scilicet quòd clerici de bonis ecclesiæ possint consanguineos in studio sustētare,nō est verū indistinctè,sed si indigēt.¶ De
12 cimosextò † quæritur,vtrū clericus habēs sufficiēs patrimoniū possit illud seruare hæredibus,& vitare de beneficio?Et dico secundū Rich.in qualib.iij.q.xx.quòd habēs patrimoniū sufficiens ad necessitatē naturæ solùm, potest recipere bñficiū secundum exigentiā status & personæ.habens verò patrimonium sufficiens etiā ad hæc,& ad eleemosynas multas faciendas:si recipiat beneficiū:vt bene dispensēt,nō peccat, modò sit idoneus:siverò recipit illud nō intendēs ecclesię deseruire, sed amicos ditare,& magis honorari,& viuere delicatē, mortaliter peccat.facit.c.clericos.j.q.ij.&.c.seq.imò ī d.c.clericos. dicit Ioan.quòd seruiēdo ecclesiæ si bona eius cōsumit, & ex cupiditate suum patrimonium seruat, peccat mortaliter, & facit tex.in c.quoniā.in fi.xvj.q.j.Aliàs autem seruiēdo ecclesiæ licet viuere de ecclesia,& suis hęredibus seruare patrimoniū, secundum Innocen.in c.episcopus.de prębē. & cōmuniter hoc tenent docto.& idem Host.& Pan.ibi,dummodo honestè viuat:& idē Veruec.addens si deseruit ecclesię,cui si nō deseruiat,vel si in malosvsus expēdat,peccat mortaliter.Nec obstat c.pastor.j.q.ij.quia secundū Innoc. intelligitur quando clericus vellet de bñficio viuere, & auarè thesaurizare de patrimonio:secus si vult illud pro hæredibus conseruare.Nō obstat etiā c.vlt.xvj.q.j.vbi dicit Hiero. in fi. quòd qui bona parentum sustentari possunt, si quod est pauperum accipiēs, sacrilegiū incurrunt:quia secundū Veruec. intelligitur cum extrema necessitas pauperū hoc requirit: vel secundū Host. sensus est quòd de supfluis debēt clerici largas eleemosynas facere,etiā si necessitas nō sit extrema.& hoc magis cōgruit: alioquin nō esset differētia inter clericos & laicos & eorum bona. Quantum verò ad debitum personale, dicit dominus Anton.in c.olim nobis.de rest.spo.quòd illud soluere potest de fructibus ecclesiæ.& facit c.peruenit.de fideiuss.sed Archi. in c.statutum.de rescrip.lib.vj.tenet contrarium: cuius dicta Panorm.in d.c.olim.verum limitat quando debitum est contractum pro delicto vel patrimonio: & sic seruandum est. ¶† Decimoseptimò quæritur,quis succedat clerico ab intestato? Et dico quòd in bonis ecclesiasticis succedet ecclesia, aliis cōsanguinei secundum ordinem iuris.xij.q.iiij.quicunq; & q.vltim.c.vltimo. quibus deficiētibus succedet ecclesia.&c sic.ab intest.c.j.dicit tamen Panorm.in c.relatum. de testa. quòd acquisita per canonicum intuitu ecclesiæ seu præbendæ non cedunt successori in præbenda:imò nec episcopo,secundum Pisa.sed ecclesiæ capitulo.sed vbi beneficiatus nō est de congregatione,sed habet beneficium omnino separatū:puta quia est rector ecclesiæ parochialis,vel præpositus,seu Archidiaconus non beneficiatus à capitulo:tūc bona acquisita intuitu beneficij cedunt successori,& nō capitulo. Ratio diuersitatis est quia canonico datur præbēda ex bonis communibus capituli principaliter,vt inde sumat necessaria:non autē vt sit administrator ecclesiæ.vnde si qua remanent vltra prębendam,debēt cedere capitulo,cuius sunt omnia bona præbendarum:satisq; est vt successor habeat corpus præbendæ & capitulum administrabit bona quæsita,sicut alia bona cōmunia. Alij verò beneficiato per se extra congregationē datur beneficium tanquam administratori eius seu ecclesię. Vnde quemadmodum administrare habet bona communia ecclesiæ: ita & hęc intuitu ecclesię quęsita. ¶ Decimooctauo quæritur,quid faciēdum est in successione ab intestato, si nō scitur vtrū res fuerint ecclesię vel personę? Et dico ex mente Ioan.And.in c.vt vnusquisq;.de pecu.cle.& aliorū doctorum, quòd præsumuntur omnia esse ecclesię. poterit tamen hęres probare quòd fuerint bona personę. Sed si constat clericum res habuisse quę non erant ecclesię,sed personę,& dubitatur quę sint illę: præsumitur pro eo qui est in possessione rei de qua est quæstio. Vnde si post mortem ecclesia est in possessione: probatio incumbit hęredibus: & econuerso, si hęredes sunt in possessione,probabit ecclesia arg.xij.q.iiij.c.j.&

quæst.v.cap.j.in fi.Et si possessio est omnino confusa, & nihil probatur,sed statur in dubio:æqualis debet fieri distributio inter ecclesiā & hæredes: nisi fortè quis ex seruo ecclesiæ factus sit clericus:quia tunc fietvt dicitur in caj.de succes.ab intestato.ita duòd peculium decedentis in quatuor partes diuidatur:quæ singulæ assignent episcopo,ecclesiæ,pauperibus & parentibus:& si non sunt parentes,episcopus illam partem recipiet in vsum ecclesię conuersurus.¶ Decimononò,† vtrū clericus præbendatus teneatur facere quatuor partes de reditibus ecclesiæ & oblationibus fidelium,scilicet episcopo,pauperibus,ipsi sacerdoti,ac clericis,& fabricæ:sicut volūt antiqua iura:vt in c.quatuor.& in c. cognouimus.& seq.xij.q.j.Et dico colligendo ex Pano.in c.j.de ec.ædi.quòd standū est consuetudini quo ad quartā episcopi & fabricæ: quæ valet præfatis iuribus derogare:nisi quando fabrica remaneret derelicta:quia tunc esset irrationabilis,& non valeret: & consequēter teneretur dare quartā. & intellige quando reditus superfluunt detractis necessarijs.Quantumverò ad quartam pauperum,nulla valet consuetudo in cōtrariū quin teneatur: unò plus dico quòd non solùm quartam,sed omnia superflua necessitati tenetur erogare pauperibus sub pœna peccati mortalis,nisi in duob* casibus.Primò si egeat fabrica.vel secūdò, si Dei cultū in sua ecclesia velit ampliare, nulla tamē extrema necessitate occurrente,argu.eorum quæ no.in c.dudum. el ij.de ele.& in c.cum secundum.de præben.Vnde & secūdū S.Tho.in quoli.& ij.ij.qu.lxxxv.si ista bona sint distincta,scilicet quæ debentur prędictis: & aliquid sibi retinet episcopus, quod debet pauperibus vel ministris vel in diuinum cultum erogare:peccat mortaliter restitutioni obnoxius. Si verò distincta non sunt,eius fidei committitur:& erit veniale si deficiat in modico quod bonæ fidei non repugnet:mortale verò in excessu notabili.¶ Vicesimò † vtrum clericus conuertens fructꝰ beneficij in vsus inhonestos peccet? Et dicit Ray.ꝙ si ecclesiastica bona det cōsanguineis diuitibus,scilicet vltra statum eorum,& nō vt pauperibus, secundū Veruec. & meretricibus aut histrionibus & similibus, pauperibus debita, raptor est:quia quicquid habet pauperū est. xvj.q.j.c.si.vnde peccat mortaliter:& restituere tenetur ecclesiæ,secundū Panor.in c.cum secūdum.de prębē.si habet de patrimonio vel aliunde.xij.q.iij.c.j.& ij.quia de altari debet viuere,nō luxuriari:accepta luxuria,ꝙ omni luxu siue illicita cōcupiscētia. dist.xliiij.in prin.imò restituere tenentur,qui accipiunt ab eis indebitē.Nec sufficit secundū Host.quòd restituat de fructibus beneficij,nisi quaten* subtraheret sibi necessaria.Et hęc vera intellige in foro animę,nō simpliciter & indistinctè: vt tenet Sum.Ange.sed quantū ad peccatum mortale,limita si sic magnus excessus,secundum S.Tho.vt §.priore. quantum verò ad restitutionem limita cōcurrentibus duobus.Primò, quòd excessus sit magnus:secus si modicus,secundū Host.in sum.de pœn.& re.& Asten.lib.j.tit.xxxv.& Franc. de Pla.in tract.de resti. Secūdò, si bona sint distincta,vt §. priore.ita scilicet ꝙ aliqua distinctè sint pauperū,saltem principaliter, licet consequenter sint ministrorū:vt bona hospitalia.& aliqua principaliter ministrorū:vt bona prębēdarum & beneficiorum aliàs S.Tho.vbi suprà,& ij.ij.q.clxxxv. ar.vij. videt tenere quòd nō sit de necessitate salutis restituere:sed solùm ꝙ sit mortale.& idē Arc.in ij.parte.tit.ij.c.j.§.fi.& Veruec.& idē Prępos.xliij.dist.vide Restitutio.ij.§.v.in prin.¶ Vicesimoprimò,vtrū restituere teneātur male accipientes ab ecclesiasticis personis? Et dicit Ray.& Host.ꝙ fornicarię & hmōi turpes personę tenentur restituere ecclesię, nisi acceperint causa eleemosynę in summa necessitate, quod licuit lxxxvj. di.pascę.& similiter tenētur diuites & potētes, qui acceperūt per fraudes minas,importunitates,& huiusmodi:& clericus, qui dedit redimēdo suā vexatione,excusatur.extra de simo. dilectus.j.nō tenētur verò si acceperūt propter aliā honestā causam vel necessariā,vt ratione hospitalitatis vel eleemosynę:vt quia casu fortuito aliter habere nō poterāt.Et idē est si erat bene meriti & honesti viri,præsertim qui iā impenderāt ecclesiæ seruitia defendēdo,vel patrocinando,vel eleemosynas faciēdo,quia talibus ecclesia repędere tenet.xij.q.ij.quicunq;.Veruec.tñ dicit ꝙ qui extorsit per fraudē, minas violentiā,& huiusmodi,tenetur etiam si clericus sit soluēdo:alij verò solùm si clericus propter huius donationē factus sit nō soluēdo:adde vel soluere nolit.utius tamē est ꝙ indistinctè omnes teneantur.¶ Vicesimosecundò quęritur, cui restituere teneatur qui accepit indebitè ab ecclesiastico? Et dico secundum Ray.ꝙ ei qui dedit,quādo nō turpiter dedit,sed timore, vel hmōi aliàs autē authoritate iudicis pœnitentialis debet fieri ecclesię cui ablatū est:ita ꝙ nō illi qui dedit, nisi in casu prædicto,sed successori vel superiori vt dicit Host.vel in vtilitatem ecclesiæ cōuertatur:vel secūdum gl.Ray. detur pauperibus illius loci,si videbitur expedire:puta quia ecclesia est abūdans.Quod verò dicitur de authoritate iudicis pœnitentialis gl.Ray.limitat si super talibus habet disponēdi potestatē:vnde Pisanus habet authoritatē superioris,sed nō credo necessariū.¶ Vicesimotertiò,† vtrū clericus dimittens officiū sine causa rationabili teneat restituere fructus interim perceptos ab ecclesia? Et Io.Cal.in c.j.de cele.mis.concludit ꝙ sic:tum quia iste effectualiter nō residet:nō residens autē primatur beneficio& fructibus:de cle.non re.c.pe.tum etiam quia propter officiū datur beneficiū.de reseri.c.fi.li.vj.Vbicunq; autem aliquid datur ob causam,causa non secuta illud potest repeti.ff.de cō di.ob tur.causam.quasi per totum. Sed Pan.in d c.j.hac opinionē nimis rigidā dicit:nec eā sequi dominū Car.quia iure nō ꝓbatur.Et ad primū cōtra possumus dicere,ꝙ licet clericus nō residens priuetur beneficio: nō tamē reperit arctarivt fructus restituere teneatur,de cle. non re.ex parte.patet de eo qui per annū nō resedit, & occasione tituli quem habet,donec priuetur percipit fructus:& si nō seruiat ille dicēdo officiū,tamē seruiunt ecclesiæ vniuersali in ordine clericatus.Ad secundū dicitur quòd beneficiū nō dat simpliciter propter officiū: sed etiā vt clericus assumptus in partē dīi de patrimonio domini viuat, & nō mēdicet. xciij. dist.diaconi.de prębē.c.ij.Alia tamē opinio tutior est in foro animæ.hęc ex illo.Et sic secundū hęc determinat Sum. Ros. Sum.verò Ang.tenet ꝙ restituere tenetur:& ꝙ licet illa opinio sit rigida,est tamē vera.nec respōsio Pan.ad Cal. est valida:ga licet dentur clerico reditus vt viuat:nō tamen vt viuat simpliciter,sed iecundū cultū Dei.Et idē inquit, tenet Laud. in clerico vacāte voluptatibus.Ego verò dico ꝙ opinio Pan. est vera:qua secundū mentē S. Tho.in quolibet.clericus malo tenētur subdin exhubere decimas.qđ etiam patet in c.tua nobis.de deci.vbi decimæ mandatur reddi clericis nequā:ergo illas restituere nō tenētur.Et quantū ad rationē quā Sū. Ang.dicit insolutā:dico verū esse.sed ego soluo,& dico primò ꝙ officiū propter quod datur beneficiū,nō est solùm horæ canonicæ:sed est ministratio sacramentorū & consiliorū & verbi Dei,& decantatio Diuinorū tempore quo populus cōsuit aquomodo dicitur quis suspensus ab officio seu iurisdictione vel administratione: & dico secundò quòd datum ob causam,ea non secuta potest repeti,quando erat causa totalis,vel saltem principalis dandi:secus si fuit partialis aut secundaria,vt in proposito:quia beneficium non datur principaliter sacerdoti vel clerico vt psallat: sed vt celebret, & absoluat,ac cætera faciat ordinis sacerdotalis. Vnde bene-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficiati non sacerdotes,vbi est cura intra certum tẽpus tenentur ordinari ad sacerdotium. Et præterea beneficium nõ datur sub conditiõe,sed sub modo:vnde vnodo nõ seruato adhuc fructus sunt beneficiati. Et ita tenet Inno.I. And. & Bur. in c.j. de cele. mis. & Præpo.dist.xcj.presbyter. & Pet.de Pa Lu.Archi.Franc.de Pla.Zaba.Io.de Lig.Cancel.Pari.& Feli. & Hiero. Zane.& penè omnes. ¶ Vicesimoquartò † quæritur,vtrũ clericus teneatur restituere fructus quos de beneficio percipit existens in peccato mortali? Et dico quòd dom. Anto. tenet omne peccatũ notoriũ inducere in suspensionem à canone:quam opinionẽ qui sequuntur,vt Sum.Ang.tenent quòd sic:quia est suspensus:& idem est ac si nõ resideret:quia nullum & inutile idem est.c.inter corporalia.de transla.prælat.sicut non ritè,& non fieri,paria iudicantur.de presb.non bap.c.veniens.& ideò tenetur,sicut & non residens. Sed Sum. Ro. tenet contrarium,scilicet quòd restituere non tenetur: quia nec sequitur dictam opinionem do.Ant.imò dicit quòd forte etiam in notorio fornicario, de quo scilicet non est dubium quòd sit suspensus,ista locum non habent.ar.eius quod no.gloss.in c.pastoralis.de appel.vbi habetur quòd excõmunicato non subtrahũtur reditus:nisi hoc fit expressum in sententia.& idem in casu nostro.hæc Ros.Ego dico duo. Primò quòd non residens non tenetur restituere fructus ,nisi cõdemnetur:vt patet ex dictis ĩ.§.xxiij.nec hoc Sum.Ang.probat. Secundò,q; hoc dato,nõ est simile in casu de existẽte in mortali:quia in aliquo deseruit ecclesiæ:& ritè deseruit quantum ad id quod ecclesia ordinauit:vt celebrando officiũ,& orãdo vt ecclesia statuit:licet nõ vt ordinauit Deus. ¶ Vicesimoquintò quæritur,vtrum clericus excõmunicatus ecclesiæ suæ fructus restituere teneatur? Et dicit Bern. quòd assignari debet alicui,qui celebret pro eo,id est,loco eius.de appel.peruenit. & si iniustè fuerat excõicatus, recuperabit fructus sibi sublatos.ij.q.v.super causas.& idem Ray.& Gofr. Si verò iustè,nõ potest.C.de re.mi.l.cũ allegatis lib.xij.quæ tamen Host limitat,vt refert Asten.quãdiu dormit in sententia,id est, in mora est petendæ absolutionis:quia non debet percipere beneficium,qui non facit seruitiũ.de appel.pastoralis.in fi. Secus si non esset in mora.de cõcef.præben,quia diuersitatẽ. Et si nõ habet vnde viuat,secundum Asten.post Ioã. prouidendũ est ei interim de bonis ecclesiæ:quia etiã depositis prouidetur. dist. 50.studeat re in opprobriũ clericatus cogatur mẽdicare. ¶ Vicesimosextò † quæritur, ex quibus & quibus restituet clericus restitutioni obnoxius propter ecclesiastica bona ? Et dico q; ex bonis lucralibus si habet,vel habere põt:vel ex ecclesiasticis,si sibi aliquid subtrahat de eo quod licitè & cõsumere & nõ consumere poterat,parcius viuendo. Restituet autẽ arbitrio iudicis pœnitentialis,vel superioris, licet hoc non sit necessarium, dando ipsi superiori,vel seruãdo,successori,vel dando pauperibus, aut expendendo in vtilitatem ecclesiæ, secundum quod videbitur:vt dictum est in simili ĩ.§.xxij.De fructibus beneficiorum habes multa ĩ.Beneficium.

De Coactione.

1 *Coactionem duplicem esse,absolutã scilicet,& cõditionalem.*
2 *Coactꝰ baptizatus,num baptismi characterem recipiat?*
3 *Coacta seruitia Deo exhibita,an Deo placeant?*
4 *Coactæ matrimonium initum,an taneat?*

1 COACTIO † duplex est. Vna scilicet absoluta, qua quis cõtra voluntatẽ corporaliter ad aliquid ex toto cogitur sicut qui ligatur,& de hac di.50.presbyteros. & ex hac aliqd contra Deum faciens nõ peccat:sicut si mulier opprimatur: vt patet in d.c.& not.gloss.diitin.v.ad eius.quod verũ est, nisi tunc vel post animus consentiat. Alia est quæ dicitur cõditionalis:qua quis cogitur vnum è duobus eligere:de qua in c. lectores.xxxij.dist.& in gloss.prædicta:& hæc non excusat in peccatis:vt in c.sacris.de his quæ vi metúsve causa fiunt: nisi vt ĩ.Metus.De his S.Thom.in iiij.distin.vj.q.j. articu.ij. q.iij. ¶ Primò † verò quæritur,vtrum coactè baptizatus recipiat characterem baptismi? Et dico q; sic,si coactio fuit cõditionata,quamuis non gratiam:vt ĩ.Baptismus.non autem si fuit absoluta secundum gloss.in c.episcopus.distin.lxxiiij. & Inno. in c.fraternitatis.de hæreticis. ¶ Secundò, † vtrũ seruitia coacta placeant Deo? Et dico quòd non:etiam si coactio fit condictionata:puta ex metu pœnarum.xxiij.q.v.ad fidem.& xx.q. ij.præsens.vtilia tamen sunt facienti:cum quia disponunt ad salutem:cum quia si seruiens nõ omittit saltem tantum,& si omittat non faciendo quod debet vt debet, id est ex amore. ¶ Tertiò, † vtrum teneat matrimonium per coactionem? Et dico quòd non,si fuit coactio absoluta:similiter nec si fuit conditionalis,& interuenit metus cadens in constantem virum:vt infrà,Metus.§.viij.& Matrimonium.vj.§.j.& Matrimonium viij.§.xij.

De Coadiutore.

1 *Coadiutor quis dicatur? Et quam potestatem habeat iuxta eius coadiutor? Et quid de commissario?*
2 *Coadiutor quibus dandus sit, & ab quibus commissarius assumi queat? Et cuius authoritate ac permissu?*
3 *Episcopus grauatus, si nolit coadiutorem accipere,etiam à capitulo requisitus,quid agendum sit?*
4 *Coadiutoris officium,quando expiret?*

COADIVTOR,† vt ipsum nomen sonat,est qui in alterius adiutorũ datur,vel assumitur. Et habet coadiutor iuridicus,id est,de quo mentio fit in iure,liberam & legitimã administrationẽ:quod Sum.Ang.tenet indistincte: sed Pan.in.c.de rectorib⁹.de cleri.ægro.limitat verũ,quãdo prælatus est impeditus in spiritualibus & temporalibus. Si autẽ in spiritualibus tantum,tunc coadiutor non administrat temporalia. Et eius officium est facere quæ pertinent ad officium eius,cui datur,excepto quòd nihil immobile, vel mobile pretiosum potest alienare:vt in c.vnico.de cleri.ægro.lib.vj. Secũda gl. & nõ solùm de bonis ecclesiæ,sed nec prælatus:vt in c. pastoralis.de cleri.ægro.li.vj. Nec debet aliquid de bonis ecclesiæ,cui est adiutor,sumere, nisi sumptus moderatos: vt ibidem.& ad hoc vij.q.j. scripsit.& si reditus nõ sufficiunt,non habebit ille qui seruit,& infirmo,pudebit episcopus secundum glo.in c.de rectoribus.extra de cleri.ægro. Aliter tamen sensit Panor.vbi suprà. Cõmissarius autẽ,qui semper assumitur,no habet authoritatẽ,nisi quã illum assumens ei committerit. ¶ Primò † verò quæritur,quibus dari debet coadiutor? & à quibus assumi possit cõmissarius? Et dico quòd ille dari debet ,secundum Innoc.in cap.nisi eum pridem.de rerum. cuiliber prælato,qui suum officium exercere non potest vij.q.j. quasi per totum.& secundum eundem in cap. venerabili. de offic.dele.dãdus est dilapidati ecclesiæ bona. Iste verò assumi potest ab episcopis & superioribus prælatis:vt not.docto. in dicto cap.vnico.amò & aliquo modo omnes qui possunt vices committere:quia à commissione commissarius dictum est. ¶ Secundò quæritur, cuius licentia vel authoritate dari possit ? Et dico quòd episcopis & superioribus prælatis dari non potest sine licentia papæ:vt in d.c.vnico.quod tamen in duobus casibus fallit,vt ibi patet. Primò, quando episcopus vel superior prelatus senio aut corporali valetudine ita grauatus est ; quòd perpetuò suum officium exercere non potest : quia tunc de consilio & assensu capituli sui,vel maioris partis vnum vel duos coadiutores potest assumere. Secundò,quando est amens,ita quòd nolit,exprimere nesciat:quia tunc

tunc capitulum vel duæ partes vnum vel duos coadiutores dare possunt. Alijs ergo dare potest superiór ꝓprius. ¶ † Tertiò quæritur,quid si episcopus grauatus vt suprà nollet assumere nec habere coadiutorem,licet à capitulo requisitus? Et dico quòd nihil per capitulum innouetur,sed in hoc casu,& etiam si episcopus esset demens, capitulum significet quàm citò poterit conditionem episcopi & ecclesiæ:vt in eo.c.vnico dicitur. ¶ † Quartò quæritur,quando expirat officium coadiutoris? Et dico quòd in morte eius cui datus est:vt notadoct in c.grandi.de sup.neg.præl.lib.vj. Et idem est de commissario,vt per se manifestum est.

De Cogitatione.

1 *Cogitatio,num peccatum mortale esse possit? Et quid propriè sit cogitatio?*

COGITATIO,† potest esse peccatum mortale: vt si sit deliberata de malo mortali.dist.xlix.hinc etenim.§. ponderosius.etiam si opus non sequatur: sed nõ meretur pœnã ab homine,cùm suis terminis est cõtenta.de pœn. dist.j.§. cogitationis.in tex.& in glo. Aduerte tñ ꝙ cogitatio ꝓpriè est opatio intellectus: impropriè autẽ est opatio voluntatis: vt delectatio,& cõsentire dicitur cogitatio. Vñ qúo vtraq; sit peccatum nécne,vide infrà Consensus: & infrà Delectatio.

De Cognatione.

1 *Cognationem triplicem esse.*

COGNATIO,† triplex est,scilicet carnalis,quæ dicitur consanguinitas:spiritualis, quæ dicitur comparentitas: & legalis,quæ dicitur adoptio. de quibus infrà Impedimentum.v.vj.& vij.& suprà Adoptio.

De Collegio.

1 *Collegium vnde dictũ sit? Et quid sit collegium ecclesiasticum?*
2 *Collegium,num à societate differat?*
3 *Collegium an facere liceat? Et num collegium rectorem vnum sibi constituere possit? Et an statutum facere?*
4 *Collegium deferentes,num in bonis collegij partem suam habere debeant?*
5 *Collegio destructo,an eius quoque priuilegia restincta esse videantur?*
6 *Collegium,vel vniuersitas,num ita restitutionem in integrum petat, vt minor? Item quomodo super re priuati disponere queant & quot debeant conuenire,vt aliquid efficaciter facere possint.remissiuè.*

1 COLLEGIVM † dictum est,quia simul aliqui colliguntur,vel simul cohabitant,secundũ gl.in l.j.ff. quod cui. vni.no.& est cõgregatio,quã ad minus tres facere possunt:vt l.Neratius.ff.de verb. signi. qa duo faciunt cõgregationem:collegium tres:populum decem:turbam plus quàm decem.aut xv.gregem,v.porci,vel x.oues,vt not.Ber.de ele.c.j. vide gl.in c.j.x.q.j. Sed paterfamilias dicitur qui habet domum,licet filios non habeat.l.pronuntiamus.ff.de verb.sign. Et dicitur ecclesiasticum,si maior pars inæqualis est clericorum,& similiter data partium æqualitate, secundum Pan.in cap.ex literis.de constitu.quia magis dignum trahit ad se minus dignum.c.quod in dubijs.de consec.eccle.vel alta.l.quod 2 maior.ff.de minor.no.Bar.in l.fi.ff.de colle.illi. ¶ † Primò verò quæritur,vtrum collegiũ differat à societate? Et dicit Innocẽ.vbi ĩ.quòd sic:vt patet in l.j.ff. quod cui. vni.vbi dicitur quòd socij alicuius congregationis possunt facere collegium & consequenter societas non est collegium. Itẽ collegiũ resident in vno.ff.quod eu.vni.l. sicut,sed societas morte vnius soleij soluitur.ff.pro socio,l.adeo. ¶ † Secundò quæritur, vtrum liceat collegiũ facere? Et respondet Inn.in c.dilecta.de excess. Præl.licet aliter alij dicant,quòd homines cuiuscunq; professiõis:vt grammatici,vel negotiatores, & huiusmodi, possent simul conuenire propria authoritate,& facere sibi rectorem ac syndicũ,dũmodo coeãt,vel collegiũ faciãt ꝓ causa honesta:puta ad defensionẽ suæ iustitiæ, vel ne in suis officijs fiat fraus:& multo magis si faciãt causa pietatis vel religionis. Et quòd liceãt alia collegia,patet C.de iurisd.om.iud.l.ii.ff.quod cui.vni l.j.ff.ad Trebel.l.omnibus.& de procu.c.quia. & ff.de colle.illi.l.j.§.j.vbi aliqua prohibendo lex videtur alia concedere. Vbi etiam & dicitur quòd senatusconsulto illicita arcẽtur:& consequenter licita conceduntur. Illicitum autem est quod fit pro aliquo malo,& destruendum est.l.vlt.ff.de coll. illici. Vnde Bar.in l.j.ff.de colle.illi . dicit quòd iure cõmuni collegia quę fiunt causa religionis, sunt permissa.l.j.ff.quod cui.vni. ¶ Tertiò,vtrum collegium possit sibi facere rectorem vnum,sub quo possint omnes de collegio conuenire? Et dico quòd sic.text.est in l.fina.C.de iurisdi.om.iudi. & tenentur ei obedire:vt ibi. ¶ Quartò, vtrum collegium possit facere statutum? Et dico quòd collegia licita & approbata in his,in quibus habent iurisdictionem:& quo ad pertinentia ad ipsos collegiatos possunt facere statuta:vt notatur in glo.fi. C.de iurisdi.om.iudi.& expressius C.de consti.pecu.l.j.in fi. per Bart.in l.omnes populi.ff. de iustitia & iur?. ¶ † Quintò, 4 vtrum deferentes collegium debeant habere partem suã bonorum collegij? Et dicit Innocen.vbi suprà, quòd sic,de his quæ in eo conferuntur ipsi de collegio.& sic loquitur l.j.§.fina. de colle.illi.facit pro hoc l.ij.§.viarum.ff.ne quid in loco publi.de ele.conin.quod à re. vbi not.de hoc xvj. q.j. de lapsis. sed de alijs quæ legantur vel donantur vniuersitati, non debet habere partem.facit l.sicut. §.si quod.ff.quid cui.vni.cum alijs notatis in gloss.dicto §.fin.quę concordant cum Inno. ¶ † Sextò,vtrum destructo collegio extinguãtur omnia priuilegia eius? Et dicit Panorm.in cap.ij.de postul.præla.quòd sic,si est ecclesiasticum,& destruatur per superiorem. Si verò est seculare, sunt opiniones : sed verior, secundum eum,est quòd durant apud ciuitatem vel locum , si ipsi ciuitati erant concessa:sicut in ecclesiasticis durat apud ecclesiam. de quo vide suprà Ciuitas. §.ij. ¶ † Septimò, vtrum collegium vel 6 vniuersitas petat restitutionem in integrum,sicut minor? Et dicunt aliqui quòd sic,quod verum limita in pijs:vt sunt hospitalia,& huiusmodi,secundum Ioan.Andre. in cap.ij.de restitu.in integr.lib.vj.ar.e.requisiti.de test.quod etiam sequitur Panor.in cap.j.de restit.in integ.allegans l. omnia. C.de episco.& cleri.quæ dicit omnia priuilegia concessa ecclesijs extendi ad hospitalia & pia loca.de quo vide suprà Ciuitas.§. ij.Quomodo autem collegium disponere possit super re priuati,& quot debent cõuenire vt possint aliquid facere,videĩ. Statutũ.§.ij.& infrà Electio primò.§.j. & quomodo singuli possent esse testes collegio,infrà Testis.§.primo & secundo.

De Colono.

1 *Colonus an possit semen,aliásve impensas de iure deducere,si de hoc speciatim non caueritꝰ?*

COLONVS,† accipiens terram colendam ad tertiam 1 vel quartam,vel alium reditum,secundum Innocen.in c.tua.el ij.de deci.non potest de iure deducere semen, aut alias expensas,nisi per pactum speciale aliud fiat:& si pactum non sit, attendenda est consuetudo, si est : quæ si non est,stabimus iuri.

¶ COLVMBARIA. Restitutio,tertiò.§. quarto.

De Collusione.

1 *Collusio,ac colludere quid sint.*

COLLVSIO,† dicitur quasi simul lusio, id est,duorum 1 ludus illudentium iudici. Et collusio,secundum Ber.in

Universidad de Deusto
Biblioteca

4 glo.in cap.audiuimus.de collu.& cap.cum clerici.de censi.est inter actorem & reum latens & fraudulenta conuentio, per quam alter in iudicio se superari permittit: & qua interueniente secundū Host.in Sū.delicta aliquādo remanēt impunita, aut etiā cōmittuntur. Et colludere, est aliquē cū suo aduersario pecunia vel grā mediante pacisci, vt pro se in causa vel iudicio permittat sentētiari.de collu.c.j.& ij. Quod quidē aliqñ fit impunè, scilicet in ciuilibus cautis, scīm Azo. vt cū qs per collusionē patiat seruū vel liberū ingenuū, pupillari, ne scilicet per tales degeneres inquinaretur amplius ordo senatorum. Vtrum autem liceat, vide suprà Accusatio.§.viij.

De Commenda.

1 *Commenda vnde dicta sit, & quotuplex sit?*
2 *Commenda ecclesiæ curatæ, aut parochialis, quomodo cōstituēda sit? Et num commendatarius parochialis prælatus censendus sit? Et an talis fructus ecclesiæ suos faciat?*
3 *Commendatarius parochialis si ecclesiam imperet, num de commendæ mentionem facere teneatur? Et num ad huiusmodi commendam patronus vocandus sit?*
4 *Commenda durante, num ea reuocari, aut conferri possit?*
5 *Episcopo si concessum fuerit, vt vsque ad certum tempus ecclesiarum vacantium fructus accipere queat, num hoc prætextu beneficium commendari fructus retinere queat? Et quanto tempore episcopus commendare queat?*
6 *Commendam finitis sex mensibus, an possit ordinarius alij committere? Et an commendantis morte commenda ipsa quoque finiatur?*
7 *Commendatus ecclesias an vnus plures habere curatas possit. Et quid de commenda ecclesiarum non curatarum?*

1 COMMENDA,† scilicet ecclesiæ, nunc per syncopā dicitur quasi comedenda: quia scilicet ecclesia, quæ est in commenda, comeditur & voratur: olim autem à commendando dicta est quod quidem commendare sumitur multipliciter, secundum Ioan.And.in glo.in cap.nemo.de elect.libr.vj. scilicet pro deponere: vt xxij.quæst.ij. ne quis.& pro laudare: vt, non qui seipsum commendat, &c.ij.Corin.viij. Aliquando pro traditione ad custodiam, vt hic. Duplex autem est commenda, sicut & duplex ecclesia, scilicet ecclesiæ curatæ, & nō curatæ. Et duplici ex causa cōmenda rationabiliter fieri consueuit. Primò, ad vtilitatem ecclesiæ commendatæ. Secundò, ad honestam subuentionem cōmendatarij: quia licet cap.nemo.de elect.lib.vj.dicat quòd non fiat nisi ex euidenti vtilitate ipsius ecclesiæ, tamen loquitur de curata. prælati autē curatarum sunt propter populum vel ecclesiam: nō autem populus propter prælatū. vnde principaliter præfici debēt propter vtilitatem ecclesiæ, non suam, sicut dicit San.Th.iiij.dist.in.xvij.q.iij. ¶† Primò verò quæritur, quomodo facienda sit cōmenda ecclesiæ curatæ vel parochialis? Et de hoc Greg.x. in cōcilio Lugdunensi-& extrà de ele.nemo.li.vj. dicit q̄ nemo deinceps parochialem ecclesiam alicui non constituito in ætate legitima & sacerdotio commendare præsumat, nec tali etiam nisi vnam & euidenti necessitate vel vtilitate ipsius ecclesiæ suadente. Huiusmodi autem, inquit, cōmendam, vt præmittitur, ritè factam declaramus, vltra temestris tēporis spatiū nō durare: statuentes quicquid secus de cōmendis ecclesiarū parochialiū actum fuerit esse irritū ipso iure. hæc ibi. In alijs ergo cōmendis locū non habet ista cōstitutio: sed stat ius antiquum, secundū glo. ¶ Secundò quæritur, vtrū talis, id est, parochialis cōmendatarius sit prælatus? Et dicit idem Io. An. quòd non, sed tantum procurator: habet tamen legitimā administrationem. xxij.quæst.j.relatio. scilicet quādo debitè fit. ¶ Tertiò, an talia faciat fructus suos? Et dicit idem quòd non, secundum Bar. quia custos est, & ius in ecclesia non habet: sic eet teneat Archi. q̄ si ecclesia indiget, potest præsentare clericum ordinandū ad titulū talis ecclesiæ, vt de iure pat. possu lastis. imò nō habet ius in fructibus, nisi ad colligēdū, gubernandū, & prouidendū sibi & ministris, & quod superest in vtilitatem ecclesiæ cōuertēdum: fieret & de vsufructuatore dicitur distin.xvj.obitū. Et hoc tenet Host. sed contrarium fit de facto. ¶† Quartò, vtrum talis, si ecclesiā imperret, teneatur de cōmenda facere mentionem? Et dicit idem quòd sic. arg. de cōcess.præben.cum nostris.& c.literas. Sed intellige, si nō imperrat eandem. ¶ Quintò, vtrum ad talem cōmendā vocabitur patronus? Et dicit idem q̄ sic secundū Inn. Host.& Gar.arg. xvj.q.vij.filius.& idem est in alijs, qui ex tali cōmenda lædūtur: & si fuerint contumaces, vlterius nō audientur. ¶ Sextò, vtrum† durante cōmenda possit interim per ordinarium cōferri aut reuocari? Et dicit idē quòd non, secundum Gar. nisi cessat causa, ex qua fuerat facta. ar.de voto.magnæ. ¶† Septimò quæritur, si concessum fuerit episcopo vt vsque ad certū tempus percipere possit fructus vacantium ecclesiarū, an hoc prætextu retinere possit fructus beneficij cōmendati? Et dicit idem quòd nō, secundū Guliel. nec interim dicitur talis ecclesia vacare: quia titulus iste est canonicus, sicut & alij. extra de elect.dudum ij. ¶ Octauò, quanto tempore episcopus possit cōmendare? Et quidā, vt idem refert, dicūt quòd cōmendare potest solùm vsque ad illud tempus quo potest cōferre scilicet vsque ad sex menses: tamē secundū Guliel. hoc est falsum: quia si secundo vel tertio die post vacationem cōmendaret, iam non duraret per sex menses: quod tamen potest per illā cōstitutionem: vnde si fiat vltima die sex mensium durabit p sex menses: si tamen totum tempus ordinarij elabatur, scilicet sex menses, nō poterit deinde facere cōmendā. arg. de off. deleg.de causis. Vel dico quòd eo finito eā cōmendare potest alicui ad custodiendam & saluandam, donec prouideat superior. ar.de appella.cum teneamur. ¶† Nonò, vtrum finitis sex mensibus possit ordinarius eam eidem vel alteri iterato cōmendare? Et dicit idem videri quòd sic: quia tempus Lateranensis cōcilij nō currit pendente cōmenda ex causa facta: sed certè, inquit, meus dictæ constitutionis contradicit: aliter fieri posset ei fraus, & perpetuò fieri. & arg. de diuor. quanto. Vel distingue vtrū cōmenda fiat intuitu ecclesiæ vel psonæ: vt scilicet facta intuitu ecclesiæ, scilicet ad eius vtilitatē teneat, nō autē facta intuitu psonæ. hæc ille. Sed ista distinctio videtur euacuari per textum, qui vult quòd fiat solū intuitu ecclesiæ. vnde dic quòd poterit cōmendare, donec prouideat superior. ¶ Decimò, vtrum expiret cōmenda morte cōmendantis? Et dicitur q̄ non, secundum Guliel. vt de commo.c.j. ¶† Vndecimò, vtrū vnus plures possit habere curatas ecclesias cōmendatas? Et dicit idem quod nō: sicut nec plures in titulum: vt patet in d.constitutione. ni si ex dispensatione Papæ in casu vtroq.: sed vnā intitulatam, & aliam cōmendatā curatas ab ordinario potest habere, secundū antiquū iur. xxj.q.j. ij plures. sed cum moderatione d.e.nemo. ¶ Duodecimò quæritur, quid de cōmenda ecclesiarū non curatarū, quæ hodierget in dominis Cardinalibus quātū ad multas abbatias? Et dico quòd sicut licet subuenire clerico de bñficio curato vt honestè viuat: ita, & fortè magis, licet subuenire de non curato, si indigeat ad necessitatem aut decentiā. Vnde si abbatiæ habent superflua, & ipsi sunt indigētes, fieri potest, maximè vbi non possunt inueniri monachi regulares in numero pari redditibus: sed eo casu teneatur, secundum Panor. in c.de monachis. extra de præb. ecclesias conseruare in solito statu, & de superfluo sibi prouidere possunt ad necessitatem & decentiam. Circa hoc tamen mortaliter peccatur multis modis.

Primò

Primò, si non indigent in veritate: sed solùm secūdum suam pompaticam cōcupiscentiam & lasciuiam: quia vsurpant sibi sanguinem pauperum. Secundò, si notabiliter minuūt cultum diuinum: vt si ibi cōsueuerāt officiare duodecim, & auaritia ducti retinent sex: quia iniuriam inferūt honori diuino, & iniuriē damnū defunctis. Tertiò, si opponunt se cupiditate reformationibus abbatiarum eadem ratione. Quartò, fortè propter scandalum populorum hac occasione blasphemantium nomen Domini, & tepescentium in fide.

De commissione.

1 *Commissio per Papam facta alicui, dignitatis nomine expresso facta mentione, quòd alibi resideat, quid præstet? Et quid si de confidentia mentio facta non fuerit?*
2 *Committere vices suas num quis possit? Et quid vbi commissio facta est in genere de dispensando, an ad mediocritatem reducatur? remissiuè.*

1 COMMISSIO† facta per papam alicui expresso nomine dignitatis faciēdo mentione q̄ resideat in alio loco, facit vt talis cognoscere possit in loco residētię, secundū Io.An.in c.exhibita.de re.per mu. Sed si de residentia mētio non fiat: tūc cōmissio facta est in loco dignitatis expressēnec extra illā diœcesim poterit de causa illa cognoscere. c.statutū. 2 §.in nullo.de referi.lib.vj.& qā ibi no. Vtrū autē quis possit cōmittere alteri vices suas: vide j.Delegatus.& j. Vicarius.& j.Confessor.j. Vtrū etiam cōmissio facta in genere de dispensando, ad mediocritatē restringat, vide suprà Clericus.j.§.iiij.

De Commodato.

1 *Commodati definitio, & eiusdem sigillatim explicatio.*
2 *Commodari quandā res possunt? Et quis cōmodato dare queat?*
3 *Commodati natura. Et cōmodatarius ad quid teneatur? Et ad qui.l minimè. Et quas in re cōmodata expensas facere petat.*
4 *Commodi num cōmodatum cum interesse commodatarij ante vsum expletum, reuocare possit? Et quid si cōmodatarius re commodata intra tempus tacitè, aut expressè præfinitum vti non poterit, an alio tempore multo domino vti possit?*
5 *Commodani vasa vitiosa, quam aut quippiam aliud, num teneatur commodatario de damno. si quod inde secutum fuerit? Et si commodator rem æstimatam tradat, num periculum in commodatarium transeat necne?*
6 *Commodatarius, an de omni culpa teneatur, si res deterioretur, aut pereat? Et quid de casu fortuito?*
7 *Commodatarius rem commodatam per nuntium remisit, & ea periit, num commodanti de ea teneatur? Et quid si sciens ad vsum nō destinatū cōtra domini voluntatē vsus fuerit. seq.*
9 *Commodatarius, num proprias rebus commodatis, si simul omnes seruare nequeat, præferre queat?*
10 *Commodatarius, aut depositarius & huiusmodi, allegantes res commodatas, depositas, & id genus, reliquas deperditas, num id probare, & qualiter teneantur? Et quid si rerum probata amissione, contrà dolus aut culpa allegetur, cuinam probandi onus incumbat?*

1 COMMODATVM† sine contractus, per quem aliqd dicitur commodatum, est alicuius rei ad aliquē specialem vsum gratuitò facta cōcessio, secundum glo.in cap.vnico.de commo.& idem Host.& dicitur quasi vtentis commodo datum, seu cōcessum. Dicitur autem gratuitò, siue gratis alioquin si merces interuenit pecuniæ, iam est locatio: si verò nō interuenit merces pecuniæ, sed aliud, est cōtractus innominatus Institutum. §. vlti. q quadrupliciter fit, scilicet do vt des.do vt faciet.facio vt des.facio vt facies. ff.de præscr.verb. l.naturalis. vide j.Contractus. Dicitur etiam ad specialem vsum: quia ad incertum vsum nihil commodari potest, quia iam esset precarium: quod in hoc differt, quia precarium est ad incertum vsum quo ad tempus durationis, puta pro se & hæredibus suis. ff.de precā.l.cum precario. commodatum autem est ad vsum certū: quia scilicet habet tempus tacitū vel expressum, ante quod reuocari non potest. Et dico tacitum, puta commodatu tibi librum ad trāscribendum: habes tempus, in quo possit commodè trāscribi. ff.commo.l.iij.& l.iiij. & l.si vt certo.& l.vltima. secundum Inno.in d.c.vnico. ¶ Primò † verò quæritur, quid commodari possit? Et dico quòd 6 res immobilis, & res mobilis, & res corporalis, puta seruitus habitationis. ff.cōmo.l.j.vbi dicit text. posse cōmodari rem mobilem, & etiam soli, & etiam habitationem. Et intellige si bona fide possidemus. ff.commo.l.commodare. & etiā si mala fide, vt ibidem ad hunc sensum: quia fur aut prædo cōmodando peccat, & furtum committit, tamen dicitur posse commodare, quia habet commodati actionem, contra commodatarium. ff.commodati.l.vt si.nisi fortè cōcurrat dominus rei cum legitimis probationibus: quia tunc ei facienda est libera restitutio. C.de furt.l.in ciuilem. Res tamen mobilis, quæ vsu cōsumitur, vt panis, & pecunia, commodati non potest nisi ad pompam vel ostentationē. ff.cōmoda.l.iij.& sequenti. sed per ostentationem & pompam intelliget omnem vsum, per quem res ex toto non cōsumitur: sed eodem numero restitui potest: puta si commodetur aurum ad lętificandum: quia in omnibus eadem ratio est, vt infrà.§.iij. ¶ Secundò, quis possit commodare, & cui commodari possit? Et dico secūdum Mo. quòd ille qui potest contrahere: agum.l.Iulianus.§.antepen. ff.de actio.empt.& vend. vnde nō solùm prælatus, sed etiam œconomus potest commodare: quia is cōtrahere potest. x.q. ij. hoc ius. Vnde si pupillus commodet, non est obligatus: sed alius ei obligatur. ff.de actio.empti.& vend.l.Iulianus. Si autem ei commodetur, obligatur pro quāto factus est locupletior, vel dolum commisit: secundum glos. in l.j. ff.commo. quod Bart.ibi limitando dicit quòd si ab initio non subsistit commodatum iure ciuili aut naturali: quia scilicet puer erat infans, vel à tutore recipit: tūc nullo casu tenetur: quia ab initio non subsistit. d.l.j.§.impuberes. sed si ab initio subsistit saltem naturaliter, quia scilicet pupillus erat proximus pubertati tunc tenetur quatenus est factus locupletior: vel si dolum commisit: vt in l.j.§.an in pupillū. ff.depo. Dicitur autem factus locupletior, secundum aliquos: vt ibi refert Bartol. si nō est factus pauperior. quod licet alij reprobent, tamen ipse dicit reprehensionem non esse iuitam rectè intelligendo: quia si pupillus habet rem, cōuenitur vt restituat eam: & tenetur, quia restituendo non efficitur pauperior. Sic & si personæ, non ecclesiæ commodatum fuit, tenetur ecclesia inquātum in vtiliatem eius versum est. ¶ Tertiò † quę sit natura commodati? Et dicit Mona. hīc esse, vt res ipsa commodata restituatur: quia hoc est de iure naturali. distinctio. j. ius autem naturale. sic quòd talis rei dominium non transit in recipientem, secundum glos. in d.c.vnico. & in l.rei commodatæ. ff. commo. Nec tenetur commodatarius de re si perijt, nisi fuerit in culpa: sed perijt domino: vt in d.c.vnico. & de hoc infrà §.vij. Nec etiam tenetur de rei deterioratiōe, si in ea re vsus est ad quam accepit, & sine sua culpa deterior facta est. ff.cōmo l.eum qui rem.& lege fin. Et quod dicitur in lege, sed mihi. ff.eo.quòd proprię res dicitur non reddita, quando deterior facta redditur intellige ex culpa sua. d.l.eū qui rem. Sed nec potest eam retinere ratiōe compensationis, prætextu alicuius debiti. l.vlt.C.cōmo. huius tamē cōtrarium ibi communiter tenetur. & facit quod no. Pan.& in gl.in c.bona fides.de depo. quia solùm prohibetur compēsatio in deposito, per illum textū. & l.fi.C.de cōpen.& cōsequenter in alijs cōtractis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus compensatio admittitur:quia exceptio firmat regulam in alijs.xxxiij.q.vij.dominus.Et hoc videtur tenere gl.in l.fi. C.com.& hoc vbi debitum fit liquidum.Nec etiã potest repetere expensas in re cõmodata factas naturali ratione:puta cibariorũ,& huiusmodi.sed alias fic:nisi sint modicæ:vt impẽsas valetudinis,aut fugę,vel simõi:vt in l.in rebus.§. possunt. ff.commo,vnde & Bar.dicit in l.duo rtio.§.impendia.ff.solu. matri.quòd si commodo tibi equum,& tu impendis in eo curandoſi quidem modica fuit impensa,nõ repetitur,ſicut nec cibaria.d.§.possunt.ſecus ſi magna.Et idẽ dicit de impẽſis factis in ſeruo curando.¶ Quarto † quęritur,vtrum cõmodãs ſine commodator reuocare poſſit commodatũ cum intereſſe cõmodatarij ante vſum expletũ?Et dico quòd nõ.de commo.c.vnico.& l. in cõmodato. §.ſicut.ff.eo. precarium verò bene poteſt reuocare:qa non eſt ad vſum certũ.ff.de preca.l. ij.§.j.& de prec.c.vlt.Et ſi reuocat ante tempus,tenetur commodatario de dãno.l.in rebus.ff.cõmo . quod in conſcientia verum limito,niſi cõmodans ſimiliter erat damnũ paſſurus, ſi nõ reuocaſſet:& cõmodatarius etiam aliàs ſine re cõmodata ſibi prouidere nõ potuiſſet:quia potius ex mea re mihi debeo cõſulere:nec cõmodatarius poteſt dici deceptus, ex quo aliàs ſibi prouidere nequiuiſſet.¶ Quintò quæritur , ſi commodatarius vti nõ potuit re commodata intra tempus præfixum tacitè vel expreſſe ſine ſua culpa:vtrũ inuito commodãte vel domino poſſit vti alio tempore?Et dicit Baran l.in cõmodato.§.ſicut.ff.commo.& ſequitur Pan.in d.c.vnico.quòd non:quia cùm dominus certet de damno vitãdo & ipſe de lucro captando:debet caſus potius cõmodatario imputari.fa- 5 cit l.ſi vno anno.§.item cum quidam.ff.locati.¶ Sextò † vtrũ commodans vaſa vitioſa,vel equum,aut aliud,teneatur commodatario de damno,ſi inde ſequitur:vt quia oleũ perdidit? Et dico quòd ſic,ſi hoc ſcienter fecit,ſecũdum doc.& gl.in d. c.vnico.non autem ſi ignoranter.ff.commo.l.in rebus.§.poſt ſunt.& §.item qui ſciens.& l.pe.In locatione tamẽ ſecus eſt: quia tenetur locator ad intereſſe, etiam ſi ignorãter locauit vas vitioſum.ff.loc.l.ſed addes.Et idem in vędito,ſi vas ſit vitioſum occulto vitio:quia tenetur venditor nõ ſolũ de pretio,ſed etiã de intereſſe.ff.de act.emp.& ven.l.tenetur. ¶ Septimò,vtrum commodator faciat tranſire periculum,ſi rem comodatam tradat æſtimatã? Et dicit Bar.in l.ſi vt certo. ff.commo.§.nunc videndum.poſt gl.cp per æſtimationẽ addicitur gradus:& hoc in contractibus, de quorum natura nõ eſt vt tranſferatur dominium:vt in commodato,depoſito,& ſimilibus:vt ſi commodatarius tenebatur tãtum de lata, modò tenebitur de leui:ſi de leui,modò tenebitur de leuiſſima: ſi de leuiſſima,modò tenebit de caſu fortuito. Ex his infert ad quæſtionem,quòd cùm ex natura talis contractus dominium nõ tranſferatur:talis æſtimatio facit venire leuiſſimã: per d.gl.Et hãc opinionem tenet Accur.& Hoſt.in d.c.vnico. & Aſten.lib.iij.ti.vj.Sed Io.And.in d.c vnico.contrarium tenẽs dicit cp in talibus contractibus æſtimatio non facit recipientem magis teneri quàm expoſcat natura cõtractus , ſed operatur ſolùm vt ſciatur verũ pretiũ rei,in caſu quo aut deterior aretur,aut perderetur.Et hæc opinio placet Pan . ibi, quia pactũ generale non obligat ad caſus fortuitos . & ad §. nunc videndum.dicit quòd loquitur quando expreſſe promiſit ſe præſtiturum æſtimationem:ſecus quando fuit ſimpliciter facta.Et idem dicas quando recipiens promiſit alternatiuè rem vel æſtimationem:per l. quoties.ff.de iur.dot . hæc Pan.vide etiam ẽ.Caſus fortuitus.§.v. ¶ Octauò † quæritur, vtrum cõmodatarius teneatur de omni culpa, ſi res deterioratur aut perijt?Et ſecũdum Goſr.& Ber.& communiter doct. ſic diſtinguẽdum eſt.Nam ſi recipiens rem cõmodatam recipit gratia ſui tantũ,vt cõmuniter accidit,tenetur de dolo & culpa lata,leui,& leuiſſima.d.c.vnico.& d.l.in rebus & d.l.ſi vt certo.§.commodato.quia in talibus adhibere debuit diligentiam talem qualẽ & in rebus ſuis:nec hoc etiam ſufficit ſi res diligentius potuit cuſtodiri.ff.de act. & obl.l.j.§.is quoq; e.i.de caſu verò fortuito,quẽ etiã diligẽs & fidelis homo prædidere non potuit,non tenetur,niſi in tribus caſibus. vt §.ſeq.Si verò recipit gratia dantis tãtum,vt ſi commodatarius viſitaret & iocalia vt ornatior ad me veniret:tenetur recipiens de dolo tantũ.ff.eo.l.ſi vt certo.§.interdũ.vbi ſit mentio de dolo tantùm.Sed Hoſt.addit quòd tenetur etiã de lata culpa.& hoc tene,quia lata culpa æquiparatur dolo.ff.depo.l.quod Neruа.vbi etiã dicitur quòd lata culpa eſt , ſi cura minor rebus alienis adhibeatur,quàm ſuis. Si autem recipit gratia vtriuſque: vt cùm inuitamus communem amicum eius curam ſuſcepiſti,& ego vaſa argentea commodauiſti:tenetur de dolo,& de culpa lata & leui,ſed non leuiſſima,ſecundum gl.in d.§.interdum.& d.l.in rebus. & idem Hoſt.¶ Notat autem Pan.in d.c.vnico.hoc non eſſe ſpeciale in commodato:ſed generale in omnibus cõtractibus:vt in l.cõtractus. & quod ibi notat.ff.de reg.iu.Sed fallit in precario : vbi quis non tenetur niſi de dolo,quãuis fiat gratia recipientis tantũ. Et diuerſitatis ratio redditur:quia precariũ poteſt ſemper reuocari,non autem cõmodatum:ideoq; magis grauatur commodatarius,facit l.quæſitum.§.illud.ff.de preca.& d.l.cõtractus.Fallit etiam ſecundum quod dicam infrà Locatio.§.vij. Quid autem ſit culpa lata,leuis,& leuiſſima, & quãdo tenetur de lata culpa,qui tenetur de dolo,videſ. Culpa, per totũ. ¶ Nouò,vtrum commodatarius teneatur de caſu fortuito? Et dico quòd non,niſi in tribus caſibus.¶ Primò ſi caſus accidat culpa ſua:puta ſi accepit equũ iturus ad villam,& iuit ad bellum, ibique caſu perijt.¶ Secundò ſi interuenit pactum. ¶ Tertiò,ſi fuit in mora reſtituẽdi.d.c.vnic.& d.l.in rebus. & C.commo.l.j.ff.de act.& oblig.l.j.§.is verò qui.Aduerte nihilo minus quòd licet moroſius teneatur,ſi res perijt:in cõſcientia tamẽ,ſi eodem modo apud dominum erat peritura,nõ tenetur niſi ad intereſſe,ſi quod dominus paſſus eſt propter moram.de quo ſ. Mora.¶ Decimò,†vtrũ teneatur commodatarius,ſi rem commodatam per nũtium remiſit, & perijt? Et dico quòd non,ſi perijt caſu fortuito.Et caſus eſt in l. argentum.ff.cõmo.& ibi gloſ.quod Bar.in l.eum qui.ff.eodem videtur limitare,ſi nũtius fuit idoneus aliàs ſecus.Et idem eſt in depoſito.in mutuo ſecus:de pignori.ſignificante.Vnde dictum e.non obſtat prædictis:quia loquitur in mutuo , quod quia eſt debitoris,ſibi perijt:quia debitor eſt obligatus in genere:& genus perire non poteſt.l.incendium.C.ſi cer.pet.res verò commodata remanet in dominio commodantis: vnde domino perijt.Si verò perijt culpa nuntij,vel ſi fuit infidelis tenetur commodatarius,iuxta diffinitionem datam ẽ.§.vij. id eſt,ſecundum culpam,in qua fuit mittendo nũtium:vt puta,quia ſi cõmuniter habebatur idoneus,in nulla culpa fuit. ff.cõmo.l.argẽtum.& ſic de alijs.¶ Vndecimò,†vtrum re cõmodata vtens ſcienter contra voluntatem domini aliter vel ad alium vſum,teneatur ad reſtitutionem? Et dico quòd fur tum committit contrectando rem alienam inuito domino: & poſſet eſſe aliquando mortale:puta, quando eſt res magni ponderis & damni:vel ex intentione , quando faceret etiam in magno damno:ſicut dicetur de furto infrà.Furtum. §. viij.Et tenetur ad reſtitutionem. ſi res perijt,aut deterioratur,dicta lege,ſi vt certo.& ff.de furtis.l. qui iumenta.Si tamen credebat dominum permiſſurum , & erat iuſta cauſa credendi: non committit furtum.ff. de fur.l.qui re. Si verò dubitabat: rurſus furtum committit. ff.de furtis.l.qui

vas.quia præſumitur dominus non permiſſurus, & inuitus, vt ibi:& ſimiliter quãdo ,pbabiliter nõ credit.Inſtitut.de oblig. 9 quę ex delict.naſcun gl.¶ Duodecimò,† vtrum cõmodatarius res ſuas poſſit præferre commodatis, quando omnes ſaluare non poteſt?Et dico quòd ſi res ſuę ſunt viliores,præferre eas poteſt ſolùm ſi commodatum fuit gratia commodãtis. facit d. §.interdũ.aliter non facit l.quod Neruа.in fi.ff.depoſi.Sed ſi erant eiuſdem pretioſitatis:ſi commodatum factũ eſt gratia ſui,nõ poteſt præferre ſuas.facit l.in rebus.ff.como. Si verò eſſet factũ gratia commodãtis:poteſt præferre ſuas etiam viliores,vt dictũ eſt.Si verò eſſet gratia vtriuſq; ſimiliter poteſt præponere ſuas:quia cęteris paribus debet plus ſe & ſua diligere,quàm alium & aliena,vt dictũ eſt ẽ.Charitas.§.ij.Si verò ſunt digniores: poteſt eas ꝓponere,etiã ſi cõmodatum eſſet factum gratia recipientis tantùm:quia quilibet diligẽs hoc faceret:& nõ tenetur facere niſi quod diligẽtiſſimus feciſſet.d.l.in rebus.Et ſic intellige d.l.ſivt certo.§.qa verò ſenẽtute.Et ho e not:quia facit ad multa: vt qui tenẽtur de dolo, 10 poſſint præponere viliora ſua:qui de leui culpa,æqualia: qui de leuiſſima,pretioſiora ſolùm.¶ Decimoterciò,† vtrũ commodatarius,vel depoſitarius, vel huiuſmodi allegans res ꝑdi tas,hoc probare teneatur,& qualiter?Et dicit Pan.in c. bona fides.de depoſ.ſecundum Bart.in l.ſi quis ex argẽtarijs.ff. de eden.quòd aut nõ poteſt probari rem ad iſtum perueniſſe: & tunc ſtatur dicto eius ſaltẽ cũ iuramento.Aut probatur rem perueniſſe ad illum:& tunc ſi tenebatur exhibere rẽ ex officio iudicis:ſtatur iuramẽto eius quòd illam rem nõ poſsidet. C.de fid.inſtr.l.fin.Si verò tenebatur exhibere iure actionis,vt in cõmodato,depoſito,& ſimilibus:tenetur, dicens ſe rẽ perdidiſſe, hoc probare:vel cõdemnabitur:vt in l.ſi creditor. C. de pig.act.Qualiter aũt probabit,cùm quãdoq; intereat res clandeſtinè:concludo quòd quidam ſunt caſus apertiſſimi:vt incendium,vis hoſtium,tempeſtas,& huiuſmodi:& tũc tenetur apertè probare: vt in iuribus allegatis.Quidã verò ſunt caſus occulti:vt latrocinium nocte cõmiſſum:vel derobatio in campis:& tunc ſufficit probare per cõiecturas, habito reſpectu ad qualitatem perſonę,& ſimiliũ:vt puta, reperit quis de mane oſtium ſuę ſtationis effractum, vbi erant res depoſitæ:vel intrauit locum periculoſum equeſter,& rediit pedeſter,&dicit ſe in latrones incidiſſe.¶ Decimoquartò quęritur ſi probetur amiſſio rei,& ex aduerſo allegatur culpa vel dolus:cui incumbat probatio?Et concluſio eſt Barto.quòd ſunt quidam caſus,qui de facili non accidunt ſine culpa:vt incendium,vel furtum in propria domo:& in iſtis eſt neceſſe probare caſum fortuitum:quaſi prima fõte præſumptio ſit contra allegantem. Quidam verò ſunt vt plurimum accidentes ſine culpa:vt vis hoſtiũ:& in iſtis præſumitur culpam abeſſe: vnde alleganti incumbit onus probandi.

¶ COMPATERNITAS.Regreſ.Matrimoniũ.viij.§.vij.

De Compenſatione.

1 *Compenſationis definitio,& num ea ſenti iudicis authoritate,ita & propria quoq; compenſatio fieri queat? & num.3.*
2 *Compenſatio num in omnis generis debitis fieri poſſit?*
3 *Compenſatio indirecta,num & ibi locũ habeat,vbi directa?*

1 COMPENSATIO † eſt debiti & crediti inter ſe contributio:vt ff.de cõpen.l.j.Et hęc ſicut aliquãdo fit authoritate iudicis ad inſtantiã debitoris excipientis de cõpenſatione, vt patet ex cap.bona fides. de depoſ.iuncta doctrina Panorm.ita etiam aliquãdo fieri poteſt authoritate propria: de quo vide infrà Furtum. §.xiij. ¶ Primò † autem quęritur, vtrum admittatur compenſatio in omnibus? Et dicit Panor. in c.bona fides.de depoſi.quòd ſic in omnibus quę in ſuo genere recipiunt functionem, id eſt, quando vna res fungi poteſt ex toto vice alterius : ſicut ſunt communiter quę conſiſtunt in numero,pondere & menſura:in alijs aũtẽ ceſſat compenſatio.Vnde ſi tu teneris mihi reſtituere equũ, & ego tibi 10.aureos:nõ fiet cõpenſatio:quia poſſet eſſe maior affectio quam ad equum habeo,quàm pecunię quãtitas.Secus autem quando nullum poſſumus intereſſe prętendere:vt ſi mutuaui tibi pecuniam, & tu mihi quid ſimile. Item requiritur quòd debitũ ſit liquidum,vel de proximo liquidandum.C.de compenſat.l.fin.& in dict.cap.bona fides.in gloſſ.Non fit tamen compenſatio in depoſito,ſecundum Panorm.vbi ſuprà:ſecus in commodato,& alijs.¶ Secundò † quęritur,vtrum compenſatio indirecta locum habeat vbi locum non habet directa? 3 Et dicit Panor. vbi ſuprà quòd ſic:puta, res tua venit ad me:potero illam tenere donec mihi ſatisfacias pro debito meo. de quo vide Cyn.diſtinguentẽ in l.ſi nõ ſortem.§.ſi centum. ff.de condict.indeb. Innocen.autem in c.cum olim cauſam. de reſti.ſpol.dicit quòd authoritate ſuperioris poſſum accipere ęquiualens,quando rem meam habere nõ poſſum. & allegat cap.dominus.xxiij.quęſt.ij.dummodo ſine fraude, mendacio,vel calumnia recuperem: aliter dicit quòd tenetur ad reſtitutionẽ:allegans c.non ſanè.xiiij.q.v.quod credo verum, quando calumnia vel fraus perſeuerat,alias non : quia licet peccauerit in recuperando,non tamen peccat in retinendo: niſi ſecundum quod dicam infrà furtum.§.xiij.&hoc in foro conſcientię:lic et aliter fortè ſit in cõtentioſo:imò dico quòd aliquãdo etiam ſine iudicis authoritate poteſt fieri compenſatio in conſcientia,quando nõ poteſt quis ſuum habere per viam iudicij:de quo in verbo,Furtum, dicetur in d.§.xiij.

De Compoſitione.

1 *Compoſitio amicabilis in decimis & alijs contractibus ſpiritualibus,an interuenire poſſit? & qua ratione.*

COMPOSITIO † amicabilis an interuenire poſſit in decimis & alijs ſpiritualibus contractibus? Dicit gloſſ. in cap.ſtatuimus.de tranſact.quòd ſic:vt ibi, & de decimis.ex multiplici.& capit.nuper.cum alijs.ita tamen intelligendo quòd nullum tẽporale detur pro ſpirituali:quia ſimoniacum eſſet,vt patebit. 1

De Compromiſſo.

1 *Compromiſſum facere,& ſuper quibus rebus quis poſſit?*

COMPROMISSVM † facere poteſt quilibet ſuper rebus,quas poteſt alienare:in alijs autem,quæ alienare nõ poteſt ſine certa ſolemnitate,etiã ſine illa ſolemnitate cõpromittere non poteſt.Facit cap.cum tẽpore.de arbit. & Panor. ibidem.facit etiam gloſſ.& Bartol.in l.nulli.ff.de tranſact. & l.non ſolum.iuncta gloſſ.C.de prędijs.mi. non aliter,vbi cauetur quòd tutor tranſigere non poteſt ſine iudicis authoritate ſuper illis rebus,quas alienare non poteſt. Intellige quando per tranſactionem ſequeretur alienatio.Sed ſuper fructibus & alijs,quæ ſolus poteſt alienare, poteſt etiam tranſigere. Ex prędictis ergo ſequitur quòd prelati poſſent tranſigere de fructibus beneficiorum: quia de illis poſſunt liberè diſponere:vt notat Hoſtien.in Sum.de quo vide ſuprà Alienatio.§. xviij.nec tales fructus dicuntur ſpirituales:ſicut nec fructus decimarum:vt gloſſ.vult in cap.ſinali,de rerum permut.quę dicit fructus decimarũ & vendi,& locari poſſe:ſed ius ipſum nequaquam. De ipſis ergo fructibus compromitti poteſt in laicum:ſimiliter & de rebus temporalibus:,ſecundum Innoc. in cap.contingit. de arbit.ſed tamen arbiter pro recompenſatione alicuius ſpiritualis nõ poteſt ſententiando dare temporale,ſecundum Pan.in d.c.ſi.quia cùm arbitrium videatur quidam contractus:quemadmodum per viã contractus non poteſt dari aliquod temporale pro ſpirituali ſine ſimonia:ſic

nec per viam arbitri. vide I. Arbiter. §. xix. Quomodo etiam compromittens teneatur, vide §. vj. ibidem. De electione per viam compromissi, infrà Electio. ij. §. xj. & seq.

De Communicatione.

1 *Communicare, quid sit?*

COMMVNICARE, † est sumere sacramentum corporis Christi, siue illud mãducare: quod cõtingit duobus modis. vide infrà Eucharistia.

De Commutatione.

COMMVTARE, vide infrà Permutatio: & infrà Simonia: & infrà votum.

De Concessione.

1 *Concessum quo ad mores, quatenus accipiendum sit? Et quot modis in rebus quid concessum esse dicatur?*

2 *Concessum ob necessitatem, quatenus porrigatur? Et quòd concedens aliquid, necessario concedere videatur, qua ad ipsum concessum consecutura sunt. Et cõcesso principali, accessorium quoq; concessum videri.*

3 *Concessum de gratia speciali, in exemplum trahi non debet. Nec in generali concessione venient ea quæ quis verisimiliter specialiter concessurus non foret. Et an à Papa concessum, vel ab alijs, concedentium morte expiret?*

CONCILIVM † in moribus opponitur prohibito: & idem est quod licitũ: & de iure cõmuni intelligit concessum omne nõ prohibitũ arg. xxx. q. iiij. q spirituale. & xvj. q. j. sunt nõnulli. dist. v. ad eius. ff ex quibus caus. ma. l. necessitatis. §. quod eis. ff. de pecul. l. mutuis. §. j. ff. de testib. l. j. Et licet cõtra hoc sumantur multa in cõtrariũ, arg. de trãsla. episcoporum. c. inter corporalia. & ibi soluãtur: tamẽ in cõscientia omne quod nõ inuenitur prohibitũ aliqua lege, est concessum & licitum: quia omne illicitũ siue peccatũ est transgressio legis alicuius saltẽ naturalis. Cõcessum verò in rebus tripliciter dicitur. Vnde secundũ Pan. in c. super. de do. post dotẽ. cõceditur aliquid alicui tribus modis. Primò, in donatione vel hæreditate: vt possit liberè disponere, sicut de re sua. Secũdò, in feudo: vt dominium vtile trãseat in vasallum: & directum penes dominũ remaneat. de quo de feu. c. ij. Tertiò, donec vixerit qui recipit: quo casu cõcessus videtur rei vsusfructus: & talis ius potest alteri cõcedere in vita sua. ¶ Primò † verò nota quòd concessum propter necessitatẽ, vltra necessitatem non extenditur, secundũ Panor. in c. Deus qui de vita & ho. cler. nisi quantũ necessitas expostulat. & sic limitata causa limitatum producit effectũ. arg. d. c. Deus qui in verbo, quantũ ad hoc spectat. ¶ Secũdò, quòd cõcedens aliquid cõcedit necessariò omnia quæ sequũtur ex illo. viij. dist. quo iure. & de offi. deleg. cũ super. de dolo & cõtuma. cũ dilecti. ¶ Tertiò, quòd cõcesso principali concedit & accessoriũ: quia cõmissa causa, cõmittũtur ea, quæ spectãt ad causam. de offic. deleg. præterea in tex. & in gl. infrà Delegatus. ¶ Quartò, † quòd concessum de gratia speciali, ab alijs trahi nõ debet in exemplũ de priui leg. sanè. vbi de hoc. ¶ Quintò, quòd in concessione generali non veniũt ea, quę quis nõ esset in specie verisimiliter cõcessurus. de reg. iur. in generali. libro vj. Vtrũ verò cõcessum à papa, vel alijs, expiret morte concedentis, vide infrà Gratia.

De Cõcilio gñali & cõgregatione synodali.

1 *Concilium vnde dicatur? & quod distet à synodo? Et conciliorum genera quot sint?*

2 *Concilia generalia cœpisse quando primùm dicãtur? Et quot celebriora reliquis fuerint?*

3 *Concilium generale nunc possit summo Pontifici statuendo legem præfigere? Et in spectantibus ad fidem, prælati vnius dictum, Papæ sententijs, si melioribus ille & rationibus, & auctoritatibus muneatur, præferendum sit? Et sub hac, an concilium errare queat, conclusiones aliquot.*

4 *Controuersia inter papam vt papam, & concilium de fide aut moribus disceptantes, an esse perseueranter possit?*

5 *Papa, num sicut pro hæresiarcha pro quolibet peccato notorio iudicari à concilio queat?*

6 *Concilium generale legitimè celebrari, quando dicatur?*

7 *Papa si sit de hæresi vehementer apud graues diffamatus, ac nolit emendare, vel purgare se, aut concilium congregare, inquirendi aduersus papam ipsum facultas, ad quos iure pertineat? & quo iure? Et quid si duo de papatu simul cõtendant?*

8 *Appellare à Papa, ad cõcilium, vel ad ipsius successorẽ nũ liceat?*

9 *Concilio prouinciali & synodali, quinam aduocandi sint? Et quæ in concilijs expediri queant?*

10 *Concilio accersiti, & in eo congregati, quam potestatem, & in quos habeant.*

11 *Cõciliũ puinciale, vel episcopale, quo tẽpore celebrari debeat?*

CONCILIVM † secũdum Isid. in lib. Ety. dicitur quasi consiliũ: e trãslenute in s: & cõsiliũ dicitur quasi cõsidiũ: vnde à societate multorũ in vnũ cõsidentiũ appellatur: synodus autẽ Græcè, Latinè comitatus vel cœtus dicitur à cõsido, & est synonimum cõcilio: licet cõsueuerit dici concilium congregatio gñalis facta sub papa vel legato: synodus verò facta sub aliquo inferiore: vt metropolitano vel diœcesano cum suo clero. Cõciliorũ aũt vel synodorũ tria sunt genera: Concilium vt not. gl. dist. xvj. in Summa. Vnũ est generale, qđ scilicet fit de p̃cepto & p̃sente papa vel eius legato ad hoc specialiter deputato, cõuenientibus episcopis, & alijs p̃latis, vt ipse ordinauit, qđ solius papæ authoritate celebrari põt: alias est conciliabuli & synagoga Saranę: vt patet dist. xvij. p totũ. & cõsentit S. Doct. ij. ij. q. j. art. x. & eius statuta omnes fideles adstringunt. Aliud est p̃uinciale, qđ celebratur legato specialiter ad hoc destinato, secundũ gl. di. iij. § j. & à metropolitano cũ suis suffraganeis & abbatibus illius p̃uincię, vel à primate aut patriarcha, qui est supra metropolitanũ: qđ celebrare põt metropolitanus sine authoritate primatis. xcij. dist. si qs epi'copus. in quo fieri possunt cõstitutiones & sententię fulminatorię, adstringẽtes oẽs illius p̃uincię vel metropolis clericos & laicos nõ exemptos: exẽpti aũt adstringuntur ad hęc, neq; adstringi possunt ad veniendũ illuc. Aliud episcopale, qđ magis cõsueuit dici synodus & cõgregatio: quod episcopus celebrat cũ suis clericis & clericis ciuitatis ac comitatus, & religiosis & abbatibus nõ exẽptis: qđ ipse celebrare põt irrequisito suo metropolitano in quo fieri possunt cõstitutiones ab episcopo cũ sui capituli cõsensu, scilicet canonicorũ ecclesiæ cathedralis, & sententię fulminatorię adstringẽtes omnes illius diœcesis, & non alios. De his duobus igitur dist. xviij. & xiv. per totũ. & ibi ad quid, & quo tempore, & à quibus celebrari debẽt: & quo modo nihil exigere debẽt episcopi. Adde quartũ genus, vel differentiã cõciliorũ, secundũ Ant. de But. & Io. de Imol. super c. graue. de prẽb. scilicet cõciliũ religiosorũ. de quo habetur dista. mo. in singulis. & cap. ea quę. sed magis capitulũ dicitur. ¶ Primò † verò quæritur, quando inceperint cõcilia generalia? Et dicit Gratianus dist. xv. in prin. Isidorũ asserere in lib. Ety. q à tẽpore Cõstãstini Imperatoris, quod fortè verũ est, post dilatatã in gẽtibus Christianitatẽ, nõ obstãte quòd Melchiades, qui Syluestrũ prẽcesserit, cõcilium fecerit. xuj. q. ij. placuit. quia illud fuit cũ paucis celebratũ. Si tamen altius repetamus, prima synodus facta est in Ierusalem sub primo summo pontifice Petro: vt patet Actuũ xv. Inter concilia autem generalia quatuor fuere celebriora cæteris. ¶ Primum fuit Nicenum cccxviij. episcoporum à Constantino Imperatore per

pẽractum: quo damnata est Arriana perfidia, de inæqualitate sanctæ trinitatis. ¶ Secundum cl. patrũ sub Theodosio seniore Cõstãtinopoli: quo dãnatus est Macedonius negãs Spiritum sanctũ esse Deum. ¶ Tertium Ephesinum centum episcoporũ, sub Theodosio iuniore: quo dãnatus est Nestorius asserẽs duas personas in Christo: & beatã virginem nõ Dei, sed hominis genitricẽ. ¶ Quartum Chalcedonense dcl. sacerdotum: quo damnatus est Eutyches Cõstantinopolitanus, asserens vnã esse Dei carnisq; naturam dãnauit & Dioscorum eius defensorẽ quodam Alexandrinum episcopũ, & Nestotiũ episcopũ cum reliquis hæreticis. De his xv. di. c. canones. & S. Th. tertio libro de regi. princ. c. xvij. ¶ Secundò, † vtrum concilium generale possit pontifici summo statuẽdo præfigere legem? Et dicit Abbas Sicu. siue Pan. in c. significasti. de elec. quòd non: imò in omnibus statutis cõcilij intelligitur tacitè excepta authoritas papæ. de quo vide etiam bonum tex. ix. q. iij. nemo. vbi dicitur quòd nemo iudicare potest primã sedẽ, id est, papã: nec Augustus, nec populus, nec clerus. &. c. aliorũ. & per istum tex. arguit Io. And. quòd sententiæ papæ standũ est, quando contradicit sententiæ totius cõcilij: & quòd solus Papa interpretari potest statuta concilij. nec mirum: quia secundum eũ, potest tollere & limitare vt c. statutũ. de rescrip. lib. vj. & gl. in c. vbi periculũ. de elec. lib. vj. dicit q licet non sit ei licitum reuocare statuta cõcilij sine cõcilij cõsilio: hoc tamen potest, si vult. Sed tñ omnia prædicta limita vera, secundum Pan. in his quæ dependent à plena dispositiõe papæ: quia in his, quæ sunt iuris positiui, indubitanter est supra cõciliũ, cùm sit caput ecclesiæ. vnde potestas data est papę & toti ecclesiæ: sed papæ vt capiti, à cuius dispositiõe corpus moueri debet. Sed in his quæ à plena potestate papæ non dependent, non est simpliciter dicendum quòd sit supra statuta cõcilij: ideò in cõcernentibus fidem cõcilium est supra papam: nec huiusmodi potest disponere contra dispositia per cõciliũ. Pro quo vide tex. cum gl. di. xix. Anastasius. vnde concilium papam potest cõdemnare de hæresi. di. vj. si papa. & est iudex eius in hoc secundũ doct. in c. fidei fauorem. de hære. lib. vj. In cõcernentibus etiã vniuersalem statum ecclesiæ non potest papa disponere cõtra statutum cõcilij generalis, si statuẽdo decoloratè status ipsius ecclesiæ j. q. vij. c. & si illa. in quo casu dicit se intelligere multas gl. quæ volunt quòd disponere nõ possit contra vniuersalem statum ecclesiæ: vt not. in c. literas. de restit. spol. vnde secundũ Inn. in c. quanto. de consue. nõ est permittendus venire contra statutum vniuersale ecclesiæ, si inde infamaretur ecclesia: secus si ex causa rationabili vult venire, limitando statutum ecclesiæ, seu tollendo statutum cõcilij super statu ecclesiæ. Et sic intelligo, inquit, gl. in c. qui ad perpetuã. xxv. q. j. hæc ille. Vnde dicit Per. de Anch. quòd potest tollere hoc vel illud statutũ iuris positiui, sed nõ omnia simul: quia hoc esset destruere vniuersalem statũ ecclesiæ. Putat tamẽ idem Abbas, in his, quæ sunt fidei, standũ esse sentẽtiæ papæ, si melioribus moueretur rationibus & authoritatibus, quàm concilium: quia & illud errare potest. sicut aliàs erauit in facto matrimonij inter raptore & raptã, inter quos dicebat esse nõ posse matrimonium: & dictum Hieronymi melius sentiẽtis prælatũ est dicto concilij. xxxvj. q. ij. tua. iuncto c. placuit. Et licit quod legitur dist. xx. c. j. Imò dicit: quòd in concernentibus fidem dictum vnius prælati præferendum esset sententijs papæ, si melioribus rationibus & authoritatibus moueretur. Nec obstat si dicatur concilium nõ posse errare, quia Christus orauit pro ecclesia sua ne deficeret: vt notatur de bap. maiores. xxiij. q. j. à recta. & ca. pudenda. quia in concilio vniuersali non est verè, sed repræsentatiuè vniuersalis ecclesia: quia ipsa constat ex collatione omnium fidelium terræ: saltem illa, cuius caput est Christus, non autem papa, sed vicarius capitis, id est Christi. vt not. gl. in cle. ne Romani. de elec. quæ etiã dicit q. mortuo papa, ecclesia nõ est sine capite: quia non est sine Christo. & ista ecclesia est, quæ errare nõ potest. de cõsec. di. j. ecclesia. Vñ possibile est q. tota fides remaneret in vno solo: & verũ esset dicere quòd fides nõ defecit in ecclesia. sicut ius vniuersitatis remanere potest in vno solo, alijs peccantibus: vt patet in virgine Maria. hæc ex illo. Cuius dicta approbo inquantum dicit papã subijci cõcilio in his, quæ sunt fidei manifestè: qa si errat in his obstinatè, iã nõ est caput ecclesiæ, sed se deponit: & in his quæ cõcernũt vniuersalẽ statũ ecclesiæ sup quo à Christo nõ habet potestatẽ in destructionẽ, sed in ædificationẽ: vt de se & alijs Apostolis dicit Paul. ij. Cor. x. sed in reliquis pono aliquas cõclusiones cõtra eũ. ¶ Prima. Cocilium errare non potest perseueranter in spectãtibus ad fidẽ & mors sicut nec ecclesia: vt de ea docet S. Tho. in quolibet. ix. arti. xvj. & iste concedit. qđ patet, tũ quia si cõcilium potest errare, etiã posset ecclesia in cõstituendo de huiusmodi: cùm ad hoc nunquam conueniat nisi cõciliumvel papa. & tam illud quàm iste secũdum istum errare potest: tum etiã quia dicit S. Th. ij. ij. q. v. ar. iiij. quòd doctrinę ecclesiæ oportet inhærere, sicut regulę infallibili, quæ doctrina non est alia quàm concilij: tum quia tunc non esset verum quod dicit S. Th. vbi j. piè credi quòd in canonizatione sanctorũ ecclesia non potest errare: quia hãc canonizationẽ facit papa, qui secũdum istum potest errare, & cõcilium, vel aliquid minus cõcilio, id est, collegium cardinalium. Nec obstat si errauit in facto dicti marrimonij: quia hoc nõ fuit perseueranter, quasi perstiterit in errore, sed fuit prima fronte: sed Christus eduxit illud ab errore per dictũ Hieronymi: sicut etiam prophetæ, in quibus erat Spiritus sanctus aliquando errabant, sed Spiritu sancto reducebantur ad veritatem: vt de Nathan patet ij. Regum vij. c. Non obstat etiam si aliquando fides fuit in sola virgine: quia nondum dixerat Christus, Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi: nec venerat Spiritus sanctus docturus omnem veritatẽ. ¶ Secunda. Si concilium & papa disceptarent de fide, & papa videretur habere meliores rationes: non esset standum sententię papæ propter meliores ratiões: tum quia si staretur ei oporteret illum dicere quòd concilium erraret in fide cõtra præmissa: tum etiam quia esset aliqua controuersia inter homines, quæ iudicem nõ haberet in terra: quia nullus posset indicare, quasi superior, quæ rationes essent meliores: & homines non essent sufficienter ordinati à Deo. Nec valet dicere quòd est iudex, quando habet rationes meliores: quia oporteret apud aliquem iudicem probare quòd suæ rationes essent meliores: quem non esset dare. Sed standum est ei, quia est caput ecclesiæ habens determinare dubia in fide: cuius authoritate semota cõciliũ nihil potest. vt infra, Fides. §. vij. & à quo sententia concilij confirmatur, secundum S. Tho. po. quæst. x. arti. iiij. quod etiam probat multipliciter dom. Io. de Turre cremata. ¶ Tertia, sicut non errat ecclesia perseueranter, ita nec papa quandiu est caput ecclesiæ & vt caput ecclesiæ, id est, vtens adiutorio membrorum ecclesiæ per consilia & orationes & huiusmodi: alioquin corpus esset vnum per fidem, & caput mortuum: similiter nec inquantum determinat vt caput ecclesiæ: puta quando ad ipsum vt ad caput recurritur consulendo de dubijs: quia error eius redundaret in errorem ecclesiæ: cùm ad ipsum spectet fidei dubia decidere, vt dicit Sã. Thom. ij. ij. quæst. j. arti. x. ¶ Ex his patet, q 4 non potest esse controuersia inter papam vt papam & concilium de fide aut moribus perseueranter: quia neutra pars potest errare. Si autem erret in fide, vt singularis p̃sona, statim,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tium desinit esse caput quo ad Deū:licet nō quo ad ecclesiam, quousq; per iudicium deponatur. Similiter si erret circa mores perseueranter:quia error in moribus (vt si diceret fornicationem non esse peccatum) reducitur ad hęresim,cùm sit cōtra aliquem textum scripturę,quæ de moribus sufficiēter docet. Nec obstat,quòd quidā papa tædio victus subscripsit hæresi:quia nō errauit in fide,sed peccauit in fidei confessione, errando in particulari eligibili,vt priuata persona. vide ī. Fides.§.vj. ¶ Tertiò† quæritur, vtrū papa sicut pro hæresi,ita & pro quolibet notorio peccato possit iudicari, scilicet à concilio? Et idem Pan.inducit glos.super c.si papa.di.xl.dicentem, quòd papa iudicari potest,scilicet à cōcilio,etiā pro quolibet mortali notorio,in quo esset incorrigibilis,& scādalizaret ecclesiā:quia talis cōtumacia reputatur hæresis. Et hāc gl.ipse multū probat:sed vt dicetur ī.in ti.Papa.§.iiij.per Pet.de pal. ista gl.non est vera:nec illa pertinacia est hæresis propriè & strictè,cuiusmodi est hæresis pro qua iudicari potest papa,vt importat errorē circa fidem. In concilio tamē celebrato Cōstātiæ circa annos Domini M.CCCCXV. in quo sedatū est schisma quod annos xl. durauerat:in quodam decreto quod incipit,frequens statutum est quòd non solùm in causa hæresis,sed etiam schismatis concilium posset de papa iudicare.& rectè:quia schisma propinquū est hæresi,differēs ab eo sicut dispositio ab habitu. quod Archi. nō intelligit de omni schismate:vt de eo quod oritur post electionem veri indubitatiq; pastoris propter recessum aliquorum ab eius obediēcia:sicut conciliabulum Basiliense deposuit Eugeniū iiij. indubitatum vicarium Christi:erigēs idolum,id est, Felicem olim ducem Sabaudiæ Amadæum:sed de eo qđ oritur in electione ipsius summi pontificis:vt cùm probaliter dubitatur an electio sit canonica,an violēta,& huiusmodi:quale fuit schisma in dicto concilio Constantiæ sublatū:quod ortum est in electiōe Vrbani vj. successoris Gregorij xj. quæ dicebatur facta per metum cadētem in cōstantem virum:vnde Cardinales post aliquot mensēs recedentes creauerūt in ciuitate Fundorū Clementem vij. ¶ Quartò† quæritur, quando dicitur concilium generale celebratū legitimè? Et dico quòd primò debet fieri de mandato papæ,interueniēte ipso vel alio de eius speciali mādato. di.ij.§.porro.& dist.xvij.c.j.& ij.& consentit San. Tho. Et licet olim multa fuerint concilia per Imperatores conuocata:quia id ecclesia non poterat propter hæreticorū fauorem:tamen quàm primum potuit hoc correxit,& per se concilia cōuocauit:& aliquādo p Imperatores ecclesia præcipiente:aliquando rogāte & authorizante:vt di.xvij. per totum. Quia tamē potestas vnius propter negligentiam grada tim deuoluitur ad alium.arg.de elec.c.cum in cunctis.de cōcess.præb.cap.ij.dicunt quidam,quòd papa negligente & nolente cōuocare concilium ad locum idoneum pro ardua causa imminente,potestas cōuocandi illud deuoluitur primò ad omnes Cardinales,qui sunt omnibus alijs maiores clerici ar. de ma.& obe.cap.j. Secundò ad patriarchas,præcipuè Cōstātinopolitanum,cuius sedes prima est post Romanā.dist.xxij. de Cōstantinopolitanæ. Et intellige si est catholicus. Tertiò ad Imperatorē. Quartò ad reges. Quintò ad alios principes. Vel dicamus q̄ duæ partes cōcilij cōgregatæ in loco idoneo potērūt alios cōuocare:iuxta not.per Inn.in c.ij.de noui ope.nūt. quæ si nō sunt cōgregata, locum videtur habere ordo ī. positus. Vbi autem papa esset hæreticus, vel de hæresi suspectus,ad eū spectare non videtur potestas congregandi cōcilium.arg.dist.xl.si papa. hæc omnia Archi. Sed intellige prædicta,quando papa esset iudicandus per concilium: aliàs nulli competit illud cōgregare, quantūcunq; negligeret papa:sed esset conciliabulum nullam habens authoritatem cōcilij generalis. Secūdò vocandi sunt de necessitate solùm episcopi & superiores: vt not. Inn.& Ioan. And.in cap.graue.de præbend.ad quod facit dist.xviij.episcopus non debet.& cap. propter.cum seq.& hos iustū est vocari ex toto orbe:vbi agitur de maximo præiudicio & rebus arduis:est tamē in potestate papæ cōuocare,si vult,etiā abbates.arg. distinc.lxij.Adrianus.vbi fit mētio de abbatibus.& Gregorius decimus ad concilium Lugdunēse vocauit beatum Thomā, qui nō erat prælatus. Imperatorem autem vel alios principes cōuocare nō tenetur,per §.huic etiam.distinct.xvij.quos tamē, si vult, potest vocare,ad scandala sedāda:vt distinct.lxiij.§.verū. Sed tamen videtur quòd vbi non agitur de fidei dubijs vel facto papæ:summi potificis arbitrio relinquatur qui & quòd sunt vocandi:& hi sunt concilium,iuxta id quod not. dist.iij.§.porro. & dist.xvij.cap.j.& ij.in Sūma. Nec est curandum de numero diminuto,propter illud Matt.xviij.vbi sunt duo vel tres, &c. Vnde aliquando in concilio fuerunt episcopi. cc. aliquando ccc.aliquādo cc.aliquādo c.aliquādo l o.aliquādo xl.aliquando xxx.aliquando xx.aliquando xv. & in omnibus facti sunt canones. Sed tamē quādo agitur de fide & hęresibus vel schismatibus extirpandis:quia causa omnibus catholicis est communis & omnes tāgit:ab omnibus catholicis episcopis tractari & terminari debet,& omnes sunt vocādi:quia quod omnes tangit,debet ab omnibus approbari.de reg.iur.lib.vj. reticet tamen cōcilij authoritas penes venientes, saltem si interfuerint duæ partes omnium episcoporū orbis:per id quod legitur de his quæ fi.à ma.par.ca.c.j. per Ioā.Andr. vel fortè sufficit pars maior:vt not.per Compo.in cap.quia propter.de elect.& vocati non venientes cessante legitimo impedimento,peccant: vt patet dist.iij. per totū. Ordo autem sedendi in cōcilio, vel subscribēdi,& huiusmodi inter prælatos eiusdem dignitatis est secundum tempus fuæ ordinationis. distin.xvij.§.illud de clericis.qđ tempus nō ad ecclesias, sed ad personas refertur, secundum Gratianum.hæc omnia Archid. ¶ Sciendū† tamē quòd si papa esset diffamatus vehemēter de hęresi apud graues,& nollet se corrigere, vel purgare, aut congregare concilium: iam hoc spectaret ad Cardinales ad inquirendū contra papam authoritate iuris diuini & humani:vt probat gl. de Turre cremata,vel etiam ad alios prælatos, si negligerent Cardinales. Et idem esset in casu,quo aliter nō posset prouideri scandalo eminenti ecclesiæ sine cōcilio,& papa nollet illud cōgregari:quia eo casu esset suspectus de hęresi,vt colligitur ex cap.error.distin.lxxxiij. secundum eundem. Vnde & Paulus Gal.j.excōmunicauit Apostolos æquales & Angelos maiores se,si aliter euangelizassent, authoritate Euangelicę doctrinæ,secundum S. Thomā ibi:cuius authoritas habet vt omnes ei contradicentes excludantur,secundum illud Ioan. xij. Qui nō accipit verba mea,habet qui iudicet eum. Sermo, quem locutus sum,ille iudicabit eum. Si autē duo contenderent de papatu, & vterque probaliter: necessaria videretur congregatio concilij,iuxta cap.si duo.dist.lxxix.quod verum est,si nollent se subijcere iudicio alicuius:quia in isto casu cōcilium est iudex:& congregatio spectaret ad dominos Cardinales,si illi nollent cōgregare,etiam eis inuitis.& si Cardinales nollēt cōgregare,spectaret hoc ad alios prælatos, vel ad Imperatorē. Si etiam Cardinales nollent eligere pōtificem, prouisum est per cap.fundamenta .lib.vj.& cap.ne Romani. de electio. Sed si fugerent, aut deficerent, secundum do. Ioā. de Turre crema.esset cōuocandum cōcilium propter Imperatorem pro maiori securitate. Si etiam papa efficeretur demens incurabiliter,per Cardinales esset vocādum cōcilium ad iudicādum an alius deberet eligi vel dari coadiutor,secundum do.Ioan.de Turre cremata. ¶ Quintò, †vtrum appellari

lari possit à papa ad cōciliū vel ad eius successorem? Et dico quòd non:sed est hæreticū hoc asserere. Nam qui priuilegiū Romanæ ecclesiæ à Christo traditū (de quo infra Ecclesia) auferre conat:hęreticus est.dist.xxij.c.omnes. Sed qui sic asserit,est huiusmodi:quia cùm appellatio nō sit nisi à minori ad maiorē,vt dictū est:qui sic asserit,primò asserit vel sentit papam nō esse vnicū & summū caput totius ecclesiæ,nec habere plenitudinē potestatis super omnes,nec tenētia eius esse stabilem & firmā,& incōcusse tenendā,nec carere iudice in terris:quæ omnia sunt contra ecclesiæ priuilegia,vt patebit. Et si ꝓpria motu vt singularis p̄sona erraret in fide notorie, adhuc ab eo nō esset appellandū:sed esset monendus per Cardinales,qui in eius electione totū corpus ecclesiæ repsentāt: quibus si nolleret assentire,sed erraret in fide perseuerater,vel potius obstinatè:eo ipso esset pontificatu deiectus in cōsciētiam.xxiiij.q.j.audiumus.deijciendus iuridicè per cocilium.

5 ¶ Sextò† quęritur,qui sint ad concilij prouinciale & synodale vocādi? Et dico ex Ant.de But.& Io.de Imol.sup c. graue.de præb.quòd ad prouinciale vocādi sunt omnes episcopi totius prouincię,&no alij necessariò.dist.xviij.quoniā quidē. &.c.seq. Si tamen alij prælati dictæ prouincię veniēt voluntarij,sunt admittēdi. Et sic intelligi potest c.si.de his quæ fi.à maio.par.capi. Possent etiā ex honestate vocari,ex quo agitur de factis eorū,&similiter alij,quorū consilij est necessārium.arg dist.xliij.obcētibus. Ad synodale autē vocādi sunt abbates,scilicet nō exēptiæ:exempti enim accedere nō tenentur:& sacerdotes & clerus etiā exiuatis & diœcesis.dist.xviij. decernimus. dūmodo sic ꝓuideatur quòd ecclesiæ magnum non patiātur detrimentū in diuinis,arg.de cler. nō resi.c. vlt. Vnde possunt aliqui relinqui in plebanatibus, præcipuè pro sacramētorū administratione:& præcipuè pro infirmis. Arch.

¶ Septimò quæritur,quę possunt in concilijs expediri? Et dico ex eisdē vbi suprà quòd in prouinciali poterit cognosci de causis quæ vertuntur inter episcopos & clericos.ij.q.vij.cap. si episcopus.cum quatuor seq.& de omnibus causis clericorū delatis,scilicet quando factum est notorium, vel non diffinitur in breui posse liquidari:quas causas diffinire poterit episcopus vel archiepiscopus.vj.q.iij.scitote.& distinc.xviij.cap. j.& ij.& hoc cum cōsensu vel cōsilio maioris partis aliorum episcoporum de tempo.ordin.cap.si archiepiscopus.& de accusat.sicut olim. De causis autem archiepiscopi cōciliū cognoscere non potest,cùm in eum non habeat potestatem:vt in caput:sed superioris iudicio relinquuntur. Causæ autem criminales episcoporum concilium poterit audire: diffinire non poterit absq; speciali sententia papæ.iij.q.vij.accusatus.& de iudic.cap.j.nisi reperiatur aliud expressum in iure: vt dicto ca.grane. Causas verò inferiores ab episcopis etiam criminales concilium ipsum poterit audire & diffinire. xv.q. j.cap.j.& ij. In synodali verò vel episcopali tractari poterunt causæ ciuiles & etiam criminales clericorum: dummodo nō agatur ad pœnam depositionis ab officio:cùm episcopus solus talem pœnam imponere non possit.xv.qu.vlt.felix.& cap.seq.& de re iudic.non potest. In generali verò,si præsit in eo papa,de omnibus causis poterit cognosci, cùm habeat plenitudinem potestatis,& sit ordinarius omnium, & totius orbis.ix.q.iij.cuncta.& cap.per principalem. Si verò præsit alius loco eiusdem idem quod dictum est de prouinciali. Archid.

10 ¶ Octauò† quæritur,qualem habeant potestatē congregati in cōsilio,ordinariam,vel delegatam,& in quos? Et dico ex eisdem quòd in prouinciali archiepiscopus ibi præsidens habet ordinariam:ad quod cap.sicut olim.de accusat. suffraganei verò,siue sint ibi vt iudices:vt quidā volunt per c.scitote. vj.q.iij.siue vt assessores secundum alios: gesta per capitulū non valebūt sine consilio eorū vel eis irrequisitis: vt dicit ibi Io.And.per ea quę habentur xv.q.vij.si quis.sed dom.Ioā.de Imol.dicit posse dici quòd ipsi episcopi in cognoscendo sunt ordinarij cùm ipsi principaliter cognoscāt:sed in diffiniēdo sunt assessores:quia ipsi principaliter nō sententiant,sed assistunt sentētiāt:vt in ele.auditor.de rescr. Vbi aduerte quòd non solùm cōsilium episcoporū requiratur in archiepiscopi sententia,sed etiam eorū assensus vel maioris partis eorū vt dicit Io.de Imo.quia si requireretur solum eorum cōsilium, quod geritur nō censeretur gestū per ipsum concilij, sed potius per ipsum archiepiscopu.de arb.cum olim. & si sit causa criminalis episcopi, requiritur consensus omnū,si tractatur ad finē vt deponatur ab officio:vt probat in d. c. scitote. In causis autē criminalibus sacerdotis,diaconi, vel subdiaconi,etiā si agitur ad finē depositionis,sufficit consensus maioris partis,vt not.Archid.in dicto cap.scitote.& xv.q.vij. eps. secundū Ioa.de Imol. In cōcilio verò synodali ipse episcopus ibi præsidēs habet potestatē ordinariā, sicuti archiepiscopus in ꝓuinciali.distin.xviij.decernimus. In generali autem, vbi præest papa,alij nō videntur habere iurisdictionem, sed potius videtur consultores:cùm papa habeat plenitudinē potestatis,& sit cunctorū ordinarius.ix.qu.iij.cuncta. & capit. per principalē. Si verò præest ibi aliquis de mādato eius, cēsetur habere delegatā.de offi.deleg.per totum. De alijs verò qui interfunt ibi, videtur idē quod de assistētibus in prouinciali. Archid. Multa alia spectāria ad cōcilia,parum tamen ad forum cōscientię facientia habes ab Archie.iij parte.tit.xiiij.

11 ¶ Nonò† quęritur,quo tēpore debeat celebrari concilium prouinciale vel episcopale? Et dico q̄ antiquitus celebrabatur bis in anno:primò ante Quadragesimam: secūdò in Autumno:vt patet dist.xix.cap.j.& ij.hodie tamen per cap.graue.de præb.capitulū ꝓuinciale singulis annis ab archiepiscopo cū prædictis est celebrandū:&, vt videtur, sub præcepto: vt patet de accusat.sicut olim.vbi dicitur in fine,quòd si quis hoc salutare statutū neglexerit adimplere, à sui executione officij suspēdatur. quæ pœna tam grauis non imponitur nisi pro mortali. Et à fortiori hoc verū est de synodali,vel episcopali,quia,secundū mentē iurium,& omniū religionum institutā,capitula quanto minora,tanto crebriora fiunt:& maximè quia cessare ab istis inducit maximas relaxationes in moribus clericorum:sicut experiētia docet.

De Concubinario,& Fornicatore.

1 *Concubinarius & fornicator,quo ad sententiam,qualiter se habeant. Et ibidem, quòd quandoq; fornicatio decatur omnis actus illicitus.*

2 *Concubinatus num licitus sit? Et an concubinarius cōcubinam ablegare à se noleus,absolui possit?*

3 *Meretrices ademptis se scientes hoc prohibitum esse,an ob ignorantiam excusentur?*

4 *Sacerdos concubinarius celebrādo,an irregularis fiat? Et num id quod de sacerdote dicitur, locum quoq; habeat in diacono, subdiacono,& in minoribus constituto?*

5 *Fornicatio simplex in clerico publice tenente concubinam,num depositionem inducat, si monitus se corrigere nolit?*

6 *Pœnitentia quænam sit clerici in sacris ordinibus constituti, si vxorem ducat?*

7 *Iniungendum alteri quippiam cum iuramēto non esse,de cuius violatione & transgressione verisimiliter timeri potest.*

CONCVBINARIVS† & fornicator videntur se habere vt animal & homo quantum ad fœminā qua abutuntur:quia fornicator ꝓprie est,qui abutit soluta:sicut adulter,qui nupta: concubinarius verò, qui abutitur quocunque modo

Universidad de Deusto
Biblioteca

modo vxorio, id est, quæ ad vsum veneris illegitimæ tenetur ita quòd de mente iuris non dicitur concubina, nisi teneatur per modum vxoris. quod patet: quia si quis post vxorem habuit concubinam, ordinari non potest. dist. xxxij. si quis. quod non esset si concubina diceretur a concubitu fornicario simpliciter. Aliquando tamen fornicatio dicitur omnis illicitus coitus vt xxxij. q. ij. §. qui ergo. & q. iiij. meretrices. sed ꝓpriè est coitus naturalis soluti cū soluta omni vinculo, scilicet cōiugij, consanguinitatis, affinitatis, ordinis, religionis seu voti. Vnde Pet. de Palu. in quarto, dicit ꝙ fornicatio dicit omnem illicitum coitum: fornicatio autem simplex dicit coitū naturalem soluti cum soluta. Credo autem quòd quantum ad suspensionem, & euitari in diuinis officijs & sacramentis, idē sit de notorio fornicatore, & concubinario: etiam si fornicator sit vagus imperens meretrices, & non tenens concubinam.

2 ¶ Primò † verò quæritur vtrum cōcubinatus liceat? Et dicit Io. And. post Host. in reg. sine culpa in mercu. & recitat Pan. in cap. vt clericorum. de vita & hon. cler. quòd non, etiam de iure ciuili: quia ex quo iur. canonicū expressè prohibet. xxxij. qu. ſt. iiij. nemo. imò Deus: vt in cap. meretrices. ea. q. & lex ciuilis in spiritualibus subijciat dispositioni iuris canonici: in auth. vt cleri. apud prop. epi. & in auth. de eccles. tit. facit c. clerici. de iudic. ergo &c. ¶ Secundò, vtrum absolui possit concubinarius nolens abijcere cōcubinam? Et dico quòd non, si † est periculum recidiui: quia non est contritus. xxiij. q. ij. legatur. vera etiam pœnitentia non est sine excisione causarum peccandi de pœn. dist. iij. c. satisfactio. Si verò non est tale periculum recidiui, quod sacerdotis arbitrio pensabitur, distingue: quoniam si factum est notorium, absolui nō potest: quia tenetur eam abijcere ad tollēdum scandalum populi: maximè quando suspicio est violenta de incontinentia: aliàs verò si non est notorium, tenet Sum. Ang. indistinctè quòd possit absolui. Sed nō est verum: quia si esset scandalū vni vel duobus, tenetur eā dimittere: vt patet per dicenda infrà de Scandalo. & hoc nisi dictum scandalū auferatur: sed si nullum est scādalum, aut recidiui periculum, absolui potest. Et quod de concubinario, idem dico de concubina. Facit ratio prædicta:

3 & xxxiij. distinct. audite. ¶ Tertiò, † vtrum adeūtes meretrices, nescientes hoc esse prohibitum, excusentur propter ignorantiam? Et dico quòd nō: imò peccant mortaliter accedendo, & toties quoties quia ignorantia iuris naturalis & diuini in tali casu claro neminem excusat, quantumcunque agrestem. j. quæſt. iiij. per totum. maximè quia nullus hoc potest ignorare sine maxima negligentia quærendi suum salutem. Et similiter peccant mortaliter ad hoc alios inducentes. de pœn. distinct. j. noli. & ij. quæſt. j. notum. & similiter qui hoc perpetrare volentibus pecunias donant. aut mutuant: quia sunt cooperatores. ¶ Quartò, † vtrum sacerdos concubinarius celebrando sit irregularis? Et dicit Panormitan. in capit. vestra. de coha. cleric. & mu. quòd suspēsus est quo ad Deum, & se. cùm sit in mortali: vnde celebrando peccat mortaliter: vt dictum est supra Clericus. ij. §. viij. nō tamen efficitur irregularis, si est occultus: vt not. Innocen. in cap. si celebrar. de cler. excōmunic. min. Secus si est manifestus, ita vt nulla possit tergiuersatione celari: quia tunc est suspensus ab officio. xxxij. distinct. præter. cum non differat dicere, interdicimus, & suspendimus: quia non refert quid ex æquipollentibus fiat. de testi. licet. ff. de legib. l. non possunt. & hoc est clarum distinct. xxxij. §. verum. Vnde si celebrat, est irregularis. cap. j. de re iudic. libro vj. Est etiam suspēsus à beneficio: vt in dicto cap. præter. iuncta glos. Secus si non habet talem operis euidētiam. Et de hoc supra Clericus. ij. §. viij. Multi autem Doctores volunt quòd requiratur monitio: aliter non sit ipso facto suspensus, nec incurrat irregularitatem. Sed primū est verius. Et quòd de sacerdote dicitur, dic de diacono, subdiacono, & cōstituto in minoribus, secundum Archidiaconum in §. hæc de malis. distinct. xxxij. & exercendo actum cuiuscunq; ordinis similiter sunt irregulares: & solus papa dispensat. de re iudic. cap. j. libro vj. Et idem dic de quocunq; fornicario, etiam non tenente concubinam. Vnde Archidiaconus in iij. parte. tit. xxviij. cap. iij. dicit quòd nō solùm sacerdos, sed etiā in quocunq; ordine constitutus etiam in minori, ex notoria fornicatione est suspēsus ab omnibus actibus ordinum, secundum Innocen. ipso iure: quod no. Archid. dist. xxxij. §. ad hæc. & tandiu stat suspensus, quandiu perseuerat in vitio: & interim si exequitur officia sua, etiā semel efficitur irregularis, indignus dispensatione papæ secundum Innocē. & Host. & not. Archid. & anto. de Butr. Vnde etiam si cessaret à vitio, & ante dispensationē vtitur officio suo, semper peccat mortaliter, quamuis nouam irregularitatem non incurrat. Si autem suspensus non est executus officia sua: nihilo minus indiget absolutione à suspensione: quam poterit episcopus facere, secundum Innocen. imò idem dicit Summa Ang. inuita opinioni domini Anto. de quocūq; peccato mortali. Sed hoc improbatum est suprà Clericus. ij. §. viij. ¶ Quintò † quæritur, an simplex fornicatio in clerico publicè tenente concubinam inducat depositionem, si monitus nolit se corrigere? Et dico quòd sic: quia talis primò debet monitus suspendi à beneficijs & si se nō correxerit, debet ex eis perpetuò remoueri, siue sit in sacris. de coha. cleri. & mul. sicut. siue non in sacris: vt ibi in c. si autem clerici. vbi etiam innui videtur quòd requiratur monitio trina. Et quidem si tale crimen sit notorium, suspēsus est ipso iure ab officio, vt dictum est §. priore. & suprà Clericus. ij. Si verò sit publicum ex fama tantum, ita quòd meritò talis habeatur suspicio quòd scādalum generetur, & si non appareat accusator, erit purgatio indicenda, in qua si defecerit, aut si se purgare noluerit, canonicè puniatur de coha. cler. & mul. tua. & interim talis non debet in officijs euitari. ¶ Sextò, † quæ pœnitentia sit clerici in sacro ordine & beneficio ecclesiastico: & mulier, si libera erat, redigi in ecclesię seruitutē. dist. xxxij. eos qui. Si verò ancilla, vendi debet. dist. lxxxviij. quidā clerici. & filij inde nati in seruitutē ecclesiæ redeuntur. xv. quæſt. vlt. multa. & ipse etiam excommunicatus est ipso facto: vt infrà Excommunicatio. ix. §. xl. & quando ab ea separatur, eam debet iurare, scilicet quòd de cætero ad eam non accedat, nec bibat cum illa, nec in eadem domo manebit: nec in alio loco, nisi tam publico quòd mala suspicio esse non possit: nec loquetur cum ea, nisi coram idoneis testibus, & certa necessitate. xxxv. quæſtio. vj. ab isto die. qui cler. vel vo. ex literarū. tamē clericus habetur suspectus quòd forsitan iuramentum non seruaret, exigi non debet: sed per sententiam interdicti vel suspēsionis, vel aliorum huiusmodi, compellendus est. de coh. cler. & mul. clericos. & de his Sum. Conf. libro iij. tit. xxx. q. xiij. secūdum Ray. & Host. † Qui etiam addit quòd non est aliquid alicui iniungendum per iuramentum, de cuius transgressione verisimiliter timetur. Ibi etiam dicitur secundum Rayn. quòd si ducta esset ancilla, & filij sint paruuli, nō vēderetur, sed traderetur in monasterium: nisi propter matris absentiam filij perirent. dist. xxxiiij. fraternitatis. vel, inquit, intelligitur illud c. quòd non contraxit cum ea matrimonialiter. De materia fornicationis, infrà Luxuria. & suprà Clericus. ij. §. vltimo.

De Concussione.

1 *Concussio propriè, & transsumptiue sumpta, quid sit?*
2 *Cōcussio ad motus relata, & qui crimen est, ab quo cōmitti dicat*

dicatur? Et num sit peccatum mortale?
3 *Concussionem qui commisit, an necessariò quod accepit, etiam si in iudicio non sit condemnatus, restituere teneatur.*

CONCVSSIO † propriè est motus violentus ex tractu & pulsu re loco non mota causatus: sicut arborem concutit qui apprehensam manu tremere cogit. Sed transsumptiuè ad mores est aliqs similis motus meru factus in animo alterius, cui scilicet animo vis inferri nō pōt: sicut cùm qs alicui minatur nisi ita vel ita faciat, aut à faciēdo desistat: vt patet j. q. j. cōcussiōis. in gl. ¶ Primò † verò quæritur, quis cōmittat concussionis crimen? Et dico ꝙ generaliter incurrit illud quicunq; meru pecuniā vel æquipalens indebitè extorquer ab aliquo: sed specialiter quantùm ad pœnas legales: vt colligit ex l. iubemus. C. ad l. Iuli. rep. posita j. q. iiij. & ff. eod. l. j. ij. iij. iiij. v. & vj. & ff. de cōcussio. l. ij. Concussio est, cùm quis in officio constitutus extorquet aliquid à subditis per metū: aut cùm nonvult facere quod tenetur, nisi data pecunia: aut cùm extorquet vltra cōstituta sibi stipendia: aut cùm quis accusat, vel ab accusando desistit, ꝓpter pecuniam. Et concordat glo. Ray. vt patet in Sum. Conse. li. ij. tit. v. q. cxxxix. vbi idem dicitur de militibus stipēdiarijs, quod dictum est de officialibus. vide j. q. j. iubemus. & c. seq. ¶ Secundò, vtrū concussio sit peccatum mortale? Et dico ꝙ sic, in re notabili: quia omne quod est contra iustitiam, est mortale, secūdū S. Th. ij. ij. q. lix. artic. iiij. facit xxiij. q. j. militare. & pœna eius, si de hoc crimine qs condemnetur, est infamia: vt nec testificari possit in publico: nec iudex esse vel aduocatus. j. q. j. eadē. & præter ea punit in quadruplū, vt ibi: in eū. & xviij. di. qm. ¶ Tertiò, † vtrū talis restituere teneatur necessariò qđ accepit, etiā si nō cōdemnetur in iudicio? Et dico ꝙ sic: & dāri qm nō turpiter dedit: vt si dedit vt faceret qđ debebat. xiiij. q. v. nō sanè. & secūdum Ray. qui subdit, quòd si turpiter dedit, restituendum est, nō illi, sed pauperibus, vel illi, in cuius iniuriam data est, iuxta arbitriū ecclesiæ: vt in d. cap. nō sanè. Sed glo. Ray. dicit quòd in foro conscientiæ hoc fortè magis est consilium quàm necessitas.

¶ Condemnatus ad mortem aut mutilationem an figere possit, vide suprà Accusatus. §. xv.

De Conditione, modo, & causa, & demonstratione.

1 *Conditio quotupliciter sumatur: & quid sit ea conditio, quæ per dictionem si, importatur?*
2 *Dictiones quænam sint quæ conditionem important, & dictioni si, æquipolleant?*
3 *Modus quinam per particulam vt, importetur? Et quibus vocabulis modus designetur?*
4 *Causa quid sit, ac quomodo cognoscatur? remissiuè.*
5 *Demonstratio quidnam sit.*
6 *Demonstratio falsa an legatum, vel hæredis institutionem annihilet? Et quid si habens seruos duos Stichum fullonem & Pamphilum pistorem vxori Stichum pistorem legauerit?*
7 *Conditio tacita, num contractum conditionalem reddat?*
8 *Conditio num aliquando contractum vitiet, aut econtrario quandoq; vitietur? Et quid in his quæ sunt in vltima voluntate? Cæterùm de conditione in matrimonio, religione sponsalibus, donationibus, & ea quæ omnino extitura est, remissiuè.*

CONDITIO † multipliciter sumitur. & Primò importat statum personæ: vt cùm dicimus ipsū esse liberæ cōditionis aut seruilis. de ser. non or. cap. vltim. xxxij. quæſt. iiij liberi. Similiter cùm dicitur quòd conditio possidentis potior est, vbi est par causa turpitudinis. ff. de condict. ob tur. caus. l. si ob turpem. §. porrò. Secundò verò verum qualitatem: sicut res aliquæ dicuntur liberæ aut seruilis conditiōis. ff. & C. de seruit. per totū. Tertiò, importat actionē repetēdi aliquod datū: de qua agitur in titulo de condi. ob cau. da. & titulo sequent. Quartò, importat suspensionē, ꝓmissionis vel alterius contractus: & de hac est hic intentio. Primò verò quæritur, quid est conditio, quàm importat ly si, aut aliquid æquipalens? Et dico quòd est dispositionis, id est actus vel contractus suspensio ex euentu in certo futuro ei appositō, in quem euentum ejus dispositionis facta est collatio. ff. si certum pet. a. l. itaque. vt dicendo: promitto vel lego si Titius fuerit consul, hæc eñ dispositio est conditionalis ex incerto apposito, videlicet si Titius: & eueniente casu quo Titius sit consul, purificatur, & non plus suspenditur. Instit. de verborum obli. §. ex conditionali. & ff. de condi. & demō. per totum. Vel secundum glo. in rubr. ff. de condi. & demon. conditio est legati cuius de futuro defectus seu confirmatio pendet suspensiō: vbi ponitur ly legati, exemplariter: & sic non restringit quin eueniat alijs contractibus à legato: quia exempla regulā non restringunt. l. damni infecti stipulatio. ff. de damno infect. Vel secundū Bart. in l. j. col. j. ff. de cōdi. & demon. cōditio est quidam futurus euentus, in quem dispositio suspenditur. Et intelligitur de euentu in facto vel in iure. l. multum. ff. de condi. & demon. siue conditionis assertiuæ & negatiuæ. l. in testamēto. eodem titulo. & dicitur futurus: quia de præterito vel præsenti propriè non dicitur conditio: quia non suspendit. l. cum ad præsens. cum duabus seq. ff. si certum pet. Vnde propriè est conditio, quando suspendit in futurum euentum: siue incertitudo sit respectu rei, siue diei. licet aliquæ glos. dubitauerint de die mortis. & ita tenet glossa in l. in omnibus. ff. de regu. iur. text. est in l. quodcunque. §. primo. ff. de verborum obli. ¶ Secundò † quæritur, qui 2 sint termini vel dictiones æquipalentes ly si, & conditionem importantes? Et dico verbi causa, ꝙ est ly cum, vt lego cùm Titius fuerit cōsul. Et ly nisi: vt vendo tibi librum aureo, nisi alius intra mensem cōditionem fecerit meliorem. ff. de in diem addic. l. secunda. quia sensus est, quòd si alius id fecerit, non vendo. Et ly alioquin, & ly aliàs: vt scribes mihi librum intra mensem: alioquin vel aliàs decem nomine pœnæ dabis l. si finito. §. ex hoc. ff. de dāno infe. quia sensus est, si non scripseris, &c. Et ly siue: vt, promitto decē si nauis ex Asia venerit: siue Titius fuerit consul. & quæ illarū conditionum disiunctiuarum fuerit prior, dispositionem purificat. l. si ita quis stipuletur. ff. de verborum obligationibus. Et ly aut, alternatiuum: vt relinquo prædia propinquis aut liberis. l. cum pater. §. pen. ff. de legat. secundo, quia sensus est si non sunt propinqui, venient liberi. & in hoc sumpto significato ex maiori affectione propinquorum, quibus testator primò relinquere voluit: vt patet ex ordine scripturæ. Et ly quandiu: vt, lego decem annis singulis, quandiu res gesseris hæredis mei, id est, si gesseris. ff. de condi. & demon. l. pater. Et ly quo ad, donec, & quousque: quia idem significant? Et ly dum: vt, lego vxori dum erit cum filio meo. l. qui cōcubinam. ff. de leg. ij. Et ly quando, quandocunque, vbi: vt, lego filiæ quando, vel quandocunque, aut vbi nupserit. Et idem est de alijs sine numero. ¶ Tertiò † quæritur, quis est modus, quē scilicet im- 3
portat ly vt, aut aliquid æquipalēs? Et dico quòd, vt patet ex legibus loquentibus de illo, modus gñaliter est omnis qualitas adiecta dispositiōi. l. obligationē. §. modus. ff. de actionibus & obligationibus. Sed specialiter modus est moderamen dispositionis per oneris appositionē tanquā causæ finalis: vt, promitto vel lego tibi vt facias illud. vel sub alijs verbis sic diffinitur: Modus est inuitatio ad quādam remunera-

tionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionem vel ad impletionem loco eius quod est factum : & ideò nō suspendit,sed clarificat. Vnde promissum sub modo potest peti de præsenti exhibita cautione de modo obseruando.l.q hæredi.uncta l.quis diebus.§. Termilius.ff.de condi. & demon.& quod not.in cap.verum.de cond.appo. ¶Quartò quæritur,quibus dictionibus signatur modus, siue quæ dictiones sunt æquiualentes ly vt?Et dico q̄ est ly dummodo, quod eádem habet significationē.ff.de cōtrah.emp.l.cùm abeo.Et ly ne:vt.Titiū hæredē instituo, ne fidei cōmissa ex testamento Sempronij retineat:quia sensus est: vt nō retineat. l.cum pater.§. Titio.ver.planè.ff.de legat.ij.Et ly ad:vt,lego mille ad monumentum meum ædificandum.Et ly pro:vt,lego decem pro cura mei corporis sustinenda.Et ly in:vt,lego decem in monumēto faciendo.Sed dicēdo,lego vxori in tempus liberorum.ly in,facit cōditionem.Et idem ly nomine:vt lego decem nomine dotis puellarum pauperum,vel redemptionis captiuorum,vbi non significatur cōditio, sed modus. l.mille.C.de epis.& cleri.& ratio,quia semper sunt captiui & puellæ pauperes.Secus si relinqueretur nomine dotis vel redemptionis certæ personæ : quia tunc faceret conditionem. Et idem est de omni parte orationis, quæ ad hoc significatū
4 adaptari potest ex se vel subiecta materia.¶Quintò†quæritur,quæ sit causa:& quomodo importetur aut cognoscatur?
5 Sed de hoc vide suprà,Causa.¶Sextò†quæritur ,quid sit de monasterio? Et dico quòd est ex aliquo præteritovel præsenti accidente vel qualitate rei,quæ geritur, certificatio vel liquidatio:vel est verbum vel factum quo aliquid ostenditur:cùm demonstratio sit ostensio:vnde vice nominis proprij demonstratio fingitur.ff.si cer.pet.l.certum.nec refert, vbi dicitur, an proprio nomine res appelleiur,vel demonstretur digito. Vnde dicendo, lego vxori meæ vestē quæ causa eius parata
6 est:illa verba,quæ causa,sunt demōstratiua.¶Septimò†quæritur,vtrum demonstratio falsa annihilet legatum, vel institutionem hæredis? Et dico quòd licet falsa demonstratio nō sit demonstratio:ex ea tamen sumitur quandoq; significatū ad inualidādum actum,qui alias ea nō expressa esset validus. Vnde dicendo,lego vxori meæ vestē, quæ causa eius parata est:li nihil sit paratum,legatum nō valet.l.Quintus Mutius. ff.de aur.& ar.Secus si dicerem,vestem meam purpureā,quæ causa eius parata est:quia licet sit falsa demōstratio,quę causa,&c.tamē apparet de re legata per verba præcedentia: cùm verè talem habeam vestē:vt in d.l.Quintus Mutius.Vnde falsa demonstratio nunquā impedit legatum , vbi constat de re & volūtate.l.fi sit.ff.de leg.j.Igitur,verbi gratia,falsa demonstratio inualidat legatum:primò dicēdo,lego dotem.si nihil sit in dote:quia si demonstratio est falsa,non demonstrat,& non apparet de legato,nisi per demonstrationē.C.de fal.causa adiec.lega.l.ij.Secus dicendo,lego centum,quæ in dotem accepit.Quia licet demōstratio sit falsa:tamen valet legatū, quia constat de re legata.Et secundò,inualidat dicendo, Titium filium meum hæredē instituo:in casu, scilicet quo non est ipsi testanti filius:quia licet constet de persona,tamen voluntas testatoris fuit instituere filiū,& cōsequenter Titiū nō filium instituere noluit:& cōsequenter non valet:vt in l.si pater.C.de hæred.instit.Et tertiò dicēdo , instituo Titium fratrem meum,si sciam eum non esse fratrem,licet vt fratrē diligam:non valet institutio.l.nemo.§.j.ff.de hære.insti.& hoc intellige in foro causarum.Et quartò inualidat dicendo,lego decem quæ sunt in arca,si nihil sit in ea:si tamē essent tātum quinque,valeret ad illa quinq..l.si seruus.§.qui quinq..ff.de lega.j.Similiter valet dicendo:lego quinque quæ debeo,etiā si nihil debeam:quia constat de re legata.l.si fit.ff.de lega.j.Et quintò inualidat dicendo,lego Titio decem, quæ Seius mihi debet:si ille nihil debeat:vt in d.l.si sit. Ratio,quia noluit legare decē,sed cedere actione:quæ hoc casu nulla est.Et sextò dicēdo,lego bouem meum:& nō est bos,sed equus.l.si quis in fundi vocabulo.ff.de leg.j.valeret tamē si appareret deuotate:vt quia equum vocare consueuerat bouē ratione pigritiæ autvētris magni:vt in d.l.si quis.Similiter valeret dicendo,lego hunc equum:& est bos.l.quæ extrinsecus.de ver.ob. quia per demonstrationē ad digitum constat de corpore:& hoc nisi aliūde appareat quòd equum credidi,& bouem noneram legaturus. ¶Octauò,quid si habēs duos seruos,Stichū fullonem,& Pamphilum pistorem,elegauit vxori Stichū pistorem?Et dicit text.in l.qui habebat.ff.de re.dub.quòd si testator verè sciuit nomen proprium vtriusq; serui: ille seruus debetur cuius nomen expressit:& dicetur errasse in artificio: sed si verè nesciunt nomina,debetur pistor:& dicetur errasse
7 in nomine proprio. ¶Nonò,†vtrum conditio tacita faciat contractum conditionalem? Et dico quòd non.facit l.conditiones.ff.de cond.& de.de quo dicit infrà Matrimonium.iij.
8 §.ij.& xj.& Matrimonū iiij.§.v.¶Decimò†quæritur,vtrum condino vitiet aliquando contractum aut vitietur? Et dicor colligitur in tit.de condi.appo.per doct.& per Legistas in tit. de condi.& demon.ff.& aliis locis,quòd aut conditio est contra substantiam cōtractus,aut non.Et dicitur esse cōtra substantiam actus id,cum quo actus stare non potest:& econtra nō dicitur de substantia actus id,sine quo stare potest actus vt communiter not.ant.doct.in cap.fin.de cond.appo.& facit quod not.Bart.in l.j.ff.de libe. & post.& quod not.in l.j.ff.de verb oblig.in princ.Si est contra:sic vitiat contractum,& nō vitiatur:vt in d.cap.fin.de cond.ap.& facit l.cum hi.§.si Praetor.ff.de transac.Quod verum est primò,si apponatur à principio contractus:secus si post contractū,quando iam ille partium voluntate dissolui non potest:vt matr.monium.xxxvj.q. iiij.dixit.& capite ex literis.de diuor. Et simile est de voris & huiusmodi.& facit l.per seruum.§.denique. ff.de vsu & habita. Et secundò verum est,si per ambas partes apponatur:de quo vide infrà Matrimonium i ij. §.v.Si verò non est contra substantiam contractus: sed est aut impossibilis aut turpis: quæ scilicet vt not.in d.cap.fin. quo ad hoc æquiparantur:& vitiatur,& reijcitur,& nō mtrat in contractibus spiritualibus pura matrimonio,& voto,& huiusmodi:vt not.in d.cap.fin. contractibus autem temporalibus regulariter vitiatur:vt not. in glo.in d.cap.fin.per iura ibi allegata.Quod limita in contractibus,qui fiunt inter viuos.In his autem,qui in vltima voluntate fiunt,distingue : quia aut cōditio impossibilis nō adijcitur in personam honorati : vt instituo Titium hæredem & iubeo:vt digito tangat cœlum:alioquin det centum Dino. & tunc vitiat,nec valet legatum de centum factum Dino.Iesus it.de lega.§.fin.not.glos.m l.vnica.C.de his quæ pœ.& obtenet cum hac distinctione:aut adijcitur in personam honorati,id est,eius cui fit legatum,vel instituitur hæres: quia scilicet sub conditione impossibili alicui fit legatum, vel aliqui instituitur hæres:puta si Titius cœlū digito tetigerit,esto heres,vel habeto centum:& tunc fauore vltimæ voluntatis restitur conditio,& valet constitutio & legatum.Inst.de hæred. insti.§. impossibilis.& communiter doctores in d. §.si licet Bar.in l.j.ff.de cond.inst.tenent contra prædictam distinctionem. Si autem conditio nec turpis est,nec impossibilis, nec contra substantiam actus,tunc vitiat:vt not.in cap.de illicite & in sponsalibus & in donationibus,vide infrà Matrimonium iij.per totum.& Religio. iij.§. vij.& Sponsalia.§.v. & Donatio.j.Et de conditione quæ omnino est exitiura, infrà Matrimonium iij.§.j.& secundo.

De Conductore.

CONDVCTOR quis sit,infrà Locatio.in principio.Et quomodo sit excommunicatus, si Bononiæ conducat domum doctoris vel scholaris sine consensu inquilini, infrà Excommunicatio.ix.§.iiij.

De Confessione non sacramentali.

1 *Confessionis multiplex acceptio. Et de qua hic agatur?*
2 *Cōfiteri delictum,num quis ad iudicis interrogationē debeat?*
3 *Cōfitens criminis consortē,an sit aduersus socium testis idoneus?*
4 *Confiteri positionem,in qua lite contestata,actor petit xx.cum decem duntaxat habere debeat:vel cùm alicuius rei partem habere debeat,integram petit,an quis cogatur:an verò possit saltem totam petitionem negare? Et vtrum positio aliquam partem falsam habens,negari in totum ratiōe partis falsa,possit?*
5 *Confiteri positionem in qua absolutè ponitur,quod sub conditione debetur,an quis cogatur?*
6 *Confessio iudicialis,an confitens præiudicet? Et qualiter intelligatur,quòd in iure contra se confessus,pro confesso habeatur? Et ibidem ad idem vulgarium versuum explicatio.*
7 *Confessio extraiudicialis non contra parem,an præiudicet in absentia partis?*
8 *Confessio generalis non sacramentalis facta contra peccatum in missa,prima,vel completorio,& prædicatione,& huiusmodi,ad quid prosit? Et qui se omnia dicit peccata commisisse, an falsum dicat?*

CONFESSIO,†multiplex est.Primò,fidei.Secūdò,delicti in sacramento pœnitentiæ.Tertiò, delicti vel debiti extra sacramentum pœnitentiæ, quæ dicitur confessio non sacramentalis:& de hac nunc est intentio.Et est duplex, scilicet iudicialis & extraiudicialis. Et hæc etiam est duplex. quædam scilicet,quæ est generalis ex intentione facta cōtra peccata:vt quæ fit in missa:& quædam specialis non facta ad illum finem:vt quæ est in communi hominum locutione.

¶†Primò verò quæritur,an sit quis obligatus ad interrogationem iudicis fateri delictum? Et dicit Panormitanus in cap.cum super.de confes.quòd si iudex procedit per inquisitionem ex mero suo officio,sic tenetur quis respondere veritate sub pœna peccati mortalis,si factum est notorium,vel infamia flagrat,vel semiplenè probatum est,secundum Sā. Tho .ij.ij.q. lxix.artic.j.text.est in cap.cum dilecti.de accus.& hoc verum quando agitur ad pœnam spiritualem:de qua infrà Pœna.§. ij.non aliam.Si verò factum non est notorium, nec flagrat, non tenetur respondere.de accusā.qualiter & quando.el primo.etiam si iuraſſet dicere veritatem,secundum Henric.de Gand.in j.quolib.q.xxxiiij.nec est obediendum in hoc prælatoquia est contra charitatem.Et occulta non sunt publicanda,sed Deo soli relinquenda.vj.q.j.si omnia.& cap.oues.&.c. ex merito.Si autem iudex procedit ad instantiam partis:sic non est necessariò respondendū,nisi id,de quo quæritur,sit famosum,id est,præcesserit infamia,& impediat ordinis executionem seu beneficij retentionē:de quo nec venit imponēda pœna temporalis. Mendacium tamen dicere non licet:sed vtendum aliis verbis duplicibus & simulatis:argu.xxij. q.v.§. ex his. Vide etiam suprà Accusatio.§.xiij.& infrà Inquisitio.

¶†Secundò quæritur, vtrum confitens confocium criminis, sit testis idoneus contra socium? Et dico quòd non:vt not. glo.in l.si filium.C.de li.causa.unde interrogari nō debet de consocijs:vt in l.fina.& sui per docto.C.de quæstion. Sed intellige quòd non debet interrogari tanquam testis:secus vt per dictum eius veritas inueniri possit ab alijs.vide infrà Indi

eium.¶†Tertiò, vtrum teneatur quis confiteri positionem, in qua lite contestata actor petit xx. cùm solum habere debeat x.vel debet habere partem alicuius rei, & petit totum: vel certè posit: totam petitionem negare: & similiter quæri potest vtrum positio habens aliquā partē falsam, negari possit tota,ratione partis falsæ? Et dicit Bart.in l.si is qui ducenta.§.vtrum.ff.de re.du.& in l.j.§.si stipulanti.de verb.obliga. & not.Panormi.in c.vnico.de plus peti. quòd aut id,quod in libello seu positione petitur,est falsum ratione qualitatis: & tunc negari potest in totum: quia videtur aliud factum:vt quia ponis me hodie comedisse in ecclesia , possum negare totū,licet alibi comederim:quia verū est,me non comedisse in ecclesia. Aut est falsum in quantitate, seu in parte summæ vel rei:& tunc in iudicio negari non potest in totum: sed cōfitenda est pars debita. Et ratio est secundū eum,quia petens totum,petit quamlibet partem eius. Vnde petrus tenuit talem periurum:vt refert Bald.in d. l.si is qui ducenta.& facit text.cum glos.in l.pupillus.§.fi.ff.de ver.sig.vbi patet quòd debitor negās rem esse suam,negat sibi & alteri scilicet priuato esse communem.& glos.in c.si.xij.q.j.ibi tamen addit glo.quòd res ciuitatis vel vniuersitatis non est cuiuslibet.xij. q.ij.qui mamittitur.& in l.qui solidum.in princi.ff.de le.ij. vbi petens totum,aduersarium cōstituit in mora in parte debita.Et hoc est contra ,procuratores nostri temporis. Ego autem dico quòd debent decē,licitè iurat se non debere xx.nō autem se nihil debere:quia esset negare quamlibet partem. ¶†Quartò,vtrum teneatur quis confiteri positionem, in qua ponitur absolutè,quod conditionatè debetur? Et dico quòd nō:quia est falsa,ratione qualitatis.nam si confiteretur debeo,sed sub conditione:actor accipere posset partem confessionis pro se,scilicet debeo:& reus haberet aliam partē,scilicet sub conditione,secundum cautelam Panor. in c.j.de po.præla.& Bart.in l.Aurelius.§.idem quæsiuit.ff.de lib.leg. vbi dicit quòd si qs fatetur se hominem occidisse,sed ad sui defensionem,non credetur ei quòd propter suam defensionem occiderit:quia præsumptio est contra eum ratione operis perpetrati , cùm sit factum iure damnatum:& quia communiter non contingit quòd aggressus occidat aggressorem.Vbi verò hæc cessant,potest quis accipere pro se confessionis partem,& partem refutare,quando confessio facta est vnico constructu,secundum Archid.in c.j.de confes.libro vj.

¶†Quintò,vtrum confessio iudicialis præiudicet confitenti? Et dicit Panormit.in c.ex parte.de confes.quòd sic,si fit maior xxv.ann.& fiat sponte,& ex certa scientia, & expressa causa,& coram suo iudice,parte præsente,& non sit contra naturam,nec contra ius,& fiat de re litigiosa,& non sit contra libertatem:aliàs non præiudicat. Vide diffusè in d.c.ex parte. quia potius est fori contentiosi, de quo principaliter non intendo.Dicit etiam li.iiij.dicit,quòd confessus in iure cōtra se,habetur pro confesso:& valet confessio , concurrentibus tamen,quæ his versiculis continentur: Maior,sponte,sciens, dominus,pars,lis,sed & in se Confessus certum, compos,pro iudice,iure Damnatur:nisi ius, fator, aut natura repugnet. Dicitur autem maior scilicet xxv.ann.quia minor contra suā confessionem sine authoritate tutoris restituitur.ff.de confes.certum.§.minorem.Dicitur etiam sponte,quia interueniente coactione non obest cōfessio.xv.q.vj.c.j.Et si quis per angustiam tormentorum confiteatur:non obest,nisi in confessione perseuerauerit post tormentorum depositionem.ff. de quæst.l.j.§.diuus. Vbi dicit Bart. confessionem factā per tormenta,in qua fit adhibita tortura:vel aliquo ligato & præcedentibus minis de tortura : vel in carcere fame & frigore multùm affligente:nam tunc formidine tormentorū videtur

Universidad de Deusto
Biblioteca

facta. Ad aliquem autem perseuerare in confessione, oportet per l.ij.C.de cuisto.re.quòd post dictam confessionem reducatur ad locū publicū, id est, coram notario & personis publicis confiteatur: debet tamen iudex arbitrari æquè vt reducat eum postquàm cessauerit tormentorum dolor: quia si reincipere eum ad banchum statim instantibus doloribus: totū hoc videretur tormentorum formidine factum, argu. l. quod ait. §. fin. ff. de adulter. Et secundū Lud. R. o. in suis singularibus, officiales sunt homicidæ: & tenētur de omni damno, qui ad torturam sine indicijs ponunt homines, qui tormentorum metu confitentur perpetrata delicta: ex qua cōfessione deinde suspenduntur: nec valet talis confessio sine indicijs: vt in d. l. j. in princi. ff. de quæst. nec confirmatur per indicia si supueniant: vt vult glo. singularis in l. maritus. ff. eo. de qua gaudet Bal. in l. fin. C. de accusa. Dicitur etiam, scienter: quia si errat, & suum errorem ante sententiam probare potest, nō obest sibi confessio. de confes. cap. fin. Vide etiam de aduocato dicit Azo quòd eius confessio quandocunq; ante sententiam probato errore poterit reuocari. de cenſi. olim. vbi hoc not. Bar. Dicitur etiam, dominus: quia procuratoris confessio non nocet domino absenti. ff. de cōfes. l. certum. §. si quis. nec obstat quo minus intra triduum reuocare possit, etiā nudo verbo: non autem post triduum, nisi dominus veniens probare velit errorem, probabilem antequam negotium finiatur: quia nemini nocet error facti. d. c. fin. Si tamen procurator confiteatur domino præsente, perinde est ac si dominus causæ cōfiteretur, nisi contradicat ea die. Dicitur etiam, pars: quia requiritur aduersarium esse præsentem: aliàs non nocet parte absente. d. l. certum. Dicitur etiam, lis: quia si confessio non fiat de re litigiosa, vel de qua posset esse lis: nō nocet. ff. de inter. act. l. confessionibus. Dicitur etiā, sed & in se id est contra se: quia si pro se cōfiteretur ei, non prodest, vt ei stetur, sed solùm cōtra se. xiij. q. ij. c. j. Dicitur etiā, confessus certum: aliàs super incerta re non daretur sententia. j. q. iij. graue. & si non vult respondere, vel responsionem suam declarare, habeatur pro confesso vel negato: sicut si confessio vel negatio faceret cōtra ipsum: sicut de eo dicitur, qui iuramentū de calumnia præstare non vult. de iura. calum. c. fi. Dicitur etiam, cōpos: quia confessio furiosi ei non nocet. de fur. ab inte. e. fina. & idē dici potest de confessione facta iracundiæ calore: quæ nō nocet, nisi detur perseuerantia. de diuor. ex literis. iuncta glo. Dicitur etiam, p iudice, id est, coram iudice suo: aliàs regulariter non præiudicat. C. eo. l. vna. licet casualiter præiudicet facta exterius. de fide instr. si cautio. & in alio casu, extra de excess. præla. quàm sit. Dicitur etiam, iure, id est, iudice sedente pro tribunali: aliàs perinde esset ac si coram priuato fieret, extra eo. c. ij. & vlt. Dicitur etiam, damnatur, scilicet ac si esset testibus conuictus. & sic intellige nullas esse partes iudicis in confitentem, scilicet examinatorias: secus condemnatorias. d. c. ij. Dicitur etiam, nisi ius: quia iure repugnante non obest: vt si Christianus fateatur se Iudæi mācipium, quod iure prohibetur. extra de Iudæ. c. fi. Dicitur etiam, fauor, scilicet matrimonij: contra quod nō valet confessio. de eo qui cognō. cōsang. vxo. super eo. Sed si esset pro matrimonio, staretur cōfessioni, nisi alij præiudicaretur. Dicitur etiam, aut natura repugnet: qa si sectus vel naturaliter frigidus fateat se adulterū cōmisisse, vel impubes: nō nocet. de frig. & male. quod sedē. Confessio autem extra iudicium regulariter non præiudicat cōfitenti. ¶ † Sextò quæritur, vtrum confessio extraiudicialis non contra partē præiudicet in absentia partis? Et dicit Pan. in c. fi cautio. de fide instru. quòd quando promissio fit presenti sic: promitto tibi præsenti quòd dabo absenti centū: tūc obligatur naturaliter & de iure ciuili. Secus si diceret: promitto tali absenti centū: quia tūc nō obligatur etiā naturaliter: quia nō est cui acquiratur obligatio. & no. gl. & doc. in l. stipulatio. §. si quis insulā. ff. de ver. oblig. & in l. j. ff. de pact. & in c. si tibi absenti. de præb. lib. vj. Fallit hoc qñ quis dicit tutori pupilli, curatori furiosi, actori vniuersitatis, qp̄ promittit pupillo, furioso, vel vniuersitati: qa obligat̄ ei cū q. §. iiij. cū tribus sequē. ff. de cōstit. pecu. ¶ † Septimò quærit̄, ad qd valeat cōfessio grauis, nō sacramentalis facta cōtra pētm in Missa & Prima vel Cōpletorio & Prædicatione, & hmōi? Et dico secūdū S. Tho. qp̄ valet ad remissionē venialiū in toto vel in pte: & hoc ex cōtritione cōfitentis, & humilitate cōfessionis, & oratione sacerdotis: imò & cuiuslibet dicētis, Miserea tur: nō antē clausi potestate: & secūm Pe. ad remissionē pœnę debitę p̄ mortalibus, remissa prius culpa: nūquā tñ p hāc remittit̄ culpa mortalis, etiā oblita, sine cōtritione, secūdū Arch. qa scilicet ibi vnus clauiū nō facit de attrito cōtritū: imò necvenialis, eadē ratione. Qui aūt in hac dicit se oīa peccata cōmisisse, falsū nō dicit: qa secūdū Ray. loquit̄ in plona omniū fidelium. vel secūdū Aug. in vno peccato possent multa notari: vel intelligitur nō de singulis generū, sed de generibus singulorū, secūdū Arch.

De Confessione sacramentali primò in se quid & qualis sit.

1 *Confessionis sacramentalis multiplex definitio. Et ibidem quotuplex sit Actus, quid conferat post specialem confessionem sacramentalem generalis confessio, quæ solet fieri.*

2 *Cōfessio legitima, qualis esse debeat, & quot conditiōes ei insse debeant. Et de his versus vulgarij pulchra ac docta ex positione. Et sub hac, an huiusmodi conditiones sint omnes de necessitate.*

3 *Confiteri peccata mortalia, num communiter opportunitas habita, sit necessarium? Et quibus casibus. Item, num quis teneatur sub peccato mortali, laborare, ne de peccatis præsertim mortalibus, obliuiscatur? Et vbi quòd satis est, quod velit & proponat, cum tempus ad id necessarium continget, confiteri.*

4 *Confiteri peccata semel confessa, num quis teneatur? Et prælatus præcipiens, vt confessionem iteret, an quis teneatur? Et num ad id legē Papa cōdere possit? Et ibidem multiplex limitatio.*

6 *Pueri ac puellæ tandem aliquando mortale esse cognoscentes, quod alias scienter confiteri, quòd eius grauitatem non intelligerent, omissa: an confessionem iterare teneantur? Et sub hac, peccati confessio quod importet?*

7 *Confessor secundus, num absoluere possit à casu reseruato à primo, qd ei ex oblitione in cōfessione nū est delectus? Et ibidem cōsilium p hoc, quo à Papa, vel legato, & hmōi absoluantur. Item de religiosis absolutionem in visitationibus à suis prælatis, vel à primis accipientibus. Et pro eisdem quo ad reservatos casus.*

8 *Confessionem historiæ narrato cum peccatis, si eo ipso efficiatur, vt peccata declarentur & detegantur, nullam nā reddit. Et quid si quis ex superbia proprium confessorem erubescentia ductus audire nolit? Et ibidem Sum. Ang. refellitur.*

9 *Confiteri alio proposito, quam ad venia consequendam, an mortale peccatum sit. Et quid si quis de peccatis à se non admissis, confiteatur. Ac proinde in confessione mentiatur? Et sub hac, num sacerdos infidelis confitendum sit remittere.*

10 *Confiteri circumstantias peccatorum omnes, an necessarium sit. Et tacendo circumstantiam quandoque quis se mortalis peccatis periculo duplicitèr exponit.*

11 *Confiteri circumstantiam sacri temporis, aut loci, an sit necessē. Et quid de circumstantia ad vtrumque tenemur, scilicet quarties? Et quod importet huiusmodi circumstantia?*

12 *Confiteri peccata in numero expresse determinato, num quis teneatur?*

Secrd

13 *Sacerdotem discretum ac idoneum quærens, quid ab eo differat, qui non idoneum quærit? Et ibidem, quòd Iudas, qui non Apostolos, sed Pharisæos adiuit, in desperationem adductus est.*

14 *Confiteri peccata venialia ex vi sacramenti, nam quis teneatur? Et ad finem numeri, veniales ex venialium confessione. Et de contritione, & pœnitentia, remissiue. Et de libertate, aut coactione confessionis, remissiue. nu. seq.*

16 *Confiteri ad deuitandam verecundiam, per scripturam, vel interpositam personam, num quis possit? Et ad finem, quod confessio etiam sine verecundia facta teneat.*

17 *Confiteri peccatrix sacerdoti, cum quo peccauit, quamuis non debeat, si tamen confiteatur, & absoluatur, tenet absolutio.*

18 *Confessio nō habetur, si quis alterius peccata, eo præsente, apud sacerdotem dicat. Et quid si tandē peccator ad sacerdotis quæstum, de peccatis per se respondeat? Et quid erga huiusmodi cōfitentem efficere sacerdos debeat, cōsilium longè saluberrimum.*

19 *Confessionem diuidere, an liceat? Et quando id liceat?*

20 *Peccator si casus reseruatos habeat, quid agendum sit?*

21 *Absolutus à reseruatis in mortis articulo, si deinceps euadat, superiorem adire num teneatur?*

22 *Confessio secreta, siue confessorem, siue pœnitentem spectes, siue alium tertium, qualiter esse debeat?*

23 *Sacerdotes plures pueros dolo capacis simul audientes, an mortaliter peccent? Et quid si plures vnum audiant?*

24 *Confessio lachrymabilis, an esse necessariò debeat? Et quæ lachryma in ea maximè spectanda sint?*

25 *Cauere velle à peccato, & credere quod cauebit, diuersa esse. Et qui nullam habet displicentiam eius virtualem, vel cauendi voluntatē, quinimo actu nō cauet si cōfessus petat absolui, mortaliter peccat. Et quid si hoc sacramētū suscipiet, vt tādē doleret?*

26 *Confessio facta à ficto sine contritione & charitate, an efficax sit, & valeat? Et quæ nomine contritionis accipiant Doctores hoc loco? Et quotuplex quo ad propositum sit fictio? Et num precedente fictione, valeat præcedens confessio?*

27 *Peccatore fictionem suam exprimente, dicendo scilicet, se non propouere abīmere, num illum absoluere debeat sacerdos?*

28 *Peccata aliena in confessione, aut alienam personam nominare temere non licet. Et num aliquando personam alienam nominans, mereri possit?*

29 *Pœnitens non omnem pœnitentiā quā velit sacerdos iniungere, acceptare tenetur? Et quid si acceperit, quamlibet dura ac grauis sit? Et si non expleuerit an teneatur confessionē iterare.*

30 *Confiteri si hic à Deo vel in purgatorio nolit puniri, an satisfactionē quā sacerdos iniūgit, recusare possit, & aliā expetere?*

31 *Confessor secundus, num pœnitentiam à primo iniunctam commutare possit?*

32 *Pœnitens, si id sacerdos iniungat, num ad religionis ingressum tenetur? Et an religionis ingressum alicui iniungi possit?*

CONFESSIO sacramentalis dicitur, secundū Direct. & Ray. quasi simul: vel ex toto, vel vndiq; fassio, id est, locutio. & is confitetur qui totum fatetur: quia sicut sententia, sic confessio: quæ sententiā generat, debet esse certa, dicente l. certū. ff. de cōfe. q. certum cōfessus pro iudicato erit: & sicut dicit S. Tho. iij. dist. xvij. cōuenientissimè diffinitur sic ab Augu. Confessio est, per quā morbus latens spe veniæ aperitur. & sic tāgitur materia, id est, peccatum, & actus, id est, aperire. & finis eius, id est, venia. Sed ista diffinitio cōpetit etiā confessioni sacramentali imperfectę, id est, quæ habet defectum: puta, quia non est integra, vel huiusmodi. Cui concordat Petr. in iiij. d. eens quòd cùm tripliciter fiat confessio peccati, scilicet in foro animę interius coram Deo: in foro pœnitentiæ extrinsecus coram Dei vicario: in foro contentioso coram iudice: in prima peccatum non aperitur, quia Deo apertum erat: in tertia aperitur quidem, sed non spe veniæ scilicet regulariter: sed in secunda aperitur spe veniæ: & consequenter si aperitur alio fine, scilicet ad consultandum, aut ad leuitatem, aut ad lasciuiam, vel huiusmodi: non est cōfessio, nec illud peccatum est dictum in confessione mea, secundum Ray. sacerdos tenetur illud tenere secretum, scilicet eo modo quo si dictum esset in confessione, vt dicetur infrà. Vel sub alijs verbis à Rayn. sic diffinitur confessio perfecta: Confessio est legitima coram sacerdote peccati declaratio. id est *confessio*. confessio sacramentalis est declaratio peccati: vt excludatur confessio facta Deo. coram sacerdote: vt excludatur confessio iudicialis. Legitima, id est, secūdū præcepta legis facta: vt excludatur confessio sacramentalis, quæ non est integra, vel habet alium defectum. Confessio autem sacramētalis est duplex, scilicet specialis, qua quis specificè peccata confitetur: de qua principaliter hic intenditur: & generalis, qua scilicet quis post specialem omnium occurrentium memoriæ, dicit suam culpam de omnibus alijs commissis: cogitatione, locutione, &c. & valet ad remissionem mortalium oblitorum, secundum docto. etiam si quis non esset contritus, sed attritus solùm: quia secundum Archie. imò Sanctū Thomam. & alios Theologos, in confessione fit quis de attrito contritus virtute clauium: & multò magis valet ad remissionē venialium ex quatuor, secundum Sanctū Thomā, scilicet ex cōtritione confitentis, humilitate confessionis, oratione sacerdotis, vt est publica persona, & clauium potestate. Sed intellige, dum modo quis sit de eis saltem virtualiter contritus vel attritus: alioquin stante voluntate ad illa, in hac vita remitti non possunt: quia esset causa sine effectu, id est voluntas peccandi sine peccato. Nec tamen ex oblitione peccatorum, quæ quis fecit confitetur, & de quibus conteritur solùm in genere, reportat homo commodum, secūdum Sanctū Thomam: quia nec tantum sibi de pœna remittitur nec tātum meretur, sicut si particulariter fuisset confessus. ¶ Primò † verò quæritur, quales sit confessio legitima: vel quæ sunt conditiones confessionis legitimè vel requisitæ ad esse legitimam? Et dico secundum Sanctum Thomā vbi suprà, quòd debent esse sexdecim, bonis verbis contentæ: Sit simplex, humilis confessio, pura, fidelis, Atque frequens, nuda, discreta, libens, verecunda, Integra, secreta, lacrymabilis, accelerata, Fortis, & accusans, & sit parere parata. Quorum expositio secundum ipsum & alios Theologos hęc est. simplex, scilicet cōtinens solùm peccati grauitatem sine mistura historiarū. Humilis, scilicet interius vt quis se miserum ac infirmum cognoscat, & fateatur etiā ex congruitate exterius: vt flexis genibus, capite discooperto, aut velato, veste lugubri, & huiusmodi. Pura, id est, recta intentione facta. Fidelis, id est, verax sine falsitate: vel fidelis secundum alios, id est, in fide catholica & confidentia veniæ. Sed prima expositio est melior: quia fides & spes non pertinent ad eius conditionē vel qualitatem, sed ad substantiam. Atque frequens, id est, crebra: & hoc est ad bene esse: & secundum Rayner. dupliciter potest intelligi, scilicet siue quo ad peccata nunquam confessa, vt crebrò cadens, crebrò resurgat per confessionem: siue quantum ad confessa, vt denuò ac sæpe dicantur. Nuda, id est, verborum obscuritate mi nimè velata: sed ita clara, vt confessor pateter intelligat peccati speciem & grauitatem: quāuis hic diseretione opus sit: vt in peccatis lasciuiæ verba sint rara & pudica & sobria & honesta, quantū est possibile: ita tamen quòd factū clarè intelligatur: nec sacerdos tangatur motu sensualitatis, secundum S. Thom. & Gul. Discreta, vt maiora maiori pondere dicantur:

1 Cōditiones bonæ Confessionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel discreta secũdum Sum.Cõfe.ad sciendũ quærere idoneũ & discretũ sacerdotẽ.Libẽ,id est,sine coactione non solũm absoluta,sed etiã cõditionata:ne scilicet cõfiteatur quis coactus humana verecũdia aut timore repulsiõis ab ecclesia vel sacramentis.Verecũdia,ne scilicet quis in recitãdo peccata se de illis iactet propter aliquam seculi vanitate:sed erubescat de offensa Dei intus,& etiam de sacerdote extra:quia hoc est satisfactoriũ pœnæ.de pœn.dis.vj.c.j.Integra,vt scilicet nihil subtrahat qs de manifestãdis.quod de mortalibus intellige: quia quo ad venialia,secundũ Petrũ,dimidiari potest,nisi dubitẽtur esse mortalia Secreta scilicet quãtum ad cõditionẽ foris in quo de secretis cõscientiæ agitur,quæ debẽt esse secreta ex parte cõfessoris,ne detegat peccatorẽ: & cõfitentis, ne detegat verẽda patris sui,velut Chanaan,Genes.x.nisi vbi expediret.Lacrymabilis,scilicet saltẽ interius quo ad dolorẽ de peccato.Accelerata,ne scilicet dictum differat:sed statim post lapsum peccati,& festinẽ perficiatur.Fortis,id est cõtrã ne quid propter timorẽ satisfactionis aut peccatorũ verecundiam omittatur.Et accusans peccatorẽ,& non alium.Et sic parere,scilicet sacerdoti,parata.Hæ conditiones nõ sunt oẽs de necessitate,vt patebit per sequẽtes quæstiones,quibus declarantur:sed duæ sunt de bene esse,scilicet quòd sit frequẽs, & quòd festinatio:quæ sic differũt:quia ex duobus æquè crebro cõfitentibus,vnus accedit statim post peccatũ alacer & p̃ōptus:alter tardè,tristis,& piger .vnde malè Supple.in quadriga,has sexdecim cõditiones reducit ad xj.quia omnes sunt districtę,vt patet ex dictis.¶ Secundò † queritur quantũ ad festinationem,vtrum necessariũ sit cõfiteri peccata mortalia statim habita opportunitate: Et dico quòd secundum S.Tho.in iiij.dist.xvij.ad confessionẽ in proposito tenetur quis quãdo & ad contritionem tenetur,scilicet quãdo peccata memoriæ occurrunt,quod limita secundum Pet.de Pal.in iiij.si occurrant practicè,id est,sicut materia delectationis aut detestationis.Et hæc est etiam mens S.Bonauen.& Alex.de Ales:vt patebit infrà Contritio.§.ij.Ad confessionem autem actualiter faciendam post mortale,Inno.in c.omnis de pœni.& remiss.tenet indistinctè quòd homo teneatur statim,siue peccatũ sit publicũ,siue occultũ.Et idem videtur sentire Archi. in c.ille rex.de pœnit.di.iij.glo.autem de pœ.dist.v. in Sum,videtur limitare quãdo peccatũ est notorũ.S.Bon.autẽ in iiij. dist.xvj.idem sentit de religiosis,quòd tenentur statim: quia totum tẽpus est eis pœnitentiæ:& de clericis hoc dubitat:de laicis verò asserit qp teneãtur ad statim,quãdo adest talis cõmoditas quæ rationabiliter nõ expectatur maior quo ad tẽpus & sacerdotẽ:quod quidem quia hoc videtur eis in quadragesima rationabiliter possunt id tẽpus expectare.Et Supplementum conatur ex verbis eius ostendere qp etiam ipsi laici teneantur ad statim,cùm eis occurrerit opportunitas:& hoc ipse tenet in alio loco.Sed nullus istorũ ꝓbat efficaciter dictum suũ, & cõis doctrina est in cõtrariũ.vnde firmiter tenẽda est opinio S.Tho.quòd nullus tenetur statim, nisi in casibus qui dicentur:quia cùm præceptum de cõfitendo sit affirmatiuũ,nõ obligat nisi pro loco & tempore:quod dupliciter contingit.Primò scilicet per accidens,quando aliquid immineat faciendum,quod sine peccato facere non potest, nisi confessis.sicut si debet quis cõmunicare:inde venit obligatio cõfitendi semel in anno,quia semel cõmunicãdum ecclesia statuit.Secũdò per se:& sic nõ tenetur homo ad statim,sicut nec ad baptismum,quod est maioris necessitatis:quia eadẽ ratio est de vtroque differendo,cùm vterque sit sacramentũ necessitatis:si tamen periculum mortis immineat, per se tenetur homo ad confessionẽ,sicut & ad baptismũ:quia ea quæ sunt de necessitate salutis homo in hac vita tenetur implere.Et hęc opinio est probabilior,quanuis periculosum sit differre. Et quod dicitur de religiosis,nihil est:quia ad alia non tenentur quàm alij homines,nisi ad quæ ex voto se obligarunt. hęc ex S.Tho.intercisim:cuius opinionẽ sequitur Pet.de Pal.Rich. Durã.Ioan.de Neapo.in quolibet.Archi.& communis schola Theologorũ & Canonistarũ.Vnde fileat hic Sũma Angelica & Supplementũ sectantes opinionem S.Bona.quam tamen Sum.Ros.nõ sequitur.Et licet sit tutius statim confiteri quàm differre nõ tamẽ est tutius tenere,quod sic obligatur: quia viri timorati haberent maximas occasiones peccandi: aliquando in mẽsa,vel in platea recordari possent pe peccato,& habere confessoris copiam. ¶ Quatuor tamen sunt casus,in quibus homo tenetur ad statim cõfiteri,secundũ Pet. de Pal.& communiter docto. ¶ Primus, si habet commune care,& adest copia cõfessoris.quod limitat Rich.nisi de propinquo expectaret alium,cui deuotius & securius cõfiteatur. quod tamen credo S.Tho.nõ approbaret nisi confessor presens esset talis,quòd censeretur confessoris copiam nõ habere infrà Eucharistia.ij.§.& item Eucharistia.iij.§.xiij.Et similiter tenetur statim,si habet recipere ordinem sacrũ,secundũ S.Tho.j.quol.q.vj.ar.ij.Et hoc quidam & Petrus de Palude eadem ratione ad susceptionem cuiuslibet sacramenti. vide j.Matrimonium.j.§.j.in fi.Sed nõ est eadem ratio: quia suscipiens ordinem sacrũ,ex more ecclesiastico cõmunicat: non autem cõtrahens matrimonium.Preterea oppositũ huius sentit S.Tho.quia,secundũ eũ, ordines minores sunt ecclesiæ sacramentũ:& tamẽ eos videtur excludere ab ista obligatiõe,cùm dicit, si habet suscipere ordinẽ sacrum:& nõ dicit ordinẽ simpliciter. Vnde in alijs si sufficit cõtritio & humana purificatio,quæ est per cõfessionem,requiritur solũm in summo sacramento Eucharistiæ,in quo nõ solũm gratiæ fons & auctor gratiæ suscipit Christus.Imò etiã hoc scilicet hominẽ teneri ad statim cõfitendum:Sum.Ang.dicit,secundum aliquos,extẽdi ad eum,qui sacramẽta alijs administrat vel actũ solennẽ exercet in ecclesia:vt legere Euangelũ. Et allegat Landul.& S.Tho.in d.quolibet.vbi qequidit:sit dubpho,ipse S.Tho.hoc non dicit,imò Arch.dicit se nullũ legisse doctorem,qui hoc clarè dicat:vnde in talibus contra sufficit.¶ Secũdus est,quando quis est in periculo mortis,scilicet notabili vel,pbabili:quod secũdũ Pe.de Pa.tũc est quando quis est in tali casu,in quo frequẽter homines moriuntur: vt in naufragio,bello,acuta febre,vel graui infirmitate:propter qd præcipitur medicis,vt vocati ad infirmos efficaciter faciãt vt prius aduocentur medici spirituales.de quo j.Monetis.§.iij.¶ Tertius est quãdo cõscientia dictat statim esse cõfitẽdũ necessariò:quia vt dicit xviij.q.j.§.ex his. omne quod est cõtra cõscientiã,scilicet præcepti secundũ gl.ædificat ad gehennã.¶ Quartus,quãdo ꝓbabiliter videt qp illo anno ꝓpiã idonei cõfessoris habere nõ poterit.¶ Quintũ addunt ali qui quãdo peccator post cõfessionẽ & cõionẽ in Pascha recolit se oblitũ cõfiteri aliquod mortale:quia tenetur statim cõfiteri:nec põt expectare futurã quadragesimã, qa exponeret se periculo obliuiscẽdi denuò.Sed hoc nihil est,quia obliuisci peccatũ mortale non est peccatũ mortale:vnde iste non se exponit periculo peccati mortalis:nec tenet laborare ne obliuiscatur:alio quin teneretur semper deferre instrumenta scribẽdi peccata,quod est stolidũ.sed sufficit quòd velit recordari,& proponat cõfiteri quãdo alia vice tenebitur.¶ † Pretiò quæritur quãtum ad frequentiam,vtrum aliquo casu teneatur quis denuò cõfiteri peccata confessa.& reiterare confessionem? Et dico quòd licet sit expediens eadẽ rite confessa frequenter cõfiteri.de pœnitentia distinctione prima.capitulo quem pœnitet.quia hoc cõfert remissionẽ pœnæ ratiõe verecundiæ,& actus de se boni, & ad augumentum gratiæ ratione virtutis eluium:tamen hoc non est necessariũ secũdũ omnes doctores:nec tenetur qs obedire prælato præcipiẽti vt reconfiteatur:imò secũdum Pet.de Pal.papa legẽ cõdere non posset,quæ hoc præciperet.Fallit tñ hoc dictum in multis casibus,in quibus tenetur quis reiterare confessionẽ.¶ Primò,secũdũ S.Tho.Pet.Ray.Host.& omnes si aduertẽter tacet mortale:vel qđ credit aut dubitat, ꝓbabiliter esse mortale:aut circũstantiã necessariã ex verecundia:vel alia iniusta causa:quia mortaliter peccat ꝓpter fictionẽ & irreuerentiã sacramenti:& reiterare tenetur.Et similiter,secundum dictũ Dur.tenetur si omisit ex ignorantia crassa,vel quæ ex ꝓpria notabili culpa processit,& cõsentit gl.Ray.sub tit.de pœ. & re.vt quia noluit de suis peccatis cogitare.Et idẽ est si omisit ex crassa obliuione,secundũ Ric.in iij.di.xvij. Si tñ cõfitetur eidem memori peccatorũ,secũdũ S.Bona.vel saltẽ pœnitẽtiæ impositæ secũdũ Pet.de Pal.& Dur.ordinis mi.sufficit prius cõfessa recõfiteri in generali solũ dicẽdo:dico meã culpã de his quæ prius vobis anuntiaui si nulla fuisset absolutio de facto,quæ differri potest per multos dies, etiã si cõfessor esset oblitus,dummodo prius taxasset pœnitẽtiã. quod si nõ fecisset,oporteret ad memoriã reducere:vt fieret iusta moderatio. Et idẽ,secũdũ eundẽ Pet.est in casibus sequentibus. Si autẽ aliquid horũ omittit ex iusta causa,puta quia dubitat probabiliter cõfessorem solicitare ad malum quod omittit, vel reuelandũ confessionẽ,vel cogniturũ aliqã peccatũ quod confitens audiuit in cõfessione,videtur excusari. Similiter q omittit ex oblitiõe vel ignorãtia probabili facta debita diligẽtia,quã cõmuni lege pmittit humana fragilitas, secũdũ Richar.quæ est debita secundũ Sco.quãdo quis tantam adhibuit ad memorandum,quantã quis apponeret in re ardua,& quæ sibi multũm esset cordi.Similiter qui ex nescientia,puta quia non credit esse peccatũ,excusatur: quia licet aliquando non excuset hoc quin talis peccet,dum talia agit contra legẽ Dei aut naturæ:excusat tamen ne peccet nõ pœnitendo vel non confitendo specialiter:sed solũm in genere confitendo ignorata,id est,non cognita & oblita. Vnde † pueri & puellæ nouiter cognoscentes esse mortale quod aliàs sciẽter omiserunt confiteri ex nescientia grauitatis eius,non tenentur iterare cõfessionem:quod Sum.Ang.verum credit,etiam si tali peccato erat annexa excõmunicatio. Sed hoc est magnus error eius:vt patebit infrà Cõfessor iij.§.viij.¶ Secundò secundum San.Thom.Pet.Rich.quando ex contemptu vel negligentia non impleuit pœnitentiã pro mortalibus iniunctam, ad quam ex precepto tenetur,nec implere potest qa est eius oblitus:si tamẽ eam perficere potest tanquam memor reiterare confessionem minimè tenetur,præsertim quãdo tempus præfixum non fuit quod transgredi non posset, quãuis ei esset declaratũ quo tẽpore eam perficere deberet: imò etiã si esset præfixum,licet illud transgrediẽdo sine iusta causa peccaret mortaliter.Similiter non tenetur iterare cõfessionem, si talis pœnitentia erat iuncta pro venialibus, ad quam nõ tenetur de necessitate,secundum S.Tho.nec similiter si eam omisit ex impossibilitate, id est, maxima difficultate : puta infirmitate,vel huiusmodi: nec similiter si eã nõ acceptauit, secundũ Sco.de quo infrà §.xxiiij.nec similiter si eã alius cõfessor mutauit,secundũ Pet.de Pal.etiã nõ cognito peccato pro quo erat imposita,sed de hoc infrà,§.xxvj.¶ Tertiò secũdum S.Tho.Pet.& Hostien.ex parte confessoris,quando est notabiliter ignorans,nesciens discernere inter mortale & veniale de omnibus peccatis:& præsertim si pœnitens casus habet intricatos.Hoc tamen Dur.ordi.mi.limitat.nisi ipse pœnitens esset peritus,& instrueret confessorem.limitat etiam

Archid.quando confessorem alium non haberet,maximè in articulo mortis:qa tunc eidẽ cõfiteri deberet.hæc ille.Ex quibus tñ non habetur quin habita opportunitate reiterare teneatur.Et similiter eadẽ tenetur recõfiteri,qui scienter cofessus est mortale sacerdoti nõ intelligẽti: vel quia cõfessio nõ fuit nuda ꝓpter obscuritatem verborũ:vel quia dormiebat, &huiusmodi.Quia cõfessio peccati importat apertionẽ morbi,id est,reuelationem peccati,quæ nõ potest esse nisi vno referente & alio percipiente.Et ide Io.de Cathabrig.& Archi. ¶ Quartò,etiã ex parte cõfessoris, quando absoluere nõ potuit,secundum S.Tho.Pet.Ray.& Host.Quod dupliciter cõtingere põt,secundũ Pet.de Pal.& Dur.ordi.mi.scilicet quia potest absoluere ab vno & nõ ab alio,puta reseruato:aut qa absoluere non potest ab aliquo. Et primo casu cũ pœnitenti constiterit,reconfiteri tenetur solũm reseruata,secundũ Pe. de Pal.Secundò verò casu tenetur recõfiteri omnia,etiam si ignorãter est tali cõfessus,secundũ Inn.quãus secũdũ S.Th. in quolib.ignorãtia factã in his excusat,quãdiu homo se credit absolutũ.Pe.tñ de Pal.dicit hoc verũ,quòd tenetur recõfiteri si ignorauit sacerdotẽ absoluere nõ posse:ignorãtia iuris:puta,quia sciuit illum percussisse clericũ:seu credit posse absoluere.Secus,inquit,si ignorantia fuit facti: & impedimẽtũ erat etiã alijs occultũ.Sed tene dictũ Inn. ¶ Quintò,scilm Pet.de Pal.vbi ex parte pœnitentis erat impedimentũ scitum vel oblitũ vel ignoratũ etiã probabiliter: vt quia erat excõmunicatus etiã minori,qua ligatus absolui nõ põt à peccatis nõ obstante ꝓbabili ignorãtia,quæ excusat à peccato & pœna irregularitatis:sed nõ facit nõ esse excommunicatũ. Vñ si tũc eligeretur ad bñficiũ, ignorãtia nõ faceret eius aliquod acquiri:vt in c.apostolicæ.de cle.excom.mini.in gl.& multo minus est capax sacramentorũ,à quibus directè excluditur: vnde est absolutio nulla:contra Sum.Ang.& Supple.de quo infrà Confessor,primo.¶ Sextò,in recidiuante, qui secũdum Inn.in c.omnis.de pœ.& remi. tenetur cõfessionẽ iterare ratione ingratitudinis.sed glo.Ray.in tit.de pœ. & remiss.dicit eo casu sufficere cõfessionẽ generalem de peccatis:quia peccatorũ remissorũ ingratitudo exprimatur sub proprio nomine vel circũlocutiue.& cõsentit Sum.Confessorũ.Sed hoc limita quando ingratitudo est circumstantia talis, quam teneamur cõfiteri,id est, trahes ad particularem speciem peccati: quod tunc est,secundũ S.Tho.iij.q.xviij.art.iiij. cùm quis aliquod peccatũ cõmittit in contẽptum Dei & suscepti bñficij: non autem qñ est circumstantia generalis consequens omne peccatũ. Tenet etiã recidiuans iterare confessionẽ de peccatis ratione imponendæ satisfactionis pro præsentibus peccatis:de quo Sã.Tho.in iiij.dist.xxij.dicit quòd directè reconfiteri non tenetur in specie vel in genere,sed indirectè,vt sciatur quæ satisfactio congruè posset iniungi:vt si ex aliqua occasione frequẽter lapsum carnis passus est,illa per satisfactionẽ præcidatur.& sic de alijs peccatis.Et ad hoc videtur sufficere confessio generalis dimissorum quandoq; tamen ad specialia descendere oportet,vt pœnitenti videbit opportunũ. hæc ex illo. ¶ † Quartò,pro intellectu prioris §. quæritur an secundus confessor absoluere possit à casu reseruato ipsi primo,quod ex obliuione non est quis confessus primo? Et dico secundũ Pet.de Pal.in iiij. quòd si primus cõfessor habebat authoritatem absoluendi ab omni excõmunicatione& casu, & sic intendebat absoluere,secundus confessor absoluere potest ab excõmunicatiõe & casibus reseruatis illi primo quæ penitus est oblitus:quia nõ potest esse amplius casus reseruatus nec excõmunicatio,sed solũm peccatũ simplex. Vñ hac ratione Mo.& Rodo.consulunt quòd bene facit is,qui absoluitur à Papa vel legato,& huiusmodi, si faciat se absolui ab

Universidad de Deusto
Biblioteca

excommunicationibus & peccatis oblitis, & dispẽsari secum super irregularitatibus:quia si deinde recordetur,nõ tenetur tales adire,licet cõfiteri teneatur. Et hæc nota:quia faciũt primò pro eligendis sibi confessorem authoritate apostolica, vt se faciant absolui quantũ extenditur eorũ authoritas:aliàs oporteret recurrere ad eũ qui posset absoluere de iure. facit Conficij.de senten.excom.à contrario.&.c.super his.de referi. est clarũ super hoc. Faciũt secundò pro religiosis, qui in visitationibus & capitulis à suis prælatis absoluuntur à censuris: quia cũ prædicta venerint ad memoriã vel notitiã,iam cõfiteri nõ tenẽtur:nisi quo ad peccata,si qua interfuere:quæ tamen iam nõ sunt reseruata. Faciunt tertiò ,p eisdem quo ad casus reseruatos:quia si super his dant semel licentiã cõfitendi alteri iam nũquam sunt eis reseruati, nisi alia cõmittãtur: quia si cedit authoritas eorũ alteri per absolutionẽ etiã quãtum ad obligara,à fortiori per licentiã maximè quantum ad
8 scita in generali saltem. ¶ †Quintò quæritur,quãtum ad cõfessionis simplicitatem,vtrũ annulletur cõfessio si in ea cum peccatis narrentur historiæ prolixæ? Et dico quòd nõ,si dicãtur hac intẽtione vt peccatũ declaretur. quod indoctis adest facile,difficulter abest:quia hoc est peccata cõfiteri:cũ opus à fine speciem sortiatur.tamẽ prudens confessor debet iuxta posse huiusmodi superflua resecare:& si qua indigent cõsolatione vel cõsilio,consuluit Guli.vt post factã absolutionẽ reseruentur:quod tamen generaliter nõ est bonũ:quia alij magis congruit cõsolatio in ipso conquestu quàm post:maximè quia etiã talia ex parte confessoris ordinantur ad perfectam curationẽ peccatorũ:vt scilicet pœnitẽs lætus in domino recedat. ¶ Sextò, quantũ ad humilitatẽ quæritur vtrũ annullet confessionẽ:quia ex superbia nõ vult adire ꝓpriũ confessorẽ erubescẽtia ductus? Et dico ꝙ nõ,si totaliter & integrè confiteatur:licet dicat Host. hoc non esse vtile,sicut nec infirmo medicos mutare:tenetur tamẽ ratione recidiui recõficeri eo modo quo ℣.§.tertio dictum est. Esset tamẽ hoc mortale,vbi quis esset dispositus & paratus nõ dicere proprio cõfessori,si alium non haberet:sicut plerũq; faciunt imperfectæ mulierculæ,quæ volunt habere ad cõplacentiã vnũ cõfessorẽ cõpaguonũ,cui dicũt omnẽ veritatẽ de lasciuijs? & ad reputationem vnũ timoratũ & bonæ famæ,cui post cõfessionẽ cũ primo dicunt leuia tantũ:imò talis hypocrisis posset esse morta-
Carpi. le. Hic tamẽ errorem magnũ asserit Sum.Ang. Cõfessio j.§.
Sum. vij.scilicet quòd habens peccata reseruata confessori solito,à
Ang. quibus ille absoluere nõ potuit nõ peccat mortaliter, si ne scãdalizet eum confiteatur solita tantũ,tacens de reseruatis,inter dens integrè confiteri ei qui possit absoluere:quia,secũdũ doctrinam omniũ sanctorũ,petens absolui nõ præcedente integra confessione dimidiat confessionẽ:vnde & ipse ibi §.xxvj. expressè contradicit S.Tho. qui dicit in quodam quolibeto. ꝙ iste tenetur totum cõfiteri inferiori,qui ꝓ reseruatis mittit illum ad superiorẽ. ¶ †Septimò,quantũ ad puritatẽ quæri
9 tur vtrũ sit mortale cõfiteri alio fine quàm ordinatũ sit,id est, ad veniam consequendã? Et dico ꝙ qui principaliter confitetur propter inanem gloriam, vel ne noterur in populo, aut alium malum finẽ: peccat mortaliter peccendo absolutionẽ, propter iniuriam quam facit sacramẽto,peruertendo finem eius:& illud annullando,non eũ valet talis confessio:nec est sacramẽtalis:quia de essentia eius est quòd fiat spe veniæ:si tamen absolutionem non petit,& non confiteatur in spe veniæ: sed se præsentat sacerdoti,ne sit inobediens ecclesiæ, peccat quidem mortaliter,non quia confitetur:sed quia nõ vult pœnitere & absolui. ¶ Octauò quantum ad fidelitatẽ quæritur vtrũ sit peccatũ in confessione mentiri accusando se de peccatis non commissis? Et dico quòd mendaciũ in confessione est mortale. Primò circa ea quæ sunt de necessitate confessionis,cuius sunt mortalia peccata,& mortales circunstantiæ non rite confessę habita copia idonei cõfessoris:quia hoc est inualidare sacramentũ,& confessionis integritatem abolere. Circa alia verò non necessaria,circa quæ confessionem quis dimidiare potest tacendo veritatem:vt sunt venialia & circũstantiæ eorũ trahentes in aliam speciem peccati,& omnia rite cõfessa,vel respectu quorũ nõ habetur confessor idoneus, iuxta dicta ℣.§.ij.casu primo,nõ est mortale mẽtiri:quia nec sacramentũ inualidatur,nec minuitur eius integritas. Et secũdò mendaciũ est mortale in confessione,quando est pernicio sum proximo,vel etiam sibi notabiliter:vt patet ex dicto ℣ Mendacium.§.iij. Vnde accusans se de peccato quod non fecit in confessione,secũdum multos peccat mortaliter: quod verum est,si quis se accuset in speciali de mortali in casu certo:quia se iniustè infamat. Et sic intellige Richa.iiij.dist.xxj. & Direc.tit.de poe.& remiss. Nec obstat c.ad eius dist.v.dicẽs bonarum meutium esse &c.quia intelligitur de agnitione dubitatiua & formidolosa. Non autẽ esset mortale se accusare peccatorem magnũ in genere,nec se accusare de venali nõ cõmisso in specie:imò nec de mortali in casu dubio ad consulendum cõscientiæ,dummodo nõ asseratur certè,sed dubiè: vel probabiliter etiam si quis plus iusto aliqualiter se aggraue at ad tutamen conscientiæ:quia illa præponenda est famæ. Vtrum autem confitendum sit sacerdoti infideli,infrà Confessor,primò.§.vltimo. ¶ Nonò quæritur, quantũ ad nuditatẽ vtrum necessarium sit confiteri omnes circũstantias peccatorum? Et dico primò quòd circunstantias alleuiantes nullo confiteri tenetur,secundum omnes doctores,quod limita secundum mentem sancti Bona.nisi vbi tacendo crederetur se apud confessorem accusare de mortali quod est veniale:vel si dicat se non ieiunasse in die de præcepto,puta natiuitatis,& taceat de infirmitate:sed nec cõfiteri eas ẽ laudabile,sed imperfectionis:nisi vt dicit S.Bo. id fiat ad satisfactionẽ alienę inquisitioni,aut scandalo. Circunstantias verò speciem mutantes,secundum doc.necesse est confiteri.quod limita secundũ S.Thom.in iiij.si trahant ad speciem,quæ de se sit peccatum mortale:quia venialia confiteri non est necesse. Vnde cum ꝙ dicit se ex gula fregisse ieiuniũ,non est necesse dicere quòd lautè comedendo fregit.nutantes autem speciem & aggrauantes infinitè secundũ omnes & sine exceptione sunt necessario confitendæ. De aggrauantibus autem in eadem specie sunt opiniones:sed secundũ S.Bo.communior,& secundũ S.Tho. probabilior est quòd eas confiteri necessariũ non sit,sed laudabile tantũ:imò vt dicit, aliquando laudabile est eas tacere vt in carnalibus quando vel confessorem vel pœnitentem alicerent,secundũ discretionẽ confitentis:si tamen etiã in carnalibus aggrauãt infinitè,sunt necessariò cõfitendæ:q.d. cit gratia data in sacramẽto pœnitentiæ restaurat si qua inde ineluctabile ad peccãdũ in sacerdote vel cõfitẽte,puenit. Si tamen pœnitẽs viderit sacerdotẽ procliuẽ,petat hoc etiã cõfitẽdi alteri:quia si nõ dederit,adeat superiorẽ. hæc ille. Opinio verò Antisio.dicẽtis ꝙ necessariò sint cõfitendæ: sicut ꝙ ei ꝙ furatus est mille aureos,nõ sufficit dicere se furtum admisisse:nõ est vera regulariter,sed in casu, vt colligi põt ex Sa. Cosef li.iij.tit.xxxiij.q.vj. scilicet qñ tales sunt ꝙ eis nõ scitis sacerdos scire nõ potest qd sit acturus vel ratiõe inuincibilis ignorãtiæ,si iniuria illata sit in clericũ:quia si sit enormis, est casus Papæ:episcopalis verò si leuis.de sen.ex.cũ illorũ.vel ratione damni dati:quia aliqñ hoc oportet scirevt sciatur modus imponẽdæ restitutionis:& vt sciat an talis quãtitas sit episcopo reseruata:q aliqñ circa hmõi aliqua disponit. Vñ in talibus dico idem de ista circunstantia sicut de peccatis iam confessis

festis in recidiuãte: quia tenetur quis eã dicere indirectè inquantũ ſne ea aliquado nõ põt bene sciri debitus satisfactionis modus:ideoq; periculũ in hoc credo esse de mortali dupliciter. Primò,si sacerdos interroget cõfitentẽ,& neget,vel taceat ex causa iniusta. Secũdò,si ipse quantitate sui peccati scit,& iniustè diffitetur aut tacet:quia exponit se periculo non recipiendi congruã medicinã,seu ponendi obicem suæ iustificatiõi. ¶ †Decimò quantũ ad idẽ specialiter quęritur, vtrũ necessarium sit confiteri circunstantiã sacri tẽporis aut loci? Et dico quantũ ad locum quòd sic,solùm quantum ad tres species sacrilegij,de quib⁹ infrà:vt patet ex dictis §.priori,& suprà Circunstantia. §.v. Et hoc intelligo nõ solùm si perueniatur ad actũ:sed etiã quo ad ipsas oculorũ fictiones,& quo ad ipsas cogitatiões de luxuria,& furto & homicidio:quia eã dem per se grauitatẽ habent, cogitatiões & operationes,& ad eam speciem pertinẽt:vt patet per S.Tho.j.ij.lxxij.maximè si tales cogitatiões nõ solùm sunt in ecclesia:sed etiã sint de scelere perpetrato vel perpetrãdo in ecclesia: quantũ aũt ad alias cogitationes,puta de superbia:vel etiã quantum ad alios actus,puta detractiones,nõ est necessarium cõfiteri circunstantiam loci sacri:quia licet ista trahant in altã speciẽ, tanquam habentia specialem repugnantiã ad rationem irreuerentiæ ad diuina:tamẽ ista species est venialis:quia de hoc nulla est ꝑceptoria ,phibitio à Deo vel ab hominibus. Quãtumverò ad circunstantiã sacri temporis siue festi est opinio Nicolai de Li.quam sequitur Sum.Ang.& Ros.& etiã Arch. quòd sit necessariò cõfitenda:sed in Ros. aurea ostẽdi quòd est falsum,casu lxiij.quia præceptum de sanctificatione Sabbati specialiter & liter aliter intellectũ nõ prohibet opus seruile spirituale,id est,peccatũ,secũdum S. Tho.in iij.seu. Tamen esto quòd esset vera ista opi.adhuc Sum.Ang.dicit magnum errorẽ,in tit.Interrogatio.§.vj.in fi.vbi vult quòd circunstantiam festi sufficit , cõfiteri nõn specificando speciem peccati:sed dicẽdo quòd in festo toties peccauit: fallum est: & infert contradictionem in dictis eius:quia si ista circũstantia est necessaria,aggrauat infinitè:ergo dat speciẽ peccato: ergo illud peccatum sine tali circunstantia non est distinctũ quantũ ad suam speciem: ergò nõ est sufficienter cõfessum. cuius oppositum ipse dicit. ¶ Vndecimò quantum ad idẽ specialiter quęritur de circunstantia,quæ est quoties,vtrũ sit necessaria? Et dico ꝙ cùm ly quoties, dicat frequentiã & numerum,Sum.Ros.dicit quòd frequentia est circunstãtia ponens aliud peccatum:& idem Sum.Ang.& ratio vtriusq; est: quia qualibet vice nouum peccatũ cõmittitur . Sed ista opinio est falsa:quia circũstantia cõsuetudinis nullo speciali præcepto prohibetur à Deo vel hominibus:alioquin esset mortale assuescere leuiter loqui vel otiosè. Ratio etiã eorum nihil est: quia secundum peccatũ nõ est circunstantia prioris:sed aliud ex toto ab alio distinctum. Quãtumverò ad numerũ & quotam peccatorũ,vtrũ scilicet sufficiat cõfiteri species peccatorum expliciteˀ,& numerũ implicitè,dicẽdo verbi gratia: fui fornicatus multoties.aut etiam oporteat explicare numerũ fornicationum dicẽdo,bis,ter,&c.dico quòd ex sacra scriptura & iuribus humanis de hoc nihil habetur:nisi quod in c.omnis.de pœn.& remiss.præcipitur omnibus fidelibus post annos discretionis omnia sua peccata cõfiteri:vbi ly omnia,dici potest in specie & non in numero distribuere : sicut dicimus in aliquo esse omnia peccata mortalia . Ex doctoribus etiã antiquis fere nihil habemus quòd teneamur ad cõfessionem omnium peccatorũ in numero:sed potius videtur secundum Arch.& Diuec.qui eum refert, quòd sufficit si quis dicat se multoties peccasse,vel per annũ in tali peccato perseueraſſe, & hmõi doctores verò moderniores, vt Archid . & Sum. Ang.& Sum.Ro dicunt quòd tenemur etiam in numero cõfiteri:quem si quis nõ habet in memoria, tenetur cõputare quoties die potuit peccare : deinde in septimana : deinde in anno:& quãto tẽpore fuit in peccato. Et istã conclusionem Sum.Ros.ꝓbat,scilicet ꝙ tenemur cõfiteri circũstantiã quoties,quo ad numerũ peccatorũ:quia,inquit quilibet numerus adiunctus alteri numero cõstituit aliã speciem,secundũ Philosophum.hæc ille:qui nihil dicit:quia vnitas addita variat speciẽ numeri,sed nõ peccati:sicut nec cuiuscũq; rei cui additur:alioquin vnus homo additus duobus,variaret speciẽ hominis. Dicit etiã circa hoc alia inepta, quæ nihil faciũt ad rẽ. S.Tho.autem in tota Sum.& sententijs & alijs suis operibus de hac quæstione nihil dicit.excepto quòd in opus xij. id est, ad lectorẽ Bisunti.dicit ꝙ tenetur quis cõfiteri numerũ peccatorũ sicut potest. Et intelligo quòd sic potest sicut ea habet in memoria,facta sufficienti præparatione,secundũ quod cõ fuerit facere humana fragilitas. ¶ Vnde circa hoc credo ꝙ 12
homo tenetur ad cõfitendũ sua peccata in numero determi Reſo-
nato explicitè dicẽdo,hoc feci bis vel ter:eo modo quo tene lutio.
tur ad cõfessionis integritatem:ita quòd circa hoc est mortale solùm si quis scienter ex causa iniusta,puta erubescentia vel hypocrisi tacet aliquid de vero numero quẽ habet in memoria si etiã quis ex lata culpa nõ recordatur numerorũ peccatorũ:puta quia nihil omnino cogitauit : fortè nõ cõsequitur iustificationem:& peccat mortaliter de nouo faciẽs irreuerentiã sacramẽto quod annullat. Debet ergo peccator semper ex primere aliquẽ numerũ certũ,si illũ nouit:vel incertũ,si non nouit certũ:vt dicẽdo,potuit hoc fuisse circa toties. qũ si nõ facit cõfessor debet ſupplere: nisi vbi ex circunstantijs verborum cõfiteris cõfessor æquè nõscat numerũ vt peccator:quia tũc numerus est cõfessius implicitè. ¶ Duodecimò † quæritur 13
quãtũ ad discretionẽ,qd interſit iter eũ qui idoneũ siue discretum,& eũ qui nõ idoneũ sacerdotẽ ẽrit? Et dico primò ꝙ qui quærit idoneũ quantũ potest,si erret in aliquo ad cõsiliũ eiˀ excusatur:quia cõsuluit virũ doctũ:& cõsequẽter sua ignorãtia est inuincibilis,quod limita nisi hoc ipsum,qđ ei credit,veniret ex lata culpa sua.secus de eo qui idoneũ nõ quærit. Secundò quòd idoneus non ita inducit in desperationẽ:quia nõ aggrauat irrationabiliter,sicut nec contra iura . Vnde Iudas ideo desperauit:quia nõ Apostolos,sed Pharisęos adiuit. ¶ De
cimotertiò † quæritur quãtũ ad idẽ vtrũ teneamur venialia 14
cõfiteri ex vi sacramẽti? Et dico ex doctrina S. Tho.iiij. dist. xvj.& xvij.& Sco.ibi di.xvij.& Per.de Pal. & cõmuniter doctores quod nõ:quia nõ obligamur de eis pœnitere aut cõteri: cũ per ea naufragari nõ possimus,id est, dãnari:& pœnitẽtia fit secunda tabula post naufragiũ: imò secundũ Sco.non tenemur etiã vigore statuti scilicet illius, omnis. de pœni.& re.in casu quo quis haberet solùm venialia, nõ obstãte opi. Inn.q̃ est in cõtrariũ:quã sequitur Supple.ꝙ papa obligat habentes cõfitẽda necessariò,id est,mortalia,quæ solùm distribuit ly omnia,secũdũ Sco.& gl.quia si distribuerer venialia, teneręr ea cõfiteri etiã habẽs mortalia:qđ nullus dicit: imò teneretur ad impossibile. Imò dicit Pe.de. Pal. ꝙ papa talẽ, scilicet habentẽ solũ venialia obligare nõ posset ad cõfessionẽ venialiũ:quia hoc esset mutare sacramẽtũ pœnitẽtię,id est,materiã eiˀ,de venialibus faciẽdo materiã pœnitẽtiæ necessariã.vnde eo casu sufficit ꝙ se præsentet sacerdoti,vt admitti possit ad cõionem. Sed istæ opiniões nõ sunt in veritate cõtrariæ,sed vere:quia vna intẽdit quòd nõ tenemur cõfiteri venialia,scilicet oia & specialiter,& numeraliter:alia verò intẽdit ꝙ ratione statuti tenemur ea cõfiteri in generali, dicendo nos quidẽ immunes à pctõ mortali,secũdũ cõscientiã nostrã:in multis tñ alijs deliquisse,& petere absolutionẽ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nec hoc est mutare materiam sacramẽti: quia venialia sunt dispositio ad mortale: vnde ad hoc pōt ecclesia obligare, vt per absolutionem quis maiorem gratiā consequatur. Et hanc opinionem, scilicet q̄ ad venialia confitenda ratione statuti nō tenemur, scilicet in speciali, S. Tho. tenet, licet videatur solum recitare. Tenetur tamē quis veniale explicitè cōfiteri in aliquibus casibus. ¶ Primò secundū S. Bon. in iij. di. xvj. vt impōit ei Sum. Ang. ratione periculi ad quod ducit: quia si homo periculū aduertat tenetur pœnitere de venali: sed nō dicit quòd teneatur q̄s cōfiteri, sed pœnitere. ¶ Secūdò ratiōe dubij, id est, quando dubitatur an sit mortale aut veniale, secundum S. Tho. Addit Sum. Ang. & Supple. ¶ Tertiò ratione professiōis alicuius regulę ad hoc obligatis, sed hoc nihil est: quia si papa ad hoc nō pōt obligare per statutū, vt etiā ipsa teneri: multò minus obligare pot quicunq; alius. Et si ita esset, religiosi tenerentur ad impossibile, id est, omnia venialia cōfitendū: & laberentur scrupulosi omnes in desperatione. Vnde religiosi nō tenentur cōfiteri de venialibus: sed solùm de mortalibus aut dubijs de mortali, vel periculosis ducentibus ad mortale, secūdū aliquos. Et verū est solùm si ratione periculi transeat in mortale: extra quos casus sufficit si sē presentent cōfessori rēpondus statutis, dicentes nihil se habere dicendum necessariò, sed te in multis leuib⁹ deliquisse: sicut & de laicis tenet cōmunis schola doctorū, cōtra quā Supple. dicit se nescire quomodo audeat se quis immune à mortali existimare intra vnum annū: ideoq; fatuum esse sacerdotē qui sic dicenti & nō aliter cōfitenti Eucharistiā ministraret. Sed plenè cōtra eū est experiētia: & suus doctor Sco. qui in vltimis verbis di. xvij. in iij. dicit nō esse incredibile, multos esse in ecclesia tales, qui per annū viuant sine mortali: imò per Dei gratiam multi multo maiori tempore sine peccato mortali se custodiūt: & multa opa perfectionis exercēt: de quorū meritis thesaurus ecclesiæ cōgregatur. Est tamē bonū, frequēter venialia cōfiteri, quātū colligi potest ex doctrina S. Tho. cum qa semper in cōfessione gratia cōfertur vel augetur, si rite fiat: tum quia facilius corriguntur propter auxiliū gratiæ & propositū bonū renouandi: tum quia citius eorū pœna aboletur: tum quia multa sunt mortalia, quæ venialia reputātur: tum etiā, secundū Pet. de Pal. quia nō sic firmatur habitus venialiū. De cōtritione animi, & pœnitentia venialiū, vide infrà Peccatū. §. vj. & Pœnitentia. §. iiij. ¶ †Decimoquartò, quātum ad libertatē quæri potest de eo qui cōfiteur coactus aliquo timore, de quo vide suprà. §. vj. Item vtrū confessor interrogare debeat, vide infrà Confessor. iij. §. xiiij. ¶ Decimoquintò, †quantū ad verecundiā quæritur, vtrū liceat declinare verecundiam cōfitendo per scripturam vel interpositā personā? Et dicit S. Tho. in iij. dist. xvij. quòd licet ad cōfessionē pertinet actus virtutis, sufficeret qualitercūq; fieret: secundū tamen quod est pars sacramenti, habet determinatū actū, sicut habent alia sacramēta determinatā materiā: & ille est id quod maximè cōsueuimus manifestare, id est, proprium verbum: sicut in baptismo assimilatur illud elementū, cuius est maximè vsus in abluēdo, alij enim modi inducti sunt in supplementū. Igitur ei qui nō habet vsum linguæ, vt est mutus, vel qui est alterius linguæ, sufficit q̄ per rescriptū aut nuntū aut interpretem cōfiteatur: quia non exigitur ab homine plus quàm possit. In absentia tamen proprij sacerdotis confessio fieri potest etiam laico: adeoq; nō oportet quòd per scriptū fiat proprio sacerdoti: quia plus pertinet ad necessitatem confessionis actus, quàm ille cui fit cōfessio. Nec obstat quòd baptismum homo accipere nō debet nisi in aqua: quia ipsa est omnino ab exteriori, & nobis ab alio exhibetur: sed actus cōfessionis est à nobis à deoq; quādo non possumus vno modo, debemus secundum quod possumus confiteri: vel, vt dicit in primo quolibeto, de necessitate sacramēti est q̄ quis sua peccata manifestet: nec potest in hoc aliquis dispensare: sed quòd fiat verbo, non est de necessitate sacramēti, sed ex institutione ecclesiæ quòd ad eū qui pōt, nō solū vt erubescat, sed vt accipiatur id cuius vsus est cōuenientior. hæc ex illo qui intendit quòd per scripturā potest quis supplere defectū linguæ, nō defectū absentiæ sacerdotis. Dicit tamē Petr. de Pal. quòd licet vbi præsentiā sacerdotis habere nō pōt quis, licet no teneat cōfiteri scripto: tamē hoc pōt & sacerdos similiter scripto absoluere: licet hoc non sit multū consulendum ratione scandali possibilis accidere. Sco. tamē post Rich. quem sequitur Sum. Ang. & Ro. tenet cōtra S. Tho. quē sequit Supple. post Sum. Pis. & Arch. qui S. Tho. sensit quòd tenetur quis quādo habet sacerdotem præsentē cōfiteri oreve l per scripturā aut interpretem de iure diuino, scilicet, semel ante mortē. & verum est q̄ Deus præcepit absolutè cōfessionē, quę fieri potest dictis modis, quantū est de necessitate sacramēti: & consequenter quandiu homo habet vnū de illis modis, nō absoluitur à præcepto. Vtrū autem idem sensērit de iure canonico vel ecclesiastico, scilicet semel in anno: vel etiā vtrū sit verū: est dubium, vt dicit Pet. de Pal. q̄ fortè quis nō tenetur confiteri per interpretem, licet possit. Et satis videtur posse dici cum Sco. & Rich. q̄ nō: quia nō inuenitur expressum in iure: & præceptum est graue, & efficeretur grauius. & cōsequenter talis nō tenet cōmunicare in pascha, nisi immineret periculum mortis: & consequēter quis cōfiteri teneretur de iure diuino: tenetur tamē cōfiteri q̄s scripto aut nutu ex præcepto ecclesiæ, si aliter nō pōt: q̄a ista nō augent, sed minuūt difficultate præcepti. Et inquantū de iure diuino quis tenetur cōfiteri per interpretem, Sco. quē sequitur Sum. Ang. & Ros. cōtra ista tenet tria. Primò quòd nō tenetur quis per interpretē cōfiteri: quia cū sacerdote, si vellet malignari posset esse testis cōtra accusatū: quia, inquit, ad forū ex sua natura secretissimū nō tenetur quis vt est aliquo modo publicus. Sed ista sua ratio cōcluderet, si valeret, quòd etiā sacerdoti nō tenemur cōfiteri: quia si vellet malignari posset esse testis cōtra cōfitētē: & sic facere t, probationē semiplenā: & cōsequēter pœnitēs aliquo modo publicaretur: maximè quia posset exhiberi torturæ: imò posset inuenire aliū testē malignātē & falsum, & plenè probare. Vnde sufficit q̄ iste nō possit venire in publicū licite & iuridicè, vt in ꝓpositō: quia tā sacerdos quàm interpres celare tenetur. Præterea oportet dicere q̄ sacerdos absoluere non possit peccatorē cōfitentē per interpretē: qd nec Sco. nec alq̄s vnquā dixit doctorū: vel q̄ talis, qui aliter nō pōt cōfiteri, tenetur per interpretē cōfiteri: quia vt ipsemet Sco. dicit in ea. di. quicūq; gratiā amisit, tenet de necessitate præcepti, scilicet diliges Deū & teipsum, agere quātū in sē est ad eius recuperationē. Et per hoc patet falsitas alia. Secundò ēn dicit q̄ videt esse cōtra rationē cōfessionis q̄ quis p scripturā cōfiteatur: quia omnis scriptura ex sui natura est publica & auferēs verecundiā: & intēdit, vt imponit ei Sum. Ros. quòd licet possit in necessitate confiteri scripto, si adest sacerdos, vt patet xxx. q. v. qualis. vbi dicitur quòd pōt quis per scripturā cōfiteri: & exponit Io. quādo cōfitens est præsens: tamē nullus ad hoc tenetur. Sed cōtra hoc arguitur vt prius: quia vel isto modo non pōt fieri cōfessio: vel iste tenetur quādo sacerdos adest. Nec obstat quòd scriptura sit publica: quia in tali casu rarò, & per accidens: sicut & ipsæ voces confitentis quæ audiri possunt ab aljo. Non obstat etiam sublatio verecūdiæ: quia sine verecundia confessio facta, tenet secundum omnes doctores. Et præterea si adest sacerdos, adest verecundia, etiam in confessione per scripturam. Tertiò dicit quod absenti

senti non licet confiteri per scripturā. contra quod arguitur: quia, vt ipsemet testatur, sic cōfessus est S. Tho. Cātuariēsis: nō tamē quis ad hoc tenetur. ¶ †Decimosextò quęritur quātum ad idem, vtrū peccatrix cōfiteri possit sacerdoti cū quo peccauit? Et dicit Gul. post Hug. super c. omnes. xxx. q. j. quòd sacerdos eam nō debet audire: quia tollitur erubescētia: quæ est satisfactionis pars proxima. & idem est de omni peccato, in quo sacerdos fuisset cōfitiens vel cooperans: si tamē absolut, valet absolutio. & cocordat S. Tho. in iij. infrà Cōfessor. iij. §. v. ¶ Decimoseptimò, † quantum ad idem quæritur, vtrum sufficiat si quis peccata alicuius dicat eo præsente coram sacerdote? Et dicit Monal. quòd nō: sed per seipsum debet quis confiteri. de pœn. distinct. j. quem pœnitet. satisfacit tamen secūdum Rod. qui sacerdoti interroganti ad quæsita respondet quantum ad ea, de quibus interrogatur nisi talis statuisset potius tacere quàm ore proprio confiteri. quod est peccatum mortale. Vnde prudens sacerdos hoc aduertēs faciat eum rectificare cōscientiam suam, & de tali dispositione dolere. Et similiter cautè de ore eius educere debet peccata, si qua videt eum velle celare. Et similiter si qua eum obliuisci ex impreparatiōe probabiliter credit, aut nō existimare peccata, debet sacerdos occurrere: alioquin, secundum Arch. scienter absolueret et indignum. ¶ Decimooctauò, † quantum ad integritatem quæritur vtrū liceat diuidere cōfessionem? Et dicit Sanct. Thom. in iij. distinct. xvij. quòd non: sed integraliter tenetur quis omnia peccata sua vni sacerdoti confiteri: etiam, vt dicit idem in quolib. & Sco. si ille absoluere nō posset ab omnibus. quod tamen limita primò si peccata sunt mortalia: quia quo ad venialia, secundū Pet. de Pal. licet confessionem diuidere: cùm, vt dicit, non habeant connexionem quo ad contritionem, cōfessionem vel absolutionem. Secundò, si sunt in memoria post debitam discussionem, secūdum Sco. quia tunc licitè tacentur oblita: quæ si post cōfessionem redeant in memoriā, ipsa sola tenetur cōfiteri explicitè, etiā si confiteatur alteri, secundum S. Tho. Pet. de Pal. Sum. Cōf. & omnes. alia tamen tenetur reconfiteri in generali, dicēdo quòd ista fuit cōfitēdo oblitus. Tertiò, si confessor modò est idoneus ad omnia audienda: quia si eum nō expedit aliquod peccatum audire: vt quia inde solicitaretur vel solicitaret ad malum, aut illud reuelaret, vel huiusmodi, & non habeē alius sacerdos, licitè confessio diuiditur: vt ꝛ. §. iij. Et licet ad hoc S. Tho. adducat ꝓbabilem rationē ex similitudine corporalis infirmitatis, quæ tota vni medico detegēda est: quia morbus morbum aggrauat, & morbo cōtrariatur: & cōsequēter medicina vni conferens, alteri nocet: tamē idē arguitur ex textu comnis. de pœn. & remiss. vbi præcipitur quòd omnia peccata proprio sacerdoti id est, vni, & nō pluribus dicantur. ¶ Decimononò, † quæritur quantū ad idē, quid faciendū sit quando peccator habet casus reseruatos superiori? Et dico quòd si prius accedit ad superiorē, secundū Pet. de Pal. ecclesia Romana hūc habet vsum vt absoluat à maioribus remittēs pro minoribus absoluendō. In quo facto supponitur quòd ita fieri possit. & illa cōfessio, vt dicit Capreo. est integra virtualiter, ꝓpter intentionē cōfitentis: pōt etiā absoluere de omnibus, si omnia velit audire, non aliter. Si verò prius accedit ad inferiorē secundū S. Tho. in iij. nihilo minus peccator debet totū dicere inferiori: & ille absoluet à quibus potest, ad superiorē remittēs in relig. arg. xxxiij. q. ij. latorē. & de pœn. & re. significauit. & si de facto absoluit, nō est absolutus, secundum S. Tho. quod intelligit secundū Pet. de Pal. ab his à quibus nō pōt: quia in his sentētia est à iudice non suo. Secus de alijs: quia vtile ꝓ inutile nō vitiatur in his, quæ capiūt diuisionem. Est tamē ipe excusatus ꝓ ignorātia facti, sed non facerdos, cui ius ignorare non licet, secūdum S. Tho. Dicit autem Henr. de Gan. in quolib. j. q. xxx. sic posse fieri: quia id, quod in confessione est, quantū ad absolutionē ex parte Dei nō diuiditur, sed totū simul remittit in cōtritione: quod verò est ex parte ecclesię, diuiditur: quia cùm ipsa duo absoluēdo faciat, parte ecclesię, diuiditur: quia cùm ipsa duo absoluēdo faciat, quia scilicet remittit partē satisfactiōis, & recōciliat ecclesiæ militāti: primū diuidi potest. Vt si dicat sacerdos, fac hoc per dies octo, & deinde regredere, & iniungā reliquū. Et similiter secundū: sicut patet de excōmunicato multis excommunicationibus, qui absolui potest primò ab vna, postea ab alia. de sent. excom. cum pro causa. & gl. in c. officij. eo. tit. & gl. in c. ex parte. de offic. ordin. hæc ex illo. quæ habēt locum quādo prius quis accedens ad inferiorem totū cōfitetur. Sed tamen, quia secundum S. Tho. regulariter confessio debet esse integra, quādo peccator prius vadit ad superiorē, secundum Henr. quicquid senserit Pet. de Pal. nō absoluit propriè eū à peccatis, nisi totū dicat: sed ab obligatione confitendi sibi. Si verò prius vadit ad inferiorē: absoluit eū à peccatis, sed non ab obligatione confitendi superiori: & sic, inquit, absolutio non diuiditur, imò nec cōfessio. & ita practicatur: & ita tene. Dicit † autem Pet. de Pal. notabile verbū, scilicet quòd absolutus à reseruatis in articulo mortis nō tenetur, si euadat, adire superiorem, nisi fuisset excōmunicatus: & similiter extra casum necessitatis absolutus à talibus ab eo qui poterat: tamā si cōfessio fuisset facta: si iterū & pluries vult confiteri de eisdem casibus reseruatis, absolui potest à quocunq;, etia si non haberet potestatem absoluēdi in illis. hæc ille. & idem Arch. quod nota: quia est contra quosdam religiosos, qui aliquibus concedūt posse vi suæ authoritate quo ad peccata solùm per tres dies aut quatuor, & huiusmodi. ¶ Vicesimò, † quantū ad confessionem esse secretā præter pertinentia ad sigillum, de quibus infrà Cōfessio. iij. per totū. quæri potest quomodo debeat esse secreta ex parte cōfessoris & peccatoris? Et dico secundum Arch. post Pet. de Palu. q̄ sacerdos debet iniū gere pœnitentiā secretē: ne audiatur ab alijs. & nullus præter cōfessorem & cōfitentē debet audire cōfessionē alicuius: alioqn graiter peccaret sciēter hoc faciens: & celare tenet etiā si casu audiat, etiam si sit laicus, secūdum S. Tho. amò, vt idem dicit, summo studio celāda sunt omnia dicta in cōfessione, etiā ad eam nō pertinētia: per quæ peccator aut peccatū deprehendi posset. Debet etiam secretē audire, ne scilicet audiat multos simul, vel multi simul audiāt vnū. de pœn. & remiss. c. omnis. in verbo, solus. & in verbo, sacerdotis. † Vnde videnť peccare mortaliter sacerdotes simul audientes plures pueros doli capaces: quia cooperātur transgressioni ecclesiastici præcepti: licet tamen secūdum Richard. in articulo necessitatis, id est, quando imminente morte vnus post aliū cōfiteri nō potest, plures simul audire licet: nec euacuatur virtus sacramenti. Similiter eadem ratione videtur peccare mortaliter plures audientes vnū: licet secundū eundē nō peccent si hoc faciāt cōsentiente peccatore, vt saniori consilio regatur: & absolutio tenet. Cuius tamen cōtrarium sentit Sco. iij. distinct. xvij. vbi tenet quòd cōfessio facta pluribus, nō est sacramēt alis: quia vnus est Christus quē sacerdos repræsentat. Sed primū est ve tra rius: quia illi duo nō tenent locū duorum, sed vnius perfecti. Peccator autē, secundum Arch. debet cōfiteri secretē, ne audiat alius: liber tamen est secundum Io. And. ad publicē cōfitendum, si id facere vult ex feruore, nō obstāte ly solus: quia positum est vt ad cōfessionem quis liberius accedat. quod secundum S. Tho. in iij. dist. xvij. in expositione literæ est verum si peccatum sit manifestum aliis nō licet publicè confiteri: quia talis humilitas præiudicaret, primo, qui posset inde scandalizari: licet etiam est ad dicēdum pœnitentiam sibi

Quā-do ve nia-lia so-lit. Car-pit Sum. Ang.

Sum. Ang. 16

debet. vt Domi. sot. in 4. dist. 17. q. 2. art. 6. ad. prim.

Sco. Com-mu-nius. Scotus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

impositam,sicut & sua peccata cõfessa,secundũ Petr.de Pal. quod tamen secundum Rich.intelligendũ est quãdo nec sibi nec cõfessori præiudiciũ facit:secus vbi se sine vtilitate infamaret,vel confessore:aut ei malevolentiã acgreret:puta quia iniunxit mulieri abstinere à familiaritate alicuius viri, & huiusmodi. ¶ Vicesimoprimò,† quantũ ad esse lachrymabilem quæritur,vtrũ cõfessio necessariò sit facienda cũ lachrymis? Et dico quòd nõ cum exterioribus:quia illæ non sunt in nostra potestate:sed tñ tenemur confiteri cũ interioribus, quæ sunt displicẽtia peccati præteriti cum proposito cauẽdi à futuris,id est,contritio,vel saltẽ attritio de qua infrà Cõtritio: imò sufficit si quis vellet habere displicentriã & à Deo gratiã cauendi in posterũ:quia talis est attritus virtualiter,id est,displicentiam habens:cùm nulli placeat displicẽtia rei placitę: & habet etiam volũtatẽ cauendi,licet imperfectam. Vnde in absolutione virtute clauiũ iust ficatur,nisi obicẽ ponat: quia de attrito faciunt contritũ, secundũ doctrinam sanctorum, maximè S.Tho.in iiij.quolib,q.x. & Rich. Imò dicit fortius secũdum Sco.quòd sufficit quis velle habere talem displicẽtiam nõ solum formaliter,sed etiã virtualiter eã volendo in sua causa,id est,in sacramẽto pœnitẽtiæ iustificante:quia in iiij.dist.xiij.q.vlt.in art.iij.circa mediũ,tenet q̃ ad cõsequendam gratiã per hoc sacramentũ nõ requirit attritio: sed sufficit volũtas suscipiẽdi hoc sacramentum sine obice peccati mortalis actualiter sibi facto in vltimo instãti absolutiõis,in quo est vis huius sacramẽti:sicut in baptismo ad cõsequẽdam gratiã nõ requirit nisi volũtaria susceptio baptismi sine fictione,id est, intẽtio suscipiẽdi quod cõfert ecclesia sine actu aut volũtate peccati mortalis.hæc ex illo. Sed aliquibus videtur quòd cùm actus interior sit pars essentialis huius sacramẽti, sine pœnitẽtia nõ valet:sicut nec matrimoniũ tenet eius,qui vult contrahere matrimoniũ.sed nõ vult consentire.Sed ista nõ stant cũ dictis S.Tho.de confessione ficta,nec eorũ ratio concludit:quia pars est cõtritio aliquãdo futura,sicut aliquãdo satisfactio præcedit secundũ Pet.de Pal.obex autẽ actualia à Scoto dicitur,sicut si quis actu tũc cogitaret peccatũ ali
25 quod mortale nõ relinquere.Aduerte † etiã q̃ aliud est, aliquem se velle cauere:aliud,credere quòd cauebit à peccato: cùm vnũ sit volũtatis,aliud rationis.Vnde multi vellent cauere,qui tñ credũt quòd nõ cauebũt:qui autẽ nullã omnino habet displicentiã etiã virtualem.vel voluntatẽ cauendi, sed actu vult nõ cauere:si confiteatur,& petit absolui,mortaliter peccat propter irreuerentiã sacramẽti, & annullationẽ quãtum in se est.de quo §.seq.Secus si q̃ intẽdit suscipere sacramentũ huc vt doleat, secundũ mentem Scoti, vel saltẽ secus
26 si est attritus. ¶ Vicesimosecũdò,† quantũ ad idem quæritur, vtrũ cõfessio facta à ficto sine cõtritione & charitate valeat? Et primò dico quòd in ista quæstione doctores sub nomine contritionis intelligũt aliquãdo omnẽ displicentiã,etiã si sit attritio solat:& quãdo intelligãt de cõtritione propriè, quæ scilicet nõ est sine charitate,loquũtur de ea in instãti in quo complet hoc sacramentũ,vel in sequẽtibus:vt sit sensus quæstionis,vtrũ valeat illa confessio quæ terminat & cõplet sine contritiõe & charitate. ¶ Secũdò dico ex Pet.de Pa. per Capreo,colligi quòd triplex sit in ꝓposito fictio. Prima est quę
Triplex fictio. sine sit cõfessa sine nõ,facit sacramẽtũ omnino esse nullũ, & nihil tũc vel post valere:vt si quis nõ intẽdit sacramentũ suscipere,sed ecclesiã irridere:vel si intẽdit quidẽ suscipere sacramẽtũ,sed nõ dolet de peccato:aut illud cauere nõ vult,& hoc actu cõsiderat.Secũda est,quę sine cõfessa sit,sine nõ: tñ in puncto absolutionis desinit esse fictio:& valet sacramẽtũ, etiã tpe quo suscipitur:vt cùm quis insufficiẽter quidẽ dolet: sed nõ adeò quin talis dolor sacramẽto &vsu clauiũ pfici,& in contritionẽ verã cõuerti possit.Tertia est,quã si quis confitetur,absolui nõ debet:& si de facto absoluitur, dubium est vtrũ imprimat ornatus:& valeat cõfessio fictione recedẽte. Si quis verò eã nõ cõfiteatur,quia scilicet nõ occurrit sacramentũ est verũ,& fictione recedẽte,valet præterita cõfessio ratione ornatus:nec est iterãda, sed sola fictio cõfitẽda: sicut pœnitentiã quæ vsu clauiũ in cõtritionẽ verti nõ potest,& tamen latet peccatorẽ,nec occurrit ei vt cõfitẽda: vt si ex ignorãtia diuini iuris credit falsò se cõsiciẽtiã sufficiẽter discussisse:vel sicut cũ quis dolet de ꝑterito:& cauere nõ vult de futuro,vel ecõuerso. ¶ Dico tertiò secundum Pet.de Pal. & est mẽs S.Tho.q̃ cùm sacramẽta gratię gratiã cõferãt,nõ effectiuè,sed dispositiuè,quæ charitatẽ nõ imprimũt, similẽ imprimũt dispositionẽ,quę dicit ornatus:q̃,cùm careat contrario,est indeleb ilis:& iterato sacramẽto intẽdit,nec tamẽ intenditur gratia si deuotio minuatur. ¶ Dico quartò quòd ad præmissam quæstionem multipliciter respõdetur. ¶ Primò, quòd dicta cocessio nõ valeat ad remissionẽ culpę vel pœnę, etiã recedẽte fictione:& necessariò est iterãda. Et hoc sentit Gof.Ray.Host.Bona. Duran.or.minorũ. & Olchot & Vin. in Spe.& cõmuniter Canonistæ:qui tñ in hoc falcẽ mittunt in segetẽ Theologorũ. ¶ Secũdò dicitur,q̃ talis cõfessio valet ad remissionẽ culpæ recedẽte fictione:sicut est de baptismo:nec tenetur quis talẽ cõfessionẽ iterare. Et hoc sentit S. Tho.Petr.Rich.or.minorũ,Io.& Ber.in gl.& videt etiã esse Gratiani,de pœ.dist.j.mẽsurã.in §.seq. dicentis non esse necesse semel sacerdoti confessa denuò confiteri.Et ista opinio vera.Nam ad omnẽ formã sufficienter disponentẽ ad aliquẽ effectũ,sequitur talis effectus sublato impedimento.Exẽplũ in naturalibus est:quia sublata colũna sustentante lapidẽ,sequitur motus deorsum à grauitate:& in supernaturalibus sicut remota fictione in baptismo sequitur gratia à charitate. Sed prædictus ornatus sufficiẽter disponit ad gratiã: aliquẽ illam insufficienter causaret pœnitentia:quæ illam non aliter causat quàm disponendo.Ergo sublato impedimento fictionis,sequitur inde gratia:& confessio valet.Sed tamen secundum Pet.de Pal.solùm in fictiõe tertio modo dicta locũ habet ista opinio Sancti Tho.& hoc patet: quia duæ primæ non impediunt assecutionem charitatis.Potest autem triplicitẽr intelligi &verificari ista opinio.Primò,quando fictio est priuatiua tantùm:quia scilicet peccator habet dolorem:sed ita imperfectum,vt cum sacramento non sufficiat ad contritionem:nec tamen scienter celat fictionẽ,id est,peccatũ q̃ fuit in non examinãdo cõscientiam vt debuit:& tamen credit se esse sufficienter dispositũ:qui error nõ tollit fictionẽ respectu vltimi effectus sacramẽti:quia est iuris diuini:sed tamen tollit fictionem excludentẽ essentiã sacramẽti eoipso quòd est error.Secũdò q̃n fictio est quidẽ positiua:quam qui scienter celaret,faceret sacramẽtũ nullũ:& qui cõfiteret, absolui non deberet:vt si nõ doler de ꝑterito:vel de futuro cauere nõ vult.& tamẽ ista fictio actu nõ occurrit sibi vt cõfitendã: & cõsequẽter perinde est ac si peccatũ fuisset per negligẽtiã oblitũ:& est verũ sacramentum nõ obstãte ignorantia iuris diuini,quam S.Thom.in iiij.dist.xxj.dicit non excusare à fictione:& consequenter hunc dicit fictum. Tertiò verificatur loquendo de eo qui confitetur eidem cui prius:quẽ nõ oportet iterare confessionẽ fictẽ prius factã,etiam secundũ Petr. si sacerdos nõ recoleret peccata: quia nec quãdo cõfessio est integra oportet quòd recolat à principio vsq; ad finẽ: maximè quia hic sufficit absoluere ab omnibus,& iniũgere pœnitentiam solùm pro fictione:pro alijs autem facere prius iniunctam. ¶ Vicesimotertiò,† quæritur quantũ ad idem, vtrũ
27 peccatore exprimẽte suam fictionẽ, dicendo se non propo-
30 nere

nere abstinere,sacerdos debeat illum absoluere ? Et omnes dicunt quòd non:quia absoluere nõ debet quẽ scit à Deo ligari si tamen absoluat de facto, intendens cõferre verum sacramentum,secũdum Pet.de Pal.tenet absolutio,& habebit effectum quando conteretur,vel ex pactione diuina , vel ex ornatu impresso. Nec obstat si dicatur ibi non esse materia, id est,peccator cõtritus:& cõsequẽter nec sacramentum:q̃, inquit,ibi est materia,sed immũda:nec est cõfessio dimidiata,nisi fictio occurratvt cõfitenda.Quantũ ad fortitudinem,
13 vide 7.§.xvij. ¶ Vicesimoquartò † quantum ad ui accusationem,quæritur vtrum liceat in cõfessione dicere alienu peccata,siue nominare personã alienã? Et dicit S.Th.in iiij.dist.xij. quòd in cõfessione debet quis,quantũ potest,famam alterius custodire:sed magis suam purgare conscientiam. Vnde si ei cunstantia ducens in cognitionẽ alienæ personæ sit de necessitate cõfessionis,vt quia tradit in aliã speciẽ peccati mortalis,consirenda est:semper tñ,si fieri potest,occultando personam:puta non nominando personã:vel petendo licẽtiã confitendi alteri,quo ex illa in personæ notitiã nõ deueniat,quã licentiam si habere nõ posset,secundum Per. confiteatur cir cunstantiã:nisi confiteri non possit sine periculo alterius:quia tunc,secundum Per.omittẽda est,dicẽdo peccatum sine illa. Et idem faciendum est si ipsa sit quidem aggrauãs,sed nõ de necessitate cõfessionis:nisi talis nominatio esset vtilis pœnitẽti,vt ei melius cõsulatur:puta vt præseruetur à recidiuo:quia secundũ Rich.tunc expedit dicere : vel nisi sit vtilis personæ nominatæ:quia etiã tũc exprimi potest,vt dicit.Et si exprimatur sine necessitate cõfessionis,aut vtilitate cõfitentis vel personæ alienæ,scilicet gratia correctionis eius,secũdum S.Bo. non effugit detractionẽ,nec confessor,si ad hoc cõsentit.Vnde secundum Ray.de tali circũstantia interrogare nõ debet, nisi inquantũ est necessaria.Si tamen peccator exprimat eã intentione bona,non vt prodat,sed vt prosit:vt scilicet sacerdos pro ea oret,vel eam secretò emendet:nũ peccat,sed meretur.xxij.q.vij.hoc videtur.& cõcordat gl.Ray.vt in Sũ.Cõfes.lib.iij.tit.xxxiiij.sed tamẽ debet exprimere extra cõfessionem,vel dare licẽtiã loquendi,si intendit correctionẽ.Similiter secundum Arch.non peccat confessor,si hac intentiõe,& non ex curiositate interrogat.Et idem Monal . ¶ Vicesimoquintò † quantũ ad esse paratũ obedire, quæritur vtrũ pœni-
29 tens teneatur acceptare omnẽ pœnitẽtiam quam vult iniungere sacerdos?sit Host dicit q̃ non. & sequitur Pan.in c.significauit.de pœ.& re.sed sufficit ei,sedm Sco.in iiij.dist.xvij. propositũ acceptandi à Deo hic vel in purgatorio. Si tamen acceptat,implere tenetur.Sed limita primò quòd non tenẽt acceptare quod iniungitur,si dicat se velle puniri à Deo:nisi illud esset satisfactio aliũ ꝓximo exhibẽda : imò hoc deberet si esset possibile , ꝓcedere cõfessionẽ,vt j.Restitutio.vj.§. i.& ij.vel nisi illud esset iniũctũ pro necessaria cautela cõtra recidiuũ aut illud peccatũ. Vnde secundũ Rich.potest sacerdos interdicere familiaritates preiudicates saluti pœnitentis vel honori diuino: & ille obedire tenetur. & tertiò gnaliter nisi illud esset impositũ per modũ declaratæ obligationis:vt dicẽdo quòd restituat ablata:vel abijciat ancillã,cũ qua esse neqt sine periculo recidiui:aut cõmunicet in pascha,& huiusmodi:quia in omnibus his tenetur obedire, nõ tamẽ tenetur cõfessionẽ reiterare si nõ obedit.Est autẽ verũ quod hic dicitur in his,quæ imponũtur pœnitenti per modũ exhortatiõis: vt q̃ frequẽter oret,& confiteatur.& in his quæ imponũtur pro speciali satisfactione peccatorũ,quæ tamẽ si acceptet,& nõ expleat,nec expletre possit,vt pote q̃ oblitus,tenet reiterare cõfessionẽ. ¶ Vicesimosextò † quæritur quantũ ad idem, positò quòd idẽ pœnitẽs nõ velit puniri à Deo hic vel in purgatorio:vtrum possit recusare satisfactionem quam sacerdos iniungit,& petere aliam? Et dicit Rich. quòd sic si indiscretam iniungit:q̃ sacerdos abutitur claue scientiæ&potẽtiæ.& hoc idẽ sentit S.Tho.vt patet ex dictis 7.§.vlt.sed si iniungit rationabilẽ & discretã:tenetur acceꝑare,& ꝓ viribus adimplere:q̃ sacerdos clauibus vtit rectè, q̃bus scilicet habet potestatẽ ligãdi ad pœnã,secundũ S.Th.& si ex delibe ratione omisit illã sine causa legitima, mortaliter peccauit. quod intelligendũ videt de pœnitẽtia, ad quã sacerdos intendit ligare eo casu,quo duas imponit:vnã scilicet breuẽ,quam statim qs explere posit in gratia:& aliã ꝓlixiorẽ ad bn esse per modũ volũtariæ satisfactionis.vbi autẽ sacerdos sic non distinguit pœnitẽti:tenetur simpliciter ad impositã rationabilẽ & discretã. Quã si grauẽ sentiat aut periculosam,sua infirmitate pensata:adeat eundẽ confessorẽ. si aliũ habere non potestiuxta §.seq. ¶ Vicesimosꝫ primò † quanrũ ad idẽ quæri 31
tur,vtrũ secũdus cõfessor mutare possit pœnitentiã iniunctã ꝑ primũ? Et dicit Monal,q̃ sic si iniũcta fuit ꝓ crimine,à quo secundus absoluere poterat,& supior sibi nõ reseruauerat mutationẽ.Secus si reseruauerat eã sibi:vel peccatũ erat supiori reseruatũ:q̃ non põt,nisi necessitas vrgeat,vel suadeat vtilitas:in q̃bus casibus piũ est interprerari q̃ superior licentiam cõmutandi vel relaxãdi cõcesserat.Et intellige semp q̃ hoc fiat ex causa rationabili.Et his cõcor.Ray.cũ sua gl.excepto q̃ si pœnitẽtia fuit publica,requiri debet is q̃ iniũxit,si cõmodè põt,ne scandalizetur.Et quia,secũdũ Ray.hoc fieri nõ debet ab eodẽ confessore,vel alio,nisi examinata causa ꝑ quã iniuncta est:ideò requiri videtur cõfessio peccatorũ, pro quibus principaliter iniuncta est. ¶ Vicesimooctauò † quæ- 32
ritur,vtrũ pœnitẽs teneat ad religionis ingressum,si hoc sacerdos iniungat? Et dicit S.Th.in xvj.di.iij.m.expositione literæ quòd non:quia quod dicitur,pœnitentem debere se ponere in iudicio cõfessoris : intelligitur de his q̃ sacerdos, inquantum habet clauem scientiæ & authoritatis per iudicium diuinum,& non secundum humanum errorem iniungit. Ingressus autem religionis,cùm sit voluntatis,alicui nõ potest iniungi:quod si aliqui canones faciunt, magis est consilium quàm præceptum:quia qualiber pœnitentia taxata leuissima religio est satisfactio maior, inquantum homo abdicat propriam voluntatem,qua nihil est carius.

Rursus de Confessione secundò quantum ad necessitatem & vtilitatem eius.

1 *Confessio sacramentalis secundò considerata, nempe secundum necessitatem & vtilitatem , ita se habet vt in ea tria concurrant, confitens scilicet,confessum,& is, cui confitetur.*

2 *Confiteri num sit teneatur qui suscepto baptismo,mortale peccatum commisit, an verò absque confessione in actu,vel proposito, sola contritione saluari possit?*

3 *Confiteri de eo num teneatur, quod quis dubitat an sit mortale? Et quid de his, quæ manifesta sunt , an sacerdoti quis confiteri teneatur? Et quid de circunstantijs peccatorum, & eorum numero ac frequentia. Item quid de venialibus, & semel confessis. si contingerit relabi, & an necesse sit statim confiteri? remissiuè.*

4 *Confiteri,quo iure adstringamur? Et num omnes ad confessionem teneamur?*

5 *Papa num dispensare possit, ne ipse aut alius confiteatur?*

6 *Confessionis effectus & vtilitas multiplex?* 1

CONFESSIO † secundò, vt intelligatur qualiter ad eã teneamur:& quis eius effectus : sciendum est quòd in cõfessione tria concurrunt: scilicet confitens, confessum,& is cui confitens confitetur. Quantum igitur ad confitentem necessitas vel obligatio confessionis ligat omnem fidelem

vtriusq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

vtriusque sexus, qui est doli capax. de pœni. & remiss. omnis. Intellige ex vi sacramẽti vel statuti, aut si habet confitenda: quantũ verò ad rẽ cõfessam ligat quantũ ad peccatũ actuale mortale proprium committum post baptismum, secundũ S. Tho. in iiij. distin. xvij. & mortales circunstantias, id est, infinite aggrauantes, de quibus titu. priore. §. ix. quantũ tamen ad peccatum mortale commissum ante baptismum, Sum. Ro. & Ang. imponunt Richar. contradictoria: quantum verò ad eũ, cui quis confitetur, ligat & obligat, vt ille sit sacerdos & proprius: vt infrà Cõfessor. j. in princ. ¶ † Primò † igitur quæritur, vtrum is qui cõmisit peccatũ mortale post baptismũ teneatur illud confiteri, an possit absque confessione in actu vel ꝓpposito sola cõtritione saluari: id est, dolere de peccato cum proposito abstinendi, & si non confitendi? Et dico quòd Magister in iiij. distinct. xvij. & Gratianus de pœnit. dist. j. per totum. quæstionem istam pertractant. & Gratianus post multa: quia vtraque opinio viros habet sapientes & religiosos, lectoris arbitrio quid sit tenendum relinquit: & sic non determinat. & Theodorus in cap. fin. illius distinctionis, dicit Græcos tenere confessionẽ vocalem non esse necessariam: sed S. Th. in iiij. dist. xvij. in expositione literæ, dicit quòd hoc quod ab vtroque pro opinione ponitur, nunc post determinationem ecclesiæ sub Innocentio tertio factam de pœnit. & remiss. ca. omnis. est hæresis: non quia sit explicitè contra aliquẽ articulum fidei, aut præcedẽs vel sequẽs ad ipsum, sed implicitè aliquid continet fidei contrarium: quia sequitur clanes ecclesiæ
3 non esse necessarias ad salutem. ¶ Secundò † quæritur, vtrum dubitans de aliquo an sit mortale, teneatur illud cõfiteri? Et dicit S. Tho. quòd sic: aliter periculo se committit, & mortaliter peccat: sicut etiam & qui aliquid committit vel omittit, in quo dubitat esse mortale. Sed tamen notandum est ex doctrina eius & cõmuniter omnium, quòd aliud est scire, aliud opinari & dubitare: quia scire, vt ex diffinitiõe eius patet, habet certitudinẽ sine hæsitatiõe de oppósito: opinari verò nõ habet certitudinem sine hæsitatione: sed habet assensum vel credulitate de aliquo cũ formidine de oppósito: dubitare verò non habet assentum vel credulitatẽ alicuius: sed ꝓpriè dicitur quando aliquis aliquã sententiam nec credit, nec decredit, sed est in æquilibrio, non declinans magis advnã partem, quàm ad aliam, saltem notabiliter: ideo si aliqualiter cõiectaret leuiter sine probabili ratione de altera earum. Qui ergo opinatur probabili ratione de aliquo quòd non sit mortale: non tenetur illud confiteri? Et dicitur ratio probabilis ex lib. Top. quę videtur vera omnibus hominibus, aut maiori parti, vel omnibus sapientibus, aut maiori parti, vel saltem præcipuis eorum. Et qui crederet aliquam rationem esse talem, potest se in ea fundare: quia non tenetur exhibere discutiendã præ lictis: cùm hoc vel impossibile sit, vel difficile nimis. ¶ † Tertiò quæritur, vtrum quis teneatur cõfiteri peccata manifesta sacerdoti? Et communiter tenent doctores in iiij. dist. xvij. quòd sic: quia non sunt ei manifesta in forma iudicij, inquantum Dei vicarius est. Vtrum autem teneamur confiteri peccatorum circunstantias, & numerum, & venialia, & semel confessa, si sequitur recidiuum: & vtrum teneamur confiteri
starim, vide titu. priore. ¶ Quartò, † vtrũ ad confessionem teneamur diuino iure vel humano seu positiuo? Et dico quòd
Canonistæ videtur tenere quòd sit de iure positiuo. & ad hoc est glo. de pœn. distinct. v. in Summa. quæ vult quòd instituta sit à quadã vniuersali traditione ecclesiæ: ideò infert quòd confiteri non tenentur infideles: nec similiter Græci, ex quo non acceptauerũt huiusmodi cõstitutionẽ: sicut nec votũ castitatis. Sed Theologi tenẽt expressè, ꝙ vt est mentalis facta Deo, est de iure naturali: vt autẽ est vocalis, est de iure diuino: non quidem veteris legis: quia tunc non tenebantur homines ad confessionem specialem & distinctam: sed tantùm ad gñalem & indistinctam, ad quã tenebatur per determinationem sacrificiorum: sed legis nouæ. Et hoc sentit S. Tho. in iiij. distin. xvij. & S. Bon. Rich. & Sco. Et hoc ex mente S. Tho. probatur primò ex hoc quòd Christus in Apostolis dedit sacerdotibus potestatem remittẽdi peccata, Ioan. xx. quia posito aliquo remedio, sine quo peccata non remittuntur, tenetur fideles eorum: huiusmodi aute est illa potestas absoluendi: quia si cõtritione sola remitti possent, frustra Christus dedisset istã potestatem, quæ sine contritione mihil potest, sed ea requirit. Et ista probatio elicitur iiij. distinct. xvij. quæstiũj. ar. iij. q. j. ad primum. Probatur secundò ex hoc ipso quòd probatur Christus omnia sacramenta instituisse, tam necessaria quàm nõ necessaria: licet de omnibus non legatur. sicut etiã multa alia tenet ecclesia sibi ore tenus ꝙ Apostolos, ꝓmulgata de cele. miss. cum Marthæ. nec apostoli vel ecclesia tantum & tam periculosum iugum populis induxissent, nisi habuissent à Christo verbaliter. Et præterea ipse Christus dicendo, quorum remiseritis peccata remittuntur eis: à contrario sensu innuit, quòd quorum non remiserint, non remittuntur: quod declarat dicens, & quorum retinueritis, id est, non remiseritis, retenta sunt. ¶ Quintò, vtrũ omnes teneantur ad confessionem? Et dico secundum Richar. quòd tenentur omnes ex vi sacramenti: sed secundũ quod præceptũ est ab ecclesia vt semel in anno fiat, tenentur soli & omnes fideles, etiã pueri cùm ad annos discretionis peruenerint, id est, quando sunt doli capaces, secundum glo. in cap. omnis. de pœ. & remiss. sic hoc præceptum. & hoc est in vij. anno, & supra: vt notatur de deli. pue. cap. j. Et hoc verum est iuridicè & in pluribus: foro tamẽ animæ sunt aliquãdo doli capaces, & possunt delinquere etiam ante septennium: vt docet S. Tho. in iiij. dist. xvij. vnde videntur obligari ad confessionem. ¶ Sextò, † vtrum papa dispensare possit, ne ipse vel alius cõfiteatur? Et dicit S. Thom. in iiij. dist. [illegible] quòd non: quia tollere non potest sacramentorum necessitatem, sicut nec instituere noua sacramenta: dispensare tamen potest vt quis differat vltra annum, quod Supplementum limitat inquantum respicit cõstitutionem ecclesię ne incurratur pœna. d. ca. omnis. non autem inquantum respicit legem diuinam, qua quis videtur teneri ad tim post mortale habita copia confessoris. Sed ista limitatio improbata est tit. priore. §. ij. Vnde etiam ipse papa confiteretur: quia licet non habeat superiorem inquantum papa, vel prælatus, habet tamen inquantum peccator. ¶ Septimò † quæritur quantũ aduitilitatem vel effectum, quis sit eius effectus? Et dico primò quòd liberat à culpa siue à morte peccati, vt dicit S. Thom. in iiij. dist. xvij. sicut baptismus: etiam si sit in sola voluntate. & secundò confert gratiam, vel eam augget si prius habebatur: & tertiò liberat à pœna mutãdo aeternam in temporalem purgatorij: & purgatoriam in temporalem hic explebilẽ. Et hæc omnia ex vi absolutiõis: & vltimo ex natura actus confitentis, qui habet annexam pœnam erubescentiæ: etiam à pœna liberat tẽporali hic explebili in potentum vel in partẽ: imò sacerdos potest dimittere de pœna debita, secundum Panor. in cap. sicut dignum. de homicid. & de hoc infrà, Indulgentia. & consequenter quartò aperit paradisum: quia remouet impedimenta introitus, id est, culpam & pœnam. & quintò tribuit spem salutis: quia hęc spes nõ innitebatur nobis nisi per Christũ: per cõfessionem autem homo se subijcit clauibus ecclesiæ à Christi passione habentibus virtutẽ.

Rursus de Confessione tertiò quantum ad sigillum.

1 *Confessionis sigillũ necessarium. Et quis illud seruare teneatur, vt*

vt de eo nihil prorsus reuelet? Et quòd sub idipsum cadat?

2 *Pœnitẽs aut quispiã alius, num aduersus sigillum ipsum aut præcipere, aut dispensare possit? Et num saltem aliquo casu sacerdos contra vim sigilli propter aliquod damnũ, aut peccatum, vel periculũ vitandũ, confessionẽ reuelare liceat? Et quibus, casibus in confessione audita sine sigilli fractione pandi vel manifestari queant?*

3 *Persona cum qua pœnitens peccauit, an sub confessionis sigillum cadat? Et quid de debitis, creditis, vel depositis in confessione declaratis?*

4 *Confessionis sigillum infringentis quanam sit pœna?*

5 *Confessionem si quis sacerdotẽ adstruat reuelasse: is verò contrà neget, vel se quippiam quidem dixisse fateatur, sed negets se per confessionem didicisse, cui probandi onus incumbat?*

6 *Cõfessor, num ob id pœnã aliquã incurrat, quod dicat sibi quẽpiam de peccatis confessum esse? Et quid si addat confessum de multis, aut de magnis? Itẽ quid si index inßet, vel exigat à sacerdote iuramentũ, an ꝙ cõfessionẽ sciat aliquid de tali facto?*

7 *Sacerdos parochialis si noverit per confessionem nonnullorum suorum parochianorum impedimentum circa matrimonium tam cõtractum, an illud reuelare possit?*

8 *Sacerdos si aliquod mortale admiserit, quod confiteri nisi confessione reuelata, nequeat, an hoc casu durãte cõfiteri debeat?*

9 *Abbas, si ꝙ confessionẽ prioris, aut alterius fidelis peccatũ intellexerit, per quod ille prioratũ, aut aliud officiũ obtineat, an possit illud peccatũ sine cõfessitia lasiõe impunitũ relinquere? Et quid si quis ꝙ audita in cõfessiõe sciat, vel credat quẽ platiõe indignũ, & eius promotioni interßa, an reclamare queat?*

10 *Confessor, qui varias confessione audita, peccatum alterius nouit, an possit illo altero confitente, & idem peccatum tacente, de eo eundem interrogare?*

11 *Confessione audita, qui nouit confitentem excommunicatum, num illum vel in secreto saltem euitare teneatur? Et quid si sacerdos per confessionem ecclesiam coitu pollutam, vel alia ex causa sciat, an episcopo reuelare possit?*

12 *Sacerdotem, si duo concumitantes inter se cõstituerint occidere ac mox alter pœnitentia ductus hoc ipsum eidem sacerdoti confiteatur: num vbi ad syluam deuentũ fuerit, recredere, aut declinare possit, si ex hoc de confessione alteri innotescere queat?*

13 *Confessionis sigilli ratio, & secreti an par sit?*

1 CONFESSIO † tertiò inquantum debet esse secreta ex parte confessoris, siue quantũ ad sigillũ. sciẽdum ꝙ de necessitate eius est sigillũ, secundũ S. Tho. in iiij. dist. xxj. quia exterius ibi gesta oportet significare gesta interius, vbi à Deo tegunt peccata eius ꝙ se subijcit: qđ quidẽ sigillũ, secundũ eũ ibi, est debitũ celãdi cõfessionem, sicut clauis est potestas absoluẽdi. & secm Sco. ea. di. est de iure diuino ratiõe charitatis, fidelitatis, & vtilitatis: qa multi cõfitentur q aliàs nõ cõfiterẽtur. ¶ Primò verò quęritẽ quis teneat hoc sigillũ seruare, nihil contra illud reuelãdo? Et dico secundũ Sã. Tho. vbi s. ꝙ hoc cõpetit sacerdoti, inquantũ est huius sacramenti ministeri: tñ sicut nõ sacerdos in casu aliqđ de actu clauis participat dñi audit cõfessionẽ, ꝓpter necessitatẽ: ita aliquid participat de actu dicti sigilli: & celare tenet, quamuis ꝓpriè nõ habeat sigillũ confessionis. Igitur ad hoc sigillũ tenet primò ipse sacerdos. & secũdò, secũdũ Richard. vbi suprà, & S. Tho. is cui sacerdos confessionẽ reuelauit de licẽtia confitentis, vel sine licẽtia. Vnde etiam papa iubente quòd reuelet, obedire non tenetur. & tertiò, secundũ eundẽ, is qui audiuit à proposito confessionem confitentis alteri confessori: qui si dolosè & insidiosè audit, secundum Scot. peccat mortaliter. quartò etiam is qui audit cõfessionem in necessitate, & nõ est sacerdos. quintò interpres, secundum Rich. qui vnã persona cũ sacerdote reputatur. sextò secundum S. Thom. & Ric. & generaliter quicũq; audit peccata confitentis. quod limita, nisi de mente confitentis esse constaret quòd posset ea loqui. ¶ Secundò quęritur, quid cadat sub isto sigillo? Et dico secũdum S. Tho. in iiij. dist. xxj. & Rich. eadẽ dist. quòd sub eo cadũt directè omnia cadentia sub confessione sacramẽtali, id est, peccata. & hoc secundũ Inn. in c. omnis. de pœ. & re. etiam si quis dicat se ab aliquo peccato nõ posse abstinere, sed de hoc dolere: indirectè verò ea per quæ peccatũ vel peccator deprehendi põt. Vnde, secundũ Rich. ibi, quicquid ꝙ se vel per accidens, directè vel indirectè posset verecundiã vel cõfusionem vel malã suspicionẽ vel aliud nocumentũ gñare pœnitẽti ex peccato cõmisso, cadit sub illo sigillo: & locus, tẽpus, & oia ex quibus deueniri põt in notitiã peccati, nõ simpliciter, sed relatiuè ad personã, quæ illud cõcessa est: & nihilo minus secundũ S. Tho. alia quę aliqũ in confessione dicũtur, summo studio celãda sunt, ꝓpter scandalũ & pronitatẽ, quę ex cõsuetudine posset accidere. Et durat hoc sigillũ etiã post mortẽ secundum Sco. tanquã præceptũ negatiuũ, obligans etiam ad semper. ¶ Tertiò † quæritur, vtrũ possit pœnitẽs vel alius cõtra hoc sigillũ præcipere, aut etiã dispensare? Et dico ꝙ præter pœnitentẽ nullus, etiã papa, in hoc dispẽsare põt, & si præciperet, etiã sub pœna excõmunicationis reuelationẽ alicuius cadentis sub dicto sigillo, ei nõ est aliquo pacto obediendum: nec incidet in sententiã excõmunicationis, secũdum S. Tho. in iiij. dist. xxj. & secundũ omnes Doct. quia, inquit San. Tho. hoc sigillũ est de iure diuino, sicut & cõfessio. vel secũdum Pan. in c. dilectus. de excess. prelat. quia sacerdos in actu confessionis est vicarius specialis, papa verò gñalis: specialis autẽ quo ad illã speciẽ maior est gñali. de offic. deleg. studuisti. De pœnitẽte autẽ siue confitẽte dicit Sum. Ang. quòd de licẽtia eius nõ licet sacerdoti cõfessionẽ reuelare. fundans se super authore aureo. & Laudu. & super ratione: quia pœnitẽs dispẽsare nõ põt in lege nature, aut in diuina, aut in essentia sacramenti. sed cõtra hoc est Sum. Ros. & supple. & cõmunis doctrina sanctorum. Vnde dicit Richardus quòd ei reuelare licet illi soli ꝺm qui vtilis est ad perficiẽdum requisita ad fortũ illud: quia adhuc gerit personã Dei. quod secundũ San. Tho. Bona. & Per. limita, nisi timeatur de scãdalo: puta quòd sacerdos sit cõfessoris reuelator. vel huiusmodi: quia, vt dicit Sum. Conf. & Asten. cùm propter duo sacerdos cõfessionẽ celare teneatur, scilicet propter sacramentũ, cùm celatio sit de eius essentia vel quasi, & propter scandalum: primum tollitur per licentia cõfitentis, sed remanet secũdum. Et idem tenet Pan. in c. significasti. de adult. & in c. Matthæus. de simo. vbi non reprehenditur Cardinalis reuelans papæ secretò peccatum sibi cõfessum: quia, inquit Panor. reuelauit de licentia præsentis papæ qui poterat prodesse. Et idem sentio quoties reuelaret ex quacunq; legitima causa alicui vtili, & si nõ pœnitenti: quia pœnitens facere potest quòd iam illud sciatur extra cõfessionem. Ad motiuum dico quòd possum ego dare licentiam contra ius naturæ, & de his quæ dicta iura mandant in fauorem meum: vt quòd non teneatur mihi restituere qui mihi furto vel rapina subripuit. Et quod additur de essentia sacramenti: dico quòd secundum Sanct. Tho. & Doctores ordinis sui, pœnitẽs dando dictam licentiã facit [illegible] sacerdos sciat illud tale vt homo: & cõsequenter sub sigillo dicti sacramenti non cadit: vnde nihil sit contra sacramentũ. Cõsilium Bona tamen fuit Vlde. quòd cùm aliquid reuelandũ est de his quæ *confi* dicuntur in confessione, pœnitens dicat extra confessionem *liun.* de peccatis suis quãtum placet reuelare confessori tanquam bon

Universidad de Deusto
Biblioteca

hominis quia sæpé cum quibusdam circūstantijs dicūtur peccata in cōfessione, cum quibusdam nō placeret pœnitēti vt alteri reuelarētur. ¶ Quartò, vtrū aliquo casu liceat sacerdoti cōfessionē reuelare cōtra dictū sigillum, propter aliquod damnū, aut peccatū, vel periculum vitandum? Et dico secundum S. Tho. & Pet. & communē omnium doctrinā, quòd nō quod limita secundū Ray. & gl. eius in ti. de pœni. & re. quādo quis verè confitetur. Secus quando fictè, ad impetrandum à cōfessore auxilium vel consilium super aliquo peccato: hoc enim nō est cōfessio, etiā si dicat, hoc tibi dico in cōfessione: sed cōfessionis destructio. & cōsentit Inn. in d. c. omnis. dicens nō esse verū quòd tales dicāt in pœnitētia vel Dei ministro: cū animę consiliū nō requirāt: si tñ aliquis pro bono animę vel pro bono corporis, quod nō repugnet bono animæ, peccatū suū sacerdoti in cōfessione reuelet, etiā si ab eo eo nollet absolui, sed sibi cōsulere: sacerdos celare tenetur: quia est dictū in cōfessione, & auditū, licet absolutio nō sequat: sicut est in eo qui cōfiteretur & nō absoluitur, vel quia est indispositus, vel quia casus, de quibus cōfitetur, sunt reseruati: quia hoc fit spe veniæ, saltem reductiuè & dispositiuè & initiatiuè. ¶ Quintò quęrit, quibus casibus audita in cōfessione dici aut manifestari, possint sine fractione dicti sigilli? Et dico hoc fieri posse in casibus multis. Primò, si pœnitēs sup hoc licentiā tribuat, vt dictū est ꝛ. §. iij. Secūdò, si sacerdos indigēs cōsilio circa peccatū auditū, & sic illud petat, quòd p eius dictū nullo modo veniri possit in notitiā peccatoris: de pœn. & remiss. officij. vbi nō reprehēditur legatus petēs cōsiliū de peccato quod asserit se in cōfessione habuisse in vniuersali: vnde non peccant saltē mortaliter sacerdotes si ad consiliū vel ad detestationē aut aliquo bono fine dicant in generali se aliquid tale habere in cōfessione vbi nullo modo veniri potest in notitiam personę: licet hoc sit periculosum, & plerunq; scandalosum. Nec obstat Pan. in d. c. omnis. dicēs quòd iste incurrit pœnam d. c. quia est cōtra Sco. & communem doctrinam. & fundat se in textu malè intellecto, in verbo, qui peccatum. qui debet intelligi quando peccatū refertur ad peccatorem, seu per illud venitur in notitiam peccatoris. Et idem generaliter est, secundum Rayn. de quocunq; quod non spe veniæ aperitur: quia non est confessio: nec sacerdos illud celare tenetur, nisi sit spe venię reductiuè saltem, vt §. priore. Tertiò, si quis confiteretur se velle facere aliquod malum, puta homicidium: quia secundum Inn. & sequitur Pan. in dicto cap. omnis. istud non est dictum in pœnitētiali foro nec sacerdos illud celare tenetur: quia peccatum non commissum, sed cōmittendum, non est dictum in pœnitentia. quod limita inquantū est committendum: secus, inquit Pan. si pœniteret de voluntate præterita: quia tūc est cōmissum respectu volūtatis. Quod tamē dictum est, sacerdotem ad huius celationē non teneri: intelligę primò quando adest firmū propositum cōmittendi. secus secundum Mon. si quis confitetur super aliquo tentari & aliquando cōsentire, & aliquando verò dissentire: reuelare non debet: & si adest dictū propositū firmum, secundū eundem, debet sacerdos protestari quòd tale quid nec recipit nec recipere tenetur sub sigillo cōfessiōis ad scādalū euitandū, quod intellige nisi ex tali ꝓtestatione sequeretur malū maius scādalo confitentis, puta homicidium. Intellige secundò quādo illud peccatum committendū vergeret in periculum vel damnum cōmunitatis vel etiam priuatę personę: quo casu non solùm nō tenetur celare, sed tenetur manifestare, si id potest cōmodè sine damno suo, & cum proximi vtilitate, etiam peccātis. Secus vbi qui confitetur se non posse abstinere ab aliquo nulli nisi sibi nociturо; vt sacerdos ei consulat & pro eo exoret: quia talis confessio ad contritionē & consequēter ad celationem peccatorū in diuino cōspectu disponit secundum Rich. in iiij. dist. xxj. & talis reuelando etiā ad præceptū superioris, peccat mortaliter, secundū Henr. de Gan. in ix. quol. ib. vbi cōcludit quòd subditus recipiēs ab aliquo aliquid in secreto nōvergens in damnū cuiusquam, nō tenetur illud reuelare prælato petēti vt reueler. Quartò si quis dicat amico peccatum, dicens se illud in pœnitētia dicere: quia dicēdo illud nō diceretur reuelare confessionē, sed undū Inn. tum quia ille non est sacerdos: tum quia illud nō dixit sibi inquantum ministro Dei, cùm absolutionem non peteret, sed reuelaret tanquam amico: si tamē ille amicus sacerdos esset, teneret ratione sēā dali celare. Intellige tamen quòd laico nō dicitur aliquid in pœnitentia, nisi assumatur loco sacerdotis in necessitate: & fiat ei vera cōfessio, sicut sacerdoti: tunc enim nō debet reuelare, etiam tāquam testis: aliàs puniretur. Hęc Pan. & consentit Host. in c. omnis. de pœ. & remiss. dicēs quòd eo casu tenetur celare, ac si esset sacerdos. & Pet. Hieremias dicit se credere quod eodē modo vt sacerdos iurare posset se nihil scire de auditis in cōfessione. Quintò cùm quis peccatum sibi in confessione detectū habet per aliā viam, siue antè, siue post: quia secundū S. Tho. in iiij. dist. xxj. & per. & Bona. & Rich. & communiorem opinionem illud dicere potest propter scandalum: tamen illud dicere nō debet, niſi primò pro necessitate vel vtilitate, vel secundò nisi iurauerit dicere veritatem, secundum Inno. in d. c. omnis. & recitat Pan. in cap. dilectus. de excess. pręla. nunquam tamen, vt dicit S. Tho. dicere debet se illud in cōfessione habuisse: quia secundū Scot. peccaret mortaliter. Et idem dic si dicat aliquid inaduertenter, vel ex lata inconsideratione plus, vel aliter quàm sciat extra confessionem: puta si extra scit semiplenè, dicendo plenè vt nouit in confessione, peccat mortaliter: vel si extra habet dubiè, & reuelat certè. Sextò, quando id, quod dicitur, non est peccatum, nec circunstantia peccati illius qui confitetur: quia tale quid sub huius sacramenti sigillo non cadit: nisi esset quid potens deducere ad manifestationem peccati. Vnde si quis cōfitēdo inferat Germaniam nō habere vina nisi rara: vel quòd aliqui debet centum ex cōtractu licito, puta emptionis, & huiusmodi, quę nō sunt peccata, nec ducētia ad manifestationē peccati, secundū Rich. potest manifestare cōfessor: nisi innotescat illi talia dicta esse sub sigillo secreti: quia eo casu dicere non potest, niſi ꝓut possunt reuelari secreta. de quo ꝛ. §. vij. Et idem est, secundū Scot. si res talis esset naturæ qꝫ meritò deberet celari: vt quia sine alterius scādalo nō reuelatur: quia eo casu niſi teneret secretū, etiā si hoc peccator nō diceret, peccaret mortaliter. ¶ Sextò † quæritur, vtrū persona cū qua pœnitēs peccauit, cadat sub cōfessionis sigillo? Et dicit Rich. quòd sic, siue peccator potuerit suū peccatū cōfiteri sine personæ illius expressione, siue nō. ¶ Septimò, vtrū sub dicto sigillo cadant debita, credita, vel deposita, dicta in cōfessione? Et dicit Veruec. qꝫ sic, quantū ad cōfessa in qbus peccatū cōmissum est: puta quia per furtū habuit vel vsurā: vnde si de his fiat inquisitio, sacerdos reuelare nō debet, etiā si papa sub excōmunicationis pœna ꝑciperet cōtra scientes & nō reuelātes: quia nō scit vt homo: & esset cōfessionis reuelator: nec aliquā sententiā incurrit nō reuelando. Sed quantum ad alia, in quibus non est peccatum, distinguendum est: quia si fieret inquisitio per eum qui potest, tenetur dicere veritatem: quia etiā si recepit sub sigillo confessionis, de hoc casu non cogitauit: vel etiam si cogitasset aut promisisset, vel etiam iurasset nō reuelare: illicitum fuit promissum vel iuramentum: nec obseruandum in prejudicium iuris alieni xvij. quęst. iiij. inter cętera. Sed si iniustè aut per tyrannidem fieret inquisitio, non debet reuelare, sed subterfugere, aut sophisticè respondere.

¶ Oct

¶ Octauò, † quæ sit pœna frangentis dictum sigillum reuelando confessionem? Et dico quòd amisquo iure deponi debet: & omni tempore suæ vitæ ignominiosus pegrinari. de pœ. dist. vj. sacerdos. Sed hodie per d. c. omnis debet depositus in arctū monasterii detrudi. quod intellige si sit sacerdos. si verò sit laicus, secūdū Host. in d. c. alia est pœna puniendus. scili cet arbitraria. ¶ Nonò, † cui incūbit probatio, si qs dicat sacerdotē reuelasse confessionē: & ille negat, vel dicat se qdē aliquid dixisse: sed negat se illud per cōfessionē habere? Et dicit Pan. in d. c. omnis. secūdū aliquos, sacerdotē absolutē dū: cùm nō sit illi minus credendū quàm alij. Sed Host. & idē Pan. tenent qꝫ niſi sacerdos doceat aliunde illud se habuisse quàm per confessionē, præsumetur cōtra eum. ar. vj. q. ij. placuit. nō tamen punietur pœna ordinaria dicti c. omnis. quia nō apertè cōuincitur: sed pœna arbitraria. & idem Rich. in iiij. ¶ Decimò, † vtrum incurrat dictā pœnam cōfessor, dicēs aliquem sibi esse confessum de peccatis suis? Et dicit Astē. quòd talis nihil reuelat occultum: quia confessio propriè non est niſi de peccatis: si autē dicat illū cōfessum de multis aut magnis peccatis, vel huiusmodi, reuelator est cōfessionis. ¶ Vndecimò, qd si iudex instat vel exigit iuramentū à sacerdote, an per confessionem sciat aliquid de tali facto? Et dico qꝫ secundū S. Tho. & omnes doct. sacerdos si ab eo quæratꝰ de aliquo absēte, an aliquid sciat quod audiuit in confessione: iurare potest se nescire illud: quia non scit illud inquantū homo nec ad mādatū cuiuscūq;, etiā papæ tenetur de hoc testari, aut aliqd dicere. nec teneret excōmunicatio propter hoc lata contra eū: sed si quęratur de eo non absolutē an sciat: sed an sciat aliquid per confessionē, etiā adhibito iuramēto, secūdum aliquos, debet tacere. sed hoc est malè dictum: quia indirectè proderet peccatorem. Vñ secundū Veruec. si alio modo iniquū iudicē declinare non potest respōdere potest se nihil scire: quia subintelligitur vt homo, vel intelligitur, nihil scio tibi reuelādū. sicut Mar. xiij. filius dicit se nihil scire de die iudicij, scilicet ad reuelandum generaliter. & cōsentit Rich. Bon. Sco. & Pan in d. c. dilectus. sed Sā. Ang. dicit quòd melius subintelligitur ad reuelandum, quàm subintelligatur vt homo: quia negari inquit, non potest quin sciat vt homo. quod eius dictum est cōtra omnē doctrinā suorū doctorū, & contra c. si sacerdos. de offi. ord. intellectū iuxta communem doctrinam: quia ibi dicitur sacerdos hoc scire vt Deus. Ex quo sequitur quòd illud non sciat vt homo: vel sciat aliter quàm per confessionē: aliquin eodem modo innotesceret Deo & homini. ¶ Duodecimò, † quid si sacerdos parochialis sciat per confessionē impedimētum aliquorū suorum parochianorū circa matrimonium iam contractum? Et dico quòd contra sigillum confessionis nihil facere aut dicere debet: vt patet ex dictis. Sed si eo saluo loq; potest, si scit, aut credit probabiliter impedimētum posse probari, secundū Mo. debet eis reuelare, vt procurent diuortiū vel se habeāt vt frater & soror: vel dicatur sit superiori subministratis probationibus vbi oportet: quia cùm sit prælatus, tenet ad illud præceptū. Si peccauerit, &c. Si verò scit aut credit probabiliter quòd probari nequeat: non tenetur, secundū eundem, eis dicere: nisi credat probabiliter qꝫ parati sint super hoc acquiescere bonorū cōsilio, siue emendare: vel colligitur ex dictis S. Tho. de correctione fraterna. Si verò matrimonium sit cōtrahendū, moneat secretè vt desistāt: & si contrahunt, benedicat nuptias, quando aliter facere non potest, niſi manifestatione confessionis. ar. quod not. gl. & doctores in c. vnico. de sem. in or. fa. ¶ Decimotertiò, † quid si sacerdos commisit aliquod mortale, quod confiteri non potest niſi reuelādo confessionem? Et dicit Asten. post Rich. & Sco. quòd non debet conficeri eo casu durante: sed sufficit confiteri cum intentione confitendi quando sine præiudicio poterit dicti sigilli: quia fortius est vinculum sigilli quàm cōfessionis. ¶ Decimoquartò, † quid si Abbas scit per cōfessionem peccatum prioris vel alterius subditi sibi, cuius peccati occasio est prioratus vel aliud off cium? Et dicit S. Tho. in iiij. di. xxj. quòd prælatus absq; læsione cōscientiæ potest impunitū relinquere peccatū quod scit vt Deus: nec vllum tenetur adhibere remedium, niſi eo modo quo defertur ad ipsum, id est, tantùm in foro pœnitētiali monēdo vt resignet officio. Vel potest ipsum ex aliqua alia occasione absoluere: ita tamen quòd omnis suspicio de reuelatiōe cōfessionis euitetur: aliàs peccaret tanquam reuelans confessionem: vt dicit in v. quol. Hæc ex illo. Sed adde secundum mentem Richa. quòd oportet vitari suspicionem cōfessionis: sic quòd nec ipse, nec alius credat eum propter confessionem absolutum: aliter ipse vel alius redderetur pronior ad celanda peccata. Et hoc sequitur Sum. Ros. & innuit. Sum. Ang. sed ego credo hoc verum quo ad alium: non autem quo ad ipsum pœnitentem: quia vt patet ex San. Tho. in v. quol. quæst. x. quando prælatus sine manifestatione peccati potest eum amouere ab officio periculoso in posterū, hoc facere potest & debet: licet melius esset eum ad confessionem inducere. Nec obstat quòd efficaretur ꝓnior ad celāda peccata: qa melius est cauere ne peccata fiāt, quàm ne facta celentur: quia si non sunt, non celantur: non ecommerso. ¶ Decimoquintò, quæritur vtrum si quis per audita in confessione scit vel credit aliquem indignum prælatione, & interfit ꝓmotioni eius, possit reclamare? Et dicit S. Tho. in iiij. di. xxj. quòd ex multis causis alijs quàm ex peccato redditur quis indignus prælatione: vt ex defectu scientiæ, ætatis, vel huiusmodi: vnde qui contradicit, nec suspicionem de crimine facit, nec reuelat cōfessionem. hæc ille. Posito tamen quòd reuelādo faceret suspicionem de crimine: vt quia nihil aliud ei obijci posset: & reclamans putatur nō reclamare, niſi pro crimine occulto: reuelator esset confessionis.

¶ Decimosextò, † vtrum sciens per confessionem Socratis, ipsum eum Platone peccasse, qui hoc peccatum confitendo non dicit: possit ipsum Platone de hoc interrogare? Et dicit Sum. Ang. quòd sic in genere: licet dicere non possit qꝫ alius sibi reuelauerit. Sed tu adde qꝫ etiam hoc potest in specie, qñ non insurgit suspicio probabilis de confessione alterius: vt si est de more confessorū interrogare de talibus: tñ non licet interrogare de persona Socratis: quia iam suspicio otiretur.

¶ Decimoseptimò, † vtrum sciens per cōfessionem aliquem excōmunicatum, teneatur illum euitare, saltem in secreto? Et dicit Rich. qꝫ non. & caput, cum non ab homine. de sentē. excom. quod videtur sonare contrarium, dicit illud intelligi quando secretò scitur aliter quàm per confessionem. Scot. tamen tenet: quòd eum vitare debet, si pōt sine ꝓditione: aliter non tenetur vitare, sed tenetur nō vitare: quia fortius vinculum est ad celandū per legem naturæ & diuinā & ecclesiasticam, quàm ad vitandum. ¶ Decimooctauò, quid si sacerdos sciat per cōfessionē, ecclesiā pollutam cœtu vel alia causa? Et dico qꝫ episcopo reuelare nō pōt, niſi cessante omni suspicione criminis cōfessi: vt patet ex dictis. & ar. de adul. significasti. & de off. or. si sacerdos. Quidā autem dicunt qꝫ nec in genere debet reuelare. quod verū est, si sit omnino occultū quia tūc reconciliatione nō indiget. ¶ Decimononò, † quid si duo aliqui cōstituerint occidere sacerdotē comitātē cum eis: vna pœnitentia ductus hoc illi cōfiteturꝰ nūqd retrocedere pōt vbi ventū fuerit ad fyluā, aut declinare, si ex hoc reliquo innotescat de cōfessione? Et dicūt quidam qꝫ si aliā occasionē inuenire nō pōt, ex qua cōfessio nō probatur, tenetur intrare fyluam: & si occidatur, erit martyr. Sed Scot. in iiij. dist. xx j.

tenet

Universidad de Deusto
Biblioteca

tenet: quòd non tenetur intrare: nec debet reputari reuelator cõfessionis, nisi aliquid faciat quod ex sui natura prodat peccatũ cõfessum: cuiusmodi non est, à sylua diuertere: nec esse illicitum confessori signũ de se indifferens ad significandum tale peccatum esse confessum vel nõ significeandum: licet aliquibus sit signum magis determinatum ex aliquo præsuppo
sito, non ex se est signum reuelatiuum confessionis. quod quidem dictũ Sco. verum puto, vt dicit gener. aliter: nisi cũ signo
23 indifferenti adesset intentio ad reuelandum. ¶ Vigesimò, †vtrum sit eadẽ ratio de sigillo cõfessiõis & de sigillo secreti? Et dico q̃ secundum omnes doctores in hoc conueniunt ista duo sigilla, quòd quilibet habens aliquid sub eis, illud ee lare tenetur: vt etiã innuit Scot. in iiij. distin. xxj. si ille qui aliqua dicit, non exprimat q̃ dicat sub sigillo secreti, dummodo hoc intelligatur: vel etiam si res esset de se talis naturę q̃ meritò celari debet: vt quia est in scandalũ alterius, vel hiusmodi: & reuelans aliquid cõtra hæc sigilla, mortaliter peccat, & crimen proditionis incurrit, secundũ Rich. nisi fortè excusetur inaduertentia in re nõ magni põderis. Sed in hoc est differentia: quia sigillum confessionis obligat in omni casu: cũm autem sigillum secreti sed reuelari potest in duobus casibus, secundũ S. Bona. in iiij. Primò quando id exigit veritas: puta quia vergit in periculum aliorum. Secũdò, si obedietia cogit: contra quæ duo iuramentum vel promissio non valet. quod dictum S. Bon. sic intelligo: quia si constat secretũ vergere in periculum aliorũ, ex debito veritatis siue iustitiæ q̃ non solũm potest, sed debet propalare. Si verò nõ cõstat, sed est dubium: hoc potest, si obedientia requirat: quia in dubijs regulariter obediendum est, secundum S. Th. in quoli. Si aũt cõstat secretũ nulli prejudicare: nullus tenet etiã precipiente
Plato, sẽm Henr. de Gan. quoli. ix. & hoc vide ẽ. Testis. §. viij.

De Confessore primò quis sit.

1 *Confessor, cui sacramentalis confessio facienda est. quisnã sit? Et quibus ligandi atq; dissoluẽdi potestas concessa licatur? Et num laicus quãdoq; legitimus confessor & idoneus esse possit?*

2 *Sacerdos proprius, siue confessionis propria legitimus auditor, quisnam dicatur & quoruplicitet?*

3 *Sacerdos personarum ecclesiasticarum, quis proprius sit? Et quis secularium?*

4 *Confessionis audiendæ quis authoritatem & potestatem alteri committere, & de cuius licentia ac permissu confessionis audientia committi possit?*

5 *Ordinis executionẽ nõ habentes, num audiendæ confessioni cõmitti & destinari possint? Et quid de predicationis inquisitionis, aut alius cuiusuis officij munere delegãdo & cõmittendo?*

6 *Cõfiteri nõ propria sacerdoti, nũ quãdo liceat? Et quot casibus?*

7 *Confitenti cui velit, qui ab episcopo facultatem habet generalem quandiu eadem vti poterit?*

8 *Confessorem eligere sibi, quinam possint? Et qui minimè? Et an tantum consuetudo, quantum priuilegium possit?*

9 *Confessoris electi ab eo, qui id potest, quatenus in absoluendo eius potestas correcta esse intelligatur?*

10 *Vagabundi, scholares, mercatores, mercenarij, stipendiarij & id genus homines, in aliqua parochia commorantes num ab eo absolui possint, absq; & parochiani, si ibi domicilium non cõtraxerint? Et an sola habitatio quem alicuius ecclesiæ parochianum efficiat? Et quid de peregrinis, viatoribus & mercatoribus discurrentibus, & quis diuersis locis commorantur?*

11 *Eorum nam quis ratione delicti sortiatur?*

12 *Sacerdos proprius num subditi sui vbiq; audire possit? Et quid de mẽdicantibus? Et an sacerdos vnus parochialis possit vnius audire & absoluere?*

13 *Sacerdos proprius requisitus à subdito, vt ipsi alteri confiteri liceat, an facilis in concedendo esse debeat? Et quid si subditus dicat parochiano sacerdoti, se alteri confessum, an illi credere debeat, vt Eucharistiam eidem tradat? Et qualiter debeat intelligi dictum de impedimento excommunicationis?*

14 *Sacerdos parochialis, num quoties confiteri voluerit subditus audire eum ex præcepti necessitate teneatur? Et quid si audire noluerit?*

15 *Confessio ei facta, qui de iure beneficium non tenebat, an efficax sit, & teneat?*

16 *Confiteri, num aliquo casu, cuilibet sacerdoti liceat, etiam præciso, scilicet excommunicato, vel hæretico? Et an huiusmodi quis confiteri teneatur? Et qui occulte & scienter excommunicato confitetur, extra necessitatis casum, an peccet, & qualiter: & num debeat repeti & iterari confessio?*

CONFESSOR, † id est, cõfessiõis auditor, cui sacramẽtalis cõfessio facienda est, quis sit? Et dico primò secundũ S. Tho. in iiij. di. xvij. & omnes doctores, quòd est solus sacerdos regulariter: quia solis sacerdotibus data est potestas ligãdi atque soluendi à domino dicente Ioan. xx. quorum remiseritis, &c. de pœ. dis. j. verbum Dei. quod de mortalibus intelligendum est: quia venialia remitti possunt per confessionem factam laico, secundum S. Thom. in iiij. vbi suprà. In casu tamen necessitatis, puta mortis, fieri potest laico, eriã de mortalibus: quia sicut baptismus ex hoc quod est sacramẽtum necessitatis: habet ministrum duplicem, scilicet ex officio, & ratiõe necessitatis: ita & pœnitentia. Qui laicus licet absoluere nõ possit: tamẽ supplet summus sacerdos, secũdum eundem ibi. Et si absoluit vt sacerdos, nihilo minus reiteranda est confessio necessariò, quando possibile fuerit: & laicus, secundum aliquos, efficitur irregularis: sicut & si celebraret. Sed tũ forte isti nõ bene dicunt: quia nullus iudicari debet irregularis, nisi vbi est expressum in iure. de sent. excom. is qui. lib. vj.

¶ Dico secundò quòd in necessitate confiteri laico de mortalibus non est præceptum, sed cõsilium tantũm, secundũ Pet. Veruec. Sco. Richar. & Sum. Con. & Pis. & consentit S. Tho. dicens, ei fieri posse confessionem mõ autem dicens quòd sit necessariũ vel debitũ. Et magister dicẽs, ei debere fieri loquitur de debito honestatis, vel de bene esse mõ de debito necessitatis, vt videtur innuere. Vnde Ieuiter Sũ. Ang. adscribit magistro & S. Thom. quòd sentiant peccatorem ad hoc tenere.

¶ Dico tertiò, secundum Sã. Thom. quòd non à quolibet sacerdote potest quisq; absolui, sed solũm à proprio, vel ab eo, cui licentiam dederit propr us sacerdos. de pœn. & re. omnis. aut proprius prælatus, etiam si non sit sacerdos, secundũ Archid. Et ratio est: quia absoluere nõ potest quis aliquẽ vel ligare, nisi super eum habeat iurisdictionẽ. Sed tamen hic nota secundũ Pet. de Pal. quòd pprius sacerdos dupliciter dicitur. Primò scilicet propriè & strictè: & est solũm is, qui absoluere potest iure suo ordinario, non habens hoc ex cõmissione. & sic sumitur cùm dicitur quis posse confiteri de licentia eius. & cùm dicit Hostien. quemlibet tres habere proprios sacerdotes, scilicet curatum, episcopum, & papam. Et secundò largè: & est is, qui absoluere potest iure ordinario vel delegato. quod dupliciter est: vt §. sequenti. Et sic sumitur cùm dicitur quòd tenetur quilibet cõfiteri ꝓprio sacerdoti. ¶ Primò †verò quæritur, quis sit proprius sacerdos, largè, id est, propriæ confessionis legitimus auditor? Et dicit Richa. in iiij. xvij. quòd proprius sacerdos tripliciter dicitur. Primò, ex iurisdictione ordinaria: vt sacerdos parochialis, episcopus. & papa. Secundò, ex iurisdictione delegata: vt is, cui audiendi potestas cõmittitur ab aliquo istorum trium, vel legato papæ. Tertiò

Tertiò ex iurisdictione à iure concessa vel permissa, quæ scilicet potest dici delegata pro quanto istam licentiam talex sacerdotes alteri conferre possunt: vt sunt, inquit, illi quos episcopi vel abbates exempti eligunt in confessores. de pœ. & remiss. ne pro dilatione. Et idẽ est de eo qui audit in articulo necessitatis: & similiter de parochiali, cui confiteri voluerunt vagabũdi, nullũ habentes domicilij: vel peregrini, q vo lentes cõfiteri de comissis postquam recesserũt à iurisdictione illius, in cuius potestate habet dom cilij. sed de hoc infrà. Ex his. & ex Pan. in c. omnis. de pœ. & re. & ex Card. in cle. dudum. de sepul. colligo q̃ proprius sacerdos largè dicitur. Primò, Papa in toto mundo. Secundò, legatus, & eius pœnitẽtiarius in tota sua prouincia. Tertiò, archiepiscopus dum visitat in tota diœcesi suffraganei sui de pœ. & re nostro. & tunc potest alijs committere, secundũ Dire. Quartò, episcopus in tota sua diœcesi. Quintò, archipresbyter ecclesiæ cathedralis, qui in hoc cesetur vicarius episcopi. de off. archi. officiũ. Sextò, vicarius generalis episcopi, quorũ vterq; audire potest omnes de diœcesi. ar. l. cũ prætor. ff. de iud. & in d. c. officiũ. Septimò, presbyter parochialis in tota parochia. Octauò, vicarij ppetui sacerdotũ parochialũ. Nonò, omnes vicarij prædictorũ, qui possunt habere vicarium: & eadem ratione omnes habẽtes licentiã ab eis. Decimò, is qui eligitur à prælato, cui à iure permittitur eligere cõfessiore. de quo infrà. §. viij. & ix. Vndecimò, sacerdos parochialis respectu vagabundorum, id est, nõ habentiũ domicilij certum, vel habitationem, vt exponit glo. & Bar. in l. dies. §. prætor. ff. de dam. infec. & Pan. in c. fin. de foro cõpe. & idem de omnibus non habentibus proprium
3 domicilium. Sed pro intellectu dictorũ in hoc §. vide sequentes vsque ad octauum inclusiuè. ¶ Secundò quæritur specialius, quis sit, pprius sacerdos largè personarum ecclesiasticarum? Et dico quòd Papa in foro exteriori absolui nõ potest: quia nec excõmunicatione ligari, cũ superiore careat: in foro autem pœnitentiali ligari potest peccator. & Christus eũ sine remedio non reliquit, sed habet confessorem quẽcũq; elegerit, q̃ authoritate Christi potest eum soluere & ligare: qa sicut à principio quilibet sacerdos poterat quemlibet se tibi volentem subijcere absoluere: ita & nũc est quantũ ad eum qui nulli subijcitur. Qui verò sunt de familia Papæ, propriũ habent sacerdotem summũ pœnitẽtiariũ cũ Papa: quia nulli alij subsunt. Secus de capellanis eius per mundũ dispersis: qa propter hoc ab alijs non sunt exempti. Cardinalis autem cõfessor est, quem eligunt, si sunt episcopi: & idem est si sunt legati: quia sunt prælati vel exempti. Si verò nec episcopi sunt nec legati, sed simplices Cardinales, secũdũ Host. alijs nõ habent quàm Papam & summũ pœnitentiariũ: tutius autẽ est eos habere à Papa licentiã eligẽdi confessore. Familia verò cõmensalis eorum, de licentia eorum potest eligere cõfessorem: quia de cõsuetudine sunt eis subditi, siue sacerdotes, siue alij: vel forè summus pœnitentiarius est quasi curatus respectu omniũ mansionariorũ curiæ. Patriarchæ verò, primates, archiepiscopi, & episcopi habent confessores suos superiores mediatos: episcopi quidem archiepiscopũ: ille patriarcham: ille Papã: & hoc nisi sint exempti: & nihilo minus quilibet istorũ potest eligere confessorem: extra de pœ. & re. c. fi. vt dictũ est. Familia autẽ episcopi vel archiepiscopi secundũ Host. si sit in aliena diœcesi, idẽ videtur q̃d de familia alterius principis laici. Si verò sit in diœcesi propria, ei cõficeri debet, vel illi, cui ipse mandauerit: sed & proprio sacerdoti, de cuius parochia est, cõfiteri q̃s potest. Inferiores verò prælati non exempti habent pro cõfessore episcopũ, aut eius vicarium, si episcopo immediatè subsunt: sicut abbates, decani, præpositi, & archipresbyteri rurales habent episcopum, quando ille decanatus est annexus curæ: ptiores verò qui subsunt abbatibus, illis, & episcopo subsunt. Non prælati verò suis subsunt immediatè curatis, siue abbatibus, siue prioribus, siue decanis, quãdo sunt de collegio, vel simplicibus curatis, qñ in parochijs cõmorãtur: clerici verò chorales subsunt ei, qui præest choro in exterioribus, siue cantor sit, siue subcentor: sed quantũ ad forũ cõscientiæ, solus decanus videt curatus eorũ. hæc omnia ex Pet. de Pa. Quibus adde ex Pan. in d. c. fi. siue ne, ꝓ dilatione. de pœ. & re. quòd ratio cõfessionis eligẽdi cõfessorẽ fuit distãtia à superioribus: quę tñ, inqt, non est ratio sufficiens eligendi confessorẽ propria authoritate, cùm ibi opus fuerit priuilegio Papæ quod intellige nisi in necessitate, id est, mortis articulo: & nisi quis sic in itinere, vel alibi habeat domicilij aũt habitationẽ, iuxta dicẽda in sequentibus. De proprio parochiali infrà eod. §. xv. ¶ Tertiò quæritur, quis sit proprius sacerdos largè secularium pſonarũ? Et dico quòd is est habet episcopũ, in cuius ciuitate est sedes regni, id est, in qua incungitur & coronatur, nõ in qua plus morat. Principes verò minores, si habent plures ciuitates sub se, à sede principali ducatus vel comitatus domicilij sortiũtur: nisi qñ non habent ciuitatẽ vnã alia potiore: quia tunc secundum Host. ab vtroq; episcopo licentiã accipiũt, vel à Metropolitano. quòd dictũ quantũ ad Metropolitanũ nõ est verũ: qa nullus subditus suffraganei est ei subditus immediatè, nisi quando visitat. De illo verò principe, qui habet dominiũ in diuersis diœcesibus, sed nõ super ciuitatẽ, multo magis videtur q̃ hoc possint petere ab episcopis, vel illo scilicet in cuius diœcesi principaliter habet dominiũ: vel ab vtroq;. si æqualiter in duabus: quia absurdum esset q̃ à tot curatis haberet hoc petere, quot in suo dominio includuntur. Domini verò in eadẽ diœcesi in diuersis villis habentes dominiũ, & ita q̃ nulla sub se nõ cõtineat multas parochias, maximè si vna nõ sit principalior: nulli curato subsunt; sed immediatè episcopo: si verò in vna villa sit principaliter dominiũ, in qua nõ sit nisi vna, vel non sint multæ principales: Curatus est sibi sacerdos proprius extra episcopũ. Balliui aũt si nullibi habent mantionẽ, nisi secũdũ quod assistere requirunt, vbiq; possunt confiteri episcopis ciuitatũ vel curatis, in quorũ parochijs eligunt hospitium: si autẽ alicubi principaliter degũt, habet parochianum loci. Et idẽ de præpositis & seneschalis, licet habeãt domos parẽtũ extra balliuiã, præpositurã vel seneschaliã: qa per hoc officiũ quasi cõtrahendo forũ sortiunt. Cæteri verò burgenses, & alij laici in potestatibus nõ cõstituti illis curatis subsunt, in quorũ parochijs degũt principaliter: vel si in duabus æqualiter in qua manent tunc qñ volunt confiteri, illius parochiani sunt. Hæc Per. de Pal. Quibus adde secundũ Host. quòd Imperator & Imperatrix de antiquissima cõsuetudine cõfitentur capellanis suis, qui habent curã animarũ suarum. Sed, vt dicit Per. de Pal. nulla cõsuetudine introduci potest vt præter proprij sacerdotis licentiã aliqs possit sibi eligere cõfessorẽ. de pœ. & remiss. c. ij. lib. vj. nisi dissimulatio Papæ sit licentiatio. hęc ille. Et idẽ intell ge si alius proprius sacerdos det licentiã interpretatiuè, scilicet dissimulãdo. Tutius tamẽ est in omnibus prædictis vt habeatur à Papa licentia eligẽdi confessorem. ¶ † Quartò quæritur, quis possit licentiare ad 4
audientiã cõfessionis? Et dico secundum Per. de Pa. q̃ omnis proprius sacerdos qui iure ordinario potest confessiones audire, potest hoc alteri cõmittere: quia habet causam meri imperij. Est autem, secundum eum, ordinarius primò quicunq; habet curam animarũ per electionem. vr. de licẽtiare potest quemlibet subditũ suum ad confitendũ alteri. Et secũdò quicunq; ex officio annexo hoc habet: licet nõ sit per electionẽ. Et tertiò gerens vicem curati per legem aut consuetudi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem, sicut prior factus per abbatem, qui eo viuente erat delegatus non potens subdelegare: eo mortuo vel amoto, eius vices in omnibus obtinens est quasi ordinarius, quantū ad hoc: vnde licentiare potest subditos de cōfessione. Et idem videtur de superiore, amoto priore, vel vicario, cui conuentus non habet priorem. Et quarto archipresbyter, cū est vna præbēda sacerdotalis, cui ex officio esset annexum officium audiēdi confessiones eorū de diœcesi extra ciuitatē: & multo magis si de ciuitate. Sed si pœnitentiarius non habet hoc officiū ex sua præbenda, sed ex commissione viuæ vocis episcopi: talis est delegatus, & non ordinarius. Et quinto legatus in vtroq; foro. Vñ sicut in exterioribus dat iudices delegatos: ita etiā habet duos pœnitentiarios. Et sexto summus pœnitentiarius in spiritualibus tantū bene habet pœnitentiarios suos: & cōcedit etiam licentiam eligendi cōfessorem: simplices autem pœnitentiarij Papæ quanuis sint delegati Papæ, & possint omnes de toto mundo audire: non tamen possunt ipsi sumere adiutores, nec dare licentiā confitendi. Et septimò decanus ruralis, qui & archipresbyter dicit, si decanatus sit annexus alicui speciali curæ, reputatur ordinarius in parochijs sui decanatus post episcopū: supra curatos etiam videtur ordinarius curatorū: & sic curati de licentia eius nō solùm episcopi possunt confiteri. Si autē illum decanatū episcopus vel archidiaconus cōferat modò huic curato, modò illi, vi desit delegatio: & hoc respectu criminū sine casuum cōmuniū. Archidiaconus autem licet sit iudex ordinarius de cōsuetudine: tamē nō in foro conscientiæ, etiā si sit sacerdos: quia hoc accidit suæ potestati: vnde si audire potest, ex cōmissione est: & subdelegare nō potest. Si potestas iurisdictionis vna est apud plures, & nō apud quemlibet insolidū: vt si capitulum, sede vacante, gerat vices episcopi in tēporalibus vel spiritualibus, & nullus eorū per se eam cōmittere potest, etiā decanus vnde totū capitulū & nō vnus ponet pœnitentiariū. Secus si perfectè & insolidū residet apud quēlibet: ita quòd vnus sine alio per seipsum potest de causa cognoscere: qa tūc vnus sine alio cōmittere potest, etiā minor sine maiore: sicut curatus sine episcopo. Vñ vicarius curati sine licentia episcopi audit confessiones subditorū curato. hæc omnia Pe. de Pal. sed vide infrà Delegatus.

¶ Quintò quæritur, vtrū non habentes ordinis executionē licentiari possint ad audiendas confessiones à proprio sacerdote, vel alio qui executione ordinis dare non potest? Et dico quòd vt patet ex Arch. in c. perfectis. xxv. di. & Pan. in d. c. omnis. triplicitèr dicitur qs nō habere ordinis executionē. Primò, quia non habet velle vel nolle, vt religiosus. Secundò, qa est excommunicatus, suspensus, vel interdictus, & huiusmodi. Tertiò, quia nō habet populum sibi subiectū sicut religiosi à suis prælatis habilitati: & oēs sacerdotes seculares nō habentes curā animarū. Primi, si sunt exempti, absoluere nō possunt nec ligare ex licentia sacerdotū parochialiū vel episcoporū, nisi à suis prælatis habilitentur. Vñ secundū Arch. nō debēt sine licentia sui superioris audire confessiones habētia licētiā eligendi cōfessorē etiā à Papa: sicut nec cōsentire electioi de se factæ, extra de elect. si religiosus. lib. vj. nisi Papa nominatim religiosum exprimeret. Et ide est de prælicatione, ingressione, vel alio officio. Si tñ eo casu absolueret sine licentia prælati sui, vt dicit Arch. nō oportet cōfessionē iterari. Secūdis verò dāri non pōt licētia audiendi cōfessiones, nisi prius habilitentur ab eo, qui tale impedimentū remouere pōt. Tertijs autem cōcedi pōt audiendi licentia non solùm ab his, qui habent curā, specialiter ipsis cōmittendo: sed etiā generaliter dando licentiam subditis ipsorū, vt quēcūq; voluerint eligant confessorem. Nec obstat glo. in d. c. omnis. & in cle. j. de priuil. quæ tenet: quòd vigore talis licentiæ non possit eligi sacerdos religiosus vel secularis non habens curam. quod sequitur Paul. distinguens: quia si proprius sacerdos hoc committat alicui: nō est vis vtrū habeat cura nécne: qa nō audit iure proprio, sed tanquā delegatus. Si aūt dat licentiā subdito eligendi confessorē: procedit dict. glo. quia eo casu cū sacerdos alienus nō sit delegatus proprij, oportet hoc esse per viā prorogationis siue extensionis, quæ prorogatio fieri non pōt, cū ille non habeat curā: quia priuatorū consensus nō potest facere iudicē eū, qui nulli præest iurisdictionali de fo. cō. ligatis. quod etiā sequitur Pan. in d. c. omnis. & d. cle. j. & dicit sequi cōmuniter doctores. Nec obstat, in quā: quia dico quòd quilibet sacerdos, ex quo est sacerdos habet claues, habet potestatem ligandi & soluendi, & iurisdictionem in habitu licet exercitiū nō habeat ex defectu subditorū siue materiæ rāti. Vnde cùm sibi materia exhibetur, per talē licentiā exercere potest suā potestatē quam habet, & absoluit propria auctoritate. Et facit l. j. ff. de iud. vbi patet quòd iurisdictio nō habētium subditos actu, potest per alios prorogari. Et hoc tenet Host. & Pan. dicit sibi nouissimè placere. Iura autē in contrarium allegata loquuntur in nō habēte prorsus iurisdictionē. Satis concordat S. Tho. in quarto, distinct. xvij. dicens quòd ei ideirco alicuius confessione audire nō potest, quia nō habet iurisdictionem in ipsum audiendum, potest ei committere quicunq; habentē iurisdictionē super illū: sed ei qui audire non potest, quia non habet ordinis executionē, concedi non potest, nisi per eū qui hoc impedimentū potest remouere. Et addit S. Tho. quod non fit iniuria proprio sacerdoti, si per superiorem, vbi plebi & honori diuino videtur expedire, alteri huiusmodi licentia cōcedatur: quia potestas iurisdictionis non est alicui cōmissa in suum fauorem: sed in plebis vtilitatē, & ad honorem Dei. Nec tenetur subditus ideirū petere licentiā à proprio sacerdote: licet hoc dicat Ber. in quadam gl. in d. c. omnis. quæ gl. per Clementem quartū tanquā omnino falsa damnata fuit, in quodā priuilegio Prædicatoribus & Minoribus indulto, quod incipit, quidam timere. vbi dicitur quòd hi quibus à superioribus cōmittitur, audire possunt etiam sacerdotibus parochialibus contradicentibus & inuitis. Et hoc etiam tenet Io. And. de pœ. & re. si episcopus. lib. vj. Similiter nec tenetur ei iterum illi confiteri: vt in extrauag. Io. xxij. dicitur. Sed propter statutū ecclesiæ de cōfitendo semel in anno debet se illo modo habere quo & habēs venialia solùm: vt licet declaret se confessū, vt ei sacramēta ministrari possint: vt notatur secundum Pe. in Sum Con. lib. iij. titu. xxxiij. quæ qdē declaratio nō sufficit si episcopo fiat, vt dicit Supplementum, nisi ille haberet sacramenta ministrare: qa aliàs adhuc staret ratio debiti præsentādi se illi, qui habet sacramēta ministrare. ¶ Sexto quæritur an in aliquibus casibus quis cōfiteri possit alteri q̄ proprio sacerdoti ꝓpriè dicti, id est, ordinario? Et dico q̄ sic in multis, sedm Arch. & Pet. de Pal. post Host. ¶ Primò, propter sacerdotis proprij indiscretionē: quia scilicet est omnino indiscretus & ignarus vel ineptus: sub quo etiam cōprehditur si sit solicitator ad malum, vel reuelator confessionis, vel talis quòd ex confessione sibi aut pœnitenti periculū immineret: quo casu secundū Hosti. habet ipse licentiam aliendi alium, de pœni. dist. vj. placuit. Sed alij dicunt quòd licentiā petere debet ab eo vel à superiori: quia & eius in d. c. omnis. quòd quādo ex iusta causa voluerit alteri confiteri, licentiam petat à proprio sacerdote: & hoc etiam si fit ex culpa ipsius sacerdotis, secundū Petrū de Pal. Insuper culpa eius superiori nocere non debet: sicut proprio sacerdoce mortuo vel excommunicato, non eo ipso licet alicui adire, sed recurrere oportet ad episcopum. Et debet sacerdos credere pœnitenti, & alleganti saltem in genere iustam

iam causam: quia nō est verisimile quòd quis cum fallacijs adeat pœnitentiam, secundum gl. in c. placuit. de pœ. dist. vj. In hoc autē quòd petere licentia debet ab ipso, vel adire superiorē, cōcordat S. Tho. Pet. Alberi. Inn. & Gul. & si ab eis licētia negatur: secundū eosdē, idē est sicut de eo qui est sine copia cōfessoris, & liberè pōt aliū adire, secūdū Pe. Et intelligē secūdū eū, si habere nō pōt à superiori inferiore ipso papa: qa inquit ad papā nō est facilis recursus. Et intelligo si nō pōt habere à curato proprio vel immediato prælato, & superiorē cōmodè adire nō potest. quod si nec aliū habere pōt, secundū prædictos, cōfiteatur peccatū in genere, tacito eo ex quo malū prouenire posset. Causa tamē sufficies ad petendū istam licentiā, qua negata possit aliū adire, est ex qua sequi potest probabiliter malū corporis, aut animę, aut famæ: non autē ex qua sequitur bonū: puta diligētior custodia peccoris. Vnde hic multi falluntur credētes iustā causam esse: quia de cætero prælati eos suspectos habebūt, & diligētius obseruabunt, aut nō ita reputabūt. Vnde dicit Veruec. Nō credo q̄ sola erubescentia sit causa sufficiens quare pœnitens absolui debeat quòd non confiteatur proprio sacerdoti. ¶ Secundò, propter domicilij trāslationē: de quo j. §. x. ¶ Tertiò, cū quis est vagabūdus. de quo j. §. j. ¶ Quartò, quādo domicilij quæ rit, qui nō habet quò se conferat quousq; alicui se subdati nā & is sine domicilio est. ff. ad municipa. l. Labeo. in princi. & l. eius. §. Celsus. Et dē peregrinis quidē & multis alijs dic vt j. §. ij. ¶ Quintò, ratione delicti commissi in aliena parochia. extra de rap. c. j. vj. q. iij. placuit. Quod verum est si concurrat excōmunicatio, sicut sit in furtis: quia ad excommunicatorem mittēdus est absoluēdus, secundū Gofr. & Ray. & Tho. in eo quod dicitur quis forū sortiri ratione delicti, vt in Sum. Con. li. iij. tit. xxxiij. q. xxxij. Si tamē peccatum sit occultum, & nō cōcurrat excommunicatio: absolui potest à proprio sacerdote, secundum Arch. & Sum. Pis. Sed de hoc infrà. §. xiij. ¶ Sexto, ratione studij, vt scholares, etiam si non sint nisi per annum in studio morentur: quia non habent licentiam de plus: vel quia sic voluit vel quia de parochia in parochiam non tantum. ¶ Septimò ratione necessitatis: vt quia infirmatur ad mortem: vel debet intrare iussū belli vel mare, & deest proprius sacerdos: quia in mortis articulo omnis sacerdos ab ecclesia nō præcisus authoritate iuris sit sacerdos ꝓprius. de offi. ordi. pastoralis. unò ex hoc qđ habetur de cōse. di. iij. sanctum. videtur quòd etiā laicus in huiusmodi necessitate possit excommunicati recōciliare, si nō est ipse præcisus: licet absoluere non possit à peccatis audiendo confessiones. §. Absolutio, primò. §. v. ¶ Octauò, si sacerdos nō est ꝓprius, spem ponat in ratihabitione: sicut excusatur qui alienum parochianū ordinauit spem ponens in ratihabitione. Sed iste casus cōmuniter non tenetur. Et rationem assignat Pet. de Pal. in iij. di. xvij. q. iij. in fin. quia ratihabitio non confirmat sacramentum quod nullum fuit. Nec est simile de ordināte, vt ibi patet: sed tamen quidam rationabiliter distinguunt dicētes dictū Host. non esse verū quādo ista ratihabitio refertur ad futurum: puta si proprius sacerdos concentabitur: quia absolutio non potest esse conditionata: & iterum ratihabitio nō cōfirmat hoc sacramentum, si nullum est ratione deficiētis iurisdictionis. Est autem verū si refertur ad præsens: puta, quia ex cōiecturis rationabiliter puto quòd proprius sacerdos est contentus. sic enim etiam doctores concludūt episcopos vel alios in aliquo casu posse vel non posse aliquē soluere aut ligare: secūdum quod ex aliquibus verbis aut coniecturis circa aliquem canonem coniectant de Summi pontificis intentione & voluntate expressa vel tacita. & de hoc est arg. j. eo. §. xv. ¶ Septimò, vtrum aliquo habeute licentiā generalem ab episcopo vt cui voluerit confiteatur: facta vnica cōfessione expiret licentia talis: & an duret episcopo viuente tolùm, vel etiā post mortem? Et quantum ad primum dicit Io. And. in c. nō potest. de præben. li. vj. quòd tutius esset exprimere, vt quotiescunq; voluerit confiteri, possit eligere: quia aliter de fauore animæ: post factum dicit posse teneri quòd ū plures fuerit cōfessus vigore licentiæ talis, valeat. Quantū verò ad secundū, Pan. in c. fi. de off. le. dicit q̄ extinguit episcopo mortuo vel reuocato, si eam simpliciter dedit: quia illam in perpetuū dare nō potest cum præiudicio ecclesię parochialis sine causæ cognitione & consēsu capituli iuris: cùm esset irrogare perpetuū præiudicū ecclesiæ parochiali: & sic, secundū ipsum, durat ad minus in vita ipsius episcopi: licet sit petita simpliciter. Quidā verò alij distinguūt prout habet in c. si gratiosè, de rescr. li. vj. quia si licētia cōcessa est ad beneplacitū sedis, est perpetua, nisi à successore reuocetur. Si verò cōcessa est ad beneplacitū cōcedētis per eius obitū expirabit licētia, sicut & beneplacitū eius. Et hoc videtur tenere Zab. in cle. dudū. de sepul. sed si mērito nō fuit de beneplacito, sed simpliciter petatur & cōcedatur: verū est quod dicit Pan. ¶ Octauò † quęrit, qui possint eligere sibi cōfessorē. Et dico q̄ sunt episcopi & plati superiores, vt archiepiscopi, patriarchę, primates, cardinales, & papa: & similiter prælati inferiores exempti, vt abbates, & huiusmodi. de pœ. & re. c. fi. qui omnes, secundū Pet. de Pa. pñt vna vice vnū, & alia aliū eligere. qđ limitat Direc. dūmodo nō faciant in fraudem. Sed Pet. de Pal. nō limitat: & hoc tenet, quia cōstitutio est gratiosa. Et eligunt aliqui, sedm Pet. de Pal. coipso q̄ cū illo cōfitētur: quia plus est eligere factis quàm verbis. l. nō dubiū. C. de legib. & in c. legebat. de maio. & obedi. & in c. fi. xv. q. vj. Notādū tamē quòd vt eligere possint prædicti inferiores, requiritur primò quòd sint prælati, capiendo largè prælatos etiā pro sacerdotibus curatis, vt dicit Pan. in d. c. fi. qui largè dicūtur prælati: vt in c. tua. de cle. ægro. licet strictè nomine prælati veniāt solùm habētes iurisdictionē fori cōtentiosi. ꝓ quo vide gl. in c. ij. de iudi. & in cle. dudū. de sepul. inver. prælati. Secūdò requiritur quòd sint exempti: quod in episcopo & superiori us nō requiritur, secundum Pan. ibi. Tertiò, quòd sint immediatè sub papa: quia exempti habentes immediatè supra se abbatē, vel generalē, & huiusmodi, eligere cōmuniter iure nō possunt, secundū Host. quod ibi Pan. placet: cùm ratio cōfessionis fieri debeat distantia localis. Et hoc sequitur Sum. Ang. Sed Pet. de Pal. in quarto, tenet cōtrarium, dicens quòd prior ū est prælatus, & exemptus, licet subsit abbati & maioribus, hoc potest sine licētia eorū: quia hoc priuilegium, inquit, de eligendo cōfessorem, equaliter conceditur episcopis & minoribus prælatis exemptis: episcopus autem etiam nō exemptus licet immediatè subsit archiepiscopo, hoc potest sine licētia eius. hæc ex illo. Et hoc sequitur Archid. & hoc tenet: quia cōstitutio est gratiosa, & latè interpretanda. Hoc autem priuilegium, secūdum Pet. de Pal. post Hostiēn. nō perdit episcopus, per hoc quòd vadit Romam: quia ibi non distinguitur vbicunq; sit, sed fortè perdit, si desinit esse episcopus: vt quia cedit loco & dignitati nō autē si loco, & nō dignitati. Et similiter dicitur de inferioribus, quòd illud non perdunt quandiu sunt in prælatione. ¶ Ex his autem patet quòd hoc priuilegiū non habent, secūdum eundem Petrum, primò exempti nō prælati: verbi gratia omnes subditi seculares vel regulares collegij exempti in capite & in membris, qui suis prælatis immediatè cōfiteri possunt: nō alij, nisi de licentia ipsorum. ¶ Secundò, nec abbatissa vlla quanuis exerceat iura episcopalia ponēdo officiales, & quātuncunque exempta: quia non est prælatus, cùm non habeat claues iurisdictionis. hæc ille. Cui non obstat quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicit Pan.de curato:quia habet aliquam iurisdictionem quæ sexui fœmineo repugnat:puta clausum in foro pœnitentiali: & quo ad excommunicare in casu,puta furto.vnde nō est simile. ¶ Tertiò nec qui præest quidem exemptis, sed non est prælatus:vt superior in religione:vel prior non conuentualis: vel conuentualis quidem,sed sub abbate ex consilio seniorū, & non per electionem positus vel institutus:nisi forte quādo mortuo abbate vel priore ipsi sunt quasi ordinarij:quia tunc, inquit,actio subrogata priuilegiū habet eius cui subrogatur. Prior autem canonica electione,institutus & exēptus illud priuilegium habet:vnde non oportet cōfirmantē dare ei licentiam eligendi confessorem,sicut nec cōfirmantem episcopū. ¶ Quartò,nec hi qui in dignitate sunt constituti, sed nō sunt prælati:vt cātor,thesaurarius,sacrista,& huiusmodi:etiā si essent exempti. ¶ Quintò,nec prælati exempti,qui nō sunt prælati in foro pœnitentiali:sicut sunt archidiaconi de pari concurrētes cum episcopis in foro causarum:sed soli prælati habentes curam animarum,vt puto,inquit. ¶ Sextò etiam secūdum Pan.in d.c ne pro dilatione.nullus habere potest hoc, vt eligere possit confessorem vigore cōsuetudinis: per tex.in c. ij.de pœ.& re.lib.vj.Vnde rātum non potest cōsuetudo sicut priuilegium:tamen,vt dicit idem in c.cum quærēte. de offi. ord.hoc verum est quo ad subditos:is tamen,qui est in dignitate,nomine dignitatis posset præscribere hanc curā:& heri proprius sacerdos. ¶ Nonò quæritur,quid possit dictus cōfessor sic electus? Et dico q̄ secūdum Archi.qui refert Per.de Pa.q̄ electus ab episcopis & suprà,absoluere pōt etiā à notorijs etiam episcopo inuito,etiam ab excōmunicatione etiā maiore,& mutare vota,& relaxare iuramēta,& omnia alia propter quę non esset sedes apostolica consulenda,nō obstāte quòd in dicta decretali mentio nō fiat nisi de absolutiōe à peccatis:quia intētio papæ fuit ita per illū confessorem prouidere episcopis,quibus est graue semper ad archiepiscopū recurrere:sicut ,puisum est subditis episcoporū per ipsos episcopos:ideo ille in episcopū pōt quæcūq; potest episcopus in suos ditos:quia vbi eadē ratio,ibi est etiā ius. Electus autē ab inferioribus,potest absoluendo & dispensando quicquid posset episcopus,si ei subessent:imò dicit Host,q̄ si eligēs est exēptus,electus habet authoritatem pœnitentiarij papæ quo ad absolutionem, licer nō quo ad dispensationē. Si verò eligat alius,habet potestatem iudicis,cui subest eligens, exceptis tamen publicis & grauibus:vt in Sum.Cōfess.li.iij.ti.xxxiij.q. lxj.per quæ grauia intellige p̄cipua inter reseruata episcopo arbitrio electi:quæ cùm hoc q̄ sunt grauia,sunt etiā publica:nō aūt omnia reseruata ei,vt intelligit Supplemētū:aliquin Host.diceret contraria:puta q̄ haberet authoritatē iudicis cui subest.puta episcopi,& non haberet: & q̄ exceptio fieret,& nō esset à quo excuperetur.Intellige etiā quod dictū est de grauibus & publicis, vbi esset scandalū:alioquin verū dicit Per.de Pal.vt absoluere possit à notorijs,si nō sit scādalum: & à grauibus si non sunt notoria. ¶ Fallit hoc primò in sententia illata à superiore cōtra electorem: puta ab archiepiscopo cōtra suffraganeū suū: vel ab abbate contra priorē conuentualem subditū sibi:quia ab huiusmodi absoluere nō pōt talis cōfessor.hæc Per.Fallit secūdò secundū Rayn.in c.fi.de sepul. gl.eius,si electus sit excōmunicatus maiori:q̄a absoluere nō posset: secus si minori tantū. ar.c.si celebrat. de cle.excō.mi. ¶ Quidā tamen tenent q̄ si electus absoluere non potest ab excommunicatione maiori,aut casibus grauioribus,id est,reseruatis episcopo,si eligens sit exēptus inferior episcopo.quā opi.sequitur Sum.Pis.& Pan.in c.significasti.de foro cōpe.& arguūt quo ad excōmunicationē:q̄a electus ab episcopo nō habet authoritatē,nisi ex electione episcopi.Et quo ad casus

episcopales arguūt ex c.si episcopus.de pœn.& re.li.vj.Sed tenet primam opinionē,scilicet Pe.de Pal.Host.& Arch. quia est rationabilior,maximè q̄a cōstitutio est gratiosa.Et ad primū in cōtrariū dic q̄ habet authoritatē nō ab episcopo eligēte,sed à iure cōmittente:sicut electus ab eo, qui licentiā eligendi habet per literas pœnitētiarij, authoritatē habet à pœnitentiario,nō ab eligente:sicut ētia fratres electi à prioribus quibus episcopi committūt,cōmissarij sunt episcopi, non eligētis. Ad secūdū verò dic quòd illo c.dicitur quòd electus confessor ex licentia episcopi absoluere non potest à casibus specialiter episcopo reseruatis:cū in generali cōfessione illa nō venīat,quæ nō esset quis in specie veri similiter cōfessurus. Ex hoc autē nō probāt inteōtū:sed sequitur solūm quod electus à prædictis ex licētia papæ absoluere nō pōt à reseruatis papæ:quod verū est,nisi forte quo ad exemptos,secūdum Host. ¶ Decimò† quæritur,vtrū sicut vagabūdi,ita & scholares, mercatores,mercenarij,stipēdiarij,& hmōi cōmorantes in aliqua parochia,absolui possint ab eo, à quo & parochiani:licet ibi nō cōtraxerint domicilium? Et dico quòd circa istā materiā tres inuenio differētias personarū in genere,scilicet nullū habētes domicilium,vt vagabūdi:de quibus dictū est §.§. vj.& §.j.& habentiū domicilium:& vltra illud etiā aliam habitationem:vt isti,de quibus est quæstio:& habentiū domicilium, in quo scilicet nō sunt,sed nō aliā habitationē,vt peregrini & viatores. Sunt igitur in hac materia duæ solēnes opiniones. Prima est Inn in d.c.omnis.sic dicētis, Scholares,incolæ annales, & mercenarij debēt cōfiteri sacerdoti parochiali qui incolūt per annū: & ab eo poterūt absolui,ar.xvj.q.j. quæstio vbi dicitur,quòd ibi debēt soluere decimas personales:q̄a ibi recipiūt sacramēta ecclesiastica per anni circulum. Hāc opinionē sequitur Fede. Cōsi.ccxlvj.asscribens Inn. verba prædicta quòd senserit tales esse parochianos talis ecclesię,licet ibi domicilium nō habeant,ad est,animū perpetuò remanendi: quia iura in hoc iure parochiali nō ponderant domicilium,sed habitationem:vt in dicto c.questi.Vnde si scholaris ejusdē ciuitatis sapiens esse in societate forensiū transferat se ad aliā parochiā retēto priori domicilio:illa ecclesia,vbi habitat,est sua parochialis:& non illa vbi habet domicilū. Et idem de infantibus qui sępe transferuntur ad aliā parochiā.hęc Fede. Et hęc opinio est cōmunis. Alia est,vt refert Inno.vbi suprà,quòd idem est etiam si ad tempus minus anno conducant vel domorent.argu.de deci.ad apostolicæ.maximè si prorogetur sine fraude cōductio vel habitatio vltra natiuitatem vel pascha:quia tūc ex præcepto huius decretalis semper debet quis confiteri & communicari.hæc Innoc. Et hanc opinionem tenet Pan.in c.omnis.dicens quòd ille dicitur proprius sacerdos præfatorum,in cuius parochia habitant de præsenti, non possent cōmodè adire proprium sacerdotem.arg.c.fi.de paro.vide etiam glos.hoc tenentē in cle.j. de prīu. Et idē dicit Pan. in c.cum cōtingat de foro compe.Ego autem concordando dico quòd actus laici in ordine ad sacerdotē sunt duplices,quidam scilicet vtiles sacerdoti, quibus exhibetur aliquod emolumētum directè vel cōcomitanter:vt solutio decimarum,sepultura,& huiusmodi:& in his requiritur habitatio annalis vel quasi,quod nō intelligas quantum ad effectū, sed quantū ad effectum & intentionē habitandi:sicut & dicitur quis alicubi habere domicilium statim: quando illuc vadit animo perpetuò habitādi vel habendi domicilū. Et quidam etiam vtiles pœnitenti,quibus aliquid suscipit:vt confiteri,& cōmunicare,audire diuina,& huiusmodi:& in istis est vera opinio secunda,saltem quo ad casus non reseruatos episcopo:sed tamē cum duplici limitatiōe. Prima scilicet quòd nihil fiat fraudulenter in præiudicium animæ propriæ: puta fugiendo censuram proprij sacerdotis volentis imputare occasiones peccatorum.Secunda,quòd talia sacramenta sint necessaria. Tertia,q̄ cōmodè tales nō possint adire proprium sacerdotē,& propria parochiā honorare. Et ratio est:q̄a istantibus istis proprius sacerdos vel saltem summus prælatus vult quòd ab alieno habeat subditus animæ suæ solatia:alioquin esset iniquæ volūtatis:q̄a dissentiret ei bonū fratris sibi nihil præiudicans.& de hoc etiā j.Domicilium. Et ista fuit mēs Pan. qui in c.in nostra.de sepul.recitata opinione Fede.ponit quatuor casus,dicēs quòd quis aliquando ex toto domicilium transfert ad alienā parochiam:aliquando retēto priori domicilio, in aliena parochia cōstituit nouum,ita quòd habet plura:aliquando retēto priori domicilio constituit in aliena parochia solùm habitationē ad tēpus:& consequenter non cōstituit ibi domicilium:quòd nō constituitur nisi animo habitādi ꝑpetuò: vt in l.si quis instructus. ff. ad munī. aliquando retento priori domicilio,in aliena parochia non habet habitationē:sed peregrinus ibi decedit.In primo casu,inquit,indubiè secunda ecclesia est parochialis:vt in c.fi.de paro.in secundo, vtraq; ecclesia est parochialis.de sepul.c.ij.lib.vj. in quarto nō dicitur parochianus ecclesiæ secundæ:vt volunt glo.in c.in nostra.de sepul.pro quo l.hæres absens.ff.de iudi.&c.Romana.in §.cōtrahētes.de fo.cōpe.lib.vj.in tertio aūt est dubium.hæc ex illo: qui deinde in forma sic subiungit:Ego dicere quòd sola habitatio nō facit propriè aliquę esse parochianū alicuius ecclesiæ. Vñ ex quo habet animū redeūdi ad domū suam:illa ecclesia domicilij est,ꝑpriè parochialis istius:vt in c.ij. & tij.de sepul. lib.vj.Sed propter necessitatē potest iste in loco habitationis,vel vbi est peregrinus,recipere sacramentaria quòd hæc ecclesia habitationis nō fit propriè parochialis istius:sed in defectu propter necessitatē succedit in loco parochialis,quo ad administrationē sacramentorum.ar.optimū in c.is qui.de sepul.lib.vj.Et sic puto intelligēdam gl.in cle.dudum.de sepul. Innocen.d.c.omnis.& sic loquitur si bñ ponderetur:quia dicit in fine illius quæstionis,tutius esse vt scholares & peregrini habeant licētiam à proprio sacerdote,vt alibi possint capere sacramēta. Et notandum dicit à proprio presbytero: quasi ipse presbyter habitationis non sit ꝓprius. Et sic potest intelligi c.j.de celeb.miss.& c.officiali.de offi.archi. Et hoc cōsuerunt etiā actibus similibus:quia propter longā distantiā multa punctuantur,quæ aliàs sunt prohibita:vt in l.hæres absens.ff.de iudi.vide glo.in c.cū ex literis.de in integ.resti. sup ver. distantia. Ex quo infero quòd si de loco habitationis ire pot commodè ad ecclesia domicilij pro sacramētis:non debet hic accipere,sed in ecclesia domicilij:vt in d.c.in qui. Et hæc no.quantum intellectū iurīū multorū. Hęc ille in forma,valde bñ, excepto eo quod dicit de pegrino.de quo j. §. ieque. excepto etiam quod dicitur de intentione ꝓpetuò habitandi:quia ista non est simpliciter de ratione domicilij:alioquin nullus posset simul habere duo domicilia:sed est de ratione eius subdistinctionē:scilicet hic vel ibi. ¶ Vndecimò quæritur quid de pegrinis,viatoribus, & mercatoribus, discurrentibus, id est, non habētibus alicubi mansionē, nisi in ꝓprio domicilio? Et dico quòd si alicubi habitationē contrahant:fiat vt §. priore notatum est. Si verò non contrahant,& de licentia proprij sacerdotis sunt in via:possunt vbiq; recipere sacramenta: quod quantum primet ad confessionē,secundū Inno.& Gu.Rayan. intelligitur de peccato nouo,id est,in via cōmisso,& de veteri obliuioni:imò intelligo de quolibet peccato nouo & veterinisi forte sit episcopo reseruati:vel nisi aliquid fiat in fraudē vel præiudicium proprij sacerdotis:quia dando licentiam pegrinandi vel huiusmodi,dat licētiam prouidē di animæ iuxta omni meliori modo quo potest, saluis prædictis:alioquin essent iniquæ voluntatis. Imò absolui possunt peregrini etiam habentes casus reseruatos episcopo, secundum Veruec. & Rodo.si instet tēpus gñalis communionis,vt in pascha,etia à simplici sacerdote:sed mūgi debet iterata cōfessio data copia episcopi.Et hoc dictū licet cōmuniter nō teneatur:vt post Per. de Pal.Archid.dicit quòd si episcopus peregrinadi licentiam sibi non retinuit:videtur ex hoc dare licentiam communicādi & confitendi de casibus etiā episcopalibus,sicut curatus de parochialibus. Vel hoc dictum sic intelligitur, quòd possunt quidem absolui,sic quòd liceat eis communicare:non tamen possunt absolui à reseruatis.& hoc nisi in necessitate,id est,in mortis articulo:quo casu nō tenentur reconfiteri, sed solùm satisfacere,si satisfaciendum est:vel se præsentare,si erāt excommunicati:vt suprà,Absolutio inj.Si verò sunt in via sine licentia:nullibi confiteri aut communicare possunt,secundū Inn.& Host.& Gul.& hoc nisi in necessitate,id est,in pascha, & in morte:&tunc recipiet hæc in ecclesia cathedrali:ar.c.offitium.de off.ar.lipreco.& dicendorū infrà Septultura.§.vij. particula tj.nisi periculum esset in mora:quia ea reciperet in parochia,in qua sunt.Et licet Pano.in c.j.de sepul.velit quòd in necessitate posset sacerdos parochialis ea ministrare peregrinis,per c.j.de celeb.miss.tamen illud c. nō probat apertè: nec illa necessitas,de qua loqtur,necessariò intelligitur quo ad sacramenta percipiēda:sed potest intelligi etiam de missa audienda. Vnde primum est tutius & verius:nisi,vt dixi,periculum esset in mora.Si autem aliqui prædictorū,vt mercatores,non habent domicilium,sed semper numinus sequuntur: idem est quod de vagabūdis:& idem est si in loco suo tenent domicilium:sed cōmuniter ad illud in pascha te nōn declinant: quia ibi quo ad sacramenta nō videntur habere domicilium,secundū Per.de Pal.& Archid.Et idē secundū eosdē,est de familia principis aut balliui:qui nūquā in eode statu permanent, nec ad suū hospitiū nisi ad horam redeūt: q̄a & isti cēsentur vagabundi.Et idem,secūdū Per.de Pa.est de familia laica episcopi,in qua no sic haberius sicut Cardinalis: q̄a si sunt de diœcesi,de licentia eius cōfiteantur:sed si sunt de alia,ex quo dimiserunt hospitiū,& per diœcesim vagatur, respectu illius diœcesis reputantur vagabūdi:vnde cōfiteri possunt de licētia episcopi vel cuius habet curam ad cuius parochiā veniūt.Sed ista intellige q̄n quasi cōtinuè discurrunt: secus si eū episcopo habet mansionē:quia tūc sunt sub cura ecclesiæ maioris. ¶ Duodecimò,quid de his,q̄ in diuersis locis moraturi? Et dicit Host.quòd si se trāsferāt animo remanendi,fiūt parochiani illius:si aūt non intendunt relinquere antiquū domicilium, debēt confiteri sacerdoti antiq domicilij.Seu hæc limita duplici ter.Primò,q̄n non veniunt animo remanendi ꝓ annum. secus si per annū:quia cōsiteātur sacerdoti nouæ habitatiōis eodem modo quo dictū est §.ij.in primum domicilium apparet principalius:quia si in diuersis locis moranē equaliter,aut habēt domicilia,nec apparet vbi principalius habeant:dico quòd ibi recipere possunt sacramenta,vbi se inuenīt tempore receptionis exercendæ.ar.c.ex parte.de foro cōpe.& facit gl.in l. ij.C.vbi de cri.ag.Cop.Vñ secundū Per.de Palu.qui in diuersis parochijs habet æstiuale & hyemale domi:vtrobiq; forū sue cessiuē sortitur,secundū quod habitat hic & ibi:vt tūc hic sacramēta recipiat quando hic habitat,aliàs ibi.Et ita se videntur habere nobiles & ciues Genuenses.Limita etiā certiò inxta dicta §.priore. ¶ † Decimonoteriò,verū q̄s sortiatur forū ratione delicti? Et dico,quòd sic,quantū ad forū contentiosum: vt in c.postulasti.& in c.fi.de foro cōpe.sed quantū ad forū cōscientiæ dico q̄ nonerit si peccatū esset notorium secūdū Pan. in c.cum contingat.de foro cōpe.& no.per glossū.xj.q.j.c.j.& quod notatur in cap.j. de rap. Et ratio est: quia pœnitentia

Universidad de Deusto
Biblioteca

impouitur propter offensam Dei & animæ propriæ secundum Io.de Lig.ideoq; illi soli quis subijcitur,quem habet loco Dei,& qui est index animæ suæ. Vñ secundū gl.Ray.qñ ius dicit alique ratione delicti forū fortur,intelligendū est quo ad pertinentia ad forū contentiosum:quia potest illic cōueniri, iudicari,& puniri,de crimine ibi cōmisso.hæc ille. aliàs oportet aut confessionē diuidere confitendo delicta comissa in diuersis parochijs:aut oporteret de casibus nō reseruatis cōfiteri tot sacerdotibus,quot essent dictæ parochiæ. Vñ Zab. refert tenere Lau.quòd curati & fratres ad cōfessiones admissi secundū formā cle.dudū.de sepul. possint audire & absoluere peccata cōmissa,etiā extra dioecesim:dūmodo confitētes possint illis confiteri,id est,q̄ sint illius dioecesis vel parochiæ quo ad curatos. Ad quod etiā facit gñalis consuetudo, quæ est optima legū interpres.ff.de legi.l.fi de interpretatione.quia videmus pœnitentē peccata, quæ toto terrārū orbe cōmisit,vni sacerdoti cōfiteri:& eos nunquā remitti ad sacerdotes locorū,in quibus deliquerant pro absolutione, nisi ratione excōmunicatiōis,vel nisi peccatū esset notoriū:quo casu remittūtur aliquando causa satisfactionis & scādali emēdandi,& nō ratione absolutionis. Facit etiam,quia spirituale siue ecclesiasticū forū nō æquè facilè transfertur vt seculare: vt patet in c.fi diligenti.& in c.significasti.de fo.cōpe.& in spiritualibus forū pœnitenciale non æquè facilè transfertur vt iudiciale:vt no.gl.in c.ne pro dilatione.de pœ.& re. Vñ cùm iura allegata ad probandū q̄ quis cōsequitur forum ratione delicti,loquuntur in iudicialibus,vt patet intuēti,ad pœnitētialia hoc nō debet extēdi,nisi aliquo iure expressum probetur.quod nō est verū. ¶† Decimoquartò,vtrū proprius sacerdos vbiq; subditum suū possit audire? Et dicit Host.quod sic, siue intra territoriū suæ parochiæ,siue extra:quia pœnitētia est de iurisdictione voluntaria.ff.de off.proconf.l.ij. Vnde & de loco nihil exprimitur in c.omnis.de pœ.& re. Sed Card.in cle.dudum.de sepul.dicit hoc verū esse secundū Laud.de prælato ordinario,siue perpetuo,siue temporali:quia in his quæ fiunt sine strepitu iudicij,nullius territoriū lædit.arg.de offi.leg.c.vlt.& penult. Confessor autē extraordinarius,vt mendicantes,audit confessiones de peccatis vbiq; commissis intra territorium:sed extra territoriū absoluere non posset,p verbum d.cle.ibi:extra ciuitates & dioeceses. Et facit qđ no.Pan. in c.cum contingat.de fo.cōpe. ¶ Decimoquintò quæritur, vtrum vnus sacerdos parochialis alium possit audire sacerdotem & absoluere? Et dicit Vernec.quòd non,sine licētia superioris gñali vel speciali expressa vel tacita. Nam si episcopus scit cōmuniter ita fieri,& tacet:eo ipso præsumēdus est tacitē approbare & dare licentiā. Et idem Host.addēs quòd hoc non expedit multū. Et idem eadem ratione videtur de his, q̄ suis sacerdotibus scientibus & non contradicentibus,cū possent,alijs cōfitētur.ar.lxxxiij.dist.error.& extra de verb.sign. intelligentia. Hoc tamen Arch.dicit nō esse tutū:quia declaratū est per nouū ius in c.si episcopus.de pœ.& re.lib.vj.quòd nulla consuetudine potest introduci,vt quis sibi eligat cōfessorem sine superioris sui licētia. Sed intellige expressa vel tacita. Vide tamen ꝛ.§.vj.in fi.& quæ dicit Panor.ꝛ.§.viij.in fin.

13 ¶† Decimosextò, vtrū ꝓprius sacerdos requisitus debeat faciliter dare licentiam alteri confitendi? Et dicit San. Tho.in iiij.dist.xvij.quòd quia multi sunt adeò infirmi, quòd potiùs sine confessione decederent quàm, confiterentur tali presbytero:ideò dare debet.vnde illi qui sunt nimis soliciti vt cōsciētias subditorū sciant, multis laqueū damnatiōis injeciunt, & consequenter sibijpsis. Quod dictum Sum.Aug. credit verum,nisi qñ propter hoc soliciant scire ne alios inficiantur,vt cæteri magis à peccatis præseruentur. Sed tu dic quòd quocunque fine id faciant, dummodo nimis faciant, malum faciunt:vt quidā rationabiliter & probabiliter timere possint ne iste,qui licētiam petit,si ei negetur nō cōsiteatur vera:quia non sunt facienda mala vt veniant bona. Et dicitur in eadem Sum.quòd requirendus est subditus cui velit cōfiteri:& si ille cui est æquè bonus vt sacerdos proprius, cōcedatur licētia alicui: quin si non est æquè bonus,negetur. Et si negari non potest,quia quia ille alius habet alio modo authoritatē audiendi:cōsulatur quòd ad illum non accedat. Sed ista nō bene dicuntur: quia nihil prohibet illum,qui est simpliciter, minus idoneus confessor,esse magis idoneum quo ad istum, qui paratus est illi & non alteri cōfiteri:vnde facilis debet esse pastor in istis, & semper minora mala præferre maioribus. Vnde dicit San. Tho.in opuscu.contra impugn. relig.c.liij. quòd dato etiam quòd ex tali confessione,qua aliquis alteri quàm proprio sacerdoti cōfiteatur,detur aliqua occasio mali: tamē multūm præponderat quòd per hoc vitātur multa alia mala maiora, & multis periculis obuiatur. hæc ibi. Intellige tamē quòd S. Tho.dicit quòd licentiam petiram dare debet debito hoc stante,non autem debito necessitatis:qui eam potest bono fine ex causa,quæ sibi probabiliter constat,licitè negare: nec subditus est sine copia sacerdotis,ex hoc quòd si confiteatur prælato,de cætero habebit oculum super eum:aut non videbit eum libenter,& huiusmodi. Vide ꝛ.§.vj.circa medium.

¶ Decimoseptimò,vtrum sacerdos parochialis credere debeat subdito dicenti se confessum alteri, vt ei detur eucharistia? Et dicit S.Tho.in quoli.quòd non, si impedimentum eucharistiæ ptinet ad forum iudiciale vt excōmunicatio,nisi constet de absolutione:quia in tali foro creditur homini contra se,non pro se. Si autē impedimentū pertinet ad forū pœnitentiale,vt peccatum teneatur ei credere:& iniustè agit eucharistiam negā:quia in tali foro creditur homini pro se & contra se.& concor. Pet.& Host. Sed glo.Ray.dicit q̄ nō tenetur ei credere,etiā si dicat se cōfessum superiori:nisi ei constet ꝓ literas superioris,vel alio modo legitimo. Sed Sū. Cōcordat dicēs secundam opinionē esse verā in manifestis vel quando subditus ꝓbabiliter est suspectus, quo casu videtur etiam quòd ei credere non teneatur etiam de occultis, licet hæc sint tantùm fori pœnitentialis, tamē non confitens pertinet ad iudiciale:cùm non confitens arceri ab ecclesia & priuari debeat ecclesiastica sepultura:vt in d.c.omnis. Notandum est tamen quòd dictum S.Tho.de excommunicatione, intelligitur de ea quæ peruenit ad forum iudiciale,& in foro iudiciali,propter quam & vbi posset esse præiudicium tertij, sed in foro conscientiæ quando inde nullū potest præiudicium sequi,credere debet. Et sic intelligo dicētes quòd in confessione credēdum est:vt Io.And.& Pan.& alij in c.ficut.super ij.de sen.excom. Dicenti autem se habere licentiam à prælato suo confitendi alteri secundum Ric.credendum est. Et intellige nisi per signa probabilia constaret quòd nollet verè sed fictè confiteri propter aliquem suum affectum. Et ratio est:qa volēs verè cōfiteri,si velit sine licētia cōfiteri,velle contradictoria. ¶†† Decimooctauò,vtrū sacerdos parochialis teneatur audire subditum toties quoties voluerit cōfiteri, ex necessitate præcepti? Et dicit Rich.in quarto,quòd sic,si penitens de necessitate habet cōfiteri. Si verò ille non tenetur de præcepto confiteri:nec sacerdos obligatur audire, nisi ex consilio. Si autem volentem pluries cōfiteri audire noluerit liberè potest alteri confiteri:& ille poterit absoluere,nisi sacerdos proprius eum ad determinatum sacerdotem miserit: quia si nec audire,nec alium determinatum assignare velit videtur ei tacitè dare licentiam, vt pro ea vice ille confiteatur,cui voluerit:sed sic electur absoluere non poterit,nisi ab his à quibus & preprius sacerdos absoluere potuisset. Quod tamen dictū nō habet locum in proprio sacerdote,qui sub se habet vicarios:quia absoluere illi no possent ab his quæ sibi ille reseruasset. ¶ Decimononò† quæritur,quid de cōfessione facta ei qui de iure nō tenebat beneficiū? Et dico ad hui⁹ euidentiam q̄ Pan.in c.nihil.de elec.ponit tres casus. ¶ Primus, cùm talis gerebat se pro prælato:nō tamē erat in possessione de iure,quia nō cum authoritate superioris:licet de facto se intrusisset in beneficio vel possessione. ¶ Secūdus, cùm habuerit quidem confirmationē à superiore:sed cōfirmatio vel electio non tenuit. Tertius,cùm fuit electus & confirmatus per superiorē:sed pòst aliquid egit,propter quod fuit priuatus ipso facto prælatura:puta quia incidit in hæresim. ¶ Primò casu gesta per eū,indubitanter nō valent:nec ea sustinet communis error,ex quo iuridica possessio deficit. Ad quod facit l.Barbarius.ff.de offi.præ.quæ se fundat super cōmuni errore & authoritate superioris:quia iste seruus,qui putabatur liber,habuit officiū à superiore:& sic concurrebant ibi duo, scilicet communis error, & superioris authoritas. Secus autem vbi adesset vnum tantum:vt tenet Inno. ¶ Secūdò verò casu gesta per eū retractari nō debēt,ex quo aliàs legitimè gesta sunt:cùm hic concurrat communis error & superioris authoritas:vt in casu d.l.Barbarius. ¶ Tertiò verò casu si priuatio fuit occulta tenent omnia gesta. Et idem videtur quando de priuatione dubitatur:quia ex quo tolerabatur in officio,tenere debent omnia acta interim gestā:vt in c.nōnne. viij.q.iij. Sed si suspensio vel priuatio esset notoria,vel præcessisset superioris mhibitionē reuerētia:vt in c.veritatis.de do.& contu. hæc ex Pan. Ex his cōcluditur q̄ confessiones factæ cū excōmunicato occultè tolerato valent:nec sunt iterandæ superueniēte scientia. Qui verò ignoranter confitētur intrusis, vel huiusmodi,qui nunquam habuerūt institutionem à superiore:saluantur quidem propter fidem sacramēti:sed tamē si ante mortem hoc scirent,iterū tenerētur cōfiteri. Et licet talis, scilicet excommunicatus non habeat aliquādo iurisdictionē veram,habet tamen toleratam:quæ sufficit ad cōfessionē valere. ¶ Vicesimò† vtrum aliquo casu liceat confiteri cuilibet sacerdoti etiam præciso:puta excōmunicato, vel hæretico? Et dico quòd secūdum omnes in articulo mortis quilibet sacerdos nō præcisus est proprius sacerdos absoluere potēs ab omni peccato & excōmunicatione:vt tenet gl.in c.pastoralis.§.præterea.de off.ord.quam communiter sequūtur doctores,ita quòd si quis euadat,non oportet eū recōfiteri,etiā de casibus reseruatis.arg.c.eos.de sen.excō.lib.vj.nisi esset ex communicatio,pro qua iniungitur vt se præsentet ei, qui eū aliàs poterat absoluere de iure:vt ꝛ.Absolutio.j.§.v.Item.Excōmunicatio.vij.§.xxvj. Si autē sacerdos sit præcisus: vt quia est hæreticus,schismaticus,vel huiusmodi,secūdum Ray.nō tenetur quis in necessitate cōfiteri:sed cōfiteatur Deo in corde,& sufficit:imò cōsulere,inquit,quòd eis nullo modo confiteretur:quia tales faciliter in errorē vel desperationē inducerent peccatorē, sicut Pharisæi Iudā. Mat.xxvij. & de pœ. di.vj.c.j.in rex.& in gl.& idē de excōmunicato maiore dicēdū est:quia illi in articulo necessitatis nō est cōfitēdum,secundū Host.& S.Tho. Imò hæretico,schismatico,vel excōmunicato cōfiteri nō licet:sed est peccatū mortale secūdū Arc.talibus participando in diuinis.quod nō intelligas,secundū eū in casu necessitatis,sed extra:& secūdū eū,tenetur quis iterū cōfiteri etiam secundum eos qui dicunt q̄ fictè confitens reconfiteri non tenetur:quia secūdum Pet.de Pal. hoc verum est de ficta per subtractionem necessarij,quæ est in attrito:nō per positionē contrarij impedientis absoluentis potestatē. Dicit tamen idē Pet.quòd in articulo mortis qui hæretico confitetur ignorans illum hæreticum,veram recipit absolutionem: nec conualescentē necesse est recōfiteri:sed si hoc sciat,& in nullo iuæ hæresi velit assentire, sed sacramētū necessitatis accipere cum hæresi detestatione,videtur etia absolutio vera:quia & de manu hęretici licet baptismū in necessitate recipere. Vnde quare non etiā pœnitentiā:cùm & ipsum sit sacramentū necessitatis,& ibi aliquādo fiat homo de attrito contritus? Hæc Petrus. Quod tamen,secundū Arch.nō esset fiendum,nisi pœnitens esset intelligēs & fortis in fide.& idē sentit Petrus Aureo.addens quòd quātuis in talibus ligata sit clauiū potestas:tamen hoc nō est verum in tali casu:quia necessitas legi humanæ nō subiacet:vt in c.quod nō est.de reg. iur.& idem tenet gl.in c.nō est.de spon. Non licet autem inducere talē sacerdotē ad audiendū,sed licet eo vti,si fit paratus,secundum Sum. Ang.sed hoc non bene dicitur:quia talis sacerdos in tali casu habet iurisdictionem toleratam:& cōsequenter non peccat absoluendo, sed absoluendo in peccato mortali,ad quod non inducitur à peccatore:sed ad absoluendum tātum,sicut dicetur infrà de petente ad vsurā,quòd non inducit vsurarium ad mutuandum sub vsura quādo petit mutuum sed ad mutuādum tantùm. Vbi no.primò quòd ex his non sequitur quòd quis talibus teneatur in tali casu cōfiteri: quia ad motiuū de Baptismo,dico nō esse omnino similē:quia post illum ad Christū quis statim euolat tota pœna remissa: & per illū quis insignit̄ charactere Christianorū:nō post sacramentū pœnitētiæ. Ad motiuū etiā de attritione,dico q̄ Deus supplere creditur effectū clauiū,vbi quis ꝓpter obedientiā & detestationē scelerum abstinet ab vsu clauiū, ne participet prædictis. Not.secundò q̄ qui excōicato occultè scienter cōfitet extra casum necessitatis,mortaliter peccat,& cōfessionē iterare tenetur:nō autē si ignoranter.sed in casu necessitatis ꝑdicto nec peccat, nec tenet iterare.de quo §.priore.

✠ Rursus de Confessore secundò, quis sit specialiter quantum ad Prædicatores & Minores, & de horum authoritate.

1 *Confessor in ordine prædicatorū & minorum, quis sit legitimus.*
2 *Confessio vt quis possit prædicatorib. aut minorib. excō facta nō dūdū.de sepul. in cle. sine alia licētia, quotcūq; requirātur.*
3 *Præsentatio hodie vsu fere pata, quia vt dicitur priores conventuales aut gardianus prædictorum ordinū per se vel alios à Diœcesano petunt licentiā, vel ab eius vicario, exponendi fratres ad cōfessiones audiendas. an fiat iuxta formam d.Clem.dudum.de sepult.*
4 *Fratres de quibus proximè, sic præsentatis vt dictū est, quid de sint absentia, aliisq; fratribus sic non præsentatis? Et quis at quotuplex sit effectus commissionis facta iuxta prædictam formam aut aliam?*
5 *Fratres iuxta prædictam formam præsentati, à quibus absolvere possint? Et in hoc opiniones duæ. Item quos audire, ac absolvere queant? nu. seq.*
7 *Fratrum prædictorum præsentatio quibus & apud quos fieri debeat? Et quid si sedes vacet, aut prælati copia haberi nequeat? Et quid si prælati præsentatos admittere nolint, aut de eorum moribus, aut idoneitate controversia fiat? Ant si admiserint, & licentiam dederint, sed reuocauerint? nu. 8.*

CONFESSOR † secundò, id est, cōfessionis legitimus auditor quis sit in ordine Prædicatorū & Minorum declaratur in cle.dudū.de sepul.§.ij.vbi sic dicitur: Statuimus etiam & ordinamus authoritate prædicta,vt in singulis ciuitatibus & dioecesibus,in quibus loca Prædicatorū & Minorum ordinum fratrum consistere dignoscuntur,& in ciuitatibus & dioecesibus locis ipsis vicinis,in quibus loca huiusmodi non habētur,magistri, priores,prouinciales Prædicatorum 1

V. eum. 4. dist. 25. q. 1. art. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut eorum vicarij:& generalis minister,& prouinciales ministri,& custodes Minorum ordinum prædictorum ad præsentiam prælatorum eorūdem locorum se conferāt,per se, vel per fratres,quos idoneos ad hoc fore putauerint, humiliter petituri,vt fratres,qui ad hoc electi fuerint,in eorū ciuitatibus & diœcesibus confessiones subditorum suorum cōfiteri sibi volentium,audire liberè valeant:& huiusmodi confitentibus,prout secundum Deum expedire viderint,pœnitentias imponere salutares,atque eisdem beneficiū ablolutionis impendere de licentia,gratia,& beneplacito eorundem. Deinde præfati magistri prouinciales,ministri ordinum prædictorū eligere studeant personas sufficientes,idoneas,& vita approbatas,discretas,modestas,atq; peritas,ad tam salubre ministerium,& officiū exequendū:quas sic ab ipsis electas repræsentent,vel faciāt præsentari prælatis,vt de ipsorū licentia,gratia & beneplacito,in ciuitatibus diœcesibus eorundem, huiusmodi personæ sic electæ cōfessiones audiant,extra ciuitates & diœceses,in quibus fuerint deputatæ, p quas eas volumus, & nō per prouincias deputari confessiones nullateous audituræ. Numerus autem personarum assumendarum ad huiusmodi exercēdum officium esse debet prout vniuersitas cleri,& populi ac multitudo vel paucitas exigit eorundē. Et si ijdē prælati petitam licētiam confessionum audiēdarum cō cesserint illam præfati magistri,ministri. & alij recipiant cū gratiarum actione. Quòd si fortè iam dicti prælati quēquā ex huiusmodi fratribus præsentaris eisdē ad huiusmodi officium nollēt habere,vel non ducerēt admittēdum:eo amoto vel subtracto,loco ipsius similiter eisdē præsentandus prælatis aliis posit & debeat subrogari. Si verò ijdē prælati præfatis fratribus ad confessiones vt præmittitur audiēdas electis huiusmodi exhibere licētiam recusauerint,nos ex nunc ipsis vt confessiones confiteri sibi volētium liberè licitēq; audire valeant,& beneficium absolutionis impēdere gratiosè cōcedimus de Apostolicæ plenitudine potestatis. Per huiusmodi autē concessionē nequaquam intēdimus personis seu fratribus ipsis ad id taliter deputatis potestate in hoc impēdere ampliorē quàm in eo curatis,seu parochialibus sacerdotibus est à iure concessā, nisi forsan eis ecclesiarum prælati vberiorē in hac parte gratiam speciali:er ducerēt faciēdam. hæc ibi. ¶ Primò † verò quæritur,quid requiratur ad hoc q̄ quis sine alia licentia possit dictis fratribus vigore dictæ cōstitutionis cōfiteri? Et dico requiri primò q̄ prædicti fratrū prælati vel superiores accedant per se vel alios ad dictos prælatos perituri humiliter,vt fratres, qui fuerint electi, possint confessiones audire vnde si aspernē petatur,secundū Pau.non videtur satisfactum constitutioni:sed esset iterū petenda propter omissionē formæ. Ex quo elicio quòd si prælati negēt licētiam aspernē petitam,fratres prædicti eam nō habēt à papa:si tamē electi ante petitionē licentiæ præsentetur secundū Zen.valet cōfessio si hat:licet prælati exigere possēnt vt primò fiat petitio,secūdum aliquos,quod tamē secundum Car. non est verū:sed electores eligere possunt sine alia requisitione. Vnde hoc primò est de bene esse. ¶ Secūdò, quòd dicti fratres eligantur & habilitentur per magistrum aut priores prouinciales,quo ad Prædicatores:vel per generalē,aut prouincialē ministrum quo ad Minores:horum autē vicarij aut custodes eos non possunt eligere,secundum Car. & Paul. & glossā licet possint dictā licētiam petere. & intellige propria authoritate:priores aut conuētuales quo ad Prædicatores:& gardiani quo ad Minores etiā peterē ↄ possūt,licet possint ad petēdum à prædictis,imò ex commissione possunt eligere:quia quod priores prouinciales habēt à iure cōmittere possunt, cū sint ordinarij. ¶ Tertiò,q̄ dicti electores si electos per se vel per alios præsentēt dictis prælatis. Vbi no. primū q̄ secundum Sum. Ros. custodes possent facere altam præsentationē allegās gl. in verbo,custodes. Sed fallitur: q̄ in est sermo de petitione licētiæ,nō de præsentatione. Vnde Arc. sentit contrariū,& bene,quia text. est clarus. Nota secundò q̄ Sum. Ang. dicit non esse necesse q̄ isti electi præsententur personaliter, cuius oppositū tenet gl. & rationabiliter:quia,vt patet in tex. prælati possunt aliquos ex electis refutare,si no fuerint idonei: & consequenter debet subijci examini eorum: quod sine præsentia esse non potest. Vnde si electi non præsentantur personaliter nō acceptetur,nō habēt ex hoc licentia à papa audiendi. si tamē ipsi prælati hoc nō exigant,facit factum puto huic legi vt j. §. ij. ¶ Quartò requiritur, quòd dicti fratres non audiant extra diœcesim illius,cui sunt præsentati,secundum Car. que sequitur Sum. Rof. & Ang. innitentes textui in verbo,extra. Supplementū verò tenet quòd dictæ diœcesis personas audire possunt vbiq. Sed hoc dictum secundum est planè contra omnes doctores & contra textum. Primū verò indiget limitatione:quia quādo fratrū prædictorū loca sunt vicina diœcesi,in qua vel pro qua præsentantur,& in quarū sunt dicta loca,in ipsis locis audire possunt plenas tales diœcesis:vt patet in textu:alioquin oporteret cofessores accedere ad cōfitētes,nō econuerso. & de hoc infrà. §. iij. intra dicecesim autem vbiq; possunt audire,etiā in domibus secularū etiā contradicentibus curatis:quia ex quo prohibentur extra permittuntur intra. ar. j. q. j. extra catholicam. nā quicquid est intra limites,cedit limitato. ff. de lega. iij. l. patronus. §. Sempronio. Possunt tamē isti fratres præsentari prælatis extra diœcesim existētibus secundū Paul. cum sit iurisdictionis volūtariæ. ¶ Quintò requiritur quòd confitentes prædictis sint de iurisdictione prælati cui sunt præsentati: vt patet in textu,nisi habeat priuilegia. ¶ † Secūdò quæritur an præsentatio quotidie visitata,qua scilicet priores cōuētuales vel gardiani doctorū ordinū per se vel per alios petūt licētiā à diœcesano vel eius vicario exponēdi fratres ad cōfessiones,fit tacta secūdū formā dictæ cle. dudū? Et dico q̄ in ordine Prædicatorū,quia prouinciales dant prioribus conuētualibus licentiam exponēdi fratres siue præsentandi prælatis,p cōfessionibus,dant eis licētiā faciēdi prædictā electionē: vnde prædicta præsentatio est facta secūdū formā dictæ clementinæ, sicut si fieret à prouinciali,quādo prælati aliā solēnitatē nō requirunt:quia secūdū Mar. & Zen. sufficit q̄ seruet forma quoad tria substantialia quæ peri debet: quæ sunt,audire confessiones,imponere pœnitentias, ac beneficiū absolutionis impendere. Vnde petēdo ista tria seruata est forma:& valebit cōfessio pro præsentibus electis,vel etiā pro eligēdis. si hoc foret tutius nō si petatur licētia solùm audiendi,intelligitur petita alia duo ad quę dicta auditio ordinat. Nec obstat q̄ secundū gl. dicta præsentatio debet esse personalis,eo q̄ præsens dicit̄ qui præbetur sensibus corporis. ar. ff. de verb. obl. l. j. q̄ hoc est verū solùm quādo prælati hoc volūt & petūt,q̄d patet ex tertiū q̄ hoc est statutū in fauorē prælatorū vt eis deferatur, cui renūciare possunt: & si dicat statutū vt examinēt dico q̄ examē hoc cōmittere possunt alteri,puta prælatis ipsorū,in quibus fiduciā habent,quia quādo alicui imponit aliquod onus sine determinatione,quo impleto ad aliquod bēficiū meretur admitti quocūq; tempori modo impleatur onus,cōditio dicit impleta: & ad beneficiū meretur admitti: vt plenius dicit ff. de cōdi. & demō. l. q̄ traditū. Vnde in ꝓpositō sufficit q̄ fiat præsentatio verbaliter,vel qualitercūq;. Et motiuū gl. no valet: quia præsentatio personalis etiā fieri pōt per ꝓcuratores. C. de proc. l. ij. & sic præbet se quis sensibus per se vel per alios. ff. de proc. l. præsens. Fratres tamen aliqui in hoc sunt priuilegiati,

vt omnes qui qualitercunq; sunt expositi, intelligantur 4 expositi secundum formā cle. prædict.æ. ¶ Tertiò † quæritur, quæ differentia sit inter fratres præsentatos secundū dictā formā, & curatos ac alios fratres sic nō præsentatos? Et dico q̄ dicti fratres possunt audire omnes de diœcesi, pro qua sunt præsentati: sed no possunt cōmittere alteri audientiā, nec eā exercere extra diœcesim, secundū Lan. & Zab. nisi in casu dicto: alioquin quo ad ecclesiā nō esset vera absolutio: & cōfessio iteranda esset, secundū Arch. sed curati nō possunt audire omnes de diœcesi, sed parochianos suos tantūm: eorū tamē audientiā cōmittere possunt alteri, & exercere extra diœcesim sitā vbiq;: quia in his quæ fiunt sine strepitu iudicij, & sub silentio, nullius lędit territoriū. ff. de offi. pcon. l. ij. Et facit quod not. Pan. in c. cum cōtingat. de foro cōpet. Et ita tenet Card. Si tamē sine dicta solēnitate cōmitteretur ab episcopo vel curatis, fratribus ista authoritas audiēdi cōfessiones simpliciter: tunc secūdum Arch. possent etiā extra diœcesim audire, sicut & alij vicarij eorū: & in hoc sunt maioris potestatis quàm dicti electi, licet in alio sint minores: quia nō habēt authoritatem, nisi quam dat eis episcopus vel curatus: electi verò habent eā quam dat pontifex summus. de qua infrà. §. v. ¶ Quintò quæritur, quis sit effectus cōmissionis factę prædicto modo vel alio? Et dico secūdū Pe. de pa. in iij. dist. xvij. q̄ sunt quinq;, quos tamen nō habet in pśonis ordinū reprobatorū, de quibus dicitur extra. de relig. do. c. j. lib. vj. ¶ Primus est, quòd cōmissarius audire & absoluere potest nullius alterius licētia requisita: & similiter pœnitēs confiteri nō petita licentia aliqua, etiā à proprio sacerdote, arg. efficax extra de priuil. in his quæ. lib. vj. Et idem dicit Ioā. And. in c. si episcopus. de pœn. & remiss. lib. vj. & idē Paul. Vnde gl. Ber. oppositum dicens per clementē quartū tāquam falsa damnata est in quodam priuilegio, quod incipit, quidam temere. ¶ Secūdus est, quia cōmissarius audire potest contra ꝓhibitionē alterius prælati inferioris vel æqualis, & si nō superioris: inferior enim cōtra superioris inhibitionē alteri committere nō pōt, sicut nec per seipsum audire: econuerso autē superior contra inhibitionē inferioris sicut audire, ita & cōmittere potest similiter si essent duo curati, & vterq; insolidum vnus contra alterius inhibitionē & audire & committere pōt: quia par in parē nō habet imperiū. ¶ Tertius, quia tenet curatus ei eucharistiā & alia sacramēta ministrare, ex quo dicit se confessum illi q̄ potuit absoluere. Vnde & secūdū S. Tho. in quolib. tenetur ei credere. quod limita secundū eundē, & Pet. prædictum, nisi esset excōmunicatus vel notorius peccator, aut generaliter aliquid habēs pertinēs ad forū cōtentiosum. quo casu antequā eucharistiā illi ministret, debet ei clarè de absolutione cōstare. ¶ Quartus est, quia peccata cōfessa habenti dictam cōmissionē non tenetur quis recōficeri proprio sacerdoti, vt etiā declarauit Io. xxij. in extrauagāti, quę incipit, vas electionis. ¶ Quintus, quia audiēs confessiones non iure suo perdit suam potestatē delegate mortuo vel amoto. Et idem forsè est ipso excōmunicato vel suspenso: quāuis probabiliter dici possit quòd si episcopus nō existēs excōmunicatus vel suspensus instituit officialē & pœnitentiariū, & postea excōmunicetur: vterq; potest in suo officio procedere: quia vtic iure eius qui iurisdictionē habet, licet nō vsum p se. vide tamen ſ. Absolutio. ij. §. vj. Si autē iam erat excōmunicatus: institutio vel cōmissio nō tenuit. Si tamen cōmissio fiat secundum formam dictæ cle. dudum secūdum Direc. & Card. non expirat per mortē cōcedentis: quia est papalis. Et hoc si fiat simpliciter, sicut necessariò fit, si ipsi velint. arg. de trāsact. veniens. Si etiā fit cōmissio aliàs facta ab episcopo: durat quo ad fratres Prędicatores: & consequenter quo ad Minores: quia priuile-

giati sumus quòd episcopis mortuis, qui nobis suā authoritatem dederūt vel commiserunt, ea possimus vti donec ecclesiæ prouisum fuerit de pastore. Si verò sint deputati vsq; ad beneplacitū deputātis, secundū Card. post eius mortē nō durat commissio: quia hoc extinguitur morte, vt in c. si gratiosè. de reser. lib. vj. ¶ Quintò † quæro, à quibus possint absoluere fratres præsentati secūdum formā dictæ cle. Et dico quòd circa hoc sunt duæ opiniones, quarum prima dicit quòd absoluere nō possint à reseruatis episcopo de iure vel consuetudine aut volūtate, ita quòd sicut curatis potest episcopus eis reseruare casus ad libitū ex causa rationabili, siue cōstituendo siue aliter: & multo magis hoc pōt concilū prouinciale & synodale, à cuius sentētijs religiosi absoluere nō possunt, vt dictum est. Et hanc opinionē Arch. recitat, & more suo in dubijs non videtur determinare, sed hanc tanquam tutiorem consulit. Sum. verò Pis. nō videtur appoluisse mētem ad speculādum an dicti fratres habeat aliquid plus quàm curatis: sicut fecerūt quidam sequētes. Io. verò And. Zab. Laud. Paul. Steph. Ioan. Mo. & Zenze. hāc sequūtur. Quorū motiua sunt duo. Primò cle. religiosi. de priuil. vbi dicitur quòd religiosi à casibus reseruatis ordinarijs quenquā absoluere nō præsumāt. Secūdò, quia, vt dicit Io. Mo. si episcopus potest arctare potestatē ordinariam curatorū: multo magis arctare potest extraordinariam ipsorū fratrum. Tertiò adde quòd gratia, quam hic papa facit, super qua scilicet opinio contraria fundat, habet locum solùm quādo ordinarij nolūt admittere fratres præsentatos idoneos, vt patet in tex. ¶ Secūda opinio dicit quòd dicti fratres absoluere possunt ab oibus casibus exceptis præcisè reseruatis episcopo in iure vel superiori: quārūcūq; reseruentur episcopo ex consuetudine vel cōstitutione vel bēplacito. quam opinionē videtur fundasse Gul. Spec. & Io. de Lig. efficaciter prosecutus est in c. omnis. de pœ. & remiſ. & sequitur Pan. & cōmuniter omnes Summistæ & docto. sequenter. & hoc rationabiliter & verè. Primò, quia data veritate primę opinionis, fratrū priuilegium truncari posset ex toto: quod esse nequit. c. quando. de priuil. Et secundò, quia dilpositio d. cle. dudum. taliter posset euacuari & annullari, & frustrari eius intentio: quæ est vt populi libenter dictis fratribus cōfitenter habeant: suas consolationes in domino. quod nō esset, si episcopi ad libitū possent sibi casus reseruare. Tertiò, quia gratiam, puta absoluere posse ab omnibus, nisi reseruētur à iure, quam cōcedit superior, id est, papa, reuocare, vel arctare non potest inferior: vt patet per se. & in cap. inferior. dist. xxj. Nec potest dici quòd papa eam concedit solùm in casu iuxta tertium motiuum: sed simpliciter etiā extra dictum casum, quod patet primò, quia secundū Dire. ista concessio vel licentia audiendi est papalis: & prælati in concedendo præbent nudum ministerium, sicut minister in baptizando, sciēs vt eis deferatur, quod patet: quia si non concederent, nihilo minus hoc haberent. Vnde papa est qui cōcedit, & in dicto casu, & extra illum quādo prælati admittunt. Dicere autem quòd quando illi admittunt, concedit minus: & quando repugnat, maius: nec est rationabile, nec habetur ex textu. Secundo, quia vt patet in fine textus, ibi: nisi forsan &c. hāc gratiam habent dicti fratres, etiam quando prælati vberiorem gratiam faciunt: & cōsequenter eā habent extra casum, quo eos nolunt admittere. Vnde securè tenēda est hæc opinio: & secundum eam practicādum est, quādo episcopi vel eorum vicarij sunt insolentes & duri in concedendo, ex auaritia vel æmulatiōe, vel alia iniusta causa. suprà Absolutio. j. §. iij. in fi. nisi casui reseruato ab eis esset per constitutionē annexa excommunicatio reseruata diœcesano vel superiori: quia tunc fratres prędicti nihil possunt, p d. cle. religiosi. §. Absolutio. j.

Universidad de Deusto
Biblioteca

§.iiij. Vnde se nō intromittāt sine episcopi licentia: quia essent excōmunicati. Et idē sentit gl. de sententijs suspensionis & interdicti. de quo vide j. Excōicatio. vij. §. xiij. dubio x. Similiter nec de votis dispensandis, aut iuramentis, aut de incertis restituēdis: nisi vt j. Restitutio. vl. §. vj. Ad motiuū primū dico illā cle. loqui de reseruatis iure cōmuni, nō statuto vel cōsuetudine: quia sicut hæc, scilicet cōsuetudines & statuta cōtraria excludunt per cle. dudū. ita oportet ea excludi per cle. religiosi. ne leges fiant ludibrio. C. de bo. quæ lib. l. fi. §. vbi aūt. & iura iuribus sunt cōcordāda. l. vnica. C. de inoffi. do. de ele. cum expediat. lib. vj. Ad secundū dico q; vtiq; illud pōt, si ipe talem daret potestatē ex se tales, p̄mouendo: no aute si eam dat superior: quanquā talis potestas sit ordinaria iurgēs à dicta cle. vt tenet Zen. & Laud. Sūt & alia motiua Mon. sed inualida. De prate aute curatorū, vide tit. sequēti. ¶ Sextò † q̄ritur, quos audire & absoluere possint dicti fratres? Et dico, secundū omnes Doct. q̄ audire & absoluere possunt eos, qui absolui possent ab illo prelato, cui sunt præsentati, tam exemptos quam nō exemptos, tā ecclesiasticos quàm seculares, secundū Card. nec cōtradictio curatorū, aut quæcunq; excōmunicationis sententia cōtra hoc quicquā valet iure ipso per extrauagantē Mart. iij. inserta in rub. de priuil. imò, secundum aliquos, absoluere possunt etiā religiosos, qui ex statutis suorū ordinū absolui nequeūt, nisi à suis prælatis: quia hęc prouisio est respectu omniū volentiū cōfiteri, & de plenitudine potestatis, quæ ab alijs staturis nō depēdet. Sed gl. tenet contrariū, dicens quòd per hanc concessionē illi nō comprehendūtur. quod Pan. tenet: & Card. dicit verius: quia religiosi nō habent velle. de elect. si religiosus. lib. vj. & consequenter nec possunt dici volētes, scilicet nisi quatenus volūt prelati. ¶ Septimò † quæritur, cui fiet ista præsentatio, siue quis intelligat h c nomine prælatorū? Et dico quòd secundū Direc. intelligūtur episcopi, & eorū loca tenētes de iure vel cōsuetudine: vt sunt qui de iure vel cōsuetudine sede vacāte regūt ecclesias: & sic nomen prelati accipitur strictè, sicut & de officio. si episcopus. & de tēp. or. cū nullus. lib. vj. largè autē capitur, de off. or. cū ab ecclesiarum. Card. verò dicit hic nomine prælatorū intelligi eos, q̄ in loco habēt iurisdictionē episcopalē vel quasi, ita quòd nulli dœcesano subsint ipsi, nec eorū subditi, qđ tenet Pan. & sic quo ad tales nō sufficeret licētia dioecesani. Et hæc opinio dicit idem quod prima, & aliquid addit. ¶ Octauò † quęritur, cui fiet illa præsentatio, si vacat sedes: vel haberi nō possit copia prælati? Et dicit Pan. quòd vacāte sede fiet capitulo, ar. e. cū olim. de maio. & obed. & nō habita copia prælati fiet, inquit, eius vicario in spiritualibus, si habet. de tēp. ord. cum nullus. lib. vj. Si verò nō habet, & hoc malitiosè facit: debet adiri superior, qui eius negligentiā debet supplere. arg. ix. q. iij. cū simus. de conc. p̄b. quia diuersitatem. & idē si esset excōmunicatus vel supēbus: arg. in eo. c. q. diuersitatē. ¶ Nonò † quęritur, qđ si dicti prelati nolint admittere præsentatos? Et dico quòd ex rationabili causa possunt reprobare aliquē ex electis, vt patet in textu: & hoc intra triduū à die præsentatiōis, secundū cōstitutionē, inter cūctas. quæ, quia sublata est, secūdū Laud. hoc est arbitrarium. Et si loco repulsi alius subrogetur: etiā ille secundū gl. ex causa poterit repelli: nō autem sine causa. Si verò prelati absolutè nolunt dare licentiā dicto modo petentibus, nihil refert: quia eis licētia authoritate apostolica cōceditur, vnde audire possunt cōfessiones. & hoc, secundū Card. expectato cōgruo tēpore: quod, vt videt, est vsq; quo viderint eorū in hoc firmā sententiā. Si verò prelati nō expectata præsentatione pręmo nentes dicāt, nō præsenteris aliquos, quia nō admittemus: secundum Card. audire poterūt sine alia præsentatione. Si verò expresse nō recusant admittere, sed nō dant licentiā, vel negligunt, secundū gl. locū habet hic priuileg ū post trinā monitionē vel requisitionē de sup. neg. prel. c. j. & facit de appel. ab eo. lib. vj. ¶ Decimò, † qd si fiat cōtētio de numero admittendorū vel idoneitate? Et dico q; si fiat de numero, secundum gl. episcopus reijcere potest, si vltra modū solitū prelentetur, nec hoc exigit populi multitudo: vnde recipiet numerum qui sibi videt: de reliquis erit recursus ad arbitriū boni viri, id est, iudicis, q̄ debet esse medius, secundū Card. Si verò sit de idoneitate. & p̄babiliter coniecturetur de malitia prelatorū, q̄ ideo scilicet cōcendāt, quia nolūt admittere: credo quòd locū habebit priuilegiū, saltē in subrogatos: quia nō refert an verbo vel de facto dicant se nolle dare licentiā. Vbi verò prelati bene mouētur, licet cū errore, verū est qđ dicit gl. eos repellere posse, etiā subrogatū. ¶ Vndecimò † quæritur, quid si dederint quidē licentia, sed deinde reuocauerint? Et dico quòd sine causa hoc facere nō possunt, secundum gl. Paul. Zen. & Card. Vnde nihilo minus licentiā fratres habēt: quia esset in fraude legis: & idē quasi absolutè negaret. Ex causa tñ videtur quòd hoc possint, secundū mentē prędictorū: vt puta, si aliquis ex doctis fratribus post licentiā scandalosè cōuersaret, vel efficeret surdus, aut mēte captus, & huiusmodi. quia rectus regit personas idoneas, & vita p̄batas.

Rursus de Confessore tertio, quantum ad eius qualitatem.

1 *Confessor qualis esse, & quot in se habere necessario debeat? Et quid de bene esse? Et de singulis fuse differit.*
2 *Confessor casus episcopales & papales indagare tenetur. Et an sic teneatur scire episcopales, synodales, ac item episcopales?*
3 *Regula duæ pro exponēte & exponēdo ad cōfessiones audiēdas.*
4 *Confessor a peccato mortali existens, audiendo confessiones aliorum peccata, & qualiter, ac quoties? Et nam subditus à manifesta ecclesiæ in mortali existens sacramenta extra necessitatem ecclesiæ tuto accipiat? Et qui dicatur necessitatis casus?*
5 *Confessor a quibus absolvere possit? Et an casus, qui de iure superioribus competunt, episcopus sibi reservato possit: & in quibus casibus?*
6 *Authoritas quam episcopus vel alius superior inferiori concedit, quomodo ac quatenus accipienda sit?*
7 *Dispensare in voto, aut iuramento, sine mandato speciali non licere sed nec ab excommunicationibus à sacerdotibus absolutis, ac damnis, quorum authores nesciuntur, absolvere. Et ibidem multa alia, in quibus speciale mandatum requiritur.*
8 *Officialis episcopi num in præjudicij authoritatem casuum episcopalium habeat?*
9 *Sacerdos num eum absolvere possit, quem non ipse, sed alius audiat? Et num illum, cum qua peccavit. Et ibidem an episcopus in sententia cum eo admissa dispensare queat. Et sub hac quod dispensatio dignitatem sit, absolutio necessaria.*
10 *Sacerdos in mortis articulo, num quilibet a quolibet quamvis in absentia propria sacerdotem, absolvere possit?*
11 *Sacerdos, num illum absolvere possit, qui ab aliquo desistere nō vult, quod sacerdos ipse mortale credit?*
12 *Confessor, num à peccato absolvere excommunicatū possit, quem ab excommunicatione absolvere nequit? Et de hoc opiniones duæ recitantur.*
13 *Cōfessor, num de omnibus, quæ sibi in confessione dicūtur, cū cognitionē habere debeat, vt sciat mortalia sint ne? Et quid si casus illi dubius occurrat? Et casus dubius quot modis dicatur?*
14 *Confessor in confessione delinquens ex ignorantia, pro qua solvere teneatur?*
15 *Confessor videns pœnitentem pœnitentiā subire nolle, aut non expletu*

expletum qua cautione ac prudentia vti debeat? Et quid si pœnitens compleatur, sed à peccato abstinere nolit, nec aliquid facere velit, ad quod ex necessitate teneatur?
16 *Curatus fabulas habens fœdas, mutos, furiosos, & huiusmodi, qualiter circa eos se gerat?*
17 *Confessor videns confitentem ex imprudentia confitendo deficere, num interrogationes ipse facere debeat? Et quatenus debeat interrogationes movere? Et de quibus? Et ibidem quod omittens facere necessarias interrogationes peccet mortaliter?*
18 *Confessor interrogationes in confessione, qua ratione proponere debeat? Et quot in his faciendis necessaria sint? Et sub hac, quod sicut confitenti personam cum qua peccavit exprimere non licet, ita nec de ea confessori inquirere expedit?*

CONFESSOR † tertiò, qualis debeat esse, vt plenius innotescat, colligo q̄ debeat habere tria necessario, scilicet potentia, scientia, & prudētiā: & quartum de bñ esse, id est, vitæ sanctitatem. Quantū verò ad potētiā sciendū est, q̄ auditurus confessiones in primis post potestatē characteris siue alterius, debet eā habere potestatē iurisdictionis ordinariam vel delegatā, & bñ aduertere quantū illa se extendat. Nam secūdū Arch. qui aliquē absoluit in casu in quo nō pōt, quia erat reservatus, vel qa nullā habebat authoritatē, scienter vel ex ignorantia iuris crassa nō incurrit quidē **ex hoc** alī quam censurā, etiā si fit religiosus, secundum Zab. & Zen. tñ peccat mortaliter, secundū Rich. in iiij. di. xviij. & sic absolutū de proprio errore tenet cauisare, si pōt, scilicet cōmodè: licet ille quo ad Deū, dū hoc ignorat, excusetur. qđ intellige qñ sine scādalo notabili pōt auisare. Vel petita ac obtēta authoritate absoluēdi in casu in quo absoluere nequiuit, secūdū Direc. & aliquos peritos vocato illo cautè de qbusdā confessis interroget, quasi plenius informādus, & an deinde aliqua crimina ppetrarit: & sic eum denuò absoluat ab omnibus rūc & prius audit: vel si inde magnū scādalū timeret: absoluat absentē. si ab vltima confessione adhuc credit' pseuerare in gratia: vel in hoc casu, secundū alios, cōmittat summo sacerdoti Christo præsertim qñ multitudo est sic neglecta: vel interest multa distātia loci. Præter hoc etiā si religiosus sic absoluere ab aliqua sententia excōmunicatiōis, suspēsionis, vel interdicti, esset excōmunicatus. Hæc ex illo. Et adde q̄ sufficit credulitas probabilis dictæ pseuerātiæ in gratia, secūdū istā opinionē: cūm certa haberi nequeat, etiā de eo q̄ præsentialiter cōsitetur. Aduerte tñ quòd si talis cōfessor absoluere potuit ab aliquibus, licet nō ab omnibus: sufficeret recōfiteri illa solùm, à quibus absoluere nō potuit, habēti authoritatem. ¶ Ex his elice quòd teneatur indagare qui casus sint episcopales, & qui papales: alioquin periculosè audiret: vt in cle. religiosi. de priuile. Casus autem episcopales, synodales, vel archiepiscopales sic scire non tenetur, secundū Dir. lib. iij. ti. ij. vbi dicitur, quòd religiosus probabiliter ignorare pōt huiusmodi institutā, quia in facto cōsistunt: maximè, quia talia cōsilia adire talis nō teneturideò secundū Verne excusatur. Et adde in q̄ tāto magis, quāto hodie si religiosi vel alij de huiusmodi inquirātur: etiā ipsi episcopi plerūq; nesciunt de huiusmodi docere, deberent tamen solicitè cōfessores inquirere, si quid in cœna Domini vel in alio tempore de huiusmodi publicatur. ¶ Quantū verò ad scientiā, notandū est quòd in confessore, secundū S. Tho. in iiij. di. xvij. & in l. scientia & si nō sit maior, tanta debet esse vt sciat distinguere inter peccatum & nō peccatū, mortale & venjale: & si in aliquo esset dubitatio, sciat cōsiderare vel posset recurrere ad pitiores. hęc ille. quam sententiā S. Bona. eadē distinctiōe excendit dicens quòd tantam scientiam debet habere confessor, quòd sciat discernere in peccatis communibus, quod veniale, & quod mortale: & quòd sciat semper ad quæ peccata sua potestas se possit extendere. Ratio, quia alia pœnitētia pro mortali, alia pro veniali est imponēda. Item qa si esset aliquod genus peccati, ad quod manū extendere nō posset: nisi illud cognosceret, audiret cōfessiones in periculū sui & confitentiū tibi: vñ homines hoc cognoscētes tenent cōsulere discretos: alioqn vterq; grauiter peccaret. Et hoc voluit dicere Augu. de pœ. di. j. qui vult. Est & alia scientia, qua quis p habitū acquisitum scit discernere inter perplexitates peccatorum: & hæc est de bñ esse: in talibus autē semp debet eligere viam securiorē, & consulere sapientes. hæc ex illo. Alb. etiā dicit q̄ sacerdos non tenetur scire discernere, nisi in cōmuni quæ sint capitalia, & quæ mortalia cōmunia, & quæ venialia ex genere. quod qui nescit, peccat, inquit, mortaliter audiendo confessiones: & plus peccat, qui eū instituit aut pmittit institutā ministrare. in perplexis autem quæstionibus debet sacerdos parochialis esse ita discretus, vt talia difficilia esse sciat: nec procedēdum in eis sine superioris cōsilio vel authoritate. hæc ex illo. & idē de omni confessore. Et per cōmunia intelligit: ea quæ communiter ab omnibus sciuntur esse mortalia. Vñ, secundum istos, sufficiētē credo qui attētè legit, & intellexit Dei ceruntnisi fit aut naturaliter stultus, aut præsumptuosus, vt nō sciat dubitare, vel nolit interrogare: qa talis habet dictā communem notitiam. Durādus autem ordinis Minorum rigorosus loquitur, dicēs quòd cōfessor scire debet vtrum expressa per pœnitentē sint peccata vel non, & vtrū cōtractus, quos facit, liciti vel illiciti: & quando restituere teneat, & quādo non: & vtrum debeat illū à cōmunione, phibere vel non: quia si iudicat licitū quod est illicitū: vterq; in foueam cadit: nisi eum excuset probabilis ignorantia: puta, si habet aliquē doctorē authenticū, & famosum, cuius opinioni innitit'. Vade si non sit expertus in casibus, ita quòd nec p se scit indicare, nec dubitare nouit: cum periculo animæ suæ audit cōfessiones. hæc ille. Sed hoc dictū est verū in eo q̄ voluntariè audit: maximè si ingerat se ad hoc, vt dicit Arc. & patet ex verbis do. Durādi. qui præmittit ante prædicta, q̄ cōfessor quoties se ingerit ad cōfessiones, toties se offert ad respondendū de quolibet, & interdū de casibus inopinatis & aliās inauditis & valde perplexis. Deinde cōcludit: debet ergo confessor scire, &c. Dictum verò S. Tho. Bona. & Alberi. quod in scientia verum est, intelligitur in audiente ex obedientia & coactē: in quo sufficit scientia minor, secundum Petr. de Pal. ¶ Ex his aūt omnibus elicio duas regulas. Prima quantū ad exponendum. Si is qui ex obedientia exponitur, certus sit p̄babili certitudine se esse idoneum: securè audit. Si verò scit se nō esse idoneum: peccat audiendo, maximè si videt exponentē moueri passione amoris vel cupiditatis, & huiusmodi. Vnde secundum Arc. non excusatur à peccato, si in eo sit tanta ignorantia, quòd nescit etiam quod dicit S. Tho. & Albe. Si verò dubitat: etiam securè audit: quia regulariter secundū S. Tho. in quol. subditus obedire tenetur in dubijs. Secunda quatum ad exponentem. Si videt exponendum tantam habere grammaticā vt lecta intelligat: & vidisse Defecerint, aut similem librum, & non esse sic stolidum quin dubitet vbi est dubitandum: nec temerarium vel præsumptuosum in suo iudicio, securè exponit: vt patet ex dictis. Quantum verò ad prudentiam, sciendū est quòd stante potestate & scientia, si esset imprudens, adhuc posset in multis casibus præcipitare peccatorem: in quibus quid ei agendum sit, patebit infrà. §. decimo. ¶ Quantum † verò ad sanctitatem vitæ sciendum est, quòd existēs in mortali, audiēdo cōfessiones mortaliter peccat: qa secundum S. Tho. & Alberi. omnis existens in mortali, exhibend

Universidad de Deusto
Biblioteca

bendo se ministrum ecclesiæ in aliquo actu,mortaliter peccet:& toties,quoties huiusmodi actum facit,non tamen tenetur requiritur confessio,nisi in eucharistia:sed sufficit contritio.An autem possit quis confiteri tali existen.in mortali:S. Tho.dicit q̃ licet subditus teneatur recipere sacramenta à ministro ecclesiæ etiã existente mortali,quousq; ab ecclesia toleratur,quia adhuc ei obligatur:tamen excepto casu necessitatis non foret tutum huiusmodi inducere ad executionem alicuius spectantis ad suũ ordinem durante conscientia quòd sit in mortali:quam tamen potest deponere: quia in instanti ex diuina gratia se potest emendare.Hoc tamen modificatũ est per constitutionem Constantiensem,quam habes infrà. Excommunicatio. v.§.iij.Hic tamen no.quòd casum necessitatis appellat Sa.Thom.eum,in quo alius sacerdos haberi non potest,& confessio imminet no solùm necessariò,vt videtur velle Supplementum,sed etiam ne bene esse pro communione vel speciali deuotione: quia si non peccat mulier vadens p viam sitam ad ecclesiam causa deuotionis obijciendo se oculis hominum,quos inde credit sumptuos occasione mali: pari ratione hic.Et licet talem inducere tali casu:licet hoc neget Supplementum:quia hoc sonant verba S. Thom. & hoc non est inducere illum ad malum faciendum,sed ad bonum.& de simili vide infrà,Vsura. primo. ¶ Primò † verò quæritur,circa prædicta,à quibus possit absoluere confessor:Et dico quòd de fratribus Prædicatoribus & Minoribus dictum est ti.prio re.§.v.De curatis autem dico quòd Ioan.de Ligna.post Gul. in Spe.sic dicit.Non obstante q̃ doctores ponant multos casus episcopis reseruatos, curatu absoluere possint ab omnibus occultis,quæ in iure non sunt episcopis reservata,& quæ non sunt ipsis sacerdotibus directè vel per consequentiã aliquã interdicta. Licet ergo episcopi possint reseruare certos casus qui de iure competunt inferioribus:nõ tamen hoc possent simpliciter,nisi in duobus casibus,secũdum Gul. scilicet directè:vt cùm aliqui fuerũt le ̃ptime in crimine deprehensi, quod meritò fuerint tali potestate priuati. Secũdò indirectè per aliquam cõsequentiam:vt cùm aliquis casus euenerit, in quo aduitatem communem expediat quòd talem casum retineat:& aliter no.xxv.q.ij.de ecclesiasticis.Nõ expedit vtilitati commun reseruare tot casus:sed hoc est ponere laqueũ in viã salutis.hæc ex illis. Sed intelligo quòd hoc episcopi nõ possunt extra illos duos casus sine peccato:quia scilicet hoc non possunt sine peccato,ex aliqua rationabili causa:quæ videtur set.per aliquam illarum duarum reduci: absolutè tam in hoc possunt sicut per cõstitutiones synodales:ita & simplici verbo.& absolutio contra talem prohibitionem facta non teneret.Summa Ang.in tit.Casus episcopo reseruati, ad finem.dicit quòd licet episcopus pro communi vtilitate reseruasset aliquos casus:ã sacerdos videret in aliquo particulari nõ expedire saluti eius,sed obesse si remitteretur: põt absoluere,iuxta not.per Panor.in c.quod dilectio.de consan.& affin.& in cap.at si clerici.de iudi.quod verum esse limita contra mentem eius eo casu quo iste ad superiorẽ remitti nõ potest:vel quoties probabiliter præsumitur de tali casu superiorem non cogitasse:alias autem illud dictum est falsum: quia talis sacerdos quo ad hoc habet claues ligatas,nec se põt impedire:nec tenet absolutio.probatur in c.si episcopus.de pœ. & re.in vj.vbi dicitur quòd in hoc nullã habet potestatẽ.& in clem.dudum.verſic.per huiusmodi.cum ibi no.de sepul & in cap.pastoralis.de offi.ord.nisi sit in articulo mortis. de sentẽ. excommun.quod de his.& capite,quamvis.Nec potest eo casu sacerdos iudicare vtrum expediat remissio nécne. distin.xxj. inferior.de maio.& obed.cum inferior.de appel. vt nostrum. Et si dicatur quòd superior reseruat ad bonum,& hic remissio cedit ad malum : & dico quòd inferior hoc iudicare non debet,sed remittere oue ad principalem pastorem.Panorm. autem loquitur vbi superior agit in remotis,& periculũ est in mora:vel vbi euenit inopinatus casus,de quo verisimiliter creditur quòd si legislator aduertisset,concessisset:nec cõsuli potest.Ibidem etiam tenet dicta Sum. quòd episcopus non potest sibi reseruare casus quo ad curatos,nisi ex causa legitima.Licet alijs possit reseruare pro voto,exceptis Prædicatoribus & Minoribus.Sed dic quòd cum peccato potest sibi reseruare ad libitum:& tenet reseruatio:sed sine peccato reseruare non potest,nisi ex causa rationabili:vt suprà dictum est. Quod autẽ dictum est de curatis,propter eandem rationem intelligendum est de religiosis alijs à prædictis.¶ Secundò † quæritur,quomodo intelligenda sit authoritas, quam episcopus vel alius superior concedit.? Et dicit Ioan. And.de offic. vica.super cap.tua nobis.quòd si episcopus dedit vicarium generalem,& in mandato expressit aliquod de illis quæ requirunt speciale mandatum,secuta generali clausula, & omnia alia quę nos possumus,etiam si mandatum exigant speciale, secundum Host.satis videtur quòd talis etiam specialia possit ad instar procuratoris.Secus si quid de specialibus nõ fuisset expressum.hæc ibi.quod Archi.limitat verum de virtute verborum,& in foro contentioso: in conscientia autẽ in generali cõcessione intelligerentur specialia, nullo eorum expresso,si constaret quòd conferens authoritatem hoc intendebat.xxij.q.v.humanæ. Tu verò etiam limita, nisi specialia essent maiora expressis.de mente Panormita.in cap.sedes.de rescript. Notandum est enim quòd,secundum aliquos, sicut Sum.Ang. videtur imponere Mo. etiam expressis aliquibus casibus reseruatis,non conceditur casus,qui est adeò grauis, quòd verisimiliter in tali generalitate non venit:sicut deuolenta percussione clerici tenet Mo.quòd non venit nisi exprimatur.Sed primum est melius:quamvis dici possit quòd hic etiam iste casus venit in specie sua,sed non in numero,vbi talis fuisset excessus quod si episcopus hoc sciuisset,non concessisset:sicut si fuit minutatim trucatus,vel aliquid tale.Et nihil inquit Arch. dici potest de authoritate confessoribus ab episcopo data:quia dicendo,do vobis authoritatem meam in cõfessionibus:non intelligitur per hoc suos casus concessisse.Et secundum gl.Ray.etiam si speciales casus exprimeret in generali dicendo,vt possitis absoluere in omnibus casibus in quibus nos possumus:adhuc non esset tutum extendere manum ad reseruata:nisi constaret aliter de eius intentione.Sed dicendo,concedo istũ & illum & omnes alios meos casus:intelligitur dedisse totum,secundum archidia.Dicendo autem alicui,do tibi licentiam eligendi confessorem idoneum:non concedit eo ipso absolutionem à casibus reseruatis,nisi hoc expressius primatur,vel constet euidenter per aliqua signa.de pœnit. & re.si episcopus.lib.vj.¶ Et † nota quòd secundum glo.non licet dispensare in votis aut iuramentis sine speciali mandato nec absoluere ab excommunicatiõibus factis à sacerdotibus pro furtis & damnis quorum ignorantur authores : cùm secundum quid pertineat ad forum cõtentiosum:& multo minus à sententijs latis in forma iudicij pro cõtumacia aut re iudicata vel offensa, quantumcunq; episcopus cõmittat vices suas in generali quo ad forũ pœnitentiale:imò ego dico quòd non liceret absoluere à quacunq; excommunicatione reseruata,vel censura.etiã si casus reseruati aliqui essent enumerati:quia ista non veniunt propriè sub nomine casus : & sine quid,quo ad absolutionem,peccato maius.In tali autem cõmissione non veniunt maiores expressis:vnde ecclesia.distinctè exprimit peccata & censuras,& relaxationem iurameñtorum,& huiusmodi,ẽ.Casus . in princi.¶ Tertiò †, vtrum offi-

cialis episcopi habeat in presentijs authoritatẽ casuũ episcopalium? Et dicit Host. quòd nõ, nisi expresse pateat quòd hoc voluerit episcopus:& si habet,& nõ est sacerdos,debet alteri delegare.de,peura.petitio.& secundũ Paul.in cle.j.de priuil. habet ite officialis iurisdictionẽ solùm in foro contentioso: nec de spiritualibus se debet intromittere : vt in c. licet.de offic.vic.lib.vj.nisi,vt dictum est,aliud ex gratia habuerit ab epo.Secus est autem de vicario generali episcopi in spiritualibus experientia teste.de quo infrà Vicarius. Quãdo autem episcopus ad remotam se trãsfert regionem,& alium episcopum vicarium generalem relinquit:talis vicarius,secundum Host.põt omnia, sicut ille, qui ipsum instituit,posset, si esset præsens.¶ Quartò,† vtrũ sacerdos absoluere possit eũ,quem non ipse,sed alius audiuit? Et dicit Veruec.quòd non:quia sacramentum pœnitẽtiæ diuidi non potest,sicut nec alia.xxiij. dist. quorundam. imò si vnius parochiæ sint duo curati infolidum,a.& b:& b.audiat à proposito vel à casu confessionem factam ipsi a.si a.moriatur ante absolutionem, b.absoluere non potest ab his quæ audiuit:quia in sacramento pœnitẽtię necessaria est absolutio ex parte confitentis & absoluentis. Vnde cùm is,qui vni confitetur, nõ intendat cõfiteri alteri non subijcit se claubus eius:nec eũ potest aut debet ligare. ¶ Quintò quæritur,vtrum sacerdos illam possit absoluere cum qua peccauit? Et dicit Veruec.quòd eam remittere debet ad aliũ sacerdotem:ne tollatur erubescentia,quæ pars est maxima satisfactionis.& sic not.Hug.xxx.quæstio.j. super c. omnis. circa presbyterum Græcum & vxorem eius, vt ibi habetur in glo.& idem est de omni peccato,in quo sacerdos fuit cõsentiens vel cooperator.Si tamen in his casibus absoluat,valebit absolutio.Concordat Sanc.Thom.in quarto.Nec est contra,inquit Veruec.quòd episcopus dispensare non potest in simonia cum eo commissa:quia dispẽsatio, est dignitatis:absolutio, necessitatis.Vnde non æquè facilè quis amittit potestatem absoluendi,sicut dispensandi.suprà Confessio.j.§.xvj.¶ Secundò,† vtrum quilibet sacerdos quemlibet à quolibet in mortis articulo possit absoluere in absentia proprij sacerdotis?Et dico q̃ sic,ab omnibus peccatis & sententijs.arg.de pœn.dist.j.quem pœnitet.& de sentẽ.excom. nõ dubium.quod Supple.tamen limitat, nisi sacerdos sit præcisus.Sed malè,vt suprà Cõfessor.j.§.vlt.Sed & si q̃ sit in mortis articulo ex damnatione iustitiæ publicæ adiudicatus, audiendus est,si pœnitentiam petat,& absoluendus: & officiales ecclesiastica censura cogendi sunt vt hoc permittãt.de pœn. & remiss.cum secũdum.in cle.Et si quis excommunicatus decidit eum signis pœnitentiæ manifestis,per quem non steterit quo minus recõciliaretur:is post mortẽ absoluetur: sic tamẽ vt eius absolutio ab apostolica sede quæratur,si dum viueret ab ea fuerat absoluendus,secundum aliquos.vide ẽ. Absolutio.j.§.v. ¶ Septimò † quæritur, vtrũ sacerdos possit illũ absoluere,qui nõ vult ab aliquo desistere,qđ ipse sacerdos credit esse mortale? Et dicit Gof.in ix.quolib.q̃ si confessor certus est illud esse mortale:quia scilicet nulla est de hoc inter doctores diuersitas:nullo modò eũ debet absoluere. Si verò nõ est certus:quia dubiũ est inter doctores,& diuersa opinio: tũc si est eius ordinarius,eũ absoluere tenet:& si ipse confessor nõ põt sibi formare conscientiã q̃n sit peccatũ, in diuersitate doctorũ:tũc nihilo minus dicat ei conscientiam suam, informans eũ vt eõsula: peritos, & disponat facere quod tenetur,& eum absoluat: & si purè peritens nollet agnoscere tale quid peccatũ:nihilo minus absoluat eũ:quia hoc procedit ex ratione,non ex proteruia : & ordinarius sequi debet commune iudiciũ ecclesiæ, & non suum.Si verò nõ est ordinarius:sequi debet propriũ iudiciũ. Vnde si credit mortale, & conscientiam deponere nõ potest:nullo modo potest eum absoluere sine peccato. Archi.cũ videtur sentire indistinctè quòd cõtra cõscientiã absoluere nõ deber,siue sit ordinarius siue non.Sed primũ videtur verius,nisi cõscietia ordinarij dictaret sibi quòd ipse mortaliter peccaret sic absoluẽdo: quo casu,prædit dictũ Arch.aliàs verò Gof.quia ex quo ille credit opinionẽ, quam sequitur,esse verã, innixus authoritati probabili:non videtur peccare mortaliter: & sic deber absolui. ¶ Octauò † quæritur,vtrũ cõfessor absoluere possit à peccato excõmunicatũ, quem absoluere nõ potest ab excõmunicatione? Et dico de hoc esse duas opiniones, vt refert Rich. Anglicus in suo quolib. ¶ Prima dicit, quòd hoc fieri põt,si nõ staret per pœnitentẽ quin absoluatur ab excõmunicatione: ita quòd nõ est in mora petẽdæ absolutiõis: nec timeẽ quòd negligẽt or fiat ad eam petẽdam. Et hanc primò tenuerunt Veruec.Rod.& Mon.& secuta est Sum.Ang.& Supplemẽtũ, quorum motiua soluerentur hic,si essent alicuius momenti. ¶ Secũda verò tenet contrariũ,dicens quòd siue sit quis excõmunicatus iustè siue iniustè,dũ tamẽ excõmunicatio teneat: siue stet per eum quòd non est ab excommunicatiõe absolutus,siue nõ:quòd absolui nõ potest à sacerdote,vel ab homine à peccatis,excõmunicatiõe manẽte,etiã si esset minor: vt in c.si celebrat.de cler.excõ.mi.quãuis absoluat,si verò pœniter,in iudicio Dei.Nam consuetudo, quæ est optima legũ interpres,sic obseruat.Et hanc opinionem tenuit Rich.cuius sunt prædicta verba : licet Sum.Ang.conetur adscribere illi oppositũ.Hãc etiã tenet S.Tho.Pet.de Pa. Sum.Cõf. Hugo de Castro nouo, Io.de Notono,Iac.de Lande, & oẽs Theologi de hac materia pertractãtes in i ij.& oẽs Canonistę cõmuniter,& Sum. Ros.& cõmuniter omnes Sũmistæ præter Roden.& Mon. Pro hac est ratio insolubilis:quia,vt patet ex diffinitione excõmunicationis,omnis excõmunicatus etiam minori,est priuatus participatiõe sacramẽtorũ passiua. Nec valet solutio Sum.Ang.dicentis quòd est priuatus cõpletiuè, non initiatiuè:primò,quia hæc gl.est voluntaria & præsumptuosa:cùm in materia tã periculosa detur hæc gl.sine fundamento alicuius canonis cõtra diffinitionẽ excõmunicationis. Vnde pari modo & facilitate possem ego dicere quòd Iudęus nõ baptizatus põt confiteri & absolui: quia baptismus est ianua sacramentorũ cõpletiuè,sed nõ initiatiuè. Secundò, quia est cõtradictio quòd quis nõ participet sacramentũ pœnitentiæ cõpletæ,& quòd absoluatur à peccatis:quia illud sacramentũ in tali absolutione ita completur,quòd nulla pars eius deficit:vt patet p dicta Theologorũ in quarto:nec absolutio ab excõmunicatione superueniẽs siue maiori siue minori,est sacramẽtũ,aut pars eius:sed primet ad forũ cõtentiosum:& fieri potest per nõ sacerdotẽ nisi quatenus habet annexam absolutionẽ à peccato. Tertiò, quia excõmunicatio maior plus elongat à participatione sacramentorũ, quàm à iure beneficiorũ:quia ab illa directè & immediatè excludit: & hoc est de eius essentia:ita q̃ cõtradictio est, aliquem esse excommunicatũ,& participare sacramẽtis: quia essent intus & extra.Sed à iure beneficiorũ ita elõgat,quòd ea stãre non est quis capax illius iuris initiatiuè:quia tali, etiã si eligatur, nullũ penitus ius acquirit,etiã si excõicatione ignoret: vt in c.apostolicæ.de cler.excõ.mi.in gl.& in c.si celebrat.eod.tit. Ergo multo minus est initiatiuè capax participationis sacramentorũ.Pro hac etiã est texrus canonis in d.c.si celebrat.cũ gl.Pro hac etiã, secundũ Richard consuetudo, optima legũ interpres.¶ Nonò † quęritur,vtrũ cõfessor teneatur scire de omnibus,quæ sibi dicunt in cõfessione:an sint mortalia nécne? Et circa hoc multa rigorosè scribit Henr.in quolib.vt recitat Archa.tertia parte.tit.xvij.c.iiij.quæ nõ ꝓbat. Sed tu dic quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd tenetur, iuxta ea, quæ dicta sunt suprà in princ.& non plus, nec tenetur semper audito quolibet peccato iudicare vtrum sit mortale:quia vix reperiret in toto mũdo vnus confessor idoneus:sed sufficit si iudicet de his quæ scire tenet:de aliis autẽ difficilibus potest suspẽdere iudiciũ: modò opportunum remediũ apponat,ne iterẽtur,si dubitat ea esse mortalia.¶ Decimò quæritur, quid faciet si occurrat ei dubius casus? Et distinguo:quia casus est dupliciter dubius.Primò, ipsi confessori qui propter suã imperitiã dubitat in re certa.Secũdò,in se,& non confessori:vt quia ipse probabiliter quidẽ tenet determinatè vnã partem:tamẽ pœnitẽs vel alius dubitat propter rationes vel opiniones Doctorũ contrarias: sicut de emptione iuriũ in mõte Florentiæ vel in Venetiarũ impræfitis, aut locis Genuæ,&de decimis soluẽdis,vbi nõ exiguntur à paratis dare,& ecclesia peteret quod Innocen.dicit mortale. & beat.Tho.Io.And.& Arch.negãt.In primo casu dico optimum esse in cõfessore,scire dubitare de ignoratis:quia cautius incedit.Vnde nisi legerit casus decisionẽ, vel habeat rationes euidẽtes semp dubitare,& peritos cõsulere,aut ipsemet rem nouiter videre debet,si tẽpus hoc patit,dicẽdo peccatori se velle rẽ melius cribrare: alioqn si tẽpus nõ patit, absoluat pœnitẽtem quantũ sua se extẽdit authoritas, imponẽs ei vt super re dubia consulat talem vel talem peritũ vel peritos in genere,& pareat eis:sicut medicus imperitus ægrũ ad peritiorem remittere debet.arg.c.qui vult.de pœn.dist.vj.quod si neq; hoc potest:exigat à pœnitẽte quod sit paratus facere omne quod tenetur,& cõsulat ei qđ rutius est:& quærat,quãtum potest,scire veritatẽ: & in dubio nõ deneget absolutionem.&hoc sufficit,quia si iste est paratus ita facere:est cõtritus,&nihil habet absolutioni repugnãs.In secũdò verò casu, secundũ gl.Ray.nõ est præcipitanda sentẽtia nec denegãda: sed tutior via consulenda, & terror incutiendus ex periculo: quod tũc videtur verum, quãdo pœnitẽs ex probabili ratiõe adhæret opinioni alicuius doctoris notabilis:quo casu confessor relinqt onus super conscientiã eius, si nolit acquiescere.Quãdo verò aliquis non habet in se bonã rationem quare huic magis, quàm illi opinioni hæreat:& cõsequẽter remanet in dubio:propter quod,si dubiũ sit in aliquo, à quo abstinendum sit, vtrũ scilicet sit peccatũ,vel non: omnino abstinendũ est:& eligenda est pars tutior,ne discrimini se opponat.Si verò non sit dubiũ principaliter super peccato: sed vtrum quis teneatur ad aliquid faciendũ,vel dandum, vel pœnã subeundam:semper eligatur opinio benignior. ff.de eo qđ cer.lo.d. quod si Ephesi.Vnde,vt dicitur in c.fin.de trãsact.in his,super quibus in nõ inuenitur expressum, procedas æquitate seruata,semper in humaniorem partem declinãdo, secundũ quod personas,causas,loca,& tẽpora videris postulare. hæc ibi qđ & Bart.tenet in Lombar.populi.ff.de iustitia & iure. & in dubio regulariter dãda est sentẽtia pro reo:nisi in causa matrimonij,dotis,seu libertatis,vel testamenti:vt in c.fin.de regul. iur.& in c.cum sint.& in c.odia.eod.tit.libr.vj. & ff.de legi.l. benignitas. nisi fortè esset aliquid faciẽdũ,quod faciliter posset expediri:vt cùm quis absoluitur ad cautelã.¶ Vndecimò,

14 † quæritur, pro qua culpa teneatur confessor ex ignorantia in confessione delinquens? Et dico,cum,qui se ingerit,teneri de omni exacta diligentia.arg.ff.depositi.l.j.§.sepe.vbi dicitur quòd qui obtulit se deposito,tenetur etiam de leuissima culpa:vbi aliàs non teneretur, nisi de dolo & lata culpa.qui autẽ se non ingerit,sed requisitus aut compulsus exercet ex charitate fraterna:videtur non teneri, nisi in quantum scit vel potest commodè scire:cùm impossibilium non sit obligatio.c. nemo.de reg.iur.lib.vj.vt de dolo, & lata culpa.Itẽ quia hic agitur ad merã vtilitatẽ alterius:sicut & de depositi dicetur.

¶ Duodecimò, † qua prudentia debeat vti confessor vbi pœnitentem videt nolle subire pœnitentiam, aut non explecurum eam vel aliud quod promisit?Et dicit Mor.quòd talem debet imponere,quam velit spõte & sine murmure ferre: & non aliam,propter periculum.& cõcedat posse redimi imposita ieiunia,& remissiones prælatorum illi prodesse: nec debet exigere iuramẽtum aut promissionem de abstinendo in posterum ab aliquo peccato,vel faciendo aliquo iniũcto:nisi in casibus expressis à iure: de quo infrà Confessor.iiij.§.vij. Sed absoluat eum sine condicione simpliciter: protestando tamen quòd si non restituat vel faciat debitũ suum,fructum confessionis euacuabit: quamuis sibi videatur quòd factorum non sit illud ad quod tenetur.Cautiùs tamen esset, quãdo facultas adest, inducere eum prius ad satisfactionem: quod tamen si cõmodè non põt,sufficit si satisfacere disponat quàm primum poterit. Nunquam tamen peccatorem à se desperatum abire permittat.Et his concordat Innocẽ.in cap.omnis de pœn.& remiss.& Veruec.& Scot. quòd si pœnitens cõfitetur quidem,sed à peccato abstinere non vult, nec aliquid facere ad quod ex necessitate tenetur:nullo modo absolui debet:quia vterq;,secũdum Richar.peccaret mortaliter: illi tamen aliquod bonum opus iniungẽdum est, cum exhortatione ad bona peragenda: quia eum dominus citius illuminabit:& ei valebunt ad multa,iuxta notata per Doctores in c. quod quidam.de pœn.& remiss.infrà, Cõfessor.iiij.§.ij.in fi.

¶ Decimotertiò † quæritur,quid faciet curatus, si habet subditos surdos,mutos,furiosos, & huiusmodi? Et dicit Ray. quòd eos ad pœnitentiam inducere debet:vt possibile est,signis,nutibus,& orationibus suis & populi: vt ei non imputetur,cùm nihil de contingentibus omiserit, facit de confess. distinct.iiij.solet quæri.& xl.distinc.Ephesis.Si tamen ex sua negligẽtia processit iste casus:licet faciat posse suum, nõ excusatur secũdum Sum.Confes.scilicet quia imputetur ei præterita culpa,& ipsa aggrauetur ex præsenti casu: tamen non peccabit in posterũ.Et si ista cõtingant postquã æger facerdotem petiuerat:puta quia loquelã perdit,aut furiosus efficitur:ad nutum pœnitentis, vel ad testimonium eorum, qui audiuerunt illum pœnitẽtiam vel presbyterũ petere: debet ei quicquid potest humanitatis impendere, absoluendo facilicet generaliter,& eucharistiã præbendo, si id sine periculo potest:vt infrà Eucharistia.ni.§.v. Et in hoc sufficit vnus casus:cùm nulli fiat præiudicium.¶ Decimoquartò † quæritur, facere debeat interrogationes vbi videt peccatorẽ ex impudentia confitẽdo deficere? Et dico secundum Veruec.quòd si scit vel ꝓbabiliter credit eũ aliqua peccata omisisse: illa debet ad memoriã reducere:quia tenere põt ne super hoc habeat ignorantiã grassam,vel debitam diligentiã nõ adhibuerit,scilicet ad recolendũ.Sed & de aliis formãdæ sunt interrogationes,secundũ Ray.& Arch.& alios.& est tex.de pœn. dist.vj.c.vt.nõ quidẽ in omnibus,ne molestetur:sed in his quæ confessor nõ plenè intellexit,aut cõfitẽs nõ plenè dicit:puta, quia non dicit circumstãtias:aut etiã in his, quæ nec dicit, nec dicere nouit.Et hoc primò de excõmunicatiõibus in genere an aliquam habeat maiorẽ:à qua & laudabiliter ante omnia absoluetur,si põt:secũdò de decẽ præceptis, scilicet vnũ colle Deũ &c. & tertiò de septẽ vitijs capitalibus cõprehensis hac dictione.saligia.&eirecũstantijs eorum:& de articulis fidei & ecclesiæ sacramẽtis. & operibus pietatis, & abusu sensuum, & huiusmodi. Imò aliquando ad hoc tenetur sub peccato mortali:& non faciendo,mortaliter peccat.Quod Sum. Angel.dicit verum,primò quando sine rationabili causa scienter omittit facere interrogationes necessarias pro validitate confessionis,credens probabiliter quòd pœnitens ex obli-

gatione vel negligentia omittit.ar.c.sit rector.dist.xl.Secus vbi credit quòd talia peccator scit & aduertit: qa credere potest quòd huiusmodi non cõmisit,vel de his aliàs est cõfessus.Secundò,si huiusmodi omittit ex negligentia,tenetur: quia ex præcepto charitatis tenetur facere peccatori,quæ sibi vellet rationabiliter fieri pertinentia ad necessitatẽ salutis: aliter agit cõtra præceptũ illud, Diliges ꝓximũ tuũ sicut teipsum. Sed Sum.Ros.dicit quòd si sacerdos non se ingessit:nõ tenetur plus quàm depositarius,id est,de dolo & lata culpa:quasi dicat,quòd prædicta sunt vera de eo qui se ingessit. Mihi autem videtur,quòd primũ sit verũ,quãdo quis de facili & sine magno tædio posset occurrere necessitati proximi, & nõ alteri:quia cõstitens ex quo facta diligentia debita nõ aduertit de illa circũstantia,excusatur:& sic non est in extrema necessitate,vt necessariũ sit facere illi spiritualem eleemosynã cõsulendo:& similiter secundũ multo minus est verũ,nisi in dicta limitatiõe:nec ly sicut,importat æqualitatẽ, sed similitudinẽ,vt scilicet ꝓximus diligatur eodẽ fine nobiscũ. Et dato quòd sit verũ hoc secundum, non est verum simpliciter, sed solùm si negligẽtia sit magna,id est, lata, qnẽ dolo equipatur:secus si sit leuissima, aut etiã leuis:& cõfessor nõ se ingessit vt.§.vj.vide etiam infrà,Culpa.ae infrà,Negligentia. Est etiã veniale eadẽ ratione,si omittantur ex inaduertentia vel obliuione:vel etiam nullũ peccatũ. Nec obstat illud præceptum,Diliges:quia si rationabiliter desidero mihi non extrẽmè sitienti dari potũ:non propterea est mihi mortale,si non tribuo eandẽ necessitatẽ patiẽti.Vnde non tenemur sub præcepto omnia facere quæ,nobis volumus rationabiliter fieri: nec ly sicut,secũdũ doctores dicit æqualitatẽ,sed similitudinem quæ in hoc attenditur vt proximũ ad eundem finẽ diligamus,vt dictũ est.¶ Decimoquintò † quæritur, qualiter fieri debeant interrogationes? Et dicit S.Th.iiij.dist.xix.& in I. fic.Sacerdos debet perscrutari cõscientiam peccatoris in cõfessione,quasi medicus vulnus,& index causam:quia frequẽter quæ pœnitẽs taceret præ cõfusiõe, interrogatus reuelat: sed tamen in interrogationibus faciendis tria sunt attendẽda.

¶ Primò,vt quilibet peccator interrogetur de peccatis, quæ consueuerunt in hominibus illius conditionis abundare:non enim oportet quòd à milite quæratur de peccato clericorũ aut religiosorũ,aut econuerso.¶ Secundò,vt non fiat explicita interrogatio de peccatis,nisi de illis quæ omnibus manifesta sunt:de aliis autẽ adinuentionibus ita debet à longinquo fieri interrogatio,vt si cõmisit,dicat:si nõ cõmisit,non dicat.

¶ Tertiò,vt de peccatis præcipuè carnalibus non descendat nimis ad particulares circũstãrias:quia,huiusmodi delectabilia quanto magis in speciali cõsiderãtur, tanto magis cõcupiscẽtiam nata sunt mouere:vt dicitur in iij.Ethi.& ideò potest cõtingere vt cõfessor talia quærens & sibi & cõfitẽti noceat.h.ve ille.Sic ergo sunt faciendæ,ne peccator irritetur interrogantem imprudenter:puta militẽ de horis: & ne discat peccare:& ne ipse vel cõfessor ꝓuocetur ad malũ.quas adde ne etiã per plateas recitentur interrogationes de turpibus facti,imprudenter. Adde etiã quòd sicut cõfitenti nõ licet exprimere personam cõsortem peccatũ, nisi eo modo quo suprà Confessio iij.§.xvj.dictum est:ita nec sacerdoti interrogare.

Rursus de Confessore quarto quantum ad actum eius,id est, impositionem pœnitentiæ, & absolutionem.

1 *Confessor confessione audita,omnibus rite examinatis, quid facere debeat? Et videre quod in sacramento hoc absolutio sit formalis & completiua.*

2 *Opera bona satisfactoria,quæ pœnitens agit,num ea efficacio-*
ra reddantur ad peccata diluẽda,si eadem faciat ex iniunctione sacerdotis dicentis: quicquid boni feceris,sit tibi in remissionem peccatorum? Et ibi quatuor dicta ex quolib.Beati Thomæ.

3 *pœnitẽtia quandꝰ ꝓ peccatis singulis iniungẽda? Et quid si peccator magnã meretur pœnitẽtiã,& dicat se eã facere nõ posse,qualiter se in imponẽda pœnitẽtia gerere cõfessor? Et quid si ab odio,aut alio peccato desistere nolit,aut vẽ restituere cum possit,aut iterum deserere,quin sine peccato exercere nequit?*

4 *Pœnitentia qualis,ac qualiter imponenda sit? Et num mortis dolor pœnitentia peccatorum pœnam diminuens esse queat?*

5 *Sacerdos absoluens de facto, quo deuenerit, an mortaliter peccet? Et num quis absens per literas absolui possit:no seq.*

7 *Confessor,quibus casibus ante absolutionem, aliquam præmissionem,aut satisfactionem exigere valeat?*

CONFESSOR † quartò,audita confessione & omnibus[1] I
examinatis duo facere debet.Primò, scilicet iniungere pœnitentiã:quæ licet secundũ gl.in c.sunt plures.de pœ.dist. iij.pro quolibet mortali regulariter debeat esse septenis: cũ secundũ doc.communiter in c.Deus qui.de pœ.& re. hodie est arbitraria,per d.c.Deus qui.& per c.meos.iuram.de pœ. dist.j. Et secũdò absoluere iuxta formã datã 3. Absolutio. & ita iste ordo seruandus est,secũdũ gl.Io.An.in cle.dudũ.de sepul.vbi iniũctio pœnitẽtiæ absolutioni præmittitur:vt primò audiatur cõfessio:secundò imponatur pœnitentia:tertiò sequatur absolutio:vt sic absolutionẽ præcedat cõtritio cordis,cõfessio oris:satisfactio operis,saltẽ in ꝓposito.hæc ibi. Si quis tamen post absolutionẽ,antequã diuertat ad extraneos actus, imponeret pœnitentiã:videtur excusari, & non obesset:quia quod fit incontinenti:videtur inesse.C.de pactis.l.pecuns. Et horum ratio est,quia absolutio est formale & cõpletiuum in hoc sacramento,secundũ Theologos: ideò priusquam inducatur,debet præparari materia,id est, quicquid est ex parte pœnitentis:maximè quia interdũ pœnitentiã,quàm deberet acceptare peccator tanquam salutarẽ, fortè recusaret.¶ Primò † verò quæritur,vtrũ bona opera satisfactoria,quæ pœnitẽs agit,sint efficaciora cõtra peccata diluẽda,si ea faciat ex iniunctione cõfessoris dicẽtis,quicquid boni feceris,sit tibi in remissionẽ peccatorũ? Et dico ꝙ circa hoc S.Tho.in quolib. quatuor dicit.¶ Primum. Peccator debitor est satisfactionis ex peccato commisso sacerdotis iniunctione. Vnde si imponatur minor quàm culpa requirit, aut hic,aut in purgatorio residuum soluet.Si verò imponatur maior:nihilo minus tenetur facere quod iniũctum est,si facultas adsit.quod intelligo: si sacerdos hoc vltimatè vult iniungere,& alium sacerdotem peccator adire non potest:& res iniuncta nõ est excessiuè indiscreta.¶ Secundum. Opus iniunctum à sacerdote valet ex natura operis,& clauium virtute:ita quòd ex his plus valet ad expiandũ peccata,quàm si faceret idem ex proprio arbitrio. ¶ Tertium. Satisfactio valet ad expiationẽ præteritæ culpæ, & cautelam futuræ.¶ Quartum. Sacerdos põt satisfactionem iniungere arbitrio proprio,& alieno consilio:& ita etiam arbitrio pœnitentis:vt dicendo:facias hoc si potes:& si non potes,facias illud.Et simile quid est cùm dicit, quicquid boni feceris,&c.& sic quæ pœnitens facit, acceptans vim maiorem ad expiationem præteritæ culpæ ex illa generali iniunctione,licet non ad remedium eiusdẽ culpæ futuræ.In eo autem quod dicitur,quicquid boni feceris:includit etiã quicqd patienter toleraueris:quia pati malum,est facere bonũ: cùm ibi sit bona opatio voluntatis acceptãtis malũ patiẽter.¶ Secundò † quæritur,quæ pœnitẽtia sit pro peccatis singulis in- 3
iungẽda? Et dico ꝙ pro quolibet mortali regulariter esset iniungenda septennis.xxij.q.j.prædicandum.xxxiij.q.ij hoc ipsum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsum.iuncta glos.& lixæ magis vel minus aspera secundum qualitatem criminum & circunstantiarum & compunctionum,secundum Hieron.ita quòd secundum Pan.in c.accepisti,de spon.duo.debet pœnitens semel bisvel ter in hebdomada ieiunare,secũdum discretionem sacerdotis:cuius arbitrio moderanda est.xxvj.q.vj.per totum. Hodie tamẽ omnes pœnitentię iunt arbitrarię quantum ad intentionem & extensionem siue durationem, considerata qualitate personarum & rerum.de pœ.dist.j.mesurã.& in c.Deus qui.extra eo.& xxvj. q.vij.in cap.tempora.& per totum.Et hoc tenet Ray.Guli.& Spec.& omnes doctores ac Summistæ. & consuetudo ecclesiæ generalis.Nec obstat quòd in cap.falsas.de pœ.dist.j.pœnitentiæ falsæ dicuntur,quæ non imponuntur secundum authoritatem sanctorum patrum,quia scilicet vltra dictam septennem ponunt alias maiores vel minores in diuersis capitulis decretorum,quæ ab vsu deciderunt:& quas vide si vis in Sum.Con.li.iij.tit.xxxiiij.vbi ponuntur:quia secundum Ray. hoc intelligitur cùm dimittuntur sine causa rationabili:secus ex causa rationabili:cuiusmodi est secundum Arch. ind spositio pœnitentis.Vnde si meretur pœnitentiam magnam, & dicit se facere nõ posse nisi paruam: iniungat ei illam quam libenter suscipiat.Et si gaudere nõ potest de omni modo eius purgatione,saltem gaudeat quòd liberatũ à gehena ad purgatorium trãsmittat.Ita quòd secundum Host. nullo modo permittat eum à se recedere desperatum.arg.xxvj.q.vj.presbyter.Sed curet excludere causas & occatiões peccatorũ:deinde potius imponat ei vnum pater noster, vel aliud leue,& alia bona quæ fecerit sua sponte.Et concordat S.Th.Et adde quòd bonum est,sacerdotem dispensare cũ eo in residuo pœnæ,quam misericordia diuina permittit,secundum mentem Pan.iuxta dicta suprà Clauis.§.iij.Et hoc quidem sanè intelligo,scilicet quãdo pœnitens dolet:& paratus est facere quod tenetur:sed dicit se onus pœnitentię ferre non posse:qa tunc nunquam est sine absolutione dimittendus,ne desperet:esset tamen indicãda pœnitentia sibi debita,secundum Pe.de Pan.iii etiã inde crederetur desperare. Vbi verò dicit se non posse desistere ab odio vel alio peccato,vel nolle restituere cùm possit:aut dimittere artẽ,quam sine mortali exercere nõ potest,vel huiusmodi:talis nullo modo debet absolui:secũdum S.Thom.& Pet.de Pal.& alios.Audienda tamen est eius confessio.de pœ.& re.quod quidem,ne desperet est ei aliquid iniungendum cum declaratione quòd non est absolutus, licet satisfecerit ecclesiæ præcepto de confessione annuali:& si omninovult absolui allegans scandalum & desperationem:dicatur ei quòd absolutio fieri nõ potest:& si fieret,nõ valeret:

4 & sic dimittatur misericordiæ diuinæ. ¶ Tertiò† quæritur, qualis & qualiter pœnitentia sit imponenda?Et dico quòd talis iniung; non debet,quæ præindicet tertio,maximè notabiliter:puta seruo peregrinatio,vel ieiunium magnum:vel vxori non habenti propria,eleemosynę magnæ:nec pro occulto peccato pœnitentia manifesta,id est,talis vnde possit oriri suspicio de peccato cõmisso.Etiam in dubio inter maiorem & minorem imponẽdam:potius eligendum est periculum errandi in minus,quàm in plus:quia melius est reddere rationẽ de nimia misericordia,quàm nimia seueritate.xvj.q.vij.alligãt.& exemplo Christi nunquam imponentis grauem pœnitentiam,secundũ Ray.sed dicentis,Vade,& amplius noli peccare.Imponenda est etiam per contrariũ ad peccatũ, secundum Ray.vt superbo iniungeda sunt humilia:auaro eleemosynæ:gulosо ieiunia:negligenti ad verbũ Dei auditio aliquarum prædicationum:& sic de alijs:dummodo scilicet credatur quòd possit facere, & velit. ¶ Quartò quæritur, vtrum dolor mortis possit esse pœnitentia peccatorum pœnam diminuens?Et dicit S.Tho.in iiij.dist.xx.quòd peccatum actuale purgari non potest per mortem naturalem:qa illa est pœna consequens peccatum originale,& iam quasi in natura conversa:per illatam tamen mortem purgari potest.Vñ patet ter ferre illatam etiã pro alijs criminibus,valet ad diminutionem pœnæ,& liberationem etiam à tota,secundum quantitatem culpæ & patientiæ & contritionis. ¶ Quintò† quæritur, vtrum peccet mortaliter sacerdos absoluendo de facto vbi de iure nõ potest?Et dicit Richar.in iij.dist.xviij.quòd licet si scieter & deliberate hoc faceret:& similiter si ex ignorantia mentis affectata:& similiter si ex crassa:quia sacerdotibus suũ officiũ ignorare non licet.Et sic locum habet illud.Si cæcus ducatu præstet,nisi excuset ignorantia inuincibilis aut probabilis:quæ vtiq; illum non excusat qui solicitor esse in querendo consilium pro equo,quàm pro paradiso comparando. Ad quid autem teneatur sic absoluens,vide ẽ. Confessor,tertio.in principio. ¶ Sextò† quæritur,vtrum absens quis possit absolui per literas,Et dicit gl.Ray.quòd non:sed præsens pœnitens à præsente sacerdote.de pœ.dist.j.quem pœnitet. Et quo patet quòd nec per nuntiu. Secus de absolutione abexcommunicatione:quia fieri potest in absentia:imò ignoranter & inuito excommunicato:vt ẽ.Absolutio iij.§.iiij.dubio.v. & vj.In casu tamen de quo suprà.Confessor ij.in prin.dicit ibi:quia videtur sufficere si præcesserit confessio in præsentia, & non per literas,aut nuntiu. ¶ Septimò† quæritur,quibus casibus ante absolutionem possit exigi aliqua promissio vel satisfactio.Et dicit quòd in multis:vt patet in Summ.Conf. lib.iij.tit.xxxiij.q.cxxxvj. Ante absolutionem etiam excommunicatis requiritur iuramentum,vt ẽ. Absolutio.& satisfactio,si fuerunt excommunicati pro offensa notoria.&de excom.dolet.lib.vj. Et est singulare expressum in multis absolutionibus excõmunicationum.In incendiarijs inuitis, & mandatibus,& consulentibus,ante absolutionem requiritur satisfactio,& iuramentũ de non incendendo.xxiij.q.viij.per totum. In mutilantibusverò requiritur satisfactio.xxiij.q.viij.si quis membrorum.quia &hi prædictis incendiarijs æquiparantur. In manifestis raptoribus & violatoribus ecclesiarum idem requiritur:quia nec absolui,nec ad pœnitẽtiam recipi debent vsquedum vel in morte,nisi prius satisfecerint iuxta facultatem,vel dederint cautionem de satisfaciendo.de rapto. super eo. Contrito tamen viaticum non negetur:ita tamẽ quòd nullum ex ricorũ interesse sepulturæ eius, vel recipiat eius eleemosynã. Quod tamen,secundum Host.est verum,quando raptor aut violator prædictus fuit monitus restituere,& diu in contumacia permansit:aliter nõ obtinet prædicta pœna.de sepul.c.& & de rap.in literis.In manifesto etiam vsurario idem est:qa nec absolui,nec ad confessionẽ admitti debet nisi restituerit, vel de restituẽdo cautione idoneã dederit. de vsur.quamvis lib.vj.& testamentũ eius aliter factũ non valer. In sacrilego qui scilicet aliquid de sacro loco iniustè tulit,vel personis ecclesiasticis iniuriam fecit:videtur quòd non sit absoluendus, nisi prius monitus satisfecerit.xvij.quæst.iij.si quis inuentus.

De Confirmatione humana electionum & aliorum.

1 *Confirmatio humana duplex est, generalis scilicet & specialis.Et quid vnaquæque*

2 *Confirmatio electionis an sit de necessitate petenda? Et de huius limitationes quatuor.*

3 *Pœna ob non petitam confirmationem, in quibus locum habeat?Et ibidem,quid Constitutio penalis ad condemnandum vel exequendum ius antiquum emanans, late interpretatur, vt in illo contenta concludat.*

Con-

¶ *Confirmatio abs quo petí debeat?Et an prælatus superior possit sine capitulo confirmare?*

§ *Cõfirmatio quãdo petí,& quo fieri debeat,et ab eo cui cũ vel speciali iure cõpetit? Et in quibus seruãda sint quæ hic dicuntur?*

¶ *Electus admissfrans post confirmationem,quæ nulla fuit,an inciditin pœnam,de qua superius est dictum? Et an dicta nullitas de qua proximè locum in postulatione habeat?*

CONFIRMATIO†humana duplex est. Prima ensm est confirmatio gñalis cuiuscunq; statuti,pacti,gratiæ, priuilegij,& huiusmodi:quæ propriè est quãdo superior confirmat factũ inferioris:nõ autem quãdo successor cõfirmat cõstitutionẽ vel gesta prædecessoris,scdm Pan.in c.j.de loc. post Host.sed potius est ratificatio vel innouatio. Hæc autẽ humana confirmatio,si fiat à Papa ex certa scientia,facit validũ qđ erat nullum respectu iuris positiui,secundũ Io.de Lig. vt refert Pan.in c.cũ super.de cau.pos.& proprie.Et facit firmum quod aliàs erat infirmũ:& solemne quod nõ solene,supplẽdo defectus solemnitatis omissæ.ij.q.j.in primis.de trãsac. c.j.de concess.præben.quia.Si verò fiat in forma cõmuni,non ex certa scientia,nihil iuris tribuit: sed solùm vetus cõseruat. de confir.vti.vel inuti.dilecta.&.c.j.in gl.de concess. præben. quia diuersitatem.& de priuile.quia intẽtiõis. nec per ipsam derogat iuri cõmuni.de offi.ord.licet de fide instru.inter dilectos.vide suprà Absolutio ij.§.iiij.ibi:sed pro his not.Secũda verò est specialis electorum siue electionum:& de hac in sequentibus erit sermo. ¶† Primò verò quæritur,an sit de necessitate petẽda? Et dico quòd sic iuxta communiter quòd electus ad regimen cuiuscunq; ecclesiæ aut religionis si administrationi dignitatis ante confirmationem se ingerit tãquã prælatus,vel procurator, aut œconomus, aut alio nouo quæsito colore, in spiritualibus aut tẽporalibus per se vel p alium in toto vel in parte ipso facto priuatur omni iure quod Per electionem in ipsa dignitate habebat:vt in.c.auaritiæ.de elect.lib.vj. ¶ Fallit hoc primò in Papa,qui eligendo confirmatur,dist.in.xxiij.in nomine. ¶ Secundò,quando sic administranti parcitur.extra de elect nosti. ¶ Tertiò,quando abbatissa electa à maiori parte,nõ tamen à duabus partibus impugnatur,ne confirmetur:quia interim potest administrare.c. indemnitatibus.§.si verò.de elec.lib.vj. ¶ Et quartò,quando confirmatio à Papa petenda est,& electus est valde remotus,scilicet vltra Italiam:quia tunc ante confirmationem administrare potest in tẽporalibus & in spiritualibus,excepto quòd nullam alienationẽ facere potest:vt in c.nihil.de elect. quod verum forte est,quando non est in mora petendæ confirmationis aliàs habebit locum pœna d.c.auaritiæ.Et quod de vltramontano dicitur,de citramontano locũ habet secũdum Host,quando curia est vltra montes.Et idem sentit Io.

1 An.in d.c.nihil.& Guli.in d.c auaritię.¶† Secundo quæritur, in quibus habeat locum prædicta pœna? Et dico quòd in episcopo,secundũ Gemi,post Io.And.in d.c.auaritiæ.Ex quo elice quòd constitutio pœnalis emanãs ad coadiuuationem vel executionem iuris antiqui,interpretatur latè,vt includat contenta in illo:aliàs hoc non haberet locũ in episcopo:quia appellatione dignitatis,non cõprehenditur episcopalis,secũdũ glo.in c.ij.de præben.li.vj.Sed hic fie;quia iure antiquo inclu debatur episcopus:vt in c.nosti.& in c.qualiter.de elect.Non autẽ habet hæc pœna locum in Imperatore,secũdũ Hug.& Io.in c.legimus.xciij.dist.& vt tenet gl.in cle.vnica.de iureiu. in ver.reges Romanos.potest administrare & omnẽ iurisdictionem exercere imperij:quatiuis Pau.ibidem teneat cõtrarium. ¶† Tertiò quæritur,à quo debeat confirmatio peti?Et dico quòd si electus est exemptus,peti debet à Papa vel eius legato de latere,si quis est super illa prouincia:vt in c.si abbatẽ.elec.lib.vj.quod limita si talis exẽptus subsit immediatè Papæ.secus si habeat alium prælatũ mediũ:sicut,puincialem in mendicantibus exemptis confirmat generalis.Pan.tamen in c.j.de sup.neg.præla.tenet quòd abbates exẽpti sunt per episcopos confirmandi.Si verò non est exemptus,confirmatur per superiorem prælatũ suũ immediatè.Vnde episcopus cõfirmat tibi subiectos.de elect.cum ad monasteriu.archiepiscopus episcopos suffraganeos suos.de elect.cum dilectus.dil.iiij.illud archiepiscopum non exemptum cõfirmat primas vel patriarcha:de ele.bonæ.el j.patriarchã verò Papa, & similiter Imperatorem.de elect. venerabilem. ¶ Quartò quæritur,vtrũ prælatus superior possit cõfirmare sine capitulo?Et dico quòd non:nec valet confirmatio, si in absentia capituli fiat,secundum Arch.& Gemi.in c.quoniam.de ele.lib. vj.quod verum est,nisi consuetudo ecclesiæ haberet contrarium:quia tunc valeret confirmatio. de consue.noo est.li.vj. ¶† Quintò quæritur,quando debeat peti confirmatio?Et di § eo quòd intra tres menses post præstitum consensum: aliter cessante impedimento legitimo,si non petatur ab electoribus vel electo,vel alio pro ipso:electio est nulla.de ele,quam sit.lib.vj.In cathedralibus verò & regularibus ecclesijs,quarum confirmatio à Papa est petenda, seruatur moderatio c. cupientes.de elect.lib.vj ¶ Sextò quæritur,quomodo confirmatio fieri debet ab eo cui cõpetit cõmuni vel speciali iure: puta priuilegio, vel consuetudine præscripta? Et dico quòd vocari debet nominatim,si est aliquis coelectus, vel apparet oppositor:alias in ecclesia,in qua talis debet præsse,fieri debet vocatio assignato termino peremptorio,vt compareant volentes opponere:& si nullus appareat,secundũ Host. fieri debet examinatio eligẽtium & electi.Consuluit etiam superiori,vt electũ trahat ad partẽ:& de his,quæ impedire ipsum possent, diligenter exquirat:& si impedimentum inuenerit, non publicet vel infamat, sed secreto ad renũtiandũ inducat de ele.dudũ.el ij.in fi.de simo.per tuas.in fi.alias verò secũdũ allegata &probata procedat.Nã si confirmat indignum,vel ætatis illegitimæ,mortaliter peccat:& est ipso iure priuatus potestate confirmandi primum successorem illius:& confirmatio ipso iure nulla est:quando non vocatis vocandis, si est aliquis coëlectus,aut alius volẽs opponere electo vel electioni:& nõ discusso negotio fit.Habentur hæc exc.nihil.de ele. &.c.fi.eo.titu.lib.vj.cum ibi not. ¶ Septimò quæritur, in quibus seruanda sint hæc? Et dico primò hæc seruanda esse in omnibus bñficijs simplicibus, secundum Gemi.in d. cap.fin. siue habeant curam animarũ,siue non:quia cũ in omni beneficio requiritur examinatio & confirmatio electi,seu præsentati,vel postulati,secundum Ioan.And.post Host. in c.,proposuit.de concess.præben.sunt seruanda prædicta. Et secũdò seruanda sunt in hospitali,secũdum Gemi.& Lap. si datur in bñficium per viam præsentationis vel electionis.Secus quando non datur in beneficium:quia tunc fit commissio,nõ electio,vel collatio,seu præsentatio: vt in cle.quia cõtingit.de relig.do. ¶ Octauò,vtrũ electus administrans post confirmationem,quæ fuit nulla, cadat in pœnam, de qua suprà in principio?Et dicit glo.in d.c.fi.quod si errauit in facto:puta quia credidit factam vocationem & discussionem:non cadit, sed excusatur.Si verò errauit in iure:à dicta pœna non excusatur.de regu.iur.c.ignorantia.libr.vj.cum concor. ¶ Nonò quæritur,vtrum dicta nullitas confirmationis locum habeat in postulatione? Et dicit glo.ibidem quòd sic,in admissione postulationis quæ fit à superiore, qui postulatum admittendo confirmat:secus in postulatice,quæ est in eo quòd postulatur monachus electus à prælato suo.Similiter habet locum

Universidad de Deusto
Biblioteca

in præsentatione,vt ille, cui sit præsentatio, seruet decretalem d.c.fi. Nec obstat quòd constitutio videtur pœnalis:& consequenter non extendenda: quia non est pœnalis, cùm non prosit iure quæsito,sed quærendo.vide ibi Doct.

De Confirmatione diuina, quæ est sacramentum.

1 *Confirmatio diuina quid conferat ac præstet?*
2 *Confirmationis diuinæ, quæ sint substantialia? & quot numero? Et quis huius sacramenti sit minister? Et an Papa possit ipsius executionem delegare?*
3 *Confirmationis sacramentum, an sit de salutis necessitate? Et quis sit eius effectus?*
4 *Confirmationis sacramentum quibus & quomodo conferri debeat? Et ibidem quòd Archiepiscopus subditos suorum suffraganeorum, dum visitat, confirmare debet? Et quid si non subditos confirmet, an irregularis efficiatur?*

CONFIRMATIO † diuina,id est, diuina lege sancita, quæ est vnũ ex sacramentis ecclesiæ, vt dicit S.Tho.& Pe.de Pal. gratiã confert:siue in ea gra cõfert nõ solùm cõmuniter,sicut in quolibet sacramẽto cõfertur gratia emundans à peccato:sed robur & gratiã specialẽ,p quã quis deputatur ad officiũ sanctitatis:& idoneus efficitur ad Christũ cõfitendũ:vnde & de grato facit magis gratũ. Et vt dicit Melchiades Papa in c.Spiritus sanctus.de cõse.dist.v.valet ad augmentum gratiæ,ad cõfirmandũ in pugna cõtra vitia & diabolicũ:& armat ac instruit ad huius mundi prælia & agones.

¶† Primò verò quæritur,quæ sint de substantia huius sacramenti? Et dico quòd sunt quinq;,secundum Pet. Duo sunt ex parte sacramẽti. ¶ Primũ, est materia,chrismatis cõpositi ex oleo oliuarũ & balsamo,& cõsecrati ab episcopo cõsecrato, & non electo tantũ,qd licet debet esse illius anni:cùm sit minoris necessitatis cõfirmatio quàm baptismus: & vetus in ecclesia debet exuri.ar.c.qũ.de sente.excõ.lib.vj.& c.fi quis de alio.de cõse.di.iiij. Vñ si quis etiã ab episcopo sit vnctus oleo pro chrismate,secundũ Inn.& Host.in c.vnico', de sacr. vnc.debet iterũ liniri chrismate,repetita illa oratione.Signote &c.alijs orationibus præcedentibus & sequentibus nõ iteratis:similiter si quis inũgatur ab episcopo & chrismate,sed non conseerato ab episcopo,nihil fit,secundũ Archi.& alios.

¶ Secundũ,est forma verborũ, quæ secundum S.Tho.Pet. & Al.est hæc:consigno te signo crucis,& cõfirmo te chrismate salutis,in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti amẽ.Circa quam intelligenda sunt,secundũ Albe.omnia quæ dicta sunt de mutatiõe formæ baptismi. ¶ Duo etiã sunt ex parte ministri. ¶ Primũ est dignitas pontificalis:quia solus episcopus est huius sacramenti minister.de cõse.dist.v.manus.&c.nouissimè.&.c.vt ieiuni.Et si sacerdos simplex siue Papæ cõmissiõe confirmet,nihil agit,secundũ omnes. Vtrũ aũt Papa eam cõmittere possit,sunt opiniones.Et dicit Pan.in c.quanto.de cõsue.q committere potest etiã simplici clerico,modò ipse sit confirmatus.Et idem glo.ibi,& hoc sequitur Sum.Ro.& Angel.alij dicunt q etiam laico confirmato . quod videtur approbare glo.in c.manus.de cõse.di.v.gonens:regulam,quòd ex delegatione Papæ quilibet põt cõferre sacramentũ quod ipse recepit.Probabilior tamen est opi.S.Tho.& Pet.de Pal. q sacerdoti,& ei soli,possit Papa hoc sacramentũ cõmittere.Et hoc secuta est Sũ.Pisã.& glo.dist.xcv. perueniẽ.& necesse est ita dicere:vt patet per ea quæ dixi nẽ dicit Pet.de Pal.in iiij.& similiter Capreol.in dist.vij. ¶ Secundum, est intentio: & de hac multa dicta sunt suprà Baptismus.iij.§.xij.& sequẽ.

¶ Vnum etiam requiritur ex parte suscipientis, scilicet q in fronte chrismetur,vt dicetur:& concordat S.an.Tho.& Albe.

¶† Secundò quæritur,vtrum hoc sacramentum sit de necessitate salutis? Et dico secundum S.Tho.Pet.& Able.q sic de bene esse:quia adiuuat in spirituali pugna:non autẽ simpliciter siue absolutè:quia baptizatus si statim decedat,salvatur, quãuis nõ cõfirmatus.de cõse.di.v.Spiritus sanctus.cõtẽnẽtur illud suscipere,mortaliter peccat:vt colligitur ex d.c.eum ibi no.ex Ric.& prædictis doc. Tũc autẽ videtur quis eius esse cõemptor,secundũ mentẽ Pet. de Pal.qui dicit q semel tenetur quilibet confirmari ex præcepto ecclesiæ, q̃n habita sufficiẽti opportunitate sine rationabili causa illud nõ suscipit. Propter qd etiã negligentia cõferendi illud in episcopo, si sit notabilis,videt peccatũ mortale.ar.d.c.Spiritus sanctus. Tertiò quæritur,quis sit eius effectus? Et dicit Pet.de Palpost S.Tho.q est triplex. ¶ Primus,est impressio characteris distincti à charactere baptismi & ordinis præsupponẽtis ad esse charactere baptismi:& præsuppositi de bñ esse à charactere ordinis,vñ iterari nõ põt hoc sacramẽtũ:qa character est indelebilis:imò iterans sciẽter peccaret mortaliter:secus ignoranter vel in dubio : qa non dicit iteratũ quod factũ nescitur. ¶ Secũs,est gratia sacramẽtalis distincta à baptismali: quia p hoc sacramentũ deputatur homo ad aliqd sacramentum,quod dignè sine gratia fieri non põt:oũ non sit speciosa laus in ore peccatoris. Itẽ quia deputat ad opus ardui ssimum & maximę charitatis,scilicet ponere animã p Christo:& cõfiteri fidẽ eius. Tertius,est cognatio spiritualis, nõ solùm impediens matrimoniũ contrahendũ,sed etiã dirimẽs iã cõtractũ. ¶† Quartò quæritur,quibus sit hoc sacramẽtũ cõferendum? Et dico secundum S.Tho.& Pet. quòd omnibus Christianis.de cõse.dist.v.omnes fideles. Nam & pueris cõmuniter confertur:quia minus habent fictionis. Et licet non tunc tamen fortè post habebunt confiteri. Tamen quia hoc sacramentum non debet iterari:nec sic præsumitur de conuersante inter Christianos quòd sit cõfirmatus sicut quòd sit baptizatus:ideò non expedit,secundũ Arch.quòd exhibeatur ante septennium:vt melius paruuli recordentur: gratia enim datur alapa:imò gl.in c.quamuis.de cõse.dist.v. videtur tenere quòd dari nõ debeat ante annum,duodecimum : sed non tenetur vera.Confertur etiam communiter masculis & fœminis:quibus cõmunis est pugna, & fidei Christianæ professio. Et mõstrosis & hermaphroditis & mutis, quia signo possunt confiteri:& surdis, quia confiteri possunt ore & spiritualiter pugnare:& infirmis ac morientibus:qui licet subtrahantur à pugna,tamen pergunt ad præmia militantiũ:vnde cõsequenter accipiunt Christianæ militiæ signũ. ¶ Quintò quæritur, quomodo debeat conferri? Et dico primò quòd propter reuerentiã sacramenti ieiunis dari debet & suscipi.de cõse.di.v.vt ieiuni.&.c.seq.sed hoc non est de præcepto:vt patet in d.c.vt ieiuni.&.in necessitate:puta qa episcopus est recessurus, vel huiusmodi:melius est cõfirmari post prandium quàm q quis confirmari non possit,secundũ Alb.& alios. Et idem de omni sacramento intelligit Arch.vnde post prandiũ sine murmure,inquit,& iusta causa nõ esset faciendum cõfessio, maxime de mortalibus. ¶ Et sedò debet dari confessio, si sint adulti, & comisserit mortale:vt in d.c.vt ieiuni.& idẽ de omni sacramento dicendũ est:nõ tamen hoc est præceptũ, nisi in articulo mortis,sed consiliũ tantũ:præceptũ tamẽ est cõteri. ¶ Et tertiò dari debet tantũ in fronte,extra de sa.vn.c.j.quia datur vt homo Christum sine timore & rubore audaciter cõfiteatur:& potius debet fieri in frõte vbi magis apparẽt huiusmodi passiones:quã frontẽ oportet ligari quousq; desiccetur chrisma: & septẽ diebus,nõ qdẽ ligatura ferre,sed caput à loriõe seruare,secũdũ Arch.post Pe.de Pal. ¶ Et quartò ,secundũ Pet. dari potest omni tẽpore.arg.c.omnes fideles. &.c.vt ieiuni.

&c.seq.de cõse.di.v.etiam tẽpore interdicti:sicut potest dari baptismus,& chrisma confici.de sen.exc.cũ ex eo.& eo.tit. quoniam.lib.vj. ¶ Et quintò in omni honesto loco etiam extra ecclesiã:licet clarissima solũ in ecclesia cõfici debeat:quia iequit Pet.quod nõ est prohibitũ,est concessum:non debet tamen episcopus secundũ Pet.de Pal.extra locũ suæ diœcesis confirmare,sicut nec alia sacramẽta vel sacramẽtalia ministrare etiã subditis suis:sed nec Archiepiscopus subditos suffraganeorũ suorũ debet confirmare dum visitat , nec in sua diœcesi alterius diœcesam subditos.xvj.q.j. interdicimus.tñ confirmãdo non subditos,licet peccet,nõ tamen efficitur irregularis,& cõfert verũ sacramentũ.hæc ille.Sed tamen excipe sacramentum confessionis,quòd episcopus suo subdito vbiq; põt cõferre. ¶ Et Sexto debet conferri ei qui ab alio tenetur cõgruẽter:quia roborãdo baculus sustentãs cõgruit: quamuis hoc nõ sit de necessitate sacramẽti:quia sine hoc daretur:sed est ex præcepto,si adsit facultas. Quæ tẽtio fieri debet ab vno tantũ.de cõse.dist.iiij.nõ plures.vel ab vna , sicut & in baptismo:vt ibidẽ.& ille debet esse cõfirmatus:alioquin peccat:licet propter hoc nõ sit irritũ sacramentũ.ea.di.in baptismo.nec contrahet iste cõpatrimitatem secundũ aliquos. & concor.S.Tho.& Pet.de quo infrà Matrimonium.viij.§.vij. parti.xij.debet etiã esse alius ab eo qui tenuit in catechismo vel baptismo secundũ consuetudinẽ ecclesiæ Romanę nisi cogat necessitas.de cõse.di.iiij.in catechismo hodie tñ qui tenuit in catechismo,tenet in baptismo sine peccato : quia est consuetudo.Si tamẽ plures sunt tenẽtes,omnes efficiuntur cõpatres suscepti.de cogna.spi.c.fi.lib.vj.& ideo vir tenere non debet vxore,vel eõuerso,qa oriret impedimẽtũ cognationis spiritualis:nec quis propriũ filium aut fratrẽ vel sororẽ quia sufficit inter tales vinculũ carnale,secundũ Sum. Conf.

De Confraternitate, Coniuratione, & Conspiratione.

1 *Confraternitas, coniuratio, & conspiratio , in quibus conueniant & quibus differant?*
2 *Confraternitas omnis, an licita sit? Et an statutum valeat, quo caueatur, ne quis in fraternitatem recipiatur, nisi certum persoluerit summam.*
3 *Coniuratio & conspiratio omnis, an sit illicita? Et quæ coniurantium, aut conspirantium pœna sit? Et nume. seq.*

CONFRATERNITAS,† id est multorũ simul fraternitas:& cõiuratio,id est,multorũ simul iuratio:& cõspiratio,id est,multorũ spiratio,cõueniũt primò inuicẽ inquãtum omnia hæc importãt voluntariã vnionẽ multorũ in aliquo vno:& secũdò in quantũ nullũ horum dicit aliquid de se malũ:sed differũt primò quantũ ad nominis etymologiã, vt patuit:& secũdò quantũ ad rem ipsam.Nam cõfraternitas videtur principaliter importare vnionẽ ad mutuũ amorẽ:& cõsequẽter ad ea quæ amor requirit:puta defendendũ,& obsequendũ:cõiuratio verò importat vnionẽ ad rebellandũ vel impugnãdũ mediãte iuramẽto:cõspiratio autẽ importat idẽ sine iuramẽto.Vnde hæc duo pro eodẽ crimine accipiũtur. xj.q.j.cõiurationũ.sed cõiurare est simul vel in vnũ iurare:& cõspirare,est simul vel idẽ spirare.secũdũ gl.in c.constitutionem.de sen.excõ.li.vj.vnde omnis cõiuratio est conspiratio, nõ ecõtra.Et quia amor notitiam præsupponit:nõ dicũtur simul spirare vel intendere vnum ij,quorũ vnus de alio notitiã non habet,nisi per accidens. ¶ Primò verò queritur, vtrum omnis cõfraternitas sit licita? Et dicit Pet.de Peru.in trac.de canonica portione,quòd licita est,si fiat ex licita causa. Et facit gl.in c.si qui clericorũ.xj.q.j.dicens quòd fraternitates bonæ admittuntur.xlij.distinc.si quis despicit.quæ autem fiunt ad malum,prohibentur.C.de monopo.l.vnica. ¶ Secũdò quæritur,vtrum liceat confraternitatum statutum quo cauetur ne quis recipiatur nisi soluerit certam summã? Et dicit Petr. vbi.3.quòd sic,si propter honestã causam fiat:pura pro alendis pauperibus,& hmõi.ar.d.c.si quis despicit.& xvj.q.ij. non exemplo.Nec obstat quòd quidam dicit illud illicitum,quia excludit pietatem receptiõis:quia debet intelligi statutum si quis soluere possit.& si aliter intelligatur, est inicitũ. Et sic intellige:dicit Lud.de Ro.post Arc. quòd valet factum per verba affirmatiua:nõ autem si fiat per negatiua,scilicet nullus admittatur,nisi &c.de simo.ad apostolicam. Et dicit idẽ Ludo.q potestas inueniens societate in qua sit statutũ inhonestum:statim potest eo ipso cassare societatẽ, secundũ Bar. in l.prætextum.ff.de extraordi.cri.& sequitur Bal.in c.j. §.conueniecula.de pa.te.in vsi.feu. ¶ Tertiò† quæritur vtrũ omnis cõiuratio vel cõspiratio sit illicita? Et dico quòd coniuratio propriè & secũdum vsum cõmunem loquentium est illicita semper:quia cõiuratio est quãdo aliqui rebelles authoritate in vnum se colligẽdo iuramẽta inter se dederunt.xj.q.j.si qui clericorũ. Conspiratio verò est fraudulenta cõfœderatio facta in præiudicium alicuius personæ vel dignitatis.xxij. q.v.si quis laicus.& est palea:& omnis talis sit ex superbia & est illicita,secundum gl.in c.exhibita.de iud.Largè tamẽ & præter communem loquendi vsum cõiuratio & conspiratio dicitur qua aliqui aut coniurant aut conspirant in vnum quod de se est bonum,vel saltem nõ malũ:& talis non est illicita: vt no. gl.in d.c.si qui clericorum.& no.Inn.in c.cum I. & A.de sen. & re iud.& Pan.in c.exhibita.de iud.vt si canonici conspirent de non parendo episcopo excõmunicato , vel non eligendo indignum.Quando ergo aliqui cõiurant vel rebellent præsato vel obedientiæ,& huiusmodi,si est cõiuratio vel conspiratio:& tales sunt conspiratores:vt patet in c.cõstitutionem de ver.sig.li.vj.& de se hoc est mortale peccatũ.Si verò dubitatur vtrũ conspiratio licita sit vel illicita semper in dubio præsumitur mala & illicita secũdum Inn. de schis.c.j.& Vin.in c.fi.de testi.co.& Io.An.in c.ij.dever.sig. ¶ Quartò † quęritur, quæ sit coniurantiũ aut conspirãtium pœna? Et dico quòd si est laicorũ contra episcopum: debent excõmunicari , secundum gl.in c.fi.de testi.cog.& secũdũ Ho.& Io.An.in vna libra auri condemnari singuli in cõstitutione Federici,de pa.tenẽ. c.hac edictali.& si quis tumultũ contra aliquem fecerit,vel seditiosas voces emiserit,capitalis est pœna.l. decuntiamus. C.de his qui ad ec.cõfu.l.j.& ij.C.de seditiosis.& ff. de pœnis. l.aut factã.& C.de episco.& eleri.l.cõuenticula.vbi prohibet cœtus vel turba cõgregari, nisi inueniatur expresse concessum.ff.de collcg.illici.per totũ.clerici verò debent deponi.

¶ CONIVRATIOẽ.proximè in prin.

¶ CONSANGVINITAS.vide infrà Matrimonium viij.§.vj.

De Conscientia.

1 *Conscientia, quid proprie sit? Et applicatio ad aliquem actum moralem quotupliciter fiat?*
2 *Conscientia erronea, an ad aliquid faciendum liget? Et quomodo ligare dicatur? Et subhæc quid conscientia erronea obligatio maior sit obligatione præceptis prælati.*
3 *Conscientia in erroneam non quis deponere teneatur?*
4 *Subditus qualiter se gerere debeat, vbi prælatus aliquid, quod subditus ipse legi diuinæ aduersari credit, præcipit. Et subinde quomodo scrupulosa conscientia disponatur?*

CONSCIENTIA† vt tenet S.Tho.in 1.q.lxxix.nõ est potentia propriè,quia deponi posset:nec habitus, quia non esset aliquid vnum, sed multa : cùm multi sint habitus

Universidad de Deusto
Biblioteca

cognoscitiui,quibus dirigimur in agendis:sed est actus syn-
eresis,id est,applicatio scientie ad aliquid morale dijudicandū:
vnde est,quasi coelusio syllogismi,qua iudicatur aliquid esse
bonū vel malū,siue benè vel malè factum,& huiusmodi,vn-
de dicitur cōscientia quasi cōcludens scientia. Quæ quidem
applicatio ad aliquē actū moralem tripliciter fit. Primò ad
cognoscendum an sit factus nēcne:sicut dicitur Gen.xliij.nō
erat in cōscientijs nostris quis posuerit pecuniā &c.Secundò ad
cognoscendū an actus factus,sit rectè factus nēcne. Tertiò,
ad cognoscendū an sit faciendus vel non.Et sic cōscientia habet
tres actus secūdū tres applicationes:qui sunt primus quidē re-
stificari de peccato facto vel nō facto. Secūdus remordere,re-
mordere,& accusare vel excusare de peccato facto rectè vel
nō rectè. Tertius est ligare vel soluere respectu futuri: qua,
secūdū oēs sanctos,quod est contra vel præter conscientiā, id
est,nō secūdū quod ipsa dictat,est peccatum,etiā si ipsa sit er-
2 ronea, ¶ Primò †verò quæritur, vtrum erronea conscientia
liget:ad aliquid faciendum? Et dico quòd secundum beatum
Tho.in ij.dist.xxxix.conscientia non ligat vel obligat virtute
propria,sed aliena,id est,præcepti diuini.quod patet:quia nō
dictat aliquid faciendum vel non faciendū,quia sibi videtur
aut non videtur:sed sub hac ratiōe,quia est à Deo præceptū
vel prohibitū.Imò est idē dicere quod præceptum Dei liget,
& similiter conscientia:quia si quid sit præceptum,& non sit
in scientia siue conscientia alicuius,non ligat illum,nisi qua-
tenus tenetur scire præceptum:vnde eadē est virtus,qua præ
ceptum & qua conscientia ligat.Igitur si quid apprehendatur
vt directè cadens sub Dei præcepto,& non fiat:vel sub prohi
bitione,& nō omittatur:est contra conscientiam, & peccatū
mortale,secundum omnes doct.etiā si cōscientia erret:quia
hoc est contenere Deum & præceptū Dei quod creditur es-
se,etiam aliquādo si nō sit.Si verò aliquid apprehēdatur qui-
dem vt faciendum vel omittendum,sed nō quasi cadens dire
ctè sub diuino præcepto,si fiat,vel non omittatur,est præter
conscientiā:nec est mortale,sed veniale peccatū,& aliquādo
nullum:vt si dictet conscientia bonū esse vt fiat aliquod opus
consilij. Vnde gl.super illud Ro.iiij.omne quod nō est ex fi-
de, peccatum est.dicit q̄ omne quod fit contra cōscientiam,
ædificat ad gehennā. ¶ Secūdò quæritur, quomodo erronea
conscientia liget? Et dico q̄ conscientia non ligat coactiuè,
quia voluntas est libera,& cogi nō potest.nec per modū prin
cipalis authoris,quia sic ligat Deus suis præceptis: sed ligat
primò per modū suppositionis seu cōditionis vel cōsecutio-
nis alicuius finis:quia scilicet qui saluté nō assequitur,nisi fiat
quod illa dictat si est recta,vel eā deponat si est erronea: &
per modū instrumentalis agentis,eo modo quo præco iudici
præceptū deducēs ad notitiā alicuius. Aliter tamē recta,ali-
ter erronea ligat,siue obligat voluntatē. Primò,q̄ recta ligat
simpliciter & absolutè semper in omni euentu nunquā depo
nenda:erronea verò ligat secundū quid,id est,secundū crede
re hominis & sub hac conditione durat,& solùm quādiu du
rat.Secūdò,quia recta in præceptis vel prohibitis à Deo plus
ligat quàm præceptum prælati:quia præceptū Dei,cuius vir
tute ligat,maius est præcepto prælati. In indifferētibus verò
econtrario plus obligat præceptū prælati quàm propria con-
scientia:quia in huiusmodi cōscientia subditi habet supra se
non solùm Deum,sed etiam prælatū:vnde de eius præcepto
non habet iudicare.Obligatio verò erroneæ conscientiæ ma
ior est obligatiōe præcepti prælati,quia intēsior:sed ex alia
parte est minor,quia solubilior:quia deponi potest erronea
cōscientia:nō autem obligatio subditi ad prælatū. Hæc Ar-
chid. & Ray. post S.Tho.in q.de veri.Dicit tamē S.Bon.quòd
erronea cōscientia non ligat ad faciendum, sed ad deponen-
dum.Sed intelligitur q̄ non ligat absolutè, sed suppositō q̄
duret. ¶ Tertiò †quæritur, vtrū homo teneatur erroneā con 3
scientiam deponere? Et dico quòd sic:quia ea durāte est per
plexus,& extra viā salutis: quia si facit quod dictat,etiā facit
contra legem Dei:si nō facit,cōtemnit Deum,etiam facit do
bonum:quia credit illud displicere Deo dictante erroneā cō
scientia.Nullus tamē est perplexus simpliciter inter duo ma
la:sed solùm ex suppositiōe erroneæ cōscientiæ,vt dictū est,
vel alicuius obstinationibus:sicut qui nōvult relinq̄re pactū,
perplexus est hoc suppositō, & peccat siue cōmunicet in pa-
scha siue non:sed vter q̄ horum potest & tenetur deponere
vnde nō est perplexus simpliciter,sed ex suppositiōe. ¶ Quar
tò quæritur,quomodo se debeat habere subditus,si prælatus
aliquid præcipiat quod subditus credit aduersari legi Dimq̄?
Et dico q̄,secūdum omnes,si certus est, illud esse contra
legem Dei:nō tenetur obedire:& secūdū omnes,si est de hoc
dubius,quia scilicet nō pendet plus notabiliter ad vnam par-
tem quàm ad aliam,tenetur obedire: si verò opinatur,ita q̄
nec scit,nec dubitat,sed credit,distinguendum est:quia si cre
dit ex leuibus,tenetur tale iudiciū deponere ad consilium vel
præceptū prælati,& obedire: & similiter si credit,phabiliter,
& excusatur propter obedientiæ bonū: quia certus est quòd
tenetur obedire:nō autem est certus quòd hoc sit contra le-
gem Dei,sed opinatur tātùm. Cōfirmatur ista determinatio
primò,quia S.Bon.in ij.d.xxxix.dicit quòd tenetur conscien
tiam deponere,nisi clarū foret illud esse contra legem Dei:
& si nescit iudicare,debet consulere peritiorem, vel Deū per
orationem. Et secundò,quia de sen. excom.in c. inquisitioni.
quærenti an alter coniugū sciens impedimentū teneatur red
dere debitum,respondetur quòd nec tenetur, nec potest red
dere,si hoc scit pro certo,etiā si inde excommunicetur. Si ve
rò hoc credit leuiter & temerariè:deposita credulitate ad cō
silium pastoris reddere & exire potest. Si verò credit proba
biliter & discretè,licet non euidenter,reddere,sed nō exige-
re pōt,ne agat cōtra legē coniugij, aut cōscientiæ iudicium.
hęc ibi. Sicut autē tenetur subditus reddere debitū prælato:
ita coniunx coningi. Quomodo aut deponatur scrupulosa cō
scientia,vide Archid.prima parte,tit.iij.c.x.§.x. pulcherrimè
& secundē:vide etiam j.Scrupulus.

De consecratione prælatorum.

1 *Consecratio episcoporum & superiorum prælatorum quæ velit substantialia exigat.*
2 *Consecratio prælatorum ab quo fieri debeat? Et vbi? num. 3. Et quando sint prælati consecrandi? num. 4.*
5 *Consecratio prælatorum qualiter facienda sit?*

CONSECRATIO primò †episcoporū & superiorum
prælatorū,quędā exigit quasi de substantia sua. Nā pri
mò cōsecrādus inungitur chrismate caput:& secūdò ponitur
liber sup ceruicē eius:& tertiò cōsecrat à tribus,quorū vnus
est, principaliter cōsecrans totam cōsecrationē perficiēs,al-
ter nihil fit:vt si vnus agat vnā partē,alius aliā,licet oēs con-
secrationem pronūtiēt:imò nihil agitur si vnus imponat ma
num,& alius benedicat:sed oportet,secundum Host.& Gof.
vnum principaliter totā consecrationē perficere, & alij sint
quasi coadiutores. Vel secundū Hug. & gl.Ray.omnes cōse-
crāt:& sunt tres actiones,& vna passio:licet eā tres ferāt la-
pidem:sed primā est melius. Et secundū ac tertium,secūdum
Host.sunt de substātia. Et intelligo quod à fortiori primitra
q̄ sine his nō cōsecratur episcopus. Vnde si cōsecretur à pau
cioribus,nihil ageret,secundū gl.in c.episcopi.de tēp.ord. &
secūdum gl.Ray. Vñ dicit Hug.di.lxvj.in c.porrò.q̄ si in mā
do nō essent nisi duo episcopi,cōsecrari nō posset episcopus,
donec papa aliud iusstituerit, vel eo mortuo generalis eccle-

sia mutaret hanc formam traditam ab apostolis: & institue-
ret q̄ episcopus consecrans episcopū,vel etiā presbyteri,se
cūdu Host. Si autē nec episcopus nec presbyter esset:& tūc
dicit implorandū esse diuinū iudicū qd agendū esset. Pet.tū
de Pal.dicit in lib.de potestate Papæ,ternariū numerū nō es-
se de substantia cōsecrationis. Vñ & Greg.in hoc legit'in An
glia nouiter cōuersa dispēsasse. ¶ † Primò verò quæritur,à 2
quo fieri debeat prælatorū cōsecratio? Et dico q̄ Papā cōse-
crant episcopi cardinales,qui in hoc vicē obtinēt metropoli-
tani.xxiij.in nomine domini. vel etiā ille quē vult, cū statim
post electionē habeat plenitudinē potestatis, vt ibidē cōsue
tudine tñ,vt dicitur,est episcopus Hostiensis. Primates verò
& metropolitanos cōsecrant episcopi eorū suffraganei,
omnibus alijs suffraganeis personaliter aduenientibus,nisi
essent necessitate impediti,quo casu p̄ literas cōsentiāt.lxiij.
dist.quia.& dist.lxvj.archiepiscopus.&c.porrò.& de tem.ord.
si archiepiscopus.& cū primatis cōsensu,si cōsecratur metro
politanus,dist.lxv.placet.ita quòd sine eo non recipit execu-
tionem cōsecratus:vt no.Inn.in c.ne episcopi.de tem.or. Et li
cet sit de mero iure:hodie tñ,secundum Rayn.ex consuetu-
dine,quasi nullus archiepiscopus,patriarcha vel primas cōse
cratur nisi à Papa vel ab alio de eius mandato.arg.c.xxiij.q.j.
pudenda.quæ tamen cōsuetudo,secundū glo.eius non est ge
neralis. Et idē puto de cardinalibus.arg.c.pudenda.xxiiij.q.j.
& quod ibi no.& idem dicit Pan.in c.meminimus.de accu.de
quolibet prælato cōfirmato à Papa:quia bñdici aut cōsecra
ri non potest p inferiorē,nisi de licentia Papæ: vt in c.cū di-
stribuendis de tempo.ord.nisi aliud habeat consuetudo quòd
si ab alio forsan cōsecraretur,parum prodesset:quia antequā
possent se archiepiscopos vel patriarchas nominare,& plura
alia facere,oporteret eos palliū habere à Papa:nisi forte ha-
berēt ab aliquo de quatuor patriarchis principalibus.de quo
vide j.Pallium.& j.Patriarcha. Episcopū verò,si est exemptus,cō
secrat Papa,vel alius de eius mandato,secundū Al. Si verò nō
sit exemptus,eum consecrabit archiepiscopus cū duobus p-
uincialibus episcopis,aut tres cōprouinciales episcopi ex ius
su archiepiscopi:sita tñ quòd omnes episcopi comprouincia-
les sint per epistolam requirendi vt cōsentiant:vt in c.ne epi
scopi.de tempo.ord.vbi dicit Inno.quòd si quis episcoporum
cōprouincialiū contemnatur in consecratione archiepiscopi
vel episcopi:poterit agere vt officij executiōe priuetur:sicut
in electione agitur vt cassetur.de ele.quod sicut.arg.de elect.
cum in veteri.ad arbit.cū olim.lxv.dist.non debet. ¶ † Secūdò 3
quæritur,vbi fieri debeat prælatorū cōsecratio? Et dico quòd
Papa in sua ecclesia cōsecrandus est,si fieri pōt:aliàs in qua-
cunque etiam extra vrbem.dist.xxiij.in nomine domini.pri-
mas verò,patriarcha & metropolitanus,in proprijs ecclesijs,
nisi aliud inducat necessitas:vt in d.c.pudenda.& in c.si archi
episcopus.de temp.or.vel nisi aliud habeat consuetudo pro-
bata,etiam in consecratione Papæ,secundum gl.Ray.& Sū.
Consel. Episcopus autē consecrandus est vbi metropolitanus
elegerit.dist.lj.c.vlt.in fi.nisi aliter habeat cōsuetudo proba-
ta,secundū glo.Ray.& si alibi fuerit consecratus debet secū
dum Ray.intra tres mēses à consecratione se præsentare me 4
tropolitano suo,dist.lxiij.cum lōge. ¶ † Tertiò quæritur quan
do consecrandi sint prædicti prælati? Et dico quòd die domi
nica,hora tertiarū,dist.lj.qui in aliquo.dist. lxxv.quod dic.&
c.ordinationes.& hoc intra tres mēses à confirmatiōe:nec vl
trà differri debet,nisi suadeat necessitas.dist.lxxv.quoniā qui
dam.vbi non dicitur post cōfirmationē:sed tamē à confirma
tione hoc tempus incipit cōputari,secundū gl.Ray. & Hug.
ibi,& nō à tēpore electionis:quia ante cōfirmationē cōsecra
ri nō potuit:ideoq̄ tempus illud cōputari nō debet:sicut nec
tempus suspensionis in collatione beneficiorum: de concess.
præben.quia diuersitate. Ray. tū tenet illud computandū esse
ab electione.quod potest esse verū qñ fuit negligens ad petē
dā confirmationē: quia & illud tēpus suspensionis cōputatur
negligenti petere absolutionē,secundū gl.in d.c.quia diuersi
tate. Et si vltra differat,cōmunione priuatus expectatur per
duos menses,intra quos si morā nō purgauerit: cedat metro
politani iudicio,nec ibi nec alibi postea cōsecrabitur: nisi fue
rit legitimè impeditus:vt in d.c.qñ.& dist.xlv.qm. ¶ † Quar- 5
tò quæritur,qualiter fiet prælatorū cōsecratio? Et dico q̄ eo
modo quē episcopi habēt in suis ordinarijs: de quo etiā xxiij.
dist.qui episcopus.& dist.lxxv.ordinatiōe.& de sacra vnc.cum
venisset. Nec est necesse cōtinuare ieiuniū à sabbato vsq; ad
completam ordinationē fiendā in dominica nihil comedendo:
quia etiā in ipsa dominica ante prandiū intelligitur esse ieiu
nus,qui in sabbato pransus est secundum Ray.& Sum.Cōse.

Rursus secundò de Consecratione & Re-conciliatione sacrorum locorum.

1 *Consecratio locorum sacrorum triplex esse dicitur. Et an in consecratione missa sit de substantia?*
2 *Consecrari ecclesia à quo qualiter & quando debeat? Et quis consecrandi impedus? remissiue.*
3 *Consecratam ecclesiam esse,quomodo præsumatur?*
4 *Consecratione ecclesia quibus casibus egeat, aut propter exe-crationem,aut non factam consecrationem?*
5 *Consecrata ecclesia polluta,quibus casibus reconciliatione egeat? & ibidem quòd quinque casibus: de quibus, sigillatim. Et an pollutio in somnis violet consecrationem?*
6 *Ecclesia non consecrata,quo modo violetur?*
7 *Ecclesia consecrata,vel non consecrata,si polluatur,quomodo reconciliari debeat?*
8 *Ecclesia à quo reconciliari possit?*
9 *Celebrantes in ecclesia consecrata polluta, ante reconciliatio-nem,quænam sint pœnæ?*

CONSECRATIO † secūdò,scilicet sacrorū locorum, 1
est triplex. Prima scilicet cœmeterij, de qua suprà Cœ-
meterium:& secunda altaris,de qua suprà Altare.per totū.&
tertia ecclesiæ,quæ alia est vñ vna sine reliqua fieri pōt.ex-
tra eo.c.j. Vñ nunc de consecratione,execratione,pollutiōe,
reconsecratione,& reconciliatione ecclesiarū agendū est. Quæ
cōsecratio sine missa esse nō debet:de cōse.di.j.c.ij.&.c.de
fabrica.in fi.ramen hoc non est de substātia cōsecrationis,se-
cundū Ber.& Host.in c.quod sicut.de elec.qui dicunt q̄ mis-
sa secundū cōsuetudine ecclesiæ Romanæ dici debet à cōse-
crante:tamē si aliter fieret teneret. Idem sensit Hugo,dicēs
sufficere,si presbyter cantet. Et debet tunc, scilicet in cōse-
cratione episcopus supplere,si dotem cōsecrantem nō peruit
in lapidis primarij positione:quia ad hoc tenetur fabricator
& eius hæres:extra eo.cum sicut.j.q.ij.placuit.& ad hoc com
pelli pōt secundum Pan.in c.cū sicut.de cōse.eccle.vel al. Et
debet dos esse tanta quòd inde viuere possit vnus presbyter
cum ministro,habito respectu ad obuentiones spirituales.
¶ † Primò verò quæritur,à quo debeat ecclesia cōsecrari? Et 2
dico quòd à solo episcopo.de cōse.dist.j. nemo. ab episcopo.
inquam proprio,& non alieno, nisi de licentia proprij:quia
extra proprią diœcesim episcopus ecclesiam nō cōsecrat: de
cōse.eccle.vel al.nisi fraternitas.nec hoc episcopus potest al-
teri delegare,nisi episcopo,sicut nec reconciliatione extra eo.
aqua.licet secundū Inn.de licentia Papæ sacerdotes simpli-
ces reconciliare possint aqua prius per episcopum benedicta.
¶ Secundò quæritur,quando & qualiter debeat consecrari? 3
Et dico quòd omni tempore tam festiuo, quàm non festiuo

Universidad de Deusto
Biblioteca

consecrari potest:vt in c.tua fraternitas.de consec. eccle. vel al. Modus aũt cõsecrandi est,qui traditur in episcoporũ pastorali.de consec.dist.j. omnes basilicæ.sed à pastorali nõ est recedendũ.¶† Tertiò quæritur quomodo ecclesiã esse cõsecrata præsumitur? Et dico secundũ Inn.& Ray.quòd præsumitur consecrata. Primò quãdo apparet de hoc aliqua scriptura in dotationis instrumento,vel libris ecclesiæ,vt in columna aut tabula marmorea,vel de dictitijs:vel etiã si appareat vnus testis de visu vel auditu.de consec.dist.j.solennitates dedicationum.&.c.ecclesiæ.& xxiiij.q.ij.sanè profertur.ibi, in sacris dictitijs.quę dictitiæ,scdm glos.Ray.sunt columnæ ecclesię: vel secundũ glo.in d.c.sanè.sunt tabulæ,dictæ à dico,dicis. Et sic seruo regulã ,quã ibi habes,quòd vbi nõ agitur de præiudicio alterius,sculptura in lapide,vel vnus testis fidẽ facit , & sufficiũt huiusmodi probationes semiplenæ.Secus vbi esset de hoc cõtentio , per quam ista probatio tolleretur.¶† Quartò quæritur,quibus casibus ecclesia indigeat consecratione propter execrationẽ vel nõ consecrationẽ? Et dico q̃ secundum iura & doct.in c.proposuisti.de consec.eccle.vel al.sunt tres. ¶ Primus est,si nesciturvel dubitatur an fuerit cõsecrata:nec apparet aliqua probatio de dictis §.priore.de consec.dist.j.solennitatis.¶ Secundus est,si fuit ecclesia cõbusta,ita quòd cõbusti sint parietes,vel notabiliter decrustati in toto vel parte maiori.de consec.distin.j.ecclesijs.cum glo.Ratio secundum Panormit.in d.c.proposuisti.est:quia ecclesiæ consecratio in exteriori parte consistit,vbi linitio & cruces fiunt.Secus aũt si tectũ cõburatur:quia nõ est recõsecranda:vt in c.in ligneis. de cõse.eccle.vel al.¶ Tertius est,si parietes in totovel in parte maiori corruerint:ita q̃ nouiter oporteat eos simul reficere,etiã ex lapidibus eisdem.de cõse.di.j.de fabrica.Secus si corruerit solũ tectũ:vt in d.c.in ligneis.Si verò parietes successiuè ruant,& successiuè reparẽtur per singulas partes paruas seu minores:sunt duæ opiniones.Nam prima dicit quòd nõ sit recõsecranda,sed reconcilianda solũ cũ aqua exorcizata & solennitate missæ:imò etiã de reconciliatione non esse ius expressum,sed tamtũ hoc tutius & deuotius esse : vt dicit Host.quã opinionẽ tenuit gl.in d. c. ꝓposuisti.& Sũ.Cõsel.& Sũ.Pis.& Arch.& Pe.de Pal.& cõmuniter doctores priores. Et ratio est.quia semper est eadẽ ecclesia.Sicut nauis tota reparata,sed successiuè,dicitur semper eadẽ:vt in l.quod in rerum.ff.de leg.j.Et sicut populus dicitur semper idẽ, licet aliqui nascantur, & moriantur alij : vt in l.proponebatur.ff.de judi. Secunda verò opinio dicit q̃ indiget reconsecratione. quam sequitur Inno.in rub.eo.titu.& Pan.in d.c.proposuisti. dicens quòd in istis spiritualibus cõsideramusveritatẽ & non fictionem:in veritate autẽ nõ est illa ecclesia,ex quo nouiter ex toto vel maiori ptẽ refecta est,licet successiuè. Et negari non potest quin consecratio,quæ in antiquis parietibus consistebat,sublata sit. Et hanc opinionem sequitur Sum.Ang.& Ros.Sed in veritate prima opinio habet pro seueritatẽ.quod patet:qa omnis consecratio est indelebilis manẽte subiecto: vt patet per San.Tho.ij.ij.q.xxxix.art.iij.q.lxiij.art.v.q.lxxxij. art.viij.iiij.dis.iiij.q.j.arti.iij.q.iij.& in quarto contra Gentil. c.lix.quod autem successiuè reparatur,est eadẽ res nõ solùm fictè,sed verè:quia est eadem res non solùm secũdũ leges & canones,sed secundũ Philosophos:vt de igne exẽplum ponit Aristoteles:& idem patet de eodẽ homine, cuius partes corrumpuntur per caloręm naturalẽ,& generãtur per potentiam nutritiuã.Et ratio est:quia semper pars addicta efficitur vnũ cum priore,& eadem forma perficitur, & eodẽ nomine cẽsetur:sicut in homine,qui à principio suæ cõceptionis fortè est magnus vt musca:vt in tanto cremẽto semper partes additæ per animam informantur,& dicuntur caro humana. Secũdò pater:quia in his quæ fiunt vnum , dignius trahit ad se minus dignum.sicut ī.de aqua benedicta dictũ est. vide ibi. Nec tñ si paruæ parti parietis ecclesiæ addatur magna,erit totus cõsecratus:quia pars maior non accedit ad formã minoris, sed ecõuerso:sicut Tanagrũ & Ticinũ,& omnia flumina Lõbardiæ trahuntur ad formã & nomen Padi.iuncta Pado:& non econuerso.Et quod dicit Pan. sublatã cõsecrationẽ antiquã: non est verum:quia addita vna parua parte parieti antiquo, consecratio statim extensa fuit ad illã quantũ ad virtutẽ vel acceptationem diuinam, quæ data est parieti toti ad linitionem lapidum aliquorũ:& sic de alijs.¶ †Quintò quæritur,in quibus casibus ecclesia consecrata polluta sit indigens reconciliatione,& non consecratione? Et dico quòd sunt quinque, licet reducãtur ab aliquibus ad pauciores. ¶ Primus est,propter homicidiũ de consec.eccle.propositi.Intellige in ecclesia perpetratũ,cumvoluntaria occidentis irreuerentia,etiam sine sanguine:vt dicit glo.in c.vnico.eo.tit.lib.vj. Vt si Potestas ibi furem suspendat,etiã nullo sanguine fuso. Vnde non violatur per homicidium casuale:puta lapide cadente de pariete,secundum Host.& Hug.similiter nec per factum cõtra seipsum ex amentia furiæ,secundum eosdem.Secus si quis seipsum sanæ mentis ex ira occidat aut vulneret, & sit publicũ, secundum Gemi.in d.c.vnico.Nec si fiat ad defensionẽ,secundum Inno.intellige præcisè.Secus si dominetur libido vindictæ vltra moderatam tutelam. Nec si cõpleatur in ecclesia pervulnus alibi acceptum sine irreuerentia ecclesiæ,etiam si sanguis fluat in ecclesia.Secus si vulnus accipiatur in ecclesia, & mors alibi sequatur,nullo sanguine fuso in ecclesia,secundum Direct.& gl.vbi suprà.Nec si quis supra ecclesiæ tectũ occidatur,secundum glo.vbi suprà,& Hug.quia factum videtur extra ecclesiã. Et idem est si quis occidatur sub ecclesia, secundum glo.in cap.vnico.eod.tit.lib.vj.Nec secundum aliquos,si martyr sit qui occiditur:quia taliũ sanguine cõsecratur ecclesia,& non polluitur:tamen verius est,quòd non polluit eam sanguis effusus,sed iniqua effusio: & indiget reconciliatione,secundum glossã in d.c.vnico.licet,vt dicit,lauandus non sit locus vbi sanguis effusus est.Et idem dic si tale homicidium sit sine effusione sanguinis:quia iniuria est par. ¶ Secundũ casus est propter sanguinis effusionem in ecclesia factam.extra eod.proposuisti.Et intellige enormem & voluntariè irreuerentẽ siue iniuriosam.nõ autem si effusio sit modica,secundum omnes:quia,vt not.Panor.in d.c. proposuisti. effusio abundantiam significat: pro quo vide bonum text.cũ glo.in c.cum illorum.§.quod si clausurales.de sent.excommu. nec si sit facta à furioso insanæ mentis:vel à casu , secundum Hugo.de consecra.distin.j.ecclesijs.& Host.in ea. si ecclesia. de consecra.eccle.vel alta.Secus si quis sanæ mentis seipsum vulneret,secundũ Ge.vt dictũ est.Si autẽ vulnus fiat in ecclesia vel cœmeterio,& non effundatur ibi sanguis, vel nõ labatur ad terrã,vt quia colligitur in scutella:ecclesia violatur,& reconciliabitur,secundum glo.in d.c.vnico.& Pan.in d.c.proposuisti.vbi dicitur ecclesia violari reconcilianda propter homicidiũ & vulnera.non distinguẽdo an fuerit sanguinis effusio nẽne:licet fine eavulnera nõ fiãt,vt dicit Pan.& ꝓpterea alia iura faciunt mentionẽ de sanguinis effusiõe:vt extra eo. c.fi.& in d.c.vnico propterea etiam dicit.Panor.quòd ex corporali iniuria citra sanguinem ecclesia non violatur,vt indigeat reconciliatione.¶ Tertius casus est propter adulterium vel seminis effusionem:extra de adulte.significasti.& ide consecratio.distinct.j.ecclesijs.Et intellige primo seminis humani,siue fidelis siue infidelis:& secundò q̃ fit effusio magna: quia secundum Asten.propter modicam humectationẽ non esset reconciliauda : & tertiò cum irreuerentia voluntaria: vt quoties illicitè fit per mollitiem, aut quencunque coitum cum fœmina vel masculo,secũdum omnes:& similiter si fiũt per licitũ coitum matrimonialẽ:licet in hoc sint opiniones, quibusdã tenentibus quòd violatur:vt Ioã.& iterũ Io.An.& hãc opinionẽ sequitus est Archi.& Sum.Pisa.quibusdã verò dicentibus q̃ nõ:vt no.gl.secũdum Hug.in c.ecclesijs.de cõs. di.j.quam opinionem sequitur Sum.Ros.cui repugnat Sum. Ang.quæ tenuit primã:& ad aliud extremũ tendens contra omnes doctores,hoc extendit etiã ad pollutionẽ in somnis, & generaliter omnẽ humanã pollutionem. Vnde dico q̃ pollutio in somnis nõ violat,secũdum Veruec.& omnes contra Angelicam:& violat actus matrimonialis secũdũ prędictos: & S.Tho.& Petrũ cõtra Ros.qui etiã hoc falso imponit Io. imò nec Hugo hoc tenuit:qa secũdum Sum.Confes.videtur loqui de recõsecratiõe. Nec valet motiuũ Ros.Nã pollutio, inquit,vigilantis ecclesiam violat:non autem dormientis,etiam si sit manifesta:q̃ ideo nõ est,nisi quia primũ est cũ peccato,secũdum non:& sic est de actu cõiugali. Dico enim hoc esse,quia fit cum irreuerentia voluntaria,etiã sine peccato:sicut de iusta occisiõe dictum est. Vnde in casu necessitatis,qui scilicet irreuerentiã tollit:vt si cõiuges longa tẽpore in loco sacro obsidentur,& illicita emissione seminis sibi timẽt:credere ecclesiam nõ violari:quia si nõ violat effusio sanguinis facta ad cõseruationem vitæ corporalis,secundum Inn.quare violabit effusio seminis ad cõseruandã vitam spiritualem? videī.Debitũ.§.iij. De his tamẽ sic dicit Archid.Quãdo vitia hæc in ecclesia cõmissa,sunt occulta,vt dicit Gul.& Host.in Sum.non indiget recõciliatione.& idem tenet Io.And.in vj. eo.ti.licet Host.in gl.magis sustineat cõtrariũ.hęc ille.Et idẽ tenet gl.in c.vnico.eo.ti.li.vj.& habetur ex d.c.significasti.in ver.publicè.& fiunt hæc publica vel ex confessione eorũ qui fecerunt,vel ex rei euidentia.Et hoc intelligo vetũ nõ solùm in effusione seminis,sed etiã in effusione sanguinis,& in alijs casibus,quibus polluitur.quod patet ex ratione Ioã.An.quia, inquit,ecclesia non iudicat de occultis.¶ Quartus casus est, quando in ea sepelitur excommunicatus:quia si erat cõsecrata,reconcilianda est,& prædictorũ corpora proijcienda,si discerni possunt ab alijs.de consec.dī.j.ecclesiam.de consec.eccl. vel al.cõsuluisti.Et idem si in ea sepultus fuit paganus vel infidelis:quo casu nõ solùm corpus ejiciendum est,sed etiã sunt radendi parietes & tigna:vt in d.c.ecclesiã.secundum Io.And. in d.c.proposuisti.imò etiam quando sepelitur ibi excõmunicatus,secũdum Host.quod tamẽ Pan.non placet:quia per abrasionẽ parietum violaretur consecratio:& nõ esset reconciliãda solùm,sed recõsecrãda:caput autem,ecclesiã.loquitur, vt dicit,in ecclesia nondũ cõsecrata:quo casu seruãdũ est qđ dicit Io.An.Et si paganus sit in vtero mulieris fidelis sepeliẽdę:vt quãdo moritur pugnans:secũdum Gof.& Ber.sepelietur in ecclesia:qa factus est pars ventris.de cõse.di.iiij.ti qua. & hoc secũdũ Ho.si certũ est fœtũ esse mortuũ:nec inde exhumabitur.Sed si certũ est q̃ viuat,aut dubitatur : scinditur mulier.ff.de mor.infe.l.vj.idẽ Dir.¶ Quintus est,si ecclesia,& idem de altari & cœmeterio,ab episcopo publicè excõmunicato cõsecrentur,vel etiã benedicatur:quia ante recõciliationem nec celebrari nec sepeliri ibi aliquis debet.ar.d.c.consuluisti.& ibi Pan.reddit rationẽ post Host.quia si sepultura corporis excõmunicati polluit ipsum locũ à fortiori quãdo ipsa cõsecratio transit per manus excommunicati notoriè. ¶ Sextus est,sedm gl.in d.c.ꝓposuisti.quãdo parietes successiuè reparantur:quo casu secũdum Sum.Ang.est reconsecranda: quia hoc nullo iure cauetur,& de hoc ī.§.iij.¶ Sextò † quæritur,quomodo violetur ecclesia nõ consecrata? Et dico quòd violatur seminis & sanguinis effusione.de cõse.eccl.vel alta.c.fi. Item quãdo in ea sepelitur excommunicatus:vt patet de cõse.dist.j.in c.ecclesiam.iuxta intellectũ Pan.Itẽ quãdo ab episcopo excõmunicato notoriè benedicitur siue recõciliatur:quia secundum regulã Pan.in d.c.consuluisti ea quæ cõsistunt in exterioribus benedictionibus & cõsecrationibus facta per notoriè excõmunicatum,nõ debent per fideles exercitari ante reconciliationem. Per reparationẽ autem parietum aut eorũ diruptionem vel cõstructionem cœmeterium violari,nec legi,nec credo. ¶ Septimò † quæritur, quomodo reconciliari debeat ecclesia consecrata, vel nõ consecrata,si polluatur? Et dico quòd consecrata recõciliari debet eo'modo,quo dicitur in pastorali:& similiter cœmeteriũ: de reconciliatione verò nõ cõsecratæ Gre. ix.in c.fi.de consec.eccl. vel alt.iũcta gl.dicit,q̃ si ecclesia nõ cõsecrata fuerit seminis aut sanguinis effusiõe polluta:aqua protinus exorcizata lauetur ne diuinæ laudis organa suspendantur.est tamẽ quàm citius poterit consecrãda.hęc ibi. Ex quibus patet, vt ibi dicit Pan. q̃ ea polluta ibi suspendũtur organa clericorũ:ita q̃ ante reconciliationẽ nedum missa,sed nec vllum diuinũ officiũ ibi celebrari debet. ¶ Octauò † quæritur , à quo possit ecclesia reconciliari? Et dico loquendo de consecrata,q̃ eam reconciliare potest episcopus proprius per se vel per aliũ:potest etiã vnus episcopus aquã benedicere,& alius recõciliare:per simplices verò sacerdotes huiusmodi reconciliatio fieri nõ põt, etiã si sit cõsuetudo:vt dicit Ray.& Al.extra eo.aqua.& hoc secundum Inn.nisi ex cõmissione papæ,qui pluribus nõ episcopis hoc cõcessit:aqua tamẽ prius per episcopũ benedicta. Hanc enim recõciliationẽ papa simplici sacerdoti potest cõmittere,secundũ gl.in d.c.& Pan.ibidẽ. vbi regulam habet, idẽ dicendũ esse in omnibus quæ sunt iuris episcopalis ex dispositione humana:quia in his papa habet plenitudinẽ potestatis:vt in c.proposuit.de cõcess.præben.quæ autẽ ex dispositione diuina certo ordini sunt cõmissa,nõ habenti ordinẽ illum cõmitti non possunt,etiam per pontificem summum,secundum gl.in c.peruenit.dist.xcv. Loquẽdo verò de non consecrata,dicendũ est q̃ per simplicem sacerdotẽ reconciliari potest,secundũ gl.in c.fi.extra eo.quia si Gre . intendisset ibi lotionẽ fiẽdam per episcopũ:hoc expressisset,sicut in c.præcedẽti,cùm idẽ eidẽ scripserit.Itẽ qa ibi dicitur q̃ lauetur aq̃ exorcizata,scilicet tãtũ,quę scilicet fit p simplice sacerdotẽ: & nõ cũ aqua benedicta,vino & cinere,cũ qua reconciliatur ecclesia cõsecrata.Itẽ quia dicit,ꝓtinus:quod fieret si oporteret expectare episcopi mãdatũ, vt aliqui dicunt.Nonò † quæritur,quæ sit pœna celebrãtis in ecclesia cõsecrata post pollutionem ante reconciliationem? Et dico q̃ quamuis ante reconciliationem non debeant ibi officia diuina celebrari,aut aliquis sepeliri:tamẽ nec ecclesia est propter hoc interdicta: nec cõtrariũ faciẽs etiã sciẽter,est irregularis:de sen.exc.c.is qui.li.vj.nec tenetur Host.dicẽs contrariũ:sed Inn.& alij qui sentiunt cõtra eũ. Dicit tamẽ Lap.quòd talis ab ingressu ecclesiæ suspensus est de priuile.c.episcoporũ.lib.vj.Et si cũ tali suspentione in ecclesia diuina celebraret, vt prius suo fungens officio,erit irregularis: vt in d.c.is qui.

¶ CONSECRATIO altaris.vide ī.Altare §.j.

¶ CONSECRATIO cœmeterij.vide ī.Cœmeterium, in prin.& §.iiij.

¶ CONSECRATIO vasorũ ac vestiũ.vide ī.Bñdi.p totũ.

De Consecratione virginum & vel.

1 *Velum quintuplex esse Et an id quod virginibus datur, viduis quoque dari possit,aut contra? Et an sit sextum & quale?*

2 *Consecrãda quandẽ virgo sit? Et quid de ea q̃ violãter cognita est? Itẽ quid de ea q̃ occulte:an à certis officijs abstinere debeat?*

Universidad de Deusto
Biblioteca

3 *Velum dare, siue virgines consecrare quis possit? Et quod de viduis?*
4 *Consecranda virgines qualiter ac quando sint? Et num possint extra tempora, si necessitas ingruat, consecrari?*

2 CONSECRATIO † virginū atque velatio, vt plenius innotescat, sciendum est secundū Pet. de Pal. in iiij. dist. xxviij. q. velum scilicet nigrū est quintuplex. Primū est professionis, quod fœminis datur xij. anno cōpleto. xx. q. j. puellis. & hoc portant in religionibus omnes professæ, siue virgines siue viduæ. Secundū est consecrationis, quod datur anno xxv. ætatis. xx. q. j. placuit. Tertium est ordinationis, quod datur anno xl. xxvij. q. j. diaconissam. quę scilicet ideo sic dicitur, quia datur ei aliqua benedictio, ex qua accipit officiū inchoandi horas in choro, & legēdi homiliam: quod alijs nō licet. Vide episcopus dat ei ad cāgendum Breuiariū, in quo sunt homiliæ de Euangelijs in matutinis: quod quidem adhuc seruatur post virginum cōsecrationem in eodem officio nusq; sed non cōsueuit dari velū in hoc, nec expectari illa ætas: sed ex cōmuni cōsuetudine hoc fit quando cōsecrantur seu velātur: quod etiam fit ante xxv. annū. Quartū est prælationis qđ dabatur abbatissis lx. ætatis anno. xx. q. j. iuuēculis. sed hodie fieri potest abbatissa xxx anno cōpleto. de elec. indemnitatibus. lib. vj. nec datur velū secundū pontificale: sed fit officiū quoddam & benedictio: vt ibi no. Quintum est continētię & obseruationis, quod est viduarū. xxvij. q. j. vidua. & potest etiā dari virginibus: licet virginale dari nō possit viduis etiam ex dispensatione episcopi. xx. q. j. deuotis. Sextum addunt quidā, scilicet probationis, quod in monasterio datur in receptione
2 habitus ante professionē: quod cōmuniter album est. ¶ † Primò verò quæritur, quę virgo sit consecranda seu cōsecrationis velo velanda? Et dico secundū Arch. q̄ sola religiosa professa tria essentialia votain religione probatamec tamen omnis talis: quia nec moniales medicātium, nec quædā aliæ consecrantur ab episcopo: nec corrupta violenter, secundum Al. licet virginitatē vel aureolā nō perdat: quia difficile est, inquit, voluntarē tunc ita reuiri vt aliquem cōsensum nō eliciat: vnde cùm de pleno dissensu cōstare nō possit accclesiæ, statutū est vt humiliter à consecratione abstineāt. lxxxij. q. vj. illę familiæ. xv. q. j. si quis non iratus. & concordat S. Tho. nec similiter corrupta occultè, etiā si inde sequeretur scandalū: licet hoc asserat Gul. quia secundum Alb. & S. Tho. propter vitandum scandalū mutāda nō sunt ecclesiæ sacramēta, nec etiam sacramentalia, cuiusmodi est virginū cōsecratio: bene tamen posset episcopus vti aliqua cautela, vt seruatis quibusdam ceremonijs quæ nō sunt de essentia veli virginalis, alia, quæ sunt de substantia, mutentur puta, verba dicenda in veli impositione: vt in forma mutato nomine virginitatis, in nomen castitatis. & concor. Gof. & Host. non obstāte quòd Pet. de Palu. dicat istā cautelam esse fictionem in facto rei sacramentalis, & non licere: quia sicut loquēs potest verbis ex causa, & sine mendacio decipere, quando nō tenetur respondere secundum intentionem interrogantis, vt dicitur j. Mendacij. §. ij. ita & hic est: quia episcopus non tenetur exhibere signa secundū intentionem vel opinionem videntiū. Quod confirmatur per c. j. de his quæ vi met. cau. fi. & secūdū Sum. Conf. corrupta carne potest ex dispēsatione episcopi aut eius vicem gerentis suscipere modum veli virginalis, & nō aliter. Et adde gl. Ray. q̄ huiusmodi occultè corrupta ante vel post consecrationē, abstinere debet ab officijs, quæ secundum eōsuetudinem monasterij solent consecratis virginibus cōpetere, donec cum ea super hoc fuerit per episcopum dispēsatū. Notandum est tamen quòd secundū Pet. liceret ista cautela, vbi episcopus hoc sciret solùm occultè in confessione vel aliter: quia eo casu nō tenetur, nec debet talem publicè repellere, sed admittere: licet ipsa peccet, & similiter quę illā scienter ad hoc solicitauerunt. aute si permittāt, cùm est occultū. Potest autē se excusare nō manifestando peccatū, sed se ex humilitate excusando. ¶ Secūdò † quæritur, quis possit dare velum seu virgines cōsecrare? Et dico secūdū Archid. post Pet. de Palu. quòd velū cōtinentiæ seu viduarū dari potest etiam à sacerdote: vt etiam dicit glo. xxvj. q. j. vidua. imò etiā per seipsam hoc accipere potest ab alteri facta professione corā sua prælata: velare aute virgines nullus potest nisi episcopus. xx. q. j. deuotis. quia ipse est quasi paranymphus despōsans virgines Christo: imò hoc episcopus demādare nō posset non episcopo: quia hoc est consecrationis & ordinationis episcopalis, sicut cōsecrare ecclesias: & nō iurisdictionis, de cōse. eccle. vel al. aqua. Ex quibus inquit apparet, quòd prælati mendicantiū suas monales velantes cum episcopali solēnitate excepta coronatiōe & datiōe anuli, nō benefaciāt, nisi hoc habeāt ex cōcessione papæ: quia vsurpāt officiū episcopale. Et cōcordat S. Tho. in iiij. dist. xxxviij. dicēs quòd virgines per solum episcopū consecrantur: viduæ autē possent etiam à sacerdote benedici. & ibi huius assignat rationem. 4
¶ † Tertiò quæritur, qualiter & quādo sint virgines cōsecrāde? Et ad q̄liter, dico quòd vt in ordinario siue pastorali docetur: ad quādo verò dico secundū Host. q̄ in die Epiphaniæ, & in tota resurrectionis hebdomada, in natalibus Apostolorum, & in diebus dñicis: vt etiā no. xx. q. j. §. velamē. &. c. fes. sed tamē in necessitate, pura imminēte lāguore pñt tēpore quolibet cōsecrari. xx. q. j. deuotis. de tēp. or. c. j. & cōcor. Gof.

De Consensu & ratihabitione.

1 *Cōsensus & assensus quarū potest atq; esse dicātur? Et quotuplex cōsensus sit? Et quando mortale peccatū, aut venale inducat?*
2b *Regula iur. Qui tacet consentire videtur, qui sit intellectus? Et ibidem decisiones multæ in materia tacitæ consensus & non contradictionis, atq; tolerantiæ & patientiæ actum subsequentis*
3 *Consentire ne quis videatur in actu negatiuo, an protestatio necessaria sit? Et ibidem, quando vni proposita sint duo, si vnum solum neget, alterum affirmare videtur.*
4 *Culpabilis num sit is, qui in consilio existens, in quo malè aliqđ tractatur, tacet? Et an religiosi vocē in cap. habētes si huiusmodi respectu voci suæ & suffragij sint de facultati renūtiāt, peccēt.*
5 *Consensus singulariter prælatus ac non collegialiter, in actu qui communem ac collegialem requirit, an sit efficax?*
6 *Ratihabitio, vt actum præcedentem confirmet, quid desideret? Et ibidem, in facto malè quenam ratihabitio sufficiat? Et an vbi certum tempus est de actu substantia, ratihabitio ad id, actu postea secuto, retro trahi possit? Et quando non possit ratum habere quod meo nomine gestum est? Et de his requisitis, ad finem vsque num. 7. & 8.*

CONSENSVS † vt probat S. Tho. j. ij. q. xv. pertinet ad 1
virtutē appetitiuam, quę est voluntas: & est eius cōplacētia in aliquid: licet ab Augu. super Genes. attribuatur rationi inquantum scilicet in ea includitur voluntas. Assensus autem propriè pertinet ad virtutē cognoscitiuam, id est rationē, licet attribuatur impropriè voluntati. Est autem duplex cōsensus, scilicet in opus & cogitationē propriam: & similiter in opus & cogitationē alienam. Primus est dupler. scilicet deliberatus expressè siue explicitè, qui declaratione non indiget: & deliberatus implicitè tantū, siue tacitè: qui secundum mentē S. Bona. ij. di. xxv. & Petri de Tarā. in ij. di. xxiij. videtur esse, cū ratio sufficiēter aduerit de mala cogitatione & eius periculo, & eam reprimere negligit post tempus sufficiens humanæ fragilitati ad deliberandum ex complacentia vel ex negligentia siue cōplacentia. Dicit enim sic: Cōplacentiā surgentē in sensualitate circa luxuriā vel aliud quod est mortale ex genere suo: aut ratio superior cōsideratione diuini præcepti vel offensę Dei statim reprimit: & non est nisi veniale. Aut nō statim reprimit: & tūc aut expīlit consentit: & sic est mortale: qa vir comedit, id est, ratio superior cōsentit: aut nō expīlit, sed negligit reprimere. Aut ergo manet talis cōplacentia post sufficientē deliberationem & animaduersionē periculi: & tūc est mortale: & mulier comedit, scilicet tacitè & interpretatiuè. Aut nō manet: & sic est venialeihæc ex illo. qui p sufficiente deliberationē intelligit rēpus sufficiēs ad deliberandū, postquam ratio aduertit: quæ tempore in deliberado indiget. Negligētia tamē repellēdi complacentiā cum displicentia rationis de ea secundum S. Bona. est consensus interpretatiuus, quod nō est peccatū mortale, secundū multos magistros, vt recitat: licet. vt dicit, sanū cōsilium sit vt quis de hoc sicut de mortali pœniteat. De cōsensu etiā in delectationē, j. Delectatio. §. j. Secūdus autē id est, consensus in factū aut cogitationē alterius, est quadruplex, scilicet negligētię, cùm quis debet corrigere delinquētē, cōsilij, cooperationis, & authoritatis aut palliationis, vel defensionis: & primò ac secūdo cōsentiens punitur minus quàm faciens. tertio equaliter. quarto plus. vndeverſ. Cōsequēs spernit, suadet, iubet, atq; tuet. Hic minus, ille minus, luit hic æqualiter, hic plus. De hoc gl. optima in c. j. de offic. deleg. super verbo, pari pœna. & tex. xj. q. iij. qui cōsentit. vbi duo mēbra sub vno
2 concludūtur. ¶ Primò † verò quæritur, quomodo intelligitur illa regula iuris in vj. Qui tacet, cōsentire videt? Et dico quòd cōsentire videt secundū Inn. in cap. in Genesi. de elec. quādo quis tacet in actu honorabili seu cōcupiscibili: sed in actu viruperabili & iudiciali, & in quo loqui & cōtradicere verecundum esset: plerunq; videtur dissentire. l. filius familiās. §. iniuito. & ibi gl. ff. de pœn. & est gl. in l. qui patitur. ff. mandā. qđ limitat gl. in c. plerūq. ij. q. vj. Io. de Imol. in c. vestra. de loca. & gl. in c. diaconus. dist. xxvij. & in d. l. qui patitur. quādo actus qui fit in præiudiciū, valet etiam eo cōtradicēte: secus si nō valet, nisi prius consentiat: quia usę tacens habetur pro consentiēte. Exemplum primi. Vendo rem alienā domino præsente & tacente. & sic non valet: quia etiā eo absente vel contradicente vendi potuit in præiudicium vendentis: vt not. in l. rem alienam. ff. de contrah. emp. sicut & legare quis posset rem alienam in præiudicium sui hæredis: vt no. in cap. filius. de test. Exemplū secundi. Impignorat quis rem alienā præsente domino, & sic valet, vt not. in l. Caius. ff. de pig. act. Et de hac distinctione habes tex. singularem in. l. sępe. §. cur autem is. ff. de re iudic. facit l. si seruus cōmunis. ff. de don. inter vir. & vxor. vbi fratre donante rem cōmunem sibi & fratri præsente fratre, & non cōtradicente, tenet cōcessio. facit c. continebatur. de his quæ fiunt à prela. vbi si prælatus cōtulit beneficiū præsente capitulo, & non contradicēte, collatio tenet. facit qđ not. Bald. in l. si tutor. C. in quib. cau. in integ. restit. non est ne. vbi dicit quòd si quis scit aliquem se gerere pro eius procuratore: tunc si contradicēdo potest illud impedire, si tacet, consentit: secus si nō potest impedire. Similē decisionem ponunt domini da Rota in habentibus causam communem: si vnus illorū procuratorē constituit, vt consentire videātur si possint impedire. Et quod not. Bald. in l. ij. §. si vir. ff. sol. mat. vbi dicit quòd quādo cōsensus requirit ad habilitandā personā, nō contradictio habetur p consensu: vt in l. quo etiā. §. j. ff. rē ra. ha. vbi dicit glo. quòd nō cōtradicere ratihabitioni par est. Ex quo arg̃uit Bal. quod satisfactum est statuto Florentinorū requirenti cōsensum consanguineorū in contractibus, si consanguinei sciunt, & non contradicunt pro quo facit illud singulare dictū Bald. in l. potuit. in vlt. q. C. de iure delib. vbi vult quòd si pupillus maior infante vnà cum tutore ingressus est possessionē: quòd p hoc hæreditas est legitimè comprehensa: nec obstat quòd authoritas debet prestari verbis expīsis: vt facit l. j. ad fi. ff. de autho. tuto. quia hoc est verū circa actus expressos: sed in tacitis tacitè loquimur rebus istis & factis, iuxta illud: & factis loquimur. arg. in l. ale quibus. ff. de legib. & l. item quia. ff. de pact. Facit quod dicit idem Bald. in l. mandatum. C. man. in ij. col. quòd societas corrāctx cum patre, intelligitur cum filio renouata, si interueniat patientia tutoris: item aliud dictum in l. post mortem. ff. de adop. vbi dicit idē Bald. quòd si filius virit seorsum à patre negotiando vt emancipatus per x. annos patre sciente & patiente, præsumitur emancipatus. vide infrà Electio. ij. §. xij.
¶ Secundò † quęritur, vtrū in actu negatiuo requiritur protestatio, ne quis videatur cōsentire? Et dico quòd in actu negatiuo abstinens & tacens non habetur pro consentiente. Et facit quod not. Host. & Innocē. in c. olim inter. de restit. spol. & quòd not. in clem. vnica, de procur. iuncta glos. in l. fi. ff. de procura. Similiter nota quòd quando duo proponuntur vni, & solùm negat vnum, videtur alterum affirmare: vt in capit. nónne bene. de præsump. ¶ Tertiò † quęritur, vtrum existens in consilio & tacens quādo aliquod malum tractatur, sit culpabilis? Et dico quòd quando obuiare potest, & non facit, inuoluitur peccato: & de dāno tenetur: quia qui tenetur loqui & tacet: cōsentit in eius præiudicium. l. de ærate. §. qui tacuit. ff. de interrog. acti. & cap. fi post præstitum. de confes. lib. vj. Quiliber autem de vniuersitate tenetur votum suum exprimere in concernentibus facta cōmunitatis ex debito officij. arg. in cap. j. de hit quę fi. à ma. par. cap. vbi dicit Innoc. quòd nisi cōtradicat, si ibi aliqua malè agerētur, habetur pro consentiēte quo ad peccatum & pœnam. Quod quidem vniuersaliter quo ad culpam habeo indubitatum de quolibet potē te obuiare peccato, & non obuiat. arg. xxij. q. v. hoc videtur. sed de pœna nō credo, nisi in his, quibus ex officio competit: vt in prælato & habentibus vocē in capitulo: arg. eorum quę notantur in c. negligere. ij. q. vij. vel nisi quis dolosè taceat, & non prohibeat. arg. eorum quę not. in c. quantæ. de sen. excō. Et secūdum hāc distinctionem limitat Bart. in l. vtrum. ff. de parrici. vbi vult quòd solùm teneatur obuiare, qui est subiectus illi, qui debet offendi: sicut seruus & filius & glo. in l. culpa caret. ff. de reg. iur. & tex. Instit. de pub. iudi. §. alia. qui vult quòd conscius, quamis extraneus, puniatur, quod intellige quando tenetur ex officio, vel quādo dolosè nō prohibet vel in crimine læsę maiestatis. l. quisquis. C. ad leg. Iul. ma. Et ita dictū Inno. limitat Sum. Ang. Sed melius est vt simpliciter & sine limitatiōe sit verū, vt scilicet præsens in collegio & tacēs incurrat pœnā in damnatis & iniquis: & approbat Pan. in c. j. de his quæ fiunt à ma. par. cap. & in c. cōtinebatur. de his quæ fiunt à præl. & c. in causis. de elect. & c. ij. de loca. & Feli. c. cū Bertoldus. de re iudic. & c. cum omnes. de constit. imò & ipsa Ang. Excommunicatio. vij. casus v. Et ratio est, qui quilibet debet habere curam boni communis. Vide tamen infrà Electio. ij. §. xij. Ex his patet quàm malè faciāt religiosi habētes vocē in capitulo, si humano respectu renūtiēt voci suę, quod est tacere, quando vident quòd authoritas prouidēdi per hoc remanet penes eos qui zelo carēt. ¶ Quartò † quęritur, vtrū 5
actus qui expediri debet per consensum in communi præstitum, valeat si consentiāt singuli vt singuli, nō collegialiter? Et dicit Panor. in c. cum in ecclesia. de caus. posses. & proprie. quòd non: vt in c. in Genesi. de elect. & l. ij. C. de decur. nec est speciale in electione: quamis glos. dicat contrarium in cap. j. de reb. eccl. nō alie. lib. vj. Vnde tenendum est quòd non va-

let:quòd etiam sentit postmodum ibi Ioan.And.in nouel.& firmat Io.Cal. in c.cùm omnes.de constit.& Bar.in l. omnes populi.ff.de iusti.& iur.suprà Ciuitas §.j. ¶ Quintò † quæritur, quid requiratur,vt ratihabitio cõfirmet actum præcedentẽ? Et dico quòd oportet primò illũ esse factũ nomine meo: vt in regula,ratum.lib.vj.& dicitur factus nomine meo, quãdo mea contemplatione factus est, secundum gl.in c.cum quis. de sent.excõ.lib.vj. ¶ Secundò oportet quòd habeã ratũ tanquam gestum nomine meo.nam possum ratũ habere factũ & nõ qualitatẽ eius,scilicet quòd sit factum nomine meo. l. cũ interdicto.C.arbi.tu.& not.in l.Põponius.ff. de neg. gest. Et ista opinio Iac.de Are.approbata in.l.j.§.deiecisse.ff.de vi & vi ar.& per glos.secundũ Bart.ibidem,in §.sed & si cum quis.licet secundum Bald.sit glos.cõtraria ibidem in §.quoties. Aduertendum est tamen quòd nõ solùm ratihabitio expressa sufficit in maleficijs,sed etiã tacita:vt puta,quia nõ reuocat postquam scit quòd est factũ nomine eius,aut nõ contradicit:vt lit.nõ cõtest.c.j.de offic.deleg.cum olim.el j.C.de ince.nup.l.cum ancillis.C.de fer.l.j.quia tunc est ratihabitio. præsumpta.ij.q.j.notum. secus autem esset in nõ maleficijs. ¶ Tertiò,oportet quòd actus præsentiam nõ requirat: quia quæ presentiam requirunt,ratihabitio confirmare nõ potest. Instit.de autho.tut.§.tutor. ¶ Quartò, requiritur secundum Pan.in c.j.de cõuer.in fi.quòd extrema sint habilia ad illum actum perpetranda, scilicet tẽpus in quo actus gestus est,& tempus ratihabitionis: nam si vnũ istorũ deficit, ratihabitio non procedit, quia cùm ipsa sit fictio iuris, procedere non potest super impossibili:de quo plenè per Bart.in l.si is q pro emptore.ff.de vsuca.Exemplum. quidã nomine infantis intercecit:maior factus ratũ habet. Non enim talis ratihabitio retro trahitur:quia tunc temporis impossibile erat talẽ mãdare. Exemplum de alio extremo. Ab aliquo terminũ habebam ad aliquid agendũ:amicus meus nomine meo fecit:ego post terminũ ratũ habui. Nõ enim retro trahitur: quia sicut post terminũ nõ potuissem verè facere:ita nec fictè. Respondeo,quia vbi certum tẽpus est de substantia, ibi oportet obseruari tẽpus:aliàs actus ipso iure nullus est.ff.de excus.tut.l. scire oportet.§.cõsequens.quia recedere à tempore,est recedere à forma.ff.de verb.oblig.l.qui Romę.§.Augerius. Facit quod no.Card.in cle.quod circa.de elect.vbi dicit, fictionem non posse id quod secũdum naturam est impossibile. Exemplum Instit.de adop.§.minorẽ.vbi quis eum non potest adoptare,quẽ non antecedit per tot annos quòd eũ generare potuisset. Similiter fingi nõ posset quòd viueret hodie qui cec. annis præteritis mortuus est. Instit.de excus.tuto.§. sed si in bello. ¶ Quintò,requiritur secundũ Inn.in c.prudentiam. de offic.leg.quòd illud quod quis facit,valeat vt sit aliquid:quia quod nihil est,ratũ haberi nõ potest. Vnde hæc est eius theorica,q̃ vbicũq; actus est nullus ex defectu solennitatis,& supplenio nõ dependet à mea volũtate: nõ possum habere ratũ quod nomine meo gestũ est. Secus vbi suppletio solennitatis dependet à potestate volẽtis ratificare sententiã nullam: sicut in papa qui iuris dispositioni nõ subijcitur:vnde ratificare potest sententiã nullã. Vnde si quis excõmunicet nomine alterius,nõ valet,licet ille ratũ habeat:nisi excõmunicet ipse qui potest. Similiter si quis iurisdictionẽ faciat nomine iudicis,nõ potest ratũ haberi:quia quę facti sunt,& solẽnitatẽ requirũt, rata haberi non possunt. Vnde cùm sententia à nõ suo iudice lata nulla sit,de iudic.at si clerici.& cũ alię solẽnitates requirãtur,quas ipsemet,qui ratũ habere vult,si omitteret, nõ teneret quod facit,ratũ habere nõ põt,si ab alio omittantur. Si verò actus sit nullus ex defectu cõsensus:bene ratificare possum quod nomine meo gestũ est,per nouũ cõsensum. Et pro hoc textus in c.cũ nos.de his quæ fiũt à pręl. Imò dicit Sum. Ros.in tit. Excõiear.§.viij.q̃ per nouũ consensum ratũ habere possum qđ nõ est gestũ nomine meo.& allegat gl.in c. cum ad sedẽ.de rest.spol.quę hoc dicit quidẽ,sed vt falsum& cõtra regulã iuris,ratũ.lib.vj. ¶ Sextò, † requiritur quòd possit mãdatũ q̃ aliũ fieri:alioquin nõ retro trahitur:vt si faciat quis adulteriũ nomine meo,ratũ habere nõ possum,secundũ gl.in l.j.§. quoties.ff.de vi & vi ar.& Cy.in l.nõ dominus. C. de accus.& in c.sciãt cuncti.de elect.lib.vj.qđ limita verũ in alijs,quæ nõ sunt delicta:sed quo ad delicta licet nõ propriè cõmittat,sed interpretatiuè,eadẽ pœna punitur,tãquã eiusdem delicti particeps & mãdator:vt no.Bal.in l.vnica.§.ne aũt.C. de cad.tol. ¶ † Septimò, requiritur q̃ lex nõ requirat nisi delictum simpliciter:quia si requireret maleficiũ,& p̃ prius machinationẽ seu tractatũ,non sufficeret sola ratihabitio. Facit gl.& Io.And.in c.j.de cõuer.cõiug. Ex quo patet q̃ licet mulier habeat ratũ homicidium viri post mortem: tamen quia requiritur machinatio per prius,cõ impediet matrimonium sequens cum occisore,secundũ Gemin.in cap.cũ quis.de sent. excõmunic.lib.vj. Secus quãdo lex requirit solũ factum. ¶ De materia Consensus, vide infrà Delectatio.§.j.& sequentibus.

De Conseruatore.

1 *Conseruatoris definitio. Et sub hac, quòd conseruatores iudices delegati reputentur. Et conseruatorum genera tria esse.*

2 *Conseruator quis & à quo dari possit? Et quos modos inter se distent conseruator & delegatus.*

3 *Conseruator ex officio suo de quibus cognoscere possit? Et ubi ad finem, prædicatorum ac minorũ Conseruatores in quarũ causa posse procedere.*

4 *Cõseruator qua ratiõe, ac modo in his, de quibus notiẽ habet procedere debet. Et ad hoc octo subijcit conclusiones & dicta.*

5 *Conseruator si non iuxta formã præcisam traditam nõ procedat, cui pœnæ sit obnoxius. Et ibidẽ Host. in summa resolute.*

6 *Conseruatorn officium, quandiu duret?*

CONSERVATOR, † est iudex datus ad defendẽdum aliquos cõtra manifestas iniurias, iudiciali nõ vtens indagine.de offic.deleg.statuimus.lib.vj.& ibi de cõseruatoribus agitur.cap.j.ij.& vltimo.qui reputantur iudices delegati à papa secundum Archid. Et ibi Ioan. And. in glos. cap. j. ponit genera tria conseruatorum:quia aliqui dantur contra lationes vel prędones:aliqui contra infringentes priuilegia: & aliqui cõtra iniurias & offensas manifestas.& in nullo dictorum casuum habent iudicialem indaginem:id est, procedere nequeunt per viam iudicij ad inuestigãdam veritatem quasi dubij de iustitia,vnde habet glossa in verbo,indaginẽ, id est, causæ cognitionem,seu examinationem, quia dubia sunt. ¶ Primò † verò quęritur,quis & à quo dari possit conseruator? Et dico quòd esse possunt episcopi & eorum superiores aut abbates,seu illi in cathedralibus vel collegiatis ecclesijs obtinent dignitates vel personatus:alij verò esse nõ possunt nec potest aliquis esse conseruator sui conseruatoris, nec sui domini,sub cuius dominio est vel districtu ecclesiastico vel temporali:exceptis conseruatoribus datis regibus vel regnis.de offic.delegat.hac constitutione.libro vj. Dari autem possunt huiusmodi cõseruatores solùm per Romanum pontificem,secundum Ioã.Andr.quod probat d.c.j.dũ dicit concedimus.& dicto cap.fin.vbi ab apostolica sede cõceditur: & sic legatus hoc non potest. ¶ Secundò quæritur, quę sit differentia inter cõseruatorem & delegatum? Et dico quòd Foan. Andr.in glos.dicti c.hac constitutione.ex ipso textu multas assignat. ¶ Prima est, quia iudex delegatus põt esse canonicus ecclesiæ cathedralis:cõseruator non. ¶ Secunda,quia eius qui est mihi iudex delegatus,possum esse iudex delegatus in alia causa,saluo iure recusationis:sed in conseruatore secus, etiam si nõ opponatur exceptio. ¶ Tertia,quia saluo iure recusatiõis iudicũ mihi bene possum impetrare delegatũ:sed non conseruatorem. ¶ Quarta,quia delegatus à principe potest causam sibi cõmissam in totũ vel in partẽ cõmittere.de offi.dele.pastoralis.sed non conseruator.nec tenetur Gul.eõ tractum dicens in Speculo:cùm textus iste cõtradicat. ¶ Quinta,quia dato quòd se intromittat legatus de his quæ non sunt iurisdictionis,non propterea in illum locũ habet pœna d.c. quia nõ inuenitur expressum:secus de conseruatore. ¶ Sexta potest addi,quia & si cõseruator haberet ex priuilegio quod posset alteri delegare:hoc tamẽ nõ potest,nisi habentibus cõditiones supradictas:sed delegatus subdelegare potest ei,cui potuisset delegari. In omnibus alijs prædictis exceptis æquiparantur cõseruatores alijs iudicibus delegatis secundũ eundũ Io.An.in gl. ¶ Tertiò † quæritur, circa quid possit aut non possit cõseruator se ex officio suo intromittere? Et dico primò,q̃ de manifestis iniurijs solùm,& violentijs habet se intromittere,& cõsequenter cognoscere:vt in d.c.statuimus.& in c.hac cõstitutione. Et intellige manifestus,secundũ Io.An. id est,notorijs,& ita parẽtibus quòd nulla p̃babili tergiuersatione celari possint:vt de ver.sig.ex parte. Si autẽ se de dubijs intromittat incurrunt,pœnam,de qua j.§.v. quod intelligevbi constiterit ea esse dubia an sint facta notoriè nẽne:& an sint rectè facta nẽne:etiã si de notorietate cõstaret: quia tunc requiritur indago. Secus si à principio dubiter,an res sit dubia,siue sui fori:quia potest inquirere vt sciat an sua sit iurisdictio,vt statim dicam. ¶ Dico secundò quòd si is,qui iniuriatus est,neget offensam notoriã:licet negatione res videatur fieri dubia.C.qui.ad li.procla.non licet.l.iij.tamẽ hoc nõ obstante conseruator bñ recipiet probationes,an factum illud sit notoriũ:vt sic videat an sua sit iurisdictio:vt in c.super literis.de rescript.aliàs officium eius esset inutile: quod etiã quilibet iudex potest,scilicet cognoscere an sua sit iurisdictio. l.si quis.ff.de iudi.& si factum notorium muenerit,procedet: alioquin desistet:quia non habet potestatem defendẽdi iniuriam simpliciter,sed qualificatã,id est,notoriã. ¶ Dico tertiò conseruator debet vocare reum:& si confiteatur factum,bñ quidẽ:si neget,super notorio probationes recipiat,vt dictum est. Si verò confiteatur quidem factũ,licet dicat se suo iure fecisse:secundũ aliquos se vltra intromittere non debet: secundum alios verò,p̃bationes recipiet super offensa notoria. Ad qđ de elec.bonæ.aliàs facile esset cõseruatoris officium deludere:vnde si videatur ei negatio probabilis, non procedet: aliàs puniat sicut notorium. ¶ Dico quartò, quòd secundum Io.An.defendere potest ab iniuria notoria,non solùm illata, sed etiã inferẽda:vt si quis sit paratus inferre iniuriã his, quorum est conseruator:prohibere poterit,excõmunicare,& punire:vt in c.sacro.de sen.exc. In cõmissa verò compellet ad satisfactionem per districtionem ecclesiasticam:vel etiam brachium seculare inuocando.quod secundum Ber.inuocare potest:vt de offi.or.c.j.hæc omnia Io.An.in gl.super c.j. Sed addepримò quòd si reus factum cõfiteatur,sed neget illud esse notorium procedet cõseruator ad sentẽtiã:quia per eius cõfessionem factum est notoriũ.de cohab.cle.& mu. vestra.& cap.fi.& idem Sum.consel.lib.ij.titul.v.q.cliij. Adde secundò etiã secundũ eum Io.An.quòd quia cõseruator nõ cognoscit nisi de notorijs,nõ poterit recusari:sicut nec appellari potest à notorijs. Adde tertiò quòd si conseruator citarũ contumacem excõmunicauerit,& deinde inuenerit illum iniuriatum fuisse,sed nõ manifestè,secundum Inn. non erit verè excommunicatus:quia iurisdictionem non habet nisi de manifestis: secũdum alios verò,vt Alb.erit excõmunicatus. sed primum est verũ,si fuit excommunicatus pro facto:secundum verò si pro cõtumacia. Adde quartò,quòd Prædicatores & Minores sunt priuilegiati,vt eorum conseruatores procedere possint in quacunq; causa. ¶ Quartò † quæritur quomodo procedere debet conseruator? Et dico primò secundũ Inn.quod licet principaliter non habeat iudicialem indaginẽ:habet tamẽ illam in notorijs:quia omnia sine quibus eius iurisdictio non posset explicari,intelliguntur ei esse cõmissa.ff.de iur.om.iu.l. ij. Vnde põt citare & punire cõtumaces.de off.deleg.de causis.ff.si quis ius di.l.j. Et si maleficium est notoriũ alijs,& non sibi:quærat & cogat testes.ij.q.j.in primis.extra de test.c.ij.& de test.coga.c.j.& per totũ. ¶ Dico secundò quòd quia in notorijs est aliquis ordo necessarius.de iureiu.ad nostrã. oportet similiter quòd procedat ad inquisitionẽ,quando factũ est notoriũ,& nescitur quis fecerit,secundũ Inno. ¶ Dico tertiò,secundũ eũdem,quòd si reus,qui fuerat condẽnatus & excõmunicatus,intra annũ compareat,& dicat se velle satisfacere:cognoscet cõseruator de quãtitate damni,& huiusmodi. ¶ Dico quartò quòd procedere non potest cõtra aliquos extra ciuitates vel diœceses,in quibus fuerit deputatus,vel alibi quàm in ciuitatibus seu locis insignibus vbi possit haberi copia peritorũ:nec possit aliquẽ citare vltra duetã à fine diœcesis eius vt in d.c.hac constitutione. ¶ Dico quintò quòd per seipsum debet procedere:nec posset cõmittere vices suas,exceptis citationibus & sententiarũ denuntiationibus:nisi aliter eis cõmitteretur per literas.quo casu cõmittere posset intra loca, in quibus fuerit deputatus,& personis prędictis:vt in d.c.hac cõstitutione. ¶ Dico sextò q̃ p excõmunicationẽ cogere potest brachiũ seculare,siue Potestatẽ ad suffragãdũ cõtra prędictas iniurias,secundũ Ber.& Sum.Cõfes.cùm hoc sit accessoriũ ad officiũ cõseruatoris.xxiij.q.v.administratores. ¶ Dico septimò quòd circa munera & expensas assessorũ & notariorum tenetur obseruare quod in delegatis statutum est de quo vi.de j.Iudex.j.§.viij.& ix. ¶ Dico vltimò quòd de off.deleg.c.quia põtificalia.lib.vj.statuitur,vt quadã modestia conseruator aut iudex contra episcopos procedens vtatur,vt scilicet primò ingressus ecclesiæ vel sacerdotale interdicat officium.secũdò verò suspendãtur ab officio.tertiò,aggrauare ecclesiastica censura cõtra eos:nisi fortè aliter fieri suaserit nimia cõtumaciæ,p̃ternitas:quia scilicet,vt dicit gl. iniurias & contumeliosa verba proferunt in iudicem. Si tamen iudex non seruata hac forma statim suspendat vel excommunicet episcopum aut eo superiorẽ:sententia tenet,secundũ gl. licet iudex sit reprehendẽdus.ij. qđj.c.j. ¶ Quintò † quæritur,quæ pœna sit,si aliter quàm dicto modo procedatur? Et dico q̃ quicqd cõtra præmissa vel eorũ aliquid attẽtari cõtigerit:totum est irritum & inane:vt in d.c. hac constitutione.& cõseruator si de alijs quàm de manifestis iniurijs & violentijs sciẽter se intromiserit,seu ad alia,quæ iudicialem indaginẽ exigunt,suã extẽderit potestatẽ,eo ipso per annũ est ab officio suspensus:vt ibi,secundũ gl.eciã à bñficio,quod est officij sequela:vt xxxij.dist.præter.& idem est,si ignorantia esset iuris vel crassa vel affectata,secundũ gl.vt de sent.& re iud.ignorãtia.imò dicit Sum.Ho.quòd esset excõmunicatus:sed fallitur.nec hoc dicit gl.quã allegat:pars tñ,quæ hoc fieri procurat,bene sententiã excommunicationis incurrit,vt ibi patet: à qua absolui non potest,vt ibi dicitur,nisi prius integraliter satisfecerit de expensis,scilicet legitimis,& propter causam istam factis,secundũ Gemi.& ij.quæstione.j.in primis. Si autem alius,quàm is,cuius est cõseruator hoc procuret,nõ incidit in hanc sententiã,secũdum Gemi,nisi participaret eum

Universidad de Deusto
Biblioteca

parte postquam excommunicata est quia tunc ligaretur eadē sententia, participādo in crimine criminoso. Absolutio tā ab hac sententia episcopo competit secundum Io.An.& Are. & Mon. quia conditor canonis non sibi reseruauit. ¶ Sextò † quæritur, quantum duret conseruatoris officium? ¶ Et dico quòd expirat in obitu cōcedentis conseruatorem, quo ad negotia nō cœpta: vt in d.c.hac constitutione. Sed intellige nisi aliter exprimeret in literis: sed quo ad cœpta non expirat, secundū mentem illius textus & Doctorū: imò secūdum gl. vt patet ex c.cum plures.de offi.del.li.vj. quando sunt plures conseruatores deputati pro vno prælato vel monasterio seu ecclesia, quo ad negotium cœptum per vnum illorum, ppetuatur iurisdictio in alijs non obstante morte concedentis.

De Consilio & Obligatione ad illud.

1 *Consilij acceptio triplex.*
2 *Consilium acceptum, num quis sequi teneatur?*
3 *Consilium in facto dubio à pluribus non modo sapientibus, sed insipientibus expetere vtile quandoq; esse. Nam stultis loquentibus, sapienti plerunque noui concepti ac subtiles insurgunt.*
4 *Consilium expetere adstrictus, num illud ex verborum significatione propria, sequi teneatur? Et an consilium consensus naturam induat, vt obligare possit ad sui implementum?*
5 *Consilio alicuius, qui aliquid agere tenetur, an possit ad actus perfectionem procedere, si ille, aut mortuus est, aut absens, aut alioqui consulere nolit?*
6 *Actus gestus, consilio non expetito, quod peti oportuit, & potuit, an efficaciter gestus sit? Et quid si petere debens, se in temporis angustijs, vt sic petere non valuerit, coniecerit?*
7 *Cōsilij petere debēti, an satis sit, si post actū gestū illud petat?*
8 *Consilium sequi obligatus, an malum sequi debeat. Et num quis ex consilio dato teneatur?*
9 *Consilij capiendi causa, qui aliquid proponunt, quo proximi iniustè damnum subire cogantur, vel iniqua vt fiant statuta, præter mortale, quod incurrunt, ad restitutionem tenentur.*
10 *Papa si collegio mandet, vt quempiam in prælatū eligāt, quorundam consilio petito, an si vnum ex his, quorum consilij requirendum est, eligere velit, expetere ab eōdē consilij oporteat?*
11 *Consilio, vel consensui præstando, vbi plures simpliciter eligunt, vel officio cuipiam exercendo, quod maior pars constituit & efficit, valet, modò minor non contemnatur.*
12 *Statutum si cautum sit, ne mulier sexdecim consanguineorū quicquam alienet, si vni ex his, altero cōsensum præbente, alienet, num efficaciter alienet? Et quid de filio, cum quo pater litigat, si statuto caueatur, ne filius sine patris consensu litiget?*

1 CONSILIVM, † quantū colligitur ex doctrina, & mēte S.Th. sumitur dupliciter. Primò pro cōclusiōe facta per discursum rationis circa res agendas aut vitandas. Et secundò pro ipso discursu: & isto modo dicit xij.q.xiij. per totum. quòd est inquisitio eorum tantū, qui sunt ad finem operabilium à nobis, nō minimorum, nec indifferentiū. Sumitur etiam tertiò pro re vel actione, ad quam faciendam aut fugiendam consilij inducit. & sic dicitur xiij.q.j.in c. quod præcipitur, quòd consilium est voluntatis: præceptū verò necessitatis. ¶ Primò † verò quæritur, vtrū teneatur quis datum sibi consilium sequi, quando circa aliquid tenetur cōsilium petere? Et dico quòd tenetur q libet cōsilij petere siue quærere, vbi à iure cauetur: & tenetur expectare tēpus donec cōsulat sapientes: aliàs nō valeret si fieret quod mādatur fieri cū cōsilio: tamen consilium sequi non est necesse, sed honestū: nisi addatur de cōsilio & assensu. extra de ele. ne pro defectu. vbi de hoc in gl. & c. cū in veteri. co. ti. & c. cum olim. de arb. Vbi quærit gl. ad quid petitur consilium, si illud sequi nō est necesse? Et dicit tale consilium esse vile: quia laudo moueri prælatus ad aliquid potest, quod per se forsitan non faceret: quia quod à pluribus quæritur, facilius inuenitur. xx. di. de quibus. & vt habito consilio deliberet, an illud sequi expediat. ¶ Vnde † dicit Pano. in c. ad nostrā. de consue. esse vile in facto dubio à pluribus exquirere consilij sapientibus & insipientibus quia plerunq; parū sapientes in certa re habent intellectū elevatū, & acutius omni sapiēte discurrunt: sicut narrat Io.And. de fatuo Parisius, qui tabernario cum paupere cōtendēte & extorquēte pecunias quia panē comederat ad odorem assati: determinauit quòd solueretur ei per sonum monetę. & de Bar. dicitur q; consilium daturus super aliquo articulo, conferebat de materia cum mercatoribus. Adde etiam quòd dū loquuntur stulti, insurgūt sapienti plerunq; noui concepti subtiles. De hoc tamē etiam §.seq. dicetur. ¶ Secundò † quæritur, an ex propria significatione vocabulorū sit verū quòd adstrictus cōsilij petere illud sequi nō teneat? Et dicit Host. quòd sic: quia consilij ex proprio significato non obligat ad hoc: sed, supple, obligat verbū assensus, vel cōsensus. quādoq; tamen fit impropriatio vrgēte subiecta materia: quod quādo sit, latius declarat Pan. in d.c.cū olim. de mēte Bar. in l.j.§.si plures. ff. de exerc. Cùm eīn quæritur an consilium sapiat cōsensum: dicit quòd sic. Primò si impedimentū est nō habeti integrū iudicij rationis: vt in l. impuberibus. ff. de fusp. tut. Vnde si statuto cauetur vt pupillus certum quid faciat cum duorum agnatorū consilio: ibi capitur consilij pro cōsensu: quia pupillus non habet discretum iudicium. ¶ Et secundò si sit quidem impedēdum consilij habenti integrū iudicium rationis: sed is, qui habet impēdere, est particeps eiusdē officij. & iste propriè est casus c. venerabilis. de offi. deleg. secundum intellectū, vbi dicitur quòd prælatus, cui datus est coadiutor, nihil facere debet sine coadiutoris consilio, id est aliter suum officiū esse superuacuum. Si autem nō sit particeps officij, vt consilij stat propriè: & satis est requirere vt in d.c.cū olim. sicut si statuto cauetur vt mulier testari possit sine consilio duorū cōsanguineorū: satis est consilium requirere: cū facultas testādi soli mulieri cōpetat. Et hoc nendum est: nec distinguendum an dicatur de cōsilio, vel de cōsilio: vt voluit Cy. in l.id quod. C. de epi. & cle. vt scilicet teneatur quis sequi, vbi dicitur de cōsilio: non autē vbi dicitur cum consilio: quia hanc differentiā non approbat Io.And. in regula, nullus. in mercu. nec Bar. vbi s. Secus secūdū Io.And. ibi, si dicatur, iuxta vel secūdum consilij talis: quia tūc tenetur quis illud sequi. ¶ Adde prędictis quod no. Bar. in l.si eum dotem. §.eo autem. ff. sol. ma. q; si consanguinei requisiti nolunt cōsentire, ad iudicis officiū pertinet examinare causam cōtradictionis. & si quidem est iusta, bene: aliàs iudex peccaret mulieri contrahere aut testari: vt in d.§.eo autem. ¶ Adde etiam secūdum aliquos, quòd tenetur sequi tertiò quādo petendum est ab eo, à cuius potestate dependet principaliter actus: vt q̄ clericus non conueniatur corā alio episcopo sine cōsilio proprij. & iste est casus in c.j. de foro comp. cum gl. Si verò nō depēdet actus ab eo, sed vnà cum alijs debet interesse: etiam sequi tenetur, si per alia iura debet sequi. & ita, prout dit glo. in c.ij. de cor. vitia. secundū intellectū Host. quod etiā patet in c. studeat. di. 50. quod requirit cōsilij aliorum episcoporū in depositione sacerdotis. & intelligitur quòd sequatur propter c. si autē presbyteri, xv. q. vij. non autē si non apparet per alia iura, nisi sit ibi participatio officij, vt dictū est. Et idē est si petendum est ab habente ius: sicut si mādatur, quòd petat consilium alicui de ecclesia requisito cōsilio patroni: q̄a debet illud sequi. cùm habeat ius in tali positione. Dictū est Io.An. in c. dilectus. de off. leg. & in c.j. de capel. mo. ¶ Et quartò tenetur sequi, si hoc habet materia: etiam si petatur à nō habente ius: puta, si cōsulatur alicui ne ordinetur propter irregularitatē: & ita, procedit tex. in cap. ad aures. de æta. & quali. & ita eū intelligit Io.And. in d.reg. nullus. ¶ Tertiò † quæritur, vtrū is qui aliquid agere tenetur cū alicuius cōsilio, procedere possit ad actus cōsummationē, si ille est mortuus, vel absens, vel cōsulere nō vult? Et dico vt ex Gem. colligitur in c.j. ne sede vac. lib. vj. & Pan. in c. ex parte. de cōsti. quòd aut cōsilij debet peti ex statuto vel cōsuetudine: & tunc procedere potest in triplici illo casu quando periculosum est expectare. Si verò peti debet ex mādato alicuius: dicit Gem. ibi quòd procedere nō potest: sed debet ad mandantē referri. Quod limita secūdum Vinc. & Cōposte. nisi cōpromissio facta fuisset sub nomine dignitatis: quia expectabit successor, si ille est mortuus, arg. quoniā abbas. de offic. dele g. Si autē facta est expressō nomine proprio, mandatū expirat, ex quo forma seruari nō potuit: sed expectari debet secūda iussio. arg. in ea. cū dilecta. de rescrip. Limita etiā, secundū Pan. nisi immineat periculū ex dilatione. l.si longius. §.si filius. ff. de iudi. & in l.si cū dotem. §.sed si latitat. ff. solu. matrimo. quod sentit Bar. in l.j. §.si plures. ff. de exer. Ratio, secundū eum, quia mandatū secundum iura debet intelligi. arg. c.ex literis. de cōsti. & c.ij. de reseri. De mente autē iuris est quòd habeatur, si haberi potest: & si non potest haberi, procedatur ad consummationem actus, si periculum sit in mora: vt in d.c.j. ¶ Quartò quærit, † an valeat actus gestus quādo petendum fuerat consilium, & potuerat peti, & nō est petitum? Et dicit Pan. in c. ex parte. de constit. quòd si mādator ex forma mandati voluit requiri consilium: & nō tenet actus, nisi requiratur: vt in c. cum in veteri. de elect. Si verò est ex dispositione legis: tūc si lex à principio cum dedit potestatem, mādauit consilij requiri: similiter nō valet ex defectu potestatis: quia habuit illā modificatā & qualificatā. & sic intelligerem c. nouit. de his quæ fiūt à prælato, ita q̄ sine clausula decreti actus est nullus. Aut habenti primo potestate mādauit superior vt procedat cum consilio: & tūc tenet, licet sit puniendus. arg. c. dilectus. el ij. de præb. Vide gl. singularem in clem. j. de iure pat. quòd si mandatur aliàs habenti potestatē vt aliquid faciat sub certa forma: tenet actus, licet forma nō seruetur, per d.c. dilectus. Sed est alius tex. secundum Pan. de concess. præb. lib. vj. in c.ij capitulo. vbi dicitur quòd si mandatur canonicis aliàs potestatem habentibus vt conferant certum beneficiū: dato executore, vt illis negligentibus exequatur: per solam literarū præsentationem adquiritur manus canonicorum: & prouisio alteri facta nō valet: quia ex quo superior transfudit potestatē in executorem defectu illorum quibus mandauit: adimit illis potestatem in casu contumaciæ. Notat etiam idem in cap. cum in veteri. de elect. quòd si is, qui tenebatur petere cōsilium, arctauit se ad extremitatem: actus sine cōsilio gestus non valet: licet propter extremitatem temporis non potuerit habere cōsilium: quia sibi est imputandum. Secus si debito tempore petiuit, & debito tempore expectauit responsum: quia tunc si cōsiliarij plus debito differunt vel nolunt dare consilium: procedi potest ad actus consilio eorum non expectato: vt in dicto c. notatur. ¶ Quintò † quæritur, vtrum in casibus, in quibus debet peti cōsilium, sufficiat illud petere post actum? Et dicit Pan. in d.c.cum in veteri. quòd non: sed postulari debet in ipso tractatu actus. Et facit ad materiam episcoporum, qui tenētur negotia ecclesiæ regulariter promouere cum cōsilio capitulari: quia debet consilium in actu requiri, & non postmodo tenēri canonici præcipitare sententiam: sed petere possent tempus ad deliberandum congruū. Et idem dic de iudice, qui ex forma statuti teneretur requirere consilium sapientis: quia nō satisfacit statuto si prius sententiam scribit, & postea consilium petit: vel si nō vult expectare cōsultorē tepore debito. ad quod facit c. licet. de reg. vbi nō licet accipere licentiā ex post facto. ¶ Sextò † quæritur, vtrum obligatus ad sequēdum consilium, debeat sequi consilium malum? Et dicit Pan. post Host. quòd non: quia consilium importat quòd fit iustū: vt in l. Titiū & Meuiū. ff. de admi. tut. & not. Bar. in l.j. §.si plures. ff. de exer. Nec excusatur faciens actum cum malo cōsilio, secundum eundem Pan. de mente Compostel. quia consiliū nō obligat. & idem Bar. & secundū eundem Host. posset contrariam proferre sententiam. quod Pan. dicit veram de æquitate: secus de rigore iuris. Sed dictū eius limita, nisi periculū esset differre: quia tūc dare posset etiā de rigore iuris, vt dictū est. ¶ Septimò quæritur, vtrū teneatur quis ex consilio dato? Et dico quòd aut dedit delinquēti, aut contrahenti. Si dedit delinquēti: dico quòd indifferenter inuoluitur, quo ad culpam, siue peccatū: sed ad pœnā siue restitutionē, distinguo. Nam aut talis erat factutus etiā sine consilio: & tūc si dedit cōsiliū & opem, tenetur. Instit. de ob. quæ ex delic. nasc. §. at vbi operæ. ff. de fur. l.si quis vxori. §.j. etiam si consiliū nō adhibuit principaliter, sed secūdariò. ff. de fur. l.si pignore. Instit. de furt. §. ope. vt pura, accōmodauit scalam ad ascendendum, vel huiusmodi. Si verò dedit quidem cōsilium aliàs facturo, sed sine ope, non tenetur. d.§. at vbi ope. non obstante l.j.§.si quis. ff. de ser. cor. quia est casus specialis, in quo debet augeri malitia serui, laudādo: vel potest dici quòd ibi nō solùm ille consuluit, sed etiā laudādo incitauit: quod maius est. Pro quo facit quod not. in l. fæpe. §. fin. ff. de verb. sig. Aut nō erat facturus: & tūc tenetur. l.si remunerādi gratia. §. planè. ¶ Octauò † quæritur, quid de proponentibus in cōsilio aliquid, quo proximi damnificētur iniustè: vel quo fiant iniqua statuta? Et dicit Dir. quòd tenētur ad restitutionem in solidū vltra mortale, quādo sine eorū propositione factum nō fuisset. ¶ Nonò † quæritur, quid si papa mandet collegio vt eligant prælatū cum aliquorum consilio, ex quibus vnū volūt eligere: an requirendū sit eius consilium? Et dicit gl. in d.c.cum in veteri. quòd non est necesse: quia consentiendo postea electioni, satis videbitur præstare consiliū: & si ante electionē cōsentiret, caffanda esset, propter vitium ambitionis. de elect. post pertitam. Sed Ioan. An. dicit hoc esse probabile: sed tutius esse requirere etiam huius consilium vt mandati formæ satis fiat: quia eius cōsilio forte eligent meliorem. Sufficit autē si cōsilium petatur in genere, scilicet de quo vos consulitis &c. Si verò petatur in specie de persona sua, secundum Gof. debet respondere, aliorū iudicio relinquēs. Sed secūdum Host. hoc esset ambitiosum: vnde potest

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes: cùm bona conscientia dicere: non eligatis me, quia non sum dignus. Et sic pōt eligi: & si eligatur, poterit cōsentire. Quod autem debeat istius cōsiliū requiri saltem in genere, communiter tenetur per Doctores, vt dicit Pan. in d.c. cū in veteri. Si verò papa mandasset, de cōsilio & assensu: an possent eligere vnū illorū. Host. dicit quòd sic: quia satis est quòd ex tribus electis duo consentiant, modò tertius nō contēnatur: vt patet in arbitris & iudicibus simpliciter electis, in quibus valet sententia maioris partis: vt in l. duo ex tribus. ff. de re iudic. Et † not. singulariter hoc dictū: quòd vbi eligūtur simpliciter plures ad consulendū vel cōsentiendū, vel aliquod officium extra iudicium exercendum, valet quicquid facit maior pars, modò nō cōtemnatur minor, secundū Panorm. in dicto cap. cum in veteri. Si aūt māder papa eligi prælatum cū consilio & assensu concordi illorū trium: nullus eorū posset eligi, secūdum Host & Pan. vbi suprà, quia nullus cōsentire potest in seipsum. Et idem esset, si mandasset cum cōsilio & assensu tertij: quia oporteret eum ante electionē cōsentire: & notaretur ambitionis: vt in dicto cap. post petitam. ¶ Ex † his patet quòd si statuto cauetur ne mulier alienet sine consensu duorum agnatorum: si alienet vni de cōsensu alterius, tenet alienatio, & statuto satisfactū est: quia is, qui emit, alienationi videtur consentire. Et idem si cauetur statuto, ne filius litiget sine consensu patris, & pater litigat cum eo.

Collatio.

¶ CONSPIRATIO, suprà Coniuratio.

¶ CONSTELLATIO, infrà Superstitio. §. vj.

De Constitutione.

1 *Constitutio quæ cum lege eadem est, à quo proprie fiat? Et quid differat à decretis & ordinationibus collegiorū constituendi authoritatem non habentium?*

2 *Prælatus si quid præter collegij præsentiam sed per se decernat & ordinet, quandiu duret?*

CONSTITVTIO, † infrà Lex, diffusè declatur: quia est idem legi: dicta à con, & statuo: quia vt dicit Panor. in rubr. cod. tit. propriè constitutio fit à principe cū suis consiliaribus. largè autem à collegio, in quo multa simul aliquid statuūt: & de eius natura est quòd sit perpetua, nisi reuocetur, secundum Archiep. Vincen. cl. xxxiij. vnde differt ab ordinationibus quas faciunt collegia nō habentia authoritatē constituendi: quæ non sunt perpetuæ. Vnde dicit idē Archie. in in iij. parte. tit. xxiiij. ca. ij. §. iiij. quòd in capitulis generalibus & prouincialibus fiunt ordinationes seruādæ, quæ dicuntur acta: quæ obligant ad seruandum vsq; ad sequens capitulum postquā fuerint promulgatæ. hæc ille. Et dato quòd sint perpetuæ, vt aliqui dicunt, quod tamen est falsum, nō obligant, postquam non practicantur in obseruādo: & à fortiori quando no sunt in memoria quia abrogari possunt multò fortius quàm constitutiones. Et ita est de actis capitulorum generalium: multò fortius hoc est verum de omnibus ordinationibus factis collegialiter in ordine prædictorum alioquin non differrent à constitutionibus. Si † quid tamen aliquis prælatus singulariter sine collegio ordinaret, duraret durāte eius prolatione præcisè: nisi esset gratia facta authoritate papæ, vel authoritate propria sine præiudicio successoris. de qua infrà Gratia. §. ij. & infrà Indulgentia. §. v. partic. vij.

De Consuetudine & More.

1 *Consuetudinis ac moris finitiones, & acceptiones multiplices. Et scripto, quod constat, cuius nomine contineatur?*

2 *Consuetudo rationabilis, & irrationabilis quænam dicatur? Et sub hac, quod cōsuetudo eo casu rationabilis est, quo & lex si recens condaretur.*

3 *Lex à rationabili voluntate legislatoris, id est Dei, procedit, quantum scilicet ad legem naturalem & diuinam: vel hominis quantum ad humanam. Et sicut verbo, ita facto rationabilis voluntas in agendis demonstratur.*

4 *Consuetudo præscripta quæ sit?*

5 *Consuetudinem, prout ad præsens negotium pertinet, quis inducere vel facere possit: Et consuetudinem iuris speciem esse.*

6 *Consuetudo, vt inducatur, quæ requirantur?*

7 *Consuetudinis appellatione, quanam propriè accipienda sit? Et an pueri, mulieres, furiosi, & huiusmodi sint de numero habilium ad legem instituendam?*

8 *Consuetudo qualiter interrumpatur, aut tollatur?*

9 *Consuetudo, num legem positiuam abolere queat?*

10 *Consuetudo semel lege reprobata, non potest amplius induci, & huius limitatio. Et subinde, num consuetudo legem vincat?*

11 *Cōsuetudinē seruē pſumitur ciuis. Et si ciuitas statutū cōtra cōsuetudinē faciat, licet de ea mētionē nō faciat, tollit cōsuetudo.*

12 *Consuetudo legi positiuæ & præceptiuæ, an derogare possit. Et in legibus panas infligentibus ipso facto, num locū habeat consuetudo contraria: & quid in his, quæ panas infligi edicunt.*

13 *Consuetudinem, an inducat non vsus, & legem tollat? Et an in his, quæ meræ facultatis sunt, consuetudo inducatur.*

14 *Consuetudo, an legem diuinam aut naturalem abolere possit? Et quid de præceptis ceremonialibus, & iudicialibus? Et quid de moralibus?*

15 *Consuetudo cōtra Canones, cur valeat, at non æquè in statutis? Et cur laicis aduersus leges Imperiales statuere licet, ecclesiasticis autem contra pontificia decreta non licet?*

16 *Statutū cōtra canonē ex causa vrgēti, nec à canone verisimiliter præsumpta, fieri posse. Et an ex noua causa legatus generalis delegato papæ iubere possit, ne in causa sibi cōmissa procedat?*

17 *Lex aut statutum ex communicationis sententiam habens, quo tollatur per consuetudinem.*

18 *Consuetudo, num ab huius seculi pœnis, si prava sit, excuset quid quo ad Deum? Et an consuetudo communis dicta peccatum ad mortale obliget?*

19 *Consuetudinem suā num quis seruare teneatur, in his, quæ licerè facit: seu, num in his, qua more facultatis sunt, consuetudo induci queat, prout ius priuatū est in facientis præiudicium?*

20 *Cōsueta in omni pacto, num quis seruare teneatur? seu quando in omni pacto actū esse intelligatur, quod consuetum est?*

21 *Consuetudinem, quæ quid temporale pro spirituali exigit, num quis seruare obligetur? Et quid de statutis quorundā locorum, vt bona filiorū & vxorum, sed & filij quoq; ipsi debitum fallentia, id est, quando pater foro cedit, capi possit?*

22 *Consuetudo, aut statutum, num valeat, vt homicida, vel huiusmodi criminosus in pecunia puniatur, cum iure diuino corporaliter puniri debeat? Et an valeat statutum, quo cauetur, patris interfectorem, aut ad faciem ecclesiæ interficere non licere? Et an valeat statutum, quo cauetur, patris interfectorem, aut ad faciem ecclesiæ interficere non licere? Et an valeat statutum, quo cauetur, patris interfectorem, aut ad faciem ecclesiæ interficere non licere?*

23 *Consuetudo num in iudicio contentioso specletur, vt secundum eam, quam libet iuri scripto contrariam iudicandum sit? Et an secundum quam consuetudinem iudex delegatus, sit iudicandum?*

24 *Iudex arbiter in quē cōpromissum est, vt secundū iura pronunciet, num possit secundum consuetudines & statuta iudicare?*

25 *Consuetudo & præscriptio quotupliciter differant? & quibus fere traduntur ordine & fusè differentia.*

CONSVETVDO † & mos, ve plenius intelligatur sciendum quòd mos secundū Isid. in v. Etym. est longa consuetudo de moribus tantummodo tracta. Et secūdum Archi. in Ros. mos aliquādo est nomē qualitatis, id est, habitus mentis: aliquā verò est nomē iuris. Et secūdū S. Tho. in iij. di. xxiij. mos primò significat cōsuetudinē, id est, frequētia actuū, qui sunt in nostra potestate: & secūdò inclinationē appetitus, qui

aliquando est à natura. vnde & bestiarum dicuntur mores aliquando à consuetudine, aliquā ab infusione. Et secundū Archiepiscopum triplici sumitur. Primò, pro omni lege, quasi genus. Secundò, pro actu frequētato, præcipuè secundū rationē. Tertiò, pro iure humano nō scripto. Ex quibus omnibus elicio quòd mos sumitur multipliciter. Primò, pro actu voluntatis elicito vel imperato: & sic de moribus Isido. dicit trahi cōsuetudinē. Secundò pro habitu causato à talibus actibus: & sic est nomē qualitatis, secundū Arch. & etiā cōsuetudo vnius hominis tracta de moribus. Tertiò, pro ipsa frequentatione actuum, quę aliquādo est sine habitu causato: vt cùm idē populus, sed non idem homines frequenter idē faciūt: puta oblationē regi nouiter aduenienti: & isto modo est nomen iuris, secundū Archi. & cōsuetudo longa tracta de moribus, secundū Isido. nō quidem consuetudo vnius hominis, sed vnius collegij. Quartò, pro omni iure. Primo igitur modo nō est cōsuetudo, sed eius causa. Secūdo modo est cōsuetudo facta in vno homine. Tertio modo est consuetudo multitudinis. Et de hoc more & de hac cōsuetudine, vt sunt nomina iuris, nūc loquimur, non de consuetudine vnius hominis, quæ aliquādo est ius priuatū, & non publicū sicut istā. vt in l. de quibus. & l. cum de cōsu. ff. de leg. Igitur cōsuetudo est ius quoddā, scilicet non scriptū moribus, id est, assiduis actibus constitutū: quod pro lege suscipitur cùm deficit lex. di. j. cōsuetudo. quod autē in scriptis redactum est, vocatur lex, aut cōstitutio, vel huiusmodi. ¶ Primò † verò quæritur, quæ cōsuetudo sit rationabilis? Et dico q; cōsuetudo rationabilis, secundū cōmuniorē opinionē Inn. Arc. & Canonistarū, est quam non improbant iura, sed sustinēt: irrationabilis verò, quæ nullo iure sustinetur. Verum tñ quia nō sufficiēter describitur, nec est regula vniuersalis, vt patet intuētis: ideò dicit Host. iudicis arbitrio relinquendū quæ cōsuetudo sit rationabilis, & quæ nō. Sed neq; hoc videtur bene dictum: quia si duorū iudicium esset contrariū arbitriū vel iudicij de rationabilitate cōsuetudinis aduersantis legi possent de eadē causa cōtrarias ferre sententias: vnus secūdū legē: alius secundū contrariā legi consuetudinē. Vñ dicit dom. Ant. in c. fi. de cōsu. & refert Gemi. in c. licet. de cōst. lib. vj. quòd cōsuetudo in tantū est rationabilis, in quantū participat de fine iuris: qui in canonico, est felicitas animæ: in ciuili, bonū publicum: vt no. gl. de iureiu. cùm cōtingat. Vnde cōuenire debet religioni, disciplinæ, & saluti. Et si prędictis est cōtraria: puta, quia nutritur peccatū: de se est irrationabilis: & seruari nō potest sine peccato. di. viij. quæ cōtra. etiā si cōueniret iuri ciuili: quia bonū animæ præponderat bono tēporali: sicut cōsuetudo mutuandi subuſuris, quæ pro bono publico permittebantur. Vnde dicit Pan. in d.c. fi. quòd cōsuetudo dicitur rationabilis qñ aliquo bono fine instituitur: licet sit contra ius quod est rationabile. sicut rationabile est quòd episcopus ecclesiæ negotia pertractet cū capitulo cōsilio. e. nouit. &. c. quāto. de his quæ fi. à prela. quia firmius est iudiciū plurimorū. c. prudentia. de off. dele. & di. xx. de quibus. & eā consuetudo potest introducere contrariū: vt in c. non est. de cōsu. lib. vj. quæ tamē erit rationabilis: alia ratione, scilicet vt negotia citius expediātur. Et hæc oña sunt bñ dicta, sed insufficiēter: q; si cōsuetudinis finis esset bonus, & haberet alias circūstātias malas: nō esset rationabilis: sicut nec lex, vt dicetur j. Lex: qa & ipsa cōsuetudo est lex. Vñ dico q; eo casu est rationabilis cōsuetudo, quo si qua erat vel non mutata, si non erat. ita q; consuetudo habent cōditiōes legis bñ positæ est bene & rationabiliter introducta. Pro cuius notitia & fundamento dicēdorū not. q;

3 S. Tho. i. ij. q. xcvij. art. iij. virtualiter sic habet: † Lex procedit à rationabili voluntate legislatoris, id est, Dei quantum ad legē naturalem & diuinam: vel hominis, quantum ad humanam. Sicut autē verbo, ita & facto manifestatur rationabilis voluntas in agendis: quia hoc quisq; videtur eligere vt bonū, quod ope implet. Vñ sicut in verbo humano, ita & actibus maximè multiplicatis, q cōsuetudine faciūt, mutari pōt lex humana, & exponi, & aliqd causari quod legis virtute obtineat: inquātum scilicet per exteriores actus multiplicatos, interior voluntatis motus & cōceptus rationis efficacissimè declaratur: qa quod multoties fit, videtur ex deliberato rationis iudicio prouenire: & secundū hoc cōsuetudo habet vim legis, & eā abolet, ac interpretatur. ¶ Secundò † quæritur, quæ sit cōsuetudo præscripta? Et dicit Ho. q; secūdū Canonistas est illa quæ est xl. anno, de ele. c. Cumana. de cēſi. olim. de præſc. auditis. qā intelligēdū est in præscriptiōe rei vel iuris ecclesiastici: vt patet in iuribus allegatis. secundū leges autē diuersitas est: quia dicunt aliqui tantū expectandū esse tēpus, q; in contrarium memoria nō existat. Alij aūt verius, quod sufficit tēpus x. annorū inter præsentes, & xx. inter absentes: quia clare patet. C. de præſc. lō. tē. quod lōgū tēpus quo inducitur præscriptio, dicitur x. annorū inter præsentes, & xx. inter absentes. ¶ Tertiò † quæritur, quis possit facere vel inducere cōsuetudinē, de qua loquimur, id est, habētē vim legis. & dicit S. Th. vbi j. ad tertiū: Multitudo, in qua consuetudo introducitur, si libera sit quæ possit sibi facere legem, plus est cōsensus totius multitudinis ad aliqd obseruandū, quē cōsuetudo manifesta, quàm authoritas principis, qui non habet potestatem condendi legē, nisi inquantū gerit pſonā multitudinis. vñ singulæ personæ non possunt condere legē: tamē totus populus condere potest. Si verò multitudo non habeat liberā potestatē condendi legē, vel legē à superiori potestate positā remouēdi: ipsa cōsuetudo in tali multitudine prævalens, obtinet vim legis, inquātū per eos toleratur, ad quos pertinet multitudini legē imponere. ex hoc enim ipso videntur approbare quod cōsuetudo induxit. hæc ille. Cōsuetudinē ergo facere pōt multitudo libera ad cōdendū legē, & non libera ex tolerātia eius qui condere potest. A quo enim remouetur genus, id est, potestas cōdēdi legē: & species remouentur, id est, potestas inducēdi cōsuetudinem. l. filius. ff. de don. & l. iuris gentiū. ff. de pactis. gl. Consuetudo enim est species iuris. Insti. de iure natu. §. constat. 4

¶ Quartò † quæritur, qualiter inducatur, id est, quæ requirātur ad inducendum vel faciendam consuetudinem de qua loquimur, quæ scilicet habet vim legis? Et dico quòd secundū Sum. Ro. gl. in c. fi. de cōsue. enumerat multa: & tamē in fine videtur exigere duo solùm. Primò, scilicet quòd sit rationabilis. & secundò q; sit præscripta, id est, obtēta p cursum tpis ad præscriptionē requisiti. Sed gl. male adducitur: quia nō loquitur de inductione consuetudinis, sed de virtute eius abrogandi legē ad quod plus requiritur quàm ad habere vim legis: vt patebit statim hic in secundo requisito. & j. §. vj. Vnde dico requiri primò quòd sit rationabilis: quia de substantia legis est quòd si rationabilis. dicitur. erit autē. Vnde consuetudo ratione carens nunquā habet vim legis. ¶ Secundò, requiritur tempus debitum de quo, licet sint variæ opiniōes, Pan. tamen in c. fi. de consue. dicit illud sibi videri quòd iure ciuili requiritur tempus x. annorum: quia ad introducendam cōsuetudinem iura requirunt longum tempus. C. quæ sit long. consue. in rubro & in nigro. & arg. in lij. C. de seruit. longum autem tempus est x. annorum. C. de præscrip. long. temp. per totum. & in glo. d. rubricæ. C. quæ sit long. consue. Et hoc tenet Bartolus in l. de quibus. ff. de leg. & Cyn. in d. l. Secūda. Sed ratione verò canonico si consuetudo est præter ius, sufficit tēpus decem annorum. Facit glo. in capite fin. de consue. libro vj. & in cap. consuetudo. xij. dist. quod limita, secundum Inno. in

6 c. cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

c.cum dilectus.de consue.nisi detraherent iuri alicuius eccle
siæ particularis:quia requiritur tempus debitum ad præscri
ptionem:imò ide dicit Pan.in d.c.fi.de ecclesia vniuersali cō
tra Inn., quia non minus debet esse fauorabile totū corpus ec
clesiæ,quàm membrū.Si verò est contra ius,requiritur tēpus
xl.annorū: quia oportet eam esse præscriptam:vt in d.c.fi.&
in c.iij.de consue.lib vj.quod secundum domi. Anto. limita,
nisi papa sciret: quia sufficeret tempus x.annorum.Si verò
consuetudo sit cōtra ea quæ seruata sunt principi in signum
specialis priuilegij:tam iure ciuili quàm canonico requiritur
tempus,de cuius initio memoria non sit:vt est text.in c.super
quibusdam.de verb.sign. ¶ Tertiò requiritur, quòd mores &
actus hominū,per quos solùm introducitur, vt in d.l.de qui
bus.sint tot,& ita notorij,secundum communiorem opinio
nem,vt dicit Pan.vbi.quòd verisimiliter transierint in notiā populi:& quòd sint tales,vt eiusde populi arguant cōsen
sum:vt in d.l.de quibus.quia tacitus populi consensus est,qui
consuetudinē facit. Vñ vbi ille ex coniecturis habetur,nō cu
ratur de actuum frequētia magna. Quot autem requirātur:
Pan.vbi.dicit quòd secundum Bar. in d.l.de quibus non suf
ficit vnus,quantumcunque notorius: quia consuetudo indu
citur ex frequentia actuum:quæ cessat vbi est vnicus:tū quia
est contra substantiā,& significationem vocabuli: cùm dica
tur consuetudo quasi communis assuefactio:tum quia ex vni
co actu,quantumcunq; notorio, non potest dici populi con
sensus:quia fortè per errorem vel gratia scandali euitā di pri
ma vice populus non contradicit. Vnde malè videtur sentire
Sum.Ang. quòd per vnum actū inducatur consuetudo,si ap
pareat de expresso consensu populi volentis per illum indu
cere consuetudinem:quia de ratione consuetudinis est plura
litas actuum:vt ex definitione patet:vnde eo casu nō esset cō
suetudo,sed eius principium. Distinguit tū idem Pan.quia si
actus vnicus habet causam successiua,& continuatione tēpo
ris habilis ad consuetudinē inducendam,sufficit, & consuetu
do inducitur:vt in cap.cum de beneficio.de præben libr.vj.&
si beneficium seculare cōfertur regulari, & ab eo possidetur
tempore prædicto:efficitur regulare,licet vnica interuenerit
collatio. Et idem dic si ædificaretur pons in publico,& habe
ret causam successiuam per dictū tempus. Et ratio esse pōt
quia ibi actus est quidem vnus ratione rei factæ,quæ est vna:
sed est,saltem virtualiter,multiplex,ppter temporis diuturn
itatem,in qua possent esse multiplices,& de facto sunt:cùm
non continuè artifices operentur. Duo autem actus sufficiūt
ad consuetudinem inducendam.xxv.q.ij. ita nos. Et ita tenet
Sum.Pis.cui supplementum addit:nō tñ efficacem: cùm de
beat esse rationabilis & præscripta:vt extra eo. in cap.fi.nisi
illi actus essent pmanentes tempore legitimo ad prescriptio
nem.hæc ille.Sed inepte:quia ea,quæ dicit,requirunt ad hoc
vt cōsuetudo abroget legem:non ad hoc vt sit lex. Vñ dictū
Pis.limita verū esse in tribus. ¶ Primò in criminalibus:vt di
cit gl.in d.c.ita nos.nō autē in ciuilibus, nisi vt statim dicam.
Non tamen propriè est cōsuetudo:quia secundum Pan. in c.
7 j.eo.tit. ¶ Appellatione† cōsuetudinis,intelligitur ea,quæ te
net & præscripta est:vt in c.Cumana.de elec.Secundò in actī
bus iudicialibus:vnde ex duabus sententijs,& lapsu temporis
congruo,accedente cōsensu populi à principio vel ex post fa
cto,facite præsumitur consuetudo:quia habent aptitudinem
ad consuetudinem inducendā.ff.de inoff. test.l.nam & hit.&
ff.ad Silla.l.si qs.§.quod sub eodem tecto. Tertiò in actibus,
quos populum latere non est probabile:sicut secundum Gul.
de Cug.& Bar.in d.l.de quibus.si vnus pōtem vnum faciat de
domo ad domum in platea communi,& alius alium:quia isti
duo actus adeò sunt populo notorij, quòd comprehenditur
eius consensus:& stat frequentia actuum siue pluralitas:quæ
duo consuetudinem inducunt. In alijs autem non similibus
prædictis:vt sunt,vendere,locare:& actus priuatorū,sicut vē
dere in porticibus super viā publicā,nō sufficiunt duo actus,
sed requiritur frequentia magna,vt totus populus sciat.l.sed
& ea.ff.de legibus.& l.nā Imperator.ibidē.& ff.de insti.act.l.
sed & si pupillus.duo tñ vel tres actus tuent aliquem in pos
sione,quousque sit dubium.xviij.qu.j.scrutinium. Quartò,re
quiritur quòd sit introducta ex certa scientia potentis cōdere legem:quia si talis sit error,qui tollat cōsensum,nō potest
esse consuetudo:quia deficit causa,id est,consensus:vt in d.l.
de quibus. Nec sufficit certa scientia,sed oportet adesse inte
tionem seruandi aliquid ea mēte,vt de cætero sit cōsuetudo.
ar.ff.de iti.actuq; priua.l.vl. Quintò,requiritur secundū Pan.
quòd maior pars populi sit tali consuetudine vsa,vel supple
ntum approbauerit tacitè vel expressè: imò oportet q̄ sint
duæ partes populi vel collegij: vt in l.nulli . & in l. plane.ff.
quod cuiusq; vni. Aliter sicut legem,ita & consuetudinem fa
cere nequirent. Sed tamen intellige de parte maiori habente
cōsensum habilem ad instituendam legem. Vñ pueri,mulie
res,furiosi,& huiusmodi,non cōputantur:quia legem condere
non possent.ff.de legibus.l.j. Multa alia requiruntur,secū
4 trina. ¶ Secundò † quæritur,quantũ dolorem cõtritionis teneatur homo habere extensiuè,seu duratiuè:& quantũ habere debeat? Et dico q̃ secundũ S.Tho.in iiij.dist xvij.homo tenetur habere istũ dolorẽ de peccato actuali,non de originali,licet de eo possit esse aliqua displicentia:& de mortali, nõ de veniali:quia cùm eius cõplacentia mori possit,ac saluari,& de proprio,nõ de alieno:& de præterito, vel præsenti, non de futuro.Et tenetur istũ dolorẽ incipere quã primùm peccatum cõmissum occurrit sibi memoriæ. quod secũdum Pet.de Pal.intelligitur,quando occurrit practicè,id est, sub ratione detestabilis,vel delectabilis:nõ autẽ si speculatiuè solũ:sicut nec tenetur q̃s diligere Deũ,nisi de eo recordetur practicè,id est,sub ratiõe diligibilis vel odibilis:alioquin nullus sine mortali posset speculari de eo,qui diligi nõ põt, nisi practicè cõsideratus.Et tenetur illum in tota vita cõtinuare primò,habitu,secundũ S.Tho.id est sic,q̃ semper sit taliter dispositus,q̃ doleret de peccato,si practicè recordaret:siue, qđ idẽ est,sic,q̃ semel doluerit,& nunquã de cætero habuerit actũ formaliter,aut virtualiter in contrarium:& secundò, actu,nõ simpliciter,sed sic q̃ nũquã sibi actu placeat pctũ, & semper actu displiceat,quãdo memorię practicè occurrit,

nõ tenetur aũt,licet hoc debeat debito cẽ gruitatis,coniari,ad iugiter & continuè memorãdũ & dolendũ,quantũ est possibile,seruatis actibus aliarũ virtutũ,& sanitate.Post mortẽ autem,cõtritio nõ durabit:quia est cũ dolore,gratia,& merito quę tria simul in nullo mortuo inueniuntur.Hæc omnia de mẽte S.Tho.& Pet.de Pal.& cõiter omniũ sanctorũ. ¶ Tertiò † queriť qualẽ teneatur homo habere dolorẽ cõtritionis, 5 & qualẽ habere debeat? Et dico,q̃ dolorẽ intellectualẽ, saltem attritionẽ,oportet habere actualẽ de singulis peccatis memorię occurrentibus,quãtũ ad principalẽ cõtritionis,id est, quãdo homo primò cõteritur de peccatis nondũ remissis: licet quãtũ ad terminũ,qui est dolor gratia informatus,postea quàm remissa sunt,sufficiat vna gñalis cõtritio de omnibus: & idẽ dicendũ est de oblitis,siue quæ actu specialiter memoriæ nõ occurrũt:quia nullus tenetur ad impossibile.Oportet etiã,q̃ sit maior de maiori peccato.Dolorẽ verò sentibilem cõueniens est maiorẽ esse de maiori:quia ei debetur maior pœna:tamẽ hoc nõ est necessariũ:q̃a nec ipse est necessarius. Hæc de mẽte Pet.& cõcor.S.Tho.Sed adde pro scrupulosis, qui non credũt se actualiter doluisse de singulis peccatis occurrẽtib⁹ memorię,nisi actu reflexo dixerint,doleo:q̃ fallũtur:quia sicut luxuriosus habitualiter fornicator,successiuè ſpe interuallo videt multas mulieres pulchras possibiliter cõplacet sibi in omnibus absq; hoc q̃ dicat,cõplaceo.ita in ꝓpositio,qui habitualiter dolet quãdo ponit se ad actu dolendũ de offensa Dei,excedit actũ habitus sui ad omne obiectũ dolorosum,id est,in quo recognoscet dicta offensa actualiter, obiectũ potẽtiæ,ablq; hoc q̃ dicat,doleo.Adde etiã q̃ quantũ ad contritionis principiũ sufficit attritio,quãtũ ad hoc q̃ homo sine peccato subijciat se clauibus per cõfessionẽ & absolutionẽ sine nouo peccato:sed nõ quãtũ ad hoc, quòd homo nõ peccet quia tenetur conteri quoties practicè recordatur,vt dictũ est. ¶ Quartò † queritur,quæ sit cõtritionis causa: & quis eius effectus? Et quãtũ ad causam,dico quòd ex parte Dei,est eius misericordia & gratia:ex parte verò nostri,secũdum Ray.sunt sex causæ dispositiuę. Prima,est recogitatio peccati.Secunda,est recogitatio pudoris. Tertia,detestatio vilitatis peccati.Quarta,timor iudicij & inferni. Quinta,confideratio amissionis patriæ,& ociosiæ tanti patris.Sexta,est spes,scilicet veniæ cõsequẽdę,gratię recuperãdę,glorię expectandæ.Quantũ verò ad effectũ,dico quòd secũdum S.Tho., effectus eius primus,est remissio culpæ.& cõcor.Ray.& Host. qui addit,quòd si cõtritus deinde tempore suo nõ exequatur propositũ,quod de cõfessione & satisfactione cõceperat,non redeunt quidem dimissa peccata,sed tamẽ mortaliter peccat omittendo.Secũdus verò est remissio pœnæ:de qua.dist.iij. per totũ.quod Sum.Ro.limitat verũ,quãtum ad partẽ,nõ quantum ad totũ.aliàs,inquit,nõ essent necessarię indulgẽtię prælatorũ.Sed ni dic,secundũ S.Tho.& Pet.de Pal. quòd tantũ intendi posset ex pte causæ,id est,charitatis,& ex parte effectus,id est,doloris sensibilis,q̃ pœna tota remitteretur:& nihilo minus requiritur cõfessio,& iniũctæ pœnitentiæ expletio, ꝓpter præceptũ,& incertitudinẽ remissiõis totius pœnæ. An autem quis debeat cõteri de venialibus ꝑ. Peccatũ. §.vj.

De Contumacia.

1 *Contumacia vnde dicta, ad quid referatur: & quid sit?*
2 *Contumaciam varie committi, ad tres tamẽ id modos cõtrecti.*
3 *Contumacia causa excommunicatus, absolutionem debeat ante, quàm de expensis satisfaciat, & de stando in iudicio caueat?*
4 *Testes cõtra cõtumacẽ, nũ recipi possint, vt pcedat ad sententiã.*

CONTVMACIA, † sicut & cõtumax, à contumeo dicitur,quod est super verbis,aut aspectu tumere:vel à contemnendo. Et dicitur in ordine ad superiorem, propriè,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt est iudex: & in obedientia voluntaria, qua quis monitionem iudicis implere contemnit: vt elicitur ex capi.ij.de dolo & contum. iuncta glos. in verbo, contumaciter. Et propriè consistit in nō faciendo voluntariè, quod facere quis scit se debere: vt ibi patet. ¶ Primò † verò quæritur, quotuplex est contumacia? Et dico, quòd sit multis modis: sed omnes reduuntur ad tres, quos ponit Ray. post S. Tho. in iiij. distin. xviij. ¶ Primus est in nō comparendo ante iudicem. & hic modus à Ray. diuiditur in tres. Et vnus est, si quis citatus peremptoriè venire cōtēnit. Alius si malitiosè se occultet, ne citet. Alius, si citationem impedit, ne feratur ad eū de quibus extra vt li. nō cōte. quoniā frequēter. ¶ Secundus est, quando citatus comparet quidem, sed sine licētia cōtumaciter recedit ante finem cauſæ: xj. q. iij. certum. ¶ Tertius est, quādo nō vult parere sententię, de ver. sig. ex parte. in fi. Et in prædictis modis aliquādo est cōtumacia vera, id est, expressa: vt si quis citatus dicat iudici, vel ministro, se nolle cōparere: aut si illicētiatus recedit. Aliquādo est ficta, id est, tacita: vt, si quis citatur, & nō venit: vel si latiter, aut impedit ne citetur. Additur nōnunquā & contumacia euidens. Vide Gof. de sen. exc. §. excōmunicatio fieri habet. in Sum. & Gul. in Spe. tit. de cōtumacia. & gl. fi. in cle. vnica de dolo & cōtu. & Inn. in c. querelam. de proc. & Bar. in l. fi. ff. de in integ. re. & in l. ex cōsensu. §. ij. ff. de app. & Cy. & Pet. post Ia. de But. in l. properādum. §. fi autē reus. C. de iud. ¶ Secūdò † quæritur, vtrum excōmunicatus pro contumacia absolui debeat ante quàm satisfaciat de expensis, & caueat: de sistendo in iudicio? Et dico quòd nō, si fuit verè cōtumax. Secus si præsumptiuè, puta, quia impeditus: tamē nō dum cōstat si hoc allegat: quia si petit, absolui debet. de sent. exc. venerabilibus. §. idem est etiā. li. vj. ¶ Tertiò † quæritur, vtrum lite non cōtestata possint aliquo casu testes recipi cōtra contumacem, & ad sententiam diffinitiuam procedi? Et dico quòd sic, ex aliqua speciali causa: pura si quæstio moueat super alicuius electione, ne propter longā morā ecclesia patiatur in spiritualib' & tēporalibus læsionē. Itē, si moueat quæstio sup copula maritali, neviro aut mulieri fornicatiōis occasio præbeat. extra, vt lit. nō cōtest. qm̄ frequēter. & idēvidet in oībus, in qbus periculū magnū spirituale esset in mora.

De Contumelia, & iniurijs.

1 *Contumelia, quæ quasi tota verbis tumens ex superbiæ spiritu, sicut & contumacia dicta est, quid notet. Et quid iniuria? Et quot modis committatur?*

2 *Contumelia & iniuria quid inter se differant? Et an sint peccata mortalia? Et num sine peccato dici possint, correctionis causa? Et qui prædicta intuitu ac tenore infert, num ad aliquam satisfactionem teneatur? nu. 3.*

4 *Offensus si secreta fuerit, petatur autem satisfactio publica, num ad eam offendens teneatur?*

5 *Contumelias obiectas, num teneatur homo sustinere?*

1 CONTVMELIA † à cōtumeo dicta est, quasi tota verbis tumēs ex spiritu superbiæ, sicut & cōtumacia. & primò quidē significat delinorationē per verba principaliter, aut secundariò per signa importantia culpā: sed vulgus etiā ad conuiciū & improperium contumeliæ non extendit. Iniuria verò dicitur quasi non iure facta: & deinde specialiter iniuria dicitur culpa vt ff. de iniu. in l. Aquilia. & tertiò iniustitia vel iniquitas iudicantis: vt Iusti. eo. ti. in prin. & quartò cōtumelia: vt ff. de iniur. l. j. in prin. & l. apud Labeonē. e. ti. Et fit iniuria tribus modis, re, verbis, & literis: vt ff. de iniur. l. j. §. j. & l. lex Cornelia. §. si quis verborū. Sed nūc de ea, quę fit verbis aut literis, est sermo: & ad tria reducitur, scilicet cōtumeliam, conuicium, & improperium. ¶ † Primò verò quęritur, quæ sit differentia inter prædicta? Et dico, quòd secundūm Sanc. Tho. ij. ij. q. lxxij. & lxxiij. cōtumelia est dehonoratio facta palam per verba, aut alia signa importantia culpam: vt si aliquis super faciem opprobriosè dicatur fur. cōuicium verò, est dehonoratio facta palā per verba, aut signa importantia culpam, vel etiam pœnam: vt si quis in faciem appelletur fur, aut cæcus. Vnde omnis dicens contumeliam, dicit conuicium, nō ecōtra: quia qui aliquem cęcum appellat, dicit quidem conuicium, non autem contumeliam. Improperium verò, est dehonoratio facta palam per verba, aut signa importantia egestatē maximè si cōmemoretur beneficiū factum in necessitate. Hæc omnia de mente S. Tho. qui etiā dicit q̄ vnum horum quandoq; pro alio sumitur. ¶ Secundò quæritur vtrum prædicta sint peccata mortalia? Et dicit S. Tho. & Alex. de Ales, q̄ peccata verborum ex intentione sumūt gravitatem: vnde ista sunt mortalia, primò, si animo dehonorandi notabiliter fiant: quia nō est minor honoris iactura, quàm rerum. & secundò potest esse mortale, etiam si nō adsit intētio talis: & tamē talia sunt ita grauia, quòd grauiter dehonorant & cōtristant: sicut graviter percutiens iudo, posset peccare mortaliter. Sunt autem peccata venialia, si ista nō multū dehonestent, nec proferātur ex firmo proposito grauiter dehonestādi: sed ex aliqua leui ira, aut alia leui causa, & intētione leuiter tantum contristandi, vel dehonestandi: sicut etiā leue damnū rerū, non est mortale. hæc de mēte illorū. ¶ Tertiò quæritur, vtrum prædicta dici possint sine peccato causa correctionis? Et dicit S. Tho. q̄ sic: sicut etiā licet verberare causa disciplinæ: aut inferre damnū in rebus. Et sic dominus discipulos stultos Luc. vl. & Pau. Galatas dixit insensatos. Gal. iij. Et intellige etiā si puniens fraudetur: dūmodo correctio sit principalis causa improperādi: ita scilicet q̄ remota hac causa, non inferret iniurias. Aliàs, si ira sit principaliter in causa, erit peccatū graue: &, vt videtur, mortale: ideo ista sunt periculosa. Vnde dicit Aug. in libro de sermo. do. in monte, quòd rarò & ex magna necessitate obiurgatiōes sunt adhibendę: in qbus nōvt nobis: sed vt dño seruiamus, insternur. ¶ Quartò † quęritur, verū inferēs prędicta iniustè teneat ad satisfactionem aliquam? Et dicit Nic. de Lira, q̄ tenetur per se, vel interpositam personā dicere iniuriato culpam suam, vel saltem æquipollentia signa ostendere, nisi comprehēdat, q̄ ei remiserit iniuriam: puta, quia cum eo ridet, & huiusmodi. Excipitur tamē prælatus & paterfamilias: qui licet corrigēdo excedat, tamē veniā petere non tenetur, secundū Aug. in regula. quod limita, nisi fecerit à proposito, & potius liuore vindictæ. de quo die vej. Correctio. §. xiij. Addit Vmb. in expositione regulę, q̄ qui intulit iniurias, tenetur satisfacere citò, si pōt: quia sicut in restitutiōe, quod sine die certo debetur, omni die debetur: ita & hīc. Et debet esse satisfactio petendo veniam, vel etiā se prosternēdo, aut seruiendo plus & minus: sicut in rebus, ita & hīc, secundum quantitatē damni, vel in dubio ad arbitrium boni viri. ¶ Quintò, † quid si offensio fuit secreta, & petitur satisfactio publica? Et dicit Archi. quòd non tenetur, nisi occultum fuisset publicatum: sicut fur qui latenter furripit, non tenetur restituere publicè. Sed si econtrario offensa fuit publica, & exhiberur occulta satisfactio non sufficit: argumentum à Paulo, qui publicè confessatus ad carcerem, noluit occultè liberari, sed publicè. Act. xvj. ca. Et idem est si contumeliando mendacium dixit: quia non sufficit dicere se malè dixisse, nisi dicat se mentitū. vel dixisse falsum, vel dubitāsi scit, vel credit esse falsum, vel incertum quod dixit. ¶ Sexto † quæritur, vtrū homo teneatur ferre contumelias contumelias sustinere? Et dicit S. Tho. quòd sic. quantum ad præparationē animi, si opus esset, sicut & alia dam-

na: non autem semper, quantū ad actum: sed quādoq; tenetur nō sustinere. Primo, qñ hoc cederet in bonū irrogantis: vt puta ad reprimendum eius audaciā: iuxta illud Prou. xxvj Respōde stulto iuxta stultitiā suā. id est, secundū qd eius stultitia meretur. Secundò, qñ ex sufferētia aliorū profectus impediretur. Et hæc est sententia Gregor. homil. ix. super Ezechie.

De Conuentu.

1 *Conuentus multiplex, ac varia acceptio.*

CONVENTVS † à cōueniendo dicitur. & sumitur aliquādo participialiter passiuè: & sic cōuentus est idem quod citatus. Aliquādo vero nominaliter: & sic est æquiuocum. Et primò quidem significauit capitulū siue collegiū regulariū. clem. j. de reb. eccl. nō alie. Pan. in c. innotuit. de elec. collegiū regulariū: sed deinde apud mēdicantes, quorū domus nō habent propriū nomen, sicut domus monachorū, quæ vocātur monasteria, cōuentus dicitur propriè locus habitationis capitulis: & sic habet vsus loquendum. In pœnalibus autem, si verba conueniunt tantū capitulo, stat pro capitulo: si tātum loco, stat p. loco: si vtriq;, benignior fiet interpretatio, secundū regulam iuris: maximè si ex cōiecturis hoc appareat: sicut interdictum cōuentus, iudicabitur locale tātùm: nisi in supplicatione, vel narratiōe fiat mētio de loco: in dubio aūt stabit pro loco: quia vsus loquēdi debet attendi, de spōsa. ex literis. & in l. si libellorū. ff. de leg. iij. & secundū Barn. præferē proprio significato vocabuli, etiā in materia stricta. quod etiam sequitur Bart. vt plenè habes per Panor. in procœmio primi.

De Chorea.

1 *Chorea & ludi, quanquam indifferentes sint possint tamen tripliciter malè fieri, de quibus hic.*

2 *Chorea & ludi, vt citra peccatū fiant, quot requirant? Et an tempore deuotionis, aut pœnitentiæ sint mortalis peccato fieri queāt? Et ibidem in hoc dictum Augustini, quòd melius faceret Iudæorum fœmina, si lanam filaret, quàm tota die in Neomenijs impudicè saltare.*

3 *Choreas, ludos, vel ioculationes inspectare quando sit peccatū. Et quid de inspectoribus alearū & torneamentorū. remissiuè.*

1 CHOREA, † vt dicit Ala. in iiij. aliqstin. xvj. & huiusmodi ludi, nō sunt mali secundum se: quia possunt aliqñ bene fieri: sed triplici de causa possunt fieri mali. Primò, si fiant ad prouocādū libidinē, & hmōi, id est, si fiāt malo fine. Secundò, si nō cōueniūt pſonæ: vt clericis, religiosis, & huiusmodi. Tertiò, si fiant tpe nō cōgruo, id est, tristitiæ vel pœnitētiæ. Si verò fiāt ex causa alicui⁹ honestæ lætitiæ, à pſonis secularibus, cōgruo tēpore & loco, & cū alijs debitis circumstātijs: nō est illicitū. Adde, q̄ etiā possent esse illiciti ex dispositione pſonarū choreizātiū: ve qa aliqs exponit se ipsum periculo opis, vel cogitatus illicitus vel, pbabiliter dubitat se ad hoc expositurū aliū. ¶ Primò † verò quærit, quot requirātur, vt licitè, id est, sine peccato mortali fiāt? Et dico q̄ multa, sed omnia reducūtur ad septē. ¶ Primò, debitū tēpus: puta, nuptiarū, victoriæ, liberationis patriæ, vel hominis, aduentus amici diu expectati, & hmōi: vñ secundū mentē Ala. est mortale hæc facere tēpore deuotionis aut pœnitētiæ: puta ab Aductu vsq; ad Epiphaniā: & à Septuagesima vsq; ad pascha: qā verū putarē: nisi fierēt occultè, vel ex insolita honesta lætitia: puta victoriæ: vel à talibus, quos, excusaret ignorantia: vel vbi esset cōsuetū, ꝓpter lætitiā festi precipui. Et etiā mortale secūdū magistros, vt refert Rich. in iiij. dist. xxxvij. in diebus dominicis, ꝓpter dictū Augustini, qd melius faceret fœminæ Iudęorū, si lanā filaret, qm̄ tota die in neomenijs impudicè saltare, quod Sum. Ang. verū limitat, qñ ꝓpter hæc Missa, aut Prædicatio, seu Vesperæ omittunt: vel per maiorem partē dici. Sed limitatio est nimis austera: quia si ista ludi eā tāta honestate fierent, quòd nō haberēt circūstantiā malā, ꝓpter circūstantiā temporis: dico quòd ide erit omittere Vesperas propter ludam pilæ aut schacorū, & propter hæc dictum autem Aug. intelligitur, quādo hæc impudicè fiunt: vt patet intuenti. ¶ Secundò, debitus locus, id est, profanus. vnde hæc videntur mortalia in ecclesia, & alijs locis sacris vel religiosis. arg. c. decet. de immu. eccl. li. vj. ¶ Tertiò, pſona cōueniens, qua scilicet sit talis, quòd inde nō subeat periculū animæ: nec ista sibi sint indecētia, & ꝓhibita sicut prohibentur ecclesiasticis pſonis. xlvj. dist. clericum. de consec. dist. v. nullus. presbyterorum. ita quòd istis, vel eū istis, hæc facere, videtur mortale ratione prohibitionis & scandalimihi fortè qualitas & modicitas operis excusetvt si fiāt in secreto, & parum, quod quasi nihil putatur. ¶ Quartò, modus honestus. honestas enim est iuris præceptū. Insti. de iusti. & iur. §. iuris præcepta. Vnde est mortale, si fiāt habitu, gestu, cantu, aut quouis modo notabiliter lasciuo: sicut cum fœminæ inuerecūdæ pectora excessiuè notabiliter mudāt: & viri, partes pudendas indecenter coopertas ostentant, de hoc tū excessū, difficile est iudicare qñ sit mortale, cùm sit respectiuus ad cōditiones patriæ, & personarū præsentiū. ¶ Quintò, recta intētio, puta, honesta: non necessaria recreatio: vnde si fiāt causa libidinis, vel alio fine, quæ sit peccatū mortale, erūt mortalia: venialia verò, si sit venialis. arg. ca. vide. j. q. j. & xxiij. q. j. noli. & c. militare. ¶ Sextò, stabilitas choreizātis: ne scilicet inde periculū immineat: vñ qui, ꝓbabiliter inde sibi vel alteri periculū timet opis vel cogitatus mortalis, mortaliter peccat, nisi desistat: quia q̄ amat periculum, peribit in illo. Ecclesiastici iij. ¶ Septimò, raritas huiusmodi ludorū. Vnde secundū Rod. ducēs choreas ex consuetudine, mortaliter peccat. Sed hoc intellige verū: quia in tali semper, vel quasi semper reperiē aliqua de præmissis circunstantijs malis: quę omnes si abessent, sola cōsuetudo nihil faceret ad hoc, vt essent hæc mortalia. Ex quibus omnibus etiā patet quot modis ista sunt mortalia. ¶ Secundò † quęritur vtrū inspectio choreārū, ludorū, vel ioculationū sit peccatū? Et dico generaliter quòd quęcūq; licitè fiūt, de se licita videtur, vt patet. Vnde inspectores choreārū nō peccāt mortaliter, nisi ex aliqua circūstantia mala: puta, ex mala intētione vel ratione periculi inde sibi vel alij imminētis: vel quia sua præsentia est causa ludi, vel ꝓpter aliquid huiusmodi. De inspectoribus alearum & torneamentorū infrà in locis suis.

De Correctione & Punitione.

1 *Correctionem duplicem esse, & quid? Et quæ q̄?*

2 *Correctio fraterna, num adeò in præceptis sit, vt qui eā omittit, mortaliter peccet? Et eius omissę quot modis contingat? Et quando cum mortali coniuncta sit, & quando non?*

3 *Præceptum eodem teneamur inquirere, quos corrigamus? Et an subditi ad prælatorum correctionem eodem quoq; præcepto teneantur? Et num omnes eo ligentur?*

4 *Præcepto hoc eodem, num omnes ligemur ad correctionem alienam iuxta ordinem à domino traditum, qui Matth. xviij. habetur. Et in hoc beati Thom. regula. Et num quandoq; contra factum sit, aut fieri possit? Et Petri exemplum.*

5 *Ductus quibus regulis possit dirudere casus omnes innumerabiles, qui contingere possunt circa fraternæ correctionis ordinem? Et ibidem, quod multorum bonum, vnius bono præponi debet.*

6 *Peccans mortaliter, qui contra fidei ordinē aliquid ꝓtato de mutiat ex simplicitate, malitia, leuitate, aut illo etiā percipiter?*

7 *Peccatū alterius, vel etiā suū, num quis cōtra dictū ordinē ad prælatos præsertim publicare teneatur. si peccator occultus sit, peccatum autem publicum? Et quo casu prælatus id possit?*

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 *Episcopus, vel alius prælatus ſi præcipiat revelationē alicuius occulti, vt puta furti, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, an nō prælatus in eam incidat? Et quid ſi quis alium putat ſequester pro crimine læſæ maiest. quod illud non denunciarit, in probationibus careret, condemnato ad quid teneatur?*

2 *Correctio ad prælatos pertinens, nō omittenda eſt, ob eius tur-bationem qui corrigitur. Et quid de correctione fraterna?*

3 *Correctio num prælatis ſit in præcepto? Et quid ſi non corrigant & emendent, cum poſſint?*

11 *Correctio ſine punitio qualis eſſe debeat? Et quid ſi prælatus in corripiendo modum excedit? num. 12.*

13 *Multitudo quādo in ſcelere ē qualiter in correctiōe prædictū ſit?*

14 *Cauſa licite diſſimulādi & nō corrigēdi peccata, quot ſint?*

15 *Prælatus, vel ſubditus exiſtens in peccato mortali, alium corrigendo, num mortaliter peccet. Et huius limitatio.*

16 *Corripiendo quis alium iudicat, ſi in eodem peccato ſit, licet ſeipſum condemnet, non tamen ex hoc ſemper nouā damnationis cauſam ſibi adijcit.*

1 CORRECTIO† dupex eſt, ſecundū S. Tho. in iiij. diſt. xix. q. ij. Vna ſcilicet oſtenſiua & directiua rārum, quæ dicitur, ꝓpriè correctio: & eſt admonitio fratris de emēdatiōe delictorū ex fraterna charitate: & hæc pertinet ad omnes tā ſubditos quām prælatos. Alia eſt coactiua, quæ dicit' propriè correptio, illa enim rapi dicūtur, quę auferunt' ſubdito: & hęc eſt punitio peccatorū à prælato facta ad cōſeruationē iuſtitiæ: vnde cōuenit ſolis prælatis: quorū verba vim coactiuā habēt, quæ de cætero vocat' punitio. ¶ Primō† verò quæritur, vtrū fraterna correctio ſit in præcepto, ſic ꝙ eā omittēs peccet mortaliter? Et dicit S. Tho. in iij. vb. ī. & ij. q. xxiij. ꝙ eſt in præcepto. & idē tenet Rich. & omnes Theologi, per illud verbū domini. Mat. xviij. Si peccauerit, &c. Sed quia hoc præceptū eſt affirmatiuū, nō obligat ad ſemp, ſed ꝓ loco & tempore. Omiſſio verò eius, ſecundū eoſdē, tripliciter fit, primò, meritorie: vt qñ tēpus opportunū expectat: vel timetur inde ne peccator fiat peior, aut alios impediat ad bonū. Secundò, omittitur cū peccato mortali: vt quia timet iudicium vulgi, aut carnis cruciatio, vel peréptio: dū tñ hæc ita dominent in animo quòd fraternæ charitati prępōnātur. tertiò cū veniali quādo ſcilicet timor & cupiditas tardiorē facit ad corrigēdum nō tñ ita quòd ſi cōſtaret, fratrē poſſe à peccato retrahere propter hæc dimitteret qui in animo prępoſuit charitatem: vt dicit Aug. Cōcord. Rich. in iiij. diſt. xix. Sed limita, ꝙ hæc omiſſio eſt cū mortali in peccato mortali, & in veniali periculoſo de mortali, & nō in quolibet tali: ſed in habēte perſeuerantiā: quā ſi nō habet: ſolus prælatus corrigere tenet', ſecundū gl. in c. qui aliū. de hære. ¶ Secūdò† quærit, vtrū hoc præcepto ligemur ad querendū quot corrigamus? Et dicit S. Tho. quod nō: quia beneficia quæ nō debemus certæ pœnæ, ſed omnibus cōmuniter tēporalia vel ſpiritualia ſufficit impēdere nobis occurrētibus: alioqn oporteret nos facere contra illud Prou. xxiiij. Ne quæras impietatē in domo iuſti. Vñ patet ꝙ nec religioſos oportet exire ad corrigendū delinquētes. ¶ Tertiò quæritur, vtrū hoc præcepto ligētur ſubditi ad corrigendū prælatos? Et dicit S. Tho. quòd ſic, correctiōe humili, ita quòd cū mānſuetudine & reuerētia: non autem correctione punitiua, aut increpatiua: iuxta illud, Seniorē ne increpaueris. j. Tim. v. niſi manifeſtè erret in fide: quia tūc ſi nō eſſent ſuperiores, vel ēs indicate, inferiores increpare poſſent: quia hæreſis reddit hęreticū omni catholico inferiorē, etiam quantū ad fori extrinſeci. facit ij. q. vij. ſecuti, &c. Paulus. Et idē eſt, ſecūdū aliquos, quādo haberet mores inordinatos publicè & ſcandaloſè. ¶ Quartò quæritur, vtrū hoc præcepto ligētur omnes? Et dicit S. Tho. quòd correctio quę dicit' correptio, & eſt actus iuſtitiæ tēdens ad bonū cōmune, pertinet ad ſolos prælatos: ſed ea quæ dicit' ꝓpriè correctio, & eſt actus charitatis tendēs ad fratris emēdatione, pertinet ad quēlibet habētē charitatē. Vtrū aūt eā poſſit exercere peccator, ſ. §. vlt. ¶ Quintò† queritur, vtrū hoc præcepto ligemur ad corrigēdū ſecūdū ordinē traditū à domino, Mat. xviij. Si peccauerit, &c. Et dicit S. Th. q. ſic. Sed quātū ex eo & alijs Doctoribus cōcorditer colligit, ordo ipſe eſt talis: Pro fundamēto enim habēda eſt regula, quā ipſe tradit de virtu. q. iij. & ſecundum eā omnia dicenda, ſunt menſurāda, ſcilicet quòd eū proximus noſter duo habeat, cōſcientiā & famā: debemus vtrāq; ſeruare, ſi poſſimus. alioquin fama, ꝙ cōſcientiæ ſalute cōſtēnenda eſt. Et deinde dicēdū, quòd ordo illius ſecretæ monitionis nō habet locū in peccato futuro propter verbū, peccauerit: quia ſtatim denūtiari poteſt vt impediatur ſi obuiare poſſit ipſe qui nouit: quia tūc denuntiare nō debet, ſi inde ſequatur infamia, per regulā prædictā. Nō habet etiā locū, ſecundū S. Tho. in publicis, q̄ nō fiūt in te, id eſt, cōtra te, & te ſolo ſcīente, ſed ſtatim denuntiari poſſunt: quia per hanc peccans lædit cōſcientiā ſuā, & aſtantiū: vnde vtriq; ſuccurrēdū eſt ꝙ denūtiationē: & etiā ſi ſperaretur emēdatio peccātis: q. a etiā oportet à ſcādalo cauere. Si tū quis poſſet vtriq; illorū ſatisfacere, æquè bene vt prælatus, etiā nō eſſet denūtiandū, vt cōſeruet fama peccātis apud prælatū, & alios neſcientes: licet eſſet obediendū prælato, ſi exigeret veritatē: quia aliter derogaret' iuri ſuo, quo iudex eſt publicorū. Nō habet etiam locū, ſecūdum S. Tho. in occultis, quæ proximis damnum corporale vel ſpirituale inferūt, vel ſunt illatura: quia illa nō ſunt ſolùm in te ſed in alios. Vnde ſtatim poteſt q̄s denūtiare eū, quē ſcit velle, ꝓdere ciuitatē, aut aliquos in fide corrūpere: niſi firmiter ſperet ſe dictis malis poſſe obuiare, ſecundum regulā prędictam. Habet ergo locū ſolùm in peccato occulto, nocēti ſolùm peccāti, & ei qui ſcit: vel quia lædit' ab eo, vel ſaltē ex ſola notitia: & tūc dicit S. Tho. quòd debet, ſi pōt, ſic emēdare fratrē, vt fama eius cōſeruetur: & ſic de neceſſitate præcepti eſt, quòd ſecreta monitio publicam denūtiationē præcedat: quæ ſecreta monitio debet ſemel vel pluries fieri, quādiu ſpes de correctiōe ex ea habetur probabiliter. Et deinde procedendū eſt ad teſtiū inductionem, ad oſtendendū quod malum ſit de quo frater arguitur, ſecundū Hier. vel ad conuincendum de actu, ſi iceretur, ſecūdum Augu. vel vt ſint teſtes, quòd corrigens fecerit debitū ſuum, ſecundum Chry. & hoc niſi forte probabiliter exiſtimaretur, quòd hoc ad emendationem fratris nō proficeret: quia tūc nō eſſent inducēdi tamen ante quām inducantur, ſecūdum Auguſt. prius oſtendi debet prælato vt ſingulari perſonæ: & ſi ſic nō corrigitur, in publico cōuincendus eſt. hæc ille. Igitur eſt ordo, ſecundū Arch. vt primò moneatur ſecretò. Secūdò, dicatur prælato vt priuatæ perſonæ. Tertiò, inducant teſtes. & hæc omnia intelligo, ſi emēdatio probabiliter ſperatur, & nō aliter. Quartò, ſi probari poteſt, & ſperat' correctio, accuſandus eſt eccleſię, id eſt, prælato, vt eſt perſona publica: vel ſi probari nō poteſt denuntietur ſecretò. Prælatus aūt habita ſufficiēti probatione, præcipiat ei vt deſiſtat, quod ſi nō facit, eccleſiā nō audit: & propter cōtumaciam excommunicandus eſt: quo facto, erit vt ethnicus, & vitandus: & non antè, etiā ſi eccleſiam non audiret. arg. ij. q. j. multi. hæc ille. Quòd autem quidam ſancti videtur contra prædictum ordinem accuſaſſe, vel publicaſſe peccata, Sanct. Thom. ſoluit dicens, Ioſeph, qui fratres accuſauit, creditur prius eos monuiſſe. Vel dici poteſt, quòd publicum erat peccatū inter fratres. Vnde dicitur plu-

raliter, Accuſauit fratres. Petrus etiam, qui publicè denuntiauit peccatum occultum Ananiæ & Sapphirę ſine monitione. Act. v. hoc fecit, vt executor Dei, cui etiam occulta ſunt publica: eius reuelatione peccatum cognouit, & puniuit. Chriſtus etiam cum eadē ratione peccatū Iudæ prodere poſſet, hoc non fecit: ſed verbis obſcuris admonuit. Religioſi etiā ſi ſine monitione proclamantes in capitulo, hoc de ſeipſis tātum modò faciūt, quæ non ſunt infamatoria. Sed de his ſ. Denuntiatio. ¶ Sextò† quæritur, quibus regulis vir doctus poſſet decidere omnes caſus innumerabiles, qui accidūt circa ordinem fraternæ correctionis? Et dico, quòd tribus. Prima eſt Sancti Tho. in q. de quolibet, quæ eſt valde generalis, ſcilicet quòd ſeruanda eſt in omnibus his charitas. Secūda ſpecialior in q. de virtu. ſcilicet quòd ſeruanda eſt fratris conſcientia, & fama ſimul, ſi fieri poteſt: alioquin conſcientia ſola, contempta fama. Tertia eſt Richardi in iiij. ſcilicet quòd vtrum probabiliter ſperanda ſit emēdatio peccātis, perpendi poteſt cōſiderando ſi peccat ex electione, ſeu malitia: cuius ſignū eſt, conditio peccātis, & frequēs ſine fræno actus iteratio: aut ex paſſiōe ſeu infirmitate, cuius ſignum eſt, ſi ſemel rite oblata occaſione, & deinde triſtatur, & erubeſcit: ille enim difficulter, & iſte faciliter emēdatur. Quarta, eſt eiuſdē, ibidem ſcilicet, quòd ſi peccatum eſt occultū, & non ſperatur emēdatio, aut eſt infectiuū aliorum: & tunc denuntiandum eſt prælato, vt caueat gregi: quia bonum multorum debet pręponi bono vnius: vnde & negligi debet vnius fama, vt innocētis vel fama multitudinis cōſeruetur. Aut vergit in damnū corporale alterius: & tunc fieri debet comparatio illius damni, ad damnum famæ iſtius: & illi damno, quod præponderat, magis obuiandum eſt. hæc ille. Ex quibus elicio, quòd aliquādo ſi peccans ſit in me ſolùm, & nō ſit ꝑciſè præteritū in ſe & ſuo effectu, ſed ex eo mihi damnum in poſterū immineat, vel quia nocebit, vel quia nocuit, & nō emendabit: poſſum ſtatim denūtiare, ad cauendum mihi, ſi damnum illud nō ſit leue, ſed præſe rendū, meo iudicio, famæ illius, licet fama ſit diuitijs pretioſior: quia ipſe ſibi nocet voluntariè. Sicut etiā poſſum pro rerum defenſione inferre detrimētum ſanitati, & bono naturæ per vulnera & percuſſiones: licet illud bonū ſit nobilius: quia me inuadens, ſemper deſiſtere poteſt, & ſtram, ſi vult, ſeruare ſanitatē. Vnde ipſe eſt, qui infamat, & percutit ſe in cauſa infamiæ & percuſſionis, ſicut aper in vero. ¶ Septimò† quæritur, vtrum peccet mortaliter contra prædictum ordinem aliquid prælato denuntians ex ſimplicitate, vel malitia, aut leuitate, vel illo præcipiente? Et dicit S. Th. in q. de quolib. quòd ſi quis intendens emendationē, ſcit ſe correcturum fratrem, denuntiare nō debet: ſi tamen hoc melius fieret per prælatū, & ille ſit pius, diſcretus, ſpiritualis, non habens rancorem: poteſt ei denuntiare: nec tamē dicet eccleſiæ: q. a dicit illi vt perſonæ priuatæ, & ad correctionem proficienti. Sed tamen q. a propter diuerſas conditiones ſubditorum & prælatorum, generalis regula dari non poteſt: Pro regula tenendū eſt, quòd ſeruetur charitas, & quod melius videtur, & non erit peccatū denūciare. Qui aūt denūtiat prælato, aut amico, vel cuicūq; ex malitia, vt quis cōfundatur & deprimatur: peccat mortaliter. Qui aūt ex incautela hoc alicui dicit, ita tamē quòd infamia, aut vituperiū non eueniat delinquēti: non peccat mortaliter. hæc ex illo. Sed adde ex ij. ij. q. lxxiij. ꝙ ſi inde ſequat notabile damnū honeſtari, & famæ proximiori mortale talia dicere ē prælato, vel alteri, etiā ſi nō malo fine, vel ſi incautè fiat: quia debuit & potuit aduertere. Quādo autem prælatus præcipit circa huiuſmodi, omnibus, vel alicui ſpecialiter: intelligēdum eſt præceptum ſecundum S. Tho. ij. ij. ſaluo ordine fraternæ correctionis: contra quem, ſi expreſsè præcipitur, peccaret: quia non eſt index occultorum: & non eſſet ei obediendum: quia obedire oportet Deo magis quām hominibus, niſi inquantum per aliqua indicia peccata manifeſtentur: puta infamiam, præſumptiones, & huiuſmodi: quia tunc poteſt prælatus præcipere, ſicut & iudex alius exigere iuramentū, hæc ille. Et idē eſt, ſi ſemiplenè probatū eſt: puta quia eſt vnus teſtis: quia in his duobus caſibus tenet' quilibet ſubditus deponere quicquid ſcit: licet non præceſſerit monitio, vel probare non poſſit: quia tunc non venit vt denūtier, ſed vt teſtificetur. Facit ca. j. de teſti. cogen. cum ibi not. Imò eo caſu, quo prælatus eſt talis, quòd ei fieri poteſt ſecreta denūtiatio ante monitionē ſine peccato, ſi ipſe, iubet, vt ſic fiat, tenetur obedire ſubditus: quia tenetur in omnibus quæ pertinent ad officium prælati, & non ſunt cōtra Deū. Fallit autem quod dictum eſt, in parentibus & filijs, qui nec etiam volentes, cōtra ſeipſos in teſtimoniū admittuntur. C. de teſti. l. parētes. & iiij. q. iij. §. itē parentes. Et intellige de aſcendētibus & deſcēdentibus ſolùm, non de collateralibus, ſecūdū gl. in d. §. item. Non debet etiā compelli vxor cōtra virū, nec ſocer cōtra generum, priuignum, ſobrinum, ſobrinā, & à ſobrinis natum, & eos, qui in priori gradu ſunt. iij. q. iij. §. item lege Iulia. Quod intellige, vbi criminaliter proceditur: ſecus, vbi ciuiliter, ſecūdum gl. in c. j. iij. q. v. vbi dicitur, quòd in ciuili cauſa licitè admittitur frater contra fratrem, vel pro fratre: ſed idē non credo de filio contra patrem, & vxore contra virū, etiā in cauſa ciuili: præſertim ſi animarum vel corporum periculū imminet: quia pater & filius reputantur pro vna perſona, ſecundum gl. in c. ſuper eo. el ij. de teſti. Et idem die de vxore & viro, qui effecti ſunt vna caro. Et ſi filius vel vxor reuelarēt illorum delicta, ſubijcerem' ſe periculo mortis, vel huiuſmodi. Eccleſia aūt nullū videtur obligare cum ſcandalo de pœ. & remiſſo. ficij. Si autem non erat infamia contra aliquē, ſed in generali, quæritur, vt fieri ſolet: ſeruet' ordo prædictus. Vide etiam infrà, Denuntiatio. §. iiij. ¶ Octauò† quæritur, an contra prædictum ordinem teneatur quis ſuum vel alterius peccatum publicare ad præceptum prælati, ſi peccator ſit occultus & factum publicum? Et dico quòd S. Th. in quodā generali capitulo, cùm eſſet baccalaureus, legitur ſenſiſſe ꝙ ſic: ſed omnes magiſtri fuerunt contra eum. Secundum ea verò quæ reliquit nobis in ſcriptis, dicendum videtur, quòd nō tenetur, ſecundū regulas ſuperius aſſignatas, niſi ſeruato ordine prædicto: q. a eo caſu poſſibile eſt ſatisfieri cōſcientiæ delinquentis, per ſecretam monitionem: & conſcientiæ eorū, qui ex facto publico ſcandalizantur, per modum qui dicetur: & conſequenter ſeruanda eſt fama. Sed cōtra, videtur quòd teneatur. Primò, quia peccatum eſt publicum. Sed dico ſtultū eſſe dicere, quòd peccatum ſit publicum, & quærere notitiā eius per præceptum. Vnde dico, quòd ſecundum Per. de Pal. in iij. di. xix. q. iij. peccatum dicitur publicum, qñ publicū eſt, quis fecerit illud nō autē ſi eſt publicus effectus peccatoris, vel peccati: quia peccatū non eſt id quod videtur, puta cadauer ſed actio peccatoris, puta, occiſio quæ nō videt'. Secundò, quia oportet ſatisfacere cōſcientiæ eorū, qui inde ſcandalizantur in publico, quod ſubditus non poteſt, ſed prælatus, & nōn niſi filius dicatur. Sed dico, ꝙ eo caſu prælatus debet præcipere ſuper veritate dicēda, & ad inquiſitionem procedere. Sed præceptum intelligendum eſt, ſaluo ordine prædicto: & ex tali inquiſitione ſatis fit ſcandalo, & iuſtitiæ publicæ: cùm iam res ſit in iudicis voluntate punita, quātum punire potuit. Pro quo nota, quòd eo caſu prælatus poteſt communiter & indeterminatè præcipere: quia de peccato procedit infamia ex euidentia facti indeterminata tamen: ita quòd iſte nō eſt determinatè infamis: ſed iſte, vel iſte, indeterminatè. Nō attē poteſt præcipere ſpecialiter iſti, vel illi, niſi ſit ſpecialiter infa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

infamatus, aut semi conuictus. Vnde siue sic, siue sic præcipiat: non tenetur obedire, nisi qui est infamatus, vel semi conuictus, aut qui talē nouit. Et quod dictū est de prælato & precepto intellige de iudice & iuramēto. ¶ Nonō† quæritur, qd si episcopus, vel alius prælatus, præcipiat reuelationē alicuius occulti, puta furti, sub pœna excommunicatiōis latæ sententiæ? Et dico quòd qui de hoc est infamatus vel semiconuictus, si non reuelabit, incidet: & similiter qui hoc scit: etiam si sit de his, qui ad testimonium contra talem cogi non debēt, q̄a licet peccet prelatus sic intendens adstringere, & sententia sit iniqua, non tamen est nulla: vt patet ex dicendis infra, Excommunicatio. ij. §. j. &. § iiij. dubi. viij. Si verò nulla sit de hoc contra aliquem specialiter infamia vel probatio: licet sententia sit iniusta, tamē reuelare tenetur ipse reus: nisi sententia esset nulla ex intolerabili errore expresso, vel alia causa: quiverò hoc scit, curet vt reus obediat. Quod si non facit: ipse reuelet saltē in secreto, si probare nō potest: alioquin incidet. Licet hoc videatur negare Sum. Ros. tum quia sententia nō est ex hoc nulla: tum quia nō est præsumēda correctio per inductionem testium, quando non timetur ecclesiastica cēsura tā magna: & si exigatur ab eo vt denuntiet iuri dicē: nō tenetur cùm probare non possit. Et sic intellige glo. in c. sacerdos. de pœn. di. vj. quia tunc requiritur vt denuntiator, non vt testis. Et per hoc infert Ioan. de Pla. Insti. de pu. iudi. quòd puniens scienter aliquem pro crimine læsæ maiestatis, quia non denūtiauit, cùm probare non posset: tenetur ei ad omne interesse & idem Bal. in quodam consilio, quod incipit, quanquam allegata. Vnde quando dicitur, qui sciuit. intelligitur de scientia probabili. Qui accusare. C. de eden. facit C. de calum. l. & si in motio. Vnde talis nō reuelādo, nō incidit. Intelligitur etiā, secundū aliquos, exceptis casibus, in quibus non tenetur quis ad testificandū, iuxta dicta s. §. viij. etiam si in comminatoria exprimeretur, quòd teneatur licet nequeat probari: quia continet intolerabilem errorē. ¶ Decimò† quæritur, an vtendum sit fraterna correctione prælato iubente vel non iubente, circa eum, qui habet peccatū vel impedimentū, quod ego scio, & ille ignorat: vt quia ignorat se ordinatum, vel baptizatum non ritè, vel excōmunicatum, & ministrat vel habet vxorem, quam de iure habere non potest, & huiusmodi? Et dicit Veruec. loquens, quādo hæc probari non potest, quòd qui huiusmodi scit, teneatur eum auisare, quem credit corrigibilē, si laborat ignorātia crassa: aliter peccat: quia ille nō excusatur. Similiter, secundum eundem, si laborat ignorantia probabili, licet excuseur ignorantia facti, tenetur, propter periculū & damnum alienum, aut sacramentorum iniuriā. Si verò sit incorrigibilis, & de scandalo timetur: sufficit si prælato denuntiet: non acculando, vel denūtiando, sed simpliciter significando, si forte remedium conueniens posset adhiberi. & cōcord. Mo. & Rodo. Si autem ,pbare potest, tenetur si est prælatus suus secūdum Rodo. & Mo. Quod intellige, si credit se posse illum corrigere, saltem per vim. Secus, vbi nihil ,pficeret, sed effugeretur peior. Si verò nō sit eius prælatus, & sperat de correctione, aut si non sperat, sed tamen inde aliorū periculum vel damnum imminet: tenetur secūdum eosdem. Et hoc, secundum Arch. limita, si credit iudicem exhibiturum iustitiam: secus vbi non est periculum aliorum, aut damnū: vel probare non potest. ar. ij. q. vij. clericue. vel etiam si iudex remedium non adhiberet hoc probato. arg. xj. q. iij. quando. Et idem videtur de denuntiatiōe fienda prælato super crimine, quando inde non prouidet: quia inutilis videtur & frustra. Si autem nec correctionem sperat, nec alij inde periculū immineat, vel damnū: nō tenetur, secundū Mo. & Ro. Et iuxta hæc intellige S. Thom. dicentem in ij. ij. quòd† non est dimittenda correctio pertinens ad prælatos propter turbationem eius qui corrigitur: tum quia & si sponte propria emendari non velit, corrigēdus est p pœnas vt peccare desistat: tū etiā, quia & si incorrigibilis sit, prouidetur bono cōmuni. dū seruatur ordo iustitiæ: & vnius exemplo alij deterrentur. Secus autē de correctione fraterna: vt dictū est. ¶ Vndecimò† quæritur, vtrū correctio sit prælatis in præcepto? Et dico quòd sic, secundum S. Tho. & omnes doct. loquendo de correctiōe, quæ est correctio & punitio: quia subditus tandē tenetur dicere prælato, vt puniat etiam ille tenetur corrigere peccatū manifestū, sub pœna æternæ mortis. ar. lxxxiij. dist. per totū. & ij. q. qui nec reginimir. Quando tamē videtur nō expedire communitati, nec corrigendo, nō tenetur corrigere: quia ista sunt causæ, propter quas corrigimus, vt patet xxiij. q. v. prodest remota autē causa, remouet effectus. Nec tenetur, nec debet corrigere, si cōmunitati nec nocet, nec prodest correctio: & eius omissio prodest delinquēti ad emendationē: quia causa corrigendi est emendatio. Quando verò ecōuersō, correctio non expedit delinquenti, imò fortè nocet, & tū communitati prodest, corrigere tenetur: quia bonum cōmunitatis est melius bono istius. Si verò loquamur de correctione fraterna: multò magis tenetur quàm alij, siue peccatū sit secretum, siue publicum: si secreta tū, secretè corrigere debet. Si verò nō corrigit & emendat, cùm potest, mortaliter peccat, xliij. dis. sit rector, quod intellige in mortalibus, & iuxta dicta §. priore. ¶ Duodecimò† quæritur, qualis debet esse correctio, siue punitio? Et dico, quòd debet esse nō ex odio. lxxvj. dis. odio. quia si fieret animo deliberato nocendi notabiliter, esset peccatum mortale: nec etiam ex ira præcedēte rationē deliberantem, quid faciendū est, secundū Aegi. de regi. prin. quia non audit rationē. vj. Ethi. sed ex charitate, vt delinquēs corrigatur, vel saltē timeant alij similia facere. xxiij. q. v. ,pdest. & non debet esse remissa: sed debet esse cū ira, quæ rationem subsequitur, vt ministra, secundū Aegi. ita quòd ante iudicium rationis reprimenda est ira per manuetudinem: & post iudicium, econuerso mansuetudo est excitanda per ira vt dicit: quia facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquēdi. xxiij. q. iiij. est iniusta. & cap. sequen. Nec debet prælatus corrigere lenitate patris, vt Heli, q & scām Hier. dānatus fuit sed authoritate pontificis: quia debet prælatus misericordiā præstare pœnitentibus, non autem impœnitentibus, & incorrigibilibus. xxiij. q. iiij. non potest ita tamen, vt seueritas lenitati misceatur. dist. xlv. disciplinæ. & potius ad benevolētiā, quàm seueritatē declinandum est. ea. di. dicēt. & dist. § o. ponderet. Memor tamē debet esse prælatus eius quod dicit Augcōtra epistolā Parmeniani. Tāto inquit, est efficacior emendatio prælatis, quanto diligentior fuerit obseruatio charitatis. ¶ Decimoterciò† quæritur, quid si prælatus in corrigendo modum excedat? Et dico quòd si nō excedit à proposito in nullo tenet, per c. olim causam. de rest. spol. Intellige prò quantum ad pœnas humanas: sed non quo ad Deum qui etiam venialia minima punit, secundum docto. Secundò, quo ad humilitatē veniæ petēdæ ab offenso, à quo eam petere nō tenetur, secundum Aug. in regu. & lxxxvj. dist. quando necessitas. Si tamē ex malignitate, vel odio excederet, veniā petere teneretur: quia tenetur iniuriarum. ff. de leg. Aquil. l. quēadmodū. §. magistratus. vt not. in gl. in d. c. quando. & tex. est in l. nec magistratibus. ff. de iniur. Sue autē à proposito, siue non, modum excedat: subditus potest appellare, saltē ad papā: & si nō semper in suo ordine, vt suprà, Appellatio. §. viij. ¶ Decimoquartò† quæritur, qualiter in correctione procedendum sit, quando in scelere est multitudo? Et dicit S. Tho. ij. ij. q. lxviij. quòd debet sumi de ea vindicta, vel quantum ad totum:

rotum: sicut Aegyptij submersi sunt in mari rubro: & Sodomitæ vniuersaliter perierunt. Vel quantum ad maguā multitudinis partem: vt Exod. xxiij. in pœnam eorum qui vitulum adorauerunt. Quando verò speratur multorum correctio, vindicta exerceri debet in paucos principaliores, quibus cæteri terreantur: sicut Dominus Numeri xxv. mādauit suspendi principes populi pro multitudinis peccato. Si autem nō tota multitudo peccaut, sed pro parte: esse si mali fecerint possint à bonis, debet in eos exerceri vindicta, si fieri pōt sine scandalo aliorum: alioquin parcendum est multitudini, & seueritati detrahendum. Et eodem modo tolerandi essent peccatum principis, si puniri non posset sine scandalo multitudinis: nisi forte esset peccatum tale, quod magis noceret multitudini spiritualiter, vel temporaliter, quàm scandalum quod timetur. ¶ Decimo quintò† queritur, quot sunt causæ licitè dissimulandi, & non corrigendi peccata? Et dicit Vid. quòd sunt quatuor: Prima, cùm mali discerni non possunt à bonis. Secūda, cùm multitudo tāta est, vt sine ecclesiæ scismate, vel bonorum inuolutione fieri nō possit. Tertiū, quando de emēdatione probabiliter præsumitur: vt quia ex infirmitate, vel ignorātia peccatur. Quarta, si mali ecclesiæ prosunt exercitando bonos: & non obsunt. probantur hęc x. dist. comessationes. & distinct. 50. vt constituerentur. xxiij. quæst. iiij. ipsa pietas. & cap. cum quisq.. Vltimum tamen intellige, ti non speratur correctio malorum. ¶ Decimosextò† quæritur, vtrum peccet moraliter subditus aut prælatus corrigendo existēs in mortali? Sed quia circa hoc multi multa loquūtur, dico tria breuiter resolvendo mentem Sancti Tho. ij. ij. quæst. xxxiij. & iiij. distinct. xix. ¶ Primum est, quòd prælatus, si sit in mortali publico vel occulto, peccat corrigēdo ex officio suo vt prælatus, vel quicquid aliud faciendo† quia indignè vitur suo officio: & secūdum Per. de pal. peccat mortaliter: quia suspensus est coram Deo. Ad quod facit ij. quæst. vj. qui nec. & de consec. distinct. v. cap. fin. Sed limitat idem Petr. in prælato spirituali: quia temporalis, puta iudex, nō peccat mortaliter, suspendēdo furē, licet ipse sit in mortali. ¶ Secundum est, quòd siue prælatus, siue subditus corrigendo, non vt minister ecclesiæ, sed ex zelo charitatis, peccare non potest, nisi ratione scādali, quod solūm in notorio locum habet: vnde non peccat etiam existens in peccato notorio, si cum humilitate corrigat. quod nō est intelligendum cum humilitate, id est, cōtritione, vt exponit Supplementum: quia sic no esset in mortali: sed, sicut ipse videtur se declarare in quarto, cum humilitate, id est, non per modum corripientis, sed rogantis: vt exēplo suo nō inciteur ad malum? Et ratio esse potest: quia tunc nō corrigit vt ecclesiæ minister: nec etiam cum scandalo: quia illud auertit humilitas exterior in verbis. ¶ Tertium est, quòd existens in peccato notorio peccat: & intelligo moraliter, docendo ex officio prælationis: sicut qui prædicat, docet, cùm nulli hoc liceat, nisi prælato, vel eius authoritate: vel docendo ex officio magisterij, sicut docent magistri Theologiæ: quia vterq; impedit finem scripturę: qui est peruentio ad æternam vitam. Qui autem est in peccato occulto, peccat docendo primo modo, non secundo. Et† licet, qui alium corripiendo iudicat, si in eodē peccato sit, seipsum condemnet, id est, condemnabilem ostendat: non tamen ex hoc ipso notam causam damnationis semper adijcit. De materia huius tituli plura habes infra Pœna. & infrà Percutere. infrà Scandalum. vtrum scilicet propter illud sit dimittenda correctio & suprà Contumelia. vtrum sit dicenda causa correctionis. & de correctione permissa doctoribus, infra Excommunicatio. vj. §. iij. vide etiam infrà Denūciatio, de ista materia, & infrà Inquisitio. j. & ij.

CORPORALIA sanctorum de loco ad locū transferri non possunt sine licentia episcopi. de consec. dist. j. corpora. quod verum est, quando iam tradita erant perpetuæ sepulturę. ff. de re. & sumpt. fu. l. vlt. de quo vide infrà Reliquiæ. per totum. & Excommunicatio. vij. §. alj.

De Corporalibus, & Pallis altaris. & Vestibus sacris.

1 *Corporalia, & palle prout ad diuina referuntur, quid sint. Et quot pallæ in altari aut esse debeant, aut sufficiant.*
2 *Corporalia, pallæ, & linea à quibus lauanda, aut tractanda sint. Et an post lotionē sint reconsecranda, vel rebenedicenda, &c.*
4 *Casula de veste alicuius matronæ num fieri possit? Et vtrum vestes ac mantergia ecclesiastica possint ad laicorum vsus conuerti? num. 5.*

CORPORALIA, † seu corporale altaris, dicitur pannus, quo immediatè corpus Christi in Missa cōtinetur, & contingitur: quod semper debet esse benedictū. Palla verò est vestis siue cooperimentū altaris, supra quod immediatè extēditur corporale, quam in necessitate nō oportet esse benedictam, vt suprà Benedictio. §. v. Et vtrumq; horum debet esse de panno lineo simplici, non de serico vel intincto. xxv. distinct. per lectus. de cons. dist. j. consulto. Et debent esse ipsæ pallæ tres, secundum aliquos, in repręsentationem Trinitatis. Vnde dicit Sum. Ros. quòd sufficit vna triplicata. Sed hoc non bene dicitur: quia si ideo deberent esse tres, vt repręsentarent Trinitatem: nō liceret ibi habere quatuor, contra tex. de consec. distin. ij. si per negligentiam. Vnde secundum Petr. de pal. requiruntur ad minus duæ, & sufficiunt, vt respondeāt limitaminibus, quibus inuolutū fuit corpus Christi quæ pluraliter nominātur. & intellige duæ, excepto corporali. ¶ Primò† verò queritur, qualiter & à quibus hęc sunt lauāda aut tractanda? Et dico quòd vestimēta sacra nō nisi à sacratis hominibus tāgi debent. de eō. dist. j. in sancta. & duobus c. sequētibus. & pro corporalibus lauādis minister, scilicet diaconi habere debēt nouā peluim: & aquā in sacrario ,pjcere: scilicet saltē quantū ad primā lotionē. de cōse. dist. j. nemo. nec lauari debēt per fœminas, nec tangi, etiā si sint sacratæ, id est, moniales. xxxiij. dist. sacratas. & de consecrat. dist. j. nemo. el ij. & idem ibidem dicitur de alijs altaris paramētis, vt sunt pallę, vasa, & huiusmodi. quod secūdum Host. in Sum. tit. de Eucha. intelligitur, quādo sunt per pontificem benedicta. de relig. do. c. iij. Hoc tamē per cōtrariā cōsuetudinē abrogatū est, quam Supplemētū dicit nō valere, quia cōtinet diuinam irreuerētiam. Sed dicit Sum. Ros. & Ang. quòd valet. Et hoc tene: quia hoc nō est irreuerētia, sed nō reuerentia tanta. Imò dicit Petr. de Pal. quòd excusat moniales lauātes corporalia: & à fortiori in alijs. Sed dico q̄ non valet quo ad corporalia, ,pter rationē positam in d. c. nemo. ne scilicet fragmēta vel pulueres dñici corporis malè tractentur, aut à profanis contingantur: circa quod nō potest esse cōsuendo rationabilis. Et idem videtur de purificatorijs, quibus interdū stillę sanguinis imbibuntur, & reliquię corporis adhingūtur. Si autem iam sint lota: puto secundū mentē Per. de Pal. quòd possint per moniales reparari si sit cōsuendo. ¶ Secundò† quęritur, vtrū post lotionē sint prędicta reconsecrāda vel rebenedicenda? Et dico quòd non: quia formā nō perdunt, etiā si discedat amictus & reponatur. & idem dico si resarciuntur, dummodo non fuerit tāta fractura quòd formā corrumperet: quod tūc est quādo tāta est, quòd cis arbitrio boni viri pro corporalibus quic vti non posset, pro quo faciunt not. in cap. j. de consec. eccle. vel alta. ¶ Tertiò† quęritur, vtrum de veste alicuius matronę fieri possit casula? Et dicit glos. in cap. ad nuptiarum. de consecr. dist.

Universidad de Deusto
Biblioteca

distinc.j. quòd non.& idem Arch.post Hug.in Rosario,quod Arch.dicit esse honestius,sed nō reperi alicubi expresse prohibitum.Ego verò dico quòd propter benedictionem & dedicationem ad cultum diuinū inde omnis macula purgatur: quia non sunt magis profana quàm templa idolorum, quæ Deo consecrata leguntur.Facit cap.non liceat.xvj.quæst.vlt.

¶ Quintò † quęritur,vtrū vestes & manutergia ecclesiastica deputari possint ad vsus laicorū?Et dico quòd non.de rerum permut.,&cipia. quod intellige si erāt dedicata immediatè cultui diuino.secus si erāt immediatè advsum ministrorū extra ministeriū:quia beatus Martinus episcopus dedit pauperi tunicā suā.De hac materia vide multa suprà Benedictio.

De Corpore vitiatis.

1 *Corpore vitiatus,sine nouū, sine vetus spectamus testamentū, quomodo dicatur?Et quo tpe spectata sunt magis corporis vitia?*

2 *Corpore vitiati, num sint ad ordines sacros promouēdi.Et ibidem de hac resolutio?Et quid de mutilato?nu.3. & ibidē quid si mutilatio,aut huiusmodi defectus,promoto iam supernenerit?Et quid de membra superuacanea habente?num.4.*

5 *Membrum si quis sibi ex indignatione, vt puta dentem, aut quodvis aliud truncauerit: an irregularis ob id fiat? Item quid de claudo,caco,oculū emaculato ab ortu,aut sine culpa: item de gibboso?Et quid de leproso,ante abstemio,& vinum non bibente, de furiosis, caducis, dæmoniacis & hermaphrodito: & quis in prædictis dispenset?vsq; ad finem.*

1 CORPORE †vitiatus in ordine ad sacros ordines noui testamenti, secundū Asten. & alios Canonistas dicitur, qui est mutilatus vel debilitatus membro, id est, qui caret mēbro:vel habet quidem membrū,sed ineffica:vt oculum cæcum,manū aridā,& huiusmodi.Quantū verò ad ordines veteris testamēti multa erāt corporalia vitia,de quibus Leuit.xxj.quę hodie ab ordinibus nō repellunt.vij.q.j. qualiter. Et ratio est,quia sacerdotiū tunc erat magis figurale,& magis corporale quàm modò: vnde magis cōsiderabātur corporalia vitia,quæ erāt spiritualiū signa.¶ Primò †verò quęritur in generali,vtrū corpore vitiati ,promouēdi sint ad ordines sacros?Et dico q̄ non,ex duplici causa secundū iura. Primò,propter inhabilitatē ad off.ciū exequendū.Secūdò propter deformitatē ad scandalū tollendū.Vnde hoc generaliter tenendū est quòd vitiū corporis qūocūq; ,puenerit,si reddit inhabilē ad frangendū vel contrectandū hostiā, impedit promouendū,& promotū ,phibet ministrare,& similiter o mne vitiū notabile in oculo vel manu vel humeris scādalum generās,iuxta ea quę dicētur.§.seq.Hoc etiā tenendū est q̄ sua culpa corpore vitiatus repellitur,nō autem vitiatus sine culpa,secundū Ray.nisi timeatur scandalū ex deformitate, vel ex debilitate periculū.Et si dubiū sit vtrū inde scādalum generet,nēne,secundū Gof.& similiter secundū Inno.in c.j. de cor.vitia.iudicabit episcopus.& allegat c.ij.eod.tit. qđ videtur velle vt hoc iudicet Archiepiscopus cū suffraganeorū cōsilio.Sed dici pōt q̄ ille archiepiscopus erat episcopus respectu corpore vitiati:& quod additur de suffraganeis , dic quo ad episcopum sufficere Archidiaconi consiliū.arg.ibidē iuncta gl.Hęc tamē Sum. Ang. limitat quo ad nō exēptos. in religiosis aūt exemptis dicit quòd iudicabit suus prelatus ordinarius.Sed hoc nō bene dicitur: quia ille nō habet ordines cōferre,sed episcopus:nūquā aūt artifex inferior vel nō superior iudicat de materia circa quam superior operatur vel for mam inducit,sicut qui dolat lapides ad domū cōpaginādam, nō indicat quales esse debeant?sed hoc accipit à cōpaginatore: & ipse exequitur vt ille iubet.¶ Secūdò † quęritur,specialiter,vtrū mutilatus sit promouēdus?Et Archi.cum aliis Canonistis sic distinguunt: Aut enim est mutilatus seu privatus mēbro magno & manifesto,quod scilicet inducit deformitatem notabilē,vt est priuatio nasi:vel inhabilitatē ad exequendum officiū,vt priuatio manus,& huiusmodi: & tūc impeditur promoueri:& cū tali defectu promotus deijcitur,ex quacunq; causa prouenerit,iusta vel iniusta,naturali vel accidentali.Si tamen talis defectus ,priorio superuenit, & nimis deformem nō reddit:exequi poterit officia,ad quę ex illo defectu non impeditur:sicut sacerdos cæcus non celebrabit missam,aut aliās in altari ministrabit:prędicabit tamē, & audiet confessiones.nec à beneficio remouebitur,si non fuit in culpa:quia afflicto addi nō debet afflictio.vij.quæst. j.cum percussio.Dabitur tamē ei coadiutor si tale beneficium est, cui ipse deseruire nō possit.de cleric.ęgrot.cap.iij.Aut est mutilatus membro paruo vel occulto:& subdistinguitur. Nam si hoc fuit spōte,& sine iusta causa:repellit indistinctē à promotione,in quocunq; membro,siue à se siue ab alio:& iam promotus deijcitur:etiam si se castrando putabat obsequiū prestare Deo.extra eo.significauit.etiam secūdum Innoc.si non totum membrū amisit, sed partem, quæ aut deformitatem scandalosam generet.extra eo.capit.j.aut inhabilē reddere ad officium exequendū.extra eo. Thomas. Secus in alijs, scilicet partibus:vel etiam si dentem excuteret,scilicet totū. Si autem sponte quidem,sed ex iusta causa:puta, propter vitæ periculum,ne reliquum corpus inficeretur,fecit sibi amputari,vel ipse,cùm chirurgicus esset, amputauit membrū occultum:puta,virilia:vel manifestum, sed paruum:vt digitū non necessarium:scilicet ad signum crucis faciendum:nec repellitur à promotione,nec promotus deijcitur.Et idem est si ex causa iusta,non autem sponte, sed inuitus:puta, ab aliquo sibi partem digiti minimi:nec repellitur,nec deijcitur.Si verò illicitę rei operam dabat, & à casu membrum amisit promotione repellitur:licet misericorditer,id est, ex epispi dispensatione toleretur in susceptis, si membrum vel pars membri deformitatem modicā generaret. Trahuntur predicta ex dictis Rayn.Guliel.Inno.& Bern.& ex distinct.Si quis abscideritur.& ex alijs capitulis:& extra eo. significauit.& cap. final.ex quo iuncta glos. per cōtrarium sensum elicitur quòd amitteus vngulam pollicis casualiter dando operam illicitæ rei,sine dispensatione celebrare non potest. ¶ Tertiò † quæritur , quid de habente membra superflua ? Et dico quòd habens ser digitos in pede indubitāter promouetur secundum Archidia. etiam secundum Host. si habeat in manu:vel si digitos habeat coniunctos:dummodo ex hoc non fit impedimentū in vsu membri.ff.de ædil.edict.Item O.illud. adde etiā dummodo non inducat nimiam deformitatem. Et dicit gl.in c.partē.dist.lv.quòd habens superfluos digitos pedis potest sibi præscindere:sicut & dentes vel vngues nimis crescentes. Sed dubitatiuè loquitur:& verum puto quando inde nullum vitæ periculum immineret.Nec talis propriè esset corpore aut mutilatus:quia talia non sunt propriè membra,sed monstra. ¶ Quartò † quæritur , quid de eo qui ex iniusta causa, puta ex indignatione , sibi dentem euulsit , vel membrum quodcunq; truncauit?Et dico secundum Innocentium,in cognigni ficauit . de corp.vi. quòd non est irregularis , nisi membrum vel partem amiserit generātem deformitatē:si autem non generet deformitatem,& sit notorium, absciss ionem ex indig

nationē processisse:nec promoueri,nec in susceptis ministrare sine dispēsatiōe potest.Et similiter si sectio tāta fuerit vt claudicatione inducat,repellit tanquā corpore vitiatus. ¶ Quintò, quid de claudo? Et dico q̄ eum cōsuetudo nō repellit: nisi talis sit quòd sine baculo altari nō possit assistere. ac.de cōse.di.j.null⁹.& di.xlv.disciplina. Sed intellige de claudo natural.ter,vel sine sua culpa:de alio aūt,dic iuxta dicta ī. §.ij.& iij.in fi.¶ Sextò,quid de cęco vel oculis maculato à natiuitate, aut sine culpa,vel etiā de gibboso? Et dico quòd cęcus etiā ex vno tātùm oculo repellitur, secūm Archi.qđ probat per c.si euangelica.di.lv.oculo verò maculatō,si deformitas nimia inde generetur:nec ius admittit nec cōsuetudo.extra eo.cum de tua.facilius tamē in religione quàm extra promouetur,secundū gl.Ray.vnde promoueri nō potest, nisi dispēsetur per papā,vel efficiatur religiosus, secundū Inn.c.cū de tua.& idē Astē. Si autē deformitatē non inducit,non prohibetur promoueri.Quod quidē archiepiscopus cōsiderabit: vt in d.c.cū de tua. vbi mētio fit de cōsilio suffraganorū :qđ Archiepiscopus tenetur quidē exquirere:aliter nihil faceret: sequi tamen non tenetur,secūm Vin.& Ber.extra de arb.cum olim.de quo vide ī.Cōsilū.§.ij.vel fortè etiā videbit episcopus.vt ī.§.j.Siverò in oculo nō sit macula,sed alter altero sit grosior,aut certè vterq; prominēs,secundū Asten.talis promoueri nō prohibetur. ff.de ædil.edic.l.qui clauum.in prine. Gibbosus quoq; minimè repellitur.nisi sit deformitas nimia vel debilitas,secundū Archi.¶ Septimò,quid de leproso , aut vinum omnino nō bibēte?Et dico quòd leprosus promoueri non debet,secundū Hug.di.xlix.§.hinc etenim.sed & promotus populo celebrare nō debet propter scandalū:si tamē non fit deformitas nimia, nō est prohibēdus priuatim celebrare: vel etiā leprosis in publico,si fit potēs,pręsertim indigitis:nō autē sanis.Similiter nec ,promoueri potest qui vinū non bibit: quia celebrantem oportet sanguinem subtilem specie sumere: ī.q.vij.ipsi Apostoli.ī.Leprosus.§.vj.¶ Octauò,quid de furiosis,lunaticis,caducis,& dæmoniacis? Et dicit Gul.& gl.distin. xxxiij.in c.communiter . quòd nullus talium promoueri debet,etiam postquam fuerint liberati: & adde etiam si cadens morbo caduco semel tantùm ceciderit:vt in c.maritū. ea.dist. Si autem iam sunt promoti:aut sunt omnino & ex toto liberati:& tunc exequi poterunt officium sūū:& ad probandū ex pectari debet tempore arbitrio pēsatis cōditionibus morbi& personæ.Aut nō sunt liberati omnino & ex toto: & tūc si patiuntur frequenter aliquam harum passionum , omnino cessare debēt ab officio missæ.vij.q.ij.in literis.si autē raro : tūc aut cum spumectatione & vocis cōfusione: & sic iterū debēt abstinere:aut sine huiusmodi, & tūc ab officio missæ nō prohibentur,dummodo habeant iuxta se alium sacerdotem qui suppleat in defectu.vij.q.j.illud.Quidam tamē hoc de dæmoniacis nō admittūt:dicētes quòd oportet omnino eos liberos esse.Sed mihi videtur q̄ licet fuerint de hoc opiniones,vt no. in d.c.cōmuniter.si tamē p annū steterint liberi , ministrare possent secundum discretionē episcopi:non autē promoueri vt dictū est.Omniū autem prædictorum ratio dicta est ī.§.j.

¶ Nonò quæritur,quid de hermaphrodito & muliere? Et dico q̄ licet hermaphroditus magis in masculinū sexū vergat: tamē nec ordinari,nec ordinatus ministrare debet,licet character suscipiat. Si autem magis in fœminiū sexum , aut in vtrūque æqualiter vergat:non suscipit characterem,secundū Guli.& multo minus fœmina:quę tamen presbytera dici turvt in d.c.presbyter.di.xxxij.non quia habeat ordinem sacerdotij,sed quia vxor sit sacerdotis, & diaconissa quia homiliam legit.¶ Decimò quæritur,quis in prædictis possit dispēsare?Et dico quòd secundū Astēn.de mēte Host. in apparatu episcopus dispensare potest cum sponte mutilato,quantū ad membrū occultū,excepto castrato. Vnde dicit quòd cū religioso dispensare potest vt celebret cū ligneo pede:sed si mēbrum appareat:cum eo dispensare non potest nisi papa,quando fuit in culpa vitiationis.de cor.viti.cap.j.& cle.pu.in duel, c.j. De hoc tamen vide ī.Dispensatio.c.j.

¶ CORPVS Christi. vide ī.Eucharistia.

CRAPVLA est ciborū superfluitas,secundū gl.in cap.à crapula.de vi.& ho.cle. Vnde dicitur crapula quasi cruda epula:de quo vide ī.Gula.

¶ CREDENS hæreticorum,ī.Hæresis.j.§.viij.

CREDVLITAS duplex est: vt not.in c.inquisitioni. de senten.exc.vna scilicet temeraria & leuis:puta quando quis audiuit aliquid à leuibus vel paucis psonis,quibus credi nō debet.hæc ad cōsilium sui pastoris depouenda est. Alia probabilis & discreta:puta,quia videt solum eum sola in latebris:vel quia ita cōmuniter dicitur.Prima est suspicionis vel scrupuli:secunda verò opinionis.

De Crimine.

1 *Crimen iuxta Gratianū tripliciter sumitur.Et quarto modo & proprie dictum quid sit?*

2 *Crimen prout in merè ecclesiasticum , ciuile,ac mistum diducitur.quid sit iuxta quamlibet suam speciem?*

3 *Crimina,aut enormia præter superiorē diuisionē,sunt,aut mediocria,aut minora.Et quid vnumquodq;.Et qua promouendū impediant,aut promotum deijciant,& qua minimè.*

4 *Crimen quoque tertiò in publicum, priuatum & exceptum dicitur.Et ibidem quid vnumquodque:Et quòd denunciatus de quocūque crimine ab ecclesiastico iudice infamis efficiatur,sicut & de crimine publico damnatus:cum huius limitatione.*

5 *Crimina quanā suspensione, depositione, aut degradatione digna sint?*

6 *Criminosus per acta penitētia, num sine dispensatione celebret.aut promoueri possit?*

CRIMEN †secundū Gratianū dist.xxv.c.vnū.§. tūc autē.sumitur tripliciter. Primò generalissimè pro quolibet peccato etiam veniali.Secūdò,pro peccato commisso ex deliberatione,quod scilicet diuiditur contra ex ignorātiam vel infirmitate,siue sit mortale,siue veniale. Tertiò,q̄ peccato mortali.Adde quartò , q̄ iuridicè ,ppriè sumitur pro peccato quod depositionē vel irregularitate inducit.vñ in c.Apostolus.lxxxj.di.dicitur quòd crimē est peccatum accusatione & dānatione dignissimū: & de isto est hic intentio principaliter.¶ Primò † verò quæritur , de diuisione criminis in merè ecclesiasticū,&ciuile ac mistū.Et dico quòd ecclesiasticū crimē est,qđ ptinet ad ecclesię iurisdictionē: vt hęresis,sacrilegiū , simonia,piurium,vsura,adulterium.xij.q.ij.iosum.di.lxxvij.j.de fo.cōp.cū sit generale.& ibi de hoc p doct. Crimē ecclesiasticū merè est,qđ principaliter ortū à canonibus sumpsit,& solùm corā ecclesiastico iudice habet cognoscī:laicus aūt de eo se intromittere nō pōt:vt,crimen hęresis. Crimē verò merè ciuile p oppositū est delictū ciuili lege prohibitū,aliās in se nō peccatū:vt,ciuitatē noctu post signū peragrare . Crimē verò mistū est, qđ spectat ad vtrūq; forū: vt sacrilegiū,de cuius pœna etiā secularis iudex cognoscere potest,illudq; punire,secūm glos.in verbo, audiumus.in cap.felicis.de pœn.libr.vj.& de hoc est gl.sum.xj.quæstione prima. 1

¶ Secundò † quæritur , de diuisione criminum in enormia & mediocria & minora?Et dico quòd secundum Hostiensem & glo.Rayn.criminum quædam sunt enormia:inter quæ sunt, homicidium,scilicet voluntarium : & idem de casuali præcedente culpa:& simonia in ordine & beneficio. Et idem dicit Gof. 2 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cor.addens vitium hæresis.j.q.j.verum. Et hæc etiam post pœnitentiam impediunt promouendum, & iam promotum deijciunt, etiam si sint occulta.j.q.j.ventum est de hær. quicunq.&c.statutum lib.vj.de temp.or.quæsitum.de simo.tãta.&generaliter idem est de omni crimine inducente irregularitatem: alia verò enormia occulta, post pœnitentiam nõ impediunt promouendum, nec promotum deijciunt: vt in d.ca. quæsitum. vide j. Enormia. Quædaverò alia sunt mediocria. Dicuntur autẽ, secundũ Arch. mediocria exẽplificando adulterium, furtum sacrilegium, periurium, fraus, cum dolo, incestus: multo magis vitiũ Sodomiticum. de excess. præl. clerici. & similia adulterio maiora: & idem de fornicatione notoria cum incorrigibilitate post monitionẽ. de coha cle. & mu. sicut. In his igitur distinguendũ est. Nam si sunt manifesta: impediunt promouendum, & promotum deijciunt. Et intellige manifesta per sententiam vel cõfessionem in iure, aut euidentiam facti: vt in d.c. quæsitum. quòd si sunt manifesta solùm per famã, indicitur purgatorio: qua præstita quis absolueturr & si in ea defecerit, deponetur. de adul. significasti. & de purg.c.ex tuarum. Si verò huiusmodi crimina sunt occulta: possent tales post pœnitetiam manere in susceptis, & ad superiores ordines promoueri. de temp. ord.c.ex tenore. &.c.quæsitum. Minora verò dicuntur respectu grauiũ: vt venatio in clerico, ludus aleæ, & ebrietas. dist. xxv. cap. j. facere strepitum in tynodo. v.q.iij. in locõ. & similia. Et huiusmodi etiã manifesta non impediunt promouendum, nec deijciunt iam promotum. Si tamẽ post monitionem sequitur incorrigibilitas, efficientur grauiora. Et idem Hostien. vide etiam j. §.v. ¶ Tertiò

4 †quæritur dẽ diuisione criminis in publicum & priuatum, & exceptum? Et dico quòd crimẽ publicum est, cuius executio, id est, denũtiatio vel accusatio datur cuilibet de populo: quoniam ad publicã vtilitatem spectat ne crimina maneãt impunita: vt sunt homicidia, patricidia, adulteria, post quadragesimã tamen dicit: vt in l. iure mariti. C. de adul. & similiter crimen læsæ maiestatis. Priuatum autem dicitur, cuius executio pertinet ad illos tantùm, quibus infertur iactura: vt furtum, illata damna, & iniuriæ. Exceptũ verò est, ad cuius accusationem & testificationẽ etiam laici contra clericos admittũtur, si zelo bono pœdant: vt crimen simoniæ, hæresis, læsæ maiestatis, & sacrilegij: de quibus vide cõcor. in gl. sum. ij.q.vij. vbi addicur crimen dilapidationis: & cap. cum P. Manconella. de acc. Aliquando tamen dicitur crimẽ publicum, quod ad publicum iudicium spectat: vt sunt quæ notantur ff. de publ. iu. l.j.xij. Et ibi Bar. in l.j. dicit iudicia tripliciter dici publicum. Primò largissimè, vt omne quod fit ad publicam vindictã vel vtilitatem. Et secundò, quando quilibet de populo potest accusare. pro quo dat regulam, quod in omni iudicio non respiciente offensam certæ personæ quilibet de populo potest accusare: vt si quis furet cõtra statutũ prohibens furare per corpus Christi, quilibet accusare potest, licet talis non puniatur pœna infamiæ. Tertiò sumitur strictè, quando damnatus statim efficitur infamis: vt in l.j. ff. de his q not. infam. hæc ex illo. Secundum tãmen canonicum omne crimen dicitur publicum, quia ad publicum iudicium spectat puniendum: vt in cap. crimina. de collu. iuncta gl. Et damnatus de quocunque crimine ab ecclesiastico iudice, efficitur infamis: vt dicit damnatus propter publicum crimen. quod limita verum si damnatur propter dolum, non si propter culpam: vt not Ang. Aret.

5 Insti. de susp. ex. §. suspectus. ¶ Quarcò quæritur, quæ crimina digna sint suspensione, quæ depositione, & quæ degradatione? Et dico quòd suspensione digna sunt, secundũ do. Ant. fo. c. at si clerici. de iud. omnia, ex quibus quis de facto est infamatus: quòd intellige quando populus scandalizatur. de pur. ca. c. ij. etiam si sit episcopus. Ioan. And. post Arch. in cap. j. de accu. in glo. Depositione verò digna sunt, secundum do. Ant. vbi s. omnia delicta causantia irregularitatẽ, quæ doctores enumerant in cap. nisi cum pridem. §. propter conscientiã. de renũt. in gl. magna. de quibus j. Irregularitas. Item si sint diu continuata. lxxxj. di. presbyter. in gl. Item fornicatio notoria, vel diu cõtinuata, vel scandalosa. de excess. præl. quàm sit. Degradatione autẽ dignũ est omne crimẽ, de quo j. Degradatio.

6 ¶ Quintò † quæritur, vtrũ criminosus celebrare aut promoueri possit peracta pœnitentia sine dispensatiõe? Et dico hoc patere ex dictis in §. ij. Secundum glo. enim & Inn. in c. ex tenore. de temp. or. hoc esse potest si crimẽ est occultum: aliter verò pœniteat. text. est in cap. fin. de temp. or. quia sufficit absolutio sacerdotis ex clauiũ potestate: & hoc nisi crimẽ sit tale, quod executionem impedit post pœnitẽtiam: vt in d.c. nisi cum pridem. §. j. vt in eo qd irregularitatẽ inducit. Vel ista de mediocribus intellige, vt patet ex d.c. ex tenore. Si verò crimen est manifestũ aliquo triũ modorũ qui dicti sunt, quamuis nõ sit enorme, sed mediocre: sine dispẽsatiõe hoc fieri nõ põt, etiã peracta pœnitẽtia. Nec obstat c. presbyterum. &.c. pervenit. dist. 50. quia per illud nõ est ablata facultas dispensandi cũ vere pœnitẽtibus, maximè vbi scandalũ nõ imminet. di. 50. vt cõstitueret. &.c. dño sancto. Et hæc vera sunt in criminibus capitalibus, quæ dicũtur mediocria: secus in his in quibus, de quibus j. Enormia. De hac materia crimiñ. habes j. tit. Accusatio. & tit. Correctio. & j. tit. Denũtiatio, & ti. Inquisitio. & tit. Inscriptio. & tit. Peccatum. & tit. Pœna. & tit. Vita.

¶ CHRISMA, vide j. oleum sanctum.

¶ CRUCE signatus: vide j. Indulgentia. §. x.

De Culpa & Dolo.

1 *Culpa, qua est in moribus peccatum, in quo a peccato differat? Et quid à casu fortuito? Et ibidem de dolo, & quotuplex sit, & calliditate, fallacia, ac machinatione, de ignorantia affectata.*

2 *Culpa iuridicè loquendo, quot species, seu differentiæ sint? Et quot iuxta canonum doctores? Et ibidem cuiusque speciei definitio, & exempla.*

3 *Culpa prædictæ species qualiter distinguantur: an ex diuersa dispositione delinquentis, an verò ex ipsius rei natura? Dolus autem iuxta delinquentis interiorem dispositionem per signa expressa, vel præsumpta, spectatur.*

4 *Culpa lata num dolo æquiparetur? Et id in quibus actionibus? Quid autem si lex, aut statutum non requirit dolum, sed simpliciter loquatur, an lata culpa dolo æquiparetur?*

5 *Culpa cuius occasione, quis ex contractu teneatur? & pro quo ex officio, & pro qua ex malefitio? Et de his speciatim.*

6 *Culpam esse non prouidisse, quod à diligenti prouideri potuit.*

7 *Dolum in contractum tripliciter venire.*

8 *Dolus, an contractum spiritualem, puta votum, & huiusmodi annullet? Et quid de contractu temporali? &c.*

10 *Dolum allegans, probare debet. Et ibidem, quòd vbi contractuum ratione doli nullus est, si tamen vult deceptus potest contractui per stare: ne dolosa dolus prosit?*

11 *Mediator alicuius contractus, an possit in contractu eodem mutuis esse?*

12 *Bona alicuius, quæ ex statuto ppter alicuius delictũ prouenerunt, num quis tenere possit, si idem dolose egit, vt ille delictum committeret. Et ne quis pactis quæ at, vt de dolo non teneatur.*

13 *Pœnam spiritualem, num quis sine dolo incurrere possit? & quid de pœna corporali? Et in causa status, sanguinis, vel fame, quis dolus requiratur? Et an lata culpa dolo æquiparetur?*

14 *Iuris ignorãtia, nũ à dolo, & cõsequente pœna, ad quæ incurrendam dolus requiritur, excuset? Et ad hæc ibidem, quòd ad*

hæc vel statutum verum dolum requirit, ignorans non incurrit pœnam eius, quamlibet sit culpabilis. Et quid vbi requirit dolum præsumptum?

15 *Ignorantiam iusta causa à dolo excusare.*

CVLPA est peccatũ in moribus, siue volũtarium: vnde cum assimiletur peccato in hoc quòd vterque est deordinatus actus, id est, non congruens debito finiũ hoc ab illo differt, quòd peccatũ est in operatione naturæ, artis & voluntatis: sed culpa in operatione voluntatis tantum. & patẽt ista xij.q.xxj. ar. ij. Iuridicè tamen loquendo culpa secũdum Pan. in c. vtuico. de cõm. est deuiatio ab eo quod est bonum: & per hominũ diligentiam poterat præuideri. Vnde in hoc vltimo differt à casu fortuito, qui præuideri nequit. extra de homici. c. Ioannes. Dolus autem aliquando bonus & licitus est, sumitur quę pro solertia. Vnde dicitur quis bonæ indolis, id est, bonum dolum iotus habens, id est, bonum ingenium & soleꝛtiam. Sicut Salomon iudicando meretrices adhibuit bonum dolum, id est, ingenium: de præsump. asserte. Et idem generaliter est, quoties quis simulatvt fevel sociũ seruet indemnem à proximo: vt in l.j. ff. de dolo. vbi gl. exemplificat de capto à Gemensi qui se cõtractũ simulauit: quod quidem licet: vt ff. de nego. gest. l. at qui natura. §. cum me. & ff. de leg. ij. l. cum pater. §. Titia. & ff. si quis om. cau. testa. l. quia aũt. §. si patronus. Et de hoc infrà Simulatio. Aliquando verò est malus: & sic cõmuniter sumitur: & diffinitur in d.l.j. à Labeone, quòd dolus malus est omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circumueniendũ, fallendũ, & decipiendũ alterum adhibita. Vbi singula singulis reddenda sunt: vt scilicet calliditas sit ad circumueniendum, fallacia ad fallendum, machinatio ad decipiendum. Et calliditas quidẽ cõmittitur in animo, tacendo. ff. de act. empt. & ven. l.j. Sicut si venditor sciuit rem alienã aut obligatam, & tacuit. Fallacia autem in verbo, mentiendo. ff. de fur. l. falsus. § si quis. Machinatio verò fit arte verborũ. ff. de act. empt. & vend. l. Iulianus. §. idem. xxij. q.ij. quæ cunque. nam machinatio est occulta insidiatio. Host., autẽ dicit quòd dolus est insidiosa machinatio: vt si cõmodatarius furripi fecit rem commodatam. ff. de dolo. l.j. vbi machinatio ponitur prout etiam includit mendacium & calliditatem cum intentione nocendi. Adde autem, secundũ Gemi. in c. fi cõpromiss. Farinus. §. si verò. de elect. lib. vj. quòd dolosè facit quis, quando scienter rem sibi prohibitam facit. Adde secũdò quòd ignorantia affectata, quæ scilicet est quando quis noluit aut dissimulauit scire de tem. or. eos. lib. vj. est dolus & non culpa. Differt autem dolus à fraude: quia illa propriè est per facta: ista verò p verba & facta. ¶ † Primò verò quæritur, quot & quæ sint species seu differentiæ culpæ loquendo inridicè? Et Bar. in l. quod Nerua. ff. depo. videtur dicere quòd sunt quinque: quia vltra leuissimam & leuem ponit latissimã, quæ est idẽ quod verus & manifestus dolus: & latiorẽ, quæ est dolus præsumptus: & latam, quæ est nõ intelligere quod omnes intelligerent, vel pars maior. tex. est in l. latæ culpæ. ff. de verb. sig. & hoc videtur sequi Sum. R. of. contra Ang. & Sũpple. Sed est notandũ quòd cõmuniter glo. nõ ponunt nisi latam culpam, non autem latissimam: quia illa non ponit in numerum cum dolo vero, nec latiorem. Vnde tex. in d.l. quod Nerua. ponit latiorem pro lata: & sic collige secundũ gl. in d.l. quod Nerua. quòd nomine doli non cõprehenditur propriè qui ex culpa fecit: cùm differat re & nomine dolus & culpa: qa dos est à proposito. ff. de dolo. l.j. §. dolum. non autẽ culpa. ff. man. l. si procuratorem. §. dolo. Intellige tamẽ à proposito, id est intentione nocendi: quia dolus est cùm voluntate nocendi: culpa cum scientia sine voluntate, nisi per accidens: negligentia sine vtroque. Vnde & Bal. in l. quid ergo. §. pœna. ff. de his qui no. infa. sentit dolum non esse regulariter culpam: quia dicit quòd mitius agetur, si quis aculeatur de homicidio doloso, & probetur culpa. Verum est tamen quòd lata culpa est dolus præsumptus: ita quòd vbi quis tenetur de dolo, venit etiam lata culpa: tamen non est verus dolus: vt no. gl. in c. bona fides. de depo. & in conscientia, vbi præsumptio cessat: lata culpa non habetur pro dolo. Igitur distinguendę sunt tantũ modò tres species culpæ: sicut distinguũt cõmuniter omnes Canonistæ: Et sunt culpa lata leuis, & leuissima: inter quas, si qua media culpa inciderit ad alterum extremorum ratione abilis iudicis arbitrio retrahenda est. Lata culpa, est deuiatio incircũspecta ab ea diligẽtia, quã cõmuniter habẽt homines eiusdem ꝓfessionis. Vñ ignorare quod cõmuniter scitur: est lata culpa. Vbi notanter dicitur incircunspecta, inconsideratam ad differentiã doli, quæ est insidiosa machinatio. Vnde si deuiatio esset seriosa, tam ibi esset dolus. Exẽplum huius est, si librum cõmodatũ dimisisti extra domũ super banco, & subtractus est, quia ibi est lata culpa, eo quòd tuæ professionis homines hoc non fecissent, sciẽtes ibi librũ periculosè locari. Si tamen error esset in eo quod nõ sciunt communiter homines vnius professionis vel artis, sed solùm excellentissimi: non esset lata culpa, secundum Bar. in d.l. quod Nerua. Sicut si pecuniam deposuisti apud cãpsorẽ, qui cõmuniter habebatur bonæ conditionis, & non erat: sicut etiã secundũ Bal. in l. pignoris. C. de pigno. act. non est lata culpa, si bestias incursu hostiũ ꝓdidi accedẽs ad molendinũ: ad quod maior pars securũ credebat accessum. Leuis autẽ culpa, est deuiatio incircũspecta ab ea diligentia, quam cõmuniter habẽt homines diligentes illius professionis. Vbi notãter dicitur, diligentes, ad differẽtiam latæ culpæ. Vnde leuis culpa, est omittere quod diligẽs homo nõ omisisset: vel facere quod diligẽs nõ fecisset. Exẽplum huius est, si fœnerator pignoratas vestes nõ excussit eo tempore quo diligẽs excussisset: vel si cõmodatarius rem cõmodatum locauit quidem in camera, sed ostiũ reliquit apertum ex incircunspectione. Leuissima autẽ culpa, est deuiatio incircunspecta à diligẽtia, quam cõmuniter habent homines diligẽtissimi: vnde leuissima culpa est nõ præuidere quod diligentissimus præuidisset. l. si putator. ff. ad legem Aquil. vel omittere qđ diligẽtissimus nõ omisisset. l. diuus. ff. de off. pręsi. vel non facere quod faceret diligentissimus. Exemplũ huius est, si cõmodatarius rem cõmodatã in camera & in arca locauit: sed non firmauit arcam claue, & sublata est. ¶ † Secũdò quæritur, vtrũ istæ culparũ species distinguantur solùm ex diuersa dispositione delinquẽtis, vel ex rei natura? Et dico quòd nullo modo distingui possunt ex parte delinquẽtis solùm: tum quia distinguũtur in vtroque iure humano, quæ nõ respiciunt interiorem dispositionẽ delinquentis foris nõ apparentem, quãtum ad forum iudiciale, ad quod maximè ista deseruiunt: tũ etiã quia ex parte delinquẽtis tam leuis quàm grauis, id est, lata vtraq. potest esse leuis: vt si grauem admittat ignorantẽr: unò leuis potest esse grauis, & etiam dolus ratione voluntatis nocendi. Vnde distinguuntur ex natura rei, non quidem ratione obiecti, vel rei, cùm in re leui posit esse culpa lata: sed ratione modi agendi. Dolus autem attenditur secundum dispositionem interiorem delinquentis apparentẽ per signa expressa vel præsumptiua. Vnde quàm primum in culpa apparẽt signa machinationis, id est, malæ intentionis, transit in dolum, & desinit esse culpa. Et hęc faciunt ad dicta suprà Clericus iij. §. vj. casu j. ¶ † Tertiò quæritur, vtrum lata culpa æquiparetur dolo? Et dico quòd loquendo de actionibus descendentibus ex delicto vel quasi, non æquiparetur dolo quantum ad pœnam corporalem, vt infrà. §. xj. & xij. Quantum verò ad pecuniariam, etiam nõ æquiparatur ei, &

Prima Pars

Sytuestri. P

Universidad de Deusto
Biblioteca

lex aut statutum expresse dolum requirit: vt dicit Bar. in l. in actionib*. ff. de in lit. iur. & gl. in §. suspectus. Instit. de suspe. tu. Vide dicit Bal. in l. si qs in quod. in fin. ali col. ff. de iurisdi. om. iudi. quòd quando delictum circunscribitur per dolum, non sufficit culpa: secus in his, in quibus culpa venit punienda. Allegat. l. senat*. C. de his q tibi adscri. ali. in testa. & l. plagij. criminis. C. ad leg. Fa. de plag. Et vt no. Ang. in l. si quis. §. do li. ff. de iurisdi. om. iud. vbi mentio fit de dolo, requiritur verus dolus. Si verò lex aut statutū dolum nō requirit, sed loquitur simpliciter: sic æquiparatur lata culpa dolo. ff. ne vis fi. ei. l. j. Similiter ei æquiparatur in actionibus descendentibus ex cō tractu vel quali: vt in d. l. quod Nerua. ¶ † Quartò quæritur, pro qua culpa teneatur quis ex contractu, & pro qua ex offi cio, & pro qua ex maleficio, id est damno dato? Et quide quā tum ad primū quæsitū patet ex suprà Cōmodatum. §. viij. Quā tum verò ad secundum, Pan. in c. cū causa. de testi. dicit quòd judex tenetur de dolo & lata culpa, nō autē de leui: quod ve rum est, quando officiū non assumpsit vel quæsiuit: sed à supe riore in positū acceptauit. Secus de eo, q quæsiuit, cùm alius diligentior fuisset: quia tenetur etiam de leui. Similiter tene tur solùm de dolo & lata culpa agrimensor, & alij assumpti ad calculum, vel concordiam. & est tex. in l. fi. & ibi Bar. ff. si mensor. fal. mo. dix. & in l. fi. ff. de var. & extraor. cog. & no. glo. in c. quia indicante. de præsumpt. & idē videtur esse in omnibus artificibus. Quod tamen fallit in exercentibus artem aliquā tanquam peritis, id est, qui se peritos & magistros profitent: quia tenentur de leui & leuissima secundū quantitatem culpæ & imperitiæ. Facit quod no. gl. hīb. de obli. quæ ex quasi delic. na. & tenet Pan. in d. c. quia indicante. de præsumpt. quod verum putarem quādo aliàs diligentem quæsiuisset, nisi fuis set deceptus ex professione istius: quia etiam tenetur de leui: aut diligentissimū: quia tūc tenetur de leuissima. Quantum verò ad tertiū, dico quòd in foro contentioso pro culpa qua cunq;, vel de dolo. Vtrum autē in foro animæ teneatur quis damnum resarcire, quod ex sua culpa intulit proximo. Inno. in c. quia pleriq;. de immu. eccl. vt ei adscribit Sū. Ang. licet hoc in eo ibi non legā expresse, sed est in c. sicut dignū. de ho mi. vult quòd teneat solùm de dolo & lata culpa: quod multi doctores hābent pro dicto singulariter: tamē dico, inquit, quòd tenetur pro quacunque culpa, pro quo tenetur iure canonico vel etiam ciuili, per ea quæ dicam, inquit, infrà Ex. §. iiij. Et pro hac opinione est gl. cum tex. in c. consuluisti. ij. q. iij. quæ dicit quòd occidens nolens occidere, tenetur, si fuit in culpa licet lenissima. ff. ad leg. Aquil. lised & si quicunq;. §. ij. & l. in
6 lege. Culpa† autem est quod à diligenti potuit prouideri, & non est prouisum. ff. eo l. si putator. & tenetur etiam quantū ad Deum, vt hic, & dist. 50. clerico. & xxxiij. q. ij. in lectū. non tamē punitur ratione homicidij, sed ratione negligentiæ: vt xv. q. j. inebriauerunt. hæc ille. & facit c. fin. de inu. & dam. da. quod loquitur indefinitè. Et hoc est tutius, inquit, cū ipse In no. nullo iure dictum suum probet: quia d. c. inebriauerunt. quod pro se adducit, aut nihil, aut contra eum facit, si rectè inspiciatur. cum hoc autem concor. Ioā. And. in c. quoniā cōtra. de proba. quem ibi sequitur Pan. Sed his non obstātibus, dictum Inno. placet magis: & est opinio cōmunior, quām se quitur Io. de Ana. in d. c. sicut dignum. & Pan. ibi, & in c. j. de consti. & in c. dilecti. de arbi. & c. si egressus. de iniur. & c. cum causam. de testi. & in multis alijs locis: & Lud. de Ro. & Ros. vt suprà Aduocatus. §. xx iij. Sed de his infrà, Restitutio. iij. in
7 pluribus. §. & maximè. §. viij. ¶ † Quintò quæritur, quot mo dis dolus veniat in contractu? Et dico quòd tribus. Primò, dando causam contractui per contrahentem: vt puta, dolo se induxi vt venderes mihi, quod aliàs non eras venditurus: vel per alium mediatorem inducentem vel vendendum. Se cundò, non dando causam: vt quia eras venditurus, sed per dolum te induxi vt minori pretio venderes. Tertiò, nec hic, sed re ipsa euenit sine dolo & facto partis: puta, si ambo igno rabant iustum pretium.

¶ † Sextò quæritur, vtrum dolus annullet contractum spiri tualem: puta votum, & huiusmodi? Et dicit Panorm. in cap. cum dilecti. de emp. & vend. quòd non: nec potest quis excu pere de dolo, quando fuit inductus ad bonum: quia non est propriè dolus: puta, dolo induxi te ad religionem: vnde tenet ingressus. facit quod not. in cap. cum dilectus. quod met. cau sa. Vide etiam glo. in l. à diuo. ff. de ritu nupt. quæ hoc tenet etiam in matrimonio. & idem Veruec.

¶ † Septimò quæritur, vtrum dolus annulet cōtractum tem poralem: puta, venditionem & huiusmodi? Et dico sic: Si do lus per contrahentes dat causam contractui, non tenet in cō tractibus bonæ fidei, secundum glo. Panormi. in cap. cum di lecti. de empt. & vend. & glos. in l. ij. C. de rescind. vend. & gl. cum Barto. in l. & eleganter. ff. de dolo. & placet, licet Pe teneat contrarium: in contractibus autem stricti iuris tenet quidem contractus: sed agens ex eo eliditur ope exceptionis. ff. de verbo. obliga. l. si quis cum aliter. & C. de pac. l. cum po stea. Si verò dolus per alium à contrahentibus dat causam contractui, etiam bonæ fidei: tenet contractus: sed agitur cō contra mediatorem de dolo. d. l. & eleganter. §. j. ff. de proxe net. l. ij. & iij. tenetur etiā is, pro quo factus est, si deest solu do is qui dolum dedit. quod intellige inquantum factus est locupletior: vt l. finali. ff. de eo per quem fac. erit in princip. & non plus. Si verò dolus non dedit causam contractui, sed incipit in contractum: tenet quidem contractus: sed in con tractibus bonæ fidei agitur ex eo contractu, vt supplea pretium. ff. de act. empti. & vend. l. Iulianus. §. si vendi erit tamen in emptoris arbitrio, vel supplere pretium, vel stituere rem, si deceptio sit vltra dimidium iusti pretij. c. causa. de empt. & vend. & C. de rescind. vend. l. ij. imò in conscientiæ etiam si deceptio sit minus dimidio. In con ctibus verò stricti iuris agitur de dolo. d. l. & eleganter. sosum. in fin. Si autem dolus nec dedit causam, nec in sed re ipsa euenit: sic nō est peccatum: nec restituere te nisi repetatur, si à principio non plus emisset, etiam si set plus valere: puta, quia non expediebat sibi plus em autem plus emisset à principio si sciuisset, & deceptio tabilis: tenetur restituere rem, vel pretium augere: quis eum aliter. vbi æquiparatur deceptio vemens re ex proposito: & dicto capit. cum dilecti, secus in modico. verò vtraque sciebat rei valorem: dic vt infrà Emptio. §. vij. Et iuxta prædicta intelligel. ij. C. de rescind. vend. & l. §. Pomponius. ff. de mino. & capit. cum dilecti. & capit. causa. de empt. & vendi. vbi dicitur licere contrahentibus q que ad dimidium se decipere in contractibus bonæ fidei. ¶ † Adde prædictis primò quòd dolum allegans, dolum ha bet probare: vt infrà Locatio. §. xij. ¶ Et secundò ex Pano mita. in dict. capit. cum dilecti. quòd vbi contractus ratio doli est nullus: tamen deceptus, si vult, potest stare cōtractui ne dolus prosit doloso: quia illa nullitas causatur in fauorem dolum passi, non decipientis. de rerum permuta. cum virum fortium. & de hoc nisi contractus esset iure prohibitus: vt in d. Iā diuo. iuncta glo. ¶ † Et tertiò adde si quæratur vtrum ex lit mediator possit esse testis in talī contractu per eum ce brato. quod Panor. in c. ex literis. de transact. dicit media rem alicuius contractus describi posse vt testem in instrum to contractus: non autem viua voce testificari: vt notatur in capit. j. de testib. libro sexto. Et diuersitatis ratio est, quia in instrumento describitur de consensu partis vtriusque: item tollitur suspicio propter fidem instrumenti. ¶ Octauò † quæritur, vtrum possit quis tenere bona alicuius quæ venerit ad eum ex statuto propter delictū alicuius, si ipse dolosè egit vt ille committeret delictū? Et dicit Pan. in c. postulatis. de cōcess. præben. quòd nō. Et bene facit tex. ibi in fi. cum sua glos. ¶ Nonò quæritur, vtrum possit quis pacisci vt non teneatur de dolo? Et dico quòd non: vt est tex. in l. j. §. cōueniat. ff. de po. quia conuentio hæc est cōtra bonam fidem, & bonos mo resindeoq; nec sequendam tex. ibi dicit. ¶ Decimò † quæritur, vtrum sine dolo incurrere possit quis pœnam spiritualem, id est, excommunicationem prolatā à iure, vel corporalem? Et de excōmunicatione quidem dico vt j. Excommunicatio §. ti. §. iij. De pœna verò corporali dico quòd nunquam sine do lo imponenda est, secūdum gl. & Bar. in l. in actionibus. ff. de in lit. iur. & Bal. in l. data opera. C. qui accusa. non poss. & d. l. in lege. Vbi dicit Bart. q̄ in pœnis corporalibus vel in rogāti bus infamiam lata culpa nō æquiparatur dolo: & gl. in d. l. in actionibus. approbata communiter: & Bar. in l. quod Nerua. ff. deposi. & d. l. in lege. dicit quòd in causa sanguinis, status, vel famæ, lata culpa nō æquiparatur dolo: ideoq; in his verus dolus requiritur: nō obstante quod Ange. in d. l. in actionibus. tenens contrarium, dicat Paruinum consilium cōtra Barto. cōsuluisse in hoc: quia si cōsideretur l. j. C. de noxa. verior est opinio Bart. & iura quæ Angelus adducit in cōtrarium conti nent casum speciale. ¶ Undecimo † quæritur, vtrū iuris ignorantia excuset à dolo, & cōsequenter à pœna, ad quam incurrendam requiritur dolus? Et dicit Cy. in regula, ignorantia: li. vj. quòd sic: quia licet iuris error sit lata culpa, nō tamē est do lus: vt ff. de his qui no. infa. l. j. vbi est gl. singularis. facit l. j. ff. de abige. & quod no. Bar. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. vbi dicit quòd minor credens sibi licere, rem suā sine cuiuscunq; authoritate occupans: non incurrit pœnā d. l. si quis, quia nō est in vero dolo, & allegat l. j. C. si aduer. delic. & sequit' d. An toā in c. j. de do. & cōtu. allegāt l. si ex causa. §. si commissum. de mino. Et pro hoc etiā scilicet quòd ignorantia excuset dolo, est tex. & ibi Barto in l. sed & si lege. §. scire. ff. de pet. vbi error iuris excusat ab inuatiōe, ne quis dicat prædo. tenet Sal. in l. senatus. C. de his qui sibi aller. aliq. in testa. ng. in l. fi q̄ id. §. doli ff. de iurisdi. om. iudi. vbi allegat Bur. s dixisse, quod etiam ignorātia iuris naturalis excusat à dolo. Et ad l. ij. C. de in ius voc. quæ videtur cōtraria, di od ibi nō requirebatur verus dolus, sed præsumptus. Et ndit d. But. in regula. ff. de iur. & fac. ign. Quod Ang. li mitat in l. ij. ff. qđ quisq; iur. verū, nisi sit doctor vel assessor, cui turpis est iuris ignorātia. Et idē Ang. dicit in d. l. senatus. q̄ creditur alleganti se ignorasse ius, ad excludēdum dolū, & consequenter pœnam quæ esset imponēda propter dolum. & dicit ibi esse casum. Ex prædictis omnibus collige q̄ vbi ius vel statutum requirit verum dolum, ignorans nō incurrit pœnam eius, quantuncunq; sit culpabilis, licet alio modo sit puniendus. secundum modum culpæ. Vbi verò ius vel statu tum requirit dolum præsumptum, ignorans crasse & supinè non excusatur: quia est in dolo præsumpto, quod patet in cē suris ecclesiasticis, quæ cùm requirant dolum præsumptū, ta liter ignorans nō euitat illas: vt patet in c. vt animarum. peri culis. de constit. lib. vj. Secus si esset in leui culpa ignorantiæ. ¶ Duodecimò quæritur, † vtrū ignorātia iniustę causę excu set, à dolo? Et dico q̄ sic: & quemlibet: vt no. Bal. in c. vt ani marum. in princip. secundæ colum. de constit. lib. vj. vbi dicit quòd perturbans aliquem in possessione ex iniusta causa, pu tans sibi licere, excusatur à pœna statuti punientis in cetum quod dolum requirit: per notata in l. plagij criminis. C. ad leg. Fauiam de plag. notat etiam Ioānes And. in tit. de arbi. in additio. ad Specu. & idem no. in capi. j. de elect. lib. vj. & Bald. in authen. generaliter. C. de episco. & cler. & sequitur do. Ludo de Ro. in rubr. de arbit. colum. xxvij. & pro hoc glossa. in l. vnica. §. fin. in magna gloss. ff. si quis ius di. non obtemp. & Bartolus & Ange. in l. j. in fin. ff. de abige. Innoc. in c. de seruorum. de seruis non ordi.

CYPIDVS non est ordinandus. vide infrà Ordo. iij. §. secunda.

De Cura animarum.

1 *Cura animarum duobus modis dicitur. Et quid secundum quemlibet modum?*

CVRA† animarum dupliciter dicitur. Primò quidē stricte: & sic secundum Inno. in cap. cum satis. de offic. archi. est potestas ligandi, & soluendi in foro pœnitentiali, quę *Cura animarum.* nulli conuenit prælato, nisi sacerdoti: vt probatur xxj. distinctio. in nouo. de pœn. & remiss. omnis. & quam etiam quilibet sacerdos simul cum ordine accipit: licet non istos vel illos, qui sibi non sunt commissi. Et secundò largè: & est potestas eijciendi & recipiendi in ecclesia, cogendi & puniendi excessus. xxj. distinctio. §. j. sub qua etiam excommunicare, interdicere, suspendere, & huiusmodi, quæ sunt ad morum correctionem. de ele. dudum. el ij. Et de vtraque harum intelligitur c. de multa. de præben.

CVRATOR quis sit, vel esse possit, & quomodo differat à tutore: vide j. Tutor.

CVRIALIS dicitur, qui nexibus curiæ ligatus, principibus adulatur. xxxvij distinctio. nónne. & dist. lj. qui in aliquo. Curiales etiam dicuntur aduocati in causa sanguinis: vel milites seu officiales exercentes sæua. dist. lj. aliquantos. & capitulo seq. Hi etiam quandoque prohibentur ordinari: vt j. Ordinandus. §. ij.

De Curiositate.

1 *Curiositas definitio, & circa quæ versetur curiositas?*
2 *Curiositas vitium, quomodo possit esse in cognitione intellectiua? Et cognitionem veritatis, quæ de se bona est, sex modis ratione alicuius consequentis mala esse potest.*
3 *Curiositas circa cognitionem sensitiuam, quotuplex quoad? Et ibidem studium circa sensibilia, quot modis vitiosum esse possit?*
4 *Curiositas in parte intellectiua & sensitiua simul, septem modis peccatum mortale sit: de quibus singillatim.*

CVRIOSITAS† secundū Sanctum Tho. ij. ij. q. clxvij. est vitium circa inordinatam cognitionis appetitum: & est in vtraque cognitione possibiliter, scilicet intellectiua & sensitiua: est etiā secundum Supple. curiositas superfluum aliquod peragendum. quod probat: quia idem Sanctus Thomas ij. ij. q. clxix. dicit quòd artifices ornamētorum peccat inueniendo superflua & curiosa. Sed fallitur: quia talia non dicuntur curiosa in ordine ad artifices: nisi superfluè velint cognoscere & experiri: sed in ordine ad mulieres vel homines vanos, qui superfluè apperūt talia cognoscere cognitione sensitiua, puta visu. ¶ Primò † verò quæritur, quomodo possit esse vitium curiositatis in cognitiōe intellectiua. & dicit idem vbi j. quòd veritatis cognitio de se bona est: sed potest esse mala ratione alicuius cōsequentis sex modis. Primò inquantum inde quis superbit. Secundò, inquātum ea vtitur ad peccādum. Tertiò, inquātum inde retrahitur à studio sibi necessario incumbente. Quartò, inquātum studet discere à quo non licet: puta futura à dæmonibus. Quintò, inquantū

Universidad de Deusto
Biblioteca

cognitionem creaturæ ad finem debitum non refert, id est, cognitionem Dei. Sextò, inquantū ad hoc studet suprà ingenij proprij facultatem. ¶ Secundò † quæritur, quomodo esse 3
posit circa cognitionē sensitiuam? Et dicit idem quòd studiū circa sensibilia cognoscenda dupliciter potest esse vitiosum. Primò, inquātum non ordinatur ad aliquod vtile: sed potius inde auertit. Secundò, inquantū ordinatur ad aliquod noxiū: sicut inspectio mulieris ad concupiscentiam: & cognitio de factis aliorum ad detractionem. Si autē ordinetur ad necessitatem sustentationis, vel intelligentiam veritatis, est virtuosa curiositas. ¶ Tertiò † quæritur, quot modis sit mortale? Et 4
dico q̄ secundū quod ab eodē, & ab Alex. colligitur, est mortale septē modis in ptē intellectiua & sensitiua simul. ¶ Primò quātum ad finem: vt si ordinatur ad finē, qui sit mortale peccatum. ¶ Secundò, quantū ad eos, à quibus vult cognoscere: puta, à dæmonibus, vel alijs, à quibus prohibetur sub præcepto. xxvj. q. j. illud. ¶ Tertiò, quantū ad ea, quæ volumus cognoscere, quòd sint, phibita: vt velle deliberatē & à proposito audire peccatū eius, qui cōfitetur alteri incantatiōes aliquando, & diuinationes & huiusmodi prohibita: quia similis culpa est discere, sicut docere prohibita. l. culpa. C. de male. & ma. scilicet nisi aliquis bonus finis excuset: puta, ad ista impugnandum. Facit c. nec mirū. xxvj. q. v. Et idem tenet Sum. Ange. de quoclīq. quod sine mortali exerceri nō potest: sed hoc non est verū, nisi forte in his, quæ sunt mortalia de se: puta, in duello: vnde torneamētū quod cessante statuto ecclesię posset in casu fieri sine mortali, nō est mihi mortale videre: quia hoc nec de se, nec ab ecclesia, phibitū est: & hoc nisi placeret mihi peccatū alterius: puta quia volo illud fieri vt videā. Secus si nollem illud fieri: tamē volo videre dum fit. Imò durū videtur quòd sit mortale videre duellum: nisi adsit aliqua cō placentia de malo, vel periculum. Et de hoc j. Ludut. ¶ Quarò quantum ad cognitū seu vsum, cuius visio est videnti probabiliter periculosa de mortali: sicut cōmuniter accidit volētibus videre homines aut bestias coēūtes: aut genitalia mēbra maximē sexus alterius: aut videre vel audire mulieres in loco piculoso sibi, puta in prostibulo: aut velle scire quomodo sit aliquod peccatū, cuius cogitatio vehementer & periculosē mouet: aut homines ex animo pugnantes videre, etiā si ipsa pugna dilpliceat: quia inde faciliter sequitur cōplacentia de malo alterius. Et generaliter idem dico in omnibus, quorum notitia est volēti noscere periculosa de mortali. ¶ Quinto, quantū ad ea, quæ, ppter curiositatē omittūtur: puta, quia necessariò facienda incumbunt: vt si quis omittat scire necessaria ad suū officiū, vt intēdat poētis vel architecturę: vt multi prælati ignorātes. Facit c. nōnne. & c. vnio. xxxvij. di. ¶ Sexto, quantum ad modum, puta quia propter cognitionē nansifcendam exercet prohibita: puta superstitiosa aut prohibita patitur: puta, tactus impudicos. ¶ Septimò, quantum ad scandalum quod inde paratur proximo, qui inducitur ad mortale: puta, ad detrahendum: aut aliquid tale.

De Custode.

1 *Custos, qui in triplici differentia est, pro qua culpa teneatur? Et quæ sit eorum, qua hic de his dicuntur, ratio? nu. seq.*
3 *Custos. si neget rē se dolo vel negligētia amisisse, quis probet?*
4 *Custos carceris, num à custodia liberatus sit, si potestas dubitant familiam suam ad custodiam mittat?*
5 *Custos castri, si in fine anni, quo ipsum custodire promiserat domo offerat recipere nolenti, ac deinde ab hoste interceptum sit, an de custodia teneatur?*

1 CVSTOS est triplex. Quidam scilicet accipiēs mercedem pro custodia specialiter: & accipiens quidem, sed non specialiter pro custodia: & nullam omnino accipiens mercedem. ¶ Primò verò quæritur pro qua culpa custos teneatur? Et dico quòd primus tenetur de dolo, & lata, leui, & leuissima culpa, secundū glossl. in l. qui mercedem. ff. locat. quod limita quo ad leuissimam, quando prius tenebatur de leui: quia mercedem acceperat: licet non pro custodia, sed fortè pro suo opere: vt j. Locatio. §. xvij. Secundus verò tenetur de dolo & lata & leui culpa: vt in dicta glo. Tertius verò tenetur solùm de dolo & lata culpa: sicut dicetur de depositario non accipiente mercedem: quia ratio est vna. ¶ Secundò † quæritur, quæ sit ratio prædictorū? Et dico quòd quādo 2
sumus in cōtractu, in quo quis tenetur solùm de dolo & lata culpa: vt in deposito acceptio mercedis pro custodia, facit vt teneatur de leui. Et sic intellige c. bona fides. de depositi. & l. j. §. si vestimēta. ff. depo. Si verò sumus in contractu, in quo tenetur de leui culpa, sicut in locato, quādo res nō requirit diligentissimā curam: sic acceptio mercedis pro custodia facit vt teneatur de leuissima. Et sic intellige d. l. qui mercedem. & l. dominus. ff. loca. Imò tenetur etiam de culpa eorum, quorū opera vtitur, si ipse diligentiam non adhibuit. l. si merces. §. qui columnam. ff. locati. & l. item quæritur. Si tamē locat quę operas suas in re, quæ curam diligentissimam requirit: vt in gemma expolienda, aut veste pretiosissima incidenda: tenetur etiā de leuissima. d. §. qui columnam. aliàs autē de leui tantum. & sic vera est glossa in d. §. Sed de hoc vide j. Locatio. ¶ Tertiò † quæritur, si custos neget se dolo vel negligentia 3
amisisse, quis probabit? Et dico glo. in dicta lege, qui mercedem. quòd ipse custos argumen. ff. de eden. l. si quis. §. vlti. Et hoc verū est quo ad forum contentiosum, sed quo ad pœnitentiale dic vt j. ex §. ix. Et idem dic de custode carceris. ff. de custo. & exhi. re. l. vlti. Et idem de deposito, cap. bona. de depo. cum concord. in glossl. In alijs autem casibus regulariter qui dolū allegat, debet probare. ff. de proba. l. quoties. §. qui dolum. ¶ Quartò † quæritur an sit liberatus à custodia cu- 4
stos carceris, si potestas dubitās mittat familiam suam ad custodiam? Et dicit Bartolus in l. si vt certo. §. si de me. ff. commo. quòd per appositionem custodis non videtur remissa custodia: vt in l. si mei causa. ff. cōmodati. Et hoc secūdum eum dem facit ad quæstionem de equo locato, cum quo dominus famulum misit: quia conductor propter hoc non minus tenetur custodire, secundum glossl. in d. §. si de me. Sed ipse dicit quòd si constat quòd locauit equum & famulum: negligentia famuli non excusat dolum conductoris. d. §. si de me. quod intellige, antequām reddat equum famulo: quia si post redditionem perit: non tenetur: vt dicta lege, si mei causa. Si verò constat quòd famulum misit pro custodia, & hoc fecit ab initio: conductor non tenetur de custodia: vt patet ex dictis. Si autem nihil apparet, sed vtraque locauit simpliciter: tunc in dubio non videtur remissa custodia: vt l. penult. cum suaglossl. ff. vsufru. quemadmo. ¶ Quinto † quæritur 5
vtrum custos castri teneatur de custodia, si in fine anni quo promiserat custodire, obtulit illud domino: qui illud non recepit, & deinde captum est ab hoste? Et dicit Dynus quòd non videtur vltra se obligasse ad custodiam: per leg. si mora. ff. solu. matrimo. Vnde non tenebitur, plus de culpa leuissima sicut primo anno. Imò dicit quòd de ea non tenetur, dato quòd ex taciturnitate videatur se obligasse ad custodiam sequentis anni: quia talis culpa ex pacto expresso debita, non intelligitur repetita in tacita locatione operarum. Bartolus verò in dicta lege, si mora. tenet indistinctè quòd etiam si non fecit oblationem castri domino, non intelligitur iterum se ad custodiam obligasse, & idem ibi tenet Imola.

De Damnato.

1 *Damnatus vnde, & quot modis damnatus esse possit?*
2 *Restitutio damnati an trahatur ad bona prius alienata.*
3 *Clausula, ex certa scientia, quam vim habeat? Et quid de legitimatione post mortem testatoris facta.*
4 *Damnatus ad mortem, num possit de rebus suis disponere? Et an possit de carcere effugere? remissiuè.*

3 DAMNATVS à dāno dicit, qđ est punio, & animaduerto: & dicit dānatus qui est sententiatus, propriè quidem ad mortem, quæ est damnum principale: deinde verò ad exilium, quod est mors ciuilis: qui propriè dicitur bānitus vel Proscriptus, vnde secundum Bar. in l. supplicij. ff. de bo. dam. damnatus dicitur, qui ad mortē: sed proscriptus est, cui seruatur quidē vita, sed ciuitas vel libertas adimitur. quod intellige propriē. ¶ † Primò verò quæritur, an restituto per principē 2
damato vel bānito, illa restitutio retro trahatur ad bona alienata in aliū medio tepore, sic vt ille restituere teneat? Et dicit Gemi. in c. quāuis. de rescrip. lib. vj. q̄ non: si restitutio facta præiudicat iuri quæsito ipsi tertio: qa in tali casu integra tio no fit. Et iste est casus d. c. quāuis. & in iuribus allegatis in glo. ibide. Et faciūt no. per Bar. & Bal. in l. Gallus. §. & quid si tantū. ff. de lib. & post. Si aūt restitutio nō præiudicat nisi restituenti, reintegratur ad omnia amissa: & ei omnia sunt restituenda. Et sic procedunt iura allegata in d. glo. pro opinione contraria. arg. c. cū dilecti. de dona. Et hoc tenet Io. de Imol. & sequitur Sum. Ang. sine limitatione. Sed Pan. in cōsl. lxxxv. incipiēte, Christi eiusq̄ matris. dicit quòd si interueniat vera in integrū restitutio: vt quia princeps ex certa scietia illū restituit: aut quia aliter cōstat de principis voluntate quòd actū retrotrahi voluerit cū alterius præiudicio: recupabit omnia etiā medio tepore alteri acquisita. aliàs secus. Et sic intelligitur d. c. quāuis. &. c. si pro te. de reseri. lib. vj. & Gemi. ibi, quòd 3
illa restitutio nō trahitur retro cū prejudicio tertij. Et † addit Pan. q̄ dicta clausula, ex certa scientia, habet vim clausulæ, ex plenitudine potestatis: vt vult gl. notab. in c. ad hæc. de rescrip. Et hæc nota: quia faciunt, p legitimato post mortem testatoris, vt non prejudicet vententibus abintestato, etiam si nō adierunt hæreditatem: quia talis legitimatio est quædam restitutio naturalis. l. si C. de natu. lib. Secus autē si ante mortem testatoris: quia præiudicat: cùm nullum adhuc ius haberent. l. post emācipationem. ff. de lib. leg. vide etiā infrà Gratia. §. iiij. ¶ † Secundò quæritur, an damnatus ad mortem 4
possit disponere de rebus suis. vide suprà Alienatio. §. xxviij. ¶ Tertiò, an damnatus ad mortem possit fugere de carcere, vel quomodocunque, vide infrà Fugere. in prīc.

De Damno.

1 *Damnū à diminutione rei dictū à iactura differt: vt not. Io. And. & Inn. de elect. quia sæpe. lib. vj. & dicitur dānū, q̄p subitò & nobis nescientibus fit: sed iactura scienter & vltro patimur propriè: & dicitur à iactu vel iaciendo merces in mare: quamuis etiam sumatur aliquando pro omni damno ab extrinseco illato: & dicitur à iactu lapidis, vel alterius offensiui. Quotuplex sit damnum, pro quo tenetur quis restituere, infrà Restiturio. ij. per totum. Vtrum damnificatus possit sibi satisfacere de bonis damnificantis, infrà Depositum. §. vj. & infrà Furtum. §. xiij.*

De Debito coniugali.

1 *Debitum coniugale quod dicatur: & cur sic appelletur?*
2 *Causa quænam sint, qua coniugem excusent, ne debitum alteri reddere teneatur?*
3 *Debiti coniugalis redditio, vel negatio in nonnullis casibus mortale peccatum efficitur.*
4 *Actus coniugalis, an fit aliquādo mortale peccatū ratione remissionis? Et an in loco sacro, aut ipe exerceri sine peccato mortali queat? Et num talis post huius reconciliatione egeat? numero 5.*
6 *Actus coniugalis ratione modi, an peccatum mortale efficiatur? Et in hoc resolutio, numero 7.*
8 *Actus matrimonialis, an sit mortale peccatū ratione periculi aborsus, tempore conceptus, aut partus? Et quid de tinctionum?*
9 *Mortale an sit peccatum, coitum præuenire cogitationibus, tactibus, osculis, & huiusmodi prouocando?*
10 *Debitum petenti denegare, an omnino peccatum mortale sit, an verò talis denegans aliqua ratione excusetur?*
11 *Mortale vīr sit, ante nuptialē benedictionē, vel habēti impedimētū voti, vel affinitatis debitū exigere? Et qui post matrimonium per votū, vel affinitatis debitū exigere? Et qui post matrimoniū per verba de præsenti cōtractū, vxoris cōsanguineā cognouit, an possit sine peccato mortali aut exigere, aut reddere?*
12 *Debitum exigere à coniuge in adulterio permanente, an mortale sit? Et an mulier, sicut vir illam, ita virum ob adulterium dimittere possit?*
13 *Actus coniugalis quibus casibus veniale sit peccatum? Et quibus casibus actus coniugalis exercetur sine peccato, vel cum minori? numero 14.*
15 *Contrahens primum cum vna clandestinè, ac deinde cum alia publicè, viri debitum reddere teneatur? Et subinde, quod dicit solet, virum vxorem sine ecclesia iudicio non dimittere, qualiter intelligendum sit?*

1 DEBITVM † cōiugale dicitur actus, qui ex cōtracto cōiugio debetur copari, id est, coitus: qui ratione debiti ideo habet, qa sub pœna peccati mortalis illū cōiuges inuicē reddere tenent, sēm Doct. & Apostolū j. Cor. vij. nisi excuset causa rationabilis. ¶ † Primò igitur quæritur, 2
quæ sint causæ, vel qui sint casus excusantes cōiugē, ne reddere teneat? Et dico secundū Pe. de Pal. in iij. dist. xxxij. q̄ sunt quatuor causæ. ¶ Prima est impotentia coeundi: siue propter actum præcedentē, quòd tamen in muliere cōmuniter locū non habet: siue ppter al. ā causam licitā: vt secūdū S. Th. ieiunij moderatū: qa impossibilū nulla est obligatio. ff. de reg. iur. Impossibilium. nec tenetur, secūdū Arch. vir vti calidis vt fiat potens: sed sufficit vt se nō reddat impotentē. Vnde peccat mortaliter, secūdū Richar. qui modo illicito sciēter se reddit impotentē: nō aūt modo licito: puta, orādo bona intentione. Imò sēm Archi. reddēdo se impotentē hoc modo indiscretē peccat, &, vt credo, mortaliter, si aduertit, & est notabilis excessus: quia facit cōtra iustitiā: & vtiq; imputatur, si, ppter hoc alius incidit in dānabilem corruptelā: imò, sēm Archi. non est consulenda vxori pœnitētia, propter quam reddatur deformis suo viro, aut præiudicetur cōcepti, vel proli. ¶ Secunda est quādo inde reddenti periculū imminet in persona, id est, mortis vel infirmitatis: ad quam causam reducitur alia, quam idem ponit, quæ scilicet est lepra: qa cōiunx sanus nō tenetur, secūdū eū, reddere debitū cōiugi leproso, si inde imminet periculū mortis, vel similis infectionis: imò eo casu nō tenetur cohabitare. Si verò tale periculū nō imminet, etiā si inde generetur leprosus filius, reddere tenetur: qa melius est vel sic esse, quàm nō esse: maximè si sibi immineat spirituale periculum corruptelæ. In hac tamē re medicis credendū est: qui dicunt quòd magis imminet periculum viro si mulier sit leprosa, quàm mulieri si vir: vnde cùm mulier est in vltima

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſpecie lepræ,quæ dicitur leonina: non videtur dubium quin vir non teneatur. Hæc ex illo. Et concor. Archi. Et iuxta hoc intelligo.c.ij.de coniu.lepro.& Sā.Tho.& Rich.qui dicunt q̄ reddere tenetur: licet non cohabitare in eade domo,ted propè: quia non ita eſt periculum infectionis in reddendo, ſicut in cohabitādo. quod verū eſt vbi periculum nō imminet præ dictum. Vnde Sum. Ang. malè ſentit quòd teneatur indiſtinctè: quia nullus ad hoc tenetur, niſi ſalua cōſiſtentia ſubiecti: ſicut & natura prius retinet nutritiuę & augmentatiuę gratia ſubiecti, quàm miniſtret gñatiuæ gratia ſpeciei: vt dicit Pet. de Pal. Malè etiam adducit Richa. ad illum ſenſum, vt patet ex ratione Richar. Gof. tamē ſentit quòd coiugi leproſo manenti ſeparatim à leproſis alijs coniunx ſana tenetur cohabitare: nō aūt ſi maneat cū leproſis. Sed prima opinio eſt probabilior. Pacit d.c.ij. Eadem autē ratiōe neceſſariò reddēdū eſt debitum cōiugi fatuo vel furioſo, ſcilicet ſecūdū Richar. quoties reddi poteſt ſine periculo propriæ perſonæ. ¶ Tertia eſt fornicatio: quia fornicanti alius debitū reddere nō tenetur: quia etiam poteſt hac ratione vir vxorem dimittere, niſi in aliquibus caſibus, de quibus infrà Matrimoniū.vij. Et ſi accuſata vxore de adulterio pēdeat lis ſecūdū Richar. ſi notorium eſt, illā eſſe adulteram vir nec exigere, nec reddere debet: alioquin mortaliter peccat: niſi forte abſtinere ab adulterio vellet, & agere pœnitentiā: quo caſu poteſt eā reconciliare ſibi. xxxij.q.j.c.j. Si autem non eſt notorium, id eſt, notum ſibi: debet reddere petenti. tamē quām citò ſibi de vxoris fornicatione conſtat, ſecundum S. Tho. reddere non tenetur: aliter non ſolùm incurreret irregularitatem bigamiæ: ſed etiā gñaret ſibi præiudicium accuſandi: & ſi eccleſia præcipiat ei redditionem, nō tenetur reddere, ſi intra dies paucos poteſt probare. arg.c.ſolet.de ſen.excom.lib.vj. tenetur verò ſi probare non poteſt. ar.xj.q.iij.c.j. Et idem in caſibus, in quibus ſe parari pōt matrimonium: vt infrà Matrimoniū iiij. ¶ Quarta cauſa poteſt addi religio, quàm ſcilicet alter coniugū vult intrare: quia reddere non tenetur ſtatim: ſed debet ſibi ſtatui tempus, intra quod ingredi teneatur. de conuer. coniug. ex publico. vbi determinatur tēpus duorū mēſiū. vbi dicit Panor. poſt gl. illud tempus iudicis arbitrio taxandum fore: licet de facili ab illo termino nō ſit recedēdū. Si aūt religionē nōvult intrare: adhuc non tenetur ſtatim reddere contracto matrimonio: ſed tantum temporis cuilibet dandum eſt, quantum ſufficit ad obſeruandas debitas & honeſtas ſolemnitates. Vade ante bñ.lectionem reddere nec tenetur, nec poteſt aliquā do, vt dicetur. Et vult S. Tho. quòd tempus duorum mēſium ſtatuatur volenti intrare religionē, & intrare nolenti: vt deliberet de religione: vt præparet neceſſaria ad nuptias: & nevilem maritus habeat dotem, quam non ſuſpirauit dilatam. & idem Albe. ¶ Quinta cauſa addi tur, locus ſacer aut publicus, aut omnis, in quo ſalua honeſtate reddi non poteſt ſecundū S. Tho. ¶ Sexta etiam cauſa addi poteſt generalis, ſcilicet peccatum meretricium: quia is qui reddendo peccaret mortaliter aut etiam venialiter, reddere non tenetur, niſi ſit in ſua poteſtate facere quòd illa redditio nō ſit peccatum: vt quando reddit intentione illicita, quam mutare poteſt. Eſt † autem peccatum mortale redditio vel eius negatio in nouem caſibus ſecundum Pet. de Pal. de quibus habetur in ix. §. ſequentibus. Primò, ſcilicet ratione intentionis. Secundò, ratione loci. Tertiò, ratione modi, qui eſt contra naturam. Quartò, ratione aborſus. Quintò, ratione menſtruorum. Sextò, ratione prouocationis. Septimò, ratione iniuſtæ negationis. Octauò, ratione impedimenti voci, vel affinitatis. Nonò, ratione
4 adulterij alterius cōparis. ¶ † Secundò, ergo vt ſciatur quādo circa hoc accidit mortale, quæritur vtrum actus coniugalis ſit aliquando mortale peccatum ratione intentionis? Et dicit Pet. de Pal. quòd ſic quando intentio eſt mortalis: puta, ex libidine tanta quòd intra limites matrimonij non ſiſtat: ſed idem faceret cum quacunq; perſona occurrete, inhærens voluptati vt fini vltimo. Et in hoc concor. S. Tho. Bona. Rich. & omnes. Sed ſecundū eundem Pet. intelligitur ſi actu cogitet de tali inordinatione intentionis. Vnde quantumcunque intendatur voluptatis appetitus, ſi de alia perſona non cogitetur, non eſt mortale: etiā ſi quis ita eſſet diſpoſitus quòd deliberaret de alia ſi occurreret mēti: qa habitibus nō meremur aut demeremur, ſed actibus. Et idem videtur Arch. qñ vir in coitu ad aliam dilectam carnaliter intēdit: aut vxor ad alium.
¶ † Tertiò quæritur, vtrū ſit mortale, quando locus eſt ſacer? Et circa hoc diſtinguit Rich. quia nec reddere nec exigere licet, ſi ibi ſint cōiuges breui tempore. Si tñ longo tēpore ibi ſint violenter: liciū eſt reddere & exigere. S. Th. aūt & Pe. in iiij. dicūt ſimpliciter quòd in laico ſacro coniunx debitū reddere nō tenetur: quia nō ita tenetur in omni loco, ſicut in omni tēpore: cū tēpus nō poſſit p hoc violari, ſicut locus. Sed nec in alio loco, niſi honeſtate ſeruata: qa nō in publico. Verū aūt hoc ſit mortale aut veniale, hoc nō dicūt. Sed Pe. de Pal. ſimpliciter dicit hoc eſſe mortale, etiā ſi alius locꝰ haberi nō poſſit: qa nō licet ꝓpter hoc ſacrū locū violare: cùm non ſit neceſſitatis, ſit vrina effundere. Vñ certum eſt q̄ petere non licet, inquit: ſed nec alter reddere tenetur: cùm hoc fieri non poſſit ſine irreuerentia ſacri loci: qui indiget inde reconciliatione ex natura facti, ſecūdū Io. And. licet p accidens ſit occaſionatum. Hæc ex illo. Ego verò diſtinguo: & dico hoc eſſe mortale, ſi fiat ex libidine, etiā aliàs intētiōe veniali, vel cauſa ſanitatis, aut prolis, aut alia cauſa tēporali: quia violatur locus ſacer ſine neceſſitate, & conſequenter cū irreuerētia. nō aūt ſi fiat ꝓpter bonū animæ ad euitandā illicitā corruptelam ſui vel ſocio: etiā ſi in ipſo exercitio actus ſuperueniat voluptas venialis, quæ prius in intentione nō fuerat: ex qua intentione principaliter actus eſt p̄ſandus. Quo caſu et ā reconciliatione non indigeret: quia ceſſat irreuerentia: vt ſuprà Cōſecratio. ij. §. v. caſu iij. Et iſta eſt mens Richardi ſubiungentis quod in tali caſu non videtur debere intelligi illa prohibitio: quia nō eſt ponendus laqueus animabus propter mūditiā loci, ex quo patet quòd loquitur quando imminet periculū animæ ſuæ. Vnde malè Roſel. hoc tenet indifferenter. ¶ † Quartò, an ſit mortale ratione modi cōtra naturā? Et dico quòd modus naturalis quantū ad ſitū, ſecundū omnes, eſt vt mulier iaceat ſupinum vas debitum. Vñ ſecundū S. Tho. in iiij. di. xxvj. in ſolidum vas debitum. Vñ ſecundū S. Tho. in iiij. di. xxvj. in ſolidum duplex eſt modus coēundi cōtra naturā. Primus, quia vas debitum nō ſeruatur in ſeminando: & hoc, ſcīm oes, eſt mortale nō ſolùm in viro id attentāte, ſed etiā in fœmina, ſi hoc ſit cauſatiuè: ſi hoc patiatur: nec excuſat eam animi diſpoſitio aut timor odij, aut verborū, aut incontinentiæ matrix, vel huiuſmodi, ſed ſola violentia abſoluta. Secundus eſt, cū bonum debitum vas, ſed non debitus ſitus, à quo deuiatur partim lateraliter coēundo, magis ſedendo, magis ſtando, vel multiplices ſupergrediendo, maximè beſtialiter, id eſt, retro accedendo: circa quæ ſunt opiniones. Quantum enim ad ſupergreſſionem mulieris, Pet. de Palu. dicit eſſe mortale: excepto ſi in tali ſitu conſummetur actus. & idem Henricus Boich in c. inquiſitioni de ſentem. excommun. cat. Cuius rationem aſſignant: quia ille modus non conuenit infuſioni & receptioni ſeminis: vnde videtur impediri generatio prolis. Sed hoc dico falſum: quia matrix trahit ſemen ad ſe: etiam membrum virile non intrat clauſtra pudoris: ſicut conſpiunt mulieres in balneis, vbi viri ſpermatizant. Et Sanctus Tho.

Tho. narrat in quolib. quòd filia virgo in ſinu patris in ſomno polluri concepit ſaluo pudore virgineo. Quantum verò ad reliquos modos, dicit idē Pet. & idē Hemi. ſimpliciter quòd eſt mortale, ſi fiat præciſè cauſa voluptatis ſine cauſa rationabili: quia eſt abuti ſacramento cōiugij: ſicut eſſet mortale peruertere ſcienter ritum & vſum alterius ſacrameti, non ſolum in eſſentialibus, ſed etiam in accidentalibus. huius autem ſi hoc fiat ex cauſa rationabili. Sed dico q̄ voluptas ſiſtes intra limites matrimonij, nō peruertit vſum huius ſacramenti, quod ſcilicet eſt etiam in remedium: alioquin accedes modo naturali ad tuam cauſa voluptatis, peccaret, mortaliter. Et ide ſentit cum Pet. gl. Ray. excepto quòd nō videtur diſtinguere ſupergreſſione à reliquis modis: ſed in omnibus huiuſmodi dicit eſſe mortale, ſi fiat cauſa voluptatis: ſed quia non probat, nihil ad eam dico. Sum. autem Ang. & Ro. tenent iſta nō eſſe mortalia, etiam ſupergreſſionē: modò poſſit mulier retinere ſemen: aliter eſt mortale. Sed ratio nō concludit: quia natura vel matrix de ſemine aliquando partum retinet abiecto reliquo, & ſequitur conceptio: qua ſi trahit ſemē diſtat: multo magis retinet ſibi contiguum. ¶ Et † ideo dico tria. ¶ Primū, quòd in omnibus huiuſmodi ſunt cōiuges acriter merepandi, quando ex voluptate hæc faciunt, tanquā peiores beſtijs, quæ modum ſuum obſeruant. ¶ Secundum, quòd compatiendū eſt exiſtētibus in matrimonio: quia in talibus actibus parum aut nihil habent rationis. ¶ Tertium, q̄ ſeruato vaſe nihil talū audeā dicere eſſe de ſe mortale, etiā ſupergreſſionē vel retro acceſſionē, ſed ſolùm ex intētione, vel intentione voluptatis nō ſiſtētis intra matrimonium, vel aliquo huiuſmodi. Vnde ſi ſubeſt rationabilis cauſa, omnes illi modi licent, quod ꝓbari poteſt ratione, ſic: Nullus enim coitus matrimonialis, ex quo ſequi poteſt generatio, & in quo ſeruatur finis ſacrameti huius poſſibiliter eſt de ſe mortalis: quia qui aliquem coitum condenant de mortali, hoc faciunt propter aliquam illarū rationum. Sed omnes prædicti ſunt huiuſmodi: quia ſecundū Alb. Magnum in omnibus talibus ſequi poteſt generatio, vt etiam patet ex dictis, & ſeruari poteſt finis ſacramētiue: ſcilicet intendatur aut proles, aut remedij corruptelæ. Vnde iſti modi nō ſunt de ſe illiciti: ſed illiciti obſeruantur ex rationabili cauſa: puta, infirmitatis, vel periculi aborſus, aut naturalis diſpoſitionis, vel huiuſmodi. Probaē etiā authoritate. Nam dicit S. Tho. in iiij. diſ. xxxj. in litera. Quando vas debitū prætermittitur, ſemper eſt mortale: quia impeditur generatio: & totaliter intētio naturæ fruſtratur. Quādo autē permittitur debitus modus ſecundum ſitum, non eſt ſemper mortale, vt quidam dicūt: ſed poteſt eſſe ſignū mortalis cōcupiſcentiæ. quādoq; etiam ſine peccato eſſe poteſt, quando diſpoſitio corporis aliūm modum nō paritur, in quo quanto magis à naturali diſpoſitione receditur, tanto eſt grauius. hæc illæ. qui, vt patet nō diſtinguit ſupergreſſionem ab alijs modis. Et quod dicit de diſpoſitione corporis, intelligo de quacunq; ægritudine vel periculo ſuffocandi fœtum, aut alia rationabili cauſa, ſecundum Veruec. Alber. etiā Magnus, à quo S. Tho iſta fortè audiuit, dicit in iiij. quòd nihil horū, quæ facit maritus cū vxore ſeruato vaſe debito, eſt de ſe mortale, ſed poteſt eſſe ſignū mortalis concupiſcentiæ: cùm non ſubeſt infirmitas vel alia rationabilis cauſa. Archi. etiam, qui fuit ſatis timoratus in decidēdo, dicit quòd de mortali argui non poſſunt vxores, ſi timore verberum aut incontinētiæ virorum eis aſſentiant in huiuſmodi. ex quo de ſe, ſecundū Alber. nō ſunt mortalia, quia de intētione exigentiū non habēt iudicare, vt g̃ hoc poſſint debitū negare: nec de facili eſt præ
8 cipiēda ſententia, quòd talis modus ſit de ſe mortalis. hæc illa. ¶ Quiarò † quæritur, vtrū actus matrimonialis ſit mortale peccatū ratione periculi aborſus tempore ebeepteus aut partus? Et dicit Pet. de Pal. &c. quòd ſic, ſi probabiliter timeturi quia eſt contra charitatē exigendo & reddendo. Si verò tempore conceptus vel impregnationis non eſt periculū reddere debitum, licet: & poteſt etia exigi ſine mortali: cùm matrimonium ſit nō ſolùm in officium, ſed etiam in remediū. Magis autem imminet periculū talis circa principiū conceptionis: quia licet, ſecundū Auic. matrix poſt conceptionem clauſa detur ex delectatione: tamē aliquando aperitur, & conſequenter materia nōdum coagulata diſpergitur, & effunditur: nō tamen erit mortale, ex quo nōdum erat formata materia, ſi hoc nō intendatur. Poſt partum autem immediatè dum mulier eſt in puerperio, licet deceat cōtinentia donec mulier ſit purgata, tamē non eſt mortale reddere vel exigere, ſecundū Pet. de Pal. niſi mulieri inde eſſet periculū mortis vel aggrauationis. Et c. ad eius. di. v. & c. ſi cauſa. xxxij. q. iij. & c. non ſolum. q. vij. loquuntur de honeſtate. & cōcord. Richa. Imò exactus reddere tenetur. ſecundum opinionē communem dōcto. ¶ Sextò quæritur, vtrum ſit mortale tēpore menſtruorū? Et dico q̄ Leui. xxxix. inſligitur pœna mortis viro reuelanti turpitudinē menſtruatæ: & mulieri aperiēti fontē ſanguinis ſui. quod ſecundū S. Tho in iiij. di. xxxj. cùm prohibitum fuerit duplici ratione ſcilicet propter immunditiam & nocumētum inde proli ſequēs frequenter, quantū ad primū fuit præceptū ceremoniale, & morale quantū ad ſecundū: quia omnis vſus matrimonij quo impeditur bonū prolis, ad quod principaliter ordinatur, inordinatus eſt: vnde propter ſecūdam rationē hoc præceptū obligat etiā in noua lege, licet nō ꝓpter primā. hæc ille. Quibus ſtatibus diſtinguit: quia ſi fluxus mēſtruorū ſit innaturalis mulieri, id eſt, inordinatè & quaſi cōtinuè ex aliqua infirmitate prouenies, nō prohibetur acceſſus ad illam in lege noua: quia mulier in tali ſtatu concipere nō pōt: & oporteret virū perpetuò abſtinere. hæc ille. cui omnes in hoc cōcordant. Et adde, ſecundum mētem eius, q̄ etiā tali mulieri nō eſt illicitū exigere. quod etiā Archi. tenet, & communis ſchola. Si verò ſit naturalis, quē ſcilicet mulieres ſanguinem cōtrarietas facit, ſecūdum Veruec. vt cōfeſſor reprehendere, & quantū poteſt prohibere debeat: nō tamē abſolutionē negare nolēti abſtinere à redditione vel etiā exactiōe. Et quidem Pe. de Pa. tenet vnū extremū, ſcilicet q̄ nō ſit mortale nec reddere nec exigere ſciēter, etiā ſi credat: inde monſtrū generari: qa, inquit, nō eſt hic maior timor de infectiōe prolis quàm in lepra, quæ exactionē nō prohibet. Sed hoc eſt cōtra dictū præceptū Domini expreſſe. Motiuū autē ſuū nullum eſt, quia nō eſt eadem ratio: quia ſi leproſus nō coiret ducente lepra, nūquam coiret, cū ſit perpetua: & ſic nunquā naſceretur proles. quod eſt ei peius, quàm naſci cū mōſtruoſitate: eoq; ceſſante ſequi poteſt conceptio mundæ. vnde Dominus prohibuit hoc, & nō illud. Et hæc reſponſio eſt de mēte S. Tho. vbi ſ. Alij autē tenuerūt aliud extremū dicētes illicitam eſſe tam redditionem in muliere, quàm exactionē. Sed vt dicit S. Tho. hæc opinio videt derogare matrimonio, per quod daē viro omnimoda poteſtas in corpus mulieris quantum ad coitum. Et adde tu hoc maximè verū in caſu, in quo loquitur S. Tho. ſcilicet vbi maius periculū immineret, ſcilicet ſpiritualis infectionis per damnatas corruptelas: quod peius eſt, quàm prolem inficī. Ideo eſt opinio S. Thom. media, quòd ad mulierem menſtruantē nō licet viro accedere: nec etiam tali mulieri licet exigere debitū, etiā ſi ſit ſterilis: quia quandiu paritur menſtrua, certū eſſe non poteſt quòd ſit ſterilis: quia quædā ſterilēs in iuuētute proceſſu temporis fœ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cundantur,& econuerso:vt dicitur in x.de Animalibus.Si autem vir debitū petat scienter,debet eum precibus & monitis auertere:nō tamē ita efficaciter,vt possit ei occasio esse ineidēdi in alias dānabiles corruptelas si ad id ,quis credatur. Si verò ignorāter:tūc potest mulier aliquam occasionē prętendere,vel infirmitatē allegare ne debitū reddat, nisi periculū viro timeatur:tamē finaliter sivir à petitione nō desistat,debet debitū reddere poscenti:passionem verò suam nō est tutum indicare,ne vir inde abominationē ad illam concipiat, nisi de viri prudētia præsumatur. Præceptū autē domini intelligendum est,quando vterq; voluntariè consentit:non autem si mulier inuolūtaria & quasi coacta debitū reddat.hæc ille.Et hoc innuit Dominus dicens, Aperuerit fontē,&c. scilicet si ipsa sponte reddit.Puto tamē esse mētem S. Tho. ꝙ non sit mortale in viro exigere quādo sibi timet de corruptela illicita,nec facilè potest aliter ,puidere:quia magis animæ suæ quàm corpori generādæ prolis tenetur consulere:in muliere tamē exactio semper est peccatū mortale:quia tēpore menstruorū nō ita mouetur vt de facili sit in periculo corruptionis. ¶ Septimò † quæritur,vtrū sit mortale quādo cōiunx illum prævenit prouocādo cogitationibus,tactibus,cibis, & huiusmodi?Et dicit Pet.de Pa.ꝙ sic,nō simpliciter:sed quando in talibus præparatoriis ,ppter se delectatur:sicut si ex tactu polluatur extra vas debitū:aut si diu his insistat finaliter, id est,nō intendēs venire ad actum coniugalē.Si tamen hæc fiant causa vitandæ fornicationis in se vel alio,aut causa reddendi debitū,sicut columbi vrsiq; se prouocant,non insistendo in horum delectatione,sed solūm quærēdo ad actū illum parari,non videtur peccatū:quia licet iuuare corpus ad obediendum rectæ rationi.erit autē veniale,si hęc ordinet ad voluptatem coitus infrà limites matrimonij: quia videt idē de his quod de fine.hæc Pet.qui deinde dicit vnū repugnās prędictis,scilicet quòd licet sit mortale fundere semē extra vas, ne sequatur proles:tamen est mortale eadē intētione se retrahere ante cōplementum actus,ne seminet,nisi fortè mulier ,quocetur ad seminandū:quia nō tenetur actū inchoatū resumere,nisi vxore petēte :& idē,vt dicit,videtur posse dici de muliere,quæ statim post coitū mingit vel se erigit vt semē emittat.Sed ista opinio quātū ad secundā est cōtra c.aliquādo.xxxij.q.ij.vbi dicitur meretrix ea quæ prolē suā interimit antè quàm viuat,id est,antè quàm sit,vt dicit gl . & eadē ratio est hic.& in ,peurante venena sterilitatis,de quo ibi.Primū etiā qd sequitur Sum.Ros.cōtra Aug.est valde irrationabile qa si est mortale tangere impudicè manibus cū intētione nō cōsummādi:quomodo nō erit mortale cum hac intētione tāgere mēbris genitalibus & ingredi claustra pudoris:nō esset tamē mortale si talia agēs cum intētione cōsummandi ante finē ex aliq causa se retraheret de cōsensu vxoris.Dicit autē Sum.Ang.& Ros.quòd in tactibus delectari nō ad cognoscendum seu coēundū,non est mortale, nisi veniatur ad pollutionē.quod verum est dupliciter.Primò, quādo tactus nō sunt impudici ,pecdētes ex venere,sed ex amore,vt oscula, & cōplexus honesti. Secundò,quādo procedit quidē ex venere,sed de coitu nō cogitatur , ita quòd nec includitur nec excluditur:& locus est aptus ad coitum si succederet eius voluntas:aliter autē sunt mortalia:quia omnis actus venereus, qui non est coitus coniugalis vel ad illum ordinatus actu vel habitu,est illicitus. ¶ Octauò † quæritur , vtrum sit mortale denegare debitum petenti omnino,vel excusetur aliqua ratione?Et dico quòd est mortale,secundum omnes:nisi subsit rationabilis causa,vel nisi precibus aut suasiōibus eum auertat:quod tamen cum multa instantia fieri nō debet propter multa pericula: quia est contra iustitiam proprium petenti non reddere:petere tamē non tenetur,secundum Rich.quia nullus tenetur vti iure suo,quod intelligo,nisi ad vitandā fornicationem in loco.Nec excusat,nolle multiplicare in ,plenec à fortiori ira vel odium,nec tempus sacrū,puta quadragesima,aut aliud ieiunium,vel solemnitas:sed tenetur reddere peteti,etiā interpretatiuè solùm,puta per nutus:quia non refert vtrum verbis aut factis,quis suā exprimat voluntatem.ff.de legib.l. de quibus. quod maximè verū est in fœmina: quia,vt dicit Sanc.Thomas,solet esse in hoc verecūdior masculo. Quæ secundum Augu.de Ancho.super epistolis Pauli, tripliciter hoc petit:primo verbo,secūdò signo,tertiò conditione,quādo scilicet vir scit eam debere petere,& exverecūdia dissimulare.Et in prædictis concordant omnes doctores: quātum tamē ad tempus factum,Alex.dicit ꝙ in solemnitatibus est mortale cognoscere causa voluptatis.& idem tenent aliquæ gloss.quod verum esse potest ratione cōemptus facrædei,non aliter:quia capitula hoc dicentia consulunt & hortantur:non autem præcipiunt , secundum Richar. ¶ Nonō † quæritur,vtrum sit mortale ante benedictionē, vel habenti impedimentum voti vel affinitatis, exigere ? Et dico quòd sic.Nam Gul.&Rodo.dicunt mortale esse vti cōiugio ante benedictionem absque dispēsatione,vbi consuevit adhiberi benedictio nuptialis.quod Richar.limitat quantum ad exigentem.Archi.quantum ad primam exactionem tantum:non autem quantum ad reddentem.Vnde dicit S.Tho.in iij. quòd si sponsa admittit sponsum ad actum coniugalem ante benedictionem , credens eum velle consummare matrimonium,non peccat,nisi signa appareant fraudis expressa : vt si sit conditio multum distās propter nobilitatem aut diuitias: tamen reddere non tenetur.Imò videtur quòd nō sit mortale in exigente propter euitandam fornicationem,quando benedictio citò dari non potest propter aliquam causam , puta dotem habendam,nisi ratione scandali.arg.eorum quæ dicuntur infrà Inobedientia.in princip.Vnde dicit Alber, quod dictum Rodo.est nimis durum.& idem videtur sentire Innoc. & domi.Anto.in capi.j.de spon.quia licet cōsuetudo habeat vim legis:tamen lex non semper obligat ad mortale, nisi sit præcepta.de elec.generali.libro vj.Ex quibus videtur quòd non sit mortale simpliciter cōsummare ante benedictionē: vt etiam innuit San. Thom.nisi esset scandalum.Vndē etiam Dir.lib.j.dicit quòd nō est mortale cognoscere vxorem post verba de præsenti antequā in facie ecclesiæ despōsetur:quando quis ex iusta causa nō dicit eam solemniter:puta,quia terra est interdicta: vel est senex,& erubescit : vel est nobilis,& accepit ignobilē,& huiusmodi. Vnde sponsi cōsulendū esset ad euitādum multas pollutiones & peccata,quod si publicato matrimonio sponsa duci vel benedici non potest, cōsummetur.Habens autem votum simplex,quamuis si contrahat, teneat matrimonium,& eo consummato reddere debitū teneatur exactus,tamē exigere non potest,etiam secūdum Io. And.licet videatur tenere contrarium:& exigēdo,secundum Sanctum Thomam,peccat mortaliter, quasi faciens contra votum:quod quantum est ex parte sui adhuc potest implere, scilicet non exigendo.Et quia in voto continētiæ solus papa dispensat:rideo ab eo petēda est licentia, vel dispensatio exigendi : quamis aliqui, vt Gulielmus , dicant episcopum in hoc posse dispensare . Quod verum putarem, quando talis nec adire nec mittere posset Romam . Et idem dicunt Canonistæ de eo,qui religionem approbatam ingreditur intentione perseuerandi:quia talis ingressus habet vim voti simplicis , & secundum aliquos , solemnis:sed, vt dixi:& deduxi in Aurea Rosa,in casu lxxiij.ipsi texrum canonis non intelligunt,qui intentionem perseuerandi, seu vitam mutandi, intelligit intentionem profitendi in ipso ingressu:quod olim licuit etiam in mēdicantibus. Similiter qui post matrimonium cōtractum per verba de præsenti cognouit cōsanguineam vxoris,exigere nō potest sine mortali: licet teneat matrimonium,& reddere teneatur.& in hoc dispensare potest Papa sine dubio:& secundū Pet.de Pal. etiā episcopus: quod Archi.dubitat.Ego verò credo verum,vt in casu priori,quando scilicet non adest possibilitas adeundi Romam: quia non debent animæ remanere in laqueis ita faciliter: nec hoc intendit ecclesia. ¶ Decimò † quæritꝰ, vtrū sit mortale reddere vel exigere debitum à coniuge manēte in adulterio?Et dicit Rich.quòd nō,si est correctus vel corrigi paratus,secus si est incorrigibilis,id est,nō paratus corrigi:quod, secūdum eum, præsumitur quando pertinaci animo renuit corrigi aut correctionem spōdens,ex cōsuetudine relabitur:sic peccat mortaliter cognoscendo,faciens contra cōstitutionem ecclesiæ: etiam si sit occultum,secundū aliquos . & tex.est in ca.si vir. de adul.& in c.si quis vxorem.xxxij.q.j.imò non licet eo casu viro ministrare vxori necessaria,si ea negando emēdaretur: quia tenetur eam omni modo quo potest emendare. Quod tamen fallit primò,secundū Arch.in Rosa.& S.Tho.ae Rich. in iiij.quādo innocēs exigit timore suæ incōtinentiæ.Et ratio esse potest:quia non tenetur suo periculo corrigere socium. Secundò,secūdum Hug.de Ca.not.in iiij.quādo cessatio exactionis & reddītionis nō corrigeret,sed ,pficeret in peius, vel inutiliter scādala suscitaret:quia ordinatio ecclesię nō est facta vt fiant scādala, vel inutiliter homo sui iuris detrimētum patiatur. Tertiò,secundā Pet.de Pal.quando est occultū:quia cessat ratio scādali,quod verum est solum, quando cōtinentia nō proficit ad correctionē, quæ etiam fuit in causa huius constitutionis.Quartò,secūdum eū,quādo est spes de correctione,scilicet statim siēda:qa si nō esset statim,sed post alia scelera,tenetur abstinere ad corrigendū.Quintò,secūdum eundum, quādo incorrigibilem animo cōpescere potest includendo:& sic prohibēdo ne exeat,vel alius intret ad illam: quod solūm in vxore locū habet,cuius nō est,maritum includere.Sextò, quādo plus cohibet,saltē propter hoc quòd detinetur,quàm exposita,quæ eo ipso se ,pstitueret: prius tamē, vt idem dicit,debet exponere hīs, qui sciunt eam fornicariā, negociū:& si inde scandalizantur,est scādalum Pharisæorū, non pusillorū. De muliere autē dicit idem, quòd nō sic tenetur dimittere virum:quia nō habet illum sic de facto,sed verbo corrigere:&est verisimile quòd quāto magis ad eā,tanto minus ad fornicariam accedet.vnde virū dimittere nō tenetur,nisi quādo vellet eā cognoscere innaturaliter, id est, extra vas:aut quādo timet ne peruertat eam ex cohabitatione: quia tunc tenetur eum,etiam quantū ad domum, dimittere. Adulterans autē licet precēdo in legē matrimonij actu cōiugali indignū se reddat,nec debeat exigere,nisi purgata culpa,secundū Ray.saltē quo ad forū animæ:ita secundū Doct. exactus reddere tenetur:& secūdum Supplementū si ipsa exigat,licet iniustē,alter,id est,innocēs, reddere tenet: sed hæc est contra commune doctrinam. ¶ Vndecimò † quęritur, in quibus casibus actus cōiugalis sit peccatum veniale? Et dico quòd in sex,secūdū Pet.de Pal.in iij.dist.xxxj. ¶ Primò quādo procedit aliqua rationis deordinatio,sed non tanta, vt sit mortalis,sicut in prędictis casibus:puta si petatur tempore sacro cessante contēptu sacri tēporis & ecclesiasticę exhortationis, secundū gl. Ray.& S.Tho.quē tamē cōtēptū Supplementū malè accipit pro nō curare.de quo vide suprà Cotem trimonij.Secūdò,si petatur ex voluptate,intra tamē limites matrimonij sistendo:etiam si se prouocēt.Et hoc expressè dicit Aug.j.Cor.vij.in prin.& tenet cōmunis scholasticorum. Tertiò,si fiat causa vitādę infirmitatis.& idē S.Tho. ¶ Quartò,quādo quis exigere vel reddere incipit bona intētione,sed deinde mutatus iam hoc vult causa delectationis:& hoc extra horā decisionis seminis:quia tunc nō habetur vsus rationis. ¶ Quintò, quandocūq; aliud intēdit quàm finē cōiugij, id est, prolē,vel debitū. ¶ Sextò,quādo hoc agit causa vitandæ fornicationis: in quo tamen,vt idem dicit, sunt opiniones duæ : vna quòd semper sit peccatū,si sit causa vitādæ fornicationis in se: alia quòd simpliciter nō sit peccatū: quarum prima dicit verum, quādo aliter posset faciliter vitare,puta abstinēdo: sed eligit istam viā voluptuosam,quia voluptatē absorbentē rationem præfert ei,quod eam cōteruat.secunda verò,quando quis aliter melius vitare nō potest: vt quia habet loqui secretè cum muliere,de qua sibi timet. ¶ Duodecimò † quæritur, quibus casibus actus cōiugalis exercetur sine peccato:vel cū merito? Et idem in iiij.dist.xxxj.dicit quòd meritorius est in quatuor casibus. ¶ Primò, quādo quis supposita gratia reddit debitū: quia est actus iustitiæ.Secundò, quando debitum petit causa prolis generādæ & educādæ Deo:quia est actus latriæ. quod verū credo,etiā si de seruitio Dei nihil cogitet, sed solùm de successore:quia ex quo est in gratia, & facit rē ex genere suo bonā,dādo esse,&nullo malo fine,hoc virtualiter ordinat in Deū. ¶ Tertiò,quādo hoc facit ad cōseruandū cōparē suum à fornicatione:quia est actus charitatis. ¶ Quartò, quādo facit ad eandē vitandā in se:& aliter melius vitare nō pōt: quia est actus prudentiæ vel castimoniæ. ¶ Supposita verò caeteria gratia prædictus actus dictis quatuor modis est indifferens: quia nō est meritorius,cùm gratia nō informetur: nec demeritorius propter carentiā culpæ,nō obstāte quòd iude homo erubescat:quia de tribus erubescimus:scilicet primò de culpa,& secūdò de habēre speciē culpæ:vt iste actus,qui est eiusdem speciei cū fornicatione:& tertiò de naturalibus defectibus:vt est egestio, & huiusmodi. ¶ Decimotertiò quęritur qd agendū sit cùm quis primò cōtrahit cum vna clandestinè, & deinde cū alia publicè,an scilicet teneatur reddere debitum primæ?Et dico quòd si hoc fine scādalo facere non potest,vt quia ecclesia eum excommunicat,vel huiusmodi nō tenetur reddere,sed tenetur non reddere: quia ab omni specie mali abstinendum est.j.Thessal.vltimo.& similiter non tenetur, secundum Vener.si est in loco, vbi consuetū est quòd antequā puter quæ clandestinè contraxit ingredi se periculo:cessante tamen scandalo,vt si cùm prima fine scādalo nō grer ad aliā regionem: & cessante dicta consuetudine licitè cohabitabit primæ:sed tamen si à secunda recedere nō potest sine scandalo,non tenetur ire cū prima: aliàs tenetur.Et propria authoritate hoc potest secundā glos.Rayn.&,vt in Sum.Cōfes. lib.iiij.tit.ij.quæst.xxxvj.nec est cōtra,inquit,quod solet dici, virum non debere discedere ab vxore fine iudicio ecclesiæ, hoc enim intelligendū est,quando inter eos est impedimentum aliud quam ligatio matrimonij præcedentis: vt voti solennis.vide ibi.Secundæ autem nullo modo redder,quia non est vxor:sed cohabitabit ad præceptū ecclesiæ, & necessāria ministrabit: modò hoc fine periculo adulterij fieri possit: alioquin nō cohabitabit,etiam si inde excommunicetur, sed separatus ministrabit necessāria.

De Votis coniugum,infrà Votum.v.

DECANVS est idem quod Archidiaconus. vide suprà de eius officio in tit.Archidiaconus.

De Decimis,Primitijs & Oblationibus.

1 *Decima iuridicè sumpta, quid sit? Et decimarū species quot sint? Et quid primitia, siue primitiæ.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 Oblatio à decima in quo differat? Et quotupliciter dicatur oblatio? & quæ requirantur, vt oblatio dicatur?
2 Iura, quid de primitijs velint, ac caueant? Et an sint sub præcepto? Et quid de oblationibus. Et quot modis ad eas teneri quis contingat? num. 4.
3 Veneris. num possint tollere oblationem fieri solitã in assumptione beatæ Mariæ? Et sub hac ad quos pertineãt oblationes? & quis eas recipere queat? Et an religiosi licitè capiant?
6 Pecuniam pro missis dicendis, sacerdos oblatam, quas in peni tentia iniunxit, an idem recipere queat?
7 Laici, num præscribere possint consuetudinem, per quam sibi in die purificationis ea debita offeratur. & quando tempore?
8 Oblationes aliquorum recipi, prohibitum esse. Et qui sint hi?
9 Decima, an sint de præcepto, & quo iure debeantur?
10 A solutione decimarum, num quis per cõsuetudinẽ excusari possit? Et quatenus consuetudo hoc præcipuum abrogare queat?
11 A solutione decimarum, num quis papæ dispensatione, possit excusari: vel transactione, seu debentis decimas compositione eas accipere?
12 Decimæ de quibus dari debeant? Et à quibus dãdæ sint. nu. 15. Et quibus dãdæ? Et de hoc cõclusiones, seu dicta decem. nu. 24.
15 Decimæ quando, vbi, & qualiter dandæ sint?
16 Iura, quid de decimis à laicis percipiendis velint, & in hoc dicta multa, de quibus ordine.
17 Decimas alteri ecclesia debitas, in pignus nõ debet ecclesia, vel aliter accipere, remissiue.

DECIMA † iuridicè, secũdum Hostien. in Sum. de decimis. §. j. est omnium bonorũ mobilium licitè quæsitorum pars decima Deo data, diuina constitutione debitaue colligitur de decim. j. & c. parochia. & c. nõ est. & capitula ibi. & c. cum nõ sit in homine. Et intellige Deo, id est Dei ministris. Et dicitur etiã pluraliter decimæ, quia, secundum eundẽ, tres sunt decimæ species, scilicet decima prædialis, id est, eorũ, quæ prouenit ex prædijs: vt sunt, vinum, bladum, fructus arborũ, & huiusmodi. Et personalis, id est, eorũ quæ prouenit ex opere personali: vt ex mercatione, artificio, scientia, militia, venatione, & huiusmodi. & mista, id est, eorũ, quæ partim ex prædijs, partim ex opere personali proueniunt: vt sunt animalia, quæ pascũtur ex prædijs, & humano opere nutriuntur, & cætera ac fructus eorum. ¶ Primitia autem secundum Ray. & alios est prima pars frugũ siue fructuum domino offerenda. & intelligæ prima, id est, dignitate præcipua: & domino, id est, diuino cultui: quia primitiæ offerebantur per modum oblationis. ij. ij. q. lxxxvj. Nunc autẽ dicũtur pluraliter primitiæ secundũ fructuũ varietatẽ. ¶ Oblatio † autẽ in hoc differt à decima, secũdum eũ ibi, &. q. viij. in hoc quòd oblatio offertur Deo immediatè, id est, ad cultum Dei: & dicitur sacrificiũ, si inde fiat aliquod sacrum consumendũ: decima verò nõ offertur immediatè Deo, sed ministris eius, scilicet sustẽrandis, aut dispẽsaturis. Oblatio autẽ cùm tripliciter dicat, scilicet donatio inter viuos facta Deo, vel ecclesiæ. & donatio causa mortis pro anima, quæ dicitur etiã mortuarij: & oblatio quotidiana & vsualis, quam faciũt fideles quotidie ad missam, vel huiusmodi: & isto modo videt esse omne Deo oblatũ immediatè: licet consequenter cadat in vsum ministrorũ: vt cãdelæ, panes oblati in altari, pecuniæ ornamẽta, & huiusmodi, & à primitia differt sicut genus à specie: quia omnis primitia est oblatio, nõ ecõtra, cùm oblatio sit etiã de nõ fructibus. Et hæc, vt sit oblatio, tria requirit secũdum Pan. in c. fin. de verb. sig. Primò, offerens sit Christianus: quia ab infidelibus oblationem ecclesia non recipit: sed æstimationem oblationis pro interesse. de vsur. quanto.

Secundò, vt is, cui offertur, sit ecclesia: quia quod sit priuatæ personæ, nõ est oblatio, sed donatio. Adde etia si illa persona sit ecclesiastica: vt ex diffinitione patet. Tertiò, vt res data sit licitè acquisita: alia verò pro oblatione nõ accipiunt. de vsur. quia in omnibus. de decim. ex trãsmissa. & glos. ibi. xiij. q. j. Et intellige illicitè acquiri aliqd dupliciter, scilicet vel extra iustitiã, vt in furto: vel mediate peccato, vt in mercẽ rixio. ¶ Primò † verò quæritur, q. d iurauerint de primitijs? Et dicit S. Tho. ij. ij. q. lxxxvj. q. olim erant de præcepto ceremoniali quo ad determinationẽ: puta quòd talibus ptonis exhiberentur de primis fructibus, vel huiusmodi, in cõmuni verò de iure naturali: nũc autẽ sunt de præcepto ecclesiæ secundũ cõsuetudinem patriæ: & eatũ quantitas olim nõ fuit determinata in lege, quia erat per modũ oblationis, de cuius ratione est voluntarium. & secundũ Hieron. ex magistrorũ arbitrio: qui plurimũ, dabat fructuũ partẽ quadragesimã: aliqui minimũ, sexagesimũ: inter quę duo licebat qãcunq; voluissent offerre. sed nũc, inquit, stat cõsuetudini. & concor. Innocẽ. dicens q. ex quo earum quãtitas non inuenitur expressa iure canonico: in aliud inducat. Adde, secundum Alex. quòd nõ solùm sunt in præcepto quãdo est cõsuetudo: sed etiam quãdo indigent, & petũt ecclesiæ ministri: ecclesiæ, scilicet eius, cui debent, quę, secũdum Host. est parochialis. arg. c. doctos. & c. moderatione. xvj. q. j. quod Sum. Ang. sequitur: secũdum Gof. verò deciddæ sunt sicut decimæ. de quo infrà. §. viij. Sed nõ alius dicit Sum. Pisa. dandas his, quibus dari consueuerunt, & magis indigent: quia tota earũ determinatio in lege noua est per cõsuetudinẽ. Dicit autẽ Veruec. quòd vbi consuetudo est, quòd non soluantur, obtẽta sine cõtradictione à tẽpore de quo nõ est memoria: nõ soluentes excusantur, imò dico quòd huiusmodi cõsuetudines nõ ligant, vel absoluũt, nisi eo modo quo & consuetudo decimarum. de qua j. §. iiij. ¶ Secũdò † quæritur, quid iura velint de oblationibus? Et dico multa. ¶ Primò. Secundum S. Tho. ii. ij. q. lxxxvj. oblationes de sui natura habent quòd sint voluntariæ. cõtingit tñ aliquos ad eas teneri quadrupliciter. Primò, ex cõsuetudine præcedẽti: vt dũ cõstruitur fundus ecclesiæ vt fiat certa oblatio, quę tñ habet rationem cẽsus. Secũdò, ex deputatione, vel promissione: vt cùm quis ecclesiæ donatiõe inter viuos offert, aut relinq̃t in testamento aliquid in posterũ soluendũ. Tertiò, propter necessitatem ecclesiæ: puta si ministri seu sacerdotes ecclesię no habẽt vñ sustententur. qđ secundũ Host. Inn. & gl. Ray. limita, nisi fideles subuenire nõ possent: quo casu victũ manibus quatenus xcj. dist. clericus victũ. Quartò, ppter cõsuetudinẽ: qa tenentur fideles in aliquibus solẽnitatibus ad aliquas oblationes cõtribuere: tamẽ his duobus vltimis casibus oblatio est quodãmodo volũtaria quantũ ad quantitatẽ vel speciẽ rei oblatæ. hæc ex illo. Et cõcor. Ray. & Gof. addẽtes q. ad cõsuetudinẽ recentem cogi possunt, nõ à sacerdote, sed ab episcopo, cuius auxiliũ implorandũ est in talibus: vt de Simo. ad apostolicã. & ibi S. Tho. Sum. tñ Ang. tenet quòd nõ sunt de præcepto ratione cõsuetudinis, cùm ista sint liberæ facultatis iuxta dicta prius supra Cõsuetudo. §. xiij. & idẽ videtur sentire Sum. Ro. sed aliis doctoribus tamẽ repugnãt & Supplemẽtũ, & fere omnes Doctores, & dictũ eius dẽ Sum. Ang. quæ vult primitias esse de præcepto ratione cõsuetudinis: de quibus nõ est ratio maior quam de oblationibus. Repugnat etiã ratio, quia si huiusmodi consuetudo non sit obligatoria, vix erit inuenire aliam: cùm sit valde rationabilis & præscripta à tempore cuius non est memoria. Nec valet motiuum: quia oblationes nõ sunt semper liberæ facultatis, sed aliquando necessitatis, & de iure naturæ: vnde consuetudo eas potest determinare quo ad certos dies, licet retineant aliquid voluntarij, vt dictum est. Posset tamen rationabiliter dici quòd ratione consuetudinis sunt in præcepto eo modo quo est consuetudo, scilicet quòd offerat maior pars populi: nõ aũt semp singuli de populo, sed solùm pro maiori parte solẽnitatũ. Vñ nõ est alicui mortale, si oblationem intermittat: rarò ex aliqua causa: puta quia non habent ad manum quid det. & facit §. sequens. ¶ Secundum. Posito q. ciuitas sit solita oblatione vel certũ qd ecclesiæ dare: illud per statutum mutare non potest, secundũ Pan. in c. abolendæ. de sepul. de mẽte Bar. in l. priuilegia. C. de sac. san. eccle. per tex. illum qui dicit quòd solita ab antiquo ecclesijs & ministris tribui, aliquo modo non debent immutari. ¶ Ex † quo infert quòd non possunt tollere Senenses oblationem solitam fieri in Assumptione beatæ Mariæ. & quasi in similibus terminis tenet Lu. Ro. in suis singularibus, concludens q. incerta solita conuerti in vtilitatẽ alicuius ecclesiæ, à tempore cuius non extat memoria, nõ potest ciuitas per statutum in vtilitatem alterius ecclesiæ conuertere. & vnus casus est in c. ad apostolicam. de simo. alius in cap. vestra. de loca. & allegat Bart. in d. l. priuilegia. & Io. And. in addi. Spec. Sed ista intelligẽ, nisi aliter constaret de intentiõe inducentiũ cõsuetudinẽ: ex quo consuetudo habet vim obligatiuã, vt suprà dictũ est, Consuetudo. §. xiij. Vnde si constat oblationem esse introductam pro fabrica alicuius ecclesiæ præscriptam, vel aliter sea cõpleta licitè mutabitur. ¶ Tertiũ. Oblationes secundum S. Tho. pertinẽt ad sacerdotes. & pro aliqua causa laici eas prohibentur accipere vel comedere. xj. q. j. sanctorũ. & c. seq. sed secundum S. Tho. intelligitur qñ sunt consecratæ: vel quando eas propria authoritate rapiunt: aut etiam ratione parentelæ sine necessitate. Et secundum Ray. oblationes, quæ fiũt in ecclesia parochiali sacerdoti eius: vel si alij ecclesiæ offeruntur, prælato illius dandæ sunt. Et idem videtur sentire S. Tho. dicens religiosos eas licitè recipere tripliciter. Primò, p dispensationes sacerdotũ, vel ordinationem ecclesiæ, si sunt pauperes. Secũdò, spõte factas, si sint ministri altaris. Tertiò, ex debito, si parochiæ sunt eorum, sicut ecclesiæ rectores. Et hoc etiã si fiat capellæ sitæ intra parochiam, vel altari: quia nihilo minus sunt rectoris, & non presbyteri capellæ, secũdũ Pan. & dñm Ant. in c. pastoralis. de his quę fi. à præla. & à fortiori, secundum eundem dominum Ant. si fiant imagini depictæ muro intra limites parochię. Et facit gl. in l. statutę. ff. de vsufr. & Ang. in disputatione quæ incipit, in fulgeti palatio, quod limitatur verũ, quando fiunt intra ecclesiæ parochialis. vt j. Vo. um. ij. §. viij. Et idẽ est secundum eundẽ, si fiãt celebranti in ecclesia alicuius: quia similiter sunt rectoris. qđ tamen fallit qñ episcopus in ecclesia cathedrali vel parochiali celebrat: quia oblationes communi iure sunt eius de pato, super eo. quo tamen casu si consuetudo est in cõtrarium, sequenda est, dummodo episcopus accipiat suam canonicam portionem de omnibus. Si tamẽ episcopus alicubi nimis frequenter celebraret, secus. ecũdum Archi. Si idem est in archiepiscopo visitante prouinciam. de cẽsi. Romana. Si autem in ecclesia S. I. aureni sit cõsuetudo quòd archipresbyter habeat oblationes diei dominici, & sacrista diei sancti Laurentij, & ille eueniat in dominica, oblationes tũc erunt archipresbyteri, secundum Bart. per l. proconsul. ff. de off. procon. quia dies dominica maior est alio festo: & inspicitur potius quod naturale, quàm qđ accidẽtale est. Facit l. dies festos. C. de feriis. quarũ ipse in pœnitentia iniunxit, recipere potest, secundum Sum. Ang. quod verum est, quando nullũ inde scandalum vel admiratio sequiturialis secus: quia species mali est. de vi. & ho. cleric. cum ab omni. Vnde secundum Host. vel talia non iniungat, vel mandet celebrari per alium, non tamen per vicinum: vel gratis celebret: aut inde accepta pauperibus eroget, scilicet sciente eo, qui dedit. ¶ Quintum. ¶ Secundum Fede. consi. clv. laici præscribere possunt consuetudinẽ, quòd eis candela die purificationis offeratur: quia parũ ecclesiæ nocet, & laicis ad deuotionem multum confert. Et hoc sequitur Sum. Ros. & verum credit ispatio annorum xl. quia, inquit, parochiani præscribere possunt ius patronatus, quod plus est, vt no. Io. An. de reg. iur. quod alicui li. vj. Sed hoc est falsum, quia ista consuetudo quantum ad vna candelã Federici nõ est ecclesię grauis: sed quantum ad multas est grauissima: & tanto magis, quãto inde inimicitiæ sequuntur. de cõsue. c. j. Item per eam ecclesia subintitur laicis, contra c. ij. de re. eccle. non alie. li. vj. Ite soli patroni videntur esse priuilegiati, vt eis census, seruitus, vel tributũ ab ecclesijs reddatur. de iure patrona. c. præterea. Nec est simile de iure patronatus: quia hoc nõ est liberę facultatis, vt ista oblatio, vel donatio. ¶ Sextum. † Secundum Ray. & gl. in c. oblationes. di. xc. oblationes aliquorum recipi prohibentur ab ecclesia. Primò, notorię dissidentium. Secundò, opprimentium pauperes: vt in d. c. oblationes. Tertiò, raptorum. de rap. super eo. Et quartò, vsurariorum. de vsur quia in omnibus. Et quintò, mercenarij. Et sextò, eius qui violauit ecclesię immunitatẽ, nec vult emẽdari. xvij. q. iiij. miror. Et septimò, sacrilegiorũ. xij. q. ij. de vno. Et octauò, pœnitentium aliquando. de cons. dist. in. nij. eos. Aliorum autem non sunt: reipuendæ, secundum gl. ibi. quam sequitur Sum. Ang. quia hoc est pœnale, & extendi non debet, nisi quatenus reperitur. Addit tamen Ray. & Sum. Conf. quando est aliquod crimen notorium & horrendum. ar. d. c. minor. Et quòd prædicta intelliguntur quando crimina sunt manifesta, & peccatores nolunt emendari, & similiter secundum Sum. Pisa. post Host. idẽ est de quolibet hæretico & excommunicato: & constitutio pœnalis aliquando extenditur, maximè vbi est ratio maior: vt infrà, Excommunicatio. iij. particula xx. Adde etiam & de Iudæis: de quibus dicit c. quanto. de vsur. quòd compelliendi sunt ecclesijs satisfacere de decimis & oblationibus debitis, quas percipere consueuerant à Christianis de domibus & possessionibus antequam ad eos deuenissent. quod secundum Veruec. limitatur, si aliquid habent præter vsuras iusto titulo. & concord. Hostiensis.

¶ Tertiò, † quãum ad decimas quæritur verum decimæ debeant de præcepto, & quo iure? Et dicit S. Tho. ij. ij. q. lxxxvij. & ij. quol. artt. viij. quòd in lege veteri debebantur ad sustentationem ministrorum Dei. vnde illud præceptum erat partim morale & iure diuino & naturali ratione inductum, quæ dictat necessaria ministranda esse à populo ministrantibus in cultu diuino: partim iudiciale pertinens ad æqualitatem inter homines secundum conditionem illius populi, robur habens ex institutione diuina: quæ determinatione certæ partis introducit, tribui Leuitica possessiones non habentes. sed & cum ceremonialibus conuenebat quantum ad aliquam significationẽ. Cùm igitur præcepta moralia in noua lege necessariò ligent, & ceremonialia necessariò diminuantur, & iudicialia obseruari possint, & non obseruari: & ad eorum obseruantiam aliqui obligentur si statuantur: præceptum decimarum in noua lege partim obligat ex iure naturali, inquantum est morale datum à Domino Matth. x. vbi dicitur quòd dignus est operarius mercede sua partim ex institutione ecclesię, cuius authoritate institutum est, vt cùm populus nouæ legis ad maiora obligetur quàm veteris. iuxta illud Matthæi. v. Nisi abundauerit, &c. nõ minus exhibeatur ministris noui testamenti, qui sunt maioris dignitatis, quàm veteris. vt probat Apostolus j. Corinthiorum ij. sed datur decima. vt

7

8

9

fit

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit quædam noui & veteris Testamenti consonantia: quæ tamen pensatis opportunitatibus personarum ac temporum aliam partem determinare posset. Hæc ex S. Tho. Et addit Alex. in tertia parte Sum. quod in duplici casu locum habet hoc præceptū. Primò, cùm in necessitate à ministris ecclesiæ petuntur: intellige, etiã si non sit consuetudo: vt dicit S. Tho. ij. quol. artı. viij. Secũdò, si sit consuetudo, etiã si nõ peranè: vt in c. peruenit. & in eis ad quibus de decimis ipsa consuetudo expostulat: vt ibi dicit S. Tho. Et intellige etiã si nõ adsit necessitas, sed ministri sint diuites, vt dicit S. Tho. vj. quol. ar. x. Adde tu quòd obligat tertiò quoties petuntur, etiam sine cõsuetudine & necessitate: licet ecclesia bene faceret nõ exigẽdo in tali casu, qñ probabiliter scandalũ timeret: vt patet ex dicto quoli. ij. & vj. Quomodo autẽ religiosi teneant de hoc præcepto conscientiam facere, aut prædicare, videẽ. Excommunicatio. viij. excõmunicatiõe xliij. & xliij, vbi habes quòd sunt excõmunicati, si omittunt scienter facere de hoc cõscientiam sibi confitentibus, & prædicant negligentia non purgata: aut si aliqua dicunt etiam in priuato vt retrahãt à decimarũ solutione. & adde quod sit prædicatoribus grauissimũ præceptũ quòd in prima dominica Quadragesimæ, & quarta & vltima, & in festis Ascẽsionis Domini, Pentecostes, natiuitatis Io. Baptistæ, Assumptionis, & Natiuitatis beatæ Mariæ audientes informent, si fuerint requisiti super decimarũ
10 solutione, de pœ. cupientes in clemen. ¶ Quartò † quæritur, vtrum per contrariã cõsuetudinẽ possit quis ab hoc præcepto excusari? Et dico quòd in hac quæstione Canonistæ veritatẽ non intelligentes multa inconuenientia faciunt. Primò, qa sine necessitate chartas implẽt. Secũdò quia malè determinant. Tertiò, quia inepte Theologos reprehendunt, vt tria faciam. Primò, ficiam fundamenta veritatis. Secundò, recita bo aliquid de Canonistis, respondendo dictis eorum, & refellendo, & approbando. Tertiò, cõcludam veritatem. ¶ Quantum ad primum sciendum est primò ex S. Tho. ij. ij. & quoli. vbi ẽ. & Alex. similiter vbi suprà, qꝺ hoc præceptũ est morale, & de diuino iure ac naturali, inquantum ad hoc quòd ministri sustententur: & iudiciale quantum ad taxationem talem. Vnde omnes, inquit, S. Tho. velin, nolint, tenentur ad decimas licet ecclesia statuere posset quòd daret octaua vel duodecima. ¶ Sciendum est secundò, quòd secũdum eosdẽ & omnes Theologos, præcepta iudicialia in noua lege nõ obligãt, nisi inquantum in noua lege denuò statuuntur, & efficiuntur de iure positiuo seu humano: cuius rationẽ omitto ad præsens. & habetur xij. q. iij. & iiij. ¶ Sciendum est tertiò, quòd ius diuinum aut naturale per consuetudinẽ abrogari non potest, scilicet inquantum est tale: secus de humano. & de hoc suprà Consuetudo. ¶. ir. ¶ Quantum ad secundum, quidem Canonistæ, vt Ray. Host. Hug. Car. & Arc. & quidã alij, dicunt hoc præceptum posse abrogari quantum ad decimas personales, quia non est de iure diuino, quòd non bene dicitur: quia vbi non sunt prædiales sufficientes, vt Genuæ, Venetijs, & in multis alijs locis, personales sunt de iure naturali: alioquin populus diues posset sine culpa habere clerum egentem. Quantũ ad prædiales autem, dicit Inn. quòd nulla consuetudo excusare potest à peccato, si nõ soluantur, & plenè soluãtur. & hoc tenent multi Canonistæ propter verum fundamentum falsè intellectum: quia scilicet sunt de iure diuino, quòd non bene dicitur: quia de iure diuino & naturali sunt solùm quãtũ ad sustentationẽ ministrorum: sed non quantum ad quotã prætaxatam: vnde valere potest consuetudo quòd nõ plenè soluantur. Qui verò eorũ Theologos reprehẽdunt in hoc quod dicunt sic eas non esse de iure diuino, inepte loquuntur: quia non sunt ita rudes Theologi vt non sciant eas esse de iure diuino, id est, hoc scriptum esse in iure diuino inter præcepta iudicialia computatum: seu dicunt quòd illud præceptũ modò non ligat vt ius diuinum, quantum ad taxationem, sed vt humanum: vt diuinum autem ligat quantum ad sustentationem ministrorũ. Vñ Ianus d. Ant. de Butr. dicit Canonistã in ista materia nõ esse bonũ determinatorẽ, sed Theologũ: vnde ei standum est. ¶ Quantum ad tertium dico quòd consuetudo abrogare potest hoc præceptum quantum ad quotã taxatam, & excusare nõ soluentes plenè: quia vt sic est humanum: nõ autem quantum ad totum, vt scilicet nihil soluatur: quia quantum ad hoc est diuinũ & naturale, nõ distinguendo inter personales aut prædiales: vbi tamen ex consuetudine nihil soluitur, ecclesia remittit. Vnde non est mortale, nisi in tribus casibus. Primò, si petantur decimæ, & negetur: quamtamen petitio rem nõ sufficit fieri per curatum, secũdũ Archi. vbi nõ est consuetum quod limito, nisi sit indigentia magna: imò, inquit, dubiũ est de diœcesano: vnde ad papã recurrendum esset. Secũdò, si non petantur, & obstinatio tanta sit, quòd si peterentur, propositũ est nõ reddendi. Tertiò, quando clerus patitur valde indecentia victus & vestitus, & populus abundat: quia si talis indecẽtia exigit eleemosynam: multo magis exigit rem alias iure naturali & diuino taxatã. Potest tamen dici secundum Veruec. qꝺ quando nulla decima soluitur, videntur domini prædiorum breui manu soluisse: & qꝺ eis ecclesia deinceps redonauerit. Iuxta hæc intellige S. Tho. dicentem, quòd nulla consuetudo soluere potest homines ab obligatione decimarum: quia fundatur super insdimenum & naturale, scilicet quantum ad aliquid: non aũt quantum ad istam determinatam quãtitatem: vnde semp, inquit, tenentur homines soluere, etiam vbi non est consuetudo soluendi, si ecclesia exigat, scilicet modo prædicto, id est, auctoritate papæ vel in casu indigentiæ magnæ: licet, inquit ibi, si nõ exigat, remittere videatur, dũ dissimulat. Vñ ibi homines non peccant, nisi ratione obstinationis, habentes voluntatẽ non soluendi: quia durum videtur dicere, qnòd omnes Itali & Orientales damnentur decimas non soluentes. Cuius argumẽtum sumere possimus ab Apostolo, qui necessaria victui sibi debita non accipiebat ab auditoribus illa debentibus, ne offendiculũ daret Euangelio: & tamẽ illi nõ peccabãt: aliquin ipse non accipiendo malè cùm eis egisset. Nec obstat qꝺ alicubi ratione cõsuetudinis milites accipiunt decimas, quamaior est quàm eas non dare: quia, inquit, non habent ius accipiendi: cùm hoc sit spirituale in laicam personã nõ cadens, sed res illæ temporales, quæ iure exiguntur, ex cõcessione ecclesiæ dare sunt eis ꝓpter aliqua seruitia ecclesiæ fidelitatis & ecclesia remittere potest ipsos fructus qui debentur de decima, non tamen tollere ius exigendi aut debitum retinẽdi. Hæc ex illo. ¶ Quintò † quæritur, vtrũ ab hoc præcepto possit quis excusari ex dispensatione papæ, vel transactione seu compositione debentis decimas accipere? Et quantũ ad primum Alex. dicit quòd sic, inquantum hoc præceptũ est ius diuinum, non per secundum. Et idem Ala. & Host. limitantes quod dicitur in totum: nisi ex causa, & ad tempus. Et Inn. addẽs quòd laicis remittere nõ potest quo ad Deũ propter id est, de voto, quia licet habeat plenã potestatem: debet tamen facere sicut diligens paterfamilias, dispensando vnicuique sicut opus est: sed quo ad ecclesiam militãtẽ potest. Quantũ verò ad secundum: tenet Sum. Ang. cõtra Ros. qꝺ remitti non possunt decimæ: nisi is, qui debet eas, sit pauper: quia cùm sint pau-

perum, conuerti non possunt in non pios vsus, sed dicit Host. quòd cõpositio inter ecclesiasticũ & laicũ super parte decimæ de cõsensu prælati superioris, valet: & secundũ Ray. si quis remouerit decimas tempore longo, & nunc pœnitens remissionẽ petit, quia aliàs oporteret eũ mendicare: sacerdos videt eum contritũ & vera diœcesem, remittere debet ei tantam. inuigendum tamen est ei, secundum Gofr. quòd restituat, si venerit ad pinguiorem fortunã. Veruec. addit quòd, etiam si est diues, põt in totũ vel in parte dimittere: ex quo abstinere vult in posterum. Et idẽ Rod. Et dicit idẽ Veruec. hoc posse episcopũ, quod ego verum credo, quando bene, id est, ex rationabili causa mouetur: vel quia videt illũ nõ posse aut simpliciter, aut cõmodè satisfacere: & ita debiliter dispositum ad bonũ, qꝺ nisi remitteret, adhuc taceret in peccato, vel huiusmodi: quia tunc nõ est infidelis dispensator: sed vtiliter agit negotiũ domini sui: sicut etiã pro cõuersione eiusdẽ laudabiliter exponeret ecclesiastica bona. Opinionẽ autem Ro. quam Sum. Ang. reprobat, sequũtur communiter Canonistæ in c. statuimus. de trãsac. & in c. fin. de rerum permut. & Pan. per illum tex. & Hier. Zaneti. q in sua repet. c. j. de accusationem Alberic. & hoc sequitur Sum. Pisa. ¶ Sextò † quæritur, de quibus decimæ dari debeant? Et dico, hodie standum esse consuetudini. Iuridicè tamen loquendo, Dico primò quòd dari debẽt de omnibus fructibus terrarum, arborum, hortorum, animalium piscationum, venationũ, fructuum, pensionũ, mandinorum, etiã aduentũ, balneorum, fullonioruin, lapicidinarum, metallariorũ: item de negotijs, & artificijs, & cæteris bonis, vt dicit Rayn. & colligitur xvj. q. j. & q. vij. & de deci. in multis ca. Et si eodẽ anno in eadem terra diuersa semina iaciantur: de omnibus dari debẽt. extra eo. ex parte canonicorum. ¶ Dico secundò quòd de donatis, legatis, & successione acquisitis: secundum Alb. soluẽdæ nõ sunt: sed de his tantum, quæ quis naturaliter vel de suis operibus acquisiuit. Probabilius tamen, secundũ Veruec. videtur notasse Hug. xvj. q. j. decimæ. quòd legatarius & donatarius tenẽtur decimare legatum & donatũ, licet decimatum fuerit à legatore vel donatore. nõ autem ad hoc tenetur filius patri succedens in re à patre decimata: cùm omnia patris quodammodo ad ipsum pertineant: hæres tamen extrãeus ad hoc tenetur. Quia tamen Inn. non videtur multum vnam harum opinionũ alteri præferre. Standum in hoc putarem interpreti legum cõsuetudini. ff. de legib. l. si de interpretatione. ¶ Dico tertiò quantum ad illicita acquisita, secũdum Host. quòd decimas prædiales qui libet indistinctè soluere tenetur quantumcunq; peccator, & Iudæus, & inuasor: & ecclesia recipere potest: quia nõ dantur ꝓ meritu personæ, sed quasi ex censu debito prædiorum. extra eo. de terris. & cõcor. Rayn. & Alexand. Quantum ad personales verò distinguit quia dari non debent de his, quæ sunt restitutioni obnoxia. Si vero nõ sunt restituenda, vt in meretricio, histrionatu, & similibus: tũc si ex peccato notorio quæstus prouenit, ecclesia recipere nõ debet, ne videatur approbare peccatũ: ipsi tamen dare tenentur. Vnde consulit quòd meretrix & histrio inde faciãt eleemosynam. Si tamen tales ad pœnitentiã conuertãtur, potest ecclesia, secundum Ray. & Innoc. etiam decimas præteritas accipere, & concor. Sanc. Tho. Si autem peccatum sit occultum, seu est: quãuis præsumatur hoc scirer, arg. xxxij. q. v. Christiana. vj. quæst. j. si omnia. idem S. Thom. ij. ij. quæst. lxxvij. Personales tamen decimas Iudæi soluere nõ tenentur, cùm nec sacramenta percipiant, nec audiant diuina. arg. dicti cap. de terris, Concor. prædictis Richar. sub alijs terminis. ¶ Septimò † quæritur, à quibus dandæ sunt decimæ? Et dico multa. ¶ Primũ. Decimas, secũdum Alex. dare tenentur omnes laici etiã pauperes & iudei de præmissis: vt in dicto c. de terris. xvj. q. j. decimas. vt clerici de rebus patrimonij, id est, de rebus suis, nisi deseruiãt ecclesiæ cui debentur. eod. cap. ij. Et addit quòd vbi esset consuetudo quòd de fructibus possessionũ ecclesiæ testari possent in morte, similiter tenentur de ipsis ad decimam. sit sic intellige c. ij. de deci. Et religiosi nisi sint exempti priuilegio. de quo in c. suggestum. de deci. & in multis sequẽtibus: nisi, vt dicit, priuilegium in tribus casibus nõ liberat soluere obligatos. Primò, cùm tenẽtur pactione: quia priuilegium nõ reuocat pactum præcedẽs, nisi de eo fiat mẽtio specialis in eo. de deci. ex multiplici. Secundò, cùm enormiter lædit parochialis ecclesia cui debebãtur. arg. dicti cap. suggestum. Tertiò, cùm eas soluendo renuntiatur priuilegio tacitè de quo vide gl. & Doct. in d. cap. suggestum. ¶ Secundum. Adde Alexandrum, quòd clerici tenentur ad personales: vt in d. c. ij. nisi viuant in communi: quia tunc, sicut & religiosi, non tenentur de laboribus seu nutrimentis suis proprijs, xvj. q. j. decimas. & similiter leprosi communiter viuentes nõ tenentur de ortis & nutrimentis suis. de eccles. ædi. c. ij. vbi etiã intelligitur fœtus, secundum Alber. & S. Tho. & sicut olim Leuitæ sacerdotibus: ita nunc clerici tenentur summo põtifici. ¶ Tertium. Secundum Host. ad decimas prædiales tenetur indistinctè quilibet prægans: vt in d. c. de terris. extra eo. quia dãtur ratione prædiorum, vt ibi, etiam ꝺ essent seminata semine furtiuo, secũdum Rayn. & Thom. ¶ Quartum. Cùm ante decimationem venditur acerus: tenetur vterq; ad decimã, scilicet venditor ratione doli & pretij succedẽtis loco rei. arg. xij. q. ij. monemus. ff. de peti. hære. l. si & rem & pretiũ. & similiter emptor: quia res transiuit cũ onere decimarum, extra eo. pastoralis. xij. q. ij. Augustino. Et ita ecclesia petere poterit à quo maluerit: sed obtinẽdo ab vno, alter liberatur. Hæc S. Thom. & Rayn. addens quòd teneatur emptori primò soluenti, si erat venditor in bona fide: non autẽ si fuit in mala fide, nisi expressè sit cautum: secũdum gl. tamen eius in foro pœnitẽtiali tenetur ei restituere, nisi emisset minus iusto ptio. ¶ Quintũ. Si ante decimationem subtraheretur rusticis acerus de area: teneretur rusticus, si erat in mora soluẽdi, id est, si nõ soluit statim collectis fructibus, cùm posset, cùm peteret. x vj. quæst. j. decimę. extra eo. cum hominis, quia periculum ad ipsum spectat: & si soluerit, dabit ei ecclesia act̃ onem suam cõtra raptorem. Si verò non fuit in mora: nõ tenetur, sed ager ecclesia cõtra raptorẽ. ff. locat. l. si in lege. §. item vtiliter. etiã si facerdos fuisset aliquo modo in culpa vel causa moræ. secundũ Ray. quia etiam dicit, regulare esse quòd semper mora posterior nocet ei, per quem fit. ff. de pericul. & commo. rei ven. l. illud. Vnde si ecclesia fuit in vltima mora: rusticus nõ tenetur ad decimã de sublato, sed de residuo tenetur, nisi ecclesia fuerit in culpa sublationis propter aliquam causam: quia ipsa tenetur de toto sublato. ¶ Octauò † quæritur, quibus dandæ sunt decimæ? Et dico multa. ¶ Primum. Decimę personales dari debẽt ecclesiæ parochiali seu baptismali: in qua quis diuina audit, & percipit sacramẽta. xvj. quæst. j. quæst. & licet. quæst. j. §. j. nisi aliud obtineat cõsuetudo. extra eodem. cap. j. & extra de deci. ad apostolicæ. vel nisi prælatus sit: quæ tamen præscriptio per laicum fieri nõ potest. Hæc Ray. Hostien. & Sanct. Tho. Reges tamen & principes decimas personales soluent episcopo principali sui domicilij, secũdum Innocen. & si in duabus diœcesibus habent domicilium, diuidentur inter illas. Prædiales autem decimæ dandę sunt illi ecclesiæ intra cuius parochiam prædiũ situm est: de paro. cap. vlt. de deci. quo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nium.xvij.q.j.si quis laicus,deductis tamen expẽsis,si res,puta arbor incisa ad locum vbi plus valet,transferatur,secundum Innoc.Et hoc nisi aliud obtineat cõsuetudo.extra eod. cap.j. & ij.c.commissum.&c.ad apostolicæ. vel nisi preſcipitæ sint, secũdum Host.Rayo.& Tho. In mistis autẽ secundum Host. cõsuetudo seruanda est:quæ si nõ appareat, tũc si animalia cõtinuè pascuntur in parochia domini sui,dentur illi ecclesiæ.Si verò pascuntur in aliena,videtur quòd dividendæ sint inter ecclesiam vbi pascuntur, & ecclesiã propriã:arg. extra de resti.relatum.Sed S.Tho.&Ray.dicũt,quòd de lacte,fœtu & lanâ dandæ sunt ecclesiæ vbi pascuntur: vel ecclesijs,si pascũtur in pluribus.& hoc sentit Pan.de deci.cum cõmgat. quod verum puto,quando custodes ibi recipiunt sacramenta & audiunt diuina. Alioquin vera est prior opinio:quia cùm sint mistæ,oportet quòd aliquid retineat de natura personalium:quod si pascua ipsa vendantur annuatim,secundũ Innocentiam decima prædij soluetur ecclesiæ vbi sunt pascua: & si gratis pascãtur,dominus bestię debit decimã herbæ, scilicet vltra decimam fructuũ bestiarum: quia herba, quã bestia euellit, transit cum onere suo,scilicet decimarũ.ff. de vsufr.l.si vsusfructus.ij.§.j.¶ Secundum.Decimæ piscationis,venationis, & huiusmodi, secundũ Inn. dandæ sunt ecclesię vbi percipiuntur sacramenta:cùm sint personales. qđ intellige vbi piscatio libera est &venatio:quia si inde pretiũ aut pars aliqua soluetur:de hoc dandæ essent decimę ecclesiæ in qua fiunt,cùm sint prędiales.¶ Tertiũ. Cùm quis decimas tenet in feudum, propter hoc secundum Ray.decimas noualium nõ recipiet: sed debentur ecclesiæ parochiali: quia huiusmodi concessiones & priuilegia arctanda sunt,non ampliandа.extra eo.tua. nisi fortè sint religiosi ex priuilegio decimas recipiẽtes:quia percipient etiam noualium.extra eo.exparte. Secus si non ex priuilegio,sed ex præscriptione recipiũt:quia noualiũ decimæ nõ eis,sed ecclesię soluendæ sunt. extra eo.cùm cõtingat.¶ Quartum. Si à papa aliquibus noualium decimæ concedantur secundum proportionem, qua eas veteres contingebant.non intelligitur de his decimis noualium, quas tempore impetrationis alij possidebant:nec habet locum,nisi in locis,in quibus impetratores veteres tempore impetrationis possidebant veteres in totum,vel vltra medietatem,non extenditur indultum vltra medietatem noualiũ:nisi fuerint Cistercienses,vel Cartusienses. Et si per huiusmodi concessiones ecclesiæ parochiales adeò grauarentur quòd nõ possent commodè sustentari & soluere episcopalia iura: prouideatur per ordinarios quod hoc possint. Item quamuis fortè à religiosis exemptis & alijs fiãt decimarum infeudationes non licet post talem infeudationem sic de facto præsumptam huiusmodi decimas de manu recipere laicorum absq; licentia eorum assensu:& illas tantum quæ ante Lateranense concilium in feudum per petuò fuerant cõcessæ:& faciunt dicęsani iustitiam parochialibus ecclesijs de decimis habitis à religiosis:nisi agatur de rebus exemptis. hæc omnia extra eo. statuto.libro.vj ¶ Quintum. Decimæ rerum, de quibus antiquitus dari nõ consueuerant, an dari debeant habentibus eas in feudũ, vel eas recuperantibus, aut ecclesiæ? Ray. dicit videri quòd milites,qui aliàs decimas percipiunt,possint illas petere,eò quòd eis terra illa ab antiquo fuerit decimalis:& vna cadẽti res non debeat duplici iure censeri.extra eo. cum tua. Sed hoc,inquit, est verum in monasterio vel ecclesia secus fortè in laico.Veritas autem est:quòd laicus nõ debet eas recipere, sicut nec decimas noualiũ.arg. ff.de contrahe.emp.l.in lege.dictum autem cap.cum in tua. loquitur tantùm de ecclesijs & monasterijs. Vnde consulendum est quòd soluatur ecclesiæ parochiali. & idem Hostien.& Sum. Confes.Sed adde vel monasterio,si illud possidebat.¶ Sextũ. Quidiu decimas non soluit,& vult soluere modò, nõ soluet ei qui præscripsit,sed ecclesiæ parochiali,secundum Ray. & Rod.&Veruec.quodverum est,si quando non soluit,soluere debebat ecclesiæ parochiali,& non aliter, quia restitutio faciendа est spoliato regulariter.Vnde secundum Hostien.& Rayn.episcopus nec de noualibus nec de recuperatis à laicis retinere debet,nisi suam canonicam, id est, quatenus percipiebat de antiquis:& si nihil percipiebat de antiquis, ad minus sua quarta fraudari nõ debet.extra eo.qm̃.vbi etiam hoc not.glosil.Si tamen episcopi vel religiosi de cõsuetudine vel priu.legio percipiunt omnes decimas alicuius parochiæ,hoc non obstante debet presbytero portio competens assignari.de præbend.extirpandæ.§.cum igitur.de deci. statuco. lib.vj.& consentit Hostien. ¶ Septimum. Si consuetudo sit quòd vna ecclesia vel parochia recipiat decimam de blado, alia de vino& terra bladum reddens mutetur,&vinum reddat,& econuerso:secundum Hostien.qui percipiebat de blado, percipiet de vino, & econuerso:quia licet mutentur terræ qualitates,non tamen substãtia.extra eodem. cõmissum. §.ficut.¶ Octauum.Clericus habens patrimonium sufficiens secundum statum suæ personę, secundum Alexand. recipere potest decimas vt procurator in necessitates pauperum vel vtilitates ecclesiæ expendendas: sed si in proprios vsus conuertit,sacrilegium committit:si in malos,incurrit iudicium. Pacit capit.quoniam.xvj.quæstio.j.& capit.pastor.j. quæst.ij. & hoc refert ac sequitur Sum.Angel.& Ros.sed malè, quia clericus potest reseruato patrimonio hæredibus vinere de bonis ecclesię:vt suprà dictum est Clericus.iiij.§.xvj. & hoc vterque istorum concedit. Vnde Rayn.cautius loquitur,dicens quòd si deseruit ecclesiæ: & percipit non vt in malos, sed vt in pios vsus conuertat,non peccat: aliter sacrilegium committit.& alleg.dictum cap.quoniam. & dictum cap.pastor. Vnde peccat si eas malè distrahit:non autem si eas accipit vt inde honestè viuat. Et adde quòd secundum Sanctum Thom.quolib.vj.articulo x.pauper laicus tenetur diuiti clerico decimas soluere, licet habeat vnde sustentetur:quia cessat sustentatio ministrorum fuerit ratio instituendi decimarum solutionem:ex quo tamẽ alicui effectum est hoc debitum per ecclesiæ statum,nihilo minus ei debetur, quamdiu fuerit dies.Si tamen,vt dicit Hostien.nõ seruit ecclesiæ vt debet,vel sit notorius fornicator:laicus ei soluere decimas non tenetur, sed proximo superiori:qui debet illas in vtilitatem illius ecclesię conuertere.& decretalis, inquit, tua nobis contra eo. dicens non obstare nequitiam clericorum, loquitur de occultis.¶ Nonum. Decimæ nullo modo præscribi possunt à laicis,vt eis soluantur.de præscrip.causam.nec à clericis parochiam non habentibus,sed solùm ab habentibus.extra eodem.de quarta.nec similiter à religiosis parochiam nõ habentibus:quia nec possideri.xvj.q.j.placuit.sed ratione parochiarum,si habẽt,eas præscribũt.extra eo.cũ cõtingat.&c.et tamen quod quidem de personalibus intelligũt:quia sacramenta ministrant religiosi:prędiales autem licitè possident.xvj.q.j. c.fi. Adde verò hic primò quòd episcopus dicens se decimas præscripsisse in aliena diœcesi,habet titulũ,vbare:quia ius commune est in cõtrariũ:nisi de cõtrario memoria non existat. de præscrip episcopum.lib.vj vbi etiã dicitur quòd si quis rẽ ecclesiasticã præscribit, si ius cõmune vel præsumptio nõ fit eũdum,si scit se habuisse post tempus Lateranẽsis concilij celebrati sub Alexandro anno Domini Mcclxxix.& sine authoritate summi põtificis:secura conscientia tenere nõ potest, secundum Ray.&vt communiter notatur in o.prohibemus.de de iure,sed de facto ecclesia tenet:non excusatur,nisi ex iusto metu:vel ab ecclesia toleratur: quæ non contradicendo consentire videtur,secundũ Rod.quod verũ est,omni fraude cessante.De rusticis autẽ soluentibus militibus,dicit Ray.quòd excusantur,si credunt milites licitè petere:præsertim cũ ecclesia nec petat à rusticis,nec militibus cõtradicat: nõ autem liberantur,si sciunt quòd illicitè petunt. Si tamẽ per metum soluerentur,excusantur in parte.xxxij. q.j.ita ne. extra quod met.cau.facris.Secũdum Veruec.tamẽ liberantur,vbi ecclesia non petit à rusticis,& militibus permittit:nisi placeret eis hoc modo ecclesiam defraudare:quod tũc esse credo,quãdo possent contradicere,& non curant:quia error, cui non resistitur, approbatur.xcij.di.error.¶ † Nonò quæritur,quando, vbi,& qualiter dandæ sunt decimæ? Et dico multa. ¶ Primũ. Decimæ personales in fine anni dari possunt,secundum Arc. arg.de pig.ex literis.Prædiales autẽ debent statim dari quãdo fructus percipiuntur.extra eo.cũ homines.& hoc antequã separetur cẽsus,vel tributũ,&huiusmodi.Et si prius facta fuerit dicta separatio,dabuntur nihilo minus integræ: extra eo. tua nobis..Mistæ verò quantum ad hoc videntur sequi naturam prædialium:vt scilicet statim soluantur,quando percipiuntur,fructus: quia in vtrisq; recollectio fructuum est quasi finis anni in personalibus,cùm tam in illis quàm in istis tunc sciatur quantum soluendum sit,& non ante.Intellige tamen hæc,nisi aliter habeat consuetudo præscripta: & si peribunt, existenti in mora peribunt:aliàs non,sed ei cui debentur.

¶ Secundũ.Secũdum Host.standũ est cõsuetudini quãtum ad locum,vtrum scilicet in agris aut vineis dandæ sint,vel certè ad ecclesiam deferendæ.de sepul.certificari.¶ Tertium.Decimæ dari debent non deductis expensis,etiam factis pro fructibus colligendis.extra eo cùm sint homines.& non est necessarium dare meliora aut viliora,sed mediocria.xvj.quæst. j.decimæ.& debẽt dari fideliter:quia inde resultat remuneratio triplex, scilicet primò abundantia fructuum: & secundò sanitas:de quibus Malachiæ.iiij & in cap.reuertimini.& in cap. decimæ.xvj.q.j.&tertiò bonitas principatus.xvj.q.vij.maiores.hoc tollit fiscus,quod non accipit Christus. ¶ Decimò † quæritur,quid iura velint de percipiendis decimis à laicis? Et dico multa.¶ Primum.Secundum doctores in ea. ad hæc. eod.tit.super decimis nullus cõtractus potest initi cum laico, per quem dominium vtile vel directum trasferatur in illum: quia videtur alienatio quædam,vt probatur per text.cum gl. in cle.j.de reb.eccles.non alie. potest tamẽ fieri concessio ad tempus modicum,quæ alienatio non videtur,etiam ad tempus vitæ ex causa & cũ authoritate prælati,secundũ gloin c. quamuis.eo.tit.de quo tamen ibi Pan.dubitat:quia talis cõcessio largè perpetua dici potest:sed sãluando gl.dicit quòd propter dubium vitæ laici concessio illa potius videtur tempora lis.Et adde q; secundum Host.& Gof. non videtur perpetua, quando non transit ad hæredes:vt ipsi tenere videtur. Tamẽ credo quòd in veritate fieri non possit:nisi talis prælatus posset dare licentiã alienandi in casu iure non expresso:quia perpetuum dicitur temporaliter,secundũ gl.xvj.q.ij.hoc ius. Primò,quod durat vsq; ad xxx.annos.Insti.de perpe. & tep.act. Secundò,quod durat quãdiu viuit,cui conceditur. ff.pro socio.&c.precarię.v.q.ij. Tertiò,quod durat,quandiu pesso solvit.Insti.de locat.§.ideo Ius ante decimale nullo modo cedere potest in laicũ,cùm sit spirituale: nisi fortè authoritate summi pontificis.¶ Secundum.Laicus decimas habẽs in feudum,si scit se habuisse post tempus Lateranẽsis concilij celebrati sub Alexandro anno Domini Mcclxxix.& sine authoritate summi põtificis:secura conscientia tenere nõ potest, secundum Ray.&vt communiter notatur in o.prohibemus.de decimis.Et licet Host.dicat quòd tempore multum anteriori,scilicet Vrbani,decimæ in feudum laico dari nequiverant:vt in constitutione feudorum,episcopum vel abbate.quam constitutionem fortè,inquit Ray.non vidit, tamẽ primũ est eorum ne ferè omnibus.Et ad motiuum Host.dici potest q; tempore illius cõcilij eas iniustè tenetes restituerũt pro maiori parte:& sic nũc omnes habitæ ante illud præsumuntur iustitiatæ.Si verò scirẽt se eas habuisse ad illud concilium,vel post illud, sed cum authoritate papæ,& ex causa quæ,secundũ Ray.est, si infeudaci faciunt vel fecerunt ecclesiæ cõdecente recompensationem tẽporale aut spirituale:tũc possunt tenere.Si verò ignorant vtrum ante vel authoritate papæ eas habuerint, seu ex causa legitima.Host.vt refert Io.And.in c.cũ Apostolica.de his quæ fiũt à præla.tenet quòd tenere nõ possunt.Et idẽ Arch.& Io.Mo.in c.ij.de deci.lib.vj.Sed Io.And.per text. in c.j.de præsc.lib.vj.& in c.super quibusdã.de verb.sig.tenet contrarium,quando communis opinio est:quòd authoritate papæ vel ante illud concilium fuerint concessæ,& iurij cõtrarium memoria non existat.quod tũc est,quãdo nemo superest qui sciuerit factam fuisse,vel audiuerit ab eo qui sciuit:vt patet ff.de aqua plu.arced.l.ij.§.idem Labeo. Et hæc opinio mihi placet:primò,qa in foro animæ quilibet præsumẽdus est bonus,nisi cõster de contrario:& consequenter iustè præsumitur q; prædecessores iustificato titulo tenuerint. Et hoc notanda cũ tali opinione habet instar coccisionis apostolicæ: vt in dictis iuribus,& principalis authoritatis.l.hoc iure.§. aquæductus.ff.de aqua quoti.& æsti.&de aqua pluui.arcen.l.j.§.fi. & l.ij.§.idem Labeo.& l.fi.eod.tit.cum similibus.¶ Tertium. Laicus licitè ab ecclesia decimas tenens in feudum,an ipsum feudum transferre possit in alium? Dico quòd sic de licentia episcopi,in alium, id est, in ecclesiam vel religiosum locũ:vt in cap.cum apostolica.de his quæ fiã præla. imò & in alium laicum secũdũ Ber.de consensu episcopi:qui tamẽ ex hoc nõ dicitur eas tũc dare in feudũ.de feu.e.ij.Nec obst.si Sũ.Arg. & Ros.tenẽt cõtrariũ:quia nec ratione nec authoritate probant.dictũ autẽ Ber.tenet Host.licet dicat aliã opinionẽ rationem.& gl.Ray.& gl.in c.prohibemus.eo.tit.& Sum.Confes.& Sum.Pisa.si tamen nõ in feudum,sed de facto decimas tenet:nec in laicum nec in clericum transferre potest,etiã de consensu episcopi:vt in d.c.cum apostolica.¶ Quartum.Eo laico possessore:quando ex tali pecunia nullũ ius de nouo acquiritur:alias non:vt no.in c.dilectus.el j.de simo.& hoc authoritate Veruec.non est necessarium:tum quia cuilibet licitum est reputa iure decimarũ, quod semp remanet penes ecclesiã:sed pro tẽporali,id est,fructibus decimarũ. Et eadẽ ratione possessor,licet male faciat, tamẽ simoniã non cõmittit:vt patet in Sũ.Confes.lib.j.tit.xv.q.xxxiiij.licet cõtrariũ teneat Host. ¶ Quintũ. Ecclesia siue clericus potest debitas sibi decimas in pignus accipere,secundũ Ray.& fructus cõputari et tenetur in sorte:Et idem dicendũ est de possessionibus emptis ex fructibus decimarũ: quia omnis res empta de pecunia ecclesiæ ipsi acquiritur:& hoc si de facili ecclesia aliter recuperare nõ potest.de his quæ fiã præla.cum apostolica.Eo tuerso quoq; laicus decimas habẽs in feudũ,pignorare pot,secundũ Host. & Pan.vt cui licet plus,licet minus,licet Io.And.cõtrariam teneat.¶ Decimas † autem alterius ecclesiæ debitas, non debet ecclesia in pignus vel aliter accipere.eod.tit.c.inter dilectos. 17

¶ Defensio,vide ?.Bellum.ij.§.j.& seq.

¶ Defensor,j.Hæresis.j.§.vij.

¶ Defun

¶ Degradatus, vide infrà Mortuus.

De Clericorum degradatione.

1 Degradatio, quid proprie importat? Et quotuplex eadem sit? Et quid ornamentorum appellatione veniat nu. 2.
3 Clericus in sacris existens, num possit aliquo casu, sine episcoporum numero canonico degradari? Et quod si episcopi inter se discordent? Et quid de hæretico & seculari curiæ relinquendo?
4 Degradatus an sit curiæ seculari tradendus, et qualiter? et nu. 5.
6 Crimina quænam sint degradatione digna?
7 Clericus diffidatus sine degradatione, num tradi possit curiæ seculari, quamquam canonica dispositio ante traditionem, degradationem requirat? Et an degradatus clericale priuilegium perdat, adeo vt percuti & iudicari possit per laicum? nu. 8.
9 Degradatus, an celebrando conficiat, vel ordines conferre possit? Et ad horas dicendas num teneatur? Et quis possit degradatum restituere? nu. 10. & 11.

1 DEGRADATIO propriè importat priuationẽ exercitionis legitimæ officiorũ & beneficiorũ ecclesiasticorũ simpliciter & ex toto, ablq; spe restitutionis, cũ certa solemnitate & priuatione priuilegij clericalis. Vñ à depositione differt, quæ est priuatio eorundem ablq; spe restitutionis, sed retento priuilegio clericali fori. &c. si quis suadente. xvij. q. iiij. & à suspentione, quæ est priuatio eorundem simpliciter vel ad tempus cum spe dispensationis. Quãq; tñ vnum horum pro alio ponitur. Est autẽ degradatio duplex. Prima verbalis, quæ est depositio ab ordinibus seu gradibus ecclesiasticis, facienda à proprio episcopo, assistẽte canonico episcoporũ numero: si degradandus est in sacris, id est, vltra metropolitanũ. xij. q. degradãdus est episcopus, sedm Pan. in c. non pot. de re iud. vel lex, si est presbyter vltra episcopum propriũ: vel tres, si est diaconus vel subdiaconus. xv. q. vij. felix. & de pœn. degradatio. lib. vj. Si verò nõ est in sacris, fieri põt à proprio episcopo siue aliorum episcoporũ præsentia: cũ præsentia tñ sui capituli. aliàs sententia est nulla, sedm Pan. vbi tñ. licet sufficiat ti de cõsensu capituli adsint alij canonici: puta, duo vel tres, qui totũ capitulũ repræsentẽt, sedm Arch. Vnde in actibus requirẽtibus præsentiã vel cõsensum capituli, illud põt aliquos deputare loco sui. Imò valet consuetudo vt solus episcopus deponat clericos in minoribus cõstitutos. per c. iij. de cõsue. li. vj. qđ loquitur indistinctè. Et hæc degradatio de mente docto. vt patebit ex dicẽdis, videtur sic practicanda, vt cõuocatis prædictis, & exposita causa, requiratur eorum assensus: & maiori parte cõsentiẽte episcopus, pruntiet authoritate Dei omnipotẽtis patris & filij & Spiritus sancti & nostra, te degradamus, priuãtes omni ordine, & bñficio, & priuilegio clericali. Aliaverò est actualis siue solẽnis: quę sic debet fieri: Nam degradandus indutus sacris vestibus, & manibus tenens vas aut instrumentum vel ornamentum ad suũ ordinem spectans, ac si in suo officio deberet solenniter ministrare, adducitur ad præsentiam episcopi: & auferuntur illi omnia data in ordinatione, accipiẽdo ab vltimo gradatim vsque ad vestem datã in prima tonsura: deinde tonditur vel raditur: & potest vti episcopus ad terrorẽ verbis oppositis his quæ in ordinatione prolata sunt: puta, auferimus tibi vestem sacerdotalem, & sacerdotali ordine priuamus, & sic de alijs: vltimo dicendo, authoritate Dei omnipotẽtis patris, filij, & Spiritus sancti ac nostra tibi auferimus habitũ clericalẽ, & deponimus, & degradamus, & spoliamus, & exuimus, te omni ordine, & beneficio, & priuilegio clericali. Hæc omnia in d. e. degradatio. Et sedm Pan. in c. qualiter. el ij. de accusa. degradatio actualis est executio degradatiõis verbalis: quia iã prius degradatus est: vnde episcoporum numerum non requirit. ¶ Et idem Gemi. in d. c. degradatio. qui etiam addit 6 appellatione ornamentorum comprehendi librum, calicem, & similia: quod not. pro legatis factis p ornamẽtis: quia possunt in talia cõuerti. Et hoc facit p statuto imponẽte pœnã degradationis simpliciter: quia debet intelligi de verbali: vt sic illud verbum sumatur in partẽ mitiorẽ. de reg. iur. in pœnis lib. vj. ¶ Primò† verò quæritur, vtrum clericus existes in 3 sacris possit aliquo casu sine canonico episcoporum numero degradari? Et dico quòd secundum Gemi. in d. cap. degradatio. episcopi cum episcopo proprio requisiti omnes sunt iudices in pronuntiando, & non assessores. xv. q. vij. ca. fi. non obstante verbo, assistente: quia intelligi potest quòd assistant vt iudices. Et si discordent, secundum communem docto. sentẽtiam, sufficit maior pars. Et non requiruntur quando degradandus existens in sacris pro hæresi, si fuerit seculari curiæ relinquẽdus, aut perpetuò immurandus, id est, incarcerãdus: sed sufficit solus episcopus conuocatis abbatibus, alijsq; prælatis, & religiosis psonis literatis suæ diœcesis: de quibus expedire videbitur. de hære. quoniam. lib. vj. ¶ Secundò quæritur, vtrum degradatus sit tradendus curiæ seculari, & qualiter? Et dico secundum gl. in cap ad abolendam. de hær. quòd non semper: sed solùm in tribus casibus. ¶ Primò, in crimine hæresis. de hær. ad abolendam. nisi, secundum Pan. ad pœnitentiam incõtinenti redire voluerit: quia in carcerẽ truditur. de hære. cap. pe. inò ista pœna hodie mutari potest in aliam. de hære. vt cõmissi. lib. vj. Sed si relabat, sine audientia traditur curiæ seculari. de hære. accusatus. lib. vj. ¶ Secundò, in falsario literarum papæ, in cap. ad falsariorum. de cri. fal. ¶ Tertiò, cùm quis deponitur propter calumniam, quam quis tulit episcopo suo. xj. q. j. si quis sacerdotum. quod glo. in cap. cum non ab homine. de iudic. limitat, si sit incorrigibilis: quod cõmuniter tanquã mitius approbatur: quia durum est quod nõ sit propter homicidium: vt in d. ca. cum non ab homine fieri propter simplex conuicium. Extra prædictos casus, secundũ d. glo. non traditur curiæ seculari. & idem sentit Archidi. & Sum. Pis. Sed Panor. in d. cap. nouimus. dicit degradationem actualem fieri posse pro delicto valde graui & pernicioso. & in c. at si clerici. de iudi. dicit quòd secundum Pet. de Ancha. d. ca. cum non ab homine. pro homicidio imponit tantùm depositionem, & non degradationẽ seu traditionẽ prædictam: sed debet restringi pro homicidio non qualificato, ita ꝙ non trãseat in speciem criminis grauiorem, puta patricidium, assassinatum, homicidium facerdotis proditorie cum spoliatione bonorũ. Item intelligi debet in homicidio vno, nõ in pluribus: & certè in grauissimis delictis non vendicat sibi locũ d. cap. cum nõ ab homine. Vnde cùm pro simplici homicidio aut furto canõ hominem deponat, aut detrudat clericum, vt ibi, videtur quod in homicidio qualificato vel iterato, vel grauibus delictis valde enormibus nõ sit, secundum canones, reperire pœnas condignas. & consequenter videtur quòd tradi debeat curiæ seculari talis sceleratus: nec pœna ppetui carceris est cõdigna. nam imponitur hæretico redeunti ad ecclesiæ vnitatem. Item traditio iudici seculari infligitur pro criminibus valde minoribus homicidio: vt contra falsariũ literarũ papæ, & similes. Et post multa concludit, quòd quandiu potest per ecclesiam corrigi, nũquam tradẽdus est iudici seculari, scilicet si potest corrigi de iure & de facto: sed vbi delictũ est atrocissimum seu diu continuatum, non sufficit pœna depositionis, & consequenter ex mente d. c. cum non ab homine. procedi potest ad dictam traditionẽ. Sicut ergo relinquitur curiæ cùm non possit congruè puniri de facto, vt ibi: ita & quã do nõ potest de iure propter defectũ pœnæ: hæc ex illo. Refert tamẽ Arch. quòd Romæ is qui beati Petri sacristam occidit,

cibile vt spoliaret sacra de consilio peritorum iudicatus est non tradendus curiæ seculari: licet hoc summus pontifex fecerit de plenitudine potestatis. ¶ Tertiò quæritur, qualiter 7 tradatur? Et dico quòd nõ traditur realiter, secundum Gemi. vbi suprà, sed verbaliter, declarando qualiter est exutus cleri cali priuilegio: vt no. in c. nouimus. de verb. sig. Vñ, vt ibi patet, cùm qs tradendus est curiæ seculari, degradatio fit præsente Potestate: & dicit degradans vt io forum suum recipiat degradatum. debet tamẽ efficaciter intendere p eo, id est, non fictè, vt nõ moriatur. Et per hoc cessat ratio Io. de Lig. dicentis quòd post degradationem adhuc manet eius dominium penes ecclesiam: quod non amittit sine traditione, sicut in aliarũ rerum dominio; quia dico quòd illud perdit per talem declarationẽ, & secularis iudex acquirit vel remanet vacans possessus à nemine: & consequenter erit occupantis.
c ¶ Quarrò quæritur, quæ sint crimina degradatione digna? Et dico quòd de hoc diffusè loquitur do. Anto. in c. at si clerici. de iudi. & dicit degradatione dignum omne crimen cũ incorrigibilitate. de iudi. cum non ab homine. quod tamen fallit in hæretico. de hære. ad abolendam. & c. excõmunicamus. & c. j. eo. titu. lib. vj. & in falsario literarum apostolicarum. de crimi. fal. ad falsariorũ. & in sacrilegio. xvj. q. v. quicunq; sacerdotum. de huiusmodi dubium est. Et quod dicit, verum est de verbali, nõ autem actuali. Fallentia verò sua excipit ab incorrigibilitate: quæ in illis non expectatur. Pan. autem in c. tuæ. de pœ. distinguit. Nam aut delicta sunt leuia, quando scilicet dolus non intercuenit: vt si per imperitiam contingit aut culpam sine dolo: nisi fortè in re modica, vt in furto modicæ rei inter domesticos: & tunc clericus nec deponi, nec priuari beneficio debet, sed suspendi ad tempus, vel aliter puniri iudicis arbitrio. de accu. cum dilecti. Aut sunt grauia, quãdo scilicet exigitur dolus, & tendunt in graue præiudicium alterius vel reipublicæ: & magna pœna imponitur: vt in furto, periurio, & huiusmodi: vt in c. cum non ab homine. de iudi. & tunc poterit deponi. Aut sunt grauiora, vt publica crimina, quando non imponitur pœna mortis: & tunc vltra depositionem detrudi poterit in monasterium: vt in d. c. tuæ. Aut sunt grauissima: vt ibi imponitur pœna mortis. nam ex quãtitate pœnæ comprehendimus quantitatem & qualitatem delicti. xxiij. q. j. non asseramus. & tunc poterit deponi, & damnari ad carcerem perpetuum: vt in c. pemul. de hæret. & in cap. nouimus. de verb. sig. Vnde notabiliter dicit Inno. in cap. qualiter el ij. de accu. quòd deputatio ad perpetuũ carcerem post depositionem, æquiparatur pœnæ mortis. Et posset delictũ esse ita pernicioſum exemplo & qualificatum, vt traderetur illico post depositionem iudici seculari: vt in d. c. nouimus. in quo etiam dicit idem, quòd si carcer sit ita arctus & durus, quòd intra paucos dies clericus extinguatur, non euitatur irregularitas: quia licet diuitia carceris & ciborum tenuitate vita attenuanda sit, non tamen taliter, quo minus possit sustentari. Ex quo etiam colligo quòd per ecclesiam nulla pœna imponẽda est, per quam quis possit verisimiliter incurrere periculum mortis. Nota etiam quòd Pan. in delictis grauissimis nomine depositionis vtitur pro degradatione etiam actuali. Vide etiam de his suprà Crimen. §. iij. Et addevnum singulare quod not. Alexan. de Imo. in addi. Bar. in l. omnes. C. de decur. & fil. eorum. libr. xij. quòd in casibus, in quibus clericus torqueri potest, primò est degradandus antequam torqueat. tex. est singularis in l. & si excepti. C. de male. & mathe. ibi præsidio dignitatis exuti. Sed tamen no. quòd interest inter torquere & exponere. Torquere, in princip. quicquid sit de dicto do. Alexand. imò clericus torqueri potest quando & laicus: licet secus sit seuerè. Vide Panor. de reguliz iuris. cum in contem-

platione. ¶ Quintò quæritur, vtrum clericus diffidatus sine degradatione tradi possit curiæ seculari, non obstante quòd 7 d. cap. degradatio. degradationem aut traditionem requirat? Et Gemi in c. p humani. de homic. li. vj. determinat ꝙ sic, p illum tex. qui loquitur de huiusmodi diffidato: & diffidatus dicitur ac importat ide ac si esset penitus extra potestatẽ & protectione cuiuslibet iudicis ecclesiastici: ideoq; ista diffidatio habebit eundẽ effectum, quem degradatio & traditio facta iudici seculari. Quandoq; etiam ista diffidatio plus importat quàm degradatio: quia diffidatus nedũ potest puniri per iudicem secularem, sed per quemcunq;, etiã non officialẽ. ¶ Sex- 8 tò quæritur, vtrũ degradatus perdat clericale priuilegiũ, vt percuti & iudicari possit per laicũ? Et dico quantũ ad primũ, quòd fuerunt opiniones: sed placet opinio gl. in d. cap. degradatio. q; non incidit in canonẽ, si quis suadente. xvij. q. iij. si qs percutit clericũ degradatũ actualiter: secus si verbaliter tantùm. quod secundũ Pan. in c. ad abolendã. de hære. limita. nisi post verbale sequatur incorrigibilitas: quia tunc etiã perdit priuilegium, secundum vnum intellectum. c. cum non ab homine. de iudic. & absque alia traditione posset comprimi per iudicem secularem. Quantum verò ad secundum, dico sedm notata in d. c. degradatio. quòd quantis tutius esset vt degradatus actualiter per iudicẽ ecclesiasticum traderetur: ex quo tamen actualiter degradatus est, iudex secularis potest cũ iudicare. per text. d. c. ¶ Septimò quæritur, vtrum degradatus 9 conficiat celebrando: vel possit ordines cõferre, scilicet de facto? Et quantum ad primum dicit Archi. de consec. dist. iij. in c. ostenditur. quòd sic. idem dicit Richar. in iiij. di. xiij. de quocunque sacerdote, irregulari, interdicto, suspenso, excõmunicato, hæretico, schismatico, & quantumcunq; nefario, & ista est verissima opinio, licet glo. in c. accedentes. di. 50. contrarium dixerit, & alij multi: quia character, super quo fundatur conficiendi potestas animæ imprimitur à Deo ab homine nõ potest auferri. ¶ Quantũ verò ad secundũ dicit ide Richard. in iiij. dist. xxix. quòd licet exequi officium nõ debeat: tamen si ordinat, verum ordinem confert, quamuis nõ executionẽ: sicut episcopus, qui loco vel dignitati resignauit: quia eõ est eo magis episcopali dignitate spoliatus: dicentibus aliquibus episcopum non posse per homine totaliter episcopali dignitate spoliari: & consequentur degradationem non esse dignitatis ablationem, sed ab eius executione suspensio est perpetua. & consentit S. Tho. ¶ Octauò quæritur, vtrum degra- 10 datus teneatur ad horas dicendas? Et dicit Rod. quòd sic, si est in sacris. per c. dolentes. de cele. mis. qđ hoc omnibus ordinatis præcepit: iuste autem est ordinatus habens characterem. Et idem dicit Veruec quia ab his, quæ sunt oneris nõ liberatur: addens idem esse in degradato beneficiato, quandiu tenet beneficium, licet non fuerit in sacris: non tamen debet dicere, vt dicunt Dominus vobiscum: & similia pertinentia ad dignitatem: non debet etiam degradatus vel suspensus officiare ecclesiam. ¶ Nonò quæritur, quis restituere possit 11 degradatum? Et dico quòd solus Papa non episcopus. distinc. 50. capit. j. & ij. & sic etiam præses prouinciæ restituere non potest quem damnauit. ff. de quæst. leg j. in fine.

De Delectatione.

1 *Delectatio quid sit, & qualiter quandoque sumatur? Et quid à cogitatione differat? Et in quo peccatum sit primum?*
2 *Consensus peccati mortalis delectatione, num mortale sit peccatum? Et ibidem quid in delectatione multa sunt ſtectanda, de quibus hic ex ordine.*
3 *Cogitatio in propriam vxorem deliberata, num sit mortale peccatum? Et quid de viduis in delectationem actus coniugalis*

Universidad de Deusto
Biblioteca

grateris, de qua recordatur, consentiente? nume. 4.

5 *Consensum in delectationem tactuum & aspectuum impudicorum mortale peccatum esse. Quo tamen pacto huiusmodi tactus, ab eo, quem honesto amore adeo moueri credat, vel ex patria consuetudine, non continuò peccat: secus si ex libidine.*

6 *Mulieres perpulchras se amari & rogari, quotiescunque offerunt se amatorum aspectibus, vt illis placeant, etiam si nihil turpe vellint admittere, ob ruinam, quam illis parat, mortaliter peccat.*

7 *Puellæ quamlibet opere casta, si sensuali amore & iuuenum pulchritudine allecta, in delectationem cogitationis osculorum & complexuum consentiant, vtrum peccent? Et quid de his, qui sub specie, mortificationis spiritualis mulieres coram se nudari faciunt, vt disciplinas inferant? nume. sequen.*

1 DELECTATIO est quies appetitus in bono cognito præsentiter: colligitur ex locis innumeris S. Tho. sed aliquando sumitur largè pro omni cõsensu voluntatis. Et à cogitatione differt: quia cogitatio est opatio potentiæ cognoscitiuæ, id est, intellectus: delectatio verò est opatio potetiæ appetitiuæ. Vñ quia peccatum siue culpa est primò in appetitu, id est, voluntate: in cogitatione nõ pòt esse peccatum, nisi consentiente voluntate: quod dupliciter contingit secundũ eundem ij. dist. xxxix. q. j. art. ij. ad primũ. Primò inquantũ cogitatio est, & sic est peccatũ vanitatis, secundũ quod intellectus deberet vtilioribus occupari cogitationibus. Secũdò, inquantũ cogitationes propter delectationẽ rei cogitatæ quærũtur: & sic potius est peccatũ in delectatione rei cogitatæ, quàm in ipsa cogitatione, & tale peccatũ reducitur ad idẽ genus cũ actu exterius pperrato: puta fornicationis, homicidij, &c. ¶ Primò verò quæritur, vtrum consensus in delectatione peccati mortalis sit peccatum mortale: Et dico quòd sic, secundum S. Tho. in multis locis, sed præcipuè j. ij. q. lxxiij. arti. viij. & in q. de veri. q. xv. art. iiij. qa dicit Aug. in xij. de Trinit. quòd propter peccata cogitationis etiam sine voluntate perficiendi, sed cum voluntate oblectãdi, totus homo dãnatur. Et ratio est, secundum Sanct. Tho. quia consentire in talem delectationem est cõsentire quòd sunt affectus sit inclinatus in id quod est peccatum mortale. Non tamẽ est peccatum mortale, consentire in delectationem cogitationis, quę est de peccato mortali, sed est veniale: puta quãdo cogitatio est inutilis vel nulla: puta cùm quis vtiliter cogitat ad prædicandum, vel disputandum. hæc ex illo ibi. Sed, vt clarè intelligatur hæc quæstio, & quid sit cogitatio vel delectatio morosa: visò eodem Sanc. Tho. ibi, & alibi, dico multa. ¶ Primum. Quælibet delectatio consequitur aliquam operationem: vt patet in x. Ethic. & habet aliquod obiectũ, quod quidem obiectum est duplex. Primò, aliqua operatio alia ab ea quã delectatio consequitur, sicut cùm delector in cogitando de pulchra disputatione, delectatio consequitur operationem, quæ est cogitatio, & obiectum delectationis est vna alia operatio delectans, quæ est disputatio. Secundò, est aliqua operatio, quæ est ipsamet quam delectatio consequitur, inquantũ scilicet vt ipse dicit, vis appetitiua, cuius est delectari, reflectit in ipsam operationem, sicut in quoddam bonum: puta cùm quis cogitat, & delectatur de hoc ipso quod cogitat inquãtũ sua cogitatio placet. Et licet aliqñ videatur obiectum delectationis esse res aliqua: puta equus pulcher visu, aut pulchra mulier, aut etiã aliquid pudendũ: hoc nõ est nisi inquantũ talis res est terminus vel obiectum alicuius operationis: puta visionis aut fornicationis: vnde semper obiectum delectationis est operatio, vel quam ipsa consequitur: & tunc est cogitatio, vel alia: & tunc est operatio cogitata. ¶ Secundum. Delectatio voluntaria habens pro obiecto operationem, quæ de se est peccatum mortale, ita scilicet quòd nunquam licitè fieri potest sine mortali, est peccatum mortale: vt delectatio voluntaria de peccato mortali: puta, fornicatione. Sed delectatio voluntaria habens pro obiecto operationem, quæ de se non est peccatum mortale, sed est veniale, vel nullum: nõ est peccatum mortale, sed est veniale, vel nullum: quia delectatio secundum se non est peccatum, cùm aliquando liceat: sed quòd sit peccatum, habet à suo obiecto: sicut & quilibet actus mortalis. Et eadem ratione cõsensus in id quod est mortaliter consensus verò in id quod est veniale, vel nullum, est veniale, vel nullum: quia consensus secundum se non est peccatum, cùm aliquãdo liceat: sed quòd sit peccatum, habet à suo obiecto, in quod cõsentitur. ¶ Tertium. Delectatio de actu peccati mortalis, puta de fornicatione, semper est peccatũ mortale: quia habet pro obiecto peccatum mortale: & cõsentire in illam, similiter semper est mortale: quia est consentire in peccatum mortale: sed delectatio de cogitatione peccati nõ est de se peccatum mortale: quia eius obiectum, puta cogitatio, de se nõ est peccatum mortale: quia potest esse cogitatio de peccato sine peccato mortali, sed cum venali solùm: vel si inutiliter cogiteur, sine tamẽ complacentia peccati, imò sine peccato omnino: vt cùm vtiliter cogitatur. ¶ Quartum. Igitur in delectationibus cogitationum si cogiteur de actu peccati mortalis, puta fornicationis, cùm intentione perficiendi: cogitatio est mortale: & dicitur propositum peccãdi. Siverò cogiteur de eodem sine intentione faciendi, sed cùm intentione oblectandi, consentiendo scilicet in delectationem, quæ est de actu illo: cogitatio etiam est peccatũ mortale: & dicitur cogitatio vel delectatio morosa, non à mora temporis physici siue continui, quia potest esse repentè: sed à mora, quam circavoluptatem ratio facit, dum eam nõ repellit, sed acceptat: quod esse potest in instãti temporis discreti. Quę cogitatio morosa habet locum non solùm in turpibus, sed etiam in homicidio, & omnibus peccatis. Ex doctrina Sãcti Tho. in q. de verita. elicitur quòd duplex est cogitatio morosa: vna scilicet, qua voluptati consentitur expresè, etiam sine intentione operandi: & hoc ingẽubitanter est peccatum mortale, secundum Aug. San. Tho. & omnes. Alia verò, qua libidini consentitur implicitè siue interpretatiuè: & de hac Tho. ibi. quæst. xv. arti. iiij. ad decimum, sic dicit: Antequã ratio delectationem perpendat vel impedimentum eius, non habet interpretatiuum consensum: etiam si non resistat. Sed cùm iam ppenderit ratio de delectatione in surgente & de nocumento consequente: vtpote cùm percipit homo se teneriter per huiusmodi delectationem indignari & in præceptum ruere, ille, nisi expresè resistat: videtur cõsentire: & tunc peccatum ad rationem transfertur per actũ eius: quia agere & nõ agere cũ quasi agere debet, ad genus actus reducitur, secundũ quod peccatũ omissionis ad peccatũ actus reducitur. hæc ibi. Quando igitur quis negligit reprimere motũ peccati, & post sufficientẽ deliberationẽ, id est, te pus debet randi, & animaduersionẽ periculi, manet cõplacentia, id est, non adest displicentia, ppter negligentiã rationis est peccatum mortale, secundũ S. Tho. Idẽ tenẽt S. Bona. Pe. de Tar. & Veruec. si verò cõplacentia nõ manet, dũ ratio ea reliquiter licet ita tepidè vt statim secũdò & certiò ac pluries regreditur ad pullandũ mentẽ: secũdũ aliquos est dubiũ de mortalitate tamen dico quòd ibi nõ est consensus interpretatiuus, qui sit mortale peccatũ, nisi vbi ex tali tepiditate videret sibi homo imminere periculũ, pbabile de peccato mortali: puta de expresso consensu, vel de interpretatiuo mortali, scilicet S. Tho. vbi suprà, & S. Bon. vel de actu exteriori peccati, puta molitie vel huiusmodi: quia tũc homo tenetẽ facere conatũ, & viliter

viliter repugnare, sicut, & vbi imminueret periculũ corporis: secus si periculum non imminet, aut nõ perpenditur. Si verò cogiteur de peccato sine intentione faciendi & oblectãdi se de actu peccati, sed cum intentione oblectãdi se de ipsa cogitatione peccati sine relatiõe ad peccatum quod displicet, erit peccatũ veniale, si inutiliter cogitet: nisi inde sibi videret imminere periculum de mortali: vt si quis sine rationabili causa ex sola vanitate cogitationis imaginetur exercitus cõpugnãtes, cùm tamen sibi nõ placeret vera pugna: erit etiam nullũ peccatũ si cogiteur vtiliter: vt si dicta imaginatio exercitus fiat ad bonum finem: puta ad diuertendam intentionem animæ ab aliqua turpi cogitatiõe infestante, supra Cõsentius. in prin. ¶ Secundò quæritur, vtrũ cogitatio deliberata in propriam vxorem, sit mortalis? Et dicit Arch. quòd nõ, sicut nec ipse actus coniugalis: nisi ita moraretur in ea, quod pollutio in vigilia sequeretur. quod verũ credo quando est in loco & tẽpore & voluntate consummãdi: sed his seclusis, sicut tactus impudici sunt peccata: ita & cogitationes, quæ prius habent rationẽ peccati, quàm actus exteriores, nisi vt §. seq. dicetur, si stat in ratione sine præsenti motu venereo. ¶ Tertiò quæritur, vtrum peccet mortaliter vidua cõsentiens in delectationem actus cõiugalis præteriti, de quo recordatur? Et dicit Richar. quòd nõ: quia delectatio est de eo quod nõ est mortale: si tamẽ immineret periculũ casus, puta pollutiones, & aduertit, est mortale. Et consentire videtur Arch. quod verũ credo si delectatio sistat in ratiõe, quæ vult sic fuisse, aut solùm in memoria de re præterita cum displicentia præsentis cõcupiscetiæ. Secus si insurgat sensualis cõcupiscetiæ motus, & delectetur iã in motu præsenti occasionato ex memoria pręteriti, dum imaginatur nũc virum suum præsentẽ turpiter, & delectatur inde: quia talia nõ licẽt, nisi in ordine ad actũ cõsummandũ, qui ia ille est impossibilis: ideo quęrat, quãtũ potest, obliuisci virum suum quantum ad venerea. Et idem per omnia de viro dicẽdũ est respectu vxoris. ¶ Quartò vtrũ cõsensus in delectatione tactuũ aspectuũ impudicorũ sit mortalis: Et dico quòd sic quo ad tactus, puta complexus, & osculą, & huiusmodi, quando ibi sunt mortales, id est, quãdo fiunt ex libidine nõ matrimoniali: quia cõsensus in delectationem de aliquo mortali est mortalis: & idẽ dico de aspectibus. Vnde nõ peccat mortaliter, qui patitur huiusmodi tactus ab eo, quem credit moueri honesto amore, vel patriæ cõsuetudine. secus ab eo, quem credit libidinosè moueri, secundum Arch. quod limita, si potest vitare sine scãdalo aliorũ, qui de libidine non suspicantur. Si autem ée hoc dubitat, distinguo: quia si tactus sunt tales, qui cõsueuerint fieri etiã interpublicos, & negari nõ possint sine præiudicio affabilitatis, qua quis ad amicos se habet verbis & factis sicut decet: vt complexus amici nouiter à longe venientis, non est peccatũ: quia nõ est omittendus actus virtutis, peccando saltem venialiter, propter huiusmodi peccatũ socij dubiũ. Si verò tactus nõ sunt huiusmodi, adhuc distinguo: quia si tactus non sunt huiusmodi id est, nõ sunt osculum, vel cõplexus, aut cõsertio manuũ, nec etiã sunt apertè impudici, id est, in locis genitaliũ, aut vicinis: tunc etiã in dubio nõ est mortale ista pati, sed periculosum: qa nõ debet iudicare socius de libidine, sed de amore honesto, vel saltẽ sensitali citra mortale. Siverò sint aptè impudici, peccat mortaliter. quo modo intellige Arch. qui dicit nõ posse excusari à mortali eum, qui se tãgi permittit in genitalibus, misi à contra hos casus semper potest probabiliter opinari de mala infabilitatis. ¶ Similiter peccãt mortaliter, secundũ Arch. mulieres perpẽdẽtes se amari, & precari, quotiescunque se offerũt aspectibus amatorũ, vt illis placeãt: etiam si nil turpe vellent admittere: quia sunt ad illorũ ruinã occasio efficax. Et adde idẽ esse de viris respectu mulierũ. ¶ Quintò quæritur circa idẽ specialiter, qd de puellis, quæ tamẽ casta sint opere, tamẽ sensuali amore, & iuuenum pulchritudine allectæ cõsentiũt in delectationẽ de cogitatiõe osculorũ & coplexuũ? Et dico, iuxta prædicta, quòd si cõsensus esset in delectatione cogitationis tantum, nõ esset mortale: quod quidẽ licet si possibile logicum, id est, nõ implicans cõtradictionẽ nunqua tamen, aut rarissimè accidit. Siverò cõsentiũt in delectationẽ actus cogitatis: si delectatio ipsa nõ sit ex amore libidinoso, sed casto, sicut soror fratrẽ osculaf: erit peccatũ veniale, vel nullũ, secundũ qualitatẽ amoris: sed si delectatio sit ex amore libidinoso, erit mortale cõsensus: vt patet ex dictis. Nec valet dicere quòd illa libido potest ĩsistere intra limites matrimonij: quia ibi nullũ est. ¶ Sextò, quid de his qui sub specie spiritualis mortificationis faciũt mulieres corã se nudare, vt disciplinas inferãt? Et dico qꝫ nõ est dubiũ, eos peccare mortaliter, si libido sit principaliter in causa. Et idẽ videtur sentire Arch. si id faciãt ex curiosa sensualitate vidẽdi: imò si ex stulta intentiõe mortificãdi: qa dicit qꝫ tales excusari nequeũt à mortali: qa est cõtra naturalẽ honestatẽ, & cũ periculo lapsus & scãdali.

De Delegato & Subdelegato & Legato.

1 *Delegati multiplex definitionem legati & subdelegati.*

2 *Delegare quid, & quid possit, & quid non possit? Et an exactis tribus alterius episcoparus ad voluntariã iurisdictionem pertinẽtia delegari queãt. Et quid de his q̃ ad cõtentosam pertinẽt?*

3 *Delegatus in ecclesiastico foro, quas esse possit?*

4 *Delegatus, cum ei de delegatione temere non credatur, qualiter delegationis mandatum probabit? Et quid si is ordinario de suo mandato fidem facere nolit, & parere nolentem ordinarium excommunicat? nume. seq.*

6 *Iurisdictio quænam in dubio demandari videatur, & quid possit delegatus.*

7 *Delegati iurisdictio expirare quando dicatur? Et ibidẽ, quòd vbi dispositio sub nomine dignitatis facta est, non expirat dispositionis morte. Et idem cùm quid per viam statuti disponitur.*

8 *Res integra respectu non iurisdictionis delegatæ quando dicatur? Et quando quis vti iurisdictione cepisse dicatur?*

9 *Sententia delegatorum duorum inter se discordantium, num teneat? Et vnde dependere dicatur? Et quid in arbitrorum duorum, aut duorum ordinariorum discordantium sententia?*

10 *Delegatus an delegare possit, & cui? Et ibi conclusiones varię, vsque ad num. 13.*

11 *Prælati habẽtes p priuilegiũ, vt in aliquo casu absoluere possint subditos, aut cũ ipis dispẽsare, an illis delegare possint.*

12 *Panor. Regula in subdelegandi materia, quod Papa regulariter alicui causam comittendo indulsisse non videatur eligere, sed potius negotio prouidere intẽdat, quòd decidẽdam committit. Et quid si certio deputet, cum partiũ consensu.*

13 *Delegatus à Principe, & is qui ab inferiore delegatur, qualiter inter se differant? Et an delegatus ab ordinario cogere hominem fori alterius possit? Et qualiter delegatus Papæ à se excommunicatos absoluere possit? remissiue.*

14 *Subdelegatus à delegato Papæ quid possit? Et an credatur ei se legatum asserenti? num. seq.*

16 *Legatorum genera duo, nempe qui iurisdictionẽ non habẽt, & qui habent. Et horum tria quoque genera sunt, & quid vnum quodq; genus. Item hi qualiter quo ad percussorum clerici absolutionem differant? an. seq. Et circa hæc casus tres, & dubia quatuor, quibus duo additur. num. 18*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Legati de quibus proximè, in beneficiorum collatione, quomo do differant.

20 *Legatus de Latere, vtrum ea beneficia conferre possit, quorum collatio ad Papam deuoluta est per concilium Lateranense? Et quid de beneficijs vacantibus in curia?*

21 *Legatus Latere alis, vel alius qui mandato speciali conferre beneficia in prouincia potest si in ea sint, & ibi concurrant possibilitates tres beneficij collatores, nempe Papa, Legatus ipse & Dux cessans. si uõ apparet cui primo collatu sit beneficia, potior conditio erit possessoris: & si neuter possideat, qui habuit à digniori præferetur.*

22 *Legatus in prouincia, quid possit, aut non possit?*

23 *Legatio quot modis terminetur, & de eius effectu. Et quòd omnia legationi, omnes reseruationes beneficiorum ab legato, etiam si Later. lis sit facta, item decreta super his interposita, & hactenus, viribus destituantur.*

DELEGATVS †à delego dicitur, quod est vices committo: & vt recitat Pan.in rub.eo.ti.multipliciter: distinguitur: quia, secundũ Gof. est is cui à papa vel alio ordinario seu principis delegato, causa decidenda & cognoscenda cõmittitur. secundum Host. verò est is, cui comicitur causa decidẽda seu exequẽda, vices alterius repræsentãs proprijs in iurisdictione nihil habẽdo vt in c. sanè. e. ti. & in l. j. ff. de of. eius cui man. est iur. Secundũ Spec. ait eo. tit. in prin. est is, qui ex cõmissione alterius causæ iudicialẽ cognitionẽ assequitur. Et quilibet, inquit, diffinitio tolerari potest. Sed ego dico q; delegatus, quo ad ecclesiasticos, est is, cui à summo põtifice vel ordinario causa cõmittitur: aut etiã ab eo, qui extraordinaria iurisdictione aliquid pot. Et similiter dico de Imperatore & alijs dominis quo ad seculares. ¶ Legatus verò, secundũ Gof. & vt cõmuniter notat in rub. eo. ti. est is, cui à papa certa patria vel prouincia cõmittitur gubernãda: vnde gerit vices papæ, & est ordinarius in quincia. de off. leg. legator. li. vj. Subdelegatus, est delegatus delegati. ¶† Primò verò quæritur, quis & quæ possit delegare? Et dico q; quilibet ordinarius, etiam qui extraordinaria iurisdictione aliquid potest, vt delegatus papæ: sed tñ de episcopo distinguẽdũ est, secũdũ Ray. & Veruec. Nã pertinẽtia ad ordinẽ episcopalẽ, vt est cõsecratio, vel reconciliatio ecclesiarũ, ordinatio clericorũ, & similia, delegare põt episcopis tantũ. de off. or. qũ ad fedẽ. & de con. ec. aqua. imò metropolitanus post cõfirmationẽ, ante pallij receptionẽ, cõmittere potest episcopis consecrationẽ suffraganei sui. de ele. suffraganeis. Pertinẽtia verò ad iurisdictionẽ, vt est audiẽtia causarũ, & peccatorũ absolutio, indubitãter delegare potest alteri: vt in d.c. aqua. ita tñ quòd criminales causas clericorũ, cũ agitur ad depositionẽ, delegare nõ põt, nisi in casu, scil. cet si inciperet abesse, ppter ecclesiæ necessitatẽ, vel aliã causam magnã: & tunc committeret cognitionẽ tantum, & nõ diffinitionẽ causæ. ar. de off. eius cui man. est iu ri. l. j. C. de peda. iud. l. ij. nisi cõmitteret distinitionem totius causæ alteri episcopo, quod facere potest, cùm nõ sit ei prohibitum. Sunt autẽ & aliæ causæ, quæ licet nõ sint criminales, tamẽ eas delegare nõ debet propter earũ excellentiã, nisi ne cessaria, vel multũ iusta causa impediat: vt causa matrimonij, & consimiles. de cõsan. & alij. ex literis. Nec etiã debet delegare potestatẽ dispẽsandi cum irregularibus, nec absoluendi eos, qui manus violẽtas iniecerũt in clericos in exitibus sibi à iure cõcessis, qui tamẽ, licet nõ debeat, nihilo minus potest, cũ nõ sit ei prohibitũ imò de dicti percussoribus cõceditur. de off. ord. eis. Aliàs verò causas minores, etiã spirituales, vt de decimis, iure patronatus. & huiusmodi, delegare põt: sed tamẽ spirituales, clericis tantũ. de iudi. decernimus. & c. quãto. Pecuniarias verò indistinctè potest, imò fortè debet delegare, nec in talibus occupari. ar. xj. q. j. te quidẽ. Põt aũt delegare existentibus de alieno episcopatu pertinentia ad iurisdictionẽ voluntariam: licet ad suscipiendum cogere non possimus autẽ pertinentia ad contentiosam, secundum Veruec. Ad hoc de consti. vt animarum. l. b. vj. Secundò † quæritur, quis possit esse delegatus in ecclesiastico foro? Et dico quòd papæ delegatus esse potest solùm constitutus in dignitate, vel personatum habẽs, aut canonicus ecclesiæ cathedralis: de rescrip. statutum lib. vj. nisi ex certa sciẽtia papa causam cõmitteret non existenti in dignitate vel minori. de o. l. dele. cum vigelimum. de elec. cum in cunctis. Aliorum verò potest quilibet esse, qui non prohibetur. Igitur priores medicantium, & gardiani Minorum possunt esse delegati papæ: quia secundũ Gem. in c. nullus. de ele. lib. vj. post gl. sunt in dignitate. Et facit quod no. Pan. in c. causam. de iudi. & in e. cum olim. de ma. to. & obe. & Car. in cle. j. de reser. & ibi gl. quod tamẽ locum non habet, secundum Pan. in d. cle. vbi in eodem monasterio habeãt superiore, sicut qui sunt sub abbate: quia non habent dignitatem. secus de no habente: quia quanuis non sit perpetuus, sufficit quod esse possit. ¶ Tertiò, † cũ delegato non creatur, nisi probet delegationem: nec teneatur quis exequi sententiam eius, nisi ei literæ ostendãtur. extra eo. cũ in iure. quæritur qualiter probabit mandatũ delegationis? Et dicit Pan. in d. c. cum in iure. quòd primò per originale: & hoc est clarũ. Secundò, per exemplum de originali sumptum solẽniter. de qua solemnitate vide j. Tabellio. §. vlt. Tertiò, si partibus consentientibus, vel præsentibus, & non cõtradicentibus, originale sit exemplatum in actis, secũdum Host. quia in earum præiudicium acta facient fidem de originalis tenore. arg. in l. j. C. de rela. vbi per illũ tex. dicit Bar. q; si partes in iudicio præsentes nõ contradicunt his, quæ tendere possent in earũ præiudicũ, videtur cõsentire. Secus vbi solus notarius exemplauit instrumẽta originalia reducẽda ad actorũ tenorem: quia, secundũ Inn. cũ producũtur instrumẽta, sola productio est de actis, & nõ tenor: quasi dicat quòd si notarius scripsit in actis quòd talis pars produxit tale instrumẽtũ, creditur nocario de productione: vt in c. quoniam contra. de proba. sed nõ super tenore instrumẽtorum, nisi probetur per originalia, vel alijs prædictis modis. ¶ Quarto, † quid si delegatus non vult face re fidem ordinario de suo mandato, & ei parere nolẽtem si ue sententiã exequi excommunicat? Et dico quòd secundum doc. excõmunicatio nõ tenet: quia delegatus nõ habet iurisdictionem super ordinarũ, nisi sit ei rebellis. quod dici non potest, si petit fidem de mãdato: quia facit quod sibi iure permittitur. Sed si ordinarius malitiosè se asserat de mandato dubitare, allegando maximè fallitatem rescripti, secũdum Host. quatuor remedia cõpetunt delegato. Primum, vt exequatur per se quod potestiue in c. in literis. eo. ti. Secũdum, vt puniat ordinarium, si constat quòd malitiosè opponat. Tertiũ, quia punitur quo ad Deum. Quartum, quia condemnari potest in xxx. libras auri, si malitiosè se opponit ad cauiladũ rescripti principis: vt in lege secunda. C. de leg. Facit ad prædicta quod not. Pan. in cap. præterea. de d. la. vbi dicitur quòd si agitur de grauissimo seu grauiori præiudicio, non est parendum asserenti se delegatum, quamuis sit persona authorizabilis: si prius constet de pleno mandato: nec sufficit simplex copia. lege vna. C. de manda. princi. nec aliter ordinarius debet sententiam exequi. argum. in cap. nobilissimus. distinctio nona. Sed si agitur de præiudicio graui: puta, citatus est in partibus valde remotis: sufficit mittere copiam rescripti, non autem asserere se delegatum. Si verò agitur de leuissimo: puta, quia citatus est in loco ciuitatis: nõ est necesse copiam mittere,

tere, quo ad affectum arctandi citatum ad comparendũ: sed satis est asserere se delegatum: qa oritur dubium iurisdictionis, ex quo persona non est vilis: ex tali autem dubio quis cõparere tenetur. arg. l. si quis ex aliena. ff. de iudi. Secus si simpliciter citet, nõ asserẽs se delegatũ: nec aliàs est ordinarius. ¶† Quintò quæritur, quæ iurisdictio videat in dubio demandari, & quid possit delegatus. Et quantũ ad primũ dico q; concludi consueuit q; quãdo cõmittens dicit, authoritate nostra cognoscat: videtur translata iurisdictio ordinaria, per tex. in proœ. Insti. Sed quando hoc non exprimitur, per cõmissionẽ vnius negotij vel plurium, non videtur ordinaria iurisdictio cõmitti, p l. si certarũ. ff. de mil. te. Sed si vniuersitas cõmittatur, sic. per l. j. §. cum vrbem. ff. de off. præ. vrb. ¶ Quantũ verò ad secundũ respondet Gemi. in c. præsentiũ. de testi. ex gl. in c. solet. de sent. excom. lib. vj. quæ dicit, quod delegata potestas est stricti iuris: ideoq; id solum potest quod est ei cõmissum, & sine quo casu expediri non potest. de off. deleg. c. j. & c. prudentiam. & Lad legatũ. ff. de procu. & id, propter quod facilius causa expediri possit, non venit, nisi expresè cõmittatur. Et Veruec. dicit quòd quatuis causa delegata, intelligãtur cõmissa omnia, sine quibus causa expediri non potest: nõ tamen omnia concessa sunt, quæ possunt valere ad causam expediendam. ¶† Sextò quæritur, qũ expirer delegati iurisdictio? Et dico quòd re integra expirat per scientiam mortis delegãtis. l. eius qui. in princip. ff. si cer. pet. de off. dele. gratũ. & similiter re integra per mortem eius, cõtra quem mandat. de rescrip. significauit. & multis alijs modis vt in c. quoniam abbas. de off. deleg. ¶ Adde primò, secundũ Pan. in c. irrefragabili. de offi. ordi. quòd non expirat morte delegantis, quando data fuit per viam legis, & non ab homine: vt in d. ca. gratum. Ratio diuersitatis est: quia homo moritur: & eodẽ modo cùm eo extinguit delegatio eius re integra: cùm nõ fixerit radicẽ in persona delegati: sed lex nunquam moritur. pro quo facit c. si gratiosè. de rescript. li. vj. vbi patet quòd dispositio facta sub nomine dignitatis, non perit morte disponentis. Et idem videtur quando officiales aliquid disponunt per viã statuti: vt per mortem seu reuocationem eorũ nõ expiret illa dispositio. Secus si non per viam legis vel statuti. Adde primò vt sunt ordinationes & præcepta quæ fiunt à prælatis vel diffinitoribus non habentibus authoritatem cõstituendi. Addet secundò q; res dicitur integra, secundum Host. in c. licet. eo. tit. quando delegatus nõ cœpit vti iurisdictione: cœpit autem vti si vices suas cõmisit, vt ibi patet: etiã si primũ solùm cõmisit. eo. tit. super quæsthonum. vel si mãdauit alicui citare parte: aut si ipse citauit à fortiori: vt in d. c. gratũ. vel si recepit testes in periculo cõstitutos: & multo magis si excõmunicauit contradictores. eo. tit. c. j. & si diem assignauit partibus. de dila. c. fi. vel si fecit offerri libellum, vel alium actum iudicialem exercuit: etiam si partes non citauit: vt si recepto mãdato voluit rebellionem ac testes, & tãquam iudex præcipiat redigi literas suas in publicã formam. & in instrumẽto testes apponi: quia talis actus iudicialis est: vnde incipit vti iurisdictione. ¶† Septimò quæritur, quid de sententia duorũ delegatorum discordantium? Et dico dependere ex delegante quã voluerit acceptare. Secus in sententia arbitrorum ex compromisso, quia non tenet. Sicut etiam præsidentes loco papæ in concilio gñali nihil faciunt, nisi oẽs consentiant in actu. gerẽ de reg. & in c. pe. de stat. mon. Secus in sententia duorum ordinariorum discordãtium, quæ tenet pro reo, nisi causa matrimonij, libertatis, & testamẽti, & huiusmodi fauorabilibus: quia tũc tenetur pro actore: vt in e. vlt. de sen. & re iudi. intelligi si agit vt matrimonium, & huiusmodi teneant. aliter valeret pro eo, qui vt valeant agit, vel se defendit. ¶† Octauò quæritur, vtrum delegatus possit subdelegare, & cui? Et dico multa. ¶ Primum. Delegatus à Papa vel à principe potest indistinctè cautam notam vel partẽ alteri delegare. d. à iudice. C. de iudi. de off. deleg. c. fi. & no. Inn. in c. pastoralis. eo. tit. Et hoc verum nisi quando certum ministerium ei cõmittitur. quod Inno. ibi limitat de ministerio magno: & exprimitur, vt prædicare crucem, dispensare cum irregulari, pœnitẽtiam iniungere, absoluere excommunicatos, & huiusmodi: & generaliter quando cõmittitur nudum ministeriũ, & non iurisdictio: vt ibi patet in fine: vel quando per verba rescripti comprehẽditur electa fides vel industria eius: sicut cùm dicitur, confidimus de tua industria. vel, personaliter exequaris: vel quando negotiũ non est per alium bene expedibile. Hoc tamen nõ est verũ in legato sedis apostolicæ: qui etiã in prædictis subdelegare potest: vt patet in d. ca. fin. scilicet in prædicatione crucis, dispensatione cum irregulari, &c. Pro quo not. quòd in d. c. fi. cùm dictum fuisset quòd delegatus principis potest delegare: subiungitur primò quòd is, cui iniungitur vt negotium personaliter exequatur, potest delegare de cõsensu partium, nisi iniunctum sit, inquisitionẽ fieri, vel ecclesijs de prælatis aut alijs ministris prouideri: quia in his industria & fides personæ videtur electa. Et secundò subiungitur sic in forma: Cæterum salua legatorũ sedis apost. authoritate, nulli, cui commissum fuerit prædicare crucem, excõmuni care, vel absoluere aliquos, dispẽsare cum irregularibus, vel iniungere pœnitentias, liceat hæc de cætero alijs demãdare: quia non sibi iurisdictio, sed certum ministerium potius cõmittitur in hac parte. hæc ibi. Ex † quibus aliqui volunt quòd prælati habẽtes per priuilegium quod in aliquo casu possint absoluere subditos, aut cum eis dispensare: non possunt hoc alij delegare. cùm ista eorum potestas sit delegata. Et verum dicunt, si ista cõcessa sunt istis prælato in numero circa determinatos subditos: puta, absoluatur ille vel ille. Secus vbi hoc conceditur respectu subditorum in genere tam respectu eorum præteritarum, quam futurarum, & prælatis præsentibus ac futuris: tum quia hic non committitur certum seu nudum ministeriũ, sed cognitio causæ & iurisdictorum: quia etiam si cõmittatur nudum ministeriũ, quod est falsum, tamẽ nõ est electa industria personæ: cùm sit incognita. Et idẽ est secundũ Pan. ibi. post Inn. si nudum ministeriũ cõmitteretur certæ pſonæ, sed illud rõ sit magnũ, vt prædicta. Et ita, vt dixi, cõsuetudo, quæ legem interpretatur, obtinuat: & est rationabil: quia plerumq; subditi verentur prælatos. Et ita expresse tenet gl. in c. fi. de off. or. ¶ Secundũ. Delegatus Papæ subdelegare potest: licet sit datus ex officio, vel ex consensu partium, vel cũ clausula præelectionis, scilicet q; si nõ omnes, tu cum alio exequaris. vt ibi. Et hoc nisi illud verbũ geminaretur: puta, si diceretur, tu exequaris, secũdũ Bal. vt verba aliquid operentur. de pri. ti. si Papa. lib. vj. Aliter nõ intelligitur electa industria personæ, secũdum eũ. Ex † quibus facit ibi, id est, in d. c. fi. Pau. regulã singularẽ in materia subdelegandi, videlicet q; regulariter Papa cõmittendo alicui causam, industriã personæ nõ videtur eligere: sed potius intẽdit guidere negotio quod decidendũ cõmittit. Sed & si Papa tertiũ delegatũ deputauit eũ partiũ cõsensu iudicit Io. And. in addi. Spe. q; licet de honestate subdelegare nõ debeat, nisi de consensu partiũ, non tñ de necessitate: quia d. c. fi. indistinctè dat isti delegato facultatẽ subdelegandi: dicens q; delegato à principe est à iure cõcessum. & ide Host. & Spec. & Pan. ¶ Tertiũ. Delegatus non à principe, sed ab inferiore, subdelegare non põt: etiam impeditus infirmitate vel alia iusta causa. argu. l. prætor. §. si post. ff. de va. mu. & d. l. à iudice. Quod tamen fallit primò

Universidad de Deusto
Biblioteca

in vno articulo vel capitulo causæ:quia videtur hoc posse alteri committere:vt in cle.j.de offi.delega. Secundò,quando est delegatus ad vniuersitatem causarum alicuius ciuitatis, villæ aut ecclesiæ:qa tūc potest vnam causam delegare:vt not. glo.in c.cū causam.de appel.ff.de iudi.l.cū prætor.§.j.ff.quis & quo ap.l.j.§.j. Tertiò,si lis est corā eo cōtestata.&sic intelligit extra de sen.& re ind.cū ffertoldus.ar.C.de ,pcur.l. neq; tutores. Et hoc tenuit Sū. Pis. sed fm Bar.in d.l.à iudice.hoc cōmuniter non tenet:nec est de ,pcuratore simile: vt ibi per eum patet. Quartò,si hoc sibi specialiter concedatur, secūdū Io.And.per c.ex cui.de offi.deleg.lib.vj.vbi dicitur quod is,cui cōmittitur à sede apostolica prouidere certæ personæ de beneficio in certa ecclesia,diœcesi vel ,puincia:potest hoc alteri subdelegare.Sed si mandet eivt prouideat ecclesię de persona: subdelegare nō potest,nisi subdelegādi habeat speciale mandatū.¶ Quartū. Is, cui negotiū cōmittitur vt personaliter exequatur:si partes consentiant tacitè vel expressè, hoc potest alteri subdelegare.quod tamen limitat Pan.in c.fi.co. tit. quando forma rescripti est fundata super vtilitate partis: secus si sup publica,quæ non esset remissibilis per partes,vel vbi partes contradicerent. Hoc tñ fallit in eo,cui Papa committit inquisitionem,vel prouisionē ecclesijsde prælatis siue alijs ministris:quod sine speciali mādato subdelegare nō potest:quia in his fides & industria personæ eligi videtur.in d.c. fin. & in d.c.is cui.¶ Quintum. Delegatus, vel etiam legatus sedis apostolicæ eo casu,quo subdelegare potest, hoc nō potest,nisi existenti in dignitate vel personatu,vel canonico ecclesiæ cathedralis:vt in c.statutum.de reseri.li.vj.¶ Sextum. Sicut delegatus à Papa vel principe habet à lege quòd possit causam alteri subdelegare,nisi,vt dictū est: ita delegatus ab episcopo vel alio,& si nō habeat à lege potestatem subdelegandi:habere tamen potest ab homine: vt si delegās ipse det sibi authoritatem subdelegandi.arg.de procur. c.j.ij.respon. Et sic tenet Io.And.super c.is cui.lib.vj.¶ Septimum.Eo casu quo delegatus subdelegare potest,tenet quis acceptare subdelegationem,secundum Inno.in c.pastoralis.de offi.deleg. nisi cōstet quòd delegatus malitiosè se exoneret,vt ibi:&tūc si vellet cogere,iusta esset appellatio.Sicut si non constaret.

33 ¶ Est tamen differentia inter delegatum à principe & ab inferiore:quia primus cogere potest omnes,etiā si non sint sui fori.C.qui pro sua iurisdictione.l.vna.ff.de muner.& honor. I munerum §.iudicandi.exceptis aduocatis,qui alibi quàm in suo foro cogi non possunt recipere iudicium.C.de aduoc.diuer.iudi.l sancimus.Delegatus verò ab ordinario,cogere nō potest hominem alterius fori.ff.de iurisdictione omnium iudicum.l.vlti.& in glo.d.cap.pastoralis.Quomodo delegatus Papæ absoluere possit excommunicatos à se, suprà Absolutio ij.§.iiij.vbi autem cognoscere possit, suprà Commissio.

34 ¶† Nonò,quantum ad subdelegatum quæritur, quid possit subdelegatus à legato Papæ?Et dico quòd potest coërcere, secundum Ioan.Andre.extra eo.ex literis. quæ coërcitio, secundum Innocentium intelligitur,quia potest excommunicare,interdicere, & huiusmodi. Vnde & Hostien. dicit quòd subdelegatus delegati & merus executor coërcitionem recipit contra se sibi opponentes,& iniuriantes illos,quos mittit pro exequendo articulo sibi commisso : quem etiam quo ad denuntiationem potest alteri delegare.

35 ¶† Decimò,quātum ad legatum quæritur, an credatur asserenti se legatum ? Et dico quòd non, nisi probauerit in scriptis,& de mandato apostolico per suas literas fidem fecerit. distinctio.lxij.lectis.C.de manda. principum.l.vnica. Facit quod notat glossa.in cap.sicut nobis. de sententia excommunicatio,quod non creditur Cardinali asserenti aliquid in alterius præiudicium. quod limitate videtur Panor. si afferat oraculo viuæ vocis.Et si dicat se literas perdidisse,non auditur de offi.deleg.cum in iure.& d.l.vnica. si tamen est honestus &notus,debet ei credi & recipi.xcvij.distin.nobilissimus. sed sine literis nihil audeat iudicare,secūdum Tanc.& Arch. quia nuntio sine literis non creditur,vbi alicui præiudicatur. 16

¶† Vndecimò quæritur,quot sunt genera legatorum? Et dico quòd legatorum duo sunt genera: quia sunt quidā legati impropriè,id est,nuntij,sed non iudices:vt qui à Papa pro ambasiata mittuntur,vel ad aliquod nudum ministerium exercendum.de quibus dist.j.ius gentium.& xcvij.disti.c.nobilissimus.& istos qui impedit,debet hostibus tradi:etiā si sint hostium.l.vltima.ff.de legatio.&secundū Canones sunt excommunicandi.xciij.dist.si quis.Ita not.glos.in d.c.ius gentium. Imò si legati vel nuntij sint apostolici: sunt ipso facto excōmunicati,& eorū terræ ac loca interdicta,quandiu in contumacia perstiterint eorum domini.de offi leg.super gentes.li. vj.Extrauagans est.Quidā verò sunt legati iudices quos Papa facit ordinarios in certa ,puinciade quibus loquitur præmissa diffinitio,& titulus de officio legati. Et horum,sedm Io.And.& omnes Canonistas,tria sunt genera: vt etiam notglo.& Pan.in c.excommunicatis.de off.leg.Quidam enī dicuntur laterales,seu de latere missi,qui secundū Ber.in c.excommunicatis.de sen.excomm.& glo.in c.pe.de offic.legat. sunt hi,qui de curia Papæ mittuntur:etiam si non sint Cardinales.Sed verius dicit Io.And.& Pan.in d.c.pe.quòd sint soli Cardinales,maximè hodie.Quidam verò sunt locales seu nati,qui dicuntur legati ratione suæ dignitatis, in qua nascuntur priuilegio ecclesiæ suæ:vt archiepiscopus Cantuariēsis,& Eboracensis:vt in c.j.de off.leg. Quidam verò nec sic:sed dicuntur temporales siue cōmunes personæ:vt oēs missi à Papa,à curia,vel ab extra, qui non sunt Cardinales. 17

¶† Duodecimò quæritur,quomodo differunt hi legati quo ad absolutionē percussorum clericī? Et dicit glo.in c.pe.de offi.leg.& communiter oēs doct.quòd laterales hos possunt absoluere in sua prouincia & etiam extra,postquā egrediuntur vrbem, donec illam reingrediātur,& tam subditos, quàm extraneos siue aliunde venientes,secundū gl.quod Host.in c.pe.de offi. leg.limitat,nisi sit enormis iniuria allegans c.fi verò.& c.cū illo.de sentent.excommu.sed in c.ad eminentiā. de sentent. excom.tenet quòd potest absoluere etiam pro enormi.& idē Ioan.And.& Archi.in c.j.de offi.leg.lib.vj.& Panor.in d.cap. ad eminentiam.etiam si mutilauerint vel occiderint. Et hoc tene:quia iura excipientia enormem iniuriam, loquuntur in aliis inferioribus legatis,secundū prædictos.Pallit ramen id dictum est.Primò,quando sunt in ,pesentia Papæ.Secundò, quando sunt reuocati ante regressum,secūdum Pan.in c.pe. de offi.leg. quo casu nec insignia legationis debēt exercere. Tertiò,secundum aliquos,quando nec in prouincia sunt,nec in via.Sed ista fallentia aliquo iure non probatur,sed reprobatur:quia proconsul extra sibi decretam ,puinciam exercere potest iurisdictionem voluntariam,& vti insignijs,non distinguendo an sit in via,nēcne.ff.de off.procon.l.j.& ij. legati autem Papæ æquiparantur proconsulibus & præsidibus:vt in c.ij.de off.leg.lib.vj.Adde quòd dicta de absolutiōe ab hac excōmunicatione, nō sunt extendenda ad alias absolutiones Papæ reservatas:quia in istis exorbitantibus & prohibitis nō fit extensio de vno casu ad alium,etiam per maioritatem rationis:vt in cap. ad translationem de offic. legati. ¶ Legati verò locales ,siue nati ,absoluere non possunt istos in prouincia sua vel extra,nec subditos , nec alios . Cuius ratio est, secundum Panormitanum in d.c.peoul,quia alioquin clerici perderent priuilegium,quod habent ex cap.si quis suadente. xvij.q.

1 DIGNITAS, † secundũ Arch.in c.j.de cõsue.lib. vj. aliquãdo est potestas,cõditio,vel prærogatiua secularis:vt xxiij.q.v.administratores. & C.de d.gni. libr. xj.Et hæc est dignitas secularis:sed dignitas ecclesiastica est administratio rerũ ecclesiasticarũ cũ iurisdictione,etiã in modicis eansis,secundũ Pet.de Arch in ele.si dignitate.Igiẽ habere dignitatẽ,secũdum Pan.in c.de multa.de prębẽ. est habere iurisdictionẽ in foro cõtencioso: sicut habẽt archipresbyteri in ecclesia Pictauiẽsi:qui excõicant,suspẽdunt, & absoluunt.Vnde quilibet rector seu prior ecclesiæ collegiatæ habet dignitate,secundũ Pan.in cle.j.de elect.& in cle.ne in agro.de sta.mo.& do.de Rota decis.clxvj.,ꝓ quo facit text. in c.ndẽnitatibus.de elect.lib.vj .vbi abbatissa dicit habere dignitate.Et tenet hoc etiã Card.in cle.ij.de rescrip.& vbi gl.dicens in hoc approbatã esse opinionem Abbatis. quod Inn.in d.c.de multa.limitat si iurisdictio est ꝑpetua:allegãs c.ij. de sta.mo.§.fi.Sed tu dic quòd sufficit si ꝓsit esse perpetua:vt in Prouincialibus & Ministris:imò etiã in Prioribus & Gardianis ordinum mendicantium: vt ẽ. Delegatus. §. ij. quia † dicitur esse perpetuũ,quod est in potẽtia perpetuũ: vt not. Card.in d.clem ij.Et text.est ꝓ hoc in c.clericos.inverbo,perpetuam.iuncta glo.de coha.cle.& mul.Item dicitur dignitas si in ecclesia, vbi est, reputet pro dignitate,& habeat admi-

2

2

Universidad de Deusto
Biblioteca

ustrationem rerum perpetuam licet nō sit numerata inter ecclesiasticas dignitates, secundum Innocen. ibidem. Ministri autem, qui sine penitus iurisdictione exercēt aliquod officiū, sicut procuratores, syndici & sacristæ, qui pulsant campanas, non habent dignitatem, etiā si essent perpetui. Secus si haberent iurisdictionē. ff. de offic. procur. Cæsa. l. vlt. secundū eundem Innoc. Item dicitur dignitas, quæ appellatur aliquo nomine de dignitatibus iuris: vt Archidiaconatus, & huiusmodi, etiam si nō exercent officiū, secundum Innoc. ibidem. Ex his autem patet quòd vicarius episcopi non habet aliquā dignitatem, secūdum Pan. vbi suprà. ¶ Personatus † autem secundum Arch. vbi 3. est quædā prærogatiua in ecclesia sine iurisdictione: vt habere stallū honorificū in choro, in capitulo, in optionibus in processionibus, in vocibus dādis, & similibus, plus quàm alij sui ordinis canonici: & nō tanquam alij in dignitate cōstituti. Vnde patet quòd differt à dignitate: quāuis secundum Innocen. vbi 3. aliquādo accipiatur pro dignitate. ¶ Officium aliquando est nomen cōmune dignitati & personatui & officio simplici: quod, secundum eundem Arch. vbi 3. est administratio rerū ecclesiasticarū sine iurisdictione: adde & sine prærogatiua in choro vel alibi: sicut syndici, procuratores, castaldi: de quibus 3. q. iij. saluator. Itē vice dominus, & similes, qui sicut picæ habent referre, habēt officiū, & non dignitatem. Ista ergo sic differunt: quia dignitas habet administrationem & iurisdictionē: vel habetur pro aliquo tali, vel habet nomen: officiū autem habet administrationem sine iurisdictione: personatus neutrū habet: sed tantùm prærogatiuam, id est, excellentiam supra alios quo ad aliquid. ¶ Primò

4 † verò quæritur, verū successor in dignitate, teneatur ex contractu inito cum prædecessore? Et dicit Panor. in c. j. de prob. quòd sic si fuit initus nomine dignitatis: etiam si fuerit initus cum subdito suo. Et ita tenet Cyn. in l. digna vox. C. de legi. & Io. And. & cōmuniter sequēt̄es: etiā si talis sit papa vel Imperator. Et facit l. Cæsar. ff. de publica. & etiā, quia talis obligatio est de iure naturali, cui princeps submittit. Facit clem. pastoralis. §. certum. de sen. & re iudi. ¶ Secundò † quæritur,

5 vtrum dignitas possit appeti vel quęri? Et dico quòd nō, si sit ecclesiastica: imò talis ipso iure efficit indignus, & debet repelli. j. q. vj. sicut is qui, dignitatem verò secularē aptus & dignus potest appetere, & petere ab eo qui potest eā dare, etiā mediāte pecunia: dummodo palā detur & petatur. ff. de polli. l. j. §. j. ff. de decu. l. eos. ff. de offic. prætо. l. Barbarius. in prin. ibi nō ambitu, vel pretio. Similiter etiā licet petere vel dare pecuniā, vt cōfirmet: vt not. gl. in d. l. eos. & facit gl. in l. vnica. ff. ad leg. Iul. de ambitu. Similiter licet emere militiam. l. creditor. ff. de act. emp. §. iuter. vēditorē. Sed p̄ his limitandis, nota quòd omnes dignitates videntur ad tria genera reduci: quia cùm omnis dignitas habeat annexū honorē: aut habet honorem præcisè sine administratione & iurisdictione: vt militia in secūlo, & stallus in choro: aut honorem & administrationem præcisè, sicut esse regis thesaurarium, aut ecclesiæ syndicum vel castaldum: aut honorem, & administrationem, & iurisdictionem sicut rex, iudex, vel potestas, aut episcopus, vel alius prælatus. Primam appetere licet eo modo, quo & honorem: de quo dicit Sanct. Tho. ij. ij. quæst. cxxxj. quod eius appetitus est peccatum, si sit supra vires, vel non referatur ad Deum, vel ad vtilitatē: sed propter sē appetatur. Vnde licitè appetitur moderatè, ad aliquem bonum finem. Secūdam similiter appetere nō licet propter se, aut si sit supra ppriam facultatem: sed solùm moderatè, id est si quis ad eam sit idoneus: & ad bonum finem, pura sustentationem suam, vel vtilitatem aliorum. Tertiā similiter licet appetere eodē modo, si sit secularis. Vnde secundū Arist. in Poli. licitè appetit principatum, propter vtilitatē Reipublicè, qui scit se esse dignum, id est, habere tria. Primò, amorem ad cōsistentem politiam. Secundò, potentiam maximorum operum principatus. Tertiò, virtutem & iustitiam. Tamen secundū eū, non bene statuitur est ipsum petere, qui principatu dignificabiē, id est, qui est dignus principatu. Cuius ratio esse potest: quia ista petitio habet speciē mali, id est, ambitionis: cùm intentio, quia ad apparet vtilitatem reipublicę petit, nō videat. Vñ dignitatē ecclesiasticam habentē iurisdictionē vel curam, ad quam nullus est dignus, nisi per gratiam, quā nullus scit se habere, nō solùm sine non licet petere siue quærere, sed nec etiam desiderare, etiāsi ad bonum finem, nisi secundū quid: pura, vellet rate quadam cogitatione puta, si essem dignus, vellem à Deo promoueri ad bonū statum, si deus vellem vt Deus me dignū faceret, vt alijs in prælatione proficerem. vide infrà Episcopus. ¶ Tertiò † quæritur, vtrum episcopus possit dispēsare in promotione ad dignitatē cum habentibus defectū in ętate vel ordine? Et dico quòd, secūdum Io. And. solus papa dispensat vt promoueatur in episcopum, qui nō compleuit xxx. annum. de elect. cum nobis olim. Sed quantū ad alias dignitates sine cura dispensat episcopus cum eo, qui cōpleuit xx. annū. de ætа. & quali. permittimus. lib. vj. Quantum autem ad parochiales ecclesias nō potest: vt notat idem Ioan. And. de elect. licet canon. lib. vj. Similiter in defectu ordinis solus papa dispensat ad episcopatum, secundum eum, extra de offic. leg. quod translationem. de excel. prælat. sicut vnire. Sed quo ad alia etiam episcopus. de ętа. & quali. præterea. & cap. tuum. vbi ex dispensatione episcopi ad abbatiam assumitur, qui nō est sacerdos. Super ętate autē quo ad ordines dispensare non potest, secundum gl. in clem. generalem. de ætа. & quali. & idē Paul. Vtrum autem possit quis simul multas dignitates ecclesiasticas habere, suprà Beneficij. per totum. ¶ Quartò † quæritur, vtrum temporale officium appeti possit, & quęri aliquo dato? Et dicit Gemin. in c. pro humani. de homic. lib. vj. quòd sic, si duo cōcurrant. Primò quòd detur publicè: quia dare cladestinè reprobatur. ff. de polli. l. j. & ij. ff. de admi. turo. l. nō existimo. Nec obstat l. vnica. C. ad legē Iul. de ambi. quæ prohibet aliquem ad officium promoueri prætio vel ambitione: quia secundum gl. in l. Barbarius. ff. de offic. prætо. loquitur quādo secretè datur. Secūdò, si cupit prodesse, & non obesse. Sed hoc limita, si cupit prodesse alteri, vel sibi sine alterius iactura, & si sit idoneus. Nec distinguo in hoc vtrum officium sit ecclesiasticum vel seculare: sicut distinguit Sum. Angel. sentiens æquè illicitum esse appetitum ecclesiastici officij, sicut ecclesiasticę dignitatis. quod est falsum: quia ad officium, pura syndicatum, vel tabellionatum, potest quis scire se esse dignum cùm gratia non requiratur: non ad dignitatem. vnde huiusmodi appeti possunt bono fine, suppositа idoneitate. & pro his potest pecunia dari. saltis his, quæ dicētur infrà in verbo, Simonia. §. ix. particula vltima. ¶ Quintò † quæritur vtrū officialis posit aliquid recipere, quando tenetur gratis officium exhibere? Et dico quòd non: vt in l. finali. C. ad leg. Iul. de ambitu. vbi prohibetur receptio, cùm quis est in administratione, etiam post depositum officium, pro beneficio præstito tempore administrationis. de quo vide infrà Iudex. §. vij. cū leg. ¶ Sextò † quæritur, vtrum officium, ad quod quis tenetur, mereatur præmium generaliter promissum facienti hoc vel illud? Et dico quòd non: sicut quod promissum est capienti bannitum, non debetur famulo Potestatis capienti: quia ad hoc ex suo tenebatur officio. Facit l. congruit. ff. de officio præsid. & cap. j. de offic. ordin. & not. Panormit. in cap. Ecclesijs. de cēs. ¶ Septimò † quæritur, vtrum liceat mutuare dominis pro officio? Et dicit Sanct. Tho. ad ducissam Brabantiæ quòd si propter hoc detur mutuum ex pacto, vsura est: quia pro mutuo accipit officij potestas. quod Sū. Ang. limitat: verū in officijs secularibus quæ venduntur, qa in his, quæ gratis dari debent, nō esset vsura: cùm mutuans nihil accipiat æstimabile pecunia: licet ex officio cōsequē ter aduenīat lucrū rationabile laboris. & fidē Sū. Rof. quod nō bñ dicitur: qa supponit Sā. Th. q. intētio mutuātis sit ad tale lucrū vndecūq; veniat. Vñ mutuans vt accedatur ad suam apothecā, ad quam gratis accediturus, secundum omnes, est vsurarius. Dicit etiam quòd in spiritualibus officijs hoc induceret simoniam. quod non est vniuersaliter verum: vt patebit ꝛ. Simonia. §. ix. in fine.

De Dilapidatore.

1 *Dilapidator quis sit, & qua sit seriositas pœna.*
2 *Prælato de dilapidatione sustentatio dari debet coadiutor.*

DILAPIDATOR † bonorum ecclesiæ dicitur prælatus res ecclesiasticas alienās, & malè expendens: qui & deponi debet. xij. q. ij. apostolicos. xvij. q. iiij. nullus res † Suspecto verò de hoc dari debet coadiutor. de offi. deleg. venerabili. & in cap. licet Heli. §. quia verò. de simo. a.

De Diœcesi.

1 *Diœcesis unde dicta, & quid dicatur, siue in genere, siue in specie sumatur?*
2 *Ciuitas quid sit, & an veniat diœcesis appellatione, an verò territorij nomine contineatur.*
3 *Ordinarii numeri latius, quàm Diœcesani porrigitur. Et ibidem quod diœcesis quandoque pro regione aut prouincia, quandoque pro parochia sumitur.*
4 *Diœcesis quandoque regionem seu prouinciam denotat.*

1 DIOECESIS † secundum Archid. de rescript. statutum. libr. vj. dicitur distinctio, diuisio, vel gubernatio: à dia, quod est duo, & cesio, id est, separatio: quia diuisa & distincta sit ab ecclesia alterius episcopatus, & vnius gubernationi
2 commissa: & est vbi est episcopus. xvj. q. iij. quicunq; † & videtur propriè esse territorium ciuitatis, vt habet ordinem ad iurisdictionem spiritualē: & eius nomine, si sumatur in suo genere, venit ciuitas: sicut pars nomine totius: vt in cap. j. de off. ordi. & not. Panor. in cap. Rodulphus. de rescript. Si verò sumatur in specie, vt quid à ciuitate distinctum: eius nomine in materia odiosa ciuitas non comprehenditur: quia dignius sub minori comprehendi non debet: sed nec econtra, nomine
3 ciuitatis, diœcesis comprehenditur: vt not. idem in dict. cap. Rodulphus. de rescript. ¶ Et † nomen ordinarij plus comprehendit, quàm diœcesani. Pro quo vide glo. in cle. j. de vi. & ho ne. cleric. & melius in clem. j. de iure patron. in verbo, diœcesanus. † Aliquando tamen sumitur diœcesis pro regione vel
4 prouincia: sicut fortè in l. prædides. C. de off. re. prouin. Interdum etiam sumitur pro parochia: de qua vide Archidia. ibidem. & xvj. q. j. episcopum. vide etiam ꝛ. Ciuitas. in prin.

De Discordia.

1 *Discordia quando dicatur, & num mortale peccatum sit?*
2 *Consiliarij dissidentes à bono communi scienter & notabiliter propter animi elationem & similia, mortaliter peccant.*

1 DISCORDIA † secundum S. Tho. ij. ij. q. xxxvij. importat disgregationem cordiū, id est, voluntatum in diuersa. Vnde non discordant qui diuersa credunt, vel opinātur: sed qui diuersa volunt. Est autem peccatum mortale, secundum eundem ibi, quando est à bono Dei, vel proximi ex intentione deliberata, quod intelligo, si illud bonum sit notabile. Et sic intelligē cap. oblationes dissidentium. distinct. xc. &
2 † peccant mortaliter consiliarij dissidentes à bono communi scienter & notabiliter, propter elationem vel superbiam, aut malam voluntatem, nolentes alijs consentire tendentibus ad bonum: qui & propriè non discordant, sed alij.

De Discretione.

1 *Discretio quid sit, & quibus sit necessaria.*

DISCRETIO, † est mater omnium virtutum. j. quæ- 1
stione quinta. præsentium. de offi. cust. cap. j. necessaria prælato in corrigendo. distinct. 50. ponderet. & prædicatori. xlij. dist. sit rector. & confessori. xxiij. quæstione iij. his qui. de pœn. & remissionib. cap. omnis.

De Dispensatione.

1 *Dispensatio, quæ varię considerari potest, quam diffinitionem habeat? Et ibidem quod vulgus dicatur.*
2 *Prælati pro animi sententia permissionem dantes, vt contra suos veniri possit sine causa rationabili, aut saltem dubia, quales dicantur? Et quid si dispensatio ex causa falsa, aut veritate tacita impetretur? Et quid de qualibet alia gratia?*
3 *Dispensandi quanam, ac quot sint iustæ causæ? Et quid si ex iusta causa debitè dispēsationē prælatus nō concedat, an peccet?*
4 *Dispensatio num necessariò causa cognitionem requirat? Et quid si sine causa cognitione fiat? Et qui sine legitima causa dispensatus est, num quo ad Deum tutus pr̄sumat. seq.*
6 *Religiosus cū quo sine legitima eā dispensatio est, vt ad laxiorē religionē trāseat, aut ecclesia curata præficiatur, an sit tutus.*
7 *Dispensandi potestatem qui habeat?*
8 *Episcopo, an super faciendo, scilicet vt aliquid contra canones fiat, dispensare liceat? Et quid super facto.*
9 *Dispensandi potestas, an sit late interpretanda? Et ibidem, quòd licet dispensatio sit stricti iuris, & sic stricte interpretanda, quando scilicet persona expressę sunt, extendi tamen ad necessariò consequentia potest. Et quid si dispensatum sit super affinitate, an ad publicæ honestatis iustitiam porrigatur?*
10 *Dispensandi cū ex adulterio nato, & incestuoso separatus, protestatē habēs, an cū eo, qui simul est vtrūq; dispensare queat? Et an hermaphrodita in statu fœminæ appellatione cōtineatur?*
11 *Dispensandi potestas concessa, quandoq; expiret?*
12 *Dispensatio in quibus in manifestis tantum requiritur, an etiam in iisdem occultis, vt puta homicidij, requiratur?*
13 *Dispensare in quibus solus papa possit?*
14 *Episcopus, quando in aliquo casu dispensare possit? Et in quot casibus contra Canones dispensare possit: nume. ꝛ. Et sub hac, quod Episcopus in gradibus prohibitis in matrimonio, vbi impedimentum occultum est, nec ad papam potest habere recursus, &c. dispensare potest. Et huius ampliatio.*
16 *Episcopus in quibus casibus dispensare nequeat? Et in hoc decem casus enumerantur.*
17 *Episcopus, quomodo cum aliquibus dispenset?*
18 *Episcopus quibus casibus dispensare potest, num sine capitulo, in hac re efficere possit?*
19 *Episcopus num aduersus suam cōstitutionem dispēsare queat?*
20 *Abbas aut alius quiuis religiosus prælatus, num suis subditis dispensare possit? Et quos casibus Abbas concessa sit dispensandi potestas? Et quæ in regula beati Francisci ineffe dicantur, & an in hoc dispensare Abbas queat?*
21 *Superior, aliquem ad aliquod officium assumens, an in eo quod is habet ad illud, impedimento, dispensare videatur? Et quid in Principe, & ne etiam inferiore?*

DISPENSATIO † propriè & originaliter importat pe- 1
cuniarum pensionem diuersis factam à dicta à dispensio, id est, diuersis penso. Vnde secundum Pap. dispensator est administrator pecuniarum, quæ prius non numerabantur, sed appendebantur, siue pensabantur: deindeverò translatum est hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc nomen ad omnem distributionem. & sic secundū S. Tho. ij.q.xcvj.art.iij. & q.lxxxviij.ar.x. importat commensuratam applicationem vel distributionem alicuius cōmunis ad singula. Vnde secundū hoc, dispensatio in præcepto legis cōmunis est applicatio eius ad hunc & illum secundū eorū proportionem, vt ille scilicet adstringatur ad totū, ille ad partē, ille ad nihil, secundū eorum conditiones. Igitur dispensatio, secūdum Ray. est iuris relatio. Vnde dicitur vulnus, quia vulnerat ius commune. xxiij.q.iiij. ipla pietas. & vt est ieiquit, in dispensante, est potestas vel actus potestatis iure cōcessus: in dispensato verò est ius priuatum, id est, licentia vel permissio facta cōtra rigorem iuris, & non ius commune. xxxij.q.j. interfectores. Sed ista definitio cōplectitur dispēsationē licitā & illicitam. Vnde Host. se ad licitam restringes, dicit quòd dispēsatio est rigoris iuris per eū, ad quē spectat, misericors & canonicè facta relaxatio: vt colligitur j.q.vij. § multorū. aliàs

2 §. nisi rigor. & cap. seq. vbi & comentat ibi gl. ¶ Ex† quibus sequitur, Primò quod dicit Bern. de dispensatione & præcep. quòd prælati dantes pro voluntate licentiam veniendi cōtra legē sine causa rationabili vel saltem dubia: dispatores sunt non dispensatores. Sequitur secundò, quòd si impetretur dispensatio ex falsa causa, vel tacita veritate, nulla est: vt in c.ij. de fil. presb. lib. vj. Et idē est de qualibet alia gratia: vt no. in cap. ad audientiam. el ij. de rescrip. & in c. nō potest. de præb.

3 lib. vj. ¶ Primò† verò quæritur, quæ sint iustæ causæ dispensandi? Et dico quòd vt colligitur j.q.vij. per totum. prima est tempus ibi. cap. necessaria. & c. pro remedio. quia delectus nostri temporis, quibus nō solùm merita, sed etiā corpora ipsa defecerunt, districtionis illius non patiuntur manere censuram. sicut xxxiij. fratrem. Secunda est vtilitas, scilicet vt alij faciliùs reuertantur ad bonum. xxij.q.iij. ipla pietas. & j.q.vij. Sili. Tertia, qualitas psonæ & meriti & scientię. d. cap. tali. & cap. didici. cùm aliis æquè dignus nō sit. Quarta, necessitas: vt in d. cap. tali. Quinta, pietas. Sexta, cuetus rei. Septima, multitudo, siue scādalū multitudinis. dist. 50. c. vt cōstitueretur. vbi tñ cauendū est ne quis alatur in scādalo. Sed quia casus sunt innumerabiles, nec dari potest in hoc regula generalis: ideò stādum est in hoc arbitrio boni viri: qui si iudicauerit causam esse rationabilem, dispensatio erit debita. dist. 50. ca. domino sancto. & prælatus peccat non dispensando. ar. aj. q.v. quanto. in fine. & tamen subditi non habent ius petendi, se-

4 cundum doctores, nisi forte de precatiuè. ¶ Secundò† quæritur, vtrum dispensatio necessariò requirat cognitionē causæ? Et dicit Pan. in cap. diuersis. de cle. con. quòd in principe nō sed sufficit ei sola eius voluntas in his, quæ sunt iuris positiui solùm: vt not. Inno. in cap. cū ad monasterium. de stat. mona. sed in inferiore fieri vt not. gl. in d. §. nisi rigor. Vnde si fiat sine cognitione causæ, est dispensatio, nō dispensatio: & venit puniendus: quia egit contrà legem. Vide bonam glos. in c. ij. de schis. ma. vbi plenè notant doct. Tenet tamen quo ad eum, qui dispēsauit, quia nō potest cōtrauenire, neque eam reuocare, ex quo egit actum, in quo potuit dispēsare: licet non teneat quo ad superiorem: vt not. gloss. in d. c. diuersis. ¶ Tertiò† quæri-

5 tur, vtrum dispensatus sine causa legitima, sit quo ad Deum tutus? Et dico vt colligo ex Inn. in d. cap. cum ad monasterium. & Pan. in cap. non est voti. de vot. quòd si loquimur de dispensantibus aliję à papa: non est tutus quo ad Deum, aut quo ad ecclesiam, secundum Inn. vbi suprà: quia cuicunque tali cōcedit dispensare, intelligitur quòd hoc faciat ex causa legitima: vnde fieri debet eū causæ cognitione. Loquēdo verò de papa, aut loquimur de his, quæ sunt iuris diuini, vt voto, iuramento, & huiusmodi: & sic dispensare non potest sine causa: aliter dispensatus nō est tutus quo ad Deum: sed si subest iusta causa, tenet dispensatio: & est tutus etiam in voto castitatis, secundum Inno. vbi suprà. Aut loquimur de his, quæ sunt iuris positiui: & sic potest sine causa: & ille in conscientia tutus est: quia eius est destruere, cuius est condere: nec princeps tenetur legibus suis ligatus. C. de legib. l. digna vox. Panor. tamē limitat in pluralitate bñficiorum, in qua sine legitima causa non pōt. Et ita tenet Jo. And. in c. de multa. de præb. quia omnia bona ecclesiarum sunt Dei: vt in c. cum ex eo. de elec. lib. vj. Vnde taliter dispensatus non est tutus. De quo dicit §. 6 Beneficium. iij. §. ij. ¶ Ex† his infert Pan. quòd non est tutus religiosus, cùm quo sine legitima causa dispensatur vt ad laxiorem transeat religionē: similiter si præficitur ecclesiæ curatæ causa legitima non extante: puta, quia non est aptus ad exercitium prædicationis vel curæ. Vnde dicit glo. singularis in c. monachi vagantes. xvj.q.j. quòd religiosus promotus ad ecclesiam secularem non vt prosit, sed vt præsit: peccat mor-

7 taliter: quia facit contra votum suum. ¶ Quartò† quæritur, quis possit dispensare? Et dico quòd in legibus dispensare vel eas interpretari pertinet ad quenlibet in necessitate subitò occurrēte: præcipuè cùm ad superiorem recursus haberi nō potest. j.q.j. si ergo. quia in obseruatione legis aut præcepti maximè seruanda est intentio ferentis: de qua si constet, & sit contraria verbis, obediendū est omissa litera. xxij.q.v. humanæ. aliàs autē hoc pertinet ad prælatos & rectores, scilicet habentes in huiusmodi potestate: sicut habet papa in omnibus purè positiuis, & in quibusdam pertinentibus ad ius diuinum: quomodo dicitur omnia iura habere in scrinio pectoris sui, de consti. licet. lib. vj. quantum scilicet ad interpretationem & dispensationē: licet in aliquibus dispensare non consueuerit. Episcopi autem eam nō habent sine capitulo, secundū Arch. in cap. si qui. de si. presby. lib. vj. sed verius dicit gl. ip cap. cum ex eo. de elect. lib. vj. oppositum. Et primam quidem opinionem dico verā in rebus pōderosis, in quibus posset fieri prę-

8 iudicium vniuersitati siue ecclesiæ: sicut est in dispēsando cū aliquo ad ordines, & huiusmodi. quo casu intelligo primam opinionē, quā etiam sequitur Dominicus & Præpositus in c. ex pœnitentibus, dist. 50. & glo. in cap. si quis me. dist. lxxxj. & gl. in c. præsentium. j.q.v. & Inno. dicens hoc in effectu tenere Jo. And. Inno. in cap. cum ex eo. de ele. in vj. & moderni in c. ar si clerici. §. si. de iudi. In non præiudicialibus autem teneo aliam opinionem: quia ista nō sunt de causis maioribus & pō derosis: vt in dispensando circa ieiunia, & vota, & huiusmodi. Et secundum cōmunem opinionem dect. eam habent in his quæ non sunt eis à iure vel aliàs à superiore prohibita: vt in c. 9 nuper. de senten. excom. & dist. 50. miror. in glos. ¶ Prof quo not. Inno. in gl. super c. dilectus. de temp. ord. quòd episcopo dispensare non licet super faciendo, vt scilicet al' quid fiat cō tra canones, nisi vbi ex à iure permittitur. de consti. j. nisi cō traria consuetudo derogasset. de consue. cap. vlt. Super cove-

10 rò quod factum est, dispensare potest vt toleretur semper, nisi prohibeatur. ad hoc xxij.q.v. hoc videtur. Vel dico, inquit, forte melius, quòd vbi ius concedit dispensationem, simpliciter potest. & sic loquitur d. c. nuper. Si verò non conceditur à canone: nunquā potest, etiam si inuenitur in canone quòd papa dispenset. de cōsang. & affi. quod dilectio. quia cùm episcopi debeant canones seruare, contra facere non deberent, id expressè concedatur. xxv.q.j. cap. j. & ij. hæc ille. Sed vt patebit infrà. §. ix. primū dictum eius est verius, & cōmunius, & vsitatius. Si tamen episcopus indiscretè dispenset: accusatus deponitur. di. lj. cap. j. quod Host. limitat, si monitus fit incorrigibilis, & propter hoc suspensus, & suspensionis sententiam contemnes in contumacia perseuerat. ar. de præben. grauc.

Alij dicunt dicta iura intelligi, quando dispensat in eo quod de

de iure non potest, scilicet scienter. Abbates autem & alij prælati episcopis inferiores, secundum Pan. in c. at si. de ind. & in c. cum latores. de eo qui fur. or. re. post Inno. & Host. nunquam dispensat nisi in casibus expressis à iure: quia episcopi sunt

9 referenda grauiora: vt in cle. j. de priui. & in d. c. at si. & in ca. cum ex eo. de elect. lib. vj. & est opinio cōis. ¶ † Quintò quæritur, vtrū potestas dispēsandi sit latè interpretanda? Et dicit Pan. in c. si. de simo. q. sic, qñ datur nō expressis pōnis dispēsandis tanquā principis bñficium. & sic sentit gl. ibi. & sic intellige Ber. in l. ij. ff. de ver. obli. vbi dicit quòd si datur alicui potestas legitimandi filium adulterinū, ita incestuosum: poterit legitimare adulterinū & incestuosum simul: qa in materia larga sub simplici veniunt mixta: & in l. si ita. ff. de lib. & posthu. Secus autē si exprimerentur personæ cùm qbus deber fieri dispensatio. arg. in c. si cui. de præb. lib. vj. quia omnis

11 recessus à iure communi, est odiosus: vt est tex. in c. fin. de fil. presby. lib. vj. & in c. quod dilectio. de consang. & affin. Et sic distingue Canonistas tenentes contra Bar. in c. per venerabilem. qui filij sint legi. & adde quod dictum est suprà Bñficiū. iij. §. vij. Aduertendū tamen est quòd licet dispensatio sit strícti iuris, vtpote contra ius, & strictè interpretanda, quando scilicet exprimūtur personæ: vt in d. c. quod dilectio. & in c. j. & ij. de fil. presby. lib. vj. nihilo minus extenditur ad necessariò consequētia, sed ad dependentia ex eo, super quo est dispensatum, quando aliter non imprimeret actum validum super eo, in quo dispensatur: vt suprà Beneficium. iij. §. x. & facit gl. & Pan. in c. quia in tantum. de præben. & gl. in c. si quis in clero. vij.q.j. qui dicunt quòd dispensatus super bñficiorum pluralitate, videtur dispensatus super residentia. Vide quod not. Host. in c. cum in cunctis. de elec. & gl. in c. non potest. de præben. lib. vj. & quod dico suprà Beneficium. iij. §. x. Dispensatio tamen obtenta super affinitate, non extenditur ad publicæ honestatis iustitiam, secundū Pan. in c. non debet. de consan. & affi. nisi in narratione affinitatis vnum cōprehendat. aliud, secundum gl. in arbo. affinitatis: secus in dispensatione, quando solùm gradus remouor est expressus: de quo vide infrà

10 Matrimonium. vij. §. vj. parti. vltima. ¶ † Ex his autem patet quòd solutio illius quæstionis, qua quæritur, an is cui data est

Potestas dispēsandi cum adulterino & incestuoso separatim, dispensare possit cum eo qui simul est vtrumque. Bar. enim in l. stipulationum. ff. de verb. obli. determinat quòd secundum huius rigorem sub simplicibus missa non continentur: sed ex benignitate sic. Vnde cùm ista quæstio loquatur in bñficijs, fiet interpretatio latissima: vt l. ii. ff. de consti. princ. Item sub simplicibus missa continentur causæ vitandæ contrarietatis: vt in d. l. stipulationum. & similiter vbi lex hoc exprimeret. Extra hoc autem casus dispositio facta de adulterino & incestuoso separatim, nō porrigitur ad simul iunctā: vt ff. de adul. l. vim passam. §. præterea ipenoe. Et idem tenet Bal. Instit. de act. quem etiam vide in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. vbi dicit quòd missum non venit appellatione simplicis. Vnde stante statuto quòd fœmina contrahat cum assensu propinquorum non intelligitur de hermaphrodita.

11 ¶ † Sextò quæritur, quando expiret potestas dispensandi cōcessa? Et dicit Pede. consi. lxxviij. quòd concessa à Papa super irregularitate vel legitimitate durat etiam post mortē eius: quia gratia semel facta per Papam in aliquam personam nō expirat per mortē Papæ: vt est casus de off. deleg. super gratia. lib. vj. Vtrum autē per mortem illius cui concessa erat talis authoritas, expiret dispensatio iam facta, si ille dispēsatus tali gratia non fuit vsus: puta, dispensatus fuit vt posset ordinari vel eligi in prælatum, & ante mortem dispensantis non accepit ordines, nec fuit promotus: dicit idem ibi quòd non: quia dispensatio semel canonicè facta, ex superueniente facto non reuocatur. & est casus in c. ex tua. de fil. presbyt. & facit quod not. de accu. in c. de his. Beneficia enim concessa, intempestiuè reuocari non debent. de commo. cap. vnico. de regu. iuris, decret. libr. vj. & in cap. cum ex eo. de elect. libr. vj. in glos. & ibidem in nouel. Ioan. And.

¶ † Septimò quæritur, in quibus requiritur dispensatio, in ma 12
nifestis scilicet tantùm, an etiam in occultis maximè homicidijs? Et dicit Veruee. necessariam esse dispensationem in occultis, in quibus dispensari potest: non quidem propter depositionem vitandam: quia occulta peccata nō habē vindictā: sed quia de eo, super quo dispensatū est, quis accusari nō potest. arg. c. ex tua. de fil. presby. alioqn etiam post peractā pœnitentiam quis posset accusari, arg. xxiij.q.j. admonere. An autē homicida omnino occultus celebrare possit ac ordinibus vti. Vin. dicit quòd sic, si egit condignam pœnitentiā: qa iste non est obnoxius ecclesiæ, cùm peccatū sit occultū. xxxij. q.v. Christiana. nec Deo, cùm pœnitentiā egerit. Sed qa contra hoc dictū vrget. c. si. de tem. ord. vbi dicit: præter reos homicidij. Lau. & Io. videntur limitare hanc opinionē, si dignā pœnitentiā egit: & episcopus cùm eo dispēsauit. Pan. verò in c. ex tenore. de temp. ord. dicit qd si homicidiū est occultū omnino, prout occultū distinguitur contra probabile: tunc si habemus respectū ad legem promotionis publicā, nullus homicida esset expressè prohibendus: quia talia iudicat solus Deus. Sed si habeamus respectū ad legē promotionis cōsciētiæ, pur est informata ex lege positiua: talis sine dispensatione promoueri non potest. hæc Pan. quem intellige de dispēsatione fienda aliquando à Papa hoc casu quo ad illā irregularitatē tollendā. vide infrà Homicidiū. Adde ex Inn. in c. constitutus. el ij. de app. quòd talis irregularitas si superueniat titulo beneficij, non priuat ipso facto, sed opus est sententia: & sic homicida iustè tenet bñficium donec priuetur. pro quo facit c. clericis. ne cle. vel mo. & c. ex literis. de excess. præla. Sive rò præcesserit collatione bñficij, collatio nō tenet: qa facta est indigno & inhabili quo ad executionem officij, vt in d. cap. si.

¶ † Octauò quæritur, qui sunt casus, in quibus solus Papa di- 13
spensat, & rarò? Et dico quòd sunt hi, de quibus suprà in titulo Casus. §. j. casu xiij. quo ad quasdam censuras: pro quo etiam vide infrà in titulo Papa. ferè per totum.

¶ † Nonò quæritur in generali, quando episcopus possit dis- 14
pensare in aliquo casu? Et dico quòd glo. summaria dist. 50. & in d. §. nisi rigor. & doct. in c. at si clerici. de iudi. confusè & contrariè loquuntur. Quidam enim dicunt quòd dispensare In
potest in adulterio & minoribus, etiam si sunt manifestatā quī-
autem in maioribus, nisi in casibus iure expressis: vt de iud. at hos e-
si clerici. Quidam verò dicūt quòd dispensare potest in omni pisco-
crimine, nisi expressè prohibeatur à iure. di. xxviij. presbyter. pus
de pœ. dist. v. c. j. in fi. de sen. exc. nuper. in fi. & hoc tenet Pan. potest
Lau. Vin. Io. And. quam opi. Ber. in c. at si clerici. de iudi. dicit dispen
communiorem. Sed sic veritas colligi potest: Contra canonē sare.
superioris, id est, Papæ vel cōcilij, si ille sit pœnitētiarius, episcopus dispensare potest, secundum Pan. in ca. at si clerici. de iud. quia pœnitētiæ hodie sunt arbitrariæ. de pœ. & re. Deus q, nisi casus apparet reseruatus. Si verò sit pœnalis & dispositiuus, distinguo: quia aut inferiori dispensationē expressè p hibet vel cōcedit: & casus est planus. Aut nec fit, nec fit: & tue iterum distinguo. Aut eiū dispensatio est super eo, quod iam factum est, vt toleretur: & sic potest episcopus dispensare, nisi prohibeatur: vt in c. nuper. de sen. excom. ar. xxv.q.v. hoc videtur. vel nisi prohibeatur illi absolutio: quia à fortiori prohiberetur dispēsatio. de sen. excom. cum illorū. Et sic intellige opinionem dicentium quòd dispensare potest in omnibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

casibus, in quibus sibi non prohibetur. Aut est in eo quod fiedum est contra canones, vel concilium. & sic non potest, nisi hoc ei à iure concedatur expressè: vt in c. dilectus. de rẽp. ord. & sic intellige opinionẽ dicentiũ q̃ dispẽsare nõ potest, nisi in his, quæ illi concedunt expressè. Conceditur aũt illi dispẽsatio in omnibus criminibus minoribus adulterio: peccãs enim mortaliter notoriè notorietate iuris, promoueri non potest. xxv. dist. primi. in gl. & promotus deponitur. di. 50. qui semel. ideoq; indiget dispensatione, quæ episcopis conceditur in criminibus minoribus adulterio gñaliter: vt no. in d. c. at si clerici. Conceditur etiã & in aliquibus maioribus: vt de hæretico & schismatico. dist. 50. si qs presbyter. Hodie tamen Papa reseruat sibi hoc quo ad hæreticũ: vt dicit Arch. In tribus tamẽ casibus potest episcopus dispensare cõtra canonẽ & conciliũ: licet ei non concedat expressè. Primò, ratione cõsuetudinis: vt quia consuetudo præscripta habet quòd possit dispensare. de consue. c. fi. xj. q. j. quicunque. quia consuetudo facit valere dispensationem aliàs nõ valituram: ar. de cele. mis. perniciosus. cum suis concor. & ar. de transac. c. fi. Secũdò, ratione magnæ necessitatis vel vtilitatis nouiter emergentis, & tpe constitutionis inexcogitatæ: ve, similiter: quia tunc pôt episcopus dispensare: vt notat Io. de Lig. in d. c. at si. & sequit Pan. ibidẽ: & Bald. not. in Loës populi. ff. de iusti. & iure. & Bart. in l. si homicidium. ff. manda. ponẽs exemplum: qa Perusij statutũ est ne ferantur arma: & tamen maiores possent dare licentiã ferendi propter brigam ciuitatis, quã nouiter habet: & etiam statuere: quia est casus nouus à statuentibus non præuisus: etiã si in rasset seruare illud statutum: vt no. Bal. in rubri. C. q admi. ad bo. poss. & Bar. in ij. consti. C. §. quibus. Ex quibus concluditur quòd episcopus dispensare potest in gradibus prohibitis in matrimonio, quãdo impedimentũ est occultũ, & ad Papam non potest haberi recursus, & separatio sine scãdalo magno fieri nõ potest: sicut sæpe accidit in mulieribus cognitis à cõsanguineis viri antequã matrimoniũ contrahatur. Et idẽ puto in eo, qui post votũ simplex matrimoniũ consummauit: quia licet cũ eo dispensare non possit episcopus, secundum S. Tho. & veritatẽ, vt dicitur infrà in casu tamen magnæ necessitatis credendum est q̃ hoc possit: quia non est verisimile q̃ Papa velit manere in laqueis huiusmodi animas, quæ Romã adire non possunt aut mittere. Tertiò, quãdo canon dicit posse fieri dispensationẽ, licet expressè nõ indulgeat: qa tũc episcopus potest, arg. c. nuper. de sen. excom. & ita tenet. Ioan. de Lig. & Io. Cal. & originaliter fuit dictum Inn. in c. dilectus. de temp. ordi. quia frustratoriè intelligeretur de Papa, qui semper potest indulgere, quod etiam tenet glo. in c. postulasti de cle. exco. ¶ † Decimò quæritur specialiter, in quibus casibus episcopus dispensare non potest: Et dico eum dispensare non posse. ¶ Primò in homicidio. di. 50. miror. & hoc sine iusto si- 16 In quibus non.
ue iniusto, si actu mors aut mutilatio secuta est, quomodocũque fiat, secundũ Inno. & Host. in c. j. de cle. pu. in duel. Et intelligo q̃ non pũt cum tali dispensare in officio. secus in bẽficio, vt ibi c. ij. sed tamen hæc limita iuxta dicenda infrà Homicidium. iij. §. viij. ¶ Secundò, in simonia ordinis vel bẽficij per simoniam scienter acquisiti: & hodie per multas extrauagantes incurritur excommunicatio & suspensio, à quibus solus põtifex Romanus absoluit. ¶ Tertiò, in eo q̃ cùm esset suspensus vel excõmunicatus, dãnabiliter se diuinis ingessit. de re iud. cũ æterni. & de sen. exco. cũ medicinalis. lib. vi. ¶ Quarò, in clerico, qui excõmunicatus accedit ad iudiciũ principis, contempto ecclesiastico iudice. xxj. quæs. v. si quis episcopus ¶ Quintò, in bigamo, & viduarũ corruptarumq; maritis. de big. c. j. & ij. xxxiij. dist. lector. ¶ Sextò, in clerico non ordinato ministrante, scilicet cum solenni apparatu, secundũ Host. quia talis ministrans in pertinentibus ad ordinem quem non habet: deponendus est amplius non ordinandus: de cle. non or. ni. c. j. Secus si clericus simplex epistolam sine solemnitate cantet. & ibi dicit Pan. q̃ talis tenet etiã pœna suspensionis: sicut non habens dignitate simulans se habere. ff. ad leg. Corn. de fal. l. eos. Et idẽ intellige de eo qui se falsò asserit doctorẽ. Dicit etiã eo. ti. c. ij. q̃ eũ tali dispensat episcopus, nõ vt ascendat ad ordines superiores: sed vt suscepto vtatur & circa bñficiũ. Imò Inn. ponit regulã q̃ episcopo licet quasi semper dispensare in bñficio: quia dispẽsat cũ homicida: vt de cle. pu. in duel. c. j. & in c. studeat dist. 50. ¶ Septimò, in clerico, primo per saltum, quòd Direc. limitat, si scienter in ordine no recepto ministrauit: cũ quo tamen dispensat episcopus quantũ ad ordinẽ, non quidem suscipiendũ, sed tam susceptũ: & quãtũ ad bñficium, secundum Io. Host. & Archi. Si tamen credidit se promotum gradatim probabiliter, episcopus dispensare poterit iure suo. Et sic intellige c. vnicum. de cle. per. sal. promo. ¶ Octauò, in eo, qui ordine furtiuè suscepit: quia secundũ Ray. si fuit prohibitus hoc facere sub anathemate: post satisfactionẽ dispensat episcopus, vt ministret in ordine suscepto non furtiuè. & etiam in suscipiendis, si ingressus religionẽ ibi aliquanto tempore laudabiliter fuerit conuersatus: sed si nõ fuit sic prohibitus, dispensat post satisfactionẽ cũ eo etiã manẽte in seculo, etiam in suscipiendis: de eo qui fur. ord. fu. c. j. ¶ Nonò, in ordinato extra tempora, vel ab alieno episcopo, sed in aliquo, si ante dispẽsationẽ ministret. Sed veritas est quòd episcopus cum tali dispensat quo ad ordines susceptos, de temp. ordinationi. ¶ Decimò, in excõmunicato ordines suscipiente. de sen. excõ. cum illorum. & idem in apostata à religione. de apost. c. fi. quod de ordine sacro loquitur. vnde si minores suscipit, dispensat episcopus, nisi dimisisset habitũ: quia fuisset excõmunicatus: & solus Papa dispẽsat cũ eo. Sunt etiã multi casus, super quibus nihil episcopus potest: vt suprà Casus. §. j. ¶ † Vndecimò quæritur, quomodo cũ aliquibus dispensat episcopus? Et dico hoc colligi ex diuersis locis huius Summæ: vnde de apostata vide suprà Apostasia. §. viij. & infrà Irregularitas. j. §. v. de bis baptizato, suprà Baptismus. §. iiij. & infrà Irregularitas. §. iiij. de recipiente beneficium de manu laici. Beneficium. iij. in princi. de clerico coniugato & illegitimo, vt habeat beneficium vel plura beneficia, suprà Beneficium. iij. §. iiij. & sequen. de bigamo, Bigamia. §. vij. de contrahente matrimoniũ sine bãnis, Matrimonium, septimò. §. vj. De residentia & promotione ad sacerdotium clerici existentes in studio, Beneficium, tertiò. §. ij. De corpore vitiato vt promoueatur, suprà Corpore vitiatus. §. j. & de crimnibus, supra Crimen. §. vltimo. & de habente xx. annum vt promoueatur ad dignitatem, suprà Dignitas. §. iij. De pugnãte in duello infrà Duellum. §. iiij. de Dispensatione in ætate, infrà Ætas. §. j. De homicida, Homicidium, tertiò. §. viij. de eo q̃ fuit in bello iniusto, Homicidium, tertiò. §. vj. De infami, Infamia. §. vlo. De prælatis ne amoueantur, propter inquisitionem, infrà Inquisitio. j. §. x. De apponente ligna pro hæreticis combustendis, Homicidium, tertiò. §. vij. parti. x. De ordinato in excommunicatione, Irregularitas. §. ij. De suscipiente duos ordines simul, ibi. §. iij. de acolitho ministrante ad secundum baptismum, ibi. §. xxvij. de suscipiente ordinem ab episcopo excommunicato, vel qui resignauerat, ibi. §. vij. de suscipiente ordinem extra tempora, ibi. §. vij. de ministrante in ordine quem non habet, ibi. §. xxvij. de publicè pœnitente, ibi. §. xvij. de illegitimo, ibi. §. xx. De impedimento matrimonij, infrà Matrimonium. vj. §. vj. de solemniter pœnitente, Pœnitentia. §. primo. De ordinatis à schismaticis, Schisma. §. v. De simoniaco in ordine vel beneficio, Simonia. §. xix. Item in alia simoniacal ibidem

Ibidem. §. eo. de sortilegis, Superstitio. §. vlt. De pugnante in torneamento, Torneamẽtum. per totum. De voto Sancti Iacobi & Hierusalẽ, Votũ. iij. §. nj. De voto castitatis, ibi. §. iij.

11 ¶ Duodecimò, † vtrũ episcopus in casibus, in quibus dispensare potest, hoc possit sine capitulo? Et Arch. in c. is qui. de fil. presby. lib. vj. tenet quòd nõ: sed melius gl. in c. cum ex eo. de elect. li. vj. tenet quòd sic. vide suprà. §. iiij. Si tamen accusatus fuerit de inditis era dispensatione, puniẽdus est pœna depositionis. di. lj. c. j. qã Hos. dicit habere locũ, si monitus sit mecorrigibilis, & propter hoc suspensus, & sententiam suspensionis contẽnens, & in sua contumacia perseueranx, ar. de præben. graue. vel dicta iura intelliguntur quãdo dispensat in eo quod 19 iure nõ pôt. ¶ Decimotertiò † quæritur vtrũ, episcopus dispensare possit contra suam constitutionẽ? Et dicit Inn. in c. j. de ctus. de temp. or. quòd nõ. & sequitur Arch. in c. licet. de ele. li. vj. Sed contrarium sensit idem Inn. in c. cum ad monasteriũ, vbi tenet q̃ conditori canonis licet cõtra suã cõstitutionẽ dispensare, etiã sine causa. Et idem Io. An. quod d. Ant. limitat, nisi cõstitutio transierit in priuilegium vel contractũ: quo casu intelligi potest opinio cõtraria: vel nisi cõstitutio esset iurata: quia tunc ea stante dispensare non posset: sicut nec seipsum à iuramẽto absoluere. Et facit quod no. Ioã. And. post Hos. in c. j. de sup. negli. prælã. in vj. vbi dicit notabile verbũ, scilicet q̃ vbi canones imponunt legẽ ipsis episcopis: non dispensat episcopus, nisi hoc reperiatur concessum. Cuius ratio esse potest: quia tunc expresse videtur episcopis prohiberi.

20 ¶ Decimoquartò, † vtrum Abbas, aut alius religiosorũ prælatus, possit cum suis subditis dispensare? Et dico quòd non: nisi in quantũ ei à iure vel regula aut priuilegio cõceditur: vt Abbano. Inno. in c. ij. de eo qui fur. or. su. & do. Ant. in c. at si clerici. si in de mal. vbi dicit Pan. quòd est cõmunis opinio. Cõceditur autem abbati posse dispensare in decem casibus. ¶ Primò in nouitio vt promoueatur ad sacros ordines. di. lxxvij. monachus. dispẽ. ¶ Secundò, cum apostata vt ministrare possit, & ad alios ordines ascendere: ar. di. 50. c. fi. nisi ordinatus sit in apostasia. de apo. c. fi. quia tunc ad papam pertinet, vt ibidẽ. ¶ Tertiò, cum illegitimo intrãte monasteriũ, vt promoueat. de fil. presb. c. j. ¶ Quartò, quòd nõ cõfiteatur & sumunant Eucharistiam semel in mense. de sta. mo. cle. j. ¶ Quintò, quòd monachus detur in capellanũ ecclesiæ parochialis, si accedat episcopi populiq; consensus. di. viij. c. j. xvj. q. j. doctos. ¶ Sextò, quòd monachus habeat propriã cellam intra septa monasterij. xviij. q. v. c. nullus. xx. q. vlt. c. fi. ad fi. ¶ Septimò, in ieiunijs, cibis, & esu carnium, silentio, & operibus manuũ ad quæ tenetur: vt de cõse. di. v. nõ mediocriter. & c. carnem. & c. nunquam. & de sta. mo. cum ad monasterium. vbi videtur Host. tenere q̃ non possit de esu carnium: sed in cõtrarium est ibi Inn. & Pan. imò dico quòd in omnibus spectantibus ad regulam dispensare potest, nisi in tribus votis per ar. à cõtrario ibi in fine. quod Pan. limitat, modò dispensatio & non dissipatio fiat. ¶ Octauò, in irregularitate, de qua suprà Abbas. §. ij. ¶ Nonò, generaliter in obseruatijs regulæ remittẽdis. xx. q. vlt. in c. fi. in glos. de cõse. dist. v. carnẽ. Saltẽ in his, quæ non sunt de substãtia. arg. de vi. & ho. cle. Deus. Pro quo no. secundũ ritualia, vt charitas, humilitas, & cæteræ virtutes: quæda verò consistunt in obseruantijs corporalibus: puta abstinentia carnium, ieiunium, & huiusmodi: quædam verò partim spiritualia, & partim corporalia: vt cãtare, psallere, orare, & huiusmodi. In primis abbas dispẽsare non potest: in secundis verò dispẽsare quidem potest, non tamen ad libitum, sed secundũ quod bonum & æquum videritur: secundum occurrentia: quod propriè est dispẽsare: tertia verò si præcipiuntur, aut prohibentur, mutare non potest nisi secundum quod cõuenit charitati: vt dicit beatus Benedictus, id est, ex causa rationabili: quia sicut subditi abbati, ita abbas regulæ subdit, eiusq; obedientia præponenda est. Et cũ in regula dicitur, quòd omnia de abbatis dispositione fiant: intelligitur, nisi expresse præcipiantur aut prohibeantur. Vnde abbati præcipienti in huiusmodi, ex sola voluntate non est obediẽdum. decus si ex cognita necessitate personæ. Si aũt dubitat monachus, vel timet de legitima causa præcipiendis: in huiusmodi & alijs, quę sunt contra regulam, obediat: vt infrà Religiosus. Et quæt hic dicit Alexan. de abbate, fernandũ est in omni prælato religioso, cui ex regula permissa est dispensatio. Vnde dispẽsare possunt quãdo eis constat de causa legitima, & etiam si dubitet: quia ad clementiorem partem declinandũ est. ¶ Decimoquintò † quæritur, vtrum superior assumendo aliquem ad aliquod 21 officium, videatur dispensare cum eo in impedimento quod habet ad illud? Et Inno. quidem in c. præterea. de testi. cog. & in c. veniens. de fi. presby. videtur sibi cõtradicere: sed eius & aliorum cõtradictio tollitur distinguẽdo de principe, id est, papa, & de inferioribus, puta episcopis. Vnde Pan. in c. cum in cunctis. de elect. dicit quòd episcopus in casibus, in quibus potest dispensare, cõferendo beneficium indigno, non videtur dispensasse, imò venit puniendus: quia contulit indigno. Ita determinat glos. in c. vnico. de ætа & quali. li. vj. Secus, inquit, in principe: quia conferendo scienter indigno, videtur dispensare. Dico ergo quòd si princeps: vt homo scit impedimẽtum eo ipso dispẽsare intelligitur: & similiter inferior, si scit, & habeat rationabilem causam dispensandi cognitam. quod tamen videtur limitandum, secundum Bald. in l. Barbarius. ff. de offi. prætо. quando per literas suas cõstare potest de scientia indignitatis. Sed hæc limitatio procedit in foro causarũ, non animarum: vbi secundum Arch. si prælatus mandat ordinari eum, quem scit irregularẽ: sufficit intentio dispensandi in irregularitate, licet non dixerit illud verbum, dispenso, vel huiusmodi: quia dispensat ipso facto. Sed intellige si habet causam legitimam siue cum cognitione causæ aliter punitur. Ratio verò diuersitatis est: quia princeps in dispensando non tenetur ad causæ cognitionem sicut inferior: sed sufficit sola voluntas. Instit. de iure natu. §. fed & quod principi. De dispensatione in votis, infrà, Votum. iij. in legibus autem infrà, Lex. in certis verò infrà, Restitutio. sexto in ætate autem, vide suprà, Dignitas.

De Disputatione.

1 *Disputare, actum esse contentiosum, periculosum, ancipitem, fluctis appetibilem & sapientibus odiosum: & cuique laico in fidei negotio illicitum adeo vt ob id excommunicatio irrogatur. Quandoque bonus & necessarius esse potest.*

2 *Anerroissile de intellectus vmitate disputantes, an sint ferendi. Et quid de religioso illorũ opinionem ac sententiã sustinente?*

DISPVTARE † communiter est actus contentiosus: quia consistit in verbis habentium contrarias voluntates circa victoriam: & periculosus, quia anceps omne certamen, ac varius euentus belli, fluctis appetibilis, & odibilis sapientibus: quia sapientis est nolle certare, vt ait Lactan. & il- Laicũ licitus cuicunque laico circa ea quæ sunt fidei, id est, necessaria in fide, vt sunt articuli & conclusiones necessariò connexæ articulis, siue publicè, siue occultè, iotantum vt contrafaciens sit excommunicandus. de hæreticis. cap. quicunque. §. inhibemus quoque. libro sexto, vbi glossa dicit, forte per laicos intelligi illiteratos more Vltramontanorum: tamen melius est vt propriè intelligatur: quia secundum Sanctum

nũ disputare de fide.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tho. leges respiciunt, quod in pluribus accidit: vt laicum rudem esse in his, quæ fidei sunt. Imò nedū laicis, sed & clericis prohibetur disputare de fide publicè turbis coadunatis. C. de sum. Tri. l. nemo. & idem sentit Sanctus Tho. ij. ij. quæst. x. dicens, disputationem de fide illicitam, quando ex dubitatione disputatur: vel coram simplicibus & tumbantibus, qui ab infidelibus non solicitantur quod facile, communiter accidit vbi est turba. Secus ad confutādum errores etiam coram simplicibus, quando sunt ab infidelibus solicitati: quia tūc si quis ad hoc esse sufficiēs, nō solūm esset licitum, sed etiam necessarium: nec taciturnitas esset erroris confirmatio. Pro quo facit l. quoniā. C. de epi. & cle. xxiij. q. vj. vides. Similiter etiā secus quando disputatur ad exercitium coram doctis & firmis in fide, ar. in c. in mandatis. di. xliij. ¶ Quid † ergo dicendū de his, qui publicè in disputationibus, sustinēt fictionē Auerrois de vnitate intellectus? Dico quòd tales sunt vani cōmuniter: quia opinionem tam stolidam & contrariā Aristoteli & toti Philosophiæ nō videntur sustinere, nisi vt appareant Philosophi quasi dissentientes à fide: & si sint laici, peccant mortaliter, quia sunt excommunicandi per d. c. quicunque. nullus autem excōmunicatur à iure, nisi pro mortali, secundū Petr. de Pal. imò peccāt vel mortaliter vel grauiter, etiā, si sustinerent partem fidei, ratiōe dictæ prohibitionis. Et similiter peccant mortaliter religiosi, qui tali vanitate ducti sustinent dictam opinionem: eum quia exponunt se periculo faciendi titubare aliquos de fidei tum etiā quia si mortale est laico sustinere partem fidei propter insufficiētiam, ne fidei derogetur: multo magis religioso sustinere oppositū fidei: & tantò grauius, quātò ille doctior est. Et similiter peccāt mortaliter inquisitores & episcopi, qui possent obuiare prædictæ enerrationi fidei: & sola vtilitate & rēuerentia contenti negligunt ea quæ Domini sui sunt non curantes: quia ista negligentia est magna & perniciosa contra honorem creatoris & Domini nostri Dei. vide suprà Contentio. §. iij.

Ioā. Auerrois.

De Diuinatione.

1 *Diuinatio à quibus inuenta est, & quorum virtute fiat?*
2 *Dæmones quot modis futura agnoscant?*

DOCTOR † à docēdo dictus est:nec tamen omnis docens est doctor iuridicē,sed solùm qui suscepit doctoratus insignia.Vñ secundū Bal.in l.j.ff.sol.matr.& in l.pe.de testa.mili.licentiatus nō dicit doctor.Vñ Potestas debent habere doctorē assessorē, nō satisfacit habēdo licentiatū.Et si episcopus excōmunicat oēs Doctores nō disputates,nō dicit excōmunicasse licētiatos. Doctoris autē nomine venit et magister:& ecōtrario,secundū Pan.in c.j.de loca.vnde vent in l.quibus præcipua.ff.de verb.sig.dicit cuius lect discipulos præceptores magistros appellari,à monendo vel monstrando.Et facit tex.in proœ.compilatiōis Decretaliū,vbi papa ocs magistros doctores appellat.&hoc sumēdo hoc nomē magister ꝓpriè ꝓ docente gramatici,& alias artes liberales, & Theologiam quomodo accipitur in titu.de magistris.c. quia nonnullis.& in clem.ij,eo.tit.Simpliciter autem inter magistros propriè Theologus dicitur magister:alij verò secundū quid, puta grāmaticæ vel geometriæ.Largè aūt & impropriè magister,secundum Host.dicitur is,qui alicuius rei siue negotij præ cæteris curam gerit.l.j.§.magistru.ff.de exerci.Nomine aūt scholarū nec magistri venūt nec doctores,nisi in larga significatione. ¶ Primò † verò quæritꝫ, vtrū doctoratus sit dignitas? Et dico quòd sic:vt est tex.in c.quanto.de magi.& ibi dicit Pan.quòd secundū Bar.in l.ex eo.ff.de mili.test.nec milites nec doctor dicūtur habere dignitatem. Sed aliud dicit in l.fi.C.de Iudæ.vbi concludit Iudæum non posse effici doctorem,cùm doctoratus sit dignitas.Et satis dici potest quòd doctor,saltem legens incontinenti cùm incipit legere,habet dignitatem:quia habet à lege iurisdictionem ordinariam sup scholares:vt in auth.habita.C.ne fil. pro pa.& si cōtinuat,acquirit dignitatem,id est,comitatum.Lyna.C.de athle.li.x.Ex quibus infertur quòd doctor,maximè legens,præfertur militi,qui nullam habet inveritate dignitatem:vt no.Bar.in d.l.ex eo.maximè loquendo de militibus tempotis nostri,qui nō sunt veri milites:vt not.in l.j.C.de iur.& fact.ign.Sed turba doctorum,& in quibusdam ingens inopia facit contemptibiles:vt in simili dicit text.xciij.distin.legimus. ¶ Secundò † quæritur,quis inter doctores debeat præcedere? Et dicit Pan.in c.clerici.de iudi.quòd Theologus,& pōst Canonista, deinde Legista,vltimò medicus. vide ibi si vis de huiusmodi multa.Et adde,secundum Gemi.in e.hi qui.de præb.libro vj. quòd ille præcedere debet,qui est approbatus à superiore & digniore.Ad quod de maio.& obe.per tuas.etiā si alij fuerint antè in dignitate.quod nota pro militibus,prælatis,& doctoribus præferendis.Adde etiam,secundum eūdem Gemi.in e. quantus.de præben.libro vj. quòd Abbates & cæteri prælati diœcesis in actibus gālibus, vt in processionibus præcedere non debent canonicos ecclesiæ cathedralis:qa illa cæteris est honorabilior. ¶ Tertiò † quæritur, vtrum doctoratus priuilegium habeat promotus à doctoribus corruptis? Et dicit Archid.in cap.de quibusdam locis.xxxvij.distinct. quòd non. & allegat tex.in simili in l.vnica.ff.de athle.& facit text.iuncta gl.in l.j.C.de anno.ciui.libro x. vbi dicitur quòd ſt pedia tradenda sunt,non pro titulis dignitatum, vel numero scholarium:sed secundū merita.Vnde gloss.ibi dicit,præferri debere peritos scholares doctoribꝰ imperitis.Et intelligit Pan. in d.cap.clerici.in casu, in quo non requiritur titulus doctoratus,& quo ad honores deferendos,non iam delatos:non autem quantum ad lectionem, ad quam nō doctoratus nō admittitur.Vide ibi,& adde quòd intelligitur quantum ad anteeessionem & lectionem,& omnia,quando sufficientia doctoris est clara & patens,sic quòd pateat eum contra merita esse promotum : quia tunc censetur non esse doctor quo ad priuilegia doctoratus. ¶ Quartò † quæritur, vtrum liceat petere doctoratum? Et ad hoc respondet S.Thom.de doctoratu Theologiæ,id est,magisterio,in quolib.quærens vtrum liceat alicui pro seipso petere licentiā docendi in Theologia? & dicit quòd sic:quia nullam petit excellentiam potestatis, quod turpe esset,sed solùm opportunitatem cōmunicādi illud quod habet.Cōmunicare autem scientiam habitā,est laudabile pertinens ad charitatē,secundum illud Sap.vij.Quam sine fictione didici,& sine inuidia communico. Potest tamen hoc cōtinere turpitudinem ratione præsumptionis:vt si non est idoneus,hæc ex illo.Ex quibus patet primò de se hoc non esse illicitum,&consequenter neque hoc appetere.& secundò, quòd ad licitè petendum duo requiruntur. Primò, idoneitas hoc petentis:& secundò, finis debitus, id est, communicat io

doctrinæ,& non excellentia principaliter. Vnde si non inueneus hoc petat, mortaliter peccat,secundum Arch.quia facit contra intentionem ecclesiæ:quæ creditur ordinasse officiū magisterij.extra de magist.per totū.ad declarationem & defentionem fidei catholicæ:vt sciant fideles ad quos recurrāt in dubijs:quæ exigit communiter iuramentum in magistrādis,vt non admittant indignos: quod nō facit, nisi in arduis, quæ vult omnino seruari maximè hic, quia ex contrario sequitur derisio fidei,& periculum animarum . Et similiter est mortale,talem admittere eadē ratione: & quia admittēs est periurus. Et similiter,secundum eundē,est mortale,si hoc petat idoneus principaliter ad honorem vel cōmoditatē suam: quia officium spirituale facit venale.Sed hoc nō credo verū: nisi ipse finis intentus,sit peccatū mortale. De doctoratu autem iuris canonici,idem per omnia videtur : quia secundum Aug.de Ancho. illud ius est quædam practica Theologica. De doctoratu verò legū aut medicinæ: cùm illū quærere de se non sit illicitū,iudicandum est secundū finem quærendi: quia erit mortale si quæratur ad inutilē lucrandum : secus si ad lucrādum licitè & honestè:cùm hic nulla sit spiritualitas. ¶ Quintò † quæritur,quæ requirantur in doctorando , ne reprobetur,sed approbetur? Et dico quòd scholaris reprobari potest non solùm propter defectum scientiæ,quæ sciliceet iudicanda est sufficiēs arbitrio doctorantiū:sed etiam morum: vt probatur in l.magistros.C.de profes.& medi.lib.x. iuncta cle.ij.de magi.& ita seruat cōsuetudo.Vnde sex requiruntur in promouendo ad dignitatem magisterij.Primò,docendi peritia,id est,scientia.Secundò,docendi facundia.Tertiò,subtilitas interpretandi.Quartò,docendi copia. Et hæc habentur in l.vnica.C.de profes.qui in vr.Constan.lib.xj. Quintò,excellētia morū:vt in d.l.magistros.Sextò,motus fortitudinis: vt sciat aduersus vim fortitudine resistere. Et reddatur.C.de profes.& me.lib.x.Vnde pauci attingunt dignitatem doctoratus:vt dicit Bar.post Cy.in l.omnes populi.ff.de iusti.& iur. Et qui tempore approbatiōis habuit has cōditiones:si postea efficiatur inutilis,degradādus est à doctoratu:vt in l.grāmaticos.C.de profes.& me.lib.x.Reprobari enim potest doctor vel magister:vt in l.ij.C.eo.& no.Bar.in l.fed & reprobari.ff. de excu.tu.in prin.vbi text.dicit,medicum posse reprobari.& idem in l.vt gradatim.§.reprobari.ff.de mu.& honest non sine causa.l.Pomponius scribit.ff.de neg.gest. ¶ Sextò † quæritur,quis,quomodo,& quando possit doctorari? Et quantū ad primū dico quòd quilibet fidelis laicus vel clericus,imò & religiosus,debet admitti ad magisterium,si se non ingerit,sed mittitur à prælato suo.xxix.q.j.sic viue.& cap.si clericatus.& cap.doctos.& extra eod. tit.cap. j.& pe. Si verò se ingerit,vt hodie communiter fit,admitti nō debet.xvj.q.j.monachus.& q.vij.c.in nona. ¶ Quantum ad secundum,dicit Pan.in c.cùm secundum.de præbend.& in cap.proposuisti.de proba. quòd ter debet approbari.Primò,à præsentātibus.Secundò,in examine priuato à doctoribus collegij.Tertiò,in publico quādo doctoratur:quia vt ꝓ aliquo rectè præsumatur, ter debet in exercitio alicuius actus approbari:vt in simili dicit de athletis.l.vnica.C.de athle.lib.x. Peccāt etiam mortaliter admittētes ad doctoratum,nisi exigāt iuramentū quòd non exponēt vltrarria millia Turonensiū argenteorū in tali doctoratus vel magisterij solemnitate:vt sunt suspēsi per sex mēses ab huiusmodi,promotione,etiā si sint episcopi:vt in cle.vlt.de magi. vbi hoc præcipitur.Sed intelligē vbi timeretur de huiusmodi excessibus expēsis.Nā vbi vix decē aurei exponunt pro magisterio,stultū esset sic seruare. ¶ Quārtū verò ad tertium,dico aliquem posse doctorari solùm in vita, nō autē post mortē: qa hæc dignitas potius est animæ quàm corporis:cùm talis

Universidad de Deusto
Biblioteca

approbetur tanquam idoneus docere alios. Posset autem quis post mortem nobilitari per principem, vel recipere militiæ gladium, secundum Pan. in c. à nobis. el ij. de sen. excō. quia nobilitas est corporis principaliter. & idem voluit Bartolus in l. j. C. de dignit. libro xij. ¶ Septimo quæritur de authoritate doctorum? Et dico multa. ¶ Primum. † Interpretatio doctorum, secundum Pan. in c. vestra. de cohab. cle. & mul. non necessitat, nisi inquantum iure aut valida ratione probatur vt no. in c. j. de postul. præla. de quo vide infrà, Opinio. §. ij. ¶ Secundum. Allegationes à doctoribus, secūdum eundem ibi, faciendæ non sunt in consilijs decisius, sicut nec in sententijs: vt dicitur in cap. sicut nobis. in glo. de sent. & re iudi. Secus in cōsilijs postulatis à parte. Et diuersitatis ratio est, quia in primis est approbata fides cōsultoris, in secūdis nō: ideoq; non creditur ei, nisi quatenus probet. ¶ Tertium. Damnato doctore, intelliguntur reprobata opera, id est, libri eius: vt patet per c. fraternitatis. de hære. ¶ Octauò † quæritur, quæ scientiæ legi & doceri possunt? Et dico multa. ¶ Primum. Legi possunt omnes scientiæ non reprobatæ facientes ad instructionem animæ, corporum, vel rerum: sicut Grammatica, Dialectica, Rhetorica, Musica, Geometria, Arithmetica, & Astrologia: quæ sunt artes liberales: & similiter tota naturalis ac diuina Philosophia, & sacra Theologia, eo. tit. q. a nonnullis. ius quoq; canonicū ac ciuile. de priui. cum diuersis. li. vj. ¶ Secundum. Appetere scire scientias magicas, nō est malum, sed bonum in genere: quia omnis scientia est bonum: alioquin aliqua non esset in Deo: sed tamen secundum diuersas circunstantias additas potest esse bonum, puta vt quis confutet: aut malum, puta vt eis vtatur. hæc ex S. Thom. iij. quoli. art. xvj. ¶ Tertium. Mathesim penultima breui licet docere: quia cōprehēdit aliquas artes liberales: sed mathesim penultima, pducta docere non licet ad vsum: quia significat artem diuinandi, quæ reprobata est: vt C. de male. & mate. l. nemo. & l. culpa. & sic secundum Sum. Ang. etiam doceri non potest ad instructionem: quod verum est, quando doceretur cum talibus circunstantijs q̄ inde alicui periculū gñaretur: non autē secundum se: quia sicut potest quis licitè appetere eam scire ad destruendum: vt probat S. Thom. in d. quoli. ita etiam potest quis appetere vt doceatur ab aliquo: quod non esset, si ille illicite doceret. vnde versus.

Scire facit Mathesis: dat diuinare Mathesis.

¶ Quartum. De scientijs poëticis distinguendum est: quia libri quidam vt in pluribus sunt de lasciuijs: vt Ouidius de Arte, & similes: & tales legere vel audire omnino prohibiti sunt. Et sic intellige cap. sacerdotes. & c. legantur. & c. ideo. xxxvij. dist. Alij verò sunt, qui vt plurimum afferunt multum vtilitatis, licet aliquādo sint in eis aliqua turpia mista: & tales legere vel audire bono fine non est prohibitum. & sic loquitur c. turbat. ead. dist. cum duobus sequentibus. dummodo talis sit magister, qui lasciuias breuiter & legat obscurè, vel dimittat transeundo. Et sic limita glo. in sum. dist. xxxvij. vide etiam j. Scientia. ¶ Nonò † quæritur, vbi & qualiter debeant magistri ad legendum instituí? Et dico multa. ¶ Primū in locis omnibus, in quibus suppetūt ecclesiæ facultates: siue sit cathedralis ecclesia, siue alia collegiata, poni debet magister in grāmatica legens, cui beneficiū cōpetens assignetur, seu percipiat fructus vnius præbendæ: & tandiu solùm quandiu perseuerat in docēdo clericos illius ecclesiæ gratis, & alios pauperes. In metropolitana verò ecclesia debet poni magister, q̄ doceat in sacra pagina, & de pertinentibus: ad curā animarū. xxxiij. di. de quibusdam. eo. tit. & c. j. & c. quia nonnullis. Hodieverò statutum est, quòd Romana, Parisiensis, Oxoniensis, Bononiensis, & Salmaticēsis ecclesia duos habeat viros peritos ad instruendum in Hebraica, Chaldaica, & Arabica lingua. cle. j. eod. tit. vbi etiam ponitur cuius sumptibus. ¶ Secundum. Si non vacet aliqua præbenda: quilibet de præbendatis debet tantum dare, quod faciant vnam præbendam, si superest ad eorum necessitate: ar. c. fi. de his quæ fi. à ma. par. cap. & de ea. ædi. c. de his. & si non superest, expectent donec vacet prima. ar. cap. dilectus. el ij. de præb. secundum Bern. & Hostien. ¶ Tertium. Si præbenda vna fit assignata magistro non canonico: & statuto iuramento firmato caueatur vt canonici sint tot in numero: non propter hoc tenentur eligere aliū canonicum authoritate illius cap. quia nōnullis. eodem tit. nec faciunt contra iuramentum: nec currit eis tempus: quia non dicitur talis præbenda vacare, nisi quando magister à legendo desistat. ¶ Quartum. Nec potest magister in canonicum eligi sub illa condītione vt doceat: quia cessare debet omnis conditio & pactio, aliàs simoniacum esset. Sed si qua præbendavacaret, statuere possent eavacante vt istud onus sit illi annexum: vt no. Host. & Ber. in d. cap. quia nonnullis. quamuis Host. videatur tenere quòd etiam in primo casu nō sit simonia, sed permutatio de spirituali ad spirituale. cap. ad questiones. de re. permu. ¶ Quintum. A prælatis & capitulis debent aliqui habiles ad Theologię studium destinari, qui postmodum alios doceant, & ministrari necessaria, si prouentus proprij non sufficiunt: docentes aūt in ipsa facultate dum in scholis studuerint, & ipsi studentes per annos quinq; recipiunt de ecclesia sedis apostolicæ integrè fructus præbendarū & beneficiorū suorū, non obstante cōtraria consuetudine vel statuto. hæc omnia extra eo. super specula. ¶ Decimò † quæritur, qualiter se debeant habere magistri in pecuniis exigendis vel acceptandis? Et dico multa. Primum. Magister, cui assignata est præbenda vel pensio, scilicet de ecclesia, nihil exigere potest à scholaribus, etiam prætextu cuiuscunq; consuetudinis. eo. ti. c. j. & si exigit à clericis illius ecclesiæ, vel à pauperibus alienis, simoniam committit, scdm Host. in c. quia nonnullis. eo. ti. & Ioan. Bar. Brix. & Arch. in cap. de quibusdam. xxxvij. di. quod intellige, si reditus illi sufficiunt. Secus si sit pauper, nec habet prouentus sufficienter assignatos: qa magistro necessitas subleuanda est. d. cap. quia nonnullis. Et sic non esset simonia, secundum Alex. nec est hoc vendere scientiam, sed suum laborem. facit l. ij. ff. de orig. iur. Si etiā episcopus, qui nō potest facere exactiones, tamen ex necessitate exigit subsidium charitatiuum. cap. cum Apostolus. §. prohibemus. censi. & cap. cum sit. de simo. & cap. conquerente. in fi. de ordi. ¶ Secundum. Similiter etiam alij magistri non debent exigere quicquam, quando sunt competenter salariati de publico, in studijs generalibus, à quocunque, secundum Pan. in d. c. quia nonnullis. Extra studia autē generalia similiter nihil possunt exigere à scholaribus illius loci, secundū do. Ant. nec à pauperibus: sed bene à diuitibus alienis, & etiam secundum consuetudinem. l. quod si nolit. §. qui mercipia. ff. de ædic. & facit l. si fundus. ff. de euic. & quod nōc. Bart. in l. mercator est qui nesciat. ff. de duo reis. Si verò nō sunt salariati, exigere possunt, sed nō à pauperibus. de cēsi. licet. Sed intelligę quòd possunt exigere, quando non est eis prouisum sufficienter, & si legunt ad vtilitatem scholarium, vt docti. Secus si ad suam vtilitatem vel fastum: quia non gerunt vtiliter negotii alieni, sed suum. ff. de negot. gestis. l. si pupilli. §. ij. Et si essent diuites, nihilo minus quando nō est eis prouisum exigere possunt, secundum Bart. Brix. quia & episcopus visitans & consecrās ecclesiam, recipit procurationem, etiam si abūdet de censi. cū Apostolus. c. lopiræ. nec hoc est vendere scientiā tanquam vendibilem, sed locare operas suas. Cōtrarium tamen tenuit Ioan. in glo. distin. xxxvij. de quibusdam. ¶ Tertium. Omnes magistri recipere possunt sponte oblata à scholaribus. c. dilectus filius. el ij. de simo. x. q. iij. priscis. quia sunt quædā, quæ licet inhoneste petantur, honeste tamen recipiuntur. l. j. § est quidem res. ff. de var. & extraord. cog. ¶ Quartū. Magister, qui scholaribus cōcedere nō vult celebrationē festi alicuius sancti quod est colendum, nisi data pecunia: secūdum Ray. simoniam cōmittit: quia vendit spirituale, ad qđ tenetur. Et idē est si nō vult desistere à celebratione festi nō celebrandi. j. q. iij. vendentes. aut diem nō colendum, colendū concedit gratia pecuniæ, secundum Sum. Conf. Si autē cōcederet aliquo die pro festo cessare ad recreationē, non esset simonia, sed turpe lucrum, secundū Rod. licet dicat Supplementū nō esse diuersitatem inter hunc casum & suprà dictos. quod est manifestè falsum. ¶ Vndecimò † quæritur, quomodo magister euitare debeat si moniam circa licentiā docēdi? Et dico multa. ¶ Primum. Si quid exigatur aut promittatur pro licētia docendi, secundum Host. exactū restitui & promissum remitti debet. extra eo. c. j. & c. prohibeas. non tamen est simonia, sed turpe lucrum cū vitio concessionis: & est necessariò dādum ei, qui dedit, si fuit idoneus: quia non turpiter dedit. Vide quod not. Bern. in c. prohibeas. aliàs prohibemus. eod. tit. Archid. tamen prædicta intelligenda dicit de sententia speciali actuali, quādo cōductus vel salariatus ad legendum, ex statuto vel consuetudine loci habet accipere ab aliquo licētiā accipiēdi: nō autem de licētia generali, quæ datur in doctoratiōe legēdi, interpretāndi, glossandi: pro qua aliquid accipere vel exigere prohibitū nō videtur: cùm vbiq; legum interpres cōsuetudo habeat contrariissimè adhuc legi, inquit, hoc esse reprehensibile. Ratio diuersitatis est: quia prima licētia est ad actualitatem docēdi, & sine labore: alia est cū occupatiōe & labore. Quod si nō placet, oportet dicere quòd d. c. sunt cōtraria cōsuetudine abrogata: quam etiā viri timorati seruāt: vel quòd vbiq; est corruptela: qđ est durū. Vnde Car. Mon. tenet istā dationem esse licitā ratione laboris: allegans Petr. de Anch. hoc tenentē. hæc ex illo. ¶ Secundū. Idem de episcopo dicendum est, secundum Inn. qui suo clerico dare nō vult licentiā adeūdi scholas, nisi aliquo dato. Sed Io. And. dicit secundū aliquos, esse simoniā: quia ipsa licētia est spiritualis & spirituali cōpetens potestati. de simo. tua nos. Rod. etiā credit simoniā, si gratia lucri dat licentiā pro quinquenio iure cōcessō. c. super specul. eo. tit. Similiter si ad maius tēpus, qñ habet respectum principaliorem ad soluendum eum à spirituali officio, quod ecclesiæ debet: ppter morā autē in studio faciendā est turpe lucrum & peccatū mortale, licet nō simonia, secūdum Sum. Ang. Sed ni dic q̄ si haberet eundē respectū, esset idem iudicium. ¶ Tertium. Qui cōcedere potest docēdi vel legēdi licentiā, etiam si in propria velit legere persona, non potest, secundū Host. alterū impedire, vel ei denegare licētiā: etiam si ipse sit valde idoneus. arg. de of. Arch. c. vlt. qa hoc esset in auditorū præiudiciū: cùm sæpe quis habeat gratiā discēdi ab vno, & nō ab alio. facit c. quitēr. extra eo. ¶ Quartum. Is, qui cōsuetudinē potest alium substituere cum pacto quòd reddat expensas quasi loco interesse, secundum Rod. & Veruec. dummodo substitutus legat vice sua: & consuetudo illum sit substituendi. Si verò transfert in totū suum, nō potest aliquid etiam pro suo interesse pacisci: & multo minus de certa portione emolumenti percipiendi: qđ in primo casu licebat, secū dum Rod. & hoc nō obstāte q̄ ecclesia traditur tali modo: quia beneficia sunt assignata pro sustentandis clericis: istud autem pro labore docēdi. Et ita cōmuniter tenetur. Sed ego non video rationem differētiæ quātum ad interesse. De materia magistrorum, vide etiam j. Scientia. & infrà, Studium.

¶ Dolvs quid sit, & quomodo committatur, vide suprà culpa, per totum.

¶ Domesticvs quis dicatur, infrà Familiaris.

De Domicilio.

1 *Domicilium non est domus, sed maioris fortunæ cuiusq; partis in locum certum receptio. Et ibidem, vbi nā clericus habere domicilium dicatur?*

2 *Intentionem atq; propositum domicilium contrahēti, ad domicilij constitutionem spectans.*

3 *Scholares, num in loco studij ad ordines promoueri, sine episcopi proprij licentia possint? Et ibidem, num minores ac prædicatores, qui ex priuilegio ad se accedentes audire possunt, an forensium vota commutare queant?*

DOMICILIVM † alicuius ibi est, vbi quis fortunæ suæ maiorem partē constituit, vel bonorum suorum partem magnam: vel si ibi larem, id est, familiam habet. C. de incolis. l. ciues. libr. x. vel si nihil haberet ibi: assiduè tū ibi conuersatur. C. vbi sena. l. ij. & l. eius. Sola aūt domus nō constituit domicilium. ff. ad munic. l. liberius. §. sola. sed magis ibi erit, vbi quis rerū suarum summam cōstituit, vnde rursus discessurus nō sit vnde cùm, pfecturus fuerit, peregrinari videatur: & ad quē locū cùm redierit, peregrinari desinit. Et de hoc Inn. de fo. cōpe. ex parte. Et licet istud, secundū Gof. cleri eius habeat vbi larē constituat, nō semper vbi habet ecclesiā: tamen secundū Archid. de rescrip. statutū. lib. vj. pro domicilio semp reputari debet locus seu loca, vbi clerici ad residentiam tenētur: licet aliqui cōtradicant. & sic etiā not. Innoc. & Host. de priuileg. ex ore. Potest aute, secundū Gof. de for. compe. quis esse sine domicilio. Et pōt quis habere vnū tantùm: vt abbas, q extra suū monasterū illud habere nōpōt. Pōt etiā quis habere plura domicilia, sicut laicus, secundū Innoc. in d. c. ex parte. modò vtrobiq; sit instructus. Et allegat l. assumptio. ff. ad municip. & l. senatores. ff. de sena. & loquitur de instructo, de quo in l. quæsitum. §. sed & si fun. ff. de fun. instr. & instru. lega. vbi accipit pro omnibus pertinentijs necessarijs ad vsum. Et ad hit Inno. idē si nihil haberet, assiduè cā ibi cōuersatur. Et ide secundū aliquos, est de clericis inferioribus, id est, nō prælatis: vt videtur velle Archid. Sed † omnia prædicta intellige dicta præsumptiuè: veraciter autem ratione domicilij cōstituit intētio habitationis perpetuę determinatè quando est vnum tantùm vel sub disiunctione, quando sunt plura. de quo etiam suprà Confessor. j. §. x. Qui autem alicubi non habet domicilium: quantum ad sacramenta necessaria, si debet illa ibi percipere, secūdum Innocen. in cap. omnis. de pœ. & re. requiritur quòd habitet ibi per maiorem partem anni, & non in fraudem proprij sacerdotis. Et facit c. quæsti. xvj. quæstq. de deci. ad apostolicæ. nisi se transferat hospitium constituens animo ibi remanendi: quia statim fit ibi parochianus. de paro. cap. vltimo. & dicto cap. ad apostolicæ. & idem Host. Et intelligo animū remanendi, nō quidem perpetuum, quia iam ibi haberet domicilium: sed vsq; ad tempus percipiendorum sacramentorum necessariorum: puta, confessionis & cōmunionis semel in anno: ante quod tamen tempus potest ista percipere, si adest talis intētio. Quantum verò ad sacramēta voluntaria, secus est. Vnde dicit Pan. singulariter in c. nullus. de paro. quòd in turbis diœcesanis spectamus domicilium & nō habitationem: vnde quo ad sacramēta necessaria episcopus studij erit iudex competens: sed non quo ad voluntaria. Ex † quo infero, inquit, quòd scholaris ad ordines promoueri non potest in loco studij sine licentia sui episcopi: cùm ibi non habeat domicilium. C. de incol. l. ij. lib. x. nec episcopus studij commutare potest vota scholaris extranei:

1

2 *Intentio cōstituit domicilium.*

3

Universidad de Deusto
Biblioteca

nes: quod est cōtra multos cōfessores ignorantes. hæc ille. Et ratio est: quia ista nō sunt necessaria. Vbi etiam aduertit fratres Prædicatores & minores, qui ex priuilegio audire possunt, vndecunq; ad se accedentes: quia non propter hoc possunt vota commutare forentium: quia hoc nō potest episcopus, qui eos exposuit vel acceptauit: à quo solo in huiusmodi habent authoritatem. vide suprà Confessor. j. §. x.

De Dominica, & Festis, feriatisq; diebus.

1 *Dominica à domino dicta, quanam cōstitutione sabbato successisse dicatur? Et eadem quid festum, & vnde dicatur?*
2 *Feriarum legalium genera tria: de quibus hic sigillatim. Sunt & canonica feria. Et quid in his liceat, aut minimè, quātum ad carnium & reliquorum ciborum vsum pertinet?*
3 *Feria solennes quænam sint? Et in quibus ex his cōsuetudo sit, aut minima? Et ad hæc conclusiones variæ.*
4 *Feria solennes quando celebrentur, & quando incipiant? Et in his à quibus abstinendum sit? Item quot in his sunt regulæ, & quot ex his quæstionum conclusiones decisiuæ. num. 5. 6. & 7.*
5 *Festis diebus, quibus injungendum sit? Et quid si episcopus sententiam excommunicationis aduersus laborantes in diebus festis intulerit? & qui necessitatis causa, pluuia scilicet aut tempestate imminente, aut pietatis occasione, contrafecerit, num in huiusmodi sententiam incurrat? num. 9.*

DOMINICA † dicta est à Domino: & est dominica dies illa, quæ in honorem domini nostri Iesu Christi propter resurrectionē eius, p quā recreatus est mundus, celebratur. de cōsec. dist. iij. sabbato. succedēs sabbato, nō diuina, sed ecclesiastica cōstitutione. Quod fieri potuit: quia præceptū de sanctificatiōe sabbati, inquantū erat morale, vt scilicet aliquod tēpus daret creatori, mutari nō potuit: secus inquantū erat cerimoniale, seu figurale, id est, quantū ad diē taxatam. ¶ Festū autē est dies otij & religionis, in quo homines cōueniunt: dictū à festo ligno, ad quē in domus summitate ligna cōueniunt, vel dictū est festū à feria, quasi feriatum. ¶ Feria verò dicitur à foro, quasi fœria, secundū Azo. in Sum. quia præstat vacationē ab his quæ in foro iudiciali agi consueuerūt. Vnde secundū Gof. feriæ dicūtur, quia à forensibus negotijs immunitatē præstāt. l. diuus. ff. eod. tit. & sic est dies quietis à causis. Vel dicit à feriēdis victimis, quę celebant in ferijs, & sic est dies quietis ab opibus seruilibus, seu dies festiuanda. Vel dicit feria à fando: quia in ea Deus soloverbo aliquid fecit. & sic est omnis dies septimanæ præter sabbatū: vt dominica sit ferja prima, & cōsequēter. Vnde † feriarū legalium tria sunt genera. Quædam enim dicunt̄ solēnes, in quibus nō licet manualiter opari, introductæ ob reuerentiā Dei: de quibus in c. cōquæritur. de fer. & C. eod. l. dies festos. vt sunt ab ecclesia instituta. Dominus enim vel ciuitas si statuat festum sub certa pœna tolendā: pœnā indēm à violatoribus posset exigere: sed culpā nō incurrēt: quia ad hoc non tenet festa præcipere. ¶ Quædā verò dicunt̄ temporaneæ, quæ sunt duorū mēsium, datæ p fructibus colligendis, id est, messis & vindemiarūmque secundū diuersas regiones citius aut tardius præconizārur & indicūtur. ff. eod. l. præsides. & de offic. pcō. l. si in aliquo. & in quibus iudicialis, pcessus fieri non potest, nisi de cōsensu partium. ¶ Quædam verò sunt repētinę, quas Imperator indicit, pter victoriā quā fecit, aut traductionē vxoris, vel filij natiuitatē: & quas solus princeps indicit. C. de fer. l. à nullo. & quas populus obseruare tenet, saltem in publico, ex quo princeps pōt illas indicere: verum tamen cōtrafacientes peccēt mortaliter, vide infrà Statutum. §. vj. In prædictis ferijs nullus potest ad iudiciū cōpelli, nisi in certis casibus: de quibus ff. eod. l. j. & in c. vlt. de iudic. & nisi vrgeat necessitas: puta, quia res erat peritura: vt habes exempla. l. j. ij. & iij. ff. eod. & l. j. ff. de damn. infect. aut pietas: puta, causa debilium vel miserabilium personarum: vt in cap. conquestus. de ferijs. quia in operibus misericordiæ non est habenda distinctio dierum: arg. lxvj. distinct. vtinam. de consecr. distinct. v. nunquā. & summa ratio est quæ pro religione facit. ff. de relig. & sum. fim. l. sunt personæ. imò prædictis ferijs renuntiare partes nō possunt, nisi temporanees: vt in dicto cap. conquestus. & xv. quæst. iiij. in summa. Præter has sunt feriæ canonicæ, id est, dies septimanę, de quarum aliquibus in cap. de illis. xj. quæst. iij. in quarum sexta illicitū est carnes comedere. de consec. distinct. iiij. ieiunia. quod limita, nisi fit dies natiuitatis domini: quæ si eueniet feria sexta vel sabbato, carnibus vesci possumus, nisi quis se voto vel regulari obseruātia adstrinxerit ad non comedendum: vt in cap. fin. de obserua. ieiu. Additur & dies sabbati, de quo in cap. sabbato. de consec. distinct. iij. & distinct. v. & cap. quia dies. vbi admonētur omnes Christiani à carnibus abstinere, nisi festum, scilicet natiuitatis, vel infirmitas impediat: sed hoc est præceptum vbi est consuetudo. de obser. ieiu. consilium. Vbi verò nō est cōsuetudo quòd non comedantur carnes est cōsilium, secundum glossā. in dc. quia dies. de consec. distinct. v. ¶ Ex his autem pater primò quòd religiosis, qui ex dispensatione prælati potest comedere carnes: hoc potest sexta feria si sit natalis domini: quia cum ad nō comedendū tali die teneat ex duplici lege, scilicet ecclesiæ & religionis sue: prima remouetur per d. cap. fin. vide remanet secūda tantum, super quam prælatus habet authoritatem. Et idē dico de eo, qui hoc habet ex voto: ex licentia eius, qui dispensare potest in tali voto, poterit carnes manducare. ¶ Patet secundò quòd habens ex voto non comedere ouа in sexta feria, poterit comedere carnes ex dispensatione episcopi vel habentis authoritatem ab eo dispensandi in votis. Vtrum autem sine dispensatione possit comedere carnes, communiter tenetur quòd nō: quia abstinentia onorum includit abstinentiam à carnibus: sed tamen credo distinguendum an tempore voti habitualiter habuerit intentionem se obligandi, si affuisset memoria dicti casus, an nō: quia hic nō est obligatio, nisi secundū eius intentionē. Et si nescit discernere: teneat securio: em, vt abstineat, vel petet dispensationē.

¶ Primò † verò quæritur quantū ad ferias solēnes, quę sint? Et dico multa. ¶ Primum. In cap. conquestus. extra de fer. vbi quidam dies mandantur feriari quantum ad cessationem à strepitu iudicij, & etiam ab operibus seruilibus. secundum cōmunem opinionē doctorum sic dicitur: Debet iudicialis strepitus diebus consuescere feriatis, qui ob reuerentiam Dei nosc̄untur esse statuti, scilicet natalis Domini, sancti Stephani, Ioannis Euangelistæ, Innocentium, sancti Syluestri, Circuncisionis, Epiphaniarum, Septem diebus dominicæ passionis, Resurrectionis, cum septem sequentibus, Ascensionis, Pentecostes, cum duobus qui sequuntur, natiuitatis Ioannis Baptistæ, festiuitatum omnium gloriosæ virginis, quæ scilicet erant tempore huius capituli: vt purificatio, annuntiatio, assumptio, & natiuitas: de alijs autem inf. à festiuitatum xij. Apostolorum, & præcipuè Petri & Pauli. Sed intellige festiuitatum principalium, quando scilicet euolarunt ad cœlum, secundum Archidiac. & vt communiter testatur, & Laurentij, dedicationis beati Michaëlis, scilicet de mense Septembris, solemnitatis omnium sanctorum, ac diebus dominicis, exceptis solemnitatibus, quas singuli episcopi in suis diœcesibus, cum clero & populo duxerint solēniter venerādas. Quod limita primò, secūdum gl. de cōsec. dist. iij. in c. pronuntiandum. de solēnitatibus sanctorū canonizatorū, scilicet authoritate ecclesiæ Romanæ, cū episcopus canonizare nō possit, de re-

spectu ad sanctificationē: quę quo tempore facta sit, ignoratur. Vnde potius est sanctificatiōis, quam cōceptionis. Vñ nunc illud videtur celebrare, non quasi affirmans aut determinans dictam conceptionē fuisse immaculatā & sine originali cōtagio, vt Sū. Ang. & Ros. conātur allerere: qa expresse Xistus quartus ordinis Minorū, qui illi opinioni fauit, quātū honestē potuit, dicit in extrauagāti, quæ incipit, grauē nimis. qp ecclesia Romana nondū hoc determinauit, scidē Alex. sed quasi in cōceptione colēs sanctificationē citissimè, vt creditur, subsecutam, & quasi gratias referēs de cōceptionis gratione personæ conceptæ, non ratione sanctitatis in conceptione collatæ: sicut etiā colitur festum Epiphaniæ, in quo tamē nulla sanctitas noua collata est. ¶ Quod autem dicit Sum. Ros. circa hoc extare miracula mihil est, nisi facta fuissent in testimonium huius veritatis: quia etiā tempore beati Martini ad preces porrectas latroni fiebant miracula gratia fidei petentium. Quod etiam dicit Sum. Aug. olim puritatem cōceptionis non fuisse reuelatam, ridiculum est: quia contra authoritates sanctorum & conciliorum & scripturarū ſtuleum est credere mulierculārum somnijs. Quia tamē deuotio simplicium sine pertinacia nō est condemnanda: ideò idem pōtifex in eadem extrauagānti, ad scandala tolleda mādauit sub pœna excommunicationis: vt infrà Excommunicatio. vij. §. vlt. ¶ Sextum. Festum autem beati Francisci ecclo quòd fortè Xistus quartus illud sub præcepto posuerit: tamē, modò nullus tenetur: quia illa cōstitutio non fuit moribus vtentium approbata. dist. iij. in istis. §. leges. ¶ Septimum. Circa huiusmodi festa distinguendū est. Nam si sunt iuris humani, in eis standū est consuetudini: sicut fuit olim de festo Trinitatis faciendo. extra eo. quoniam. quod tñ hodie ex mandato Ioannis xxij. fit per vniuersalem ecclesiam. & idem, secundum Arc. est de festo Innocentium, & S. Syluestri: quia scilicet stādum est consuetudini: & cōmuniter malè custodiūtur. Et idem est, secundum eundē, de festis Euangelistarū & doctorū: & idem de festo S. Bartholomæi, quo ad diem, in quo celebratur. de obser. ieiu. consiliū. imò quædam prædictorū festorum sunt per cōsuetudinē abrogata quo ad cessationē ab operibus, vt cōmuniter dicitur: vt tres dies rogationū, & septē dies dominicæ passionis, id est, hebdomada Paschæ: nec seruant hodie nisi tres dies Paschæ: & secundū Arch. parasceues, & feria v. in cœna Domini: imò nec isti seruant, nisi fortè parasceues vsq; ad officiū crucis. Si verò sint iuris diuini in eis consuetudo locum nō habet, vt dies dominica, vt cōmuniter tenetur, & dies maiores: vt Natiuitatis Domini, Resurrectionis, Ascensiōis, Pentecostes, & Epiphaniæ: vt dicit in glo. de ferijs. licet. & sequitur cōmuniter doc. & Io. An. ad fin. Assumptionis gloriosæ virginis. ar. c. fi. de sen. exc. lib. vj. imò gl. Rav. dicit dies maiores esse festa Christi, beatæ virginis, Apostolorum Petri & Pauli, & diē parasceues. qđ pōt fortè esse verū quantū ad vacare à seruilibus: nō aūt qa sint de iure diuino. Ex quibus male intellectis infert Supplementū quòd nulla consuetudo potest excusare laborātes sabbato post occasum Solis, vel in vigilia festorum dominica maiorū: cum in hoc, inquit, fiat cōtra ius diuinū. quod dictum est falsum, & contra alios Summistas ordinis sui, vt patebit §. seq. Vnde dico cōsuetudinem nō habere locū in his quæ sunt de iure diuino, vt hic vnde ficat ecclesiastica lex, ita & ecclesiastica cōsuetudo variare pōt tempus diei dominicæ, quod ex lege potiriua & nō diuina dependet, vt dictū est: dummodo festiuetur xxiiij. horis, quod est iuris diuini: & sabbato non incipiat solemnitas ante Solis occasum, ne videamur Iudaizare. de cons. dist. iij. pronuntiandum. vnde Arch. dicit quòd vbi est de more generali artificum, puta barbitonsorum, quòd in sabbato aut magnorum festo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum vigiliis laborant per duas horas noctis: quia tunc magis homines conueniunt, tolerari potest mos: quia etiam in sero festi quando liceret laborare die tractacta non laborant vsq; ad noctem mediam: & sic videtur admitti posse compensatio, consuetudine sic agente: & sic dns, inquit, Eugenius quartus super hoc requisitus cùm talibus dispensaunt, vt percipi à fide dignis. ¶ Secundò † quæritur, quando feriæ solemnes celebrẽtur, & quando incipiant? Et quantum ad primum dico quòd in die qua occurrunt, etiam si officium ad diem aliam transferatur, quia ecclesia ordinauit quòd suo die celebrentur, & de remissione nihil statuit: vnde & consuetudo ita habet.

32 *Donatio, an ex præsumpta donatoris voluntate, vtpote superuenientibus liberis, revocari possit? Et tum qualiter fiat, ipsóue iure, an querela proposita? numer. seq.*
34 *Remedium contra donationis revocationem, vt puta per iuramentum, renouiationem, vel pactum, num sit aliquod?*
35 *Donatio remuneratoria, num eisdem causis revocari possit, quibus mera, conditionalis, aut modalis?*
36 *Donatum ecclesiæ, vel etiam alij hac lege, vt alienari non possit: an non obstante huiusmodi pacto, alienari queat?*
37 *Donatum Ambasiatoribus, quibus acquiri dicatur?*

DONATIO ꝯ simpliciter & absolutè, scẽm meneẽ Phi. & magistri Sen. & S. Tho. vt patet primo dist. xviij. art. ij. est datio liberalis siue irrẽdibilis, id est, recõpensationẽ nõ intendens. Vñ scẽm Azo. in Sum. est rei licitæ nullo iure cogẽte mera liberalitate facta collatio: vt ff. eo. tit. l. donari. & idẽ Host. licet scẽm aliquos distiniat donationẽ inter vivos. & dicitur quasi dono datio. ff. de do. causa mor. l. senatus. §. j. Sunt autem donationũ species duæ, scẽm Azo. & Host. in Sum. scilicet inter vivos, & causa mortis. Sed intellige quot sunt species subalternæ, id est, gña. Insti. eo. ti. in prin. vbi habent sub se species multas. Donatio inter vivos scẽm Azo. est qñ rem, quã dono, malo habere eũ, cui dono, quàm me: vt colligi põt ff. de do. l. j. in prin. sicut donatio causa mortis est, qñ rẽ, quã dono, malo me habere, quàm illũ, cui dono: sed magis illũ, quàm hęredem meum. ff. eo. l. j. Sed de hoc infrà ti. Donatio. iij. in prin. Huius donationis, scilicet inter viuos, species, si distinguãtur secundũ personas, inter quas fit donatio: puta, virum & vxorem, parentes & liberos: vel etiã secundum causas donandi, sunt innumerabiles, quo veritate habet gl. in d. l. j. ꝙ tot sunt, quot voluntatũ diuersitates. Si tñ distinguant secundũ qualitates donationis: dico ꝙ donatio inter viuos est duplex. Vna scilicet ob causam interpositã, quæ dicit modalis, siue sub modo: & scẽm Host. est donatio inter viuos facta ob causam interpositã: & denotat vt aliqd fiat vel nõ fiat: vel propter quid donatio fiat. Et intellige ob causam sequentem nõ præcedentem: quia tũc esset remuneratio potius quàm donatio. C. de bo. lib. l. eũ oportet. §. eũ aũt. Alia est donatio simplex siue mera, quæ est inter viuos, nõ ob causam sequentẽ siue sequentem. ¶ †Donationũ aũt simpliciũ alia est pfecta, id est, absoluta: & est, qñ statim mera liberalitate transfertur dominiũ rei datæ: de qua C. & ff. eo. tit. gñaliter per totũ: maximè ff. e. l. j. Alia est imperfecta, id est, cõditionalis: quę secẽdum Host. est, qñ dominiũ rei datæ statim, & nõ nisi sub conditiõe transfert, vel sub modo, vel in diem: vt dono tibi si rex intrauerit Italiã: vel dono, nõ qã tuũ sit hinc ad annũ, vel huiusmodi. Ad quam speciem reducit' qnq; donatio sub modo, quando scilicet dominiũ transferẽ sub modo nõ importante causam, sed tempus, sed hmõi: vt, dono tibi equũ sic, vt nõ sit tuus vsq; ad annũ. Modus eñ est aliquo modo cõditio, sed nõ propriè: quia conditio propriè dationem suspendit: & sic per si. Vñ ea nõ impleta donatio nõ valet: modus aũt eã nõ suspendit: & sit per ly vt: sicut no. glo. in c. verũ. de cõ. appo. Vñ ista donatio statim tenet: sed nõ extãte illo, põt reuocari. C. de do. sub modo. l. j. & ij. & l. fi. Quãdoq; tñ reducit' ad donationem ob causam: vt do vt facias anniuersariũ. vide ĩ. Cõditio. ¶ † Primò verò quæritur, quantũ ad donationis authorem, quis possit donare absolutè loquendo, id est, ex sua cõditiõe, & nõ donatarij? Et dico ꝙ omnis habens rei dominiũ vel proprietatem, qui iure nõ prohibetur. ¶ Prohibet aũt primò mentis suæ nõ cõpos: vt amens, furiosus, & hmõi. xv. q. j. merito. & in scle. si furiosus. de homic. & l. Iuliatus. ff. de cur. fu. Nec curo dum sit ei datus curator: qa in cõscientia, ex quo non est sanæ mentis, nõ põt donare: nec donatio tenet. facit l. Modestinus. Imo in fi. ff. de do. Si tamen habet lucida intervalla, administrare possit, cõsequenter donare. qđ patet: quia dicit Bar. in l. eũ alijs. C. de cur. fu. in summa. ꝙ curator furiosi cessat in administratiõe tpe dilucidi intervalli, & eã reassumit: teneretur furore. ¶ Secũdò. Nec prodigus etiã põt donare: vt in l. j. ff. de cur. fur. & hoc verũ postquam curator est ei datus, vel donatio interdicta: vt l. is cui. ff. de verb. oblig. etiam si verè nõ esset prodigus. Secus in tutore dato pupillo, qui est adultus: & in curatore: quia ista dependent a natura: sed esse prodigum, à iudicis declaratione, secundum Bar. ibi. Nec sufficit præconizatio quòd nullus contrahat cum tali: quia requiritur interdictio facta ipsi prodigo, vel saltem datio curatoris, secundum Bar. in d. l. is cui. lequendo gl. ibi. & in l. j. ff. de cur. fu. vel saltem sententia declaratoria quòd sit prodigus, secũdum Angelum Aretinum Insti. qui. nõ est permissa. ff. de. §. item prodigus. Si autem prodigus ad finos mores reuertatur: aut hoc est manifestum: & sic Iacobus Aretinus dicit quòd ipso iure desinit esse sub curatore. Aut non est manifestum: & sic requiritur officium iudicis, scilicet declarantis eum non esse prodigum: vt d. l. j. ff. de cur. fu. & hoc Bar. placet in d. l. is cui. Si autem parer in testamento dat filio curatorem tanquam prodigo vel furioso: vel dari dicit: & eius assertioni stat', & datur curator, etiam si non sit furiosus aut prodigus. quidam dicunt quod dare non potest: vt ff. eo. l.

pe. quod de prodigo admitterem, juxta mẽtem Bar. non de hoc loco. ¶ Tertiò. Nec minor xxv. annis, nisi ratum habuerit post cõpletum xxv. annũ: vt C. si maior fa. ratum hab. l. vlt. vel nisi cũ authoritate tutoris aut curatoris: vt l. pupillus. ff. de acqu. re. do. Et ide à fortiori est de pupillo, quia alienare nisi potest cũ tutoris authoritate. ff. de acqui. re. do. l. pupilli. ¶ Quartò. Nec si filius familiàs: vt l. filiusfa. ff. de do. quod tamẽ tallit, si est in dignitate, secundũ Inn. in c. gradi. de iup. neg. præla. lib. vj. Allegat d. l. filius. Ité si sit filius senatoris, comitis, vel marchionis, vel alterius dignitatis: & pater dedit ei liberam administrationem peculij: nisi ex specialiter pater hoc denegauerit. Item si habeat liberã peculij administrationem, & iuxta ratione motus donet: vt marti, & similibus conjunctis personis. Item si habet peculiũ castrense vel quasi: vt in d. l. filius. & in tex. & gl. Ité in casibus, de quibus statim dicã. ¶ Quintò. Nec seruus, religiosus, vel monachus, & similes, qui nihil habent proprij. xij. q. j. non dicatis. nisi de licentia superioris: vt ibidem. quod tamen fallit in religioso vel monacho si habet legitimam administrationem: & ex causa legitima donet. d. l. filiusfa. in prin. & xij. q. j. quia tua. quod intellige de mobilibus, & quæ seruando seruari non possunt: vt ff. Alienatio. Item si de licentia prælati fiat in scholis cum consilio maioris partis cõuentus: vel peregrinatur: quia donare potest vt rationabiliter facere solent alij scholares & peregrini, secundum gl. in d. c. nõ dicatis. quæ allegat l. vlt. C. ad Maced. & si longius. ff. de iud. etiã donare possunt ratione eleemosynę, vt Judicã Eleemosyna. §. v. ¶ Sextò. Nec Abbas quilibet religiosus prælatus: nisi ficut de filijsfa. dictũ est, qui habent administrationẽ. dist. liij. abbati. nisi per statuta vel cõsuetudinẽ aliud caueatur. ar. l. prohibere autem. §. nõ tantum autem. ff. quod vi aut clam. & de his quæ fi. à præla. ea noscitur. Et generaliter nullus prælatus aut ecclesiastica persona põt alienare, & cõsequẽter nec dare res ecclesiasticas immobiles aut mobiles pretiosas siue certa solẽnitate, de q̃ ĩ. Alienatio. Posſunt tamen donare de bonis laicalibus: & etiam de fructibus beneficiorum suorum quædam modica: imò pauperibus & honestis personis dare tenẽtur: quia illa bona sunt pauperũ quodã modo. Quæntũ aute episcopus donare possit ecclesiæ, vel monasterio cõstruẽdo ĵ. Ecclesia. iij. §. vl. ¶ Septimò. Nec vxor, si non habet vltra dotem: nisi eleemosynaliter, eo modo quo dicã. ĵ. Eleemosyna. §. v. ¶ Octauò, nec is cui alienatio per legẽ interdicta est: sicut primò is, qui commisit crimen læsæ maiestatis. C. ad l. Iul. ma. l. vlt. Aut secundò etiã hæreticus. C. de hære. l. Manichæos. cuius bona ipso iure sunt cõfiscata. de hære. cùm secundum leges. lib. vj. Aut etiam tertiò similiter is qui cõtraxit nuptias incestas, scilicet inter ascẽdẽtes & descẽdentes aut nefarias, scilicet inter collaterales: vel inutiles alias prohibitas nuptias: quia ipso iure rerum suarum dominium perdit: vt d. c. cùm secũdu leges. & in authen. de iure. & nup. vbi dicitur, procedere in quocũq; illicito matrimonio, modo fuerit sciens factũ: puta, cõsanguineã: & ius scilicet qđ prohibet. aliàs non, scilicet si sciat ius & non factum, vel econtra: quia error iuris excusat à dolo aut etiam quarto is, qui in aliqua re cadit in cõmissum: puta, in agro vectigali, ipso vectigali nõ soluto: vel quãdo quis occultauit merces, quarum vectigal erat soluendum: quia ipso iure rei illius dominium perdit, & acquiritur fisco: vt no. in l. cõmissa. ff. de publi. iũcta gl. hoc tamen casu & tribus immediatè præcedentibus donatarius licitè retinet rem donatam ante lentẽtiam declaratoriam: quæ requiritur antequam eis bona possint auferri: vt j. Pœna. §. xxv. Aut quintò etiam quicunque cõmisit crimẽ capitale aliud à prædictis, propter quod bona eius sunt publicãda: quia licet donare possit ante condẽnationem: non tamen post. ff. de dona. l. post contractũ. secundum distinctionem ĩ. Alienatio. §. xxix. ¶ Nonò. Nec is, qui dominium non habet in re donanda: sicut raptor, fur & huiusmodi: cùm nemo plus iuris transferre possit in aliũ quàm habeat ipse. ff. de reg. iur. l. nemo. Facit l. traditio. ff. de acqr. re. do. vbi vide aliquas exceptiones. sed nihil ad nos. ¶ Decimò. Nec is, qui est nõ soluẽdo creditoribus. Vide ĩ. Alienatio. §. xxix. ¶ Vndecimò. Nec illi, quibus per statuta municipalia est prohibitũ, nisi cũ certo modo donare. Vtrum autem donationem pro causa pia possit prohibere ĵ. Immunitas. ¶ †Secũdò quæritur, cui possit donari? Et dico secundum Host. ꝙ cuilibet, nisi per legẽ prohibeatur, etiã si sit absens, notus vel ignotus: & hoc siue mittendo qui ferat, siue iubendo vt ipse teneat quod penes se habet de suo. Ignorãti tamẽ donatio fieri nõ potest: vt in l. absenti. ff. de dona. quod tamen fallit, quãdo donans mittit per seruum donatarij, & ea mente vt statim fiat sua. d. l. absenti. Cui autem lege prohibeatur donari, vide titu. sequẽti per totum. ¶ Tertiò †quæritur, vtrum prohibiti donare conditionaliter vt sub modo, prohibeãtur donare propter causam præcedentem, siue ob merita: quæ donatio dicitur remuneratiua? Et dico quòd non: quia non est donatio propriè: vt colligitur ex l. Aquillius Regulus. ff. de don. & ex eo qđ notatur in c. fi quos. xij. q. ij. & in c. consensus. de reb. ecc. non alie. & Bar. in l. iubemus. C. de sacrosan. eccle. quod limita, nisi prohibeãtur donare: quia nõ habent administrationem liberã in rebus donandis, vel propter legitimã causam: vel quia nõ possunt donare, nisi in damnum aliorum: vt qui non sunt soluendo creditoribus. ¶ Quartò †quæritur quo ad donati quantitatem quantum donare quis possit? Et dico, nullum posse donare vltra quingentos solidos, id est, aureos. C. de don. l. pe. quod verum est, siue insinuatione præcedẽte. Et si fiat donatio etiam duobus de maiori summa non valet. tex. est in authen. item à priuatis. posita super l. sancimus. C. de don. Et si fiat in singulos annos eiusdẽ quãtitatis quæ singulariter nõ excedit summã, sed omnes simul excedunt: non valet, secundũ Host. quia est donatio vna. l. senatus. §. fi. ff. de dona. causa mor. Et si fiat diuisim per plures donationes vltra dictam summã: secundum Alber. in d. l. illud. non valet: quia ad hoc vt cesset necessitas insinuationis, requiritur distantia in tempore: vt in authẽ. ité à priuatis. §. fi quis sint enim vnus impetus, quẽ lex per insinuationem vult frænare. C. de inoffi. dona. l. pater. aliter verba rei prævalerẽt, cõtra l. ij. in fi. C. cõmunia de le. facit ff. de castren. pec. l. si fortè. nã vnus impetus facit multa et leuiũ. ff. ad leg. Aquil. l. illud. §. fi. extra de or. co. eũ dilectus. ¶ Est' ĩ notandũ qꝫ nõ revocabit' tota donatio: si excedat dictã summã sine insinuatiõe: sed solũ excessus. l. sancimus. C. de don. quod limita, nisi fuisset iuramẽto firmata: quia tunc in nullo revocatur, secundũ Io. And. in addi. ad Spe. de fi. instru. Insinuatio † verò est, secundũ Alberi. in l. illud. C. de sac. san. ecc. per superiorem auctoritatis præstatio quod cõsuetudo videtur admittere. & gl. innuere in authẽ. vt nõ fiat pign. §. illud. Vñ ad cautelam solent hæc verba poni, quòd cora eo donatio insinuata sit. Et ita cõmuniter fit. Licet propriè insinuatio sit præexistentis donationis in scripturam authenticã redactæ apud competẽtem iudicem facta publicatio, & eius authoritate in publica gesta seu acta facta reductio. vt colligitur l. in hac. C. de donatio. iunctõ §. illud. in authentico, vt fratrum filij. & in §. non habente. de defen. ciui. & in §. & hoc peruenit, vt nulli iudi. vt sic inter tempus insinuationis & donationis posset deliberare an expediat: vt in authentico, de appellation. intra quæ tempora circa princip. Debet autem, secundum Alberi. in d. l. illud. insinuatio fieri iudici loci. l. data in fin. C. de dona. & fieri potest etiã die feriata, secundum eundem: quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

non exigit: causæ cognitionem: & consequentur fieri potest die qualiber. ff. quis or. in bo. poss. ser. l. ij. & etiã quia est actus voluntariæ iurisdictionis. C. de fer. l. actus. Fallit tamẽ quod dictum est de quingentis aureis, per no. ibi per tex. & gl. Primò in magistro militiæ, qui res mobiles tã suas quàm ex spolijs hostium habitas potest donare militibus. Secũdò, quando donatur pro reparatione domus ex ruina vel incẽdio ruptæ. Tertiò, in redeptione captiuorũ. Quartò, in donatiõe imperiali. Vazã secũdum Mon. donatio in priuatum à principe in omni quãtitate valet, etiã sine scriptura. l. sancimus. C. de dona. & econuerso in principẽ à priuato. Quintò in donatione propter nuptias vsque ad quantitatẽ dotis. Sextò, in donatione causa mortis. Adde septimò, secundũ Mo. in donatione ad pia loca: quia in his optima mẽsura est donatarũ rerum immensitas: in authen. de nõ alie. vel permu. re. §. si minus. coll. ij. & generaliter ad omnes pias causas, vt in d. l. sancimus. C. dona. Et licet gl. ibi in d. l. sancimus. velit quòd in pias causas non valeat sine insinuatione, nisi vsque ad octoginta solidos: tamẽ Bar. in d. l. illud. tenet quòd valet. C. de sac. san. eccle. per identitatẽ rationis. d. l. pe. Cum insinuatiõe autem valet vsq; ad quantancunq; summã facta indistinctẽ ab his qui donare possunt: vi in d. l. pe. Sed de donatione propter nuptias, vide j.

9 Donatio. iij. §. j. in fi. ¶ †Quintò, quæritur, quãtũ ad donationis validitatem, vtrum donatio inter vinos sine insinuatione legitima excedens summam quingentorum florenorum interueniente confirmatione Imperatoris ex certa scientia valeat post mortẽ: ita vt per eã præiudicetur nepotibus debentibus succedere ab intestato? Et dicit Pan. in cõsi. lxxxiiij. incip. Christi eiusq; matris. quòd sic, propter illam clausulã. ex certa scientia: quia tanta est potestas principis circa ius positiuum, vt facta habere possit pro infectis, per textũ iuncta gl. in cle. j. de immu. eccl. Dictis autẽ nepotibus fuit ius adeundi quæsitum ex dispositione iuris ciuilis: & eodem iure corruit dicta donatio ex defectu insinuationis: cùm iure naturali vel gentiũ nõ requiratur: sed sufficiat donatoris volũtas: vt in §. per traditionem. Instit. de re. di. Vnde Imperator suppleuit solennitatem à iure ciuili requisitam. Vide illũ multa circa ista dicentẽ. Facit quod no. Inno. in c. nisi cum pridem. de renun. quòd superior, penes quem est authoritas dispensandi, potest etiam non vocatis illis, quibus præiudicatur, dispensationem impendere. Et Bar. in l. Gallus. ff. de li. & post. per tex. l. ij. ff. de natis. resti. dicit notabiliter quòd si Imperator vult legitimare aliquẽ nõ vocatis agnatis, quibus delata est hæc hæreditas, põt: dummodo hoc faciat ex certa scientia. Nec obstat prædictis l. fi. de nat. resti. quòd libertus debet p Imperatore restitui natalibus patrono consentiente: quia secundum Legistas cõmuniter hoc procedit de potestate ordinaria, nõ de absoluta: quæ hic interuenit per illam clausulam, ex certa scientia. ¶ Sextò quæritur vtrũ sine insinuatione valeat donatio iuramento firmata? Et dicit Bal. in l. illud. C. de sac. san. ecc. quòd nõ: quia ad hoc quòd iuramentũ aliquid operetur, debent concurrere tria. Primò, quòd persona sit habilis, vel per iuramentũ habilitata. Secundò, quòd sit seruata forma generalis. Tertiò, quòd res prohibita non sit: vt l. fi quis inquilinos. §. fi. ff. de leg. j. Sed iste donationes clandestinæ nõ interuenientibus actis sunt prohibitæ: vt l. donationes. C. de dona. & cõsequẽter iuramento nõ validãtur: meritò nec oritur obligatio naturalis. Idẽ tenet Sal. in l. pe. C. de dona. Sed Io. An. in addi. Spe. ti. de instru. edi. sine de si le instr. §. porrò. tenet cõtrariũ, per ea quæ habẽtur in authen. sacramenta puberũ. C. si aduer. ven. & quod habetur in c. cũ contingat. de iureiu. Secũdò, quia nõ habet perpetuã causam prohibitionis: cũ in certis casibus valeat sine insinuatione: vt habetur in d. l. pe. ideoq; potest iuramẽto firmari: vt in l. non dubiũ. C. de legi. Io. de Imo. dicit hãc Io. An. opinionem posse teneri: dummodo per metũ vel dolũ nõ sit extortum iuramẽtũ, quo casu posset absolutio peti iuxta ea quæ habentur in c. si verò. de iureiu. Et ad rationẽ Baldi respõdet quòd si prohibita: verũ est de iure canonico. secus de iure ciuili: vt voluit Io. An. post Hos. in c. quemadmodũ. de iureiu. & idẽ tenet Ang. Are. per ea quæ not. Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. vbi dicit q licet donatio inter virũ & vxorẽ nõ valeat: tamẽ si iuramẽto firmatur, valet: & idẽ in casu isto. ¶ Sed primò † quæritur, an valeat liberatio, quã facio Titio debenti mihi aureos mille quos remitto sine insinuatione? Et Bar. in l. Modestinus. ff. de don. distinguit: quia aut debitũ est odiosum vt vsurarũ, vel pœnarũ: & tũc valet vt in d. l. Modestinus. Aut est debitũ verę sortis: & tũc aut est debitũ ex pluribus causis: & sic tot sunt liberatiões, quot causę debiti, ideoq; insinuatio nẽ nõ indigent, si aliqua causarũ nõ ascẽdat vltra quingentos aureos. Aut tota summa est ex eadẽ causa: & tũc indiget insinuatiõe: vt l. si quis obligatiõe. ff. de reg. iu. Secus si fiat ex alia causa quia tũc clarũ est q insinuatione nõ indiget. ¶ Octauò † quæritur, quãdo donatur vel legatur isto modo, dono vel lego talẽ terrã, quæ est intra tales confines, quæ est xx. ingerũ: cũ tamẽ sit xxx. vel. legovxori meæ talia iocalia, quæ sunt pretij cẽtũ aureorũ: cũ sint ducentorũ: vtrũ donatarius possit bona cõscientia totum tenere? Et dicit Bal. in rub. de emp. & ven. C. q Io. An. in addi. ad Spe. ti. de emp. & ven. refert & legitur dominũ suũ Oldr. cõs. ccxxij. q potest totũ retinere, per l. si fundũ sub cõditione. §. si libertus. ff. de leg. j. itẽ l. cũ pater ¶ filio. ff. de leg. ij. Sed ipse Bal. dicit multũ differre, an pars excedat primat oẽceptũ suũ incipiendo à numero vel mẽsura: vt puta dono tibi quatuor modia terræ in tali cõfinio: & tũc nõ venit plus: vt l. si quis testamento. in prin. ff. de leg. j. An exprimat per nomina designãtia certã speciẽ, vel corpus determinatũ, licet postea mẽsuretur: quia tũc mẽsura est loco demonstrationis: quæ est falsa nec vitiat nec minuit id, cui adijcitur. l. demonstratio. ff. de cõdi. & demon. & facit l. si vẽditor. ff. de act. empt. & ven. Et hoc sequitur Pet. in c. per tuas. de don. vbi dicit q si vir legat talia iocalia vxori, quæ æstimat centũ: quæ valeãt duplũ: nõ poterit hæres minuere: sed totũ habebit. Similiter si minus valerẽt, mulier plus petere nõ poterit. Et idẽ dicit de emptione & vẽditione. Et sic solue l. pen. in §. de act. emp. & vẽ. per hãc distinctionẽ. Vel breuius in emptione dic q si pretium taxatur per modia, nõ habebit illud plus: secus si nõ taxatur per modia. & idẽ dic in venditione. ¶ Si minus: vt teneatur, secũdũ prædicta. ¶ Nonò † quæritur, quando donatio valet ratione fisci? vt quia confiscata sunt bona, vel huiusmodi: vtrũ valeat datio in solutũ? Et dicit Bar. quòd sic: quia licet bona transferantur in fiscum transeunt tamẽ cum onere: vt in l. si debitor. ff. de fideiuss. Vnde si reus solutis, facere quod facere debuit fiscus. ¶ Decimò † quæritur, vtrũ dicente donatore, do tibi villã meã, & omnia iura quæ in illa habeo: veniãt iura spiritualia: puta, ius patronatus, decimæ, & huiusmodi? Et dico secundum Panor. in c. sedes. de rescri. per dictũ Innocen. in c. ex literis. de iure pa. quòd per talem donationẽ spiritualia iura nõ veniunt: quia hoc signũ, omnis non se extendit ad ea, quæ sunt alterius iuris & naturæ, quàm ea quæ principaliter trãsferuntur. Et facit optimè d. c. sedes. vbi dicit quòd per clausulam generalem, quædam alij, & res aliæ simul titudo effrænata non includitur, nec personæ. nec res maiores expressis: & sic ly omnia iura, restringi debet ad temporalia, propter speciem temporalitatis præcedẽtem. Secus autẽ quando datur aliquid habens simul temporalia & spiritualia iura cum omnibus pertinentijs suis: sicut est præbẽda, quæ simul habet possessiones & decimas: quia tunc omnia simul

transferuntur. & hoc idem tenet Hostien. in d. cap. ex literis.

11 ¶ Vndecimò † quæritur, vtrũ donator teneatur de euictione? Et dicit secundũ Pan. in c. inter cætera. de præb. & in c. fin. de emp. & ven. post Cy. & alios quòd aut donator solẽni promissione de euictione promisit: & tenet. Aut nõ promisit: & tũc aut donatio incœpit à promissione: vt quia primò promisit, & postea donauit aut incœpit à traditione: vt quia simul donauit & promisit: & primò casu olim nõ tenebatur, nisi promissio fuisset solennis, puta stipulatione interueniente: sed hodie secus per l. si quis argentũ. C. de don. Secũdò aũt casu, scilicet cùm incœpit donatio à traditione: aut vult agere ad particulare interesse, puta ad sumptus factos occasione illius donationis: & distingue vtrũ donator fuerit in dolo vel non: quia primo casu tenetur: secũdò verò nõ: vt l. Aristo. ff. de dona. ad

12 totale verò interesse rei donatæ agere nõ potest: vt l. ij. C. de eui. ¶ Duodecimò † quæritur, quantũ ad reuocationẽ donationis quæritur, vtrũ donatio mera, id est, inter vinos, reuocari possit ex pœnitentia? Et dico quòd non: arg. c. verũ. de condit. ap. & facit l. Aristo. in prin. ff. de do. Vũ dicit Bart. in l. fi. ff. de cõdict. ob causam. quòd donatio est cõtractus nominatus: & not. in l. iure gentiũ. ff. de pactis. in prin. nã habet nomẽ elegans, nec reuocatur pœnitẽtia, sicut nec alij cõtractus nominati: vt l. si pecuniã. in prin. ff. de condi. ob causam. Sed ista intellige de vera donatione omnino liberali: quia secundũ Archid. si debitori meo feci publicã donationẽ centũ florenorũ, quia nihil inde sperabã, vel ad cuitandũ aliquod damnũ: post hanc donationẽ possum alig d de bonis eius inuẽtis vel ab alio oblatis accipere & retinere, sicut & alij dãnificati, ac si nõ donassem: quia de ratiõe donationis est, liberalis & volũtaria trãslatio: quod nõ cõtingit in casu posito. ¶ Decimotertiò, † vtrũ

13 reuocari possit ratione ingratitudinis? Et dico q sic, quinque modis: vt patet ex l. fin. C. de reuoc. don. ¶ Primò, si donatarius de iure donatori atroces iniurias intulit: quod ex tribus consideratur, secundũ gl. in l. fi. C. de reuoc. do. super verbo, atrocer, scilicet ex qualitate iniuriæ, ex loco, & ex psona. Instit. de iniur. §. atrox. Et intellige de iniuria citra verbera: puta, verbis, fuga, carcere, vel huiusmodi, vt quia eũ appellauit furem in platea vel loco simili. ¶ Secũdò, si manus impias in eũ iniecerit. ¶ Tertiò, si grane damnum rebus intulit: puta, in tota vel maiori parte substãtiæ: vel etiã citra maiorem: vnde erit hoc arbitrarium, secundum Io. And. in c. fin. de dona. ¶ Quartò, si attẽtauerit inferre illi vitæ periculum: etiã si effectus nõ est secutus, scilicet ponẽdo insidias. Et si in his casibus psonę ingratæ sint religiosi alicuius monasterij fabricati ab aliquo barone, cui sunt ingrati in casibus expressis in d. c. fi sunt duę opiniones, vt refert Spec. quarũ prima dicit quòd reuocabit donatio, & monasterũ destruetur: sicut in simili ciuitas ciuiũ delicto arratur, iuxta nota. per Bar. in l. aur facta. ff. de pœn. & Priuatur episcopali dignitate: vt in e. ita nos. xxv. q. ij. Alia vẽ aliàs subrogãdas: vt sic potius psonæ quàm ecclesia puniantur: quod videtur æquius. & cum hoc transit Spec. & Panor. ¶ Quintò, si conditionẽ appositam non impleuit. De his in d. l. fi. & de primis quatuor extra eo. c. fin. vbi Pan. addit sextò, si donatarius neglexerit alere inopẽ donatorẽ. Cuius tamen contrariũ tenuit gl. in l. in cõdemnatione. ff. de reg. iur. Sed tamen Cy. in d. l. fi. cõcordãdo dicit quòd in magna quantitate locũ habet glo. in d. l. fi. quia scilicet reuocari potest donatio: nõ autẽ in parua, quã distinctionẽ Pan. dicit equam: quia donans magna põt æquiparari patri, quẽ inopẽ filius alere tenetur. l. si quis. ff. de lib. agno. & sic limita dictã gl. per iura allegata in ea, quæ loquitur qñ libertas est donatiue. l. ãlimẽta. ff. de lib. agno. & auth. vt liber. de cętero. §. illud. ff. de iure patro. l. diuus. la j. & l. ingratos. Vnde donatio facta liberto revocatur solùm ex obsequio nõ præstito, & etiã emptũ ab eo ex pecunia donatariũ: vt l. j. C. de reuoc. don. sed non libertas. C. de libe. causa. l. solo. Hoc tũ est speciale in liberto: vt ex sola non præstatione res empta ex pecunia donata reuocet: vt in d. l. j. not. gloss. Et hæc nota, p mulieribus & simplicibus ferè omnia donãtibus: & demũ negliguntur alimẽtari à donatarijs: quia poterit donatio reuocari. Si verò fit modicũ qđ donatarum est nõ reuocatur donatio propter alimẽta denegata. Et sic intellige gl. in d. j. in cõdemnatione. Mater tamen, quæ filio donauit, & deinde ad secunda vota transiuit, reuocare non potest donationem, nisi ex tribus prędictorum, scilicet si insidietur vitæ eius, vel inferat manus, vel factũrã totius substantiæ eius moliatur. C. de reuo. dona. authẽ. hæc quoq; vide etiam §. seq. in fin. ¶ Decimoquartò † quæritur, vtrũ ratione 18
ingratitudinis reuocari possit donatio per hæredes donatoris? Et dico quòd nõ: etiã si sit cõmissa in donatorẽ, nõ in hæredes: vt in d. l. fi. quia hoc ius reuocãdi est psonale ex vtraq; parte, cùm merita & demerita sint personalia: vnde nõ trãsit ad hæredes donatoris, qui tacuit super hoc in vita sua: quia tacẽdo renũtiasse videtur: nec ad hæredes donatarij, scilicet vt ab eis reuocari possit. Quod tamẽ intellige si fuit nota causa ingratitudinis: quia si donator eã ignorauit in vita donatarij: vel si sciuit, non habuit tẽpus competẽs ad agendum: agere poterit cõtra eius hæredes, secundũ Pan. in c. fin. eod. tit. post Io. And. in c. cum in veteri. de elect. & per text. ibi, quæ põderat quando donator tacuit: sed nõ dicitur tacuisse, si ignorauit, vel nõ habuit debitũ tempus ad agẽdum. Et per eandem rationẽ videt quòd hæres donatoris agere possit contra donatariũ. sicut etiã in simili dicit glo. in l. fideicõmissum. C. de fideicõ. quòd si legatarius iniuria intulit testatori, & ignorauit testator in vita: ex hoc agere poterit hæres. Et facit quod nor. gl. in l. sororem. C. de his quib. vt indig. ex quibus gl. videtur inferendum quòd si donatarius carnaliter cognouit vxorem donatoris in vita sua eo ignorãte in vita, suus hęres agere non poterit ad reuocationẽ donationis: quia ex quo ignoratit, tacuisse nõ dicitur. De hoc Legatum j. §. v. & vltimo. & infrà Turela. §. vlt. Quæ tamẽ de ingratitudine dicta sunt, limita in donatione propriè dicta. Vnde ob hãc causam nõ revocatur collatio bõficij, secundũ Io. And. & cõmuniter Doc. quia nõ est propriè donatio: cùm teneat collator ex necessitate officij cõferre: donatio autẽ mera liberalitate fiat. Similiter nec donatio remuneratiua, de qua in l. Aquilius Regulus. ff. eod. non reuocatur ob hãc causam: quia, vt ibi dicitur, non est mera donatio, nec propriè donatio. ¶ Decimoquintò
†quæritur, vtrũ reuocari possit donatio conditionalis & mo- 19
dalis, id est, facta sub modo, seu ob causam. ¶ Et de conditionali dico quòd reuocari nõ potest cõditione pẽdente: quia ex futuro euẽtu pẽdet. Et facit l. patior. §. videamus. ff. qui po. in pig. habe. nec etiã purificata cõditione: quia est vera & mera donatio. Sed intellige quantũ ad vtrũq;, si cesset ingratitudo, & omnis alia causa sufficiẽs revocãdi: nec etiã cõditione desiciẽte: quia quod nõ est, revocari nõ potest: de despõ. impu. ad dissoluendum. vnde erit perinde ac si non fuisset donatum.

¶ Quantum ad modalẽ dico colligẽdo ex no. per Doct. in c. verũ. de cõdi. appo. quòd si modus nõ seruatur, distinguendũ est: qa aut modus fuit principalis seu finalis causa cõtractus: & ita revocari põt, secundũ Bart. in l. ij. §. fin. ff. de dona. facit l. cum leg. C. de pact. inter emp. & vẽd. vbi revocatur contractus nominatus non implero modo, qñ fuit principalis causa contrahendi, & sic intellige l. ea conditione. C. de rescin. ven. Aut nõ fuit causa finalis donationis: & sic nõ revocat cessante modo. Et facit l. Meuius. ff. de manumis. testa. vbi libertas

Universidad de Deusto
Biblioteca

legata tribus seruis sub hac conditione vt alternis vicibus lu-
minaria accenderet super legatoris sepulcrū: non reuocatur,
quatus nō impleatur modus: quia testus nō cōsiderauit mo-
dum vt causam finale datæ libertatis, sed vt causam impul-
siuā. Et si sumus in dubio, & donatio est in piā causam: fauore
piæ causæ videbitur cōtemplata pia causa, p causa finali: vt
videtur velle Bar. in l. ea conditione. C. de reuocan. don. & in l. si
pecuniā. in princ. ff. de cōdi. ob caus. altāt nō. ¶ Decimosextō
20 † quæritur, vtrū donatio ecclesiæ facta sub modo: si ille non
seruetur, reuocari possit, & qua authoritate? Et dico sequi ex
dictis in fine §. prioris, quòd non, nisi expressum fuerit quòd
reuocari possit cessante modo de condi. appo. verū. Et ratio
est: quia sic donatū videt pro salute animæ principaliter do-
natu. extra de testa. requisiti. & facit gl. in l. si quis Titio. ff. de
leg. ij. Vnde modus appositus nō videt causa finalis, sed im-
puritua: qua cessante, no cessat effectus: nisi sit expresse actū.
Et pro hoc facit d. l. Mœuia. & text. in l. legatum. ff. de admin.
re. ad ciui. per. iunctis his quæ not. ibi Bar. & in l. legatū. ff. de
vsufr. leg. & Bald. in l. j. ff. de his quæ pœnæ no. reim. & in l. cū
aliena. C. de lega. quia in dictis legibus scilicet, legatū. &, le-
gatū. probatur quòd si testator reliquit re publicæ mille ad
honore suū, vt inde fieret annui ludi, vel fabrica, quæ iure im
pediente fieri non possunt illa pecunia conuertitur ad alium
vsum, quæ cedat in honore testatoris: nec reuocabitur lega-
tum: quia ad honorē suū est causa finalis. Et quia modus est
conditio impropria: ideo quandoq; Doctores idem dicūt de
donatione ecclesiæ facta sub conditione, scilicet impropria: nō
autem sub cōditione propria: quia illa donatione suspendit:
& ea nō impleta nō valet: vt patet in d. c. verum. cum ibi not.
Sed & quado expresse dictū est quòd possit reuocari: si tamē
prælatus solus sit, qui modum no seruat: no reuocabitur, se-
cundum Vincen. in c. verum. de condi. app. quia delictū præ-
lati solius non nocet ecclesiæ, regula, delictū. lib. vj. & cōmu-
niter sequitur Doct. in c. breui. de iureiuran. Secus si prælā-
tus cum capitulo. Si tamen donatio esset sub cōditione, esset
aliud: quia si solus prælatus eam nō seruat: donatio nō tenet:
quia in acquirēdis solus prelatus nocere potest ecclesiæ: non
in acquisitis: vt not. gl. & Doct. xvj. q. vj. §. fin. & Inn. in c. fra-
ternitate. de donat. Quia verò authoritate reuocetur, & quan
do: expresse dictū est quòd possit reuocari. Bald. in c. verum.
de foro cōpe. & in c. illud. de præsump. tenet quòd ad reuo-
catione sententia nō requiritur: sed Inn. in c. verum. de cond.
ap. & Host. & do. Ant. & Card. ibidem dicūt quòd requiritur.
Ang. autem in l. penul. ff. de pact. & glo. in auth. vt de cætero
non fiant cōuentiones. §. j. tenet hoc secundū esse verius: quia
nemo sibi ius dicit. xvj. q. vj. placuit. de præbeu. eū qui. lib. vj.
C. vnde vi. l. si quis in tantum. tamen etiā primum verū est, si
dictum est vt propria authoritate: vt tenet Host. in d. c. verū.
in c. cum dilecti. de dona. & cōmuniter Doct. in d. c. verum. &
Bar. in l. creditores. in vj. col. C. de pig. & not. idem Bar. in l. fi.
ff. vt in posset. leg. nisi essent facta effecta. l. si quis curialis. C.
de episc. & cler. Limita, nisi esset de facto resistes: quia tūc pa
ctum nō valeret: vt dicit Bar. in dicta l. creditores. quia præ-
staret materiam veniendi ad arma. quod non licet. ¶ Decī-
61 motepūmò † quæritur, vtrum donatio reuocari possit pro-
pter dari enormitatem, siue propter inofficiositatem: puta,
cum pater tantum donat, quòd filio nō maner hæreditas? Et
dico quòd sic. xiij. quæst. ij. si quis rascitur. Circa quod tamen
sciendū est primò quòd secūdum Host. in Summa, restamē-
tum inofficiosum vel donatio inofficiosa dicitur, quādo sunt
facta cōtra officium pietatis: officium enim inter patrem &
filium dicitur pietas. ff. de obsequi. l. penul. inter patronū au-
tem & libertum dicitur obsequium. C. de nego. gest. officium
inter Deum & hominē, religio: inter hominē & hominem,
stat in nomine generali. Sciendū est secūdò quòd Bart. in l. si 17
vt allegatis. C. de inof. do. sic distinguit: Aut enim donatio est
inofficiosa re & consilio: & tūc si est facta liberis, reuocatur
quatenus est immoderatē facta vsq; ad debitū bonorū subsi-
dium: vt l. si liqueat. C. de inof. do. id est, vsq; ad legitimā quæ
debet iure naturæ. Si verò fit facta extraneis, si reliq; aliquid
filijs, nō reuocatur, nisi vsq; ad debitū subsidium bonorum. l.
omnimodo. C. de inoffic. test. Si aūt no reliquit, sic reuocatur
in totum. d. c. si quis irascitur. Aut donatio est inofficiosa re
solùm: & sic reuocatur solùm quatenus est immoderatē ge-
stum. Dicit autē gl. in l. si liqueat. C. de inoffi. do. q; re & cōsi
lio intelligunt, id est, euētu & fraude. nec fraus sufficeret sine
euētu: quæ fraus dicitur, quādo pater iratus exhæredat filiū:
vt d. c. si quis irascitur. vel quando in fraudē creditorū dona- 21
tionē facit, & huiusmodi. ¶ Decimooctauò † quæritur, vtrum
donatio reuocari possit ex præsumpta volūtate donatoris: vt
propter superuenientē natiuitatē filiorū? Et dico in hoc esse
varias opiniones: quia & iura varia videntur. pro quo vide si
placet Bar. in l. Titia. in §. Imperator. ff. de leg. ij. & post eum
Pan. in d. c. eod. tit. distinguente: quia aut est facta in persona
liberi vel extranei: & reuocat in totū ipso iure: quasi dona-
tor hoc tacitè intellexerit: vt in l. si vnquā. cū gl. iua. C. de re-
uoc. do. Aut in p̄sonā vnius ex liberis: & tūc nō reuocat in to-
tum propter natiuitatem filiorū: sed vsq; ad debitum bono-
rum subsidium. & ita intelligatur l. si totas. C. eod. Et ex hoc
infert Pan. q̄ donatio facta monasterio, nō reuocatur in to-
tum de stricto iure propter natiuitatē filiorū: quia monaste-
rium habetur loco filij. Itē quia donatio est facta in fauorem
animæ: quia non debet esse minus fauorabilis quàm filius: vt
in auth. si qua mulier. C. de sac. sanct. eccl. vñ reuocabitur so-
lùm vsque ad debita legitimā. & idem sentit gl. xvij. q. vlt. ca-
vlt. in donato. Ecclesiæ. & alia gl. xxvij. q. j. c. vt lex cōtinetur. ix.
vtrum aūt d. l. si vnquam. quæ loquitur de donāte omnia bo-
na vel partē bonorū, habeat locū in donatione certæ rei. Bar.
vbi §. dicit quòd sic: quia loquitur in omnibus bonis vel parte
bonorum: quæ pars est idem quod certa res: & hoc quādo do
natio facta est extraneo: secus si vni filio, vel loco pio: quia, vt
dicit, non reuocaretur nisi excederet debitū bonorum subsi-
dium. Alij tamen quo ad primū dicūt quòd nō reuocabitur,
si res nō fuit magni pretij. quod videtur æquū. Quod autem
dictum est de donatione facta filio, intellige quā do tenet: vt
quia emācipato, vel filiofamilias propter merita. ¶ Decimo- 23
nonò † quæritur, vtrū donatio reuocetur ipso iure vel quere-
la proposita? Et dicit Bar. in d. §. Imperator. quòd reuocatio
facta ex præsumpta volūtate donatoris, p d. l. si vnquā. fit ipso
iure: adeò quòd res potest vendicari & codici possessōe & re-
uocatione facta ipso iure propter natiuitatē filiorū, si incon-
tinēti moriātur, nō recōfirmatur donatio, vt dicit: quia sicut
actio semel extincta nō resuscitatur: ita nō revalidat semel
extincta donatio: vt l. Meuius. §. duobus. ff. de leg. ij. Sed reuo
catio facta per titulū de inofficiosis donationibus, nō fit nisi
proposita querela: vt in l. j. C. eo. quā querelā filius agere po-
test, etiā si pater iurauit nō cōtravenire donationi, secūdum
Bar. vbi §. quia quādo cōtractus infirmatur ratione alterius: 24
vt hæc donatio fauore filiorum: nunquam iuramēto contra-
hentium cōfirmatur: quia esset in alterius dispendiū: vt extra
de pact. quāuis. & de iureiur. lib. vj. ¶ Vicesimò † quæritur, an
posit esse remediū cōtra reuocationē donationis per renū-
tiationē, pactū, vel iuramentū? Et dico multa. ¶ Primū. Licet
reuocationi fiendæ per titulum de inoffici. donat. secundum
Bart. vbi suprà, renuntiari nō possit, quia fit donatio in frau-
dem filiorum: reuocationi tamen fiendæ per d. l. si vnquam.

secus: vt dono bona mea, & volo quòd propter superuenien-
tes liberos nō possit reuocari donatio: quia reuocatio facta
per d. l. fit ex præsumpta volūtate donatoris propter liberos. &
cvltimum. xvij. q. iiij. dicit de quodam, qui filiū nō habebat,
nec habere sperabat: vnde si expresse voluit q̄ in casu exi-
stentium filiorum non posset reuocari, locum non habebunt
illæ leges. ¶ Secundum. Si in donatione fieret pactum quòd
eam donator prætextu cuiuscunq; ingratitudinis nō reuoca-
ret: dicit Asten. lib. iij. tit. ix. tale pactum non tenere tanquam
naturali æquitati contrarium, scilicet quòd aliquis impunè
vitium ingratitudinis committat. C. de inuri. stipul. l. ex eo. sic
etiam si quis impugnat eum à quo habet beneficiū, perdit il-
lud, extra de postulan. c. vlt. sic etiam perdit feudū. dist. xcvj. si
Imperator. vel legatū. ff. de inoff. testa. l. Papinianus. §. memi
nisse. ¶ Tertium, Si mulier donauit simpliciter, & iurauit se
non reuocaturam donationem: & postea nascantur filij: illud 28
iuramentum non impediet reuocationem fiendam, per d. l. si
vnquam. secundū Bart. vbi §. & Recuperum de Sancto Gemi.
& Franci. de Pisis: quia reuocatio d. l. fit ex præsumpta volū-
tate, quæ est vt si de liberis cogitasset, non donasset: ista aūt
conditio inest iuramento. ¶ Quartum. Donatio generaliter
iuramento firmata, propter dictas causas reuocabit, secundū
do. Ant. in d. c. fi. ex subsistentia conditiōis, quæ est in iuramē-
25 to. ¶ Vicesimo primò † quæritur, vtrum donatio remunerati-
ua possit reuocari propter causas, quibus reuocatur donatio
mera aut cōditionalis vel modalis? Et dico quòd nō: vt in l. si
pater. ff. de do. & hoc tenet Pan. in sæpe dicto c. si quis, secū-
dum eum, iura scripta de donatione loquentia, nō habent lo-
cum in hac donatione remunerativa. Et si donatio fit facta
consanguineo, in dubio præsumetur facta ratione consangui
nitatis & non remunerationis. text. est in Lutor. §. qui à turo-
26 ribus. ff. de excu. tut. ¶ Vicesimo secundò † quæritur, quantum
ad rem donatam, vtrum alienari possit res donata ecclesiæ
vel alteri cum pacto quòd alienari nō possit? Et dico secun-
dum do. Ant. in d. c. verum. de cōd. ap. quòd aut tale pactum
ponitur post contractum donationis: & non impedit aliena-
tionem: nec aliquid citrea contractum operatur. l. donatio
perfecta. C. de dona. quæ sub modo. Aut ante contractum, id
est, ante traditionem, tamen post obligationem: & tunc, se-
cundum Card. in d. c. verum. nihil operatur tale pactū per gl.
in l. vnica. §. accedit. C. de rei vxo. act. Aut apponit tempore
contrahendæ obligationis. Et tunc aut reseruat sibi donator
aliquod ius in re tradita pro obligatione, & etiam apponit
prohibitionem de alienatione: & tunc valet alienatio. l. si ere
ditor. §. fi. ff. de dist. prg. iuncta glo. ibidem secundum literam
Pisanam, quæ habet literā negatiuam, scilicet nullam vendi-
tionem esse. Aut nullū ius sibi reseruat, sed alteri: & tunc se-
cundum do. Ant. eadem est ratio vt non valeat alienatio. Aut
nec sibi nec alteri reseruat ius in re donata: & tūc si alienatio
sequatur, valet: sed aget, qui pactum apposuit, ad æstimatio-
nem. l. ea lege. C. de condi. ob causam. & l. pen. & ibi Bar. ff. de
pact. Aut apponitur prohibitio de alia re non alienāda: & nō
valet tale pactum. & ita loquitur d. l. pen. nisi paciscentis in-
terfit de non alienando: quia ager ad interesse. Ita not. in d. l.
pen. Et hoc locum habet in priuato: sed in ecclesia si alienæ,
semper videtur interesse damnis cum tali pacto de nō alienā-
do, quasi sit fauorabile animæ dantis: nisi quando alienaret
in casu necessitatis. intellige quādo aliter, quideri nō posset:
quia sic donator si nō valuisset, turpiter intellexisset nec va-
luisset prohibitio. xlvij. di. sicut hi. cūibi no. in glo. di. lxxiij.
c. j. vel quando alienaret ob causam magis piam, secundum
do. Ant. vbi §. & facit c. licet. de reg. c. pœnit. el ij. de iureiur. &
c. aurum. xij. q. ij. C. de sacr. san. eccle. l. sancimus. quanuis alij
contrarium teneant, sed hoc est verius: quia sic voluisse de-
buit donator. Et si dictū sit q̄ alienari nō possit: & si alienet,
liceat datori & hæredibus tunc ad se reuocare: cōmuniter
tenent iurist. q̄ alienari nō possit: sed Bart. Brix. in quæstio
nibus suis, q. iij. tenet q̄ possit de æquitate canonica ob piam
causam, q̄n alia nō habet quę cōmodè possit alienare. & idē
gl. in c. Imperator. Leo. x. q. ij. Est autem notandū q̄ supra po
sita distinctio valet de omni contractu, quo ab homine alie-
nationis prohibitio ponit. Sed si p̄hibitio fit à lege, alienatio
nulla est. l. quemadmodum. C. de agri. & censi. & cō. & c. ec-
clesia. S. Mariæ. el j. & ibi Pan. vt lit. pend. Si aūt talis prohibi-
tio ponit ab homine in vltā testamenti vel vltimæ volūtatis:
tūc die vt in l. filiusfa. §. diui. ff. de leg. j. q̄ sine causa nō pōt.
& cōsequēter oportet q̄ causa exprimat ab ipso testatore: pu
ta vt remaneat in familia. & huiōi vide ad propositū 5. Alie-
natio. §. xxj. ¶ Vicesimotertiò † quæritur, cui acquiratur res donata 27
ambasiatoribus: vtrū scilicet eis vel dño? Et dico secūm Bart.
in l. si verò. §. item q̄quid. ff. sol. mat. & per Cy. in l. fi. sed cū
in secūda. C. de iur. & per Gul. in l. qui, pprio. §. procurator. ff.
de procu. & gl. vtrobiq. q̄ acquirit ambasiatori si donat tan-
quam personæ. facit l. tociū qui. §. j. ff. p̄ soc. vbi donatū socio
occasiōe societatis cedit donatario, nō societati, ex quo do-
natū est personæ, nō societati. Secus si donat ratiōe officij:
quia acquirit domino. ff. de castr. pec. l. si forte. & l. miles. la ij.
Et Pan. in c. postulastis. de concel. præb. dicit q̄ in dubio debe
mus attēdere qualitatē doni: & ti talis sit res, q̄ potius credit
donata domino quàm ambasiatori: vt puta Leo, & huiusmo
di tunc acquirirur domino. aliàs non. Vel dici potest quòd e-
tiam ad alias coniecturas recurrendum est: puta, an prius es-
set nota persona ambasiatoris vel non, sed solùm ratione of-
ficij, vt intuitu off. eij datum videatur. l. si forte. l. miles. la ij. l.
dotem. §. hæreditatem. ff. de castren. pecu. Et si omnibus con-
sideratis res est dubia: præsumerem pro domino, si ambasia-
tor est bene salariatus: aliàs pro ambasiatore.

Rursus de Donatione inter viros secundò & specialiter inter virum & vxorem, & quasdam alias personas.

1 *Donationi inter virum atque vxorem repugnant multa, quo minus consistere queat.*

2 *Donatio inter virum & vxorem, velut inter vnios simplex sive ob causam, an consistere possit? Et id quando, & quatenus? Et quid si matrimonium non tenuerit?*

3 *Donatio, an valeat, si alicui mortis causa donare viro volenti, mandet, vt vxori donet?*

4 *Donatio inter virum & vxorem, an sit vniuersaliter prohibita: an vero in aliquo casu valeat? Et ibidem, quod octo casibus constitit, de quibus hic.*

5 *Donatio inter coniuges inualida, quomodo confirmetur? de quo hic fusissime.*

6 *Donatio vestium, & ornatuum vxori facta, an valeat, an verò huiusmodi sint habenda à marito imissuta? Et quid de xenijs vxori à mariti consanguineis datis.*

7 *Donatio inter virum ac vxorem quomodo reuocatur?*

8 *Donatio inter patrem ac filium, num valeat? Et ibi quod sit certus casibus, de quibus plenus hic.*

9 *Donatio filio emancipato, aut suipsum ex liberis in potestate non existentes donatoris facta, quomodo reuocetur?*

10 *Donare alteri an quis ob donatarij dispositionem, aut conditionem prohibeatur? Et ibidem late & aperte.*

DONATIO † rursus secundò cōsiderari potest in specie, 1
vt est inter virū & vxorem, vel huiusmodi: & sic ei mul-
ta repugnant, quæ non repugnant donationi in genere: sicut

spe

Universidad de Deusto
Biblioteca

speciei animalis,quæ est homo,repugnat volare:non autem animali in genere. Est autem donatio inter virum & vxorem, secundum Azo. in Summa, quæ sit constante matrimonio, secundum Azo.in Summa , quæ fit constante matrimonio, ¶ Primò igitur quàtum ad donationem inter virum & vxorem,quæ est inter viuos, & quàdoq; est simplex,quandoq; ob causam,quæritur vtrũ valeat? Et dico quòd non , si est donatio simplex:sed est secundũ leges prohibita,ne mutuo amore inuicem spoliarentur donationibus nõ temperãtes: & propter alia multa. vnde non valet,etiam si fiat per interpositã personam.ff.eo.l.si sponsus.nec valet inter eos remissio debiti,aut assignatio debitoris: vt probatur in d.l.si sponsus. quia omnia habent rationem donationis. Et si matrimonio no tenuit:licet donatio ipso iure voluerit:tamen potest reuocari. C.eo.l.si ex voluntate.qđ intellige si ignorabat si verò vterque sciebat impedimentũ & matrimonium non tenere:repetet fiscus:ff.eo.l.cum hinc.§.vlt. & si nõ repetit,tenere potest bona conscientia:licet de bono cõsilio deberet dare pauperibus. Sed intellige quòd non valet donatio inter virũ & vxorem.primò ex tex.in l.j.ff.eo. si alter ditior , alter pauperior fiat:vt in c.donatio.extra eo. Intellige etiam secũdò in donatione pura &simplici,id est,quæ nulla ratiõe cogente fit,sed sola liberalitate:nõ autem si fit ob causam honestã & licitã: vt j.§.j.nec similiter si fit remuneratiua,quia non prohibet vt in l.quod autem.§.si vir.ff.eo , vbi patet quòd si vir donat vnam rem vxori,& vxor aliam viro:fit hinc inde cõpensatio. propter quod notabiliter dicit Bar.in l.si duortio.ff.de verb. obli. & est gl.in l.si voluntate. Cde do.quòd plebeius potest constituere dotem nobili,cui nubere vult,animo donandi licet cõferatur in tempus matrimonij: quia est remuneratiua, &non mera:quia nobilis videt nubendo plebeio conferre illi munus quoddam.facit l.Aquilius. ff.de do. ¶ Pro maiori tamen notitia sic distinguo. Si enim facta est donatio, quando matrimonium erat contrahendum, tunc distingue : quia aut nuptiæ sequebantur:& tenet donatio , etiam si alter inde ditior,alter,pauperior fit:vnde tenet donatio inter sponsum & sponsam de futuro:secundum gl.in d.c.donatio.etiam si pòst contrahatur matrimonium eadem die.ff.eod. l. inter eos.& etiam si sponsa deducta fuit in domũ sponsi,quę propter ætatem nõ poterat esse vxor.quod limitat Host.nisi sit proxima pubertati.ff.eo.l.inter eos. Aut nuptiæ nõ sequebantur: & ite tum distingue:quia si non remanſit ex parte donatoris quin matrimonium sequeretur,ipse totũ recuperabit per conditionem sine causa:vel si nondum dedit , totum retinebit. C. de do.propter nupt.l.cumveterum. Si verò stetit ex parte donatoris,distingue:quia aut sponsa donauit sponso:& sic reuocatur tota donatio sine interuenerit osculũ siue non. C.eo.l. si à sponso. aut sponsus donauit sponsæ: & distingue: quia si osculũ non interuenit,reuocatur tota:licet enim donatio illa fiat simpliciter:inest tamẽ cõditio tacita,scilicet si matrimonii sequatur. Si autem interuenit osculum , reuocatur medietas solũm:vt in d.l.si à sponso.cum ibi notatis. Siverò donatio facta est pòst matrimonium contractũ , distingue:quia aut dãs fit quidem pauperior,sed tamen recipiens non fit ditior:vt si vir inde emat vnguenta vxori.ff.eo.l.quod autem.vel mulier exponat in connubio vel pro cognato sportulas,id est, vectigalia soluat,quãuis ipsa mutuo fuisset acceptura.l.si mulier. ff.eod.aut alias inutiliter distrahat:& tunc non reuocatur.ff. eo.l.si spõsus.§.pen.& §.fi.& l.quod autem.§.j.eo-tit.& idem dicit Host.si soluat vectigal pro vxore:quia non donat qui in necessarijs oneribus succurrit.vt in l.ex annuo. ff.de don.inter vir.& vxo.vel si alteruter locum dederit causa sepulturæ: quia licet donator fiat pauperior,recipiens tamen temporaliter non fit ditior:& idem , secundum eundem , si vir donet vxori ad oblationem faciendã vel ad alias pias causas eadem ratione. Hæres autem vxoris vel mariti si inutiliter expenderet,nõ propter hoc minus teneretur:vt in l.quod de bonis.ff. ad l.fal.qa satis est quòd donatarius est effectus locupletior: vt not. Pan.in c.donatio.eo.tit. Aut dans non fit pauperior,& recipiens fit ditior:& tunc etiam donatio tenet.& glo.in c.fi. extra eo.exemplificat,vt si maritus sit institutus hæres,& repudiet hæreditatem donationis causa vt deferatur vxori sibi substitutæ,& idem si repudiat legatum: vt remaneat penes vxorem oneratam pro legato præstando:vel si rogatus esset restituere hæreditatem vxori,nec detrahat quartã causa donationis:quia tunc donatio tenet.d.l.si sponsus.vbi text. neq; enim pauperior fit qui non acquirit : sed qui de patrimonio suo depotuit:aut si donauit vxori rem alienam bona fide. ff. eo.l.sed &si cõstante. intellige in casu quo restituere non tenebatur.puta de licentia domini dantis donandi liberam facultatem. Aut dans fit pauperior , & recipiens ditior:& tunc non valet.extra eo.c.fi.in tex.& in glo.quod limita primò in donatione mera,non in remuneratiua,vt dictum est:& secundò extra casus dicendos infrà,§.iij. Et quod dictum est de donationibus prohibitis:idem intellige de venditionibus simulatis. Pro quo vide gl.singularem in c.quanto.de priui.dicentem quadrupliciter fieri legi fraudem. ¶ Secundò† quæritur, quid si alicui mortis causa viro donare volenti,vir mandet,ꝙ donet vxori? Et dico non valere donationem: quia videtur ac si donaret.l.idemque.ff.eo. Secus si volenti legare mihi mando quòd leget meæ vxori.ff.eo.l.sed si vir.§.quod legatur. Et ratio diuersitatis est: quia in donatione causa mortis,etiã sine traditione dominium transfertur,reuocabiliter tamen.l. ij.ff.eodem.secus in legato quod cedit solùm à tempore mortis:vt in l.à Titio.cũ si.ff.de iur. Vnde in primo casu viro ꝙsito dominio non potest:sed in secundo sic:quia non acquirit nisi morte secuta. Hoc tamen limita verum quando iam donauerat causa mortis quãdo autem solùm disposuerat donare,valebit si mutato proposito ad instantiã viri donaret vxori:quia sic cessat ratio diuersitatis in legato. Sed contra videt quòd teneat,etiã si iã erat facta donatio,per dicta in §. proxi: quia qui non acquirit.non fit pauperior:vt repudians hæreditatem aut legatum. Sed dico non esse simile:quia illa itel ligunturviuente testatore,quando adhuc non erat ius acquisitum. ¶ Tertiò† quæritur,vtrum donatio inter virum & vxorem sit vniuersaliter prohibita,aut certè valeat in aliquo casu? Et dico quòd valeat in casibus octo , in quibus illa prohibitio fallit. ¶ Primò,si Imperator donet Augustæ,vel econtra. C.eod.l.penultri. contractus enim imperialis obtinent vicem legis. ¶ Secundò si dans dat pecuniam ad refectionem ædium succensarum.ff.eod.l.quod si vir. ¶ Tertiò , quando ex donatione donans non fit pauperior , licet ditior fiat alter,vt dictum est suprà,§.j. ¶ Quartò , quando recipiens non fit ditior , licet donans fiat pauperior , vt etiam ibi dictum est. ¶ Quintò , quando donatur in tempus finiti matrimonij : vt scilicet tunc res fiat mariti vel vxoris cum mors fuerit subsecuta.l.sed interim.ff.eodem. ¶ Sextò,quando donatur causa mortis , cuiuscunque speciei sit ista donatio causa mortis:vt in d.l.sed interim.ff.eod.nisi ita fiat quòd nullo modo revocetur:quia non valeret , secundum glossin d.l.sed interim. ¶ Septimò, quando vxor donat viro causa honoris vel dignitatis adipiscendæ.ff.eod.l. quod adipiscendæ. ¶ Octauò,si maritus constante matrimonio remittat vxori promissam dotem in toto vel in parte:vt est gloss. fing.& ibi Cyn.& Bald.in l.si constante.C.de dona.ante nup. remissio autem debiti alterius,non valet : sicut nec assignatio debitoris,vt dictum est ẽ.§.j. ¶ Nonò adde , secundum Host.si vir do-

vir donauit vxori annuum vel menstruũ ad sustentationem sui & suorum vsq; ad vitæ dotis,id est,fructus dotis.nã quod vltra datur,revocatur.& idem tenet gl.in dicta l.ex annuo.

¶ Quartò† quæritur,quomodo cõfirmetur & validetur donatio inter coniuges inualida? Et dico quòd duobus modis. ¶ Primò,iuramento interueniente de nõ cõtraueniẽdo:quia licet Bart. in l.j.ff.eo. dicat quòd nõ firmatur iuramẽto:quia inuitat ẽtur ad delinquendũ:tamen remittit se ad not.ꝑ eum in l.si quis pro eo.ff.de fideiuſ.vbi concludit quòd talis donatio valet.& idẽ tenet in l.Seius & Augerius.ff.ad l.Falc.& idẽ Gul.de Cugn.vt recitat Barto.in d.l. Seius.hac ratione,quia datum in fauorẽ religiõis valet:vt l.cũ hic.§.circa.ff.eo.iuramẽtum autẽ est religio magna.idẽq; tenet Joan.de Lign.& Pan.in c.fin.eod.tit. Et ideo bona cautela est,si volũt donationẽ valere,vt iurẽt non cõtrauenire. Nec obstat si dicatur primò quòd iuramentum cõtra bonos mores non valet: vt in reg.nõ est.de reg.iur.lib.vj. quia dico verũ esse,si est contra bonos mores naturales:non si contra ciuiles. Nec si dicatur secũdò quòd iuramentum cõtra positum est nullum: vt in l.nõ dubiũ.C.de legib.quia dicit Pan.in c.cum contingat.de iureiur. quòd lex quãdoq. aliquid ꝓhibet propter bonos mores cõseruandos,non quidem ciuiles, qui sunt variabiles,sed naturales:& iuramẽtum in contrariũ nihil valet:vt in d.reg.non est.quãdoq; verò lex fundat ꝰ super bono publico principaliter,& nõ valet iuramentum: quia pactum & iuramentum priuatorum remittere nõ potest publicũ ius. quãdoq; verò nec ꝰ super bonis naturalibus fundatur, nec ꝰ super publica vtilitate principaliter,sed in odium aliquorum: & tunc cùm nulla reperiatur turpitudo in iurante:ita quòd potest duntaxat cum dispendio rerum tẽporaliũ iuramentum adimplere:contra legem obligat iurãtem.quandoq;verò lex est fundata ꝰ fauorẽ priuati principaliter: licet in consequentiam & secundariò ꝰ publico: vt in dicto cap. cum contingat.in cap.ij.de pact.lib.vj.& tunc iuramentũ in contrarium obligat iurãtem. Et ratio est: quia vbi lex nõ est fundata ꝰ fauorem publicum,nec iuramentum continet in se aliquam turpitudinem ex parte iurãtis vel ex parte materiæ,nõ potest impedire quo minus quis obligetur Deo. Secundò confirmatur morte donantis,& nõ revocantis, tacitè vel expressè:vt in l.j.& iij.C.eod.tit.& dic.donatio.quod limita verũ,primò si nõ est vltra quingẽtos solidos siue aureos: quòd si esset facta vltra eos,& sine insinuatione, non confirmatur morte donantis, nisi expressè tũc approbauerit. quo casu valebit vt legatum,quod insinuatione non indiget:aliàs non,secundum gl.& Io.And.in d.c.donatio. Secũdò,si nõ fuit facta simplici promissione:quia sic nõ valeret.l. Papinianus. ff.eod.& ibi Bart.dicit verum,nisi interuenisset traditio vera vel ficta:puta,quia confitetur se habuisse,quod est loco traditionis:quia sic confirmaretur.l.quod de suo.& ibi gloss.C. de dote cauta non nu. Requiritur ergo traditio in vita donantis:vt donatio morte cõfirmetur:vt infrà Pactum.§. xiij. Nec intelligas istam cõfirmationẽ fieri morte naturali tantùm:sed fit etiã morte ciuili:distinguẽdo tamen:quia ex illa qua quis libertatem perdit, & efficitur hominis seruus, peritur donatio:vt l.cum hic status.§. si donator.ff.eodem. Ex illa verò qua efficitur seruus pœnæ mortis cõfirmatur:vt C. eodẽ tit.l.res vxoris.& hæc etiam si euaserint pòst sententiam latam in præsentes. Et ratio diuersitatis, secundum glan d.l. res.quia vbi quis efficitur seruus hominis,est dominus qui potest revocare:sed nõ vbi efficitur seruus pœnæ,quãuis ex delicto non debet quis damnari vt sit seruus,auth.sed hodie.C. eodem tit. Ex alia autem ciuili morte, ex qua matrimonium non dissoluitur, vt est deportatio, & huiusmodi, non confirmatur donatio, sed pẽdet vsq; ad mortem naturalẽ: & si non revocauerit donator,tunc cõfirmatur.dicta l.res. Ex alia autem ciuili morte,quæ est per professionẽ in religione,an cõfirmetur donatio,iunt opiniones. Vincen.enim in dicto cap. donatio.tenet quòd non.sed Ioan.And.& Card.tenent quòd sic:quia talis mortuus censetur.l.fin.C.de epis.& cler.& xvj. quæst.j.placuit.el ij. Sed dic opin.Ioan.And.esse veram cum duplici limitatione: primò in matrimonio nõ consummato, secus in cõsummato.quod patet per dictam l.res. talem requirit mortem, qua matrimonium dissoluatur. quod non est in religiõsis ingressu quo ad cõsummatũ.nisi quo ad exercitium. Secundò,in religione,quæ nihil habet in proprio seu particulari,nec in cõmuni. cuiusmodi est omnis religio verè mendicãtium.quod patet ex dicto Bart.in simili,qui in auth. si qua mulier.C.de sacrosanct. eccles.& in l.sed si mors.ff.de don.inter vir. & vxo.concludit quòd quãdo ista mors ciuilis, quæ professione inducitur,habet omnino quo ad bona eundem effectũ,quẽ habet naturalis:vt puta si quis ingrediatur religionem fratrum Minorũ,qui aliquid habere nõ possunt, nec in proprio,nec in communi:tunc hæres habet omnia incontinenti. Quãdo verò nõ habet omnino eundẽ effectum, quia saltem in cõmuni potest bona retinere:tunc hæres institutus debet expectare mortẽ naturalem:& interim est in pendenti.potest enim antè mori hæres quàm testator. arg. ad hoc d.l.res.hæc ex illo. Nec obstat quòd solùm de ordine Minorum facit mentionem:vt fortè quia ibi notior fuerat eius institutio:quia ratio par est in alijs,nec in proprio nec in cõmuni aliqua immobilia possidebitur.& per dicta iura Bar. infert ad quæstionem an religiosus professus mutare possit testamẽtum ante professionem factam:de qua infrà Testamentum. ¶ Quintò† quæritur quantũ ad hanc donationem de vestibus & xenijs datis vxori,an valeat donatio, & an sint eius vel hæredis instituti à marito. Et dico,secundum Bart.in l.in his.ff.solut.matr. quòd vestes quotidianæ à marito vxori traditæ statim efficiuntur vxoris.l.ex annuo. ff.de don. inter virum & vxo.& sic sine dubio pertinẽt ad hæredes mulieris: pretiosæ autem non efficiuntur mulieris: nec vir dare videtur animo donãdi, sed propter seipsum facit, vt sua vxor ornatior incedat:vt l.mortis sue causa.in princip.ff.eod. Et hoc dicit glos.in l.si vsusfructus.ff.ad l.Falcid.& videtur velle lex quòd talia non sint vxoris,nisi expresse legarẽtur:vt l.ornamentorum.de aur.& arg.leg.& l.hoc legatum.cum l.seq. de leg.iij. Et idem Bart in l.j.ff.de col.§. nec castrense. quæritur an huiusmodi vestes sint conferendæ.concludit quòd aut loquimur de vestibus vilibus & alijs illi dominæ necessarijs ad vsum quotidianum: & illæ nõ sunt conferẽdæ.sed sunt propriæ illius mulieris.& ab initio tenuit donatio inter socerum & nurum:vt in d.l.ex annuo. Si verò loquimur de vestimẽtis, & alijs ornamentis pretiosis & festiuis:tunc illa qualia sint, veniũt ad diuisionem:vt d.l.mortis. Nec põt dici quòd morte soceri facta donatio confirmata fit:quia dictæ res nõ fuerũt donatæ,sed traditæ ad vsum:vt in d.l.mortis.in fi. Et ideo putat quòd licet ex vsu quasi loquendi quando maritus sponsat vxorem,& mittit sibi coronã cũ burſa:& dicunt, talis donat vxori coronam:nõ tamen propriè est donatio: sed magis ad vsum dare.d.l.mortis. Vestes autẽ lugubres. Ang. in l.fi ex rẽ domini.ff.de ſtip.ſer.determinat fore mulieris,per gloss. ibi posita. Xenia autem facta vxori à consanguineis viri vel ipsius vxoris,an sint eius:Bart.in l.sed si plura.§. in arrogato. de vulgar.& pup.dicit quòd si donatio fit facta à consanguineis ex parte viri,dona illa fuerunt facta contemplatione viri,vnde videntur de bonis viri esse profecta, vt in dicto §. in arrogato.dum dicit,amicus vel cognatus. videntur enim magis

Universidad de Deusto
Biblioteca

gis facta esse marito quàm vxori? sed in zenijs factis à consanguineis vxoris, videtur quòd vxoris contemplatione facta sint. & ita dicit Bartol. se de facto consuluisse. ¶ Sextò † quæritur, quomodo reuocetur donatio inter virum & vxorem? Et dico quòd multis modis. ¶ Primò, per pœnitentiam, siue si donatio sit expresse reuocata: in quo debet attendi vltima voluntas. ff. eod. l. cum hic status. §. j. ¶ Secundò, per tacitam reuocationem: puta si res donata per donatorem alienetur. C. eod. l. ij. maritus. & dicta l. cũ hic status. §. si maritus. vbi patet quod non solùm alienando videtur tacitè reuocare donationem: sed etiam obligando pignori: nisi expresse aliud ostẽdat. ¶ Tertiò, si prius moritur donatarius, id est, qui rem dono accepit: extra eodem. cap. finali. & si moriantur simul, puta naufragio vel ruina, tenet donatio. dicta l. cum hic. §. si ambo. Vnde tunc succedit hæres donatarij. Et idem dicit esse Azo, si simul capiantur ab hostibus, & nullus eorum reuertatur: & videntur simul decessisse. Si autem vnus redierit, is videtur superuixisse quãlo alter remanet. Dicto §. si ambo. ¶ Quartò, si fiat diuortium ex displicẽtia. dicta l. cum hic status. nisi expresse voluerit donationem valere. ff. eod. l. si interim. Secus autem si fieret douortium cum bona gratia: puta, causa religionis. Item secus si post diuortium matrimonium instauretur, vt ibi. ¶ Quintò, cùm socer nuntiũ diuortij mittit nurui cui donauerat: vt d. l. cum hic. §. si socer. & prædicta non solùm obtinẽt inter virũ & vxorem, sed etiã inter socerum & nurum vel generum, & inter cõsoceros, qui copulatos matrimonio habet in sua potestate: vt in l. cũ hic. §. oratio. & inter patrem & filiũ non emancipatũ: secũdum gl. in d. c. donatio. ¶ Et vt plenius habeatur prædictorum notitia, videnda est gl. in l. ij. §. quæ in eiusdem. ff. eo. quam sequitur Host. dicens quòd tribus modis quis aliũ p̃ potestatẽ cõtingit: vel quia ego sum in potestate tua: vel quia tu es in mea: vel quia ego & tu sumus in potestate eiusdem. Si ergo aliquo istorum modorum alicuius maritum contingo: ei, cuius maritũ contingo, donare non possum. & idem est ex parte vxoris: quia qui ea aliquo istorũ modorũ contingit, marito eius donare non potest: nullo verò istorũ modorũ interueniẽte donatio non impeditur: vt in socru & nuru. Glo. etiam addit quartum modum dicens, Item alij, qui coniuges per potestatẽ contingunt, vt sunt duo consoceri. ¶ Septimò † quæritur, quantum ad donationem inter patrem & filium, vtrum valeat? Et dico quòd nec pater filio filię ve existẽti in eius potestate donare potest, nec ecõuerso: quia pater & filius sunt quasi vna persona. C. de impub. & alijs subst. l. vlt. & secundũ Azo. in Sum. omnia dicta de donatione inter virũ & vxorem, dicuntur de donatione inter parentes & liberos: ideoq; donatio nulla est, nisi in casibus, in quibus hæc donatio tenet. ¶ Primò, in dote & donatione propter nuptias. l. Pomponius Philadelphus. ff. famil. ercisc. & ff. de colla. bono. & de colla. do. per totũ. quæ æquis passibus ambulãt: vt l. fin. ff. de don. ante nup. ¶ Secundò, cùm donat filiofamilias eunti in castra, mobilia. C. famil. ercisc. l. iiij. ¶ Sunt & alij casus, in quibus donatio valet inter patrem & filiũ: & in quibus non acquiritur patri vsusfructus: vt not. gl. in auth. idem est. C. de bon. quæ bb. & gl. in auth. vt liceat matri. collat. viij. Primò, quando sub hac cõditione relinquitur vel datur à parente, scilicet auo vel proauo, aut ab extraneo, ne patri, pueniat vsusfructus. dicta authẽ. vt liceat. in pric. ¶ Secũdò, si pater remittat filio vsumfructũ, quẽ haber in rebus illius aduentitijs: vt l. cum oportet. §. finaliter. C. de bon. quæ lib. ¶ Tertiò, in hæreditate fratris vel sororis, in qua cum patre admittitur: vt in authen. de hære. ab intest. §. si verò. col. ix. quod aliqui intelligunt quando filius decedit, ad cuius successionem vocãtur pater & fratres: vt in authen. cessante. C. de leg. hær. quo casu pater nõ habet vsumfructũ in parte filiorũ secũ diuidentiũ: sed in bonis alijs eorum sic. Vbi etiam nota secundum Franc. de Aret. in cõsil. clxj. quòd iure cõmuni quãdo frater moritur ab intestato patre superstite, & sorore: soror vnà cum patre succedit fratri in virilem id est, æqualiter: vt in auth. defuncto. C. ad Tertul. nisi aliqua ratio particularis excludat patrẽ à sua portione. ¶ Quartò, in hæreditate quam filius adit patre nolente: vt in l. fin. §. finautem. C. de bo. quæ lib. ¶ Quintò, quando filio legatur seruus vt eum manumittat: vt in d. l. fin. §. fin. ¶ Sextò, in rebus obuenientibus filio: quando parentes soluunt matrimonium sine causa rationabili: vt in authen. vt nulli iud. §. quia verò. ¶ Septimò, si filio legatur vsusfructus: nam seruitus seruitutis esse nõ potest. ff. de vsufruct. leg. l. j. ¶ Octauò, si Imperator donauit filiofamiliãs. vt l. cum multa. C. de bo. quæ liber. ¶ Nonò, cùm filiofa. eũti in castra pater donat mobilia, vt dictum est. ¶ Decimò, in quasi castrẽsi: vt in l. cum oportet. §. exceptis. C. de bon. quæ lib. ¶ Vndecimò, si pater donet filio ob alimẽta, secundũ Host. ¶ Duodecimò, addit Bar. in l. contra. ff. re. amo. per gl. ibi quando filius fa. recipit dotẽ patre nõ consentiẽte, nec le obligãte: qa patri nec vsumfruc. nec aliud acquirit. ¶ Decimotertiò adde quid valet donatio quãdo donatur p̃pter benemerita, secundũ eundũ Bar. in l. j. §. nec castrense. ff. de colla. & in l. si donatione. C. de col. & in l. frater à fratre. ff. de cõdic. indeb. vbi distinguit quòd si donat simpliciter meritis non præcedẽtibus, donatio nõ valet, nisi morte confirmet: sed si præcesserint benemerita talia, propter quæ cuilibet extraneo ad idẽ teneret, donatio valet: & res donata efficitur peculij aduentitij: quia videtur filius quæsiuisse ex operibus & laboribus suis: & sic est aduenticiũ. l. cũ oportet. C. de bon. quę lib. §. j. Nec sufficit dicere in instrumẽto quòd hoc fecit propter merita, nisi illa probarentur: vt l. si fortè. ff. de ca. pec. Et pro hoc dicit Bart. ibi q̃ si quis alicui pro meritis & seruitijs donauit: si poterat liberè donare nullis meritis præcedẽtibus: tũc ista verba enũtiatiua probationẽ inducunt inter easdẽ personas. sed si merita necessariò requirerẽtur & aliàs donare nõ posset: illa verba nõ probarẽt merita præexistisse: vt d. l. si fortè. & not. in d. l. si donatiõe. Et si patre dubitetur an donet filio vt filio vel vt benemerito. gl. in d. l. si donatione. vt refert ibi Bart. dicit q̃ si præcesserunt merita, nõ erit donatio simplex, sed ob merita. Si verò non præcesserunt, videtur donatio simplex: etiam si pater dicat in instrumento, dono tibi vt extraneo propter merita: quia talis confessio fidem non facit. ¶ Decimoquartò, argum. addde quando filius est emancipatus. de restit. in integ. c. cõstitutus. Et si fiat donatio in ipso actu emancipationis in præmium emancipationis, dicit Bartol. in l. vt libertis. C. de collat. & in l. j. §. nec castrense. ff. de collat. quòd non est donatio ob causam: cùm magis filius deberet donare patri cum à patria potestate liberãti, sed est donatio simplex, ex sola liberalitate. l. cum oportet. §. cum autem. C. de bonis quæ liber. vnde tanquam simplex donatio venit cõferenda. Si autem facta fuit filio existenti in patris potestate, emãcipatione consecuta, nisi fuerit reuocata: vt in l. fin. C. de dona. ¶ Octauò † quæritur, quomodo reuocetur donatio facta filio emancipato, siue alicui de liberis nõ existentibus in potestate donatoris? Et dico quòd propter multas causas. ¶ Primò, si donatarius atroces iniurias intulit donatori. ¶ Secundò, si in eum impias manus iniecit. ¶ Tertiò, si graue damnum rerum intulit. ¶ Quartò, si vitæ periculum illi inferre tentauit. ¶ Quintò, si conditionem appositam non impleuit. ¶ Sextò, si neglexerit alere donatorem inopem. Quorum omnium declarationem vide suprà Donatio. j. §. xij.

donatione inter patrẽ & filium multipliciter fieri.

¶ Nonò

¶ Nonò † quæritur, vtrum ad donationem inter alias personas quis prohibeatur alicui dare propter dispositionem seu conditionem donatarij? Et dico quòd donare potest quisque cuilibet, nisi lege prohibeatur, secundum Host. sed vetãte lege donare nõ potest primò miles meretrici vel concubinæ. C. de do. inter vi. & vxo. l. ij. & per gl. & doct. in l. miles ita hæredem. §. mulier. ff. de testa. mili. & hoc quidẽ quãtum est ex parte militis, secũdum omnes, habet locum in vero & p̃prio milite, id est, armatæ militię, qui scilicet ope militat: & similiter in clerico, secundũ Ric. Mal. vt in d. §. mulier. quia sicut nõ potest miles secularis: ita nec miles cœlestis militiæ. & in doctore & aduocato, qui dicuntur milites, per notata in l. milites. ff. de sen. & re iu. non autem habet locũ, secundum Cy. in dicta l. ij. in milite dignitatis, qui luxui militat, & nõ est miles opere: nec similiter habet locũ in priuato donante vel legãte aliquid cõcubinæ vel alteri, de quo est suspicio: quia secundum gl. in d. §. mulier. valet: vt l. donationes in concubinã. ff. de do. imò in legato est expressum in l. qui concubinam. ff. de leg. ij. & in l. ite legato. C. de do. vt infrà eo. §. in secũdo casu. Ex parte verò mulieris habet locum in concubina, secũdum Gul. vt not. in l. affectionis. ff. de do. & in hoc omnes doct. cõsentiunt, sicut & in meretrice: similiter habet locũ, secũdum Bar. in d. §. mulier. in muliere, de qua est suspicio turpis. & idẽ habetur in l. mulierem. ff. de his qui. vt indig. Nõ autẽ habet locum in ea, quam quis tenet tanquam vxorem, quam tamen habere non potest ratione consanguinitatis vel alia causa: de qua Bar. in d. §. mulier. distinguit in simili: quia si mulier ignorat matrimonium nõ consistere, sed illud valere credit: legatum valet: vt. ff. de leg. j. l. fin. Et idem dic de donatione eo casu quo fieri potest inter virum & vxorem: quia nõ videtur ratio efficax in oppositum causans dissimilitudinẽ. Si verò scit habet matrimonium nõ cõsistere: etiam legatum in personam eius consistere non potest: vt l. vxori maritus. ff. de vsufructu leg. Si verò dubitatur vtrum sciuerit vel nesciu dubio præsumitur ignorantia: vt in d. l. finali.

¶ Secundò, non potest donare generaliter aliquis pro causa illicita: puta mulieri pro meretricio. Pro quo aduerte quòd promissio vel donatio facta meretrici publicæ, valet secundum Bar. Bald. & Ant. post Cyn. in l. affectionis. ff. de do. & in l. ij. C. de cõdic. ob tur. causã. qui & reprobant glossã. in d. l. affectionis. dicẽtem quòd valet quo ad exceptionem, non quo ad actionẽ: pro meretricio autẽ facto cum virgine, vidua, aut virgine, quod iure simili punitur, non valet promissio: sed donatione facta potior est conditio possidentis, nisi sit miles, vt dictum est suprà. verũ tamen fiscus auferre posset à muliere: vt notatur in l. ij. ff. de condi. ob tur. causã. & in text. l. Lucius. in fi. ff. de iur. fisc. Et ista est vera opinio: licet aliqui teneant indistinctè quòd non valet. Sed istam opinionem intelligo quòd valet donatio vel promissio facta secuto opere, gratia cuius fit: alioquin antequam sequatur opus, locum habet illud: in malè promissis rescinde fidem. de regu. iuris in vj. Alia verò, quam etiam sequitur Archid. allegant cap. qui venatoribus. di. distinctione lxxxvj. est vera quantum ad hoc quòd fit damnum vel promittens semper peccat: licet non ex eo quod dat, sed ex causa dandi. Et idem dic de donatione facta pro quocunque quod iure punitur. & sic intellige d. l. affectionis.

¶ Tertiò, nõ potest donare aliquis iudici seu præfidi aut alijs officialibus, quibus est salarium constitutum, siue post depositum officium, siue ante, pro aliquo beneficio præstito tempore administrationis: quia tam donans, quàm cui donatur, cõiunctus pœna quadruplici plectit: vt in l. si. C. ad l. Iul. repe. Iam, propter l. j. ff. de pœn. quæ est contra. Facit pro ea tex. in l. Barbarius. ff. de off. præto. Iudices autem delegati ecclesiastici nihil possũt recipere: nec eis pòt donari, nisi solũ esculẽtũ & poculentũ, qđ paucis diebus cõsumi possit: & mera liberalitate donatũ. & ide dic de cõseruatore: vt in c. fi. de off. delegati. vj. & ide de iudice seculari: de quibus vide j. Iudex. §. ix. & x.

¶ Quartò, donare non possunt visitari visitatoribus: vt infrà Visitatio. §. quinto.

Rursus de Donatione iñ. inter viuos & specialiter, quando est ante vel post nuptias.

1 *Donatio ante, vel propter nuptias, quanã hodie sit, & dicatur?*
2 *Donatio propter nuptias, an dotis æqualis esse debeat? Et eadem cuius sit soluto matrimonio? & nume.*
4 *Donatio propter nuptias, cui vsus sit, & quid conferas, cùm maritus matrimonio subsistente, rem donatam vendat, & ipsius fructus suos faciat?*
5 *Statuto statuente de lucranda dote aut propter nuptias donatione, an si matrimonium alterum, quàm per mortem soluatur, pacto, vel consuetudine effici possit, vt vir dotem lucretur, sicũ. sine dote mulier remaneat?*
6 *Statuto cauente, quòd coniugum altero decedente superstes dotem, aut propter nuptias donationem lucretur. an veri naturalis dominæ intelligatur?*

DONATIO † tertiò ante nuptias, vel propter nuptias, olim dicebatur ante nuptias: & secundum Azo. in Sum. est, quam sponsus vel aliquis nomine eius facit sponsæ vel alteri nomine sponsæ, scilicet in recompensationem recipiendæ dotis: imò fieri potest etiam siue dotem accipiat, siue nõ: vt pater in c. nuper. de do. inter virum & vxorem. & erat donatio ob causam, & non simpler. C. eod. l. fin. Et hoc, quia sicut sine matrimonio dos est nulla: ita & hæc donatio. Vnde vocatur antipherna, quasi contraria donatio: ab anti, quod est contra, & pherna donatio: vt ibidem: quia scilicet maritus sicut ab vxore accipit dotem, id est, donationem propter matrimonium: ita econuerso ipse donat vxori propter nuptias. quod quia hodie fieri conceditur post nuptias, vocatur donatio propter nuptias: vt Insti. de do. §. est & aliud genus. d. l. finali. Vnde hodie potest esse donatio ob causam: & remuneratiua: quia potest fieri ante & post contractum matrimonium: vt in d. l. finali. Videtur autem hæc donatio differre à donatione sponsalitia, quæ secundum Azo. in Sum. est quæ à sponso fit sponsæ vel econtra à sponsa sponso. quod tamen raro accidit, eo quòd fœmininum genus sit auarissimum in donando. ff. ad Velleianũ. l. sed si ego. vbi & dicitur quòd facilius se mulier obligat quàm alteri donat. Ratio, quia illa fit inter sponsum & sponsam de futuro, & fit ab vtroque: ista verò fit solùm dum matrimonium contrahitur per verba de præsenti, siue dum est quasi in contrahi, & fit à sponso tantùm. Differt etiam ab ea, quæ est inter virũ & vxorem: quia fit extante matrimonio, id est, postquam contractũ est. ¶ Primò † verò quæritur vtrũ hæc donatio debeat esse æqualis dotiꝰ? Et dico quòd olim si fiebat in cõstitutione dotis non requirebatur æqualitas. C. de pact. conuen. l. ex morte. & d. l. fin. si verò dos prius erat constituta, requirebatur æqualitas necessariò: vt dicta l. finali. §. sancimus. hodie verò qualitercunque fiat, oportet esse æqualitatem tam donationis ad dotem, quàm hæri super vtroque. de quo in §. sequent. in authenti. æqualitas. de pactis comment. & ita Supple. & Summa Angelica, cuius oppositum sensit Sum. Ros. & bene: vnde & Innocentius, vt refert Panormitanus in cap. fi. de do. inter vir. per l. ex morte. dicit posse inter hæc esse disparitatem, etiam in quantitate. Vnde glossa in dicta authent. æqualitas. dicit hodie illam

esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse sublatam propter consuetudinem: quia constituitur dos: & nulla saepe fit à viro donatio: seruatur tamen alicubi, vt Senis, vbi communiter haec sunt eiusdem quantitatis. Nec tamen indiget insinuatione ista donatio, licet quingentos aureos excedat. C. de dona. ante nup. auth. eò decurium. Et ratio est, secundum Bar. in l. cum multæ. C. eo. quia nō est donatio simplex, sed ob causam, quod proderit mulieri, & non viro: quia si pactū fuerit factū de dote & donatione & lucrandis, mulier in donatione lucrabitur vltra quingentos aureos, non autem vir in dote lucrabitur vltra quingentos aureos: vt in d. authē. eò decurium. ¶ Secundò † quæritur, soluto matrimonio cujus sit hæc donatio? Et dico quòd iure communi remittitur advirum, sicut & dos ad mulierem. C. de rei vxo. act. l. vnica. §. illo proculdubio. Aliud tamen erit, si interueniant pacta. Quo casu donationis hujus est proprium, quòd si paciscatur maritus de dote vel parte dotis lucrandā, si prænmoriatur vxor, talem partem debeat lucrari mulier in donatione propter nuptias, vel partem æqualem, si premoriatur vir. extra de do. inter vir. c. fi. §. fin. & d. l. ex morte. vbi etiam patet quòd si dos & donatio sint diuersæ quantitatis: tunc necessariò requiritur æqualitas in quota, & nō in quantitate. In l. etiam fi. C. de do. ante nupt. dicitur quòd hæc pari passu vadant, scilicet quo ad pactum: quia quale erit de lucranda dote, tale erit de lucranda dicta donatione: & econtra: & si pactio contraria fiat, non valet. quod verum est, nisi ex consuetudine sit derogatum: vt in multis locis: ideo illa seruanda est. vt no. in cap. donatio. de do. inter virum & vxorem. ¶ Tertiò † quæritur, ad quid valeat, siue quid operetur ista donatio, cùm stante matrimonio maritus teneat rem donatā facien⁊ fructus suos. C. eo. l. si liberis. & in cap. per vestras. de don. inter vir. & eo soluto eam vxor non lucretur de iure, sed solùm ex pacto speciali: vt d. §. illo. & dicit Ioan. Andr. post Feder. & Abbatem, quòd operatur multos effectus. ¶ Primum. Propter pactum, quòd sit de lucrāda dote: quia extenditur in fauorem mulieris ad donationem propter nuptias: vt sicut maritus dotem vxore præmortua: ita vxor dictā donationem viro præmortuo lucret, vt dictum est. ¶ Secundum. Nam fortius habet mulier in rebus sibi datis propter nuptias in dote recuperanda, quàm in alijs bonis mariti, & sit securior in dote: vt not. gl. in d. l. fi. quia in alijs potest mulier renūtiare iuri hypothecario. C. ad Vell. l. etiam. non autem in istis: vt sic sit vnde possit ei consuli in dote recuperanda: de quo in auth. siue à me. C. ad Velle. & in cap. per tuas. de emp. & vend. nisi interueniat iuramentum: vt in eo dicetur. de iureiurando. aut concurrant duo quæ in d. c. peruenit. habet Pan. vbi dicit quòd res donata vxori propter nuptias à marito, alienari nō potest ab eo etiam consentiente vxore: vt in d. auth. siue à me. nisi interuenientibus duobus. Primò, quòd vxor consentiat post biennium secunda vice. Secundò, quòd tantum sit in viri facultatibus: vt consuli possit vxoris indemnitati tantùm, inquantum non solùm tempore contractus, vt quidam dicunt, sed etiā tempore quo vxor agit, seu agere potest: vt no. in d. auth. siue à me. vel quòd per xx. annos tacuerit, licet secundò non consenserit. ¶ Tertiū. Nam marito vergente ad inopiam vxor potest à creditoribus mariti vendicare tam dotem quàm dictā donationem: quia deseruire debent oneribus matrimonij. C. de iure dot. l. vbi. ¶ Quartum. Nam si vir committit adulterium, vxor hāc donationem lucratur, sicut vir dotem vxore adulterante. de dō. inter vi. plerunque. ¶ Quartò, † quid si stante statuto de lucranda dote & dicta donatione, matrimonium soluatur aliter quàm per mortem, num quid pactum vel conuentio poterit facere quòd vir lucretur dotem, vt sic mulier remaneat sine dote? Et dicit Host. quòd non: vt no. in d. c. donatio. de do. inter vi. & vxo. Vnde d. §. illo proculdubio. Ioquitur quando mulier decesserit: quo casu vir lucratur ratione pacti solùm, secundum Host. secundum Car. autem in d. c. donatio. etiam ratione consuetudinis: quia quod potest pactum, potest consuetudo: vt no. in glo. in. c. non putamus. de consue. lib. vj. & hoc est verum: nec oppositum sensit Host. quia per ly solùm, excludit iura, & non pacta. ¶ Quintò † quæritur, quando statuto cauetur quòd altero coniugum præmoriente alter lucretur dotem, vel dictam donationem, an debeat intelligi de morte naturali tantùm, vel etiā de religionis ingressu? Et dico quòd de naturali tantùm, non de ista ciuili: præsertim, quia verba statuti sunt facti, & in facto consistunt. de consti. c. j. nec recipiunt casus fictos. ff. de negot. gest. l. iij. §. hæc verba. imò nec expresse posset, puidere quòd muliere ingrediēte religionē vir partem dotis lucraretur: quia grauaretur religionis libertas per dotis minutionem: quod fieri nō debet. ff. quarum rer. ac. nō da. l. j. §. quæ onerandæ. & etiā quia disponeret statutū de rebus personæ religiosæ contra c. fi. de reb. ecc. non alien. Si tamen ex pacto fit vt alter lucretur alio præmoriente, pactū validū manet imò p religiōis ingressū purificat: vt l. Deo nobis. C. de epis. & cle. & in auth. de lanc. epi. §. si verò cōstāte.

Rursus de Donatione iij. causa mortis, &c.

1 *Donatio mortis causa, quando esse dicatur? Et huius species quot sint?*
2 *Donatio mortis causa, quomodo ad donationem inter viros se habeat? Et quomodo ad legatum? & in quo differat? numer. 3. & 4.*
4 *Donatio mortis causa, qualiter fiat, de quo & à quo fieri possit? Et cui sic donari possit? numer. 5. & 6.*
7 *Donatio, de qua supra, quomodo, aut quibus ex causis reuocari possit? Et quid si iuratum sit de non reuocando?*

DONATIO † causa mortis est, quando rem donatā mauult me habere, quàm eum cui dono: sed magis ipsum quàm meum hæredē. ff. eo. l. j. & in l. senatu. §. donatio. & magistraliter diffiniendo est quædam dispensatio voluntatis ex mortis vel alterius instātis vel futuri periculi cōsideratione vel metu. ff. eo. l. ij. & Host. pro ly dispensatio, habet collatio: & pro ly voluntatis, habet liberaliter facta: qa si esset ex metu talium illatu, no tenet. ff. qd me cauī. l. metū. quod intellige quando ideo metus infertur vt donetur: aliàs secus. ff. eo. l. ij. Sed adde tu à donatore vel hærede: vt per hoc differat à legato, quod semper traditur ab hærede. ¶ Huius res sunt species: quarum prima, secundum Host. in Summ. eo. ti. est cùm quis donat metu mortis futuræ, sed nō instātis. Secunda, cùm donat metu mortis instātis. Tertia, quando vult magis se habere, quàm eum, cui donat, & magis illum, quàm suum hæredem. Sed hæc assignatio nō procedit: quia tertia species esset in duabus primis ab eis indistincta: vt patet ex dictis. Vnde dico quòd prima est, cùm quis donat nullo metu præsentis periculi, sed sola cogitatione mortalitatis. Secunda, quando datur imminente periculo mortis, vt statim sit accipientis. Tertia, cùm dat causa mortis instantis: non vt statim sit accipientis: sed tunc demum, cùm donans decesserit. ff. eod. l. ij. ¶ Primò † verò quæritur, quomodo se habeat hæc donatio ad donationem inter viros? Et dico quòd cum ea conuenit in duobus. Primò, quia vtraq; est donatio. Secundò, quia vtraq; inter viuos conficitur, & quandoq; traditur à viuente. Differt quoq; in duobus. Primò, quia ista ex pœnitentia reuocatur, nō autem illa: vt in l. qui mortis causa. ff. eo. Secundò, quia in ista requiruntur quinque testes: in illa verò duo sufficiunt: vt in l. fi. C. eod. In dubio autem præsumitur donatio inter viros, nisi probetur cōtrarium: vel fit facta mentio de morte. vt not. gl. in d. l. fin. ¶ Secundò † quæritur, quomodo se habeat hæc donatio ad legatum? Et dico quòd conuenit cum illo in multis. ¶ Primò, quia vtraque est vltima voluntas. ¶ Secundò, quia vtraq; requirit numerū quinarium testium. ¶ Tertiò, quia vtroque locum vendicat substitutio: vt in l. j. C. eo. ¶ Quartò, quia nec insinuationem exigit. d. l. fin. ¶ Quintò, quia non est perfecta, nisi morte sequuta, per quam confirmatur: vt ff. eo. l. non videtur. ¶ Sextò, quia ex ea Falcidia detrahitur. C. ad legem Falcidiā. l. fi. Conuenit etiā in multis alijs, de quibus in l. Marcellus. ff. eo. & in d. l. fi. & in tantū legato est similis: vt cum ipso ferè per omnia cōuumeretur: Institu. de don. §. j. in tex. & in glos. ¶ Differt autē in multis à legato. ¶ Primò, quia illud semper datur ab hærede: sicut hæc quandoque ab eo, quandoque à donatore: & si traditur legatum à testatore, perdat rationem legati, transiens in simplicem donationem inter viuos: de quo est singularis glo. de qua festū Dynus facit in l. legatum. de lega. ij. d. cens ex hoc sequi duos effectus, scilicet quia testator amodo reuocare nō poterit: & amplius falcidia de hoc nō detrahetur: vt l. vbi. ff. de do. causa mortis. quod Bart. on d. l. legatū. dicit tenendum menti: licet ipse de hoc dubiter. ¶ Secundò, quia filius familias consentiente patre potest donare causa mortis: nō autem legare, vel testari: cum hoc ex alieno arbitrio pendere non debeat. ff. eo. l. tam is. & consequenter nō potest codicillari: vt l. ij. ff. de leg. j. vbi dicitur quòd non potens testari, non potest codicillari. Et ibi Bar. reddit horum rationem: quia licet donatio causa mortis sit vltima voluntas: sapit tamen naturam contractuum inter viuos: vnde fieri potest à filio familias volente patre. ¶ Tertiò, quia licet testamentū sit falsum vel nullum: tenet ista donatio, non autem legatum. ff. de his quib. vt indi. l. penul. §. vlti. ¶ Quartò, quia accitans testametum vt falsum vel nullum, perdit legatum, eo scilicet quòd iudicium aut voluntatē defuncti directè impugnat, secundum Bar. non autem hanc donationem. ff. de his qui. vt indi. l. post legatum. & Inst. de don. §. j. in glos. ff. Et ratione differentiæ dat glo. in d. l. post legatū. §. qui mortis causa. quia hæc donatio no confirmatur per testamentum: aliter ex aliqua causa rescindatur testamentū, & donatio causa mortis. ff. eo. l. si aliquis. & l. si debitor. ¶ Quintò, quia legatum fit nolenti: vt suprà Alienatio. §. xix. dictum est. non autem donatio causa mortis. Sunt & multæ aliæ: de quibus vide per totum titulum istum. Dignoscitur autē à legato ista donatio, quando verba sunt cōmunia vel æquiuoca per traditionem rei vel obligationem, qua te donator obligat legatario: & quando nullum illorum interuenit, dicitur legatum, pro quo vide quod legitur & notatur in l. j. & l. Marcellus. ff. eo. ¶ Tertiò quæritur, qualiter fiat ista donatio? Et dico quòd tripliciter fit, scilicet traditiōe, pollicitatione, & stipulatione. ff. eod. l. senatus. Sub quacunque autem specie fiat, inferi debet in ea quòd causa mortis fiat vel alterius periculi: alias esset donatio simplex inter viuos, quantumcunque fieret in mortis articulo: quia non eoipso quòd quis moriēs donat, donare mortis causa videtur. d. l. senatus. secundū Azo. ne, & qualitate personarum ac status. Et si nihil apparet, præsumitur inter viuos donatū, vt dictū est. Et debent in ea quinque testes adhiberi. C. eo. l. fi. Et debet esse præsens persona, cui fit, vel alia, qui vice eius illā recipiat. Vnde qui causa mortis donare vult ecclesiæ vel pauperibus, donet notario stipulāti & recipienti nomine pauperum vel ecclesiæ. ff. eod. l. inter. ¶ Quartò † quæritur, de quo, & à quo fieri possit? Et dico q̄ de omni, de quo & donatio inter viuos, & ab omni qui testari potest. Qui autem testari nō potest: nec causa mortis donare potest. quod tamē fallit in filiofamilias, qui licet patre cōsentiente testari non possit, excepto peculio castrensi vel quasi,

hanc tamen donationem patre cōsentiente facere potest. ff. eo. l. tā is. vt dictū est. Similiter donare nō potest causa mortis, qui donare non potest inter viuos. ff. de dona. l. filius fami. Vnde Bar. dicit in libro de cōsue. feu. in rub. de prohi. feu. alie. per Fede. c. j. quòd quando nomen donationis ponitur prohibitiuè, pura si statuto cauetur ne mulier possit donare: tunc includitur etiā donatio causa mortis: quia à quo remouetur genus, & quælibet eius species. d. l. filiusfamil. §. pari ratione. Quando verò ponitur permissiuè: tunc nō includitur donatio causa mortis: quia non est propriè donatio. ff. de dona. l. j. §. j. Vnde feudatarius, cui à domino permissum est donare causa mortis, feudum donare nō potest. Non potest etia sic donare, qui capitale crimē admisit: nec donatio valet, siue facta sit ante crimen, siue post, siue ante sententiā, siue post: cū & testamentū rumpatur, & omnia publicentur. ff. eo. l. si aliquis. quod fallit in re donata vxori ante reatū cōmissum: sed non post. ff. de dona. inter vir. & vxo. l. cum hic statur. §. si maritus, & est tex. cum glo. in l. res vxoris. C. de dona. inter vir. & vxo. ¶ † Quintò quæritur, cui donari sic potest? Et dico quòd omnibus, quibus legatum iure relinqui potest. ff. eod. l. omnibus. in quo quidem tempus non donationis, sed mortis inspicitur. ff. de mor. causa do. l. mortis causa. la. iij. Sed tamen nota secundū Bart. in l. quidā. ff. de pœn. quòd licet damnatis in metallum legari non possit: fallit tamen in causa alimentorum. Et hoc facit ad quæstionem, an religiosi, qui nihil habere possunt, saltem possint petere ex causa alimentorum.

¶ † Sextò quæritur, quomodo, vel ex quibus causis reuocetur ista donatio? Et dico quòd tribus, cuiuscunque speciei vel modi sit, secundū glo. in l. nō omnis. ff. si cer. pet. & tex. est Institu. de do. §. j. ¶ Primò, si donatarius præmoriatur donatori. ¶ Secundò, si pœnituerit donasse. ¶ Tertiò, si esset conditio, sub qua donatio facta fuit. In quo tamen Sum. Ros. deficit, omittens tertium modū, & vnum diuidem in duos, dicens: Si donator pœnituerit, vel superuixerit donatario, vel donatarius prius decesserit: idem enim est illum superuiuere, & istū prius mori. Addit Hosti. idem esse, si non adimpleatur causa, sub qua donatio facta est: quod est verū, nisi donatio esset facta in piam causam, iuxta dicta suprà, Donatio j. §. xiij. in fin. Addit etiam prædicta vera esse, nisi sic datū fuerit, vt statim transeat dominium, nec reuocari possit: qua talis donatio inter viuos facta censetur: & ex quo facta est, nec cōditionem nec modū, nec pœnitentiam siue causa admittit: ex causa tamē poterit reuocari: vt propter superuenientē filiorum nativitatem. xvij. q. vlti. quicunq;. Imò & si statim dominium non trasferatur, sed tamen irreuocabiliter fiat, irreuocabilis erit. d. l. senatus. §. mortis causa & sic habebit effectū simplicis donationis, licet dicatur causa mortis. Poterit tamē reuocari, etiam si iuratter non reuocare, duobus modis. Primò, ex noua causa: vt infrà Sepultura. §. v. in simili. Secundò, si donauit omnia bona præsentia & futura: quia tunc iuramentum induceret votum captandæ mortis: ideóque non tenet: quia esset vinculum iniquitatis: petet tamen prius absolutionē à iuramēto. Secus si donasset solùm præsentia: quod intelligitur quando donat omnia bona sua, non addens futura: quia tunc nō reuocatur. Vide de his quod not. & legitur in l. fi. C. de pact. & in l. stipulatio hoc modo. ff. de verbo. obliga.

De Dote & Paraphernis.

1 *Dos sine iuxta leges, sine iuxta Canones definiatur, quid sit? Et dotem sine matrimonio esse non posse, quomodo intelligatur?*
2 *Dotis species quot sunt?*
3 *Periculū & cōmodum rerū dotalium, ad quē pertineat?*
4 *Pater filiam dotare, num teneatur, quoties? Et quatenus?*

Universidad de Deusto
Biblioteca

5 *Pater filiam, qua ipse inuito nupsit, an dotare teneatur? de quo lectus & apertè.*

6 *Frater sororem dotare an teneatur? Et an vir uxori dotem constituere queat? nume. sequen.*

8 *Frater si viuente patre, de bonis paternis filiam dotauit, an mortuo patre bonis modo dotem conferre teneatur?*

9 *Pater num in dotem rem empby. sine domini consensu, dare possit? Et quid de feudataria? nume. seq.*

11 *Marius, num uxorem, ob non solutam dotem promissam repellere possit? Et num eam dote non soluta domum traducere teneatur? Et quid si sine dote ducat? ibidem.*

12 *Proprietas dotis constituere, an distrahi & alienari possit? Et quid si alienatio facta sit non vi nec dolo, & iuramento mulieris firmata? Et contra, si vi aut dolo; vimq; aut dolum probari oportet sit: qualiter probabitur?*

13 *Consilium mulieribus vtile, ne res dotalis alienari possit: etiã si alienationi deinceps consentiant, etiamq; iurẽt. Res tamẽ mobiles & paraphernalia alienari posse si dominio transfatum sit, nihil vetat. Et ibidẽ quibus ex causis res dotalis alienari queat?*

14 *Dotis priuilegia, aut proprietates, quanam sint? Et de his conclusiones octo. Et num donatio propter nuptias eadem habeat priuilegia? Et quid cum dote communia habeat? & numer. seq.*

16 *Dotem num ob uxoris adulterium, maxime si homicidium sequatur, aut aliquid aliud, vir lucretur? Et quid de dotalitio & paraphernalibus? Et de his conclusiones ex ordine decem, cum limitationibus.*

17 *Dotem quot modis vir lucretur?*

18 *Dotem constante matrimonio, marito ad inopiam vergente, aut alio casu, num possit uxor repetere? Et de his vera variaq; ca nerãt: vt hic ex ordine traditur. Et ibidẽ quid si ab initio inops, aut ad inopiã vergẽs, vel aliàs substantiã dissipans inspexit?*

19 *Dos soluta matrimonio, cui restituenda sit? Et ibidẽ donatio propter nuptias, quot casibus viro defuncto, ad uxorẽ pertineat?*

20 *Martinus dissentationem de dotis restitutione, ad mulieres vtilem.*

21 *Cõfessione de dote cõstante matrimonio recepta, à viro facta nõ valere: nisi fides rei euentus appareat. Et ibidẽ limitationes alię.*

22 *Dos quãdo restituenda sit? Et ibidem ad hoc conclusiones tres.*

23 *Dos qualiter restituenda sit? Et quot expensarum genera: & quæ ex his dotem minuant.*

24 *Dotem tribus casibus solui posse. Et an uxori pecunia solui queat, vt ea pro se facta soluat: aut ad pegrinandũ p anima sua eatur? alterius ipsius commoditate tñ num dotẽ id minuat?*

25 *Mariti hæredes num intra annum restitutionis dotis, uxorem relictam alere obstringantur? Ad quod conclusiones tres.*

1 DOS †quantũ colligitur ex legibus & canonibus & doct. diffinitiuè est, quod datur viro ab uxore, vel ab aliquo nomine eius: puta à patre vel extraneo, p oneribus matrimonij sustinendis: in quo differt à paraphernis, de quibus infrà loco suo. Et ita no. per Cano. in c. Raymutius. de testa. & per Legistas in rub. ff. so. ma. Et est dos, ppriũ mulieris patrimonium. ff. de mino. Liij. §. sed vtrũ. tandiu durans, quandiu & matrimonium: quo soluto, soluitur: quia sine eo esse nõ potest. ff. de iure do. Laij. Si autẽ pactũ fiat à filia cũ patre, dum nupsit traderetur, quòd dote contenta nullũ regressum habebit ad bona paterna: hoc improbat lex ciuilis. Si tamẽ iuramẽto nõ vi nec dolo præstito firmatũ fuerit, seruari debet. extra de pac. quamuis. lib. vj. De hoc infrà Iuramentũ. iiij. §. xxx. & Pactũ. §. j. & sequenti. Quod tñ dictũ est, sine matrimonio dotẽ esse non posse intelligi primò de iure, & nõ de facto cõtracto: quo casu non esset dos: vt in d. Liij. Intellige secundò secũdũ Alex. de Imo. super rub. ff. so. ma. sine matrimonio contracto de præsentiuel præterito: nõ aũt sine mãtrimonio extãte: qa soluto prius contracto, adhuc dicitur dos. Et hoc voluit Paul. de Cast. sup eade rub. & Bar. in l. si marito. e. ti. Per quod, tecũdũ eundẽ Pau. decidit quæstio, quæ fuit de facto, vtrũ statutum disponẽs q mulier teneatur relinquere dotem suam æquis portionibus filijs vtriusque matrimonij, habeat locũ nedum quãdo moritur mulier cõstante matrimonio, aut etiã quando moritur eo iam soluto? Et dico quòd sic: qa etiã tũc dicitur dos. Quod etiã dictum est, q matrimonio soluto solvitur: cõsequenter intelligitẽ, nõ quia desinat esse dos: sed qa matrimonio stãte eius dominiũ est penes virũ: nec cõtra eius volũtatẽ inde potest eleemosyna fieri: sed eo soluto, redit ad vxorem vel eius hæredes. C. de pact. cõuen. super do. l. penul.

¶† Primò verò quæratur, quot sunt species dotis? Et dico q de hoc sunt duę diuisiones. ¶ Prima est, quòd dotium alia est profectitia, & alia aduentitia. Dos profectitia est, quę à patre vel tanquã à patre siue auo, vel proauo, vel alio superiore de linea patris pro filia vel nepte, & huiusmodi de bonis eorum proficiscitur, vel quæ aliàs de mandato vel nomine eorum, & ipsi ratum habent, constituitur: vt in l. profectitia. in princ. ff. de iure dot. vel à prędite aut à curatore eius si sit, pupilus, aut furiosus: vt ibidem: etiam si filia esset emancipata: vt nõ. ff. quia non patria potestas, sed patris nomen dotem profectitiam facit. Aduentitia autem est, quæ non proficiscitur à parente, vel quasi parente: sed eam dat mulier pro seipsa: vel quilibet alius à patre vel auo & prædictis, siue sit frater, siue auunculus, vel quilibet alius: vt d. l. profectitia. Vnde si pater non dedit tanquam pater, sed vt extraneus: puta quia debebat filiæ: & eius voluntate dedit in dotem viro: est dos aduentitia: vt dicta l. profectitia. ¶ Alia diuisio est, quòd dotiũ alia æstimata est, alia inæstimata: & quando æstimata traditur, periculum pertinet ad maritum. Quãdo verò inæstimata, ad mulierẽ. l. plerunq. in princ. de iure dotium. vide etiam §. seq.

¶† Secundò quæritur, ad quem pertinet periculum & emolumentum rerum dotalium? Et dico quòd si sunt æstimatæ, periculum spectat ad virum, nisi res in toto perierint ante nuptias: quia æstimatio facit venditionem: vnde tam lucrum quàm damnum spectat ad virũ, sicut ad rei emptorem. ff. de iure dot. l. plerunque. & l. res in dotem. Sed si nõ sunt æstimatæ, nõ spectat ad virum periculum earum, vel euictionis aut deterioracionis, sed ad vxorem. d. l. plerunque. vbi dicitur quòd si mulier attriuerit vestem æstimatam, vir æstimationem teneretur sed si erat inæstimata, damnũ & lucrum est mulieris. Et hoc verum est, nisi consistant in numero, ponderę, & mensura: quia periculum talium spectat ad virum. Fructus tamen & fœtus rerum dotalium nõ æstimatarũ lucrantur secundum ius: vt ibi. quod tamen limita, si sustinet onera matrimonij: aliàs retineretur vxor. ff. de vsur. l. videamus. in. ij. §. penultimo. & dicta l. plerunque. §. si serui. vbi etiam dicitur quòd fœtus pecorum dotalium pertinet ad virum: quia computantur in fructibus: sic tamen vt ex fœtibus iam natis prius suppleantur capita mortua. Vnde ibi fallit hæc regula. Cuius ista est emolumentum, eius debet esse periculum. Fœtus tamen ancillarum dotalium non cedit viro quia dignitas humanæ conditionis facit vt fœtus ancillarum nõ debeant fructuum nomine cẽseri. d. §. si serui. Similiter nec cedũt ei lapidifodinæ, vbi lapis non renascitur. Secus vbi renascitur, vt in Anglia & Asia: quia tunc ad virum pertinent fructus. Idem est de fundis argentifodinis, & arboribus nõ cædendis: in cædendis autem secus: vt quia intra breue tempus renascuntur: quia tũc possunt dici fructus. Et sic sensit Bartolus in l. diuortio. §. fundum. & §. si vir in fundo. ff. solu. matri. ex quibus sequitur duas conclusiones. ¶ Prima. Arbores cæduæ computentur in fructi

fructibus: vt sunt salices, & huiusmodi: secus in fructiferis. & intelligę quantum ad partes cædendas. ¶ Secunda. Lapis non renascens non est in fructu. secus si renascitur. Idem in creti fodinis, & argentifodinis. ¶ Et prædicta inducit ad talẽ quæstionem. Maritus notarius locauit vxori usumfructum omnium bonorum suorum. Quæritur igitur an ad illum pertineat quod percipitur ex protocollorum explanatione? Et dicit quòd non: quia quod semel tantùm percipitur, & non renascitur, non dicitur esse in vsufructuario: in d. lege, duobus. §. j. rediens autem protocollorũ est huiusmodi: quia ex quo semel est redditum, nũquam amplius aliquid percipietur: cùm non sit verisimile quod percipiens illud perdat.

4 ¶ Tertiò † quæritur quantum ad restitutionem dotis: vtrum pater teneatur filiam dotare, & quantum, & quoties? Et dico quòd dotare teneatur filiam suo consensu nubẽtem, & regulariter contra eum potest officium iudicis implorari vt illã dotet l. qui liberos. ff. de ritu nupt. & nor. in l. obligamur. §. lege. ff. de act. & obli. & in lege finali. C. de do. promiss. ¶ Quanta autem debeat esse dos dico quòd etiam in modico potest constitui: vt dicit glos. in lege, imperialis. C. de nuptijs. in verbo, dotalibus. quod est circa medium. & quia dos succedit loco alimentorum: vt not. Bartolus in lege, Titio centũ. §. Titio genero. ff. de condi. & demon. & per Balan lege prima. §. iuenaturale. ff. de iusti. & iure. ideo secundum hoc æstimabitur: & fiet pensatis conditionibus, & alijs qualitatibus. ¶ An autem pater teneatur filiam secundò dotare, si dotem consumpsit. Bald. in lege, si eum dotem. §. si post solutum. ff. soluto matrimonio. dicit q sic. Sed Bartolus hoc ibi putat verũ, si filia dotem perdidit sine dolo & culpa: aliàs secus. Pro quo est casus. C. de colla. authen. quod locum, ibi filię possit imputari. Et pro hoc, dicit Bartolus quòd facit si pater dat filio legitimam pro soluenda condẽnatione ex forma statuti: quòd 1 iterum ei dare vel relinquere nõ teneatur. ¶ Quartò † quæritur, vtrum pater teneatur filiam dotare, quæ nupsit eo inuito? Et Pan. in capit. j. de despon. impube. virtualiter sic distinguit: Nam si nupsit indigno, non tenetur. gloss. est not. xxxij. q. ij. in cap. fin. & xxxvj. q. j. in cap. de raptoribus. quod intellige, secundum domi. Anto. in cap. accedens. de procur. & Imo. ibidẽ, si est indignus turpi indignitate: secus si esset indignus, id est, non paris conditionis: veruntamen poterit misereri dotem ex conditione personæ. Et faciunt quæ habentur in lege, cum post diuortiũ. §. generaliter. ff. de iure do. iuncta gloss. in lege, si voluntate. C. de do. promiss. Si autem eligit dignum vel non dignum: nihil distinguo. Nam aut promittit dotem: & sic pater tenetur eam dotare: licet enim in tali promissione non consenserit, tamen filia per hæc opinionẽ releuat patrem à debito dotãdi: & ideo tanquam in re patris vertatur ista promissio, tenebitur pater de in re verso. Ita dicit Bart. in l. obligamur. §. lege. ff. de act. & obli. per tex. in simili in lege, & ideo. §. fi. & l. filius. ff. de in rem verso. Aut non promisit dotẽ: & sic nõ tenetur: quia ex quo inuenit sibi maritum sine dote: etiam marius tenetur eam alere sicut filiã: vt in authentica, quibus mod. nat. effi. legi. §. penul. no. Innoc. in cap. per nostras. de dona. inter vir. & vxo. & etiã si præmoriatur relictis filijs, tenetur sibi relinquere quartam partem bonorum suorum præfatus vir. Secus si filios non habuit: vt not. gloss. in §. fe. ideo cessat vtrinque debitum in patre, scilicet alimentorum & dotis: quia habet vnde se alat, scilicet ex bonis matris & dos succedit loco alimẽtorum: vt §. j. Et ita tenet Bart. in d. §. lege. & Ang. in l. si socer. & Bald. in lege prima. ff. solu. matrimonio. & in l. fin. C. de do. promiss. Et sic sibi mitta glos. in cap. fin. xxxij. q. ij. ubi dicit quòd tenetur eam dotare, scilicet si promisit, nõ aliàs. Et, quæ dicta sunt, procedit si filia nupsit ante xxv. annum, vt ibidem tenet Panor. Si autem nupsit post xxv. annum, pater, inquit, nõ potest illi aliquã culpam imponere: ex quo tantum distulit collocare. Non tamen cogi potest ad præstandum dotem, si nupsit sine promissione dotis, ratione iam dicta, hæc ex illo. Et sic videtur velle quòd si nupsit post xxv. annum cum promissione dotis, tenetur pater illam dotare, etiam si nupsit indigno. Notat tamen idem Panor. in d. c. accedens. quod talis mulier non excluditur per hoc à bonis paternis, sed habebit saltem legitimam: nec in ea habebit locum statutũ, quo cauetur vt fœ. dotata non succedat in hæc, quæ sine dote nupsit inuito patre. Idem Panormitanus in cap. Quintauallis. de iure iur. addit notabile dictum Spec. quòd filiam, quæ luxuriæ erat dedita, volentem pœnitere de peccato, pater alere tenetur: & consequeter dotare: quia causa dotis fauorabilior est quàm alimentorum: vt no. Cyn. in l. non omni. C. de admi. tuto. ¶ Quintò † quæritur, 6 vtrum frater teneatur dotare sororem ex eodam patre generam? Et dicit Panor. in cap. peruenit. de arbi. communiter teneri quòd sic. quod no. glos. de laico in l. eum plures. §. pe. ff. de admi. tut. & in l. non omni. C. eo. tit. Et ratio, quia secundum Cyn. in d. l. non omni. causa dotis fauorabilior est quàm alimentorum: propter quod tenet Barto. in l. fi. ff. de his qui. vt indi. quòd pater potest relinquere filiæ spuriæ dotem: quia dos succedit loco alimentorum. & idem no. in authent. ex cõplexu. C. de incest. nup. & in l. Meuius. §. duobus. ff. de leg. ij. Vnde sicut tenetur alimentare: vt ¶. Alimenta. §. amplic. & dotare in casu necessitatis. In clerico autem idem dic à fortiori: quia magis tenetur ad charitatẽ vt in c. j. cum ibi no. de emp. & vendi. Et si alia bona non habet: potest eam & aliam consanguineam dotare de bonis ecclesiæ: si est inops. quod probatur per c. j. de coha. cle. & mu. & cap. omnino. contemnitur. xxxj. dist. quia si per d. c. potest alere consanguineos pauperes de reditibus ecclesiæ: ergo fortius dotare: cùm causa ista sit fauorabilior, vt dictum est quod verum credo, si conditionis suæ modum non excedat. ar. c. negotiatorem. lxxxviij. distin. Sic ergo qui tenetur alere, tenetur dotare. ¶ Sextò quæritur, 7 † vtrum vir constituere possit dotem vxori? Et dicit Panor. in cap. & si necesse. de do. inter vir. & vxor. quòd non, post contractum matrimonium: ante matrimonium verò potest: vt lege prima, & quod ibi no. C de do. ante nup. nisi sic fit constituta, vt tunc dominium adipiscatur, cùm matrimonium fuerit subsecutum: quo casu non valet: vt in lege, quod sponte. C. de dona. ante nup. quia nec ante matrimonium dominium transiuit cùm voluerit: nec post, cum non potuerit: vt ibi no. glossa. Fallit hoc in plebeo dotante nobilem: quia videtur donare, quasi recompensando eum nobilitate: quia potest: vt suprà Donatio secus da. §. primo.

¶ Septimò † quæritur, vtrum frater, qui viuente patre de bo- 8
nis paternis filiam dotauit, teneatur illam dotẽ cõferre mortuo patre? Et videtur quòd sic per legem, certum. fam. ercisc. & lege finali, cum ibi not. secundum Bartolum in lege fin. C. de do. promiss. dicit casum singularem vt non computet. Sed ego do tibi glossam in lege, dotem. ff. de colla. bo. quę dicit: Si tempore mortis patris cõstabat matrimonii, non esse cõmunicandum. allegat legẽ, filium. de colla. bono. & legem primã. §. fi. ff. de collat. dotis. ¶ Octauò † quæritur, vtrum pater 9
dare possit in dotem rem empby. teuricam fœ. domini cõsensu? Et dicit Spec. titulo, de locato. §. nunc aliqua. quòd sic: non tamen plus iuris transfert quàm habeat ipse: vt in capite nuper. de dona. inter virum & vxorem. nec soluet laudemium: quia est alienatio necessaria, secundum Gulielmum & Bartolum in lege, & ideo. ff. de condictione furtiua. Et dari potest in dotem, etiam extraneæ, si inæstimata detur: & soluet lau-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dominum:sed æstimata dari non potest, nisi filiæ. ¶Nonò
10 quæritur, †vtrum fundatarius simpliciter possit? Et dicit Io-
annes And.in dicto cap.nuper.quòd non Innocen.autem ibi
tenet quòd sic. & eum sequitur Panor.ibi.& idem dicit in do-
natione propter nuptias. Sed vera est opinio secunda in feu-
do,in quo filia succedit:& prima in eo,in quo non succedit:
quia sic est ratio diuersa ab emphyteusi,in qua filia succedit.
11 ¶Decimò,† vtrum vir repellere possit vxorē non soluta sibi
dote promissa? Et tenet Hostien. quòd sic,in cap.per vestras.
de do.inter vi.& vxo.quod intelligo quo ad traductionem &
alimenta præstanda:quia do; propter onera matrimonij fu-
stinenda datur:vt in dicto cap.per vestras.& in capit.salubri-
ter.de vsur,& in lege,si cum dotem.§.fin autem.ff.soluto ma-
trimonio.& consequenter potest hæc onera recusare, si non
habet vnde sumat emolumenta. Bonus text.est ibi.& Bald.in
lege fin.C.ad Velle.post Cyn.in lege,vxorē.C.de nego.gest.
& Bartolus in tract.de aliment.Et si possessio ei detur in pig-
nus,non debent computari fructus in sortem,si dicta onera
sustinet,vt in dicto cap.salubriter.Ex quo concludo eum nō
teneri ad traductionem,dote prius non soluta.Secus de co-
niugali debito.Si autem eam ducat sine dote,tenetur eam ale
re de suo secundum statum suæ personæ:vt not.& volūt In-
nocen.& Hostien.in dicto cap.per vestras.& gloss.in dicto
§.fin autem.& facit tex.in lege,quod si nulla.ff.de reli.Et ra-
tio est secundum Innocen.quia personam suam pro dote de-
dit:vt in authentico,quibus mo.na.effi.legi. §.pe.& ff.vt in
possess.lega.l.pe.dicitur quòd vxorem debet alere vt filiam.
12 ¶Vndecimò † quæritur,de proprietatibus dotis constitutæ
quantum ad distractionem, vtrum possit alienari? Et dico
quòd mulier dotem constante matrimonio donare non po-
test:vt est tex.in lege,constante.C.de do.secundum glossi.ibi,
ipsam autem actionem,siue speciem, vel etiam dotem pro-
mittere potest,de qua gloss.Bart.ibi facit magnum sestum.
nec quando mulier donat,requiritur præsentia mariti aut fi-
liorum:vt in lege,velles nēcue.C.de reuo.do.Fundum etiam
dotalem maritus alienare non potest,nisi eo modo quo in ca
sibus,de quibus in fine huius §.& hoc etiam cōsentiente vxo-
re:vt no.in l.Iulianus.ff.de fundo dot.& C.ad Velle.authen-
tica,siue autem nec etiam dare in hypothecam:vt l. vnica.§.
& cùm lex.C.de rei vxo.act. Quod verum est,nisi iuramen-
tum interueniat sine vi & dolo præstitum de non contraue-
niendo:vt in c.cum contingat.de iureiur.& in cap.licet. eod.
titu.libro sexto. Et si primò iurauit alienationi non cōsenti-
re,nisi ex causa rationabili & iudicis authoritate, & postea
consentit sine dicta authoritate,& iurat nō contrauenire:ser
uabitur primum iuramentum,secundum Hosti.in dicto cap.
cum contingat.de iureiur.& capit.ea te.&.c. intellecto.Et si
iurauit rem dotalem alienatam non repetere,seruare debet
iuramentum,secundum Hostien.nec propria temeritate de-
bet contrauenire. Et sic intelligit dictum c. cùm contingat.
papa tamen restituet eam proprio motu,si iuramentum in-
teruenit vi,aut dolo præstitum:quod secùdum eundem Ho-
stien. constabit ex perspicuis indicijs,cōsiderata personarum
qualitate.Nā aut mulier est virago: & nō præsumitur coa-
cta.Aut est naturę debilis,& vir ceruicis durę & ferocis faci-
ei:& tūc index attēdet an exigēte vera necessitate sit res alie-
nata:& tūc bñ est.Aut vitio pdigalitatis viri:& tūc alienatio
est suspecta.sīc mulier probabit minas viri,& fortè verbera.
Quibus omnibus concurrentibus,mulier absolutionem po-
terit impetrare.Et si ad iuramentum inducatur coram iudi-
ce:& veniēs ad aurem eius dicat quòd inuita consentit,& iu-
rat:index hoc sustinere nō debet,secundum Hostien.& si sus-
tinuerit,præsumitur pro muliere. extra de his quæ vi,me.c.
j.In dubio autem tenendum videtur iuramentum:quia in du-
bijs tutior via est eligenda.de spon.iuuenis. vel relinqueretur
arbitrio papæ:quia quod ille voluerit, tutius erit:nec alter
agere poterit,nisi absoluta per eum. ¶Consilium † autem ge- 13
nerale gratia mulierum & parentum earum esse videtur, vt
quando nubunt,iurent quod nunquam cōsentient alienatiōi
rei dotalis,nisi causa coram iudice cognita,& probata, scilicet
necessitatis naturæ instantis:quia tunc nullo alio iuramento
tenebuntur,cùm sit contrarium primo licito & honesto. de
iureiur.ea te.Et potest addi quòd si vnquam contrauenerit.
non valebit.hæc ex Host.Res autē mobiles vir potest alie-
nare,secundum Hostiē.quia non est prohibitum:& similiter
paraphernalia,secundum Inno.si dominium eorum est trā
latum in illum:aliàs non.ff.de iure dot.l.si ego. ¶Sed prædi-
cta sic intelligo:quia in tali alienatione prēstito iuramento
tali,semper ipsa valet,& iuramentum seruandum est,propter
ea quæ in d.c.cum cōtingat;no.gloss.& doc.sed sine iuramē-
to, licet regulariter nō valeat alienatio,tamen valet in casu.
Vnde,vt refert Asten. li.viij.titu.lx.quidam circa rem dotalē
immobilem,puta domum,vel agrum,sic distinguunt. Si eā
sit æstimata,vir eā potest alienare,quia est emptio:nisi æsti
matio facta fuisset vt sciretur rei valor: vt sic soluto matri-
monio appareat vtrum sit deteriorata,vel huiusmodi.C.de iu-
do.l.si inter.Si verò non sit æstimata,alienare nō potest, nisi
in his casibus. ¶Primò,si prouocetur ad diuisionem fundi do
talis à socio qui cum eo habet illum communem: ipse tamē
socium ad diuisionem prouocare non potest.C.de fundo do.
l.si. ¶Secundò,si alienet cū vniuersitate:vt ibidem.l.j. ¶Ter-
tiò,si alienet ex necessitate: vt ibi. ¶Quartò, si conueniat in
vtilitatem vxoris:vt ibi.l.vlti. ¶Quintò,si vxor alienationi
consentiat secundò post biennium.d.c.cum contingat.in gl.
dūmodo sint aliæ res viro,ex quibus cōsuli possit.C.ad Vel-
leia.authen.siue à me. ¶Sextò,si semel tantum consentiat,&
cum hoc iuret:& hoc siue per se,siue per procuratorem,secū
dum Ioan.And.cui dederit speciale mandatum. de procurat.
c.fi.lib.vj.& de hoc supra dictum est. ¶Duodecimò † quæri- 14
tur,quæ sint priuilegia vel proprietates dotis? Et dico quod
multa. ¶Primum. Nam omnia bona viri sunt tacitè hypo-
thecata pro dote.de pig.ex literis.imò etiam pro bonis pa-
phernalibus secūdum Pan.in cap.ex literis.de pig.quādo ipse
habet illorum bonorum administrationem. C.de pac.con-
uen.l.vlti. Secus si mulier habet illa bona penes se. Pro quo
etiam vide gloss.in d.c.ex literis.quæ vult quod bona præla-
ti sint tacitè obligata ecclesiæ pro mala administratione:&
sic poterit ecclesia agere contra tertium possessorem, sicut
agit mulier pro dote. ¶Secundum, quia nō perditur propter
maleficium viri,etiam si sit crimen læsæ maiestatis.C.ad le-
gem Iuliam maiest.l.quisquis.& in dicto cap. ex literis. nec
etiam patris,vt not.ibi glossa.quod tamen fallit in vxore pri-
mipilarij in eo officio delinquētis.C.quibus modis pigno.tac.
contrahi.lege,satis notum.& C.de primipila lege,vltimo.
¶Tertium,quia præponitur omnibus creditoribus etiam
prioribus,qui habent personales actiones, vel etiam tacitas
hypotheeas,nisi in simili iure:vt quia petunt dotem præce-
dentem: vt lege, assiduis. C. qui potiores in pignore ha-
beantur. Secus,secundum aliquos,in habentibus expressas:
vt notat glossa in dicta lege,assiduis.& Dynus in regula,qui
prior.libro sexto. Et hoc tenet accursius in dicta lege, assi-
duis.& Bartolus,qui dicit quod malum esset sententiare con
trarium. Et hoc sequitur Summa Rosella contra Angeli-
cam,quæ dicit tenendum esse cum Panormitano in dicto
capite,ex literis. quòd si cōsuetudo est aliqua,illa seruabitur.
lege,si de interpretatiōe.ff.de legi.cum si.Si verò est fauore
mu

mulierum:debet præferri etiam habentibus expressas hypo
thecas:quia mulier vincit eum qui ad refectionē rei dedit:vt
in auth.quo iure.posita super d.l.assiduis.qui tamen præfer-
tur anterioribus habētibus expressas hypothecas: vt l.inter-
dum.qui po.in pign.hab.si autem vinco vinceutem te:multo
magis vinco te:vt in l.de accessionibus .ff. de diuer. & temp.
Præterip.vel ad minus casus est dubius: & in facto dubio po-
tior est cōditio dotis,de re iudi.cap.fin.& no.in c.ex literis de
proba.Cum hac opinione est Pet.& Cy.& Io.And.& Martin
d.l.assiduus.& Iaco.de Are.& Guid.de Suza. Et hanc opinio-
nem ego tenerem quo ad hypothecas expressas præcedentes
quidem tempus. quo mulier habet ius repetendi dotem pro-
pter fauorem viduarum,si sequatur dotis institutionem, siue
collationem:sed si præcedant constitutionem dotis,tenerem
opinionem priorem: quia lex nō cōfert vni beneficium cum
diminutione iuris alterius.l.ij.§.si quis à principe.ff.ne quid
in loco public. Et si dicatur quòd ius anteriorum minuitur
etiam in tacita hypotheca:dico quòd tacita inducitur à lege:
& sic dicitur tacita,quia beneficio legis inducta:lex autē po-
tuit suum priuilegium restringere præferendo priuilegium
mulieris. Secus in expressa; quæ habetur facto contrahen-
tium.Et istud priuilegium,quod scilicet præferatur credito-
ribus,transit ad filios eius,secūdum Alexandrū de Imo.in l.
etiam.ff.soluto.matrimo & ibi est glo.& alia in l.j. C.ad prīii.
dot.licet Barto, dicat contrarium: cuius tamen opinio po-
test intelligi vt non loquat de hæredibus suis,vt sunt filij,sed
de extraneis,qui nō habent hoc priuilegium: vt in l.vnica.C.
de priui.do. ¶Quartum. Nam ecclesia potest se impedire de
dote,non solum in fauorem viduarum, vt in cap. nuper. de
donatio.inter virum & vxorem.sed etiam marito sibi dotem
promissam:vt in cap.per vestras.eodem tit. & facit quod no.
Innocentius in cap.lator.qui fil.sint legiti. quamvis alij con-
trarium teneant, nisi accessoriè. ¶Quintum. Quia viro ad
inopiam vergente iudice iubente potest dari pecunia dotalis
mercatori,cum pacto vt capitale sit salvum,& de lucro per-
cipiant vir & vxor partem honestam compensato lucro cum
damno,sine vsuris:vt in d.c.a.per vestras. Et ita tenet Ioannes
Andreas & Card.in d.c.per vestras.& Fulg. in l.cum duobus.
ff.pro loc.§.item si in facto.& Baldus in quodam consilio in-
cipiente,visis instrumento. Hostien.in Sum.de vsur. §.an ali-
quo. Panormitanus in cap.nauiganti.de vsur. dicit se dubita-
re:ego verò dico,si capitale sit talium,contractum esse vsu-
rarium.nec opinio prædictorum habetur ex dict.cap.per ve-
stras. sed potius oppositum,iuncta gl. cum nominat lucrum
honestum.quod ei non posset,si esset vsurarium.de quo ta
men vide infrà Societas. ¶Sextum. Quia ratione dotis,quam
vir habet pro oneribus matrimonij:à tempore contracti ma
trimonij tenetur vxori de expensis intus & extra, secundum
qualitatem dotis.ff.famil.erciscun.l.si maritus. etiam si do-
tem non habet,vel perdidit culpa sua. Si tamen mulier spon-
te recedit,secundum Petrum de Pal. nō recuperat expensas,
nisi à tempore quo rediens non est admissa:nec spontevaga
ta vagatur,puta propter nimiam sæuitiam viri,vel huiusmo-
di:vel idem dicit tenetur ad expensas,nisi quando ex iusta cau
sa vagatur,puta propter nimiam sæuitiam viri,vel huiusmo-
di:vel quia vir ad longinqua vadit:& eam mittit ad parentes
causa honestatis. ¶Septimum. Quia habens cognoscere de
matrimonio,habet cognoscere de dote tanquam de accesso
rio.extra de donationibus inter virum & vxorem.c.j.ij.& iij.
¶Octauum. Quia fundus dotalis alienari non potest, vt di-
15 cetur §.sequenti.
¶† Decimoterciò quæritur, vtrum donatio propter nu
ptias habeat dicta priuilegia dotis? Et dicit Panormitanus
post Innoc.in cap.ex literis. de pigno. quòd aut mulier agit
ad donationem propter nuptias,tāquam sibi specialiter ob-
ligatam pro dote:& tunc habet priuilegium dotis:quia agit
potius pro dote quàm pro donatione propter nuptias. Si ve-
rò agit vt eam lucretur: sic licet bona mariti sint sibi tacitè
obligata, tamen non gaudet: quia cessant rationes priuile-
giorum dotis:sed bene habet taciram hypotheeam.l.vbi. C.
de iure do.intellige cōmunem,non priuilegiatam:vt præfe-
ratur alijs habētibus eam,nisi sint posteriores. De paraphe-
nalibus autē infrà loco suo. Hoc tamen habet hæc donatio
communiter cum dote,quod alienari non potest,etiam consen
tiente vxore:vt in d.c.cum contingat.nec alienatio valet,nisi
mulier iurauerit non contrauenire eo modo, quo de dote
dictum est:vt in d.c.cum contingat.& eod.titu. c.licet.lib.vj.
¶† Decimoquartò, quantum ad proprietates dotis, quando 16
circa eam fit mutatio postquā viro data est ante dissolutio-
nem matrimonij vel post:quæritur vtrum vir lucretur dotem
propter adulterium vxoris,maximè si sequatur homicidiū,
vel alio modo? Et dico multa. ¶Primum. Vir propter adulte-
rium corporale vxoris dotem lucratur, & dotalitium, id est,
partem,quam lucratura erat de donatione propter nuptias,
secundum glossi.vel bona paraphernalia, quæ maritus resti-
tuere tenebatur,secundum eandem,si per sententiam diuor-
tium fiat de dona.inter virum & vxorem.c.plerunq;.& etiam
per exceptionem,si eam propria authoritate expellit,adulte
rio existente manifesto,vt dictum est suprà Adulterium.§.vj.
& similiter si ipsa ob adulterium sponte ab eo sine alio iudi-
cio discedit:vt in d.cap.plerunque.& similiter si intrauit bal-
neum cum viro alieno,secundum glo.lxxxj.distin.non opor-
tet. Et idem videtur vbicunque de adulterio est suspicio vio-
lenta:quia probationem facit:vt xxxij.q.j. dicit dominus.&
econuerso intellige quòd mulier lucratur donationem pro-
pter nuptias,si vir intrat balneum cum alia, secundum ean-
dem glo.quæ alleg.l.vlti.C.de repu.& à fortiori intellige in
superioribus casibus:vt si adulteretur. & hoc probat Panor-
mitanus in d.c.plerunque.& eodem modo agere potest mu-
lier:quia quo ad hoc ad paria iudicant, de diuor. gaudemus.
¶Sed hæc limita primò,nisi deinde reconciliatio sit secuta:vt *Limi-*
scio teneo,quia in conscientia quo ad lucrationem dotis vel do- *tatio.*
nationis propter nuptias credo quòd habeat locum illud. ff.
solu.matrimo.l.viro,pœna delicta mutua compensatione tol
luntur. cum concordantijs ibi positis. & ff.de dolo. l.si duo.
cum alijs concor.& de adulte.intelleximus.cum alijs concor
dare. Et intellige paria,quo ad grauitatem specificam: puta
quavtrunque est adulterium:non autem quo ad grauitatem
accidentalium circunstantiarum:quia vxor viro;& econuer-
so grauius aliqua ratione fornicando precat,secundum San-
ctum Tho.iiij.distinctione xxxvi.Tertiò,si mulier non habet
filios:quia tunc filij habebunt dotem quo ad proprietatem,
& alia bona sue matris,secundum Ioannem And.in cap.ple-
runq.facit auth.sed hodie.C.de adulte.Quartò,si agatur ci-
uiliter,&non criminaliter:quia, secundum Panormi.in cap.
gaudemus.de conuer.coniu.si vir contra adulteram agat ci-
uiliter, separatur matrimonium quo ad thorum,& lucratur
dotem:vt in d.cap.plerunque.& monasterio,in quo aliquan
do,vt dictum est suprà Diuortium.§.iiij. detrudenda est, ni-
hil potest applicari. Si verò agat criminaliter.vltra detrusio-
nem duæ partes dotium applicātur liberis,si quos habet:ter-
tia monasterio. Si verò non habet liberos,sed parentes:duæ
partes applicantur monasterio,tertia parentibus.& si paren-
tes non habet,omnia applicantur monasterio, vt in authen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed hodie.C.de adulte.Et sic vtilius est marito accusare ciuiliter quàm criminaliter.Quintò,si mulier super hoc in iudicio sit condemnata,secundum Archid.post Ioan. Cal.& Panormit.in cap.fin.de adult.quia ad pœnas,inquit,legum quis non tenetur,nisi postquam fuerit adiudicatus,id est, per iudicem condemnatus,secundum Sanct.Tho.& Ray.Et hæc limitatio locũ nõ habet in casu dictæ exceptiõis.Sextò limita, si iudex separans sit ecclesiasticus:secus,secundum Panormitanum in dicto cap.plerunque. si sit secularis:quia non est in hoc competens,quando agitur ciuiliter:vt in ca. tuæ.de procur. ¶Secundum. Si maritus vxorem in adulterio,propter quod debeat dotem lucrari,reperram interficit,perdit ipsum lucrum,vt dicit Barto.secundum glo.in l.si ab hostibus.ff.soluto.matrimo.quia non licebat sibi interficere.Et per hoc dico quòd si interficere licuisset ex consuetudine vel statuto, dotem non perderet:vt in l.quid ergo.§. si hæres. ff. de legat.j. quam legem notat:cùm per totam Italiam sint statuta quòd vxore prædecedente vir lucretur certam partẽ dotis:vt eam nõ lucretur si vxorem occidit.hæc ille.Nec obstat l.si quis in gram.§.si tamen.ad Sil. quia ignoscitur ei ad minorem pœnam,nõ vt in totum releueturivt l.j.ff.de sicar.& l.si adulterium.§.Imperatores.ff.de adult.&per hoc habes concordare text.quia videntur adinuicem contrariari: qa debent intelligi quòd marito parcitur:sed non omnino. ¶Tertium.Si autem eam non interficit,sed erat infirma ,sed maritus voluit medicum ducere:aut conducit eum , qui vnam literam non sciebat:dicit glo.in d.l.si ab hostibus,quòd perinde indignus est,ac si occidisset illam. & idem tenet ibi Bart.Et idem dicendum esset si mulier esset furiosa, & præcipitauit se.quo casu nihil lucrari debet maritus.quod intellige si fuit in dolo vel culpa non obstando cùm posset. Et similiter idem dicit Bartolus econtrario si mulier occidit virum:vt repetere non posit:quasi culpa eius matrimonium sit solutum.C.de repu. l.consensu.¶Quartum.Hæres mariti non potest vxori obijcere adulterium ad effectum impediendi restitutionum dotis,secundum Bartolum in l.rei iudicatæ.ff.soluto matrimonio.per illum textum.ex quo tacuit in vita. & placet Panormitano in di.cap.plerunque. tamen cùm de hoc sint opiniones , videtur approbanda distinctio domini Signorelli de Homodeis:quam recitat dominus Ioannes Anton.de sancto Gregorio in d.cap.plerunque.Nam aut maritus viuens ignorauit adulterium:& sic possent hæredes excipere de adulterio,& dotem retinere:cùm maritus non possit videri dissimulasse,& remisisse:nec enim potuit iniuriam remittere quam ignorabat.l.nihil interest.§.si cũ filius.ff.de inofficio. testamen.& l.mater.§.j.eo.titu.& l.legitimam.ff.de petit.hæred. & l.vtilitatem.ff de confirmat.tut. Et idem est si dubitatur an scierit:quia præsumitur ignorasse.l.j.§.illud. ff.de liber. agnoscen.& l.mariti.ff.de adulte.& l.verius.ff.de probation. Si autem maritus sciuit,& non est conquestus vt potuit iure nouissimo,etiam constante matrimonio. auth. sed nouo iure.C.de adul.sed vxorem retinuit,cùm fuerit leno.l.fine metu.C.de adulteriis.tic cùm hæredes tractent de lucro captando,contra ipsos replicabitur de lenocinio mariti. lege , cum mulier.ff.soluto matrimonio.&sic paria delicta mutua compensatione tollentur.facit quod notat Innocentius in dicto cap.intelleximus.de adulteriis.& Iacobus de Aret.in dicta l. cum mulier.& in l.rei.§.j.ff.soluto matrimonio. Si verò post scientiam vxorem non retinuit: tunc si quæritur de delicto principaliter,hæredes non possunt conqueri : imò accusatio debet fieri,& inscriptio,cum modificatione tamen,quam facit glo.in auth.vt liceat mat.& auiæ.§. quia verò. Si verò secundariò,sic possunt:vt repellant petitionem dotis:vt in l.filio.§.Seia.ff.de ali.leg. ¶Quintum. Amissa dote à muliere propter adulterium , si deinde constet de impedimento tali quod matrimonium erat nullum , puta de consanguinitate, secundum Tancre.ipsa dotem recuperat.Et hoc placet Summæ Angelicæ,ne pœna excedat casum suum.Oppositum tenuit Summa Ros.ac Supple.cum Host.Gof.Laud.Bern. Ioanne,& Summa Pisa.& hoc tenendum est, propter rationes gloss.in d.cap.plerunque.maximè per l.si vxor. ff.de adulterijs.vbi dicitur quòd nec matrimonium nec speciem matrimonij violare licet.Et licet modò appareat quòd non fuerit matrimonium:mulier nihilo minus punienda est propter intentionem cum opere subsecuto:de bigamis.c.nuper. & cap. finali.& etiam vt auferatur cæteris materia delinquendi , & excogitàdi falsum probationem contra matrimonium.Nec tamen pœna excedit casum suum:quia hæc fuit adulter averè quo ad Deum,id est,in sua conscientia :& quo ad homines, id est opinatiuè.¶Secundum.Si duo contraxerint scienter in secundo gradu consanguinitatis,non scienter contra ius,docti ignorantia iuris hoc ph.benis,secundum Ioannem And. vt refert Panormitanus in cap.& si necesse. de donation. inter virum & vxorem.isti puniri debent pœna adulterij vel incestus,ac perdere dotem ac donationem propter nuptias. Nec excusat iuris ignorantia etiam fœminam: cùm illa non excusetur,nisi in casibus iure expresis:vt est text.notabilis in l.ne passim.C.de iur.& fac.igno . Secus si errassent in facto puta quia credidissent dispensatũ.& sic cõmuniter transeunt doc.vt dicit Panor.& videntur tenere Legistæ in l.qui cõtra. C.de incest.nupc.& in l.aumculo.ff.de condic.sine causa.Sed Barto.ibi tenet contrarium,sequendo opinionem Ioan.quia ignorantia iuris excusat à pœna amissionis bonorum:& hoc per authen.incestas.C.de ince.nup.vbi pœna imponitur scienter cõtrahentibus.& facit l.si adulterium.ff.de adulterijs. vbi errantes in iure excusantur à pœna incestus & adulterij. Et hanc opinionem sequens Panor.& concludens post Bar.hãc materiam in tria mẽbra:dicit quòd aut agitur de pœna adulterij vel incestus,& error iuris excusat:dicta l. si adulterij. Aut agitur de pœna perditionis propriæ substantiæ vt dotis, & donationis propter nuptias:& est idem:argu.d.authen.incestas.Aut agitur de pœna perditionis lucri : & non excusat: vt d.l.qui contra.Et hanc opinionem tanquam mitiorem teneo,cùm simus in pœnalibus:addens secundum Bartolum in l.descriptionis.C.de impo.luc.descriptio.libe. decimo. quòd dos & donatio non dicuntur tituli lucratiui respectu eius,cui datur,& sic accipientis:sed respectu eius,pro quo datur,bene est titul⁹ lucratiuus:vt l.finali.§.primo.ff.de his quæ in fraudem creditorum. Angelus autem in additione ad dictam legem,descriptionis.dicit ibi esse textũ expressum q⁹ maritus, qui lucratur dotem propter adulterium,vel tertium partem eius,ex statuto,decedente vxore sine filijs in matrimonio,nõ habet eam ex causa lucratiua:vnde non est necesse quòd lucrum illud faciat infinuari:nec gabellam soluat, qui exsoluitur de rebus quæ ad alium perueniunt ex causa lucratiua.

¶Septimum.Victus stuprum committens & dotem repetens à patre vel hærede mariti, de rigore iuris repelli potest per exceptionem de fornicatione,secundum dominum Ioannem Andream in dicto capite,plerunque. & perdet dotem: & sic remanebit apud fratrem vel hæredes mariti propter offensam factam defuncto,per textum cum glossa.& per id quod no.Bartolus l.penult.C.de adulteriis.& ff.de liteg.l.si.& ff.de iure.Bartolus l.penult.C.de adulteriis.& ff.de liteg.l.si.& ff.de iniur.l.filio.§.& si forte.& ita decernunt Pau.de Cast.consilx.¶Octauum.Pater,qui dedit dotẽ pro filia , perdit illam pro adul

pro adulterio filiæ,si nõ est stipulatus eam sibi reddi: & sibi imputet,secundum Ioannem And.d.c.plerunq;.& Accur.in Lemnensiu.C.de repu.& in l.si dotem.C.de iure do.sed Dyn. per l.ij.§.item si voluntate.ff.solu. matrimo . dicit quòd non præiudicatur patri,quin possit agere pro dote,si filia est in patris potestate.Et similiter tenet dom.And.in d.cap.plerunque.per l.finalem.C.de repud.Sed pro his Arch.& Pet.de Palu.in quarto,sic recitat & tenet . Quando vxor diuortio facto propter adulterium suum dotem perdit : si ipta erat filiafami.id est,in patris potestate constituta ,& dos erat profectitia,id est,de bonis patris profecta, vel aliàs quandocunque dos erat ad patrem recatura,pater non perdit eam propter delictum filiæ:quia non debet pater portare iniquitatem filij.Sed si non erat recasura ad patrem , quamuis ab eo profecta esset:quia ea mortua rehabiturus non erat,tunc marius eam lucratur.Et sic intelligit Hostien.C.de adulte.l.vltim.ad fin.& extra de diuor.l.cõsensu.Quando tamẽ dos erat ad patrem reditura:perdit eam quandiu viuit adultera filia & vir dotem tenebit:sicut etiam non potuisset eam pater repetere illa non adulterante:nec debet ipse ex filiæ delicto lucrari:post mortem tamen adulteræ dos redibit ad patrem. sicut si prælatus ecclesiæ committat felloniam,id est, conitur contra dominum : quandiu ipse viuit , ecclesia feudum perdet:quo mortuo, ad ecclesiam redibit:nec delictum personæ redundet in ecclesiæ damnum. Ex his sequitur quòd si vir committat crimen læsæ maiestatis , propter quod dona eius confiscentur , & ipse nudus exulet : vxor dotem perdit quandiu viuit eius vir : ne per eius delictum lucretur vxor quod prius non habebat:interim tamen fiscus tenetur ei prouidere necessaria loco viri:quo mortuo dotem integrè rehabebit,& dotarium sum.hæc ex illis.¶Nonum. Vir expellens vxorem authoritate propria propter adulterium non notorium,tenetur soluere mutuum quod mulier accepit pro alimentis:quia tale adulterium non priuat ipso iure alimentis,nisi sententia lata.ff de don.l. post contractum . cum sua materia.Et quod dictum est , mulieri obstare exceptionem adulterij:verum est quo ad futura: sed non quo ad alimenta,quæ debentur ante sententiam latam:de quo in lege , instituta.ff.de mo .testa. Dicit tamen Petrus de Palude quòd adulteræ nihil tenentur præstare , nisi ipsa replicet de consimili:sed intelligitur quando est adiudicata vel notoria.

¶Decimum.Propter adulterium seu fornicationem spiritualem,puta hæresim,vir & vxor perdunt similiter dotem & donationem propter nuptias,secundum Panor.in cap.fi.de conuer.coniug.pro quo l contensu.C de repud.

19 ¶Decimoquintò,† quot modis vir lucratur dotem vxoris?Et dico quòd tribus. Primò,ex pacto:vt si paciscatur de tota dote vel eius parte lucranda post mortem vxoris.C.de pact.conuen.lege,ex morte.in principi.& in authentica ibi posita.Secundò,ex lege:& hòc dupliciter, scilicet ex adulterio , vt dictum est §.priore,per totum. & vxor moriatur intestata deficientibus liberis & propinquis,quo casu vir succedit vxori, dotémque lucratur, & econuerso est:vt infrà Hæreditas,primo.§.secundò.vt C.vnde vir & vxor.lege prima. In alijs autem casibus dos ad mulierem redit,& ad virum donatio propter nuptias,nisi secus obtineat consuetudo.extra de don.inter virum & vxorem.lege,donatio.§.sanè.Tertiò, aliquando 19 ratione consuetudinis:vt dictum est statim.

¶Decimosextò, † quæritur , vtrum constante matrimonio posit vxor dotem repetere marito vergente ad inopiam, vel alio casu? Et dico quòd sic,in multis casibus.

¶Primò,viro in insulam deportato,cuius affectionem mulier non mutauit , secundum Petrum de Palu.in quarto, distinctio.xlij.¶Secundò,viro bannito de regno.C.de iure dot. lege,vbi.& hoc non est dubium,secundum Bartol.in lege, si constante.ff.soluto matrimon.si perdidit omnia bona suat quia publicantur,cùm sit perfecta inopia.& idem credit pars bonorum publicata: vt l.si marito.ff.soluto matrimon.& idem finaliter credit,si nihil de bonis eius publicatum est,per authenticum,de æqua.do.quia talis incipit malè vti substantia sua:cùm peregrinatio ducat ad paupertatem.

¶Tertiò , viro ad inopiam vergente etiam sine culpa:modò ipsa non sit eam consumptura:vt in dicta lege, vbi , & est communis opinio Legistarum,vt refert Panorm.in c.per vestras.de dona.inter virum & vxor.quod idem Petr.intelligit non de inopia æris:quia tunc sub tali cautione , quam præstare potest,committenda & dimittenda est dos: sed de inopia mentis : vt quando incipit esse prodigus & dilapidator : & quia tunc cautio parum valeret.Et idem sentit Panorm.in c.per vestras.de do.inter virum & vxorem. vbi dicit quòd de ista cautione prouidit ius canonicum,non ciuile. Et non sufficit cautio iuratoria,secundum Ioannem And . quam quilibet præstare potest,quãtũcunque pauper:cùm text.ibi dicat, quam potest.Ex quo sumitur limitatio ad totum titulum C. ne fideiussores dotium detur:scilicet nisi maritus vergat ad inopiam.Pro hoc scito quòd circa hoc emanarunt varia iura.Nam primò sancitum est quòd si substantia mariti non sufficit ad satisfaciendum doti & creditoribus, potest vxor dotem repetere.ff.solut.matrimo.l.si constante.Deinde sancitum est quòd hoc posset,si maritus ita se gerat q⁹ vergat ad inopiam.C.de iure do.l.vbi.quæ dispositio est latior:quia nõ requiritur vt substantia mariti nõ sufficiat:sed satis est quòd vergat ad inopiã:vt puta,quia est nobilis,& vult facere sumptus vltra facultates.Deinde sancitum est quòd hoc posit si maritus malè incipit vti substantia sua:vt in authẽ. de æqua. do.quę dispositio adhuc est latior:quia supposito quòd non vergat ad inopiã,puta quia ditissimus est:ex quo tamẽ malè vtitur sua substantia,potest mulier dotem repetere.& ibi gl. sentit id quod Bart. dicit in d.l.si cõstante.scilicet quòd hoc potest quando vir incipit depauperari.& secundum opinionem vulgi ad inopiã vergere:quia res dicitur malè geri quãdoq; respectu initij,quandoq; respectu finis:vt l.& in totum. ff.de impen. in re.do. fa.& fauore dotis ne possit perdi, si vir ad extremam paupertatem veniret vtroq; modo intellige siue vir malè inchoet,siue malum exitũ habeat.In quolibet autem trium prædictorum casuum potest mulier agere contra maritum:repetẽdo,& fortius excipiendo contra peretem dotem.Et idem est à fortiori de quolibet alio , cuius est dotem aut reddere aut recipere.Et non solùm ad dotem, sed etiam ad donationẽ propter nuptias agere potest in illis casibus:vt est text.in d.l. vbi. Si tamen ab initio mulier nupsit pauperi,aut vergenti ad inopiam, aut malè vtenti substantia sua videtur quòd repetere non possit:quia semel approbauit mores illius. Tamen Bartolus in dicta lege,si constante .contrarium tenuit:quia non potuit per tacitũ pactum sibi vxor præiudicare:nam publicæ vtilitatis est vt dos maneat integra mulieribus:vt lege prima.ff.solut.matrimonio.

¶Decimosepti mò † quęritur,cui restituenda sit dos, siue ad 19 quem pertinebit soluto matrimonio? Et dico quòd licet maritus de substitutione iuris efficiatur dominus dotis sibi datæ:vt in l.rebus.C.de iur.do.& l.doce ancillam. C. de rei vendicatione.tamen ad illum non pertinet post mortem vxoris,nisi in duobus casibus. Primò ratione pacti de dote lucranda. Secundò , quando vxor intestata decedit deficientibus liberis & propinquis : quia vxori succedit, & econtra vxor viro . lege vnica.C.vnde vir & vxor. Et similiter duobus

Universidad de Deusto
Biblioteca

casibus prædictis ad mulierem pertinet donatio propter nu
pcias viro defuncto. Et ita tenet Sum. Ang. Sed tu dic vt §. xv. tertiò ratione cõsuetudinis. Extra hos casus autẽ cùm ab vxo trium dos constituatur, secũdum Pan. in c. fi. de dona. inter vir. & vxo. scilicet à patre, p filia, vel ab ipsamet muliere, vel ab extraneo: quem dico omnem non habentem mulierẽ in sua potestate, vt dicit rex. in l. vnica. C. de rei vxor. act. perti nebit ad eũ, qui eam cõstituit, si stipulatus est eam sibi restitui, siue sit pater siue extraneus: vt in l. vnica §. accedit. C. de rei vx. act. §. Si autẽ cõstituit quis dẽ eam, sed nõ est stipulatus eã sibi restitui: nõe si sit extraneus, reddetur vxori si supererit, vel hæredibus eius, si decesserit. Sed si sit pater, erit filiæ in duobus casibus. Primò, si eam emancipauit. Secũdò, si ipse pater præmoriatur. aliàs filia præmoriente erit patris: etiã si extant liberi ex filia, secundũ aliquos: vt secundũ Vin. per l. dos à patre. C. solu. matrimo. cum qua opinione cõmuniter trãseunt Canonistæ: vt dicit Panor. in c. fi. de do. inter vir. & vxor. & Bar. in l. post dotem. ff. solu. matrimo. & glos. in l. dos. Sed contraria opinio, quæ est Martini antiqui glos. & vult quòd restituatur liberis. præualuit in vsu, vt dicit d. gl. & etiam est vera de iure, argum. ff. sol. matri. l. post dotem. & ita tenet Sum. Cõs. Supersti te autem patre simul & filia non emancipata: tunc patri & filiæ reddetur: sed nõ erit alteri sine alterius cõsensu. ff. so. mat. l. j. Si verò is, qui dotẽ cõstituit, sit ipsa mulier, redderur sibi. d. l. vnica, vel suis hæredibus: nisi ratiõe adulterij illam perdiderit. Prædicta tamen limita vera, nisi obstent aliqua statuta vt communiter accidit. ¶ Est † autẽ notandũ secundum Bar. in d. l. post dotem, quod vtilis est ad multa disputatio, an opinio Martini sit vera de iure, vel de cõsuetudine. Nam si filiafamilias habẽs dotem profectitiam, & filios ex primo matrimonio, nupsit secundo viro, & moritur in secundo matrimonio sine filijs, si de iure vera est opinio Martini, succedẽt in dotem filij primi matrimonij: quia prima causa in successione est liberorum: si autẽ de iure nõ est vera, sed de cõsuetudine, secus: quia cùm dictet cõsuetudo quòd dos remaneat apud virum propter filios eiusdẽ matrimonij: non extendetur ad alium casum: vt l. fi verò. §. de viro. ff. sol. matrimo. Idẽ tenet Iaco. But. in l. fi. C. com. vtri. in. & hoc putat Bart. verum: quia de eodem matrimonio oportet filios constitere. casus est in l. si inter. ff. de pact. do. ¶ Decimooctauò † quæritur, vtrũ confessio, qua vir confitetur se recepisse dotem cõstante matrimonio, valeat? Et dico quòd nõ, nisi appareat de numeratione: nam videtur donare. Bal. in l. j. C. de do. promiss. & Ang. in l. penul. ff. quæ res pi. ob. pos. & Bartolus in l. si diuortio. ff. de verbo. obl. & ibi Legistæ, & præsumitur simulata confessio secundum Bart. in l. j. C. de dona. ante nupt. & hoc verum, nisi vir faciendo testamentum legaret vxori dotẽ expressa certa quantitate: tunc omnino vxor eam habebit, etiãsi probaretur quòd nunquam fuerit soluta: vt not. Ang. Aretin. Instit. de leg. §. sed si vxori. quod limitandum videtur verum, nisi vir esset non soluendo creditoribus suis. ¶ Decimonouò † quæritur, quando restituenda sit dos? Et dico multa. ¶ Primum. Si dos constitit in rebus immobilibus, debet reddi statim soluto matrimonio. Si verò in rebus mobilibus, restitui debet intra annum. C. de rei vxor. act. l. vnica. §. cum autem. quod tamẽ in marito limita, si potest: quia si dolo malo non est versatus, nõ restituet nisi in quantũ potest, scilicet ratione egestatis dicta lege vnica. & si pacisc atur vt conueniri possit vltra quàm possit facere: est contra bonos mores: & pactum non valet. ff. solu. matrimo. lege, alia. §. primo. quod priuilegium etiam transit ad filios eiusdẽ matrimonij: vt ff. sol. matrimon. l. maritum. Sed tam ille, quàm isti tenebunt de restituendo residuo, si venirent ad pinguiorem fortunam: vt notatur in dicta lege vnica. §. cum autem: & in lege, in condemnatione. ff. de regu. iur. Hæredi autem extraneo hoc nõ est præstandum, nec trãsit ad illum dicta lege, maritum. de quo vide glos. in cap. mulieres. & ibi per Canonistas, de dona. inter vir. & vxor. ¶ Secundum. Si quando data est dos res erant immobiles, quas vendidit maritus: & inde ex pretio emit mobiles: nõ cõputabuntur immobiles, sed mobiles. Et casus est secundum Bartolum in lege, cum in fundo. §. fi fundus. ff. de iure dot. & ita iudicabũtur mobiles vel immobiles tempore mortis viri. Vnde non statim restituentur: sed intra annum. Nec est verum hic quòd subrogatum sapiat naturam. & cætera. Et dicit Bartolus quòd ille §. est contra glos. in l. diuortio. ff. solut. matrimo. & contra glos. in dicta lege vnica. cuius glos. opinionem tenuit Ludouicus de Ro. in suis singularibus. ¶ Tertium. Si mulier dedit dotem in re mobili, puta in auro: & negante hærede dotem se datum intra annum, si interim non habet vnde viuat, hæres cõdemnabitur ad dandum statim: quia de hoc videtur casus in lege, si constante. §. quoties. ff. soluto matrimon. & si contra hoc essent iura, nihil valerent: quia essent contra ius naturale: nisi secundum aliquos, hæres esset in necessitate æquali. ¶ Vicesimò † quæritur, qualiter restituenda sit dos? Et dico multa. ¶ Primum. Expensarum factarum à marito vel hæredibus circa dotem, quædam sunt necessariæ, vt illæ, quæ si factæ non fuissent, aut res perijsset, aut fuisset deteriorata: sicut si domus, quæ ruinam minatur, aperetur, aut restaurentur tecta. Quædam verò vtiles: vt quæ rem meliorem faciunt, & deteriorem fieri non sinunt: sicut vineæ palinatio, vel huiusmodi. Et quædam voluptuosæ: vt quæ rem tãtùm ornant, sed fructum non augent: vt viridaria & picturæ & incrustationes, & huiusmodi. ff. de verbo. sign. l. impensæ. & dicuntur incrustationes cruſtæ subtiles marmoris extra murum positæ. ¶ Secundum. In restituenda dote defalcari possunt expensæ necessariæ, quæ ipso iure dotem minuunt, secundum glos. in cap. mulieres. de dona. inter vir. & vxo. Vtiles autem non minuunt dotem ipso iure: sed petuntur actione mandati, vel negotiorum gestorum. Voluntarias autem quidam dicunt simpliciter perdi. Sed melius alij distinguunt, si mulier vult habere, reddere debet quæ impensa sunt: quæ si reddere non vult: tunc si separationem recipiant sine ei læsione, tolli possunt, vt pictura facta in tabula vel panno, & affixa parieti: si autem separationem non recipiunt, relinquenda sunt: vt fuisset facta figura in ipso pariete immediate. ff. de impẽ. in re. lege, prima. & lege, pro voluntarijs. C. de rei vxo. act. l. vnica. §. sed nec. Sed hæc non habent locum in expensis factis pro exactione vel defensione dotis: quia maritus est dominus fructuum dotis: & sic tanquam dominus ipsam tuetur: vt not. ff. de impen. in re. dotal. fac. l. secũda. & ideo repetere non poterit, vt tenet Spec. titu. de do. post dinor. & Iohannes Andr. Circa vtiles tamen Bartolus ff. de impen. l. vtilium distinguit, quia aut sunt factæ voluntate mulieris, & tenetur. aut finei. & tunc aut potest aliunde soluere. & idem. aut non potest aliunde soluere: & non tenetur: vt in dicta lege, vtilium. quia tunc non videntur vtiles, cùm non expediant mulieri. & idem Dynus. ¶ Tertium. Cùm dos sine matrimonio esse non possit. C. de don. ante nupt. lege finali. solutum pro dote, vbi matrimonium nullum fuit, non repetetur nomine dotis, sed condictione sine causa. ff. de condict. sine causa. lege fina. & est priuilegia hæc actio quo ad mulierem. sicut actio de dote: vt tenent docto. in cap. de prudentia. de dote post di. re. & facit l. ij. ff. de priuileg. credi.

¶ Vicesimoprimò † quæritur vtrum aliquo casu dos possit solui mulieri? Et dico quòd sic in tribus casibus, secundũ Bar. in

in l. quanuis. ff. solu. matri. Primò, vt soluat æs alienum. ff. de iudo. l. vlti. Secũdò vt emat prædia: & illud est regulare, quãdo ex solutione, quæ sit causa dotis, mulier fit melior, & vir non fit pauperior: vt l. ita constante. ff. de iure do. Tertiò, vt consanguineos redimat ab hoste, vel eos alat egẽtes. Ex quo nota quòd si mulieri soluitur pecunia vt soluat votũ factum pro se, vel in peregrinationem pro anima suauadar, aut alterius eius cõiuncti, iustè soluitur, & minuit dotem: quia si hoc fieri permittitur ad liberãda corpora: multo magis ad liberandas animas. C. de sacrosanctis eccles. l. sancimus. ¶ Vicesimosecũdò † quæritur, vtrũ hæredes mariti teneãtur alere relictam intra annũ restituẽdæ dotis? Et dico multa. ¶ Primũ. Eam tũc alere tenentur, si alibi non habeat, vnde alatur: non tamen secũdum quantitatẽ dotis: quia si fructus excederent, nõ tenẽtur nisi ad alimenta: & si quid de dote restituũt, tenẽtur in residuo alimentorũ. Ita notat glos. C. de rei vxo. act. l. vnica. §. exactio. & ff. solu. matri. l. adiutor. Vnde si pater præstitit alimẽta filiæ, poterit ea repetere ab hæredibus viri, & facit quod not. Bart. in dicta l. diuortio. Si verò habet vnde alatur, nõ tenẽtur hæredes, secundũ glos. in dicto §. exactio, probatur in l. extraneo ff. de vẽtre in pos. mit. ¶ Secundũ. Ipsa etiam cũ eisdẽ hęredibus habitare nõ tenetur, secundũ Bart. in dicta l. diuortio. quia iure nõ inuenitur expressum. Sed tamen contrariũ tenetur secundũ aliquos: quia intra annũ dicitur quasi esse in matrimonio. C. de bon. ma. l. fin. & sic consuluit dom. Cardin. quòd nõ poterit alimẽta petere, si contra eorum voluntatẽ alibi sit demorata: dũmodo apud eos possit honestè morari. ¶ Tertium. Licitè ipsa potest percipere certum quid pro alimentis ab hæredibus mariti, donec illi dotem restituant de iure communi: inxta not. per Bartol. post Cyn. C. de bon. autho. iudic. pos. authen. ei qui. & per Angel. in l. Titia. ff. sol. matrim. & Paul. de Castr. consil. cccl xxxiij. Quod tamen Panor. in cap. salubriter. de vsur. limitat in ea, quæ nõ habet vnde viuat aliũde. sed melius limita quãdo hoc facit ratione interesse coactus: puta quia maller suã dotem, sed eam non accipit, vel quia non potest, vel quia hæredibus pareret. esset vsura manifesta: vt infrà patebit, & diffusè deduxi in quæstione aureæ rosæ. vide infrà Vsura. iij. §. sexto.

¶ Dvana, vide infrà Gabela, tertiò.

De Dubijs facti & iuris.

1 *Dubium varie finitur. Quomodo autem differat ab opinione & fide & huiusmodi, remittit.*

2 *Quæ in regula iuris, estote, habetur, qualiter sit intelligendo? Et ibidem quod humanorum exteriorũ operum genus triplex. Et quæ de genere bonorum sint, quæ de genere malorũ: & quæ ex se indifferentia? Et in quibus in bonam, aut malam partem iudicandum ac interpretandum sit?*

3 *Opinionem malũ de aliquo sine causa legitima habere, eidem iniuriari dicitur: & ideo melius esse non falli habẽdo opinionẽ bonã de homine malo, quàm falli raro habendo malã de bono.*

4 *In dubijs iuriorem viam esse eligendam, qualiter intelligẽdum sit? Et ibidem quod dubium duplex sit. Et quod amãs periculum peribit in illo.*

5 *Ambiguitatem iuris triplicem esse: aut enim iuris, aut facti, aut personæ: & ibidem de singulis. Et in qua ex hac certa sententia redda queat?*

6 *Regula, cùm sunt partium iura obscura, reo fauendum esse potius, quàm actori.*

7 *In dubio super irregularitate, vel aliquo defectu, qualiter interpretandum sit, affirmatiuène, an negatiuè: & hoc siue in foro cõtentioso, siue in foro animæ, siue in foro quasi pœnitentiali?*

8 *In ambiguitatibus cuinam standũ sit? Et de hoc confusione quatuor: & ibidẽ distinctio ex Ioan. Andrea, quòd ambiguitas vel obscuritas, aut in vltimis voluntatibus, aut in cõuentionibus in iudicio factis, aut in confessionibus, aut in contractibus & pœnis, aut in sententijs apposita sit, de quibus hic sigillatim.*

9 *Legibus, num aliquid ambiguum, aut obscurum in sit?*

10 *Verbum non semper in usurandum, etsi am si de intellectu nõ constet. Et verba legibus aut rescriptis apposita, æquitati conformari debere: & si verba id non ferant.*

DVBIVM, † secundum Isid. in lib. Etymol. est motus indifferens in vtrãq; partẽ cõtradictionis. Vel dic, secundum Philosophũ, & metem S. Thom. in iij. dist. xvij. quòd est contrariarũ rationũ æqualitas. Vnde propriè homo dubitat de aliquo vel circa aliquid, quãdo habet rationes ad vtranq; partẽ æqualiter, aut quasi æqualiter moueter: ita q; nõ inclinatur ad hoc magis quàm ad illud notabiliter. Quomodo autẽ differat dubiũ ab opinione, & fide, & huiusmodi, infrà. Opinio. ¶ Primò † verò quæriẽ, qũo intelligitur illud quod habetur in regula iuris, estote. scilicet dubia, id est, facta, quæ dubiũ est quo animo fiant, sunt in meliorẽ partẽ interpretãda. & dico triplex esse genus operũ humanorum exteriorum præceptorum à nobis. Quædã enim sunt de genere bonorũ, id est, ex suo genere, siue ex suo obiecto bona: vt eleemosyna, oratio, ieiuniũ, & huiusmodi: quæ malè fieri non possunt nisi per accidens, ratione finis, seu intentionis, vel circũstãtiæ: puta si fiant qñ, vbi, vel à quibus non debent. Quædam verò sunt de genere malorum, id est, ex suo obiecto mala: vt furta, blasphemiæ, & huiusmodi, quæ bene fieri non possunt, etiam per accidens ratione finis, aut circumstantiarum: quia ex obiecto habent malitiam: vnde sine malitia non fiunt: & consequenter semper sunt mala: quia secũdum Dio. bonum ex totali & integra causa: malũ, ex singularibus defectibus. sicut structura non est bona, nisi sint boni lateres, & cæmentum, & omnes partes. est autem mala, si aliquod horum est malum, licet cætera sint bona. Quædã verò ex se, id est, ex obiecto, sunt indifferentia, sed suam bonitatẽ vel malitiam habent ex fine & circumstantijs: vt comedere, & bibere, & huiusmodi: quæ possunt bene & malè fieri: sicut bono & malo fine & debitis ac indebitis circumstantijs. ¶ Prima semper debent in bonam partem interpretari, licet fieri possint mala intentione: & similiter reetia in partem meliorem: de quibus principaliter intelligitur regula, secũdum glos. In alijs verò, secundum Bed. am, permittitur nobis iudicare, id est, interpretari in malam partem, & peccata esse: & cõsequenter facientem talia esse peccatorem. xj. quæsti. iij si quis dixerit. & cap. sequen. Vide infrà Iudicium. §. iij. Adde ex sanct. Tho. ij. ij. quæstio. lx. quòd † habeus malam opinionem de aliquo absq; causa sufficienti, iniuriatur ei, & illum cõtemnit: quòd sine causa cogentre nullus facere debet. Et ideo vbi non apparent de malitia alicuius manifesta indicia, debemus illum habere bonum: id quod dubium est, in meliorem partem interpretando. Et melius est, aliquem falli frequenter habendo bonam opinionem de homine malo, quàm falli raro habendo malam de bono, quia ex hoc fit iniuria proximo: non ex primo. de reg. iur. estote. ¶ Secundò † quæritur, quomodo intelligitur aliud dictum, quod est quasi regula, scilicet, In dubijs eutior via est eligenda: quod est sumptum extra de spon. in cap. iuuenis. vbi dicit glossa quòd in his, quæ dubia sunt, quod certius æstimamus, tenere debemus. Et idẽ dicit Auguſt. de pœnit. distin. vij. c. ij. tenet certum. dimitte incertum. Et dico hic opus esse duplici distinctione. ¶ Prima. Dubium est duplex, scilicet, pbabile: cùm scilicet rationes pro

Du-bium ple-

Universidad de Deusto
Biblioteca

habiles ad vtrãq; partem sunt quasi æquales. & scrupulosum, quãdo quis scilicet ex leui suspicione timet alicubi esse peccatum. Scrupulosum dubiũ ad consilium boni viri est deponendum, secũdum omnes Doctores. & idem est si dubitatur an dubiũ sit scrupulosum necne. Et ratio huius est: quia qui in huiusmodi consulit virum bonum, id est, peritum & conscientiarum, etiam si deinde cõsilio eius erret, excusatur quia laborat ignorãtia inuincibili, quę excusat: vt infrà ignorantia. §. xlv. Dubium autem probabile est, de quo propriè illud dictum in veritigitur: & secundum Archidiac. peccatum grate est tali dubio se exponere, vbi est mortale. Et secundũ Pan. in d. cap. iuuenis. in dubijs, scilicet probabilibus, vbi versatur periculum animæ, semper tutior pars est eligenda, & quod tutius est tenendum, & quod sine dubio explicari potest. Sed tamen intellige quòd si detur casus, quòd opinio securior sit minus probabilis notabiliter, non est eligenda necessariò: quia iam cessat ratio dubij. Si verò sit minus probabilis, sed non notabiliter, etiã non est eligenda necessariò: quia eo casu intelligo Alber. in lib. de Homine dicẽtem, quòd cõscientia non obligat ad faciendum, nisi quod est in conscientia, si vt opinatum, vel creditum, vel scitum: nõ autem si est dubitatũ, vel ambiguũ: si tamen probabilitas hinc inde esset æqualis, tutior eligenda est necessariò, quando ex electione alterius immineret periculum peccati mortalis: quia tũc verum est illud Ecclesiastici iij. Amans periculum, peribit in illo. Quando autem immineret periculũ peccati venialis solum,
5 esset eligenda de bene esse tantùm. ¶ Secunda † distinctio est, quam dat glos. xxxiij. distinc. c. vlti. quòd triplex est ambiguitas, scilicet iuris, facti, & personæ. Ambiguitas iuris est, vbi de similibus ad similia proceditur: vt distinct. xx. de libellis. & de tali loquitur cap. sicut. distinct. xiiij. dicẽs quòd in dubijs vel obscuris sequendum est quod nec præceptis Euãgelicis contrarium, nec decretis sanctorum patrum inueniatur aduersum. Vbi autem est ambiguitas facti, nunquam ferẽda est sententia in præiudicium alicuius. & sic intelligitur illud xj. q. iij graue est, & satis indecens, vt in re dubia, certa detur sententia. Vbi verò nulli fit præiudiciũ: vt in baptismo, confirmatione, ordinatione, cõsecratione, & huiusmodi bene fertur in dubio sententia certa, scilicet, vt baptizetur denuò? & sic de alijs: vt de cõs. dist. iij. paruulos. & dist. j. tolerantes. Quandoq; tamen dubitatur de facto: & fertur sententia in præiudicium alterius: vt in d. c. iuuenis. Sed istud fit propter periculũ animæ. Vbi verò est ambiguitas personę, sed factũ est certũ: bene fertur certa sententia, secũdum Arch. vt cùm furtum est publicũ, sed ignoratur author: & tũc iudex inquit, in authorẽ potest ferre sententiam excommunicationis, & præcipere vt sibi reuelet. All. cap. cuidã. v. q. j. & hoc vtiq; verum est: sed tamen author nõ tenetur obedire ad simplex præceptũ, nisi sit de hoc infamis vel semicõunctus: vt diffusè disputaui in Aur. ro. in quodam casu: & suprà Correctio. §. viij. Si tamen etiam in furem occultũ intenderet ferre sententiã excõmunicationis, incideret nõ obediẽdo: quia & si forte esset iniusta, tamen nõ esset nulla. ¶ Tertiò † quęritur, quomodo intelligitur illa
6 regula iuris, c. cùm sunt partium iura obscura. id est, dub a, reo fauendũ est potius quàm actori? Et dico quòd ista regula intelligitur nõ solùm in sententia ferẽda, sed etiã in lata à duobus ordinarijs, vno absolutẽte, & alio cõdemnante, quia tenet sententia pro reo, nisi in casibus, vt infrà: nec tamen si absoluitur in dubio fertur in re dubia certa sententia, contra dictũ cap. graue. quia nõ est dubium, imò certum quòd debet absolui, si actor nõ clarè probauit. vj. q. ęst. vltim. Actor. Tenet etiam in fine litis, in quo faueẽ reo. de quo dic vt not. de rest. spol. cum ad sedem. in glos. iij. Non tenet autẽ: sed fallit primò in causa fauorabili, quam tuetur actor: puta in causa liberali, aut matrimonij, aut in ossic. testam. vel dotis: quia tũc actori fauendum est. xxxiij. quæst. j. si quis accepit. de probat. ex literis. Et secundo in principio litis. ff. de iudic. l. si quis. vbi ambiguã orationem actoris in suivtilitatem interpretamur. Et similiter tertiò in probationibus obscuris inductis à reo, quas contra illum interpretamur, de probat. licet. de quo dic vt infrà §. v. ¶ Quartò † quæritur, vtrum in dubio de irregularitate vel aliquo delicto interpretãdum sit affirmatiuè aut negatiuè? Et dico quod secundum Innocen. in cap. ad audientiam. de homicid. cùm irregularitas sit de iure positiuo, in dubio nõ debet iudex reputare aliquem irregularem: quia pœnæ molliendæ sunt. de regul. iur. in pœnis, lib. vj. Quod Pan. vt colligitur ab eo ibi. & in ca. cùm tu fili præpositę. de testib. dicit sibi non placere. & melius distinguit: quia in foro contentioso, vbi purè agitur ad pœnam, procedit dictum Innoc. & ita loquuntur iura per eũ allegata. Vnde generaliter debemus interpretari negatiuè, siue pro non. maximè vbi agitur de pœna: puta quia celebrauit: quia collatio nõ tenuit, & huiusmodi: quia in pœnis mitior interpretatio est sienda: vt in dicta regula, in pœnis, & in regula, odio. libro vj. & idem dic in excommunicatione, & similibus. In foro autem animæ debemus interpretari affirmatiuè quòd sit irregularis: quia in foro pœnitentię semper pars tutior est eligenda, licet durior videatur: quia in illa parte nullum subest periculum. ad hoc cap. significasti. el. ij. de homicid. Et idem dicit vbicũque dubitatur de aliquo delicto ad quod vide glos. notabilem in cap. vnico. de scru. in ord. fa. Et similiter dicendum est in foro quasi pœnitẽtiali: puta quia non agitur ad pœnam propriè: sed vt ab altaris ministerio abstineat, vel à contractu matrimonij, vel ab aliquo exercendo in quo exercendo subest peccatum: quia etiã tunc in securiorem partem debemus interpretari. licet illa sit durior. & facit dictũ ca. significasti. de homic. & d. c. iuuenis. de spon. ¶ Quintò † quæritur quomodo generaliter, cui stãdum sit in ambiguitatibus? Et dico multa. ¶ Primum. In re dubia fidei, authoritas Ecclesiæ Romanę requirẽda est xj. distin. palam. ¶ Secundum. Dubio existente in iure matrimonij, utrum est contra statuta hominum dimittere copulatos, quàm disiungere coniunctos contra statuta Dei. cap. licet ex quadam. de testi. Tertium. ¶ Verba dubia secundum intentionẽ proferentis accipienda sunt. ff. de reg. iur. in ambiguis. & vt res potius valeat, quàm pereat. capit. abbate. de verborum sign. aliàs secundum cõmunem vsum. 100. dist. cõtra morem. Vide infrà Legan. m. ij. § .v. & sequẽ. ¶ Quartum. Generale collectum ex Ioan. Andr. in reg. contra eum, qui legem dicere potuit aperrius, est interpretatio facienda. libro vj. vbi sic dicit: Obscuritas vel ambiguitas aut apponitur in vltimis voluntatibus: aut in conuentionibus factis in iudicio, aut in confessionibus, aut in contractibus & pœnis, aut in sententijs. Si in vltimis voluntatibus, subdistingue quia aut constat de voluntate expresse: & sic illa seruatur. xxvj. quæst. vj. quæ recedunt. & de testamen. requisiti. & hoc nisi dicta voluntas turpis esset: vt ff. de condit. institu. l. quidã. vel aliàs cõtra iustitiam extra de testam. tua. Si autem nec expressè constat, nec tacitè. statur verbis testamẽti. ad hoc xxij. quæst. ij. cap. is autem. de celebra. miss. in quadam. quæ verba si nimis sint larga: sequimur benignius, & minimum: vt in regula, in obscuris de reg. iur. libro vj. & sic esset hæredis electio. etiam si non appareat quæ pars sit benignior aut minor. ff. de testamen. in l. si duo sunt. Si quæratur ad quem spectat indagatio: dic quòd ad iudicem. C. de fideicommiss. l. voluntatis defuncti. Si autem in iudicijs sit ambiguitas, fit interpretatio pro proferente. Ratio, quia debitor semper negatur se de

de hoc sensisse. C. de anna. excep. l. vlt. & hoc in litis exordio. & de hoc in c. cum ad sedem. de rest. spo. Si verò in probationibus sit ambiguitas, interpretabitur contra producentẽ de cond. appo. per tuas. & de proba. in præsentia. qa debent probationes esse claræ. de præscript. auditis. saluo eo quod possent testes obscurè deponentes interdũ iterum interrogari. de testib. c. cum clamor. Sed in cõfessionibus si cõfiteatur quis incertum, certificare cogitur. ff. de cõfes. l. certum. alioquin acciperetur quod magis expediret aduersario: vt ibi. & de cõfes. & de confes. c. ij. In contractibus autem, aut certum est de cõsensu, aut de dissensu, aut dubium: & in primo casu statur ei quod seuserunt. de sponsa. c. j. in secundo aũt nil valet. xxvij. q. ij. sufficit. xxx. q. ij. c. vno. de rap. c. cum causam. xxix. q. j. §. j. ff. de cõtrahend. emp. l. inuenditionibus. & ibi error nõ solùm corporis, sed etiã materiæ venditionẽ impedit: nihil enim tã cõtrariũ cõsensui, sicut error. ff. de iudi. l. ij. & errare est aliud pro alio putare. xxxviij. distin. quamuis. non tamen omnis error impedit matrimoniũ: sed tantùm error personæ & conditiõis, quod dic vt xxix. q. j. §. j. & in sum. In tertio autem casu, scilicet dum est dubium: subdistingue. Nam aut potest valere secundum intellectum vnius tantùm aut vtriusq;. Si secundum intellectum, vnius tantùm: valeat secundum quem valere potest. ff. de ver. obl. l. quoties. & hoc habet locũ etiam in contractu matrimoniali in foro iudiciali: in foro aũt animæ stare ei, qui dissentisset in tali dubio: vt de spõ. tua nos. Si verò secundum intellectũ vtriusq; valere potest, valeat illud, quod est verisimilius. ff. de verb. oblig. l. eum qui ita. & de reg. iur. in regula, inspicimus. cum suis concor. & si dubitatur quod sit verisimilius, seruabitur quod dicit in hac regula. ff. de verb. oblig. l. quid. & hoc verum cum neuter dolum committit. Si aũt alter dolum cõmittat: contra eum fiet interpretatio. xxij. q. v. §. ex his. & c. quaeũq; & si vterq; dolũ cõmittit, ad communem significationẽ recurretur: vt in d. decretali, ex literis. vbi de hoc. & xxij. q. v. §. si ergo. Et idẽ reputatur in iuramentis: vt ibi notatur. In sententijs autem fuit interpretari poterit præses, quinciæ vel procurator Cæsaris. ff. de appel. l. ab executore. in principio. minor nõ. C. de sen. ex breui. rec. l. ij. vbi do hoc. ff. de re iudi. l. iudex. functus est enim officio suo, siue bene, siue malè iudicando. quod intellige in definitiua: secus in interlocutoria. quod dicit not. de appel. cum cessante. de fructibus tam̃ & expensis supplere potest eadẽ die. ff. de re iudi. l. Paulus. & de hoc nota. xxxv. q. ę. ir. §. quia ergo. aliàs incipit, his ita. in glos. xj. quæst. j. §. & his. in glos.
3 ¶ Dei legibus nõ est dictum: quia in his nil obscurum est vel ambiguum. distin. iij. erit. & C. de sanct. Codi. compo. in prima constitutione: ibi, erit lex certa, & breui sermone cõscripta. si tamẽ in eis ambiguitas esse videretur, recurritur ad cõdentem: quia ille solus interpretari potest, qui & condere. xj. quæst. j. § ex his. & idẽ in priuilegijs, quæ sunt priuatæ leges: & per eadem iura. hæc ex illo. Vbi no. quòd xxij. quæst. v. in c. humanæ dicitur quòd verba debent deseruire intentioni: nõ intentio verbis. vbi dicit glos. ff. de. arg. quòd potius consideranda est intentio alicuius, quàm verba. j. quæsti. j. Marcion. quod verum quando de intellectu constat aliàs à verbis in
10 dubijs non est recedendum. ff. de legatis iij. Inon alier. ¶ Et sic de quòd xxiij quæstione j. in cap. paratus. dicit glos. quòd non debemus semper adhærere verbis, scilicet etiam vbi non constat de intellectu. verba eũ in rescriptis posita vel in legibus debemus conformare æquitati. licet verba non patiantur: vt de rescript. causam. & de consue. cum dilectus.

De Duello.

1 *Duellum vnde, & quid dicatur. & quibus ex causis fiat*

2 *Duellum licitumne sit, an prohibitum. Et quando factum cum mortis periculo, aut mutilationis sit ex studiosum, an licitum ex circumstantijs quoque esse possit? Et num. 3. & ibidem quòd quis duellum tribus modis exercet.*

4 *Duellum, quandam Dei tentationem esse. Et ibidem, quòd Dauid in duello aduersus Goliam exultauit, quasi ad id à Spiritu Sancto motus.*

5 *Duello consentientes, aut in eo participantes, maximèque ratione consuetudinis, an mortaliter peccent? Et quos hominum genera ex duello mortale contrahant?*

6 *Clerici in duello depugnantis, aut eidem participantis, quanã pœna sint? Et quid si per semetipsum pugnet, mortuve non sit secuta?*

7 *Clerici reliquias pugnantium in duello offerentes, ad eorum ecclesiam tamen conducendum, si inde homicidium, aut mutilatio sequatur, an irregulares efficiantur? Et quid de capitulis, aut clericis qui ad subeundum duellum à seculari domino compelluntur: ánne res ecclesiasticas perdant? Item quid de Prælatis iurisdictionem temporalem habentibus, in quorum territorijs huiusmodi duella indicantur? numero sequenti. Et quid de iudicio ferri candentis, & aquæ bullientis? numero. 9.*

10 *Deus in duello ad veritatem indagandam suscepto, an semper veritatem ostendat? Et an æque contingat candentis ferri, & aquæ iudicio? - Concil. Trid. Sess. 25. c. 19.*

1 DVELLVM † dictum est, quasi duorum bellum: quod etiam dicitur monomachia: vt in c. monomachiam ij. q. v. id est, singularis siue vnius pugna: à monos, quod est vnũ, & machia pugna, & sic quantum ad nomen. particulare bellum qui vnus contra vnum pugnat aggrediendo vel respondeudo aggressori, est duellum quantum ad rem, ad quam significandam iura hoc nomen attribuerunt. duellum non est omnis pugna duorum. Sed ab aliquibus diffinitur quòd duellum est pugna duorum facta ad alicuius rei probationem: vt scilicet vincens probasse credatur, & victus in probatione defecisse: ac si per testes quis intentionem suam fundasset: vt de pur. vul. cap. ij. Et huic consonat quod dicit Ray. duellum in aliquibus vulgò dici iudicium, eo quòd ibi expectetur iudicium Dei. Quæ quidem diffinitio conuenit duello propriè, & vt in pluribus sumpto: quod scilicet fit ad veritatis indaginem. Aliquando tamen fit propter alias causas, secundum Ioannem de Lign. scilicet ex odio & gloriæ cupiditate. Et ideò vniuersaliter diffiniendo est singularis pugna ab vtraque parte sponte suscepta.

2 ¶ Primò † verò quæritur, vtrum duellum sit licitum vel prohibitum? Et dico secundum doctores vt etiam dicitur in cap. monomachiam. aliud esse prohibitum sub peccato mortali iure diuino: ibi, non tentabis Dominum Deum tuum. Matthei quarto. & hoc procedit quando sit ad veritatis indaginem: simpliciter iure canonico: vt extra de cler. pugn. in duello per totum. & ij. quæstione v. cõsuluisti. & iure ciuili. C. de gladiatoribus. l. vnica. lib. xj. quod procedit quod sit ex dicta causa vel etiam ex alia causa non rationabili: cum periculo vitæ aut membrorum. Sed quia ista iura non videntur prohibuisse, nisi quod naturali iure illicitum erat: ideò ad ampliorem doctrinam dico quòd duellum, id est, singularis pugna hinc inde sponte suscepta, de se non nominat aliquid illicitum saltem mortale: alioquin esset mortale iuuentuti se exercere in pugnis & brachijs ad exercitium, aut solatium sine odio & periculo. Vñ si sit mortale, erit ex altero duorũ. Primò ex fine, puta ex inani gloria quæ sit mortale, vel ad odium: aut ad indagandã veritatẽ, qd est tentare Deũ. Aut secundò ex circũstantia: puta qũ ex causa nõ rationabili pugnat cũ periculo vitæ aut membrorum: quibus modis est prohibitum sub mortali à iure naturali & positiuo, quod aliquas superaddit pœ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

3 Nay: sed pro hoc vide etiam §. seq. ¶ Secundò † quæritur, vtrum quando duellum factum cum periculo mortis aut mutilationis est licitum ex fine, puta quia acceptatur ad conseruationē suæ personæ vel facultatis, possit esse licitum ex circunstātia, vt scilicet non sit mortale sponte se exhibere periculo mortis, aut mutilationis? Et dico quòd secundū Ray. sunt de hoc opiniones: & quidam distinguunt. Nam tribus modis quis duellat. Primò, offerendo duellum. Secundò, illud spōte acceptādo. Tertiò, acceptādo illud inuitè ad defensione vitæ aut rerum: sicut si iudex accusato de homicidio vel furto indicat vt se per duellum purget: alioquin habebitur pro conuicto, & condemnabitur. Et in primo quidem ac secundo casu dicunt illud esse mortale: non autē in tertio: sed est licitum indistinctè pro defensione non solùm vitæ, sed etiam rerū, & hoc tenet Gul. gl. Ray. ex hac ratione: quia nō licet defendēdo res, occidere raptore: quare, inquit, nō licebit eas defendere duello. Et hanc opinionem sequitur Sum. Ang. Gul. tamen credit hoc esse illicitum sacerdoti in causa criminali & ciuili. Quidam verò alij minus malè etiā in tertio casu subdistinguūt: quia si suscipitur inuitè iuditice indicente pro defensione vitæ est licitum. & hoc videt tenere Nico. de Ly. j. Regum xvj. vbi agitur de duello Dauid cum Golia: sed prō defensione rerum dicunt illicitum. Sed dico primò illicitum & mortale esse duobus primis modis, vt ab omnibus confessum est: & secundò non esse licitū tertio modo indistinctè: vt dicit Gul. nec cum distinctione aliorum: quia si esset licitū ratione defensionis, cùm ista sit de iure naturali, in quo sacerdos a laico non distinguitur, esset etiam licita sacerdoti: quod ille negat. Sed qa posset dici quòd est illicita ista defensio sacerdoti, nō ratione peccati, sed ratione irregularitatis, quā incurreret: potest sine peccato tanguo iterum: quia sic duellare iudice indicente, id est, duellare ad indaginem veritatis purgādo crimē: hoc est Deum tentare: quia inunquam licet: & ideò nō est simile de se defendēte, qui Deū nō tentat. Et hoc sensit S. Th. ij. ij. q. xcv. art. vlt. in fine dicens quòd eadem ratio videtur esse de lege duellorum, quæ & de iudicio ferri candentis & aquæ bullientis: nisi quòd duellum plus accedit ad rationē sortium, inquantum ibi non expectatur miraculosus effectus sicut in illis: nisi fortè quando pugiles sunt valde impares virtute vel arte. Iudicium autem ferri candentis & aquæ bullientis, dicit idem S. Tho. esse licitum: tum quia ordinatur ad iudicādum occulta, quæ diuino iudicio reseruantur: tum quia hoc iudicium non est diuina authoritate sanctum, & allegat cap. cōsuluisti. ij. q. v. ¶ Adde † tertiò, quia est quædam tentatio Dei: Dauid autem excusatur tanquam inotus à Spiritu Sancto: vt dicitur in c. monomachiam. Priuilegia autem paucorū nō faciunt communem legem. xxvj. q. ij. nō exēplo. Tutior est ergo & verior opin. Ray. quòd omnes indistinctè peccent mortaliter, & ita tenent nō solùm doctores ordinis prædicatorū: vt Sum. Con. Sum. Pis. & Archi. sed etiā Sum. Rosi. & Supple. & Gof. & Host. scilicet quòd sit prohibitum sine distinctiōe, quando est cum periculo vitæ aut membrorū. Nec est par ratio pugnare, q̄ zelus aut vita in duello & extra: quia extra duellum statur in terminis defensionis: non autem in duello: sed vterq; duellantiū est aggressor per se loquendo: non obstante q̄ aliquis ad duellū cōpellat: quia nō est coactio absoluta, sed cōditionata, quæ stat cū voluntario. ¶ Tertiò, † vtrum peccent mortaliter qui consentiunt aut pārticipant in crimine isto duellandi, maximè ratione cōsuetudinis? Et dico secūdum Ray. q̄ mortaliter in prædictis peccant primò duellantes siue offerāt duellū, siue suscipiant illud spōte, siue coacti: & secundò iudices deferentes illud, & præstantes authoritatem: & tertiò assessores. & quartò dantes in hoc consilium, auxilium vel fauorem. quintò sacerdotes dantes benedictionem huiusmodi. idē Gof. & Host. Adde sextò quòd & dominū illud in sua ditione admittentes, imò & tollerantes: qa desinūt manifesto facinori obuiare. Et septimò quilibet, qui hoc posset sine periculo & facile prohibere, & non facit: quia aut consentit aut negligit salute proximi corporalē & spiritualem in casu extremæ necessitatis: imò videtur quòd hoc casu quilibet hoc sciens teneatur orare, si aliter prouidere nō potest. & alios ad orādū prouocare, iuxta dicenda infrà de elemosyna corporali. Et octauò idem videtur de inspicientibus sine displicentia, saltem in ratione: quia placent sibi in eo q̄d est de se mortale. Nec in prædictis potest aliqua consuetudo excusare quādo sunt illicita: qa non sunt mala quia prohibita: sed prohibita quia mala, & contra ius naturale, contra quod nulla cōsuetudo valet. ¶ Quartò † quæritur, quæ pœna sit clerici pugnantis in duello aut participantium ei? Et dico quòd secundum Ray. iple debet deponi tamen episcopus potest dispensare si mors aut mutilatio non interuenit: vt in cap. j. extra de cle. pu. in duabus. si nō sequatur mors nec mutilatio: & clericus amiserit partem digiti, etiā in duello oblato: sed nō tantam quin sine scandalo possit celebrare, quantumcunque fuerit grauis excessus, potest episcopus cum tali potest pœnā pœnitentiam dispensare: arg. in d. cap. j. quod secūdum Ray. verū est, si necessitas vel vtilitas expostcat: sed si mors vel mutilatio interuenit, non potest episcopus cū tali dispensare in officio, secundum omnes: secus in beneficio, secundum Ray. cui licet videatur Host. contrarius tamē non est, nisi quo ad quòd dispensabit in beneficio indistinctè, non solùm habito, sed etiam habēdo quia d. c. ij. hoc indistinctè concedit: & pœnæ non sunt excendendæ: & beneficium, in quo fuerit cū dispensatum, habere poterit etiam in titulum, secūdum Gof. aut verius secundum alios tantùm in stipendium, sicut laicus, sine in sustentationē. xxxij. distinct. si qui verò. & ratio quia beneficium datur propter officium. xvj. q. j. generaliter. quo officio ex dispensatione episcopi iste vti non potest. Et nō solùm efficitur irregularis pugnādo per se, sed etiam per alios si mors aut mutilatio sequatur: & similiter omnes mādantes, consulentes, & defendentes: vt in d. cap. ij. iuncta glosi. Sum. autem Ang. videtur velle quòd ipse sit irregularis ex sola pugnatiam si mors aut mutilatio nō sequatur, sed hoc nullibi habetur clarè: ideoq; nō est dicendum. ¶ Quintò † quæritur, vtrū sint irregulares clerici afferētes reliquias pugnaturis in duello ad adiuuādum, si inde sequatur homicidium vel mutilatio? Et dico esse varias opiniones: qa Ray. videtur tenere quòd sic, eo quòd adiuuare videātur. Dicunt autem alij quòd non: sed bene distinguit Veruec. quia si eis non deferentibus nihilominus duellum futurum erat, non sunt cooperatores: nec videtur irregulares. aliàs sic. & hoc rationabiliter: qa reliquiæ illæ non conferunt ad occidendum: cùm nesciat nullitia Dei parrocinia dare crimīnibus, scilicet per miracula, quid faciat dando vires naturales. Si autem cōferrent, essent irregulares, etiam si aliàs futurū erat: qa essent cooperatores. ¶ Sextò † quæritur quid de clericis & capitulis, qui à secularī domino cogūtur subire duellū, aut res ecclesiasticas perderet: item quid de prælatis habentibus iurisdictionē temporalem: in quorum curijs iudicantur duella? Et dicit Veruec. quòd in omnibus huiusmodi casibus si clerici offertur, aut suscipiunt duella, vel per illa iudicāt, aut præstāt aliquam specialem authoritatem, pēcāt mortaliter: & si sequatur mors, sunt irregulares. Adde quòd videntur esse irregulares, secundum aliquos, etiam si non sequatur, quando ipsi propria auctoritate pugnant. Si autem talia fiant per œconomos vel præpositos seculares, a ministratores prælatorū sine speciali mandato eorū, peccāt quidē, inquit, mortaliter prelati talia tolerādo: nō tn credo q̄ efficiātur irregulares: ex quo super hoc speciālē authoritate nō præstant, licet præcipiāt suis balliuis quòd iustitiā faciāt in tali vel tali causa: quia in tali generali mādato nihil intelligitur de duello mādari. ¶ Septimò † quæritur, q̄d de iudicio ferri cādentis & aquæ bullientis? Et dico omnia huiusmodi eodē modo esse prohibita: quia in his Deus tētari videt: vt dicit extra de pur. vul. ¶ Octauò † quæritur, vtrū in duello facto ad veritatē indagādam semper Deus veritatem ostēdat iuuādo eū, qui est pro veritate, sicut credunt imitires, & huiusmodi? Et dico q̄ nō: vt exp̄ssē casus est de pur. vul. cap. ij. vbi innocētes victi narrātur in duello. Et idem eadem ratione est de iudicio ferri candētis & aquæ bullientis.

¶ Dvtta. vide infrà Latria.

De Ebrietate.

1 *Ebrietas quando peccatum esse dicatur, & quando pœna?*
2 *Ebrietas, num mortale sit peccatum? Et an ebrietatem procurans, mortaliter peccet: & quid si quis in suō vel alterius ebrietatem sanitatis gratia, consentiat? num. 3. & 4.*
5 *Ebrietas num hominem à peccato in ea commisso, excuset? Et circa delictum hoc, quæ sint considerāda? Et de his opiniones varias.*
6 *Cæsa ab ebrio, num efficacia sint, ac teneant?*

1 EBRIETAS † dicitur aliquando priuatio rsus rationis ad tempus ex immoderato potu rini, vel cuiuscunque rei potabilis: & hæc non est peccatum, sed pœna: aliquando verò dicitur actus potationis, ex quo causatur: & ista est aliquando peccatum. hæc ex Sanct. Thoma ij. ij. quæst. cl.

2 ¶ Primò † verò quæritur, vtrum ebrietas sit peccatum mortale? Et dico quòd quantum colligitur ex Sanct. Thom. ij. ij. quæst. cl. & Alexand. ij. ij. & glos. xxv. distin. §. aliàs ea demum. & Doctor. ibi. aut quis sciēter & volens inebriatur totaliter: & sic est mortale. cuius rationem assignat San. Tho. quia priuat se vsu rationis, quo operatur secundum virtutem: & exponit se periculo peccandi. Et intellige quòd priuat se sine causa rationabili: quia se priuare ex causa, vt in somno, nō est peccatum. Aut nesciens, & consequēter non volens: & hoc dupliciter, scilicet rarò: & sic est nullum aut veniale peccatum secundum negligentiam, qua vtitur quis ad cauendum. Aut assiduè: & tunc est mortale, secūdum Augu. vt in dicto §. aliàs. non quidem ratione assiduitatis vel iterationis actus, secūdum omnes: quia multiplicatio actuum venialium non facit mortale: sed quia non potest quis assiduè inebriari, nisi sciens & volens, vel notabiliter negligens in sciendo & cauendo. Si autem non inebrietur quis totaliter: sed tamen scit quid facit, licet sit valde grauatus: si hoc sciēter & sponte facit sine causa tractus dulcedine vini: non videtur, aut vix videtur excusari à mortali: quia notabiliter lædit vsum rationis sine causa: & cum periculo peccandi. Sed si hoc facit ex causa: puta ratione sanitatis, est veniale, vel nullum, & similiter si nō aduertit, est veniale, etiam si frequenter contingat, vt credo. ¶ Secundò † quæritur, quid de procurante ebrietatem alterius? Et dico quòd semper mortaliter peccat, si sciens & volēs operatur: & hoc sine sequatur ebrietas, sine non: & sine in alio sequatur cum mortali, sine cum veniali: quia cōsentit in malum, & periculum notabile proximi. Si autem ignorans & nolens operatur, est veniale, vel nullum. Si verò sciens quidem, sed nolens: vt quia scit quidem se prouocare ad immoderatum potū: nolēs tamen ad ebrietatem deducere, non est sine veniali: sed nō est mortale communiter, nisi fortè in excessu valde magno, qui nō potest arte diffiniri. ¶ Tertiò † quæritur, quid si quis cōsentiat in suam vel alterius ebrietatem gratia sanitatis? Et dicit Sanct. Tho. vbi suprà, quòd immoderatus cibus vel potus causa medicinæ ad prouocandum vomitum non est peccatum: quia talis cibus vel potus non est superfluus infirmo: sed propter hanc causam non debet potus dari vsque ad ebrietatem: quia tunc non excusaret à peccato: cùm vomitus aliter procurari possit, vt ex potu aquæ calidæ. hæc ex illo. Cuius dictum Sum. Ang. & Ros. extendunt ad hoc quòd sit peccatum mortale inebriari gratia sanitatis & medicinæ. quod verum est quando eadem sanitas induci potest per alias medicinas: vt in vomitu, quæ aliter prouocari potest: si tamē sanitas aliter procurari non posset, nisi per ebrietatem, ex qua nullum periculum sequitur: non video quòd sit mortale. Sed ex Sancto Thoma patet oppositum: quia priuare se vsu rationis ad tempus: vt deinde quis melius & diuturnius contempletur, non est malū, vt in somno patet. ¶ Quartò † quæritur, vtrum ebrietas excuset hominem à peccato sequenti in ea commisso? Et dico quòd cùm circa peccatum duo considerentur, scilicet pœna & culpa: quantum ad vtrunque sunt opiniones. Nam quantum ad culpam, si vsus rationis non perditur penitus: secundum omnes excusat, nisi fortè à tanto: sed si penitus perdatur, quidam dicunt quòd excusat à toto. Et hanc opinionem sequitur Sum. Angel. & Ros. indistinctè: quidam verò dicunt etiam indistinctè quòd excusat solùm à tanto. Sed Sanct. Thom. vt suprà, distinguit, quia excusat à toto, si fuit sine culpa: si verò fuit cum culpa, excusat solùm à tanto. quod quomodo debeat intelligi, vide eum in iij. distin. xvij. quæst. ij. articulo ij. quæst. iiij. ad secundū. ibi enim sic dicit. Effectus consequens, qui peccatum agrauat, tam in actu præcessit vel ut in causa: & ideo quando cōmissum est, totam suam quantitatem habuit, & ex effectu consequente nō accrescit aliqd quo ad rationē culpæ: & si accrescit quo ad pœnam accidentalem, secūdum quod plures habebit homo rationes dolendi in inferno de pluribus malis cōsecutis ex suo peccato. Et ratio, secundū metem eius, est: quia quādo ebrietas est cum culpa, est aliquo modo volita: & consequenter in ea sunt volita implicitè omnia, quæ sequuntur sicut volens proijcere sagittam sine adhibita diligētia, vult implicitè homicidium quod sequitur. ¶ Quantum ad pœnam verò quidam dicunt quòd non imputatur, nisi quod ex culpa immediatè procedit: non autem quod mediatè. Vnde ei, qui propter suam culpam excōmunicatur, non imputatur quòd beneficium intra tempus debitum non contulerit: nisi fuerit in mora petendæ absolutionis: quia culpa non est causa immediata, sed excommunicatio, quæ est pœna: & sic in proposito licet superflua potatio fuerit immediatè causa privationis vsus rationis, nō tamen homicidij vel alterius peccati: & consequenter, secundum istam opinionem non erit irregularis. Et ista est opinio Panor. in cap. quia diuersitatem. de concess. præbend. quam sequitur Summa Ang. Quidam verò alij dicunt quòd imputantur illi ad pœnam omnia, quæ sequūtur: & si occidat, erit irregularis. & hæc est opinio Richar. in iiij. distinct. xv. Sed opinionē secundam dico esse de mēte Sancti Tho. si ebrietas fuit culpabilis. vnde iste erit irregularis, etiā si culpa fuit lenis: sicut & qui iacit sagittā incautè dans operam illicitæ rei. ¶ Quintò † quæro, vtrum teneant gesta per ebrium: puta, cōtractus matrimonium? Et dico quòd nō, secūdum Veruec. & omnes, si est ebrius propriè, id est, penitus alienatus mente. secus si est bene confortatus, intelligens ramen quod facit, licet in multis succurratur ei per misericordiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

dium iuris, vt in iuramento, & confessione, & huiusmodi: vt suprà dixi in Blasphemia. §. vij.

De Ecclesia, & ecclesiasticis priuilegijs ac personis.

1 *Ecclesia & synagoga quid notent. Et cur Apostoli populum Christianu Ecclesiā appellarint? Item quotuplex sit Ecclesia de quibus hic figuratiue. Et de multiplici eius acceptione. remissiue. Christus cōiunctus sit Ecclesiæ, an membrum?*

2 *Ecclesia an errare possit? Et in quibus. Et quænam sit ecclesia illa, quæ errare nequit: & cuius doctrinæ infallibiliter inhærendum sit? num. 4.*

3 *Ecclesiæ Romanæ, quænam sint priuilegia? Et ibidem quòd à tribus ipsi priuilegia cōcessa sunt, à Deo scilicet, Papa, & Cæsare. Et quotuplicia sint huiusmodi priuilegia? Et ibidem de omnibus figuratim.*

4 *Ecclesiasticæ personæ, quænam sint, & quotuplex earum priuilegium. Et priuilegio clericali quinam gaudeāt, conclusiones variæ, de quibus suæ & apertæ, vbi deuotorum, seu Ecclesiasticarum personarum, proprietati rerū non renuntiantium, sed ne matrimonio quidem, septem genera referuntur?*

7 *Honorius regulam fratrum ac sororum de pœnitentia beati Dominici, approbauit, & Fraticatorum ordinem.*

ECCLESIA † est nomen Græcum, & Latinè sonat cōuocatio: sicut synagoga est Hebraicum, & latinè sonat congregatio: vnde ecclesiare est cōuocare vel concionari. Et ideo Apostoli Christianū populū semper ecclesiam, & nunquam synagogā appellari voluerūt: vt ipsis vocabulis Christianorum infelitas & discretio, Iudæorūq; infidelitas & bestialitas notaretur: et qui frequentius appellati sunt nomine synagogæ: quia, vt dicit Vgo, conuocantur homines propriè: pecora verò congregātur. vnde eorū sunt greges. Et sic dicitur ecclesia secundū Græcos ab ecclesijs, quod est miseratus quia misericordia plena sit, & nunquā redeuntibus sinum claudat. C. de sum. Trin. in epistola, inter claras. & de hæret. c. super eo. lib. vj. Videtur autē ecclesia esse idē quòd populus cōuocatus seu adunatus in dei cultu, quæ dicit ecclesia spiritualis. transsumptiuè autē locus, in quo populus ad percipienda quæ fidei sunt, cōuocatur: qui dicitur ecclesia materialis. Ecclesia autē spiritualis est duplex, scilicet generalis, id est, totus populus Dei Christo vnitus per fidē, aut visione. & spiritualis, scilicet ecclesia Christo p charitatē vnita. Quæ duplex est, scilicet triumphans iā Deo coniuncta per gloriā: & militans, quæ etiā est duplex, scilicet catholica siue vniuersalis, scilicet Dei populus p totū orbem diffusus, sed propriè ei cōiunctus per fidē & charitatem. & specialis, sicut ecclesia Mediolan. & Bononiensis, & huiusmodi, nisi esset Romana: quia illa est ecclesia vniuersalis in virtute: vt j. §. ij. Sumitur autē ecclesia alijs modis, de quibus vide extra ne prælati. vi. suas. in c. querelā. in gl. & specialiter sumit vt diuidit contra populū: sicut clericus & multitudo ecclesiasticarū personarū

2 dicitur ecclesiā: vt ibi patet. ¶ Primò † verò quæritur, quātum ad ecclesiam generalē, vtrū Christus sit ecclesiæ membrum, vel caput? Et dicit S. Tho. in iij. dist. xlix. quòd ecclesia dupliciter sumit, scilicet corpus Christi mysticū præcisè: & sic dicitur, spōsa Christi & corpus Christi mysticū simul cū capite, id est, Christo: vnde Christus est caput spōsæ, nō membrum:

3 est tñ membrū ecclesiæ. ¶ Secūdò † quæritur, vtrū ecclesia possit errare? Et dico secundū doctrinā S. Tho. & aliorū Doctorum q̄ errare non pōt in spectantibus ad fidē vel mores sed in his semper verum determinat: quia Christus pro ea orauit vt nō deficeret fides eius: & Spiritus sanctus docet eā omnē veritatē, scilicet in necessarijs ad salutē, vt sunt fides, & mores: & sic intellige xxiiij. q. j. à recta. & similiter creditur piè quòd errare non possit in canonizatione sanctorū, vt dictum est suprà, Canonizatio. §. iij. in alijs autem errare potest: quia sequitur humanam opinionem, quæ falli pōt. & sic intellige c. à nobis. el ij. de sentēt. excom. Vnde S. Tho. in ij. ij. q. j. vult quòd quilibet teneatur inhærere doctrinæ Ecclesiæ tanquā regulæ infallibili. vide etiā infrà Fides. & infrà visus. ¶ Tertiò † quæritur, quæ sit ista ecclesia, quæ errare nō potest, & cuius doctrinæ infallibiliter hærēdum est? Et dico quantum colligitur ex sancto Thom. & alijs Doctor. maximè Archiep. iij. parte. tit. viij. cap. iiij. §. iiij. quòd dupliciter dicitur, scilicet formaliter & virtualiter: & vtrunque horum dupliciter: & sic iterum quadrupliciter. Ista ergo dicitur primò formaliter & verè: & est omnis populus fidelis per totum orbem maximè Deo vnitus per charitatis amorē. Et secundò dicitur formaliter & repræsentatiuè: & est cōcilium generale. Tertiò dicitur virtualiter & formaliter simul: & est ecclesia Romana: quæ est caput omniū ecclesiarū virtualiter cōtinens authoritatem totius ecclesiæ. Quartò etiā virtualiter & repræsentatiuè simul: & est collegium Cardinalium cum suo capite, id est, summo pōtifice, siue papa vel caput ecclesiæ vtēs (scilicet auxilio siue cōsilio membrorum suorum, quantum potest ad indagandam veritatem: non autem est papa vt singularis persona, quæ potest errare. Et sic intellige glo. in dicto cap. à recta. dicentem quòd ecclesia, quæ errare non potest, dicitur nō papa, sed congregatio fidelium, quæ scilicet tenet fidem quam Petrus cum alijs populis docuit: & hæc dicitur Ecclesia Romana, & fides Ecclesiæ Romanæ siue sint Romæ siue alibi. & de his etiā suprà, Concilium. §. ij. & iij. & infrà fides. §. j. ¶ Quartò † quæritur, quæ sint ecclesiasticæ, id est, Ecclesiæ Romanæ priuilegia? Et dico quòd sunt triplicia, scilicet à Deo, à papa, à Cęsare cōcessa. ¶ Priuilegiū autem à Deo cōcessum ecclesię vniuersali vel Romanæ, est dignitas vel prærogatiua illi cōcessa in persona beati Petri primi Romani pōtificis, & vniuersalis vicarij Iesu Christi. Et hoc probatur per cap. omnis. distinct. xxij. Ex quo etiam patet, quòd tale priuilegium ecclesiæ est etiā papæ: & est multiplex: sed tantum quinq; enumerabo. ¶ Primum est quòd ipse Romanus pontifex est caput summum & vnicum vniuersalis eccle. siæ: super eam totam habens principatum, nulli inferior vel æquali, sed omnibus superior: ex quo etiam habet ipsa ecclesia Romana quòd sit caput princeps, & mater omniū ecclesiarum. Et ista patet in capit. non decet. xij. distinct. vbi etiam patet quòd eadem dicitur Ecclesia Apostolica & Romana: vnde eadem est Romana & Apostolica. distinct. xix. ita dominus. ¶ Secundum. Nam idem Romanus pontifex est generalis prælatus, habens super omnes iurisdictionem, & plenitudinem potestatis. ij. quæst. vj. qui se scit. cęteræ autē ecclesiæ vocaræ sunt in partem solicitudinis, non in plenitudinem potestatis: vnde pallio, in quo scilicet confertur pontificalis officij plenitudo: vt extra de author. & vsu pallij: ipse solus vtitur in missarum solēnijs semper & vbique: alij autem nec semper nec vbique: sed in ecclesia sua certis diebus. ¶ Tertium. Nam ipse condere potest statuta perpetua, firma & immutabilia. distinct. xj. cōsequens. quam firmitatem immutabilitatis habent Christus dicens. Et super hanc petrā. quasi scilicet ipse Christus sit fundamentum naturale. j. Corin. iij. Petrus autem etiam successorum quasi petra prima in fundamento, vnde ipse post Christum est ecclesiæ fundamentum, secundum Hieronym. Chry. Origenē, S. Tho. ¶ Quartum. Nam ipse solus dat robur & authoritatem conciliis & statutis conciliorum: vt ibi distinct. xvij. per totum. & ij. quæst. v. ideo. & iij quæst. vj. dudum. & hoc sequitur ex ij. & iij. ¶ Quintum. Nam omnes medicat. & à nullo potest iudicari. dist. xl. si papa. nisi inueniatur deuius à fide. ix. q. iij. conquestus. §. sola. & de hoc suprà Concilium. §. ij. & infrà Papa. §. iiij. ad quod reducitur quòd ipse habet interpretari omnia dubia: qui sil. sint legitimi, pervenzabilem. Sunt & alia multa. A papa etiam sunt ecclesiæ Romanæ & alijs concessa priuilegia: vt qp inijciens manus violentas in clericum sit excommunicatus: & in legatis ad pias causas sufficiāt duo testes: de testa. relatum. & huiusmodi. Ab imperatore similiter sunt multa cōcessa sparsā in iure ciuili, vt de immunitate ecclesiarū, & huiusmodi. ¶ Quintò † quæritur, quæ sint ecclesiasticæ pſonæ? Et dico multa ex doctrina Archidiac. ¶ Primum. Clericale priuilegium duplex est, scilicet personale, per quod clerici percuti violenter suaden. te diabolo sine excommunicatione non possunt. xvij. q. iij. si quis. & fori, per quod conueniri non possunt in causis ciuilibus, aut criminalibus sub iudice seculari. vj. quæst. j. de persona. nec de suis bonis patrimonialibus vel ecclesiarum, aut loco rum suorum talliari debēt: sed liberi sunt ab oneribus laicorum: vt impositionibus, præstātijs, gabellis, pedagijs, & huiusmodi. ¶ Secundum. Secundū Hie. xij. q. j. duo sunt genera Christianorum. vnum diuino officio, contemplationi, & orationi dicatum: vt sunt clerici, & Deo deuoti, videlicet cōuersi, nullam inter se proprietatem habentes. quod intellige secundum tempora, quibus clerici vitebant in communi secūdum Arch. vel de religiosis. hodie enim clerici seculares licitē proprium habēt: vt xij. q. j. in multis capitulis. & de pec. cle. per totum. Aliud genus est laicorum. Laos enim Græcè, Latinè dicitur populus. Vnde cùm ibi non detur tertium genus Christianorum, oportet omnem non comprehensum sub genere laicorum, pertinere ad genus clericorū, id est, deuotorum: & huiusmodi dicuntur ecclesiasticæ personæ gaudētes priuilegio clericali. Et isti, secundum Pan. c. ij. de foro cōper. hi qui alieno actu eripiūtur à iurisdictione Imperatoris, quæ est duplex, scilicet receptio ordinis, intellige etiā minoris & conuersio ad aliquam de religionibus approbatis. Adde verò quòd est tertius actus, scilicet quo quis se obligat & sua perpetuò & efficaciter alicui religioso vel clerico cū alteratione habitus, de mente eiusdem ibi. Adde etiam q̄ est quartus, secundum Ant. de Bu. vt infrà parti. vij. scilicet viuere in communi regulariter. Adde etiam quintum, id est, consuetudinem rationabilem & præscriptam, quæ habet vim legis. ¶ Tertium. Igitur personæ ecclesiasticæ sine dubio dictis priuilegijs gaudetes quo ad religiosos sunt canonici regulares, monachi mendicantes, & omnes in aliqua religione approbata vita vota profitentes. de statu monac. cum ad monasterium. Et similiter conuersi in huiusmodi religionibus obligati ad tria vota: vt expressè notatur in c. lex continentiæ. xxvij. quæstione prima. Et similiter quo ad personale priuilegium religionum & huiusmodi nouitij clerici, vel conuersi, vt personæ ecclesiasticæ censentur. de sentent excom. religiosis. lib. vj. Adde idē esse de his qui se & sua obtulerūt cū alteratione habitus. Et idem de monialibus, & earum nouitijs, & conuersis: vt in d. cap. vt lex. Et vtroque gaudent priuilegio, etiam si efficiantur apostatæ, vel reijciantur, vel licē. tientur ad manendum extra claustrum, si sint professi tacitē, siue clerici, siue conuersi, aut moniales, vel clerici seculares in sacris constituti non incedentes in habitu & tonsura, cùm scimur esse tales. vide infrà Excommunicatio. vj. §. quinto. ¶ Quartum. Et similiter quo ad clericos personæ ecclesiasticæ sunt omnes constituti in sacris, id est, subdiaconatu, & superiori constituti in minoribus: vt patet xj. quæstione j. de pœnis. si, depositi, & irregulares, nisi essent solenniter degradati: vt qui traduntur curiæ seculari. de pœn degradatio. libro sexto. Imò per Psalmistam, qui idem est quod prima tonsura: nec est ordo, sed dispositio ad ordinem: secundum Theologos efficitur quis clericus gaudens priuilegio personali d. canonis, si quis suadente. vt expressè potuit glossa distinctio. xxj. cap. j. & probatur per eapit. non dubium. & per cap. parochianos. de sent. excomm. In hoc tamen est differentia: quia in sacris constituti priuilegium clericale retinent semper, nec ei possunt renūtiare: & si de facto dimittant clericatum transeundo ad actus omnino contrarios, vt contrahendo, aut vacando militiæ, vel negotiationi, & huiusmodi, cogi debent redire ad clerum, & viuere clericaliter, licet non incidant in canonem, qui eos capiunt vel cædunt ignoranter: quia sine habitu & tonsura incedunt. Sed conjugati in minoribus, si sint clerici seculares, possunt liberè & sine peccato dimittere clericatum contrahendo matrimonium, vel alijs exercitijs omnino laicalibus insistendo. Et si contrahant cum vna & virgine deferentes tonsuram & habitum, retinent priuilegium canonis, si quis suadente. nec trahi possunt ad iudicium seculare pro excessibus in ciuilibus aut criminalibus, aut pſonaliter, vel pecuniariter à iudice cōdemnari: reali autem priuilegio nō gaudent in tallijs, & huiusmodi: vt de clericonjug. capite vnico. libro vj. Quando autem perdant priuilegium clericale, vide suprà Clericus. ij. §. finali. ¶ Quintum. De conuersis autem ad ecclesiam secularē siue clericorum secularium, vtrū sint ecclesiasticæ personæ. glossa in di. capite, vt lex. xxvij. quæst. j. distinguit: quia si retinent sibi sua, non gaudent huiusmodi priuilegijs: secus si se & sua alicui ecclesiæ tradūt: quia gaudent: licet teneret matrimonium si cōtraherent: & filij inde nati possent petere legitimam portionem de rebus oblatis ecclesię: vt xix. quæstione tertia. si qua mulier. & capite sequenti. quia non intelliguntur vouisse cōtinentiam, & renuntiasse proprijs, sicut conuersi vel oblati ad ecclesiam regularem. Sed Ioannes Andreas super cle. j. de decimis. limitat, quòd gaudent si hoc faciant realiter cū effectu. & per illud verbum, cum effectu, dicit tolli primò fraudes, vnde non gauderet hoc faciens ad fugiendū onera communitatis: quia fraus & dolus nemini debent patrocinari. de reseriptis. in capite, fedes. & secundò conditiones & pacta quę suspensum tenerent talium oblationum effectum: vnde non sufficit quòd sua donassent remanentes in seculo, retento sibi vsufructu. Limitare etiam videtur glossa in capite, vt priuilegia. de priuilegijs. si mutent habitū: ita quòd distinguatur ab habitu seculari: licet ex toto non habeant habitu monachalem. arg. xxxiij. quæstione quinta. quod Deo. vnde Archidiacomus super gloss. capite, duo sunt. xij. quæstione prima. dicit quòd tale ex quo habitum mutant, personæ ecclesiasticæ habentur, & priuilegiati intelliguntur. arg. xij. quæstione secunda. ecclesiarum seruos. Panormi. etiam in d. cap. ij. videtur limitare, vt non gaudeant maximè priuilegio fori, nisi sint oblati perpetuò & efficaciter. licet glossa in c. clericum. xj. quæstione j. velit indistinctè, quòd familia clericorū gaudeat priuilegio fori, quod speciale, inquit videtur in familia episcopi. de offi. Archi. capite fi. Sed ego puto in hoc standū cōsuetudini, si appareat aliàs nō gaudet, nisi sint ppetuò oblati, & aliqualiter habitum mutent. Quidam autem dicūtur minores gaudentes clericali priuilegio: de quo vide Panormi. ¶ Sextum. Quantum ad Deo deuotos autem, quorum scilicet aliqui ex sua professione non renuntiant proprijs nec matrimonio, nec aliquam regulam profitentur: dico quòd dicuntur ecclesiasticæ personæ gaudentes huiusmodi priuilegio personæ & fori. & quibus inferre iniuriam personis aut rebus, sacrilegium reputatur. xvij. quæst. iij. quisquis. Primò,

mulier

Universidad de Deusto
Biblioteca

mulieres canonicę seculares nuncupatæ, quæ apostolico privilegio eximuntur à potestate iudicis secularis: & si non sunt exemptæ in particulari, subsunt diœcesano loci: & ab eo vt ecclesiasticæ personæ visitantur, siue sint exemptæ, siue non: quamuis retineant proprium, & aliquam de substantialibus religionum approbatarum non profiteantur. & ita tenet Archidia. & bene, ratione consuetudinis & vitæ regularis, quandiu in ea tolerantur. Qui etiam subdit: Nec tamē ex hoc status earum approbatur. de quibus in cap. indemnitatibus. de ele. lib. vj. & in cle. attendentes. de statu monac. & in cap. dilecta. de maio. & obed. in glo. imò videtur quasi reprobari per cap. pernicioſum. xvij. q. iij. ¶ Et secundò ſoleniter pœnitentes, secundum gloſ. xvij. q. iij. quiquis quod probat per cap. aliud. xj. q. j. vbi dicit: Leo, q; talis, scilicet ſoleniter pœnitens, melius expectabit iudicium ecclesiasticum quàm foreſe: ſed non inſiſto hic: quia hodie talis pœnitentia non imponitur: ſed quaſi videtur prohiberi, de pœn. diſtin. j. quanuis. Pro quo vide ſi vis Panor. in d. cap. ij. de foro compet. tenentem quòd non gaudet. licet ipſi & aliæ personæ miſerabiles poſſint adire iudicem eccleſiaſticum. ¶ Tertiò, templarij: vt no. gl. xvij. q. iiij. quiſquis. & ibi Arch. quod de templarijs ſancti Ioannis Hieroſolymitani certum eſt: cùm profiteantur regulā beati Auguſtini, & teneantur ad caſtitatem, & ſuorum beneficiorum habeant vſum ſeu adminiſtrationem, non proprietatem. ¶ Quartò, milites gaudentes, de quibus licet habeant proprietatem, & ſint vxorati, dicit Ioa. de Lign. ſe conſuluiſſe, & Bart. ſe hoc notaſſe in l. ſemper. ff. de iu. in mu. quòd gaudent hoc priuilegio, niſi appareat eos in fraudem hoc feciſſe, talē habitum ſuſcipiendo, ſcilicet ad vitandum onera communitatis. de reſcript. ex tenore. ¶ Quintò, milites de ſpata nuncupati, portantes rubeæ ſpatæ ſignum in pectore, gaudent hoc priuilegio, vt religioſi, & eorum priuilegium per Nicolaum quintum renouatum eſt. ¶ Sextò, etiam eremitæ: vt dicit gl. xvj. q. j. qui vere. vbi dicitur quòd qui verè & purè ſolitariam eligunt vitam, digni ſunt conuenienti honore: non obſtante quòd poſſint habere proprium. xix. q. ij. §. econtra Paulus. & quæ ſit regula eorum, non inueniri. Sed contrarium tenere videtur Lud. de Roma, & Pan. & poſſet dici hoc habere locū in vagis & profugis nulli ſuperiori vel regulę aſtrictis: vide j. Eremita. §. j. ¶ Septimò, Ieſuati, qui licet nullā regulam profiteantur: tamen deferunt habitū religioſum, & viuunt in communi & continentur ſecundum quaſdam eorum obſeruātias deuotas. Ant. de But. tenet quòd vt personæ eccleſiaſticæ gaudeant huiuſmodi priuilegio: & dicit in c. nullus. de foro compet. quòd generaliter omnes personæ regulariter viuentes, ſunt eccleſiaſticæ, quanuis nō faciant profeſſionem: vt no. gl. in cap. indemnitatibus. de elec. lib. vj. de ma. & obe. dilecta. gl. quod facit, inquit, pro Ieſuatis maribus & fœminis: & idē dicit de muliere incluſa. alle. xj. q. j. de persona. quod videtur intelligi de incluſa ſpōte ob deuotionem & mutato habitu. Vide tamen Panor. vbi ſuprà tenentem contrariū. ¶ Septimum Quantum ad fratres & ſorores tertij ordinis beati Franciſci. qui dicuntur Pizocherij, ſunt opiniones: quia dicunt quidam, quòd non gaudent clericali priuilegio: quia nec ſunt religioſi, nec clerici. Et ita ſentit gl. in clem. cum ex eo. de ſent. excō. & Pan. ibi & Landu. & Ioan. Cald. in quodam cōſilio. & Feder. in alio conſilio. Alij verò dicunt quòd ſic: quia ſunt de ordine & modo viuendi approbato: vt in cle. j. de relig. domi. & ita ſentit Zen. in d. cle. cum ex eo. & Lap. & Io. de Ligo. & Archid. & Dyn. & Bart. qui tamen dicit ſeruari contrarium in ciuitate Peruſina: vbi conueniuntur ſub iudice ſeculari, & ſoluūt collectas, quod procederet, ſi dictum habitum aſſumpſiſſent in fraudem: & de ea conſtaret ſecundum Ioan. de Imo. Sive-

trò de ea non conſtet verior eſt opinio Zen. vt dicit. Sed Zab. per not. in cle. per literas. de præben. virtualiter diſtinguit dicens eſſe cōſiderandū ſtatū horū: quia ſi ſunt adſtricti ordini perpetuò vt egredi non poſſint, videntur cenſeri personæ eccleſiaſticæ: quia deputatæ perpetuò ad vſum pium: aliàs non. Sed addē tu quòd nulli tali poſt ſuæ regulæ profeſſionē licet ad ſeculum redire: ſed ad arctiorem tranſire religionē. Adde etiam quòd hæc quæſtio ceſſat ex priuilegio Eugenij tertij, quòd incipit, nimis. mandantis epiſcopis & prælatis, ne permittant eos in grauationibus ciuitatū & communitatum à laicis vexari, niſi haberent bona alijs obligata Inno. etiā indedit eis priuilegium exemptionis: quod incipit, nec per ſeculares. Aliàs ceſſante priuilegio, iuxta prædicta vera eſt opinio Zaba. ¶ Octauum. Quantum ad fratres ac ſorores de pœnitentia beati Dominici, idem dicendum eſt, ſcilicet quòd ſunt eccleſiaſticæ perſonæ: quia de ſimilibus idem eſt iudicium. de tranſact. inter corporalia. habent etiam regulam, quam profitentur, approbatam per Honorium† qui ordinem Prædicatorum approbauit: & confirmatam per bonif. ix. & Inno. cuius tranſgreſsio nō obligat ad mortale, cuius profeſsio impedit reditum ad ſeculum, & cuius modum viuendi coniugan aſſumere non poſſunt, niſi ex mutuo conſenſu: & quem ſi aſſumant, vti quidem poſſunt matrimonio, tamen ſoluere in eo, contrahere non poteſt ſine peccato mortali, licet teneat matrimoniū: quia aſſumptio talis ſtatus cum profeſsione habet vim voti ſimplicis: & poſſunt manere in proprijs domibus, & habere proprium: ac etiam collegialiter viuere, & in communi, ſi volunt propria ſponte, non ex vi regulæ: & quātum ad aliquid ſunt magis priuilegiati quàm fratres & ſorores beati Franciſci: quia iſti admitti poſſunt ad diuina fratrū Prædicatorum tempore interdicti: non aūt illi olim hoc poterant: vt in clem. cum ex eo. de ſenten. excom. Sed intellige quòd iſti gaudēt priuilegio clericali de iure, ſi ſunt perpetuo oblati cum ſuis: aliàs verò ex priuilegio, maxime Xiſti quarti excommunicantis omnes imponentes eis grauamina: & bulla plumbea eſt Bononiæ. ¶ Nonum. Quantum ad Manellatos & Pizocherios fratrum Eremitarum, idem dicendum eſt quod de prędictis ex priuilegio Bonif. ix. Vide de iſta materia Panor. vbi ſuprà in cap. ij. de foro compet. & de vxore clerici, & de multis alijs, vide etiam infrà Excommunicatio. vj.

❧ Rurſus de Eccleſia ſecundò, quo ad materialem in genere & in ſpecie.

1 *Eccleſia materialis quanam ſit? Et quot requirantur, vt eccleſia eſſe poſſit? Et ibidem, Oratorium cuius authoritate fieri poſſit? Et de multiplici horum acceptione.*

2 *Eccleſia materialis à quo, et qualiter fundari debeat et non?*

4 *Manſus, quis aliàs varię ſumitur, qualiter hic accipiatur? Et num eccleſia mendicantium ſine dote ædificari poſſint. & quid de eis, quæ in monaſterijs reductis habentibus ædificantur?*

5 *Eccleſia vbi ædificari debeat, & quis eam reparare teneatur? numero ſexto.*

7 *Iura de eccleſiarum deſtructione, quid ſancitum ſit? Et in hac concluſiones tres.*

8 *Præſentatus ad eccleſiā parochialē, ſi in ſacris nō ſit, nū ad eā admitti debeat, ac poſſit? Et an ei cōferri queat, qui annū xxv. non attigerit. 9. Et ibidē cui collata fuerit, ad quid teneatur?*

10 *Epiſcopus, an diſpenſare queat, vt obtinens eccleſiā parochialem inſiſtendo ſtudio, non teneatur, niſi ad ſubdiaconatum, intra annum promoueri. Et quid ſi intra promotus nō fuerit. Vt ad ſacerdotium intra quantum tempus promoueri teneatur?*

11 *Diaconus ad eccleſiam promotus ſine parochialē: cuius patrōcinium poſſeſſionem vltima die menſis Septembris adeptus eſt: ne-*

gleſit, aut vſque ad quatuor tēpora Septemb. ad ſacerdotium promoueri. & in ſabbato quatuor temporum eiuſdem promoueri nullo modo poſſit: an menſe ſibi ſimto. & conſequenter anno, vi conſtitutionis cap. licet. de elect. libr. vj. priuatus ſit dicta parochiali eccleſia?

12 *Prædere liceat quis quod accidere poteſt, teneatur: dominare tamen non tenetur.*

ECCLESIA† materialis quantum ex vario iure colligitur, eſt locus publicus, id eſt, epiſcopali authoritate conſtitutus & conſecratus, in quo fideles conueniūt ad percipiēda fidei ſacramēta. Vñ ad eſſe eccleſiā tria requiruntur. Primò, q; ſit ab epiſcopo fundata. Secundò, q; ſit facta ad percipienda ibi ſacramenta. Tertiò, q; ſit conſecrata: alioquin nō eccleſia, ſed baſilica dicitur, id eſt, domus regis, ſcdm Pan. in rub. de conſe. eccle. vel alt. alleg. gl. cū tex. in c. j. de reli. do. quod facit ad ſtatutū q; delictū commiſſum in eccleſia nō conſecrata, non ſit cōmiſſum in eccleſia: gaudet tñ eodē priuilegio quo & conſecrata, ſi fundata ſit authoritate epiſcopi, ſcdm Pano. in c. ſi. de conſe. eccle. vel alta. pro quo multa ibi allegant in gl. Oratoriū aūt fieri pōt etiam authoritate priuata in domo propria, dūmodo nō fiat in forma eccleſiæ, ſcdm R. ay. & in eo non miniſtrantur ſacramenta regulariter: cùm ibi nō liceat celebrare ſine licentia diœceſani: alioquin clericus celebrans ibi, debet deponi. de conſe. diſt. j. vniuerſi. & c. clericos. Aequiuocē tñ tam oratoriū quàm baſilica dicit eccleſia. Dicitur verò eccleſia materialis, aliqñ eccleſia matrix: quæ aliqñ eſt eccleſia cathedralis: vt in c. venerabili. de ver. ſig. aliqñ eſt baptiſmalis ſeu parochialis: vt in c. ex tuā. miſſā de præſcri. & in c. ad audientiā. el j. de eccle. ædi. vt no. Car. in cle. ne Romani. de elec. ¶ † Primò verò quæritur, à quo debeat materialis eccleſia fundari? Et dico quòd fundari non poteſt authoritate diœceſani: vt in authen. de eccle. tit. §. ſi quis autem. & de conſe. diſt. j. nemo. el j. & hoc verum in locis non exemptis: in exemptis verò nullus ædificare poteſt ſine licentia ſedis apoſtolicæ: vt in cap. authoritate. de priui. lib. vj. & ſic intellige c. de locorum. cum c. ſeq. de conſec. diſt. j. Exempti autem conſtruere nō poſſunt eccleſias, oratoria, vel capellas in locis nō exemptis ſine diœceſanoru authoritate: nec facere celebrari in conſtructis, vel celebrare tempore interdicti. in caſibus non expreſsis. aliàs per ordinarios compelluntur: cōtra quos ſi propter hoc eorum conſeruatores ferrent ſententias: non valent: vt in d. c. authoritate. in locis verò exemptis prædicta conſtruere non poſſunt ſine licentia ſedis apoſtolicæ: vt in d. c. authoritate. & ſic intellige c. de locorum. cum c. ſeq. de cōſec. diſt. j. ¶ † Secundò quæritur, qualiter debeat fundari? Et dico quòd diœceſanus ponere debet primariū lapidem, & crucem ibi figere, & deſignare cœmenum, & petere dotem ſufficientem, ſine qua conſecrare non debet. de conſe. di. j. c. ſi. nemo. & c. placuit. quæ dos ſufficit, ſi ſitvnus manſus. de eccle. ædi. c. j. Quid† manſus dicitur multipliciter: vt no. glo. in c. ſcdm canonicam. xxiij. q. vij. & ſecundū Pan. in c. j. de cenſi. accipit hic pro dote neceſſaria ad ſuſtentationē miniſtri: & ſcdm Arch. eſt prædiū ſufficiens pro vno pari boū: quod totaliter liberū eſſe debet ab omni ſeruitute tpali: vt de eccle. ædi. c. j. Et talis quādiu fuerit in hac paupertate, nō tenebit ad hoſpitalitatē, nec ad perſoluendū aliqd epiſcopo, niſi quātū pōt, donec veniat ad pinguiorē fortunā. arg. de conſue. cū dilectus. Eccleſię tamen mendicantium ædificari poſſunt ſine dote: & ſimiliter quæ ædificantur in monaſterijs habentibus reditus: vt no. in c. j. de cēſi. ¶ † Tertiò quæritur, vbi debet eccleſia ædificari? Et dico q; in proprio, & nō in alieno ſolo: ſi autem fundata fuerit in alieno, ſecundū Ray. & Hoſt. ſi dominus ſoli laicus erat, & hoc ſciuit, & non contradixit, ſibi imputabitur: & eccleſia libera manebit. arg. diſt. liiij. ſi ſeruus. Si verò ſ ignorauit: eccleſia quidem remanebit conſtricta & libera, nec efficietur laico ſenſualis: ſed tñ ille, qui contraxit, tenetur domum ſeruare indemnē: vel etiā epiſcopus ſi ponēdo primariū lapidē, vel etiā poſtea in cōſecratione fuit negligens, ſcilicet ad veritatē indagandā. arg. de cōſe. diſt. j. nemo. & xiiij. q. ſi cōperimus. Si verò ſolū erat alterius eccleſiæ vel collegij eccleſiaſtici: eccleſia debet ei reſtitui hoc modo q; eccleſia cōſtructa ſit ei ſubdita quo ad ius patronatus. xvij. q. iiij. quæ ſunt. xij. q. ij. apoſtolicos. ¶ † Quartò quæritur, qs teneatur eccleſiā reparare? Et dicit Hoſt. q; ſi fabrica habeat ſuper portionē deputatā, de illa reparari debet. x. q. iij. vtrio. & ſi nō ſufficit, rector & alij in ea beneficiati cōferre debēt beneficia. extra eo. c. j. & xvj. q. j. ſi monachus. in quo caſu ſtādū eſt diſpoſitiōi epiſcopi vel maioris partis capituli. de his quæ fi. à ma. par. ca. c. ſi. Alicubi etiā hoc laici facere ſuis expenſis: & vbi ē conſuetudo, tenent, cùm ibi percipiāt eccleſiaſtica ſacramenta, & audiāt diuina. xvj. q. vij. quicūq;. & c. filijs. & cōpellendi ſunt talē cōſuetudinē ſeruare. de ſimo. ad apoſtolicā. & ſi talis cōſuetudo nō reperiat: quartā, q; retinū, quæ quondā à populis fabricæ deputata eſt, ſoluāt q; eā percipiūt nulla obſtante præſcriptione vel conſuetudine: ſed poſt reparationem quarta redibit ad eoſdē. & ſic intelligitur illud xij. q. ij. de reditibus. & tribus ca. ſequentibus. Et idem ſentit Pan. in c. j. de eccle. ædi. dicens q; prælatus tenetur dare quartā reditū ad hoc, ſi ſpeciales non ſunt deputati, vel ſi conſuetudo nō tranſtulit onus fabricæ in populū: quo caſu ipſe tenetur. Nec valet cōſuetudo in cōtrarium. xij. q. ij. cognouimus. Et idem dico de omni bñficiato in ea: vt in d. c. j. quod limita, ſcdm eundem in c. de his qui. de ec cle. ædi. quando detractis ſibi neceſſarijs aliqd ſupereſt. limita etiā populū conſuetudine teneri, niſi ipſe egeret, & eccleſia abundaret. arg. c. aurū. cū ſi. xij. q. ij. ¶ † Quintò quæritur, quid iura velint de eccleſiarum deſtructione? Et dico multa. ¶ Primū. Eccleſia, & præcipuè cōſecrata, vel oratoria, monaſteria & huiuſmodi, reuerti nō debet ad ſeculare habitationē & vſus, pfanos. xvj. q. ij. quæ ſemel. & c. quoniam. vt dictū eſt ſuprà Benedictio. §. vj. imò etiā hoſpitale ad aliū vſum coeuerti nō poſſet. extra de reli. do. c. ad hæc. Si tamē deſtruatur monaſterium, ſecundū glo. in d. c. quæ ſemel. de lignis & lapidibus cōſtrui poteſt dormitoriū, vel alius locus honeſtus, vel etiam in coquina ſua ligna comburi à monachis. de conſecr. diſt. j. ligna. Sed ad priuatos vſus conuerti non debent. Locus autem remanet ſacer, licet diruū ſit ædificiū. ¶ Secundū. Secundum Ioan. And. in glo. ſuper §. quæritur ſi monaſterium. xiiij. q. iij. de monaſterio fieri non poteſt eccleſia ſecularis: vt in d. c. q; ſemel. niſi enormiter viuant, quo caſu remoueri poſſunt monachi, & inſtitui canonici ſeculares, cum authoritate tamen Papæ: vel niſi ita ſit quòd non inueniantur aliqui de ordine illo, per quos locus poſſit ordinari: vel niſi aliter non poſſit locus ille reformari quàm per canonicos. Econtrario videt quòd epiſcopus de eccleſia ſeculari poſſit facere regularem. xvj. q. vij. ſi quis vult. ¶ Tertium. Altaria conſecrata ſine authoritate epiſcopi deſtruenda non ſunt. de conſec. di. † ſtinct. j. eccleſia. ſicut nec inſtituenda ſunt altaria in eccleſia conſecrata: diſtinct. lxviij. quanuis. altaria autem non conſecrata ſicut preſbyteri poſſunt propria authoritate inſtituere in eccleſia nō conſecrata: ita & deſtruere, & de his ſuprà Altare. §. ij. ¶ † Sextò, quo ad eccleſiam parochialem quæritur, vtrum preſentatus ad eam poſſit admitti, ſi non eſt in ſacris? Et dico quòd ſic, modò intra tempus debitum poſſit ordinari in ſacerdotem. c. ſi ij. de teſti. lib. vj. ſed ſine præſentatione non poteſt inſtitui, niſi diſpenſatiuè, ſecundum Ioan. Andr.

Universidad de Deusto
Biblioteca

9 10 c.præterea.de ætа.& qualit.or. ¶† Septimò queritur vtrum conferri possit ei, qui xxv. annum non attigit? Et dico quòd non, sed collatio ipso facto nulla est: & tenetur, qui assumit, fieri sacerdos intra annũ à tpe cõmissiõis & adeptæ possessio nis aliàs ea priuatus est, & vacat. Item tenetur personaliter residere: licet in hoc dispẽsare possit episcopus ad tempus ex causa. de elec. licet canon. lib. vj. nõ tamẽ vacat sic vi alteri cõferri possit statim cũ tale tẽpus trãsiuit q̃ tam intra annum ordinari x̃ pòt, sed solũ elapso anno. & de hoc i. Beneficium 10 uj. §. ij. & j. Pœna. §. xv. Episcopus † etiam dispensare potest q̃ obtinens parochiale ecclesia infirmẽdo studio nõ teneat̃ promoueri intra annũ, nisi ad subdiaconatũ: ad quẽ si nõ fuerit promotus, priuatur est, vt de sacerdotio dictũ est. Ad sacerdotium verò non tenebitur vsque ad septennũ: & interim, quideatur ecclesiæ per vicariũ, & elapso septennio intra annum debet fieri sacerdos: alioquin dictã pœnã incurrit. de elec. cũ 11 ex eo. lib. vj. ¶† Octauò, posito q̃ quida diaconus fuerit promotus ad ecclesiã parochialẽ: q̃ vltima die Septẽbris habuit pacificã possessionẽ ecclesiæ, & neglexit vsq; ad quatuor ti pora Septembris, promoueri ad sacerdotiũ, & in sabbato quatuor temporũ dictũ mensis nullo modo potuerit promoueri: quæritur vtrũ finito illo mẽse, & cõsequenter anno sit priuatus per cõstitutionẽ c. licet. de elec. lib. vj. & dicit Io. An. regula, imputari. de reg. iur. lib. vj. in mercẽ. q̃ nõ: cũ in primis sabbatis non fuerit in mora: & hoc etiã respectu pœnæ de qua loquitur: & sic in casu, quo nõ præcesserit mora vel culpa, nõ imputatur. Et hoc etiã procedit q̃n impedimentum superueniens in vltimo sabbato nõ fuit ex culpa ipsius: & fortius si à principio distulit ex causa iusta. Et licet dilatio recipienti sacerdotiũ potuerit inducere culpã & morã & cõscientiæ læsionẽ: nõ tamẽ induxit morã vel culpã, de quo loquimur. Nec iste dicit̃ se arctare q̃ ille nõ dicit̃ se arctare in veniendo, qui arripuit iter tẽpore quo plerique illius conditionis homines pertenire solẽt. ff. de ver. obli. l. cõtinuus. Nec est obligatus ad operã, q̃ incipit eo tpe quo perfici poterat sedm operam diligentis ædificatoris: vt cadẽ l. item q̃ insulam. Vñ cũ verisimiliter sedm morem aliorum ordinandorum ille diaconus intra tempus ordinari posset: non posset dici se arctasse, cùm tempus congruum & sufficiẽs haberet. Et † licet quis pręndere teneatur interdum, quòd potest accidere, non tamen tenetur diuinare. De ecclesia etiam parochiali, vide suprà Commenda. §. ij.

Rursus de Ecclesia tertiò quantum ad bona temporalia.

1 *Ecclesia quo ad temporalia duobus se habere modis dicitur, in dando scilicet atque recipienda.*
2 *Ecclesiam à quo quis possit & debeat recipere? Et quid si clericus a laico acceperit, nec monitus resignet?*
3 *Emptum de ecclesiæ pecuniis, num ecclesia sit? Et quibus casibus res empta, illius efficitur, cuius est pecunia?*
4 *Ecclesia pro alienis debitis, an obligari queat? Et quid de eius possessionibus?*
5 *Legatum ecclesiæ adipiscendæ factum, num cum fructibus intermedij temporis solui debeat?*
6 *Ecclesiæ donari quantum possit?*

1 ECCLESIA † tertiò quantum ad temporalia duobus modis se habet, scilicet in dando vt cùm quis eius occasione lucretur, etiam si ipsi non sit annexum beneficium: & in recipiendo vt cùm ei donatur, vel legatur. ¶† Primò verò quæritur, à quo possit quis ecclesiam recipere? Et dico quòd solùm ab ecclesiastica persona potente illam de iure cõferre: clericus autem, qui ex collatione laici ecclesiam recipit, vel tenet si monitus non resignauerit, ab officio vel beneficio suspendendus est: & si perseueret contumax, deponendus 2 est: laicus verò excommunicandus. de iure patr. cap. præterea. & cap. relatum. cõiuncto ca. si autem. xj. quæstio. iij. & cap. cum non ab homine. de iudi. ¶† Secundò quæritur, vtrum emptum ex pecuniis ecclesiæ, sit ecclesiæ? Et dico quòd sic. xij. q. ij. §. & q. v. ca. fin. tũ quod est adeò vetũ, vt si clericus habeat pecuniam de prębenda vel ecclesia sua, & inde prædiũ emat: licet illam pecuniam potuisset dare alijs inuitis pie tatis motu tamẽ potest dare prædium: quia statim acquisitum fuit ecclesiæ, siue ei⁹ pũ fuerit nomine ecclesiæ, siue nomine alterius. de pec. cle. c. j. & c. inquirendum. & propter hoc non potest clericus illud alienare. & eodem modo si quis de pecunia ecclesiæ, quam habuit furto vel rapina seu depositi possessionem sibi emit: quia ecclesiæ fit, vt dictum est. Idem Pan. in d. c. inquirendum post gl. quæ nor. tres ealus, in quibus res empta ex pecunia alterius, efficitur illius, cuius erat pecunia, scilicet in nullite, minore, & ecclesiã: licet Host. dicat quòd in ecclesia iure non probatur. Sed hoc habet antiqua magistrorum interpretatio, quæ minimè est mutanda. ff. de legi. l. minimè. Hoc tamen satis probari potest per d. cap. j. & comunia 3 niter hoc tenetur per gl. iuris ciuilis: quinimo hoc crederem procedere in quolibet clerico: quia priuilegium attributum militi seculari, extenditur ad militem Dei: vt not. Cardina. & glos. in l. miles. ff. de re iudic. ¶† Tertiò quæritur, vtrum ecclesia pro alienis debitis possit obligari? Et dico quòd non: tiee eius possessiones: & si quis obligauerit, est sulpẽsus ab administratione temporaliũ & spiritualium: extra de sole. cap. ij. poterit tamen hæc sententia per episcopum relaxari: quia Papa sibi non retinuit absolutionem: de sentẽt. excõmunicatio. quia periculosum. libr. vj.

¶† Quæritò quæritur, vtrum legatum ecclesiæ construendæ seu monasterio, debeat solui cum fructibus interme dij temporis? Et dicit Panormita. in cap. nos quidem. de testa. quòd sic: vt consuluerunt Barto. & Francis. de Albe. quia testa tor præfati ea. nos. dicit quòd relicta ecclesiæ construendæ solui debent sine diminutiõe. & facit pulcher tex. in l. si ita relictum. §. Pegasus. ff. de lega. ij. vbi dicitur quòd si rel nquitur prædium in certum diem: puta post decem annos, vel cùm legatarius erit pubes, debetur prædium cum fructibus interme dij temporis, si dies fuerit apposita fauore legatarij. Sic autem in casu nostro dies apponitur fauore ecclesiæ vel monasterij: quia si fuisset constructa tempore testamenti, legatus simpliciter, & non in diem.

¶† Quintò quæritur, quantum ecclesiæ donari possit? Et dico quòd ei donari potest in infinitum absque infinitam nem authen. de nõ alien. aut permutan. reb. eccl. §. si minus. col. ij. quod tamen in ipso fallit, qui ad cõstruendum monasterium conferre potest quinquagesimam bonorum ecclesiæ suæ: ad ædificationem verò alterius ecclesiæ solùm centesimam. cõquæstione ij. bonæ rei. nec requiritur nouus consensus, quantiues semel à iure concessum sit. Si autem plures donationes fecerit, & excedant quinquagesimam vel centesimam, excedent siue vltima reuocabitur, & non omnes, secundum Pan. & docto. in capit. apostolicæ. de don. Quidam tamen dicunt debere certam partem subtrahi de qualibet donatione quod procedit vbi simul essent factæ: vel vbi nõ apparet̃ de anteriori tate, non aliter: quia primæ sunt effectũ finiti fortiæ: & consequenter propter vltimam reuocari non debent: quia quod legitimè factum est &c. vide etiam infrà Episcopus. §. viij. Cuius autẽ sint oblationes factæ capellæ intra ecclesiam, suprà Decima. §. ij. part. iij. Qualiter etiam bona vacantium ecclesiarum non debeant occupari, suprà Beneficium.

cium. v. in princi. Qualiter etiam res ecclesiæ alienari possit, 5 Alienatio. per totũ. Qualiter etiã sint excõmunicati occupantes bona vacantiũ ecclesiarũ, j. Excõicatio. viij. excõmunicatione xiiij. per totũ. Multa etiã habes de materia ecclesiarum 5 Cessatio, & Cõsecratio, & j. Immunitas, & Oratorium.

De Ædificijs.

1 *Ædificium vnde dictum sit, & quid si in alieno solo efficiatur? Item quid de casa piscandi causa in mari facta? Et ibidem limitationes ad secundum quæstum tres.*
2 *Ædificans in suo de alieno, ad quid teneatur? & an eius, quod sit, dominus efficiatur? Et quid si tum dãna vicinis fiat. nu. seq.*
4 *Ædificans ædificium quod dam, proprio impendio demoliri compellitur. Et ic quando? Et num quando aliquid in alieno domino inuito fieri possit. nu. seq.*
6 *Ædificare castra, vel noua ædificia, quãdo quis possit? Et ic.*

ÆDIFICIVM † dicitur quasi ædium factio, & est ædes ipsa: de quo multa reperiuntur in iuribus tradita. ¶ Primum. Si quis de suo ædificauerit in alieno solo: ædificiũ efficitur eius, cuius est solum. Instit. de re. di. §. & ex diuerso. Si tamen intendens piscationi casam ædificat in litore maris, sua est quãdiu durauerit. ff. de re. di. l. intantũ. Fallit quod dictũ est, primò quãdo ædificatum est de rebus ecclesiæ: quia solũ cedit ædificio. xij. quæst. j. c. apostolicos. secundum Io. quem ibidem. & in cap. inuestigandum. de pecul. cler. secũdum Ber. Sed tamen intellige quod ecclesia soluer pretium soli. Secũdò, quando ædificans habet nuvel causam in re à dominovt emphyteuta, feudatarius, commodatarius, aut inquilinus, qui ædificauit vt pleniore vtum haberet: quia dominus tenetur 1 et, licet ædificauerit in alieno sciẽter: vt no. in d. §. & ex diuerso. Tertiò, quãdo quis ædificauit in alieno solo bona fide credens ædificare in suo: quia in conscientia, secundum aliquos, dominus soli tenetur ei vel ad vendendum fundum, vel ad tã 2 tisfaciendum ei pro ædificio ar bitrio boni viri. quod verum puto si dominus fundi vel rerum illarum sine suo dãno potest. arg. dicendorum j. particula v. ¶ Secundum. † Si quis ædificat de alieno in suo solo, ædificium est suum. l. adeò quidẽ. §. cum in suo. ff. de acqui. re. do. sed restituet ætimationẽ de iure, si fuerit condemnatus in duplũ. d. §. cum in suo. & l. gẽnia. ff. ad exhibend. & si destrueretur ædificiũ, posset petere suum, puta trabem, si modò duplum nõ fuerit consecutus. d. §. cum in suo. & Instit. de re. di. §. cum in suo. Sed in conscientia, si non fuerit condemnatus, sufficit restituere ætimationem solũm. ¶ Tertium. † Ædificatus cum damno vicini sui, 3 non tenetur ad restitutionem, si non facit animo nocẽdi proximo, sed sibi consulendi. lege j. §. denique. ff. de aqua plu. arcen. quia vsque ad eũ si⁹ potest quis eleuare suũ ædificium, si est sibi vtile, & non habet seruitutẽ d. alterius. ff. si ser. ven. & tenet glo. ibi c. cum ecclesia. de elec. in verbo, iniuriarum. Secus si animo iniuriandi proximo hoc faceret: quia siue noui operis denũtiatio fit facta, siue nõ, in conscientia tenetur. d. 4 §. denique. ¶ Quartum. † Ædificans aliquãdo tenetur suum ædificium propijs sumptibus demoliri: quando scilicet post denũtiationem noui operis siue iure siue iniuria ædificauit. ff. de ope. no. nun. l. prætor ait. §. j. extra eo. tit. per totum.

1 ¶ Quintum. † Potest quis aliquãdo aliquid facere in alieno inuito domino, secundum Arg. de Are. Instit. de l. fu. cani. tolen. quãdo scilicet faciẽti prodest, & domino nõ nocet: vt ibidẽ. & in l. j. §. fi. ff. de aqua plu. arc. Secus verò si lederet. C. de seruit. & aqua. l. aquæ. & ff. si seruit. vẽdi. l. & si fortẽ. in prin. & l. sicut. §. pe. Et dicit idẽ quod nemo potest facere in suo qđ alteri nocet, & sibi nõ prodest: & quod si facit animo nocẽdi, tenetur de dolo. d. l. j. §. denique. & ff. de dam. infec. l. Procu-

lus. ¶ Quando † autem quis possit ædificare castra vel noua ædificia, vide 5 Bellum. j. §. vlti. & j. Noui operis nuntiatio.

De Electione & eligendo primo in genere.

1 *Electio secũdum mores iuxta Thomã & Philosophũ quid sit: Et quid iuxta Canon. Et quid à collatione & præsentatione differat.*
2 *Electio à quo fieri debeat, vel possit? Et an ius vniuersitatis in vno solo remanere queat?*
3 *Eligere quinam possint ex collegij membris? Et in hoc conclusiones quatuor.*
4 *Iura de absente, quantum ad electionem pertinet, quid sanxerint, Conclusiones tres?*
5 *Eligendi potestate tredecim hominum genera priuantur, de quibus hic plenè & ex ordine disseritur.*
6 *Electionis celebrandæ, qui & qualiter accersendi sint? Ad quod conclusiones quinque.*
7 *Electioni celebrandæ, aut consensu præstando, aut confirmationi petendæ, quodnam tempus sit statuẽdum? Et electione absoluta, quid electores, & quid electi facere teneantur?*
8 *Electioni faciendæ, num terminus tribus mensibus minor statui queat: ita vt si in eo non conueniant vocati, liceat ad electionem proceder possint?*
9 *Electio, quo in loco facienda sit: & quomodo, & eiusdem quid forma electionis faciendæ tres sint. num. 10.*
11 *Electio quenam cassanda sit. Et quæ electio valeat, vbi duæ simul procedunt. num. 12.*
13 *Electores quibus rebus sibi ipsis eligere possint: & quibus ad alios eligẽdi potestas deuoluatur? Et sub hac quãdo eligentes priuati sint eligendi potestate: & in hoc casu electo reconsentur.*
14 *Eligi quisnam possit: aut contrà quis non possit. nu. seq.*
16 *Eligi ne quis possit, impedimenta referuntur octo. Et quid si quis non obstantibus impedimentis, eorũue aliquo, eligatur: an teneat electio?*
17 *Excõmunicati si qui sint in capitulo, vel collegio, aut sustenti, aut de hoc dubiũ sit: nec sine scãdalo expelli possint: aut de quo hoc dubitatur num electiõi interesse debeat, quid agendũ sit?*
18 *Eligere ex multis eligibilibus quemnã quis teneatur? Et subdisce quod peccatum mortale omne ad prælaturam, officium ecclesiasticum, & similia indignum reddat.*
19 *Peccatum mortale ex sue genere est, quicquid contra iustitiam est. Et ibidem Sum. Ang. refellitur.*
20 *Religioso an ex electione extra ordinem suum facta ad prælaturam ius acquiratur? Et quid si electioni de se ad prælaturam extra monasterii suum facta consenserit religiosus?*
21 *Electioni decretum, num fidem plenam pro electo faciat? Et an electioni electus consentire teneatur? nu. 22. Et an canonicè electus melius faciat assentiendo quàm dissentiendo. nu. seq.*
24 *Electiones duæ in ecclesia eadem de se factas, num quis prosequi queat?*
25 *Eligendi quempiam ex odio, ad quid electo teneatur?*
26 *Consiliculo circa electionem quid possit, aut minimè.*

ELECTIO † quantum ex Sancto Thoma colligitur 1 j. ij. quæst. xiij. & Philosopho in quinto Ethico. & ex ipso suo nomine, est multorum placentium in ordine ad finem vnius præcepti: sicut si ad iter placeat equus ac nauis, & magis placeat nauis, & præaccipiatur, id est, citius accipiatur, dicitur nauis eligi: sed descendendo ad electionem canonicam, secundum Host. & Ioan. est idoneæ personæ ad dignitatem vel fraternã societatẽ seruata forma canonica facta vocatio. Vñ differt electio à collatione & præsentatiõe qa electio fit p collegiũ ad dignitates & cõfirmat̃ à papa vel alio: sed collatio fit ad beneficiũ simplex: & iure cõmuni pertinet

Universidad de Deusto
Biblioteca

Colla. ad episcopum cū capituli cōsensu per totam diœcesim & dat plenū ius,nō indigens cōfirmatiōe:sed præsentatio pertinet ad patronū:nec dat plenū ius præsentato:sed requisit institutio & inuestitura episcopi:vt de iure patro. per totum.

2 ¶ Primò † verò quæritur,à quo electio fieri debeat,vel possit? Et dico quòd electio iure communi ad collegium pertinet:primò,quælibet congregatio iure communi debet sibi eligere prælatum,nisi obstet cōsuetudo vel priuilegium extra,eo.c. j.xvj.q.vlt.congregatio.xviij.q.j.abbate.Si tamen clerici nō sunt in ecclesia vt collegiū,sed vt singulares personę:tūc prouidebit superior per se vel per præsentationē patroni:vt in c. pastoralis.de iure pa.etiā si fuerint solū duo vel tres.extra,eo. c.j.& de consue.cū dilectus.Ixiij.dis.cū Adrianus. Imò vt tenet glo.in c.ij.de postu.prælat.Inn.Host.& cōmuniter doct.ius vniuersitatis remanere potest in vno solo,omnibus alijs mortuis vel priuatis suspēsis,vel excōmunicatis.rex.est in l.sicut.§. sed & si vniuersitas.ff.quod cu.vniuer.no.cum gl.& Bar. Vñ isto casu quando maior pars inhabilis est ad eligendū, potestas eligendi pertinet ad pauciores:& illi repræsentāt totum collegiū,cùm inhabiles nō cōputentur in numero. Facit c.illa.de elec.& bona gl.in cle.qđ circa,eo. ti. Ite rō solus se eligere nō posset:quia notaretur ambitiosus.c.per vestras.de iure pa.Et secundò, eligere potest cui conuenit ex cōsuetudine vel priuilegio,ex quibus ad electionē plerūq; vocant alieni. extra,eo.Cumana.& pro pace seruāda etiā laici admittūtur, maximè principes:vt defendāt ab oppressoribus:secundū gl. & Gof.& Mo. Vnde & qui est in quasi possessione iuris eligendi,eligere pōt etiā si postea amittat possessionē.de iu.pa. cōsultationibus.&.c.cū propter.&.c.querela.Et tertiò eligere potest prælatus,& quilibet,in quē fuerit cōpromissum,vt dicetur titulo sequenti.§.xvj.xvij.& xviij.¶ Secundò † quæritur,

3 qui possint eligere ex membris collegij? Et dico multa.¶ Primum.Quando aliqui de collegio sunt priuādi potestate eligendi,p ea vice,dicta potestas nō deuoluitur ad reliquos antequam priuentur,secundū glo.in c.ij.de postu.prælā.Secus autem si sunt priuati:quia Pan.in c.eo.post Inn. habet regulam,q; valet electio facta nō vocatis illis qui sunt priuati vel inhabiles ad eligendum:licet primò nō fit dicussium an sint priuati:quia satis est quòd postea constiterit,vt idē dicit per tex.in c.& si Christus.de iureiu.inver.vos & cōuertis. quod esset frustratorium.vide gl.in d.c.ex eo. ¶ Tertiū. Qui non sunt professi tacitè vel expressè in locis regularibus,non sunt admittendi:vt in d.c.ex eo.nec illi,qui per eorū regulā aut constitutiones approbatas prohibentur. ¶ Quartū. Qui non sunt subdiaconi,nō habent vocem in capitulo in cathedralibus,collegiatis,secularibusvel regularibus ecclesijs,etiā si ab alijs liberè cōcedatur.cle.vt hi qui de æta.& quali.quod quidem limitant quo ad eos qui volunt ordinari.pro quo vide gl.ibi. ¶ Tertiò † quæritur,quid iura veliat circa absentē? Et dico multa.¶ Primum.Electors si sit absens & iusto impedimento detentus,instituere potest procuratorē vnū vel plures ad eligēdum Sed oportet primò q; si instituit plures,quilibet sit in solidum:& si non concurrūt simul,potior erit cōditio præoccupantis:& si nullus eorum præoccupat sed concurrunt,capitulum admittet quem voluerit:vel si maior pars capituli non cōcordat,admittetur qui pr or est institutus. Et secundò oportet quòd procurator institutus sit de collegio: & si nullus vellet esse,non posset nolente capitulo extraneū

4 deputare,neque per literas exprimere votum suum.Et tertiò oportet quòd procurator non eligat vnū suo,& aliū procuratorio nomine:quia nihil valeret,nisi dominus speciale mandatum dedisset de aliquo nominando:quia tunc illum nomine domini, & alterū suo nomine poterit nominare.c.si quis de ele.lib.vj.Vbi tamen aduerte quòd licet possit committi procuratori expressio alicuius personæ: tamen si ipse dominus per literas aliquem in electione nominaret,non valet:vt in d.c.si quis.in tex.& in glos.¶ Secundum.Si nō sit iustè impeditus,procuratorem cōstituere non posset, secundum Panor.in c.quia propter.eo.tit.licet in alijs negotijs explicandis per capitulum vel vniuersitatem posset cōstituere procuratorem etiam non impeditus.Et hoc est speciale in electione, siue sit seruāda forma c.quia propter.siue nō:ex quo tex.simpliciter interdicit:nec reculit se ad casum,in quo seruanda sit forma dicti c.Videtur enim in negotio electionis electa multitudo personæ.ar.c.is cui.de off.deleg.li.vj.Si tamen alij de capitulo admittere volunt ad electionē procuratorem nō impediti,hoc possunt nō obstante dispositione d.c.quia propter. quia licet tex.dicat,interdicimus.hoc tamen interdictū emanauit in fauorem aliorū.quod ex eo patet, quia illi de collegio possent cōmunicare iure eligendi penitus extraneo: extra, eo.scriptum.& cōsequēter à fortiori possunt admittere procuratores eorū,qui sunt de collegio? Et hoc satis fuit de mente doct.etiā si dictus procurator nō esset de collegio.& facit d.c.scriptum.Ité quia possent de nouo extraneos admittere: ergo à fortiori procuratorem extraneum:& hoc fuit sanctum in fauorē collegiorum,ne compellerentur sua secreta extraneo communicare.Et propter hoc,inquit, dico hoc non esse speciale in electione:sed generaliter nō potest quis cōstituere procuratorē extraneū in explicandis in vniuersitate.quod sentit Io.And.in regula,quod alicui.de re.iur.li. vj.in mercu. licet quidam tenuerint oppositum.hæc Pan.¶ Tertium. Consuetudo quòd absentes ad electionem non vocetur,valet.secundum Panor.post Ioan.And.in cap.coram.eo.titu.& econuerso valet cōsuetudo vt vocentur absentes,dummodo non tendant nimium in damnum ecclesiæ:quia non valet cōsuetudo ecclesijs multum granosa:vel saltē est tollenda:vt in c. j.de consue.si tamen haberet vt cum parua incōmoditate vocari deberent,valeret.quo casu intellige cap.in Genesi.extra eo.In ordine tamē Prædicatorum electio spectat ad priores. ¶ Quartò † quæritur,qui non possint eligere? Et dico secundum Inno.& Panor.in cap.ij.de postu.quod multi priuantur eligendi potestate.Primò excōmunicato maiori.de appellatione.constitutus.secus minori excōmunicatione.de ele.excō. mu. c.vlt.Secundò,suspensi ab officio.de cōsue.cum dilectus.Et tiò,interdicti.de elec.cum inter.Quarto,quibus interdictum est eligere sine licentia superioris.de elect.cap.fina.Quinto, qui scienter celebrāuit in loco interdicto,nisi super hoc sint priuilegiati.de senten.excommu.is qui.libro sexto.Sexto, qui in ea vocatione elegerunt scienter indignum.capi.cum in cunctis.& cap.cum inimicur.in fin.de elect.& idē si peccauerunt in postulando.cap.scriptum.eo.tit.quia pro ea vice sunt priuati potestate eligendi,si facta nominatiōe secuta est postulatio vel electio:secus si nō sit secuta.cap.perpetuo.eo.titu.libro sexto.Septimò,pupilli,id est,qui sunt intra xiij. annum.dicto cap.te,ex eo.adde & impuberes:vt ibi Ostien. laici conuersi.Nonò, non professi. Decimò, non subditus: de quibus omnibus.die vt.§.secundo. Vndecimò, illi, qui per laicalem abusum elegerūt. eodem titulo.c.quidam. Duodecimò,nō eligentes intra tempus statutum:vt infra & duodecimo.Decimoterciò adde etiam irregulares:de quibus tamen,secundum Archidiaconum, est dubium: nec in nostra

reperitur expressum:licet hoc sit in quodam capitulo generali ordinis prædicatorum declaratum.Sed tu die hoc expressum in c.is qui.de sent.excom.lib.vj.¶ † Quintò quæritur qui & qualiter sint ad electionem vocandi? Et dico multa.¶ Primum.Ad electionē vocandi sunt omnes præsentes, ad quos pertinet eligere:vt in c.corā.& in c.quia propter.eo.tit.& oēs qui sunt in ciuitate vel in hortis ciuitatis. ff.de procu.l.j.& si quis eorum sit in ciuitate vel monasterio infirmus,secundum Host.scrutatores ire debēt ad eum,& inquirere votum eius, sicut vota præsentium:quia præsens est,qui in hortis est:vt in d.l.j.iuncta l.v.Nec erit necesse talem in collatione,aut alijs, quæ sequuntur,requirere:sed sufficit cōsensus habitus in scrutinio.Et concor.Inno.posset etiam talis cōstituere procuratorem vnū de collegio:cùm iusto impedimento detineat.¶ Secundū. Vocādi sunt & omnes absentes,qui sunt in prouincia. extra eo.corā.qđ dupliciter limitatur.Primò,secundum glo. quando prouincia nō est ita magna quin cōmodè vocari possint.vnde etiam si sunt extra,sed propè, vocādi sunt.Secundò, vt hoc sit obseruandū secundū quod habet cōsuetudo, vt ibi: quia licet de iure vocandi sint absentes:vt in c. quia propter. eo.tit.consuetudo tamen potest iuxta introducere vt non vocetur, & valeat electio,vt dictū est.¶ Tertiū.Et generaliter,secundum Pan.in d.c.corā.eo.tit.vocari possunt & debent illi, qui cōmodè vocari possunt:extra eo.quia propter. vbi dicitur q; admittuntur qui debēt,volunt, & possunt cōmodè interesse, Et dicitur,debent,vt excludantur qui de iure nō debet interesse,& qui volunt:vnde qui nolūt interesse,cōpelli nō debēt, nisi intersit ecclesiæ.nam pro eius interesse poterūt cōpelli. Ex quo infertur quòd nolentes interesse,cōputari nō debent in numero duarū partiū,& qui cōmodè possunt:quæ cōmoditas refertur ad cōmoditatē ecclesiæ,nō personę,sedm doc. & bene.Vnde si cōmodè vocari nequeunt:in quo scilicet bonus iudex arbitrabitur:potest electio fine illorū præsentia celebrari.Et si vocati intra cōpetentem terminū assignatū non veniant,nō oportet vlterius expectare.extra eo.cū inter.&.c. cum nobis.¶ Quartū.Sunt aūt vocandi verbo vel signo consueto cāpanæ,vel scripto sedm cōsuetudinem:& qui sunt absentes,per literas aut nuntiū:vt in d.c.corā.pro hoc no. secundum Pan.in c.in causis.eo.titu.quòd in negotijs,quæ possunt expediri per præsentes quod est regulare : iuxta no.per gl.in c.ij.de testib.li.vj.sufficit vocatio per sonum cāpanæ:cuius sonus venire possit ad intelligentiā existentiū in loco,vt scilicet valeat quod fit,etiā si minor pars fit quæ cōueniat.Sed in negotijs,in quibus absentes vocandi sunt,hoc nō sufficit:sed vocari debēt per nuntiū vel literas:vt in c.cū inter. &.c.quia,propter.eo.ti.Et ita videtur sentire Inn.in d.c.in causis. & in c.ij. de noui oper.nunt.Bart.tamen in Omnes populi.ff.de iustit. & iure.tenet quòd quantuncunq; pulsetur campana:nisi conueniant saltem duæ partes vniuersitatis, nō valet quod fit,p l.nominationē.C.de decu.& in l.nulli.ff.qđ cuiusq.uni.& l.fin. C.de præd.decur.& sic cōmuniter transiit Legistæ.Sed hoc procedit quando pulsatur ab eo qui nō habet potestatē:puta per aliquē de vniuersitate:quia minor pars de duabus vniuersitatis non habet potestatē cōuocādi illās vel quādo pulsatio non intelligitur pro vocatione ad tale qd peragēdum.Et sic concorda,& tene.ar.extra eo.cū nobis.vbi dicitur quòd vocati nolentes venire,faciunt se alienos.Et adde glo.in cle.quod circa.eo.tit.dicentem quòd vocati nolentes venire,cōputare in numero absurdum est,nisi esset consuetudo vt nihil fieret nisi sint duæ partes:quia illa seruanda esset : vt infrà Statutū. §.ij.¶ Quintū.Electorū si quis contemptus nec ad electionem vocatus est,ad petitionē eius cassanda est:potest tamen eam ratam habere si vult.eo.titu.sicut quia non est irrita ipso iure:sed irritanda illo prosequente iniuriam : aliàs non extra eodem.bonæ.quia quilibet renuntiare potest iuri suo. C.de pac.l.si quis in conscribendo.& talis quod postea sit per alios impugnare non poterit.Si tamen talis accedat electione nōdum facta,admittendus est in omnibus quæ restant facienda circa illam.extra eo.ecclesia vestra.& concordat Alb.& Arc. Sed intelligo q; potest renuntiare,quando renūtiatio nō præiudicat bono cōmuni:secus cū illius præiudicio:quia tunc tenetur nō renuntiare:nisi fortè esset perplexus nesciēs quē eligat:qa aliter præponeret bonū propriū bono cōmuni, vnde eo casu cōpelli pōt,vt dictū est.Et sic malè faciunt,qui permittunt eligi indignos,vel insufficientes,renūtiantes voci suæ ne notent:vel alio humano respectu: & posset faciliter hic esse peccatum mortale.¶ Sextum.Si autem nō vocentur,qui priuati sunt vel inhabiles,secundū Pan.in c.ij.de postula.prælatenet electio,& alia capitularia,licet nondū sit discussum an sint priuati:quia sufficit quòd possunt postea cōuinci:vt dictum est.¶ † Sextò quæritur,quod tēpus sit iure statutū electioni celebrandæ,aut consensui præstando,vel petendæ cōfirmationi? Et dico q; electio fieri nō debet ante sepulturam q̄decessoris:vt in c.bonæ memoriæ.el ij.eo.tit. Si aūt fieret, nihilo minus valet,secundū gl.ibi.In cathedralibus autem & regularibus ecclesijs cessante impedimento legitimo tenent electores intra tres menses eligere:alioquin deuoluitur ad superiorē proximū:& si ipse intra dictū terminū non elegerit, deuoluitur ad aliū superiorem:& sic vsque ad Papam:vt in c. ne pro defectu.de elec. Deinde tenentur electores electionē electo præsentare,& petere consensum eius intra octo dies postquam cōmodè poterunt:alioquin negligentes excludūtur à prosecutione processus:& sunt suspensi p tres annos ab omnibus beneficijs ipsius ecclesiæ.eo.ti. cupientes.§.cæterū. li.vj.Electus verò tenetur consentire intra mensem à præsentatione:aliàs priuatus est iure electionis:nisi fortè ea sit electi conditio,quod non possit consentire absque licentia superioris.quo casu tenetur ipse vel electores licentiam petere cum ea celeritate,quam superioris præsentia vel absentia patitur: & si non habeatur,ex tunc ad electionem ipsam procedant. ¶ Quilibet etiam clericus electus,intra tres menses post consensum tenetur petere confirmationem : aliàs cassa est electio:vt in cap.quàm sit.eo.titu.lib.vj.imò si à Papa confirmatio petenda est:electus tenetur intra mensem post consensum:vel si non fuerit ei electio præsentata , intra mensem à notitia,iter versus curiam arripere,& sic confirmationem petere,& negotium prosequi:vt in cap.cupientes. eod. titu. lib. vj. In alijs verò ecclesijs prouideri debet intra sex menses: aliàs prædicto modo ad superiorem deuoluitur:vt in cap. de multa.de præbend.& de concess.præbend.nulla.

8 ¶ † Septimò quæritur , vtrum statui possit terminus minor quàm trium mensium,in quo si non conueniant vocati, licitè procedatur ad electionem? Et dicit Host.quòd si duæ partes præsentes sunt, & causa coarctationis assignetur, sic potest:quia tunc potest absens saltem vni de collegio committere vices suas.cap.quia propter.eod.titu.Si verò duæ partes absentes sint,vel non subsit causa coarctationis , sic non potest:sed expectari debet vsque circa finem trium mensium. Et sic intellige & concorda.docto.in cap. cum inter vniuersas.& capit.cum à nobis.eod. titu.

9 ¶ † Octauò quæritur,in quo loco electio facienda sit? Et dico quòd fieri potest in ecclesia,vel capitulo,vel alio honesto loco simili,& maximè iuxta consuetudinem:extra eo.in causis.modò nō sit locus clandestinus:quia electiones quæ fiunt in cameris per occulta conuenticula reprobantur.distinctio. lxxix.cap.ij.& cap.si transitus. Vnde electiones episcoporum

Universidad de Deusto
Biblioteca

præcipuè in ecclesia fieri solent:extra eodem.quod ſcur. Sed ex causa etiam extra ciuitatem fieri possunt.xxiij.distinctio. in nomine.In loco etiam interdicto facta non valet, ſecundum Archid.in d.capin nomine.tamen Hug.Vercel.& Ioan. Andr.& communiter docto.post eum, tenent quòd valet,& etiam postulatio:quia sunt quidam contractus . & probatur per cæx.in cap.j.de postu.prælat.& ibi panorm.Quod tamen fallit in electione Papæ:vt in c.vbi periculum.de elec.lib.vj.

10 ¶† Nonò quæritur, quomodo electio facienda sit? Et dico q̃ tres sunt formæ traditæ nobis à iure:vt in d.c . quia propter. & electio, quæ nõ fit secundum vnam illarum,nulla est ipso iure:vt ibi,quarum prima est,forma scrutinij. secunda,compromissi.tertia,communis inspirationis, quæ faciunt tres ſpecies in electionibus.de quibus vide titul. ſequen.per totum.

11 ¶† Decimò quæritur,quæ electio cassanda sit? Et dico quòd cassanda est electio illius,q̃ requisitus antequã esset electus, consensit electioni de se fiendæ:quia præsumitur ambitiosus. extra eo.c.cum post petitam.Item electiões clandestinæ reprobantur,extra eod.quia propter.id est,quæ in cameris per occulta conuenticula fiunt.distinct.lxxix.cap.j.& ij. & cap.si tranſitus.Et similiter secundum Arch.illæ quas electores inter se tenent secretas,cùm celebratæ debeant solenniter publicari:vt in d.cap.quia propter. quod nota propter religiosos,apud quos completa electione fit præceptum ne cui dicatur.Si tamẽ electio tenuit iure naturali,puta quia interuenit consensus eligentium,sed nõ tenuit iure positiuo,quia omissa fuerunt substantialia,secundum Innocen.quem ſequuntur communiter docto.in c.quod sicut.de elect. si confirmetur, electus est verus prælatus:& non tenetur in foro conſcientię

12 renunciare. ¶† Vndecimò quæritur,quæ electio valeat, quando duę simul procedunt? Et dicit Hoſtien.quòd ſi fiant simul & incontinenti:puta quia in ſcrutinio diuisa sunt vota:illa valet quæ meritis melioribus & maioribus adiuuatur:extra eo. licet.in fin.& cap.dudum.Si verò fiant ex interuallo,&prima fuerit ritè facta,valet:& ſecunda cassanda estimò etiã ſi prima annullanda sit:ſecunda nihilo minus cassari debet. extra eodem.bonæ memoriæ.nisi gratia fiat,sicut quidam intelligãt:extra eodem.bonæ memoriæ.el j.Et similiter cassanda est ſecunda,ſi prima nulla fuit propter causam nondum patẽtem.extra eodem.cõsideratimus.Si autem nulla fuit ex causa notoria:valet ſecunda ritè facta:extra eodem.venerabilẽ. de sup.neg.præl.c.fi. ¶† Duodecimò quæritur,quãdo electores iterũ possint eligere,vel ad alios deuoluatur eligendi potestas? Et dico quòd sunt casus, in qbus reeligere possunt: vt

13 ſi electus non vult consentire: & ſi post cõsensum renuntiauerit iuri suo,vel moritur,vel propter occultum eius vitium irritatur:in quibus casibus habent electores integrum tẽpus à diſſensu,vel renunciatione.vel morte,ſeu irritatione,ac ſi vacatio non esset:dummodo nil egerint fraudulenter.extra eo.ſi electio.lib.vj. ¶ Sunt etiam casus,quibus eligẽdi potestas deuoluitur ad alium.Nã in cathedralibus & regularibus eccleſijs,ſi non eligant intra tres menſes , deuoluitur ad proximũ ſuperiorem vſque ad Papam,vt dictum est. ¶ Si verò eligant scienter indignum:& ſic sunt priuati iure eligendi , vel priuentur per ſententiam,quia non seruant debitam formam, ad Papam deuoluitur:in inferioribus autẽ eccleſijs ſemper ad proximum ſuperiorem deuoluitur :extra eodem.c.quinquam.libro ſexto.Quando etiam maior pars capituli in electione deficit,ſcilicet committendo vitium,electio deuoluitur ad pauciores :extra de postulan. cap . ij. Item etiam deuoluitur ad vnum propter omnium aliorum delictum.diſtinctio.lxv.ſi fortè.extra eodem.bonæ.& hoc nor.gloſſa,de postulan.cap. ij. Et videtur intelligendum quando peccauerunt eligendo indignum.Secus ſi ex contemptu aliquorum habentium vocem:quia non deuoluitur potestas, ſed ſufficit ſi cassetur electio : quia propter peccatum formæ non sunt ipſo iure priuati,ſed priuandi,extra eodem. quia propter.facta tamen priuatione per iudicem propter peccatum formę, potestas deuoluitur ad non culpoſos, ſecundum Inno.d.cap. quia propter.quòd ſi omnes deliquerint, deuoluitur ad proximum ſuperiorẽ.Et ſi quæratur quando eligentes sunt priuati potestate eligendi?dic cum Panormi.post Innoc.in cap. gratum.de post.prælа.hoc esse primò quãdo postulant,adde vel eligunt ſcienter indignum. Secundò, quando postulationem,adde vel electionem cassatam vitio personæ innouant. Tertiò,quando eligunt per abusum ſecularis potestatis:de quo in cap.quiſquis.de elect. Quartò, quando eligunt ineligibilem.Quintò, quando recipiunt vt prælatum electũ vel postulatũ,cuius electio vel postulatio est nulla.Sextò,ſi sint excommunicati,vel ſuſpenſi. Septimò, quando non eligunt intra tempus præfixum.de quo de elec.ne pro defectu.Octauò,cùm postulat post appellationem etiam ex causa fruſtratoria.Secus in electiõe,niſi appellatio interpoſita esset ex iuſta causa:licet quidam dicant nõ esse differentiam.ſed Hoſt. concordãdo dicit contrariam opinionem procedere:in postulatione facta à duabus partibus,quæ vincit electionem.de qua de elect.ſcriptum. ¶† Decimotertiò, quantũ ad electum vel eligendum,quæritur quis possit eligi? Et dico quòd natus ex legitimo matrimonio,& qui sit legitimæ ætatis.extra eo. eum in cunctis.id est,xxx.annorũ cõpletorum quantũ ad epiſcopatum.inferiores verò prælati,& alij,qui curã habere debent animarũ,attigiſſe debẽt annum xxv.aliàs eligentes priuati sunt illa vice potestate eligendi,vt dictum est.Subdiaconus eligi potest in epiſcopum.de æta.& qualit.multis.Sed & qui ad vnam dignitatem reputatur dignus,ſi postea eligatur ad aliam,debet dignus reputari.diſti.lxxiij.gloſa.quod tamẽ quandoq; fallit:quia licet toleretur quis in officio minori,nõ propter hoc in maiori tolerari debet indignus.diſtin.xij.nos. conſuetudinem.Abbas quoque exemptus eligi potest in epiſcopum,siue in abbatem eiusdem regulę & habitus:ſed tranſire non potest nisi de licentia Papæ:vel Legati de latere.ſi sit in prouincia:extra eo.ſi abbatẽ.lib.vj.Religiosus quoq; licet non expresè profeſſus , quin etiam nouitius , potest eligi in epiſcopum,extra eo.nullus.lib.vj.ad prælatura tamẽ suæ vel alterius religionis,non,nisi expresè profeſſus,vt ibi.imò nullus religiosus eligi potest in abbatem aut prælatum alterius religionis:vel habitus:& ſi secus actum sit,eo ipso est irritum & inane,vt in cle.j.extra eo.De clericis alterius dicecesis.extra

15 possint eligi, infrà Postulatio. ¶† Decimoquartò quæritur, quis non possit eligi ſic,vt electio sit valida? Et dico q̃ multi. Eligi enim non potest excõmunicatus maior.de appel.cõ. cassanda est.de cler.ex mi.ſi celebrat.nec ſuſpenſus,nec interdictus,aut qui interdictum non seruauit.de postul.c.j.& cap. eũ dilectus.de conſtitu.nec cui aliquod obſtat de impedimẽto dilectus.de conſtitu.nec cui aliquod obſtat de impedimẽto circa ordinandos.de quibus infrà,Ordo.iiij.ſ.ij. nec semel reprobatus propter vitium personæ, qui nec ibi, nec alibi potest eligi.extra eo.ſup eo.Secus ſi electio cassata fuit propter vitioſum proceſſum:quia non impeditur eius promotio,etsi in eadem ecclesia:vt in d.c.ſuper eo.&.c.innotuit. nec epiſcopus,qui scilicet ex alteri ecclesiæ alligatus est, licet postulari possit à Papa.de postulan.cap.ſi nec in prælatum religioſorum eligi potest,niſi expresè p̃ profeſſus:aliàs electio nũ valet. vt in d.cap.nullus.eod.tit.lib. vj. nec aliquis existens alterius religionis vel habitus.extra eod.cum rationi , in elemen. nec religiosus transiens de mendicantibus ad non mendicantes vt

16 tertę ¶ Religio iiij.ſ.vij. ¶ Et breuiter ne quis eligatur sunt impedimẽta quãru plurima,quæ ad octo reducuntur. Primũ ſi sit malus:vnde ſecundum Tho.viij.quoli.q.iiij.ar.j.existens in mortali est indignus ad quolibet ſpirituale exequendum. Secundum,ſi est excomunicatus maiori. Tertiũ,ſi est excom municatus minori.Quartum,ſi est ſuſpenſus vel interdictus, aut no ſeruauit interdictũ.Quintũ, ſi non est legitimè natus ætatis debitæ,& literaturę:vel ſi habet aliud impedimẽtum circa ordinandũ.Sextũ,ſi semel sit reprobatus vitio perſonæ. Septimũ ſi est epiſcopus.Octauũ,in religione ſi non sit profeſſus.Omnis electio facta de eo,qui habet aliquod prædicto rum impedimentorũ,nulla est ipso iure:excepto primo & tertio impedimento:quia cassãda tũc est,vt patet in c.ſi.de ele. exco.mi.& electores sunt priuati ipſa vice electiõe.& ſuſpeſi

17 triennio ab eccleſiaſticis beneficijs ipſo facto:vt in d.c.cum in cũctis.eo tit. ¶ Decimoquintò † quæritur,quid fiendũ,ſi in capitulo vel collegio sint aliqui excõmunicati vel ſuſpeſi,vel dubitatur:& sine ſcãdalo expelli non possunt:vel quando dubitatur de aliquibus an intereſſe debeant electioni? Et dico ſecũdum Pan.in c. Cumana.extra eo. q̃ admittetur cũ protestatione:vt eorũ voces valeant,ſi & inquantum appareat eos postmodum debuiſſe intereſſe:vnde nõ nocet electioni aliàs legitimæ quòd non habẽtes vocem fuerint admiſſi vnà cum aliis.Idem dicit Pan.quãdo excommunicati ingerunt ſe electioni:& vbi imminet ſcandalũ,possunt admitti cum protestatione:ne videãtur ſciẽter admiſsi:& ſic corrueret tota electio,per c.ſi.de procu.Vide tamẽ ſingulare theoricam Inno. in c. illa.extra eo.quã omnes doc.ſequitur,quòd ſi inhabilis ad electionẽ admittitur ignoranter,valet electio,etiã ſi vnus ſolus sit habilis.Et loquitur propriè de excõmunicatis:ſecus tamen ſi aliàs inhabilis admiſſus ſcienter fuiſſet. ¶ Decimo-

18 ſextò † quæritur,quem teneatur quis ex omnibus eligibilibus eligere:Et dico quòd eligẽdus est doctior & ſanctior , cuius comparatione cæteri grex dicatur.viij.q.j.licet ergo.& inter omnes melior,ſiue optimus,ſcilicet iuxta ſcientiam eligẽtis. di.lxiij.metropolitano.& ſecundum S.Tho.in viij.quoli.& ij. ij.q.lxiij.in foro contẽtioſo ſufficit quòd electus ſit bonus.extra eo.c.cum olim.&.c.cum dilecti.& c.cũ inter canonicos.& ibi gloſſ.aliàs omnis electio calumnia pateretur . ſed in foro

19 conſcientiæ eligentis requiritur q̃ eligatur ad prælaturã vel officiũ eccleſiaſticũ bonus ſimpliciter:quia per mortale qdlibet redditur quis indignus ad hunc modi:& requiritur q̃ eligatur melior inter omnes,ſcilicet quos quis põt habere, non quidẽ melior ſimpliciter,ſcilicet qui maioris est charitatis: ſed melior quantũ ad hoc quod est regere & gubernare:& aliter facere est acceptio perſonarũ,quod ſine peccato nõ fit. hæc ex illo.Et intelligę primò qđ oportet eligere meliorem ſecũdũ propria conſcientiã informatã notitia eligẽdi. Vnde ſecundum Pan.in c bonæ memoriæ.el ij.de postu.præl.eligẽs incognitũ non ſaluat conſciẽtiã ſuam per rex.ibi qui vult vt plenam habeat notitiã.quod limita,per ſe vel per eos,cũ qui bus versatus est.c.ſcriptum est.eo.ti Intellige ſecundò q̃ nõ

20 fit ſine pẽtõ mortali ex genere ſuo:quia iſta acceptio oppo nitur iuſtitiæ:vt patet ij.ij.vbi ſuprà. ¶ Omne † autẽ quod est contra iuſtitiam,est peccatũ mortale ex genere ſuo.vt ide di cit ij.ij.q.lix.ar.iiij.niſi excuſet rei modicitas:et quia penè ni hil diſtat inter hũc,qui eligitur,& aliũ meliorẽ.Ex quibus patet q̃ hic multũ deficit Sum.Ang.Primò,quia addicit dictũ Her.de Gã.tanquã verũ, ſcilicet q̃ ſi duo bona præponãtur vni cæteris paribus,puta quia sunt æquè præcepta & æquè facilia,tenet ſub peccato mortali eligere melius: quia,inquit, eligẽdo minus bonũ,cõtẽnit bonũ vbi habet rationẽ pfecti, id est maius:& ſic præfert in ſua ratiõe defectũ boni ipſi bono.quod quidẽ dictũ est falſum:q̃a quãdo cætera sunt paria ex parte bonorũ,ſi abſq; mortali præfero malũ bono in peccato venali:vt dumvoluptatẽ cibi præfero sobrietati:multo magis minus bonũ præfero meliori.Quando verò sunt paria ex parte eligẽtis,neceſſariò eligit maius bonũ,cũ nullus possit vnũ bonũ ſpernere,niſi ppter aliud melius : vt experiẽtia docet.quod autẽ homo neceſſariò facit, Deus non præcepit fieri:puta q̃ homo moriatur,aut moueatur deorsum ſi non habeat ſuſtentans:quia præcepta sunt de actibus virtutũ, ſecundũ S.Tho.j.ij.q. 100.art.ij.qui sunt liberi.Scãdò,quia diſtinguit dicẽs eſſe mortale eligere ẽ indignũ in eccleſiaſticis:in aliis autẽ nõ,niſi in dignitatibus maioribus: puta dñio:vel ſi inde haberi ſequi nobile dãnum aliis. quæ nõ bene dicũtur : quia tam in his quàm in illis locũ habet acceptio perſonarũ.

¶ Decimoſeptimò † quæritur,vtrũ religioſo acquiratur ius 20 electionis extra ordinẽ ſuũ? Et dico q̃ nulli religioſo Prædicatorũ,Minorũ,Eremitarũ,aut quorũlibet mẽdicãtiũ,ex electione,postulatione,prouiſione,ſeu vocatione ad prælaturã extra ſuũ ordinẽ in diſcordia facta ius aliquod acquirit: nec ipſe cõsentire potest,etiã habita licẽtia.extra eo.quorũdã.li. vj.Et debet intelligi de diſcordia ſiue de iure ſiue de facto sit,ex quo rex loquitur indiſtinctè:vt in cle.quod circa.eo.ti. Sed & aliis religioſis nõ acquiritur ius in electiõibus:nec cõ ſentire possunt,ſi fuerint electi à minori parte numero:vt in c.quorũdã.Notandũ est etiã q̃ ſi religioſus electioni de ſe factæ ad prælaturã extra ſuũ monaſteriũ vel eccleſiã nõ petita & obtẽta licẽtia cõſenſerit,cõſenſus nõ valet:& electio ipſa viribus euacuatur:huiuſmodi tamẽ licẽtiã dare possunt religioſorũ prælati cõuẽtibus irrequiſitis.extra eo.ſi religio ſus.li.vj.Sed nõ valeret licẽtia ſi cẽcederetur pro futura electiõe,quã fieri cõtingeret:vt in cle.cũ cõcesſa.eo.tit.Nõ põt etiam aliquis religioſus præfici in aliqua eccleſia , quę clero careat & populo Chriſtiano:vt in cle.in plerisq.extra eo.

¶ Decimooctauò † quęritur,vtrũ decretũ electiõis faciat ple 21 nam fidẽ p̃ electo? Et dicit Inn.in c.innotuit.eo.tit.q̃ nõ. qđ dom.Ant.intelligit quãdo fuit confectũ manu priuata.Secus ſi per publicã perſonã atteſtãtem omnia fuiſſe gesta in præſentia ſua:quod et ã placet Pan.dicẽti hoc verũ esse,dũmodo in tali ſcriptura interueniant omnia requiſita ad ſubſtantiã ſcripturæ publicæ,vt teſtiũ præſentia,& ſimilia. Et eo casu quo decretũ fit per publicã perſonã,nõ est neceſſe apponi ſigillũ capitoli:quia publica ſcriptura fidẽ ſine alio adminiculo facit.ſed est neceſſarium ſigillũ,quãdo ſcriptura est priuata. Et est decretum,quæda ſcriptura continens ſeriem electiõis à principio vſq. ad finem:quæ fit,vt appareat , formam debitam fuiſſe ſeruatam:& vt amplius eligentes negare non poſſint ſe electioni conſenſiſſe. Et est de ſolẽnitate,nõ de neceſſitate electionis,ſecũdum gloſſ.diſtinctio. ſexta.ſ.ſ d aliud. Vnde quando ſuperior est præſens in domo,per vnum eligẽtium verbo recitentur gesta in electione:ſed quando est abſens,mittitur decretum. ¶ Decimononò † quæritur , vtrum 22 electus teneatur conſentire? Et Gem.in c.ſi electio.eod.titu. libro vj.refert Archidiaconum teneotem quòd ſic:aliàs peccat mortaliter,ſi putat ſe dignum ad prælaturam.viij.quæſt. prima.in ſcripturis.quod Ioannes And.putat verum, quando non est æquè idoneus,per quem poſſit illi eccleſiæ conſuli. Richar.autem in tertio quoli.q.xxj.dicit quod in tribus casibus teneretur conſentire ſub pœna peccati mortalis.Primò quando à ſuperiore per obedientiam cogetur,de renun , niſi cum pridem.Secundò,quando ſecũdum iudicium ſuæ con ſcientiæ videtur ſibi veriſimiliter q̃ nõ est qui velit & poſsit ſaluté animarũ procurare quã ipſe poſſet:& ex hoc videt p̃ babiliter eccleſiæ notabile imminere diſpẽdium & periculũ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nisi assentiat.d.ca.in scripturis.&c.olim.ead.causa.q.ij.quod fallit in religioso quo ad electione extra suum monasteriū, &in mẽdicantibus eo modo quo dictum est ꝫ.xvij.Tertiò quando per viam illicita refugit:puta abscondendo se:nisi ex speciali instinctu Spiritus sancti. Si autẽ nec per obediẽtiam cogitur nec imminet ,pbabile periculū ecclesię si refugit per viam licitā propter pigritiā,peccat venialiter:si aũt propter humilitatem reputās se indignū,meretur. Et cõcordat prędictis S.Thom.in quoli.v.art.xxij.vt parebit ꝫ.seq. ¶ Vicesimò
23 † quæritur,vtrū melius faciat qui electus est canonicè assentiendo quàm dissentiendo,scilicet eo casu quo nõ tenetur ex necessitate cõsentire? Et respõdet S.Tho.in v.quoli.art.xxiij. dicens qꝫ si intendit aliquid tẽporale,puta honorem,diuitias excutere se à iugo religiõis,& huiusmodi,melius faceret dissentiẽdo:quia intẽtio prava est.Sed si intendit profectū ecclesię,sic intentio bona est.Vnde dicit Aug.xix.de ciui.Dei,qꝫ in actione nõ amandus est honor in hac vita, siue potentia: sed opus ipsum,si rectè arq; viriliter fit,id est,vt valeat ad salutẽ subditorū,inducit illud j.ad Tim.iij.Si quis episcopatū.Sed ad hoc requiritur maxima idoneitas:quia secũdum Gre.in pasto.tãtū actionẽ populi debet actio trãscẽdere prælatis, quãtū distare solet à grege vita pastoris:ad qđ humana fragilitas secundū ꝓprias vires nõ sufficit,secũdū illud ij.Cor.iij. & ad hæc quis tã idoneus? Sed tamẽ ex auxilio gratiæ diuinæ homines idonei & sufficientes reddũtur,sicut postmodũ ibi subditur:idoneos nos fecit ministros noui testamenti. Potest ergo quis laudabiliter considerās propriū defectū ex humilitate officiū prælationis recusare,sicut Hiere.dicit,Nescio loqui. Potest etiā laudabiliter cõsentire ex charitate fraterna, vt salutẽ proximorū procuret:sicut Isaias,qui dicit,Ecce ego, mitte me.Sed sicut Gre.dicit in Pasto.in vtroq; est subtiliter intuẽdū:quia & is qui recusauit,plenè nõ restitit:& is qui miti voluit,antè se per altaris calculum purgatũ vidit,ne aut nõ purgatus adire quisq; sacra mysteria audeat, aut quẽ superna gratia elegit,sub humilitatis specie supernæ dispositioni cõtradicat.Quia ergo valde difficile est,purgatũ se quẽlibet posse cognoscere,prælationis officiũ tutius declinatur:nõ tñ pertinaciter,cũ ad suscipiendũ hoc superna volũtas agnoscitur.hæc etiā S.Tho. vtrũ autẽ liceat quærere aut appetere
24 prælaturā,ꝫ.Prælatus. ¶ Vicesimoprimò † quæritur, vtrũ possit quis prosequi duas electiones de se in eadẽ ecclesia factas. Et dico quòd nõ,sed vnam tantum eligat.extra eo.sciant cũcti.lib.vj. ¶ Vicesimosecundò † quæritur quid si quis aliquem
25 eligat ex odio? Et dico qꝫ tenetur ei ad omne damnum inde accidẽs illi.dist.lxxiiij.honoratus.C.si propter inimicitias.facta
26 sit.l.vnic.li.x. ¶ Vicesimotertiò † quęritur,qđ circa electionẽ positiue nõ possit cõsuetudo,vltra ea,quę generaliter suprà de cõsuetudine dicta sunt? Et dicit Pan.in c. cum terra.extra eo.qꝫ si auferat libertatem eligendi nõ valet. Secus si restringit electores ad certum collegium,vel certũ genus personarum:sicut dicimus in matrimonio,in quo requiritur plena libertas:& tamen restrictum fuit ad certũ genus personarum, id est, fideles. Ibi etiam dicit de mente Inn. consuetudinẽ induci posse,vt mortuo prelato capitulũ nõ prius ad electionẽ procedat, quàm principi mos prælati nuntietur, & petatur ab eo potestas eligendi. quod quidẽ cõsuetudine induci potuit propter interesse principis,vt ꝓponat aliquẽ sibi fidelẽ. nam princeps posset opponere cõtra electũ exceptiones aliàs legitimas,maximè si dubitat de proditiõe patrię,vel reuelatione secretorũ aut consiliorũ. Si tamẽ non vult consentire sine rationabili causa,non propter hoc cassabitur electio. Et per hoc nõ valeret consuetudo,vt per hoc electio dependeat
1 Principis voluntate, vel alterius: quia tolleret libertatem eligẽdi. Secus si restringeret ipsam libertatẽ,vt dictum est.

Rursus de Electione secundò quantum ad suas species.

1 *Electionis secundo considerata forma triplex. Et quid si quis contra huiusmodi formas elegerit.ibid.*
2 *Dispositio cap.quia propter.an in omni electione ad quancunq; prælaturam, vel officium, locum habeat? Et ibidem Host. & Gof.sententia reprobatur.*
3 *Verbum viduata,in hac materia,qualiter sumi debeat?*
4 *Electiones prelatorum iurisdictionẽ ordinariam habentium & generalem,in ecclesijs regularibus religionum approbatarum,qualiter fieri debeant?*
5 *Dispositio ꝺictꝺ c.an in postulatiõe aut collatiõe locũ habeat?*
6 *Vota appellatione iuxta materiam præsentem, quid contineatur? Et qualiter votorum scrutinium fieri debeat? num.seq.*
7 *Vota singulorum,per quem scribi,& quomodo scribenda exprimi debeant? Et quid si eligans, vel postulans,ita dicat: ego talem postulando: vel postulo eligendo &c.nu.8.*
9 *Scrutinij publicatio facienda commodum post scripta vota quid operetur?*
10 *Iura super collatione facienda quid sanxerint?*
11 *Collatione facta,vt quis eligatur ,an sufficiat cum maiorem & saniorem partem,respectu partium minorum, an certe necesse sit eundẽ maiorẽ totius capituli partẽ habere? Et ad hoc regulæ subnectuntur duæ, quando actus explicandus pertinet ad plures vt plures, & quando ad plures vt singulos.*
12 *Electionis scrutinialis substantialia octodecim, de quibus singillatim & plenè. Et vnde colligantur.*
13 *Electio scrutinialis facta nõ seruata forma hîc tradita, quomodo subsistat? Et forma scrutinij faciendi difficilis,in qua multi etiam perfecti viri peccant. ibid.*
14 *Electio,an per viam cõpromissi fieri queat? Et num valeat compromissum ab vno omniũ nomine,alijs præsentibus & nomen non tradentibus,factum? Et an taciturnitas pro consensu habeatur? Et an peccatũ,vbi contradictione opus est, inducat.nu.15.*
16 *Potestas compromissarij's de eligendo prælato,vel officiali,data.qualiter intelligitur data?*
17 *Compromissum de eligendo quot modis fieri possit? Et quæ sint de electionis compromissaria substantia? nu. seq.*
19 *Cõpromissarius electus,si solus sit an seipsum eligere possit? Et quid si plures sint, num vnus ex seipsis eligere queat? nu.20.*
21 *Prælatum assumere quis dupliciter dicitur.*
22 *Electus,an ad augendum numerum, possit consentire dicendo ita: Eligo:vel reeligo. Et intra quantum tempus electus se facta consentire debeat?*
23 *Compromissariorum septem numero,si tres in vnum ex se,quatuor consentiant:& tres in alium non de illo numero,an & quatuor tertius ex his electus ab illis tribus consentire possit?*
24 *Compromissariorum trium numero,si duo indignum:& vnus dignũ eligat:vtrorũ electio ꝓferẽda est? ac vtrũ neutra valeat?*
25 *Potestas compromissaria vltra compromissorum ꝓpositum & intentionem non extenditur.*
26 *Compromissarius,si non eligit intra tẽpus à iure statutum,an adhuc quem eligẽdi potestas deuoluatur: Et quid si indignũ eligat, sed ignoranter: aut cõtra si sciens? Et quid si cõpromissum acceptans compromissum confirmandi potestatem habeat, an necesse sit,vt prius eligat,ac mox confirmet?*
27 *Electio secundum formam communis instructionis quas modo ac qualiter fiat? Et huius substantialia quæ & ꝙ sint.nu.seq.*

ELECTIO † secundò quãtum ad species suas, vt plenius innotescat, sciendum est quòd triplex est eius forma vt dictum est tit. priore. §. ix. scilicet per modum scrutinij, compromissionis,& communis inspirationis: de quibus dicit Inn.in c.quia propter.de elect.fic:Statuimus vt cũm electio fuerit celebrãda præsentibus omnibus qui volũt, & debẽt,& possunt cõmodè interesse, assumantur tres de collegio fide digni,qui secretò & sigillatim vota cunctorũ diligẽter examinent & exquirant,& in scriptis redacta mox publicent in communi,nullo prorsus appellationis obstáculo interiecto: vt ita collatione habita eligatur,in quẽ omnes vel maior pars & sanior capituli consentit. Vel saltem potestas eligendi aliquibus viris idoneis committatur,qui vice omnium ecclesię viduatæ prouideãt de pastore:aliter electio facta nõ valeat: nisi forte cõmuniter esset ab omnibus, quasi per inspirationem absq; vitio celebrata. Qui verò contra præscriptas formas eligere tẽrauerit:eligendi ea vice potestate priuetur. Et ita electiones quoq; clandestinas reprobamus: statuentes vt
2 quàm citò electio fuerit celebrata,solẽniter publicetur.hęc in d.decretali. ¶ Primò † verò quãrum ad intellectum prædicti textus & electionem per viã scrutinij, quæritur vtrum dispositio prædi.cap.quia propter. habeat locum, & seruãda sit in omni electione ad quamcũq; prælaturã vel officium? Et dicit Panor.in dicto cap.de mente glossę quòd non: sed in electione episcoporum & aliorum prelatorum ecclesiarum collegiatarum habentiũ generalẽ iurisdictionem in ecclesijs collegiatis seruãda est dicta forma dũtaxat: quia dictum cap.intẽdit prouidere solùm ecclesijs viduatis,vt ibi, ecclesię viduatæ per mortem autem prædictorũ remanent ecclesiæ viduatæ & sine pastore:quia episcopi sunt propriè sponsi ecclesiarum.vij.q.j.sicut.& illi alij ratiõe generalis iurisdictionis possunt quodam modo dici sponsi. Et consequenter infertur quòd in electionibus canonicorum, & in alijs dignitatibus seu personatibus ecclesiæ cathedralis, nõ habet locũ d. c.dispositio:quia pillorũ mortẽ nõ remanẽt ecclesiæ viduatæ,cùm nõ sint spõsi:sed prælati principales,scilicet sunt spõsi.Et in hãc partem vidẽtur cõmuniter inclinari Docto.licet aliqui cõtrà:de quorũ numero fuit Host.qui dicit istum text. habere locũ in electionibus beneficiorũ spectãtibus ad collegiũ.ad dictũ text.dũ facit mentionẽ de ecclesijs viduatis suppleas,seu ministris destitutis.Sed hoc destruit istam literã, & communiter nõ tenetur:nec est cõueniens, eo quòd vbi agitur de modico præiudicio,nõ est necessãria tanta solennitas: præsertim cùm non deficiat superior, qui poterit occurrẽtibus prouidere.arg.in c.vbi periculum.in princ.eod.tit.lib.vj. & in cap.licet in fi.extra eo.Eodem modo cõmuniter reprobatur opinio Gof.qui in quodam suo opere dixit d. cap. non habere locũ in electionibus abbatum:quia non sunt,inquit, propriè pastores: & nomen sonat potius in solitudinẽ quàm in honorem.nã est falsum,vt dixit Io.And.vt patet in c.officij. eod.tit.vbi abbates dicuntur pastores:item etiã abbatissa videtur habere dignitatẽ:vt probatur in c.indemnitatibus. eo. tit.lib.vj. Præterea electiones abbatũ ꝙquiparan(tur) in multis electionibus episcoporũ:vt in c.cupiẽtes.eo.tit.lib.vj Et plaret mihi hæc opinio,vt dicamus concludẽdo quòd solùm in electionibus illorũ prælatorum,per quorum mortẽ ecclesię remanent viduatæ & sine pastore,locũ habeat dispositio d.c. Nec arbitror quòd in quabibet ecclesia collegiata locũ habeat hic textus:sed oportet quòd prelatus habeat iurisdictionem generalem,vt tenuit glos.prout habẽt abbates,qui possent cognoscere de causis criminalibus & ciuilibus. Et pro hoc optimè facit text. in cap.ne pro defectu.eod.tit.vbi papa æquiparat ecclesias cathedrales & regulares:& illarum prælatos appellat pastores,& per illorum mortẽ dicit ecclesias
3 viduatas. Vnde † ibi apertè colligit quòd in hac materia nõ debet hoc verbum,viduata,capi strictè.quanquam enim solus episcopus dicatur sponsus vel maritus,& cõsequenter per ipsius solitus mortẽ dicatur propriè ecclesia viduata: tamen hoc verbũ hicnõ capitur ita strictè vt ibi patet:& cùm dicta decretalis sit fauorabilis, vt colligitur ex princ.c. cũ emanauerit.vt impedimenta & pericula ecclesiarum tolleretur, nõ debet multum strictè intelligi. In electionibus ergo aliorũ beneficiorum seu prælatorũ iupradictis sufficiũt singulares consensus illorũ de capitulo:dummodo præstẽtur in cõmuni,id est,collegialiter in capitulo: nec est de necessitate seruanda aliqua istarũ formarũ:sed electus simpliciter à maiori & saniori parte,habebit ius. Ad quod vide bonam glo.in c. ficut.eod.tit.lib.vj.& facit quod not.gl.in c.si cui.eod.tit.hæc Pan. Facit etiã quod not.idẽ Panor.in c.ecclesia extra eo.vbi dicit singulariter quòd in electionibus,in quibus non est necessariò seruanda forma d.c.quia propter.nõ sunt necessaria verba,modò constet de consensu eligentium:& cõsequenter multo minus necessaria est scriptura. Et isto modo intelligo quòd debent assumi tres scrutatores &c. Ex † his elice quòd
4 in ecclesijs regularibus religionũ approbatarum,electiones prælatorum habentiũ iurisdictionẽ ordinariã & generalem fieri debent secundum dictam formã: vt in ordine Prædicatorum:resecatis multis iuris subtilitatibus per cõstitutiones eorum,sint magister,& priores, quinciales, ac cõuentuales, & prędictis correspondentes in alijs religionibus. Aliorũ autem electio,vt superiorum,& diffinitorũ,seu discretorum,& huiusmodi sufficit si fiat collegialiter:nec est necessaria vox aut scriptura. ¶ Secũdò † quæritur, vtrũ forma d.c.quia propter.locũ habeat in postulatione aut collatione? Et de postu
5 latione quidem dicetur infrà suo loco.§.ij. De collatione autem dicit Pan.in d.c.quòd non:vt nor.gl.in cap.ficut eod.tit. lib.vj. Vnde si ad plures spectat,collatio,possent oẽs simul cõferre:nec est necesse quòd fiat per vnũ nomine omnium: vel quòd fiat scrutiniũ secretum, vt hic dicitur:sed sufficiunt singulares assensus,vt ibi not.& facit l.per fundum.ff. de seruitu.prædi. ¶ Tertiò † quęritur,quid veniat sub nomine voti
6 hic? Et dico quòd venit primò vota absoluta & determinata:cõditionata autẽ & incerta nihil valent,sed haberi debent pro nõ adiectis.extra eod.in electionibus.lib.vj.vt si dicatur, consentio in Ioannẽ si Petrũ habere nõ potero:vel cõsentio in eum,in quẽ talis cõsentit. Et secũdò vota expressa voce & electionis validitatem nõ sufficiat si à maiori parte fit, nisi etiã pars illa fit saniori:quod ꝓ fabas vel lupinos apparere nõ potest. Imò etiã verũ est hoc in vniuersitate seculari, quòd si maior pars nõ cõsistat in solo numero,sed etiã in dignitate, authoritate, & merito ꝓuarũ,vt not.Bar.in l.Pomponius. ff.de iudic.&ad hoc,vt dicit Pan.in d.c.ecclesia.communiter non aduertitur.Requirunt enim illa duo copulatiuè, scilicet maior pars & saniori:quæ tũ sanioritas cognoscitur etiã aliter quàm per voces:vt per nutus,& omnes modos,quibus notæ sunt personæ consentientes. ¶ Quartò † quæritur,quomodo
7 fieri debeat votorũ scrutiniũ? Et dico quòd quantũ ad ipsos scrutatores melior & cõmunior practica est, vt dicit Panor. vt duo ex his scrutentur tertium:& est vtile secundũ eundem post Ioan.And.vt primò ipsi scrutentur seipsos, nec referuentur in fine:quia cùm aliorũ vota sint eis nota, posset electio dependere ab eorum potestate:& est vtile,vt capitulum hoc exprimat in principio, vt duo ex eis scrutentur tertium ante scrutinium aliorũ. Quantũ verò ad alios, si sunt tantùm tres electores,secundum Inno,duo ex eis scrutabũtur tertium:& sic procedetur ad electionem. Si verò sunt duo, vnus scrutabit alium:& si fit vnus solus,iste vocatis testibus exprimet vo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cùm suum,& eliget,ac publicabit.Si verò sunt multi,vt colligitur ex d.c.quia propter.scrutinij per scrutatores tres fieri debet.primò secretò, vt scilicet quilq; liberius dicere possit votum suũ:vt ibi dicit Panor.addes hoc esse speciale in electione:nõ autẽ regulariter esse necesse,sed vtile in agẽdis & explicãdis per vniuersitatem:vt vota singulorum secretò exquirantur:sed potest quilq; votũ suum dicere in cõmuni aliis audientibus:quod tamen si nõ seruetur,tenet actus: arg.in c. presenti.de præben.lib.vj.Et secundò requiritur quòd exquirantur vota sigillatim,& no accedant electores,aut vocetur ad scrutatores bini vel trini.Et tertiò quòd exquirantur diligenter & examinentur:vnde secundũ Panor.ibi debet scrutatores interrogare in quem,quare,& quo zelo consentiant, & de meritis,& qualitate eius:quod,inquit,sentiunt Doctor. & probat text. cùm dicit,diligenter exquirant.Vnde ponderandum est illud verbum vota,id est,desideria vel depositiones animo:um.Aliter fieri non posset,inquit, plena collatio meriti & zeli, vt debet.Et secundũ Ioan.possunt scrutatores singulos adstringere iuramẽto:quod tamen secundum alios non est necesse,cum non sit iure cautũ:sed poterunt eos adiurare sub animæ periculo,& per Deum,vt in illum consentiant,quem putant meliorem.Et quartò quòd exquisita scribantur. ¶ Quintò † quæritur,per quem debeant singulorum vota conscribi,cùm textus in personaliter loquatur? Et dicit quædam gl.quòd per ipsos scrutatores vel per tabellionem. de quo tamen in textu mentio non fit:nec qualis esse debeat ista scriptura.Vnde dicit Io.And. quòd non refert an sit publica vel priuata,cùm text.indistinctè loquatur.Pan. autem credit fuisse de mete text.vt ipsi scrutatores per eorũ aliquẽ debeãt redigere vota in scriptis priuatis: communiter tamen, inquit,tenetur quòd notarius possit adhiberi:qui tamẽ secũdum Host.debet esse clericus:& cõsentit Abb.Petr.& Aegid. arg.c.Messana.eo.tit.vbi reprobatur electio per interuentum laicorum:tamen secundum Compo.in d.c. quia propter.potest esse laicus, pro qua opinione facit cõsuetudo, secundum Io.And.in c.j.de ,pcur.lib.vj.& tenet Spec.in tit.de instr. edi. & quidam alij.Et hanc Pan.putat veriorẽ:quia notarius scribendo nullã authoritatẽ exercet, nec aliquod spirituale ministrat:sed solùm præbet nudum ministeriũ seu officiũ,quẽadmodũ procurator in re spirituali,qui non repellitur à procuratione,ex eo quia laicus:vt in d.c.j.Et præterea specialiter dicitur in causa hæresis:vt clericus seu persona religiosa sit notarius.de quo dicendũ vt in c.officiũ.de hær lib.vj.Ergo regulariter clerici nõ debent adhiberi vt exerceant notariatus officiũ. hæc ille.pro quo etiam vide infrà Tabellio.§.iij.

8 ¶ Sextò † quæritur,quomodo exprimi debeãt vota scribẽdæ? Et dicit Io.And.quòd elector interrogatus respõdet:ego nomino talẽ.vel,cõsentio in talẽ.vel,eligo talem.Et quòd possit hoc vltimũ fieri,adducit c. in Gentes.extra eo.in verb.ne vel in idẽ repeti,quasi innuat ille tex.quòd singuli dicere possunt in scrutinio,eligo talem:sed postea facto scrutinio sequi debet communis electio:quia vnus debet eligere nomine omniũ per verba singularis numeri.Pan.tamẽ in d.c.quia propter.magis placet prima aut secũda forma,scilicet nomino, vel cõsentio:nõ autẽ,eligo:quia dicit tex.is eligatur,in quem omnes vel maior pars cõsentit.tamẽ nõ variatur,inquit,electio ex tertia practica:ex quo postea sequitur cõmunis electio. Illud etiã notandũ est quod habetur in c.perpetuo.de postul. lib.vj.q; in omni electione & postulatione dicẽdo,eligo talẽ postulando,vel postulo eligẽdo: aut eligo postulandum, seu postulo eligendũ:aut eligo in postulandũ, vel postulo in eligendũ:nihil agitur.Similiter nec sub hac forma,eligo & postulo,prout melius põt de iure valere:nisi quãdo ,pbabiliter dubitatur vtrũ quis sit eligendus,vel potius postulandus: quo casu is,qui sic postulatus fuerit & electus,cotenus tẽpore tenetur vnam tãtùm determinatã viam acceptare:& redeundi ad aliã,postquam vnã elegerit,est sibi licentia penitus interdicta.Hæc ibi. ¶ Septimò † quæritur,quid operetur scrutinij publicatio mox post scripta vota facienda? Et dico secundum Pan.quòd scripta vota sunt publicanda mox,id est, secundum gl.incotinẽti nullo actu cõtrario intermisso:& secundũ Pan. huiusmodi dictiões,vbi ius nõ determinat quomodo debeat intelligi,verificãtur in tempore modico,secundum quod bonus iudex arbitrabitur,habito respectu ad circũstantias. Publicato autẽ mox scrutinio,electores voces variare non possunt:sed facienda est collatio,& electio celebrãda extra copublicato.Et cõsequẽter ante publicationẽ scrutinij à cõtrario sensu possunt electores variare & alios nominare: vt per c.quod ficut.eo.tit.quia per talẽ nominationẽ ante scrutinij factam nullum ius acquiritur nominato.Adde secundũ Gof. quòd variare nõ possunt illi qui sunt de maiori & saniori numero accedẽdo ad minorẽ partẽ:sed qui sunt de minori accedere possunt ad eos,qui de maiori sunt numero. ¶ Octauò 10 † quæritur,quid super collatione facienda iura velint? Et dico secundũ Pan.in d.c.quia,ppter.quòd electio & collatio fieri debet per illum,cui capitulũ hoc cõmiserit & vtile est, secũdum Doct.quòd hoc capitulum a principio dictis scrutatoribus cõmittat.Et vbi cõcurrunt plures electiones,fieri debet collatio triplex,scilicet numeri ad numerũ, meriti ad meritum,& zeli ad zelũ.intellige si plures eligant:vt sic apparear quis electorũ habuerit numerũ maiorẽ,& quis sit meritus maioris,& quo zelo seu animo electores moti fuerint ad eligẽdum:quia ex istis tribus apparebit clarè quis habet maiorem & saniorẽ partem:cùm maioritas cõsistat respectu numeri:sanioritas verò respectu meriti & zeli.si tamẽ vna electio fit à duabus partibus,cessat collatio meriti & zeli:vt in c.si quando.eod.tit.lib.vj.Si verò vnus solus fuerit electus, etiã debet fieri collatio nõ tam ei ad numerũ, cùm esset alia electio: sed fiet de numero:quia cõsiderabit verũ habuerit tantũ numerum,cùm forte prælentes nõ faciãt duas partes vt deberent:vel forte nõ oes habet vocẽ:& de merito electi,an sit idoneus:& de zelo,an scilicet bono animo,vel per illicitas preces in illum cõsenserint.hæc ex illo.Et adde,quòd in numero eligentiũ cõputari nõ pot electus:quia nullus sepium potest eligere.de elect.c.Cumana. ¶ Nono † quæritur, virũ facta collatione ad hoc quod quis eligatur,sufficiat quòd habeat partẽ maiorẽ & saniorẽ respectu partiũ minoriũ,an oportẽ requirat quòd habeat partẽ maiorẽ totius capituli? Et dico requiri q; habeat partẽ maiorẽ capituli: nec sufficit maior respectu minoriũ. extra eo.ecclesia vestra.el j.vbi Pan.adducit & probat cõtra Inn.vnum,quòd nõ sufficit pars tam ordinis,nisi etiã sit maior totius capituli.& ide dicit in dicto ca. quia propter.imò hoc ibi habet tex.quasi expresse.& idem sentit Io.And.Sed tamen in numerosis to computari non cõsueverunt nolunt interesse,secundum eundem Panor.& gl.in cle. vnica.circa.eod.titu.Vnde quod dicitur,ab initio debere duas partes vniuersitatis conuenire:vt in l.nulli. & in l.plane.ff.quod cuiusq; vniuersitatis.intelligi debet,inquit Panor.saltem in electionis negotio de duabus partibus illorum, qui volent & debent & possint commodè interesse:referens se ad dicta in cap. ad nobis.& cap.cum in cauſis.extra eod. Aliud,quòd non soluin in electionibus,in quibus seruãda est forma d.cap.quia propter.verum est quòd oportet partẽ esse maiorẽ totius capituli,nec sufficit maior respectu minoris:sed etiã in omnibus explicandis per vniuersitatẽ.In casibus tamen,in quibus dẽ-

sori parte respectu minoris valeat. & idem sentit glo.fi.in c. fi cui.extra eo.lib.vj.& in c.j.ne sede va.lib.vj.& Fede.consj. Nec obstat,inquit,c.quoniam.de iure patr.vbi valet præsentatio facta à maiori pte patronorũ:licet non cõcurrat maior pars omniũ:quia cõmuniter dicũt doc.illud procedere in patronis,qui præsentãt,vt singuli,non vt collegiũ.Secus in ipse stantibus ad aliquos iure collegij:pura si ad collegiũ spectaret præsentatio.Et ex his duæ regulæ colliguntẽ.Prima: Vbi actus spectat ad plures vt ad collegiũ,requiritẽ ad validitatẽ ipsius dispositio maioris partis collegij,id est,existentiũ tunc in collegio:nam vt cõstituatur vniuersitas, sufficit præsentia duarum partium vocandarũ:& valet quod fit à maiori parte istorum:vt not.in l.nulli.& l.plane.& dixi plenius in c. cũ nobis.extra eo.& in c.cum omnes.de consti.Pallit hęc regula in electione prouincialis de ordine Minorũ:quod qa valet electio facta à maiori parte partiũ comparatione minorũ:vt in cle.exiui. §.demum.de verb.sig.Secũda.In spectãtibus ad plures vt ad singulos,in casibus,in quibus valet dispositio maioris partis,sufficit maior comparatione minoris:vt in d.c.quo 11 niam. ¶ Decimò † quæritur,quot & quæ sint de substãtia electionis scrutinialis? Et dico quòd quædam sunt de substantia electionis,secundum omnes. quædam verò secundũ aliquos tantùm doc.& secundũ veritatem,maximè secundũ Pan.qui alijs plura ponit in d.c.quia propter.& sunt hæc. ¶ Primũ ergo substãtiale est secundũ eum,vt electio fiat p cõgregatos in vnã:quia non sufficeret cõsensus eligentium singulariter præstiti:pura,si quilibet in sua camera consentiret:sed oportet q; collegialiter cõsentiant.ad qd. in c.in Genesi. eo.tit.& gl.in c.j.de reb.ec.non alien.lib.vj.Et hoc non est speciale solum in electiõe,vt ibi dicit gl.sed generale in omnibus expliandis per vniuersitatẽ:vt dicit,inquit,in c.cum omnes.de cõsti. Nec tñ per hoc intelligas,inquit,quòd præsentia seu vocatio absentiũ sit de forma vel de substãtia:qa contẽptus aliquorũ non inducit nullitatẽ electionis:vt in c.sicut.& ca.bonæ.& in c.ecclesia.el ij.eo.tit.imò nõ valeret statutũ episcopi & capituli inducẽs nullitatẽ propter defectum aliquorũ non vocatorũ:vt no.Io.And.in addi.eo.tit.qa constitutio inferioris immutare non potest constitutione superioris:vt in cle.ne Romani.eo.tit.sed est de iustitia:quia retractabitur electio, si illi suum contemptũ prosequant. ¶ Secundũ est, vt scrutatores assumantur per collegium:nõ enim se debẽt ingerere, quia suspecti redderentur:vt ni l.quæ omnia.ff.de procur.& pro hoc tex.in d.c.quia propter.in verbo'assumatur.quod tamen ipse dicit tutũ,sed non necessarium:quia si tres incipiũt scrutari alijs videntibus & tacentibꝰ,credit electionẽ valere sertatis alijs:quia cùm agatur de re meritoria & cõcupiscibili, tacentes habent pro cõsentiẽtibus:sicut in simili notauit gl.in ea.sient cũ.eo.ti.li.vj. ¶ Tertiũ,vt scrutatores assumant tres, non plures,nec pauciores.& hoc cõmuniter tenetur:imò habetur ex tex.d.c.quia propter,sed hoc Archidiacon.limitat verũ quãdo scrutati potestatibus propter electorũ paucitatẽ sufficiunt duo scrutatores,scilicet opi. Vin. & Tan. imò vnus solus testibus vocatis,sed m opi. Inno.imò nullus,secũdum mentẽ eius: quia si ius eligendi sit penes vnũ, iste nullũ scrutabitur: sed ipse vocatis testibus exprimet votum suum, vt dictũ est. ¶ Quartum,vt isti scrutatores sint de collegio,secundũ Gof. Host.& Inno.gl.tñ prædallegata & Vin.de Tanc.tenẽt hoc nõ esse substantiale:sed primũ, inquit, magis cõgruit literæ:imò ego dico haberi ex text.d.c.qa propter.Et intelligit Inno.de collegio eligentiũ,& non de collegio ecclesiæ vacãtis:quia fideiussis electionis negotiũ prosequunt illi ad quos spectat. legium quàm ecclesiæ vacantis ratione consuetudinis vel priuilegij:vt in abbate.de ver.sig.& in c.cum dilectus.de cõsue. ¶ Quintũ,vt vota singulorũ exquirantur secretè:vnde si vnum ex præsentibus non scrutaret,vel aliquis ex scrutatoribus omitteret,electio non valeret,quod intelligit Pan. quãdo contẽntur vel prætermittitur aliquis exvocatis:qa contẽptus non vocati non reddit electionẽ nullam.Et sic intellige Arch.dicentẽ non obesse,si præsentes nõ respõdeant,aut respondeant captiosè:nec si aliqui de capitulo nõ requirantur, dummodo suũ contemptũ non prosequantur.loquitur enim de vocandis,vota,inquam,exquirantur secretè:quia secundũ Arch.si fieret votorũ inquisitio in publico,electio nonvaleret, etiam si omnes cõsentirent.extra eo,in Genesi.sed intellige secũm Pan.post Inno.secretè,id est,seorsum ab alijs:de collegio:qa bñ posset esse alij testes nõ de collegio:sicut & testes examinari possunt corã testibus, vt probat Pan.vbi ?.in graui & põderosa causa:modò nõ sint tales,q eligẽtibus possint incutere timorẽ:quia tunc recusari possent,sicut & scrutatores,si tales essent,vel aliquis ipsorũ:& esset iusta causa appellandi,secundũ Pan.in d.c.quia propter. ¶ Sextũ,vt inquisitio ista fiat sigillatim,sicut obseruatur in testibus,qui nõ debent plures cõmiseeri in examinatione:aliàs depositio nõ valeret: vt not.in c.venerabili.eo.tit. ¶ Septimũ, vt exquirantur vota omnium,vt dictum est. ¶ Octauũ,vt vota exquisita rediganttur in scriptis publicis aut priuatis. ¶ Nonũ, vt vota scripta, in communi,id est,in capitulo publicentur.Nec obstat secũdum Arch.si in capitulo sint aliqui extranei religiosi vel alij. ¶ Decimum, vt ista votorum publicatio fiat mox, id est, incõtinenti,nullo actu contrario intermeniente post scripturã. ¶ Vndecimũ,vt facta publicatione fiat collatio, vt suprà dictum est.quod etiã limita:quia si omittatur collatio, electio tenet quando omnes vnum eligunt: secus si non omnes vnũ, sed diuersos. ¶ Duodecimũ, quòd ista collatio fiat mox post publicationem,id est, nullo actu extraneo intermisso. quod voluit glo.& Pan.arg.in l.cum antiquitas.C.de testam. licet in hoc aliqui varient. ¶ Tertiumdecimum, vt facta collatione fiat communis electio per vnum nomine capituli : & per verba singularis numeri:vt in cap.sicut.eod.tit.lib.vj. & in c. cum ab vno.de reiud.lib.vj.Quis autẽ debeat vice omniũ eligere,dicit gl.in d.c.sicut. quòd is qui primam vocem habuit, vel cui capitulum cõmiserit:sed si capitulum,vel illi qui consentiunt,hoc nulli expresse cõmittant,vnus præsentibus alijs facta collatione eligat vice capituli vel consentiẽtium:& satis est:quia ratihabitio & taciturnitas mãdato comparantur, saltem in re appetibili & meritoria:sicut est vt per electionẽ canonicã proindeatur ecclesiæ.ff.mand.l. quod si fideiussor. & C.mãda.l.si fideiussor.Secus in onerosa,vbi requiritur expressus cõsensus.ff.de procu.l.filius.§.inuitum.secundũ Inno. in d.cap.in Genesi.& Compost.in d.cap.quia propter. Illum autem eligentem oportet esse de capitulo, secundũ mẽtem Arch.& secundum Sum. Aug potest esse vnus ex his,qui non consentiunt.quod tñ Archid.negaret,secundum quem facta collatione maior pars debet requirere minorẽ de consensu in eligendo:& si acquieuerint oẽs,vnus electorũ pronuntiabit electum dicens: Ego talis vice mea & omnium electorũ eligo talem.Sed si aliquis non acquieuerit,dicet:Ego talis vice mea & omnium aliorum,qui mecum consentiunt , eligo talem.& idem est si pro vice mea,dicat nomine meo.

¶ Decimoquartò, vt ipsa electio fiat post collationem statim siue mox, id est, nullo actu extraneo interueniente. extra eodem.c.cum post petitam. ¶ Decimoquintò, vt electio fiat de eo,in quem maior & sanior pars totius capituli consentit:imò sufficit si pars sit maior, si non probetur contrarium : quia maior , nisi contrarium probetur , semper præsum

Universidad de Deusto
Biblioteca

famitur ſanior: vt in cap.dudum.eod.titu.& maioris zeli.eo. tit.eccleſia veſtra. ¶ Decimoſextò eſt, vt iſta electio ſit verbalis: vt in c.eccleſia.eo.tit.& in dicto ca.ſicut.& cap.cum ab vno. ¶ Decimoſeptimò vt ſoleniter publicetur: quia non debet eſſe clandeſtina: vt in d.cap.quia propter.& publicari debet in capitulo,& etiam ſecundum Pan. tutum eſt quòd publicetur populo: per hoc quod legitur & notatur in cap.cum dilectus.eo.tit.ſed hoc licet fieri debeat ſecùdum Inn.& Cõpoſt.tamen non eſt neceſſarium,ſecundum eundem Inno.& Pan.ſed tũtũ. ¶ Decimooctauò eſt, vt ſeruetur ordo omniũ prædictorum ſucceſsiuè per ordinem,vt enumerata ſunt: aliter ſi præpoſteretur, nihil valet. Et iſta omnia colliguntur in d.cap.quia propter.iuncta gloſſ.& ibi notatis. Addunt aliqui ſubſtantiale eſſe quòd electioi præfigatur dies:&ꝙ ſcrutatores ſint fide digni:&quòd fiat in eccleſia,de cuius prælato fit electio:& quod fiat poſt ſepulturam prædeceſſoris. Sed hæc
23 probat Panor.non eſſe ſubſtantialia. ¶ Electio†igitur facta contra prædictam formã,aliquo ſcilicet prædictorum omiſſo irritatur,& annullatur per ſententiam ſuperioris,ſecũdum Hoſt.& Bern.extra eod.Cumana.& hoc placet Arch.Sed tamen in aliquibus eſt ipſo iure nulla: imò verius eſt quòd in omnibus prædictis,vt tenet Inno.Compoſt.& Pan.& cõmuniter doctores.& ſic per iſta verba nõ valeat,inducitur nullitas ipſo facto.ſed tamen diſtingue quantum ad priuationem poteſtatis eligendi,ſicut diſtinguit gl.in cap.Cumana.eo.tit. quia ſi peccant in materia,id eſt,in perſona electa, eligentes ſcienter indignum,ſunt priuati ipſo iure per cap.cum in cunctis.eo.tit.Si verò peccant contra formam,ſunt priuandi per ſententiam,per d.c.quia propter. Ex his patet difficultas huius formæ ſcrutinij,in qua etiam multi perfecti viri deficiũt, practicam ignorantes, vt dicit Panor.in d.cap.quia propter. & glo.in cap.cum expediat.extra eod.lib.vj. In ordine tamen Prædicatorum per cõſtitutiones traditur certa forma,in qua etiam non omnia ſunt ſubſtantialia: vt quòd habens primam vocem in electione decretũ formet: & deinde iuris aliæ ſubtilitates reſecantur. ¶ Vndecimò,†quantum ad formam cõpromiſſi quæritur,vtrum electio ſic fieri poſsit? Et dico quòd eligendi poteſtas committi poteſt aliquibus. extra,eod. quia propter.ſed cõpetentius in numero impari:extra eod.in cauſis.& cap.cum dilectus.& cap.cum in iure. Nec oportet iſtos eſſe de collegio:extra eod.cauſam quæ.oportet tamen quòd ſint viri religioſi,ſecundum gl.in d.cap.quia propter. Poteſt etiam committi vni:vt in d.ca.cauſam quæ.etiam maſculo à monialibus:vt in d.c.cauſam quę.etiam habenti electionem confirmare:vt ibi.etiam non prælato.de renunt.poſt tranſlationem.Imò melius expediri poteſt per vnum quàm per plures,ſecundum prædictam gloſſ.Imò, ſecundum Panor.in d. cap.in cauſis.capitulum non ſolùm cõpromittere poteſt perſonis certis poteſtatẽ eligẽdi, ſed etiam poteſt aliquos eligere,per quos eligantur compromiſſarij electuri vice capituli. Sed tamen commiſsio non valet:primò ſi vnus diſſentiat,nolens compromittere.extra eod.quia propter.quia nullus iuri ſuo renuntiare cogitur inuitus.extra quod me. cauſ.abbas.& cap.ad audientiam.nec ſecundò,ſi fiat ſub hac forma,vt quis quæſitis votis in ſecreto,illum eligat,in quem plures conſentiunt.extra eod.ſi cui.libr.vj.de quo infrà.§.xiiij. nec tertiò,ſi fiat de eligendo certam perſonam,ſecundum doct.communiter. Et facta commiſsione re integra talis poteſtas reuocari poteſt.extra eod.in cauſis.vbi etiam patet,rem non dici integram,quando iam compromiſſarij cœperũt habere tractatum:quod verũ eſt in omni negotio extraiudiciali:ꝗd Innoc. latius proſequitur in d.c.in cauſis.dicens ꝙ cùm attinguntur ſubſtantialia negotij, puta cùm cœperunt de perſona eligenda tractare,deſinit eſſe integrum. Secus ſi tantùm expleta ſunt aliqua pertinentia ad actus ſolennitatem: vt quia dixerunt miſſam de Spiritu ſancto,&huiuſmodi. ¶ Duodecimò †quæritur,an valeat cõpromiſſum factũ ab vno nomine ſeu vice omnium,alijs præſentibus,& nõ cõtradicentibus? Et dicit Inno.& cõmuniter doctores in d.c.in cauſis.quòd nõ:quia cùm res iſta non ſit leuis,ſed importãtiæ magnæ,debẽt ſigillatim omnes inquiri & expreſsè conſentire. Et hoc dictũ nota,& tene in omni re ardua explicanda per vniuerſitatem: quia in re onerosa & graui taciturnitas non habetur pro cõſenſu.facit glo.in regula,qui tacet.lib.vj. Secus in re leui,maximè concupiſcibili. Hæc cum multis alijs ex Pan. in d.cap. in cauſis.vbi ſubiungit: Ex quibus poteſt ſumi ſingularis limitatio ad dictum Inno,in c.j.de his quæ fiunt à ma.parte cap. vbi notanter dicit,quòd ſi in capitulo tractatur aliquod illicitum & damnabile: tenẽtur illi de neceſsitate contradicere: aliàs habentur pro conſentientibus: & ita inuoluũtur peccato & pœna peccati cũ alijs expreſsè conſentientibus: vt illud dictum procedat quo ad obtuendum peccatorẽ ſub velamine taciturnitatis peccatũ nutriatur. Sed quo ad validitatem contractus,tene quod dixi. Hæc ille.de hoc ſuprà Conſentius. §.iij.in fi. Decimotertiò†quæritur,vtrum poteſtas data compromiſſarijs eligendi prælatum vel officialem, intelligi debeat de idoneo? Et dico quòd ſic:vnde ſi electus non ſit idoneus,non tenentur electores illum recipere:vt in d.c.cauſam quæ. Et ibi gl.dicit eſſe arg.quòd cùm aliquod generale committitur arbitrio alicuius,non valet niſi legitimè factum ſit. ſi reiitur.Quintaualis.& cap.veniens.ff.de rit.nupt.l.quãquam.ff.pro ſocio.l.vnde ſi Neruæ. Et ſi arguatur contra ea cap.vlt.xxxij.q.vlt.& alijs quæ allegat:ſolue vt ibi. Et hęc ſecundum Pano.in d.cap.cauſam quæ.faciunt ad quæſtionem, quando communitas eligit duos ciues vt vadant ad eligendum Poteſtatem vel capitaneum:quia ſi illi eligunt indignũ, ciuitas non tenetur acceptare:quia in generali mandato non venit vt eligant indignum. ¶ Decimoquartò†quæritur,quot modis fieri poſsit huiuſmodi compromiſſum? Et dico quòd duobus. Primò,ſcilicet limitatè, vt compromiſſarij teneantur eligere in quem maior pars totius capituli ſcrutatis votis omnium de capitulo ſigillatim & ſecretè ab ipſis conſenſerit. Et iſta forma eſt,de qua in cap.dilecti.eod. tit.& in c.cum expediat.eo.tit.lib.vj.non tamen valeret,vt dictum eſt, & vt dicitur in cap.ſi cui.eod.titu.lib.vj. ſi fiat compromiſſum alicui,vel ſecundum glo.etiam aliquibus ſub hac forma vt ipſe ſecretò & ſigillatim:vel ſecundum gloſſ.à fortiori ſi non ſecretò votis ſingulorũ de capitulo exquiſitis, & in ſcriptis redactis,illum eligat,in quem plures de capitulo partium comparatione minorum conſenſerint: licet conſentientes maiorem partem totius capituli non attingant. Et iſta forma ſecũdum gl.in d.c.cum expediat melior eſt omnibus formis: quia in hac electores non abdicant à ſe poteſtatem nominationis. Secũdò fit ſimpliciter,vt ſcilicet compromiſſarij eligãt quos volunt. ¶ Decimoquintò†quæritur, quæ ſint de ſubſtantia electionis compromiſſariæ? Et dico quòd gñaliter in omni tali electione requirit,primò ꝙ ſeruentur dicta de electione in genere:quia neceſſarium ſuperiori neceſſarijũ eſt inferiori, loquẽdo logicè.ſecundò ꝙ temerè cõpromiſſum, vt perſe patet,tertiò ꝙ nõ excedatur forma compromiſſionis.extra eo.cum dilecti.quartò, ꝙ electio fiat per verba ſingularia numeri,etiã ſi cõpromiſſarij ſint plures:aliter non valet.extra eo.ſicut. Dico vlterius quòd ſi compromiſſum fiat primo modo,id eſt limitatè,ſolùm iſta requiruntur neceſſaria:ſecundò quòd compromittentes ſint ſimul congregati,& omnes quiuolunt &debent intereſſe.ſecundò quòd compromittant omnes in vnum vel duos,vel tres,aut quot volũt:ſiue ſint de collegio, ſiue non,dummodo ſint clerici,& nõ laici.c.cõtingit.de arbit.tertiò quòd cõpromiſſarius vel compromiſſarij ſeruentur vota ſinguloru ſecretè & ſigillatim.quartò quòd eligat illũ,in quem maior pars totius capituli cõſenſerit,dicendo, Ego N. compromiſſarius de conſenſu & voluntate compromiſſariorum meorum,ſcilicet ſi habet alios, virtute compromiſsi in me vel in nos facti,eligo in epiſcopum N. in quem maior pars capituli conſenſit. Et ſi in primo ſcrutinio non conſenſit in aliquem maior pars ſcrutinij,debet tam in forma iſta, quàm in forma ſcrutinij replicari, donec in aliquem conſentiant:extra eo.cum terra. Et ſi de cõpromiſſarijs fraude dubitatur, poſſent electores facere ſcripta: in quibus nomen eius,in quem cõſentiunt,ſcribatur,dãtes illa compromiſſario,quia ea in præſentia omnium recipiat:& taliter ſimplicet vt coprehẽdi nõ poſsint cuius ſint:& deinde coram omnibus legat,& eũ eligat,in quẽ maior pars totius capituli conſentit. Si verò fiat compromiſſum ſecundo modo, id eſt, ſimpliciter,requirũtur duo prima ſolùm:quibus ſtatibus eligat dicendo, Ego N.compromiſſarius &c. vt prius dictũ eſt: excepto quòd nõ dicet,in quem maior pars capituli conſentit. Requiritur etiã ſecũdum Sum.Ang.& Roſ.in hac forma vt nullus diſſentiat:non autẽ in priori. Sed melius ſentit Sup. poſt Piſa & arch.quòd hoc ſit cõmune in omni forma cõpromiſſi:quia d.c.quia propter.extra eo.hoc dicens loquitur indiſtincte:& ratio gloſ.ibi dicetis quòd maior pars capituli cõpromittere nõ poteſt:quia nullus debet priuari iure ſuo: nec aliquis debet compelli ius ſuum alteri dare. C.de cõtrahẽda empt.inuitum.habet locũ etiam in cõpromiſtione limitata. ¶ Decimoſextò † quæritur,vtrum cõpromiſſarius,ſi ſit vnus ſolus,ſe poſsit eligere? Et dicit glo.in c.cum in iure.extra eo. quòd non:et de iure patro.per noſtras.& de inſtit.cum ad noſtram.& ff. de tut.& cura.da.l.prætor.& xxiiij.q.j.didicimus. & quia nemo debet oriri à ſeipſo.viij.q.j.in ſcripturis.& ſi iuraſſet eligere meliorẽ,& ipſe ſit melior:ſecundũ aliquos poteſt ſe eligere:ſed tamen inconuenies eſſet & inhoneſtũ quòd ſe eligeret:& ſic ambitioſus videret:& ideo repellendus.per cap.in ſcripturis. viij.quæſt.j. & potius debet renunciare tali poteſtati:& fatuus eſſet ſic iurans,ſi credit ſe meliorem vt ſe eligat. Vel dic quòd tunc ipſe intelligitur exceptus: quia in generali ſermone perſona loquens non comprehenditur.C. de ſolu.inquiſitio.ff.de cõdit.& demonſtr.l.qui hæredi. & de iure pat.petitio.hæc gloſſa. Et idem dic de eo, cui per ſuperiorem præcipitur vt magis idoneũ eligat. Vnde ſecundum Panorm.in cap.licet.eodem tit.ſi ſupereſſet vnus ſolus Cardinalis:ille habebit electionem,iuxta not.in cap.gratum. de poſtul.prælat.no tamen poterit eligere ſeipſum:vt in cap.per veſtras.de iure pat.tamen nomine totius collegij poterit dare hanc poteſtatem alteri:& ille nomine totius collegij poterit eligere ipſum:dum modo ceſſet fraus & ambitio. ¶ Decimoſeptimò † quæritur,vtrum compromiſſarij plures, eligere poſſint vnum ex ſeipſis? Et diſtinguo. Nam ſi ex forma cõpromiſſi habetur quòd hoc poſſint:hoc poſſunt, ſecũdum omnes Doctor.ſine diſcrepãtia.& eſt tex.in c.cum in iure.ex tra eo.ubi cõfirmatur electio facta ex tribus de ſepte cõpromiſſarijs de vno ipſorum, ſi ille electioni cõſentiat: quia ſcilicet,vt dicit gl.tunc ſua perſona computatur inter eligẽtes. arg.l.planè.ff.quod cuiuſq; vniuer.& ff.de adq.l.6 cõſul.& ſic ſe ipſum eligere intelliguntur:& ita maior pars capituli. Poteſt autẽ aliquis ſe cõſentire poſtquã in aliũ conſenſerat ſi eius cõſenſus in aliũ nõ fecerat maiorẽ partẽ:quia talis cõſenſus illi non profuit. Nec ob illud Apoſtoli Hebræ.v.ſcilicet. Nemo aſſumit ſibi honorẽ,id eſt,prælaturã: ſed qui vocatur à Deo tãquam Aaron.quia † dico quòd dupliciter quis prælaturã aſſumit, ſcilicet inchoatiuè ſe primò & immediate eligẽdo: vel quod petius eſt,practicãdo:& cõplendo,ſcilicet cõſentiẽdo practicę factæ:ſicut qui cõſentit electioni de ſe factæ,vt in ſcrutinio: vel quaſi factæ,vt in cõpromiſſo, quãdo ſua vox compleꝛ: & primum eſt illicitũ,no ſecũdum,ſi cõſentiatur bono fine, ſcilicet ad obediendũ Spiritui ſancto,vel ſubueniẽdum eccleſiæ. Vide Pan.in d.c.cum in iure.& §.ſequẽti. Si verò ex forma cõpromiſſi hoc nõ habetur:tunc ſunt opiniones.& quidã tenent quòd hoc poſſunt,vt Io.in c.qui epiſcopatum.viij.q.j. & ibi Arch.& Inn.Hoſt.& Pan.& acerſi gloſſator iuris ciuilis in l.planè.ff.quod cuiuſ.vniuer.& hoc ſequitur Sum. Roſ. contra Supplementum. Sed ea quæ per iſtos allegatur nõ coguot. Quidam verò tenet quòd hoc non poſſunt:vt Tancre. & Ioan.de Deo.& Boati.& glo.in d.c.cum in iure.& de ſorti. ea.vlti.& hoc ſequitur Sum. Piſa.& Arch.& Supple. Et dicta gloſ adducit duas rationes:vnam in d.c cum in iure.quia ſcilicet talis à ſeipſo videretur electus.quæ ratio nõ eſt bona,vt patebit ex §.ſeq. Aliam in d.c.vlt.quia ſcilicet vbi ſimpliciter nulla adiecta forma datur poteſtas eligẽdi aliqbus, puta tribus:ita habent poteſtatẽ eligendi omnes,quòd vnus vel duo ſine tertio eligere non poſſunt. Vnde ſi duo eligant tertium, non valet quod faciunt: quia hãc poteſtatem non habent. Et ſi ille eligat ſe cum alijs,nõ valet:quia nemo ſeipſum poteſt eligere. Intellige primò,ſiue inchoatiuè.de inſtit.cum ad noſtram. Sicut ſi tres iudices vel arbitri ſint dati ſimpliciter ſine illa clauſula, quod ſi nõ omnes:duo ſine tertio procedere nõ poſſunt.de offic.deleg.vno delegatorum.& c.cauſam matrimonij. Nec obſtat quòd capitulum, cuius vice iſti ſingũtur, poteſt eligere vnum de ſe:quia capitulũ eligit iure cõmuni ſiue ordinario:non autem iſti, ſed poteſtate ſibi conceſſa per capitulum:ſed cùm datur aliquibus poteſtas eligẽdi de ſe vel alijs,ſi volunt aliquẽ eligere de ſe, tunc poteſtas eligẽdi manet penes illos tantũ:& eis ſolis data intelligitur. ſicut quando committitur cauſa cũ illa clauſula, quod ſi omnes.hęc ex glo.ſed tamen intellige eis ſolis,ſic tamen quòd maior eorũ pars hoc poſsit.vt in d.c.cũ in iure. Et hæc ratio eſt bona. Iura autem allegata per opinione contrariã nõ concludunt,vt patet intuẽti:ſimiliter nec rationes. Cùm enim dicit Panor, quòd ex opinione cõtraria poſſet ſequi fraus:quia inter compromiſſarios poſſent poni fraudulenter illi.de quibus poſſet vtiliter prouideri.dico quòd nõ oportet omnẽ licitũ modum eligendi carere omni fraude poſsibili:quia etiã ipſi compromittentes ſtatim ſine cõpromiſsione poſſent omiſſo vtiliori eligere minus vtile. Cùm etiam adducit in argumentũ quòd deputati ad aliqua in pias cauſas diſtribuenda, poſſent diſtribuere in aliquę ex ſeipſis egentem:dico non eſſe ſimile:quia poteſt quis dare vocem ſuam vt ſibi detur eleemoſyna:non autẽ prælatura. Cùm etiã adducit,quòd certi officiales deputati ad eligẽdum aliquos officiales, poſſint aliquem ex ſeipſis eligere,niſi forma poteſtatis eis tradita reſtringat:dico hoc fallere quando talis poteſtas non datur ſingulis, nec maiori parti,ſed ſolùm omnibus collectiuè:& nullus eorũ poteſt in ſe cõſentire primò. ſed ſolùm in alios:quia eo caſu eſt impoſſibile quòd aliquis eorũ habeat omnes voces primò. Siue inchoatiuè,aut etiã completiuè.dum ſcilicet is, qui primò conſenſit in alium,variat,& cõſentit in ſe:quia iura nõ expreſſerunt hoc poſſe fieri, niſi quando in forma cõpromiſſi de hoc fit mentio. Sicut † autem dicit Pan. poſt Philiſte electus ad angẽdum numerum non debet conſentire dicẽdo Eligo vel
reeligo,ne principaliter diſponat in ſe, contra cap. ſiue inſtitur.ſed dicendo, cõſentio electioni de me factę: licet enim ad hoc nõ ſit facta à maiori parte:eſt tamen in fieri & omni

Universidad de Deusto
Biblioteca

no fienda. Et debet consentire, secūdum eundem, intra tempus statutum à iure ad electionē fiendam, vel appositum in cōpromisso, electio suo cōsensu perficitur. arg. in l. bonorū. ff. rem ra. ha. & facit qđ not. glo. in c. quàm sit. de elect. lib. vj.

23 ¶ Decimooctauò, † posito casu d. c. cum in iure. scilicet cum ex septem compromissarijs tres cōsentiunt in vnū de numero ipsorum puta Titium, & tres in alium nō de illo numero: quæritur quare Titius cōsentire posit electioni de se factæ à tribus? Et dicit ibi Pan. secundū Host. quem cōmuniter sequuntur Doctores, quòd vbi proceditur per viam compromissi, vox electi numerum auget, & suam electionem cōsentiendo perficit: quo casu procedit dictū c. cum in iure. Sed vbi proceditur per viam scrutinij, non computatur in numero: vt in cap. Cumana. extra eod. Ratio autē diuersitatis ista est: quia cùm proceditur per viam compromissi, non debet esse compromissarijs officium onerosum. Item quia electio non oritur à se, scilicet primò & inchoatiuè, sicut in forma scrutinij. Ioan. autē Andr. in cap. per nostras. de iure patr. dat aliam rationem diuersitatis dicens, quòd cōpromissum non arctat ad seruandū formam c. quia propter. vt ibi patet. Et intellige quatum ad ea, quæ dicit illud c. de forma scrutinij. Vnde possunt, & solent, inquit, cōpromissarij eligere palam: vt quisque audiat vota aliorum. Vnde cùm quis non possit eligere quin sciat se ab alijs electum, consentiendo electioni de se factæ à parte æquali, nō videtur esse ambitiosus, nec oriri à se, cùm sit prius vocatus à Deo & socijs: vnde meritò cōsentit eo numerum auget, cùm sit vnus de habentibus potestatem: nec disponit principaliter in seipsum, sed potius dispositiō ab alijs factæ consentit. nec est hoc ambitiosum, sed meritorium officium charitatis, si bono corde fiat. vij. quæst. j. qui episcopatum. Quādo autē proceditur per viam scrutinij, cum in secreto quisq; cōsentiat: & sic ignoret an fuerit ab alijs electus, in seipsum cōsentire non potest: quia sic videretur ambitiosus. ¶ Decimononò, † posito quòd ex tribus compromissarijs

24 duo indignum & vnus idoneum eligat: quæritur vtrū valeat electio vnius? Et dico Doctor. esse varios. Nam quidam tenent quòd sic: quia potestas duorum ad vnum deuoluitur, qui non deliquit: alij verò tenent contrarium: quia compromittentes in tres, videtur voluisse quòd vnius electio nō valeat. Hostien. autem dicit quòd non valet in terminis dicti c. cum in iure. propter formam appositam in compromisso, scilicet quòd electio fieret ab omnibus, vel à maiori parte, quasi diceret q̄ cessante tali forma, valeret electio facta à maiori parte: ex quo alij cōpromissarij sunt priuati. Panor. autē ejcit hanc quæst. dependere ex alia: vtrum scilicet potestas delinquentiū compromissariorum deuoluatur ad capitulum, aut ad non delinquentes. & ei dictum Host. non placet: quia & si nihil dictum fuit in compromisso: tamen intelligitur tacitè quòd fiat ab omnib*, vel saltē à maiori parte. Vnde quēadmodū valeret facta à minori parte, ita debet valere cùm fuit dictum in cōpromisso vt fieret ab omnibus vel à maiori parte. Nā alijs priuatis electio dici pōt facta ab omnibus: quia facta fuit ab illis, in quos tota potestas deuoluta est: vt habetur in simili in c. egregio. extra eo. Nam certum est, quòd etiam cōpromissarij eligentes scienter indignum, sunt priuati potestate eligendi: vt in c. si compromissarius. eo. tit. lib. vj. Nec delictū maioris partis debet nocere minori, vt potestas redeat ad capitulū. & dictū c. si cōpromissarius. qđ scilicet dicit, eam reuerti ad electores seu capitulum, loquitur, inquit, quādo omnes cōpromissarij delinquunt: eligēdo scienter indignum. Secus si omnes coēligūt: & electio facta à minori parte, reperit facta de idoneo. hoc exillo. Qui sentit q̄ eo casu electio valeat. Et hoc sequitur Sum. Ros. cōtra Supplementum. & certè malè: quia † potestas compromissaria non se extendit vltra quàm intendant compromittentes, qui quando cōpromittunt in tres: ideo hoc factum, quia ligari nolunt ad vnū solum: ideo melius, secundum Arch. & Sum. Pis. & Sup. dicit indistincte, siue oēs, siue maior pars sic delinquat quòd reuertitur potestas ad electores. Nec fit iniuria paucioris: qa talis potestas ei nō cōpetit, nisi quatenus intendit cōpromittentes: vnde dicta electio nō valet. Adde † primò, quòd si cōpromissarius nō eligat intra tēpus à iure statutum, eligēdi potestas deuoluit ad superiorē: ad electores autē si eligat indignū etiā ignorāter, nisi electione scienter facta tam haberet: & similiter deuoluit ad eos, si idoneus electus nō cōsentit: vt in d. c. si cōpromissarius. Adde secūdò q̄ si cōpromissarius eligit scienter indignū, nō puniuntur cōpromittentes nisi ratificet: sed ipse tertiò suspensus est à beneficijs quæ obtinet in illa ecclesia, quam sic eligendo offendit. Sed si cta pœna locū non habet, nisi ipse sit episcopus: & electio sit de episcopo vel superiori. Et idē de eo qui electionē, postulatione, seu prouisionem impugnās, in probatione deficit eam, quod objecit in persona: vt in d. c. si cōpromissarius. Adde tertiò quòd si cōpromissarius acceptās cōpromissum, habet potestate cōfirmādi, non est necesse, secundū Arch. q̄ prius eligat, & deinde confirmet: sed sufficit quòd vigore suæ prælationis & cōpromissionis & authoritatis insistat in prælatū illū, de quo sibi videt. Sed de hoc vide Pan. in c. cautam quæ. eo. ti. & dic vt ibi. Adde quartò q̄ cōpromissarius prouidere pōt de psona cuiuscūq; loci. arg. lxiij. dist. electus. &. c. Restat tutius tamen & melius est quòd de ipsa ecclesia eligat: ratione eo. quod sicut. & xxiij. dist. in nomine Domini. ¶ Vicesimo, † quantū ad formā cōmunis inspiratiōis quæritur qualiter & quot modis fiat? Et quantū & qualiter dico q̄ nō reperit certa hoc determinata forma, secundū Arch. & Pan. in d. c. finis propter. Vnde sufficit qualitercunq; electores exprimat votum. Quātū verò ad reliquū, dico q̄ secundū Pan. ibi post Host. in verbo, quasi p inspirationē, fit duobus modis. Primo per veram inspirationē, q̄n fit authore Deo nec indiget alia confirmatione: vt fuit electio beati Nicolai, Ambrosij, & Gregorij, de quibus lxj. dist. § his omnibus. Secūdò quasi p inspirationē: q̄ si scilicet nō cōstat quòd authore Deo sit facta, sed præsumit quado oēs de collegio vno ore cōsentiūt in aliquē nullo præce dēte tractatu. ¶ Vicesimo primò † quæritur, quot sint de substātia huius electionis? Et dicit Pan. ibidem quòd sunt duo. Primò, quòd sit facta ab omnibus: vna enim pars contradicēte nō valet electio: qa nō videt facta Deo inspirante. arg. viij. q. j. si ergo. Secūdò, q̄ fiat sine vitio scilicet simoniæ vel tractatus specialis. Sed quantū ex ipso & Arch. & aliis Doctoribus colligo, requiritur primò, q̄ oes congregentur. Secūdò, quod omnes in ista vīa procedēti cōsentiant: quia si vnus nollet, oporteret, p̄cedere per viā scrutinij, sicut & de cōpromisso dictū est: q̄ viā autē scrutinij cùm illa in dicto c. quia, ppter. ponat̄ principaliter: nō obstaret si vnus procedere nollet: modo hoc velit pars maior. Tertiò, q̄ omnes consentiant in vnā personam: quia si consentiatur in duos, non valet: nec est inspiratio communis, id est, omnibus conueniens. Quartò, quòd fiat sine vitio simoniæ. Quintò, quòd nullus præcedat tractatus specialis, in quo nominet certa persona: generalis autē, secundū Io. And. licet potest: puta si quis hortetur ad orationem vel electionem pro bono prælato.

❧ Rursus de Electione tertiò, quantū ad aliqua determinata personarum genera.

1 *Electio tertiò considerata respectu scilicet certarum personarum, ac primum Papæ, à quibus celebrari debeat? Et quid deficiente toto Cardinalium collegio?* Dubitationum

2 *Dubitationum in ecclesia emergentium interpretatio, sede vacante ad quem pertineat?*

3 *Cardinales quem eligere debeāt, aut possint? Et an in electione Theologus Iurista sit præferendus.*

4 *Eligendo papa, quanam forma sit adhibenda? Et an sede vacante, cetus Cardinalium papalem iurisdictionem exerceat? Et quatenus?*

5 *Papa quem Imperatorem eligere possit? Et quid de Imperatoris electoribus, num eos papa mutare queat, aut mutatos mutatet numero seq.*

6 *Electores Imperatoris ubi quo, & quot creati sint? Et cuiates sint?*

7 *Iura circa monialium electionem, quid sanciuerint? Et cuius ætatis esse debeāt? Et an vocatio in monialia electionibus de re lo ad velum, aut de velato ad velum fieri debeat: an vero de numero ad numerū? Et quid in his appellari contingat? nu. seq.*

8 *Eligendi modi, an sint omnibus monialibus communes? Et an eligenda potestatem ex compromisso habentes possint sibi vocibus & suffragijs numerum suffragiorum ac vocum adaugere?*

ELECTIO tertiò, quantū ad aliqua determinata personarum genera: pura papę, Imperatoris, monialium, & huiusmodi: quędam continet speciālia documenta: vnde specialiter de hac agendum est. ¶ Primò verò quantum ad electionem papę multa dicentur j. Excommunicatio ix. § iij. sed nunc breuiter dicendum est de electoribus, eligendo, & forma eligendi. Vnde quæritur, à quibus debeat celebrari? Et dico quòd Romanis secundum antiqua iura cōcessum fuit tale ius eligendi: vt dicit Aug. de Anch. & patet ex illo c. ego. Ludouicus. dist. lxiij. quodā verò tempore concessum est Imperatori, vel saltem requirebatur assensus eius: & hoc propter deuotionem Imperatorum ad ecclesiam, & adiutorium eorū contra hæreticos & sc̄hismaticos: vt dist. xxiij. in nomine. & dist. lxij. Adrianus. &. c. in synodo. Sed postmodum quia tali priuilegio aburebantur, fuit eis sublatum: vt dist. eadē. §. verum. & c. cum Adrianus. & nūc ad solos pertinet Cardinales: vt patet ex c. licet. de elect. & ex c. vbi periculum. eod. tit. lib. vj. vbi dicitur quòd soli Cardinales debent includi pro electione papæ. Deficiente tamē toto collegio Cardinalū electio papæ ad Romanum cleri pertineret, & ille succederet Cardinalibus: supra papa est episcopus Romanus: & sua ecclesia est sancti Ioan: Lateranensis: vt ad canonicos & clericos illius ecclesiæ pertineret electio. licet secūdum do. Ang. eo casu totum esset congregare concilium: & hoc tum ad vitandum schisma, tum ad interpretādum dubium: quia dubium est ad quē spectaret electio. ¶ Dubia † autem emergētia in ecclesia sede vacante concilium generale habet interpretari. Nec obstat quòd concilium generale congregari non potest, nisi authoritate summi pontificis. distin. xvij. per totum. quia verum est ipso viuente: in dicto tamen casu hoc facere deberet Imperator & reges ac principes Christiani. Vide tamen Panan. c. licet. eod. tit. ¶ Secundò † quæritur, quem eligere debeant aut possint Cardinales? Et dico secundum Augustinum de Anch. quòd eligere possint vnum de collegio, & non de collegio Cardinalium. dist. xxiij. in nomine. & sic multi electi sunt nō de gremio Cardinalium: cæteris tamen paribus magis eligere debent vnum de collegio: videtur probat multis rationibus: vt patet ex d. c. in nomine. Et debent primò eligere cæteris meliorem in conscientia eligēti: non quidem meliorem simpliciter, sed ad hoc regimen, modò existimetur bonus. qui enim crederetur malæ vitæ, nullo modo esset eligēdus, quantumcunq; aliàs idoneus. Hic tamen secundum eundem Aug. opus est duplici limitatione. Prima, si æquè facile esset eligere magis idoneum ad hoc sicut alium: quia vbi non esset æquè facile: vt si is, quem credit minus idoneum, habet plures voces: sic posset sinam conscientiam quis alijs conformare æstimādo illū magis idoneum, ex quo pluribus videt: vel etiā quia sine sua voce peruenit ad numerū sufficientem. Secūda, vt intelligat hoc de debito honestatis seu cōsultorio, & nō necessitatis seu præceptorio: qa sufficit eligere idoneū, licet nō sit magis idoneus. quod secūm S. Tho. verum est in foro contentioso, non aūt in foro conscientiæ. Et debet secūdò eligere cæteris paribus doctiorē: qa scientia multū cōfert ad regimen & cæteris paribus magis Theologū quàm Iuristam, secundum eundē Aug. tā ex parte ecclesiæ cui præficitur: quia per eam nō intelliguntur muri aut possessiones, ex quibus litigia cōsurgunt dirimenda per iura: sed animæ fidelium mfor. nādæ fide ac moribus: qđ Theologia facit: tum ex parte scientiæ quia præficit: q̄ scientia omnibus præeminēs cōuenit Plato summo: tū ratione vniuersalis iudicij de omnibus, qđ cōgruit papæ: & quod iura nō ministrā: quæ nō corrigunt omnia mala: sicut Theologia quæ continet ius diuinū. Nec obstat si dicatur qđ sine peritia iuris exulat cōcordia, quia papa facere debet: quia dicit idē quòd ad lites dirimēdas papa potest & debet assumere cōtemporales de ecclesia, id est, iudices seculares, vt ait Apostolus, sicut etiā Apostoli instituerunt septem diacones vt vacarent temporalibus: & præterea bonus Theologus nō est nudus à legibus: qa sacra scriptura omnia continet quo ad substantiā veritatis: & si nō quo ad sirigiorum formā. ¶ Tertiò † quæritur, quæ forma in electione papæ seruanda sit? Et dico quòd quæ forma seruaretur antiquitus, in decretis nō habetur: sed Alexāder tertius in Lateranensi concilio statuit quòd duæ partes Cardinalium, qui electioni interessent, cōcordarēt in vnum ad hoc vt esset papa: vt patet ex c. licet. de elec. Exinde Gregorius decimus in concilio Lugdunensi addit vt mortuo papa, Cardinales præsentes in loco mortis expectēt absentes p dies quatuor, post quos debent intrare cōclaue observandum per dominos, seu rectores, vel officiales loci: & inde non exire, nisi electione facta, aut infirmitate supeueniente, Circa quod multa habes infrà Excommunicatio. viij. §. xij. & sumpta sunt ex cap. vbi periculum. de elect. libr. vj. quæ quidem constitutio, vt dicit Ioan. And. in glos. quantus reuocata fuerit per Adrianum & Ioannem, tamen fuit per Celestinū quintum renouata, & per Bonifacium confirmata, & posita in lextò. Demum Clemēs, quintus in concilio Vien. ad dictam formam addidit quædā: vt habere in cle. ne Romani. de elect. scilicet quod Cardinales per exceptionem excōmunicationis, suspensionis, vel interdicti ab electione repelli non possunt. Et quod officium camerarij vel pœnitētiarij maioris, vel aliorum pœnitentiariorum duret vsque vacante: & si deficiant, possit cœtus Cardinalium ad tempus vacationis alios subrogare loco pro numero deficientium, vel ampliori etiā quo ad pœnitentiarios si hoc eidem cœtui cōcorditer expedire videbitur: si nō nullus deficiat, nullum adhibere possunt, secundum glos. Et quòd si oēs Cardinales simul vel successiuè conclaue exire cogerentur: puta propter incendium vel timorem mortis, hi quorum erat custodire conclaue, quàm citius poterunt, omnes reintrare compellant congruum locum, prout ipsi Cardinales conuenerint. Et quòd cœtus Cardinalium sede vacante nō exerceat papalem iurisdictionem, nisi in quantum permittit Lugdunense concilium in d. capite, vbi periculum. nec illud vel eius partem possit alterare: cuius contrarium aliqui doctores prius tenebant, vt Host. dicens non esse verisimile Dei filium voluisse vt sede vacante, aut grex fidelium sine pastore, aut sine sponso ecclesia esset. Cui respondet Ioannes Andreas in glossa ibi, quòd sponsus, tutor, & pastor, caput eccle

Universidad de Deusto
Biblioteca

ecclesiæ Christus est allegans ad hoc multa iura. Vnde licet deficiat vicarius, non tamen deficit principalis: & quia vicarius soli Petro & successoribus datus est: non habet vicariam curtis Cardinalium. Reprobatur etiam opi. Hug. dist. lxxix. nullus. qui dicit Cardinales tunc posse creare Cardinalem: quod est falsum. ¶ Quartò † quantū ad electionem Imperatoris, licet non sit ad ecclesiasticā dignitatem: quæritur vtrum papa eligere possit Imperatorem per seipsum? Et dicit Aug. de Ancho. quòd sic, ex iusta & rationabili causa: puta propter electorum negligentiam & discordiam, aut electi bonitate & condecentiam, aut Christiani populi, & pacis prouidentiā, aut hæreticorum, schismaticorū, & huiusmodi audaciā coërcendam: quia Imperator est minister papæ, eò ipso quòd est minister Dei, cuius papa est vicarius: principalis autem agentis est eligere ministros & instrumēta ad suum finem: qui in papa est pax & bonum ecclesiæ: sicut militaris, cuius finis est victoria, eligit equestrem & frænefactiua. j. Ethic. dicitur tamen Imperator recipere gladiū à Deo. xxiij. q. iij. quæsitum. quia non recipit illum à papa vt est singularis persona: sed īo sum vt est vicarius Dei. ¶ Quintò quæritur, vtrum papa possit Imperatoris electores instituere, aut institutos ex rationabili causa mutare? Et dico quòd sic: sicut & Imperatorem potest eligere, & electum non confirmare, & confirmatū deponere: sicut Stephanus secūdus natione Romanus, seu ecclesia Romana oppressa ab Astulpho rege Longobardorum, & petens auxilium à Constantino & Leone filio eius Imperatoribus Constantinop. & non obtinens, Imperiū ad Carolum magnum Pipini filium transtulit: vt dicit glossa in cap. venerabilem. de elect. & hoc anno Domini dcclxxvj. qui Carolus post annos xv. coronatus est à Leone papa iij. & quē Carolum Zacharias prædecessor eius substituerat Ludouico regi Francorum, quem deposuerat: vt legitur xv. q. vj. alius. ¶ Et similiter Greg. v. tempore Ottonis Imperatoris conuocatis & requisitis principibus Alemanię septē electores instituit officiales ipsius curiæ imperialis, quatuor scilicet laicos: vt regem Boemiæ, ducem Saxoniæ, comitem Palatinū, & marchionē Brādeburgesem: & tres clericos, vt archiepiscopū Maguntinum, Colonien̄sem, & Treuerensem. De Alemania autē solùm tales electores sunt assumpti, secundum Archi. Primò, quia inde fuerunt principes, qui ecclesiam liberarunt de Longobardorum seruitute & impiorum Romanorum. Secūdò, ratione deuotionis illius populi ad sanctos Apostolos Petrū & Paulum: quod eorū ostendit peregrinatio continua. Tertiò, quia sic voluit Gregorius inde natus, & cōsanguineus Ottonis Sicut autem Romani ante Christi aduentū propter zelum rei publicæ, & obseruationem legis ac iustitiæ imperium meruerunt: vt patet ex secundo Machab. & per Aug. v. de ciuit. Dei. cap. xij. ita cùm postea armis ad virtutem contrarijs fuerunt armati, meritò & imperiū, & eligendi Imperatorem fuerunt potestate priuati, secundum Aug. de Ancho. quāuis rex dicatur Romanorū. Et sicut ab apostolica sede hoc Alemanis est concessum: ita cùm expediret vnitati & paci Christianitatis posset immutare. extra de elec. venerabilem. vbi etiam patet quòd si duo eligantur, ad papā pertinet alteri fauere, vt alterum præeligat magis idoneum, pro ecclesiæ aduocatione, & defensione, & cui fama, vita, & iustitia magis suffragantur. Et idem est quando pars vocata & expectata nollet eligere, aut ad eligendum conuenire: quia sedes apostolica aduocato & defensore carere nō debet. Vnde cum Lotharius & Corradus electi fuissent in discordia, papa Lotharium coronauit. Et similiter posset papa prouidere de Imperatore per hæreditarem successoriam, quando videret hoc paci Christianitatis expedire: quia hoc est de iure positiuo, in quo papa habet plenitudinem potestatis. Et hoc secundum Augu. de Ancho. esset magis expediens. Primò, quia si Imperator scires imperium etiam suis filijs deberi, magis conaretur ad iustitiæ & ecclesiæ defensionem. Sed ò, qa non ita faciliter rebellarent fideles assueti obedire Imperatori, & ecclesiæ, cuius est minister familiaris. Tertiò, qa ex morte Imperatorū, aut electorum discordia, plerunq; ecclesia caret defensore, & bella nascuntur, & ipse Imperator contemnitur. Hoc tñ, secundum Arch. non est faciendum: quia inde scandala multa sequi possent: à quibus abstinendum est etiam in malis tolerandis, nedum in promouendis maioribus bonis. dist. iij. denique. ¶ Sextò † quantum ad electionem monialium, quæritur quid circa ipsam iuraverint? Et dico quòd nulla monialis admitti debet ad electionē, nisi xij. annū peregerit, & sit tacitè vel expressè professa: nec in abbatissam eligi potest, aut in priorissam, vel per priorissam gubernatur, nisi post tricesimum annum, & expressam professionem. Et cùm per scrutinium processum, electio à duabus partibus celebrata, non obstāte alterius partis appellatione, præmissa tamen diligenti examinatione, si aliàs fuerit inuenta canonica, cōfirmetur, & benedicendē benedicatur. Sed si nulla electionum esset à duabus partibus celebrata, nō obstante quòd fuit scrutinium publicatum, aut ad electionem processum, possunt, aliæ moniales antequā ad actus extraneos diuertant, ad illā accedere, quæ à maiori numero totius scilicet capituli electa est: quæ si per hoc venit ad duas partes cōfirmetur, vt suprà: sed nihilominus contra eam sic cōfirmatam, postquam fuerit in administratione, alię poterunt opponere per modum denuntiationis, vel accusationis, vt à dignitate remoueatur: quòd si ad illā, quæ à maiori parte electa est, aliæ nolūt accedere, vel nō tot, quòd ad duas partes ascendant: tunc super obiectis, quæ faceret pro altera, & super alijs, quæ sunt inquirenda planè & sine strepitu iudicij per superiorem ante confirmationem inquirat: sed ipsa interim in temporalibus & spiritualibus administret: tamē quòd nec de rebus monasterij aliquid alienet, nec donet monialē. Si qua verò à minori pte electa, vel nominata fuerit, nō valet: nec dicto modo ad eam potest accedi. ¶ Notandum tamen quòd in electionibus monialium nunquam debet collatio fieri zeli ad zelum, aut meriti ad meritū: sed scilicet numeri ad numerū. Si verò procedatur per formam compromissi: si minor pars se opponit electæ, nihilo minus cōfirmetur, & benedicatur, non obstante minoris partis cōtradictione: sed si se opponeret pars maior, differretur cōfirmationis infirmatio, donec de obiectis & alijs fuerit inquisitum: sed interim administrabit, vt ei permittitur, nisi pars opponentis fuerit duplo maior: quia tunc non administrabit, sed expectabit litis euentum. Et si in huiusmodi electionibus cōtingat ad curiam appellari, debent causæ exprimi secundū modum constitutionis, vt circa. extra eod. lib. vj. sed ipsæ ire non debent, quin potius procuratores constituere. Et prædicta omnia cum habent etiā apud mulieres, quæ viuunt quasi canonicæ, excepto quod dictum est vt nō eligātur nec eligant non professæ: quia tales nō profitentur. hæc omnia extra. eo. c. inmniratibus. li. vj. De excōmunicatione autem eorum qui monniales in electionibus dirigendas vocantur, nisi abstineant ab his, quibus inter eas aut oriri aut nutriri posset discordia. j. Excommunicatio. viij. ℌ. xv. ¶ Septimò † quæritur, vtrum inter duos ſdictos modos eligendi cōueniat alij monialibus? Et dico quòd sic. Primò, scilicet per cōmunem inspirationem: quia iste modus conceditur omnibus de iure in cap. quia. de elect. & nullibi monialibus prohibetur, non obstat. q. de eo mentio nō fiat in d. c. indemnitatibus. qa non oportebat: cùm in eo discordia locum non habeat. Et secundo per quandam missionem ex scrutinio & compromisso: vt patet in c. cum dilecti. extra eo. & in c. cum expediat. lib. vj. eod. tit. nuncta gl. qñ scilicet in aliquos sic cōpromittunt, vt eligat eam in qua maior pars cōsenserit: quo casu etiā dicti cōpromissarij vocē habent in electiōe, etiā si sint minores, nō de collegio, scdm aliquos: & verū est indubitatè in ipsa formali electione: cui hoc conueniat cuilibet compromissario: vt patet ex verbis quibus eligit. Vtrū † tñ suis vocibus possint augere numerum vocū: quidā dicunt qp sic: & ita aliqñ vidi in practica seruatum: sed malè, nisi ad hoc habeant speciale mandatum collegij: quia quicquid iuris ibi habent, totum est collegio eos eligente: qđ sine expressiōe nō præsumitur tradere hanc facultatē, cū requiratur cōsensus non solùm maioris partis, sed etiam omnium: vt patet per nota. in c. in causis. eod. tit. imò si hoc exprimeretur per vnū de collegio alijs taecentibus, nō valeret, arg. eorum quæ dicit Pan. in c. nónne. de præsump. & in dec. in cautis. Quæ tñ sunt de substantia in via meri scrutinij, nō sunt de substantia huius scrutinij: vt suprà Electio ij. ℌ. xv.

De Eleemosyna.

1 *Eleemosyna vnde dicta sit & quotuplex. Et sub hac quòd eleemosyna secundum corpus septem species, & totidem secundum animam sint. Et vtra meliores ac salubriores sint?*

2 *Eleemosyna, an & quando sub præcepto sit? Et in hoc dicta quatuor, & ad hæc conclusiones quinque.*

3 *Eleemosyna, quibus & quo ordine pauperibus dāda sit? et no. 4.*

5 *Eleemosyna, de quo danda sit? Et in hoc dicta aliquot.*

6 *Turpiter vir ex parte dantis simul & accipientis est, licet acceptum in pias causas erogari debeat, in foro tamen pœnitentiali accipiens erogare aut restituere non tenetur, quod tamen limita vt ibidem.*

7 *Eleemosyna à quo dari possit? Et ad id multa axiomata.*

8 *Mulier sub viri potestate degens, an citra conscientiam de maioris bonis eleemosynam facere possit? & id quibus casibus?*

9 *Pauperibus aduersus dantes, vt fides subueniatur, an actio competat? Et num saltem iudex officium implorare queant?*

ELEEMOSYNA † dicta est ab eleoverbo Græco, qđ est misereor, vnde sonat aliquid ad misericordiam mouens: & dupliciter sumit, scilicet pro obiecto: & sic est res eleemosynaliter tradita: puta vestimentū aut cibus: & pactu. Et hoc modo secundū S. Bona. in xv. dist. quarti, sumitur tripliciter. Primò scilicet communissimè: & sic cōprehendit omne opus misericordiæ impensum proximo vel sibi, iuxta illud Ecclesiastici. xxx. Miserere animę tuæ. Secūdò cōmunter: & sic cōprehendit omne opus misericordiæ impensum proximo, corporale, vel spirituale. Tertiò propriè: & sic cōprehēdit opus pietatis impensum proximo ad releuandum indigentiā corporalem. Vñ secundum S. Thom. ij. ij. q. xxxij. quædam eleemosynæ sunt corporales: septē scilicet opa misericordiæ corporalia cōtenta in hoc versu: Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo, quæ quidā nota sunt omnibus. & quædā spirituales, septē scilicet opera misericordiæ spiritualia contenta in hoc versu: Consule, corrige, solare, remitte, fer, ora. Ita tñ vt sub cōsule, intelligat etiā docere: vñ ista opera sunt docere ignorantē, consulere dubitanti, corrigere peccantem, consolari tristē, remittere offendēti, supportare onerosos, & pro omnibus orare. sunt aūt eleemosynæ spirituales absolutè corporalibus meliores. Primò, qa per eas exhibetur donū spirituale corporali nobilius. Secundò, qa per eas subuenitur spiritui nobiliori corpore. Tertiò, qa per eas subuenitur actibus spiritualibus, qui sunt corporalibus digniores: in particulari tamen casu sunt aliquando corporales præferendæ: sicut qui fame moritur pascendus est potius quàm docendus.

¶ Primò † verò quæritur, vtrum & quando eleemosyna sit sub præcepto? Et dico quòd eam esse sub præcepto in aliquo casu nullus dubitare debet: quia propter hoc quòd eam non exercuerunt aliqui damnabantur, quia tñ hoc præceptum tanquam affirmatiuū non obligat ad semper: difficultas est atq; dissonātia inter doctores: qñ sit casus, in quo quis ad hoc obligatur: vt diffusè in quadā Aureæ Ros. quæstio. tractauimus: sed restringendo breuiter veritatem, distinguēdum est sic. Nam bonū qđ homo habet dabile in eleemosynā, e multiplex. ¶ Primū, est necessariū necessitate quasi absoluta, id est, sine quo viuere nō posset ipse & sui, quorum necessitatibus habet prouidere: puta valor aureorum quinquaginta. ¶ Secundum est necessarium quasi necessitate cōditionata, id est, sine quo viuere nō potest decenter iudicio prudentium, & exēplo virtuosorū ipse & sui, puta valor aureorū centū. nec oportet in iudicando superfluum, quòd considerentur omnes casus, secundum S. Tho. qui contingere possent in futurū: sed debet iudicari superfluum & necessariū secundum ea quæ probabiliter & verisimiliter occurrunt. ¶ Tertium, est quod continetur quidem intra bonū necessariū ad decentiam: sed tamē sic quòd eo sublato stat decentia: & eo addito decentia nō exceditur. Terminus enim requisitorum ad decentiā nō est indiuisibilis: puta centū aurei: sed est in quadā latitudine: puta nō minus quàm centū nec plus quàm centū viginti. ita quòd ista viginti possunt addi & minui stante decentia. ¶ Quartum, est superfluum, id est, omne excedens quinquaginta & centum & viginti: ita quòd non est necessarium ad viuere aut decenter viuere, sicut sunt centum in habente ducenta & viginti. Primum igitur bonū, id est, quinquaginta, sit a, & secundū, id est, centū, sit b, & tertium, id est, viginti, sit c, & quartū, id est, alia centum, sit d. & tunc dico multas cōclusiones. ¶ Prima. Habens superfluum adviuere, licet necessarium ad decenter viuere, id est, habens b. tenetur de eo eleemosynā facere in extrema necessitate, id est, quando apparent probabilia signa extremæ necessitatis futuræ, nisi ei prouideatur: & patet conclusio. iiij. dist. xv. arg. q. iij. in corpore. vbi dicitur quòd tenetur quis primo seruare necessitati absolutæ proximi, quàm suæ conditionatæ: & quòd præceptum legis est vt quis det de necessario ad decentiam. Patet etiam ratione: quia tenemur magis amare vitam proximi, quàm res nostras, aut nostram corporalem decentiam, cùm sit obiectum dignius: vnde propter vitam abdicamus decentiam. Et licet viro nobili sit grauius morte viuere indecenter propter suam imprudentiam aut negligentiam leuioletiam: secus propter fraternā pietatem, nisi iudicando fallatur. ¶ Secunda cōclusio. Dare eleemosynam de toto b, extra necessitatem extremam, neq; est de præcepto, neque de consilio: sed est illicitum: quia nulli licet in aliquo statu viuere indecenter, nisi propter maiorem alterius necessitatem. ¶ Tertia conclusio. Dare aliquid de b, extra necessitatem extremam est consiliū: quia perfectionis est plus alij quàm sibi de temporalibus velle, vt alius viuat se decentius. ¶ Quarta. Nihil habens superfluum ad decenter viuere nec ad viuere, nulli tenetur eleemosynam facere de præcepto nec de consilio, nisi in casu, quo iuuaretur res publica aut persona reipublicæ fortior: quia tunc est de consilio: eo quòd bonum sit pro cōmuni salute exponere vitam suam. ¶ Quinta. Habens superfluū ad decentiam, tenetur dare sub præcepto vbi adest necessitas decentiæ, licet non adsit extrema. quarto, vbi suprà, ad quartum. & intellige quando non putat verisimiliter quòd occurret alius, cui melius erit eleemosynā tradere. Et de prædictis omnibus vide in Ros. aur. casu lvij. ¶ † Secundò quæritur, quibus eleemosyna danda est? Et dico multa. ¶ Primum. Eleemosyna pauperibus dāda

Universidad de Deusto
Biblioteca

est,qui suis manibus operari non possunt. lxxxij. distinct.§.j ¶Secundum,Ei qui laborare potest danda non est.arg.d.c.j. & ibidem c.episcopus.& v.q.v.non omnis.vnde & glos. dicit super Matthæum, quòd iustius feceris,si iniustè petēti correxeris,quàm si ei dederis:& secundum leges pauper,qui laborare pōt,si se immiscet eleemosynæ,si sit conditionis seruilis redigitur in seruitutē:si verò sit liber,aliter punitur. C. de mendi.vali.l.vnica.lib.xj.auth.de quæsto.§.si verò.coll.ix. nec curo de diuersitate quæ est inter dictas leges:sed tamen limito istā vera,quando is,qui laborare potest, meruit ad laborandum.¶ Tertium.Etiam malis &peccatoribus dāda est. dist.xlij.c.quiescamus.& prima,q.ij.quàm pio.nisi propter securitatē cibi iustitiam negligerent, quia tunc subtrahendus est v.q.v.non omnis.& concor.S.Tho.in iiij.dist.xv.dicens q peccatori danda est eleemosyna ad sustētationē si indigeat, cùm præcipiatur nobis etiā bene facere inimicis,qui scilicet sunt mali,si nos sumus boni.nihil tamen debemus ei dare ad malitiam fouendam.Vñ si constaret eum dato abuti in peccatum, dari non deberet,nisi exposceret extrema necessitas. ¶Quartum.Deputatus executor ad distribuendum certa bona pauperibus,distribuere pōt inter suos consanguineos,secundum Panor.in c.j.de coha.cle.& mulie.nam clericus pōt in pauperes consanguineos de rebus ecclesiæ dare,qui est distributor:vt in d.c.j.& xvj.q.j.c.si.sibi autem distribuere non potest:vt in §.si tibi centum.l.si mandato.ff.mandati.

4 ¶† Tertiò quæritur,quo ordine pauperibus danda est?Et dico duo.¶ Primum.In danda eleemosyna præponi debet primò ipleme:deinde sui,deinde noti,demum boni,deinde extranei:de quo vide tex.in c.non satis.lxxxv. dist. & text.cum gl.in d.c.quiescamus,quod limita exteris paribus: quia tāta posset esse necessitas in extraneo,quòd noto &cōiuncto præponeretur.& concord.S.Tho.ij.ij.q.xxxij.dicens quòd magis subueniendū est coniunctioribus quàm obuenientibus nobis quadam sorte. Circa quod tamen, inquit, discretionis ratio adhibenda est secundū differentiā coniunctionis,sanctitatis, & vtilitatis:quia multo sanctiori & magis indigenti &magis vtili ad cōmune bonū magis dādū esset,quàm personæ propinquiori,maximè si non sit multū coniuncta, cuius specialis cura nobis immineat,& si necessitatem magnā nō patiatur. ¶Secundū.Pater malus stante æquali necessitate præponēdus est cuicunque bono:vt patet ex dictis.Vñ secundū R.ay. in exhibitionem nutrimenti pater infidelis est præponendus extraneo fideli:licet in dilectione fit econuerso.dist. xxx.c.j. quia nullum beneficium tantum est sicut parentum:vnde in beneficijs recompensandis parentes sunt omnibus præferendi,nisi ex parte alia necessitas præponderet,vel alia conditio, puta cōmunis vtilitas ecclesiæ vel reipublicæ:vnde secundū San.Tho.in extremam necessitatem magis deferendi essent filij quàm parentes.& concordat Gofr.& Host. ¶†Quartò

5 quæritur de quo eleemosyna danda sit?Et dico multa.¶ Primum.Vt colligitur ex Canonistis j.quæst.j.non est putanda. & xiiij.q.v.forte.& per Theologos.iiij.distin.xv.eleemosyna dari potest de re propria nō obligata restitutioni,aut ppriæ necessitati,etiam si sit illicitè acquisita.¶ Secundum.Qui furatur vsurario,& huiusmodi,vt inde eleemosynam faciat,secundum Rayner furtum committit:quia non sunt facienda mala autveniant quæcunq; bona. xiiij.q.v.forte.quod limita, nisi necessitas pauperis esset extrema,& aliter prouideri non posset. ¶ Tertiū.Quātū ad illicitè acquisitū distinguit S.Th. ij.ij.q.xxxij.dicens illud esse triplex. Nā si debet ei,à quo acquisiuit est:inde fieri nō potest eleemosyna,cùm sit restituendum:& hoc siue non transferatur dominium, vt in rapina,& furto : siue transferatur, vt in vsura, secundum aliquos. Si verò non debetur eiā quo acquisitum est: licet acquirens illud retinere non possit:quia scilicet contra iustitiam datū est & acceptū,vt in simonia:debet in pias causas erogari.& idem in similibus,in quibus datio & acceptio est contra legē. Aliquando verò est illicitè acquisitum, non quia acquirito ipsa sit illicita:sed quia illicitū est illud,ex quo acquiritur &transfertur dominiū:nec repetitio cōperit : sicut in acquisito per meretricium patet:quod propriè vocatur turpe lucrum.talis enim mulier turpiter & cōtra legem agit:sed in eo quod accipit,nec iniustè,nec cōtra legem agit: vnde acceptū retinere potest,& inde fieri eleemosynas:sed nō oblatio publica ad altare.Quam distinctionem probat August.xiiij.q.v.non tamē in fi.Aduertendum,† est tamen quòd regulariter quando turpitudo est ex parte dantis & accipientis,licet acceptū erogari debeat in pias causas:tamen in foro pœnitentiali nō cogitur q; erogare,aut restituere,nisi ad hoc fuerit iudicialiter cōdemnatus,vel à confessore pro satisfactione peccati adstrictus:vel nisi hoc sit à iure particulariter expressum : vt in simonia,ex qua regulariter est facienda restitutio ecclesiæ,in cuius iniuria acceptū est.Et hæc colligi possent ex no.per gl. Ray.in titu.de rap.§.nunquid circa pedagia.super verbo,tenetur.De acquisitione per aleam infrà Ludus §.xij.

7 ¶† Quintò quæritur,à quo possit eleemosyna dari? Et dico multa.¶ Primum.Eleemosynam facere potest quicunq; donare potest,iuxta dicta suprà Donatio j. Qui etiam donare non possunt vt monachi,filij,serui,& huiusmodi, qui sunt in alterius potestate,in multis casibus largiri possunt eleemosynā.Primò,quando de licentia suorum superiorum peregrinantur,vel sunt in scholis:quia possent facere eleemosynas, quas alij honesti peregrini & scholares communiter faciunt. arg.l.vnicæ.C.ad Maced.& l.si longius.ff.de iudi. & l.ij.ff.de iurisdi.omnium iud.&.c.præterea.de offi.deleg.facit glos.in clemen.ij.§.penul.de vi.& hone.cle.Secundò,in extrema necessitate,etiam contra superiorum prohibitionem:quia tunc omnia sunt communia iure diuino:imò tenentur secundum Ric.in iiij.distinct.xv.& glo.xij.q.j.non dicatis.Imò in necessitate magna,quando ad superiorem recursus haberi nō potest:vt not.Panor.in c.si quis.de furt.& glo.in d.c. non dicatis.& ratio est præsumpta superiorum voluntas.Et generaliter potest quis de volūtate expressa vel præsumpta:puta quia habet administrationem à superioribus commissam,ar.ff.de donatio.l.filiusfamilias.§.j.& in omnibus huiusmodi. ¶Secundum.Igitur religiosus eleemosynam dare non pōt,secundum Ray.quia nihil habet.xij.q.j.non dicatis.quod tamē potest,si de voluntate prælati est in peregrinatione vel scholis, secundum Ray.quia intelligitur cōcessa licentia faciendi quæ faciunt alij honesti peregrini vel scholares : & similiter potest & debet si habet administrationem,secundum Ray.& similiter potest & debet si videret aliquem indigere ad mortem, non obstante contradictione prælati.Et concor.Host. & S. Tho.ij.ij.q.xxxij.& iiij.distinctio.xv.addens quòd citra extremam necessitatem potest absente prælato dare aliquid subspe ratihabitationis.¶ Tertium.Serui etiā famuli & ancillæ, quamuis sint liberæ conditionis,secundum San.Thom. eleemosynam dare non possunt de rebus dominorum sine consensu,nisi panem,& huiusmodi,quæ non infertur sensibile nocumentum:& si famulus sit dispensator, non tamen quasi potestatem aliquam habens in rem domini,sed quasi tractans eam ad eius vtilitatem : de pretio tamen seruitij sui constat quòd potest eleemosynam dare. ¶ Quartum. Similiter dare eleemosynam non potest regulariter filiusfamilias, si peculium non habet:potest verò si habet castrense,vel quasi,quia quantum ad illud censetur paterfamilias. ff. ad Macedon. j.de

j.de peculio autem profectitio & aduentitio potest si credit patrem permissurum,non aliter : quia profectitium,& quicquid ex eo acquiritur,patris est:aduentitiū verò patris est quo ad vsumfructum.Iustit.per quas perso.no.acqui.§.j.de hus tamen peculijs posset eleemosynā facere:si de licentia patris esset in peregrinatione vel in scholis:vt dictū est.Similiter si esset filius senatoris vel alterius dignitatis:de quovide ff. Donatio.j.§.j.¶Quintū.Vxor quoque licet possit eleemosynā facere si habet paraphernalia bona quę sua sunt:de quo dicvt infrà Paraphernalia.Si tamen nihil habet præter dotem,seu de rebus mariti,inter quas bona dotalia cōputantur.C.de iure do. l. in rebus.hoc non potest.xxxiij.q.v.quod Deo.nisi in octo casibus:quorum quatuor dicti sunt suprà in prin. huius §.Quintò,si habet consuetudo loci vtvxores de pane,vino,& huiusmodi,faciant eleemosynam:quia consuetudo dat iurisdictionem.quod tamē moderatè fieri debet.Et licet vir fortè aliquando prohibuerit: tamen debet sibi,secundum Summistas,formare conscientiā quòd ei non displiceat:tum quia aliquando hoc faciunt viri vt temperent vxores,non à toto, sed ab excessuitum etiam ex pauperū miseria, cogitas quòd etiā marito placeret, si talem miseriā cerneret.Et si omnino sibi conscientia dictat quòd viro displiceat, deponat eam si potest & si non potest,cessat ab eleemosynis:† nisi in duobus casibus. Primò,si videret indigentiam ad mortem,Secundò vtiliter gerendo negotium viri:puta quia videt eum crudelem & sceleratū:& occultè largitur eleemosynasvt auertat iram Dei,& illum diuina gratia illuminet:quo casu secūdum glos. Ray.& Rodo.sufficit quòd nō veniat contra prohibitionem mariti,nec eum scandalizet:licet credat quòd ei displiceret si sciret.Et facit lex,soluendo.ff.de nego.gest.cum similibus. & melius exemplū Abigail,j.Reg.xxv. quæ datis panibus & quibusdam modicis contra sui mariti voluntatem,eum liberauit à morte.Sextò,si vir assignauit ei certum quod pro suo victu:& ipsa vult abstinere,vt in eleemosynas largiatur:quia illud videtur suum.Septimò,secundum Petr.de Palu. si vir sit farnus:quia tunc ad eam pertinet dispositio domus : nisi per superiorem aliter fuerit ordinatum.Octauò, si sit lucrosa facta scilicet quòd exhibita gubernatione domus & familiæ ex operibus suis lucratur.Et ita tenet San.Tho.& Richar. & Petr.de Palu.& cōmuniter Theologi ac Summistæ:nec intelligo dedueendas expensas victus:quia vir eam alere tenetur propter dotem,& obsequium.Sed tamen quia cōtrarium tenere videtur glo.in l.sicut patronus.ff.de oper.lib.quæ vult vxorem operari viro: pro concordia dici potest primam opinionem veram esse,quando habet dotem sufficientem pro oneribus matrimonij sustinendis:sed si nō habet, est vera secunda:& operabitur viro vsque ad supplementum onerum: & quod supererit,cedet lucro suo non mariti. Et ita dictam glos.videtur intelligere Bart.in l.Caio.ff.de ali.le.Adde tamen ad prædicta singularem limitationem Asten.lib.v.titulo xxvj.secūdum Gul.de Mili.quia aut de rebus illis vxor sepsam sustentat & virum:& tunc non potest de illis eleemosynam facere:quia magis viro tenetur quàm alteri. Aut superabundant:& tunc potest inuito viro.¶ Sextò † quæritur, verum pauperibus contra diuites conueniat actio,vt eis subueniat.Et dicit Panor.in c.si quis.de fur. quòd non : sed bene possint implorare iudicis seu superioris officium, vt eos cogat:& ecclesia eos cogere potest:vt no.glo.in c.sicut hi.xlvij. di.& arg.in c.nullus laicus.de iure patro.quod limita verum, quando sunt in tali necessitate,& dimites in tali abundantia, quòd eis subuenire teneatur diuino præcepto.

De Emancipatione & Emancipato.

1 *Emancipatio vnde dicta:quid sit,& quid emancipatus?*
2 *Emancipare pater filiū,an & qualiter possit & an teneatur?*
3 *Filius num compelli, vt emancipetur à patre, possit?*
4 *Filius emancipatus,num in patriā potestatē,ab non prælita patri alimenta,sicut & libertus in seruitutem reuocari possit?*
5 *Effectus patriæ potestatis,abs qua emācipatio liberet, quæ sint?*

EMANCIPATIO † dicta est quasi extra manum seu potestatē positio,siue extra seruitutem māciporum. & emancepsdicitur mancipium vel seruus liberatus.vnde propriè secundum Hug.pertinet ad captos in prælio, tamen ex vsu emancipatio liberis & manumissio seruis cōuenit à potestate patris aut domini liberatis. Est autem emancipatio, vt colligitur ex l.non nudo.C.de emanci.lib.cum ibi not.& Instit.quibus mod.ius pa.po.sol.§.præterea. relaxatio patriæ potestatis,coram iudice competente voluntate patris & filij concurrente.addit Sum.Ang.in vtriusque præsentia. Sed vide infrà.§.j.Emancipatus autem,dicitur filius vel nepos,qui à iugo seu potestate vel manu patris vel aui est relaxatus, & sui iuris effectus.¶ Primò † verò quæritur,vtrum & qualiter 2 pater emācipare filium possit aut teneatur.Et dico q; potest etiam absentem impetrato rescripto Principis, & filij, accedente consensu:vt notat Bart.in l.aubernus. C. eod. etiam infantem:licet eius consensus non requiratur. & hoc per se vel per procuratorem:vt notat Bar.in l.Gallus.§.forsitan.de lib. & posthu.Non tamen ad hoc tenetur pater regulariter,quia patria potestas est inæstimabilis.ff.de leg.j.l.filiusfamilias.§. vt quis hæredem.tenetur tamē ad hoc in casu:vt not. Azo in Sum.Primò,si filium malè afficit verberibus.Secundò,si cōpellat eum peccare in corpus suum.Tertiò,si filius est arrogatus impubes,& pubes factus probat sibi non expedire esse arrogatum.Quartò,si pater agnouit sibi relictum legatum vt filium emanciparet. ¶ Secundò † quæritur, vtrum filius 3 compelli possit vt emancipetur à patre? Et dico quòd non regulariter:quia in his quæ sunt voluntariæ iurisdictionis non potest quis fieri altero inuito:vt in authent.quib.mod. natu. effici.sui.§.si verò. ¶ Tertiò † quæritur, vtrū filius emancipa- 4 tus reuocetur in patriam potestatem propter alimenta patri non præstita:sicut libertus reuocatur in seruitutem propter alimenta denegata patrono.Et dicit Cyn.in l.filios.C.de ingra.lib.quod sic : quia hoc est iniuria magna, quæ atrociori manui æquipollet. l.de lib.agno.lege, alimenta. imò plus: quia necare dicitur denegans alimenta: vt eod.titu.l.necare. ¶ Quartò † quæritur, quis sit effectus patriæ potestatis, à qua 5 emancipatio liberat? Et dico quòd Ange.de Are.Instit. de patpo.ponit multos.vide infrà Patria potestas:& ibi etiam quomodo soluatur.

De Emphyteusi.

1 *Emphyteusis vnde dicta,quid sit,& quid emphyteuta?*
2 *Possessio ecclesiæ nouiter an in emphyteusi perpetuò dari possit? Et quando dicatur dari perpetuo. Et quæ sit huius contractus natura? ad quod conclusiones octo.*
3 *Contractus emphyteuticus à censuali quid differt? Et quid de emphyteusi, quæ de generatione in generationem sit?*
4 *Emphyteuta,si res ex toto periit,vel ex parte, aut casu aliquo fructum afferre non potuit,an pensionem soluere teneatur? Et quid si concessio facta sit pro pensione fructibus correspondente absque diminutione?num. 1.*
6 *Authoris sententia in quæstione proposita.*
7 *Emphyteuta canonem non soluens,an à iure suo cadat? Et ibidem quòd verbum omino, sit præcisum, & quid innuat? Et quid cum lex verbo futuri temporis aut præciso vtitur? Et quid in emphyteusi ecclesiæ?*

Universidad de Deusto Biblioteca

8 *Emphyteuta, num pœnam nō soluti canonis vi compensationis non obiectæ se tueri possit? Et quibus casibus compensatio ipso iure fieri intelligatur?*

9 *Emphyteuta, qui triennio, aut biennio nō soluit canonem, num eum soluēdo, & intra quantum tempus, morā purgare possit?*

10 *Emphyteuta, num sine culpa sua possit à iure suo, ob non solutum canonem, cadere? Et in hoc subdit axiomata octo.*

11 *Emphyteutam quinque casibus à iure suo cadere, de quibus hic plenè & sigillatim. Et ad hæc Bald. limitationes aliquot.*

12 *Emphyteuta, an sine domini voluntate rem dimittere queat, vt sic à præstatione canonis liberatur?*

13 *Emphyteutica re destructa, si reficiatur, an teneatur emphyteuta in pensionis præstatione perseuerare?*

14 *Emphyteuta pensionē in multos annos simul soluere volente, an teneatur dominus recipere? Et quid si recipiat ab eo, qui à iure suo cecidit, an sibi præiudicet? num. seq.*

16 *Emphyteutica res ob non solutam pensionem ecclesiæ redita, an possit à prælato, rursus eidem qui prius habuit sine solennitatibus requisitis dari?*

17 *Emphyteuta si non ipse, sed alius soluit, an à iure suo cadat? Et quid de pactis & conditionibus, quæ in hoc contractu interponi solent? num. seq.*

19 *Emphyteuta nū possit aduersus dominū directū rē præscribere?*

20 *Emphyteuta, num possit sine domini consensu alium emphyteutam facere, vel alteri locare? Et an possit ius suum, aut meliorationes vendere num. seq. Et in hoc axiomata sex, cum limitationibus aliquot.*

22 *Emphyteuta ecclesiæ, vel etiam priuati, an possit sine domini voluntate meliorationes, quas in re emphyteutica fecit, donare? Et huius resolutoria conclusio. num. seq.*

24 *Emphyteuta, num possit rem emphyteuticam sine domini voluntate legare, permutare, in pignus, aut in solutum dare?*

25 *Pater in rebus filij vsumfructū habens, an possit rem filij in emphyteusim dare? Et quid si filius hæreditati paternæ renuntiet, an possit emphyteusim retinere? num. 26.*

27 *Emphyteuta ecclesiæ, si in monasterium introeat, an emphyteusis quoque in monasterium transeat?*

28 *Laudemium, an soluēdum sit, cum res emphyteutica ad alium emphyteutam transit? ad quod quinque subdit limitationes.*

29 *Emphyteutæ plures inter se, quoquo titulo sine domini voluntate rem emphyteuticam alienare possunt.*

30 *Emphyteuta filiofami. vendente, cuius pater in ipsius bonis vsumfructum habet, quis laudare debeat, pater, an filius? Et laudemium cui debeatur, vsufructuario an proprietario?*

31 *Laudemium an domino debeatur, quādo ipsemet ab emphyteuta emit? Et propter quid quinquagesima rei vēditæ debeatur?*

1 EMPHYTEVSIS, † vocabulum Grecum est: & Latinè dicitur melioratio, propter hoc quòd olim per istum contractum solū viles quædā terrę & steriles cōcedebantur, vt accipiēs melioraret, & fertiles redderet: sed deinde permissum est de rebus fertilibus & fertilissimis emphyteuticari posse: vt C. de iure emphy. l. j. Vnde emphyteusis secundū vulgare quorundā, est datio ad liuellum: sic ꝙ secundū Bar. in l. j. C. de iure emphyt. nulla est differētia inter emphyteusim & liuellū: & est cōtractus medius inter emptionē & locationem. Vnde emphyteuta est, qui rem immobilē hæreditario iure meliorandā vel colēdā sub certo pretio, pactis & cōditionibus accipit, perpetuò vel ad tēpus: puta in secundā vel tertiam generationem: vt in authen. de nō alie. §. emphyteusim. Imò cōtrahi potest ad decē aut viginti annos & vs-
2 que ad tempus illud succedit hæres. Possessio † tamē ecclesię nouiter in emphyteusim dari non potest perpetuò de reb. eccle. non alie. nulli. & secundum mentem gloss. in cle. primā de reb. eccle. non alien. dicitur perpetuò secundum iura, cùm datur ad decem annos, vel vltra. & secundum Anto. de Butr. ibi locatio ad decem annos vel vltra dicitur alienatio, quæ in re ecclesiastica prohibetur in d. c. nulli. Dari autem potest ad modicum tempus, id est, ad nouem annos inclusiuè. Vide tamen suprà Alienatio. §. quinto. Si tamen possessio ipsa erat prius emphyteutica, & peruenit liberè ad ecclesiā, dari potest in emphyteusim etiam perpetuò secundum aliquos. ¶ De natura autem huius contractus, secundū Petrū Heliam in tractā. de contract. emphyt. est primò quòd dominium directū apud dominum remaneat, & vtile penes emphyteutā: quia iura ciuilia ambos dominos vocant, & vtile certum est esse apud emphyteutam: & cōsequenter aliud est apud dominū. ¶ Et secundò quòd dominus dans rem in emphyteusim habeat possessionem ciuilem. quod patet: quia emphyteuta nō potest rem emphyteuticariā præscribere. C. de præscri. xxx. an. l. male. possessio autē ciuilis est legitima causa vsucapionis inducendæ. ff. de acquir. re. do. l. acquiritur. §. si. emphyteuta verò habet possessionem naturalē: cùm æquiparatur vsufructuario, qui possidet naturaliter tantum. Institu. loca. § adeo. ¶ Tertiò, quòd consistat tantum in rebus soli: quia in re mobili separari nō potest vtile dominium à directo, quod hic fieri oportet. ¶ Quartò, quòd fiat in scriptis loquendo de iure. C. eo. l. j. quod tamen per consuetudinē sublatum esse & hic stādum est: vt etiam Bartolus probat in dicta lege prima. Vnde dicendum est quod circa naturam huius cōtractus, vel circa pacta ipsius naturæ non requiritur scriptura: sed bene requiritur circa pacta facta extra naturam eius, secundum gloss. in dicta lege prima. in verbo, scriptura. Cuius ratio est quia scriptura non est de essentia contractus: sed fit ad certā rei memoriam. C. de pigno. l. contrahitur. Contractus autem probatur per se, scilicet probata solutione pensionis. ¶ Quintò, quòd detur aliquid in introitu: quia habet magnam similitudinem cum emptione & locatione. Sed adde hic, secundum Hostien. de natura huius contractus esse, vt si contrahentes aliquid pacti sunt, id obseruetur. Si verò nihil paciscantur, debet pēsio solui, nisi res ex toto perierit: de quo ĩ. §. primo. Vnde quòd aliquod soluatur in ipso introitu, non est necessariū secundū docto. communiter argu. authen. de alie. & emphy. in principio. ¶ Et sextò quòd si emphiteuta pensionē statuto tempore non soluerit, res cadat in cōmissum ipso iure. C. eo. lege fina. ff. de pign. l. lex vectigali. de quo ĩ. § ij. nec tenetur dominus censum requirere: quia dies statuta pro domino interpellat. ¶ Et septimò quòd si pēsio non soluatur, emphyteuta possit expelli authoritate domini, secundum gloss. in c. potuit. de loca. licet melius fiat iudicis authoritate: & ita scilicet quòd authoritate domini possit expelli, tenet gloss. in l. ij. C. eo. post Marti. de fano, & Bulg. & Inno. & Ioan. And. & Azo. & Iaco. But. & Oldr. & Rayn. de For. nō obstāte ꝙ hec expulsio daret materiam rixæ: & consequenter sit fugienda: quia hoc verum est, nisi à lege daretur licentia. Et istam opinionem sequitur Summa Rosella contra Ange. sed Pan. in d. c. potuit. dicit ꝙ secundum Cy. post Accurs. nō potest: quia emphyteuta habet ius in re: vt in l. j. ff. si ager vecti. ideo ꝙ propria authoritate nō debet expelli. & facit l. creditores. C. de pig. Et hęc opinio tutior est sequenda, vbi ius administratur. ¶ Pōt addi octauō, ꝙ ius emphyteutici trāseat ad heredes etiā extraneos: quia licet de hoc fuerint opiniones, magis tamē placet opinio Io. de Imo. in c. si. de loca. dicens quod trāsit ad illos etiam in re ecclesiastica: modò sit data cum solennitate. c. j. de re. eccle. non alie. li. vj. & cap. sine exceptiōe. xij. q. ij. & fin. de quo suprà Alienatio. Si quis tamen accepit pro se & filijs

filijs non veniunt filiæ, secundum Io. de Imo. in c. fi. de loca. per singulare dictum Arch. in c. si quis suadente. xvij. q. iiij. vbi voluit ꝙ in materia contractuū masculinū nō concipit fœmininū, per l. veteribus. ff. de pact. & idē Gui. de Suz. & Ray. de For. in l. tres fratres. ff. de pac. & Ludo. de Ro. cōsi. xxxiiij.

3 † Ex quibus omnibus patet quòd iste contractus differt à cēsuali: quia per istum transit vtile dominiū solū: vt in l. j. §. qui in perpetuū. ff. si ager vecti. per illū verò transfert non solum vtile, sed etiam directū. & fit quando dicitur, concedo tibi talem rem, & transfero in te quicquid iuris habeo in illa. & soluitur annuatim certus census. & tex. est singularis in c. constitutus. iuncta glo. de reli. do. Vnde si dicatur, concedo tibi talem rem in emphyteusim perpetuā, transferendo in te quicquid iuris habeo in illam pro certa annua pensione: erit contractus censualis. casus in d. c. constitutus. & illa verba, in emphyteusim, impropriantur, vt in l. si vno. in princ. ff. loca. Emphyteusis tamen quæ fit de generatione in generationē assimilatur inuestituræ feudali: vt no. Bar. in l. si mihi & Titio. ff.
4 de ver. obli. cum Bal. in c. j. de vasal. decrepitæ æta. ¶ † Primò verò quæritur, vtrū emphyteuta teneat soluere pensionem, si res ex toto perijt, vel ex pte, aut si aliquo casu fructificare non potuit: Et dico circa hoc esse opiniones. Pan. enim in d. c. potuit. de loca. dicit nō liberari à pensiōe emphyteutam, nisi res tota perierit. arg. in l. j. C. eo quia pensio soluitur in recognitionem directi dominij: & consequenter quandiu rei substantia durat, semper subest causa soluendi. Quidam verò dicunt, eum liberari, si perierint septem partes: alij verò, si tātum medietas. ar. ff. de vsufr. l. etiam partis. vbi dicitur ꝙ partis appellatiōe in dubio intelligitur dimidia. Vnde cùm iura dicant, ex partis perditione non liberari emphyteutam: intelligitur de dimidia tātum: vltra dimidiam verò perditio liberat pro rata. arg. l. quæ de tota. ff. de rei ven. Bar. verò in d. l. j. quod dicitur, non liberari emphyteutam nisi res ex toto perierit, intelligit quando tantū colligere potest vt pensionē soluere possit. quod Pan. reprobat: quia secundū hoc nō esset differentia inter emphyteutam & colonū: item propter sterilitatem contingentem in fructibus, quantūcunq; maximā, non fit remissio emphyteutæ pro parte dāni: licet aliud sit in colono. Et ratio diuersitatis est: quia colonus videtur conduxisse sub quadam tacita cōditione fructuū futurorū: ideóque deficiētibus illis fit remissio pro rata: sed emphyteuta soluit in recognitionem dominij: & propter hæc pericula solet lōgè minus soluere quàm colonus. x. q. ij. hoc ius. vnde versus. Si res perit tota, liberabit emphyteuta: Sed si pro parte, nulla liberabitur arte. *Concordia opi.* Sed pro concordia prędictorum sciendū est, vt no. do. Alex. de Imo. in vj. cōsi. incipien. redemptoris, quòd emphyteuta aliquando soluit quid minimū in recognitionē dominij: & tali non fit remissio ꝑpter sterilitatem. imò quādiu dominiū vel rei substantia durat, durare debet & pensio: aliquādo verò soluit pensionem correspōdentem fructibus: & sic pro vsu rei, nō in signum recognitionis dominij: & tali fieri debet remissio, sicut conductori ad longum tempus, cuius similitudinē habet, & de eius natura magis participat hoc casu. Vnde si casu fortuito fructus percipi non potuerunt, & damnum fuit enorme, quia fructus percepti nō ascendunt ad dimidium eius quod percipi consuetum est: nō debetur pensio. quod reprobatur in §. quia verò Leonis. in authen. de non alie. vbi dicitur quòd res ecclesiæ quādo à principio datur in emphyteusim, concedi potest cùm diminutione sextæ partis illius pensiōis, quæ quolibet anno percipi posset: & hoc ex eo
5 quòd talis diminutio debet cōpensari cum fructuum sterilitate: propter quam emphyteuta remissionem habere nō potest. † Et sic innuitur quòd vbi concessio fieret pro pensione correspondente ad fructus absque diminutione: tunc fieret remissio propter sterilitatem: quia aliàs nihil haberet emphyteuta in recōpensationem. Nec obstat l. quicunq;. la j. C. de fun. pa. lib. xj. vbi remissio nō fit emphyteutæ propter sterilitatem: quia loquitur in conductore rei valde sterilis: vnde ratione sterilitatis audiri nō debet, si petit remissionem: quia hoc sibi debet imputari: vt not. glo. in l. habitatores. in fin. ff. loca. Vnde cōducens fundum tempore guerræ remissionem petere non poterit, si vti non poterit re locata: quia eo casu guerra nō annumeratur casui fortuito, sed culpę. Nec obstat quod no. glo. in d. cap. potuit. quia illud habet locum in proprio emphyteuta conducente pro modica pensione in recognitionem dominij: secus in alio vsurario soluente pro vsu rei pensionem fructibus correspōdentem, cui debet fieri remissio pro rata: vt si quarta pars fructuum, quæ percipi consueuerunt, percepta est, quarta pars mercedis pręstetur, iuxta cap. propter sterilitatem. de loca. ¶ Et per hæc patet quid dicendum sit ad quotidianam quæstionem, nunquid teneatur emphyteuta soluere pensionem, si fundus propter bellū coli nō potuit. Dicit enim Barto. in d. l. j. & communiter Legistæ quòd non: quia æquiparant fundum inundatum esse vel captum ab hostibus: vt l. cum vnus. §. fin. ff. de bon. autho. iud. poss. Sed si fundus est inūdatus, est deperditus. l. iij. § Labeo. ff. de acquirend. possessio. ergo & captus ab hostibus. Sed cōtrarium consuluit dom. Cardi. Paduæ, & idem postea totum collegium Patauinum, vt refert Panormit. in d. cap. fin. moti principaliter per l. j. in fin. C. eo. quæ requirit quòd substantia ipsius rei penitus lædatur: quod non contingit quando hostium timore coli non potuit: quia eo tempore reperiret emptorem. & sic in recognitionem dominij debet soluere canonem. Hoc Panorm. verius putat: nisi fortè totus fundus esset captus sine spe recuperatiōis, quo casu procedere potest opinio prima. *Solutio dubij.*
6 Ego † verò dico ex mente do. Alex. quòd si non sit spes recuperadæ rei, indistinctè liberabitur à pensione. quod intellige, si in totum vel vltra dimidium perijt. Secus si sola medietas perijt: quia nō liberabitur qui modicum soluebat. argu. l. etiam partis. ff. de vsufr. & l. quæ de tota. ff. de rei ven. Similiter nec liberatur à toto, qui soluebat multū, id est, correspondenter ad fructus: sed fiet ei restitutio pro rata. Si verò sit spes, similiter liberatur absolutè aut pro rata, si soluebat correspondenter ad fructus: non autem si soluebat quid modicū in recognitionem dominij. Si autem res emphyteuticaria augeat, nō propter hoc augetur pensio, secundū Bar. in l. j. C. eod. qui putat indistinctè omne augmentum pertinere
7 ad emphyteutam. ¶ † Secundò quæritur, vtrum emphyteuta canonem, id est, regularem vel annuam pensionem non soluens, cadat à suo iure? Et dico quòd emphyteuta priuati canonem triennio nō soluens, à iure emphyteutico cecidit ipso iure: nec requiritur sententia necessariò secundum Hostien. in c. potuit. de loc. & Salic. in l. ij. C. eo. & domi. Guarne. de Casti. & Spec. in titul. de loca. & Pau. de Cast. ad quod gloss. in l. finali. C. eod. in verbo, cadat. Et facit pro hac parte optimum fundamentum: quia quoties lex vtitur verbo temporis futuri simpliciter, quamuis intelligatur per sententiam, & non ipso iure: si tamen adessent verba præcisa, intelligeretur ipso iure, secundum Barto. & omnes Scribentes in l. iubemus. la j. C. de sacrosanct. eccle. & in l. Imperator. ff. de iure fisci. hic autem lex vtitur hoc verbo, omnino. in authen. de non alie. §. scire autem. quod verbo est præcisum: & intelligitur ipso iure: vt not. glos. in l. j. in §. si pecunia. super verbo, omnino. ff. deposi. & idē dicit Bar. in d. l. iubemus. de istis verbis, mox, & statim. Requiritur tamen declaratio volūtatis domini, scilicet quòd velit emphyteutam ipso iure priuari, si à suo iure ceciderit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

secundū Bar. in l.ij.C.eo.& idē videtur ibi per text. in verbo, volenti, & in ver. si modò voluerit.requiritur etiam declaratio quòd ipse emphyteuta fuerit in mora soluendi:vt in l.lex vectigalia.de pigno. ad quod etiā facit quod notat Archid.& Io.And.in c.j.de homi.lib.vj.Ex quorum dictis dom.Alexan. de Imo.in l.si quis maior.C.de transac. facit theoricè generalem valentem ad multa, scilicet quòd omnia iura mundi, quæ dicunt pœnā imponi ipso iure vel facto, debent intelligi modò sic:ut sit sententia declaratoria, per quam declaratum sit fuisse commissum id, propter quod illa pœna veniebat imponenda: aliàs illa pœna effectum & executionē non sortietur:sicut non habetur pro infami periturus antequam declaratum sit per sententiam quòd venit cōtra iuramentū. Vbi tamen lex vel statutum priuaret aliquē bonis, vel aliter ipso facto:& adderet nullam requiri declarationem etiam super facto nō requiritur declaratiua sentētia. Et sic fecit Paulus secundus in extrauaganti quæ incipit, ambitiosæ. & idem videtur, si factū sit notorium secundū aliquos. Emphyteuta verò ecclesiæ p bienniū non soluens, cadit ipso facto, nisi celeriter soluat:vt in d.c.fi.de loca. Fallit tamen quod dictū est de triennio & biennio, si dominus tenebatur emphyteutæ de eadem vel maiori quantitate:quia non cadit, secundū Pan.in c.bona fides.de depo.quia qui cōpensat, soluere dicitur: vt in l.amplius.ff.rem ra.ha.& exceptio cōpensationis quo ad euitandam pœnam debentiv soluere, fit ipso iure:vt est tex.notabilis iuncta glo.in l.si constat.C.de cōpen.vbi sic determinat doctores. ¶ † Pro quo sciendū est quod Spec.in tit.de loc.dicit quòd emphyteuta potest se tueri, si dicamus cōpensationem fieri ipso iure, per l.si ambo.ff.de cōpē. Si verò dicimus, eam nō fieri ipso iure:adhuc idem putat, si modò cōpensatio sit obiecta ante elapsum biennii in emphyteusi ecclesiæ vel triennii in emphyteusi priuati, per l.si constat.C.de cōpen.& ita videtur tenere Io.And.& Albe.in l.fi.C.eo. Vnde licet prima considerationē videretur dicendū, tenendo cōmunem opinionem glo.& doc.in d.l.si cōstat.quæ habet quòd regulariter ipso iure nō fit cōpensatio, nisi opponatur ab homine, q̄ emphyteuta, si eam ante dictū tempus nō opposuerit, cecidit à iure sit:nec posteaveniat audiendus, si eamvelit objicere, tamen secundū veritatē contrariū tenendū est: quia licet cōmunis opinio sit vt dictū est:tamē hoc fallit quo ad pœnā euitandā, vel quo ad impediendū cursum vsurarum:quia tūc odio pœnæ & vsurarū fit cōpensatio ipso iure:secundū not.p glo.& doc.in d.l.si constat.& per gl.ac Bar.in l.j.eo.tit. Et secundum hoc videtur q̄ cùm hic agatur ad euitandā pœnam casus, intelligitur ipso iure opposita cōpensatio, etiam si non fuerit opposita ab emphyteuta ante dictū tēpus. & ita notabiliter tenet Inn.in d.c.bona fides.de depo.& Ang.in l.semel mora.ff.solu.mat.& Io.Fab.& Io.de Pla.Insti.de act.§.in bonæ fidei.& domi.Ias.in l.ij.C.eo. ¶ † Tertiò quæritur, vtrum emphyteuta, qui triennio aut biennio non soluit, possit suam moram soluendo purgare,& quanto tempore? Et dico quòd Canonistæ habent tex.in d.c.potuit.quòd emphyteuta ecclesiæ si cessauit biennio soluere, potest satisfactione celeri moram purgare:nō tamen est idem de emphyteuta priuati, secundum Ang.& Imo.in l.si insulam.ff.de verb.obli.per tex.in d.c.potuit.per locum à speciali, scilicet in emphyteuta ecclesiæ. Et ratio specialitatis est, quia mitius agit ecclesia quàm priuatus.imò potest dici quòd in ecclesia est speciale nedū in emphyteuta eius, sed etiam in foro eiusdem ecclesię, quæ nō est ita prona ad pœnas, ad quod cap.ad suā.de pœnis. Itē probatur alia ratione:quia nō videtur eadem ratio, cùm emphyteuta priuati habeat tempus longius ad soluēdum, id est, triennium:vnde satis videtur sibi succurrisum. Dicitur autem, nō celeriter soluere, secundum Baldum in additionibus ad Speculatorem in titulo de locato. si expectat libellum vel requisitionem:ante exactionem autem in iudicio vel extra admittitur purgatio moræ:imò notabilius dicit emphyteutam sibi prouidisse celeriter, si fuerit in iudicio vel extra exactus:si tamen statim sine termino ac dilatione persoluit: quod etiā tenent Innocentius & Ioannes Andreas, in dicto capite, potuit. glossa verò ibi tenet quòd hoc iudicis erit arbitrio moderandum, inspecta personarum & circunstantiarum qualitate. Et ita tenet Cardinalis in dicto capite, potuit. & ibidem sequitur Imola, subdens quòd si istud fuerit in dubium reuocatum, & iudex fuerit malè arbitratus, posset appellari.

¶ † Quartò quæritur, vtrum possit emphyteuta sine sua culpa cadere à iure suo propter pensionem non solutam? Et dico multa. ¶ Primum. Si hæredes sint plures, & omnes præter vnum soluerunt pensionem:non cadunt, si totam soluerunt, secundum glossam in dicto capite, potuit. secus si nō totam: quia caderent omnes:vnde soluant totā, & deinde agant contra non soluentem. Et vno soluente, sicut omnes cadunt:ita & tota res, & non pars eius, cadit in commissum, secundum Hostiensem, Albericum, Speculatorem, Ioannem Andreā in additionibus, Bartolū post Dynū, & Iacobum Burrigasium in l.fraudari.ff.de publicanis.& ibi tenent Angelus & Ludouicus hac ratione:quia si ipsemet primus emphyteuta soluisset in parte, & in parte cessasset, nihilò minus expelli posset in totum.quod licet Bartolus post Gulielmū in d.l. fraudati. limitare velint, tamen limitationē eorū Ioannes Andr. reprehendit. Siverò vnus sit emphyteuta, qui soluere annuatim decem tenebatur, & soluat vnam partem, puta quinque, & alia cessat per triennium, expelli poterit in totum, secundum Speculatorem titulo de locato. §. nunc aliqua. versiculo decimonono. nisi propter paupertatem cessauerit à soluendo: quia tunc in nihilum cadit, si modò sit soluere paratus. Et ita videtur transire Ioannes Andreas. Ipse autē Speculator in versiculo trigesimo, contrarium tenet, scilicet quòd cadat in solidum in parte. Dominus autem Iason in l.ij. C.eodem titulo. dicit primam opinionem esse communiorem, & eam tenet. Et ità concludit Oldradus consilio vigesimonono, & Bartolus in rubrica C. de contrahenda emptione. & Albericus in authentica, qui rē.C.de sacrosanctis ecclesijs. & Imola in dicto capite, potuit. Quod limita, nisi per errorem minus fuerit solutum, per legem, quamuis rationes. ff. de conditionibus & demonstrationibus. Potes etiam secundò limitare, quando propter paupertatem soluere cessasset: sed hoc non sine dubio. ¶ Secundum. Hæres ignorans rem emphyteuticam, & non soluens, cadit, secundum glossam in l.ij.C.de iure emphyteutico.& Bartolus ibidem:& glossa ac Dynus in L. cum filius.§.in hanc.ff.de verborum obligationibus. sed restituitur de æquitate. Et idem dic de minore non soluente, per l. fina.C.in quibus causis in integrum restitutio non est necessaria. ¶ Tertium. Si mortuus sit dominus, & hæreditas triennio vacet, in quo emphyteuta non soluit:nec expelli potest, nec cadit, secundum Albericum in l.iiij.ff.de damno infecto. & Baldum in l.ij.C. eodem titulo. Sed Ioannes Andreas in additionibus ad Speculatorem, cum ipso Speculatore tenet, quòd cadit, etiam si non sit persona cui soluatur, nisi deponat iuxta formam l.ij.C.eodem titulo.& l. acceptam. C.de vsuris. & hoc est turbus & verius.

¶ Quartum. Filia instituta hæres in certa re, & iussa esse contenta, nec posse de bonis suis plus petere, non priuatur emphyteusi, secundum Bartolum in l.vt iurisiurandi.§. fi liberis. ff. de operis libertorum. quia dicta verba debent intelligi quòd non possit plus peti iure hereditario: sed non iure quod habet vt filia, nō hæres vt de emphyteutico vel vt patronus. Et posito q̄ pater ex sua dispositione posset filiam priuare emphyteusi:hoc tamen illa verba nō important. Et similiter per talia verba non priuatur, quin petere possit dotem maternam, secundum eundem Barto. etiam si bona sibi à patre relicta sint vltra legitimam:quia bona intelliguntur deducto ære alieno:& æs alienū est dos, & similiter res emphyteutica. ¶ Quintum. Tutor pupilli ab eo habens emphyteusim, non soluendo per quinquennium cadit:quia exigere debuit à seipso.l.si pupilli.ff.de neg.gest.secundum Per.Heliam in tra.de contractu emphyteu. ¶ Sextū. Pendente controuersia inter dominum & emphyteutam, si ipse soluebat pensionem protestādo quòd nihil soluebat nomine pensiōis, & deinde obtineat dominus:videtur quòd res non cadat in cōmissum:quia licitū est sibi variare.ff.de coll.bon.l.nōnunquam. Vnde licet dixerit quòd non soluebat nomine pensionis, tamen poterat variare. Sed Per.dicit contrarium:quia vbi ipse aliquid soluit, eligere potest in quam causam magis soluere velit.ff.de solu.l.j.& consequenter cum protestatus fuerit se non soluere nomine pensionis, in aliam causam videtur solutum:quare &c.& quia circa vnū & idem non licet variare. ¶ Septimum. Emphyteuta non soluens, quia detinebatur in carceribus, elapso triennio, secundum domi.Anto.de Butr. de pig.significante.expelli nō potest: quia dicitur impeditus legitimè, & posito quòd ipso iure caderet, saltem deberet in effectu in integ.restitui ex clausula generali secundū Ias.in l. ij.C.eo. ¶ Octauū. Posito quòd receperit quis emphyteusim pro se & filijs ac nepotibus suis:si primus aut secundus delinquit non soluendo aut alienando, nocet sequentibus, secundū Bar.in l.eū qui.ff.de interdi. Sed si aliis delinquerer, propter quod bona publicarētur, ista bona remanere deberent apud filios & nepotes:quia non transeunt ad eos vt ad hæredes, sed habēt iure suo.l.vt iurisiurādi.ff.de ope.liber. ¶ Quintò † quęritur, quot casibus emphyteuta cadat à iure suo? Et dico q̄ quinque. ¶ Primò, quando pensionem negat domino petenti:& se negat eius emphyteutam, secundū Per.vbi suprà:quia licet negādo non reperiatur perfidus, nec periurus, quia non iurat dominio, sicut vasallus: eum tamen habet in dominum recognoscere:vt C.de fi.instr.l.plures. Vnde si cōtra hoc repetatur infidelis, res cadit in commissum. Item magis operari debet expressa cōtumacia quàm tacita. †.de cōd.& demō.l.si ita expressum. Sed si emphyteuta cessauerit dño soluere per triennium, res cadit in commissum:quia tacitè negat dominum recognoscere:ergo multo fortius vbi expresse negat. Quod limita in c.cæterum.de iudi. dicit verum, quando scienter negat, & postea conuincetur de mēdacio. secus si ignorauerit ex iusta causa ignorantiæ. ¶ Secūdò, quando rem emphyteuticā vendit sine dominii voluntate, secundū eundē Pe. quod limita secūdum Spec.in tit.de loca.& Bart.in l.sequitur §. ità labeo.ff.de vsucap.Imol.& Sal.in l.fi.C.eo & Canonistas in c.potuit.de loca.si res sit tradita:quia si non esset tradita, licet vendita, non cadit in commissum:nec etiā si esset tradita, tamē hac lege, vt si dominus vellet emere pro tantūdē emptor illi eam restituat, vt no.Ang.in l.volūtas.C.de fideicom.siue sub hac si consensus domini accesserit:secundū Albe. post Alber. Papiensem. Si autē vendidit & tradidit simpliciter, & postea redemit, nihilo minus cecidit:quia per alienationem ius est domino quæsitū: vnde sine facto suo auferri non potest ab eodē. Et si domini sint duo, & vēdidit ex vnius & non alterius cōsensu:cadit solùm pro parte illius:quia plus petisti non debet quàm deliquerit.l.hæres.ff.de his qui.vt indi. Et si alienauit eam solùm pro parte, an cadat à toto:dominus Iason in l.fin.C.eo.videtur innuere quòd in totum. & ita tenetur. Propter alienationē tamen factam sine domini consensu nō potest dominus illum sua authoritate expellere, secundum gloss.in d.c.potuit. ¶ Tertiò, quando res emphyteutica data est pro se & suis filijs, nepotibus & hæredibus: tunc enim si filius vel nepos refutat hæreditate, cadit: quia eā habere non potest:vt no.Bar.in l.vt iurisiurandi.§.si liberi.ff.de ope.lib.secus si non poneretur verbum, & hæredibus:quia sic refutata hæreditate non caderet:quia concessio in primo casu requirit vtrunque:vt scilicet sit filius vel nepos, & hæres.vt in authen.de non alie.§.emphyteusi. ¶ Quartò, quando quis accepit emphyteusim p se & filijs suis:& moritur sine legitimis, relictis solùm naturalibus:quia reuertitur ad dominum, quod limita secundum Bart.in l.ex facto.§.si quis rogatus.ff. ad Treb.verū esse quando emphyteusis data est ab ecclesia: quia præsumendū est quòd de illegitimis non cogitauit: nec præsumendum est quòd cogitauerit propter indignitatē: & quia haberi non possunt sine peccato mortali:sed quando data est à priuato, sic veniet ad illegitimos in tali casu. & sic intellige & limita Spec. ¶ Quintò, quādo emphyteuta canonē non soluit:de quo dic vt 3. §. secundo. ¶ Sextò, cadit propter deteriorationē rei factam, etiā si sit emphyteuta priuati, secundum Per.vbi 3. per tex.in authen.qui rem.C.de sa.sanc.eccle.quia cessante causa finali cessat effectus.l. adigere.ff. de iure pa.§.quāuis-melioratio tūc est causa finalis:vt lege finali.C.de iure emphy.& ideo cadit, quia frangenti fidem, fides frangatur eidem. Et idem tenet Cynus & Guido de Suza.in d.authen.qui rem.& Imo.in d.l.diuortium.ff.solu. matrimo. Quod Bald.in d.authen.verū limitat primò, si deterioratio sit notabilis quantitatis:pro modica enim nō fieret rescissio contractus, per l. Seio.ff.de in inte.resti. Et secūdò ad perpetuā deteriorationem fundi, vt esset in vinea quæ nō putatur, vel quando arbores inciduntur. secus si esset solùm ad deteriorationem fructuū:vt si ager non colatur:quia compendiū fructuū pertinet ad emphyteutam. Et tertiò si deterioratio procedat ex dolo vel lata culpa aut leui:aliàs non, vt de leuissima:quia contractus fit gratia vtriusque. Isto autem casu super deteriorationem sententia non requiritur, secundum dominū Iasonē in l.ij.C.eo.quia isti duo casus, nō soluere, & deteriorare, parificatur, in d.authen.qui rem. Item quia si nō requiritur sententia quādo emphyteuta delinquit omittēdo, minus requiritur hoc casu quando delinquit committendo. Quoties autem cadit à iure suo, perdit melioramenta quæ fecit, secundū Pan.in d.c.fi.x.q.ij.hoc ius.& in l.ij.C.de iure emphy. ¶ Sextò † quæritur, vtrū emphyteuta sine voluntate domini possit rem dimittere:vt sic liberetur à pēsione? Et dico quosdam distinguere, an sit obligatus ratione rei, & sic possit: an ratione personæ, & sic non possit:vt dicit Old.laco. tamen tenet indistinctè quòd non potest: quia quod ab initio est voluntatis, ex post facto est necessitatis. C.de act.& obl.l. sicut. & per illam l.Spe.in ti.de loca. tenet q̄ rem domino cōtradicente relinquere non potest. Item quia est domino personaliter obligatus ad prestationem pensionis:quia tenetur ex l. Zenonis:vt in l.j.& ij.C.eo. ergo tenetur personaliter, cū oēs actiōes sint personales, Insti.de act.§. appellamus, & sic dimittendo rem nō liberatur à pensione:cum omnes huiusmodi actiones personales sint affixæ ossibus nostris. l. quis ergo. ff.de pecu. Et tenet Io.And.ibi in addi.& Bal.in l.ij.C.eo.& Alb.& Pan.in c.iudicatum.de immu.eccl. ¶ Septimò † quæritur, vtrum destructa re emphyteutica, puta domo ex igne, si reparetur, teneatur emphyteuta pleneare in solutiōe pēsionis? Et dico secūdum Nic.de Mat.in l.ij.C.de iure emphy.q̄ non:quia illud dicitur nouum. Facit quod dicit Bar.in l.dani. §.si is qui.ff.de dam.infect. vbi vult quòd si quis se obligauit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Habenti domum in villa dare de aqua recenti in æstate, destructa domo, destruitur obligatio, licet postea reficiatur. Fatetur etiam quod voluit Bartolus in l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de no. oper. nun. vbi dicit quòd si refecit, de nouo facit. l. inter stipulantē. §. sacram. ff. de verb. oblig. Et similiter quod vult Ange. in l. prima. §. si quis ædificium. ff. de no. ope. nun. & Bald. in lege, si vt proponis. C. de nupt. vbi dicit quòd ecclesiæ constitutione durante nullius fortalitiū nouū faciat papa inconsulto, filij reficere nō possunt castrū propter rebellionem patris destructum. Et facit l. cum alijs. C. de cura. furio. vbi si furiosus efficitur sanæ mētis, expirat curatoris officiū: nec reuiuiscit, si postea redit in furiā: sed debet sibi dari nouus. Facit etiā quod no. doc. de ecclesia reparata, an sit eadē: vt not. in cap. de fabrica. de consē. distinctio. prima. & in cap. proposuisti. & in cap. ligneis. de consecr. eccles. vel altar. & in d. §. sacram. & secundum illud limita omnia ista. ¶ Octauò

14 † quæritur, vtrum teneatur dominus pensionem recipere, si emphyteuta simul velit soluere pro multis annis. Dicit Petrus quòd non tenetur suscipere simul vno anno pro tēpore toto. & idē Cyn. in l. ij. C. eo. quia quod fauore alicuius introductum est, in damnū eius retorqueri non debet. Ita autem esset hic: quia nisi pensio quolibet anno solueretur, dominus per emphyteutam non recognosceretur: & consequēter adimeretur ei ius suū. Bartolus tamē in l. statu liberis. ff. de stat. li. limitat hoc vt non procedat in tribus annis: sed posit emphyteuta soluere saltem pro tribus annis futuris, per textū l.

15 placuit. C. de fun. pat. li. xj. ¶ Nonò † quæritur, an talis dominus recipiēdo pensionem ab emphyteuta, qui cecidit, prēiudicet sibi, vt non possit expelli, si probat se pensionē soluisse per duos proximos annos in ecclesijs, vel in tres secularibus, licet antea per decem annos nō soluerit? Et dicit Host. quòd expelli non potest. Pan. autem in cap. fi. de loc. distinguit sic: Aut dominus primò expulit emphyteutā, & pòst petit pēsionem temporis præteriti: & sic nō præiudicat sibi. Aut nō expulit: & tunc aut recipit canonem pro tempore post moram contractam: & sic præiudicat sibi: quia videtur per actū contrarium renuntiasse iuri suo. c. solicitudinē. de app. aut recipit canonem pro præterito cum protestatione quòd non intendit sibi præiudicare: & sic non præiudicat: aut non facit protestationem, sed simpliciter recepit: & in hoc fuerunt opiniones: sed de iuris subtilitate dicendum est quòd nō præiudicat: quia in dubio non videtur quis velle renuntiare iuri suo: de renun. super hoc. ff. de prob. l. cum de indebito. & facit gl. in l. cum quid. ff. si cert. per. dicens quòd si trado magnam quantitatem pecuniæ dicendo, tollenō præsumitur donatio simpliciter ex hoc, sed mutuum, vel depositum: nisi aliud appareat respectu personæ. & sic in proposito. Et licet gloss. dicat verū esse, quòd recipiendo canonem præiudicat in priuato, non in ecclesia, quæ habet capitulum: tamen secundum Pan. vbi s. hoc non est verum: quia solus prælatus in acquirendo prēiudicare potest & deteriorem facere: vide gloss. xvij. q. iiij. §. pe. quoniam de decimis. & ideo solus prælatus recipiendo canonem sine cōsensu capituli, præiudicat ecclesiæ. Sed de hoc vi-

16 de etiam §. seq. ¶ Decimò † quæritur, vtrum res emphyteutica reddita ecclesiæ propter non solutionem pensionis possit à prælato iterum dari ei, qui cecidit à iure suo sine solennitate & causis in alienatione rei ecclesiæ requisitis? Et dicit Fed. cōsi. clxxxiiij. quòd sic: quod Panorm. in cap. vt super. de reb. eccl. non alie. limitat verum, vbi prima concessionis causa durauerit: puta quia erat castrum in feudum, quod propter custodiam erat ecclesiæ damnosum, & huiusmodi: quia non est noua alienatio, sed executio ordinationis antiquę. Sed vbi cessaret causa prima cōcessionis, puta quia ager datus ad excolendum, tractu temporis exultus reuertitur ad ecclesiam: tunc dari non poterit emphyteusim vel feudum sine debita solennitate & causis in rei ecclesiasticæ alienatiōe requisitis. Et secundum hoc videretur vera opin. gloss. de qua dictum est § priore. in fi. Sed hoc dictum Panorm. oportet limitare veri, quādo alteri quàm ei qui cecidit vel eius hęredibus traderetur: vel quando ecclesia iam per tempus habuit rei talis possessionem pacificā. Secus quādo fit ei qui cecidit, vel hęredibus eius: quia videtur tex. in dicto capite finali, esse in oppositum: & similiter quando res est quasi integra, & in fieri: ve patet ex d. c. quod permittit celerem moræ purgationem. ¶ Vn

Car. pus. decimò † quæritur, vtrū emphyteuta cadat à iure suo, si ipse non soluit, sed alius? Et dicit Ludo. de Rom. in suis sing. quòd non, per l. forma. §. fi cumego. ff. de censi. imò dicit quòd retentio soluente non solùm nomine emphyteutæ, sed ex simplici citer, vel nomine suo emphyteuta nō priuatur suo iure. dicta lege, forma. Ad quod facit quod no. Bar. in l. cum seruus. ff. de verb. oblig. vbi dicit quòd si testator picturā certo loco fieri mandauit, & reperitur pictura facta, nec scitur per quem, sufficit quantum ad pœnæ euitationē: vt in authe. hoc amplius. C. de fideicom. & ad euitādam pœnam excommunicationis, quæ consueuit apponi ex constitutione episcopi contra non implentes voluntates defunctorum. Exemplum autem est si accepi emphyteusim ab ecclesia, & deinde illa res peruenit ad tertium, qui eam decē annis & amplius tenuit & possedit, & semper canonem suo proprio nomine soluit, credens illud ius emphyteuticū ad se spectare: ego autē verus emphyteuta nihil solui. Prodest enim mihi emphyteutæ, per d. l. forma. Si autē dominus nolit acceptare pensionē ab isto tertio volēte soluere nomine emphyteutæ, cogi nō pōt inuitus acceptare, secundū Bal. in l. acceptā. C. de vsur. quia, inquit, cùm emphyteuta vel feudatarius teneatur soluere nō solùm ad finem liberationis consequendæ, sed etiam in recognitionem iuris directi dominij existentis penes dominū: & istud per tertium fieri non possit: consequēs est vt tertius nō possit pro emphyteuta soluere domino inuito. ¶ Duodecimò † quæritur, vtrū de pactis factis in isto cōtractu, puta vtrū valeat pactū quòd liceat emphyteutā expellere, etiā si nō soluat? Et videtur tex. in l. ij. C. eo. innuere quòd sic: sed in cōtrarium facit ff. de precā. l. cum precario. Veritas autē est, secundum Barto. in d. l. ij. quòd pactum factum contra substātialia contractus facit ipso iure nullū: vt d. l. cum precario, sicut si quis faceret pactum quòd esset venditio sine pretio. Si autem facit cōtra accidentalia contractus vel contra naturalia, tunc valet ex l. paciſci. ff. de pact. Modò ad propositum, si quidem fieret pactum quòd non teneretur ad soluendum canonem, nō valeret: quia esset contra substantialia cōtractus. Si verò fieret quòd non soluat, non posit aliter cogi: est cōtra naturalia contractus: & ideo valet. Pactum verò quòd si res emphyteutica tota perierit, nihilo minus emphyteuta teneatur ad pēsionem valet, secundum Spec. Si autem emphyteuta promisit pœnā si non soluerit pensionem, & nō soluit: licet offerat pœnam, nihilo minus poterit expelli, secundum Azo. & Hostien. quia pœna gratia seruantis pactum fuit apposita. ¶ Decimoterciò † quæritur quantum ad posse vel non posse emphyteutæ, vtrum præscribere possit contra dominum directi dominij. Et dico quòd non, etiam si mille annis possideret, ex quo eum in dominum directum recognouit. C. de præscrip. xxx. an. lege, male. Vbi gloss. omnes. & hoc nisi intercurrisset possessionem, scilicet possidendo nomine proprio, sicut petus possidebat alieno: quam tamen interuertere non potest sola animi destinatione: cùm nemo sola voluntate possit sibi causam possessionis immutare: vt lege, cùm nemo. Do-

de acquirenda possessione: sed bene facto intercurente iuxta l. eum fundum. & l. colonus. ff. de vi & vi ar. ¶ Decimoquartò

20 † quæritur, an possit emphyteuta sine domini cōsensu alium emphyteutā facere vel alteri locare? Et dicit Pet. Helias quātum ad primū quòd sic. Instituit. loc. §. adeo. quia non est propriè alienatio vera: nec nomine alienationis continetur emphyteusis simpliciter. Spec. verò ti. de loca. §. nūc. tenet quòd non potest: quia sub appellatione alienationis cōtinetur emphyteusis. de rebus eccles. nō alie. nulli. & hoc dicit verum de iure. & de consuetudine obseruari. & idem Ioan. Andr. ibi. & Bald. in authen. nisi. C. ad Trebel. nisi fieret ad modicū tempus. Et ita tenet indistinctè cū Sum. Ros. nec distinguas cum Sum. Ang. dicendo quòd hoc nō potest sic, quasi ipse sit liber à pensione: aliter autem potest, quia ista distinctio non tollit repugnātiam: cùm in vtroque membro sit alienatio, aut non fit: & consequenter in vtroque liceat aut nō liceat. Adde verò primò, quòd si secūdus emphyteuta vult alienare, tenetur requirere cōsensum directi domini, & non primi emphyteutæ: vt not. gloss. in l. final. C. eod. Adde secundò quòd quādo alienat secundus emphyteuta, directus dominus debet habere laudemium, & non emphyteuta primus. Quantum verò ad secundum, id est, locare: si ad modicū tempus fiat, elarum est quòd potest. Si autem fiat ad longum tempus, quo casu transferretur vtile ius & vtile dominiū. l. j. ff. si ager vectig. §. qui in perpetuum. est dubium. & Spec. in dicto §. nunc.

21 videtur sentire quòd possit. ¶ Decimoquintò † quæritur, vtrū emphyteuta possit sine domini consensu vendere ius suum in re emphyteutica, aut suas meliorationes? Et dicit Panor. in cap. final. de loca. quòd sic, est emphyteuta ecclesiæ, dummodo seruet hanc solennitatem. ¶ Primò, vt requirat ecclesiam, id est, prælatum siue rectorem. vij. quæst. j. scire. & intelligē quòd requirat imminente conclusione venditionis. secus quo ad principium, quando rem suam venalem exponit: aliàs non posset nuntiare pretium oblatum. ¶ Secundò, quòd denuntiet verum pretium oblatum. C. de iure emphyt. l. final. ¶ Tertiò, quòd ecclesia nō respondente labantur duo menses, quod probatur in dicto cap. fin. ¶ Quartò, quòd non vendat prohibitis personis, quas ponit gloss. ibi & sunt omnes personæ quæ non sunt faciles conuenire: sicut capitanei, & huiusmodi, ex quibus ecclesia pati præiudicium posset: vt ff. qui satisda. cogan. l. ij. & idem videtur de personis, quæ non sunt soluendo. & secundum Ioan. And. de notabiliter pauperibus, & mulieribus: & secundū Archid. huiusmodi etiam sunt omnes potentiores quàm emphyteuta. qd intellige sic quòd non possint facilè conuenire. ¶ Quintò, quòd non vendat nisi velle dominium sibi competens, & meliorationes quas in re fecit. ¶ Sextò, quòd priùs non ceciderit à iure suo, puta non soluendo canonem: quia nemo plus iuris in alium transferre potest, quàm habet. ff. de re. iu. l. nemo. ¶ Fallit tamen quod dictum est in fratre. Nam secundum Bald. in l. voluntas. C. de fideicommiss. frater fratri alienare potest sine dicta solēnitate, quando habent emphyteusim paternā ecclesiæ: quia vnus potest sua iura alteri alienare sine consensu ecclesiæ. Si verò est emphyteuta primati, non est seruanda prædicta solēnitas: sed solùm vt requiratur dominus an velit emere, & non vendatur personis, & quibus dominus commodè non possit habere ius suum: vt pōt ēx ioribus. & huiusmodi: aliàs caderet à iure suo: vt in l. fin. C. de iure emphy. & not. gloss. in dicto cap. fin. de loca. Superficiarius autem ecclesiæ, id est, dominus superficiei, qui super solo alienius ecclesiæ ędificauit domum, §. pen. ff. de superfic. debet seruare prædictā solennitatē: sed dom. Card. tenet contrarium. Ang. verò dicit ibidem dictum Bart. æquum, sed iure non probari? & ideo ante factū sequendum. post factū verò Card. Ego verò dico quòd est indistinctē verum ex identitate rationis. Not. tamen secundū Bal. in auth. qui res. C. de sacrosanct. eccles. quòd eadēs à solo, cadit à superficie. ¶ Decimosextò † quæritur, vtrum emphyteuta ecclesiæ vel priuati possit sine domini voluntate donare meliorationes, quas fecit in re emphyteutica? Et dico quòd sic, saluo iure dominico: loquēdo de emphyteuta priuati, secundum gloss. in l. fin. C. eod. & Iac. Butr. ibi. & Gof. & Old. & Bald. in d. l. fin. & in multis locis. & Dy. Cyn. & Imol. & omnes Legistas modernos in l. si domus. de leg. j. & glossan. d. c. potuit. & Host. & Azo. in Sum. & Spec. & Ioan. Andr. in d. §. nunc. & Innoc. & Car. Flo. in dicto cap. potuit. & Pet. de Anch. & oēs Canonistas. & ista opinio est communissima & tenenda. Nec obstat primò quòd Barto. in d. l. fin. dicit hanc opinionem veram esse in emphyteuta fisci, sed non priuati, per l. ij. C. eod. quia Bald. in l. vsufructu. ff. sol. matr. dicit eum malè intellexisse d. l. ij. quia loquitur quando alienat proprietatē, & sic ius domini. quando autē alienat saluo iure dominico, tenet semper donatio vel legatum. Non obstat etiam secūdum fundamentum contrariè opinātium, scilicet si emphyteuta priuati hoc possit, multùm damnificaretur dominus, ex quo contra tertium, id est, donatariū nullā haberet actionē personalem: & esset illi necesse agere rei vēdicatione, & cōsequenter probare de dominio: quod multū est difficile: quia respōdet dominus Card. Flo. & Imol. in dicto cap. potuit. & moderni Legistæ in d. l. si domus. quòd inde nullū domino præiudicium fit: quia quamis emphyteuta nō teneatur dominum requirere, an velit sibi donari: tamen cùm ipse emphyteuta non possit suum singulare successorem in possessionē propria authoritate inducere, alioquin suo iure priuaretur, tenet dominū requirere, vt ipse hūc donatarium in emphyteutam recipiat: & per seipsum, & non per procuratorem eū in possessionem inducat: & consequenter eum inuestiat iuxta formā dictæ l. fin. & laudemium inde recipiat. de quo infrà. §. xx. vnde hunc donatarium dominus in emphyteutam recipere nō tenetur, nisi sit de personis nō prohibitis, & soluere annuale solitum canonem solenni stipulatione promittat, & sit persona idonea ad soluendum: aliàs eum dominus recipere non tenetur, per text. & glo. in dicta l. fin. in ver. necessitatem ibi: ad personas non prohibitas, sed cōcessas & idoneas ad soluendum. aliter si ad possessionē ingrederet donatarius, caderet à iure suo. & sic per illum modum lex cōsuluit indemnitati domini, vt non habeat necesse agere rei vēdicatione, sed eū habeat obligatum ex sua promissione soleni. Cōclude † igitur quòd em- 23 phyteuta suum ius aut sua meliorameta donare volens non *Resolutio.* tenetur dominū requrere an sibi velit donarī nec eius respōsum per menses duos expectare: eū in hoc solo differat circa hoc donatio à venditione: sed statim donare potest: & deinde tenetur dominū requrere, vt donatariū recipiat in nouū emphyteutā: pro qua receptione & noua inuestitura debet duobus mēsibus expectari & solui laudemium, vt dictū est: quia ibi est receptio & noua inuestitura. ¶ Loquēdo verò de emphyteuta ecclesię, vbiq; docet Bart. quòd ir requisita ecclesia nec donare nec vēdere, nec aliter pōt alienare. & ita in contingentia facti consuluit per text. in l. vniuersas. C. de rei do. vel remplo. secus de emphyteuta fisci: quia fiscus habet obligatum quemcunq; possessorem ad censum sibi debitum eo ipso quòd possidet. quod de ecclesia iure cautū nō reperitur: non obstante cōmuni dicto quòd ecclesia & fiscus æquiparāntur. l. fin. C. de sac. sanct. eccles. quia æquiparant quo ad casus expressos ibi, inter quos iste nō reperitur. Sed Bal. in d. l. fi. tenet contrariū, scilicet quòd donare pōt sine cōsensu ecclesiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſaluo eccleſiaſtico iure, dicens Bart. peſsimè cõſuluiſſe. & d.l. vniuerſas. procedere quando emphyteuta donat vel alienat rem eccleſiæ tanquam propriã, nõ facta mentione de eccleſia: vel nõ dicẽdo, ſaluo iure eccleſiæ: quia cùm alienatio talis in eccleſiæ damnũ vergere poſsit: ideo lex illa talẽ cõtractum prohibuit donationis vel legati vel aliũ. imò ſecũdum Io. And. alienare poſſet hoc caſu ſine iuris ſolẽnitate, quia nõ alienatur ius eccleſiæ, ſed eccleſiaſtici emphyteutæ. Ad hæc autem probãda ipſius Bart. fundamentum Bal. aſſumit: quia ille ibi dicit: ideo non poſſe donare emphyteutã priuati, quia dominus afficeretur incõmodo, cùm agere nõ poſſet contra tertiũ actione perſonali. quod ceſſat in fiſco: quia omnẽ poſſeſſorem poteſt ad canonẽ cõuenire eo ipſo quòd poſsidet: & ſic ad propoſitũ prælatus eccleſiæ habet obligatã rẽ emphyteuticã pro canone ſoluẽdo, adeò quòd ad quemcũq; trãſeat poſſeſſore, agere cõtra eũ poteſt hypothecaria: vt eſt tex. no. in §. ſiue aute. in auth. de non alie. Quare autẽ poſsit emphyteuta ſine domini voluntate donare, nõ autem vẽdere, Ioan. And. hac ratiõe mouetur: quia vẽditor habet ſolùm affectionem ad pretiũ. vnde ſatis eſt ſibi quòd pretiũ aſſequatur à domino. vnde cùm nullũ poſsit intereſſe prætẽdere, voluit ius vt potius domino quàm extraneo vẽdat. ſed in donatione donator reſpectũ habet ad perſonã. fortè enim vult vni propter ſua merita donare, vel vt eũ obliget ſibi. quæ ratio ceſſat in domino: quia ad illum nõ habet illã affectionem. ¶ Decimo-
24 ſeptimò† quæritur, vtrũ emphyteuta rẽ emphyteuticã poſsit ſine domini volũtate legare, aut pmutare, vel dare in pignus, aut in ſolutum? Et dicit Bart. in d.l. fin. quòd non poteſt legare, ſicut nec donare. Bald. autẽ ibi, & Salic. & Spec. in d. §. nunc. dicũt quòd põt, ſiue ſit emphyteuſis priuati, ſiue eccleſiaſtica, dummodo legetur tali ad quẽ trãſire poſsit, quando eſt eccleſiaſtica. Et ſi pater emphyteuſim accepit ꝓ ſe & filijs ſuis. Bal. in c.j. in tit. an agnatus. tenet quòd poteſt eã prælegare vni filiorũ, licet nõ feudum. ſed Ang. conſil. xviij. tenet quòd nõ: quia ius eſt quæſitũ filijs: niſi alteri filiorũ tãtundẽ de alijs bonis prælegaſſet. allegat l.j. §. aſsignare. ff. de aſsig. liber. iuncta l. ſi cũ dotẽ. §. ſi pater. ff. ſol. mat. Et ſic cõcordat Doct. Põt etiã in eã aliquis hæres inſtitui etiã extraneus ſine domini cõſenſu. Quantũ verò ad permutationẽ attinet, Paul. in d.c. ſi. de loca. dicit quòd vbi ꝓhibetur vẽditio facta commemoratione de pretio, vt in d.c. fin. & d.l. fin. nõ intelligitur de alia ſpecie alienationis: vt in l. fin. C. de prædi. curi. & decu. & per hoc infert quòd etiã permutari põt. & ſic limita l. ſtatu liberi. §. Quintus. ff. de ſtatu lib. & quod notatur in l.ij. C. de vſuc. pro empto. vbi tenetur quòd nomine emptionis & vẽditionis intelligitur omnis cõtractus, ꝓ quẽ rei dominiũ tranſfertur. Vnde idẽ per omnia dico de pmutatione ſicut de donatione: & cõſequẽter nõ tenetur emphyteuta dominũ perquirere an velit ipſe permutare: ſed poſtquã permutauit cũ aliquo, tenetur pquirere dominũ vt inueſtiẽs tertiũ inducat in poſſeſsionẽ: & inde laudemiũ ꝓcipiat, vt vult Iun. in d.c. potuit. ¶ Poteſt etiã res emphyteutica pignori dari ſaluo iure domini: ſcilicet ſi ſit priuati. Secus aũt ſi eccleſię: quia tũc pignorari vel hypothecari nõ põt: per auth. hoc ius. & auth. qui rẽ. C. de ſac. ſanct. eccl. ¶ Poteſt etiã dari in ſolutũ pro debitis ipſius emphyteutæ ſine domini cõſenſu. ſecundũ Bald. in c.j. de prohi. feu. ali. ꝓ Feri quãdo iſta datio fit ꝓ iudicẽ: quia cùm dicta alienatio ſit neceſsaria, videtur poſſe per iudicẽ in iuribus ipſius emphyteutæ, ſaluo tamẽ ſemper iure dominico: ſi autẽ nõ per iudicẽ, ſed ꝓ ipſum emphyteutã fieret: dominus requirendus eſt. ¶ Poteſt etiã dari in dotem: vt ff. Dos. §. viij.
25 ¶ Decimooctauò† quæritur, vtrũ pater qui ſcilicet in rebus filij habet vſumfructũ. C. de bon. mater. l.j. poſsit rẽ filij dare in emphyteuſim? Et dico videri quòd ſic: quia pater in talibus habet liberã adminiſtrationẽ, ita quòd filius eũ prohibere nõ põt ab adminiſtrãdo, aut ab eo exigere rationem. C. de bo. quæ lib. l. fin. §. hoc ꝓculdubio. tamẽ Doct. indiſtinctẽ dicũt talẽ dationẽ valere: ſed filios patre mortuo totũ poſſe reuocare: quia certi ſunt caſus, in quibus patri de rebus filij alienare permittitur. d.l. fin. de quorũ numero nõ eſt iſte. Item quia patri in talibus bonis prohibetur alienatio tẽporalis, id eſt, pignoris obligatio. d.l. fin. ergo multo fortius prohibetur perpetua. hæc Per. ¶ Decimononò, † quæritur an filius remittians hęreditati paternæ retinere poſsit emphyteuſim. Et dicit Bar. in l. vt iuriſiurã. §. ſi liberi. ff. de oper. lib. ꝙ ſic, qũ quis recepit emphyteuſim pro ſe & ſuis filijs ac nepotibus. Secus ſi poneretur etiã illud verbũ, hæredibus: quia tũc debet filijs ita demũ ſi eſſent hæredes: quia cõcolsio tũc vtrũq; requirit, ſcilicet quòd ſit filius & hæres. & dicit tex. in auth. de nõ alie. §. emphyteuſim. Et ideo feuda quæ tranſeũt ad filios, ſi ſint hæredes, dicũtur venire in hæreditatis petitione: vt in l. irem videndũ. ff. de pet. hære. & idem dicendũ in emphyteuſi, quæ hoc requireret, ſcilicet aliquẽ eſſe filiũ & hæredẽ. ¶ Vicesimò† quæritur, an emphyteutis eccleſiæ trãſeat in monaſterium ſi emphyteuta ingrediat? Et dico quòd iſta materia tractatur in c. in præſentia. de ꝓba. & ibi Fel. recitat: igit̃ ſi emphyteuta ingrediẽ monaſteriũ, Ial. in l.ij. C. de iur. emph. dicit ꝙ quãdo eccleſia eſt dominus directus, põt reuocare biẽnio, & idem Salic. & Per. de anch. addẽs, data eſtimatione vel re vẽdita intra annũ. & idẽ Ial. & Spec. Et hoc obſeruat conſuendo quòd ſuccedat monaſterio cũ proteſtatione vendendi intra annũ: vt teſtatur Spec. & Ial. & Io. Andr. Doctori aũt inſtigni hoc atteſtãti ſtatur. Arg. etiã eſt in l. ſi filiusfa. ff. de leg. xij. q. ij. lõgin grate. Vult etiã Spec. ꝙ eccleſia poſsit in ea hæres inſtitui, aut ei dari, vel legari, nõ vt eã habeat, ſed vt vendatur. Si verò emphyteuſis aduemat iam ingreſſo vel ꝓfecto ex ſucceſsione: dicit Felin. idẽ quod in priori caſu. Et ſi in contractu erat pactum de nõ alienando in monaſterium vel eccleſiam, nõ obſtat: quia pacta loquuntur de alienatione: ceſsio autem non eſt alienatio. Item quia ſecundum Spec. intelliguntur de alienatione facta eccleſiæ, vt apud eam maneat: ſecus vt vendatur. Item quia talis prohibitio tacitè, imò & expreſsè de iure ineſt vnde tacitè & expreſsè eadem eſt virtute pacti & legis. l. cum quod. ff. ſi certum petatur. & expreſſio eorum quæ tacitè inſunt, nihil operatur. l. extra. ff. de leg. j. l. non recto. C. de fideiuſſo. Et caſus l. ſi ita quis. in §. ea. ff. de verborum obligat. non eſt ſimilis: quia ibi non eſt prohibitio niſi ex pactis. ¶ Vicesimo: oprimò† quæritur, vtrũ laudemium ſit ſoluendũ quando res emphyteutica tranſit ad alium emphyteutam? Et dico quòd ſic, etiam ſi tranſeat per donationem, ſecũdum Pet. qui ſuprà, non obſtante quòd ſine domini volũtate emphyteuta donare non poſsit: quia magis fauendum eſt illi qui habuit titulo oneroſo, ſicut qui emit, quàm qui titulo lucratiuo. vnde ſicut primus debet laudemiũ. vt C. eo. l. fi. ſic iſte. Item quia legatũ & donatio æquiparantur. ex legato autẽ debetur. l. is qui. ff. de leg. iij. ergo debet & donatarius. Cõtrarium tamen tenet Spec. tit. de loca. ſcilicet quòd non tenetur. Et nõ debet laudemium excedere quinquageſimam partem pretij rei emphyteuticæ. C. de iure emphyt. l. ſi. Sed ſecundũ Hoſt. eſt pars triceſima de cõſuetudine, quæ ſeruanda eſt. Fallit tamen qd dictũ eſt in quinq; caſibus, in quibus non debetur. ¶ Primò, quando hæres adit emphyteuſim ratione hęreditatis: quia dominus habet laudemiũ ꝓpter laborem mittẽdi nouum emphyteutam in poſſeſsionem: quia hoc caſu nõ requiritur cùm hæres authoritate propria adire poſsit hæreditatem: vt in authẽ. de hære. & fal. §. in omnibus. Sed

Sed hoc dictum Petri limita verum primò quando filius inſtituitur hęres, vel ſuccedit ab inteſtato: ſecus ſi extraneus inſtitueretur hæres: quia ab iſto hęrede laudemium deberetur: vt videtur velle gl. & doct. in l. ſi. C. eo. & ſecũdò, niſi cõſuetudo ſit in contrarium. ¶ Secundò fallit quando res emphyteutica fuit vendita & tradita, ſi poſt retradat ex antiqua cauſa: quia non videtur noua traditio, ſed primaſi tñ retradita eſt ex cauſa noua. laudemiũ debet: quia iſta ſecunda traditio eſt ſimilis priori, ex qua laudemiũ debebat: & multitudinẽ tradicionum ſequitur multitudo laudemiorum. l. quicunque. C. de ſer. fug. ¶ Tertiò quando quis vendidit, ſed re integra diſceſſum eſt à venditione: quia dominus nõ habet mittere nouum emphyteutã in poſſeſsionẽ. Petrus tamen, vbi ſuprà, dicit laudemiũ ei hoc caſu deberi: quia per eũ nõ ſtetit: ideoq; perinde eſt ac ſi miſiſſet: qđ & ſi verũ fortè ſit de rigore iuris: non tamen de æquitate. ¶ Quartò, quando alienatio eſt neceſsaria: puta ſi pater dotat filiam nõ habens alia, ſecundũ Bar. in l. & ideo. ff. de cond. fur. quia ſolùm ſoluitur laudemiũ quando alienatio eſt voluntaria. ¶ Quintò, ſecundum Bartho. quando plures habentes rem emphyteuticã cõmunem, diuidunt eã inter ſe: quo tamen caſu Per. Hel. dicit deberi laudemium: quia diuiſio eſt alienatio. quod pater, tũ quia ante diuiſionem nullus eſt dominus huius partis magis quàm illius: ſed per illã quilibet efficitur dominus ſuę partis. ff. de leg. ij. l. Meuius. §. duobus. tum quia in diuiſione requiritur cautio de euictiõe. Sed Bar. in l. & ideo. ff. de cõdi. fur. dicit hãc quæſtionem præcedere aliã, ſcilicet vtrum prædicti poſsint dimidere dominũ irrequiſito. & cõcludit quòd ſic, per l. voluntas. C. de fideic. & videtur verũ: quia ratio prohibitionis alienãdi in extraneũ eſt, quia extraneus ille nõ habet neceſsẽ recognoſcere dominũ: vt no. doc. in l. ſi. C. eo. quæ ratio ceſſat quãdo qs vendit alteri emphyteutæ ſocio ſuo. ¶ Nunc autẽ ad quæſtionem ꝓpoſitã Guli. videt indiſtinctè tenere ꝙ dominus nihil habere debeat. & facit optimè l. per diuerſas. C. man. & hanc opinionem Bar. & Gul. tenẽ, niſi cõſuetudo obſtãt: qa dicta alienatio eſt neceſsaria. ¶ Ad† pleniorem tamen dictorũ notitiam ſciendũ eſt quòd Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de ver. ob. & in d.l. & ideo. & in multis alijs locis tenet indiſtinctè ꝙ plures emphyteutæ quocunq; titulo inter ſe alienare poſſent ſine dñi conſenſu. & idem tenet Ang. & Sal. & Paul. de Ca. Et ratio Bar. eſt, quia ideo prohibet emphyteuta donare ſine conſenſu domini: quia fieret illi præiudiciũ, cùm ille tertius nõ ſit obligatus domino actione perſonali, ſicut emphyteuta. quæ ratio ceſſat quãdo ſunt plures emphyteutæ vnius domini, cùm quilibet ſit obligatus domino actiõe perſonali ad canonem. Cõtrarũ autem tenuit Gul. de Cu. in l. cum hi. in §. ſi pluribus. ff. de tranſac. & do. Iaſon, ſecundum quos ratio Bar. concludit in diuiſione prædicta: aliàs eſt contra eum quia licet vnuſquiſq; emphyteutarũ ſit obligatus dño actiõe perſonali pro parte ſua, cùm obligationes hæreditariæ ipſo iure pro rata diuidantur. C. de acqui. hæ. l. ij. tamen pro pretio quam qs emit à ſocio, nec eſt obligatus dño actiõe pſonali: & cõſequenter ſocius volens alienare partem ſuã, requirere debet conſenſum dñi, an ſcilicet velit tantum pro illa parte præſtare, quantũ ſocius. ¶ Viceſimoſecundò † quæritur, quis habeat laudare, pater ſcilicet an filius, qñ emphyteuta vendens eſt filiuſ. in cuius bonis pater habet vſumfructũ? Et dicit Per. He. quòd filius habet laudare. C. eo. l. ſi. quod de vero domino intelligitur. ff. ſi ager vecti. l.j. proprietarius autem eſt verus dominus: vt ff. ad Sil. l.j. & cõſequenter filius ꝓprietarius debet laudare. Dicit tamen quòd laudemium, quod filius habet, tenetur patri reſtituere. ¶ Pro maiori tñ notitia prædicti caſus quæritur de alia quæſtiõe. Pone quòd ſit vnus dominus directus fundi, & alius habeat vſumfructũ eiuſdem: vel vnus ſit dominus vnius domus, & alius habeat ius percipiendi pẽſiones: modò accidat ꝙ vnus alienat iſtiũ fundum: cui debebitur quinquageſima, vſufructuario, an proprietario? Et ſic eſt quæſtio an appellatiõe pẽſionis vel vſufructus veniat laudemiũ. quã format Alb. ſuper rub. C. de vſu. Et ſimpliciter tenet poſt Old. ꝙ laudemiũ debeatur vſufructuario: motus quia omne emolumentũ veniens ex re vſufructuaria deberur vſufructuario. l. itẽ ſi fundi. ff. de vſufruct. Io. autẽ An. in d. §. nunc. formar quæſtionẽ: quid ſi res talis incideret in commiſſum: puta emphyteuta non ſoluẽte canonẽ, vel alienãte ſine forma debita, an applicetur vſufructuario vel ꝓprietario? Et determinat ꝙ veniret proprietario. ¶ Viceſimotertiò † quæ- 31
ritur, an domino laudemiũ debeatur, quando ipſemet emit à ſuo emphyteuta eius melioramẽta? Et dicit Alb. in d.l. fina. poſt Odof. quòd non: quia quinquageſima debetur domino propter cõſenſum præſtitũ emphyteutæ dũ iam alterũ alienat. Item ꝓ noua inueſtitura & receptione noui emphyteutæ, in qua receptione fortè dominus afficeretur dãno ꝓpter mutationem perſonarũ: & in hoc ſaltẽ grauatur, quia nouũ debitorem multus recipit, quãdo ceſſat quãdo ipſemet emit.

De Emptione & Venditione.

1 *Emptiõis & vẽditiõis appellatiõe, quandã alienatio cõtineatur?*
2 *Emptio & venditio quomodo rem emptoris eſſe faciat?*
3 *Periculũ rei vẽditæ, ſi aliud dictum non ſit, ad quem pertineat? Et ad id traditur regula cum ipſius explicatione, vſque nu. 4.*
4 *Periculum meliorationis, deteriorationis, aut fructuum rei venditæ, ad quem pertineat?*
5 *Vendi quænam poſſint, aut id minimè? Et vtrum rem ſuam aliquo caſu quis vendere teneatur? nume. ſeq.*
7 *Res quo pretio emi, aut vendi poſſint? Et an liceat rem pluris, quàm valeat vendere? nume. ſeq.*
9 *Pretium rei venditæ, vbi iuſtum, aut æquum non fuerit, quid agendum ſit? Et vbi deceptio eſt citrà dimidiam iuſti pretij, an teneatur quis in foro animæ reſtituere?*
10 *Vẽdere carius, aut emere vilius, quã põt, an alicui liceat? Et qđ an negotiãdo, an liceat carius vẽdere, quàm ſit emptũ? nu. ſeq.*
11 *Emere vel intentione ac proposito ſtatim reuendendi cum lucro ſine rei mutatione, temporis, aut loci, an liceat?*
13 *Vendere carius, quã emere ex ſola tẽporis mutatione, an liceat?*
15 *Vendere carius ad tempus, quàm præſens pecunia, ratione dilationis temporis, an liceat?*
16 *Mercator ſciens ad aliquem locum poſt ſe multos venturos cum abundantia earundem mercium, an poſsit vendere pretio tunc currente, an vero teneatur vendere pretio, quod futurum ſit, aut tunc eſſet, ſi vel ſciretur?*
17 *Mercator cupiens nocitum iri inimico, ſcribit amico vt multum lana, aut alterius mercis emat: quoniam demcps futura eſt cara, quod tamen falſum nouit: ac deinde literas excedere in eo loco permittit, vnde ad inimici cognitionẽ peruenire queat: an ſi inimicus huius occaſione talia emat, ac deinde perdat, peccat mortaliter: & an ad ſatisfactionem teneatur?*
18 *Mercator magnus Venetijs literis ab oriente acceptis, vt aromata emeret, quod futura eſſent cariora, eas lacerauit proponens aromata emta emere: alius autem literarum fruſta collegit, quæ inter ſe commiſſa legit, ac negotium intellexit: atque proinde in emendo præuenit, & ob id lucrum ſuũ lulit: an peccarit huiuſmodi fragmentorum collector & emptor.*
19 *Mercatores ſibi, num inter ſe conuenire liceat: vt res certo pretio vendatur, aut vt quid tale ab vno ſolo vendatur.*
20 *Venditio an rei venditæ defectu iniuſta reddatur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

21 *Venditor rei venditæ num vitiumdeclarare teneatur? Et quid de his, qui rerum defectus negant: falsa bonitates affirmant & peruersis ac mendacijs scientes adstruunt: nu. seq.*

23 *Emptum pecunia aliena, cuius fiat? Et ibidem ad quæstionis explicationem, limitationes ad responsum primum aliquot.*

24 *Venditum duobus, vtrius esse debeat: & in quod crimen incidat venditor? Et quid si non vendat, qui tam alteri obligatus, sed permutet, aut alteri in solutum det, aliterve distrahat?*

25 *Vendens 2y. quod x. vendendum suscepit, an ad duo supra illa decem dantis ad vendendum teneatur?*

26 *Venditor emptori nō de euictione teneatur? Et quot casibus euictionem præstare non teneatur? Et ibidem quod septem casibus de quibus hic ordine. Et quid si pactum intercesserit, de euictione non præstanda? nume. seq.*

28 *Venditor, quo casu de euictione teneat quatenus teneri cessendō sit?*

1 EMPTIO †&venditio suo nomine alienationem quamlibet non includit, secundum Bart. in l. voluntas. C. de fideic. licet in principio iuris ciuilis nomine venditionis veniret omnis alienatio: vt patet p l. statuliberi. §. Quintus. ff. de statulib. Vnde emptio & venditio est alienatio, nō quælibet: sed qua dominiū & possessio rei venditæ transfert per traditionem ipsius domini: vel si nō est domini vsucapiēdi cōditio in ementē pro ipsa soluto pretio. Nec potest esse venditio sine pretio, scilicet pecuniæ numeratæ. Iusti. de emp. & ven. §. itē pretium. quia vbi aliud pro alio datur, permutatio est, no vēditio. ff. de contrahen. emp. l. j. ¶ Primò † verò quæritur, quomodo emptio & venditio rem faciat esse emptoris? Et dico quòd non aliter, nisi aut pretium sit solutum, aut satis eo nomine factum, vel aliter fuerit de pretio habuerit venditor, & res tradatur: vt l. quod vendidi. ff. de contrahenda empt. nec tradendo tñ rem venditor videt fidem habere de pretio, secundum gl. in d. l. quod vendidi. nisi forte emptor dicebat se pecuniam habere ad manū, cùm non haberet: & sic tradidit: vt ff. de p. g. act. l. si quasi. Similiter fidē habet de pretio si dedit diem solutionis emptori. ar. l. ad solutionem. C. de re iud. nō tamen quilibet qui potest vendere, potest fidem habere de pretio, vt tradēdo rem emptori trāferat in eum dominium: quia hoc nō potest pcurator fisci, ecclesiæ & minoris, vt no. Bart. in l. à duo Pio. §. sed si emptor. ff. de re iud. & Cyn. in l. in ciuile. C. de rei vend. & est text. iuncta glo. in l. si procurator fisci. ff. de iure fisci. & not. Panor. in cap. cum olim. el j. de offic. deleg. ¶ Secundò † quæritur, ad quem pertineat periculum rei venditæ, si aliud in pacto specialiter non est de factū? Et d eo de natura esse huius contractus, quòd ex quo initus est pertineat lucrum & periculum rei emptæ ad emptorē: licet res tradita non sit. Insti. eo. §. cū autem. ff. de peri. & com. rei ven. l. id quod. Circa hoc autem datur regula talis: Cū venditio fit purè, & sine scriptis, certæ speciei nō exigentis degustationem, omne periculum spectat ad emptorē: excepto casu publicationis: nisi pactum, culpa, vel mora interueniat, vel cessidicas. ¶ Primò autem dicitur purè: quia si conditionalis esset venditio, ante conditionis euentum periculum pertinet ad venditorem. ff. de peri. & cōmo. l. illud. quod, vt ex Azo. & Gof. colligitur, intelligendū est de periculo peremptiōis: sed periculum deteriorationis pertinet ad emptorem: vt in l. necessariò sciendum. ff. de peri. & com. rei vendi. ¶ Et secundò dicitur, sine scriptis: quia si fiat in scriptis, periculum spectat ad vēditorem, antequam scriptura perficiatur: cùm neuter agere possit quousque compleatur. C. de fide instr. l. contractus. Sed limita quod dictum est, intelligēdo cōtractū fieri in scriptis, quando conuenitur vt nonvaleat antequam scriptura sit facta. C. de prob. l. cum res. Vnde secus si à principio simpliciter contrahatur, & postea ad probationem fiat inde scriptura. ff. de pig. l. cōtrahitur. ¶ Et tertiò dicitur, certæ: quia si sub alternatione seu disiunctione vendam tibi Stichum vel Titium: periculū primi ad venditorē, icdi verò ad emptorē pertinet. Vñ si perit Stichus, peribit vēditori: & Titius erit in obligatione solùm, & dabitur. Si verò ambo pereunt: vēditor liber erit, & Titius peribit emptori, qui solus remanerat. ff. de contrahend. empt. l. si in emptione. §. si emptio. ¶ Et quartò dicitur speciei, quia si in genere fiat venditio: puta, vendo tibi asinum vel hominem, nō dicendo quem, nūquam ad emptorem periculū spectat: quia genus perire non potest. ff. ad legem. l. in ratione. §. verum. Et hoc verum est, quādo genus non est determinatū, seu quando venditur certū de incertis. Sed si genus esset determinatū, seu si vendatur incertum de certis: ve vendo tibi decem saxtaria ex hoc dolio: vel asinū vnum de his quos possideo: liberatus est venditor si pereūt omnes, sicut in legato. d. l. in ratione. §. incertæ. In hoc tamen Hostī. in Summa, tenet, vt videtur, quòd legatarijs si omnia pereāt, non perit legatum: puta vinū cùm effusum sit. neq. pretium: quia illud non est legatum: emptor autem poterit pretiū repetere, quasi sine causa sit apud venditorem: & si adhuc non soluit, habet exceptionem: & sic ad eum periculum non spectat. Sed ego dico quòd nec etiam pretium emptor isto casu repetere potest, nec excipere vt non soluat, nisi venditor fuisset in mora: quia iam translatum erat dominium vnius illorum asinorum indeterminatē siue per indiuisum: res aūt domino suo perit: nec illud pretium erat apud venditorem sine causa: sed cum causa, scilicet emptionis. Vnde Paul. de Ca. in l. quod te. ff. si certum pet. dicit quòd debitor obligatus in genere generalissimo, puta ad hominem, nō liberatur per interitū: nec in subalterno, puta ad seruos, si intereant solùm aliqua. secus si omnes: quia perijt totum genus: vt d. §. incertæ. Quod tamen dictum Pauli, qui opi. teneret Host. dicere verum solùm in legato: vt loquitur d. §. incertæ. secus in venditione. ad quod est text. not. in l. quod si pendente. ff. de peri. & com. rei ven. ¶ Et quintò dicitur, non exigentis degustationem: quia si fiat venditio purè, id est, sine cōditione, & sine scriptura, & de re certa, seu determinata, & in specie, id est, in singulari, puta hunc seruum, aut hoc vinum: vbi res venditæ degustationem requirit, vt vinum, distinguendū est: quia si venditio fiat in specie, periculū erit emptoris post degustationē solùm, secundum Sum. Ros. quæ allegat l. sivina. ff. de peri. & com. rei vend. vel etiam ante degustationem, secundū Sum. Ang. quæ allegat glossl. in l. j. ff. eo. Sed illa glossl. videtur quibusdam euertere textum, & tangit contra opinionē cōmunem. Ibivide si placet. Si autem non in specie, sed ad mensuram venditio fiat: periculum est venditoris, donec sit mensuratum & si emptor nolit mensurare, venditor etiam si nihil dixit & expeditione vasorum, potest coram testibus mēsurare, & effundere monito prius emptore, si vasa sunt ei necessaria propter vindemiam, vel nouam & iustam rationem. ff. vbi supra. l. j. & ij. ¶ Et sextò dicitur, excepto casu publicationis: quia si fundus venditus fuerit ante traditionem, vel post publicatus causa maleficij venditoris, periculum erit venditoris. l. si fundus. ff. loca. & ibi glossl. & ibidem Gosi. & Host. Sed intelligendus propter maleficium admissum antequā emptor proprietatem adipiscereturr. ¶ Et septimò dicitur, nisi pactum: quia licet vēditor ex natura cōtractus teneatur de dolo, & lata culpa, & leui: non tamen de casu fortuito. ff. de perie. & commo. rei vend. l. custodiam. & l. si vendita. ex pacto tamen tenetur, scilicet de casibus specificatis tantùm. ff. eod. l. si inuendibile. ¶ Et octauò dicitur, culpa scilicet præcedēte. Insti. eodem. sicut autē. & hoc etiam si fuit in culpa leui perditionis rei cum aut in commodato & depositō. ¶ Et nonò dicitur, mora, scilicet tradendi rem: quia tunc periculum spectat ad morosum venditorē, etiam si res penes aliū erat peritura. ff. de leg. j. l. rē rex. & hoc in foro cōtentioso: secus in foro animæ. Si verò vterq; id est, tam vēditor quàm emptor fuit in mora, posterior mora præpooderat primæ: & illi nocebit quo ad periculum. d. l. illud. ff. de peri. & cō. rei ven. quod limita, nisi posteriores moræ primus morosus fuerit causa: qn a sic posteriori nō nocebit. & casus est iuncta gl. in l. si per empetre. in fin. ff. de act. emp. & ven. ¶ Et decimò dicit, calliditas: quia si vēditor affirmauit bonitatē duraturā, imputatur ei: vel si bonitatem sciebat nō duraturā, & tacuit. ff. de peri. & com. rei ven. l. si quis vestra. Vnde adm scētes vina praua bonis, & tacentes, teneutur ad restitutionē de omni damno vel interesse, & de eo quod inde plus habuerūt. ¶ Tertiò † quæritur, ad quē spectet periculum melioriationis & deteriorationis aut fructuū rei vēditæ? Et dico quòd si res vēdita est in specie, secundum Legistas, siue in numero, secundū dialecticos, quodidem est: puta si vendimus est iste equus, deterioratio & melioratio rei vēditæ ptinet ad emptorē: extra de reg. iur. qui sentit. lib. vj. nisi vēditio sit cōditionalis, vt dictū est: fructus aūt rei vēditę pertinēt ad venditorē, donec sit plecta vēditio: quod tūc est, vt not. gl. C. de peri. & com. rei ven. l. j. quādo pretiū est solutum, vel habita fides de pretio: licet alias sit perfecta, quādo res est tradita. ff. de act. emp. & ven. l. si quis alienārē. Ea verò perfecta pertinet ad emptorē. Vnde ad ipsum pertinet quod per alluuionē flumen accrescit, & fructus, & partus. C. de act. emp. l. fructus. & l. penult. Quartò † quæritur, quæ sunt, quæ possunt, aut nō possunt vendi? Et dico quòd vendi possunt omnia mensurabilia pecunia, nō prohibita vendi. ¶ Prohibentur autē primò spiritualia: vt j. Simonia. ¶ Secundò, illa quorum vsus est solum ad malum: vt 3. Ars ¶ Tertiò, res alienæ. de quo vide gl. in l. rem alienam. ff. de contrahen. emp. & qui emit, ad restitutionem tenetur, vt j. Restitutio. j. ¶ Quartò, vasa sacra in eadē forma laicis: sed solùm alteri ecclesię propter necessitatem. l. sancimus. la j. C. de sacrosanct. eccles. cōtracta autem vendi possunt cuicūq; de consec. dist j. ligna. x. q. j. hoc ius. ¶ Quintò, res pupilli ipsi tutori. l. cum ipse. C. de cōtrah. emp. & ff. eo. l. si in emptione. ¶ Sextò, liber homo: potest tamen pater vendere filiū necessitate famis vrgēte. l. j. & ij. C. de pat. qui fi. di. ita tamen quòd si restituat' emptori pretium siue à filio, siue ab alio quocunq;, quādocūq; ipse in ingenuitatem peruenia: in nullo autē alio casu licet filiū vendere patri: matri verò nec in alio nec etiā in isto: similiter nec marito vxorē: quia nō est ita in eius potestate, sicut est filius in potestate patris. Si autem liber homo patiatur se vendi ad pretium participādum, efficitur seruus. Instit. de iure pers. §. fer. ¶ Septimò, Christiani, secundum Arch. capti in bello redigi nō possunt in seruitutem, aut emi in seruos, aut empti vendi: infideles autē redigūtur in seruitutē, & emi possunt ac vendi in bello iusto: & si forsan efficiuntur Christiani, non tamen ex hoc à seruitute liberātur, quāuis hoc facere sit pium. ¶ Octauò, omnia sophisticata prohibentur vendi pro veris: vt de auro & argento alchimico dictum est ī. Alchimia. §. v. & j. §. xvij. ¶ Quintò † quæritur, verum quis rem suam aliquo casu vēdere cōpellatur? Et dicit Pan. in c. j. eod. tit. secundum communiorem opinionē, quòd aut quis exposuit rem suam venalem, aut nō. Primo casu in necessarijs ad vitam hominis potest superior instituere iustum pretium, quia interest superioris prouidere vtilitati subiectorū & rei publicæ: & in istis debet intelligi dictū cap. primum, & iura similia. Ex quo infert Bal. in l. j. C. de epis. au. quòd cùm vita hominis sine vestimentis & hospitio duci nō possit: quòd etiam in domibus aptis ad locādum, & in pannis potest statui certum pretium. Et ita iam dudum actum fuit Paduæ in domibus conducendis per scholares: quia descripta fuit domus quælibet apta in certo libro, & descripta pensio annalis. In alijs autē quæ non sunt necessaria ad vitam hominis, locū habet l. dudum. C. de contrah. empt. & l. nemo externus. C. de Iudæ. vbi habet' quòd nemo compelli potest ad vendendum rem suam: nec potest quis alienæ rei pretiū imponere, sed quisq; in re sua erit moderator & arbiter. Ian re mandata. C. mauda. & in dicta l. dudum. Secūdò autē casu principali, scilicet cùm quis rem suam nō exponit venalem: aut subest necessitas: & possint exuberantes compelli ad vendēdum iusto pretio ea, quæ ad hominis vitam sunt necessaria: & sic seruatur tēpore caristiæ, quia tunc omnia victualia debent esse communia. Et ad hoc text. cum glo. in c. sicut hi. xlvij. dist. vbi cōcluditur quòd licet indigentibus agere cōtra diuites ad victualia communicanda: tamen cū imploratione iudicis, vt cōpellat. Notaverò secundum Azo. quòd ordo ciuitatis pretia grandia taxare non potest. ff. ad l. Iul. de anno. l. vlti. potest autē statuere ne quis fructum suum ad domū reporter, aut rem aliam, postquam in foro venalem exposuit. l. nemo. la ij. C. de iud. & quòd pro sterilitate vitāda & fertilitate habenda quilibet mercator partes aliæ adire teneatur ad emēda frumēta vendēda in communi: & quòd quilibet ad hoc pecuniā mutuare teneatur. l. vnica. C. vt ne. lic in compara. spe. se ex. li. x. & ibi gl. & quòd nullus emat vltra suam indigentiā, ne alijs res sint cariores, vel incōmodè habeātur. l. j. C. de epis. au. ¶ Sextò † quæritur, quo pretio res possint emi aut vendi? Et dico quòd licet varię fuerint opiniones tam Legistarū in l. j. C. de epis. au. quàm Canonistarū in c. j. & c. cum dilecti. de emp. & vend. tamen, secundum omnes, nō licet semper vēditori rem suam vendere quantū potest: quia est sententia iuris. x. q. ij. hoc ius. addita gl. Sed vt dicit S. Tho. ij. ij. q. lxxvij. oportet pretiū esse equale rei, & e contra: quia emptio & venditio pertinet ad iustam commutationem, secūdum Philosophū in lib. Ethi. de cuius ratione est æqualitas. Pretium autē iustū, siue æquale, secundum Imo. & Rayn. est quod cōmuniter currit in loco huiusmodi contractus, & etiam in tempore, vt in c. cum dilecti. de emp. & vendi. & in l. ij. C. de rescin. ven. nisi dubium sit an res tempore solutionis plus sit valitura. de quo ī. Vsura. ij. qd tamen pretium iustū, secundum S. Tho. in indiuisibili nō consistit. Vnde dicit gl. in d. c. hoc ius. quòd iustum pretium taxatur secundum æstimationem cōmunem: & idem habetur in l. pretia. ff. ad leg. Falcid. Et si alicuius cōmertij non sit communitas, determinabitur pretiū prædictis circunstantijs iudicio boni mercatoris in re mobili. cū alia regula dari nō possit: in re verò immobili secundū fructus: vt not. gl. & Bar. in l. ij. C. de rescin. ven. & sequūtur communiter doctores. Quod tamen limitatur primò secūdum S. Tho. quia quādo vēditor ex vēditione damnificatur multū, vendere potest & rē & suū damnū. qđ tamē intellige, si venditor vēdit ad instantiā emptoris, & vt ei seruiat. nō aūt si vēditor vēderet coactus propter aliquā propriā necessitatē: qa tūc S. Tho. in q. de ma. q. xiij. art. iij. dicit quòd qui emit rē aliquā, tātum pro ea iustè dat, quantū valet: nō aūt quantū ille, qui vēdit, ex eius caritia damnificatur. hæc ille. Secus autē, si ipse nō damnificaretur, & emptor multū inuaret: quia cùm hoc nō sit propter conditionem vēdentis: vēderet qđ nō est suū. Et secūdò limitatur secundū Arch. nisi adsit fraus minorantiū vel augentiū pretia rerū studiosē: sicut quidā lupi sua volentes vēdere frumēta, cōueniūt vt nō nisi certo pretio vendāt, vel emāt omnia quæ sunt in foro: vt pretiū crescat, & sic o modo vendāt: aut volentes emere exponūt multa in foro, vt pretiū vilescat. Quibus duob

Exē-plū.

Nota bene.

Pretium iustū

Lupi vespertilionum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

duobus casibus pretium rei non est secundum communem æstimationem: sed in prima limitatione est maius, in secūda est maius aut minus: vide infrà eo. §. ix. & Vsura. ij. §. j. ¶ Septi
3 mò† quæritur, vtrum liceat rē vendere plus quàm valeat, aut emere pretio viliori, dummodo nō excedatur medietas iusti pretij, vt dicunt iura? Et dicit Sanct. Thom. ij. ij. quæst. lxxvij. quòd iniustum est vendere carius, aut vilius emere, quàm res valeat: potest tamen aliquando vendi plus quam valeat in se: licet tunc non vendatur plus quàm valeat venditori, neque quantum valet emptori, iuxta dicta in priori §. vt quando ex venditione læditur venditor: sed vendit vt complaceat, vt suprà. Et similiter eadē ratione licet emere vilius, quàm res valeat in se: puta, quia valde vtile est venditori vendere, non autem emptori emere. sed emit vt seruiat: sicut q̄ emit operas pauperis pretio expensarum, ne fame moriatur. Et hæc vera sunt in conscientia: iura tamen ciuilia permittunt cōtrahentes se decipere vsq; ad dimidium iusti pretij. C. de rescin. ven. l. ij. extra de empt. & vendit. cap. cum causa. quod Innocen. in cap. in ciuitate. de vsu. dicit procedere iure fori, nō iure poli, & quo ad Deum. Nam ius positiuum in odium litium noluit dare actionem pro modica læsione: sed solùm quādo excessus est magnus: puta, cùm quis est deceptus vltra dimidium iusti pretij: quod quidem, secundum aliquos, tunc est, quando res valens decem, venditur viginti & vno: sed secūdum Azo. est si res valens x. venditur quinq; minus vno denario: aut xv. plus vno denario. & hoc est verius, & secundum Hostien. & Bern. in cap. cum causa. extra eo. vbi & Panor. dicit quòd secundum aliam opinionem non esset dare casum deceptionis in venditore: quia rem valentem x. oporteret dare pro nihilo vel pro minus. quod est impossibile: quia venditio esset sine
4 pretio. ¶ Octauò† quæritur quid agendum sit vbi pretium non fuerit æquale rei, siue iustum? Et dico quòd si hoc sit vltra vel citra dimidium iusti pretij, in plus vel in minus rescindetur vēditio, vel pretium reducetur ad æqualitatem: & habebit optionem rescindendi contractum, vel æquandi pretium emptor, quando est citra dimidium: vt not. Ber. in cap. cum dilecti. & cap. cum causa. de empt. & vendi. Quando verò est vltra dimidium, optionem habebit venditor, secūdum Azo. per arg. à contrario. Et si periret res, secundum Panor. in dicto cap. cum dilecti. periret emptor, si pretium erat minus dimidio, quia cùm duo sunt in obligatione alternatiuè, vno perempto remanet aliud. l. plerunq; ff. de iur. do. & l. Stichum. ff. de verbor. obligat. Aut venditori, si res est plus vendita, per eandem rationem. tamen prædicti non tenentur restituere: nisi illud plus, vel illud minus. Et poterit agere decem
5 pus vsq; ad xxx. annos, siue agatur condictione ex l. ij. C. de rescin. vend. quæ condictiones, cùm sint personales, sunt perpetuæ, siue agatur ex eo contractu, scilicet ex vendito: vt no. Panor. & Innoc. in dicto cap. cum causa. sed si ageretur officio iudicis, vt volunt aliqui, sic agere non posset nisi vsque ad quatuor annos: quia vsq; ad illud tempus datur restitutio in integrum. l. vltima. C. de in integrum restitut. Panor. tamen vbi suprà vult quòd etiā vsq; ad xxx. annos. Si verò inæqualitas pretij non sit vltra vel citra dimidium iusti pretij, si quidem dolus dedit causam contractui, annullat illum. Sed si non dedit causam contractui, sed incidit in illum, tenet quidem contractus, sed æquabitur pretiō. Si verò nec dedit nec incidit, & tamen emptor sciebat rem plus valere, & venditor ignorabat, secundum Panormitanum, in cap. quia plerique. de immunitate eccles. in foro animę tenetur restituere quod plus valebat: quia egit contra iustitiam naturalem decipiens proximum, saltem re ipsa in pretio. Si autem vterque fuit ignorans, sed re ipsa euenit deceptio: puta, quia lapidem pretiosum venalem vterque vitreum credebat, quidam dicunt emptorem non teneri: quia emptione bonæ fidei lapidem acquisiuit. Sed Panormitanus dicit illum teneri ad restitutionem, si à principio emisset vero valore, si illum sciuisset: non autem si vero pretio nō emisset: sed eo casu tenetur restituere rem, si alter vellet pretium restituere, ex quo iustum pretium supplere non vult. arg. l. in fundo. ff. de rei vendicat. & in l. si quis cum aliter. ff. de verborum obligari. vbi panitentur deceptio ex re ipsa, & à proposito. Intellige si sit vltra dimidiam. Vnde & Bart. in dicta l. si quis. dicit quòd si inventionis instrumento dicatur, Vendidit rē pro tanto, & quod plus valebat, donauit non propter hoc cessat remedium l. ij. C. de rescin. vend. quæ loquitur de deceptione à proposito. & dictæ l. si quis. si veditor ignorabat rei valorem: quia per talia verba habebat animum donandi solùm modicum: vt l. si libertus. ff. de operis liber. & l. hæc adiectio. de verbor. significa. Si autem fetebat valorem, cessant remedia dictarū legū. Notandum est verò, quòd vbi iuxta prædicta vēditio rescindenda non venit, tenet: & sic sufficit æquare pretium. Et hic tenet Sum. R. of. dicat quòd vbi deceptio est citra dimidiam re ipsa non teneatur quis restituere in foro animæ: tamen est cōtra mentem Sancti Thomæ, & contra rationem iustitiæ: quia oportet pretiū esse æquale: vnde in conscientia tenetur quis de pluri, nisi sit adeò modicum, vt damnum passus nō curare putetur. Dicit etiam Panormit. in cap. in ciuitate. de vsur. quòd iura canonica permittentia deceptionem vsque ad dimidium, intelligi debent quando venit deceptio re ipsa. Secus vbi dolus dat causam contractui, vel incidit in contractum: quia tunc debet illud restitui: quia nō est verisimile quòd ius canonicum instinctu Spiritus sancti conditum, dicta l. si quis diaconus. approbet hanc deceptionem dolosam. Ego autem dico quòd loquitur in foro contentioso: siue deceptio sit ex re, siue ex dolo non quia illum approbet, sed quia tolerat, & cut & lex diuina tolerauit iniustum diuortiū. ¶ Nonò† quæritur, an liceat alicui carius vendere aut vilius emere quàm tum potest? Et dico quòd res tantùm valet quantū vendi potest. ff. ad Treb. l. j. §. si hæres. & ff. ad l. Falc. l. quærebatur. & ff. de furtis. si quis vxori. §. vlti. & hoc ad numeratū in loco & tempore venditionis: quia pretia rerū nō ex affectu singulorum, sed cōmuniter æstimātur. ff. ad l. Falc. l. pretia. & secundum hoc licet emilibet carius vēdere, aut vilius emere, quàm tum potest adnumeratū. Sed prædicta sentētia, scilicet quòd res tantū valet quantū vēdi potest, est vera, quantū ex doctoribus colligo, cōcurrentibus tribus. Primò, quòd cessaret fraus minorantium vel augentiū pretia dolosè, de quo 5. §. v. Secundò, quòd cessaret ius seu coactio ementiū & vendentiū: ita scilicet quòd nō cōpellātur aliqua necessitate emere aut vēdere hic, & nūc, ab isto, vel isti, eo modo quo moriēs fame vellet emere equū electū paruissimo pretio, vt inde redimeret pretio maximo. Tertiò, quòd cessaret ignorātia cōtrahentium, ita scilicet quòd vterq; bene nouerit factū suū. Addit secundum Ang. ex mēte Sco. requirit quòd cessaret lenitas mētis, & addit prudētia: sed hoc pertinet ad ignorantiā. Addit etiam requiri quòd qui plus debito vēdit aut emit, donare possit: sed hoc nihil facit ad hoc quòd contractus iustè fiat: sed ad hoc quòd iniustè factus iustificet, cū illū supponat iniustū: omittit autē primū requisitū, qd tamen Arch. ponit: & per se manifestum est requiri, alioquin potentes conuenire possent, & opprimere pauperes. ¶ Decimò† quæritur, vtrū negotiando liceat aliquid carius vendere, quàm sit emptū? Et dicit Sanct. Thom. ij. ij. quæst. lxxvij. & Petr. de Anchar. in cap. j. de vsur. libro vj. & alij Doctor, quòd ordinato lucro ad aliquem finem necessarium vel honestum, licita redditur negotiatio-

pura ad sustentationem suæ domus, vel pauperum, vel patriæ: me desint illi necessaria, expectando moderatum lucrum nō quasi finem, sed quasi stipendiū laboris. Sed vīi ex hoc liceat dicatur negotiatio licita ex intentione: nō rñ licet carius vendere rem, quàm sit empta, vt colligit ex dictis eiusdē Sā. Tho. & Pet. de Ancha. nisi pretium rei sit mutatū ratiōe loci, temporis, aut formæ: pura quia res in se est meliorata à se: vt equus, qui erunt. vel ab arte: vt gladius, qui est expolitus. Imò inter mutationes formæ videtur comprehendi posse, si empta in quantitate magna vendatur minutatim: pro quo videtur facere dictum Chryso. quòd qui rem cūparat, vt integrā & immutatam, scilicet aliquo trium modorum prædictorū, vendendo lucretur, ille mercator est qui de tēplo Dei eijcitur: vbi illud verbū, integrā, ponderandū est. Additur hoc licere quartò ratiōe laborum & periculorum in trāsferendo: sed hoc reducitur ad prædicta: & verum est, quando transfertio fit ad locum, vbi pretiū est maius: alioquin stultus mercator emens rem vbi est cara, posset eam vendere carè vbi est vilis & abundans: & consequenter iustum non esset secundū communem æstimationem, cōtra prædicta. Posset tamē hoc quarum membrū esse à tribus prioribus distinctū, & habere locum vbi quis res detulit cū periculo & labore ad locum, vbi nullum habent pretium: quia ibi scilicet non venduntur: quia eo casu in statuendo iusto pretio habebitur ratio piculorum & laborum & expensarum. Qui autem emit vt carius vendat sine aliquo honesto fine, solùm vt lucretur, sine reipublicæ vtilitate, sed potius cum damno, peccat mortaliter, secundum Alex. in iij. parte Sum. vt etiam patet per c. eijcient. lxxviij. distin. de talibus intelligitur c. quicunque tempore. xiij. q. iiij. vbi turpe lucrum dicitur tempore vindemiarum vilius emere, vt carius vendatur. Et concordat his Hugo. & l. au. xiij. q. iiij. ſi quis. & Sanct. Thom. vbi suprà & Panormi. in cap. j. ne cler. vel mona. Non tamen necessariò tale turpe lucrum est restituendum, secundum Rodofred. sed de consilio solùm, nisi fortè fuissent causa talis excrescentiæ, quæ aliàs non fuisset: quia tenerentur damnificatis.

¶ Vndecimò† quæritur, vtrum liceat emere rem intentione statim reuendendi cum lucro sine mutatione rei, temporis, & loci: sicut faciunt qui prius vendunt rem quàm emant, vendentes pro xij. & ementes pro decem? Et dico quòd Summ. Rof. facto fundamento ex Archid. quòd iustum pretium non sit indiuisibile, dicit istum de prudentia esse laudandum. Archid. autem dicit non apparere clarè quòd sit iustum: ego autē dico apparere clarè quòd hoc sit iniustū: quia de isto proprie intelligitur dictum Chryso. allegatum §. superiore. Vnde Alexand. vbi ſ. accusando eum qui à casu emit bono foro, & vendit statim carius, accusat eum qui hoc hac intentione facit. Imò. Nider vij. præcept. c. v. dicit quòd tales essent à republica exterminandi quia nocent vtrique eorum qui paratione. si statim sibi occurrit ad reuendendum cum lucro, non peccat quia iustum pretium est diuisibile. ¶ Duodecimò † quæritur, vtrum liceat carius vendere quàm emere ex sola mutatione temporis, puta emendo blada tempore frugum, vt postea carius vendantur? Et dico responsionem patere ex dictis §. priore. Nam secundum Ray. Archidia. & Villiel. hoc lucrum ex se est turpe, vt patet xiij. q. iiij. quocunque. vnde oportet illud aliquo bono fine honestari. Vnde & San. Tho. ij. ij. q. lxxvij. dicit quòd secundum philosophum primo Politicorum, lucrum mercatorum de se est turpe: quia ordinatur ad seruiendum cupiditati: ideò oportet illud honestari honesto fine, qui est præseruatio sui, vel pauperū eleemosyna, aut aliàs communitatis. Igitur est licitum hoc facere ad bonum communitatis, secundum Ray. vt Ioseph. & similiter ad prouisionem suam, secundum Viliel, maximè si aliter nesciat negotiari, nec habet vnde sustentetur: dummodo non intendat caristiam: & similiter ad largiendum inde eleemosynam, secundū Rayn. Ino. Viliel. & omnes. Si verò hoc fiat ex auaritia, vt alij compellantur emere ab eo, & ille suo modo vendat: aut si intendatur caristia, est mortale, secundū Viliel. Et secundum Ray. tenetur restituere pauperibus. xiij. quæst. v. qui habetis. quod secūdū Viliel. verum est de honestate, sed nō de præcepto. ¶ Decimotertiò, † quid de facientibus annonam cariusvendi: puta impediendo conductores? Et dico eos teneri ad ponendum eam in bono foro, ac si fuisset delata, si possunt: & puniuntur pœna xx. aureorum. l. ij. ff. ad l. Iuliam de anno. & etiā corporaliter. l. annonam. ff. de extraordi. cri. & idem de emente omnia blada, vt carius vendat. d. l. annonam. & idem de omnibus pertinentibus ad victum vel vsum per ipsos solos vendendis in caristiam reipublicæ: vt l. vnica. C. vt ne. lic. in compara. spec. se. &c. vnde qui dat arras pro omnibus aromatibus, sciens naues quę ferebāt eas submersas, facit monopolium, & incidit in pœnam d. l. vnicæ. & tempore necessitatis tales compelli possunt vendere minus pretio tunc aliàs iusto. l. ij. §. cum in eadem. ff. ad l. Rho. de iac.

¶ Decimoquartò† quæritur, vtrum liceat carius vendere ad tempus quàm ad numeratum ratiōe dilationis temporis? Et dico quòd nō, sed est vsura virtualiter: vt infrà Vsucapio. ij. §. j. & idē est si ematur pretio viliori, quia soluitur ante tempus.

¶ Decimoquintò† quæritur, vtrum mercator, qui scit ad aliquem locum alios post seventuros cum abundantia earundē mercium, possit vendere pretio tunc currente: an verò teneatur vendere pretio, quod futurum est, aut quod esset tunc, si res sciretur? Et dicit S. Tho. quòd non facit contra iustitiam vendens pretio currente, & tacens quod futurum est: si tamē diceret, vel de pretio subtraheret, esset abundantioris virtutis. ¶ Decimosextò, † quid si quis intendens nocere inimico, scribit amico vt multum emat de lana, vel alia re, qa erit cara in posterum: quod tamen nouit falsum: & deinde literam sibi cadere permittit in loco vbi inueniatur & legatur ab inimico: & consequenter talia emat & perdat? Et dico, secundū Archidiaconum q̄ mortaliter peccat ex intentione nocendi: non tamen tenetur satisfacere de damno: quia non dedit occasionem efficacem: extra de iniur. si cui pa. quia ille non debuit ita leuiter credere.

¶ Decimoseptimò, † quid de eo quod in facto accidit. Mercator magnus Venetijs acceptis literis ab Oriente vt emeret aromata, quia futura erant cariora, eas laceravit intendens omnia aromata emere: sed alius tenuis colligens literarum frusta & legens eum prævenit in emendo & lucrum sustulit? Et dicit Archidiaconus quòd si legit literas illas, vt sciret eius secreta, curiositas est: si verò vt sibi prouideret, prudentia humana est, & non peccatum: quia licitum est cuilibet accipere quod pro derelicto habetur, vt dictæ literæ.

¶ Decimooctauò† quæritur, vtrum liceat mercatoribus cōuenire vt certo pretio vendant, vel vt vnus solùm tale quid vendat? Et dicit Hostiensis pactum esse illicitum: & idem est si quis in ciuitate imperret vt sibi soli vendere liceat: vnde si quis huiusmodi exercet officium, secundum leges debet spoliatus bonis exilio perpetuo damnari, & concedentes puta, id est, officiales qui prædicta concedunt, aut non puniuntve C. de monopolijs. l. vna. vbi Azo per illam legem concludit prohibitum esse ne quis exerceat monopolium, id est, singularem negotiationem. quod accidit cùm aliqui pacisc̄untur ne in arte sua quenquam instruant præter filios vel nepotes, & idem est in omnibus huiusmodi. Prædicta

Universidad de Deusto
Biblioteca

cta tamen & d.l.vnam, intellige secundum Inno. in c. significante. de pig. quando fraudulenter & in damnum reipublicæ fuit. Secus si communitas sic statuat pro bono reipub. vt vnus solus vēdat vinum aut huiusmodi: & tale lucrum applicetur communitati, vt quotidie fieri videmus. ¶ Decimononò †quæritur, vtrum venditio reddatur iniusta propter defectum rei venditæ? Et dicit S. Tho. ij. ij. q. lxxvij. quòd circa rem venalē triplex defectus considerari potest, scilicet secundū speciem, quantitatem, & qualitatem: vt si vendatur aurichalcū pro auro, vel vtatur quis deficienti pondere aut mensura: vel si animal infirmum vēdatur quasi sanum. In his igitur tribus fraudat emptor scienter offendit, peccat, & restituere tenetur. Si verò ignoranter, non peccat quidem: sed cùm ad eius notitiam venerit, recompensare tenetur emptori. hæc ex illo. Sed quod dixit de qualitate, intelligitur de corruptiua substātiæ, vt in domo combusta: arg. l. quid tamen. ff. de contrahend. emptiōe. Secus in non corruptiua, puta si agrum sterilem putabat vberem. xxix. q. j. §. his ita respondetur. Vnde tunc, vt ibi patet in glos. venditio non rescinditur, nisi esset deceptio vltra dimidiā, vt dictū est: vel haberet pestiferas herbas. C. de ædil. edic. l. si prædiū. vel nisi dolus dedisset causam contractui: vt ff. de dolo. l. eleganter. Ex his multa patent. ¶ Primum. Si vendens interdit vendere rem vnam, puta vnum agrum, & emēs emere aliam in substantia, vt alium agrum, venditio non valet. l. in venditionibus. ff. de contrahend. empt. Et idem est in materia: vt si vendatur aurichalcū pro auro: vt in d. l. in emptionibus. ¶ Secundum. Tabernarij dantes vini mensuram diminutam, secundum Archidi. non excusantur: quia decipiunt & damnificant emptores, non obstante contraria cōsuetudine, quæ est corrupta: nisi hoc faciāt ad suam indemnitatem vel lucrum moderatum: puta, quia si darēt plenas, oporteret pretium augere, & cōsequenter nullos aut paucos inuenirēt emptores. Si autem econtra, mulier dans ad filandum pro libra dat vncias xij. & non soluit nisi pro libra, secundum eundē, non est fraus, scilicet vbi sic est consuetum: quia sic intelligit esse pactum, cùm à principio datur opus vt sic soluatur: sciēti autem & cōsentienti non fit iniuria, quanuis mos turpis videatur. ¶ Tertiū. Si equus venditus ad pancos dies ratiōe suæ malæ qualitatis moriatur. Pan. in cap. iniustum. de re. permu. post Cyn. distinguit. Nam aut morbus erat notus vtrique: & non competit remedium: quia scienti, &c. Aut vterque ignorabat: & tunc aut emptor non fuisset alias empturus: & competit actio redhibitoria. Aut alias emisset: & tunc competit actio quanti minoris, non autem ad totum damnū. Aut sciebat alter tantùm: & si emptor, sibi imputetur ratione prædicta: si venditor, tenetur ad omne interesse, nō solùm ad pretium: vt in l. Iuliano. ff. de act. emp. nisi interueniisset pactum vt non teneret: & si emptor fuisset minus diligēs, nihilo minus sēdm Cy. venditor tenetur: quia licet ille fuisset in quadam negligentia vel culpa, tamen venditor non patefaciens fuit in dolo, quæ præponderat culpæ: vt in l. item si obstetrix. ff. ad l. Aquil. Io. tamen And. post alios dicit quòd si intra triduum moritur, & inuenitur habere cor marcidum, ex tēporis prauitate præsumitur illum morbum tempore vēditōis habuisse. ¶ Quartū. Si quis vendat equum dolentē in spamla, sed hoc non ostendentem, quia erat calefactus dicens, do tibi equum istū pro strabone & dolente ac habente oēs maculas, nec volo ex aliquo teneri: secundū Spec. in titu. de emp. & ven. §. nunc nihilo minus tenetur, ex quo alias specificē nō propalauit defectum, quia emptor fuit deceptus vidēs dictā esse falsitatem in alijs expressis: & credidit verisimiliter sic esse de morbo spatulofo. ¶ Quintum. Si fundum vendidit tibi expressis confinibus & mensura terræ, & nunc inuenitur maioris quantitatis, an cedat emptori quod plus est, an vendito-
ri: distinguit Old. Nam quandoq; loquens vtitur terminis denotantibus certum numerum vel mensuram, & agit ad supplementum, quando scilicet exprimit conceptum iuum inciendo à numero vel mensura: vt vendo tibi terrā quatuor modiorum in talibus confinibus: quandoq; autem vtitur terminis denotantibus speciem seu corpus: licet adijciat certū numerum vel mensuram: vt vendo tibi talem fundum sic cōfinatum, qui est trium modiorum: & tunc quod est plus, cedit emptori: quia hoc casu numerus vel mensura videtur adiungi loco demonstrationis: quæ licet sit falsa, nō vitiet nec minuit illud, cui adiūgitur: vt l. falsa demonstratio. ff. de cōd. & demonst. Hæc Pan. in c. per tuas. vel doua. Vel dic quòd si pretium taxatur per modia, emptor nō habebit illud plus: si verò non taxatur per modia, habebit totū. & de hoc ē. Donatio. j. §. ¶ Vicesimo †quæritur, vtrum venditor teneat̄ dicere vitium rei venditæ? Et dico quòd S. Thom. ij. ij. q. lxxvij. art. iiij. obscurè de hoc loquitur, & ij. quoli. ar. x. cuius doctrinam sic intelligo. Nulli est licitum inferre damnū proximo vel periculum. Cùm igitur quidam defectus dent damnum tantùm, vt pānus malus. quidam verò damnum & periculum personæ vel rerū, vt cibus corruptus seu venenosus, & equus retrocedens: in primis siue defectus sit secretus, siue nō, venditor dicere non tenetur: sed sufficit si minuat de pretio rei quantum apprehendit ille defectus: quia neque damnū neq; periculum infert emptori: si tamē pretium nō minueret, inferret damnum. In secundis autem, si sint publici, sufficit minuere de pretio, nec eos dicere tenet̄: puta, si equus sit mancus, quia nec damnum nec periculum infert. si verò sint occulta, dicere tenetur: nec sufficit minuere de pretio: qa exponeret emptorem periculo. Hæc ex illo. cui consonat & quod cōcordat ac limitat Ang. in l. si quis cū aliter. ff. de act. emp. & vend. & Panor. in cap. iniustum. de re. perm. Ex quibus colligitur quòd distinguēdum est sic: Nam aut emptor si sciret huiusmodi defectus nullo modo emeret: & tunc nullo modo celare licet. Aut emeret quidem, sed nō ita libenter: & nisi nullum immineat periculum vel damnum, non tenetur venditor reuelare, sed sufficit minuere pretium. & idē est de mistura aquæ ad vinū, & huiusmodi. Si autem imminet periculum vel damnū emptori vel alteri, manifestare tenetur, alter esset obnoxius restitutioni dāni si accideret. ar. l. in rubro. §. itē qui sciēs. ff. cō. & l. Iulianus. ff. de ac. emp. ¶ Vicesimo †quæritur, quid de his, qui rerum defectus negant, aut falsas bonitates affirmant cū periurijs & mendacijs sciēter? Et dico ex Ray. iuncta glos. eius, quòd quantum ad iuramentum semper peccant mortaliter iurādo falsum, etiam in modico. Quantū verò ad mendacia, similiter quando per hæc lēditur proximus in magno, vel etiam paruo cum voluntate lædendi in magno: secus si in modico, animo nō lædēdi in magno vel si in nullo, sed ad se seruandum indemnes. Vtroq; autem modo tenentur de nocumento. ¶ Vicesimo secundo †quæritur, vtrum emptū ex aliena pecunia sit emētis? Et dico quod sic, si nomine suo emit. l. si ex ea. C. de rei vend. Fallit quod dictum est in empto ex pecunia ecclesiæ. xij. q. iij. c. j. & ij. & v. fixum. quod adeò est verum, quòd si clericus habens pecuniam de præbenda, emerit prædium, ampliùs illud dare non poterit intuitu pietatis, licet pecuniam dare potuisset: qa exponeret emptorem periculo. Hæc ex illo. cui consonat & quod pec. cle. c. j. & c. inquirendum. Et idē dic de empto ex pecunia pupilli vel minoris à tutore vel procuratore: quia minor illa vendicare potest. l. ij. ff. qñ ex fac. tut. Idē de empto ex pecunia militis. C. de rei vend. l. si vt, pponis. Similiter dic in empto à marito vel vxore de pecunia sibi ab altero eorum data,

si efficiatur non soluendo, qui donum accepit. l. vxor marito. ff. de don. inter vir. & vxo. Hæc ita limita, quando pecunia non fuit alteri mista: quia si fuisset mista, transiret in dominium etiam furis. l. si alieni nummi. ff. de solu. & sic non esset ecclesiæ vel prælatorum. ¶ †Vicesimotertiò quæritur, si teneat vendatur duobus, cuius erit? Et dico quòd potior est secundus, si res tradatur sibi, vel primus, si primò sibi detur. & idem in donatione. l. quoties. C. de rei ven. arg. c. ex literis. de consue. & expresse. C. de sacrosanct. eccle. l. vi inter diuinum. etiam si secundus emisset & ipse nomine ecclesiæ: quia præfertur primus. ff. de procu. l. in causæ. Venditor autem tenetur crimine falsi: vt patet. ff. ad l. Cor. de fal. l. qui duobus. Sed si permutauit, aut alteri in solutum dedit, vel aliter distraxit, post quàm eam obligauerat, tenetur crimine stellionatus. ff. de cri. stel. l. iij. De hoc tamē plenissimè Ias. in repe. l. quoties. C. de rei vend. ¶ †Vicesimoquartò quæritur, vtrum is, cui datum est aliquid ad vendēdum pro x. & vendidit pro xij. teneatur de duobus domino rei? Et dicit Archid. quòd cùm habeat mercedem pro suo labore, & exhibet nudum ministerium: totum quod superuēdit, tradere tenetur domino siue primo venditori, & nō emptori, nisi fortè plus iusto vendidisset. Sed Sum. Ang. cōtra Ros. tenet quòd sibi acquirit illa duo sua industria, non obstante mercede: quia illa datur vt inueniat eum pro decem, si tamen daretur sibi simpliciter, vt venderet, secus: quia tenereturvēdere meliori pretio quo posset. Sed hoc non benedicitur: quia illa duo non retinet ratione rei venditæ, cùm nō sit sua: nec ratione laboris vel industriæ: cùm habeat mercedem pro toto illo quod exhibet in vendēdo. Nec res datur sic vendenda à domino pro decem, quin velit habere duodecim si potest, sed expressit minimum. Et ita tenet Archi. Ioan. Fab. & Ioan. de Pla. in §. actionum. Instit. de act. & ibidem domi. Iason.

¶ †Vicesimoquintò quæritur, vtrum venditor teneatur emptori de euictione? Et dicit glos. & Panor. in cap. si venditori. de empt. & vend. quòd sic. & si non defendat emptorem post quàm sibi denuntiauit, tenetur ad omnes expensas, quas fecit in iudicio, secūdum eundem, siue obtinuerit, siue nō: vt in l. j. C. de euict. & l. venditores. ff. de verb. obligationibus. & vtrobique per Bartolum. Secus si nō denuntiasset litem motam. Fallit autem, nquit, in tribus casibus quod dictum est, nec ad euictionem tenetur. Primò, si in principio litis, vel ad minus post litem cotestatam, non denuntiauit venditori vt eam defenderet. C. de euict. l. emptor lundi. & l. authore. ff. eod. l. si rem. §. fin. Sed & si venditor sciebat litem motā, videtur sententiæ Bart. in l. denuntiasse. ff. de adulte. quòd etiā denuntiare teneatur: quia quando requiritur denuntiatio ad aliquid faciendum, vt in casu isto, non sufficit scientia sola: vt in d. l. denuntiasse. Secus quādo requiritur denuntiatio ad simplicem scientiam habēdam: quia valet: vt regula, qui certus. de regu. iur. lib. vj. & l. j. ff. de act. emp. & ven. Et licet glo. & Cy. in d. l. emptor. & Dy. in d. regula, qui certus. teneant quòd nō teneatur denuntiare: & multi alij: tamen tutius est quòd denūtiet, C. de euic. quæ denuntiatio non importat simpliciter indicere, sed per officialem notificare litē motam, vt veniat ad defendendum. Secundò, quando emptor citatus contumaciter absistit: quia videtur cōdemnatus propter suam contumaciā. d. l. emptor. & ff. de euic. l. si ideo. j. respenso. & idē si vēditore absente nō appellauit à sententia. l. Herennius. ff. de euic. Tertiò, quando per iniuriam sententia lata fuit cōtra emptorem. d. l. emptor, quia iniuria, quæ fit emptori, non contingit vēditori. l. si imprudentiam. in prin. ff. de euic. Idem dic si per violentia extrajudicialiter auferatur. d. l. si per. & C. de euict. l. si. etiam si notarius posuit quòd obliget se defendere de iure & de facto: quia illud de facto intelligitur, si lis moueatur de facto, non de iure secundū Pan. vbi suprà, quia violentia extrajudicialis non venit secundū naturā contractus: de quo dic vt no. per Bar. in l. stipulatio ista. ff. de ver. obli. Adde quartò, quando emptor compromisit & reportauit sententia cōtrariam. l. si dictum. §. si in arbitrū. ff. de euic. quod intellige verum, si volūtariè compromisit: quia secus si coactus, scilicet à statuto: quod sic vult vt inter consanguineos cōpromittatur, & huiusmodi: & hoc denuntiauit venditori, secundum Bar. in d. §. si in arbitrū. & Bal. in l. j. C. de peri. & cō. rei ven. Et quintò, quando emptor potuit vsucapere, & non vsucepit. d. l. si dictum. §. si cum posset. Et sextò, si rem alienam sciēter emit: nisi de euictione specialiter sibi caueritur. l. si fundū. C. de euict. Et septimò, si aliquid casuale contingat. C. eo. de lega. l. si de reb. eccles. non alie. e. ad nostram. Vide etiam alios casus per Host. in Sum. eo. tit. ¶ †Vicesimosextò quæritur, quid si venditor pactum fecit quòd de euictione non teneretur? Et dico nihilo minus eū teneri ad pretium re euicta. l. ex empto. in fi. de act. emp. & vend. quod limitat Ludo. de Ro. quando pactum fit in genere, scilicet à quocunq; euincatur: secus si specificatur persona vel causa vna: quia tunc etiam non tenebitur ad pretium. Casus est in l. qui libertatis. in prin. ff. de euic. & ibi gl. de hoc. ¶ †Vicesimoseptimò qnæritur, quantum emptori tenetur venditor in casibus, in quibus de euictione teneretur re euicta? Et dico quòd tantum in simplum: & si fuit in culpa in vendendo, tenetur etiam ad interesse. In foro tamen contentioso in rebus pretiosis arbitrio iudicis cogitur promittere duplum: aliter condemnatur in duplum pretij conuenti. ff. de euict. l. ij. & l. emptori. De emptione rei furtiuæ habes infrà Restitutio iij. §. vij. Vide etiam suprà Cōtractus. §. ix. Vtrum teneat venditio per compromissum: & similiter vide multa infrà Negotium, & Vsura secundò.

¶ EMVNITAS, vide infrà Immunitas.

De Enormi.

1 *Enorme, quasi extra normam positum, dictum est. quid autem importat, & præsertim ad mores relatum? & quotupliciter malum enorme dicatur?*

2 *Enormia crimina iuxta Canones quænam sint? Et ibidem, quod crimen enorme dupliciter dicatur.*

3 *Enormis iniuria corporalis quæ dicenda sit? Et ibidem quòd excessus notorius sit enormis: qui si fiat in personam ecclesiasticam ab eo episcopus absoluere non potest.*

4 *Iniuria enormis num sit, quis arbitrabitur?*

ENORME † dicitur quasi extra normam, vel sine norma, id est, mensura: & importat aliquid excessiuè magnum: & loquendo in moribus, semper lonat in malum: quia bona ex suo genere non possunt esse magna per excessum: cùm infinitè excrescere possit homo in gratia, & consequenter invirtute. Dupliciter autem malū dicitur enorme, scilicet in se: & sic peccata aliqua dicuntur enormia: & in suo effectu vel nocumento illato: & dicitur enormis iniuria. 1

¶ † Primò verò quæritur, quæ sunt enormia crimina secundum canones? Et dico quòd dupliciter crimen dicitur enorme. Primò quod ad normam pœnitentiæ, quæ scilicet pœnā delet cùm culpa, plenè reduci non potest, quin semper aliqd remaneat de pœna: quia scilicet impedit ordinis executionē & beneficij detentionem, etiam post pœnitentiā. Et hoc est triplex, scilicet homicidium voluntarium. dist. 50. minora. j. q. vij. si quis omnem. de consec. distin. j. c. j. & idem est de casuali præcedente culpa. de homic. continebatur. Secus vbi culpa 2 Enor mia vitia

Universidad de Deusto
Biblioteca

non præcesserit eodem titu.ex literis.Item hæresis,in qua post sanatum vulnus remanet cicatrix.j.q.j.vetum.Item simonia in ordine.de accusat.inquisitionis.& ibi patet quòd idem est de simonia in beneficio, id est, si quis adipiscatur ordinē vel beneficiū per simoniam:vt ibi.Et de his vide etiam suprà Crimen.Secundò dicitur enorme, quod dispensationem nō recipit:vt simonia in beneficio.j.q.j.erga.& q vlti.patet quomodo enormia dicuntur etiam omnia delicta, quæ inducunt infamiā eum̄.n, id est, ex quibus quis remanet infamis etiam post pœnitentiā.iij.q.vij.§. porro.& ij.q.iij.§.hinc colligitur.

3 ¶† Secundò quæritur, quæ iniuria corporalis dicatur enormis? Et dico quòd cap.cum illorū. de senten.excommunica. exēplificat si mutilatio sequitur,vel sanguinis effusio,scilicet abundans,& ex membro,ex quo de facili non fluat,secūdum doct.seu ex vulnere:& si in episcopum vel abbatem seu superiorē manus iniecta sit. Similiter in §.atrox.Institu.de iniur. exemplificatur:si quis vulneretur. intellige secundum Mo.si opus sit medicamine chirurgiæ vel emplastrorum seu aliorum medicaminū. Item si quis fustibus cæditur,si in theatro vel foro aut in conspectu iudicis verberetur:item secundum alios,si in ecclesia vel cœmeterio vel dormitorio. argum.c. cum pro causa.de senten. excommunic. xvij.q.iiij.quisquis.& §.qui autē. Item si sacerdoti induto vestibus sacerdotalibus, magistratui,parenti,patrono,& prælato.ff.de iniur.l.prætor. §.atrocem.C.eod.l.atroces. Et sic enormis dicitur primò ex persona:secundò ex loco: tertiò ex tempore, pura ludi aut festiuitatis:& hoc est arbitrarium.quarto ex re, puta vulnere:aut etiam vulneris loco,veluti oculo percussio.ff.de iniur. ita incipit.quintò ex modo.vnde secūdum Panorm.in d.cap. cum illorū.excessus notorius dicitur enormis: & si fit in personam ecclesiasticam,episcopus absoluere non potest. Et de his omnibus suprà Absolutio iiij.in princip.

Vnde aliquid enorme dicitur

4 ¶† Tertiò quæritur,quis arbitrabitur an iniuria sit enormis? Et dico quòd is, qui habet absoluere & ligare, vt sciat an sit quis suæ iurisdictionis, & possit illū absoluere nēcne.arg. cap.super literis.de refeript. &l.si quis ex aliena.ff.de iudic. Sed caueat ne leuē arbitrari velit,vbi ius atrocē determinat: qa nō absolueret,sed deciperet: secus aūvbi nō determinat.

De Episcopo.

1 *Episcopus vnde dictus, qualiter interpretetur, quodnam sit ipsius officium ac munus. Et an differentia sit inter episcopum & presbyterum: & qualis?*
2 *Episcopatus ordine sit,an dignitas? Et num eorum status religiosorum statu perfectior sit? numer. sequen.*
4 *Episcopatum expetere,aut oblatum recusare,an liceat? Et ad hoc subnectuntur conclusiones aliquot.*
5 *Episcopus in sui ordinatione & institutione interrogatus,an nouum simulq; vetus testamentum nouerit, respondens, quòd sic: si illa ignoret, an mortaliter peccet?*
6 *Episcopalis dignitas,num à seruulo, aut adscriptitia conditione liberet? Et iura episcopalia,quænam possit episcopus à suis subditis ex Canonum dispositione exigere? numer. seq.*
8 *Episcopalis lex secundum iura,quænam, ac quotuplex sit.*
9 *Episcopus quid secundum iura aut possit, aut non possit.*
10 *Episcopus quid debeat, & quid non.*
11 *Episcopus a quo iure teneatur.*
12 *Episcopus quas incurrere possit pœnas.*

1 EPISCOPVS † Græcum nomen est, dictum ab epi, quod est supra, & scopos vel scopi, quod est intendere: quasi superintendens: quia superintendit laicis & clericis sibi commissis.viij.q.j.qui episcopatum.dist.x.cleros.vbi etiam interpretatur speculator ,eò quòd subditorum mores & vitā speculatur.& in hoc negligens est in peccato mortali:& dicitur canis impudicus.ij.q.j.c.qui nec.cuius officium consistit in confectione chrismatis, chrismatione frontis, collatione ordinis,consecratione ecclesiarum,& altarium:vt de sententia excōmunicatio.cap.quia periculosum.lib.vj.in glo.& secundum Sanct.Tho in iij.dist.in.xxiij.l.solus dispensat illa sacramenta,quæ ponunt suscipientem in aliquo gradu perfectionis super alios:& æqualis est Papæ,secūdum eundum ibi.distinctio iiij.in collatione sacramentorum,seu quo ad ea,quæ sunt ordinis episcopalis:ideo quilibet potest alium consecrare,solus etiam,vt ibi dicit distinct.xx.propriè est prælatus ecclesiæ:& quasi spōsus eius accipit annulum:cuius etiam conuersatio debet esse,quā Grego.in Pasto.describit dicens, Sit Qui rector cogitatione mundus, actione præcipuus,discretus in silentio,vtilis in verbo, singulis per compassione socius,præ cunctis contemplatione suspensus, internorum curam exte- rioru̇m occupatione non minuens: exteriorum prouidentia internorum solicitudinem nō relinquens. Et quantum ad appellationem quandoque inter episcopum & presbyterum differentia nō fuit:quia isti & illi presbyteri & episcopi dicebantur:semper tamen fuit differentia realis:vnde &in primitiua ecclesia soli episcopi cōfirmabāt,Act.viij.ad est,per manuum impositionem Spiritum sanctū dabant,vt tenet Sanct. Tho.Ray.& Pet.de Pal.quę impositio per cōfirmationē dē signatur:ideoq; soli episcopi sunt,qui apostolorum vice confirmant:vt extra de sac. vnct.cap.vno.§.per frontis. Erant & olim quidā prelari,qui coepiscopi dicebantur,de quibus pertrāscundū est,quia amoti sunt.dist.lxxviij.§.hi verò.& c.seq.

¶† Primò verò quæritur, vtrum episcopatus sit ordo vel dignitas? Et dico quòd est dignitas:vt patet ex dictis suprà Dignitas:est etiam ordo supra Sacerdotium,secundum Sanct. Tho.in iiij.distin.vij.& distin.xxiiij. non in ordine ad verum, sed ad mysticum corpus Christi, super quod habet aliquem actum & aliquam potestatem,quam non habet sacerdos:licet eut potest ordinare,& confirmare,& huiusmodi. Vnde secundum Ioannem Andream in principio sexti, Papa se episcopum appellat,licet in ecclesia sint dignitates episcopatu maiores: quia episcopatus est ordo maximus.

¶† Secundò quæritur, vtrum status episcoporum perfectior sit statu religiosorum. Et dicit S. Tho.ij.ij.q.clxxxiij. quòd sic:quia in omni genere agens præstantius est patiente:in genere autem perfectionis, episcopi secundum Deū habent vt perficientes, religiosi verò vt perfecti: quorum vnum ad actionem, reliquum ad passionem pertinet. Sic tamen status episcopalis agatur per functorie, nihil est securius aut periculosius.distinct.xl.ante omnia.

¶† Tertiò,vtrum liceat appetere episcopatum, aut recusare oblatum? Et dico quòd secundum Augu.xix.de ciuitate Dei & S.Tho.ij.ij.q.clxxxv.& viij.q.j.qui episcopatum.& si admistretur vt decet,tamen indecenter appetitur.quamobrem inquit Augu.otium sanctum quærit charitas veritatis:negotium iustum suscipit necessitas charitatis: quam sarcinam si nullus imponit,percipiendæ atque intuendę veritatis otium quærat: si autem imponitur,suscipienda est propter charitatis necessitatem. Istam autem quæstionem diffusè tractauit in Ecclesiaure.Dominica xvij.post Trinita.& ibi habentur hæ conclusiones. ¶ Prima.In nullo casu licet prælationem procurare quacunque populorum necessitate vel quocunque fine.

¶ Secunda.Licet nunquā liceat prælaturam quærere,tamen necessitatis tempore,id est,quādo nō vidēt quis vnde copetēter de bono pastore prouideatur:licitū est hanc appetere, nō absolutè,sed à Deo, non vt quis præsit, sed vt prosit: & licitum est hoc desiderū: vellem quòd me Deus dignum iudicaret,& faceret vt alijs prodesse possem:quia velle prodesse est laudabile,& velle promoueri per Deū nō est præsumptuosum,cùm ipse nō promoueat nisi dignos. ¶ Tertia. Tale desiderium extra casum necessitatis non est laudabile nec licitum:quia esset minus bonum præferre meliori, cùm sit melius vacare Deo quàm proximo, vbi non est necesse vacare proximo. ¶ Quarta. Is cui vitia placent in propria persona, vel cui non displicent,nec ea conatur euertere in aliena,non quam licitè appetit à Deo promoueri,quandiu sic esse deliberat. Est autem mortale iudicio meo,appetere ratione deliberata episcopatum, & omnem prælaturam siue beneficium cum cura,in multis casibus, de quibus infrà, Superbia. §.vl.& specialiter propter ambitionem vel cupiditatem principaliter,quia est ambitio periculosa,& repugnās bono communitum quia talis nescit se idoneum ad illud administran dum:cum hoc sine Dei gratia,quam se habere nescit, facere non possit:tum quia bonum commune ordinatur ad particulare,vt populus sit propter prælatū,cùm sit econuerso. Est etiam mortale hoc reculare, cùm quis probabiliter credit se idoneum,vel saltem dubitat,& ad suscipiendum adstringatur præcepto superioris quia in dubijs tenetur subditus obedire: vt infrà,Obedientia.& idem videtur si nō adstringatur præcepto,sed consilio,& probabiliter credat quòd per aliū equè bene prouideri non potest: quia est contra fraternam charitatem.& facit c.in scripturis.viij.q.j.sed vide suprà, Electio. §.§.xx.infrà.Simonia.§.xvj.¶ Quarto † queritur,vtrum peccet mortaliter episcopus ignorans in sua ordinatiōe interrogatus an sciat nouum & vetus testamētum, & respondens q̄ sic? Et dicit Richar.in quol.iiij.q.xxij.quod sic,si ita est ignorans quòd nesciat in generali mandata Dei,articulos fidei,virtutes,& vitia,& sacramenta: quia tunc pernicioſè mentitur: non autem si sciat duo testamenta quantū ad ea,sine quibus officium suum cōuenienter exercere non potest:licet in alijs sit indoctus:quia videtur quòd consuetudo sic solūm velit.

6 ¶ Quintò † quæritur,vtrū episcopalis dignitas liberet à conditione seruili vel adscriptitia? Et dico quòd ab vtraq; timò & sacerdotalis.distin. liiij. ti seruus scie:e.& c.ex antiquis. in glo.& etiam à curiali seu officiali,secundū gl.in dicto c.si seruus.& idem secundū Pis.& Sum.Ang.licet Supple.sentiat quòd non,inuitendo textui d.c.si seruus.Sed quantum ad hoc fallit c.non tenet secundum Pisa.Verumtame nec seruus,nec adscriptitius,nec etiā curialis ordinari debet,nisi secundū distinctionē quā habes infrà Seruus.ij.per totū. id est,nisi prius à tali conditione sint absoluti,& ab alijs irregularitatibus.

7 ¶ Sextò † quæritur,quæ sint episcopalia iura, quæ episcopus exigere potest à clericis & religiosis sibi subiectis secundum canones? Et dico quòd declarantur in c.conquerētе.de offic. ord.vbi dicitur,In ecclesijs seu capellis tuæ diœcesis ad monasterium ipsum, spectantibus habeas canonicam obedientiam,subiectionem & reuerentiam,institutionem & destitutionem,correctionem,& reformationem ac cēsurā ecclesiasticam,iurisdictionem quoq; ordinariam causarum omnium ad forum ecclesiasticum de iure spectantium,pœnitentias,& sacramentorum omnium, quæ ab episcopo recipienda sunt. &c.de quibus vide plenè Archie.tertia parte.ti.ix.c.v. ¶ Septimò † quæritur,quotuplex,& quæ sit lex episcopalis secundū iura? Et dico quòd duplex,scilicet iurisdictionis,cui subijciuntur monasteria:& diœcesana,cui monasteria non subijciuntur:in quibus consistit totum ius & potestas episcoporum: & de quibus in c.dilectus.de offic.ordi.vbi glo.dicit istam esse differentiam inter vtranque. Nam ad legem iurisdictionis pertinet datio curæ,delictorum coercitio,ordinatio ecclesiarum,consecratio earum,altarium,& virginum, & chrismatis,& generaliter omnium sacramentorum & ordinum collatio,quæ in dando consistunt:& alia plura, quæ enumerantur in §.præcedenti.c.conquerēte. vlq; ad verbum synodalicum. Ad legem verò diœcesanam spectat cōuocare ad synodum,ad sepulturas mortuorū,cathedraticū,id est,quod soluitur in signum subiectionis,tertia vel quarta mortuariorum, decimationum,hospitiorum,& similia,quæ consistunt in recipiendo. Igitur omnia monasteria ipso iure exempta sunt à lege diœcesana.xj. q.j.ca.j. & q.iij. inter cæter. & xviij.q.ij. quàm sit.& xvj.q.j.placuit.nec cogi possunt ad prædicta pertinentia ad illam.d.ca.quàm sit.à legeverò iurisdictionis non sunt exempta, nisi munita sint speciali priuilegio. de quibus omnibus vide diffusè Archi.vbi suprà. ¶ Octauò † quæritur, quid episcopus possit: secundum iura,vel non possit? Et dico multa. ¶ Primum.Secūdum Panor.in c.accedentibus. de excess.prela potest concedere nō episcopis authoritatem,quam habet,quantum ad ea,quæ spectant ad dignitatem episcopalem:sicut cognoscere de causa matrimoniali, iniūgere publicam pœnitentiam,concedere indulgentiam,iudicare de clericis,& huiusmodi:vt xvj.q.ij.visis præter infignia,vt est vsus mitræ ac pontificalium,quæ solus papa concedit:ar.c.vt apostolicæ.de priuileg.lib.vj.Et etiam quæ sunt iurisdictiōis potest concedere,quanuis nondum sit cōsecratus nec sacerdos. Et idem Ioan.And.& Cal.Quantum ad ea verò,quæ spectāt ad o dinem,cōcedere non potest non episcopis: vt ordinare,chrismare,consecrare,& similia,quę no.in c.quātuis. lxviij. dist.& in c.aqua.de consc.eccle.vel al. Vnde credo quòd dare non possit authoritatem benedicendi vestes seu paramenta. Eo autem mortuo expirat officium vicarij, secundum eundem Panor.in c.j.ne se.va.vt no.gl.in cle.fi.de procu.Et idem videtur de officio prioris cōstituti ab abbate eo mortuo:ar. ex nor.in d.cle.Secus si constituus esset ab abbate cum capitulo:arg.c.ij.de sta.regu. ¶ Secūdum. Pro persecutiōe sui corporis licitè posset fugere,secundum S.Tho.ij.ij.q.clxxv.vbi per alium in eius ablentia sufficiēter posset saluti gregis prouideri. Vbi verò salus subditorum eius prælentiam exigit,fugere non potest propter temporale aut corporale damnum: sed tenetur sicut bonus pastor animam suam ponere pro ouibus suis:& idem j.q.j.scisciatis. ¶ Tertium. Potest etiam per se vel per alium in quolibet loco nō exempto pro tribunali sedere,cùm in tota sua diœcesi iurisdictione habeat ordinariam.de offic.or.cum episcopus.lib.vj. Vtrū autem possit immediatè iudicare de subditis subditorum sibi prælatorū non appellantium ad eum gradatim,secundum Host.& Gof.licet sint opiniones,seruanda tamen cuiuslibet ecclesiæ cōsuetudo est,quę iurisdictionem tribuit. ¶ Quartum. Potest etiam cogere religiosos mendicantes, vt vadant ad processiones.c. nimis prauæ.de excess.prælа.Ex quo tex.dicunt doc.quòd quia prohibetur eis ne ex leui causa eos cōpellant ire: sequitur q̄ ex magna & grauī possint:puta ex nouo introitu episcopi vel legati,aut imminente peste,aut alio flagello,vel in generalibus litanijs,quæ sunt tres dies Rogationum. hæc Pan.in c.cum dilectus.de off.or.quæ limita,nisi sint specialiter priuilegiati. ¶ Quintum. Potest etiam quęrere de titulo beneficij subditi sui,si non consensit in eum:vt voluit Fede.cōsi.xcviij. & idem dic de quocunq; alio cuius interest. ¶ Sextum. Potest etiam vbicunq; celebrare & celebrari facere cum altari portatili:vt in c.finali.de priuilegijs libro sexto. & similiter tempore interdicti celebrare potest & celebrari facere,& audire diuina vbicunque:vt in dicto c.finali.quod limita vt in c.quod nonnullis. de priuilegijs.scilicet exclusis interdictis, submissa voce, tanuis clausis, & campanis non pultatis, & si ipse specialiter non sit interdictus, vel non fuerit causa

Universidad de Deusto
Biblioteca

interdicti. Quomodo autē in aliquibus possit dispensare, habetur suprà, Dispensatio. §. iiij. & ix. & xj. & in beneficiorum pluralitate specialiter suprà, Beneficium iiij. §. viij. Quam autem habeat iurisdictione, vide extra de offic. ord. per totum. ¶ Septimum. Potest etiā in sua diœcesi multa etiā sine metropolitani cōsilio, secundum Ray. vt cōsecrare ecclesias ac virgines, ordinare, erigere altaria in ecclesia cōsecrata: nam in non consecrata hoc potest etiā sacerdos, chrisma conficere, confir...re, reconciliare solēniter pœnitētes, literas commendatitias clericis dare, inter subditos iudicare, anathematizare cum solēnitate, de qua xj. quæst. iij. debēt. vnā ecclesiam in duas diuidere, & duas in vnā vnire, vnam alteri subijcere, & nouas erigere ex causa, & non aliter, & requisito consensu eorum quorū interest, & qui forsan ex hoc lædi possent, quādoque etiam eorum consensu non obtento. de excess. prælat. ficut. & ibi Panor. extra de eccle. ædi. ad audiētiam. synodum celebrare, canonem latæ sententiæ cōdere in sua diœcesi. Vide Arch. iij. parte, tit. xxj. c. ij. ¶ Octauum. Non potest autem sine capituli consensu à principio de nouo construere monasterium, nec ecclesiam cōstructam secularem monasticis regulis informare, secundum Panormita. in cap. apostolicæ. de donatio. & ita intelligitur cap. si episcopus. xij. q. ij. Sed postquam hæc sunt acta cum assensu capituli, potest solus donationem facere, de qua suprà, Ecclesia. iij. §. vlti. etiam de possessionibus ipsis secundum communiter Doct. & non solùm redditibus. Sed intellige de donatione inter viuos, nō de testamento, secundum Doct. communiter: quia testamētum porrigitur ad tempus, quo est non futurus prælatus, cùm morte confirmetur: & non sit de rebus alienis. Si tamen quinquagesima aut cētesima esset in graue damnum ecclesiæ, dari non deberet. d. cap. apostolicæ. ¶ Nonum. Nō potest etiam testari de bonis ecclesiæ, nisi vt alij clerici: tamē secundum Sanct. Tho. ij. ij. q. clxxxv. potest habere propriū, & illud hæredibus testari, non potest autem causam spiritualē cōmittere laico, aut laico & clerico simul: vt suprà, Arbiter. §. xix. ¶† Nonò
10 quæritur, quid facere debeat vel non debeat? Et dico multa. ¶ Primum. Episcopus in synodo cōstituere debet idoneos viros per totam diœcesim, eos iurameto adstringēs, ad denuntiandum sibi vel misso per eum quicquid perpenderint fieri contra voluntatem Dei & Christianitatem, quòd pertineat ad ecclesiasticam iurisdictionē. xxxv. q. vj. episcopus in synodo. & tales appellantur testes synodales. ¶ Secūdum. Io ecclesijs etiam baptismalibus debet ordinare magistros, qui doceant pueros in studijs literatū, artiūq; liberalium assiduè, vbi necessitas occurrerit. xxxvij. dist. de quibusdā. ¶ Tertium. Singulis etiam annis debet synodum tenere admonendo clericos, constitutiones legendo, & laicis prædicando. x. q. j. placuit. & similiter singulis annis, si potest, visitare oēs ecclesias, monasteria, & hospitalia sibi subiecta. ¶ Quartum. Debet etiam in publico linere vti, nisi sic religiosus, super indumentis. devit. & honest. cle. clerici officia. ¶ Quintum. Debet etiam, vbi tem poralem iurisdictionem habet, cōstituere iudicē laicū, qui in causa, præcipuè criminali, iustitiam faciat: cui & delegare potest in speciali super aliquo maleficio vt iustitiam faciat sine irregularitate: dūmodo per suā responsionē nec directē nec indirectē indicet iudici quòd pœnam sanguinis debet irrogare: sed solùm in genere quòd iustitiā faciat: & si dubitat, consulat peritos: aliter esset irregularis. de excess. prælā. ex literis. sanguinis tamen vindictæ præsens esse non debet: vt in dicto c. ex literis. ¶ Sextum. Debet etiam ordinandos, ne citò nimis manus imponat, inquirere primò de ætate ad illum ordinem debita, de qua infrà, Aetas. Et secūdò, de bonitate vitę: & quo ad hoc quemlibet potest admittere, nisi sit peccator notorius vel facto, vel excommunicatus maiori, vel suspensus, vel interdictus: quia nemo salutis suæ immemor iudicandus est, j. quæst. vij. sanctimus. si etiā esset quis illegitimus, sine dispensatione promoueri non posset, vel episcopi quo ad minores, vel papę quo ad reliquos ordines, nisi sit religiosus qui dispensatione non indiget ratione religionis, secundum Archi. Et tertiò de literatura: quia ordinans diaconum vel subdiaconum, qui nescit officium, peccat mortaliter: & similiter promouens ad curam non habentem scientiam necessariam, de qua suprà, Cōfessor. iij. in princ. & de hoc infrà, Ordinādus. & qualiter tam ipse quàm suus notarius cauere debet à simonia. ¶ Septimum. In conferendo etiā beneficia debet attendere vt conferat dignis: aliter mortaliter peccat, secundū Sanctum Tho. & Alber. in iij. & facit quod no. lxj. distin. in sacerdotibus. ¶ Octauum. Nō debet autem ecclesiastica officia committere propinquis, nec rerum ecclesiasticarum administrationem. lxxxix. distin. iudicatum est. & cap. sequenti. quod intellige quādo alij haberi possunt æquè idonei, vt cessat scandalum: aliàs potest etiam suis committere, si sunt alijs meliores: cùm hoc casu cessat ratio prohibitionis. Sed & œconomus debet esse clericus honestę vitę: vt probatur eadē distinct. per totum. ¶ Decimò † quæritur, ad quæ episcopus iure tenetur? Et dico duo. ¶ Primum. Executione deuoluta ad episcopum propter negligentiā executoris, tenetur seruare hospitalitatem, quam & executores seruare tenebantur, secūdum Bart. in l. si puellam. C. si man. ita fu. ali. & facit tex. in cle. j. de iudic. negli. prælat. & quod notat Ioan. Andre. in cap. publicato. de electi. ¶ Secundum. Episcopus tenetur deputare in ecclesijs cathedralibus & alijs conuentualibus viros idoneos ad prædicandum, & confessiones audiendum, & visitandum, quibus &, puidere debet. de officio ordinarij. c. inter. cætera. Ibidem dicit Ioā. Andre. quòd quia dicitur, præcipimus. & subditur, si quis autem qui in hoc sunt negligentes, scilicet notabiliter, sunt in mortali. Hostien. autem orat vt Deus misericorditer agat cum transgressoribus huius præceptii: hodie tamen, inquit, prouidit paracletus per ordines Prædicatorum & Minorum: licet non omnes capiant verbum istud. de pœn. cap. nimis. Et intellige de conuentualibus secularibus, id est, collegiatis: quia monachis non competunt ista officia scilicet ex monachatu, secundum Petrum & Abbatem. ¶ Tertium. Secundum Sanctum Tho. etiam tenetur ingredi religionem quam vouit. ij. ij. q. clxxxix. & exponere omnia sua, propter honore Dei & salute gregis sui cùm opus fuerit, ibi. q. clxxxiiij. & alere clericos indigentes, quos promouit ad ordines: non autem alios clericos, secundum eum. iiij. distinct. xxiij. ¶ Vndecimò † quæritur quas pœnas episcopus de iure incurrat, vel non incurrat? Et dico duo. ¶ Primum. Ex nulla constitutione episcopi cadunt in pœnam suspensionis vel interdicti, nisi de ipsis in illa fiat mentio specialis: similiter nec eorum superiores. de senten. excommuni. quia periculosum. lib. vj. Et idem die de suspensione à beneficio iure posita: vt in cap. i. de excommunicatione: vt not. in dicto capit. quia periculosum. ¶ Secundum. Episcopus canones non seruans, aut seruari non faciens, est periurus: vt no. Panor. in cap. ego. de iurā. alleg. gl. in cap. sacerdotes. el j. ij. q. vij. quę dicit quòd si prælato non seruāte canones recedi potest, sicut ab excommunicato & præciso receditur. quod dictum Panor. intelligit verum, quando ex contemptu hoc procedit. Quomodo autem non possit restituere degradatū, suprà Degradatus. vlti. Quomodo autem teneatur ad obseruancias regulares, & est religiosus, vide infrà, Monachus. Quomodo etiam ad casus ei reseruentur, vide ȝ. Casus. §. ij. iij. iiij. & v. Quomodo etiam

etiam possit aliquid accipere à clericis, & quando, vide archi. & diffusissimè iij. parte. titul. xxj.

De Eremitis.

1 *Eremita quis sit, & quotuplex.*
2 *Eremita an gaudere debeat clericorum priuilegijs.*
3 *Eremita an possit ad monachorum prælaturam assumi.*
4 *Religiosi quando ad vitam eremiticam transire possint.*

1 EREMITA, † qui & Eremicola, est is, qui eremum colit inhabitādo. Et est duplex, quidā scilicet coleus quidē seu habitās eremum, seu non ex desiderio vitæ solitariæ: sed alia causa, pura ad aggrediendum vel fugiendum: & hic propriè non dicitur eremita: q. a, vt dicitur in c. qui verè. xvj. q. j. eremita dicitur, qui verè & purè solitariam vitam eligit. quidam verò colens ex desiderio colendi. Et iste est duplex: quia quidam est coleus ex desiderio colendi, & tamen est adstrictus obedientiæ alicuius approbatæ religionis, qui etiam & si sit eremita propriè, non tamen præcisè: sed est religiosus ducens vitam eremiticam: alius verò non est obedientiæ adstrictus: & iste propriè dicitur eremita, scilicet is, qui vitam eremiticam eligit sub spiritu libertatis. Vnde dicit Sanct. Thom. in iij. distinctio. xxviij. quòd eremitæ habent solenne votum continentiæ, sed non obedientiæ: licet teneantur episcopis obedire sicut & alij: vt dicitur ij. ij. q. clxxxvj. articu. v. ad ij. imò etiam possunt habere proprium secundum glo. in dict. cap. qui verè. & est text. xix. q. iij. §. econtra.

1 ¶† Primò verò quæritur, vtrum eremitæ gaudeant priuilegio clericali? Et dicit Sum. Ang. ac Rof. cum Ioan. de Lig. in cle. per literas. de præben. quòd sicut laici nati sunt, ita laici perseuerant sub Imperatoris iurisdictione, cùm eis nihil adueniat eos eripiens aut eximens inde. quod est duplex, scilicet receptio ordinis: vel conuersio ad aliquam religionem approbatam. de reli. do. cap. fi. xvij. q. iij. si quis suadente. de sentē. excommunica. non dubium. & sequitur Panor. in cap. nullus. de foro compe. Sed contrarium tenuit glo. in d. cap. qui verè. quod Archid. limitat verum in eremitis, non profugis, sed qui adstricti sunt alicui regulæ vel superiori, scilicet religioso: vel saltem hoc priuilegio gaudenti, vt suprà Ecclesia j. §. v. dicto vj. & hoc tenet: tum quia si laicum viuentem in turba dicta adstrictio facit gaudere priuilegio clericali: quare non vacantem Deo penitus in solitudine? tum quia & ipsa Summ. Ang. dicit quòd sunt de foro ecclesiastico, per c. nulla ratione. distinc. xcij. & per c. fi autem. xj. q. iij. priuilegium autem fori tardiùs acquiritur, & citius ac facilius perditur, quàm per fouale, secundum docta. vnde si gaudent regali priuilegio fori, gaudent & personali, suprà Excommunicatio. vj. §. ij.

3 ¶† Secundò quæritur, vtrum eremitæ vocari possint ad prælaturam monachorum? Et dico quòd sic per postulationem. extra de elect. cum ad monasterium. & ratio, quia transeunt ad artiorem strictiorem in hoc quòd monachus abrenūtiat proprijs: non autem eremita. vnde potest condere testamentum. xix. q. iij. §. sed illud est. quod intellige vbi eremita non est religiosus. Vita tamen solitaria debitè assumpta præmiet sociali, secundum San. Tho. ij. ij. q. clxxxvj. sicut iam perfectum ei quod ad perfectionem exercetur: sed sine præcedenti exercitio est periculosissima: nisi diuinitus suppleatur.

¶† Tertiò quæritur, vtrum religiosi possint vitam eremiticam eligere? Et dico quòd sic de licentia suorum prælatorū etiā mendicantes: & cellas siue habitacula in eremo, siue vbi hominum habitatio de propinquo non sit, capere & mutare, de excess. prælā. cū ex eo. lib. vj. prælati tamen nemini debent dare licentiam, nisi iam in societate perfectis, cùm imperfecto sit periculosissimum habitare solitariè: cui & dicitur, væ soli, quia cùm ceciderit, non habet subleuantem. Vnde Sanc. Tho. vbi suprà, dicit quod vita socialis necessaria est ad exercitium perfectionis, quia mutuo se instruunt verbo, exemplo & correctione, quæ ad perfectionem ducunt: solitudo autem competit iam perfectis.

De Errore.

1 *Error quid sit, & an consensum tollat.*
2 *Error quando intolerabilis dicatur.*

1 ERROR † consensum tollit: & errantes non videntur consentire. ff. de regulis iuris. l. nihil. & si sit error iuris, excusat à dolo: & cōsequenter à pœna, quæ debetur propter dolū. si etiam sit error communis, aliquando facit ius. art. xcv. dist. ecce ego. quasi in fi. & in l. Barbarius. ff. de offi. præto. Dicitur † autem intolerabilis quando continet aliquid, quod in suo genere est peccatum: vt in c. venerabilis. §. potest. de sent. excom. lib. vj. vel aliquod impossibile: vt in glo. in c. per tuas. de sent. excom. vel si sit cōtra ius aut legem, vel si excōmuniceat aliquem, quia bonum fecit, pura eleemosynam. vide dictā gl.

De Euangelio.

EVANGELIVM non ledendo vel genu flexo audiendum est: sed stando, & venerabiliter adorando, scilicet capite discooperto. de consec. distinct. j. apostolica.

De Sacrosancta Eucharistia primò in se, quantum ad materiam & formam.

1 *Eucharistia Græcè, quod Latinè significet.*
2 *Eucharistiæ sacramenti quæ sit materia.*
3 *Materia sacramenti eucharistiæ quæ sit.*
4 *Eucharistiæ materia quæ sit, dum ad modum potus sumitur.*
5 *Sacramenti eucharistiæ speciebus an possis liquor aliquis licitè misceri.*
6 *Vino deficiente quo confici possit liquore.*
7 *Eucharistiæ sacramenti quæ sit forma.*

EVCHARISTIA † Græcè, Latinè, dicitur bona gratia: ab eu, quod est bonum, & charis gratia: sic dicta q. p. Christum plenissimum gratiæ in se cōtineat: vt signum verò rememorationum passionis, qua spiritualis agnus Christus oblatus est, dicitur sacrificium vel hostia: vt signum demonstrationis vnitatis ecclesiæ cui vnitati hōmines per ipsam aggregantur, dicitur communio vel synaxis: præuerò est signum præfiguratiuum diuinæ fruitionis in patria, continet illud quo nobis ianua cœli aperta est, id est, sanguinem Christi, & dicitur viaticum. Est autem eucharistia sacramentum vnum: vt probat Sanctus Thomas in iij. distinctio. viij. in quo tria sunt, scilicet species visibilis panis & vini, corpus Christi verum & corpus Christi mysticum, id est, ecclesia vel vnitas ecclesiæ: & secundum S. Tho. Vgo. & alios sanctos, primum est signum secundi & tertij: & dicitur sacramentum tantùm. Secundum verò est res sacramenti, & sacramentum, seu signum ac causa respectu tertij. Tertium verò est res secundi & veritas primi, vnde est res tantùm: de qua de celebra. miss. in cap. cum Marthæ. §. distinguendum est.

2 ¶† Primò verò quæritur, quæ sit materia huius sacramenti, inquantum sumitur per modum cibi, seu inquantum continet ex vi sacramenti corpus Christi tantùm? Et dico secundum S. Tho. & cōmuniter omnes sanctos, quòd est panis triticeus aqua naturali confectus: tum quia Christus grano frumenti se comparauit, Io. xij. tum quia in tali creditur ipse cōfecisse: tum quia hoc habet vsus ecclesiæ ab apostolis traditus: non tamen distinguendo vtrum sit azymus aut fermentatus: quia vterque est materia huius sacramenti: & in vtroque confici potest de facto: vt est text. de celebra. miss. literas. & de consec. dist. ij. in sacramento. sed nō de iure: quia secundū Sanctum Tho. & alios Theologos conficiendus est cum Chris-

Universidad de Deusto
Biblioteca

fio in azymit.& hõe est rationabilius: vnde peccaret grauiter Latinus conficiẽs in fermẽtato:sicut & Græcus in azymo, quasi agens contra eccleſiæ ſuæ cõſuetudinem. Ex quibus patet ſecundũ omnes, quòd conficí poteſt ex pane, in quo cùm tritico ſunt alterius generis grana: niſi tanta ſit additio quòd ſoluatur ſpecies tritici: puta qa tralitur in illud aliud genus, vel in ſpeciem mediam ex vtriſq; cõpoſitã. Similiter & ex ſiligine, ſecundũ S. Tho. licet cõtrariũ tenẽãt aliqui, quos ſequitur Sum. Ang. & Roſ. ſed de hoc in §. ſeq. Et ſimiliter etiã ex pane nondũ cõrupto, ſed in via corruptionis exiſtẽte, ſecundum S. Tho & alios, licet peccaret cõficiens propter irreuerentiã ſacramẽti. Si tamẽ tanta eſſet corruptio quòd ſpecies ſoluta eſſet, quod inde cognoſcitur ſi continuitas ſoluitur, & deſinit ſapor, & color, & alia accidentia panis: inde cõfici nõ poteſt. Non autẽ confici poteſt ſecundũ S. Tho. & cõmuniter dloct. ex pane ordei, farris, ſpeltæ, & alterius grani, neque ex paſta tritici: quia iſta ſpecie differunt à pane triticeo: & eadẽ ratione, neque ex pane tritici cõfecto ex aqua roſacea aut endiuiæ vel huiuſmodi: ſed tantũ ex aqua naturali, quia, vt dicit San. Tho. aqua eſt de cõpoſitiõe & ſubſtantia panis. vnde diuerſificatio aquę ſecundũ ſpeciem facit diuerſitatem ſpeciei in materia ſacramẽti. Nec tamẽ eſt ſimile de materia ſanguinis, id eſt vino, cui apponi poſſet aqua artificialis, licet eſſet peccatũ: quia aqua non eſt de ſubſtãtia vini. Non debet etiam confici ex amido ſecũdum S. Tho. quod ex farina triticea fit: quia videtur amiſiſſe ſpeciẽ farinæ: vel ad corruptionẽ omnino diſpoſitũ: quidã tamẽ, inquit, dicũt quòd fic coquatur, inde cõfici poteſt, cũ ſit farina triticea. Intellige autẽ in prædictis cùm dicitur nõ poſſe cõfici, de poſſe facti, ita ſcilicet quòd ſi quis conficiat, nõ eſt ibi corpus Chriſti: nõ autẽ de poſſe iuris, quo dicitur nõ poſſe fieri quod fieri nõ licet. ¶ ‖ Secũdò quæritur, quomodo aliqui differunt in prędictis quæ ſunt ſecũdũ cõmunem opinionẽ Theologorũ? Et dico multa. ¶ Primũ. Si aqua fuit roſacea, vel huiuſmodi, tenet Aſtẽ. inde poſſe cõfici: quia aqua in pane non manet, ſicut quæ apponitur vino conuertitur in vinũ. & idẽ Duran. ordi. minorũ. ſed iſtã rationem S. Tho. ſoluit antequã fieret dicẽs nõ eſſe ſimile: quia aqua apponitur vino quod iam erat vinũ, & nõ eſt de ſubſtãtia eius: ſed aqua apponitur pani tanquã pars eius ſubſtãtialis, & materia trãſiens, ſicut & farina: vnde licet nõ maneat, eſt tñ de ſubſtantia eius ſicut & farina: variato autẽ aliquo eorum quæ ſunt de ſubſtantia, variatur ſubſtantia ſiue ſpecies: cũ totum non poſſit eſſe idem, & partes alię. ¶ Secundũ. Quantũ ad ſiliginẽ dici: Richar. quòd inde cõfici nõ poteſt: & hoc, vt dictum eſt ſequitur Sum. Ang. & Roſe. contra S. Tho. Per. de Pal. & Alber. Sed ratio S. Tho. concludit dicencie iij. q. lxxiij. arti. iij ad ſecũdũ, quòd generãs generat ſibi ſimile in ſpeciẽ licet fiat iiſſimilitudo aliqua generãtis ad genitũ, quantũ ad accidẽtia, vel propter materiã, vel propter debilitatẽ virtutis generatiuæ. vnde ſi qua frumenta ex ſemine tritici generari poſſunt: ſicut ex grano ſeminato in malis terris naſcitur ſiligo: ex tali frumento panis cõfectus poteſt eſſe materia huius ſacramenti. hæc ille. Quod autem contra hoc aliqui obijciũt de aceto, quod generatur ex vino. & nõ eſt eiuſdẽ ſpeciei cũ eo, nec inde cõfici poteſt, eſt inſtãtia valde rudis: quia vinũ nõ generat ſeu producit acetũ, ſicut tritici generat ſiliginẽ: ſed generatur ex vino nulla exiſtente virtute generatiua in vino. ¶ Tertiũ. Quantũ ad ſpeltam, Alber. dicit quòd abſq; dubio frumentũ eſt genus, & nõ ſpecies grani. habens ſub ſe tritici & ſpeltã: vnde & de ſpelta cõfici poteſt ſicut de tritico. quod nulli dubiũ eſt conſideratis granũ cũ grano & panẽ cũ pane: vnde parum diſtant in ſapore, colore, & forma. Per. autem de Pal. dicit cum Alber. poſſe confici ex ſpelta: addẽs quòd etiã ex farre: non quia triticũ ſit genus ad iſta, ſed quia ſunt eiuſdẽ ſpeciei cum eo: quia cõpertũ eſt in eadẽ terra triticũ aliquando far, aliquando ſpeltam, aliquando triticũ generaſſe. Sed S. Tho. in iij. parte vbi ſuprà, implicitè, in iij. autem dif. xj. q. j. arti. ij. q. j. ad tertiũ, expliciteè negat ex tritico aliquando naſci ſpeltam vel ordeum aut far, quod inter omnia grana eſt ſimilius tritico, & ſimilitudo coloris, figuræ, & accidẽtium in huiuſmodi eſt ſignum propinquitatis, & non identitatis ſpecificæ. ¶ † Tertiò quæritur, quæ ſit materia huius ſacramenti, inquantũ ſumitur per modũ potus, ſiue inquantũ ex vi ſacramenti cõtinet ſanguinem Chriſti: Et dico quòd ſecundũ San. Tho. & Pet. eſt vinũ vitis: quia in eo Chriſtus cõfecit: & proprièe dicitur vinũ, & cõmunius ſumitur in potũ: & aqua naturalis miſcenda inſtante oblatione in tam parua quantitate vt in vinũ cõuerti poſſit: & hoc nõ propter neceſſitatẽ ſacramẽti, quia etiã ſine aqua cõficeretur verũ ſacramentũ, licet peccaret ſacerdos: ſed hoc fit ad ſignificandam vnionẽ populi ad Chriſtũ. aquæ enim multæ populi multi ſunt. Apoca. xvij. & quia Chriſtus creditur aquam vino miſcuiſſe. ¶ Ex his quantum ad vinũ patet quòd cõfici poteſt ex muſto, ſecundũ San. Tho. & Pet. quia habet cõpletã ſpeciẽ vini, vt dulcedo teſtatẽ quod tamẽ nõ eſt faciendũ, ſi ſit multũ recẽs propter impuritatẽ. quod limita ſecundũ S. Tho. niſi neceſſitas vrgeat, quę ſcilicet irreuerentiã excuſat. limita etiam ſecundũ eundem, ſi miſtũ ſit expreſſum de vua: quia ſcilicet aliter non eſt ſub ſpecie potabili. arg. de conſe. diſt. ij. c. didicimus. &c. ſequenti. Non poteſt verò confici, ſecundũ oẽs Theologos, ex aceto licet oppoſitum teneat Inn. de offic. miſſæ. & malè: quia iam non eſt vinum, vt etiam per philoſophũ patet viij. Metaphy. Si autem vinũ ſit quaſi in via acẽſcendi, ſecundũ S. Tho. idem eſt iudicium, ſicut de pane, qui eſt in via corruptionis: quomodo Richar. in iiij. exponit dictum Inn. & idem eſt ſecundum Albert. ſi vinum ſit in via putreſcendi. Nec ſimiliter exappa ſeu aquarello, ſecũdum Albert. quia non eſt vinum: ſed aqua fuſa ſuper acines vuarum habẽs aliquantulum vini acumen. Nec ſimiliter ex agreſta, ſecundũ San. Tho. & alios, quia adhuc non habet ſpeciem vini, ſed eſt in via generationis: ſi tamen, vt dicit Alber. cum ſapore vinoſo eſt ſapor aromaticus vel ſtipticus aut pontícus, vel ſapor acer ex minus perfecta digeſtiõe, ſecus eſt: quia ſtat ſpecies vini. Nec ex aqua expreſſa de panno intincto vino rubeo: quia ibi non eſt vinum: ſed aqua rubea aut vinata: vnde hoc damnatur, de conſecra. diſtinctione ij. cum omne. ¶ Quantum verò ad aquam patet primò quòd apponi nõ debet aqua roſacea, vel alia artificialis, ſecundum omnes: ſed ſola naturalis. de celebratione miſſæ. c. inquadam. nec de aqua naturali tantum debet apponi quòd conuertat in ſe vinum: vt quando eſt maioris virtutis: tunc quòd tam aqua, quàm vinum tranſeat in tertium miſtum ex vtroque: vt quando eſt æqualis virtutis. & de hoc infrà ſequenti. Et ſecundò quòd non ſufficit aquam apponi tam fuiſſe in dolio, ſecundum Sanctum Thomam: quia non ſignificaret aliquid: ſed apponi debet imminente celebratione, ſeu quando ſacra myſteria inchoantur: & debet apponi vino calicis. de celebratione miſſar. literas. & de cõſecratione, diſtin. ij. c. j. & cap. cum omne crimẽ. & quare vide ibi. Et tertiò quòd ſi aqua omittatur: nihilo minus verè conficitur. de conſec. diſtin. ij. ſcripura. ſed peccat mortaliter, qui hoc ſcienter facit. argu. cap. literas. de celeb. miſ. & ſimiliter ſecundũ ſanctos qui ex negligentia: quia nulla eſt adhibita diligẽtia: venialiter autem qui ex negligentia ſemiplenæ diligẽtię ſecundum mentẽ San. Bona. in iiij. diſt. xj. Et quartò quòd ſi apponatur aqua artificialis tã modica quòd vertatur in vinũ: licet tit peccatũ mortale eo modo quo dictũ eſt, tamẽ cõficitur verũ ſacramentũ: quia ſtat ſubſtantia vini, quę ſola eſt de neceſſitate

¶ Quartò † quæritur, verũ poſſit aliquis liquor miſceri ſpeciebus vini in Euchariſtia? Et dicit Sanct. Tho. in iiij. parte. q. lxxvij. ar. viij. ſic: Species in hoc ſacramẽto permanentes ſicut adipiſcuntur virtute conſecrationes modum eſſendi ſubſtantiæ: ita etiam adipiſcũtur modũ agendi & patiẽdi: vt ſcilicet agere & pati poſſint, quicquid ageret vel pateretur ſubſtãtia. Sed ſi ſubſtãtia ibi eſſet, poſſet alius liquor miſceri. Ergo & iſtis ſpeciebus. Huiuſmodi tamen permiſtiõis duplex eſſet effectus, ſcilicet ſecundũ formam liquoris, & ſecundũ quantitatem. Si enim permiſceretur aliquis liquor in tãta quantitate quòd poſſet diffundi per totum vinũ, totũ fieret permiſtum: quod autem eſt permiſtũ ex duobus, neutrum miſtibilium eſt, ſed vterque trãſit in quoddam tertiũ ex his cõpoſitum: vnde ſequeretur quòd vinũ prius exiſtẽs nõ remaneret, ſi liquor permiſtus eſſet alterius ſpeciei. Si autẽ eſſet eiuſdẽ ſpeciei liquor adiunctus, puta ſi vinum permiſceretur vino, remaneret quidẽ eadem ſpecies, ſed non remaneret idẽ numero vinũ: quod declarat diuerſitas accidentũ, puta ſi vnum vinum eſſet albũ & aliud rubeũ. Si verò liquor adiunctus eſſet tam paruæ quãtitatis quòd poſſet diffundi per totũ, nõ fieret totum vinum permiſtũ, ſed aliqua pars eius: quę quidem non remaneret eadem numero propter miſtionẽ extraneæ materiæ, ramaneret tamen eade ſpecie: nõ ſolùm ſi patuus liquor permiſtus eſſet eiuſdẽ ſpeciei, ſed etiã ſi eſſet alterius ſpeciei quia gutta aquæ multo vino permiſta tranſit in ſpeciem vini, vt dicitur primo de Generatio. Manifeſtum eſt autẽ quòd corpus & ſanguis Chriſti remanent in hoc ſacramento, quandiu illæ ſpecies manent eædem. cõlecratur enim hic panis & hoc vinum. Vnde ſi fiat tanta permiſtio liquoris cuiuſcũque, quòd pertingat ad totum vinum conſecratum, & fiat permiſtio, erit aliud numero, & non remanebit ibi ſanguis Chriſti. Si verò fiat tam parua alicuius liquoris additio, quòd non poſſit diffundi per totum, ſed vſque ad aliquam partem ſpeciemus deſinet eſſe ſanguis Chriſti ſub illa parte vini conſecrati: remanebit tamen ſub alia. Hęc ille. Et ſimile dicit in iiij. di. xij. q. j. art. ij. ij. vj. ¶ Quintò † quæritur, quid faciendum in partibus, in quibus vinum non habetur & Alb. dubitatiuè dicit quòd videtur papa conſulendus, cùm propter intolerabile damnum animarum quod incurritur ex ſacramenti defectu, diſpenſandũ videretur, vt corpus Chriſti abſque vino conficeretur: quia corpus non eſt ſine ſanguine. quod dictum ſequens Sum. Angel. ſuo more in determinãdo audax, dicit papam in hoc poſſe diſpenſare. Sed hoc eſt falſum: quia ea quæ ſunt de ſubſtantia ſeu integritate ſacramentorum papa mutare non poteſt, ſecundum ſanct. Tho. iij. quæſt. lxiij. & alios Theologos communiter: huiuſmodi autẽ eſt cõſecratio ſanguinis, ſine aqua, vt idem dicit, ſacramẽtum nõ eſt integrum, ſed immane ſacrilegium. Vnde & cõſilium Toleranum vij. quæſt. j. in cap. nihil. contra tales excommunicationis ſententiam tulit. quod non feciſſet, ſi non eſſet de ſe mortale. Nec obſtat quod corpus ſine ſanguine à fidelibus ſumitur: quia hoc ſacramentum non conſiſtit in vſu fidelium: ſed in conſecratione materiæ, ſecũdum ſanct. Tho. iij. quæſt. lxxij. in iij. & iiij. diſt. viij. Vnde ſecundum ipſum dicendum eſt quòd nõ eſt aliqua terra, ad quam non poſſit tantùm portari de vino, quantum ſufficeret ad celebrandum. ¶ † Sextò quæritur, quãtum ad formam Euchariſtiæ, quid ſentiendum ſit? Et dico multa. ¶ Primum. Forma conſecrationis potus & ſimiliter formæ aliorum ſacramentorum, ſecundũ ſanct. Tho. nõ ſunt ab Euangeliſtis ex intẽtione traditæ: ſed eas eccleſia habuit ex traditiõe Apoſtolorum: & ſucceſsiuè ad poſteros tranſmiſit: & quãtum ad panem, ſecundũ omnes, eſt hæc, ſcilicet, hoc enim corpus meum. ita tamen quòd Iy enim, non eſt de ſubſtantia formæ ſecundũ San. Tho. & Sco. & cõiter Doct. licet peccaret illud omittẽs ex negligẽtia vel cõtemptu: quia eſt de conſuetudine eccleſiæ Romanæ data à beato Petro apoſtolo. ¶ Secundũ. Secundũ Albe. in lib. de miſſa. formæ panis ac vini mutari aut truncari nõ debẽt, aliter non cõficeretur, etiam ſi viderentur habere eundem ſenſum: ſi tamẽ aliquid addatur nec ſignificationẽ mutans, ne ſinguces errorem, nihilo minus fit conſecratio: vt, hoc eſt corpus meũ dilectum. licet valde eſſet increpandus iſte ſacerdos. Vide tamen ſuprà Baptiſmus. j. ¶ Tertiũ. Si ſacerdos ſolùm prædicta verba ſuper pane proferret, ſecũdum Sco. in iiij. diſtin. viij. quem Sum. Ang. ſequitur contra Roſ. non conſecraret: quia dicendo, hoc eſt corpus meũ non refertur ad corpus Chriſti: vnde licet non ſint alia verba de ſubſtãtia formæ quàm prædicta, tamen neceſſariò requiritur vt aliqua proferãtur, quibus forma illa determinetur ad corpus Chriſti: ſed ſecundũ Sanctũ Tho. conſecraret ſi hoc intẽderet: & ipſa intentio facit vt illa verba intelligantur dicta ex perſona Chriſti & limitentur ad eius corpus. Et hoc eſt verius: quia ſi illa determinatio fieret per verba præcedentia, vt illi dicunt, & non per intẽtionem, ſacerdos non intendens conſecrare, cõſecraret: quod eſt abſurdum. Idem de vino. ¶ Quartum. Circa formam conſecrationis vini Scotus in diſt. viij. quarti, dicit virtualiter quòd nõ eſt certa forma præciſa: quod contra, quia pari ratione vel à fortiori nõ eſſent certæ formæ aliorũ ſacramentorum: item contra, quia in miſſali Romano & Ambroſiano vbique literis maiuſculis vel aureis ponitur forma præciſa, vt docet experientia. & de Ambro. olim teſtatus eſt Pet. de Pal. ſanctus autem Bona. in ead. diſtin. dicit quòd conſiſtit ſolùm in iſtis verbis, hic eſt enim calix ſanguinis mei: cætera autem, quæ ſequuntur, non ſunt de ſubſtantia: ſed pertinent ad oſtendendum effectum, vt ibi, noui & eterni &c. vel vſum, vt ibi, accipite. vel ornatum. quod contra eſt communis vſus eccleſiæ, ſecundũ quem forma eſt hæc ſcilicet, Hic eſt enim calix ſanguinis mei, noui & æter. te. my. fidei, qui pro vobis & pro multis effun. in re. peccatorũ: vt patet ex dictis miſſalibus. Quod etiam confirmatur ſecundũ Sanct. Tho. & communem ſchola: quia cætera, quæ ſequuntur Iy mei, cùm ſint determinatio prædicati, pertinent ad illam vnam orationem, & conſequenter ad illam vnam formam. Quantum autem ad prolationẽ harũ formarũ: vide ſuprà Baptiſmus j. Quantum verò ad conuerſionẽ prædictæ materiæ in corpus & ſanguinem Chriſti & quomodo in hoc ſacramẽto ſit veraciter corpus & ſanguis Chriſti, multa ſubtiliter dicuntur à doctoribus, quæ Theologicæ potius, quàm præſentis ſunt ſpeculationis.

❧ Rurſus de Euchariſtia ſecũdo, quãtum ad miniſtrum & defectus, qui accidere poſſunt in miſſa.

1 *Miniſter ſacramenti euchariſtiæ quotuplex.*
2 *Sacerdos ſolus an poſſit corpus Domini conſecrare.*
3 *Sacerdos quilibet num poſſit euchariſtiam conficere.*
4 *Sacerdotes plures, num poſſint ſimul eandem hoſtiã cõſecrare? Et an ſacerdos quantamcunque materiã conſecrare queat. Et ad corpus Chriſti conficiendum, quid in miniſtro requiratur? numero ſequenti.*
6 *Intentio in ſacramentis quotuplex eſſe debeat?*
7 *Sacerdos, an vnam hoſtiæ partem ſine alia, ſtante cõtinuitate conſecrare poſſit? Et quid ſi ſacerdos videcim hoſtias ante ſe habeat, decem duntaxat cõſecrare intendens, an nihilo ſecius ipſas prorſus videcim vna confectione conſecret? Et quid de vini guttis in calicis pede exiſtentibus? numero ſequenti.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

9 *Sacerdos incepta missa, si quod in se impedimentum, quo salua religione ac conscientia, in sacramento pergere non possit, reuenerit: quid facere debeat? Et in hoc doctorum sententiæ variæ. Et quid in hoc proposito necessitatis nomine cõmeatur?*

10 *Confessus semel in anno ea cõtritione, an celebrare possit? Et an sine confessione Paschatis tempore, quis communicare queat? Et quid de excõmunicato & irregulari, nũ diuina inchoare possint: circa quæ adducũtur multa & simul Ang. Summa refellitur.*

11 *Simulatio in sacramento Eucharistiæ in omni casu fumopere deuitanda: quoniam falsa remedia abijcienda sunt, quæ vera periculo graviora sunt.*

12 *Sacerdoti in missa deficienti, quid faciendum sit? Et quis tum supplendi modus? Et qualiter hoc ipsum fieri possit, vt absit tum scandalum euitetur.*

13 *Sacerdoti si quid præter intentionem in missa, vel extra quippiam ab extrinseco circa materiam aut species Eucharistiæ accidat, quid agendum sit, conclusionibus octo expedit.*

14 *Sacerdos si deprehendat inter celebrandum defectum esse in Eucharistiæ materia, quid efficere debeat? vsque ad finem cap.*

15 *Sacerdotem, cum ad Canonẽ celebrando peruenerit, quid facere oporteat? Et ibidem varie Summa Ang. errare coarguitur. Sed fortassis arguẽ nimium, nec citra inuidiam.*

1 EVCHARISTIA† secundò quantum ad ministrum, vt innotescat, sciendum quòd est duplex: vnus scilicet ad conficiendum & dispensandum simul, vt sacerdos: ad dispensandum solùm, vt diaconus, sicut suprà dictum est, qui & proprie dispensator, & non minister dicitur. ¶ Primò† verò quæritur, vtrum solus sacerdos seu presbyter possit consecrare corpus & sanguinem domini? Et dico quòd sic. xxv. di. perlectis. de sum. tri. & fide cat. firmiter. §. vna. & hoc sequuntur omnes Theologi in iiij. di. xiij. Si qs aũt credat se sacerdotẽ esse, cùm non sit, & celebret, secundum gl. in c. apostolicam. de presbyter. non bap. in veritate nõ conficit. & ita etiã sentit S. Th. licet credatur supplere summus sacerdos, quantum ad effectus vltimos sacramentorum: quia scilicet recipiens panem à tali sacerdote loco corporis Christi eque ſiguratur in spiritu, ac si verum corpus Christi suscepisset. Oppositum tamen sentit Sum. Ang. vt suprà Baptis. vj. §. iij. ¶ Secũdò† quæritur, vtrum quilibet sacerdos possit hoc sacramentum conficere? Et dico quòd sic de facto, quantuncunq; nefarius sit, etiam hæreticus, schismaticus, excommunicatus, & degradatus, secundũ S. Th. in iiij. dist. xiij. quia character, super quem fundat conficiendi potestas, est indelebilis: de iure tamen secundum Rich. eadi. conficere non potest irregularis, nec ſuspensus ab executione eorum quæ sunt ordinis, nec simoniacus, schismaticus, excommunicatus, aut degradatus, siue depositus, aut quilibet publicus & notorius peccator. De corporevitiatis, vide suprà suo loco. ¶ Tertiò† quæritur, vtrum plures sacerdotes possint simul eandem hostiam consecrare? Et dicit Sum. Ang. cum Supplemento quòd non contra Ros. quia qui prius verba protulit, ille consecrauit, & alij nihil faciunt Sed contra: primò quia eadem ratione plures nõ possent simul vnum baptizare, quod ipse negat. Secundò, quia possunt simul verba proferre: & tunc, vt arguit Albert. qua ratione consecrat vnus, & alij, si intendunt: si autem non simul proferant, secundum Inn. de offi. misſę, intentio omnium ferri debet ad illud instans in quo episcopus profert, siue prius siue posterius proferant. Vnde Inn. & Pe. de Pa. & S. Tho. tenent quòd possunt: quia ecclesia Romana hunc habet consuetudinem vt cardinales papæ, & ordinati episcopo ordinanti celebrãti eũcelebrent: vt repręsentent apostolos Christo cœnãti concorantes: ecclesia autem Spiritu sancto regitur. Quòd autem ita ecclesia Romana cõsueuerit, credendum est Innocentio nõ sunt circa singularia vaga: vnde nulla esset pars qui fuit pontifex summus: & Sanct. Tho. qui fuit doctor Italicus, & Campanus, & Romę conuersatus. ¶ Quartò† quæritur, vtrum sacerdos consecrare possit quantamcunq; materiam? Et dicit Ale. in iiij. trac. de eucharistia, quę scilicet Sum. Ang. cum Suppl. contra Ros. sequitur, q̃ nõ: sed solùm quãtitatem illã, quæ rationabiliter sumi potest à fidelibus: q̃a intentio Christi & ecclesiæ est vt sumatur. vnde nõ conficeret qui intenderet consecrare totum panẽ qui est in foro, non ex defectu virtutis verborum, quæ vna vice conficere posset tot hostias quot mũdo tori sufficeret, si esset necesse: sed propter defectum intentionis eius qui hoc sacramentum instituit: qui non intendit quòd in ludibrio vel stultitia fiat consecratio: & sic patet quòd multò minus cõsecrat, qui cõficit ad irrisionẽ, veneficia, & huiusmodi. Et licet, inquit Sum. Ang. San. Tho. in iiij. dist. xj. teneat quòd conficit, non curo. Et idem sensit Suppl. malè limitãs dicta Sancti Tho. ad dictũ sensum. Sed ista irrationabiliter & periculosè dicũtur: quia ad conficiendum requiritur quòd minister non solùm intendat cõsecrare: sed etiã eo fine quo Christus instituit: sequitur quòd non consecrabit is, cui in missa subrepit inanis gloria vel cupiditas: & consequẽter, quantũ in se est, idololatrare facit. Et ideo ad quæstionẽ ex S. Tho. iij. q. lxxxiij. ar. ij. & iiij. di. xj. q. ij. ar. j. q. iij. sic respondeo: Quidã dicunt virtutẽ nõ esse datam ministro & verbis ad consecrandũ panẽ sub quacunq; quantitate, puta totũ panẽ fori, aut vinũ dolij: sed subtanta, quãta sufficere põt ad vsum fideliũ: quia sic cõformabitur intẽtio cõsecrãtis intentiõi ecclesiæ. Sed hoc verũ nõ videtur. Oportet enim hic quãtitatem materiæ determinari per cõparationẽ ad vsum fideliũ, qui est finis huius sacramentiſi in omnibus materialibus ratio determinatiõis materiæ sumatur ex ordine ad finẽ. Non autẽ potest determinari per cõparationẽ ad vsum fideliũ, qui nũc occurrit: alioquin liceret dos in deserto vel habens paucos parochianos cõsecrare non posset tot hostias, quot is qui parochianos habet multos: sed ad vsum qui occurrere põt, seu ad vsum fideliũ absolutè: quorũ scilicet numerus est indeterminatus. Vñ dici nõ potest q̃ quãtitas materiæ huius sacramẽti sit determinata: præcipue, cùm vnus hoc sumere possit in magna & in parua quantitate. Cũ aũt potestas ministrorũ ecclesię ordinet ad effectum propriũ & ad finẽ effectuum sacramentis duplex est intẽtio prima scilicet ordinata ad perfectionẽ sacramenti: & secũda ordinata ad finẽ sacramẽti: quarũ prima est essentialis sacramento: vt si ea prætermissa nõ est sacramentũm: secunda verò illud cõsequitur: vñ ea posita vel remota, nihilo minus perficitur. sicut si quis intendat baptizare ad lucrũ, est verũ sacramẽtum quia cõfirmatur intẽtioni ecclesię quantũ ad primã intẽtionem, licet nõ quãtũ ad secũdã: & similiter hic, si quis intendat cõsecrare ad vsum in veneficijs, aut magnã quantitatẽ panis ad aut vini ad irrisionẽ. Non tamẽ dico quòd posset simul cõsecrare totũ panẽ ciuitatis aut fori: quia ipsa forma pronominis demõstratiuo vtens, ostendit q̃ materia cõsecrãda debet esse corã sacerdote: vnde existẽs in domo cõsecrare nõ posset panẽ in altari, nec totũ eum qui est in foro, nec totũ vinum qđ est in cellario: sed quantacũq; sit quantitas panis, qui ei⁹ illo proponitur, credo quòd consecrari possit ab ipso. hæc ex illo. Sed qđ dixit de toto pane fori, aut vino cellarij, intelligo si sit ibi diuisio in plura: secus si esset vnus acervus: aut vnum dolium tm: quia verè diceret, hoc est, vel hio est, &c. ¶ Quintò† quæritur, vtrũ sacerdos cõsecrare possit vnã partẽ hostiæ si ne alia stãte cõmunitate? Et dicit Io. de Neap. in quol. & Richard. in iiij. dist. x. q̃ sic, si intẽdat cõsecrare vnã determinatẽ quæ est à dextris: quia verba nõ operantẽ nisi super materiã intentã: secus si vnã indeterminatè: quia reales operationes nõ sunt circa singularia vaga: vnde nulla esset pars consecrata. Non requiritur autem secundũ Petrum de Pal. quòd fiat determinatio tactu, visu, aut sensu, vel imaginatione: sed sufficit si fiat intellectu: qui scilicet apprehendit indivisibilem lineam partes dividentem. ¶ Sexto† quæritur, quid de sacerdote habente coram se hostias vndecim, intendens consecrare solùm decem ex illis? Et dicit Duran. quòd effectus consecrationis sequitur intẽtionem consecrantis, & non eius opinionem. Igitur si numerus sit quidẽ in eius opinione, sed intentio sit consecrandi totũ quod est ante se, omnes sunt consecratæ. Si verò numerus sit in intẽtione, ita scilicet quòd intendit consecrare decem præcisè: subdistingue: quia aut scit verum numerum: & sic sunt consecratæ decem tantùm, quas determinat: aut nulla, si non determinat quas decem. Aut illum ignorat: & eodem modo distinguẽdum an determinet quas decem consecrare intendit, aut non. Et concordat Ioan. de Neapoli, & Richard. Potest autem determinare decem, & ignorare vndecimam: vel quia vna latet, & reliquæ sunt vitæ & intentæ: vel quia alius vnam apposuit: vel quia ibi erat, & nescitur. Si autem ipse vnã plus posuit quàm crediderit, vel alius posuit vndecim cùm ipse iusserit poni decem, & non intendit consecrare nisi decem tantùm, non est determinata eius intentio: & sic nulla est consecrata. Ex quibus patet, sicut etiam dicit Alber. in libr. de missa, quòd si remanent ex oblatione in altari, aut guttæ vini in pede calicis, & sacerdos conficiat, non consecrantur: quia de his non erat intentio. Patet etiam quòd si sacerdos assumat multas hostias consecrandas, de quibus in actu consecrationis non adverterit, quòd sunt nihilo minus consecratæ: quia sufficit intentio virtualis, secundum Sanctum Tho. & alios Theologos communiter. ¶ Septimò† quæritur, quid faciet sacerdos quòd cœpta missa aliquod impedimentũ recognoscit in se? Et dico quòd si quis in missa recordatur se esse excommunicatum, vel suspensum, vel non ieiunum, aut non confessum, vel aliquod mortale aliquod secundum Alb. & S. Tho. iij. quæst. lxxxiij. art. & iiij. distinct. xiij. in lite. & Petrus de Pal. si recordatur horum post consecrationem inceptam, prosequi debet: quia vbi difficultas occurrit, semper accipiendum est quod minus habet de periculo. arg. distinct. xiij. nemi. est autem maximè periculosum quod est cõtra perfectionem huius sacramenti: quia est immane sacrilegium: minus autem quod pertinet ad qualitatem sumentis: debet tamen dolere & proponere se expediti & per inuisibilem potificem absoluitur quantum ad actum illum, secundum Sanct. Thom. & consequenter si esset excommunicatus, non efficitur irregularis: quod etiam tenet Sum. Angel. cõtra Ros. Et idem dico de irregularitate. Si verò alicuius horum recordatur ante consecrationem: si quidem illud est solùm peccatum non confessum, prosequi debet missam inchoatam, etiam si sine scãdalo posset dimittere: secundum Pet. de Pal. & concordat S. Thom. & sufficit contritio. Si tamen cõmodè & sine astantiũ nota ante secretas posset habere confessorẽ: vt communiter accidit quando ipse missã cãtaturus credit Arch. quòd debet quærere. imò credit illum teneri: cùm idem sit quo ad hoc ac si missam nõ inchoasset. Si verò hoc sit quia est excõmunicatus, vel non ieiunus: S. Bonauẽ. quę sequitur Sum. Ang. dicit quòd potest inchoatam missam perficere cum cõtritione. Per. verò de Pal. dicit quòd omnino dimittere debet, nisi scãdalũ immineret: tunc enim ante scãdalo magis videt declinare ad hoc vt dimittat. Sed opi. S. Th. media inter istas est verior, quòd tutius est missam inchoatã dimittere, nisi grane scãdalum immineret: quia ista impediunt exiure positiuo, quod est in pectore pa-

pæ: quem nõ est verisimile velle incidere in scandalum eum qui inscius cũ talibus vinculis missam inchoauit. Si verò hoc sit, quia est irregularis, secundũ S. Bona. prosequi potest cum contritione. sed ego dico vt de excommunicato. Si verò hoc sit, quia incepta missa habet conscientiã quòd non sit sacerdos, dicit Sanct. Bona. quòd ante cõsecrationẽ debet missam dimittere fingendo infirmitatem, aut conscientia deponere. ¶ Si verò quis alicuius horum recordatur ante inchoatam missam quantumcunq; peccatum non confessum, secundum S. Tho. in iiij. dist. xvij. si quidem habet copiam confessoris tenetur confiteri: si verò eã nõ habet, licet ei celebrare vrgente necessitate: & hæc necessitas secundũ Petr. & Alb. est, vt si timetur scandalũ populi, vel si iam incepit sacra mysteria, vel si infirmus amisit loquelã, & est in proposito confitendi. Ego autẽ puto quòd hic sub nomine necessitatis, intelligat omne excusans ab irreuerẽtia sacramenti: vt si est obligatus ad celebrandũ: vel si nõ celebrãdo generaret sibi infamiam vel admirationẽ: vel si nug deceſsit anima indigẽs sacrificio probabiliter: aut si imminet solennitas magna, in qua valde vtile sit, animæ celebrare: aut si tãtus sit feruor in eo qui peccauit, q̃ inde ex sacrificio speret magnũ iuuamen cõtra peccatum, & huiusmodi: quia in talibus potest esse reuerẽtia maior in aliquo nõ confessõ, quàm aliàs plerunq; in multis confessis: tota autẽ ratio obligationis ad cõfessionem hic est reuerentia sacramẽti, quæ naturali iure debetur, & nõ aliquod præceptũ canonis: licet multæ de hoc sint glo. Vnde† & quidam tenent quòd eum cõtritione sufficit semel in anno esse cõfessum. quod Pan. in c. de homine. de celeb. miſ. dicit verius: quia scilicet ius canonicũ & non naturale confideravit. Imò dicit Richar. in iiij. dist. xvij. habens idoneum confessorẽ, sed expectans alium, cui deuotius, & securius confiteatur: potest cum sola contritione cõmunicare: & à fortiori vbi nõ est copia cõfessoris, & adest magna vtilitas: suprà Confessio sacramentalis. §. ij. Per. etiam de Pal. dicit, quòd sine cõfessione communicare potest quis tẽpore Paschali, si nõ habet confessorem, vel habet casum reseruatũ, & episcopum adire nõ potest. quod dictũ recitãs Arch. dicit: Credo istud restringendum, quando ex hoc quòd abstineret sequeretur magnũ scandalum, & haberetur multùm suspectus de aliquo malo: tunc fortè posset. hæc ille. Ex his etiã dico quòd volens cõmunicare positus corã sacerdote, sic quòd iam sine nota nõ communicare nõ potest: si recordatur de mortali nõ confesso, licitè sine confessione communicat cum proposito cõfitendi. Quantum verò ad excõmunicatum & irregulare: puto quòd inchoare possint diuina, vbi nõ inchoando metuerent mortem, aut verbera, metu cadente in cõstantem virum. & idem de non ieiuno: quia in talibus iura positiua agentes cõtra sua statuta excusant: nec incurretur in huiusmodi aliqua irregularitas. arg. ca. clerici. & cap. latores. &. c. fraternitati. quæ temeritatem requirunt. de cler. excomm. mini. per totum. Nec obstat cap. apostolicæ. eod. ti. quia illi sunt in culpa nõ intelligendo quod debẽt: isti verò in necessitate. imò hoc Sutruma Angel. extendit non solùm ad verbera, sed etiã ad scãdalum, modò nõ sit Phariſæorum, vel idem quod admiratio. Circa prędicta tamen Rosel. multipliciter deficit. ¶ Primò, quia dicit quòd recolens se excommunicatum post cõsecrationem, celebrando efficitur irregularis, etiam si examinando conscientiam fuit sine omni culpa quod est falsum: quia antequam recolat, sine culpa ignorat: & consequenter excusatur per cap. apostolicæ. de cler. excom. mi. postquam verò recolit, excusatur: quia Dei præcepto tenetur sacrificium cõsummare, & per summum pontificem absoluitur quantum ad actum illum, vt dictũ est. secundò, nam dicit quòd is, qui post

Ros.

carpi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

consecrationem recolit se comedisse vel bibisse: licet per-
cere debeat, per cap. relatum. de cõse. distin. ij. tamen sic per-
ficiendo mortaliter peccat, etiam si examinãdo cõscientiam
fuisset sine culpa: quia, inquit, verum est dicere quòd nõ cele-
brauit ieiunus, quod est falsum & ridiculum: quia ante recor-
dationem nõ peccauit, per ipsum: nec post, quia si conteratur
& proponat vt debet, sequitur quòd contritus peccauit mor-
taliter faciẽdo quod facere tenetur: & esset verè ꝓplexus non
habens vsum salutis, siue cõpleat missam siue non: potuit ta-
men antè peccatũ mortaliter non examinando conscientiã.
Tertiò, quia dicit quòd is qui ante consecrationẽ recordatur
se comedisse vel excõmunicatũ esse, debet omnino desistere,
non obstãte scandalo: quia nõ video, inquit, quòd oriri possit
tam graue scandalum, cùm illud sit quia fortè populus die
festo missam perderet: sed dico quòd etiã illud est fortè fussi
cieus quãdo tenetur celebrare: vt quia est curatus: & si illud
non est, possunt esse multa alia: vt quia desistẽdo se infama-
ret de graui peccato: aut saltẽ quia incumberet illi mors aut
vulnus. Nec obstat quod dicit d. cap. apostolicæ. excusare so-
lùm ignorãtem sine culpa: exceptionem autem regulam fir-
mare in alijs: quia ibi nulla fit exceptio: sed absolutè excusan
tur ignorantes probabiliter. ¶ In † omni autẽ casu debet ca-
uere ne simuler se cõsecrare, & nõ cõsecret: quia in sacramẽ-
to veritatis nõ debet esse aliqua fictio, secundũ Pet. & S. Th.
nec debet, quantũ in ipso est, facere idololatrare. Vnde dicit
decretalis ꝙ abijciẽda sunt falsa remedia, quæ sunt veris peri-
culis grauiora. de celeb. miss. de homine. ¶ Octauò † quæritur
quid fiedum cùm sacerdos deficit in missa? Et dico sic? Si cele
brãs in missa deficit morte vel infirmitate occupatus, secun-
dum statutũ concilij Toletani, alius explere debet quod ille
inchoauit & iste debet esse ieiunus. vij. q. j. nihil. quod S. Tho.
iij. q. lxxxiij. limitat, si impediatur incœpta cõsecratione: quia
si ante cõsecrationẽ corporis decedat, nõ oportet per aliũ, vt
dicit, supplere: licet hoc fieri possit: vt dicit Arch. & intellige
ante cõsecrationẽ inchoatã. Modus autẽ supplẽdi est vt à ca
pite incipiat secundũ omnes, si nescitur vbi primus dimisit: si
autẽ scitur, indistinctè dicũt Pet. & S. Th. vt secũdus incipiat
vbi primus dimisit. quod de verbis formarũ nõ debet intelli-
gi, sed de alijs secundũ Arch. quia si primus dixisset vnã partẽ
verborũ formæ & secũdus aliã, nullus cõsecraret: vnde opor-
tet quòd primus vel secũdus dicat totã formã. Alb. tamen in
lib. de missa, quando scitur vbi dimissum est, sic distinguit. Si
primus deficit ante canonẽ, incipiendũ est à capite & totum
ritè peragendũ: quia dicta ante canonẽ nõ sunt de cõfectiõe
sacramenti, sed populi instructione. Si verò incœperat cano-
nem, sed nondũ cõsecrarat: prosequendum est vbi dimissum:
tum ne populus minus appretiet verba canonis vidẽs ea tam
facilè reperi, quasi prius dicta essent annullata: signa enim
illa repræsentãt Christi passionẽ, quæ nũquã debẽt irrita re-
putari: tum quia ex verbis & signis pactis materia recepit san
ctitatẽ vt esset magis idonea ad transmutãtiõnẽ: vnde su
per illa hostia repetẽda nõ sunt, ne fiat iniuria virtuti verbo-
rum, tãquam nihil valuissent prius dicta. Si autẽ defecit cœp-
ta & nõ cõpleta forma corporis: seruetur illa hostia in alta-
ri pro reliquijs, & super aliã celebretur, inchoãdo ibi, qui pri-
die, secũdum Innoc. in c. presbyter. de sacra. ite. vel secundum
Arch. post sumptũ sacramentũ sacerdos etiã dictã hostiã su-
mat. Si autẽ deficit in prolatione formæ sanguinis: fiat sicut dictũ
est de hostia, super qua aliqua verba formæ dicta sunt, & nõ
omnia: incipiẽdo ibi, simili modo: super aliũ calicẽ præpara-
tum. Sed quia nõ est periculum repetere verba, nisi in formis
sacramentorũ, nõ omnia, sed aliquorum: ideo melius dicitur
secundũ mentẽ S. Tho. vt super eadem hostia & eode calice
verba proferãtur. ¶ Nonò † quæritur, quid agẽdum sit cùm
sacerdoti in missa vel extra aliquid præter sua intentionem
ab extrinseco accidit circa materiam vel species eucharisticas? 11
Et dico multa. ¶ Primum. Si propter frigus vel ex negligen-
tia hostia labatur in calice ante fractionẽ vel post, secundum
S. Tho. iiij. q. lxxxij. nõ est necesse ꝓpter hoc aliquid iterari:
quia fractio hostiæ cõsecratæ & ꝙ vna sola pars mittatur in
calicem, respicit corpus mysticũ, sicut admistio aquæ signi-
ficat populũ: vnde horũ prætermissio nõ facit imperfectum
sacrificij. ¶ Secundũ. Si in calice deprehẽdatur venenum aut
musca vel aranea ante cõsecrationem effuso vino & loto ca-
lice aliud ponatur, secundum S. Tho. ibi. Si verò post cõse-
crationẽ aliquid horũ acciderit, debet animal cautè capi &
diligẽter lauari & cõburi: & ablutio cũ cineribus in sacrarij
mittũ, id est, secundũ Pet. de Pal. in piscinam in qua ponuntur
quæ species sacramẽti mediatè vel immediatè cõtigerunt. Si
verò ibi venenũ adesse deprehendit, intellige ex immissione
vel infectione animalis venenosi nullo modo sumat: nec re-
datur alteri, ne calix vitæ vertatur in mortẽ: sed in vase apo
diligẽter poni debet, & pro reliquijs seruari. Et ne sacramen
tum remaneat imperfectũ, calix de alio vino debet præ-
rari, & à verbis consecrationis sanguinis inchoari, si nondum
sumpta est hostia. Si verò sumpta est: apponenda est hostia
consecrãda cũ vino: nihil enim abominabile occasione hu
sacramenti sumi debet, secundũ S. Tho. Sum. autẽ Aug. dicit
quòd sanguis, quę S. Tho. dicit reponendũ in vasa, est cõbu
dus intincta stupa vel pãno in eo sed hoc est immane sacrile
gij: vt de hostijs mucidis à sacerdote cõbustis dicit Pet. de Pa.
¶ Tertium. Sicut legitur de consecr. di. distinct. ij. ex decreto
Pij papę, si per negligentiã aliquid stillauerit de sanguine in
tabula, quæ terræ adhęret, ita scilicet ꝙ stet species inquorũ
lingua lambetur, & tabula radetur: si verò nõ fuerit tabula,
terra radetur: & igni cõburetur & cinis iuxta altare cõdetur
& sacerdos xl. diebus pœniteat. Si autẽ sup altare stillauerit
calix, forbeat minister, id est, sacerdos stillã, & tribus diebus
pœniteat. Si super linteum altaris, & ad aliud stilla perue-
rit, quatuor diebus pœniteat: si vsq; ad tertium, nouem die-
bus pœniteat: si vsque ad quartum, viginti diebus pœniteat:
& linteamina quę stillam tetigerit tribus vicibus lauet minis-
ster, id est, sacerdos calice subtus posito: & aqua ablutionis
sumatur, & iuxta altare recõdatur: posset etiam sumi in po-
tu à ministro, nisi propter abominationẽ dimitteretur. Quã-
dam autẽ vlterius partem illam linteaminũ incidũt & com-
burunt, & cinerẽ in altari vel sacrario deponunt. hæc S. Tho.
dicit tamen Gul. sufficere quòd lauet modo prædicto. Quo-
modo aũt intelligatur cũ dicitur tot diebus pœniteat, ꝑ. Pe-
nitentia. ꝯ. vj. ¶ Quartũ. De cõsec. dist. ij. ex pœnitẽtiali hec
dicitur quòd si per ebrietatẽ aut voracitatẽ eucharistiam vo-
muerit, si est laicus, xl. diebus pœniteat: si clericus vel mona-
chus, lx. episcopus, xc. Si verò infirmitatis causa vomuerit,
diebus pœniteat. vbi gl. in c. si quis per ebrietatẽ. dicit quòd
pro causa infirmitatis imponitur pœnitetia ad cautelã, licet
xxxiij. q. ij. in lectũ. & quia sumere nõ debuit cùm esset infir-
mus, id est, stomacho alterato: & secũdum Rayn. ille vomi-
tus debet cremari, & cineres iuxta altare recõdi. Sanct. Tho.
autem dicit quòd vbicũq; species integræ inueniũtur, id est,
incorruptæ, sunt reuerenter obseruãdæ, vel etiã sumẽdæ nisi
obstet abominatio: quia, inquit, eis manentibus manet cor-
pus Christi: ea verò, in quibus inueniuntur, si commodè fieri
potest, dicit comburenda cinere in sacrario reposito. ¶ Quin-

tum. Si quis non bene custodierit sacramentum, & mus vel
aliud animal illud in ecclesia comederit, vl. diebus pœniteat.
de conse. dist. ij. qui bene. & si est posibile, capiatur animal, &
comburatur, ac cineres iuxta altare ponãtur, secũdũ S. Tho.
quod intellige cùm ia species creditur totaliter alterata. Pet.
verò de Pal. dicit animal exenterãdum & comburendum, vt
suprà: species verò in tabernaculo ponendas donec naturali-
ter consumantur: aut si non impedit abominatio, lumendas
neque aquam autem in piscinam proijciendas. Quod intellige
quando factum est ita receus vt credantur species in stoma-
cho animalis perdurare: quia tunc exenterandum est. ¶ Sex-
tum. Si quis eucharistiam vel partem eius perdiderit, vt inue
niri non possit, xxx. diebus pœniteat. de conse. distin. ij. si quis
intellige si ex negligentia, nõ ex miraculo: sicut vna particu
la delata est beatæ Catherinæ de Senis de altari, quam frater
celebrãs inuenire nequiuit. Et secundũ beatum Tho. eadem
pœnitentia dignus videtur sacerdos, per cuius negligentiã ho
stiæ putrefiunt. ¶ Septimum. Secundum Hosti. si is, ad quem
spectat eucharistiæ custodia, illã incautè dimiserit: quamuis
nihil nefandum acciderit, tribus mensibus ab officio suspen-
datur: & si per eius incuriã aliqd nefandũ acciderit, grauio-
ri pœnæ subiaceat vltioni. de custo. eucha. c. j. ¶ Octauum. Si
sanguinem sumendo particula remaneat in calice, digito ad
labrum calicis adducat & sumatur: nec apponat vinũ ad aflu-
endum cũ ea: qa illud citius descenderet, & sic sacerdos su-
meret illã non ieiunus, secundũ Sco. in iij. quãuis dici possit
quòd non procedit, quia qd̃ sit tali modo, dicitur fieri simul.
pro no. in c. quia propter. de elec. & in l. continuus. ff. de verb.
oblig. in prin. j. Eucharistia. iij. ꝯ. viij. in fi. ¶ Decimò † quæri-
tur quid cùm sacerdos aduertit aut meminit esse defectũ in
materia eucharistię? Et dico multa. ¶ Primum. Sanctus Tho.
loquendo de defectu circa vinum in iij. parte. q. lxxxiij. ar. vlt.
ad quartum. sic dicit: Si sacerdos ante cõsecrationem sangui-
nis, etiam post consecrationem corporis percipiat aut vinum
aut aquam non esse in calice: debet statim apponere & recõ
secrare. Si verò hoc perceperit de aqua post consecrationẽ,
scilicet sanguinis, debet nihilo minus procedere: quia impo-
sitio aquæ no est de necessitate sacramenti: vino autem conse-
crato nullo modo debet aqua misceri: quia sequeretur corru
ptio sacramenti pro aliqua parte. Si verò post consecrationẽ
hoc perceperit de vino: si quidẽ hoc percipiat ante sumptio-
nem corporis: debet imponere vinum cum aqua, & resume-
re verbis consecrationis sanguinis: sed si hoc perceperit post
sumptionem corporis, debet apponere aliam hostiam conse
crandam simul cum sanguine. quod ideo dico: quia si dixerit
sola verba consecrationis sanguinis, non reseruaretur debi-
tus ordo consecrandi & sicut dicitur in d. cap. Toletam con-
silij, perfecta videri non possent sacrificia, nisi perfectò ordi-
ne compleantur. Si verò inciperet à consecratione sanguinis,
& repeteret omnia verba consequentia, non competerent,
nisi adesset hostia consecrata: cùm in illis verbis occurrant
quædam dicenda & fienda non solùm circa sanguinem, sed
etiam circa corpus: & debet in fine iterum sumere hostiã cõ
secratam & sanguinem, non obstante etiam si prius sumpse-
rit, quia præceptũ de perfectiõe sacramenti maioris est pon-
deris, quàm præceptum quòd hoc sacramentum sumatur à
ieiunis. hæc ille. ¶ Secundum. Circa defectum hostiæ dicit Pe
trus de Pal. quòd si quis ante consecrationem aduertat, eam
non esse tritticeam, vel esse corruptam: eã remota aliam po-
nat, reincipiens à canone: vel melius secundum mentem S.
Tho. à verbis consecrationis: vt in simili dicit de sanguine, sci
licet ne fiat iniuria verbis iam dictis sine causa. Si verò post
consecrationem idem fiat, ponendo aliam & eam sumendo:
nihilo minus sumendo illam primam, vel sumẽdam tradẽ-
do, vel reuerenter seruando, scilicet ad cautellam aut reuerẽ
tiam formæ super eam prolatæ. Et intellige etiã si aduertat
post consecrationem sanguinis: quo casu omnia replicabit,
excepta forma sanguinis. Si autem aduertat defectum hostię
post quam sumpserit, licet doctores varient, tñ beatus Tho.
sentit vbi suprà, quòd aliam debeat hostiam ponere & sume-
re, vt ei imponit Archiepiscop. & patet ex dictis in simili, vt
scilicet sacramentũ fit integrum. & hoc Archiepiscopus intel
ligit, etiam si aduertat defectũ hostiæ post sumptionem san-
guinis, scilicet quòd rursus ponat nouum panem & nouũ vi-
num, & consecret, ac prosequatur, & sumat: ne sacramentum
remaneat imperfectũ. ¶ Et sic patet ex dictis istã esse men- 15
tem sancti doctoris. Sacerdos qui peruenit celebrando ad ca
nonem, tenet si potest simul vna oblatione offerre panem &
vinum, & consecrare ac sumere vtrunq;. nec sufficit alterum
sine altero: quia sacramentum esset imperfectum, vel indebi
to ordine completum, quorum vtrunque est contra dictum
concilij. ¶ Tertium. Ex his patet ꝙ Sum. Ang. deficit in quat-
uor. Primò, quia dicit vbi accidunt defectus, reincipiendũ al
tius quàm à forma: vt ibi, Suscipe sancte pater. quo ad hostiã.
& ibi. Deus qui humanæ. quo ad sanguinem: & intermitten-
da esse aliqua. contra dictum concilij volentis Sacrificia per-
fecta, id est, complero ordine compleri. vbi tamen aduerte
quòd cùm San. Thomas inchoandum dicit à forma, intelligi
potest à particula, quæ includit, & introducit formam: vt, qui
pridie: &, simili modo. & est verisimile vt forma proferatur ex
persona Christi nõ solùm quantũ ad intentionem, sed etiam
quantum ad verborũ seriem. Secundò, quia dicit quòd dicen-
do, hoc est corpus meũ, scilicet cum intentione consecrandi,
non consecraretur: quod suprà improbatum est. Tertiò, quia
dicit quòd si aduertatur defectus in vino post sumptum cor-
pus non debet alia hostia consecrari ratione scandali. quod
etiam tenet Sco. sed solùm vinũ cum aqua: quæ sunt expres-
sè contra dictum concilium: quia sacramentum non esset in-
tegrum. Quartò, quia dicit corpus Christi, id est, particulam
quæ est in calice, esse cõburendum, cùm sine periculo vomi-
tus sumi non possit. & idem Rosel. quod est immanissimũ sa
crilegium: cum secundũ S. Tho. & Pet. de Pal. seruandũ esset
inter reliquias, donec naturaliter consumeretur. Patet etiam
quòd Rosel. deficit multipliciter. Primò, quia deficit in dictis
defectionibus inchoandum esse à canone: licet nihil dicat de
sequentibus omittendũ: quod tamen non puto cõtra S. Tho.
quia cùm dicit incipiendum esse à forma, loquitur quantũ ad
id quod necessitatis est, licet etiam inchoari possit à canone:
sed nõ æquè bene: ne iterẽtur iam dicta sine causa: nisi nomi-
ne canonis intelligamus quod sequitur de secretis incipiendo
ibi: qui pridie. vbi propriè incipit canon, secundum Innocen.
Host. & Io. And. Pa. Alex. à neuo. & communiter scribentes,
per c. cum Marthæ. de cele. miss. Vnde etiam secundem istam
Sum. sufficit incipere ibi, qui pridie. vel ibi, simili modo. Secũ
dò, quia dicitur quòd si sacerdos perperdit defectum hostiæ
post eius ac vini sumptionem, non debet illa die aliam conse
crare: quia non est ieiunus. quod falsum constat ex dictis, &
rationem esse nullam. Tertiò, quia videtur nõ determinare,
si ille defectus percipiatur post sumptionem hostiæ ante sum
ptionẽ sanguinis, an sit alia hostia consecranda vel non. Quar
tò, quia dicit quòd si sacerdos aduertat defectum in calice
post sumptionem hostiæ & materiam indebitam calicis, non
debet aliam debitam capere. ¶ Quartum. Si sacerdos habens
aquam in ore, antequam deglutiat, de defectu aduertat, secũ
dum Dur. libr. j. citu. vij. si potest sine scandalo, ejuat in cali-
cem, & extracta particula aquam in alio vase reponat: & sic

Universidad de Deusto
Biblioteca

acceptovino conficeret,&particulam in eo ponat:&sumat,& similiter aquam illam si sine vomitu potest:de quo si timet, eam ponat in sacrario. & idem dic de particula, quam tamen Ang. & Rosc. comburendam dicunt, & cinere in sacrario reponendo. Quintũ. Si vinũ in calice cõgeletur: sacerdos illud ante consecrationem resoluat, vt habeat rationem actualem potus: si tamen non resoluit, adhuc consicit: quia vinum congelatum à non congelato specie nõ differt, sed solùm accidentali qualitate: vnde rursus de congelato fit non congelatum: quod esse non posset. ¶ Sextum. Si hostia ante consecrationem inueniatur fracta, nihilo minus consecrari potest, nisi scandalum esset in populo: quia fractio & quadratura & huiusmodi non vitiant sacramentum, sicut nec tollunt substantiam panis. Nec obstat si non sit aliquid vnum: quia intentio sacerdotis est, totam illam hostiam consecrare, & consequenter omnes eius partes, siue vnitæ sint, siue diuisæ. ¶ Septimũ. Si celebrante sacerdote occurrat casus, quo necesse sit alicui dare eucharistiam, puta in infirmitate: sacerdos habens vnã hostiam tãtum, potest exhibere partem eius, & aliã partem sumere, secundum S. Thom. in iiij. dist. xvij. Et idem puto de qualibet rationabili causa, puta deuotiõe magna alicuius ad cõmunicandũ. ¶ Octauũ. Cùm missæ celebritas terminetur benedictione sacerdotis: vt infrà Missa.ij.§.j. nõ ita iudicãdũ est de defectibus missæ reparandis ante bñdictionem: cùm adhuc stet officiũ missæ secundũ Arch. sicut post, quãdo iam solutũ est: quia post bñdictionem q̃cquid fieret, magis esset iteratio missæ, quàm reparatio defectus. ¶ Nonũ. Si ratione defectus debita materia est apponenda, & nõ possit haberi: si fit ante cõsecrationem corporis, vlterius procedi non debet: quia aut integra sacramenta perficiãt, scilicet cõficientes: aut ab integris arceantur. de consec. dist. ij. comperimus. Si verò fit post cõsecrationem debitam corporis: puto prosequendũ fortè tacitis verbis, quæ super sanguine dicuntur: quia ex quo sacrificium inchoatum est, minus malum est quòd imperfectum remaneat ex altera parte tantùm, quàm ex vtraque.

Rursus de Eucharistia tertiò, quantum ad vsum & sumptionem eius.

1 *Eucharistiæ vsus quibus, ac qualiter siue secundum vnam, siue secundum vtranque speciem sumenda sit, competat?*
2 *Eucharistia quot modis sumatur. Et an in hoc sacramento Christus vere manducetur? nu. seq. vbi duplex manducandi species describitur.*
4 *Corpus Christi in sumentis ac communicantis stomacho quan diu duraver. ineſſe dicatur. Et ibidem Summæ Ang. refellitur.*
5 *Eucharistiã, quis iuridice dispẽsa, vt licite ab eo sumi queat? Et an saltẽ in mortis articulo ab hæretico peti possit? Et quid de schismatico, excõicato, simoniaco, & fornicatore notorio?*
6 *Ministrum, quem quis certo malum esse scit, ad officiorum executionem inducere summopere quisque cauere debet, ne huiusmodi peccati occasionem præbeat. Et ibidem num à quolibet sacerdote Eucharistia sumenda sit.*
7 *Eucharistia dari, aut denegari quibus, & quare debeat, undecim axiomatis definitur.*
8 *Eucharistiæ sacramẽtum percepturus, an ieiuno stomacho esse debeat?*
9 *Eucharistiam sumere, post cibum ac potum, aut contrà. an diu quis differre debeat?*
10 *Sacerdos si post cibi sumptionem, reliquias Eucharistiæ, videat, aut quid ipsius palato adhæserit, quid efficere debeat?*
11 *Eucharistiam percepturus qua mundicia purus ac mundus esse debeat? Et quid de nocturna pollutione? numero seq. vbi quod pollutio varie excitari possit, ac procedere. ad quæ conclusiones quinque subduntur.*
13 *Cõcepturus nõ ante ac post sumptionẽ, à coitu cõiugali mundus esse debeat? Et quid respectu partus ac mẽstruorũ in mulere? numero seq. Et quid de somnio hominidũ, & similium. nu. 15.*
16 *Communicaturus, an ab omni peccato per contritionem & confessionem, mundus esse debeat?*
17 *Communicandum sive à sacerdote, sive à subdito, quàm sæpe ac frequenter sit, septem dictis expeditur.*
18 *Communicaturo, si corpus Christi alia specie ac forma, quàm panis appareat, vt puta in pueri formam, aut carnis etiam, quid agendum sit, & an illum sumere debeat?*

EVCHARISTIA† tertiò quantũ ad vsum, vt plenius innotescat, sciendũ est quòd aliquibus cõpetit ille vsus ex necessitate præcepti quantum ad vtranq; speciem, vel alterã tantùm. Primò quidem sacerdoti dũ celebrat. de cõsecr. dist. ij. relatum. quia sacramentũ in sumptione complementũ suæ sig̃nificationis accipit: & si pluries celebrat in die, semper sub vtraque specie sumere debet, omissa purificatione in prioribus missis. Secundò, cuilibet Christiano cùm ad annos discretionis peruenerit. de pœ. & re. omnis. de quo infrà. §. particu. vij. nisi ex causa rationabili de consilio proprij sacerdotis ad tempus abstineant. Tertiò, cuilibet in articulo mortis constituto. Vnde viaticũ dicitur: & videtur mortale in tali articulo contemnenti, id est, negligenti cõmunicare, cum possit, secundum Sum. Ang. sed quia sumptio Eucharistiæ nõ est ex necessitate secundũ se, sed ex statuto ecclesiæ, secundũ S. Tho. in iiij. dist. ix. ideò verius est hoc non esse mortale, nisi sola negligentia est in causa. Quartò, ratiõe statuti. Quintò, ratione officij, sicut sacerdoti, qui tenetur aliquãdo celebrare: vt 3. Missa. j. §. vij. par. iiij. ¶ Primò† verò quæritur, quo modo Eucharistia sumitur seu manducatur? Et dico secundũ S. Tho. & alios doctores, quòd duobus simplicibus, ex quibus resultant tres. ¶ Primò, scilicet spiritualiter tantùm, dum scilicet quis masticat Christum, per fidem cogitãdo, & illum sibi incorporando per charitatis ardorem, habendo sacramentum hoc in voto, non in effectu. Vnde August. Crede, scilicet amando, & mãducasti. & sic mãducauerũt patres veteris Testamenti, secundum S. Tho. iiij. dist. ix. ¶ Secũdò, sacramentaliter tantùm: sicut qui suscipit hoc sacramentum non vt eibum, sed vt sacramentum, id est, signũ alicuius: credendo scilicet sub illis speciebus aliqd latere spirituale: vel saltem, secundum S. Bona. intendendo sumere quod alios ẽstimat credere, licet ipse non credat. Vnde hoc modo manducat fidelis peccator, & etiam aliquo modo infidelis, licet improprie: de quo S. Tho. iiij. dist. ix. ar. ij. q. ij. ¶ Tertiò, vtroq; modo sumitur iustus. Brutum autem neutro modo manducat, vt patet ex dictis. ¶ Secundò† quæritur, vtrum verè in hoc sacramento Christus manducetur? Et dicit Richa. in iiij. distin. ix. quòd in sumptione huius sacramenti est quædam manducatio carnalis, qua comestum masticatur, traijcitur, digeritur, & vltimò in substantiã conuertitur: & sic verè manducatur illa species sub qua realiter verum Christi corpus continetur. Est & alia mãducatio sacramentalis, qua corpus Christi verum realiter sub illis speciebus contentum sumitur: sed sic sumptum corporaliter non masticatur. Et si species sic in ore masticentur quòd per digestionem ibi factam nõ corrumpatur in ea forma propria, sed in ea in stomachum descendat, etiam corpus Christi in stomachum descendit per descensum specierũ, sub qua continetur: & tam diu ibi manet, quàm diu in eadem specie forma propria specierum saluatur. Si autem species ponãtur in ore masticetur, q̃ per digestionem in ore factam corrumpatur forma propria specierum, & non descendat in

stomachum: tunc nec corpus Christi in stomachũ descendit. Et sic intelligitur illud de consec. distinct. ij. cap. tribus. in gl. fin. cùm dicitur quòd quàm citò species deuntur atteritur, tam citò in cœlũ rapitur corpus Christi. Hęc ex illo. Ex quibus patet quòd Christus manducatur ad hunc sensum, quia scilicet ingreditur os & stomachum: non autem quia corporaliter atteratur, aut incorporetur. Licet etiam ista aliquando attribuantur corpori Christi, id est, speciebus, sub quibus est. ¶ Tertiò † quæritur, quandiu corpus Christi sit in stomacho communicantis? Et dicit glos. in cap. tribus gradibus. de consec. distinct. ij. quòd vbi species sacramenti atteritur deniq; tibus, Christus euolat ad cœlũ. quod verũ est, si sic atteritur quòd formam perdat: aliter autem est contra tex. in c. si quis per negligentiam. ea. dist. vbi dicitur, si quis eucharistia euomuerit. euomi enim non potest, nisi tractum in stomachũ. Sum. Autem Ang. innixa Sanct. Bona. dicit primò quod tandiu sub speciebus manet Christus, quãdiu sunt habiles ad refectionem quòd habent in stomacho & extra stomachum: & secundò quòd si species illæ transeant per stomachũ indigestæ & vadãt in secessum, nõ est ibi corpus Domini. Sed cõtra primũ, quia ibi non est corpus Christi, nisi quia succedit pani in ipsum cõuerso: vt fortè in titulo sequenti dicetur: vnde ibi est corpus Domini eodem modo, quo ibi esset panis, qui non esset ibi quandiu illa materia est habilis reficere, quum hoc ei conueniat etiã cùm est digesta: sed quandiu duraret species panis. Et per idem patet cõtra secundũ: quia ibi esset substantia panis: & consequenter est corpus Domini. Et præterea si illæ species sunt habiles nutritioni extra stomachũ, trãsiuent indigestæ: & cõsequẽter ibi est corpus Domini. Et ideo dicẽdum est, secundũ S. Tho. & Petrũ, imò etiã secundũ eandem Sum. ex Rich. quòd est ibi tandiu quandiu species panis durãt incorruptæ siue in vomitu, siue in secessu. nec est, inquit Petrus, mirũ: sicut etiã à diabolo se permisit in mõtem portari. secundum Gregoriũ. ¶ Quartò † quæritˀ, quis possit iuridicè Eucharistiã dispẽsare, vt licitè sumat ab illo? Et dico sic, secũdum Pet. de Pal. dist. xiij. solus sacerdos est eucharistię dispẽsator sicut celebrator: nec aliquis eo inferior habet aliquod sacramentũ dispensare: diaconus autẽ ex officio partem eucharistiæ dispẽsat, id est, sanguine, vt beatus Laurẽt. quia eũ mediante vase sacrato dispensetur, nõ oportet manus dispensantis esse sacratas: corpus autẽ quod manibus cõtrectantibus dispẽsatur, ab eo solo dispensatur, cuius digiti consecrati sunt & manus, id est, sacerdote, qui etiã tangere non debet, nisi duobus digitis sacratis. Et eadem ratione inferior diacono vasa sacra tangere non debet, quando in eis est corpus aut sanguis, sed solùm quando non est: quia diaconi est sanguinem dispensare, & corpus ad sacerdotem deferre: vasa autem reliquiarũ, & huiusmodi, acolyti, & non laici, quanumcũq; nobiles. dist. xxiij. nõ licebat. In necessitate tñ presbytero absente vel non valente, licet diacono eucharistiã deferre infirmorũ. Diaconus. § ij. hæc Petrus. cõtra quę tamen Henr. Boic. super cap. decernimus. de judic. dicit quòd in necessitate potest dari per laicum. quod Sanct. Thom. & Petr. de Palu in omni casu simpliciter negãt: cùm nõ habeat manus sacratas, & hoc sacramentum nõ sit necessitatis: licet laicus possit inuentum in terram leuare: quia ad hoc nõ requiritur consecratio, sicut ad dispensandũ, secundum Pet. Vnde pyxis in quo seruatur, nec consecratus nec benedicitur, quod tamen fit de corporali. Ab hæreticis autẽ etiã in morte sumi non debet. xxiij. q. iij. coepit. & idem secũdum Pet. de Pal. videtur de schismaticis, excõmunicatis, & simoniacis: ita quòd quantum ad susceptionem eucharistiæ vitandi sunt in occulto vel publico, secundũ quod sunt occulti vel publici. de sent. excommunic. cum non ab homine. sed quod dicit de occulta simonia, restringendum videtur ad simoniã in ordine suscepto, vel dignitate, aut beneficio curato: quia aliter simonia, si nõ sit notoria, nõ inducit suspẽsionem quo ad alios, secundum Ioan. Rayn. & alios. A notorio autẽ fornicatore sacramenta suscipienda nõ sunt, etiam in occulto, excepto baptismo & eucharistia, quæ in extrema necessitate sumi possunt à simoniacis & fornicatoribus etiam notorijs. xxxij. dist. §. verum. cum glos. Alios etiam malos ministros q̃cunq; publicè sceleratos nõ debet quis vitare in susceptione sacramentorum, nisi essent irregulares: & cõsequenter à suis officijs suspensi, à quibus suspensis nõ sunt suscipiẽda sacramenta. j. q. j. si fuerit. bene tamen est huiusmodi in occulto cauere secundũ Pet. vt erubescat & resipiscant. Dicit† autem Sanct. Thom. quòd debet quis cauere, ne inducat, quẽ certitudinaliter scit esse malum, vt quia notorium, ad executionem officiorum suorum: ne sit occasio peccati: pura faciẽdo illum dicere missas: qui fortè aliàs nõ esset dicturus, & huiusmodi: si tamen est subditus, qui sacramenta nõ potest ab alio accipere, & ad ipsa tenetur, suscipere debet, nisi sit suspesus. Nec tamẽ à quolibet sacerdote est suscipiẽda eucharistia: sed à proprio, vel à superiore, aut ab alio de horum licentia: religiosus autem absq; tali licentia eam tribuens, est excõmunicatus: vt infrà Excõmunicatio. vij. §. xiij. vide etiã de his suprà Clericus. ij. §. vij. ¶ Quintò † quæritur, quibus debeat Eucharistia dari, aut denegari, & quare? Et dico multa. ¶ Primum. Si sacerdos pro certo sciat subditum esse in mortali, secundum Sanct. Thom. in iiij. pro occulto peccato non est deneganda communio petenti in publico: vt de consec. dist. ij. nõ prohibeat. & cõcord. Petr. & Albe. tum quia esset reuelator criminis, tum quia quilibet Christianus habet ius in perceptione eucharistię, nisi illud amittat per mortale. Vnde cùm in facie ecclesiæ non constet, illũ hoc amisisse, non debet ei in facie ecclesiæ negari. Et præcipuè videtur ista vera quo ad subditum. Sed Pet. de Pal. in iiij. distinc. ix. distinguit: quia si est sacerdos, qui teneatur exhibere, vt curatus, & in casu quo tenetur ei, vt in paschate: nõ debet negare peccatori occulto petenti in publico: quia esset proditor criminis. quod prohibetur. de offic. ordi. c. j. neq; occulto petenti instater in occulto tanquam sibi debitum, si peccatum nouit solùm in cõfessione: quia scit vt Deus, nõ vt homo, de offic. ordi. cap. ij. negat autem vt homo in foro cõtentioso, nec ex cõfessione acquiritur sibi ius negandi, quod prius nõ habebat: nec aliqua exceptio sibi datur ex confessione extra iudicium confessionis plus quàm si nesciret: quia nõ scit nisi vt Deus: si tamen peccatum aliter sciret, quàm per confessionem occulto petenti occultè deberet denegare. Si verò petat ab eo q̃ nõ tenetur ei dare, vel in quo casu nõ tenetur, quia nõ est pascha, nec est infirmus, occulto peccatori occultè petenti debet denegare: quia debet eũ à peccato reuocare quantũ põt: & hoc potest, etiã si sciat solùm ex cõfessione: quia ius negãdi habet ipso quòd alius nõ habet ius petẽdi. de pœ. ord. ad aures. vnde etiã nõ peccatori negari posset eo casu. ¶ Secundũ. Si autẽ curatus scit crimẽ esse notoriũ, secundũ omnes, etiã in publico petenti negari debet. Ex quo patet quòd meretrices & publici vsurarij sunt omnino ab altari reuellendi, nisi egerint pœnitentiã. ita q̃ post priuatã admitti possint ad eucharistiã priuatè, id est, in secreto, nõ in publico, propter scãdalũ, & publicè post publicã: q̃a manifesta delicta, id est, notoria nõ sunt occultè corripienda. de pœn. & remiſ. c. j. vnde vel sacerdos debet iniungere publicam pœnitentiã vel publicare quòd sunt pœnitentes. ¶ Tertium. Suspectis de crimine suspicione violenta, secundum S. Thom. in iiij. dist. ix. & alios, negari debet

Universidad de Deusto
Biblioteca

eucharistia. Intellige secundum prædictam distinctionem, quia habetur pro certitudine. nō autem suspectis suspictione leui: imò nec suspicione, pbabili. quod patet: quia nec per huiusmodi suspictionē debet maritus vxori debitum negare. de sent. excom. inquisitioni. Quartum, & secundū eunde in tertia parte. q. lxxx. dari nō debet ad aliquod experimentum vel purgationē infamiæ: quia tales purgationes inhibitæ sunt. de pur. cano. cap. ex tuarum. ¶ Quintum. His tribus quoq; dari prohibetur. de cōsec. dist. ij. pro dilectione. quod tamen de omnibus non intelligitur: sed de vtentibus in ea arte magicis & turpibus, quæ sunt mortalia: similiter nec magis, per notata ibidem. nec cuicūq; infami notorie, secundū gl. ibi: si tamen, vt dicitur c. seq. tales reuertantur ad dominū, eis recōciliatio nō negatur: nō quasi subitò exhibeatur eucharistia secundum Rich. sed peracta pœnitētia: nisi articulus necessitatis vel pietatis aliter fieri suaderet. ¶ Sextū. Similiter nec dari debet pugnantibus in duello. ij. quæst. v. monomachiam. in glos. ¶ Septimum. Nec pueris carentibus vsu rationis non potentibus discernere inter corporalem & spirituālē cibum, secundum Sanct. Thom. vbi suprà: quia habere non possunt actualem deuotionem quæ exigitur: pueris autē incipientibus habere discretionem etiam ante perfectam ætatē, puta cùm sunt x. vel xj. annorum, potest dari, si in eis signa discretionis & deuotionis appareat. Et concor. Pet. & in hoc standum est: secundum Aure. arbitrio boni viri. ¶ Octauum. Pro criminibus suspendendis vel decapitandis, si sint confessi & pœnitentes negari nō debet eucharistia. xiij. quæst. ij. cap. fin. sed nec hæretico relapso, cùm paratus est incendio. de hæret. super eo. lib. vj. Sed & excommunicato in morte sicut pœnitentia, si pœniteat, item & viaticum nō negatur, cùm in pœnitetia ineludatur. de pœn. & remiss. quod in te. in vita autem arcentur excōmunicati etiā iniustē maiori ac minori ab eucharistia interdicti, etiam tuti in mortis articulo. de spon. non est nobis. iuncto c. quod in te. de pœn. & re. & suspensi, quādo scilicet à perceptione sacramentorū sunt suspensi: secus si ab alijs: vt colligi potest ex not. in Sum. Cōfes. lib. iij. tit. xxxij. q. lxxxj. ad finem. vbi patet secundum Host. quòd suspesio non egreditur terminos sententiæ datæ: vt infrà Suspensus. p totū. Degradati quoq; arcētur à celebratione. ¶ Nonum. Sed nec amentibus debet negari, secundū S. Th. & alios: qui sic dicūtur, quia debile habeant mentē: & tamen sunt aliquo modo dociles pertinentiū ad fidē, & sacramēti deuotionē, nec amentibus omnino, siue habeāt lucida intervalla, siue nō: cōcurrētibus duobus, scilicet quòd nō sit periculū expurtionis aut irreuerētiæ alterius: & q; ante amētiā habuerint deuotionem ad hoc sacramentū. xxvj. q. vj. si quis in infirmitatē. etiā secundum Arch. si tales in sanitate nō petierint sibi dari sacramentum: & tamē ex bona eorū pregrerita cōuersatione verisimile est q; si huiusmodi casum præuidissent, hoc petiissent: quia tales habēt deuotionē habitualē interpretatiuā: quę sufficit. furiosis autē vel amentibus perpetuò seu à natiuitate non est danda: quia nunquam habuerunt actualē deuotionē ad hoc sacramentū: licet sint baptizati & cōfirmati. ¶ Decimū. Sed nec demoniacis negāda est, secundū S. Tho. nisi cōstet eos, p crimine aliquo torqueri: quia tūc, p exōicatis sunt habendi. ¶ Vndecimum. Nullo etiā casu secundū S. Tho. & alios dāda est hostia non consecrata pro consecrata: quia cùm manducans adoret quod māducat, secundū Augu. daretur occasio idololatriæ. de celeb. miss. de homine. & in sacramēto veritatis nulla debet esse fictio. ¶ ¶ Sextò quæritur, vtrū sumēs hoc sacramentū debeat esse ieiunus? Et dico q; sic: quia hoc statutū est, de cōsec. dist. ij. sacraméta. vt homo deuotius cōicet: & principalius secundū S. Tho. & Pet. ꝓpter reuerētiā sacramenti, scilicet vt primus cibus in stomacho sit corpus Christi pro illa die, qđ habetur de cōsec. dist. ij. liquido. vnde quod olim licuit in die cœnæ, scilicet cōmunicare stomacho non ieiuno: vt in d. c. sacraméta, secundū Pet. abrogatū est, nec est tenendum: sed est mortale: aliquo tñ casu licet nō ieiuno communicare: vt qñ infirmus expectare nō pōt propter periculū mortis vel phrenesis: nunquam tñ celebrare, nec propter infirmum cōmunicandū, nec ꝓpter scandalū qdcūq; vitādum, nec ꝓpter præceptū papæ, q; solus in hoc potest dispensare: liceret tñ pb ieiuno prosequi missam inchoatā post cōsecrationē iam factā, secundū Arch. vel supplere defectū emissum iterū cōsecrando, si sumpsit aquā pro sanguine, & huiusmodi, vt dictū est. Et intellige hæc nō de ieiunio ecclesiæ de quo j. Ieunium. in prime. sed naturæ, quo dicitur ieiunus, qui post mediā noctē nihil cibi aut potus, etiā ꝓ modū medicinæ, assumpsit, etiā si pòst illa die sit pluries cōfessurus, secundum S. Tho. Alb. & Host. & Pet. de Pal. reprobante per rationes in iiij. dist. viij. opinione Gof. & Io. Pari. dicentiū ꝙ non impedit hāc sumptionē sumptio alicuius per modū medicinæ, vt modicū gingiberis. Nec est verū quod dicūt, cibū prohiberi vt nutrit, sed prohibetur ad reuerentiam vt stomachus sit nouus. Quam etiā egregiè reprobat Herue. probans quòd nō est opinio S. Tho. vt illi dicunt. Non imdedit tamen hanc sumptionē, secundū Pet. si à casu reliquiæ cibi vel aquæ etiam in saliuā nō conuersæ in oris ablutione glutiātur: quia nec ad nutriēdum, nec ex intentione sumuntur vt medicina: quod limita secundum S. Tho. modò non traijciātur in magna quantitate: nec perfusio salis & aceti ad laudādum dēsi nō glutiatur: nec degustatio cibi aut potus si starim proiiciatur: & similiter si ꝓter intentionē decideret. Hęc idem Pet. & generaliter secundū Herue. omne qđ sumitur ab extra, & virari potest, impedit, nō autem alia: vnde nec sanguis nec humiditas descendens à capite impedit. ¶ Septimò ꝙ quæritur vtrū debeat quis diu esse abstinēus ab eucharistia post cibum ac potū, vel ab his post eucharistiā? Et dico secundum S. Tho. quòd post cōmunione debet intervenire aliqua mora: quia debet gratias agere de beneficio tanto: sed nō oportet eū diu stare ante sumptionē cibi & potus: tum quia eadem species sacramenti citò alterātur: tum quia magis requiritur ꝓparatio & actualis deuotio ante, quàm post. Et quod dicitur in cap. tribus. de consecr. dist. ij. quòd cōmunicatus debet à mane vsq; ad sextam, est abrogatū per cōtrariam consuetudinem, secundum Archiep. & secūdum Petr. locum habet post ecclesiam primitiuam, quādo ex magna reuerētia tanta ce lebrabatur. secundū Sanct. Tho. autem in iij parte. q. & alios non refert vtrum quis post cibum aut potū dormierit, vel etiā digestus sit, quantū ad rationem præcepti refert autem quantum ad perturbationem mētis, quam facit mollitudo & indigestio: ex quibus, si perturbatio sit multa, homo ad communionem ineptus redditur: vnde secundum Archiep. non impedit, scilicet necessariò, & si de congruo quis post cibum non dormierit, aut non sit facta digestio, dummodo post noctem mediam non comederit aut biberit etiam si comedisset aut bibisset post maturinū, cùm dicitur sero: licet nō multū liceat, vt dicit, post illud bibere, & multò minus comedere: nisi necessitas vrgeat. Adde vel vtilitas vt si à studiosis fiat ad redimendum tempus: quia opposituum ipse nullo iure probat. Nec obstat, secūdum Petrum de Palude. capit. si constiterit. de accusat. vbi qui pernoctauerat in taberna sine somno, priuatur ecclesia: quia cùm ibi consumat apponatur vinum, verisimiliter post mediam noctem bibit & celebrauit: & sic est præsumptio iuris, contra quam non admittitur probatio: vel saltem cui standum, quando con-

trarium non probatur. ¶ Octauò, ꝙ quid si sacerdos post sumptionem viderit reliquias eucharistiæ aut adhæserit palato eius? Et quantum ad primum dicit Petrus de palude quòd quantumcunq; sit minima, dūmodo sit ibi species panis, cùm ibi sit Christus, ipse nullo modo debet accipere, cùm non sit ieiunus: sed debet reseruare in crastinum, vel alteri ieiuno & dispōsito tradere. Et sic intellige quod dicitur in d. c. tribus. de consec. dist. ij. de ministris, qui debent sumere portiones remanentes sacramenti, scilicet quòd sint ieiuni. Sed prædicta intelligo quando reliqua videtur ex interuallo post sumptionem, puta q; tā reposuit calicem: secus si in eodem actu parua interueniente morula, per no. in c. qa ꝓpter. de elec. Quātum verò ad secundum, dico quòd licitum est eo casu sacerdoti adhuc biberе vinum vel aquam, & quoties quo ad descendat: & hoc est tutius & honestius quàm digitum apponere. suprà, Eucharistia. ij. §. ix. par. viij. ¶ Nonò ꝙ quæritur, vtrum debeat esse mundus munditia purè corporali? Et dicit S. Tho. in iiij. distinctione ix. quòd cùm cibus iste nō sit corporis, sed mentis, magis in eius sumptione consideranda est munditia mentis quàm corporis: ideoq; distinguendum est de immunditia corporali: quia si sit perpetua siue diuturna, non est abstinendum, ne propter immunditiam corporis perdatur fructus sacramentis: sicut accidit in leprosis & patientibus fluxum seminis vel sanguinis. Si autem sit temporalis & facilè purgabilis, tunc si quis sit mente bene dispositus, sumere non prohibetur, quanuis posset ad tempus laudabiliter abstinere propter reuerentiam tanti sacramenti. dist. v. ad eius. Verum autē sacerdos leprosus posset celebrare. infrà, Leprosus. ¶ Decimò ꝙ quæritur, vtrum debeat esse mundus à pollutione nocturna? Et ex S. Tho. iij. q. lxxx. & iiij. dist. ix. dico multa. ¶ Primum. Huiusmodi polluno ex triplici causa venit: primò ab extrinseca spirituali, id est, dæmonum illusione, qui phantasmata commouere possunt. Secundò, à spirituali intrinseca, id est, cogitatione pręuia. Tertiò, ab intrinseca corporali, id est, ex superfluitate vel debilitate naturæ: seu superfluitate cibi vel potus, vel sub alijs verbis procedere potest ex quatuor, scilicet ab illusione dæmonum, à turpi cogitatione, à cibo vel potu, à dispositione naturę. ¶ Secundum. Quælibet autem illarum trium causarum potest esse cum peccato mortali & venali, & sine peccato, sicut illusio quando venit ex negligentia præparationis, quæ potest esse mortale & veniale: quandoque autem ex sola dæmonum nequitia, volentium à communione impedire. similiter præcedens cogitatio lasciua est cum mortali, si adsit consensus: aut veniali, si non adest, sed in sola cogitatione finitur, & omnino sine peccato: vt cùm quis lectionis vel disputationis causa cogitur de talibus cogitare, & est cogitatio tantùm sine concupiscentia & delectatione: tamen pollutio sequi potest, vt patet ex verbis Aug. xij. super Genesi. Similiter etiā causa corporalis potest esse cum mortali & venali: vt cùm venit ex superfluitate cibi vel potus: licet frequentius sit mortale circa cogitationes: gratia cuius Gregorius scribit Augu. episcopo. Ang. cessandum à communione quando venit ex cogitationibus, non quando ex superfluo cibo & potu: præsertim si necessitas adsit & sine peccato: vt cùm est ex infirmitate naturæ. Vnde quidā etiam vigilando sine peccato semine fluunt, vel etiam ex superfluitate naturæ: quia sicut sanguinem, sic & semen, quod est superfluitas sanguinis, continget fluere sine peccato. hæc ex illo. Vbi nota quòd venire ex superfluitate naturæ sine superfluo cibo vel potu, est venire ex cibo & potu, non superfluo, nisi indirecte. in cuius tamen sumptione non est peccatum. ¶ Tertium. Circa huiusmodi igitur pollutionem aliquid impedit hominem à communione necessariò, vt solum peccatum mortale annexum: non autem veniale, ita scilicet quòd homo sumendo sit reus corporis & sanguinis domini? aliud ex congruentia solùm & hoc quantū ad duo: quorum vnum semper accidit, scilicet fœditas corporalis: cum qua ad altare propter sacramenti reuerentiā accedere nō decet, nisi forte immūditia sit perpetua vel diuturna. vt lepra, vel fluxus sanguinis, & huiusmodi. Aliud est euagatio mentis, quæ illa sequuntur, præcipuè quando cum imaginatione contingit, impedimentū tamen ex congruitate proueniens postponi debet propter aliquam necessitatem: puta secundū Grego. quia exigit dies festus, vel quia alius deest. hæc ex illo. ¶ Quartū. Ex his patet q; si huiusmodi pollutio veniat ex cogitatione vel crapula, vel quacunq; alia causa, quam certū vel probabiliter dubium est esse mortale, necessariò impeditū: verò certū est probabile eā fuisse venialē, impedit ex congruitate: imò nullo modo impedit si immineat necessitas vel alia potior causa: vt colligitur ex S. Tho. in iiij. qui etiā dicit quòd si sine tali necessitate vel causa celebretur, erit veniale tantùm: quæ necessitas vel causa iudicabitur arbitrio boni viri: vt quia adest dies festus, vel oportet supplere pro alio: vel homo est in valde magna dispositione ad sacramentum, & huiusmodi. Si autem veniat ex causa vbi nullum creditur probabiliter fuisse peccatum in sua libertate est cōmunicare vel nō, præcipuè si defuit turpis imaginatio, & distractio mentis. Et quia difficilimum est in pluribus scire istam vel illam fuisse causam, laudabilius est, secundum S. Thom. abstinere, nisi potior causa reformet peccatum: vt Tho. Aur. Pe. de Pal. aut Rich. ¶ Quintum propter huiusmodi pollutionem secundum Albe. & S. Tho. abstinendum est à sacraméto xxiiij. horis: quia isto tempore reputatur deordinata natura reordinari. quod Pet. de Pal. limitat verum, quādo accidit circa mediā noctem: secus si ante. imò dicit quòd post pollutionem, quæ fuit ex causa mortali, non est mortale eadem die communicare cum contritione & confessione. & hoc tene, nō obstāte S. Tho. quia loquitur ex opinione aliorum, infrà Pollutio nocturna. ¶ Vndecimò ꝙ quæritur, vtrum debeat esse mundus à coitu coniugali ante communionem & post? Et dicit S. Tho. iij. q. lxxx. quòd si talis coitus sit sine peccato: puta causa prolis vel debiti reddendi, impedit, solùm vt pollutio nocturna accidens sine peccato, scilicet per immūditiam corporalem & mentis distractionem. vnde talis suo iudicio est relinquendus, secūdum Greg. xxxiij. q. iiij. vir cum propria. Si verò non causa procreandæ prolis sed voluntas dominatur in opere tūc, vt ibi Greg. subdit, prohiberi debet ne accedat ad hoc sacramentum. hæc ille. Sed tamen talis exigens cōmunicando non peccaret mortaliter, secundum Pet. de Pal. & Albe. dicit quòd si omnibus modis ex deuotione se ingerat, non est prohibendus: consultius etiā esset, secundum Arc. quòd reddens abstineret. Quod autem dicitur de cōs. dist. ij. omnis homo. quòd scilicet debet per aliquos dies ante ab actu cōiugali abstinere: consilium est, non præceptū, secundū gl. ibi. Facta verò cōmunione eadē die nō licet exigere, nec exactū reddere, nisi cū difficultate, secudū Alb. cōtrarū cū nō est mortale, id est, exigere, scdm eūdem Alb. in ista intellectū Arch. ¶ Duodecimò ꝙ quæritur, vtrū debeat esse mūda mulier à menstruo vel partu? Et dico illa non impedire necessariò. Si tamen ex reuerentia abstineret, non peccat. dist. v. ad eius. & de pur. post par. c. vno. dūmodo cōmunicet scdm institutionem ecclesiæ. in c. omnis. de pœ. & remiss. ¶ Decimotertiò ꝙ quæritur, vtrū debeat esse mūdus à somnio homicidij vel alterius peccati mortalis? Et dicit S. Tho. in iij. part. q. lxxx. q. ꝙ somniū homicidij nō inducit etiā corporalem immūditiā, nec tantā distractionē mentis sicut fornicatio, propter delectationis intentionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tentionem: sed cùm prouenit ex causa quæ est peccatum, præsertim mortale, impedit à communione ratione suæ causæ. quod intellige quousq; homo conteratur & confiteatur. Et similiter videe de alijs nõ turpibus somnijs. Decimoquartò † quæritur, vtrum debeat esse mũdus ab omni peccato per contritionem & confessionem? Et dico multa. ¶ Primum. Omnis accedens ad sacramẽtum cum peccati mortalis conscientia, peccat mortaliter, secundum S. Tho. manducans indignè. Tamen secundum Bern. per quatuor signa potest quis habere cõiecturam quòd sit à peccato immunis, scilicet primò, quia Dei verba libenter audit. Secundò, quia seipsum inuenit ad bene agendũ promptum. Tertiò, quia à peccato proponit cauere in posterum. Quartò, quia dolet de præteritis: si quis per huiusmodi signa facta suæ conscientiæ discussiõe diligenti quanuis fortè non sufficienti, ad communionem accedat aliquo peccato mortali in ipso remanente, quod eius cognitionem subterfugit, non peccat: sed exvi sacramenti illius peccati remissionem consequitur. Exverbis autem S. Thom. colligẽ quòd cõmunicare cum mortali sine discussione sufficienti, non est mortale: secus autem sine diligenti, sed negligenti, secundum Per. ¶ Secundum. Volenti cõmunicare contritio non sufficit: sed requiritur confessio, sine qua cõmunicare habita copia confessoris, est mortale. secundum S. Tho. nisi forte secundũ Richa. expectetur in breui cui deuotius & securius quis confiteatur. Siverò non habetur copia cõfessoris: dic vt suprà Eucharistia. ij. §. vij. & suprà Confessio. j. §. ij. Tertium. Existens in mortali Christi corpus videndo non peccat, si videat humiliter & reuerenter: similiter nec tangẽs ex necessitate, puta quia cecidit in terram, & huiusmodi, secũ
17 dum S. Bona. & Tho. iiij. dist. ix. ¶ Decimoquintò † quæritur, qua frequentia sit à sacerdote vel subdito communicandum? Et dico multa. ¶ Primum. Secundum S. Thom. in iiij. dist. xij. sacerdos consecrans semper sumere debet: de consec. dist. ij. relatum. & toties quoties celebrat, ratione iam dicta in prin. Et si pluries in die celebrat: de quo j. Missa. solùm in vltima percipiat perfusionem, & non in priori: quia non esset ieiunus, nec posset aliã celebrare. de cele. mis. ex parte. Et si post consecrationem infirmetur, & nõ habeatur alia hostia, sacerdos aliur supplens hostiam debet diuidere & partem sumere, partem tradere infirmo. Et secundũ Pe. idem est si alius quicunque infirmaretur ad mortem, imo licet ratione deuotionis, vt dictum est. ¶ Secundum. Quilibet fidelis postquam ad annos discretionis peruenerit, communicare tenetur, saltem semel in anno, in paschate: nisi ex rationabili causa ad tempus de consilio proprij sacerdotis abstineat. de pœn. & re. omnis. Nec intelligitur hoc solùm de die paschæ: sed à diebus iouis sanctæ vsque ad octauam paschæ inclusiuè quilibet cõmunicans satisfacit dicto statuto, secundũ declarationem Euge nij in extranaganti, quæ incipit, fide digna. quam Archi. non videtur, qui contrarium tenuit. ¶ Tertium. Qui noluit cõmunicare in paschate, nec ex rationabili causa distulit, licet inducendus sit vt suppleat paschate transacto: tamen non videtur ad hoc de necessitate teneri, secundum Arch. & idem de confessione prioris anni omissa, quod trahi potest à simili per illud quod seruatur circa alia ecclesiastica præcepta: quia nullus dicit quòd teneatur quis omissum iejunium supplere aut omissum officium. quot autem peccata cõmittat, j. Omissio. ¶ Quartum. In locis vbi ista prædicantur, & de facili sciri possunt, secundũ Arch. nõ excusantur ignorantia qui non communicant, nescientes se ad hoc teneri, possent aũt magis excusari in locis syluestribus, vbi sacerdotes nõ solùm ista non prædicant: sed etiã ab istis retrahunt, dicentes debere cõmunicare solùm senes & morientes. ¶ Quintum. Licet cõmunicans nõ celebrans possit omni hora diei communicare, modò sit ieiunus, cùm oppositum non legatur: mane tamen videtur hora congruẽtior, quo tempore Christi passio peragebatur: non tamen potest nisi semel in die cõmunicare, secũdum S. Thom. in iiij. dist. xij. ar. de consec. dist. j. sufficit. ¶ Sextum. Qui in multis seu magnis peccatis sunt irretiti, nõ debet ita tim peracta confessione communicare: sed si tempus patitur pluries cõfiteri, & orationibus, ieiunijs ac eleemosynis se mundum & odoriferum reddere, quàm tempore ex causa videbitur confessori de pœn. dist. j. non sufficit. & cap. in accusatione. Non est autem causa iusta, quia nõ vult indulgere, aut restituere, aut aliud facere ad quod tenetur: quia ad huiusmodi tenetur: & nisi pœniteat, excomunicandus est. de consec. dist. ij. si quis intrat. ¶ Septimum. Secundum S. Thom. in iiij. parte q. lxxx. arti. x. si consideretur hoc sacramentum ex parte sui, quotidie sumẽdum est: quia eius virtus est hominibus salutaris & similiter si cõsideretur ex parte sumentis, in quo requiritur magna deuotio & reuerentia, laudabile est quotidie sumere, si quis se quotidie paratum inueniat. Vnde Augustin. de ver. do. sic viue, inquit, vt quotidie merearis accipere. Sed quia multoties in pluribus hominibus occurrũt huiusmodi deuotionis impedimenta: nõ est vtile omnibus quotidie cõmunicare: sed quoties se quis paratum inuenit. Vnde dicitur in lib. de ec. doct. Quotidie eucharistiæ cõmunionem accipere nec laudo nec vitupero: cõsulitur tamen tibi omnibus diebus communicis esse communicandum. In iij. autem & in iiij. dist. xij. dicit: Simpliciter loquendo melius est sumere quàm abstinere: quia illud per se, hoc p accidens est bonũ. In casu etiã abstinere, potest esse melius, quando scilicet aliquis probabiliter præsumit ex sumptione reuerentiam minui, & amorem non multum augeri. vnde laudabiliter abstinet. Sed si econtra crescit amor & reuerentia non minuitur, quotidie sumendi videtur etiam in quarto tenere, quòd si quantũ minuitur reuerẽtia, augeatur amor seu feruor charitatis, actue sit contra die cõmunicandum: vt ibi patet. q. vlt. ar. vlt. q. vlt. in fine corporis. Vnde sacerdos in dubio de celebrando nẽcne, semper deberet celebrare secundum mentem eius ibi. ¶ Decimosexto † quæritur, quid agendum quando corpus Christi apparet in alia specie? Et dicit S. Tho. in iiij. dist. x. & Aur. quòd si apparet in forma pueri, vel carnis cruentæ, vel huiusmodi, sumi non debet ab eo cui apparet: sed ab alio cui sub specie panis apparet: quia non apparet sub specie conuenienti humanæ refectioni: & si apparet omnibus illo modo, debet cum reliquijs poni. Et si apparet sic celebranti, sunt duæ opiniones. Prima est S. Tho. quia dicunt quidam quòd sacerdos debet iterum celebrare, & sumere: & si secundò hoc accideret, iterum retiò. Alij verò dicunt quòd sufficit spiritualis manducatio, propter hoc efficitur transgressor constitutionis ecclesiæ, quia ad ea quę frequentius accidunt leges aptantur. Hęc ille qui sentit quòd non tenetur iteratò celebrare: tamen si hoc faceret, melius faceret: vt patet. iij. q. lxxxij. ar. iiij. ad tertium.

Rursus de Eucharistia iiij. quantum ad effectus & miranda eius summariè.

1 *Eucharistia, in qua qualitas rei à quantitate secernitur, & miranda duodecim in se habet, de quibus hic agetur.*
2 *Eucharistiæ effectus mirabiles, qui ex quatuor deprehenduntur, de quibus hic.*
3 *Eucharistia, vt variè considerari potest, ita & variis prodesse, & quos modos profit?*
4 *Eucharistiæ effectum quantum peccata venialia impediant? Et quæ gratia augmentum?*

EVCHARISTIA † quartò continet quędam miranda, & mirandos facit effectus. pro quorum notitia ex doctrina & mente S. Tho. sciendũ est q̃ qualitas rei à quantitate distinguit: quia videmus stante vna quãtitate variari qualitatem: sicut Socrates nihil crescens aut decrescẽs est aliquãdo calidus, aliquãdo frigidus. & similiter quantitas distinguitur à substantia: quia eadem substantia aliquando est maior, aliquando minor: vt patet in massa pastæ. Sciendum est etiã quod sicut agens naturale de vna re facit aliã stãte materia, & forma transeũte vel mutata: sicut anima de cibis facit sanguinem & carnem: ita Deus, qui est supra naturã, & qui de nihilo facit aliquid, põt de vna re facere aliã, transeunte non solùm forma, sed etiam materia: ita q̃ totũ conuertatur in totum, & materia in materiã, & forma in formã. Et sic substãtia panis cõuertitur in substantiã, & nõ in quantitatem corporis Christi, stãte quãtitate & qualitate panis: & similiter vinũ in sanguinem. Ex quo fit quòd corpus Christi cõparetur ad species siue accidentia panis per suã substantiam, non per suam quantitatẽ: & q̃ sit nouiter in altari hac ratione, quia ibi sunt accidentia eius, qđ in corpus Christi cõuersum est, id est, panis. Et est in paruo loco, quia parua sunt illa accidentia: & in magno, quia magna: & in multis, quia multa. ¶ Igitur in hoc sacramento sunt xij. miranda, quæ omnia ex S. Tho. in iiij. & iij. habentur. ¶ Primum, quia corpus Christi existes in cœlo localiter, incipit esse in altari absq; hoc quod de cœlo descendat: quia non incipit esse in altari per sui murationem: sed quia aliquid in altari existens conuertitur in illud: sicut ignis incipit esse in aëre, quando aër in ignẽ conuertit. ¶ Secundum, quia facta cõuersione nihil remanet de substantia panis: & tamen nõ est corrupta, neque annihilata: quia scilicet cõuerla est, in aliud, id est, corpus Christi. ¶ Tertium, quia quamus materia panis conuertatur in materiã corporis Christi, & forma in formã: nõ tamen conuertitur in animã rationalem, quæ est forma, inquantũ est anima rationalis, sed inquantũ dat esse corporeũ, id est, quòd anima vt anima nõ est dei exvi sacramenti, sed cõcomitanter. ¶ Quartum, quia quot hostiæ in Christi corpus conuertantur, ipsum tamen non augetur nec mutatur: quia illud, quod ei additur, est substantia sine quantitate, & cõsequenter est indiuisibilis, ex ij. Phys. & consequenter nõ auget, sicut nec punctum additũ lineæ, vel color additus ligno. ¶ Quintum, quia quanquã in multis altaribus fiant multæ hostiæ consecratæ: & in qualibet integrum corpus Christi, illud tamen est vnũ tantũ: quia vna est substantia, in quã omnes hostiæ conuertunt: & illa est in multis locis quia est quantitas multarũ hostiarum conuersarum. ¶ Sextum, quia in tã parua hostia est verè corpus Christi cum carnibus & ossibus. & ratio iam patet. ¶ Septimum, quia in qualibet particula hostiæ, siue continua, siue diuisa, est totus Christus indiuisus: sicut substantia aëris est sub qualibet parte aëris, siue continua, siue diuisa: & anima est in qualibet corporis parte: quia ibi est corpus Christi solùm per modũ substantiæ, quæ tota est sub qualibet pticula: vñ nõ est maioris virtutis aut efficaciæ hic cibus si sumant mille hostiæ quàm si vna sola, secundũ S. Tho. iij. q. lxxix. ¶ Octauũ, quia in qualibet particula hostiæ est totũ corpus Christi cũ suis mẽbris sine membrorũ confusione, nõ obstante eorũ distantia: quia determinata distantia membrorũ in corpore organico funditur super quãtitate dimensiua. Vnde quia conuersio panis finitè terminatur ad substantiam corporis Christi, non ad quantitatem: ideo substantia corporis Christi non comparatur ad hoc sacramentum per modum quantitatis, sed potius eius quantitas per modum substantiæ, id est, indiuisibiliter. Vnde corpus Christi habet ordinem & distantiam partium in se, sed non comparatiuè ad species sacramentales. ¶ Nonum, quia in hoc sacramẽto accidentia, id est, dimẽsiones sine subiecto subsistunt: qualitates autem in dimẽsionibus sustentãtur. quod fit diuina virtute, quæ dat esse posterioribus, id est, accidentibus sine priori, id est substantia: quia cessante secunda causa, non cessat prima. ¶ Decimum, quia fracta hostia non frangit Christus: quia fractio non fit nisi per diuisionem quãti: Christus aũt nõ est ibi per modũ quanti. ¶ Vndecimũ, quia cũ nõ sit ibi substantia panis: tũ ille species vita nutriũt & cõfortant, & omne aliud agũt, & patiunt, ac si ibi esset substantia panis. Vnde corrumpuntur, & inde aliquid generatur. & idem de speciebus vini: quia sicut ab eis auferur miraculosè substantia panis: ita eis miraculosè conferrur subsistere, quod est substantiæ propriũ: & cõsequenter possunt omnia facere & pati, quæ & substãtia posset. ¶ Duodecimum, quia quãuis hostia colcerata putresceret, aut resolueretur in pulueré, corpus tũ Christi quod in ea est, nihil horũ pateretur: quia ista accidentia illi corpori nõ insunt, sed subsistunt. ¶ † Habet etiam hoc sacramentũ mirabiles effectus. ¶ Et in generali comprehendi potest eius effectus, primò ex præsentia eius, qui in eo est, qui dedit vitam & gratiam mundo. vnde proprius effectus huius sacramenti secundum S. Tho. in iiij. dist. xij. est transformatio hominis in Deum, scilicet per gratiam & amorem: ad quod sequitur augmentũ virtutum. ¶ Secundò, ex repræsentato per illud, quod est passio Christi: vnde quicqd est effectus passionis Christi, est effectus eucharistiæ, secundum S. Tho. in vj. vel vij. ¶ Tertiò, ex modo quo traditur: quia per modũ cibi & potus. vnde secundum S. Tho. iij. q. lxxix. facit omnem effectũ vitæ spiritualis ad similitudinem cibi corporalis: quia sustentat, auget, reparat, & delectat. ¶ Quartò, ex speciebus, sub quibus traditur: quæ ex multis ad vnum aliquid rediguntur: sicut ex multis granis fit vnus panis, & ex multis acinis vel vuis, vnum vinum. Vñ secundũ S. Tho. in missa corporis Christi significant vnitatem ecclesię, & consequenter illam efficiunt. ¶ † Igitur eucharistia inquãtum sacramentũ, prodest sumentibus tantũ: sed vt sacrificiũ, prodest etiã alijs. Et primò, cõfert gratiã, eã auget, & excitat ad virtutes. iij. q. lxxix. ar. j. ¶ Secũdò, ex cõsequenti cõfert charitatem, & omnes virtutes. ¶ Tertiò, ex cõsequenti diminuit fomitem ratione feruoris charitatiui. iij. q. lxxix. ar. vj. ad tertium. ¶ Quartò, sustentat, siue dat vitam, auget, reparat, delectat vt cibus. iij. q. lxxix. ar. j. adde etiam quòd facit laudare, ligna, dãs prægustationem gloriæ. Isa. iiij col. iij. ¶ Sextò, dat viatoribus adeptionem gloriæ, id est, virtutem adipiscendi. iij. q. lxxix. ar. ij. & beatis auget gloriã accidentalem. iiij. di. xij. q. j. ar. j. q. ij. ¶ Septimò, præseruat à peccato dupliciter, scilicet interius roborando per gratiã: & exterius repellendo omnẽ dęmonũ impugnationem per Christi passionem cuius est signũ. ¶ Octauò, delet peccata venialia. iij. q. lxxix. ar. iiij. ¶ Nonò, delet etiam mortalia, quorum quis non habet conscientiã, nec affectũ. iij. q. lxxix. ar. iij. vñ est ablucio sceleruũ, id est, mortalium peccatorũ tripliciter, scilicet ignoratorum, futurorum, vel causando contritionem. ¶ Decimò, delet pœnam debitã peccatis, non torã, sed secundũ mensurã peccatorũ & deuotiõis. iij. q. lxxix. ar. v. ¶ Vndecimò, liberat à purgatorio, inquantũ est sacrificiũ satisfactoriũ, p peccato. iij. q. lij. viij. ij. ¶ † Effectum eucharistiæ impediunt peccata venialia præsentia quo ad refectionem dulcedinis spiritualis: nõ autem quo ad augmentum gratiæ habitualis. iij. q. lxxix. ar. iij. aliqua tamen venialia impediunt gratiæ augmentum, scilicet quæ faciunt mentis distractionem: & tollunt deuotionem actualem. iiij. distinct. xij. q. ij. ar. j. q. iij. Nec tamen tunc incurritur

Universidad de Deusto
Biblioteca

necessariò peccatū mortale,sed veniale tantū, vt ibi.peccata tamen venialia præterita nullo modo hūc effectū impediūt.

De Euictione.

EVICTIO,vt recitat Azo,secundum aliquos est rei emptæ vel ex alia iusta causa acceptæ per sententiam iudicis abductio:vel est rei ex iusto titulo ab alio emptæ iurisdicta amissio:sicut emo agrum à Sempronio: & Titius in iudicio probat illum esse suum: dicitur illum euincere.

¶ EVICTIO an possit ordinari, vide suprà Corpore vitiatus. Vtrum autem debeat puluerem portare, dic quòd non.distinct.lv.etenim.

De Exactione.

EXACTIO non est,vbi quis sponte soluit. vide gloss.& Card.in cle.præsenti.de censi.Et ibi dicit Pau.quòd exigere & extorquere dicit violentiam:vt ff.de leg.iij.l. fideicommissa.dicit tamen quòd si præcesserit extortio,licet sequatur voluntaria solutio,est exactio.facit quod not.Hosti.in c. præterea.el ij.de iure patro.& de pœ.c.constitutus.Exactiones quomodo & quando fieri possunt à dominis vel prælatis,suprà Dominium.§.v.& infrà Gabella.

¶ EXCEPTA intelligitur in generali sermone persona loquens.de iureiuran.cap.petitio.cum allegatis glossi.

De Exceptione.

EXCEPTIO dicitur extra captio:& sic regulam firmat. vide suprà Alienatio.§.xij. & xviij. Dicitur etiam exceptio,defensio,quæ reo competit contra actionem,quę est in eum:& dicitur quasi actionis exclusio: vt si petis à me debitum:& ego excipio quod remisisti illud.

De Excommunicatione primò de maiori in se.

1 *Excōcatio,quæ est à fidelium cœtu exclusio,vt triplex fidelium cœtus esse dicatur,sic triplex quoq; est. Et ibidem eius diffinitio.*

2 *Excommunicato suffragia,quæ pro tota ecclesia fiunt,an prosint. Et quot requirantur,vt pro excommunicato orans peccet? Et an sacerdos,no ipso mentio,possit pro eo nominatim orare.*

3 *Excommunicationis alia diffinitio: & sub hac de secunda & tertia ipsius specie de quibus sigillatim & abunde.*

4 *Consuetudo sola sine statuto,aut sententia,num quem excommunicatum reddat?*

5 *Excommunicationis instigende,quinam potestatem habeant?*

6 *Excōmunicandi facultas,vt cuipiā competat,quid necessariū sit?*

7 *Excommunicare quinam possint? Et quo casu mortuos excommunicatur, ad quid excommunicetur?*

8 *Papam pro hæresim modo excommunicari, sed & iudicari & deponi posse.*

9 *Superiorem inferioris sententia ligari non posse,qualiter intelligatur.*

10 *Collegium,personam veram non esse, sed representatam. Et an sententia personam veram sequi liget?*

11 *Excommunicabiles,quibus causis, aut culpis excommunicari possint. Et excommunicationis pœna quanta sit?*

12 *Excōcationi inferendæ quinā sit modus adhibendus & seruādus?*

13 *Excommunicatio inferenda,quando monitionem nō requirat?*

14 *Prælatus in excommunicando, qui formā præscriptam nō seruant, an pœnā de qua suprà incidāt? Et subinde limitatiōes aliquot.*

15 *Forma certa,ac determinata,nū in excōmunicatione sit aliqua. Et quid si iudex dicat,excomunico te & absoluo.n.16.& seq.*

16 *Iudex cum dicat,excomunico te,vel quicunque de excommunicatione mētio fit,an de maiori excōmunicatione intelligatur?n.se.*

17 *Excommunicari per literas num quis possit? Et vtrum excommunicatio lata sententia sit comminatoria, cum dicitur: sub excommunicationis pœna? 21.*

18 *Canonum sit sententia ferendæ,an lata,num aliquibus verbis, aut regulis cognosci possit?*

19 *Differentia inter maiorē excōmunicationē & anathema?*

EXCOMMVNICATIO primò maior, vt intelligitur quid & quotuplex sit,& quæ sint eius causæ, sciendum est primò ex doctrina & mente S.Tho.in iiij.dist.xviij & Arch.in iij.parce.cit.xxv.quod excommunicatio,vt nomen ipsum ostendit,dicitur exclusio à communione, scilicet fidelium.Est autem triplex fidelium communio:prima scilicet in conuersatione,siue in actibus legitimis corporalibus:& secunda in sacramentorum susceptione,dum vnus suscipit & alius ministrat:vel multi ad suscipiendum adunantur: & tertia in actibus legitimis spiritualibus,siue in bonorum spiritualium participatione:quæ sic vel ratione intentionis,dum vnus pro alio orat, vel aliud suffragium facit: vel ratione charitatis, quæ facit omnes esse vnum in Deo,secundum illud Psalmi. Particeps ego sum omnium timentium te. Vnde etiam triplex est excommunicatio.¶ Prima dicitur excommunicatio maior,de qua iij.q.iiij. Engeltrudam.& hæc etiam dicitur anathema,quod interpretatur separatio: quia separat & excludit à triplici prædicta communione: & secundum Sanct. Tho.sic diffinitur:Excommunicatio,est separatio à communione ecclesiæ quo ad fructum &suffragia generalia:per iustum intelligendo perceptionem sacramentorum & communem fidelium:& per suffragia generalia intelligendo spiritualia bona,quibus ecclesia priuat excōmunicatum inquantum sunt cōmunia non per charitatem,quam aliquando habet excommunicatus,sed per interuentionem: non quidem huius personæ particularis,quę orare pōt pro eo:sed ecclesiæ quæ excōmunicatū separat abvniuersitate fidelū,pro quibus suffragia facit.Vnde secundū S.Tho.excōmunicato nō prosunt suffragia,quæ p tota ecclesia fiūt:nec ex persona ecclesiæ oratio pro eo inter membra ecclesiæ fieri pōt:quātum ad qua persona particularis possit aliqd suffragiū ad eius cōmunionem per intercessionem dirigere. Quæ q̄dem dicta S.Th. sic intelligo,qa ad hoc q̄ peccet orās pro excōicato, duo requirunt.Primò quòd oret ex persona ecclesiæ, id est,quod ecclesiæ minister:vt sacerdos inquantū sacerdos:hæc oratio est publica quātū spectat ad ordinationē ecclesiæ, licet propter occupationes aliqn aliter fiat.Secundò quòd oret ordinando ipsum in membris ecclesiæ: quod fit qn orat pro aliquo particulari,sicut tūc facit vel aliàs facere cōsueuit pro aliis fidelibus nō excōmunicatis.Et cōsequenter qui nō orat pro tali,cē,etiā si oret specialiter:vel qui nō erat specialiter,etsi publicè, nō peccat: vñ in paraseue ecclesia generaliter orat pro hæreticis,& Sum.Con.lib.iij.tit.xxxiij.q.clxix. dicit q̄ in quato potest orari pro eis.& Host.dicit nō esse ōrādū specialiter.& Sum.Conf.limitat in publico. Vtrum autem sacerdos in missa infra ipsum Memento possit orare pro ipso excommunicatō & nominatim. videtur quibusdam quòd sic: quia in missa sic oratio publica.tamen illud spatium conceditur sacerdoti vt possit orare pro suis tāquā persona priuata: & similiter seorsum à missa & officio in ipsis etiam petitionibus, quæ in missa vel officio ex ordinatione ecclesiæ recitat potest orare pro eo intentione gñali,non specifica. Diffinitur & sic:Excommunicatio,est à qualibet licita communione legitimo actu separatio.xj.q.iij.§.euidenter. ¶ Secunda excommunicatio minor,de qua xj.q.iij. cum excommunicato quæ excludit præcisè à participatione & communicatura sacramentorum,secūdum to.de Lig.vt de ele. exco.c.si celebrat.& à participatione eorum,quæ sunt via ad sacramenta percipienda:quia sic excommunicatus non est extraneus,nec consequenter habilis ad quodcunque ecclesiasticum beneficium,vt in eodē c.notatur. vnde ibi dicit Inno. quòd nullam dignitatē cōsequi potest,etiā si eligentes hoc ignorabant,vt tenet ibi glos.& cōiter doctores: non autē excludit à cœtu fideliū vel spiritualiū bonorū participatione, aut etiam à sacramentis cōferēdis,ita quòd collata effectu nō careant,licet ipse peccet:vt patet in eo.c. ¶ Tertia est excōmunicatio excludēs à perceptione sacramentorū & bonorū spiritualium participatiōe: sed nō à cœtu fidelium:de qua xj.q. iij.cū excōmunicato. & in d.c.Engeltrudā. & hæc à Deo infligitur pro quolibet mortali.¶ Si tamen volumus maiorem & minorem excommunicationē tam à iure quàm ab homine diffinitione cōcludere,sic diffinit Panor.super rubricā eiusdē tituli dicēs:Excōmunicatio,est cēsura à canone vel à iudice ecclesiastico prolata,priuans à cōmunione sacramētorum,& quandoq; hominum.Igitur omissa excōicatione diuisa,duas alias habemus, maiore scilicet & minore:& vtraq; est duplex,scilicet ab homine,id est à iudice ecclesiastico:licet hodie minor ab homine nō consueuerit inferri: & à iure. Dico autem excommunicationē esse à iure secūdū Gulielmū & Archi.quādo ab eo,qui pōt cōstitutionē facere,constituitur aliquid animo inferendi in perpetuū, & generaliter in oēs subditos suos,& statuū illud roboratus per sententiā excōmunicationis in futuros transgressores: vt dicendo excōicamus omnes qui exercēt vsuras.Vnde quæda est à iure cōmuni ligans per totā ecclesiā facta in cōcilio generali,vel ab aliquo summo pōtifice. quędā verò est à iure particulari, id est cōstitutione synodali alicuius diœcesis,vel cōstitutione facta in concilio prouinciali:vel à cōstitutione alicuius legati prouinciæ alicuiusquæ nō extēdunt ad alias locā extra diœcesim vel prouinciā.Cōsuetudo autē sola sine statuto vel sententia nō reddit aliquē excōmunicatū,secundū Sum. Pisa.& Rosel.quia iste nō est modus tradēdi sententiā:contrariū tamē tenuit Sum.Ang.dicēs secundū Host.q̄ ficte quādo cōsuetudo est approbata per papā vel aliū prælatū quo ad suos subditos: quia periode est ac si esset statutū:aliàs non,quantuncunq; fuit longa. Ego verò distinguo: quia si cōsuetudo non habet in obseruantia vel opinione hominum annexum q̄ sic faciēs sit quasi excōmunicatus,eius tolerantia aut approbatio eriā explicita non inducit excōmunicationē: quia nō plus exprimit approbatio,quàm sit in cōsuetudine,quæ nō exprimit actum excommunicā.di.Si verò cōsuetudo habet in hominū obseruantia vel opinione annexū quòd sic faciēs sit quasi excōmunicatus:approbatio inducit excōmunicationem.Et hoc tenet: quia secūdū gl.R.ay.eo casu intelligitur cōstitutio esse edita verò aut præsumptiuè:vt in Sum.Conf.ij.tit.v.q.v. Ab homine verò est,quādo fertur pro cōtumacia vel offensa præterita aut futura.nō tamen intētione faciendi constitutionē generalē aut perpetuā:sed vt alicui vel aliquibus personis proinde excōmunicamus omnes, qui ballabūt vsq; ad illud tēpus vel vsque ad illud.¶ Sciendum est secundò quātū ad excōmunicationis causam effectiuā, q̄ excōmunicationē à iure facere possunt omnes iudices ecclesiastici, qui possunt sacere inuest papa in vniuersali ecclesia,& legatus in sua prouincia & singuli episcopi in diœcesibus.xvj.q.ij.visis.xxiij.q. iij.cōtigit,& à fortiori multitudo episcoporū,id est concilia,quinciale.qui verò nō possunt facere ius vel statuere, etiam nō pōt excōmunicare.Statuere autē potest,vt dictum est.papa & episcopus requisito cōsilio capituli,per notata in ea,quanto.de hijs quæ fiunt à prælatis. etiam si capitulū non cōsentiat,sed dissentiat,nihil rationabile opponēdo,secundū Arch.& Io.An.in c.i.de cōsti.lib.vj.quod Panor.in d.c.quāto. dicit indubitabile:quia cūm requiratur cōsilium capituli,& non cōsensus,satisfactū est iuri ex sola petitione & expectatione responsi:cūm nō teneatur cōsiliū sequi:vt in e.cū olim.de arbi.de quo vide ī.Cōsiliū.§.ij.Canonici autē cathedralis ecclesiæ statuere nō possunt sine licētia episcopi super his,quæ tangūt episcopū aut iura eius, aut cōmunem statū ecclesiæ: aut super magnis rebus &negotijs ecclesię:sed solū super sua singularia negotia:pura q̄ suas dietas certis modis distribuāt vel certo modo ad capitulū vocētur:secundū glo. in ca.ij.de ver.ij.Similiter nec capellam ecclesiarū sine episcopo statuere pōt etiā cum sui prælati consensu in arduis & magnis,secundū Panor.in e.cū omnes.de cōsti.Secus ergo in paruis.Et generaliter statuere possunt vel nō possunt aliqui, secūdū qđ habet vel nō habet iurisdictionē:de quo vide ī.L.ex.§.iiij.Excōmunicationē verò ab homine facere pōt omnis iudex ecclesiasticus potes cōstituere:& vlterius etiā propriè facere excōmunicationē maiorē pertinet ad officiū episcopale:vt patet in c.corripiatur.xxiiij.q.iij.quia dicit mucro episcopi,in c.vsus.xvj.qaj.S.Tho.dicit in iij.quòd solus episcopus & ī.pōt,propria authoritate excōicare,nisi in furto & rapina,& huiusmodi in quibus cōcessum est à iure parochiano excōmunicare. Excommunicare etiā potuit de iure cōmuni etiā citra episcopum nēs ecclesiarū prælati:vt in c.cum ecclesiarū.de of.or.id est secundū gl.omnes qui tunc simul prælati collegio vel vniuersitati ecclesię ab habēte administrationē cū iurisdictione vel pura,episcopi,vel qui sunt electi à collegio vel vniuersitate,licet subsint alcęri,id est episcopo:vt in c.j.de elec.& xeij.di.legimus.& hoc verū est,nisi episcopi præsentes ipsi essent cōtra eos.tunc hoc possunt.Et similiter abbates etiam nō benedicti,modò sint cōfirmatiue:in c.sicut tuis.de simo. Et similiter priores excōicare possent singulos de collegio,etiā alienos:si in eos aliquo iure speciali habeant iurisdictionē:vt in d.c.cum ecclesiarū.Et similiter idē secundū Archi. videtur de archidiacono licet nō sit presbyter.ar.dist.xxv. perlectis,nisi cōsuetudo sic in contrariū.Sed Panor.in c.cum in cunctis.de elec.dicit quòd de iure cōmuni nō habet curam in foro contentioso vel pœnitentiali:sed de cōsuetudine aliquādo habet parochiam,in qua exercet curam,& inquirit ad visitat totam diœcesim loco episcopi:& ex istis causis meritò excōmunicat.Pan.In alijs ergo videtur secus.Et similiter sacerdos parochiales excōmunicare possunt,secundum Host. in notorijs, quæ non indigent indagine iudiciali, præmissa tamē monitione.quod verum est vbi hoc eis tribuit cōsuetudo quæ dat iurisdictionē.ie.q.iij.cōquestus.vel vbi speciali iure eius competit iurisdictio,scilicet in aliquibus particularibus casibus, vt dicit S.Tho.quod intellige,niti episcopus prohibeat:alitercum non est verū.ij.q.j.nemo.nec e.cō mh.bitio.de clande.despon.quod allegat Host.ibi,hoc probat. Et similiter metropolitanus excommunicare potest suffraganeum suū, secūdum to.de Lig.cū sit eius ordinarius.xij.di.de his.Et similiter excōmunicare & suspēdere non potest episcopus propter cōtumaciam ortam in iudicio sine consensu capituli, secundum eosdem,nisi aliud sibi competat aliquo iure speciali.xvj.quęs. vij.episcopus nullius.Et similiter capitulum vel prior, secundum eundē,cūm succedat in iurisdictionalibus: vt in c.cum olim.de ma.& obe. Nullus tñ inferior episcopo excōmunicat cū illa solemnitate de qua xj.q.iij.debēt. sed solus episcopus,id est circumstantibus xij. sacerdotibus cum cādelis accēsis in manibus Nulli etiā alij à sacerdote cōpetit potestas excōmunicādi procedēs ī clamosum potestate vel fori pœnitētialis& semper ipse illā exerceat,cū prepositus est curę,nisi sit cōtraria cōsuetudo vel superioris inhibitio:facultas autē excōmunicādi procedēs ex iurisdictione speciali cōpetit prælatis habentibus iurisdictionē ordinariā à iure cōmuni vel priui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

legio vel cõsuetudine speciali:vt dicit Inn.† Quę facultas ad hoc quòd alicui cõpetat,requiritur ꝙ sit clericus vel religiosus,& electus per vniuersitatẽ ecclesiasticã,& quod ad dignitatem principalem:aliàs nõ habet ordinariã, nisi consuetudo vel priuilegiũ concedat:cõpetit etiã hoc habẽti iurisdictionẽ specialem à prælato ecclesiastico ,vel delegato:cõpetit etiã habenti ordinariã nõ principaliter,vt vicario ordinarij .hæc ille.Excommunicare verò nõ potest aliquis seipsum.x.q.iij.si is qui.Nec uxulier prælata,cũ non habeat iurisdictionẽ talẽ, qualem habet vir,secũdã gl.in c.dilecta.de maio.& obe.& ca reat clauibus.de pœn.& remiſ.noua.Nec delegatus extra sibi cõmissã,secundũ Io.de Lig.vt ij.q.iij.c.j.tenet tamẽ sententia eius,secundũ Richar.in iij.lata post reuocationem commissionis,antequàm tamẽ reuocatio ad eũ venire potuerit: quia adhuc remanet penes eum cõmissa potestas.de procur. audiris.in glo.quod quidam probabiliter limitant verũ,nisi is qui reuocat,intẽdat,& exprimat quod totũ sit irritũ & inane, quod extunc per delegatũ fuerit attentatũ.Quod etiam Pan. in c.audita.de resti.spo.sentit dicẽs quòd si papa in secũdis literis clarè exprimit,irritũ & inane esse quicquid actũ est post datum secundarũ literarum,indubiè processus non valet iustus vel iniustus:vt in c.j.de concess.præbẽ.lib.vj.Si autem iurisdictionẽ reuocat simpliciter,valet processus agitatus per primos tam inter partes quàm cõtra tertios impedientes iurisdictionem.Et de hoc est casus in c.audita.quia nonvidetur, papam voluisse cũ graui præiudicio irritare processum factũ ignoranter.quod intellige quando ex reuocatione præiudicium generatur tertio,aliàs non valet actus,licet ignoranter gestus:vt in d.c.j.vnde nõ valet excõmunicatio lata ab ordinario,licet ignoranter,cõtra habẽtem priuilegium quod ab eo excommunicari non possit:vt in d.c.j. Sed si verba essent ambigua & generalia,vt in d.c.audita.vbi mandabatur reuocari quicquid esset immutatum in causa à tempore missionis nuntij,nõ tenet reuocatio ,processus legitimè facti.Ratio,quia cùm factum sit odiosum,& alteri parti præiudiciũ, debet fieri interpretatio stricta.& sic debet intelligi de mutatione facta per violẽtiã,seu quàlibet præsumptionem.Nec similiter excommunicare potest alienus episcopus,scilicet nõ subditum suũ,modò ratione delicti vel cõtractus,seu rei,de qua agitur,non sit effectus de eius iurisdictione,vt no in c.j. de priuile.li.vj.imò nec sentẽtia ab eo lata potest ratificari per episcopum propriũ:etiã si fit lata in eius territorio: quia ab initio fuit nulla,secundum Inn.& Barth.Brix.Nec laicus,nisi ex delegatione summi pontificis: quia tunc potest.xxxij.dist.§. verum.Nec episcopus extra suam diœcesim,nec alij prælati extra territoriũ suæ iurisdictionis.secundum Host.quia cùm nullus sit excõmunicandus sine causæ cognitione.xj.q.iij.nemo requiritur locus ad sedẽdum pro tribunali,quem episcopus non habet in aliena diœcesi ad hoc aut ad aliquid cõrentiosè disponẽdum.ix.q.ij.episcopum.nisi episcopus sit expulsus:vel consentiat is,qui iurisdictionem habet in loco eo modo quo dictum est suprà.Absolutio.j.§.iij.licet quidã dicant, episcopum extra suam diœcesim posse excõmunicare. quod de notorijs cõcedi potest:quia nec illa requirunt examinationem causæ.ix.q.iij.§.fi.Nec prælatus habens iurisdictionem temporalem tantùm,secundũ Host.argu. de offic.ordi. dilectus.& hoc nisi habeat istud ex priuilegio speciali,vel ex consuetudine,quæ etiam dat iurisdictionem.Nec is qui in cõmuni opinione hominum non credebatur excommunicatus , & tamẽ erat.iij.q.vij.c.insanis.§.tria.in gl.quia nec excommunicatus,nec interdictus,nec schismaticus, nec hæreticus , nec intrusus, nec suspensus à iurisdictione:secus si solùm ab officio,potest excõmunicare.xxiij.q.j.audiimus.& c.fi.de concess.præben.Nec violans interdictum,secundum Hosti.extra, de excess.prælа.c.fin.si tamẽ fuisset absolutus à tali violatione, teneret sententia,¶ Sciẽdum† est tertiò quantum ad causam excommunicationis materialẽ,qua est excommunicãdus,& culpa eius,quòd excõmunicari nõ potest mortuus à canone vel à iudice:quia nõ est homo.de sum.tri.& fi.ca.c.j.Item ex cõmunicatio canonis nõ fertur, nisi propter crimẽ.mortuus autem delinquere non potest: excommunicatio verò indicis requirit monitionem,quę mortuo nõ cõpetit.Inde quibusdã tamẽ specialibus casibus mortuus excõmunicatur: & hoc ad terrorem:& potius ratione præcedentis vinculi,quàm prętextis, ꝓpter quod fit negatio sepulturæ,communionis,oratoriis,& huiusmodi:vt in decedente in crimine notorio.Ioã.de Lig.Nec Iudęus vel paganus:quia nullus pòt perdere quod nõ habet re aut spe: quòd verũ est de cõmunione intrinseca sacramentorum extra quã sunt prędicti : & circa quam nihil ad nos de his quæ foris sunt.ij.q.j.multi.Sed loquẽdo de extrinseca fidelis cõmunione inquantũ sunt animalia ciuilia & socialia: vt in cõmercijs.& alijs actibus humanis nõ possunt excludi directè:ita quòd exclusio terminetur in eos, quia nõ sunt subditi:per indirectũ tamẽ possunt, scilicet interdicendo fidelibus talium communionẽ.Ioã.de Lig.Quomodo tamen sint subditi,vide infrà, in verbo, Papa.§.vij. & viij.Nec † papa similiter excõmunicari potest,nisi pro hæreli,ꝓ quo & iudicari,& deponi potest.xl.dist.c. si papa.nec ab homine, quia est omnibus superior.di.xxj.inferior.nec à canone: quia à canone solutus est:quamuis deceat eum secundũ canones uere:nec etiam minori cõmunicando cum excõmunicato, vt in c.nulli.de sen.excom.in gl.excõmunicari potest excommunicatione separante à Deo per mortale.Ioan.de Lig.Nec episcopus similiter,aut eius metropolitanus ꝓ statuto ipsius contrafaciendo intra territoriũ ipsius suffraganei,secundum Lau.Io.And.Io.Cal.Pan.&Ho.qui in Summa dicit certo certius esse tenendum,nec superiorẽ,nec proferentem sententiam fulminatoriã ligari. xxj.di.inferior.& de ma.& obe.& inferior.Idẽ S.Th.in iiij.di.xviij.q.ij.ar.iij.cuius ratio est infragabilis:qa,inquit,per iurisdictionẽ est quis superior eo quę illam habet,cũ sit iudex eius:vnde nullus in se vel æqualem aut superiorem habet iurisdictionẽ. Et hanc opinionem sequitur Sum.Pis.contrarium tenuit Hug.Arch.& Perrin.de Bel.& Dir.li.iij.& Bar. Brix. Qui Hugo.dicit hoc casu ipsum non ligari sententia inferioris,sed iuris.Gof.† etiã dicit quòd illa regula,quòd inferior superiorem ligare non potest,fallit cùm maior delinquit in iurisdictione minoris.vj.q.iij.placuit.nec datur sententia puri hominis,sed canonis,cùm incidat in factum dãnatũ:& episcopus authoritate apostolica generaliter habeat authoritatem cõdendi canonẽ,à quo nullus excipitur:vnde talis sentẽtia dicitur papæ.vnde & Arch.dicit quòd ipse episcopus conditor contra faciẽdo incidit:nec potest dispensare contra propriam constitutionem,nec generaliter contra suum finem.ex quibus iam alijs ius est acquisitum.Sed si vel non ligari,destruat ipsa statuta. Ioann. Andr. verò & Io. de Lig.in tract.de ecclesiastica cẽsu.conatur facere cõcordiam quòd non incidunt facientes contra , vt are[illegible]episcopum velue si statutũ erat quòd nullus exerceret iurisdictionem in tali loco.& isti ibi celebrant in pontificali:secus si contraueniunt vt personæ priuatæ.vel si statutum erat de non faciendo vel ludẽdo ad aleam , & ludunt.Et hanc cõcordiam sequitur Sum.Angel.Sed quia plures & solẽniores doctores tenentur simpliciter opinionem primam:ipsa videtur magis tenenda. di.xix.in canonicis.Vnde dico quòd ista contemptus mihil aliud quia virtus excommunicationis ex voluntate pendet superioris & superioris:neuter autem istorum habet voluntatem quòd

Quod ad iurisdictionẽ non cessantem.

ſget eos:quia à revolita quilibetvellet omne malum abesse. Vnde peccator vellet sine offensa Dei peccare,si posset.nec dicta concordiã Io.de Lig.assertiuè tenet:sed primã opinionem:nec dicta Summa bn recitat:quia qđ iste dat pro exemplis,illa recitat pro membris diuisionis,vt patet intuenti.Dico igitur quòd prima opinio videtur cõmunis, secundũ Pan. in c.j.de rap.Ad motiua aliorum soluo. Nam fallentia Gofr. non habetur in illo c.quia ibi nõ plus habetur,nisi quod subditum vnius episcopi alius potest excommunicare : si tamen ibi haberetur,intelligeretur quando maior delinquit in iurisdictione minoris cõtra legem superioris vtriusque,puta Papæ vel Dei:non autem contra legem inferioris. Non etiã ligatur sententia papæ: quia episcopus non habet licentiam à Papa cõdendi canonem,quo liget se & maiores,sed minores tantùm subditos,& aliquando non subditos. Nec verum est, sed falsum,secũdũ Inno.in c.cum ad monasteriũ.de stat.mo. quòd non liceat episcopo dispensare contra suam constitutionem:sed eam potest tollere,& in ea dispensare,secundum Io.Andr.in regula.generali.& hoc dicit seruare vniuersum. Et addo quod mirabile est si potest,secundũ aduersarios,suã constitutionem sine præiudicio alterius auferre ex toto , sed non in parte,siue in casu,quod est dispensare.Sicut tamen dicit do.Anto.hoc limitatur,nisi constitutio transierit in priuilegium vel cõtractum:vel nisi esset iurata:quia ea stante nõ posset dispensare:sicut nec se à iuramento absoluere. Excõmunicari etiam nõ potest collegium vel cõmunitas sine vniuersitate:quia hoc de sent.excom.Romana.lib.vj.§.vniuersitatem.prohibetur fieri penitus.Et ratio assignatur:quia contingerent innoxios irretiri.Item quia,vt dicit S.Tho.in iiij.actus sunt singularium:& si aliquãdo actus sit multitudinis:vt cum multi trahunt nauem , tamen non est probabile quòd tota aliqua multitudo sic in malo consentiat, vt nulli sint dissentientes.Item† quia,vt dicit Gemi.collegium non est persona vera,sed repsentata. ff.de fideuſ.l.mortuo.nec habet baptismum.Sententia autem excõmunicationis ligat solùm veram personam.de offi.deleg.P.& G.& baptizatum.xj.q.iij.omnis Christianus.Si tamen excommunicetur, quidam dicũt quòd sententia tenet:alij verò secundũ Rich.in iiij.dicũt quòd nõ. Mihi autem videtur dicendũ,quòd vniuersitas ipsa sumptaut aliqđ præscindẽs à singularibus hominibus,nulla authoritate potest excõmunicari:quia neque cõmunicat:quia cõmunicatio in actibus est singularium , quorum sunt actiones: sed sumpta pro singularibus personis omnibus collectiuè,excõmunicari potest,etiam citra Papam,non excõmunicando totum collegiũ:quia textus,cui subijcitur omnis inferior Papa, hoc prohibet:nec excõmunicando singulos de collegio absolutè,vt putauit Host.dicẽdo sic,excõmunico Præpositũ.Decanum,& oẽs alios de collegio:quia est idẽ. & ratio assignata in textu repugnat.Secus excõmunicãdo singulos cũ hac limitatiõe,qui vel si fecerũt tale quid:quia sic nec irretitur innoxius,nec aliquid inanimatũ.vnde propter cõtumaciã capituli excõmunicantur singuli de capitulo qui fuerunt culpabiles.de sent.excõ.Romana.lib.vj.secũdũ Arch.Si autem Papa excõmunicet,qui nõ subijcitur d.c.Romana.tenet sententia, etiã si excõmunicet oẽs & singulos absolutè:quia vt patebit, excõmunicatio tenet,etiã si liget innoxiũ. Nec similiter excommunicari pòt Imperator vel princeps ab episcopo suo, ij.q.vij.§.cũ humanã.Nec debet similiter excõmunicari multitudo existens in crimine,vbi schismatis aut scãdali periculũ timetur.di.50.vt cõstitueret.xxiij.q.iij.ipsa pietas.Veritas tñ iustitiæ propter scandalũ postponẽda nõ est.quod sanè intelligẽ,scilicet vt detur iniqua sententia.Io.de Lign.Nec debet excommunicari vnus pro alterius peccato.xxiij.q.iij.sententia. Excommunicari autem potest regulariter In persona post monitionem:& rex solùm pro notorijs.dist.lxvj.Valentinianus.Io.de Lig.Et similiter,secundũ eundem,ignorans & absens,qui tamen liber est apud Deũ à sententia,si moriatur antequa sciuerit:sed post mortem absolui debet iuxta dicta suprà Absolutio iij.§.xj. Et similiter excõicari pòt archiepiscopus à subdito delegato:si est ei à superiore cõcessa potestas.ij.q.vj.si quis episcopus.Et similiter pòt excõicari raptor siue monitione præmissa,si rapina est manifesta , si præsens est,& statim nõ restituat:si absens,intra tempus præfixũ:vt in c.Romana.de sen.excõ.lib.vj.Et similiter excõicatus,iterum pot excõmunicari pro eadẽ & alia causa ab eodẽ & ab alio iudice.c.Engeltrudã.iij.q.iiij.excellentissimus.xj.q.iij.& consentit Io.And.& S.Tho.in iiij.¶ Quibus verò causis vel culpis excõmunicabiles possint excõicari:dico ꝙ excõicatio maior ferri nõ debet ab homine,nisi pro mortali peccato,secundum S.Tho.& Pet.in iiij.di.xviij.Et quia dãnificans in corporalibus,potest peccare mortaliter: ideo pro temporali dãno ferri potest:nõ tamen debet infligi etiam pro mortali,nisi incõtumacẽ,secundũ S.Tho.& xj.q.iij.nemo. quia est grauissima pœnarũ,ngr S.Tho.qua scilicet nulla est maior in ecclesia:vt in c.corripiant.xxiij.q.iij.Vnde dicit Pan.in c.per venerabilem.qui filij sint legi.quod vbicunq; in iure ecclesiastico reperitur pœna mortis, pro excõmunicatione debet exponi. Quę quidem cõtumacia,secũ Ray.est triplex,vt dictũ est ſ. Contumacia. Si tamen persona,quæ deliquit,ignoratur,excõmunicatio fit in generali,& valet expressa causa vt quicunq; fecerit furtũ nisi restituat:& qui scit nisi reuelet:vt in c.ad nostrũ.de sentẽ. excõ.el j.Sed hæc intellige quãdo quis excõicatur propter culpã præteritã:qñ verò ponitur sententia cõminatoria vel absoluta pro aliquo futuro nõ oportet illud in se esse mortale,imò nec veniale:licet peccet mortaliter qui cõtra facit,ratione præcepti inclusi.similiter nõ oportet tũc homine esse cõtumacẽ,sed sufficit si sit inobediens . Igitur pòt quis excõmunicari ꝓ inuasione aut retentiõe rerũ ecclesiasticarũ.de resti.spo.Pisanis.& pro iniuria facta prælato.xxiij.q.iiij.Guilisarius.& propter negligentiã.de cõse.dist.j.nemo. & dominus propter cõtumaciã serui aut procuratoris:vt lite non cõte.c.j.& de dolo &cõtu.c.ij.& cũ modificatiõe ibi notata.& pòt excõmunicare ordinarius pro defensa fratris sui:vt in c.dilecto.de sen.excõ.lib.vj.Et quia excõmunicatio non nisi pro mortali infligenda est:quia ecclesia præscindere non debet,nisi eum qui iudicio Dei creditur præcisus:ideo scãm Per.de Pal.in iiij.dist.xviij.potest sibi homo formare cõscientiam quòd vbi mortaliter non peccat,nũquã incurrat sententiam iuris:quia illa nũquã est iniusta. Quod intelligo quãdo posita est cõtra aliquid,qđ est de se mortale:vt percussio clerici:quãdo verò ponit cõtra illud quod de se nõ est malũ : vt quòd ante annũ professio nõ recipiat'in mendicantibus:sufficit quòd actio aliàs licita habeat rationẽ inobediẽtiæ.vtrum autem sit simile de sententia hominis:dico q nõ: quia interdum tenet,etiã si irretiat innocentem,vt dicet ti.seq.in prin. casu viij.§.iiij.dubio.xiij. Est aũt simile quantũ ad hoc,quòd licet vtraq; nunquã fiat sine mortali, tamen quãdo non infertur pro re præsenti aut præterita,sed pro futura,à qua prohibetur sub pœna excommunicationis cõminatoria,vel latæ sententiæ:sufficit ipsa trãsgressio,quæ est mortalis:cũ talis ꝓhibitio semper habeat inclusum ꝓceptũ.Ratio prædictorũ est, quia qñ aliquid est de se mortale,ibi est præceptũ Dei: vñ si addatur excõmunicatio,nõ intelligit superaddi nouũ præceptum,sed noua pœna:ad quã incurrendã oportet quòd illud aut fiat quo ad præcepta negatiua,aut omittatur quo ad affirmatiua deliberatè secundum rationem,& quantum ad ali-

Quãdo se ferat excõmunicatio

12 quòd notabile:quia sic cadit sub præcepto Dei.¶ †Sciendum est, quartò,pro causa formali excõmunicationis,quæ est modus seruandus,q excõmunicatio à iure secundũ Host.profertur eo ipso quòd quis incidit in factũ damnatum à canone sub pœna excommunicationis:sententia verò hominis fertur:vt dicetur.Igitur sententiã excõicationis debet præcedere trina monitio, vel vna pro tribus:aliàs iniusta est : & iudex est suspensus per mẽsem ab ingressu ecclesiæ.extra eo.sacro.Et si quis habet & simpliciter in mãdatis à Papa,vt sententiã excõmunicationis in aliquem ferat,sedm Innoc.c.si.de offi. dele. non debet eã ferre,nisi præcedente causæ cognitione,&monitione præmissa.ij.q.j.nemo.& d.c.sacro.& facit gl.in d.c.si. Addit tamen q si constat, Papã cognouisse de causa q tunc ad eius mandatũ sine causæ cognitiõe debet ferre sententiã. l.de qua re.ff.de iudi. Et similiter dicendũ est de sententia, quam alij possent per aliũ ferre:sed tamen eo casu monitio deesse nõ debet,nisi constaret q Papa eam fecisset:quia regulariter monitio præcedere debet. Quæ monitio,vt notat in Sum.Conf.iij.lib.tit.xxxj.c.lvj.dicit cõpetens ad arbitrium boni viri.Et siue fuerit triplex,siue vna p tribus,debet habere dierũ cõpetentia interualla,nisi necessitas suaserit aliud:vt in c.cõstitutionem.eo.ti.lib.vj. Nõ est tamen necessariũ q fiat in scriptis:vt no.gl.in c.sacro.sed sententia ipsa fieri debet in scriptis cõtinentibus causam excõicationis:& exẽplar debet tradi excõmunicato intra mensem, si requisiuerit:aliter excõmunicator est suspensus nõ solùm ab ingressu ecclesiæ,sed etiã à diuinis p mensem:vt in c.cũ medicinalis.eo.tit. lib.vj.quæ quidem,si exequat,irregularis est,nec nisi p Papã poterit cũ eo dispensari:vt ibi. Hæ tñ pœnæ nõ tangũt episcopũ,cũ de eo mẽtio nõ fiat sicut oportet, vt suprà Episcopus.Et si ista nõ seruent,tamen sentẽtia tenet:licet superior, ad quem recurrit,ab ea faciliter absoluat: & lator teneat ad pœnas prædictas:vt in d.c.sacro.&.c.cùm medicinalis.simul nisi in casu c.statuimus.eo.tit.lib.vj.scilicet quando est cõtra participãtes excõmunicatis: videt autẽ mihi q ista monitio locũ nõ habeat necessariò,nisi in sententia hominis, & nõ in qualibet:sed in aliqua tantũ.& horũ vtrunq; haberi potest ex sententia Io.de Lig.in tracta.de censur. ecclesiasti. dicentis. Licet contumacia sit causa immediata,propter quam fertur maior excõmunicatio ab homine:ipsa tamen cõtumacia aliquando ortũ habet à crimine,id est,speciali inhibitiõe criminis,scilicet futuri,facta ab homine:& tũc nõ est opus monitione super emendatione criminis iã cõmissi,vt incidat: imò statim incidit:vt cùm monet superior aliquem vt nõ fornicet cũ tali,aliàs ipsum excõmunicatũ cõtra faciat,excõmunicari põt: & excõicatus est sine alia monitione super emendatiõe criminis.Et ratio est:quia iste verè contumax est. Aliquando verò cõtumacia oritur à crimine iam cõmisso: vt dũ cõmisit quis crimen super quo monitus erat ne cõmitteret:& sic nec lata nec cõminatã est sententia in cõtra facientẽ:& tũc opus est monitione,si cõtingat:& si cõtumax fuerit,poterit excõicari.hæc ille.

13 ¶ Ex† his habetur q prohibitio alicuius futuri roborata sententia,vt si quis fecerit hoc,sit excõicatus, non indiget monitiõne:quia scilicet ipsa prohibitio est monitio: sed monitio est necessaria,vbi infert sententia pro re præterita originaliter:& sic quia omnis cõstitutio respicit futura:vt in c.ij.de cõsti.nulla sententiã latis monitionẽ requirit:quod limita vt infrà Excõmunicatio vij.excõmunicatione xx. Sed tamen notandũ quòd dicta decretalis secundũ gl. habet locũ in excõmunicatiõe etiã cõtra personã incertã,&cõsequenter in sentẽtiã etiã generali.Quãdo autem monitio sit debita,vide ti.seq.§.j.Post hæc verò sententia ferri cõsueuit duobus modis.Primò,in generali,quando reus ignoratur: vel in speciali:vt dicendo excõmunicamus tales vel talem,propter talem causam sententiã scribẽdo.Et licet nulla sit determinata forma verborũ,oportet tamen q excõmunicator vtat verbo,excõmunicamus,vel æquiualenti: qđ exprimat cõsensum iudicis de præsenti. Vnde Ray. nõ approbat illũ modũ quorundã,scilicet denũtiamus talem excommunicatũ , quem scilicet prius nõ excõicauerunt:quia illa verba nõ sunt apta ad excõicationem.& gl.dicit q talis est vitandus ab ipsis,quibus denuntiat:quia nõ eorũ est iud careuerũ sit excõmunicatus nẽne:tamen si agat in foro cõtentioso, nõ iudicabit excõmunicatus.De causa autem finali excõmunicationis,cùm sit eius effectus,dicetur in tit.seq.

Quãdo nõ requiritur monitio.

14 ¶ †Circa præmissa autem dubia multa cõsurgunt.¶ Primũ,verũ prælati regulares,qui in excõmunicando nõ seruant formã supradictã, incidant in supradictã pœnã?Et Lapus quidem dicit q non , hac ratione: quia cũ singulis horis habeat corrigere,durũ esset vt semper chartã & calamũ tenerẽt in manibus:sed text.in c.cũ medicinalis.de sent.excõ.lib.vj.secundũ Gemi.adstringit ad dictam formã omnem habentem potestatem excõicandi:dicẽs,quisquis igitur excõmunicat.Nec valet ratio Lapi:quia nõ habet continuè corrigere de criminibus quæ requirãt summã pœnã,id est,excõmunicationẽ. Limitari tamen põt quo ad ofs quod dicitur de ista forma, qñ seruãdo eã periculum esset in mora:quia tũc locũ nõ habeat dicta pœna,secũdũ Dir.& Io. And.& gl.in d.c.sacro.eo.ti in verbo,temerarius.quia hoc casu excõmunicator nõ fuit in culpa.Secundò , limitat quo ad religiosos specialiter & rationabiliter quãdo statuta sui ordinis vel cõmuniter approbata cõsuetudo aliud haberet : quia vt dictũ est suprà,Citatio.§.vlt.secundũ Pan.ordo iuris in regularibus nõ seruatur ad vnguem.Tertiò,limitat Sum.Ang. quo ad religiosos,si ex ignorantia cõtrafacerent:quia faciliter inquit,religiosi ignorãt iura:vt in c.veniens.de simo.sed licet illud c.verũ dicat,propter hoc tamen nõ excusat religiosos, maximè prælatos:maximè quia tunc nullus talis potest ignorare,nisi ex negligentia maxima:& in eis maximè est verum illud,Ignorantia facti,non iuris,excusat.de reg.iur.in vj.Et tanto magis,quanto nunc religiosi,mendicantes præcipuè,ex diuina prouidentia sunt illi,qui principaliter habent curã animarũ quantũ ad laborem & effectũ : licet nõ habeãt iurisdictionem ordinariã in populũ,neque beneficia.

15 ¶ † Secundum est,vtrum in excõmunicatione sit forma verborũ certa determinata?Et dico q oportet vti talibus verbis quæ exprimant consensum iudicis de præsenti excõmunicantis:sicut in simili de spon.c.si inter virũ.& de spon.duo.c.j.& secundũ Host. requiritur expressio certa. Vnde si dicat iudex. Denũtiamus talem excommunicatum: quem tamen prius nõ excõmunicauit:vel ,habeo talem pro excõmunicato,vel huiusmodi:nõ erit excõmunicatus in foro contentioso,secundũ Gul.nisi aliter constiterit de mente iudicis:vt quia semper solitus est ita dicere.tunc enim est excommunicatus:quia verba intentioni deseruiunt,nõ econuerso.xxij.q.v.humanæ.& sermo rei,non res sermoni est subiecta.de ver.signi.intelligentia in foro tamen pœnitentiali eligenda est tutior via,vt se patet excõmunicatum,si dubitat de intentione,secundum Host.& Gul.sed tamen non sunt aliqua verba determinata , quibus ita oporteat vti, quin posit quis æquipollentibus vti , vt dictum est.

16 ¶† Tertium,vtrum sit quis excõmunicatus, si iudex dicat, Excõmunico te & absoluo?Et dico secundũ Verũec quòd si vtrunq; simul intendebat,nihil egit:si autem voluit excõmunicare prius,& absoluere post: vtrunque valuit. Si autem dicat,Excommunico vnum de istis duobus:credit Gulielmum esse excommunicatum,de quo iudex intellexit , quod si non potest sciri , aut vaga ,id est , indeterminata fuit eius intentio,neutiõ neuter est vitandus vt excõmunicatus:licet in foro animæ tutior sit eligenda vbi dubitatur.

17 ¶ Quartum† est, si mandetur duobus vt aliquem excõmunicent:& vterque eorum eodem momento dicat,Excommunico talem,si illum talis nõ excommunicauit,vtrum iste sit excõmunicatus?Et dico secundum Hugo.quòd sic,quia vtriusq; iudicis intẽtio est quòd iste excommunicetur . Et est sensus,Excommunico te,si ille &c.id est,quia nescio an ille te excommunicet:vt sic pœnam non euadas.

18 ¶ Quintum est,† vtrum cùm dicit iudex Excommunico te.vel vbicunque fit mentio de excõmunicatione,intelligi debeat de maiori?Et dico quòd sic, quando iudex sic dicit si aliud non exprimat,per c.si quem.eo.ti.& idẽ videtur vbicunque fit mentio de excommunicatione simpliciter sine limitatione:quia verba simpliciter prolata,consueuerunt, & debet accipi in significato cõsueto:vt in c.ex literis.de spon. & l. Labeo. ff.de sup.leg.communis autem vsus habet quòd accipiatur pro maiori:vnde excõmunicatum minori nõ dicimus simpliciter & communiter excommunicatum.

19 ¶ Sextum,† vtrum excõmunicatio maior fieri posit ad tempus? Et dico quòd secundum Ioã.de Lig. excõmunicatio dicitur perpetua:quia nullũ tempus cõtinet diffinitiuum.Intelligitur tamen donec expiret:& potest fieri ad tempus secũdum do.Anto.& eius absolutio:vt recitat Pan.in c.veniens.el ij.de testi.vbi dicit quòd potest absolui vt ferat testimoniũ , & deinde reincidat:suspendi autem non potest:sed oportet quòd totaliter liget,aut totaliter tollatur, secũdum glos.in c.præsenti.de sen.excõ.lib.vj.Potest autem ferri conditionaliter:& conditione deficiente non ligabit,vt dicetur.tit.seq.in princ. casu xv.Absolutio verò non potest fieri cõditionaliter: quod intellige de conditione propria,quæ actũ suspẽdit : quæ scilicet est de futuro,non de præterito,vt suprà dictum est,Absolutio.iij.§.4.

20 ¶ Septimum† est,vtrum posit quis excommunicari per literas?Et dico,secundum Arch.& Ioan.de Lig.quod potest quis excommunicari per literas,etiam excõmunicato ignorante, si excõmunicans hoc expressit:sed nõ punitur in termedio tẽpore si se ingerat fideliũ cõmunioni. Sufficit autem quòd sententia excõicationis vel interdicti sit lata publicè ad hoc vt teneatur quis ad obseruãtiã eius.de ele. excõmi.illud.

21 ¶ Octauum† est vtrum excõmunicatio latæ sententiæ vel cõminatoria cùm dicitur:Sub pœna excõmunicationis?Et dico quòd vbi sic dicitur,nõ habet vim sentẽtiæ,sed cõminationis.Et sic intellige quod dicitur in rubro C.cõmina. vel epistolas.tamen secundum Host.& Hug.quando prohibitio est à lege,ut est canone,hæc verba habet vim cõminationis.xx.dist.per totũ.quãdo verò est à iudice, habent vim latæ sententiæ,dumtamẽ iudex hoc non intendat: quia mitius agitur cũ lege, quàm cũ ministro legis.ff.de arbi. l. si cũ dies.& consentit gl.Ray.Et addit Ho.q in hoc iudici credẽdũ est, & ante eius declarationẽ excusatur,qui probabiliter credidit quòd esset cõminatio tantũ.Sed tamẽ quia iudicis intẽtio nobis constare nõ potest, cõcludit glo.in c.vnico.de sagit. & in c.ij.de simo.& in c.ij.de matri.cõtra.cõ.inter.ecc. q nõ est lata sententia,quãdo sic dicitur:& hoc nisi aliud appareat ex cõiectura.& communiter ita tenetur. Dicit autẽ Gul. q si iudex dicat,Præcipio sub interminatione vel pœna excõmunicationis ne fureris:furãdo nõ incidis.Secus si excõmunicet sub conditione,dicẽdo, Excõmunico omnes,qui furtiuè ordines suscipiunt:quia cõtra faciendo es excõicatus. & idem in d.gl. in d.c.vnico.de sagitta.

22 ¶ Nonum† vtrũ aliquibus verbis aut regulis cognosci posit quando canon sit latæ sententiæ, aut ferendæ?Et dico, secundũ Pan.in c.si diligenti.de fo.comp. q cùm fertur sentẽtia in iure p participiũ tẽporis præteriti: vt, sit excõmunicatus vel interdictus:tunc ipso iure regulariter ligat. de ele. cupientes.in §.cæterum. & idem tenet gl.ibi in verb.suspensos.& in c.quicunque. de hære.li.vj. & similiter gl. in l.in criminali.C.de iuris.om.iu.circa ista verba,sit metatus. Et hoc verũ,nisi alio iure appareat quòd canon sit sententiæ ferẽdæ:vt no.in c.ij.de fo.cope.in ver.sit sequestratus. Si verò verba nõ sint respectu præteriti temporis: tunc si sunt declaratoria,ipso iure ligat,vt si dicatur, Decernimus excõmunicationi subiacere, & huiusmodi:vel viribus careret:vt in c.nouit. de his quæ fiunt à præl.iũcta gl. Si autẽ verba sunt dispositiua,& respiciunt actũ iudicis,vt,priuetur,excõicetur,& huiusmodi:sic est canon ferẽdæ sentẽtiæ,nisi addatur aliquod verbum ostendens quòd ipso facto,de quo vide gl.in regula, in pœnis.lib.vj.vt ipso facto:vel eo ipso.&idẽ est de ly omnino, secundum aliquos:quia intelligitur ipso facto.Et gl.est secũdum Bal.in l.j.§.si pecunia.ff.depo.& idẽ est de ly,omnibus modis,id est ipso iure,p gl.in authẽ.de resti.& ea quæ.§.sancimus .& idẽ de ly mox,vt intelligatur ipso iure,per gl.in auth.de incest.nup.§.si verò contigerit. etiã verbũ præsentis tẽporis aut futuri non intelligatur ipso iure:tamẽ si diceret tale quid,cassent & irritent:intelligitur ipso iure, secundum Bal.in ti.de pa.Constã.c.j.col.ix.& idẽ Lud. Rom.in suis singularibus. Tenetur aũt cõmuniter de isto verbo,subiaceat. q sit latæ sentẽtiæ,licet sonet in futurũ.Similiter verbũ,habeatur vt no.in c.vnico.de iniur.li.vj.& probatur in c.si quis suadente.xvij.q.iiij.Adde quòd hoc verbum,sub anathemate,vel simile,cõminatorium est.ff.cõmi.vel epistolas.in rubro & nigro.De his Felinus in c.Rodulphus.de rescri.

23 ¶ Decimũ† est vtrum differẽtia sit inter maiorẽ excommunicationẽ,& anathema?Et dico q sunt realiter idẽ.quòd patet primò per d.c. Engeltrudã.vbi dicitur quòd anathematizati illi intelligẽdi sunt,qui nõ solũ à perceptione sacramentorũ,sed etiã à communione hominũ sunt separati:quod scilicet facere propriũ est maioris excõmunicationis.& secundò ex significato:quia idem est quod separatũ à cõmuni vsu,secũdũ S.Tho.Vnde & dicitur ab ana,qđ est sursum:& thema, quadã scilicet figura olim impressa frõtibus dãnatorũ,quia à ciuili conuersatione separabantur:quasi superna damnatio vel maledictio. vnde pro excõmunicatiõe ponitur.xxiij.q.iij.certũ est. Vnde sicut duplex est excommunicatio,scilicet solennis : quæ est solius episcopi,vt dictum est:& non solennis : ita etiam dupliciter sumitur anathema. Vñ vj.q.ij.in c.visis.dicitur numero episcopalis,scilicet quãdo est solenne.Additur tamẽ ad ly excommunicamus:ly anathematizamus,ad maiorem terrorem.

Rursus de Excommunicatione secundò id est, de maiori quantum ad virtutem obligatoriam eius.

1 *Excommunicatio maior, quando obligit, vel id minimè: & proinde non sit timenda:vbi quid quindecim casibus: de quibus sigillatim & iuxt.*
2 *Sententia,licet iniusta fuerit timẽda sit:qualiter intelligendũ.*
3 *Sententia iniusta,quot modis dicatur?Et vt iusta sit,quot concurrere debeant.nu.seq.*
5 *Sententijs quorumcunque prælatorum, per viam statuti latis, qui ligari dicantur.num.6.*
7 *Statutũ an forenses liget:& qđ de subditis extra territoriũ.n.8.*
9 *Limitatio ad cap.vt animarum.*
10 *Sententia lata,quæ iuris non est,licet hominis sit,qui ligentur: & an etiam extra territorium.*
11 *Sententia pro futuris culpis an ferri posit.*
12 *Delinquens contra Episcopi statutum in loco exempto an pœna statuti ligetur.nu.seq.*
14 *Licẽtia ingrediẽdi monasteria exẽpta, petenda ne sit ab Epo*

Universidad de Deusto
Biblioteca

cessum ad illa prohibẽte: an verò ab eo qui horũ curã gerit?

15 *Prælati Episcopis inferiores, an habeant territorium? Et an religiosorum subditi extra exemptorum loca, in quibus degunt delinquentes ligentur?*

16 *Iudice dicente, Excõico te, si appellesve appellare præparaueris, an sententia teneat: & sic appellans excõicatus sit. Et quid si iudex dicat: Excõmunico te, si talẽ elegeris: an sententia efficax sit, ac teneat, & inde nulla sit electio inde facta nu. 17.*

18 *Iudex si dubitat: Excommunico omnes, qui nouerint scientesque authores talis damni, vel furti, si non reuelent: an scientes & nõ reuelantes in excommunicationem incidant? Et hic sapius Angel. Sum. refellitur. Et quid si res, ob quam incutitur excõmunicatio, ab aliquo in compensationis titulũ detineatur? nu. seq.*

20 *Episcopo excommunicante omnes, qui in die festo in ecclesia parochiali missam non audierint, an omnes non audientes excommunicationem incurrant?*

21 *Iudex si dicat: Excommunico te si habes res furtiuas, & non reddis: an appellatione huiusmodi sententia suspendi possit?*

22 *Causa falsa, ratione erroris intolerabilis, an possit aliquando nullam facere sententiam? Et quid si causa falsa, sit notorie, aut non notorie impossibilis? ibidem.*

23 *Impotentia implendi, quod mandatur, notoria, an excuset implere non potentem?*

24 *Episcopus, aut iudex si præcipiat cuipiã sub excõmunicationis pœna, vt aliquid det sibi, & in quo peccatũ nõ versetur, iniustũ tamen sit, an huius sententia teneat? Et an qui consulit eis, cui mãdatum sit, vt mãdato huiusmodi iniusto nõ pareat, peccet?*

25 *Incidẽs ex ignorãtia in excõicationis sententiã, num ligetur?*

26 *Rector pro eo, quod in administratione sua facit, excommunicatus: an si post ea remoueatur, excommunicatus quoque sit?*

1. notabile. In v. casibus excõmunicõ da.

EXCOMMVNICATIO † secundò maior, quãdo obliget vt plenius cognoscatur, sciendum est primò quòd excõmunicationis sententia lata ab homine aliquãdo est ipso iure nulla: & consequenter nec obligatoria, nec timenda: & hoc secundũ Pisa. est in quinq; casibus: secundũ aliquos in vij, secundũ alios, vt Arc. in ix. secũdũ veritatẽ in xv. qui oẽs ad ix. & vij. & v. reducũtur. & oẽs cõiter numerãtur per doc. in c. solet. & in c. presenti. eo. ti. lib. vj. ¶ Primus est quãdo is qui tulit eã, de hoc nõ habebat potestatẽ: vt quãdo nõ erat iudex excõicari, vel hmõi. xj. q. iij. sententia. & in c. ad nostrã. de consue. quod intellige, nisi quis ex certa scientia in eã tãquàm in suũ iudicẽ cõsensisset. ff. de iurisdict. omn. iud. l. si per errorẽ. & ff. de iudi. l. ij. Hic aũt casus sub se cõtinet multos sequẽtes in vj. ¶ Secundus est, qñ est à iudice etiã suo siue proprio, sed excõicato. extra. ij. q. j. audiuimus. quod quidã intelligit, si publicè, nõ autẽ si occultè: quia valet ratione publici officij: alijverò etiã si occultè. Pan. autẽ in c. veritatis. de do. & cõcu. tenet vt statim dixim. Est autẽ idem secũdũ Ray. de intruso. xiij. q. ij. alienationes. & de suspẽso vel interdicto. quod S. Tho. dicit verũ. si fit suspẽsus à iurisdictione: vt in c. quia. de cõcess. præbẽ. cũ ibi no. Secus si ab ordine tantũ: quia posset ea quę sunt iurisdictiõis: sicut econuerso suspensus vel interdictus à iurisdictione põt ea ipse sunt ordinis. Si autẽ horũ crimẽ sit occultum: secundũ Ray. & Arch. horũ sententia esset nulla, sed tamẽ toleranda quandiu occultũ est crimẽ, & illi ab ecclesia tolerãtur. viij. q. iij. nõne. quod intelligo, publicè: quia si ab his excõmunicatus celebraret publicè, aut se diuinis immisceret, daret scãdali occasionẽ, si ꝓbare nõ posset iudicem excõmunicarum. Secus in occulto: quia in veritate sententia nulla est. ¶ Tertius est, quãdo is, qui eam tulit, est violator interdicti hominis. c. tanta. de excess. prælat. quod verum intellige, nisi à violatione fuisset absolutus. ¶ Quartus est, quãdo quis subditum excommunicat contra sui priuilegij tenorem, de priui. cum capella. & c. quanto. ¶ Quintus, quando fertur à delegato impetrato in casu non permisso: vt de rescrip. c. j. lib. vj. & de offi. or. plerique. ¶ Sextus, cũ quis excõicatur à delegato contra delegatis intentionẽ: extra de præb. c. fi. ¶ Septimus est, quãdo quis excommunicatur post legitimam appellationẽ: vt in c. solet. & c. venerabilibus. eo. ti. lib. vj. & in c. per tuas. eo. ti. qũ secũdum Pan. in c. venerabili. de cens. fallit, quãdo prælatus procedit extraiudicialiter vt pars, ad cõseruationem iurium suorum: quia sicut materiali, ita & spirituali gladio se defendere potest: nec tenetur admittere probationes in contrarium, vel appellationem: vt in c. dilecto. eo. ti. lib. vj. Si tamẽ appellatio nem intra statutum tempus non prosequatur, quid iuris, vide supràh, Appellatio. §. iiij. & infrà, Excommunicatio. vj. §. j. Appellatio tamen post sententiam factam, illam non suspendit, secundũ Pan. in d. c. per tuas. sed solùm defert iurisdictionem ad superiorẽ: vt in c. pastoralis. & quod ibi no. de app. Est autem sciendum in hoc casu & sequẽti, quòd si eos propones non petat absolutionem, debet tamen audiri. eo. ti. c. per tuas. Si verò absolutionẽ petat ad cautelã, negari nõ debet, etiã si aduersarius vel excõmunicator se opponat: nisi diceret eũ excommunicatum pro manifesta offensa, quo casu dabitur sic dicenti terminus octo dierum: & si probauerit, nõ absoluetur nisi præstita emẽdavel cautione de parendo iuri si offensa sit dubia: sed tamen pendente probatione prima, ideſt illius qui fuerat excommunicatus, debet vitari in illis omnibus, quæ vt actor in iudicijs attentauerit: extra iudicium verò in officijs postulationibus, electiõibus, & alijs legitimis actibus debet admitti. eo. tit. solet. lib. vj. quòd si appellationẽ sup hæc non fuerit prosecutus, vt debuit intra tẽpus à iure vel iudice statutũ: & ipse fuit excõmunicatus expẽsse & nominatim lapso dicto tẽpore debet denũtiari: & tã in iudicialibus quàm extraiudicialibus actibus debet remoueri, donec de ipsius sententiæ docuerit nullitate. e. ti. c. licet. lib. vj. De isto autẽ tẽpore habes in c. cũ sit. de app. Notat aũtẽ Pan. in d. c. per tuas. licet ibi nõ ponantur nisi duo casus, in quibus quis debet audiri, tamen hec exẽpli gratia intelligitur: vade in omni casu quo quis dicit sententiã esse nullã, debet audiri in iudicio volens hoc probare, quamuis nõ petat absolutionẽ, secundũ communiter doc. in d. c. per tuas. & vitari debet in iudicio & nõ extra modo dicto: allegãs tamen sententiã fuisse iniustã nõ auditur ante absolutionem. ¶ Octauus est, quãdo sententia continet intolerabilẽ errorẽ: vt in d. c. per tuas. eo. tit. Est autẽ intolerabilis error, primò quãdo præcipitur illicitum: vt excõico te si nõ fueris. vel prohibetur bonũ de se: vt, excõmunico te si Deũ colis, aut paupi tribuis eleemosynã. xj. q. iiij. si ie. & in c. venerabilibus. eo. ti. & cõsentit Ray. Pet. Gof. & Hos. in Sum. Secundò quãdo præcipitur impossibile, secundũ gl. in d. c. per tuas. Tertiò quãdo pronũtiatur expresse cõtra ius scriptũ: vt dicendo: pronuntio excõmunicationẽ valere, quamuis sit lata post legitimam appellationẽ: vt ij. q. vj. §. diffinitiua. Sed intellige quando error est expressus in sententia. si autem nõ exprimatur in sententia, illa tenet secũdũ gl. in d. c. per tuas. nisi appellatiõe suspendatur, quã tamẽ gl. Pan. in c. cũ apostolorũ. de censi. dicit verã, quando nõ constat notorie de errore. Sed quãdo notoriè cõstat: vt puta, quia noluit eum procurare vltra numerum debitũ, excõmunicatio nõ ligat. & d. gl. hoc tenens est falsa. cle. pastoralis. §. Pisana. de re iu. Vñ si error est in facto: vt dicẽdo, Excõmunico te propter tale peccatũ commissum, puta furtũ: quod scilicet nõ est verè cõmissum, ligat secundũ gl. in d. c. per tuas. & Gul. quia error nõ est ex pressus & hæc causa licet sit falsa, est tamẽ possibilis: & hic est quo ad ecclesiam ligatus, & si. non quo ad Deum: & si contemneret, peccaret

peccaret mortaliter: vt in dicto cap. per tuas. Vnde secũdum Ray. tali cõsulendum est, vt patienter sententiam ferat, scilicet non ingerendo se cõmunioni fidelium, & instanter absolutionem petat. & consentit S. Tho. Innoc. & Bern. Sed intellige semper, nisi de errore facti notoriè constaret. ¶ Nonus est, qñ quis excõmunicat participantes excommunicato nõ in crimine, sed in locutione, & alijs casibus, quibus incurritur minor: quia talis sententia ipso iure nulla est: nisi præmissa trina monitione, vel vna pro tribus, cũ aliquo dierũ interuallo, quibus, vel in quo nominatim exprimãtur ipsi admonẽdi, ne cũ tali participent: vt in c. statuimus. & in c. constitutionẽ. eod. ti. lib. vj. & fine dicta monitione excõmunicãs ipso facto est per mẽsem ab ingressu ecclesię suspẽsus: vt in c. sacramẽto. eo. tit. & notatur in d. c. statuimus. Et ratio est, quia nullus excõmunicari debet nisi pro mortali: cuius modi nõ est prædicta excõmunicatio, nisi post monitione: quia tunc est cum inobedientia & cõtumacia. Ista tã limitãtur primò quando excõmunicator est inferior papa: quia papa excommunicare potest aliquẽ cum participãtibus. & sic ligarẽtur eadem sententia ab ipso solo absoluẽdi. c. quod in dubijs. eo. tit. Secundò limitatur secundũ Ioã. And. & Abb. & sequitur Pan. in d. c. quod in dubijs. cùm quis excõmunicat participantes cum excõmunicato à se: quo ad excommunicatũ enim ab alio teneret sententia, quamuis illi nõ esset monitum: vt si episcopus excõmunicet participãtes excõmunicato ab archiepiscopo vel papa, quod clarè videtur probari in d. c. statuimus. ibi, excommunicatis ab eo. quo etiã casu nõ valet sententia suspensionis vel interdicti, nisi canonica monitione præmissa: vt in c. statuam. eo. tit. lib. vj. Tertiò limitãt aliqui quãdo singulares & nominatæ personæ excõmunicãtur: quia tũc requiritur monitio specialis. si autẽ sententia generaliter fertur, tunc dicunt sufficere generalem: & sic adhuc remanent antiqua iura. Sed gl. in d. c. cõstitutionẽ. dicit quòd tutius est dicere hodie quòd excõmunicatio in participãtes ferri nõ posit in genere: & sic sublatũ est quod dicitur in d. c quòd in dubijs. In his ergo tribus casibus, vel saltem in duobus, timenda esset, non aliàs. ¶ Decimus est, quando prælatus suis subditis interdiceret ne exponat suis superioribus aut legatis aut inquisitoribus statum suarũ ecclesiarũvel monasteriorũ, personarũ & rerum suarũ, & de hoc ferret sententiã excõmunicationis: vt in c. quia plerique. de offic. ordin. lib. vj. Hos casus omnes ponit Io. And. in c. præsenti. de sen. exc. libr. vj. licet primũ & secũdum non diuidat. & consentit Arch. iij. parte. tit. xxv. c. lxxiij. ¶ Vndecimus est, quãdo prælati excõmunicant subditos, quãdo nolũt eos procurare vltra cuecctionis & personarũ numerũ taxatũ in cap. cũ apostolus. de censi. dum eos visitant: vt in cap. cum ad quorundam. de excess. prælat. ¶ Duodecimus est, quando sententia profertur generaliter contra nõ facientes aliquid: puta restitutionem vel solutionem: & aliquis non facit, quia nõ potest: quia sic nõ ligatur, secundũ Fed. cõsil. xciij. quia secundũ Pan. in. c. j. & gl. de offic. delegat. verba similia, scilicet generalia, debẽt intelligi modo ciuili. arg. l. si cui. ff. de serui. & impossibiliũ nõ est obligatio. de reg. iur. c. nemo. lib. vj. Sed tamen de hoc vide infrà Pœna. §. xviij. vide etiã j. eo. §. iiij. duodecio xij. ¶ Decimustertius est quando sub pœna excõmunicationis imponitur vt aliqd fiat in certo termino: & terminus prorogatur ab eo, cui facere debebat: puta si Petro imponit vt soluat Henrico x. in pascha: & Henricus prorogat vsq; ad Pentecosten: in quo casu Host. & Inno. dicũt ꝙ creditor terminũ prorogare non potest quantum ad sententiã excõmunicationis, scilicet vitandam, nisi iudex prorogationi consentiat: quod si fiat, aduenĩẽte secundo termino est excõmunicatus, & nõ solutus: quia terminus videtur prorogatus cũ accessorijs. arg. ff. de precar. l. fi. & manente. Si tũ pars in primo termino reputat sibi satisfactũ, cessat excommunicatio tota. Contrariũ autẽ tenuit Pet. in c. j. de loca. facit c. præterea. de app. Bar. in l. j. §. & post operũ. ff. de no. ope. nun. tenẽdo quòd ille nõ sit excommunicatus. Sed Io. And. in c. præterea. de appel. el ij. dicit ante factum tenendã esse opi. Host. & Inn. post factum autem contrariũ dicendum est: & dicẽs hanc opinionem cõtrariam esse veriorẽ: quia iudex sententiam fulminat in fauorẽ partis: & dato partis assensu excluditur cõtumacia. Et hanc opi. Pan. verisimã putat, adducens simile: quia iuramentũ præstitũ parti, principaliter obligat Deo. de iureiur. si debitores. & tamen si ille, cui iuratur, obligationem remittit, nõ indiget iurans aliqua absolutiõe: quia etiã Deus remittere videtur, cùm ad alterius vtilitatẽ acceperit iuramentum. facit de spon. c. ij. Si tamen Dei cõtẽplatione principaliter iuratur, seeus est: quia tunc etiam papa non remittit sine causa. de iureiur. c. quanto. Et ita in proposito cùm iudex excõmunicet in fauorem partis: si pars vult terminũ differre, etiam iudex videtur differre velle: cùm nil aliud agat, nisi vt partes ad concordiam reducat. l. j. §. potest autem quis. ff. de noui operis nuntia. Et pro hac opinione videtur casus expressius in cap. j. de loca. Intellige tamen si consensus præstatur ante commissam pœnam: quia si pœnę iam inflictæ superueniat, eam non tollit. Faciunt notata per Bartol. in l. j. §. sed si filius. ff. de leg. iij. Si autem aduenĩẽte secundo termino non soluat, erit excommunicatus, si prorogatio est facta de consensu iudicis. facit cap. significauit. & c. ad reprimendam. de offic. ordin. non aute si est facta sine iudicis cõsensu, etiã posito pacto, quòd si nõ solueret, reincideret: vt determinat Bal. in l. tale pactũ. §. qui prouocauit. ff. de pact. dicens quòd excõmunicatio nasci nõ potest ex cõtractu: se solùm ex sententia: tale autem pactum, quod reincideret, nõ est sententia. Sed intellige dictum Bal. quãdo pactum est appositum per debitorem & creditorem: quia si apponeretur in sententia absolutionis per ipsum iudicem reincideret, vt dictũ est. ¶ Decimusquartus est, quando iudex sententiam ferens ligare non intendit: quia excommunicatio ab excõmunicatoris intẽtione vires sumit, secundum Panor. in cap. ex parte. el j. de offic. ordi. Facit quod not. gl. in cap. ij. de testib. cog. & in c. penult. & gl. de offi deleg. & in c. j. de iud. Et ideo quando iudex generaliter excõmunicat qui fecerũt aliquid, vel nõ reuelãtes: si intẽdit aliquos ab hoc eximere, nõ ligantur in veritate, & si fortè aliquãdo secũdum cõsciẽtiam suã: & similiter quãdo fit ad instantiã alterius solùm, nõ ligat vltra intẽtionem eius. c bonæ memoriæ. el j. de postul. prælat. ¶ Decimusquintus est, quando excommunicatio sub cõditione fertur: quia do casu nõ ligat ante quàm extet conditio, secundum Host. extra eo. à nobis. & si pendente conditione appelletur, tenet appellatio: quæ tamẽ releuaret si sententia pure ferretur. extra de appel. pastoralis. Sed solùm transferret in superiorem causæ cognitionem: vt in c. p tuas. eod. tit. Et si pendente cognitione definat esse eius subditus: tenet tamen sententia, nisi appellet. extra de fo. compet. ea p. pen. extra de offic. deleg. cap. gratum. & c. relatum. & cõsentit Innoc. & Host. & Ioan. And. licet cõtrarium sentiat Arch. Sed si pendẽte cõditione excõmunicator moriatur vel amoueatur: non est excommunicatus postea qui facit contra illam sententiam: quia expirat, & non ligat, secundum Panor. in cap. cum ad hoc. de cler. non re. & quælibet etiam alia sententia expirat, ex quo nõ habuit effectum in vita sententiantis. facit ff. de pœn. l. fin. Quod tamen Panor. & Archid. limitant nisi diffiniendo illud statuerit. ff. de offic. præsid. l. penul. vel nisi à successore expresse cõfirmetur. extra de loca. cap. j. secũdum Hostien. Dicit autem Pet. de Pal. in iiij. quòd cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

scientibus notum est,sententiã esse nullam, licet apud vulgũ non sciatur:potest homo eam in occulto non seruare: in publico autem debet eam seruare quousque scandalũ rationabiliter sedauerit:vt sicut aliquis publicè excommunicatur, & denunciatur : ita ex aduerso ipse publicet causam quare sententia nõ valet,quo facto amplius non est scandalũ pusillorum,sed Pharisæorum,& ideo cõtemnendum. Vide in omnibus prædictis catibusnullo modo timẽda est quo ad Deũ vel ecclesiam, quando notoriè constat de culpa: quado autem non cõstat,timẽda est quo ad ecclesiam:& contemnens moraliter peccat,& iustè posset excommunicari. Et ¶ sic intelligitur cap.j.xj. quæst.iij. vbi dicitur quòd sententia pastoris, siue iusta,siue iniusta fuerit,timenda est:quia eadem videtur ratio si sit nulla,& de nullitate nõ constet. Contemnere autem,siue agere ex contemptu,secundũ Steph.est mandatum non curare.xj.qu æst.iij.excellentibimus.& sic cõtemnere,vt etiam dicit Sanct. Tho.ij.ij.q.clxxvj.art.ix.est quando non propter aliquam causam,puta iram vel cõcupiscentiam quis transgreditur: sed solùm propter hanc, quia non vult parere præcipienti:& hoc nisi ex eadem causa quis frequẽter iteret delictum ,secũdum Zab.in cle.j.de sepul.Sed intellige quòd etiam ista iteratio nõ facit propriè contemptũ,cùm non aggraueț infinitè,nec alteret delicti naturã: sed facit præsumptionem contẽptus in foro contentioso. ¶ Sciendum ț est secundò quòd sententia excõmunicationis tribus modis est iniusta,secundum S. Tho.in iij.& Ray.& Arch.& gl.eo.sacro. ¶ Primò ex causa:quia scilicet nulla prætenditur in sententia: vel si prætẽditur,nõ tamen verainel si vera, nõ sufficiẽs & rationabilistve in c.sacro.eo.tit. ¶ Secundò, ex animo:quia scilicet licet exprimatur causa vera,sufficiẽs,& rationabilis:nõ tamen sine debito promulgatur,puta zelo iustitiæ vel huiusmodi,sed indebito,puta indignationis,inuidiæ vel huiusmodi.xj.q.iij.illa .& in c.cum medicinalis.eo.tit.lib.vj. Ideo tutũ est vt offensus sententiam promulget per alium:vel si per se vult facere,saltem nõ quando monetur passione, sed residentiã eius expect-t. ¶ Tertiò,ex ordine iuris scilicet prætermisso:quãdo scilicet causa est idonea,& finis bonus,sed iuris ordo non seruatur:vt quia nõ præcesserit monitio debita vel facta nõ fuit coram personis idoneis.extra eo.sacro. ¶ Quando autem monitio sit debita,secundum Pet.& Ray.& archid.dicẽdum est quòd in hoc stabitur arbitrio boni viri,siue sit trina,siue vna pro tribus: maximè in notorijs. Et secundum gl. in cap.constitutionem.el j.eodem tit.lib.vj.fit tribus modis. Primò fit:Monemus te pro prima:qua finita,monet secundò pro secunda:qua finita,monet tertiò pro tertia. Secundò interdum vna monitione facit tres,fit:Monemus te vsque ad diem talem pro primo,talem pro secundo,talem pro tertio. Tertiò vnã tantùm dat dilationẽ dicens:Monemus te quòd vsq; ad talem diẽ pro primo,secũdo,& tertio peremptorio à communione taliũ abstineas,&c. Et secundum eandẽ gl. super verbo ,cõpetentia,scilicet interualla inder arbitrabit pro personarũ & negotiorum qualitate. Qui autẽ dicãtur moniti nominatim,infrà in verbo,nominatim. Ext omnibus autẽ dictis collige quòd ad iustã excõmunicationẽ oportet quòd ista cõcurrant. Primò,causa iusta.secũdò, animus iudicis boni. Tertiò,ordo iuridicus:vt scilicet monitio,præmittatur debita,& sententia feratur in scriptis,&verba sint cõgrua,& causa exprimatur,& exemplũ scripturę,si requiratur,detur intra mensem.Sed tamẽ secũdum Pet.Ray.& S.Tho.quãuis præterea iniustam sententiã quocũq; illorum triũ modorũ graviter peccet:tamẽ talis sentẽtia tenet,& ligat quantũ ad ecclesiã militantẽ,nisi esset ipso iure nulla.secundũ Ray.ex aliqua scilicet dictarũ causarũ,de quibus ț in prin.debet ț fieri

communicator eam reuocare,vel excõmunicatũ absoluere, quando sui errorem vel iniustitia aduertit,nõ obstante contradictione aduersarij.Sed caueat ne prætendat errorem vel iniustitiã in alterius partis præiudicium indebitè:vt in c.sacro.eo.tit.Caueat etiã qui se tenet excommunicatũ iniustè vel ex falsa causa,ne sententiã contenat:quia mortaliter peccaret, & iustè posset excõmunicari.xj.q.iij.c.audi. §.cũ ergo.nisi in casibus dictis in hoc tit.in prin. ¶ Sciendũ ț est tertio ad intelligendũ qui ligẽtur à sententijs quorũcunq; prælatorũ latis ț per modũ statuti,quòd vt colligitur ex Pan.in c.à nobis.el j. de sent.excõ.& Gemin.in c.vt animarũ.de cõstit.lib.vj.sic distinguẽdum est.Aut enim sit cõtra statutũ ab existentibus in territorio statutis,aut extra eius diœcesim.Si primum, siue sint subditi siue foreles,& sciunt statutũ, sunt excõmunicati, & incurrunt omnem aliam pœnã statuti cuiuscũque pœnalis.Quod tamen Inn.limitat,vt ibi refert Pan. quado statutũ est aptum cõprehendere tam subditos quàm no subditos:vt si dicat,quicunq; furtũ fecerit,sit excõmunicatus. Si verò nõ sit aptum cõprehendere nisi non subditos: vt si statutum archiepiscopi dicat,quicũque archiepiscopus in prouincia mea cruce ante se portauerit,sit excõmunicatus:secundum Inno. statutũ no valet:quia no comprehendit nisi no subditos: cùm archiepiscopus no habeat archiepiscopum subditu. ex oft.autem hoc impugnat:quia sequitur quòd contra peregrinos in loco delinquentes nihil statui potuit. Pan.verò dicit hoc articulum esse dubiũ.sed tũ Host.adhæret.Si verò delinquentes etiam nõ subditi in territorio ignorant statutũ,gl. in c.à nobis.dicit quòd si statutũ punit factum aliàs damnatum, ligat etiam ignorates.& colentire videtur Bart.in l.cunctos populos.C.de sum.Trini.& do.Ant.Sed Io.Andr.in d.c.à nobis.& in c.vt animarum.tenet contrariũ.& videtur bi text.pro eo quia statuẽs dz excõmunicabat furesː& constat furtum aliàs esse damnatum,& tamen nõ ligat ignorates.Pan. autẽ vbi suprà dicit quòd opinio gl.est verior de rigore iuris, licet opinio Io.And.sit æquior:quia nõ pũt quis licitè allegare ignorantiam,cùm scire debebat factum esse damnatum.Secus si non esset damnatum:quia probabilis ignorantia excusat: & in dubio stabitur iuramento delinquentis.arg.in cap.si verò.el ij de sent.excõmunic.Mihi videtur dicendum quòd ignorantia etiam in facto damnato excusat pœnã statuti humanitus: forte esset statutum papæ,vel ignorantia esset crassa aut supina:sicut est text. in cap.vt animarum. sed non excusat à pœna diuina:nec quantum ad hoc licitè allegatur. Et ista fuit sententia Summæ Pisanæ.imò etiã in sententia papæ idem videtur intelligendum:quia S. Thomas in quodlib. articulo decimonono, tenet quòd constitutio papæ ligat omnes negligentes.& propter odium pœnarum videtur intelligendum de negligentia lata. vide infrà Excommunicatio.vbi.§.iij. Si ț verò secundum,scilicet extra diœcesim:sic ligantur forenses:verum verò ligentur subditi,vel forenses aliam pœnam statuti, Bartol.in dicta l.cunctos populos.distinguitːquia si statuens intẽdebat ligare subditos,etiam extra territorium,tunc ligãturːvel si dicit statutum quicunque furabitur vbicunq;,sit excõmunicatus.Si autem statutum est generale,restringitur ad territorium statuẽtis. Panor.autem in dicto cap.à nobis.dicit quòd multi moderniores. Leginm tenent oppositum in l.fin.ff de iurisd.omnũ iud.& hoc [illegible] credit verius:quia d.c.vt animarum,non dicit, illum subiacere pœnæ ex defectu voluntatis statuentis:sed potius ex defectu potestatis,vt patet ibiquia extra territorium ius dicenti non paretur impunè.Et hoc tenuit Summa Pisana allegans cap. vt animarum.Fallit autem hoc,quia ligãtur subditi in quatuor casibus. ¶ Primus est, si statuti originaț causa [illegible]

rio proprio ex facto negatiuo commisso in limitibus alterius territorij:sicut si statuto cauetur quòd faciẽs furtum vbicunq, nisi intra mentem à die commissi criminis comparuerit coram iudice delicti, vel coram nobis, sit excõmunicatus:ibi facies furtum ligatur , non ratione furti non fiendi: quia est factum negatiuum in territorio alieno:sed ex ea parte qua non cõparuit: quod comparere est factum affirmatiuum contrarium faciendum in limitibus territorij statuentis. Et ideo,quia per edictum ad hoc potuit arctari : vt in c.ex vestris.de ele.non resi.facit quod not.de rap.c.i.&.c.Romana.§. venerabilem.de fo.comp.lib.vj. ¶ Secundus est,quando statutum principaliter respicit rem subiectam statuenti : puta si episcopus per statutum excommunicat clericos non residentes, ligantur clerici etiam extra diœcesim residentes ratione rei,quia subiecti sunt episcopo , quæ sita est in eius diœcesi. Et de foro competenti.c.fi.etiam si persona sit extra diœcesim: reprehenditur in d.§.contrahentes.&per hoc quod hic sequitur. ¶ Tertius est,quia vbi quis tenetur ad aliquid faciendum, & illud nõ facit,factum videturvbi illud facere debebatvt ff.de regul.iur.Aqui non facit.& de vsur.c.j.lib.vj.& quod not.glossa.in c.j. vt lit.non contest.sicut si statutum mandat sub pœna excommunicationis omnes clericos interesse prouinciali capitulo in diœcesi taliqui non interfunt , etiam si sint in alia ligantur. ¶ Quartus est, quando factum est principiatum in territorio,licet alibi sit completum.Et facit quod no. Io.And.in c.j.de priuile.libr.vj.de fagitante in loco non exempto,cùm ipse sit exemptus , vt efficiatur subditus iudicis vbi fit.Et per hoc patet quòd religiosus faciens contra statutum,quod excommunicat quemcũq; assentientem prælatis extra ordinem,nisi prius restituțis libris,est excommunicatus si assentit:quia originatio facti fit in subiectione prælatoris:licet efficiatur exemptus ab eo post præstitum iuramentum. Et sic determinant Domini de Rota per not.per Ioannem. ¶ Et præterea requisiti.de app.de eo qui excommunicauit sine causa.¶ Et ideò limita tex.d.c.vt animarum.quòd statuto ligantur extra territorium delinquentis , quando delinquens,& res,circa quam delinquit,& ipsum delictum sunt naturaliter extra prouinciam seu territorium statuentis.

¶ Secundum ț est quartò, ad intelligendum qui ligentur quãdo sententia nõ est iuris,licet hominis,quod secundum Pan. dicenti,vbi suprà,sic distinguitur: Aut enim sententia fertur puro pro culpa præterita generaliter : aut secundò specialiter pro eadem culpa præterita: aut tertiò pro culpa futura generaliter : aut quartò pro eadem specialiter. Primò casu non ligat subditum,qui eam commisit extra territorium statuentis,sed subditum eius qui eam commisit in territorio, quamuis sit extra territorium tempore sententiæ: non subditum verò,qui in territorio deliquit,non ligat,si sit extra territorium,à quo scilicet iam discesserit,si generaliter proferatur, secus specialiter contra eum , nisi fuerit citatione præuentus antequam recederet,aut nisi ad requisitionem prædicti iudicis proprius,sub quo degit,ipsum citaret,& tenetur requisitus,secundũ notata in c.fi.de foro comp. vt iret ad re gendum:quia si hoc nõ faceret,excõmunicari posset. Et intellige in eo,qui non habet domicilium sub iudice sub quo deliquit.Secus si haberet domicilium: quia citari potest & excommunicari etiam extra territorium existens secundum Pan.ibi qui etiam dicit quòd cùm subditus ratione domicilij est ableus,citari potest per iudicem domicilij quo ad omnes effectus: & citatio decernitur facta in proprio territorio, licet minus exequatur extra. In secundo autem casu ligat subditum , qui deliquit extra territorium etiam ibi existentem:quia cùm coram vtroque ordinario possit conueniri.de foro comp.c.fin.potest cogi per ordinarium ad comparendum:& si non comparet.Et licet nuntius exequatur citationem:& si non comparet.Et licet nuntius exequatur citationem extra territorium proprium, tamen citatio decernitur facta in proprio territorio ipsius iudicis quo ad omnes effectus:quia secundum Pan.executio nuntij non est iudicialis: ideò potest exerceri extra proprium territorium. licet Pan. in cle.pastoralis.de re iud.teneat contrarium:quia doct.moderni tenent primum.Sed hoc intellige nisi ante talem citationem alibi caperet domicilium:quia tunc citatio non posset nec excommunicari tanquam contumax secundum communiorem opinionem,nisi esset citatione præuentus,vt dictum est.In tertioverò &quarto casu sententia æquiparatur statuto quo ad subditos solummodo in hoc vt non liget ignorantes,nec extra territorium delinquentes.quantumverò ad forenses postea delinquentes nullo modo comprehenduntur statuto,nec ligantur:quia cùm sententia vires sumat inconuenienti contra quos profertur , sic non potest comprehendere nisi subditos,secundum communiter Legistas in l.cunctos ț populos.C.de sum.trin. ¶ Et hoc no. quòd ista sententia pro suis culpis non potest ferri, nisi mora in exhibenda satisfactione præcesserit,aut culpa,seu offensa, vel alia rationabilis causa,quæ in ipsis sententijs exprimenda est:vt in c.Romana.§.caueant.eo.tit.lib.vj.si tamen feratur,tenet,licet sit iniusta secundum Gemi.ibi. ¶ Circa prædicta magis enucleanda dubia multa consurgunt. ¶ Primum est,vtrum ligetur delinquens contra statutum episcopi in loco exempto:puta si caueat statutũ quòd omnis ludens ad azardum sit excommunicatus,vel alteri pœnæ subiectus:vtrum ligetur ludens in loco exempto? Et dico quòd sic,secundum Marsi. & Archid.& Fed.cons.ij.hac ratione,quia locus exemptus est de diœcesi & territorio episcopi : alioquin frustra imperraretur priuilegium exemptionis.Contrarium tenuit Io.And.in nouel.in d.c.vt animarum.quia locus,inquit , extra diœcesim , & locus exemptus æquiparantur.Et consentit Io.de Lig.& Io.Cal.in d.c.vt animarum.&.c.cum episcopus.de offi.ord.lib.vj.& per gl.in cle.quauis.de fo.comp.quia,inquit,locus exemptus,& locus extra diœcesim æquiparantur.Inducit etiam c.lumino so.xviij.q.ij.&.c.j.de sta.re.lib.vj.& cle.fi.de priuil.per quę patet quòd,exceptis quibusdam casibus,nullam iurisdictionem vel potestatem habent episcopi in locis exemptis.Et Gem.in d.c.vt animarum . credit secundam opinionem veriorem:& hæc est tenenda.Nec valet rario Ped. qa est de diœcesi quãtum ad situm,sed non quantum ad iurisdictionem: ad quam annullandam prius habitam exemptio petitur vt non habeatur.Pe.tamen de Anc.in d.c.vt animarum.concordat hoc modo:quia si prælatus loci exempti ex forma priuilegij habet iurisdictionem episcopalem in suo loco exempto , est vera opinio Io.Cal.& sequentium.Si verò non habet,est vera opinio aliorum.Remittit autem ad c.postulasti.de foro compe. vbi dicit se horum opiniones copiosè recitare.Et per hoc patet quomodo liget statutum diœcesani mandantis sub pœna excommunicationis,ne quis ingrediatur monasterium monialium exemptarum. ¶ Secũdum ț est si statutum facit mentionem de loco exempto:vt dicendo,nullus intretur aut foriceatur in monasterio aliquo exemptovel non exempto.vtrũ contrafacientes subiaceãt pœnæ excommunicationis vel alteri? Et dico quòd nomine monasterij,vt dicit Nicol.papa in c.exijt.de verborum signi.libr. vj. intelligitur clausturm domus,& officinæ interiores. Vide vbi dicitur quòd ad alia loca,puta portam,vel ecclesiam non est prohibitum accedere. Sed intellige,nisi prælatus prohiberet nõ solùm ingressum, sed etiam accessum : quia tunc non liceret adire portam,& minus intrare ecclesiam : quia omnia ista sunt de integri-

tate

Universidad de Deusto
Biblioteca

tate monasterij quod prohibetur adiri:licet non sint intra clausuram, quàm trãsgredi nõ licet vbi prohibetur ingressus. Igitur dico q̃ si statutũ loquitur de monasterijs in generali, secundum Gem. in d.c.vt animarum.nõ incidunt cõtra facientes. Nec obstat si dicatur quòd hoc casu delicta manerent impunita: quia respondet ibi quòd tales conueniri poterunt super hoc coram suo ordinario.iij.q.vj.c.j. Non obstat etiam q̃ quidam tenentes oppositum dicunt, hoc delictum committi in lõco non exempto, scilicet in ipso accessu, antequam perueniatur ad monasteriũ: qa hoc est falsum quo ad ipsam excõmunicationem: licet malè faciant accedentes sine licentia eius, ad quem pertinet: vt in d.c.j. Si autem statutum specialiter exprimeret exẽpta monasteria: dicit Phil. de Perusio in d.c.vt animarum. quòd contrafaciens incidit, si statutum est factum à diœcesano ex causa: quia sic facere potuit. Et facit quod not. Bar. in l. relegator ũ. ff. de interdi. vbi vult quòd ciuitas propter cõmodum ciuitatis, vel odiũ eorum, ad quos non vult ciues ire, prohibere potest ciuibus suis ne vadant ad talem terrã. Et notat idem Pan. in c. postulasti. de foro cõp. Vnde ligat dictum statutum episcopi factum ad bonũ subditorum ex causa legitima, vel in odium monialium, quæ sua irreligiositate hoc merentur: si tamen hoc faceret in pœnam eius, contra quem fit: tunc non potest prohibere, secundum Pan. vbi suprà, scilicet nisi habeat iurisdictionem in loco exempto: puta qa potest arcere accessum: vt in cle. attẽdentes.

24 de statu mon. de quo vide j̃. Religio. vij. §. vlt. ¶ Tertium † est, vtrum licentia ingrediendi dicta monasteria exempta petenda sit ab episcopo prohibente talem accessum: vel ab eo qui habet curam eorum? Et dico quòd in casu quo episcopus potest facere tale statutũ, etiã demonasterijs exemptis, petenda est ab eo: sed si statuũ generaliter loquatur, & de monasterijs exẽptis nõ specificet: petenda est ab eo qui habet curã eorum. De accessu autem ad moniales j̃. Excõmunicatio. vij.

25 §. j. & j̃. Religio. vij. §. vlt. ¶ Quartum † est, vtrum prẽlati episcopis inferiores habeant territorium? Et dico secundum Io. And. in cap. cum contingat. de foro. comp. quòd non: & consentit Gemi. in d.c.vt animarum. Sed Io. de sancto Georgio limitat, nisi essent exempti cum suis subditis. ¶ Quintum est, vtrum ligentur subditi religiosorum exemptorũ extra loca, in quibus degunt, delinquentes? Et dico secundum Gemi. in d.c.vt animarum. quòd ligantur eo modo, quo subditi episcoporum delinquentes extra diœcesim: quia subiectæ ecclesiæ sunt eis pro territorio: imò secundũ Lauren. totus mũdus est eis pro territorio. Vnde vbicunque est persona subiecta, vel potius religata, illuc se extendit prælatorum potestas, scilm

26 Vinc. vide etiam j̃. Pœna. §. xj ¶ Sextum † est, vtrum dicente iudice, excommunico te, si appellas, vel præparaueris appellare, sententia teneat? Et dico quòd sic: & appellans erit excõmunicatus, secundum Io. And. Primò, quia cùm appellatio & excommunicatio concurrant eodem momento, excommunicatio tanquam gladius Domini spiritualis & facto hominis penetrabilior censeri debet in dubio præcessisse. Secundò, qa excommunicatio non fundatur super appellatione, sed super contumacia & inobedientia in actu appellandi: sed ante appellationem præcessit cõtumacia valida: ergo &c. Sed Butri. tenet istũ nullo modo excõmunicatũ: & opinionem Inn. dicit meliorem in c. præterea. el ij. de appel. quia nõ videtur purificata vel perfecta cõditio, nisi appellatio interesserit: cùm antè non dicatur appellare, sed appellare velle. Vnde quia conditio implementum requirit, non debet incidere tanquã appellet. Præterea ista sententia videtur contiõere intolerabilem errorem, cùm sit lata post appellationem: quia videtur quis excommunicari si se defendat. quod est contra ius naturale, quod defensionem concedit. Si tamen dicitur, excommunico te, si dispones appellare: est magis dubium: & eo quòd non erit excommunicatus, vbi appellatio nõ potuit prohiberi: aliàs sic. Ad primũ in oppositum dicitur quòd excommunicatio & appellatio non concurrunt in eodem momento, sed appellatio præcedit, sicut causa effectũ. Nec obstat quòd spiritualis gladius est penetrabilior: quia hoc nõ est verũ quando non habet iuris acumen, nec rectitudinem sermonis, vt in oppositio: quia ista sententia nõ põt habere locũ salua ratione recti sermonis & verbis iudicis, qui vult q̃ non prius incidat quàm appellet. Ad secundum dicitur quòd ante appellationem nulla contumacia est commissa: cùm non dicatur appellasse, sed appellare voluisse. Vel dato quòd aliqua præcesserit cõtumacia: illa tamen est facto appellationis annexa per iudicem: vnde ante factum completum incidisse nõ debet. Vel secundum Host. respondetur aliter verbis, sed non sententia, scilicet quòd si appellatio est iusta, sententia nõ tenet: quia continet intolerabilem errorem, vt videt: cùm quilibet oppressus possit appellare. Si verò est friuola, sententia tenet. hoc autem determinari debet per superiorem iudicem. vel dic vt §. sequenti. ¶ Septimum † est, vtrum dicente iudice excõmunico te si talem elegeris: teneat sententia, & electio sit nulla, vel econtra? Et dico secundũ Dir. lib. iij quòd in huiusmodi sequenda est excommunicantis intentio: quæ si fuit vt tantùm post electionem esset excõmunicatus, electio nocet, & facta electiõe statim incidit in excommunicationem. Sed intellige, nisi sententia esset nulla: sententia põt esse nulla: vt si is, qui prohiberur eligi, sit indignus vel insufficiens. & potest esse iniusta: vt si sit sufficiens. & põt esse nulla: vt si contineat intolerabilem errorem. verbi gratia: excommunico te si elegeris maximè idoneum. Si autem apparet de intentione excõmunicantis esse quòd sit excõmunicatus simul dũ eligitur de facto: tunc electio non tenebit, & sententia tenebit. Et videtur si de intentione eius dubitetur: quia penetrabilior est gladius Domini quàm factũ hominis, id est, electio. ¶ Octauum est, † vtrũ dicẽte iudice, excõmunico omnes q̃ sciũt authorem talis dãni vel furti si nõ reuelant: scientes & nõ reuelates incidũt nẽcne? Et dico primò, q̃ sciens nõ tenetur reuelare ei, qui damnũ passus est: qa ista nõ est intentio iudicis, sed esset inimicitias fouere vel etiam generare. Dico secundò q̃ quando istud mandatum est generale, non tenetur reuelare iudici, secundum Sum. Ang. qui hoc non potest probare. Sed Sum. Ros. & Rod. dicit quòd tenetur, sed non publicè vel in forma iudicij: sed occultè ad corrigendum. Et hæc est veritas: quia hæc est intentio iudicis, à qua sententia vires sumit. Dico tertiò, quòd si iudex addat in mandato, siue sciens possit probare siue non: q̃ intelligendũ est de reuelatione secreta ad corrigendum. & si exprimat quòd vult illud sibi dici in iudicio, secundum Sum. Ang. sententia cõtinet intolerabilem errorem quod non videtur verũ: quia sic dicendo, sententia non continet aliquid illicitum, vt patet: quia debet sic tentia intelligi saluo ordine Euãgelico: nec aliud impossibile: cùm nõ sit necessarium q̃ denuntiãs in iudicio adstrictus à iudice probet sed aliquãdo hoc fit vt ex denũtiatione habeatur plenior notitia, & procedatur ad speciales inquisitiones contra reum, vel ad quæstiones, id est, torturam. Vnde dico quòd tenetur istã: & iste tenetur comparere in iudicio, si non vult incidere. Et si seruauit ordinem Domini in corrigendo: ibi in iudicio deponat quòd scit dicendo se probare non posse. Si verò non seruauit, deponat se scire quidem malefactorem: sed velle seruare diuinum mandatum de correctione fraterna. Dico quartò, quòd si iudex mandet vt probet, etiam si non potest, vel denuntiet etiam non obstante mandato Dominetune

sententia continet intolerabilem errorem, vt patet ex dictis. Dico quintò quòd si probare potest, non tamen hoc tenetur facere ad suas expensas: quòd si mandet iudex vt id faciat sub pœna excõmunicationis, videtur Sum. Ros. sentire quòd no teneatur. Sed tu dic quòd sententia est quide iniusta, sed tamẽ tenet, etiam secundũ dicta eiusdem Summæ: quia in tit. Excõmunicatio. vij. §. xxxvj. tenet ex sententia Dir. lib. iij. quòd is, cui episcopus mandat sub pœna excommunicationis vt det ei librum suum vel domum, dare nõ tenetur: sed tamen à superiori debet petere absolutionem: & participans illi, incidit in minorem. Ad propositum huius dubij fatur infrà Correctio. §. ix. & denũtiatio. §. iiij. & suprà Crimen. 29 fe infrà Inquisitio. Sed † restare potest dubium, si res, de qua reuelãda sit excommunicatio, detinetur ab aliquo sub titulo compensationis: vt quia tantum debet habere in veritate: & dico quòd non tenetur reuelare, si sententia est comminatoria contra detinentes iniustè & malo animo in generali: sed si in specie fiat mentio de casu recompensationis, vel huiusmodi, dicit Sum. Ang. in verbo, Furtũ. §. xlj. quòd sententia cõtinet intolerabilem errorem: nisi quãdo nõ esset certus, quòd quidem Sum. Ros. in verbo, Familia. ex intentione reprobat. & meritò: quia est cõtra stylũ curiæ Romanæ, de qua nõ est dicendũ q̃ erret: quæ sic seruat, & multi alij, & rationabiliter: quia multi ex proprio amore & cupiditate decipiuntur in satisfaciẽdo sibi: ideoq; iustè talis clausula potest apponi: & sententia ligat. Et si dicatur quòd talis pro certo debet habere, sed probare nõ potest: vnde si reuelet, suum perdet. Dico quòd hoc nõ obstante sententia est lata: quia dicit Richar. in iiij. dist. xlij. quòd licet leges adaptẽ tur ad ea, quę in pluribus accidunt, vt in l. nam ad ea. ff. de legib. tamen lex data generaliter non tantùm ligat habentes illud, propter quod lata est, sed etiam non habentes. Et præterea non mãdatur directè vt suum talis perdat, sed quòd tamen rem manifestet. quod de se nõ est illicitũ. Vide Furtum. §. xv. ¶ Nonum † est, vtrum excõmunicante episcopo omnes missam nõ audientes in die festo in ecclesia parochiali, incidunt omnes nõ audientes? Et dico quòd si intendit obligare ad missam aliam præter eam, quæ est de iure communi: nõ omnes nõ audientes potentes audire: quia talem excommunicationem facere potest. Sed intelligitur semper ciuiliter, cùm sint verba generalia: & deducto impedimento: vt patet supra, in isto tit. in princip. casu xij. & infrà Pœna. §. xviij. Si verò intendit de ea ad quam omnes tenentur iure communi: dico quòd non incidunt. primò, qui nõ possunt ex iusta causa puta infirmitate, vel huiusmodi. Secundò quòd eadẽ ratione nec qui audiunt in ecclesijs Prædicatorum & Minorum, vt ibi à Papa permittunt, interueniente consuetudine rationabili & præscripta. Et si episcopus exprimat in sententia etiam ex causa rationabili causa vel casu iure permisso, vel consuetudine præscripta: tunc continet intolerabilem errorem, & nõ ligat: quia sicut episcopus attendendo contra ius, facit nihil. cap. vide. xj. distinct. & quod not. in l. non dubium. C. de legi. ita etiam attendendo contra consuetudinem totius orbis, est nullum. vt Ioan. in cap. his. &. c. catholica. xj. distinct. Et ratio est: quia hæc attendendo est contra legẽ superioris: cùm papa & ius commune talem cõsuetudinem habeat pro lege. Imò item videtur de quacũque ecclesia: quia in qualibet audiens videtur satisfecisse præcepto, ratione cõsuetudinis: nisi ad ecclesiam suæ parochiani cõcẽptu: vt extra de paroch. cap. ij. Et idem eodem modo iuxta prædicta intellige, quando mandat ne quis laboret in diebus festis, vel vt quis satisfaciat in tali termino. Et pro his & similibus, vide infrà Pœna. §. xv. &

xviij. ¶ Decimum, † si dicat iudex, excommunico te si habes res furtiuas & non reddis: vtrúmne per appellationem sententia suspendatur? Et dico secundum Host. quòd non, si eas habet: si tamen occultum est, ecclesia nõ iudicat de occultis. Idem Sum. Conf. eo. tit. quæst. lxxviij. Sed ista intelligo quãdo habet res furtiuas restituendas: aliter non: vt si fur vult eas detinere pro suo certo & liquido interesse quod passus est: quia eo casu appellatio videtur legitima: & consequenter suspendit sententiam: licet fortè aliquando peccauerit subripiendo furtiuè, quasi sibi faciens ius. ¶ Vndecimò † est, vtrum causa falsa possit aliquando sententiam facere nullam ratione erroris intolerabilis? Et dico iuxta dicta in principio, in casu octauo, quòd error in facto si non est notorius, nec in sententia expressis, non facit sententiam nullam: vt, excommunico te, quia furtum perpetrasti: quod scilicet est falsum. Sed tamen hoc fallit, secundum Panor. in c. inter cæteras. de re iudic. vbi dicit quòd si sententia continet causam falsam, & illa est notoriè falsa & impossibilis: sententia nõ tenet, etiam si sit excommunicationis: vt si excommunicauit iudex eunuchum vel infantem, quia monialem prægnãtem reddidit. Si verò causa sit notoriè falsa, nõ autẽ impossibilis: vt si excommunicauit Petrum, quia spoliauit & incẽdit ecclesiam, quod scilicet notoriè falsum est: vel quia cõstaret rem nõ factam, vel non factam ab isto: tunc secũdum Archid. in cap. venerabilibus. eod. tit. lib. vj. sententia tenet, & loquitur in excõmunicatione. & cõsentit glossa in dicto cap. per tuas. Et eorum ratio potuit fuisse: quia in nullitatę sententię excommunicationis iura loquuntur, quando in sententia expressus est intolerabilis error. Sed dom. Anton. tenet quòd nõ valet: quia iniusta sententia sustinetur propter præsumptionem iustitiæ, quæ cadit super dubio: vt in cap. causam. de iudic. secus, inquit, si causa manifestè falsa. Et hoc Panor. verissimum putat. Nec obstat aliorum motiuum: quia dico quòd iura illa loquuntur causa exemplificandi super nullitate. Quæ autem dicuntur causa exempli, regulam nõ stringunt, & præterea loquuntur vbi non est iniustitia euidens: quia ideo expressio erroris in sententia annullat illam, quia iniustitiã notoriam facit. Vnde si factum est re ipsa iniustũ notoriè, idem est: quia posita causa eadem vel æquali sequitur idem vel æqualis effectus: nec refert quid ex æquipollentibus fiat. Et consentit Panor. in cap. ab excommunicato. de rescript. Si verò causa sit quidem impossibilis, sed non notoriè, sententia tenet: quia cessat ratio nullitatis, id est, euidentia & notorietas iniustitiæ: vt si suprà dictum eunuchum nõ constet esse eunuchũ. ¶ Duodecimum † est, vtrum impotẽtia notoria implẽdi quod mandatur, excuset: vt si excõmunicetur si non soluat is, qui notoriè est impotens ad soluendum: vel quia nihil penitus habet in bonis? Et dico quòd sic: & facit sententiam esse nullam quo ad Deum & ecclesiam: vt disputatum est per quendã Archid. & consentit Panor. quia error est intolerabilis. Quod tamen intelligo de eo, qui omnino nihil habet in bonis: sin autem, qui ideo dicuntur impotentes, quia non habent nisi necessaria ad vitam & infimam decentiam: à qua, si deficerent, viderent indecenter: intelligo verum quod dicit Fed. in consil. suis, scilicet quòd si sententia sint lata generaliter, puta contra non soluentes censum, vel quid simile: illa ligat soluere nolentes, non autem impotẽtes. Intellige, nisi cùm sua indecentia. quod placet Panormo, qui verba generalia ciuiliter intelligẽda putat, arg. in l. si cum. ff. de serui. & in l. quod dicimus. & in l. rerum. ff. de solutio. Quod tamen intelligo nõ esse verũ, vbi is, cui debentur, restituenda esset in æquali necessitate vt debitor: puta quia & ipsum oportet viuere indecenter, nisi restituantur aut soluãtur ei sua: quia nemo debet

cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum alterius iactura locupletari.de reg.iur.libr.vj.Si tamen
sententia sit specialiter cõtra tales,scilicet habentes præcisè
ad decentiam:tunc intelligo verũ esse quod dicit do.Ant. in
c.pe.de offic.deleg. vbi quærit an sententia liget impotentem:
& distinguit:quia ligatur si cõstiterit iudicem voluisse ligare
in omni casu:& nõ ligatur, si cõstiterit eũ noluisse ligare in
casu impotentiæ.Siverò dubitat:ligat quo ad nos saltem:sed
quo ad alios effectus,puta ex ille punitur,non ligat.¶ Ter-
tiumdecimo ‡ est,vtrũ si episcopus aut iudex præcipiat alicui
sub pœna excõmunicationis aliquid quod non sit peccatum,
sed tamen sit iniustum: vt quòd det sibi equũ vel librũ, pro-
prium,talis sententia teneat.Et dico secundum Dnc.libr.iij.
quòd talis date nõ teneatur:sed agat cum superiore,& absol-
uatur:extra eo.sacro.si tamen nõ obediat, ligatur secundum
Pet.de Peru,& consentit Dn.vt patet ex statim dicẽdis.Qui
tamen consulit ei vt nõ pareat iniusto mandato,nõ incidit in
maiorem,secundũ eosdem:quia nõ participat in crimine in-
cidit tamẽ in minorem,secundũ eosdem.Sed intelligo, post-
quam excommunicatus est ei participando:quia ille seruare
debuit sententiam iniustã.vj.q.iij.c.j.Nullus tamen debet et
tale dare cõsiliũ:q a licet talis nõ participet in crimine,,deest
in eo quod aliàs fuisset crimẽ:tamẽ eo casu participat in cri-
mine,id est,in cõtumaci inobedientia:quæ licet aliàs nõ esset
crimen,tñ eo casu est crimen:quia formidare debuit senten-
tiam iniustam.Vnde dubito tñũ incidere,& in foro cõscien-
tiæ debet cẽseri ligatus.¶ Quartũdecimũ ‡ est,vtrũ incidens
ex ignorantia in sententiam canonis alicuius ligetur? Et dico
quòd de hoc est tex.in c.vt animarũ.de cõsti.lib.vj.dices: Sen
tentijs per statuta quorũcũq, ordinariorũ prolatis,ligari no-
lumus ignorãtes:dum tñ eorũ ignorãtia crassa nõ fuerit aut
supina.Sed,vt dicit ibi gl.tex.nõ loquitur de generalibus sta-
tutis canonum vel legum, quæ ab omnibus sciri & custoditi
debent:vt in c.j.de cõstit.hæc gl.Vnde ista locũ nõ habent in
statuto papæ:saltem quantũ ad forũ contentiosum: quãtum
autẽ ad animã, dic vt j.Ignorãtia. §.viij. ¶ Quintũdecimum
† est,vtrũ rector excommunicatus pro eo qđ in suo regimine
fecit,si postea amoueat sit excõmunicatus? Et dico quòd sic:
imò & successor eius, nisi satisfecerit intra mẽsem: qa vter-
que debet ecclesiæ satisfacere pro his quæ statuit,vel in qui-
bus successit:vt in cap. aduersus.de immuni.eccles.

Rursus de Excommunicatione tertiò, quæ id est, de maiori, quantum ad eius effectum.

1 *Excommunicatio maior tertio considerata, multos & eosdem malignos, tã corporales, quàm spirituales effectus habet: nam a multis reijcit, & priuat, qui ea alligatus sit: quod conclusionibus hîc expeditur.*

2 *Contractus per excommunicatum excommunicatione maiori, facti, num teneant, & efficaces sint? Et ibidem ad hoc conclusiones quinq; subijciuntur. Item quod officium ciuile duplex. rursus publicum quoq; duplex. Et de quibus officijs prædictæ conclusiones intelligendæ sint?*

3 *Excommunicatus, quod ab omni rei ecclesiasticæ administratione, omniq; officio, actuue publico, vel in similibus quoque sit suspensus, qualiter intelligendum sit?*

4 *Contrahentem in omni contractuũ genere ratione priuati officij cum excõmunicato peccare. Et an teneant de se contractus. Et ibidem quod in malis promissis rescindenda fides.*

5 *Alienationem rei ecclesiasticæ per excommunicatum tolleratam factam: itẽ instrumenta confecta tum publius fauore & utilitate publica causa, regulariter tenere ac valida esse. Et qualiter ad limitandum sit. Et ad quos etiam extendatur.*

6 *Excommunicatio ab excommunicato occulto illata, num vetitum publici officij efficax sit?*

7 *Excommunicatus cõtrahens in priuato officio, in nẽ spiritualibus, an sibi aliquem obligat.*

8 *Causa finalis, proxima, & remota excõmunicationis, quæ sint?*

EXCOMMVNICATIO tertiò, scilicet maior, quan-
tum ad eius effectum, vt plenius innoteſcat, sciendũ est
quòd multos habet effectus malignos corporales & spiri-
tuales.¶ Primò nanq; excommunicatus priuatur ecclesiæ sa-
cramentis:nec sic ligatus est alicuius eorũ susceptibilis sine
peccato mortali.iij.q.iij.Engeltrudam.licet quędã suscepta
teneant vt matrimonium.¶ Secundò priuatur ecclesiæ suffra-
gijs generalibus,siue communionibus,quæ fiũt pro tota eccle-
sia,secundũ S.Tho.vt patuit ‡.Excõmunicatio,j.in principio
quidem valebant ad tria, Primò ad gratiam Dei promeren-
dam nõ habentibus,vel augendã habẽtibus Secundò,ad ha-
bendam Dei protectionẽ vel fauorẽ paternalem. Tertiò ad
detentionem ab hostibus. Vnde dicit magister Sententiarum
quantum ad primũ quòd excõicatio priuat gratia Dei: quã-
tum ad secundũ quòd per eã subtrahitur homini protectio
Dei,qua,scilicet filios ecclesiæ specialiter custodit & fouet
paternaliter:& sibi relinquitur: licet nõ excludatur omnino
a protectione,quantũ ad tertiũ verò quod propter eam datur
diabolo potestas sæuiendi maior. Et quidem in ecclesia pri-
mitiua qũ oportebat ad fidẽ homines inuitare per signa,fe-
quebatur vexatio diabolica corporalis: vt patet j.Cotinth.v.
nũc autẽ sequitur vexatio spiritualis & inuisibilis: regulariter
non autẽ corporalis obsessio. Dicit tamen S.Tho.quòd si quis
seruet humiliter sententiã iniustã: & hmõi afflictis meritũ re-
compensat excõmunicationis damnum.& Richardus dicit quòd
excommunicatos ex iniusta causa nõ priuat suffragijs eccle-
siæ:quia hoc ipsa nõ intendit.xj.q.iij.&ti.¶ Tertiò non potest
cum alijs intrẽsse diuinis, vel cum eis in ecclesia orare sine
mortali:nec etiã licet ei stare extra ecclesiã prope, sic quòd
audiat diuinã.de pœn.& remiſ.qđ in te.Imò secundum Ray-
non potest ecclesiã intrare etiã si excommunicatio sit occul-
ta.quod tamen secundũ Veruec. intelligitur ad orandũ, vel
dum ibi agũtur diuina: secus ad transeundum, vel audien-
dam prædicationem:quia tamen audita statim exire debent
in cap.responſo.eodem tit.Secus etiam ad orandum ibi fo-
ras eas dicere non potest per modum officij,sed orationis,scili-
cet,& sine dominus vobiscum.quod,etiam si sit facere,non
dicere non potest in officio.arg.xj. quæſt.iij.nihil. vide infrà
Horæ.¶ Quartò excluditur à regno cœlorum si excommu-
nicatio sit iusta.xxiij.quæst.j.quisq;. imò etiã si sit,iniusta, &
cõtemnatur.xj.quæst.iij.nemo.quia mortaliter peccat,secũ-
dum Doctores.¶ Quintò excluditur à participatione fide-
lium in constitutione:vt in loquendo,salutando, comedẽ-
do,& huiusmodi.xj.quæst.iij.sicut.licet excipiãtur aliqui ex-
ſus,de quibus infrà Excommunicatio,v. Vnde alios in com-
municando vitare tenetur,secundum Panorm.in cap. nulli.
eodem tit.& in cap.illud.de elect.excõ.Et cõtemnendo euitare
alios secundum Rayn.peccat mortaliter.vide infrà Excom-
municatio,v.notabili.tertio.Imò secundũ Host.debet etiam
vitare alios excõmunicatos:nec excusatur per cõsuetudinem
factam Constantiæ, de qua j.Excommunicatio.v.notabili.iij.
Nec potest quisquam ei in alimentis, vestibus, & vtensilibus
subuenire,nisi in casu quo ad ista ex præcepto charitatis te-
netur,id est,in extrema necessitate vel quasi.facit glossa ci-
tata.quoniã.xj.q.iij.Quidã tñ,vt recitat gl.Ray.dicunt quòd non
peccat si est occultus intrando ecclesiã & cõmunicando alijs
quia se prodere nõ debet,sicut nec alij debent eũ prodere vo-

rando illum:sed non est simile, vt dicit:quia alij non possunt
eum vitando corrigere,sicut ipse seipsum corrigere potest
Supplementum verò tenet quòd peccet quando est in mora
percipiendæ absolutionis:non tamen debet se prodere:quia pec-
caret dando scandalũ.Sed tu dic quòd cùm ista separatio sit
ei inflicta in pœnam à superiore,ipse tenetur eam acceptare
& seruare,etiã si sit occultus, licet alij ad hoc non tenentur,
quia non sunt iudices eius,vt eum cogant pœnam subire:nec
debent sine culpa habere tam graue onus.Si autem seruãdo
mandata se publicet,per accidens est:sicut si etiã publicabãt
peccatores in lege veteri offerendo determinata sacrificia ex
mandato Dei:nec in hoc dabant scandalum,cùm esset actus
virtutis:sed dabãt scandalum virtualiter quando peccabant.
¶ Sextò,efficitur irregularis,si in aliquo ordine existens inge-
rat se diuinis:vt infrà Irregularitas.j.§.xiij.¶ Septimò,suscipi
non potest ad religionem,secundum Ray.nisi prius absolua-
tur.& de hoc ‡.Absolutio,v.§.ix.¶ Octauò, non potest eligere
nec eligi.de app.cõstitutis.& si fiat secus, electio ipso iure
nulla est.de consue.cum dilectus.& ix.q.j.nos.vbi etiam dicit
glo.quòd vitiatur electio eligentium cum excommunicato.
Item quia excommunicatus maiori,secundum Bald.est infa-
mis.xj.q.j.infames.& intelligitur de excommunicatione no
toria.Infamibus autem portæ non patent dignitatum, vt di-
cit regula iur.lib.vj.quod secundum Pet.de Pal.intelligitur
de dignitate ecclesiastica,& etiã laica. Vñ in regem vel Im-
peratorem eligi non potest de electi.pervenerabilem.¶ No-
nũ,beneficium ecclesiasticum conferre non potest.de excess.
prælat.tanta.nec illud acquirere. de ele.excom. mi. postulasti.
de æta.& quali.cum bonæ. nec de habitis aliquid percipere,
quando est in mora percipiendæ absolutionis.de app.pastoralis.
Secus secundum Io.de Lig,si nõ est in mora de concess.preb.
quia diuersitatem.& idem tenuit Sum.Pis.Nec videtur secũ-
dum istos,distinguendum vtrum excommunicatio fuisset iu-
sta vel iniusta: sicut videt distinguere Pet.de Pal.qui dicit q
si quis est iniustè excõmunicatus,vel facit posse suum de im-
petranda absolutione ab iniusta excommunicatione,in foro
conscientiæ facit fructus suos: & etiam in foro contentioso
debet cum eo dispensari.Imò si fuit excõmunicatus tempore
electionis vel confirmationis vel collationis beneficij,nõ po-
test accipere fructus,etiam facta cũ eo dispensatione,secun-
dum Pet.de Pal.quia requiritur nova collatio, cùm nullum
fuerit sibi ius acquisitũ. Vnde si est, inquit, beneficium perti-
nens ad collationẽ episcopi, vel simpliciter, vel ꝓ tũc,ratione
delicti,quia contulit excommunicatum non sufficit eius dispẽ-
satio,sed papæ vel alterius,qui potest conferre ex certa scie-
tia. Eidem videtur tenere gl.in c.bonæ.de æta.& qual.scili-
cet quòd episcopus nõ dispenset vt retinere possit beneficia,
ad quæ erant huiusmodi inhabiles tempore cõsecutionis.li-
cet possit dici quòd loquitur de obtentis à papa.gl.tñ in c.po
stulastis.de cle.ex.mi.dicit quòd ex quo nõ dicitur qs debeat
dispẽsare,videt potestas relicta episcopo.ar.extra de sen.exc.
nuper.& sol.m do.Ant.de Bu.ibi,Gof.& Inn.hanc gl.sequun-
tur.de tempo.or.dilectus.quod Veruec.in Spe.de delegato,li-
mitare videtur dicens hoc non esse verũ in excommunicato ꝓ-
pter contemptum sedis apostolicæ.& Hosti. dicens hoc non
esse verũ quando ab excõmunicatione absoluere non pote-
rat episcopus:ita quòd secundum eum,ille posset dispensare
qui potest ab excõmunicatione absoluere.Hæc autem glo.
saltem limitara tenenda est:quia Per.de Pal. tñ cõcluſit ni-
si quando excõmunicatus accepit beneficiũ ab episcopo scie
ter illud conferente excommunicato.Imò nec absolutus ex
ipso facto fructus perceptos tempore medio,nisi cum eo
super hoc specialiter dispensetur, secundum eundem: vel ex-

communicatio fuerit iniusta,aut nõ fuerit in mora.Si etiam
per annum stet excõmunicatus,priuari potest omnibus bũfi
cijs quæ habet.xj.q.iij.rursus.qđ limitat glo.in c.cũ cotuma-
cia.de hær.lib.vj.& Inn.in c.cum bonæ.de æta.& qual.& do.
Ant.in c.j.de iud.si excommunicatus fuit pro causa crimina-
li:secus si pro ciuili: quia etiã si mille anns steuisset, priuari
nõ posset.& gl.est singularis in c.cõtingit.de do.& cot.¶ De-
cimò,est suspensus ab officio & beneficio, Vnde nec ligare
potest,nec absoluere.xxiij.q.j.audiuimus.nec beneficiũ con-
ferre:de concess.præben.tanta.quandiu tamen toleratur, va-
let quod fit ab eo:si prouideret alicui ecclesiæ,vel alicuius
cõfirmaret electionẽ,secundum Arch. qui argumenti sumit.
vij.q.iij.nõnne.nisi forte esset notorium. Vnde dicit Rich.in
iij.dist.xviij.quòd si irriti essent actus legitimi excõmunica-
torum latenter:excõmunicatione detecta multi de suo statu
dubitarent. Vnde mitior & rationabilior est opinio cõtraria
scilicet qꝰ in eo casu valent absolutiones eorũ,& beneficiorũ
collationes,quanuis postea detegatur excõmunicatio eorũ.
de excep.c.exceptionem.in gl.ar.de iure pa.cõsultationibus.
Vide etiam §.se.¶ Vndecimò, interdictus est ei omnis actus
legitimus:vt patet ex diffinitione excommunicationis. Vnde
nec iudicare,nec acculare,nec testificari potest.iij.q.ij.§.eui-
denter.imò iudices seculares cõpellendi sunt ab ecclesiasticis
iudicibus repellere excommunicatos ab agendo, patrocinã-
do,& testificando in suis curijs:vt in c.decernimus.eo.tit.lib.
vj.Et constitutiones vel sententiæ factæ aut latæ ab eo, vel
de eius mandato,irritæ sunt ipso iure nunquam valituræ.de
immu.ecc.aduersus:nisi non sit excommunicatus publicè.va
let enim iudicium habitum coram eo, secundum Io.de Lig.
Imò si plures sint iudices,non valet sententia,si simul cũ eo
eorum excommunicato pronuntiant,secũdum Io.de Lig.de
sen.& re iud.ad probandũ.quod secundum Pet.de Pal.in iij.
est verum:si est excõmunicatus publicè:vt in d.c.ad proban-
dũ:quia facta & iudicata per excõmunicatũ occultè, valent.
vnde & in spiritualibus nonvalet quod fit ab excõmunicato.
de app.constitutionem.& tamen quandiu tolerantur prælati
excõmunicati occultè,valet qđ facitũt.viij.q.iiij.nõnne. Vnde
tenet collatio beneficij,& electionis cõfirmatio,& absolutio
in foro cõscientiæ.hæc exillo,& cõtenti Rich.vt §.priore di
ctũ est.& l.Barbarius.ff.de of.prætor.vide j.§.xiij.in fi.§.xxiij.
circa medium.¶ Duodecimò,nõ potest procurator instituꝰ.de
prob.c.post cessionem. nec etiã cõstituere procuratorem.qui-
nimo si cõmunitas cõstituit procuratorẽ, & excõmunicatus
fuit inter cõstituentes,vt rector, vel principalis & expressius,
scilicet in literis procuratorijs vel eius authoritate factus est
procurator:vel si ipsa cõmunitas scienti ipsum excõmunicatũ
vnà cum illo constituerit procuratorem,nõ valet.de proc.c.
fi.Si tamen excõmunicatus sit reus, bene potest in iudicio
defendere,& ad hoc procuratorem instituere.de iudi.c. intel
leximus.& secundũ gl.si nõ inueniret procuratorem vel fide-
lem, põt etiã respõdere per seipsum:secus ait si sit actor, aut
reconueniat.de proba.post cessionem.& melius.de excep.cõ
inter. ¶ Decimotertiò, obligati ei ex iuramento fidelitatis
sunt absoluti.xv.q.vj.nos sanctorũ.&.c.iuratos. Vnde si quis
debet alicui in certo termino,& interim creditor ipse excõ-
catur,ei soluere nõ debet dũ perseuerat in excõmunicatione,
secundũ Io.de Lig.& Bar.B.i.& Pan.sed secundũ Io.And.de-
ponet debitum in ædem sacram,vt detur absoluto.Io.tamen
& Hug.dicunt quòd soluere debet. & credo verius:vt infrà
Excommunicatio.iij.§.vlt.dubio xij.¶ Decimoquartò, vt non
potest sacramento matrimonij,id est,contrahere non potest
matrimonium sine mortali, secundum Archidiac. tamen
secundum Ioannem de Lign. tenet si contrahat, & debitum

Universidad de Deusto
Biblioteca

reddere tenetur: exigere verò non debet: licet hoc Arch. non putet mortale. Non potest etiàm ti sacramento ordinis, id est, non potest ordinare quo ad executionem, etiã si ignoret: vnde ordinati ab excõmunicato etiã ignoranter, imò & occulto, secundum Pet. de Pal. indigent dispensatione quo ad executionem ordinis, vt in c. fi. de eo qui remun. nec potest ordinari quo ad executionem. Vnde qui ordinatur excõmunicatus publicè, siue ignoret ius, siue factum, nõ suscipit executionẽ. de sent. excõ. cum illorum. Et addit Pet. de pal. quòd ratio diuersitatis in episcopo excommunicato occultè, cuius absolutio in sacramento pœnitentiæ tenet, nõ autem ordinatio quãtum ad executionem, est: quia episcopus ordinando se habet vt causa vnica communicans, scilicet formam eo modo quo habet: vnde executionem nõ cõfert, cùm eã non habet: sed in pœnitentia se habet vt æquinoctij instrumentũ in conferendo gratiam, etiam si eam non habet: ideo tenet absolutio. ¶ Decimoquintò, nõ potest administrare tẽporalia vel spiritualia: sed tamen tenet contractus per eum factus nomine ecclesiæ vel nomine proprio, secundum Io. de Lig. de quo ſ. §. xxiij. & subditi tenentur ei obedire, secundũ Io. de Li. quandiu tolerat ur ab ecclesia. viij. q. vij. nónne. alij tamen cõtrarium tenẽt. ¶ Decimosextò, nõ valent literæ impetratę à papa per eum super alio articulo quàm excõmunicationis vel appellationis: vt in c. ipso iure. de rescript. lib. vj. nec post absolutionem vti potest impetratis pendente excommunicatione, & post litis contestationem opponi potest exceptio excommunicationis: & eo repulso ab agendo curritur præscriptio contra eum, si est in mora petendi absolutionem: & si præscriptũ sit, nõ dabitur ei restitutio. Io. de Lig. Nec potest quis pacto tacito vel expresso adstringi ad participandum ei, nisi in casibus iure expressis. idem. ¶ Decimoseptimò, infamis efficitur. vj. q. j. infames. quod tamen Bal. refert ad excommunicationem notoriam. ¶ Decimooctauò, secundum aliquorum episcoporum statuta tenetur soluere pro singulo die vnum grossium antequam absoluatur: quod quidem licet videatur simoniacum per c. ad nostram. &. c. nemo. de simo. tamen Host. & Ioannes And. in c. ad aures. de simonia. dicunt licitum esse. quod verũ est intelligendo hoc esse in pœnam & non in pretium, & vt citius quæratur absolui. ¶ Decimononò, cõdere nõ potest testamentum, secundum aliquos: sed tamen verius est quòd potest: vt no. Alb. in l. j. C. de hær. instit. & Card. in c. quanquã. de vsur. lib. vj. & Pan. in c. ad probandũ. de re iud. quia æquiparat relegato. ¶ Vicesimò, sic decedens non potest in ecclesia vel loco sacro tumulari: quia cui non communicamus: non viuo, nec mortuo communicare debemus: de sepul. sacris. nec pro eo oblatio suscipi, nec publica oratio fieri, sicut nec pro eo viuo. quod verum est, nisi in eo signa contritionis ante mortem apparuerint: quia eo casu absoluetur post mortem: & fieri poterunt pro eo omnia prædicta. xxiij. q. ij. sanè. secreta tamen oratione orari potest pro excommunicatis, secundum Pe. de Palude. quod intelligunt aliqui etiam intra canonem missæ in memento. vide ¶. Excommunicatio, j. in prine. ¶ Vicesimoprimò, eius cadauer non facit locum religiosum, vt cadauer fidelis non excommunicati, sedm Io. de Lign. & sepultum in cœmeterio, si discerni potest, exhumatur, secundum Archi. Sed intellige nisi absoluatur, vt dictum est suprà, Absolutio. iij. §. xj. ¶ Vicesimosecundò, non potest baptizare solenniter paratus, sed efficitur irregularis per hoc, secundum Gul. Dur. si tamen baptizat aliter, vt in necessitate, secus eo modo quo de malo ministro dictum est Baptismus. iij. §. iiij. ¶ Ad tamen tamen prædictorum euidentiam, xxiij. quæritur vtrum valeant contractus facti per excommunicatum maiori excommunicatione? Et dico quòd multiplici distinctione opus est. ¶ Prima est, quòd aliquis est excommunicatus publicè, id est, notoriè: alius verò occultè, qui scilicet secundum communem opinionem hominum habetur pro non excommunicato, vel pro absoluto. ¶ Secunda est, quòd ciuile officium est duplex, scilicet publicum, vt tabellio, tutor, & etiã procurator: quia eius actus est communis: vt in c. post cessionem. de prob. & priuatum, vt emptor, & vẽditor. ¶ Tertia est, quòd officium publicum est duplex, scilicet publicum authoritate & vtilitate, id est, quod communi authoritate fulcitur, & ad communem vtilitatem ordinatur, vt tabellionatus: & publicum authoritate, sed vtilitate priuatum: vt tutela, quæ ad priuatam pupilli vtilitatem ordinatur. ¶ Quarta est, quod actuũ quidam sunt spirituales, id est, descendentes à spirituali authoritate, vt baptizare, absoluere. quidam nõ spirituales: vt emere, commutare. ¶ Quinta est, quòd actuum spiritualium quædam sunt, in quibus imprimitur character: vt baptizare, confirmare. quidam, in quibus non imprimitur: vt absoluere, & conferre bñficia. ¶ Sexta est, vt q; actuũ spiritualiũ, in quibus nõ imprimitur character, quidam sunt publici, & communes: vt absoluere, conferre beneficia, & excommunicare. quidam verò priuati: vt eligere. quod licet quo ad capitulum ad officium publicum pertinere videatur: tamen quo ad singulares non est officium publicum, sed pertinet ad canonicatum: quia non quilibet canonicus habet officium publicum. ¶ Igitur, secundum Richard. in iiij. distinct. xviij. art. vij. quæ distinguendum est de publicè & occultè excommunicato. & dicendum est quòd si quis est excommunicatus publicè, non valent gesta per eum. Sed intellige primò de gestis tantum officij publici authoritate & vtilitate similiter, vel etiam authoritate sola: vnde non tenent actus publici, & ciuiles gesta, quia tutor existens interponit authoritatem alienandi. sed suscipit procuratoris officium, aut administrationem bonorum ecclesiæ, aut alienat ecclesiastica bona, aut conficit instrumenta, siue laudum profert vt arbiter: quia tales actus sunt publici. Secus si compromissum est in eum vt in arbitratorem: ita quòd arbitramentum accipiat effectum ex consensu partium, non ex vi sententiæ: vt quando partes ad concordiam reducit: quia talis actus tenet ex consensu dicto partium. Ratio prædictorum est: quia † excommunicatus suspensus est ab omni administratione rerũ ecclesiæ, & ab omni officio & actu publico, etiam in ciuilibus: vt in c. pia. de excess. lib. vj. vbi dicitur quòd est priuatus omnibus actibus legitimis. Intellige primò quando est notorium. Intellige secundò quantum ad actus spirituales, in quibus character imprimitur: quia licet teneant quantum ad impressionem characteris, nõ tamen quantũ ad executionem officij, si est character ordinis. Intellige tertiò etiam quãtum ad spirituales, in quibus non imprimitur character. Fallit autem illud dictum in actibus priuati officij ciuilibus: vt qa emit, vendidit, deposuit, locauit, & aliter suo nomine contraxit: quia secundum Inno. in c. veritatis. de do. & cont. omnia talia & similia valent. & propter excõmunicatus procuratorem constituere posset, secundum aliquos, ad negotia: & consentit Inno. Panor. ibi. dicens quòd iura distinguentia inter publicè & occultè excommunicatum, procedunt in his, quę reguntur ratione publici officij ratione publicæ vtilitatis: in gestis verò ratiõe priuati officij cessat illa distinctio. Sed tamen in istis alia oportet vti distinctione secundum glo. Ray. dicentem quòd tenet contractus ex quo alter transit in alterius seruitutem: vt cùm quis datur in arrogationem alicuius excõmunicati, vel se vendit in seruitutem quibus possent sibi inuicem contrahentes communicare tempore excommunicationis: sicut, inquit, cùm quis excommunicatus recipit in monasterio ad professionem, aut recipitur ab excõmunicatis: credo quòd possent inuicem communicare sedm qđ excõicatis regularibus solet ab alijs fratribus cõcari. In alijs aũt cõtractibus etiam distinguendum est: quia, inquit, si cõtrahens nõ obligat se ad cõicandũ excõicato, licet mortaliter peccet cõtrahendo, tñ tenet cõtractus: vt si quis vendat excõicato, & tradat aliqđ statim sumpto pretio. nõ aũt obliget se ad cõicandum ei tempore excõicationis, vel in casu nõ concesso, nõ tenet: vt si quis excõicato iuret se venditurũ ei aliqd aut locaturũ aut seruiturũ, vel huiusmodi: quia illicitũ promittitur. Si verò iurasset se facturum aliquas operas, post excõicationẽ teneret: licet sic iurãdo peccaret. hinc ex glo. Curt. addo breuiter quòd in omnibus cõtractibus ratione priuati officij contrahendo quis cũ excõicato peccat, quia cõicat: nisi ille esset in extrema necessitate vel quasi, & cõtraheret super necessariis ei: quilibet tñ talis cõtractus ex sua natura est validus de se, vt patebit §. sequenti ex dictis Inno. sed p accidens qdem nõ tenet: qa tota promissio est supillicito: vt quando promittit aliquid, ad quod sequitur cõicatio tota coplenda intra tempus excõicationis: quia in malis promissis rescinde fidẽ. Si verò cõicatio cõpleri posset etiam post excõmunicationẽ & tpe excõicationis, tenet pro primo, non pro secũdo. Vnde dictã glo. quantũ ad aliquid nõ approbo. Si verò excõmunicatus sit quis occultè, inquit Rich. tunc valent gesta eius prætextu publici officij: quanus eius excõicatio postea fuerit detecta. Et consentit Inno. & Pan. in d. c. veritatis. dicens qp gesta ratiõe publici officij valent, si excõicatus erat tolleratus, ita quòd communi opinione habebatur pro nõ excõmunicato: l. Barbarius. ff. de offi. præto. iij. q. j. §. verum. Ex quo dicto in eo. c. infert quòd valet alienatio rei ecclesiasticæ facta per excõmunicatũ tolleratũ, & instrumenta cõfecta: & tãdem cõcludit qp gesta ab excomunicato tolerato regulariter tenent fauore iuris publici & publicæ vtilitatis quia dignitas videtur exercere, quæ nõ est excõmunicata, & non persona: per d. l. Barbarius. & hoc cõmuniter tenetur per doct. Sed tamen ipse Pan. videtur limitare ista in d. c. post cessionem, de proba. quia regulariter sunt vera, si officiũ est publicũ authoritate & vtilitate: sed si authoritate tantùm, nõ valent generaliter: quia fi erat excõicatus tpe assumptionis officij: vt quia excõmunicatus fuit cõstitutus procurator, nõ valent generaliter: secus si fuit excõmunicatus post cõstitutionem: quia tenet, nisi excipiat, vt dicit: aliàs aũt valent regulariter, vt dictũ est. Et hoc intellige etiã de omnibus actibus spiritualibus, in quibus non imprimit character, si sunt publici officij: & etiã in qbus nõ imprimit, excepta executione, vt suprà dictũ est: fuit tamen primũ retractandi, si is, in cuius fauorem sunt facti, erat conscius de excõmunicatione: secus de his, in quibus character imprimit, modò sit impressus. Imò dicit Pan. in c. ad probandũ. de re iud. de mente Inno. in c. j. de schis. na. qp spiritualia etiã sacramenta ab excõmunicatis cel lata & schismaticis & hęreticis, & similibus, in forma ecclesię illa efferentibus habẽt omnimodã vim suã, ex quo ab ecclesia tolerant. & sic ordinati ab istis recipiũt nedũ sacramentũ, sed etiã executionem absq; alia dispensatione. Sed glo. ix. q. j. tenet contrariũ. & Io. Cal. quantũ ad executionem: & sic suprà determinatũ est. Qui tñ vellet tenere opinionem Inno. quæ videt valde æqua, vbi quis nõ põt sine magna incõmoditate recipere hæc ab alijs, & isti tolerant, & sedm cõmunẽ opinionem hominũ non sunt excõicati: ad iura cõtraria dicat quòd loquunt de nõ toleratis. & q; licet nõ habeãt executionem, eis eam conferunt vt instrumenta Dei, licèt mortua. Sed de excõmunicatione lata ab excõmunicato occulto dubiũ est an teneat ratione officij publici. & Panor. in d. c. veritatis. dicit quòd post factum ad pœnam irregularitatis vitandam non valeat. Et si tenent gesta ex officio publico: multò magis officio priuato, si nõ sunt spiritualia: cùm etiã talia teneãt in excõmunicato publicè: si tamẽ sunt spiritualia, vt electio, non tenent etiam in occultè excõmunicato siue tolerato, secundum Inn. & Io. And. & Cal. & idem est de impetrante rescriptum ad proprium commodum. ¶ † Est etiam xxiiij. dubium vtrum excommunicatus contrahendo in priuato officio, in non spiritualibus, obliger fibi alium? Et d. eo secundum Host. quòd non: quia contrahendo potest, inquit, suam conditionem deteriorare, non meliorare: vnde obligatur alteri, & non obligat sibi alterum. Sed verius videtur quod dicit Inno. scilicet omnes contractus initos cum excõicato etiam scienter & durãte excõmunicatione teneri: & ex eis agi cõtra excommunicatum: licet ipse durante excommunicatione agere non possit: licet post absolutionem: & ipsum posse agere de contractu inito dum erat excommunicatus. xj. q. iij. quoniam multos. in fin. & in cap. fi verò. eo. titu. & consentit Vrbe. ac Sum. Confess. eod. titu. quæst. cxxxiij. ¶ † Ex prædictis patet de causa finali excommunicationis: quia proxima est pœna multiplex: remota, & principalis est emendatio.

Rursus de Excommunicatione quartò, id est, de minori in se.

1 *Excõicatio quarto modo considerata, id est, minor, quid sit.*
2 *Excommunicatio minor, quo ad eius vim obligatoriam decem modis hic contrahi dicitur.*
3 *Excommunicationis minoris, quis effectus principalis sit.*
4 *Excommunicationem minori excommunicatus, & irregularis, quo ad beneficij obtentionem, num peccet sint varię*
5 *Excommunicatus minore, sacramenta percipiendo duntaxat, num peccet: an verò etiam conferendo? nume. seq.*

EXCOMMVNICATIO † quartò, scilicet minor, vt plenius innotescat in se, & in sua virtute, & in suo effectu, quomodo contrahatur, sciendum est primò quòd excommunicatio minor, secũdum S. Tho. est separatio à participatione sacramentorũ, & quo ad ecclesiã. intellige à participatione passiua: quia peccata recipiendo: & carent effectu viatico, id est, executiõe quãdo imprimitur character: vel etiã proximo, quando non imprimitur: vnde absolutus à peccatis sic excommunicatus tenetur iterum ad confessionem in genere vel specie. Quo ad Deum verò intellige etiam à participatione actiua, scilicet quia conferens sacramenta sic excommunicatus scienter, peccat mortaliter: sed non quo ad ecclesiam: quia illa habent omnimodam suum effectum: quia non est iurisdictione priuatus: vt in c. fi celebrat. de cler. ex. mi. & ideo si sunt duo excommunicati minori: alter alterum potest absoluere, secundum Pan. in caluobus, de sent. excom. Vnde alij diffinitur, quòd est separatio à perceptione sacramentorum. ¶ † Secundò est secundò quantũ ad eius virtutem obligatoriam quòd ligat & contrahitur quantum ad Deum pro quolibet mortali etiã occulto. xj. q. iij. audi inquãtum tali non licet participare in sacramentis actiuè vel passiuè: sed quo ad ecclesiã quæ priuat aliquo effectu sacramentorũ, puta executione ordinis, etiã post cõtritionem ante absolutionem & validitatem absolutionis sacramentalis: quando excõmunicatio est ex parte suscipientis, incurritur ipso iure multis casibus. ¶ Primò, cùm quis communicat excommunicato in casibus non concessis. ¶ Secundò, cùm quis sacrilegiũ committit. xvij. q. iij. miror. &. c. si quis inuentus. ibi, donec in conuentu admonitus. & generaliter quando violatur ecclesiastica immunitas: vt in cap. cùm præ causa. eod. titu. iuncta glo. in c. canonica. xj. q. iij. Aliquando tamen per sacrilegium

Excõmunicatio ipsa multiplex magis in contrahitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

incurritur maior: vt si inferatur iniuriæ ecclesiasticæ personę: vt in c.nouo dubium.eo.tit vel si incendatur aut frangatur ecclesia: vt in c.conquesti.eo.tit.¶ Tertiò, cùm quis præcipuè clericus, est notorius fornicator: vt in c.vestra.de cohab. clerr. Et hic secundum Host.& Io.And. celebrando efficitur irregularis: oppositum autem sentit Innoc.in d.c.si celebrat, sed Pan. ibi dicit, q̃ tota difficultas consistit in videndo an sit directè suspensus ab homine, vel canone inpœnam: an errorè sit suspensus indirectè: quia alij prohibentur ab eo audire diuina, vt facilius resipiscat. Et refert se ad not.in d.c.vestra.vbi concludit quòd efficitur irregularis notorius fornicator & indubitabilis alijs secus. & de hac materia suprà Clericus ij. §.viij.& infrà Irregularitas.§.xiij.¶ Quartò, cùm quis est simoniacus: vt in c.tanta.de simo. hodie tamen in casu isto videtur excommunicatio maior: vt patet per extrauagantes Martini quinti & Eugen.quarti. sed de hoc infrà Simonia.§. xix.¶ Quintò, cùm quis recipit ecclesiam de manu laici. xvj. q.vij.si quis deinceps.& tam is qui dat, quàm is qui recipit debet excommunicari maiore: de iure patro. præterea. Dicit tamen gl.Ray. quòd quantum ad istum casum illi iuri derogatur in multis partibus per contrariam consuetudinem: quia reges & principes in aliquibus ecclesijs dãt decanatus & alios personatus & præbendas & illi, quibus dant, per episcopum non instituuntur. hæc glo. Sed hæc consuetudo non excusat, cùm sit mala. viij.dist.mala. imò potius grauat: quia est contra ecclesiasticam libertatem: & consequenter, vt videtur, inducit sententiam maioris excommunicationis contra seruantes aut seruari facientes: vt in c.nouerit.eo.tit.¶ Sextò, secundum quosdam, quando quis in bello iniusto exercet artem balistariorum vel sagittariorũ. de sagit.artem. sed ibi non fit mentio de excommunicatione maiori vel minori: sed prohibetur illa ars sub anathemate, quod propriè est excommunicatio maior. Sed secundum gl. non est canon latæ, sed ferendæ sententiæ & intelligit in bello iniusto. Verumtamen quia bellum iniustum, si sit notoriè iniustum, est crimen notorũ: ideo tunc incurritur excommunicatio minor, iuxta dicenda in casu.ix.¶ Septimò, in dissidentibus & pauperum oppressoribus, manifestis raptoribus, publicis vsurarijs, & meretricibus, qui largè dicuntur excõmunicati, inquantum oblationes eorum ad altare non recipiuntur. & intellige in omnibus his quando sunt publici.¶ Octauò, in his, quibus denegatur ecclesiastica sepultura. de qua infrà Sepultura.iiij. vt sunt qui in torneamento moriuntur: quia nõ sepeliũtur in cœmeterio, etiam si pœnituerint: vt infrà, Torneamentũ.§.j. & idem dici posset de eo qui non confitetur semel in anno. de pœn. & remis.¶ Nonò, in quolibet notorio peccatore. dist. Ixxxviij. neque. & dist.xcv.illud.xiij.qsij.pro obeuntibus. de consec.dist. ij.pro dilectione. Omnes prædictos casus ponunt Ray. & Inno. qui etiam concorditer dicunt quòd in eis absolui quilibet potest à proprio sacerdote, id est, secundum Host. ab eo, qui absoluere posset à peccatis. & hoc etiam si ipse esset excommunicatus minoriter. in d.c.duobus.eo.tit. non autem ab alienorve extra eo, imper. & idem S.Tho.in iij.distin.xviij.¶ Decimò, infligi potest minor excommunicatio ab episcopo & quocunque ecclesiastico inferiori extra de offi.ord. ab ecclesiarum. & hoc siue pro contumacia: vt v.q.ij. præsenti. & ij.q. ij. audi. siue etiam pro alijs culpis: citem siue simpliciter: vt de pœn.dist.j.in actione. siue ad tempus.dist.Ixxxvij. tanta. Sed tñ hodie ab homine non est in vsu.¶ Est etiam sciendum tertiò quòd effectus minoris excommunicationis principalis est quòd talis remouetur à participatione sacramentorum: & si se immisceat, peccat mortaliter, licet non incurrat irregularitatem, etiam si celebret: peccat etiam sacramenta conferendo: licet ab eo collata non careant virtutis effectu. Non prohibetur autem eligere, nec exercere ea, quæ sibi competunt ratione iurisdictionis: sed tñ si talis electus fuerit scienter, irritanda est electio eius: vt in c.si celebrat.de cle.exco.mi. vbi dicit Pan. q̃ est inhabilis ad consequendũ officium, adeò quòd electio de tali facta non valet: & secundũ Inno. nec dogoicatem nec canonicatũ cõsequi potest, nisi prius pœnituerit & absoluat. Et ratio ibi in tex. redditur: quia eligitur ad suscipiendum sacramentorũ qua priuatus est. Ex quo elicitur q̃ prohibitio omnis actus impedit omne, per quod venitur ad illum. l. oratio. ff. de spon.¶ Circa prædicta, dubia nonnulla consurgunt.¶ Primum est, vtrum sit simile de excõmunicato minore & irregulari quo ad beneficium obtinendũ? Et dicitur quòd glo. Ray. dicit collatiex supradictis q̃ excommunicatus minore potest excõmunicare & absoluere: & si fuerit electus ignoranter, valet electio, modò ignorantia fuerit probabilis: sed si fuit crassa, & collatũ sit ei beneficium, indiget dispensatiõe vt illud retinere possit. & idem dicit esse de interdicto ab ingressu ecclesiæ & officio diuino: de irregularibus qui beneficium recepit dum esset irregularis: putat q̃ impetrata dispensatione super irregularitate, alia nõ indigeat: nec esse simile de excõmunicato vel suspenso sententia hominis vel iuris: quia irregularitas non est nisi quoddã impedimentum ex defectu sacramenti vel canonica institutione proueniens. Sed quibusdã alijs videtur esse eadem ratio in irregularibus: quia similiter est inhabilis ad executionem officij sine dispensatione: vt in c.cum illorum.de sent.excom. Et ista est ratio, quæ videtur ponderari in d.c.si celebrat. & quia propter officium datur beneficium. de præb.cum secundum. Sed primum est verius: quia ista inhabilitatio excommunicati est in pœnam peccati: irregularitas autem potest esse sine culpa: irregularis non est separatus à perceptione sacramentorum: licet celebrare non possit. Glo. etiam in d.c.si celebrat. dicit quòd etiã si electus ignoranter, non valet electio: quia ignorantia eligentium nõ habilitat illum. Sed primum est verius: quia quasi clarè habetur ex text. qui non specificatur de electione scienter facta, nisi aliter sentiret de oppositis: tum etiam quia aliter sequerentur infinita scandala: vt si confirmata electione ignoranter facta diu pòst excommunicatus deregatur: quia non tenebunt absolutiones factæ ab eo in foro animę, nec pacta facta nomine ecclesiæ, & hmõi.¶ Secundum est, verum excõmunicatus minore peccet sõlùm percipiendo sacramenta? Et dico quòd secundum Inn peccat etiã ea conferendo: licet subditi ab eo recipere nõ prohibeantur. Host. iensis verò dicit quòd conferendo non participat, nil sibi partem capit: quia non ad suam, sed aliorum vtilitatem confert. quod non sic est intelligendum, quasi Host. velit dicere quòd non peccet: quia text. esset expresse in contrarium in d.c.si celebrat. Sed vult dicere quòd illud participium, non est illud quod ecclesia prohibuit, sed illud quo percipitur aliquod sacramentum quod etiam to. de Lig. clarius exprimit dicens quòd est separatus à participatione sacramentorum passiua tantùmita quòd recipere non potest sacramenta. quod etiã dictum non sic est intelligendum, quasi non sit et prohibita participatio actiua, id est, collatio sacramentorum: sed quia non est ei prohibita in ordine ad alios, quasi non habeant eorum effectum. quod est esse separatum quo ad Deum non quo ad ecclesiam. Gul. autem separationem à parte passiua extendit vsq; ad osculum pacis in missa, quod est loco cõionis. Sed hoc Pec. de Palu. in di. xviij. tij. rationabiliter improbat: quia est, inquit, separatus à participatione sacramentorum, non autem diuinorũ. Vnde potest ecclesiã officiare, & audire missam, & ad osculum venire: quod ofert

lum est benedicti panis datio: ideo successerunt loco cõmunionis, vt ad istam non admitterentur indigni. Et intedit Petrus q̃ indigni sacramento admittuntur ad ista quæ pro eis excogitata sunt, tanquam minori.¶ Tertiũ est vtrũ talis ecclesia posit intrare? Et dico quòd circa hoc multi doct. seruplosè scripserunt Canonistarum more tutiorẽ viam consulentes: quia Ray. dicit q̃ ecclesiam potest intrare ad orandũ, præsertim non consecratã, & videtur nõ peccare: licet tutius agat non intrando: & forsitan etiam ad horas dicendas cum alijs, dum tamen nõ ad missam: aut si ad missam, nõ ad osculum, quod est quasi loco communionis. & idem Gof. dicens q̃ audire pòt diuina præter missam: sed securius facit abstinens ex deuotione. Multi etiã alij simulia scripserũt: sed veritas est quam docet Pet. de Pal. dicens q̃ est separatus à sacramẽtis, non à diuinis: vnde intrare potest ecclesiã, & ad missam audiendam, & horas cum alijs dicẽdas. quod Gul. cõcedit, & ad osculũ pacis, quod Gul. negat. vnde & glos. Ray. dicit q̃ etiã misse poterit interesse, modò ibi nõ cõmunicet. Potest ergo ille cum alijs participare in diuinis, & à fortiori in ciuilibus.

Rursus de Excõmunicatione quintò, id est, de participatione cum excõmunicatis.

1 *Excõmunicatio minori cõmunicans aut participans nullã sententiã, aut peccatum incurrit. Ea enim in tertiã nõ permeat personã. secus si maiori. Et quid si maiori excõmunicatus parti satisfecerit, aut cũ illa aliter cõuenerit, nũquid tamen absolutione caret? Et quod dũ ad curiã absolutionis petitæ causa pfiscitur?*

2 *Vitare nũ debeant hi, de quibus excõmunicati nunc sine, à Doctoribus dubitari solet, vitari? Et quando? Et quæ excõmunicatis denegentur, vsque ad num. 4.*

3 *Sacerdos si missa inceperit a occultum excõmunicatũ in ecclesiam ingressum deprehendat: an missam dimittere debeat? Et quid si sic publicus, quid cum sacerdos efficere debeat?*

4 *Participatio & cõmunicatio cum excommunicatis, nũ aliquãdo licita sit. & quibus casibus. Et ibi quòd quinq; casibus, hoc versi. contentis: vxile, lex, humile, res ignota, necesse. qua hic fusè explicantur.*

5 *Excommunicatio omnis cũ excõmunicato qua sit pro damno cõmunicantis vitando, communicans non excusat. Et an excõmunicatis humanitatis gratia aliquid dandum sit*

6 *Cõmunicatio respectu eorũ, quæ suprà dicuntur. Os, orare, vale, &c. quos casibus illicita sit: & in quibus incurrant coicantes?*

7 *Excõicatus nõ denũciatus, an hoc vitari debeat? Et in hoc refert Cœlij Cõstantiẽsis cõstitutio. q̃ gratiosa & mysteriosa est.*

8 *Canitas vel collegium, an excommunicari debeat. Et tum quatis publicatio esse debeat? Et qualis respectu interdicti & suspensionis aduersus communicantem?*

9 *Interdictum ecclesiasticum non publicatum, an quis obseruare teneatur? Et quid si ciuitas sit interdicta? Item quid de sententia generaliter lata?*

10 *Papa, aliúsve prælatus num excõmunicato à se, suisve inferioribus cõmunicantes, excõmunicationem incurrit? Et an omnia quæ in Apostoli doctrina sunt, proprie ac stricte de iure diuino sint? Et in quibus Papa dispensare nequeat, & in quibus sic?*

11 *Delegatus num maiori excommunicatione eos excommunicare queat, qui à se excommunicato participant?*

12 *Vendẽdo aut emẽdo, nũ quis cũ excõicato seruo, contrahere possit: & an ab vxore, vel familia excõicati aliquid accipere in se.*

13 *Prædictorum num passim cum excommunicatis participare queant: & ab hoc aliquid accipere: & id quibus ex causis*

14 *Legatum ab excommunicato, an licitè accipiatur. Et quid de morituris ab huiusmodi datis?*

15 *Et ista, num eo casu, de quo hic, ytheologus recte accipiant?*

17 *Patres ac domini, si filijs ac seruis excommunicatis participẽt, nũ excusentur? Et in quibus licite coerceri ea, ac participatio vitari.*

18 *Vasalli dominis excommunicatis, communicantes, num aliquam excusationem promereantur.*

19 *Iudicibus, ac Rectoribus excommunicatis in iudicio consilendo, an quis licitè communicet? Et ibidem quando requiri non modo licet, sed & necesse est. quantumquam in certis casibus communicatio licita non sit.*

20 *Episcopus si excommunicato à se in crimine damnato, vel criminoso communicet, num eadem sententiam incurrat?*

21 *Soluere, qui teneatur ad quem relictus est certo termino soluere. an si ille eius administratus est mortem exciscerit, eidẽ soluere teneat?*

22 *Participãdo ac excommunicando in diuinis excommunicatis, an semper eadem sententia, aut etiam maior incurratur? Et quid si in hac communicatio per minora fiat. nu. seq. Et ibidem an prælatis mortem, aut verbera subire præcipientibus, obedire subditus necesse habeat. num seq.*

24 *Sacerdos, aut index aliquem excõmunicatum denuntiare mandat, num mox vitat literis eundem vitare teneatur? Et excõmunicatus qualiter vitandus sit. nu. seq. Et quem semel excõmunicatũ scimus, num is semp & vbiq; vitandus sit. nu. 26.*

27 *Excommunicatus domo, num nobis vti liceat? Et aliquem excõmunicatũ esse quomodo credere debeamus, vt exinde eundem deuitemus? nu. seq.*

29 *Participationis cum excommunicatis prohibitio, an ad mortuos quoque extendatur?*

EXcommvnicatio quintò, quo ad participationem cum excõicato, vt plenius innotescat, sciendũ est primò quòd excõmunicato excõmunicatione minori participãs, nulla sententia incurrit vel pœnã: & hoc est quod communiter dicit quòd excõmunicatio, scilicet minor, no trãsit in tertiã personã. xj.q iij.qui multos. sed excoicato excommunicatione maiori non licet participare vel coicare cum alijs fidelibus, vt dictũ est, Excoicatio.iij. nec etiã licet alijs communicare cũ eo: quia, sicut dicit Fabianus papa, apostoli statuerũt dicentes cum excõmunicatis participandũ no esse. xj.q.iij. sicut. & idẽ habetur in duobus c. sequentibus. & cõtra faciens statim est excõmunicatus ipso facto, vt ibi in c.cum excõicatio. & hoc aliquando maiore, aliquãdo verò minore. vt j. Et hoc participãdo ante eius absolutionẽ etiã si cõposuisset cum aduersario, vel satisfecisset pro iniuria: etiã si vadit pro absolutiõe: aut no fit adhuc denũciatus. extra eo. cũ desideres. secundũ Ray. Sed intellige iuxta dicenda j. §. iij. Imò etiã si iam iudex stare mãdato alicuius episcopi ante absolutionẽ participas, etiã si esset ipse episcopus qui excõmunicauit, iuxta: quia nec participare illi pòt ipse, nec participãdi licentiã dare. extra eo. super. xj.q.iij excõmunicatos. Eunti tamẽ ad curiã pro absolutione vedi potest, & pretiũ recipi, & cõmunicari in pertinentibus ad vitã, secũdũ Pita. Addẽ tñ ex S. Tho. in quol. iij. q̃ hi, de quibus dubitatur à doctoribus an sint excõicati, vitari nõ debet nisi post sententia nõ suspẽsam appellatiõe. Sũt alij, secundũ S. Tho. in iij. di. xviij. & secũm alios Theologos & Canonistas ea, in qbus participatio alias licita, nõ tenet, quę his verbibus cõtinetur. Si q̃ delictis anathemã quis efficiat. Os orare, cõmunio, mensa negatur.¶ Os, inquã negatur primo, id est, osculũ, secundũ S. Tho. & cõsequenter locutio, secũdũ alios; quę solet esse inter amicos: sub qua cõprehenditur, sed in Gul. & Hug. in c. quoniã multos. xj.q.iij. etiã literæ receptæ vel missæ, & nuntij, & munera, quæ, vt ide Gul. dicit, qui ab excõicato recipit, reddere nõ tenetur: sed ex cõsilio suo danda pauperibus, vel remittẽda ad ruborẽ excõmunicati.¶ Et secundò orare, scilicet cũ eo negatur vel prohibetur. Et per orare, intelli-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ge non solum participare in diuinis & sacramẽtis, sed etiam audire oratiões, vel diuina: vnde si ecclesiã ingressus ibi se firmat, alij tenẽtur aut exire, aut exitũ eius procurare, si est excommunicatus publicè, secundũ Ray. xj.q.iij. sicut apostoli. & intellige si intrat causa orandi vel audiendi diuina. Si verò occultè, quia scilicet à paucis scitur, & non communiter: qui hoc sciũt, exibũt secretè & cautè si possunt, vt eius manifestatio non sequatur: aliàs non exibũt. vj.q.ij. si tãtum. quę tamen secundum Inn. nõ sunt intelligenda, si in ecclesia sit nõ causa orandi, sed pro alio negotio: quia tunc, inquit, nõ video quare orare non possim in eadem ecclesia: licet contrarium teneat Ho. Non intelligantur etiã prædicta de prælato hoc sciẽte secundũ aliquos, quia debet eũ secretò monere: & si nõ audit publicè increpet, quãdo hoc potest probare: quia iste videtur esse ordo in correctione fraterna institutus à Domino. Circa
3 missam tamẽ secundum Ray. nota q̃ si ea incepta intrat, & est occultus: sacerdos missam dimittere non debet. vij.q.j. nihil. Si verò est publicus, moneat eũ publicè: & si nõ vult exire, nec cõmodè potest expelli, & canonẽ sacerdos nõ inchoauit antequã illũ viderit, missã dimittatur. ar. xxiij. q.j. omnis. & canone dico incipere à Te igitur, secundũ Archi. de cõsecr. di.ij. de hymnis. licet secundũ aliquos Host. & Inn. teneãt q̃ à cõsecratione. Si verò iam canonẽ inchoauerit facerdos, procedat in officio simul cũ sibi assistente alijs omnibus exeũtibus. Et finito canone ac sumpto sacramẽto antequã dicatur postcõmunio, moneat eũ vt exeat: de cõse. dist. ij. relatũ. & eõ cordant Host. & Gof. Quòd si non vult exire, potest eijcere eum, etiam si sit clericus. Sed limita, si hoc põt sine sanguinis effusione. ar. extra eo. veniẽs. Aliter recurrere põt ad bracchiũ seculare, secundum Supple. etiã si videat futuram sanguinis effusionem, arg. extra, de homici. postulasti. secundum Host. Sed hoc Sum. Angel. etiã de ordine negat, & Ros. non tenet, & valde rationabiliter: quia si non debeo exponere sanguinem meum pro non participando in diuinis, vt dicetur: multò minus licet fundere alienum, & violare locum sacratum. Et si ejci nõ potest, in sacrificium rediens dicat orationem & postcommunionem, & quæ restabant, secundum Hostien. & Gof. ¶ Et tertiò aute, id est, salutatio, sub qua secundum Sanc. Tho. videtur includi locutio: & secundum alios etiam resalutatio prius salutãtis includitur. Imò si ei licitè scribatur in cẽsibus, de quibus infrà, non est salutãdus, sed loco salutationis scribatur: spiritum consilij sanctus, secundum Archi. Si quis tamen ab eo saluatur respondere potest: Deus vos emẽdet, vel huiusmodi, secundum Archi. Si autem salutãti quis assurgat, vel exhibet reuerẽtiã, aut inclinat, aut mouet labia, quasi resaluturus, nihil tamẽ dicẽs, secundum Gul. non incidit: quia pœnæ sunt restringẽdę. de pœni. dist. j. §. pœnę. & in reg. odia. lib. vj. Et ita determinat Sum. Ang. Sed Dire. lib. ij. tenet q̃ per hæc incurratur excõmunicatio minor: & in effectu idem tenet Gul. de mon. Jaudu. & Zenze. & Stepha. & Car. & Imo. cle. fi. de sen. ex. Et ita determinat Sum. Ros. Et hoc est verius: quia ista sunt quędam saluratio, non verbo, sed opere: & communicatio quædam, quæ generaliter prohibetur, etiã taendo, vt in oratiõe vel cibo. xj.q.iij. excommunicatus. & cap. qui cõmunicauerit. & cap. sicut apostoli. Et quod dicitur de motione labiorum, est ridiculum: quia ecclesia non intẽdit prohibere salutationem interiorẽ, quæ in charitate interiori consistit: sed exteriorẽ ad punitionem rei, & terrorem aliorum. ¶ Et quartò communio, ne scilicet quis ei communicet, puta cooperando in aliquo exercitio: vel habitãdo in domo cũ excõmunicato. Si tamẽ ego & ille simus in vna domo vel tamẽ pro diuersis negotijs nõ participo secũdũ Inn. in c. nupũr. eo. tit. a fecus pro eodẽ. Et idẽ est in alijs actibus communibus, vt emere, vendere, & similibus. Et nota q̃ excõmunicatus non tenetur alijs communicare, nisi in casibus infrà dictis. Et nota q̃ excõmunicatus tenetur petere absolutionem, & si differt, peccat mortaliter. Et nota q̃ excõmunicatus tenetur seruare ordinem à iure statutum, & si non seruat, peccat mortaliter. Et nota q̃ excõmunicatus tenetur seruare ordinem à iure statutum, & si non seruat, peccat mortaliter. Et nota q̃ excõmunicatus tenetur seruare ordinem à iure statutum, & si non seruat, peccat mortaliter.

eleemosynas accipere, quando apud eos in prædicationibus & confessionibus cõuersantes quasi gerunt causas expeditorum, præsertim si in locis illis sustentationem habere non valent: extra eo. cũ voluntate. & sẽdm Host. etiã extra casum necessitatis, dũ sperãt probabiliter de proficiendo eius: sed tñ pro eorum salute tandiu participare possunt, quandiu correctionem sperant probabiliter: & nõ plus. ¶ Sedò excusat lex, scilicet matrimonialis, qñ scilicet de matrimonio cõstat. xj. q.iij. qũ multos. Sed tamen distinguendũ est: quia si sententia est lata in alterũ coniugũ propter matrimoniũ illicitè cõtractum: neuter põt participare cum reliquo. Si verò lata est propter aliud delictũ: vterq; excusat' quo ad redditionem debiti. Host. Gof. Ray. Imò etiã quantũ ad eũ, qui nõ est excõicatus quo ad petitionem debiti matrimonialis & cuiuslibet alterius: cùm ab excõicato debitũ peti possit. extra de iud. intelleximus. In alijs verò, sẽdm omnes, excusatur vxor si communicet marito: non autem sẽdm Veruec. si cõmunicet excommunicato, cui cõmunicat maritus, vocando eũ ad mensam: poterit tñ in eadem domo in alia mensa comedere, ita remotè q̃ non dicant' simul comedere. Vtrũ autem & vir si cõmunicet vxori excõicatæ? dicit Sum. Ang. q̃, secundum alios, non excusant'. Sed tu, inquit, tene q̃ sic: quia vir & vxor ad imparia non iudicantur. extra. de diuort. gaudemus. Sed limitat quãdo eam corrigere nõ potest, & suscipit ab ea necessaria: si tñ cùm sit caput eius, xxxiij. q.v. eã ad absolutionem non inducit, vt tenetur, peccat mortaliter. ij.q.vij. negligere, & incidit in minorẽ. sed Host. Gof. & Ray. & Sum. Pi. & Sum. Ros. eiusdem ordinis tenent contrariũ, & dicunt virũ non excusari: & similiter Io. Mo. extra eod. statuimus. lib. vj. & Dire. Nec obstat q̃ non iudicentur ad imparia: quia sẽdm Dir. est verum quantũ ad debitũ carnale, & nõ quantũ ad alia. vel secundũ S. Tho. iij. dist. xxxv. ar. iiij. est verũ in causa diuortij, & alijs fiendis per iudiciũ: imò d.c. gaudemus. clarè se limitat dicẽs, cũ non ad imparia iudicent' circa matrimoniũ. & gl. dicit aliàs penè famula vxor est. xxxiij. q.v. hæc imago. Nõ obstat etiã q̃ eã corrigere aliquãdo nõ possit: tum quia hoc raro accidit: lex aũt respicit qd̃ est in pluribus, sẽdm S. Tho. ij. ij.q.xxx. vnde eo casu saltem deberet interpretationem vel dispensationem petere à superiore: tum quia non debet dici non posse eam corrigere, quandiu se ab illa non separauit: sed & si probasset, participare non debet ratione dicta, nisi in debitis, id est, in his, quæ ipsa tenetur: vt in copula, & in ordinando de regimine domus nõ aũt in comestiõe, aut familiari colloquio & huiusmodi. ¶ Tertiò, excusat humile vel humilitas, id est, quæ sunt in humilitate subiectionis aut seruitatis: vt sunt filij sub potestate patris existentes vel emancipati cõmensales patris, & ab eo recipientes necessaria, dummodo in crimine nõ participent: alij verò nõ excusant', secundũ Veruec. Et similiter monachi participantes abbati excõmunicato, sẽdm eundem Gul. quia sunt quasi de familia eius. Et similiter clerici participantes suo pontifici, quando sunt eius officio deputati, sicut & alij seruientes: nõ aũt alij clerici. xciij. di. maritus. extra de excess. prælat. c. fi. Host. Et serui ac ancillæ, id est, seruilis conditionis: rustici quoq; seruientes, & alij subiecti, scilicet de familia, qui non sunt adeo curiales vt eorũ cõsilio seelera perpetrentur. xj.q.iij. qm̃ multos. cũ distinctiõe tamen secundũ Veruec. quia si ante sententiã adstrictæ erãt tales personę ad familiare obsequiũ, etiam nunc tenentur, & excusantur participantes: extra eodem inter alia. quod secun dum extendem intelligit quãdo ante sententiam obligarunt se ad seruiendum, & seruitium intrauerũt: sed si intrauerunt Post sententiã, distinguẽ: quia si ignorauerunt, & postea sciũt, discedere non tenentur cum suo damno: si verò à principio sciuerunt, tenentur discedere, nisi eos necessitas compulisset fieri de familia eius. Hæc tamen dicta non intelligo quantum ad eos, qui sunt de familia tãtũ: quia extra eo. inter alia. habetur quòd inter personas exemptas à Greg. qui ante sententiam erãt obnoxij, vt vxor, filij, & serui, etiã post sententiã sunt obnoxij, & cõmunicare tenent': qui verò nõ erant, etiam nunc nõ sunt, sed tñ possunt cõmunicare, quãdo & prout fuerit necesse. Et quod dicitur de rusticis, sẽdm Veruec. de colonis terras intelligitur: &, vt dicit, etiã ad eos extenditur, qui dicunt' mediatarij: quia cõmunicare possunt quantum exigit cultura, & huiusmodi. Et idem sẽdm Host. intelligendum est de nutricibus, & similibus, qui contraxerunt societatem, vel alio modo erant obligati per contractũ. qd̃ Host. & Ber. limitant quãdo sine incõmodo nõ possunt abstinere, vt quia non haberent vnde viuerent. ar. extra eo. si verò. vbi excusant' etiã, qui cum excõicatis nautis conuenit transfretãdo contra Saracenos. Et idem sẽdm Veruec. intelligitur de armigero & seruiente militi: quia potest dño excõmunicato cõmunicare: licet nõ cum excõmunicatis, qbus participat dominus suus. vtrum aũt vasalli possint participare dominis vel dñi seruis & patres filijs, infrà §. vl. dub. ix. ¶ Quartò, excusat res ignorata, id est, ignorantia facti probabilis, secundũ Veruec. extra de cle. excõ. mi. apostolicę. extra eo. significauit. nõ autem excusat ignorãtia iuris, nisi eos quibus licet ignorare: vt sunt pueri nondũ capaces doli. Dicitur aũt quis ignorare factum, quando nõ constat ei q̃ quis tale qd̃ fecerit: puta q̃ verberauerit clericũ, scilicet necvidit, nec est fama ita publicavt credere debeat omnino: nam si ab aduersario audit, vel leuis fama, nõ debet sibi de hoc confirmare conscientiam. xj.q.iij. nõ solum. Si verò est publica fama, vel auditur à fide dignis q̃ quis sit publicè excõmunicatus, vel aliquid notoriè fecerit, propter quod sit excommunicatus, ibi debet euitare illum in occulto & publico, & interim quærere veritatem, secundum Ray. Dicitur verò quis ignorare ius, qñ quis ignorabat, verbi gratia, quòd percutiens clericum aut ecclesiam succendẽs esset excommunicatus. ¶ Quintò, excusat necessitas tam excommunicati quàm participantis. vnde orator, id est, vadens causa orationis, siue peregrini, aut viatores, & similes in necessitate constituti, licitè recipiunt ab excommunicatis, secundum Inno. & Host. xj.q.iij. quoniam multos. quando alíter habere nequeunt. ¶ Et dico generaliter, quòd omnis communicatio, quæ est pro damno communicantis vitandũ excusat, nisi sit in crimine vel in diuinis: quia si possum ab eo petere debita: à fortiori repellere damna: arg. etiam ex no. in c. nos sanctorum xv.q.vj. Quanta autem esse debeat necessitas excusans, glo. Ray. dicit quòd non est expectanda extrema: sed sufficit indigere, & non posse facilitèr & commodè habere aliunde. Sed Dir. addit in lib. iij. quòd aliquid sustineatur dum est, vt ecclesiastica iustitia seruetur. dist. xix. in memoriam. Hæc tamen videtur iudicio superioris arbitranda: arg. extra de offic. delega. de causis. & si res dilationem non capit, vel superiorem difficile est audire, quisque suo iudicio relinquitur. xj.q.iij. quod prædecessor. Intellige tamen secundum Host. quod in his & similibus casibus sunt excommunicati, quantum bono modo fieri potest, euitandi, vt patet ex mente dicti c. quoniam multos. & eo. tit. si verò. in fi. Et similiter excommunicatis aliquid dari potest causa humanitatis, secundum Veruec. in sustentationem, quando scilicet indigent: nec est expectanda necessitas vltima: nec tenetur hospes, si ab eo peratur hospitium ab excommunicato, expectare quòd ab alijs omnibus expellatur. Sed intellige de necessarijs vitæ: non autem si peteret vtensilia: puta fossorium, vel securim. xj.q.iij. quoniam multos. nisi & ista vitæ essent necessaria.

Universidad de Deusto Biblioteca

6 ¶ † Sciendum est tertiò, quòd participatio cum excommunicatis in prædictis, scilicet os, orare, &c. est etiam in multis casibus illicita. ¶ Primò, quando excõicato participatur in crimine, propter quod est excõicatus, siue in crimine damnato, scilicet dando consilium, auxiliũ, vel fauorem: & talis incurrit eandem sententiam, extra eo. si concubinæ. & c. nuper. & gl. ibi. sed de hoc infrà Excõicatio viij. §. ij. dub. j. & iij. & Excommunicatio. d. dub. iiij. ¶ Secundò, participãdo quidem in crimine mortali, sed nõ in damnato: & tũc licet peccet mortaliter, nõ tamen incurrit maiorem, sed minorem tantùm excõmunicationem, secundũ Inno. in d. c. nuper. ¶ Tertiò, participando in diuinis, scilicet recipiendo eũ ad officia diuina vel ecclesiæ sacramenta, aut ad sepulturã ecclesiasticã. Talis enĩ peccat mortaliter, si scienter agit: etiã si ius ignoret: non tamen est excõicatus maiore, sed minore: nec est irregularis, sed irregularitati vicinus: quia interdictus est ei ingressus ecclesiæ si excõmunicatio erat publica, donec satisfecerit competenter ad arbitriũ eius, cuius sententiã cõtempsit. extra de priui. c. episcoporũ. lib. vj. Et si post illud interdictũ ingerat se diuinis in suo officio, irregularis efficit: & sic interdictus decedens nõ sepelitur in cœmeterio. extra eo. l. is cui. lib. vj. Sed tamen aduertendũ est quòd illud c. episcoporũ habet locum in sentẽtia hominis, secundũ Arch. arg. quia dicit, ad arbitriũ. Sed melius. Gemi. sentit quòd etiã habeat locum in sententia iuris: & quod dicitur, ad arbitriũ, si sententia est hominis, intelligitur de illo: si verò iuris, intelligitur de conditore. qđ intelligo in casu, quem sibi conditor reseruauit. Videtur etiã quòd istud interdictũ locum non habeat in laico, secundum aliquos. Fallit tamen quod dictũ est primò, in sepeliente publicè excõmunicatum. secundò, in sepeliente hęreticum: quia primus incidit in maiorem: vt cle. eos. de sepul. & similiter secundus: extra de hæreti. quicunque. lib. vj. Fallit etiam tertiò si excõicatum à Papa iudicialiter clericus scienter & sponte suscepit ad diuina extra eo. c. significauit. quo casu clericus incurrit maiorem, laicus verò minorem tantùm. ar. c. significante. eo. tit. secundum cõmunem opinionem doc. in c. sacris. quod met. causa. ¶ Quartò, participando nõ in crimine dãnato vel mortali vel in diuinis: sed in alijs actibus humanæ vitæ in casu illicito: & tunc secundum Ray. participans mortaliter peccat. quod Arch. putat verum, quando participatur contra prohibitionem hominis, sed non canonis: quia mitius agitur cum lege, quàm cum legis ministro. ff. de arbit. l. Celsus. Sed S. Tho. in iiij. disti. xviij. dicit quòd videtur valde graue quòd homo pro verbo leui mortaliter peccet. Vnde probabilius alij dicunt esse mortale solùm in quatuor casibus, scilicet primò participando in crimine. intelligo damnato, vel etiam mortali, non autem veniali: puta loquendo verbum leue. Secundò, in diuinis. Tertiò, in contemptum ecclesiasticæ disciplinæ. Et non videtur hic sumi contemptus secundum quod quis ideo præcisè agit cõtra legem, quia ei subijci non vult: sed etiam quia ipsam censuram quis non æstimat, sed habet vt trussam: secundum Arch. & Host. extra eo. quod in dubijs, & idem videtur sentire S. Bona. qui videtur velle quòd solùm excusatur qui participat cũ timore, & cum reuerentia sententiæ. Quarto, pertinaciter, id est, cõtra ꝓhibitionem superioris præceptoriam. & intellige generaliter vel specialiter factam: imò hodie requiritur monitio facta nominatim. extra eo. cõstitutionem. lib. vj. Et de hoc S. Tho. in quol. xj. art. ix. facit quæstionem. Et consentit Pat. & Abbas. & Io. Andr. & Io. de Lig. & Rich. in iiij. & Sanc. Bona. addens quòd est mortale etiam quando quis probabiliter credit ex tali communione sententiam venturam in contemptum. Sed hoc ad tertium casum reducitur. & Pan. in c. in sacris. quod met. cau. addens quintum casum, quando scilicet quis est excõmunicatus cum participantibus. sed hoc nõ est mortale ratione participationis, sed ratione præcepti inclusi in sententia: vnde reducitur ad quintum. Addit & sextum, scilicet quando cõmunio est nimis frequens: sed iste reducitur ad tertium. Addit aũt S. Tho. quòd Iuristæ oppositum sentientes, nimis fauent iuri positiuo. Sed cõtra hoc videtur esse c. sacris. extra qđ met. cau. vbi videtur dici ꝙ sit mortale. Sed illud c. loquitur qñ participatio est in his quæ sunt sc͂dm se peccata: vt potest colligi ex S. Tho. in quoli. siue in crimine criminoso. ¶ † Sciendũ est quartò, quòd licet secundũ iura cõmunia excõicati etiam non denuntiati deberent euitari, vt dictũ est: illud tamen est modificatum per constitutionem Cõstantiæ factã, & Basileæ autem scissuram renouatã, scilicet ꝙ fideles & tales non teneantur euitare in diuinis vel extra nisi fuerint publicè denũtiati excepto percussorẽ clerici ita notorio ꝙ nõ possit aliqua tergiuersatione celari. quæ quidem cõstitutio licet olim fuerit dubia: non tñ modò, vt probat Arch. in censuris de excõicationibus. in fi. & in iij. parte. titu. xxv. in fi. Sed quia potest habere multiplicem sensum, eã recito formaliter. ¶ Insuper ad euitanda scãdala & multa pericula quæ cõscientijs timoratis contingere possent, Christi fidelibus tenore præsentiũ misericorditer indulgemus, ꝙ nemo deinceps à cõmuniõe alicuius in sacramentorũ administratiõe, vel receptione, aut alijs quibuscunq; diuinis, intus vel extra prætextu cuiuscunq; sententiæ vel censuræ ecclesiasticæ à iure vel ab homine gñaliter promulgatæ teneat abstinere vel aliquem vitare, aut interdictum ecclesiasticum obseruare: nisi censura vel sententia huiusmodi fuerit in vel contra personã, vel collegiũ, vniuersitatem, ecclesiam, cõmunitatem, vel locum certum vel certa à iudice publicata vel denuntiata specialiter & expressè: constitutionibus apostolicis & alijs in contrariũ facientibus non obstantibus quibuscunque. Saluo si quem pro sacrilega manuum iniectione in clericum sententiam latam à canone adeò notoriè cõstiterit incidisse, ꝙ factum non possit aliqua tergiuersatione celari, nec aliquo iuris suffragio excusari. Nam à cõmunione illius licet denuntiatus non fuerit, volumus abstineri iuxta canonicas sanctiones. In cõcilio Constantiensi sub Martino v. ¶ Ex † quibus videtur primò, cum excõmunicari nõ debeat communitas vel collegium, sed singulares personæ: quòd loquendo de excommunicatione, dicta publicatio specifica & expressa intelligitur facta nominatim, licet quo ad interdictum & suspensionem sufficiat denuntiatio specialis contra communitatem. Et ita etiam sentiunt quidam Summistarum. Quod verum puto, nisi vbi quis notoriè est membrum alicuius multitudinis denuntiatæ in specie: puta eorum, qui incenderunt vel rapuerunt. Et hanc ideo sum tene: quia constitutio est gratiosa & misericors, ideo ampliãda, iuxta regulam iuris, odia. libro sexto. Vnde & dicit Asten. libro septimo, quòd si Papa interdicat vel excommunicet N. cum suis fautoribus & participantibus sibi, vitandus est N. quia nominatim interdictus vel excommunicatus est: non autem alij, quousque nominatim specificentur & determinentur facta fide de fauore vel participatione. Adde nisi notoriè constet de hoc. ¶ Et secundò † quòd nullus tenetur seruare interdictum ecclesiasticum, nisi sit publicatum ab homine contra aliquam vniuersitatem vel personam aut locum specificè: puta contra tale regnum, aut talem ciuitatẽ, aut tale castrũ, vel tale collegiũ. Vñ licet sit interdicta ciuitas, cuius vniuersitas exigit pedagia, vel gabellas à clericis nullus tñ tenet obseruare nisi facta tali publicatione. Quidam autem idem putant de sententia excommunicationis generaliter lata, scilicet quòd nullus eam seruare teneatur, nisi post publicationem factam nominatim. Sed hoc non habetur ex textu. & Archi. dicit quòd hæc constitutio nõ suffragatur excommunicato, quin ipse alios vitare teneatur. Quod etiam hic patet: quia est facta in fauorem timoratarum conscientiarum. Et non est simile sicut de interdicto, quod quis potest incurrere sine culpa & facto proprio: quod etiam ipsa verba ostendunt. Et si obijciatur, quia ex hoc sequitur quòd quis possit absoluere excommunicatum ministrando ei sacramentum pœnitentiæ per illud verbum, sacramentorum administratione: dico hoc non sequi: quia aliud est dare licentiam communicandi his, quos aliquo humano respectu difficulter vitamus: aliud, ingerendi se ad illa, quæ quis sponte facit. Vnde per illud verbum, administratione, datur licentia conferendi sacramenta coram excommunicatis & ligatis: imò & dandi ea excommunicatis occultè, & quando se publicè ingerunt cum alijs. Sed in hoc notandum est quòd alium textum huius constitutionis dicit Supple. Clericus. iij. in fine, se accepisse de libro proprio domini Iuliani Cardinalis, qui præfuit concilio Basiliensi: per quem textum excipitur non solùm notorius percussor clerici: sed generaliter omnis notorio facto excommunicatus, ita quòd nulla possit tergiuersatione celari, aut iuris remedio excusari. quod intellige etiã si non sit in genere vel specie denuntiatus, secundum hunc textum. Et additur quòd per hæc papa excommunicatos, & suspensos, interdictos, seu prohibitos non intendit in aliquo releuare, nec eis quomodolibet suffragari. Et ita etiã refert Panorm. in clemen. ij. de sentent. excommuni. ibi fuisse statutum. Et ita etiam dicitur esse in vero registro eius. Et idem concludit do. Feli. in cap. Rodulphus. de rescriptis. Causa verò diuersarum copiarum potuit esse diuersitas cõciliorum, in quibus de ea mentio facta est, & aliquid mutatum. Vnde concilium Basiliense aliqualiter constitutionem Constantiensis alterauit. Et huic literæ videtur standum, vt etiam dicit Feli. ita tamen quòd illud quod dicitur de remedio iuris, non intelligatur solùm de remedio vero, quia sic concilium

16 nihil concederet: sed intelligatur etiam de remedio apparenti & disputatione sustentabili, licet falso. ¶ Sed † circa prędicta, dubia infinita consurgunt. ¶ Primum est, vtrum sit excommunicatus papa vel alius prælatus communicando excommunicato à se vel à suo inferiori? Et dico quòd papa dispensare potest in participando cum excommunicatis: quia ecclesia in ordinando pertinentia ad salutem errare non potest, cũ regatur à Spiritu sancto: vt habetur dist. viij. qui contempta. ipsa autẽ in hoc dispensauit, vt patuit per decretum Constantiense: & quotidie dispensat, ad scandala tollẽda, quę multum caueri debẽt. di. [illegible] o. vt constitueretur. Nec obstat ꝙ excommunicatis nõ communicare sit de doctrinã apostolorum. xj. q. iij. sicut & patet j. Cor. v. & in secũda canonica Ioã. c. vnica: quia, vt dicit Sanct. Tho. in iiij. non omnia quæ sunt in doctrina apostolorum, sunt propriè & strictè de iure diuino, scilicet sumẽdo illud pro his quę sunt pertinẽtia ad fidem & substantiam sacramentorum, & moralia ad salutẽ necessaria, in quibus solus Deus dispensat: sed quædam sunt pertinentia ad ritus, & decentiam Christianæ religionis, quæ sunt puræ ordinationes apostolorum, nõ Dei, seu diuini iuris. & in his papa tollere potest & suspẽdere ordinationes, cùm videtur expedire: cùm ecclesia habeat illã authoritatẽ, quam tunc papa succedente Petro, qui præfuit omnibus apostolis. Vnde cum bigamo dispensat. di. xxxiiij. lector. quod est contra tex. apostoli. j. Timo. iij. Igitur dico, quantum attinet ad papam, quòd non incidit in minorẽ, secundum glo. in c. nulli. eo. titu.

quia hoc vinculum contrahitur à iure positiuo, quo papa non ligatur: vt in c. proposuit. de conces. præben. Panor. tamen in cap. cum desideres. eod. titu. addit quòd peccat quando non subest causa participandi: quia tunc facit contra ius diuinum illud, quo in Euangelio cauetur, quòd qui se non vult corrigere, excommunicetur, & sit vt ethnicus & publicanus. Vnde papa non habendo eum vt ethnicum, peccat contra ius diuinum, cui subijcitur. xxv. q. j. sunt quidam. non tamẽ incidit in minorem: quilibet autem inferior papa in eam incidit participando: vt idem ibidem dicit: etiam si talem vellet haberi pro absoluto: quia non potest illo modo absoluere. ¶ Secun-

11 dum † est, vtrum delegatus excommunicare possit excommunicatione maiori eos, qui participant excommunicato à se? Et dico quòd sic: & illi tenentur absolutionẽ petere ab eo vel à delegante. extra de offi. dele. præterea. &. c. significasti. & c. prudentiam. quod tamen intelligendũ est solùm cũ illa solennitate, de qua dictũ est suprà, Excõmunicatio. ij. in prin.

12 casu ix. ¶ Tertium † est, vtrũ possit quis vẽdendo vel emẽdo contrahere cum seruitore excõmunicati? Et dico quòd sic, secundum Verucc. si agat suo nomine, & nõ in fraudẽ. Si verò agat nomine excõmunicati, nõ est cum eo contrahẽdũ, sicut nec cum excõmunicato. quod intelligo, nisi eo casu quo ista cum excõmunicato licet: puta in vitæ necessarijs. Si tamẽ video aliquos afferẽtes venalia de mercato publicè excommunicato, scilicet quantum ad omnes ibi contrahentes, secundũ eundem, nõ teneor ꝓpter hoc eos vitare, nisi mihi aliter innotescat, ꝙ ea ibi emerũt: de rebus aũt ibi emptis comedere potest quilibet, maximè si nõ fuit in culpa emẽdi, vt notatur

13 in Sum. Con. li. iij. ti. xxxiij. quęst. cxciij. ¶ † Quartũ est, vtrum ab vxore vel familia excõmunicati possimus aliquid accipere? Et dico secundũ Verucc. ꝙ sic, si sua & suo nomine dederint. secus si nomine excõmunicati & suo simul, vel excõmunicati solùm. Item secus si dederint de cõmunibus bonis aut proprijs excõmunicati: nisi fortè ille concessisset ꝙ suo proprio nomine possent dare. Et intelligo nisi hoc cõcesserit in fraudẽ, puta quia sciebat quòd aliter talia acceptata nõ fuissent. Et si dubitatur quæ vel quo nomine dentur: tenendũ est certum, secundũ eundẽ Verucc. nisi scilicet esset tãta necessitas in accipiente, ꝙ excusaret: vt in Sum. Conf. eo. tit. q. cxlvj.

14 ¶ Quintum est † vtrum prædicatores possint excõmunicatis participare passim? Et dico secundũ Verucc. quòd eleemosynas possunt accipere tẽpore & occasiõe prædicationis ac cõfessiõis, vt dictũ est, etiã si aliunde possent sibi prouidere, secundũ quosdã: quia, vt dicit Host. illa cõstitutio extra eo. cum voluntate, ꝓpter prædicatores specialiter facta est, qui scilicet alio iure tẽpore necessitatis poterãt accipere. xj. q. iij. quoniam multos. Vnde aut ista constitutio nihil eis contulit: aut accipere tũc possunt etiã sine casu necessitatis, licet Inn. in d. c. cum voluntate. dicat oppositũ esse tutius. quod verũ puto, nisi refutatio impediret fructum prædicationis, gratia cuius etiam verba impertinẽtia possunt interponi, vt ibi dicit. Sed præter has causas, scilicet prædicationis ac cõfessionis & necessitatis nõ debẽt accipere ab excõicatis & similibus, id est, oppressoribus pauperũ & desidẽtibus. di. xc. obligatiões. & c. corũ. xvij. q. iiij. miror. & cõsentit Ber. & Sum. Cõ. li. iij. ti. xxxiij. q. clxvij. Ad eandẽ quoq; mensurã sedere nõ debẽt secundum vtrosq;, scilicet si aliàs possunt sibi ꝓuidere, secundũ gl. Ray. Quod prędicatores nõ proficiãt: quãdiu tñ probabiliter sperãt profectũ, recipere possunt. ff. de nego. gest. l. sed an

15 vltro. aliàs autẽ non, secundũ gl. Ray. & Host. ¶ Sextum † est, vtrum legatũ accipi possit ab excõmunicato? Et dico secundũ Inn. in d. c. cũ voluntate. ꝙ sic nisi sit factũ ad hoc, vt eretur pro anima eius. Et dicit quòd licet mortuaria, quę dãtur pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

anima,non sint ab excommunicato recipienda, cùm pro eo non sit orandum:tamen si non pro anima,sed sicut alteri priuato excommunicatus aliquid leget ecclesiæ, illud recipere potest:quia ille nec testari prohibetur.& cõsentit Pet.de Sapsona.Ho.tamẽ contrarium sentit,vt no.in Sum.Conf.eo.ti.q.clvj.Sed primum dictũ videtur verius:quia in morte cessat potissima ratio prohibẽdi participationẽ:scilicet vt excõmunicatus resipiscat.extra eo.cum medicinalis.lib.vj.Et sic verum est primũ dictũ,addo quòd etiam si fiat legatũ vt oretur pro anima illa, eodẽ modo quo licet orare, iuxta dicta ꝛ. eo.ti.in prin.potest recipi:tũ quia hic cessat ratio Inn.scilicet quòd pro eo nõ sit orandũ:tum etiã quia ista participatio est pro bono animę eius:cùm ordinet ad orationẽ primatã.¶ Septimum† est,vtrum fratres recipere possint eleemosynas in hoc casu,scilicet quãdo Petrus,qui cõsueuit eis dare singulis septimanis certam summã,vidit se in breui excõmunicandũ: ideoq; ordinauit amico vt dictã summã daret eis donec renocaretur mandatum vel sententia,spondens se satisfacturũ? Et dico secundũ gl.Ray.& Sum.Conf.eo.tit.q clix. quòd sic, si fratres hoc non procurarũt:nec peccabunt ipsi recipientes ab amico dãte nomine suo:nec excõmunicatus, qui proprio motu sibi prouidit in futurum,& pia intentione, sciens quod fratres ab eo excommunicato nõ reciperẽt.Secus verò si fratres hoc procurarũt:quia canoni facerẽt fraudẽ,licet ille suo nomine daret.fit enim fraus canoni vel legi,quãdo salua litęra superficie,per adinuentionem aliquam dolo malo cõtramentem eius venitur.ff.de legi.l.contra legem. ¶Octauum † est,vtrum excusentur patres & domini si participãt filijs & seruis excommunicatis, sicut econuerso? Et dico secundum Ray.& Veruec.quòd secundũ aliquos excusantur.Sed tutius est dicere ꝙ nõ:quia suos minores corrigere tenebãtur ne in ciderent.ar.xxvij.q.j.de filia.& consentit Gof.& Host.&videtur verum,quando ipsi fuerunt causa quòd incíderent vel essent in mora petendæ absolutionis,secundũ Arch.Aliter,inquit,locum habet quod S.Tho.dicit in iiij.dist. xviij.quòd ad minus debẽt eis cõmunicare in luis,ad quę sunt obligati:quia sicut inferiores superioribus ad obsequium,ita superiores inferioribus ad prouidentiã obligantur. Vnde intelligo quòd tantũ licitè communicant, quantùm requirit paternalis,aut dominatiua gubernatio.quod intelligo, etiam si fuerunt in causa:quia per hoc nõ tollitur obligatio eorũ.Et adde quòd quando parentes à filijs alimenta recipiunt,licitè eis communicant:vt in Sum.Con.lib.iij.titu.xxxiij.q.cxxxj.Sed intellige quod licitè participant in petendo & accipiendo alimenta tanquam debita,si ea filij debent:non autem cõueniendo, si aliter facere possunt:quia eo casu non ideo excusantur, quia debeant filio,sicut subditi suo superiori:sed quia filius debet eis sicut debitor creditori.Et eodmodo me dicẽdum videtur de seruis excommunicatis,qui seruiũt domino:& de mercenarijs,quibus licitè cõmunicãt conductores,vbi sine magno incommodo eos vitare non possent.Et idem de socijs habentibus aliquid commune.Host.Ber.& Sum.Conf.ibi.q.cxxxij. & in cap.si verè.eod.titu.vbi Pan. notat ista esse vera, si societas erat contracta ante excommunicationem, & etiam si post;& ego nõ contraxi,sed in ius successi alterius: quia non sum in culpa:& societas originem habuit ante excõmunicationem.Secus si ego contraxi:quia peccaui contrahẽdo.hæc ille,recitans Hostien.& videtur dicere repugnãtia.Sed intelligo quòd dicat societatem contractam post excommunicationem,nõ simpliciter,sed in ordine ad me,qui successi in ius alterius,qui ante sententiam contraxerat.Et intellige,secundum eundem,quando ex abstinentia societatis dãnum immineret mihi:non autem quando imminet excommunicato:quia non teneor illi communicare in suum fauorem. Intelligetiam arg.d.c.si verè.quòd semper participari potest ad euitandum damnũ emergẽs,ar. etiã doctorũ suprà notabilis ij-in prin sed eo casu voluntariæ cõmunicationes sunt vitandę.

¶Nonum,† an excusentur vasalli dominis cõmunicantes? Et dico circa hoc esse triplicẽ opinionẽ.& prima est Ric.in iij.dist.xviij.ꝙ non:quia absoluti sunt durante sententia:vt nos sanctorũ.xv.q.vj.& cõsentit Hug.& Sum.Ro.Secũda est Inn.& Host.in c.veritatis.de do.& contu. qui loquuntur ambiguè,nec audent diffinire: sed recitant cõtrarias opiniones.& consequenter,secũdum eos,eligenda est tutior,id est,præcedens.Tertia verò est distinguẽtium,vt distinguit Veruec. dicens quòd eos vitare tenentur cùm sententia contra dominum aggrauatur:& præcipitur vasallis ne obediant illi.& sic intelligitur d.cap.nos sanctorum.& Supple. dicens,quod non excusantur quando possunt cõmodè dominũ vitare:aliàs necessitas excusat.Sed veritas est iuxta ea quę determinata sunt supra.§.iij.& viij.quòd dominus agere non potest:ipsi tamen debita reddere tenẽtur:& in hoc licitè cõmunicant,etiã soluendo in propria persona,vt in Sum.Conf.eo.ti.q.cxxxvj.& non aliter.Nec obstat ea.nos sanctorum.quia nõ absoluit vasallos à debitis,sed à iuramẽto fidelitatis,quod est magna seruitus vltra debitum:vt infrà,Vasallus.& hoc patet ibi per glos.& tex.Si tamen dubium est vtrum princeps sit excõmunicatus nẽcne,vasalli obedire tenentur in omnibus vt prius:quia in dubijs,superioribus obediendum est,secundum Doc. vt xxiij.q.j.quid culpatur.¶ Decimum† est,vtrum possit quis iudicibus vel rectoribus excommunicatis communicare in iudicio stando coram eis?Et dico secundum Veruec.quòd sic,si est de iurisdictione illorum, & vocatur: quia est casus necessitatis.& similiter si coram eis conuenit suos inimicos:quia etiã in hoc non solùm est necessitas:sed etiam communicatur tali in spectãtibus ad salutem animę,scilicet reddere cuique suum:aliter pararetur via raptoribus. Item quia si licitè conuenio excommunicatum ratione debiti: pari ratione & coram excommunicato.Licet etiam indicem excommunicatum requirere, vt iuuet inquisitores contra hæreticos: nec inquirentes incidunt in minorem. extra de hæreti. c.præsidentes.lib.vj. Imò in eadẽ causa hæresis recipi potest testis excommunicatus.extra,de hære.cap.in fidei.libro vi.

alijs tamen easibus non licet prædictis communicare:puta comedendovel huiusmodi:quia non sunt de personis exemptis,secundum Veruec.& Sum.Conf.eo.ti.q.cxxxvij.¶ Vndecimum † est episcopus si communicet excommunicato à se in crimine dãnato vel criminoso,id est, propter quod illud excõmunicauit,vtrũ incurrat eandẽ sententiã?Et dico ꝙ nõ,secundũ Ber.& Gof.sed incurrit minorẽ tantũmodo:aliter sententia ligaretur.quod fieri nõ potest:cùm nemo possit sententia ligari.ar.ff.de arbi.l.pe.&de iud.l.Iulianus.Sed Ray. Inn.& Ho.sentiũt ꝙ incurrat eandẽ:& nõ sua,sed iuris sententia ligatur,licet occasiõe suæ extra eo.nuper.& ꝙ à superiori oportet illũ absolui.& sic intelligitur c.sicut apostoli.xxiij.cũ tribus sequẽtibus.& extra eo.si concubinæ.& consentit Ioã.Mo.& Arch.& addit Host.quòd incurrit etiã minorẽ:sed emplũ verò horũ est si episcopus cognoscat illam quã ipse fornicatione damnauit:vel si cõsanguineũ vel amicũ damnauit pro rapina facta suo inimico,& raptori fauet occultè,& cum eo participat.Si tamen episcopus vel alius excommunicatus casset aliquẽ cum omnibus auxiliantibus:& ipse excommunicator fuerit vnus ex illis,nõ ligatur:quia cũ non ligetur à iure,ligaretur à se:quod esse nõ potest:cùm nemo se possit absoluere vel dãnare:sed tantũ superior.dist.xxj. inferiores. extra de maio.& obedien.cum inferior.Sed Inn.extra eodẽ

quod in dubijs.secundum Archid.extra eo.statuimus.libr. vj.

¶†Duodecimum est,vtrum qui tenetur iuramento soluere alicui in certo termino,soluere teneatur si ille excommunicetur interim?Et dico in hoc esse varias doctorum sententias. Nam Host.& Ray.tenent quòd soluere non debet:sed summã in sacra æde deponere donec absoluatur.xv.q.vj.nos sanctorum.vt citius retipiscat:si tamen ecclesia me absoluit durante sententia à iuramento exigente contumacia rei, quod facere potest:vt xv.quæst.vj.iuratos.& extra,de iureiur.venientes.& de pœn.cap.fi.eo casu depositionẽ fieri nõ oportet, secundum Hostien.& idem tenet glo.in cap.iuratos.xv.q.vj. & idẽ Supple.& Sum..Ros.& Ang.gl.verò Rayn.dicit quòd sisteſolutionem differat ex auaritia,nõ ex zelo iustitiæ,nec eat Deo:licet ab ecclesia non puniatur.Innocen.verò consulit tali quòd soluat:quia& seruiens tenetur seruire ei vt promisit.xj.q. iij. quoniam multos.Et hanc opinionem Summa Pisa.cum Archid.dicit veriorem,& sequitur:& sine dubio ista est mens Sancti Tho.in iiij.vbi probat patrem & dominum posse communicare filio& seruo excommunicato,saltem in his ad quę tenẽtur,vbi virtualiter habet istam maximã,quòd obligatus excõmunicato ante sententiã,est obligatus etiam post,nisi absoluatur:vt vasallus quo ad iuramẽtum fidelitatis? Et hoc esse verum, patet etiã ex dictis Host. tenẽtis opinionẽ cõtrariã:quia ipse fatetur quòd debens aliquid excommunicato ex contractu,tenetur quo ad obligationẽ naturalem,etiam si nõ interuenerit iuramẽtum,vt dictũ est ꝛ.iij.§. xxiij.Obijcit autem Supple.quòd illud cap.quoniam. nõ loquitur nisi de obligatione procedente ex conuersatione domestica. Sed dico primò hoc esse falsum:quia extẽditur illud cap.etiam ad colonos,vt iustum est:& data veritate huius,dico secũdò quòd sicut illa obligatio ad cõuersandum domestícè excusat communicationem domesticã:ita minor obligatio,quæ est ex cõtractu,excusat minorẽ,quæ est in reddẽdo debitum.Obijcit etiam Rosel.allegãs Panorm. in c.inter alia.eod.tit.qui tenet aliam opinionem per locum à specialis: quia si speciale est in filijs,& mercenarijs,&similibus,de quibus in dicto cap quoniam.ergo in alijs erit contrarium:quia non debeo incurrere periculum animæ ex facto excõmunicati.Sed dico primò quòd est speciale in prędictis quantũ ad communicationem domesticã vel magnam,nõ quantum ad paruam,quæ est in reddendo:hoc tamen dato,dico secundò quòd in alijs erit cõtrariũ,vbi est ratio minor vel etiã par,nõ extendendo ius priuilegiatum:secus vbi est ratio maior,vt in debitore,qui iã accepit quod reddat:sicut mercenarius exhibet id gratia cuius accipiat.Nec incurritur periculũ animæ faciendo id ad quod obligat lex naturæ,id est,soluẽdo debitum:sed potius non soluendo,quando quis non est absolutus ab obligatione. Et si dicatur quòd absoluit ecclesia eo ipso quòd prohibet tali communicare,nõ valet: quia nũquam est intelligẽdum quòd inferiorẽ aliquid agere velit aduersus legem superioris,etiam in casu à superiore cõcesso,nisi specialiter exprimat:sicut specialiter exprimit de iuramẽto fidelitatis in vasallo.¶† Decimumtertium est, vtrum participando in diuinis semper incurratur sententia eadem siue maior? Et dico quòd,vt ex dictis colligi potest,si excõmunicatus est quis à papa sententialiter & nominatim,ex tali participatione clericus incurrit eandem:vt ꝛ.Excõmunicatio.vij.§.vj.laicus verò minorem:vterq; tamẽ mortaliter peccat.Si verò est excommunicatus à quocũq; iudice papa inferiore, & denunciatus nominatim sit clericus, incurrit minorẽ, & interdictũ ingressus ecclesiæ:vt infrà Suspensio.§.vj.laicus verò minorem tantùm,secundũ aliquos:vterq; tamẽ mortaliter peccat. Si verò est excõmunicatus generaliter à iure vel ab homine, etiam si sit papa:nec clericus nec laicus tenetur eum vitare, etiam in diuinis,nisi sit notorius clericis per cussor:vt patet ex decreto Constantiensi.Adde secũdum limitationem consilij Basiliẽsis,ante scissuram, vel nisi aliàs sit excõmunicatus ita notoriè quòd nõ possit aliqua tergiuersatione celari, etiam si non sit denũtiatus:quia, vt probat Feli.in cap.Rodulphus. de rescrip.notorius excõmunicatus nõ est necessariò denuntiandus.¶† Decimũquartum est,vtrũ participatio in diuinis vel in alijs facta propter metum,vt quia tyrannus cogit sub comminatione mortis aut verberũ,excusetur?Et dico secundum Host.quòd beatus esset sacerdos si se ad martyriũ præparet:quia metus &si culpam attenuet,nõ tñ simpliciter excusat.xxxij.q.v.ita ne.Sed in ista opinione ipse est singularis, & nõ tenetur.Hug.autẽ & Veruec.&Sum.Conf. & communiter omnes,dicunt quòd excusat metus cadens in virũ cõstantem,de quo ꝛ.Metus.sic quòd nec peccatũ nec sententia,etiã minor,incurrit:quia in talibus excusat casus necessitatis vel etiam vtilitatis,quod minus est,Item quia nõ tenet quis obedire prælatis præcipiẽtibus subire mortẽ aut verbera,vel aliquid facere,ad quod ista sequũtur:vt ꝛ.Charitas.§.ij.& ꝛ.Religio.vj.§.vlt.Metus verò,qui in cõstantẽ virũ non cadit,non excusat.Fallit tamẽ,quod dictũ est,in duobus. Primò, quãdo participatio esset in crimine:quia tũc procedit dictum Host. & sua probatio. Secũdò,quãdo excõmunicationis causa esset pro tutãda fide:quia pro fide & cõmuni salute, quãdo aliter defensari nõ potest,prælatus subditũ põt obligare: vt ibi dictum est,& dicetur.Caput autem,sacris. quod mer.causa. dicens quòd ꝙ nullo metu debet quis peccatũ mortale incurrere, præsupponit participantẽ facere contra præceptum ad quod tenetur:ideo loquitur quãdo metus est leuis,vel participatur in crimine vel in præiudiciũ fidei. ¶† Decimũquintũ est,vtrum sacerdos cui mandat iudex vt aliquem denuntiet excommunicatũ,statim visis literis teneat eũ vitare? Et dico secundũ Veruec.quòd debet eũ præsumere excommunicatum,si iudex est ordinarius,vel etiam delegatus, niũ probabiliter dubitetur de sua authoritate:si tamẽ postmodũ res deducatur in iudicium,&ille neget se excõmunicatũ,dicit literas huius mandati non sufficere ad probationem.quod puto verum quando ageretur cõtra excommunicantẽ coram superiore,cui ostẽdere debet iustitiæ causæ & iudicij. extra eo. sacro.aliàs in dubio stãdum est literis iudicis.extra de proba. post cessionẽ.nõ tamen tenetur eum vitare, donec eũ denuntiauerit,aut denuntiatũ cõstet. Si autẽ iudex sacerdoti mandet quòd aliquẽ excõmunicet:nõ tenetur, vt dicit, eũ vitare publicè, vel priuatim, donec eũ excõmunicauerit. ¶† Decimumsextũ est,quomodo vitãdus sit excõmunicatus? Et dico quòd si de excõmunicatione certũ est,excõmunicatus occultè vitari debet in occulto:puta bono modo recedẽdo vel tacendo,aut occasiones quærẽdo,taliter quòd nõ ꝓdatur. arg. c.si tantùm.vj.q.ij.&.c.cùm nõ ab homine.eod.tit.& concor. Ray.& Gof.Excõmunicatus verò publicè,puta quia cõmuniter scitur,& nõ tantùm à paucis, vitãdus est publicè: vt si intret ecclesiã,recedẽdo inde,vel monendovt ipse recedat.quę monitio,nõ est participatio illicita: cùm sit in conuertendo animã eius ad legis obseruationẽ.Si verò de excõmunicatiõe dubitatur,secũdum S.Tho.in quol.iij.artic.xiiij. distinguendum est:quia,si dubitatio præcedit sententiã iudicũ:puta quia nondum per eorum cõsensum declaratum est,vitari non debet,quousq; certo iudicio terminetur.Si verò sequitur eõrdem eorũ sententiã,magis stãdum est sententiæ iudicũ,& vitandus est.Cuius ratio est,secundũ mentẽ eius,quia in dubijs obediẽdum est superioribus,vt ibi dicitur, quia iudices certiores possunt percipere veritatẽ.Itẽ quia si ser-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cutijs non starentur non suspensis, appellatione, sed quilibet pro suo arbitratu calumnia posset ingerere, reipublicæ bono præiudicaretur. Sed predicta intelige de dubitatione iuris propter varietatem opinionum: vt in Sum. Conf. libro iij. tit. xxxiij. quæst. cxciij. non de dubitatione facti, de qua dictū est supra. §. ij. casu iij. ¶ † Decimumseptimum est, vtrum is, quem ipso facto vel excommunicatum semper, & vbiq; sit vitandus, aut semper peccem no euitando. Et dico quòd si eum, de quo mihi constat, quòd sit Parisijs publicatus, postea inuenio Bononiæ, vbi de hoc mihi sciunt, secundū quosdam, ibi vitare teneor. Vnde Inn. dicit in cap. inquisitioni. extra eo. & approbat Panor. in cap. ad nostram. el iij. de iureiurā. & in cap. cùm non ab homine. extra eo. quòd si quis esset in via pro. uincia notorie excommunicatus, & in alia mihi soli pateret, debeo eum vitare ibi etiam in publico: quia nō posset iste dici ab ecclesia toleratus. Posset tñ secundum Veruec. & Sum. Cosset. ac Pisa. benignius dici hoc esse verum, quādo habeo de excommunicatione testes vel instrumenta, quibus facilè eum probarem. aliàs teneor, solitu vitare in diœcesi, in qua facta est publicatio. Intelligo tamen quòd si eā probare non possem, tenerer tamen eū vitare in occulto: quia maior est de isto ratio, quàm de eo, qui nullibi est notorie excommunicatus. Eum verò, de cuius sententia mihi constat, si video post annum, secundum Veruec. ei cōmunicare possum, & eū credere absolutum, si talis est quòd credatur timorosus, & qui tunc seruabat excommunicationem, & modò non seruat. arg. extra de offic. ordin. ex parte. aliàs debeo eum vitare occultè vel publicè, secundum quod sententia est occulta vel publica, donec cōstiterit vel præsumatur probabiliter de absolutione. Igitur semel excōmunicatus, semp & aliquo modo vbiq; vitandus est, nisi constet de absolutione, per regulā semel. de reg. iur. in vj. & facit cap. proposuit. de cler. excōmunic. min. vel nisi esset talis, de quo hoc probabiliter præsumatur. Si tamen subitò nō aduerto actu de excōmunicatione eius, quem habitu scio excōmunicatum, nec peccо, nec incido in minorem, secundum Veruec. ¶ † Decimūoctauum est, vtrū liceat mihi vti domo excommunicati? Et dico secundum glo. Rayner. quòd eo absente non licet mihi hospitari in ea, vel inde sumere necessaria vitæ, aut vinum ad celebrādum, nisi accipiam ab vxore vel factore, eo modo quo dictum est suprà, dubio iiij. Si verò domum inuenio sine custodia, & prædicta facio ex confidentia amicitiæ, non licent prædicta: quia sic quodam modo cōtraho cum illo, obligans me ad antidora & ei communico. Si verò credo eum rem habituri non gratam cùm sciuerit, nō incido quidem in minorem, sed tamen furtum committo. ¶ † Decimunnonum est, quomodo credere debeo aliquem esse excommunicatum, sic, quòd eum teneat vitare? Et dico hoc esse. Primò si vidi eum denūtiari, aut facientem aliquid cui scio annexam esse sententiam: puta percutientem clericum. Secundò, secūdum Rayner. si est fama publica quòd sit denuntiatus: aut egerit aliquid tale. Si autem alterum horum audio à fide digno de visu referentibus, teneor inquirere veritatem, & interim vitare illum, secundum eundem. Si verò fama est leuis, vel audio ab aduersario: non teneor. xxij. quæst. v. hoc videtur, & ij. quæst. j. cap. j. & ij. quæst. iij. non solùm. & extra eodem. c. cum desideres. Tertiò, si audio ab aliquo hoc dicente de seipso extra confessionem secundum omnes: non autem si in confessione, secūdum Veruec. nec cōfessio reddatur odiosa: & quia scio solùm vt Deus. Et consentit Hostiē. licet Hug. dixerit contrarium: cuius tamen dictum dupliciter est verū. Primò, quādo hoc scio in cōfessione simul & extra cōfessionem. Secūdò limitādo quòd eū debeo secretè monere & vitare quantū cōmodè possum sine scādalo: ne dem ei materiam peccandi & ingerendi se aliorū cōmunionī contra iura. arg. vj. q. j. ij. tantum. & extra de offic. ordi. si iacerdos. Quartò, secundū Veruec. si audio quòd talis sit excōmunicatus: & hoc ab episcopo vel alio eius prælato, aut sacerdote parochiali, qui hoc mihi dicat denūtiando sententiā: & talis est casus, de quo solet excōmunicatio fieri. Secus verò si hoc dicat in locutione cōmuni: quia credere nō teneor, aut illū euitare. Secus etiā si aliqs illorū dicat se vidisse parochianū suum aliquid faciente, propter qd incidit in excōmunicationē: & illud nō est publicum quia secundū Veruec. siue credā illā vitare, siue non credam, illūm vitare nō teneor, etiā in occulto, quantū ad euitandum excōmunicationē minorē: & multò minus si alius hoc dicat. Si tñ credam, non debeo me ingerere cōmunioni illius, & possum sine scandalo, ne dem materiā peccādi. Sed ista licet sint vera modò, ratione decreti Constātiensi, tñ olim necesse erat vitare in occulto etiā occultum. extra eo. cùm nō ab homine. Quintò, licet nō teneatur credere sacerdos si videat aliquē hora missæ nolentē intrare ecclesiā, sed audire foris, præsumere eum excōmunicatū, secundū Veruec. tñ, vt dicit, inquirere tenetur veritatē, si est sacerdos proprius, qui teneat agnoscere vultū pecoris sui. ¶ † Vltimū est, vtrū ista prohibitio participandi, extendatur ad mortuos? Et dico quòd excōmunicamus viuo, cōmunicamus & mortuo: extra de sepult. ex parte. el ij. nisi post mortē apparuerit quòd nō erat ei communicandū in vita: puta si post mortē de hæresi cōuincatur. xxviij. q. ij. sanè. & præter casum de torneamentis. de quo j. Torneamentū. §. j. Ecōtrario quoq; cui nō cōmunicamus in vita, nec mortuo cōmunicare debemus. extra de sepul. sacris. nisi appareat qp ei cōmunicandū erat in vita: puta, qa ostēdit signa cōritionis. extra eo. à nobis. el ij. de sepul. parochianus. vel nisi recōsiliationē petierit. de sepul. sacris. in gl. quod intellige si post mortē fiat absolutio: & nō ante absolutionē, secundum Panorm. in cap. à nobis. el ij. extra, eodem titul.

Rursus de Excōmunicatione sexto', scilicet percutientium clericos.

1 *Excommunicatio sexto modo considerata à Can. si quis suadente, nō omittitur. Et ibidem verbum, si quis, quid continet? Et quid clerici nomine continetur?*
2 *Canonis, si quis, vt quis panam incurrat, quot requiruntur?*
3 *Clericus quisnam, aut religiosus, cap. si quis. prædictis priuilegio gaudeat?*
4 *Priuilegium prout ad negotium præsens pertinet iuxta Panorm. duplex. Et ibidem vtrumq; tractatur.*
5 *Clericis etiam sine manuum violenta iniectione, quibus casibus aduersus iniuriam inferentem, Canon. si quis. priuilegio gaudeant, axiomatibus octo demonstrator.*
6 *Clerico manus violētas inferre, quot modis ac casibus sine Canonis offensione, quis possit quatuor lecti cōclusionibus ex pedetentim.*
7 *Clericus in sacris exul tus, habitu demisso, quibus casibus priuilegium Cano. si quis, aut fori, perdat. Et ad finem huius numeri in tribus Archie. Florent. resolvitur.*
8 *Clericus se sponte verberibus in satisfactionem obtulerit, numquid sit excommunicatus? Et in quā incidat excommunicationem?*
9 *Mulier clericum libidinosè impetentem si percutiat, an in Canonem incidat?*
10 *Clericum capillo arripiens, ac dicens: si nō clericus esset, percuterem: an in Canonem incidat? Et quid de tangente vestimenta adherentes: num. sequen.*
11 *Clericum aliquā per metum efficere cogens, num in eandem incidat? Et quid de eo, qui clericum de equo præcipitat? eius ascensu aduersarium effugere: num. seq.*

14 *Clericum criminosum, an quilibet iudex, vel etiam clericus seruus non iudex, vt fugiat, arripere queat vt eum iudici sistat? Et quid de Potestatis familia, & creditore?*

EXCOMMVNICATIO † sextò, specialiter quo ad percussores clericorum & monachorum fertur in cap. si quis. xvij. q. iij. & in c. non dubium. de sent. exc. Pro quo sciendum est primò quòd per ly si quis, comprehenditur etiam fœmina, secundum gl. ibi. & Arch. & patet in c. mulieres. eo. titu. & per clericum vel monachum intelligitur persona tali priuilegio gaudens vt sic rita quòd percussor eius in casu, in quo non gauder, non incidit. Et per manū violentā intelligitur omnis effectus violenter illatus in personā vel adhærentia personæ: quia iste canon, vt dicit Pan. in c. nuper. eo. ti. ponderat potius effectum violentiæ quàm modū inferendi violentiam. quod patet in d. c. nup. vbi dicitur excōicatus qui clericum detinuit in custodia, licet fortè eum non tetigerit: imò intelligitur omnis effectus iniuriosus, etiam si non esset violentus: vt in c. contingit. el j. eo. tit. vt cùm clericus sponte se verberibus subijcit iniuriosis. ¶ Ad † hoc autem quòd quis in hunc canonem incidat, tria requiruntur. Primò effectus iniuriosè illatus. Vnde nō incidit quis per iniuriosa verba aut cōminationes: puta eleuato pugno vel ense, secundum Veruec. Gof. Host. Ray. & Io. de Lig. quia ista non transeunt in personam clerici: & secundum Io. And. nullus incidit in pœnam latæ sententiæ per solā attentationem, nisi ad actus cōsummationem peruenerit. de elec. perpetuę. lib. vj. Secūdò, quòd fiat fugiente diabolo, id est, animo iniuriandi vel offendendi: quia hoc dicit. & secundum Inno. & omnes Canonistas requiritur dolus & facti perpetratio: imò si quis intendens iniuriam inferre laico & errore iusto deceptus infert clerico, non incidit, vt patebit. Tertiò, quòd effectus iniuriosus sit notabilis apud animum inferentis: quia vt suprà, Excommunicatio. j. §. ij. dictum est, sententia canonis nunquam infertur, nisi pro mortali: quod in re modica esse non potest: in hoc tamen habitur arbitrio boni viri, cùm arte determinari non possit.

2 ¶ Sciendum † est secundò, quis sit clericus vel religiosus gaudens isto priuilegio? Et dico quòd secundum iura & communiter doctores, talis. Primò, omnis habens aliquem ordinem, etiam primam tonsuram solùm: vt de ætat. & qualit. cùm cōtingat. & no. Pet. de Anch. in c. i. de cle. coniug. lib. vj. Et secundò, omnes professi vel professæ religionis approbatæ, etiam si fuerit cōuersi vel cōuersæ. Et tertiò, similiter nouitij, scilicet religionem approbatā sed ad probationem ingressi: vt in c. si religioso. eo. t. lib. vj. etiam si sint bigami, secundum Ioan. And. in q. mercuriali. ¶ De conuersis autem ecclesiarum secularium distinguit Host. in d. c. non dubium. quia si remanent in domo suā viuentes: vt laici siue si retinēt sibi aliquā proprietatem, non gaudent isto priuilegio. sicus si se & sua dedicarunt antecedentes tōsurari, & habitu mutato diuinas horas audientes, honestè queviuentes: quia licet Sum. Ang. teneat, eos gaudere solùm ante factum, scilicet ad cautelam: tamen verius tenet Host. quòd gaudent, scilicet antè & pòst. Probatur hæc solutio in c. vt priuilegia. de priui. ver. hoc autem. & consentit Sum. Ro. eiusdem ordinis. & Io. de Lig. & Pan. in d. ca. vt priuilegia. & addit Pan. quòd tales, scilicet sibi aliquid retinentes, etiam non gaudent priuilegio fori: sed cōueniri debent coram iudice seculari: licet largo modo sint ecclesiastiæ personæ. Et refert se Pan. ad notata per eum in capite ij. de foro comp. vbi dicit quòd solemniter professi non gaudent priuilegio fori nec etiam eremitæ. Et ratio eius est: quia nullus intermittit actus eximens eos etiam à iurisdictione Imperatoris, qui est duplex, scilicet receptio ordinis, & conuersio ad aliquam de religionibus approbatis: vt in c. ii. de reli.

do. & consentit Lau. & Io. de Lig. licet glo. in c. quisquis. xvij. q. iiij. quam sequitur Innoc. & Arch. teneat quòd conuersi & pœnitentes gaudeāt priuilegio clericali: & loquitur de conuersis omnibus etiā si sua nō dedicauerint. Vide suprà Eccle sia. j. §. v. De fratribus autem & sororibus tertij ordinis beati Dominici vel beati Francisci Sū. Ang. sentit qp gaudēt solùm ante factum, non autem post: nō solùm si in seculo laicaliter viuunt: sed etiam si viuunt in congregatione, sicut cæteri religiosi: quia, inquit, non sunt religiosi propriè, cùm tria vota non promittant vni religioni approbatæ, & eras possint esse meri seculares, si volunt. Sed ista ratio non est bona: aliquin nouitij non gauderent, nec clerici habentes tantùm primam tonsuram. Vnde dico quòd loquendo de iure communi, de his, & de omnibus oblatis religiosorum vel gaudent, vt patet ex dictis suprà Eccleſia. j. vel saltem eodem modo distinguendum est: quia si viuunt in suis domibus laicaliter retentā sibi aliqua proprietate, non gaudēt. arg. c. duo sunt. xij. q. j. & quod no. Host. & communiter doc. in d. c. non dubium. & Car. in cle. j. de deci. Imò etiam si retinent sibi solùm vsumfructum, vt notauit Pan. in d. c. vt priuilegia. nec sufficit si habitum mutarunt, vt ibi per eundem patet: & per gl. non obstā te quòd text. loquatur alternatiuè, id est, disiunctè. Si verò se & sua perpetuò dedicarūt ordinibus suis, gaudent: quia non est de his ratio minor, quàm de cōuersis secularibus ecclesiarū. Loquendo verò iure priuilegiato, dico qp omnes fratres & sorores vtriusque ordinis tertij beati Dominici & beati Francisci gaudent per bullam auream Xysti, & per aliud priuilegium incipiens, sacrosanctā. & tenet Zab. in c. si diligenti. de foro comp. & Feli. in tract. quando literæ apostolicæ præiud. patro. ecc. dicit indubitatū quantum ad vtrumq; priuilegium. vide' eriā vbi ?. ¶ De eremitis autem Sum. Ang. sequens Pan. qui in hac materia saris distat à vero, dicit quòd nō gaudent: sed quidam ex d. gl. in c. quisquis. tenent contrarium. & hoc verum est, vt patuit suprà titu. Ecclesia. j. Et idem dicendum est de inclusa sponte, secūdum Ant. de Bu. & Arch. licet dicta Summa hoc neget. ¶ De lesuante autem, qui & discalceati & caputiati incedunt, qp viuunt regulariter, dicit Pan. quòd non debent gaudere priuilegio: quia non sunt clerici, nec ordines recipiunt, nec profitentur tria substātialia vota, imò nullum, imò putat eos peccare mortaliter, cùm veniant contra constitutionem capi. fin. de reli. do. Sed tamen ista fortè habent apparentiam loquendo iure communi quantum ad primos institutores illius religionis: modò autem quia papa, scit & tolerat, imò Martinus v. concessit eis vsque ad beneplacitum sedis apostolicæ posse licitè in suo statu permanere, nō sunt condemnandi: imò dico quòd gaudent, iuxta dicta suprà in tit. Ecclesia. j. secundum dominum Ant. de Butr. ¶ De clerico etiam coniugato cum vna & virgine non bigamo incedente in habitu clericali & tonsura, dico quòd gaudet hoc priuilegio, & fori quantum ad delicta: vt in cap. vnico. de cler. coniuga. libr. vj. Sed si sit coniugatus non bigamus, non deferens habitum clericalem, & tonsuram, perdit omne priuilegium sine aliqua monitione, secundum Ioannem Andr. Mo. & Arch. in cap. Ioannes. de cle. coniu. & tex. in cap. vnico. de cler. coniu. lib. vj. ¶ Nota † verò quòd cum secundum Pan. cap. j. de aposta. sit duplex priuilegium, scilicet fori, vt scilicet tantùm quis conueniatur sub ecclesiastico iudice: & canonis, si quis suadente, quia primum perditur difficilius: quia non perditur ex sola dimissione habitus aut immissione enormium. extra eod. si vides. libr. vj. his autem aliquando perditur secundum. ¶ Si autem talis dimiserit habitum & tonsuram, & postea reassumpserit: quidam dicunt quòd non gaudet: quia satis est quòd semel assumpserit sibi vitam laicalem

profes

Universidad de Deusto
Biblioteca

professionem vt in regula, quod semel. de regu. iur. lib. vj. Sed alij verius dicunt contrarium: quia scilicet iusta pœnitentia nemini est auferenda. ij. q. vij. si quis libellos. Et faciunt nota per Inn. in c. fi. de vi. & hon. cle. dicentē q̄ clerici priuilegio priuati propter se immiscere negotiationibus, illud reassumunt dimittendo. & consentiunt Io. Mo. & Arch. Et hanc opinionem probat cle. j. de vi. & hon. cler. rectè intellecta, in qua dicitur, quandiu in præmissis existāt vel insistant, eo ipso amittant. quod secūdum verum intellectum ad omnia ibi præmissa refertur: vt in c. j. & c. secundò requiris. de app. quod etiam confirmatur: quia illa constitutio est pœnalis: ideò in dubio recipere debet interpretationem mitiorem. Io. de Lig. ¶ De clerico verò depositio siue degradato, dicit Hug. & Io. de Lig. & Hostien. quòd gaudet. Contrarium autem tenuit Bar. Bri. quod videtur probari per c. degradatio. de pœ. lib. vj. & extra de iud. cùm non ab homine. Sum. autem Confes. lib. iij. titu. xxxiij. q. xxxv. limitat quòd non gaudet depositus seu degradatus traditus curiæ seculari. Io. verò And. & Pan. in c. ex parte. de cle. coniu. limitant de depositio actualiter. & est eadem limitatio, vt credo: quia, inquit Pan., depositus actualiter incontinenti per actualem degradationem clericale priuilegium perdens, efficitur de foro seculari: non autem in depositione verbali, nisi sit incorrigibilis: quia tunc etiam perdit illud secundum communem lecturam in d. c. cùm non ab homine. Vide suprà Degradatio. & j. §. seq. & §. v. ¶ De promoto verò per saltum, dicendū est quòd gaudet: quia characterem recipit. ¶ De excommunicato verò quidam dicunt quòd non gaudet per c. excōmunicatorum. xxiij. q. v. & ij. q. j. multi. Sed verius contrarium sentit opinio communis: quia retinet ordinem, ratione cuius immunitas inducta est: durāte autem causa, durat effectus. ex v. Metaphy. & hoc tenet Io. de Am. Gof. Inno. & Io. And. & Speculator. ¶ De ordinato autem non baptizato, dico quòd nō gaudet: quia non recipit characterem, secundum S. Tho. & idem dico de ordinato coactè coactione absoluta. extra de bapt. maiores. in glo. Similiter nec ordinatus coactè coactione conditionali, nisi postea expresse vel tacitè ratificet secundum Io. de Lig. Sunt multæ aliæ personæ gaudentes hoc priuilegio: vt mulieres canonicè pœnitentes solenniter, templarij, hospitalarij, milites gaudentes, & huiusmodi: de quibus suprà Ecclesia. j. §. v. ¶ Sciendum † est tertiò quòd hoc priuilegio clerici gaudent, etiam sine violenta manuum iniectiōe in multis casibus iniuriosis: ita quòd inferens iniuriam incidit in istum canonem. ¶ Primò cùm quis percutit clericum subijcientem se sponte verberibus pro emenda. extra eo. contingit. el j. de quibus suprà Eucharistia. quia vt dicit Ray. talis percussio, & si non sit violenta, tamen est iniuriosa saltem ordini clericali, in cuius fauore promulgatus est canon. Et in hoc concordant quasi omnes. Ipse verò clericus se subijciens secundum Ray. est excōmunicandus, vt ibi: & eō sentit Pan. ibi. ¶ Secundò cùm quis clericum retinet vinculatum aut carceratum carcere publico vel priuato, aut custoditum: quia incidit, secundum Ray. vt †. §. vj. dubio v. qui verò illum retinet modico tempore etiam inuitū & realtentem, vt auertat à flagitio, secundum Veruec. non peccat, citra tamen iniuriam percussionis. Vnde quilibet potest eum capere & ligare, modò quàm primum restituat suo prælato. Et satis concor. Inno. in c. si verò. el j. eo. tit. & Host. Et idem est secundum Pan. in d. c. si verò. si familia potestatis inueniat ipsum de nocte: quia contra eum est præsumptio ne velit facere aliquod malum. de offi. deleg. consuluit, quod intelligo nisi probabiliter constet vel dubitetur de oppositō: vt quia incedit honestè cum lumine. Et similiter quando capitur ratione delictiv ducatur suo prælato in dubio ne fugiat, secundum eum in c. cùm non ab homine. de iud. Et idem est si creditor timet de fuga eius, secundum Inno. & Pan. in c. vt famę. eo. tit. Et idem est si pro delicto detineatur per xx. horas ad testes cōuocandum, ne sit locus inficiationi. facit l. capite quinto. ff. de adul. & in auth. vt li. ma. & auiæ. §. is quoque. Et idem est secundum Inno. si hoc fiat ne incidat in manus hostium: quia ei non irrogatur iniuria, sed salus procuratur. ar. dist. xlv. cum beatus. vide etiam infrà. §. vlt. Qui verò illum obsidentvel claudunt in domo mulieris, nonvt custodiāt, sed vt inferantverecundiā secundum Inno. non dicunt illum tenere in custodia vel carcere: quia ueq; hoc intendunt, nec inferunt violentiam personæ aut rebus adhærentibus. hæc ille, quividetur dicere quòd nō sint excommunicati. Sed rationabilius Ioan. de Lig. dicit quòd obsidens eum in castro pro violāda persona, incidit: nō autem qui p̄ habendo castro. claudens verò illū in domo ad verecundiam, incidit: quia, inquit, facit iniuriam personæ. Intelligo tamen dictū Inno. verum esse in duplici casu. Primò, quando non ita clauditur in domo vt exire non possit: sed vt exire non possit sine erubescentia: vt quia exeundo cogitaret de strepitum & sentiri. Secundò, quando obsidentes vt erubescat, intendūt erubescentiam leuem & iocosam. ¶ Tertiò, cùm quis clericum mādat capi vel cædi, & sequitur effectus: quia incidit mandator & mandatarius, secundum Ray. & in c. perpendimus. & in c. mulieres. extra eo. Si tamen mandatum reuocauit mandatum, distinguendum est: quia si mandatarius ante reuocationis notitiam iam percusserat, vterq; incidit, secundum Ber. & Host. licet Inno. contrarium sentiat. Si verò reuocatio ante percussionem ad eum peruenit: mandator non est excommunicatus. ar. extra de proc. ex infirmatione. & in c. nostra. & in d. c. mulieres. & consentit Bern. Host. & Gof. Et eadem quæstio ac solutio fieri potest de consulente, secundum Sum. Conf. Dicit tamen gl. Ray. quòd cùm percussio notitiam reuocationis præcedit, nō incidit mādator, si est sufficienter contritus: quia ius nullum existentem in charitate ligat, & si homo qui aliq̄s iniustè ligat. Sed dictum Raymundi videtur verius: quia mortale præcesserit, & eius occasione damnum irrogatum est: idemq; debet pœnā sentire. extra de iniur. c. fi. & de homi. c. fi. lib. vj. Si autem mandator ante percussionem decesserit, secundum gl. in c. mulieres. eo. tit. non incidit: quia morte mandatoris soluitur mandatū. ff. mandati. Iuter causas. quod do. Ant. dicit verum solùm q̄n mandatarius erat certificatus de morte, scḍm Dir. Inno. Bart. Hostien. hoc est notorium, & in fine non fuit absolutus, vel nō apparuerunt pœnitentiæ signa haberi debet pro excōmunicato: nec sepeliri debet in cœmeterio: nō ex vi, inquit, ecclesiæ militantis, q̄a ea nullo modo ligat sub terra. xxiij. q. j. q. dominus. sed ratione pacti notorij. & intelligit q̄ sub terra nō ligat nouiter. secus si discedat ligatus: vt hæreticus decedens, licet ignotus ecclesiæ. Et similiter Gof. dicit q̄ incidit, nisi reuocauerit ante mortem: quia intelligitur in eadem voluntate decedere. Pan. verò dicit ibi quòd si pœnitentiam recepit in extremis, non incidit: licet fuerit in culpa non reuocando mandatum. Si verò non egit pœnitentiam, non incidit quidem de rigore, quia mādatum reuocatur in morte: sed quoniam diu cessit in eo peccato, tenetur de alterius delicto, sicut reuocans principalis in nō reuocando mādatum: vt in l. si mandatum. ff. mandati. & operabitur hoc casu excommunicatio: quia aut nō sepelietur in cœmeterio: aut sepultus exhumabit. arg. c. in sacris. de sepul. hæc ille, cuius opinionem Ang. Exceptio communicatio. v. §. xxxiij. falsè recitat. Ex omnibus colligo quòd est excommunicatus, vel saltem habendus tanquam excommunicatus, si non pœnituit, cuius signū fuit si non reuocauit: clericus si nō pœnituit. Si verò iniecta est manus in clericum mani-

nifestus, licet sine mādato, & ratum habuisti, incidisti: quia ratihabitio cōparatur mandato. de reg. iur. ratihabitio. lib. vj. Sed si nomine tuo factū nō fuit: ratum habendo peccasse: sed non incidis in canonem vel sententiam excommunicationis: extra eod. cum quis. lib. vj. ¶ Quartò quando quis non mandat quidem clericū percuti, sed tamen dicit suis quòd vellet de eo vindicari, animo prouocādi illos: quia fi illi ex hoc non percutiunt, ille incidit, secūdum Veruec. Idem etiam est si non dixerit eo animo: sed tamen verba talia fuerāt, quæ comparentur mandato vel cōsilio, cōsideratis omnibus circumstantijs: quia dicēdo fuit in culpa. & cogitare debuit hoc posse euenire: arg. cap. fin. de homicid. lib. vj. & dāti operam rei illicitæ homicidium etiam casuale impuratur. ¶ Quintò, quando quis clericum à læsione nō protegit, cùm tamen id sine suo periculo posset. extra eo. quanto. quod verum dicunt Ioan. & Ber. in glos. super dicto cap. quanto. & Gul. quantum ad officiales, ad quorum officiū pertinet eos defendere. xxiij. q. iij. fortè. Host. autem in Summa, dicit hoc intelligendum esse vniuersaliter de quocūque, etiā si ex officio nō teneretur: modò simplici verbo prohibere posset, argu. extra eod. dilecto. lib. vj. & consentire videtur Ioan. de Ligu. super dictum cap. quāto. qd Ioan. And. in nouel. in dicto cap. quanto. & Vinc. & Abb. & Hostien. & Dir. lib. iij. limitant quando quis dolosè dimittit. Et addit Ioan. And. quod in hunc vel aliū canonem nullus incidit sine dolo. ff. de adulter. l. pen. ff. de fisca. l. j. idem Io. de Lig. Collige ergo quòd secundum omnes incidit dupliciter. Primò quando est officialis. Secundò, quādo dolosè non prohibet: non autem incidit secūdum melius sentientes, quādo non est officialis, & non defendit ex negligentia vel timore etiam irrationabili. ¶ Sextò, quando non tangit clericum manu vel instrumento manualiter tanto. sed lapillo, vel sputo, aut aqua, aut quoeūque tali iacto in eū iniuriosè: quia secundum Ray. & comuniter Doctores inciditquod intelligo nisi injuria esset leuis & iocosa. ¶ Septimò, quando quis clericū insequitur adeò acriter, vt illequasi coactus ad aquam vel periculū aliud se proijcit vt euadat: quia secundum Veruec. incidit. Si verò quis clericū insequatur vt cædat, & ille sine percussione cadat, & lædat', Sum. Ang. tenet quòd incidat. & idem Supple. dicēs non esse rationē differentiæ in primo & secundo casu: cùm in vtroque læsio ab insequente causetur. Oppositū tenuit Sum. Rof. eiusdū ordinis, & Sum. Pisa. & Archi. & hoc est rationabilius: quia illa læsio non fuit intenta in se ab insecutore, vt patet: nec in sua causa quæ est fuga: quia per accidens se habet ad illam. Et ista est ratio differentiæ in casu. ¶ Octauo, cùm quis infert metum clerico iniuriosè, scilicet nō iocosè per tactum aliquem non violentum, vt exeat de fundo hoc sine vt ipse ingrediat', vel aliquid inde accipiat, quia iste incidit, secundum Ioan. de Lig. & Archidiac. secus si metus esset verbalis tantùm: aut si realis, tñ sine tactu, etiam si adesset intentio percutiendi: vt vibrando hastam vel ensem: quia secundum Innocen. non incidit: quia non est iniectio manus in clericū vel in adhærētia illi. & verba sunt cum effectu accipienda: vt in cap. relatum. de cleric. non resi. nec obest conatus sine effectu. extra de spō. iuuenis. ¶ † Sciendum est quartò quòd in multis casibus quis infert manus violentas clerico, & non incidit in sententiam istam. ¶ Primò cùm percussus à clerico ludente statim etiam sine deliberatione repercutit: vt extra eod. cap. j. secundū Mona. quia hæc est conditio ludi, & quidam naturalis impulsus, vt percussus grauiter etiam repercutiat, ne videatur inferior. & generaliter dicit Richard. in quarto. distinct. xxviij. quòd percutiens non ex deliberatione quamuis turbatus, non incidit. Et idem est si ludens percutit deliberatè rameu iocosa leui-

tate & sine dolo. Iste enim secundum Veruec. nō incidit: extra eod. cap. j. etiā si percutiat grauiter. intellige tamen intra limites ludi: quia si grauitas hoc excederet interueniente excessu magno ex lata culpa, secundū aliquos, saltem præsumptiue incideret: sicut etiam si libidine vindictæ & dolo percutit quantūm ad veritatē rei. Sed oppositum credo verum ex dictis suprà eodem tit. in princip. & suprà Culpa. §. iij. Debet tamen secundum Ioan. de Lig. pōderari qualitas ioci & ratio fallendi: quia in pœna canonis requiritur persuasio diabolica, quam iocus excludit, ipsius qualitate pōderata. arg. notatorum in cap. j. de præsumpt. Et idem intelligo de quocūque repercutiente statum & fine deliberatione, etiā extra ludum: vt cùm tāta est subreptio quòd nec se vindicati nec iniuriari intendit. ¶ Secundò, quando quis ignorabat clericum esse, quem percussit: puta quia comā nutriebat: nec aliquid de clericatu apparebat: vt in cap. si verò. eodem tit. el ij. & cōsentit Innocen. & Ioan. And. & non incidit, etiam si occideret: quia dolus requiritur. Idem si habebat habitum, & nō videbatur: puta quia de nocte erat, secundum aliquos. quod verum puto quādo rei licitæ, puta defensioni rerum suarum operam dabat. Si autem vidit in eo tonsuram, & tamen clericum nō putauit, percutiendo incidit: vt gloss. not. in dicto cap. quod verum est secūdum Archi. nisi ex more patriæ, in qua laici plerunq; tonsuram ferunt tempore calorum, probabilis ignorantia excuset. Dicit tamen Tancre. quòd si volēs percutere Andream laicū percutit Ioannē clericum, errans in persona, neutrunq; cognoscens, nō incidit, per cap. si verò. eodem tit. cui Ioan. de Lig. cōsentit: quia nō præcesserit suasio diabolica. Sed oppositum sensit Ala. quia iniuriari voluit. ff. de fur. l. vltima. & hoc Hostien. tutius dicit. est etiam verius: quia dabat operam rei illicitæ. & hoc nō sine diabolica suasione. Si verò erraret in qualitate: quia iste qui est clericus, putat laicum videns eum in habitu laicali non gerentem se pro clerico, non incidit. extra eo. si verò. Sed si intēdens percutere clericum, laicum percutiat: gloss. in dicto cap. si verò. sensit quòd incidat. Sed oppositum sensit Ioan. de Lig. quia nō debet quis iudicari secundū quod intendit, sed secundum quod facit. Consentit Ber. & Innocen. imò secundum Fed. consil. xvij. nō esset irregularis, si in tali dubio celebrasset. & sequitur Panor. in dicto cap. si verò. Tertiò cùm percutit quis clericū in habitu laicali incedentem, nihilq; ostendente de clericatu tertiò monitum & nō correctum: vt eodem tit. cap. contingit. el ij. vbi singulariter notat Panorm. quòd ex solo delicto apostasiæ nō perdit priuilegium clericale, clericus etiam in minoribus existens etiam deprehēsus: sed debet moneri tertiò, vt in cap. cōtingit. ibi. el iij. nec sufficit, vt dicit, monitio vna pro tribus: quia ius trinā requirit, iuxta theoricam glo. in cle. j. de vi. & hon. cler. Vnde Ioan. And. in cap. ex tuæ. de cler. nō resi. dicit quòd vbi ius requirit primā, secundam, & tertiā citationem per edictum cōtra absentē, nō sufficit vnica peremptoria: quia in pœnalibus verba debēt intelligi strictè & ppriè, non autem fictè & latæ. Nec pōt fieri ista monitio per iudicem secularem aut quēcunque aliū, secundum Pan. per text. ibi, à re moniti: sed per episcopum diœcesanū ibi, in diœcesi tua. vel per quemcunque prælatū habētem episcopalē iurisdictionem in clericum extra eo. in audiētia. Non tamen requiritur monitio specialis, sed sufficit generalis: puta quòd episcopus faciat edictū vt omnes clerici reassumāt habitum infra meos em: quia tex. in d. c. in audiētia. nō requirit specialem. & vbi iura volūt fieri speciale exprimunt illud: vt in cle. j. de vi. & ho. cler. & in c. cōstitutionē. extra eo. lib. vj. Sed nōta quòd secundū Gemin. in c. j. de cler. cōiu. lib. vj. habitus clericalis quo ad hoc quòd clericus gaudet priuilegio, consistit in

Universidad de Deusto
Biblioteca

vestibus & tonsura. Quando autē clericus perdat priuilegiū clericale ex habitus dimissione, vide §. seq. ¶ Quarcò in clerico, qui habitu cōtempto ferat arma, & tertiò monitus nō secorrexit. extra eo. in audiētia. vbi elicit Panor. quòd ex sola dimissione habitus & delatione armorum militariū nō perdit priuilegiū clericale. Et idē est si nō sit tertiò monitus, sed imminiscet se tyrannidi. extra eod. cū non ab homine. vbi hoc not. gl. & Ioan. extra eo. nō dubium. vbi dicit idem de clerico seditionem & iniustam guerram faciēte. extra eo. perpendimus. ¶ Quintò, in clerico gerēte negotia secularia, huc administrationem rerum secularium & monitor: vt suprà extrà ne cler. vel mon. sacerdotibus. & de vi. & hon. cler. cap. fin. sed Supplementū & Sum. Ros. el. illud cap. intelligit, vt perdatur priuilegium in rebus tantùm. sed Sum. Pisa. & Archi. & Veruec. & Innoc. & Hostien. tenent vt prius dicebatur. & hoc innuit ibi tex. dicens indistinctē quòd iste ex facto ipso priuilegium abijcit clericale. Et necesse est sic dicere: quia ibi text. istum subijcit statutis & consuetudinibus patriæ quo ad res ipsas: quæ statuta & consuetudines volunt quod quis pro rebus interdum conueniatur coram iudice laico & arrestetur, & capiatur, & carceri tradatur: vnde iste perdit priuilegium fori, & à fortiori canonis, si quis suadēte. quod facilius perditur secundum dictam Sum. Ros. ¶ Sextò, in clerico coniugato si habitum nō defert, id est, vestes & tōsuram. de cler. coniug. cap. vnico. lib. vj. & vide suprà Clericus. ij. §. fin. Sed addit dom. Alexand. consil. viij. quòd cùm clerici non habeant habitum iure determinatum: vt est glo. in cle. j. de electio. quilibet habitus honestus est cōuenies clericis, cùm dicat quòd ferant habitum clericalem. & intelligo honestum ad est, conuenientem viro seni & grauī: non iuueni vel histrioni. ¶ Septimò, in clericis buffonibus, macellarijs, & tabernarijs, qui talia officia publicè & personaliter faciūt: vt suprà Clericus. iij. §. v. vj. & vij. ¶ Octauò in magistro percutiente. leuiter tamen, & causa disciplinæ, extra eo. cū voluntate, & cap. ex tenore. Nec distinguitur secundum Veruec. vtrum clericus sit in sacris vel in minoribus: sicut nec in prelatis in dictis capitulis. Et addit Veruec. quòd nō incidit magister percutiens cum ira causa correctionis. Intellige tamen secus, vbi ira principaliter esset in causa. Addit etiam quòd nō incidit subimagister percutiens dicto modo cōtra prohibitionem magistri principalis: vel alius quilibet, cui pueros docendos commiserit: quia per huiusmodi prohibitionem auferre nō potest beneficiū iuris. quod est, posse corrigere quos docet. Est autem idem de patre: vt in dicto cap. cū voluntate. & sicut l. si filius. C. de pa. pro. & l. vnica. C. de emenda. propin. distinct. xlv. cap. disciplina. Quod tamen limitat Sum. Ang. si clericus in minoribus, secundum Panor. in dicto cap. cum volutate. secundum Ioann. de Lign. Petrus de Peru. & Paul. Tanc. Veruec. Sum. Pisa. & Ros. tenent quòd nō incidit, etiam si sit in sacris: & si primum sit tutius, tamen secundum est rationabilius, secundum Archi. quod etiam patet: quia dicta Sum. Ang. concedit quòd magister licitè verberat clericum existentem in sacris. vnde irrationabile est hanc potestatē subripere patri. Sed contra: quia licet dignitas episcopalis liberet à patria potestate: vt in cap. venerabilem. qui fil. sint leg. scilicet vniuersaliter, nō autem facer ordine: falsē putauit gl. in d. c. cū voluntate. & in c. Iudæorum. de vsu. & qualiquia contrariū tenet Innoc. & Host. scilicet quòd nō liberet, tamē quo ad percussionem. secūdum Pan. liberat quilibet sacer ordo à patria & à seruili siue dominatiua quod arguit per cap. vniuersitatis eo. tit. arg. etiam cap. per venerabilem. qui fi. sint legi. Sed dico quòd ista nō habent efficaciā: vnde tene primū. & aduerte tamen quòd Sum. Ros. malè adducit Pan. Et qd de patre dictum est, intellige de propinquis. extra eo. cum voluntate. vbi dicit gl. quòd nō solum pater, sed etiā propinqui domesticos suos corrigere debent. C. de emenda. propin. vna. Et si tales personæ modū excedant, nō incidūt secūdum gl. in d. c. cum voluntate. quia canon exigit dolum, sine quo no est violentia: iste autē manus sunt charitatiuæ. Sed Io. de Lig. non consentit: quia leuis tantùm castigatio eis permissa est. Sed concordo: quia p excessum nō incidunt. cùm semper nō possint verbera subpedere in statera: sed per manū arbitrio boni viri. ¶ Nonò in eo qui incōtinenti vim vi repellit cū moderamine inculpatæ tutelę. extra eo. si verò. el j. & intellige incontinēti, id est, dū actu impugnat. & similiter intellige etiā scienter & deliberatē. Et ratio talledi est: quia iure naturali inditum est se defendere. Hoc autē extenditur, secundùm aliquos, & ad defensionem personarū solùm, per quas nobis intelligitur iniuria fieri, sicut sunt vxor, filij, iter, & huiusmodi: secundum aliquorverò quibus magis assentit Innoc. super dicta decretali, hoc extenditur etiam ad defensionem extraneorum, nec clericum percutiens gratia huius incidit: quia & socij iniuria propulsanda est. xxiij. q. iij. non inferenda. & in c. fortius. arg. etiam ff. quod met. cau. Istū quidem. §. fin. Et hoc tenet Sum. Pis. & Dire. lib. iij. & cōmuniter omnes Sum. istæ. & addit Innoc. quòd si defendendo alium quis clericum occiderit ne alius occidatur ab eo, est quidem irregularis, sed non excommunicatus: sed de irregularitate dicit verū in defensione aliorum, nō autem sui hodie: vt in cle. si furiosus. de homic. Ista tamen intellige statim, id est, dū imminet vel instat violentia aduersarij, nō autem postquam transijt. Vnde secundū Io. And. in nouel. super d. c. si verò. si clericus percutere laicū amplius nō percutiturus, & hoc laico consitus, repercutere nō deberit: si verò clericus esset ausus percutiturus vel secundū probabilem dubitationē laici, licet laico repercutere ad repellendum violentiā imminentem. Quida etiam hoc extendunt ad defensionem personarum tantùm, nō autem rerū. Sed tamen Io. de Lig. in tract. de particulari bello dicit quòd nō incidit laicus percutiens clericū pro rerū suarum, & secundum Arch. vel aliarū apud se depositarū defensione moderatē, si aliter vim repellere nō poterat. & allegat Inn. hoc licere in casu de resti. spo. quia no ett ibi maior violenta, sed violentiæ repulsoria. & ide dicit de rebus proximi. arg. etiā in c. olim. de resti. spo. el j. & cap. dilecto. de sententia excom. lib. vj. an l. furem. ff. de fura. No tamen propter hoc licet occidere vel mutilare, secundum Bar. in d. l. furem. quando ablatū est recuperabile per iudicem si autē sit irrecuperabile, secus. Sed Ioan. tenet cōtrariū dicēs quòd occidēs clericū pro rerum suarū defensione, incidit imò probat Panor. cap. & in c. fulcepimus de ho. quòd laicis nō licet occidere p rerū defensione, etiā si recuperari nō poterāt, nisi in foro cōtentioso laicali. Et ita de clerico tenet gl. xxiij. q. iij. in princ. & videte ide de mutilatione: quia ratio omniū istorū est, quia ista maximi pręferre debemus rebus nostris & eadem ratione interitate personæ nihil nocumentū esse corporale, puta vulnus sanabile. Sed dici pot cocordādo quòd licitū est etiā clericis defendere iuste & placito cōmūdo & percutiendo etiā mutilatione: & si rapior vt rapiat insurgit in defensore, licet occiderit. arg. c. si per fodiens. de homic. in verbo. resistendo. quæ defensio licet sit defensio rerū quę rapiuntur, tamē respectu domini, prohibetis rapina, est vera iniuria & aggressio hibita. Vnde quia licitè teneo rē meā eā, q me vult occidere teneam. licet occidere multò magis, qui in eā qui me vult occidere, quia detrahit aut aliàs āmittit. Si autem non occidere me inuadit, & tamen rem meā tenere nequeo nisi occidam, puta quia fugit in equo meo, quem aliter habere nequeo,

nisi illum sagitta occulta. forte non licet mihi in conscientia occidere. mihi vt dicam limitando dicta Pan., quanuis etiam dici possit hoc casu non esse contra legem Dei aut naturæ occidere: quia quotidie de licentia principis mouent arma p temporalibus. quod fieri nō posset, si esset contra legem Dei vel naturæ. Ad monū in contrariū dici posset q rebus nostris vita proximi est præferenda quantū in nobis est: vnde tanen ipsi sint in causa suæ vitæ perdendæ iniustè inuadendo, impartitur eis. Vnde dicn quòd eo casu pro rebus licet occidere, & mutilare: & quòd occidens aut mutilans clericū hac ratione, non incidit in excōmunicationem, & si in irregularitatem, nō est excōmunicatio iuris. Esto autem quòd verū dicat Pan. & sic velis indistinctē tenere: Limita tñ prædicta dupliciter. Primò, quando sublatio rerū vergeret in periculū nostræ personæ: ve si ennti per latrones auferant arma, aut aliquo gelu auferant vestes: quia eo casu defendere res, est defendere personam. Secundò, quando quis adhibita debita diligentia a casu mutilat vel occidit: quia non incidit, cùm faceret operā rei licitæ, id est, suarū rerū vel socij defensioni. Verò, etiam forte quādo sublatio rerum inferret damnum grauius morte viro nob leui: quia eum oporteret inhonestè vivere aut mendicare. Istā tamen rerū defensionem nō intelligas ex interuallo, sed statim: qa licet nō incidat percutiens dum res subripitur, aut etiam dum subrepta asportatur antequam venerit clericus ad locū destinatum, secūdum Veruec. percutiens postquā pervenerit ad locū destinatum, & aliquid est possessionem perfectam illarū rerū, incidit secūdum Per. de cen. ecclesiastica. & de hoc vide ī. Bellum. ij. §. j. ferunt. Intellige etiam quòd si defensor excedat modū, id est, nō seruet moderamen inculpatę tutelę ex proposito, incidit, secundum doct. & iura. Secus si non ex proposito, secundū Pan. in c. olim. quia, vt dictum est, requiritur dolus. & facit gl. in c. significasti. de homi. el ij. & l. si ex plagis. ff. ad legem. Aquil. & tabernarius. Quidam etiam rationabiliter extendūt istam pœnam percussionem ad defensionem honoris: vñ si spoliandum clericō euadere posset per fugā, intellige turpem & vendendā, & non vult, sed stat, & percutit clericum inuasorem, non incidit, secundum Bar. in l. j. C. vnde vi. & sequitur. Pan. in c. olim. el j. de resti. spo. quia fuga est quędā iniuria. ff. de iniur. fuga reddit hominem viliorem: iniuria autem corporalis maior est quàm rerum iactura. ff. de pœnis. l. in seruorum. Vnde licet percutere pro iactura rerum: à fortiori pro iniuria vel iactura honoris, cuiusmodi est fuga. Et hoc casu etiam, secundum aliquos, licet occidere, licet incurrat irregularitas. Quidam etiam vt Innoc. extendunt eā ad expulsionem de domo, de re. spolia, olim causam. & de homi. significasti. Et idem in eo qui reperit clericum in adulterio vel stupro cum vxore, matre, sorore, vel filia: quia non incidit: vt in c. si verò el j. eo. tit. & hoc dicit potest etiam si mutilet vel occidat, secundum Veruec. quem sequitur Sum. Pisa. & Rosella: quia canon intelligitur ex interuallo, sed statim: qa licet nō incidat percutiens per acrocem & non atrocem iniuriam non distinguit: sed ratio mea occidens aut mutilans, licet nō incidat, tamen grauiter peccat. vt dicit idem. & nota ut in d. capite, si verò. & extra de sen. ex. si. Sed tamen idem Veruec. tenet tutius esse quòd incidat. & in oppositum distinguit inter volentes & fire vulnerantes. Sed ista sua ratio est ad oppositum: quia cùm dicat ille nō excusat, nisi simpliciter manus iniicientes violentas. & idem canon distinguat & reseruet in vno casu & non in alio: videtur vniuersaliter loqui. Vnde ponderatio textus, qui dicit, si manus iniecerit in clericum inuentū. & gl. dicente, non ex interuallo. distinguo sic: quòd si occidat vel mutilet non ex interuallo temporis aut deliberationis seriosè factæ, non incidit: quia tunc habet locum quod dicit gl. scilicet quòd tam iustum dolorem compescere non potuit: vt C. de adul. l. Gracchus. Secus quando nō ex subita passione, sed matura deliberatione, etiam sine temporis interuallo id facit: quia cessat ratio, quia canon istū excusauit. Et secundum eundem Veruec. & Mo hoc ad solum coitum non est restringendum, sed extenditur ad amplexus & oscula in loco suspecto, ad præparationem in opus nefarium explendum & ad signa aperta vel etiā probabilia propinqua negotio ibi statim perfecto: quia non incidit percutiens ex interuallo ante diuersionem ad alia. Et similiter extenditur ad clericum suspectū & monitum etiam per maritum inuentum domi cum vxore sedentem, & confabulantem, & si non turpiter conuersantem: quia secundum leges hunc licet perimere: & multò fortius hunc & omnes prædictos capere & detinere, donec vocet testestimò & per xx. horas cōtinuas: & iudici tradere. ff. de adul. l. capite. extra eodem. si verò alicuius. §. vltimo. & consentit Bern. Veruec. & Dire. lib. iij. Quia tñ hæc materia est odiosa clericis, & exorbitans à iuris dispositione: extendi non debet, sed in terminis propriis intelligi. Vnde nomine vxoris secundum gl. ibi, & secundū omnes, venit etiam sponsa de præsenti: quia & lex permittit illam accusare iure mariti. ff. de adul. l. si vxor. §. j. nomine autem matris, non veniunt ascendentes, secundum glo. & Io. de Lig. & do. Ant. & Pan. & Host. qui hoc dicit tutius. licet ipse & Inno. senserit contrarium. nec nomine filiæ veniunt descendentes, secundum eosdem, licet Inno. contrarium teneat: sed tantùm filia legitima & naturalis, nō autem adoptiua, secundum Hostien. Nec nomine sororis veniunt collaterales, secundum aliquem doctorem, sed tantùm legitima & naturalis. ¶ Vndecimò, si fiat à prælato vel de mādato eius causa correctionis. extra eo. cum voluntate. & capite, cum ex tenore. Et intellige primò causa correctionis: aliter incidit & verberans & mandans. extra eodem. c. vniuersi. non autem si ignorat vel dubitat, quia debet obedire. Dicit tamen Monal. quòd non oportet prælatum de correctione cogitare: sed sufficit subesse causam. Vnde percutere ex correctione, est percutere pro culpa digna correctione. quæ sententia & si sit benigna, tamen tutius est, secundum eundem vt saltem habitu cogitet de correctione, id est, eam intendat. longè melius est vt differat, donec ira quiescat. §. quæstione ij. illa præpositorum. & capite, ira. &. c. cum apud. Et secundò intellige secundum Archidiac. si modus non excedatur. intelligo tabiliter. aliàs locus foret appellationi, & puniretur excedens: quia leuis tantùm correctio permissa est. Et tertiò intellige, si fiat à prælato percussio, & ad eum pertineat correctio: quia si sit prælatus, sed non illius: vel si habet authoritatem tantam in ciuibus, vt rector vniuersitatis, incidit: quia secundum Panormita. in cap. vt famæ. eod. tit. vterque horum requiritur. Et quartò, quòd percussio per laicum non fiat, si percutiendus est clericus. alioquin ambo incidunt vt in d. cap. vniuersitatis. nisi esset adeò incorrigibilis quòd aliter capi aut corrigi non posset. eod tit. vt famæ. Potest tamen si causa subest, per laicum capi & carcerari. extra eo. si clericos libr. vj. scilicet mandato prælati, non autem propria authoritate, etiam si sit incorrigibilis: nisi sit traditus curiæ seculari quod intellige, nisi præcesserit depositio ve. in capite cùm non ab homine. extra de iudicijs: vel nisi capia-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tor incorrigibilis vt restituatur prælato suo. hęc Pan. in cap. vt fam. æ. eod. titu. sed de hoc §. vlt. dub. vij. Et quintò, intelligę quòd etiam per laicum non fiat tortura, nisi ratione dictæ incorrigibilitatis: quia secundum Panor. in d. cap. vt famæ. post dominum Ant. ibi & Per. de Anch. & gl. v. q. vj. in cap. presbyteri. hoc fieri nō potest: licet secundum d. Ant. malè communis obseruātia habeat contrariū. Hoc tamen Sum. Ros. glossat quòd per laicū fieri non potest propria authoritate: secus ex iudicis mandato. Sed ista glossa directè impugnat dictum glossarum, vt patet: & eam Panor. in cap. vniuersitatis, ex intentione destruit. Sum. verò Ang. etiam quæ ad verbera glossat, vt per laicum intelligatur secularis, non autem cōuersus religiosus. Sed cōtra: quia ratio huius prohibitionis est reuerentia ordinis clericalis, quę isti conuersi ex hoc tantò magis vilipenderēt quàm seculares, quātò sunt familiariores: tū quia ista dicta sunt à doctoribus in fauorem clericorum, unde & in eorum fauorem in dubio interpretari debent. & cōsequēter nomine laici venit omnis nō clericus. tum quia hoc de tortura dicitur pro quanto habet locum verberū: quia, vt dicit Pan. in cap. verbera & cruciatus inferuntur: quæ verbera mandantur fieri per clericum vel monachum in d. capite, vniuersitatis, vbi conuersus non venit nomine monachi, sed contra monachum ibi distinguitur. Vnde & Archi. dicit distin. xlv. cap. j. quod nec turum nec houestum est monachum verberari per conuersum laicum. imò textus in d. cap. vniuersitatis mandat sub pœna excommunicationis hoc fieri nō debere etiam per facerdotē, sed solùm per prælatū, nisi necessitas vrgeat. Vnde dicendum est iusta notata per Panor. in d. cap. vniuersitatis. & cap. vt famæ. eod. ti. quòd clerici torqueri non deberent vt laici de iure: quia tamē hodie torquentur vt laici, & malè, ideò tortura fit per laicos: quia clerici nō sunt in illa arte forsè periti: licet hoc de iure fieri non possit. Hæc ex Panor. præter dicta Arch. Vnde dico quòd sicut verbera per laicū inferuntur, quando aliter corrigi non potest: ita & tortura, quando per clericum fieri idonee non potest. Et hoc indubitanter tenet: quia cap. vniuersitatis. nominat quatuor personas distinctas, abbatem, clericum, monachum, & conuersum: & deinde ad dubium vtrū per laicum possit verberari clericus, monachus, aut conuersus, sic respondet: Nobis videtur quòd nisi causa regularis disciplinæ hoc faciat, abbas in propria persona, vel, si necessitas vrget, per clericū vel monachum fieri in beatitam qui taleswerberari præcipit, quàm illi qui verberāt, etiam si causa subesset, excommunicationis sententiam non euadunt. hæc ibi. Vnde etiam cōuersus non potest verberari per laicum. Et sextò intellige, si prælatus mandans sit episcopus, quia ei propriis manibus percutere nullum licet, cui sanctitas ignoscēdi gloriam derelinquit. C. de epi. & cle. l. si quis in hoc. 1. xxv. dist. non liceat. nisi forte aliū non inueniat: quia tunc licitè per seipsum percutit, vt probat Panor. Si autē est inferior episcopo, saltem adsit causa vrgens quare ipse propria manu non verberet: alioquin mandans & exequens incidunt vt in d. cap. vniuersitatis. quod nota, quia quotidie contrarium fit. Quando autem vrgeat causa, credo standum arbitrio prælati. ¶ Duodecimò, in turbante diuina officia, quę presbyter, vel alius, ad quę spectat, ejicere potest de ecclesia. extra eod. veniens. & cap. cum voluntate. §. si qui verò. Similiter cùm quis ratiōe officij, quod in ecclesia obtinet, clericum percutit: aut cùm hoc facit senior causa deuotionis, aut magister, aut dominus: vt in eod. c. cum voluntate. vbi dicit glossa quòd dominus domus hoc potest, aut parēs, vel propinquus, qui familiam corrigit: vt in eod. cap. patet, junctā glos. Sed de omnibus prædictis intellige quo ad clericos minorum ordinum: vt in eo. c. cū voluntate. excepto parente & magistro, qui corrigere possunt etiam existentē in sacris, vt dictum est. Intellige etiam de omnibus prædictis quo ad persecutionē & leuem tantùm, vt ibi. Si tamē modum excederent, modò nō à proposito, & animo irrato, non essent excommunicati: vt notat Bern. & Host. in d. c. cum voluntate. & consentit Veruec. quia dolus requiritur. Sed tamen not. quòd lata culpa æquiparatur dolo: vt suprà Culpa. §. ij. Vnde si volens leuiter peruertere, ex lata culpa grauiter peruerterit, incidit secūdum aliquos: licet si tantem in gradum leui impulsu præcipitat grauiter: quia stultum est hoc non prouidisse. Sed quia cap. si quis suadente. videtur expressè dolum requirere in verbo, suadente diabolo. quo casu lata culpa non æquiparatur dolo: ideò non incidit. ¶ Decimotertiò, si clericus sit depositus vel degradatus extra de iudi. cùm non ab homine. & extra de pœn. degratio. in fi. lib. vj. Sed de hoc, & de clerico nō baptizato, aut ordinato, & huiusmodi, vide suprà eo. tit. in princip. ¶ Decimoquartò, quando clericus trāsfert se ad actū prorsus contrarium: puta erat in minoribus, & factus est miles aut bigamus vel huiusmodi. xciij. dist. quisquis. De milite tñ Pan. in c. vt cleric. tationi. de cle. coniuga. limitat de promoto ad militiam, & ibi ciente actum omnino contrarium clericatui: quia scilicet exercet sęcula: aut iuit ad bellum: quia immediatè priuilegium perdit, cùm ista sint contraria. Vnde ex quo elegit contraria vitam, fuit ipso facto exclusus. xxxij. q. j. cum remuntiator. Secus de promoto tamen qui actum alium prorsus cōtrarium non elegit, sed viuit honestè vt clericus: quia gaudet, vt ferme etiam Innoc. in d. c. vt consultationi. Inde constitutio in fauore requiritur monitio trina: sed si constitutus in minoribus habens clericatum pro derelicto, conuertit se ad militiam & huiusmodi sine monitiōe priuilegiū perdit. De bigamo etiā nota quòd cùm sit exutus omni priuilegio clericali, erga de biga. cap. j. lib. vj. glo. Io. And. ibi hoc limitat de eo qui fi contraxit, id est, cum duobus vel vna corrupta, existens in minoribus. Secus si in sacris: quia non perdit priuilegium. & consentit Arch. Veruec. Gar. Io. Mona. ¶ Sciendum est quando, vt sciatur quando clericus existens in sacris habitu dimisso perdat clericale priuilegium canonis, & quis. vel fori, quod circa hoc sunt multæ conclusiones. ¶ Prima. Clerici, qui relicto habitu clericali, efficiuntur stipendiarij seu aggressores, quantumcunque cognoscantur ab aliis esse clerici, perdunt priuilegium canonis extra eo. cùm non ab homine. vbi approbat Pan. & idem secundum eum in c. perpendimus. eo. t. dici potest de eo qui dimisso habitu & tonsura committens extra actum belli & aggressuræ incidit, etiam si habitu deposito aliis se immiscuerat: secus in actu bellivel aggressuræ: quia non incidit, secundū Inn. quod tamen Arch. limitat, quando clericus iustam dederat causam: quia indubitanter non incidit is, contra quem venerat, ex capite defensæ permittitur: vt in c. fi verò, neque fauentes aggressori: & similiter si tertius insurgat contra tertium: & clericus dimisso habitu vellet se immiscere habitu deposito, non incidit percutiens inter aggressores. Et sic intelligo opinionem Innocen. & omnia Arch. Vnde Sum. Rof. Excommunicatio. ij. §. j. in quarta conclusione dicens. Si quis percusserit clericum in habitu & tonsura, in bello iusto, ex parte percutientis non incidit, secundum Arch. Flo. triplicitèr delicit. Primò, quia hoc est falsum, nisi se defendendo moderatè, vt patuit. Secundò, quia sibi contradicit in conclusione secunda, quæ hic posita est. Tertiò, quia malè allegat Archi. Flo. qui non loquitur de eo qui habitum & tonsuram portabat. ¶ Sed circa prędicta, dubia multa conjurgunt. ¶ Primum est, vtrum clericus subijciens se ponderibus in satisfactionem sit excommunicatus. Et dico quòd secundum Petrum de Per. non incidit

sequenter debemus stare regulę generali, vt clericus coram suo iudice conueniatur quantumcunque deliquerit. & facit c. si iudex. extra eo. lib. vj. ibi, clericus dimisso habitu & tonsura capitis in maleficio. quod scilicet verbum est generale, apteū omne crimen cōprehendere: ecclesiastico iudici remittitur si se clericum probat. opinionem Io. And. & Host. nullum ius probat: & sumus in pœnalibus, vbi fieri debet interpretatio benigna: maximè in fauorem ordinis clericalis. hæc Pan. Et hæc opinio, scilicet Pan. tenuit do. Car. & dominus Alex. de Imo. Fori, xiij. dicens quòd huiusmodi non perdunt priuilegium fori, nisi prius fuerint à diœcesano vel suo prælato moniti trina monitione: vt in c. in audientia. &. c. perpendimus. &. c. consuluit. el ij. de sen. excom. & in c. si iudex. eo. tit. lib. vj. nisi fuerint publici ioculatores, histriones, seu buffones, exercēdo illum. cleric. libr. vj. Et facit pro hoc quod habetur in c. degradatio. de pœ. li. vj. quia antequam iudex secularis se posit intromittere, requiritur degradatio: quę tamen non fit nisi pro enormibus crimibus: vt in c. cùm non ab homine. & in c. at si clerici. de iud. hoc d. Alex. Dñs tñ Per. & do. Andr. tenuerunt opinionem Io. And. disputando: vt refert Pan. cui prior opinio magis placet, & sequitur Sum. Ang. Sed ego dico quòd prima, id est, Io. And. est verior: quia in casu c. perpendimus. laicus occisus per iudicem. Nec obstat quòd ibi pœnitentia imponitur, licet non inciderit in canonem: quia vt ibi dicit glo. est ad cautelam. Vnde hæc opinio est practicanda, vbi malices ecclesiastici sunt in puniendo negligentes: vel pericula in mora non patitur eos adire, vel enormitas facino ris pœnam maiorem expetit arbitrio bonorum, quàm ecclesia posit inferre: vt quia sunt publica & scadalosa, & Reipublicæ valde nociua. Et licet degradatio in enormibus prius requiratur: secus in casu expresso à iure. Adde pri nō quòd quia ratio quare cogerit primilegiū fori, est ꝓfessio, vel ordo sacer, sed m Panor. in cap. j. de fo. coper. quantū ad hoc idē videtur iudicū de clerico existēte in sacris, & de apostata, à religione: cū æqualiter vtrique prohibeatur regressus ad seculū: quæ est ratio vtriusque institutionis. Adde secundò quòd in neutro habet locū trina monitio, vbi de incorrigibilitate constat euidenter: vt quia fuerunt capti, & fregerūt claustra, & sciunt prælatos se inquirere, & huiusmodi. ¶ Quarto pone gander priuilegio canonis clericus incedens sine habitu, & tertiò monitus, vt dictum est: sed non monitus gaudet, si perimens extra actum belli & aggressuræ incidit, etiam si habitu deposito aliis se immiscuerat: secus in actu bellivel aggressuræ: quia non incidit, secundū Inn. quod tamen Arch. limitat, quando clericus iustam dederat causam: quia indubitanter non incidit is, contra quem venerat, ex capite defensæ permittitur: vt in c. fi verò, neque fauentes aggressori: & similiter si tertius insurgat contra tertium: & clericus dimisso habitu vellet se immiscere habitu deposito, non incidit percutiens inter aggressores. Et sic intelligo opinionem Innocen. & omnia Arch. Vnde Sum. Rof. Excommunicatio. ij. §. j. in quarta conclusione dicens. Si quis percusserit clericum in habitu & tonsura, in bello iusto, ex parte percutientis non incidit, secundum Arch. Flo. triplicitèr delicit. Primò, quia hoc est falsum, nisi se defendendo moderatè, vt patuit. Secundò, quia sibi contradicit in conclusione secunda, quæ hic posita est. Tertiò, quia malè allegat Archi. Flo. qui non loquitur de eo qui habitum & tonsuram portabat. ¶ † Sed circa prędicta, dubia multa conjurgunt. ¶ Primum est, vtrum clericus subijciens se ponderibus in satisfactionem sit excommunicatus. Et dico quòd secundum Petrum de Per. non incidit quia statim post primum participat excommunicato in crimine damnato. Sed iste falsè determinat, vt patebit, & insufficienter probat: quia ratio includendi clerico non est solùm participium, sed etiam fauor & consensus: quia facientem & consentientem par debet pœna constringere: vt cap. mulieres. eodem tit. Item non obuiare, cùm possit. Ray. verò dicit quòd est excommunicandus, non excommunicatus. Et consentit Io. And. & Pan. in cap. contingit. el j. eod. titu. & ista est veritas: quia ibi text. dicit eum excommunicandum. Nec obstat ratio non obuiationis: quia hoc non facit dolo, sed in satisfactionem, & vt fortè malum grauius euitet. Nec ratio fauoris aut consensus eadem ratione. Nec ratio etiam participij: quia vt Pan. dicit in illo c. Io. And. multipliciter solui. Primò, quia hoc non faciebat ille vt participaret in crimine. Secundò, quia non participat excōmunicato, cùm non sit excommunicatus ante percussionem, scilicet completam: & si objicitur quòd statim est excommunicatus post ictum primum: dicitur quòd non, nisi habito respectu ad omnes percussiones inflictas impetu vno. Vnde Io. And. in regula, delictum. de regu. iur. lib. vj. in mer. concludit ibi non esse tot excommunicationes quot verbera: quia omnes habentur pro vno facto, ex quo inferunt impetu vno. Et idem tenet Bar. in l. nunquam. de priui. delicta: dicens quòd vulnerans nolens plus facere, si superueniat ei impetus, & occidat: tenetur de vulnerato & occiso: vulnerans autem & persequens multis horis, & tandem occidens, tenetur de occiso tantùm: quia eodem impetu fecit, licet ex intervallo: vt l. quod ait. §. fin. de adult. Potest etiam solui aliter: quia subijcere se misericordiæ alicuius, non est participare in crimine, secundum aliquos: quia cogitari poterat quòd ille remitteret. Sed hęc solutio non procedit postquam ictus geminatur. Hanc etiam sententiam incurrit clericus vel similis persona itato animo seipsum percutiens, secundum Dir. quia iniuriam facit ordini clericali, cui hoc priuilegium concessum est: vt in d. c. olim. ¶ † Secundum est, vtrum mulier percutiens clericum le de turpitudine imperentem incidat. Et dico secundum Veruec. quòd sic, si verbis solis impetebat: non autem si tangit iniuriam, & illa se defendit moderatè. Et idem Mon. Addit autem Sum. Ang. quòd etiam nō incidit, si imperentem verbis tantùm percutit, quādo eum aliter repellere non potest. Sed hoc non est tutum: quia declinare potest, vnde incidit. Si autē ipsa ad suasionem mariti ad turpitudinem clericum vocat: & hic à marito percutitur: vterque incidit, secundum Veruec. & Moder. ¶ † Tertiò, quid si clericus cædere te, incidat? Et dico quòd sic, secundum Verse potest: quia licet nō inferat iniuriam tantam, quantam tangens res adhærentes clerico incidat. Et dico secundum Ray. & communiter docto quòd si equitantis quis frenum arripiat, aut frangat cingulum sellæ, incidit. Nec differt inferre manum personæ aut rei sibi taliter adhęrenti. Et similiter qui rapit indumentum de dorso, vel rem de manu eius, aut eam frangit, secundum Card. in clem. j. de pœnis. etiam si auferat possessor tempore quo non debet vt quia commodauerat vsque ad certum tempus, secundum Arch. Fallit hoc quando rem quis poterat capere propria authoritate: puta quia est rapientis: & clericus non est pro tunc plenus possessor de iure, nec de facto: vt si mihi clericus subripiat calamū, & ego repentè non ex intervallo iterum subripio illi. Si aut furto sapiatur dormienti vel aliàs non tenrienti zona qua præcinctus, aut vestis qua indutus est, aut aliquid tale, non incidit: secundum Innocen. & Hosti. & Card. in cle. j. quia mo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dica vel nulla fit iniuria non sentienti. Et istam opin. sequitur Sum. Pisa. & Sum. Conf. & Sum. Ange. Sed contrarium tenuit Sum. Ros. eiusdem ordinis, & Arch. & Io. de Lig. & Archi. qui not. in c. si quis. xvij. q. iij. de mente canonis esse quòd incidat quicunque qualitercunq; tãgens personam clerici iniuriosè. Etiam hoc tenendũ est, quia tutius: item quia verius: quia si potest quis incidere in canonem inferendo iniuria personæ etiam cũ eius volũtate vt cũ quis subijcit se verberibus: multò magis præter eã. vt cũ quis nõ aduertit: quia iniuria tantò est maior, quàtò in passo est minus voluntaria. Nec malũ ex hoc est paruum quòd nõ sentitur, vt mors in instanti separationis animæ: sed ex hoc q̃ paruũ nocet: & paruũ existimatur actu vel habitu. Similiter incidit qui iniuriam equo infert cui insidet: aut lacerat vestes nõ sepuratas ab eo, tecundũ aliquos allegates. c. contigit. eo. tit. & secundũ Card. in cle. j. de pœn. Nec obstat quod alij obijciunt in contrarũ, hãc constitutionem esse pœnalem, & cosequenter restringendã: quia scdm Io. de Lig. est fauorabilis attento ordine clericali, cui indulgetur, adeoq; ampliandã. de reg. iur. odia. Nam & secundum Pan. in c. no dubii. eo. ti. quando in constitutione concurrunt
32 odium & fauor: magis attenditur fauor. ¶ Quintũ est, vtrũ incidat qui clericũ cogit aliquid facere per metũ? Et dico q̃ sic, si illud sit aliquid impediens eius libertatem, & nõ aliter: vnde incidit scdm Rayn. q̃ ponit ei custodiam ad capiendũ si exeat domũ aut arrestat eũ: aut facit secũ ire quasi vinctũ & captũ ad iudicem: nõ aũt incidit, scdm Inno. & Dir. lib. iij. qui metu cogit vt aliquid teneat, vel de fundo exeat: quia ista nõ sistunt eum vel impediũt quin possit ire quò vult. Sed secundum Io. de Lig. intellige de metu verbali præcisè: quia si sit realis, statim ad tactũ personæ vel adhærentium quis incidit. Prædicta tamen fortè fallunt vbi clericus est probabiliter de proditione suspectus apud verum dñm: quia eo casu ista pertinent ad defensionem sui status, & licent cũ moderamine in-
33 culpatæ tutelæ. ¶ † Sextũ est, vtrũ incidat is q̃ de equo clericũ præcipitat, vt ad casũ eius fuget inimicũ? Et q̃ Io. de Lig. tenet q̃ sic, quia hic est iniectio cũ violentia: & nõ iure fit. Nec obstat q̃ licitũ sit ei se defendere: quia hoc verum est sine læsione tertij. Et consentit Bar. Bri. & Tancre. Sed Per. de censu. ecclesiastl. tenet contrariũ per rationem notabilem etiam in alijs casibus: quia, inquit, nullus sapiens diceret talem peccare mortaliter: excõmunicatio autem nõ infligitur nisi pro mortali, quod intellige, à iure. Et ista est vera opinio in casu in quo aliter esset occidendus probabiliter: q̃a cùm sit in casu extremæ necessitatis, ille tenebatur ei seruire de equo, iuxta dicta in ti. Eleemosyna supra. §. j. Vnde ille eo casu subri-
34 pit suum. ¶ † Septimũ est, vtrũ quilibet iudex etiã laicus, vel socius clerici non iudex, possit capere clericũ criminosum ne fugiat, sed vt eum suo iudici præsentet: Et dico q̃ Pan. in c. vt famę. eo. ti. allegat Inn. referentem q̃ sic scdm aliquos. Sicut defensor ciuitatis capit criminosum quem corrigere nõ potest, vt iudici præsentet: in auth. de defen. citi. in §. nos igitur. Hoc verò tenet cõtrariũ dicens q̃ vbi ius nõ est expressum, non licet inijcere manũ in clericum. Ipse verò Pan. refert se ad c. cũ non ab homine. de iudic. vbi tenet q̃ vbi captura ista fit ad bonũ finem, vitatur excõicatio: quia si capio criminosum ne fugiat, nõ facio suadente diabolo, sed Deo, & bono publico. Et idem in familia Potestatis inueniente illũ de nocte: quia est contra eũ præsumptio: & eum videtur capere, vt impediat delictum cõmittendum: quia omittens obuiare facinori, peccat vt in c. dilecto. eo. tit. lib. vj. Et idem in capiente clericũ debitorem ne fugiat: quia cessat dolus & fraus diabolica. Ad hoc l. ait prætor. in §. si debitorem. ff. de his quæ in fraud. cre. Vnde Bart. in l. si quis in seruitute. ff. de fur. vbi ta-
¶ Tertiò,vtrum ista sententia locum habeat in episcopo? Et dico secundū glo.q̄ sic.nec obstat de sen.excō. quia periculosum.li.vj.quia nō loquitur in sententijs excommunicationis. ¶ Decimatertia † est in cle.multorū.de hære.vbi excommunicantur omnes inquisitores hæreticæ pravitatis inferiores episcopis.q̄odio gratia,vel amore lucri aut cōmodi temporalis obtētu cōtra iustitiā & cōscientiā suam omiserint cōtra quempiam procedere vbi fuerat pro hæresi procedendum:& similiter si obtentu eodem prauitatem hæreticā vel officij sui impedimentum alicui imponendo præsumpserint aliquem quoquo modo vexare: nec absolui possunt, nisi à papa, quia præterquam in mortis articulo satisfactiōe præmissa, nullo in hac parte priuilegio fuit fragante. ¶ Primò verò dubitatur de præmissorum intellectu? Et dico quòd secūdum Io.And. non est locus huic pœnæ, si non omittant inquisitores præter prædicta:sed timore vel scandalo:nec etiā, vt dicit Card. ibi,nisi hoc faciant contra iustitiam & conscientiam copulatiuè. Non habet etiam locū in episcopis & superioribus præfatis si omittant prædicto obtentu:sed sunt per triennū suspensi, sicut inquisitores inferiores sunt excommunicati. Ex prædictis autē Ioan.Arid.cōcludit quòd constitutio ecclesiæ militantis ligat omnino occultas:de quo dic vt supra Excommunicatio.ij. ¶ † Secundò,vtrum dicatur officiū inquisitionis impedire,qui offendit aliquē de familia inquisitoris vel episcopi existentem in captione hæretici? Dico secundum Mat. quòd non,si offendit non animo impediēdi officium,vel iuuandi hæreticum, sed propter aliam causam: poterit tamen procedi contra eum tanquam officij turbatorem,secundum ea quæ not.Innoc. in cap.j.de offic.deleg hæc Zaba. ¶ Tertiò,vtrum inquisitores prædicti, si incidant,absolui possint à collegio Cardinalium sede vacante? Et dico quòd absolutio reseruatur Romano pontifici. Vnde secundum Lap. non intelligitur de dignitate,sed de persona.de quo Archi.in cap.si gratiosè.de rescrip.libro vj. Poterunt ergo absolui à papa eo viuente vel ab eo, cui cōmiserit:non autem à collegio Cardinalium sede vacāte.de elect.vbi periculum.§.idem quoq:. libro vj.& cle.ne Romani.eodem tit.licet secus in alio collegio.de maio.& obed.cap.vno.libro vj.hæc Zaba.Sed hoc ibi etiam nō probatur,sed solùm quòd Cardinales se nō habent personaliter occupare in aliquo retardante prouisionē sedis: sed potius ex glo.habetur oppositum,quæ habet quòd tunc Cardinales possent instituere pœnitentiarios si deficerent: ideo dic vt suprà eodem tit. excommunicatione j.ideo dico quòd potest. ¶ † Decimaquarta,est in cle.religiosi. de priuil. vbi excommunicantur religiosi, qui clericis aut laicis sacramentum vnctionis extremæ,vel eucharistiæ ministrare prēsumunt: vel solennizant matrimonia sine licentia speciali presbyteri parochialis. Item si absolutū excōmunicatō à canone,præterquā in casibus expressis in iure, vel per priuilegia sedis Apostolicæ concessa eisdem:vel si absolutū à sententijs promulgatis per statuta synodalia vel prouincialia:seu à pœna & à culpa,nec absolui possunt nisi ab apostolica sede nullo suffragante priuilegio. ¶ Primò verò dubitatur de intellectu præmissorū. Et dico quòd ministrare hic, secundū Zaba. sumitur secundū communē vsum loquēdi pro exhibere,non pro executione ordinis legitimæ: & solēnizare matrimonia secundum Ioannem And.& Paul.est solenniter benedicere: sed in verbo,solennizare,secundum Zenze.comprehenditur omnis solennitas obseruata iuxta ritum regionis,de sponsa. cap.j.siue fiat solēnis benedictio,siue dicatur missa specialis pro contrahentibus inducere autem fœdus matrimonij, aut verba proferre inter cōtrahentes nō prohibetur eis secundum eundem. Parochialis autem presbyter,secundum Ioan. And.quo ad mercenarios scholares & similes est presbyter, in cuius parochia habitant. Fracis.autem Zab.dicit quòd statim cum quis vadit ad habitandū in aliqua parochia,intelligitur ibi factus parochianus,nisi accesserit recreationis causa, aut alia temporali,statim reuertatur ad propriam parochiam de regul.l.qui.lib.vj.Intellige etiam quòd ligat ista sententia secundum Lap. siue is qui absoluitur ab excommunicatione,sit laicus masculus aut fœmina, siue clericus siue religiosus eiusdem ordinis vel alterius. ¶ Secundò dubitatur, qui religiosi ligentur hac sententia & contra faciant? Et dico secundum Paul.quòd cùm canon vniuersaliter loquatur, omnes religiosos comprehendit.& limitat Card. & Lauren. & Lap.modo sint religionis approbatę.alij religiosi nō sunt: vt in cap.vno.de voto.libro vj.& in clem.de statu mona.cap. ne in agro. Zaba. Limitant etiam alij ad exemptos,vt Fed.de stagno refert,argumentū sumentes à rubrica,quæ est de priuilegijs. Sed hoc non procedit:quia secundum glos. in auth. de incest.nupt.plerumq; generalior est textus quàm rubrica, & econtra. Vnde communiter tenetur vt suprà, quòd omnes comprehendit,etiam secundum Panor.populum habētes,& prælectos ecclesiæ parochiali,si alijs quàm suis parochianis ministrāt.& cōsentit glo.in clemen.j. de deci.etiam nouitios secundum Lapum,& Card.argum.cap.religioso.de sentent. excommunic.in vj.quia gaudent priuilegio,si quis suadente. Vnde sentire debent onus,etiā conuersos & moniales, secundum Zen.& Zab.licet Pet.de anchar.& Cardin.dicant quòd non. Sed primum videtur verius, quia masculinum, etiam in pœnalibus,comprehendit fœmininum. xvij.quæst.iij.si quis suadente,imò à fortiori,quia isti se immiscent nō conuenientibus sibi. Nec obstat si isti dicantur nō ministrare, sed abuti sacramentis:sed etiam religiosi habentes ordinem, vbi sine licentia ea exhibent, dicūtur abuti:& ministrare sumitur hic secundum vsum communem pro exhibere. Non autē clerici seculares,secundum Panormit. etiam si in istis excederent. ¶ † Tertiò dubitatur, vtrū locus sit huic pœnæ in viatico. Et dico secundū Panor.& Lap.& Cardi.q̄ locus est pœnæ siue eucharistiā religiosi dent in morte siue in vita: quia nō dicitur viatici,sed eucharistię.contrariū sentit Dir.lib.j.& Ioa.& Archi.xxvj.q.vj.si presbyter.& Inn.& Host.in cap. omnis.de pœ.& remiss.& hoc Sum.Ang.placet, si haberi non pōt alius sacerdos,qui ministret. Sed Sum.Ros.dicit primā opinionem esse practicandam:quia tutior est. Et idē sentit Archi & hoc tene:quia sacramētum eucharistiæ nō est necessitatis. Item quia hoc prohibetur hic nisi in casibus iure expressis. Et licet Direct.ad hoc dicat hoc esse iure cōcessum,nō tamen procedit:quia aliud est hoc deduci ex iure per argumēta: aliud est quòd ius hoc exprimat,id est,explicitè & clarè contineat, q̄ sonat nomen expressionis. Nec obstat quod idē dicit in pœnitentia, intellige viaticum,de pœn.& remiss.qđ in re. verum est vt cui exhiberi potest vnum,exhiberi possit aliud, nō tamen à quocūq;:cum ista nō sint paris necessitatis. Sacramentum tamen extremę vnctionis,etiam secundū Dir. exhibere non possunt, quia hoc nullo exprimitur iure. ¶ † Quartò, vtrum sit locus pœnæ si religiosi eucharistiā siue licentia ministrant religiosis etiā alterius religionis? Et dico secundum aliquos, vt refert Card.quòd nōquam opinionem secuta est Sum.Ros.quia constitutio mentionem facit de laicis & clericis appellatione autē clericorū in materia odiosa & stricta non veniant religiosi:vt not.Pan. in rub.de vita & hon. cler. Imò,vt dicit,nec episcopi,vt in cap.quia periculosum.de sen. excōmunic.libro vj.nec clerici existentes in dignitate,vt cationici ecclesiarum cathedralium: quia in eis suprà alios est qualitas quæ nō reperitur in simplicibus. Et secundum Ioan. And.appellatione ecclesiæ parochialis venit parochia collegiata:quia supra curā habet qualitatem collegij:nec appellatione monachorum venit abbas:licet sit monachus,secundum Panor.in cap.fin.de simo.quia qualitatem habet. Idem in rectore scholarium,licet sit scholaris. Secus autem in materia favorabili. Eandem opinionem tenuit Sum.Angel. Sed Lapus oppositum tenuit:& hoc Archi.dicit esse tutius. & ita tene propter duo. Primò, quia vix inueniretur aliquis timoratus & doctus hoc faciens qui deinde absolutionem nō peteret ad cautelam: nullus autem debet se exhibere periculis

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut scrupulis propter ea, quæ non sunt necessitatis, vt hoc sacramentum. de quo dicit Aug. Crede, & manducasti. Secundò, quia ratio prædictorum concludit oppositum: quia licet hæc materia sit odiosa exhibentibus religiosis, tamen fauorabilis est ecclesiarum rectoribus aut religiosorū prælatis, ad quorum fauorem motus est conditor huius cōstitutionis, ne scilicet supra eorum subditos religiosi alij curā vel iurisdictionem vsurparent: vbi autem concurrunt fauor & odium, magis attenditur fauor secundum Pan. in c. non dubium. eo. tit. Nec obst. si diceretur quòd secundū tex. hæc licentia petēda est a parochiano: & colequeter solum ad subditos eius extenditur prohibitio: quia sicut nomine clerici venit religiosus in materia fauorabili, vt priuilegio, ji qs suadere. ita nomine rectoris vel parochiani venit omnis prælatus regularis.

34 ¶† Quintò, vtrum habeat locū in regulari bonæ conuersationis ignorāte hoc ius, si hæc sacramēta sine licentia ministret, no tamen in cōtemptū parochialis presbyteri? Et dico secūdum Card. Zab. quòd in foro pœnitentiali maximè hunc possumus excusare: quia verbū, præsumpserit, notat dolum & temeritatē ministrātis: Et idē puto in foro cōtentioso, vbi ex signis probabilibus de ignorantia cōstaret: sicut & miles armatæ militiæ excusatur ab ignorantia iuris. C. de iur. & fact. ignor. l. j. Nec obstat quòd ignorātia facti non iuris excuset: quia hoc verū est regulariter: secus vbi de ea ꝓbabiliter constat: vt patet per not. de cōstitut. cap. ij. in vj. Quia tamen dici posset quòd sit præsumptio ex hoc ipso quòd fecit cōtra istā
35 cle. ideo tutius est quòd absolutio petatur. ¶† Sextò, vtrū locum habeat in suscipiētibus hæc sacramenta vel talem absolutionē ratione participationis in crimine? Et dico secūdum Pan. quòd nō: quia ista participatio nō est posita in latam sententiam: sed in actu pro quo quis ligatur: vel secundum Io. And. & Franc. Za. quia illud de participatione in crimine locū habet quādo participatur post actū damnatū: nō tamen in ipso actu. Sed intelligē in prima vice: in secūda autem incidunt in eadem, quia participant post actum damnatum. ¶ Septimò, vtrum habeat locum, quādo religiosus credit parochiano licentiam mētienti, & ministrat ei prædicta? Et dico quòd religiosus tali credet secundū gl. quę scilicet est Ioan. And. quia nemo præsumitur immemor suæ salutis. j. q. vij. sancimus. & cōsentit Laur. Pan. & Steph. Vnde ex dictis gl. colligię quòd si parochianus fatetur se religioso dixisse quod licētiam haberet, non erit contra religiosum procedendum ad pœnam,
36 quia nō ministrauit in cōtemptū vel præsumptuosè. ¶† Octauò, vtrum habeat locum si religiosi absolutā a peccato, vel a sententia nō lata a canone? Et dico quòd nō incidūt si absoluant a peccato, propter quod incurritur dicta excommunicatio vel alia sententia: dummodo a sententia non absoluant secundū Direct. lib. iij. Similiter nec incidunt si sētētia sit ab homine, etiā a papa, secundū gl. Pan. & Zenze. quia si conditor hoc voluisset, expressisset illud. arg. in c. ad audiētiam. de deci. Secus secundū Zaba. Pan. & Laur. si sit a quocūq; canone papæ qui proprie per excellentiā dicitur canon, etiā si sit extrauagās. Et secus si sit a canone largè, id est, statuto synodali vel prouinciali: vt patet in tex. Si aūt sit a statuto legati, nō incidit, secundū Sum. Ros. quia cōstitutio est pœnalis, nec debet extendi. oppositū tenuit Sum. Ang. & hanc opinī. tene, quia est opinio Zenze. & Lau. & Zab. & Archi. & rationabiliter: quia licet cōstitutio pœnalis extēdi non debet in dubio; secus vbi est ratio eiusdē vt hic, qa hoc statutū æquiparatur synodali in perpetuitate, sine vlla dubitatione: vt patet in c. fin. de offic. leg. & in efficacia prędualet: quiavt ibi dicit gl. epi
37 scopus est legato inferior in sua prouincia. ¶† Nonò, vtrū locum habeat si sententia, a qua religiosus absoluit, fuit excommunicatio minor? Et dico secūdum Gemin. in c. vnico, de his qui. lib. vj. quòd sic. Primò, quia lex pœnalis prohibens absolutionem ab excōmunicatione, includit etiā absolutionem a minori. pro quo est gl. in ele. ista. in verbo, canone. dicēs, quocunq; etiā a quo episcopus vel sacerdos posset absolvere ille sent. excō. nuper. Secūdò, quia vbicūq; fit mētio excōmunicationis, & materia, in qua profert, est proportionabilis etiam minori, intelligitur de vtraq;: vt not. gl. pen. in c. præsidēte. de hęret. lib. vj. in verbo, excōmunicationis. Contrarū tenuit Zab. & Lap. & Laur. p c. si quē. & c. nuper. de sent. exc. & hoc tene: quia regulariter, secundū cōmunē doctrinam, a minori absoluere pot quicunq; absoluit a peccatis, vt dictū est supra Absolutio. j. §. j. & Excōmunicatio. iiij. §. ij. Ad primā rationē Gemin. negatur quod assumit, nec illa gl. probat: quia c. nup. ad quod remittit, cōcedit in casu sacerdoti proprio etiā absolutionē a maiori. Vide 5. Absolutio. j. §. iij. Ad secundā similiter præcisè respondeo, nec gl. ibi illud not. verè: sed secūdum eius falsum intellectū. ¶† Decimò, vtrum habeat locū si religiosi absoluāt a sententia alia quàm excōmunicationis in casu nō cōcesso? Et dico quòd secundum gl. in verbo, sententijs, intelligitur de omni sententia excōmunicationis, suspensionis, vel interdicti, cuius necessaria est absolutio. Et cōsentit Pan. & Sum. Host. sed Sum. Ang. videtur sentire oppositū, addens Zab. dicentē verius esse quòd intelligatur solùm de sententia excōmunicationis. quod bene probat litera per alternatiuā: quod suprà dicit de his q absoluūt excōmunicatos a canone & postea subijcit, vel a sentērijs per statuta: & sic restringitur ly sententijs, per ly excōmunicatos. arg. de rescript. c. secundò requiris. Et hunc sensum tene. Alius enim est irrationabiliter quia secundū eū, nō prohibetur absolutio a sentēria suspensionis vel interdicti lata a canone papę: sed lata à canone episcopi: qđ est irrationabile. Itē quia si propterea quòd tex. dicit, sentētijs, accipit ille sensus, etiā extēsio fieri ad sententiam peccati quo quis est excōmunicatus: & cōsequenter si sacerdos absolueret ab illo, & nō ab excōmunicatiōe: incideret in hāc pœnā. qđ negat Zenze. & Zab. & omnes. ¶† Vndecimò dubitaꝯ, a quo debeat esse licētia, quæ religiosum ministrantem excuset? Et dico quòd sufficit primò licētia parochialis vt patet ex textu, etiā si nō sit sacerdos, secūdū Zab. & gl. Io. And. qđ limita, si sit legitimæ ætatis, vt intra annū posit fieri sacerdos: vel si sit dispēsatū cū eo secundū formā decretalis, cum ex eo. de elect. lib. vj. vel ecclesia est parochialis ecclesia ta. eodem tit. statutum. Et secūdò licentia vicarij eius instituti per modum illius decretalis, cū ex eo. vel gerentis cōram ordinariam instituti ab episcopo: secundum gl. Ex quo infertur quòd si non habet curā ordinariam, sed est sibi pauo tempore cōmissa: hanc licentiam dare nō potest. Et tertiò, licentia diœcesani, secundū gl. quia est parochialis ordinarius omniū subiectorū suæ diœcesis. de dona. Apostolicæ. imò, tenet Paul. Zen. & Steph. quòd archipresbyter eiusdē posit hāc licentiā dare: nec est absurdū, inquit Paul. quia cura eiusdem parochiæ pluribus cōperit in solidū. Pro quo fracit quod not. Host. in c. omnis. de pœn. & remiss. vbi dicit quòd papa, episcopus, & eius vicarius sunt immediati sacerdotes. & idem tenent Stepha. & Zenze. lib. de vicario, episcopi in spiritualibus, vel delegato aut eius pœnitentiario. licet secundum Paulum, tutius sit a litera nō recedere: licet non sit necessarium. Veritas autem iodubitata est de episcopo, quia ab eo est tota authoritas parochialis. Vnde etiam posset absoluere a sententia hominis per parochialem lata eo non requisito, vt dictum est supra Absolutio. ij. §. j. & similiter de vicario episcopi: quia ille est ordinarius, & delegare potest, maximè quia hoc habet consuetudo generalis scita a papa & tolerata, etiam secundum opinionem contrariam. De archipresbytero autem hoc videtur quidem verum per nota-
40 tas. Archipresbyter. sed non habeo rutū. ¶ Duodecimò† dubitatur, hæc licentia qualis esse debeat? Et dico quòd debet esse specifica. quod secundum gl. Io. And. intelligitur quo ad sacramentum quod specificandum est, puta eucharistia, vel aliud. Vnde si sacerdos dat subdito licentiam accipiendi eucharistiam vel extremam vnctionem & quolibet religioso, nullo ordine vel persona specificata, sufficit. Similiter si de religioso licentiā eam dandi subditis suis. Imò dicit Lau. vt refert Per. de Anch. quòd parochialis, quantuncunq; simplex cura sit illi commissa, in adiutorium curæ assumere potest ad tempus sacerdotem religiosum vel alium sine alicuius superioris licentia, qui eum iuuet, forsitan in quadragesima ad audiendum confessiones, & dandum eucharistiam in pascha, vel ad celebrandum, seu alias, vt hic. Et addit Arch. quòd dato quòd mendicantes audire non debeant sine licentia suorū
41 prælatorum: tamen si cūm horum licentia absoluerent, illi essent absoluti: & isti non essent excommunicati, licet peccarent extra casum necessitatis. ¶ Decimoterciò† dubitaꝯ, vtrū incidat in hāc pœnam religiosus absoluens a pœna tantùm. Et dicit Zab. & Zenze. quòd nō: quia litera loquitur copulati vè a pœna & culpa. & cōtentit Sum. Ang. quæ hęc refert. Ros. Sed mihi hoc videtur irrationabile: quia cùm religiosi exposse absoluere possunt a culpa tota, maximè vbi nullus est casus reseruatus: quæ ratio est quòd absoluens a pœna, scilicet tota, nō incidat: & tamen incideret etiam si super hoc absoluat a culpa, à qua potest sine prohibitiōe absoluere. Alioquin, secundum sensum istorum, si religiosus ei, qui est alteri confessus, plenariam indulgentiam conferret, non incideret: quod est falsum. Nec obstat quòd constitutio loquitur copulati-
42 uè: quia hoc non facit vt exprimat sensum istorum: sed vt patet in textu, hoc dicit se facere vt verbis eorum vtatur, scilicet religiosorum, qui plenariam indulgentiam vocare solent a pœna & culpa. vnde idem est ac si dicantur incidere, quia plenariam absolutionem a pœna impartiuntur. ¶ Decimoquartò† dubitatur, vtrum semper locum habeat ista pœna quando sine dicta licentia exhibentur aut suscipiuntur sacramenta? Et dico quòd secundum Io. And. & Pau. non habet locum in ista constitutio in sacramento pœnitentiæ vel baptismi quia hic non exprimuntur. Adde quia ista sacramenta sunt necessitatis maioris, & consequenter minoris prohibet. non. similiter secundum Paul. non habet locum in illis, qui sacramentum eucharistiæ vel extremæ vnctionis recipiunt a certa persona ratione consuetudinis de religio. do. quia concitio. in clementina. in fin. Vnde hæc secundum Zaba. procedunt, nisi aliud haberet consuetudo. ¶ Decimaquinta† est in
43 clem. 4 de pœnis, vbi excommunicatur quilibet, qui suadente diabolo iniuriose vel temerè percusserit, ceperit, aut bannierit quemus pontificem: vel qui præcepit manifestè, aut ea ab aliis rata habuerit: vel socios fecerit in his facie. dicit constitutor vel fauorem dederit, vel scienter defenderit. & cum dederit hæc absolui nisi per summum pontificem. præterquam in mortis articulo: & tunc data cautione quòd parebit pœnæ imponendę: & pœnitentiam domino auxiliante perficere. Excommunicantur etiam omnes officiales, quicunque nominē censeantur, qui in aliquo prædictorum fuerint culpabiles: nec valent absolui, nisi vt præfertur est. Cuius autem, quæ
44 præmissa, vel eorum alicuius, in episcopum suum committit, interdicto, donec satisfecerit sibi agear. ¶ Primò† verò dubitatur de præmissorum intellectu: & dico quòd dicitur principaliter quia hoc non facit vt exprimat sensum istorum: sed vt patet in textu, hoc dicit se facere vt verbis eorum vtatur, scilicet dum Paul. vbi cap. si verò. eo. ti. Et secundò tenet dicta: secus se-

defendendo, secundum Io. And. Et tertiò pontificem. vnde secundum Io. And. includitur is, qui renuntiauit loco, non ordini: non autem his qui electus est, sed non consecratus: quia nō est pontifex, id est episcopus. de cele. mis. cle. ij. Et quartò, mā dauerit: ex quo videtur mandatum solùm puniri, etiam si effectus non sequatur. Sed quia hoc satis durum videtur, secundum Paul. & Io. And. posset exponi quòd requirit factū perfectum, vt scilicet percussiones, captiones, vel banna sint facta. Et quintò socius, qui scienter, secundū Io. And. hic strictè sumitur pro agente, qui aliquid operatur ad prædicta. Et licet quandoq; sint plures socij, quorū nullus est principalior, qui includuntur sub agentibus, de quibus præmisit, quandoq; tamen vnus est principalis, alter cooperans: & sic sumitur hic socius, secundum eundem. quod patet, quia de faciente præmiserat. Et sextò, consilium: sed non intelligitur, secundū eūdem, & Pau. de nudo, scilicet quod nihil adijcit ad peccandū, vt no. in c. nuper. eo. tit. in secūda gl. sed de fraudulento. Præstatur autem consiliū suadendo, rogando, impellendo, instruendo, vel securitatē vtilitatem ostendēdo, vt not. Inn. de homi. ad audientiam. Et similiter non intelligitur de fauore simplici, qui scilicet nihil adijcit ad peccādum. ¶ Secundò† dubitatur, vtrum fauens huic deliquenti, vel eum defensans post peractum delictum, incidat? Et dico secundum Ioannem Andream quòd non, quo ad fauentem: quia dixit textus in his faciendis, scilicet percussione, captione vel banno. in materia autem hæreticorum fautores accipiuntur latius. Sed de defensore putat quòd etiam post maleficium intendat punire. Vnde distinguit quòd est duplex, scilicet vnus, qui est delicti authorizator, qui grauius punitur quàm agentes. xj. quæstione iij. qui consentit. Alius qui post delictum defendit: puta im
45 pediendo ne delinquent ad manus iustitię veniat examinandus vel puniendus. xxvij. quæstione j. si custos. vel impediendo ne fiat executio: & hunc intendit includere. Et probatur in capite scelleris. eo. ti. lib. vj. Addit tamen quòd defendens istum ne à primo lædatur, etiam ab ipso offenso, puta episcopo vel consanguineo vindicare volente, non incidit. & hoc est verum: quia illa actio est iniuriosa, ad quam propulsandum à socio quis tenetur: vt in c. dilecto. eod. tit. libro vj. ¶ Tertiò, † vtrum incidat qui huic in iudicio patrocinando defendit? Et dico secundum Pan. quòd aut hoc facit iustè: quia scilicet
46 putat illum non culpabilem: & sic aliqua pœna non ligatur, etiam si postea appareat illum culpabilem: quia in tabulis ista defensio referuatur. de excep. cum inter. Aut hoc facit contra iustitiam & conscientiam: & sic ligatur hac pœna. de hæret. si aduersus. tales enim defensores appellantur. xviij. q. j. ¶ Quartò† dubitatur, quando dicatur ciuitas deliquere in
47 episcopum, vt subiaceat interdicto? Et respondet Panormit. in capite dilectis. el. ij. de simo. concludendo dicta Bartol. in Laut facta. ff. de pœnis. & aliorum, dicens quòd communis & vera conclusio est, vt tunc aliquid vniuersitati attribuatur, quando fuit primo deliberatum in ipsa pulsata campana, & alijs requisitis ad congregationem vniuersitatis. Vnde si omnes homines vniuersitatis certum delictum committerent, & insurgerent, non diceretur factum per vniuersitatem: sed per singulos de vniuersitate: etiam, quod plus est, si facerent pulsari campanam, & vexillum vniuersitatis leuarent: quia potius sunt incitatores singulorum. Oportet ergo quòd prius deliberatio fiat in vniuersitate. hæc ex illo. ¶ Quinto† vtrum facta satisfactione fiat absolutio interdicti? Vi- 48
de supra eadem. sine alia relaxatione. Et respondet Io. de Lig secundum Laud. quòd non: imò necessaria est superioris sententia, qui relaxet. xxvj. quæst. vj. presbyter. Secus autem si usque ad certum tempus vel modum factum fuit interdictum

Universidad de Deusto
Biblioteca

dictum: quia cessat ex ipso tempore vel modo cessante: de spon. c. non est. Ratio diuersitatis est: quia primo casu dubitari potest an plene fatisfactū sit: sed in alijs secus. de hoc in c. eum bonæ. de æta. & qual. ¶ Sextò dubitat quomodo intelligenda sit inhabilitatio horū ad beneficia obtinēda, de qua dicitur in glossa? Et dico primò, quòd secundum glossam iam obtenta non perdunt. Et secundò, quòd ea non possunt cum alijs permutare, secundū glo. Pau. & Zen. quia dicunt beneficia nouiter acquirere. & tertiò quòd ea possunt augere, secundum Gemi. in c. cum ex eo. de excess. præla. libro vj. quia prohibitus acquitere nouum ius in re, non venit contra prohibitionem licet augmenter pristinū ius antè quæsitum: vt est casus in c. fi. ij. resp̄onso. de concess. præb. lib. vj. Et sic in proposito. Et hoc facit ad augmentum gabellarum, an sit impositio noui pedagij. de quo dic vt j. excōmunicatione xix. ¶ Decima sexta est in cle. cupientes. de pœnit. §. fi. vbi excommunicantur omnes religiosi & clerici seculares contra primum c. de sepult. libr. vj. inducentes ad vouendum, vel iurandum, vel fide interposita seu alias promittendū de eligendo apud eos sepulturam: vel vt iam electam vlterius non mutent; nec ab alio quàm ab apostolica sede, nisi in mortis articulo possint absolui. Et nō. quòd in vj. etiā dicitur q̄ sic eligentes non sepeliantur apud ecclesias electas, nec alibi; sed solum vbi erāt de iure sepeliēdi. si decessissent sepultura nō electa: prædicti verò religiosi vel clerici si illos in suis cœmeterijs vel ecclesijs sepelire præsumpserint, tenent intra decennū restituere illa corpora si petantur: & omnia quæ occasione talis sepulturæ eis obuenerunt, etiā si nō petant, solm gl. quia, vt dicit Pet. de Ancha. malè accipiens semper est in mora, alias ecclesiæ in quibus fuerūt sepulti, & earū cœmeteria eo ipso, sunt interdicta, donec facta fuerit omnium prædictorum plenaria restitutio. hæc ibi. propter quæ tamen, secundum Arch. non prohibetur quis proprio motu vouere vel iurare super electione sepulturæ: quod si fecerit obseruare debet, dūmodo per prædictos modis prædictis non inducatur. ¶ Primò verò dubitatur, vtrum incidat in hanc pœnam, qui inducit quendā ad istam electionem: sed non advouendum vel iurandum vel promittendum? Et dico quòd non, secundum Arch. similiter nec qui inducit etiam ad vouendum, iurandū, promittendū: sed non apud ecclesiam inducentis, secundum Pet. de Anch. & Io. And. similiter nec si prædicto modo induxit apud ecclesiam suā: sed non est secutus effectus: vt quia inductus illud non fecit ad q̄ inducebatur, secundū Zab. in d. cle. Verba enim debent intelligi cū effectu maximè hoc casu quo agitur de pœna spirituali. ¶ Secundò dubitatur, quare ex delicto vnius de ecclesia, & fortè minimi, propter prædicta tota ecclesia damnū patitur, vt sit interdicta? Et dico secundū Petr. de Anch. quòd reliqui de ecclesia hanc pœnam incurrunt ex sequenti eorum delicto, nō restituendo malè accepta ex facto alicuius de collegio quasi ex hoc totū collegium delinquat. ¶ Tertiò, quid agendum quando ecclesia, in qua dictus eligens erat de iure sepeliendus, est illa ad quā inducebatur? Et respondet Io. Andr. quòd ista quæstio est indubitata: quia ista constitutio emanauit in fauorem ecclesiæ cui sepultura debetur: vnde in eius pœnā retorqueri nō debet. de regu. iur. quod ob gratiā. lib. vj. Item licet inducens peccet auferendo libertatem eligendi: tñ certat de debito retinendo. C. de cōd. l. fi. Idem Per. de Anch. ¶ Quartò, † qd agendum si ecclesia, apud quā debebat de iure sepeliri, sit interdicta cū suo cœmeterio? Et dico q̄ sepeliet in ecclesia cathedrali, solm. Arc. quæ etiam si esset interdicta, seruabit ordo c. vbicunque. xiij. q. j. vbi dicitur q̄ vbicūq; sepeliat. Et eo casu cathedralis, vel alia, in qua sepelitur, ei, apud quam erat iure tumulandus, subrogatur sicut in onere, ita & in honore: vt scilicet ad istam pertineant, quæ restituenda erant illi: quia onus comitatur emolumentum in tali casu. l. alumnæ. §. Seiam. de adi. lega. Fallit autem si illa sine suo delicto erat interdicta: quia non esset priuanda commodis consuetis. ar. l. ab administratione. C. delega. Et idem dic si sepeliri nō potuit apud ecclesiā electam propter casum contingentē in persona mortui: vt quia decessit in campis, nec inuenit, vel erat bannitus: quia ipsa propter hoc non est priuanda legatis sibi factis gratia sepulturæ: vt not. in c. in nostra. de sepul. Et si post electā sepulturam & legatum eligitur alibi sepultura, videtur transferri legatum ad electam vltimò. arg. dicti §. Seiam. hæc Per. de Anch. Sed de his & de portione canonica, de qua est eadem ratio, vide ff. Canonica portio. §. xij. casu viij. ¶ Decima septima est in cle. grauis. de sent. exc. vbi excommunicantur primò omnes præsumptores, id est, domini temporales, etiam si sint prælati temporale dominium habentes, secundum Pau. etiam secundum gl. si essent episcopi, qui in terris vel locis eorū supponitis interdicto cogāt quomodolibet diuina officia celebrare. & secundò hi, qui voce præconis seu campanarum pulsatione ad officia eadem audienda aliquos præsertim sententia excōmunicationis vel interdicti inuocatos euocant: & tertiò illi qui excōmunicatis publicè aut interdictis prohibentes exeant de ecclesijs dum missarum solemnia aguntur, à celebrantibus moniti vt exeāt: & quartò excōmunicati publicè & interdicti, qui in ipsis nominatim à celebrantibus vt exeant moniti remanere præsumpserint. Et omnium horum absolutio apostolicæ sedi reseruatur. Et sic collige quòd hæc pœna est contra cogentes, euocantes, prohibentes, & remanentes. ¶ Primò verò dubitatur, de præmissorum intellectu? Et dico quòd dicitur, primò quòd domini temporales, secundū glo. quia secundum Paul. ad hos tantum extenditur hæc pœna: nisi in casu vltimo. Et secundò dicitur, suppositis interdictis, scilicet iuris vel hominis, secundum gl. quia si compellunt in loco non interdicto, locū nō habet hæc pœna, secundū Pau. & idem sēdm eundem si præcipiant nō subiectis: si aūt præcipiant subditis etiam non interdictis in loco interdicto, est locus huic pœnæ, secundum eundem. Et tertiò quomodolibet vt comprehendat secundum Io. And. omnem modum coactionis realem, personalem, directum, indirectum: vt si occupant res eorum, cōsanguineos grauant in personis vel rebus. Et quartò voce prætonis: quia secūdū Zab. Paul. & Zen. si vacarent ad diuina secretè per nuntiū, nō incidunt, nisi voce præconis vel campanis: & eadem ratione idem est si tuba vel cornu, secundum Zen. Et quintò, præsertim quia secundum Zab. post Pau. incidunt etiā si euocarent nō interdictos & non excommunicatos. Et sextò, publicè: quia excommunicatum occultè publicè non vitamus. vj. q. ij. cap. ij. & cap. eius non ab homine. eo. ti. Et septimò, dum missarum: quia secundum glossū in alijs diuinis officijs non est locus huic pœnæ. quod indubitanter verum est, quantum ad prohibitionem exitus de ecclesia, secundum Zab. autem post Paul. videtur verum etiam in primo & secundo casu: quia diuina hic restringunt ad missas. Et octauò dicitur moniti, scilicet nominatim, aut generaliter, ita quòd prohibentes exire, etiam si generaliter prohibeant quòd nullus exeat, incidunt, etiam si celebrans non moneret ad exitum, vt dicit Paulus. Monitus tamen vt exeāt, nō exeūdo nō incidunt, nisi nominatim moneantur. ¶ Secundò † dubitatur, vtrum hæc pœna loquēs habeat in cessatione à diuinis posita in dictis terris, sicut habet in interdicto? Et dico secūdum Zab. quòd sic, quādo illa cessatio habet vim interdicti, id est, quando est generalis: non autem specialis, quæ solùm obseruatur in ecclesijs in quibus est:

vt patet in cle. j. de sentēn. excommun. §. in cassationibus. ¶ Tertiò, vtrum prælati incidant in sententiam ad eorum instantiam latā? Et dico quòd sic: vt patet in ista cle. in qua dicitur quòd hæc sententia, quæ etiā prælatos ligat, emanauit ad querelam prælatorū. nec obstat si prælati procurātes sententiam, hoc nō intendūt: quia excōmunicatio nō sumit vires ab intentione procuratūs, sed excōmunicantis, qui intendit omnes excōmunicare, quos nō specialiter excipit. Et idē est si ad instantiā domini factor faciat fulminari sententiā cōtra omnes rerū domini furatores, si nō denūtient: quia ligatur factor si res eius furtiuè subripuit, & nō denūtiat: nisi fulminās eum specialiter voce aut intentione excepisset, non obstante quòd ipse procurator sententiā procurauerit? Et idem est secundum Sum. Ros. si pater familiās faciat proferri sententiam in omnes fures bonorū suorum: quia ligantur vxor, & filij ac filiæ, nisi specialiter excipiantur, nō obstante quòd si de hoc cogitasset pater, excepisset. Sed tñ in isto casu non est simile. Vnde sciendum est quòd per sententiā nō ligantur, quos excōmunicatos specialiter excepit actu vel habitu, seu virtute, id est, quos exciperet si cogitaret: quia ab eius intentione excōmunicatio habet suā virtutē: effectus aūt vltra suā causam non extenditur. Et pro hoc faciunt quæ dicentur infrà Votū. ij. §. ij. particula iiij. ij. §. iij. Si ergo de intentione excommunicantis constat certè aut probabiliter, nullū est dubiū. Si verò non cōstat altero illorum modorū, distinguendum est. Nam si sententia non sit in fauorē alicuius personæ priuatæ, sed solùm honoris Dei, & boni communis: tenendū est quòd tanta sit intentio ligandi, quāta & causa intentionis: vnde in casu huius clementinæ ligati fuissent etiā prælati instātes pro sententia, si id fecissent cōtra quod sententia lata est. Si verò sit in fauorem alicuius personæ hoc potentis: nunquam est maior intentio ligandi in excommunicāte, quàm in instante pro excommunicatione: quia effectus nunquā est maior sua causa: aliquādo tamen est minor: sicut & effectus est aliquando minor causa. & hoc accidit quando excommunicator non vult condescendere intentioni supplicantis in totū: quia irrationabiliter mouetur. Vnde dictus procurator non ligatur, si dominus eius non intendit quòd ligetur: ligatur verò quando dominus rationabiliter intendit. Similiter non ligantur aut ligantur vxor & familia: sed tamen in hoc est differētia: quia procurator ligatur: etiam si ipse procurans sententiam hoc non intendat: quia agit vt instrumentum domini, cuius intentioni respondet intentio excommunicantis: non autem ligatur vxor vel familia, si hoc non intendit, qui sententiam procurat pater familiās. Ex his collige quòd quando sententia fertur pro damno vel furto, nunquam ligatur quis pro re parua ad arbitriū boni viri: quia probabile est quòd hoc prælati non intendant: maximè vbi ipsi non habent interesse.

¶ † Decimaoctaua est in cle. cū ex eo. de sent. excō. vbi excōmunicātur fratres minores recipientes tēpore interdicti illos de tertio ordine ad diuina in suis ecclesijs: & similiter ipsi tertioli accedentes ad illa diuina officia, etiā si super hoc hi scilicet fratres, vel illi, scilicet tertioli quibuscūq; priuilegijs extiterint muniti. & ab hac sentētia absolui nō possunt nisi p Romanū pontificē, aut satisfactione præmissa p locorū ordinarios, vt ibi dicit. Sed hodie vacat hæc sentētia Xisti priuilegio: olim autē vacabat de iure eo tēpore quo omnes tempore interdicti admitti poterant ad diuina: p c. alma. de sent. excom. lib. vj. ¶ Dubitat verò de intellectu aliquorū: & dico quòd hac sentētia nō ligātur alij religiosi admittētes secundum Io. fi. n. nec etiā ipsi si in ecclesijs nō suis, sed alienis hoc facerēt, secundū eundē: imò dicit q̄ est mirabile: quia in alijs ecclesijs recipi possunt, si priuilegiū est generale. Vtrum isti tertioli priuilegio gaudeāt clericali, psonali, & reali, siue foraneo? Dic q̄ sic, iuxta dicta j. in tit. Ecclesia. j. §. v. Itē Excōmunicatio. vj. §. ij. Et idē est, vt dicit Archi. de tertiolis beati Dominici, cum habeāt regulam approbatā secūdum illum modum viuēdi per Bonifaciū. Imò quantū ad hoc sunt magis priuilegiati quàm illi: quia tēpore interdicti isti admitti possunt ad fratrū diuina. hæc ille. Hodie autē cessat hæc sententia, etiā quo ad illos per priuilegiū: vt ibi patuit. ¶ † Decimanona est in processu curiæ cōtra omnes impōnētes nouas pedagia: imò & secūdum Io. And. vt allegat Arch. etiā ea recipientes, licet nō statuentes saltem ex mente. arg. de sententia excom. super. Vide infrà Gabella. iij. §. iij. Nota tamen quòd exigere, est ab inuito extorquere: vnde recipientes à sponte soluentibus, nō incidunt secundū Paulum in cle. quoniam. de immuni. ¶ Notandum est tamen primò quòd Sum. Ros. Excommunicatione xliij. §. v. in fine, dicit posse teneri quòd augmentantes datia & gabellas non dicantur imponere noua: sed non probat sufficienter: vt infrà Excommunicatio. x. excommunicatione xliij. dub. v. patebit. Vnde oppositum tenet Sum. Angel. in tit. Pedagium, scilicet quòd isti sunt excōmunicati. & Archi. & hoc est verius: quia ratio huius prohibitionis est, ne domini exhauriant pecuniam subditorum: quod æquè fit per augmentū antiqui pedagij, sicut per impositionem noui æqualis dicto augmento. Vnde etiā sic practicatur, vt sic augentes absolutionem petant. ¶ Et secundò quòd de processu curiæ tradere nō possumus noticiam certā, propter varias mutilationes eius: quæ tamē legere potui recitabo, licet fortè eorū quædam sint reuocata: vt saltē confessores sciāt in his timere. De his etiam infrà Gabella. iij. §. j. in fi. ¶ † Vicesima est etiam in processu curiæ, & extra de rap. ex concilio Lateranensi in cap. excōmunicationi. in quo cap. dicitur primò quòd excommunicationi subdantur hi, qui Romanos, vel alios Christianos vectos nauigio pro negotiatiōe vel alijs honestis causis capere aut suis rebus spoliare præsumunt. & secundò quòd hi qui Christianos naufragiū patientes spoliant rebus suis, nisi ablata reddiderint, excōmunicationi se nouerint subiacere. In processu autem curiæ dicitur, Excommunicamus piratas, & latrunculos maritimos, & receptatores eorum. ¶ Primò verò, dubitat de intellectu dictorum: & dico quòd verbū, naufragio, intelligitur de quolibet, secundum Ioan. And. & Ioā. de Lig. sed Hostien. restringit ad maritimum. Piratæ autem dicuntur secūdum Summā Ang. omnes deprædātes in mari sine iusto bello. Sed hoc ipsā non probat aliter quàm sua authoritate: & illud Summa Ros. rationabiliter impugnat, dicens q̄ si Genuēses, verbi gratia, iniustè mouent bellū in Florētinos, & spoliant nauigio vectos: nisi se ad alios extendant, nec sunt excōmunicati, nec piratæ: quia Ioan. And. Ioan. de Lig & Pau. diffinguūt inter spoliātes vectos nauigio maritimo, & piratas: quia illi sunt excōmunicandi, isti excommunicati: & ter in anno ab ore papæ, vt dicit Io. And. Vnde piratæ sunt, qui vulgariter dicūtur cursarij, id est, qui sine bello intēdunt spoliationi maritimæ indifferenter vel quasi. Vnde ter in anno faciunt piratam. Primò indifferētia spoliandorum: quia scilicet non intēdunt spoliationē determinatæ nationis. Secūdò intentio principalis exercendi hu-
ius: vnde si Genuensis intendat spoliare omnes Venetos, sed non principaliter, sed vacare suis negotijs, nō est pirata. Tertiò hæc facere nō bannito bello: quia si habet bellum etiam iniustum, nō est pirata. ¶ Secundò † dubitatur, vtrum iste canon sit latæ sententiæ? Et dico quòd sic quantum ad piratas: quia per curiæ processum excōmunicati sunt ipsi & omnes latrunculi marini: quæ duo circūloquūtur idē & receptores eorum. Sed istis omissis dico quòd quantū ad primā partē secundum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cundum Host. est canon latæ sententiæ,secũdum Io.Andr.& Io.de Lig.& communẽ opinionẽ,est sententiæ ferẽdæ: quantum verò ad secundũ,secundũ Host.est canon sentẽtię ferẽdæ:sed secundũ Inn.Vinc.Gof.& Io.And.est canon latæ sententiæ,ita tamen quòd monitio præcedat,vt dicit Io.And. & hoc probat vis verborũ.& ratio diuersitatis patet.Vnde illi si statim restituant,secundum Io.And.& Per.de Anch.non sunt excommunicati.Et hoc notat Pan.in d.c.ex gio. vltima iuncto textu, quòd vbi pœna ponitur negatiuè:vt,qui nõ residet,sit excõmunicatus ipso iure: pœna nõ intelligitur inflicta, nisi monitio præcedat.Et pro hoc facit Theorica Inn.in c.extirpandæ.§.qui verò.de præben.scilicet quòd vbi pœna ponitur negatiuè siue appositione tẽporis,requirit monitio: vt in dicto exemplo residẽtiæ:quia nobis est occultum an habuerit iustam causam nõ residendi: sed per monitionem conuincitur.Quando verò pœna ponitur affirmatiuè:vt,quicũq; tali hora ecclesiã intrauerit,sit excõmunicatus,nõ requiritur monitio:quia licet negata lateant,tamen facta patent. Et licet Panorm.non sit secutus istam Theoricam in illo §.qui verò. & dicat pœnam esse commissam ipso facto quòd quis est in mora:quia quo ad Deum cessat ratio Innoc.cùm Deum lateat nihil:& quicquid est certũ naturæ est certũ legi: tamen tene vt suprà,de pœna inflicta ab ecclesia:quia opinio Inno. est cõmunis.Et hãc tenuit etiam ipse Hostien.in Sum.dicens quòd tales non sunt excommunicati,nisi post competentem monitionem.Vbi tamen canon imponit pœnã ex facto negatiuo cum certo tẽpore:vt nisi restituat intra annum, monitio non requiritur: secundum Gemin.in c.vnico.de vita & hon.cle.¶ Tertiò vtrum absolutio ab ista sententia sit reseruata papæ? Et dico quòd quo ad piratas est idem iudicium, sicut de alijs sententijs,quæ in dicto processu continetur: & similiter si expoliati sint R omipetęvt infrà Excõmunicatione xxix. quia ista cõtinentur in processu: quantũ ad alios autem hic nominatos nullibi reperio quòd sit papalis.¶ Vicesimaprima est in processu curiæ:& extra de Iudæ.& Sara.in c.ita quorundã. to c.excommunicantur,mulctantur rebus,& capitẽtum serui fiunt,omnes Christiani ferẽtes Saracenis arma,ferrũ,lignamina galearũ, & necessaria ad impugnãdum Christianos:& qui in piraticis Saracenorũ nauibus regimen & curam gubernationis exercent,& præcipitur vt per ecclesias maritimarum vrbium crebra & solennis in eos excommunicatio proferatur. hæc ibi.Quæ omnia repetũtur paulò post in cap.ad liberandam. & additur quòd excommunicati sunt vendẽtes eis galeas aut naues: vel machinis aut quibuslibet alijs aliquod impendunt consilium vel auxilium in dispendium terræ sanctæ:& quòd dicta sentẽtia in dictis vrbibus publicè innouetur diebus dominicis & festiuis: & quòd talibus non aperiatur gremium ecclesiæ,nisi totum,quod ex tam damnato commercio perceperint, & tantundem de suo in subsidium terræ sanctæ transmiserint: & si soluendo non fuerint, alias restitus eorũ castigetur.hæc ibi.Et sic intelligũtur prohibita omnia conferentia ad bellum immediatè. In eodem etiam titulo in cap.quod olim.prorogatur, id est,extenditur dicta pœna ad alium casum, quàm in dictis duobus capitulis contineatur, scilicet ad quęcunque mercimonia vel rerum subsidia durante guerra delata.Hæc ibi.Et sub nomine guerræ intellige etiã tregam: quia per eam guerra non tollitur,sed intermittitur:& absolutio secundũ glo. in dicto cap.quod olim.competit episcopo, ex quo papa sibi non reseruat.quod verum fuit olim, sed non modò propter extrauagãtes & curiæ processum. Nicolaus etiam iiij.in extrauaganti quæ incipit,olim, excõmunicauit deferẽtes & mittentes,& de suis portubus extralu permittentes, vt deferantur

58

arma,ferrum,equi,lignamina,victualia, & quæcunq; mercimonia in Alexandria,vel alia loca terræ Saracenorũ ægypti,& eis aliàs auxilium vel fauorem præstare præsumentes & idem statuit de omnibus terris Soldano subiectis: nec absolui possunt,nisi tantùm de bonis suis in terræ sanctæ subsidium conuertendum exoluerint, quantum ad dictas partes detulerint,aut miserint,aut deferri,vel de ipsorum portubus deferendum extrahi permiserint Quæ extrauagans,licet videatur reuocata per proœmium Sexti, tamen post innouata est per Bonifacium & Clementem v. qui absolutionem ab huiusmodi sentẽtia, præterquã in mortis articulo, sedis apostolicæ,reseruauit:vt patet in extrauagãte,quæ incipit,multa mentis.Et huic hodie statur secũdum Archie.quod etiam ex processu patebit.Super hoc tamen Genuẽses habent aliqualem licẽtiam durantem:similiter super hoc etiam Venẽti licentiam habent à Martino v.secundum Archid.per annos plures quãtum ad victualia & mercimonia:sed audiui à fide digni quòd iam diu tẽpus illud fit elapsum.Et licet Summa Angel.dicat extrauagantes Nicolai, Bonifacij & Clementis circa prædicta vacare:tamen non est verum: quia stante illa quæ sunt Nicolai, vt patuit:& illæ quę Bonifacij octaui,quia fuit author sexti libri, & post compilationem eius in extrauagante incipiente, contra.innouauit antiquas in hac materia.& similiter post eã Clemens quintus,in extrauag.quæ incipit,multa.Et ita declarat Frãc.de Plat.in tractatu restitutionũ.& Archiep.in secũda tertiæ.& Sum. Ros. Absolutio.§.lxxxvij.& Io.And.& Card.& Bur.& Pan.& Io.de Ana.in c. quod olim.de Iudęis.Ex his omnibus collige quòd excõmunicati sunt primò quo ad terras quorũcũq; Saracenorũ delatorunt aut mittũt,vel de suis portubus mittẽda extrahi permittunt arma,ferrũ,equos, lignamina,galeas,& naues, & generaliter omnia faciẽtia ad belli apparatum directè vel immediatè quocũq; tempore & loco:& secundò victualia & quæcunq; mercimonia tempore guerræ, & etiam pacis, quo ad loca Soldani duntaxat: & excommunicatio est papalis per processum quo ad prohibita omni tempore. Et quo ad hæc &reliqua per dictam extrauagantẽ:sed tamen summus pœnitentiarius videtur posse absoluere, secũdum Archad.similiter sunt excõmunicati terriò, qui in piraticis Saracenorum nauibus regimen & curã gubernationis exercent:sed effert communicatio episcopalis:quia iura nõ reseruant istã papæ. processus autem extrauagãtes nõ faciũt de hac mentionem. ¶† Primò tamen sciẽdum est quòd nomine armorũ,vt notat in l.ij.C.quæ res expor.non deb.veniunt loricæ,ferra, arcus, sagittæ,spatæ,gladij,tela:& secundũ gl.in dicto cap.ita quorundam.etiam fustes,& lapides machinarũ:non autem. zaficiorum.Vel dic quòd arma dicũtur quæ veniunt soldano vel principaliter in vsum offensionis aut defensionis: quibus attem etiam in alijs vtimur,intellige principaliter,non dicuntur arma, nisi ex intentione:vt not.in clemen.ne in agro. de statu mon. Vnde gladius ad incidendum panem,non venit armorum nomine,secundum Panorm. in cap.clerici.el. de vita & hon.cler.vt patet per illum textũ:quia dicit quòd clerici arma portãtes debent excõmunicari:& cõsequẽter mutaliter peccant:& tamen nõ prohibentur ferre gladios ad finem incidendum.¶ Et secundò quòd nomine ferri venit ferrum factũ & infectũ,id est,vena ferri:vt in d.l.ij.quod tamen limitatur p rationẽ ibi expressam de ferro,quod possit conferre ad offensionẽ vel defensionẽ:secus de alio, vt funes cla ui paruuli, gladioli, & huiusmodi,nisi dolo vel forte ista inconsideratione deferrẽtur in tanta copia & tali tempore quòd timeri posset probabiliter ne cõtrarietur in armare.¶ Et tertiò quòd nomine lignaminum veniunt omnia ligna, quibus

quibus fieri possunt naues,galeæ,& machinæ offensiuæ aut defensiuæ:quia ista est ratio prohibendi:non autem ligna nõ apta ad huiusmodi,sed solùm ad comburendum. ¶ Et quarto quòd omnes Saraceni habentium guerrã cum Christiana intelligũtur omnes Saraceni habentes guerram cum quocunq; principe Christiano,vel terra,vel dominio, secundum communem doctrinam, & similiter omnes Saraceni qui fauent habentibus guerram. & comprehendit secundũ Pan. in c.significauit.de Iudæ.& Sara.tempus guerræ etiã tempus treugæ,vt dictũ est. ¶ Et quintò, q; phibita in ista materia sunt duplicia:quia quædam sunt prohibita omni tempore & loco,siue quo ad omnes Saracenos:vt arma,ferrum,equi,lignamina,naues,galeę:vt in dicto c.ad liberandam.& in c.ita. per quæ intelliguntur omnia conferentia directè & immediatè ad vsum belli offensiuè aut defensiuè. Et ista sunt,quæ à doctoribus appellantur prohibita. Quædam verò quo ad omnem locum,siue quo ad omnes Saracenos prohibent alij quo tempore,scilicet belli tãtùm:vt victualia & mercimonia & omne consilium ac subsidium:vt in eo. tit. in c.cum olim. & eadem prohibentẽ quo ad omne tempus secundũ aliquem locũ,scilicet solùm quo ad loca Soldani, ad quæ nullo tempore licitè mittuntur:vt patet in dicta extrauagante,olim.in qua de bello vel pace mentio non fit:& tempore pacis licitè mittuntur ad alios Saracenos:quia hoc nullibi legitur prohibitum:nisi fieret in dispendium Christianorum:puta quia Saraceni his se munirent ad pugnã: quia generaliter prohibentur subsidia belli,inquantum talia. Quòd dico, quia eadem res conferre potest ad bellum & pacem:vt copia frumenti. Et ista quæ non sunt semper prohibita,nisi in aliquo loco,nec vbique,nisi in aliquo tempore, à doctoribus appellentur non prohibita. Et his autem patet corollariè quòd non sufficienter determinant Sum.Ang.& Ros.quòd victualia & merces tempore pacis licitè deferuntur:quia hoc non est indistinctè verum, sed solùm quo ad loca non subiecta Soldano,cum quo videtur ecclesia habere perpetuum bellum, & qui specialiter solus occupat terram sanctam:vt per dictam extrauagantem,olim.patet & per aliam Clementis quòd inter,multa mentis. Sed contra,quia Greg.ix. in quadam extrauagante,vt allegat Sum. Ros.declarauit quæ non incidebant portantes stupam, canapam, picem, fila, & clauos: nisi contra Christianos vel in dispendium terræ sanctæ:nec valet dici ista reuocata esse per proœmium Sexti: quia ista non fuit dicta statuendo,sed declarando ius,quod scilicet non est reuocatum. Ad hoc dico quòd Greg.loquebatur declarando ius commune:secundum quod ista licebant:sed post Grego. ix.longo tempore fuit Nicolaus v. qui statuit noua.

¶ Sextò† dubitari solet, vtrum tempore belli aliquo casu liceat deferre prohibita,id est,conferentia bello.Et dico quòd sic,secundum Innoc.& Host.in d.c.significauit. pro redemptione captiuorum.ar l.sancimus.C.de sacrosan. eccl.& in c. de pignor.quia vasa,quæ prohibentur alio tempore vendi distrahi possent pro redemptiõe captiuorum.xij.q.ij. aurum. Excipit Innoc.quando huiusmodi arma venderentur contra Christianos vel in articulo quo exercentur contra Christianos,quia incideremt. Contrarium tenet glo.in d.c.significauit Io.And. dicit quòd post factum consulendum est secundum illos,sed secundum glo.ante factum: quia aliter, si hoc impedirent infideles, possent pro captiuis velle solùm prohibitarem paratum esse velamen volenti fraudem commit tere:quia diceret semper se fecisse pro redimendis captiuis, Panormitanus verò tenet opinionem glossæ indistinctè duvare bello:quia,inquit, ex illis armis veniunt impugnandi Christiani:sed tempore pacis procedit opinio Ioan.And.Sed

quia etiam Innocentius ipse videtur tenere quòd tempore actualis belli ista non liceant:vt patet in exceptione suа:ideò videtur malè reprobatur. Vnde dic quòd tempore pacis si deferuntur arma, & huiusmodi, pro redimendo captiuos, quando aliter redimi non possunt,post factum condemnare non debemus:maximè quia in eodem c.dicitur quòd deferentes prohibita post treugam causa lucrandi incidunt. Ex quo videtur inuui quòd non incidant deferentes non causa lucrandi,sed redimendi:nec ante factum consulęre. Et ista est mens Inno.Io.And.& Pan. sed tempore belli indistinctè ante factum & post, sunt condemnandi tales:vt tenet d.glos.& sequitur Car.& Pan.& Io.de Ana.& Sum. Ros.contra Ang. & communis opinio.de alijs verò mercibus non facientibus ad bellum,non videtur dubium inter doct. quin deferri possit ea de causa etiam tempore belli.¶ Septimò,tan tempore pacis liceat deferri huiusmodi prohibita. Et dico quòd ista omni tempore & loco sunt prohibita, vt visum est. Pan.autem in c.quod olim.de Iudæ.dicit quòd semper stat horum prohibitio,etiam tempore pacis:licet aliud senserit gl.in d.c. significauit.quia possent infideles facere pacem fraudulenter,& sic fuleiri huiusmodi armis.Et ista opinio benignior est ante factum:sed post, forsitan posset excusari à pœna:quia illud ea.ita quorundam. dicit quòd deferebant ad impugnandum Christianos.Hæc Pan. cuius dicta licet iure communi loquendo possent sustineri disputariuè, & ad hominem, tamen veritas est quòd nunquam est licitum:nec est excusatio post factum, nisi in causa captiuorum: quia iura loquuntur indistinctè:nec scimus quando hi, qui fidem non habent, fidem sint seruaturi,vt pacem obseruent. Vnde idem Pan.in eo.tit.in cap.ita.tenet quòd ista deferentes tempore pacis, & non ea intentione vt impugnentur Christiani, nihilo minus incidunt.& consentit Io.And.& do.Ant.& rexr. exponitur ad impugnandum Christianos, id est, ex quibus possunt impugnari Christiani,secundum Pan. ¶ Octauò† vtrum tempore belli licitè deferantur non prohibita: id est, non pertinentia ad vsum belli:vt victualia & merces? Et dico quòd tempore belli ista deferentes incidunt: & omnes dantes quodcunque subsidium rebus vel consilio:vt patet in d.c.cum olim.& consentit ibi Pan. & Innoc. & Gof. tenens quòd durante bello durat prohibitio generaliter:sed eo cessante non durat eanõ laræ sententiæ,nisi in prohibitis. sed hoc vltimum intellige de iure,& quo ad aliquos Saracenos:secus per extrauagantẽ, olim.&quo ad loca Soldani:ad quæ nullo tempore ista licitè deferũtur,nisi pro redemptione captiuorum tempore pacis. ¶ Nonò† dubitatur,qui incidunt in hanc pœnam & qui non, ex his de quibus doctores dubitant. Et dico primò quòd incidunt,secundum aliquos,vt dicit Antonius de Bu.in c.ad liberandam. Christiani exercentes gubernationem in piraticis nauibus Saracenorum,licet non contra Christianos,sed contra alios infideles:quia docent eos in arte piratica, quia deinde possint Christianos impugnare.Et hoc tene,licet non placeat Innocentio:quia caput illud,& caput,ita quorundam.loquuntur indistinctè:& hoc factum æquipollet armis delatis in pace,quibus Christiani non impugnantur, sed impugnari possunt. Secus tamen si quis non esset gubernator, sed merus executor,quia de isto nullibi legitur prohibitum. Et secundò qui deferunt arma ad sui nutrimentum tantùm: & deinde occasione pecuniæ vendunt ea Saracenis, quia hic habet locum ratio huius sententiæ, cùm non sit prohibita delatio, nisi gratia venditionis aut donationis,vel cuiuscunque translationis. Et tertiò incidunt, qui tempore pacis dant chordam vel anchoram,vel aliquid huiusmodi:quia sicut est illicitum eis vendere naues,ità & huiusmodi: sine quibus naues forent

inu

Universidad de Deusto
Biblioteca

inutiles. Et quartò qui permutant arma in arma: vt gladium in arcum licet. Sum. Ros. tenetur contrarium: quia non differt ad impugnandum Christianos qualiter eis arma tradamus, scilicet venditione aut cõmutatione. Et quintò qui portant prohibita ignorates esse prohibita, vel se ideo esse excõmunicatos: quia hæc ignorare non licet: cùm sint valde publica. vnde absoluũtur ad cautelam. Et sextò qui portauerunt prohibita, & vnam partem vendiderunt, non aliam etiam ignorantes, etiam si partem venditam statim recuperarent. vnde si pœniteant interim, vel contingat eos absolui, reportent nõ vendita: alioquin reincidunt. Et septimò qui est marinarius in naue deferente prohibita, etiam si in aliz lucrati non posset: quia cooperatur portantibus vel mittentibus. Non incidunt verò primò qui non pertinentia ad vsum belli deferunt tempore pacis ad loca quæ nõ sunt in Aegypto nec subiecta Soldano: nisi deferantur ad impugnandum Christianos, vel in dispendium terræ sanctæ. & hæc patent ex dictis. Nec secundò portantes ferrum, vel arma, & huiusmodi devna terra Saracenorum ad aliam, secundum declarationem Grego. ix.

Nec tertiò, secundum eundum, portantes Saracenos cum armis suis. Nec quartò qui prohibita ignoranter portant, & quam citò sciunt, antequam quicquam vendant, ea reportãt.

65 ¶ Decimò † dubitatur, vtrum si absoluantur prædicti facta satisfactione, de qua suprà, teneat absolutio. Et dico secundum Panor. in clem. j. de sepul. quòd non tenet absolutio facta non præcedente satisfactione: quia fit contra prohibitionem & formã mandati. ar. de rescrip. cum dilecta, idem Archi. in c. quoniam, de immunec. lib. vj. vbi concludit quòd non valet absolutio facta contra prohibitionem. Sed Gemi. in d.c. quoniam distinguit: quia quando potestas datur aliàs non habenti: si non seruetur forma, actus non valet: vt not. glo. singularis in cle. j. de iure patro. quando verò habenti potestatem à lege absoluendi fit prohibitio: licet non seruetur forma, valet ipso iure absolutio. vt de sent. exc. venerabilibus. §. vbi. libro. vj. Et hanc dist. ponit gl. d. cle. & approbat Pan. in c. dilectus. el ij. de præb. Vnde cum ordinarij habeant potestatem absoluendi à sententia canonis non reseruantis, vt in c. nuper. de sent. excom. valet absolutio. & ita tenet Io. And. & Pet. de Anch. & Arch. sed secundum Aegi. nisi hoc faciant, reducendi sunt in pristinã sententiam. Sed prædicta intellige, nisi apponat clausula irritatiua actus: quia tunc nihil faceret ordinarius absoluendo, vel quicunq; alius aliàs habens potestatem nisi actus forma seruet. ¶ Vndecimò † dubitat quomodo isti qui puniunt in bonis per confiscationem, possunt puniri, vt tantum prædicta in subsidium terræ sanctæ. Et dico secundum prædictos, quòd ante confiscationem, intellige per iudicem factã, imponitur hæc pœna: vel soluitur de bonis quæsitis post cõfiscationem. vel dic secundũ Arch. quòd pœna cõfiscationis, vt dicit Pet. de Anch. imponitur à iudice seculari, nõ autem ipso iure: reliqua verò pœna imponit ab ecclesiastico. ¶ Duodecimò † dubitatur, cui debeat dari dicta pœna imponenda per iudicem ecclesiasticũ quando nõ mittitur in subsidium terræ sanctæ, quia scilicet nescitur cui dari debeat? Et dico secundum Arch. quòd in hac pœna solus papa dispensare potest, vel habens commissionem ab eo vt summus pœnitentiarius: & eo casu applicabitur cameræ apostolicæ: vnde qui inciderunt, consueuerunt cum ea componere, vt dicitur: & hoc quando soluere possunt: aliàs fiat vt in fine dictæ decretalis, ad liberandũ. ¶ Vicesimasecunda † est in processu curiæ contra impedientes seu intrudentes eos qui victualia, aut alia necessaria ad vsum curiæ Romanæ adducunt: seu impedientes & perturbantes ne ad ipsam adducantur vel ferantur, & contra defensores facientium talia. ¶ Vicesimatertia est in eodem contra omnes, qui venientes ad sedem apostolicam, aut ab ea recedentes, temeritate propria capiunt, spoliant, & detinent, aut ex proposito deliberato verberare, mutilare, vel interficere præsumunt; & contra omnes talia fieri facientes seu mãdantes. ¶ Vicesimaquarta † est in eodem contra eos, qui iurisdictionem ordinariam vel delegatam nõ habentes, in eadem curia morantes, temeritate propria capiũt, spoliãt, & detinẽt, aut à proposito deliberato verberare, mutilare, vel interficere præsumunt, & qui talia fieri facium fra mandant. ¶ Vicesimaquinta † est in eodem cõtra eos, q̃ per se vel per alios, seu alias quascunq; personas seculares vel ecclesiasticas recurrentes ad curiam Romanam super eorũ causis &negotijs, illaq; in eadem prosequentes aut procurantes, vel procuratores ipsorum, vel aduocatos seu iudices super dictis causis deputatos, occasione causarum vel negotiorũ huiusmodi verberant, mutilant, vel occidunt, aut bonis spoliant, & contra dantes auxilium, consilium, vel fauorem in prædictis. ¶ Vicesimasexta † est in eodem contra omnes, qui ne pareãt literis aut mandatis apostolicis & legatorm, & nuntiorũ, & aliorum delegatorum eorundem gratiã vel iustitiã concernentibus, decretisq; super eis, & re iudicata, seu processibus executorialibus, non habito prius eorũ bõplacito & assensu, pro tabelliones & notarij super huiusmodi literis & processibus executorialibus, instrumenta seu acta cõficere, aut confecta parti, cuius interest, tradere sub grauissimis pœnis prohibere, statuere, seu mandare præsumunt, & cõtra dantes auxilium, cõsiliũ, vel fauorem. ¶ Vicesimaseptima † est in eodem contra omnes, qui se ab obedientia Romani pontificis pernaciter subtrahere, vel quomodolibet recedere præsumunt, & contra dantes auxilium, consilium, vel fauorem prædictis. ¶ Vicesimaoctaua † est in eodẽ cõtra omnes qui iurisdictionem ad ecclesiasticas personas pertinentem per se vel per alios vsurpant directè vel indirectè: aut in eisdem consilium, auxilium, vel fauorem præstare. ¶ Vicesimanona † est in eodem cõtra omnes mutilantes, vulnerantes, interficientes, capientes, & detinentes, deprædantes, Romipetas, & peregrinos ad Ierusalem causa peregrinationis & deuotionis accedentes, & in ea morãtes vel recedentes ab ea: & cõtra omnes his dantes consilũ, auxiliũ, vel fauorem. ¶ Tricesima † est in eodem contra omnes qui per se vel per alium directè vel indirectè sub quocunq; titulo vel colore occupãt, detinent, vel hostiliter dilcurrunt seu inuadunt in totum vel in partem almã vrbem, aut alias ciuitates vel terras, & loca, & iura ad ecclesiam Romanam spectãtia, cum adhærentibus, fautoribus & defensoribus eorũ, seu dantibus consilium, auxilium, vel fauorem in eisdem. Et intellige spectantia, id est, subiecta mediatè vel immediatè: vt dicit Xystus in extrauagãte quæ incipit, & ſ dominici. intellige etiam de his quæ dicta deperditur, vt ibi patet. Iste autem terræ vt in processu Martini v. sunt vrbs alma, regna Siciliæ, Trinacriæ insulæ, Sardiniæ, Corsicæ terræ citra Farũ patrimonij beati Petri in Tuscia, ducatus Spoletanus, comitatus Venatini, Sabinæ, marchiæ Anconitanæ, Massiæ Trabariæ, Romandiolæ, ac marittimæ prouinciæ ac terræ specialis commissionis, & Arnulphorũ, Ciuitates quoque Bononia, Ferraria, Beneuentũ, Perusium, Auinio, ciuitas Castelli, Tudertina, & aliæ ciuitates, terræ & loca, ius iura ad ecclesiã pertinentia. ¶ Tricesimaprima † est in eodem contra quoscunque præsumentes absoluere quemlibet per dictum processum excommunicatum, cuiusmodi sunt omnes prædicti & etiam hæretici cum suis fautoribus, defensoribus & receptatoribus. Et idem intellige de contentis in ſ. seq. vt ibi dicetur, nisi in articulo mortis: & tunc nisi præmissa prius de ſtãdo sanctæ matris ecclesiæ mandatis, satisfaciendo vel

vel sufficienti cautione etiam præter vtu cuiuscunq; priuilegij vel concessionis apostolicæ non facientis plenam & expressam de prædicta prohibitione mentionem: nec absolutio aliter impensa valet: & reseruatur quo ad omnia ista Romano pontifici. Prædicta omnia recitata de processu curiæ etiã hodie tenent: quia Martinus statuit ea ad perpetuam rei memoriam, & in fine suum processum appellat cõstitutionem: nec aliter leguntur reuocata. Quædam tamen sunt in eo contra fautores aut fautores Petri de Luna, & contra dantes fauorem Vicleuistis & Husistis hæreticis: quæ hodie nõ videntur habere locum. Paulus verò secũdus in suo processu superaddidit multa. ¶ †† Trigesimasecunda ergo, in qua includuntur octo, est in processu curiæ Pauli secũdi cõtra offendentes ecclesiæ libertatem, & violãtes interdictum ab apostolica sede impositum, & conspirantes in statum aut personam Romani pontificis & presbytericidas: & per Xystum hoc extenditur etiam ad occidentes vel mutilantes aliquẽ existentem in sacris, offendentes episcopos vel alios prælatos, in persona imponentes nona onera realia vel personalia ecclesijs vel ecclesiasticis personis: simoniacos super ordinibus vel beneficijs assecuris in curia Romana vel extra. Nec possunt isti citra Papam absoluisse in omni cõcessione ipsum facta aut tũc fienda intelligun[tur] excepti, vt in quadã eius cõstitutiõe patet, quæ incipit, & si dominici. Summa tamen Ang. dicit se omittere casus reseruatos à Paulo: quia Xystus se restrinxit ad reseruatos à Martino: quasi velit dicere q̃ relaxauerit reseruatos per Paulũ. sed hoc nõ videt verũ. Primò, quia Sum. Ros. ponit dictos conspiratores excõmunicatos cõmuniter secundum curiæ processus. Secundò, quia Xystus in extrauganti quæ incipit, & si dominici gregis. enumerat omnes prædictos casus Pauli: & addit crimen hæresis postquam fuerint aliqui, qui sententialiter cõdemnati, delati, seu publicè diffamati, occasionis vel mutilationis cuiuscunq; in sacris constituti, prohibitionis, delationis causarum ad dictã curiam: & dicit se nolle quòd aliquis possit prædictos absoluere, etiã vigore facultatum à se concessarum verbo aut literis, etiam cum clausula quòd sola signatura sufficiat: etiam in fauorem fidei & eruditionis & absoluentes anathematizat & excommunicat, reservans absolutionem Romano pontifici: qd nõ esset, si ista reuocasset: veritas autem est quòd casus in hac §. enumerati non continentur in bulla cœnæ Domini: quia Xistus reduxit processum Pauli præcisè ad ea quæ continebantur in processu Martini: vt patet per breue ad Ducẽ Mediolani Galeacij, sub anno domini M.cccclxxix. xix. Nouembris: est tñ prohibitum sub pœna excõicationis, ne quis ab eis absoluat præter cõfessionalium ab eo concessorũ: vt patet in d. extrauag. & ſ dominici. sub anno domini M.cccclxxix. Vnde isti casus remanent in dispositione iuris cõmunis, ac si de eis mentio habita non fuisset: & ab eis absoluere potest, cui de iure competeret remota bulla cœnæ Domini. ¶ † Quadragesima est in eadem extrauagante Xysti contra omnes dispensantes in voto vltramarino, sanctorũ Petri & Pauli, sancti Iacobi in cõpostella, & castitatis, ac religionis, & absoluentes à casibus §. priorib⁹, & quacunque concessione ab ipso habita: nisi in ipsa concessione mentio fiat de ipsa extrauagante de verbo ad verbum. ¶ † Quadragesimaprima est, in quadam extrauagan ti Bonifij. ij. sub rubrica de sepulturis, quę incipit, detestãdum. vbi excommunicantur omnes etiam pontifices exenterantes vel in frusta concidentes corpora mortuorum: aut in aquis coquentes vt carnem ab ossibus euellant vt alibi tumulanda ferant: & absolutio reseruatur Papæ. Sed nota quòd ista constitutio non habet locum: primò si fiant viuo: nec secundò si fiant mortuo, non eo fine vt alibi sepeliantur: sed odio etiam comedendo carnes vt faciunt Partiales: vel superstitione: vel etiam propter chirurgiam: quia pœnæ vltra proprios casus non sunt extendendę: vt de pœ. dist. j. §. pœna. Tertiò, si mortuus esset quis in terris infidelium, vt in eadem extrauagante patet. ¶ †† Quadragesimasecunda, in extrauagante Martini quinti sub rubrica de simonia, quæ incipit, damnabile. & rursus in alia Pauli secundi, quæ incipit, cum detestabile. contra omnes etiam quacunq; dignitate prædictos seculãri, vel ecclesiastica, etiam cardinalatus, qui simoniã in ordine vel beneficio contraxerunt in curia vel extra, publicè vel occultè: & contra omnes mediatores & procuratores in ea: & absolutio reseruatur pontifici Romano: alij autem simoniaci non leguntur excommunicati: ita tamen quòd sub nomine beneficij intelligantur electiones, postulationes, confirmationes, & quæuis prouisiones ecclesiarum, monasteriorũ, dignitatum, personatuum, & officiorum: quia in his tam dantes quàm accipientes per dictas extrauagantes sunt excommunicati. Excipe tamen vt infrà Excõmunicatione xliij. ¶ † Quadragesimatertia est, in eadem extrauagante Martini quinti, & Pauli secundi, contra omnes etiam quacunq; dignitate ecclesiastica vel seculari pollentes: qui mediatores vel procuratores simoniæ summo pontifici, aut cui ille commiserit, quantocyus non reuelant: qui etiam absolui non possunt, nisi ista reuelent. Sed hæc sententia non tenet hodie: quia, vt dictum est suprà Consuetudo. §. vij. statutum quod non est susceptum nec seruatum scienter, & non reclamante superiore, tollitur per vsum contrarium, maximè præscriptum annis decem: & ita est in proposito: imò iam iste contrarius vsus est præscriptus annis iam plus quàm xl. Vnde secundum Archi. hæc extrauagans vacat. Sed nota quòd ista sententia Martini non ligauit nisi existentes in curia: & idem videtur de Paulo, qui videtur innouare statuta priorum pontificum: aliter valde irrationabilis constitutio fuisset, vt vellet pauperes ab extremis terræ adire curiam pro defendenda simonia. ¶ Quadragesimaquarta est, in quadam extrauagente Vrbani quinti, quæ incipit, sanè. seu, ne in vinea: contra omnes dantes aut recipientes aliquod temporale pro ingressu monasteriorum, sed religionis: & sedi apostolicæ reseruatur absolutio. sed Archiepiscopus dicit se à fide dignis audiuisse quòd Martinus quintus dixerit nolle hanc sententiam extendi ad monialer. infrà Simonia. §. xv. ¶ † Quadragesimaquinta, ponitur in quadam extrauagante Martini quinti, sub rubrica de regularibus, quæ incipit, viam arbitiosè. contra omnes religiosos mendicantes euntes ad ordines seu monasteria non mendicantium, vt ibi sint fratres: etiam sub prætextu cuiusuis licentiæ, etiam apostolicę generalis, & conti a recipientes eos: sed tamen hęc pœna non extenditur ad ordinem Carthusiensium: & sedi apostolicæ reseruatur absolutio. ¶ Quadragesimasexta est in quadam extrauagante Bonifacij octaui, sub rubrica de sentent. excommunicatio. quæ incipit, excommunicamus. contra omnes facientes promissionem vel pactum temporalium pro aliqua gratia vel iustitia obtinenda in curia Romana: & contra dantes & recipientes ex dicta promissione vel pacto. & Papæ reseruatur absolutio. Hanc decretalem allegat Ioannes Andreas in lectura, de simo. nemo. & Dir. & Ant. de Butri. qui dicit eam durare: sed Ioan. de Lignano & Ioannes Calderinus ibidem, & Pet. de Pal. in iij. dicunt eam reuocatam per Clementem quintum. & hoc tene per regulam logicalem: qua locus ab authoritate dicitur tenere affirmatiuè: non autem negatiuè: ex qua habetur quòd in hac controuersia standum non est dicentibus eam durare: quia scilicet non legerunt eam reuocatam: quia non sequitur, non legi quòd sit reuocata: ergo non est reuocata:

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed standum est alijs qui non dicerent eam reuocatam nisi
23 hoc scirent. ¶† Quadragesimaseptima est in quadam extra-
uagante Pauli secundi, quæ incipit, cum omnibus, in qua sic
dicitur: Si quis autem commissarius aut delegatus, scilicet ad
cognoscendum an rei ecclesiasticę alienatio cedat in euiden-
tem vtilitatem ecclesiæ conscientiæ suæ prodigus in grauа-
men aut detrimentum ecclesiæ per gratiam, timorem, vel
sordes alicuius consenserit, aut decretū vel authoritatem
interposuerit: inferior quidem episcopo sententiam excom-
municationi incurrat &c. Et infrà: Is verò qui dolo vel fraude
aut scienter in detrimentum ecclesiarum alienationem fieri
procuranerit, aut per sordes vel impulsionem alienatiōis de-
cretum extorserit, similem sententiam excommunicationis
incurrat, à qua nisi per Romanum pontificem non possit ab-
solui. Ad restitutionē nihilo minus rerum alienatarum quā-
docunq; de præmissis constiterit, cōdemnamus. Sum. etiam
Ang. refert quādam extrauagantem Pauli, cuius principium
non ponit, vbi, inquit, excōmunicantur alienantes res eccle-
siasticas siue facientes pactum, per quod ipsorum dominium
transferatur in omnes concedentes, hypothecantes, infeudan-
tes, vel in emphyteusim concedentes, aut locantes, nisi in casi-
bus à iure concessis, exceptis fructibus & bonis, quæ seruan-
do seruari non possunt: item excommunicantur qui taliter
alienata recipiunt. & incipit, ambitiosè. sed in aliquibus locis
24 non est approbata moribus vtentium, nec seruatur. ¶† Qua-
dragesimaoctaua est in quodam priuilegio Alex. iiij. quod
incipit, ex alto. & in alio incipiente, non sine multa contra o-
mnes qui libellos famosos vel cantilenas, aut rhythmos fa-
ciunt, dicunt, vel publicant in infamiam status ordinum
prædicatorum & minorum: & absolutio reseruatur apostoli
25 cæ sedi. ¶† Quadragesimanona est in eisdem priuilegijs con
tra omnes prædicantes, docentes, vel defensantes quòd præsta
torum ordinum fratres non sunt in statu perfectionis: nec li-
cet eis de eleemosynis viuere: aut quòd non possent prædi-
care vel audire confessiones de licētia Romani pontificis vel
aliorum prælatorum seu etiam curatorum: & absolutio re-
26 seruatur apostolicæ sedi. ¶† Quinquagesima est ibidem con
tra omnes facientes violentiam damnabilem in locis ordi-
num prædicatorū: & absolutio reseruatur apostolicæ sedi,
27 vel cōseruatoribus dictorum ordinum. ¶† Quinquagesima-
prima est in quodam priuilegio ordinis prædicatorum con-
cessō, quod Arch. refert se vidisse, cōtra omnes intrantes mo
nasteria monialium ordinis Prædictorum vel sanctæ Clarę
ordinis Minorum in casu non concesso in regula vel consti-
tutionibus earum: vel sine licentia magistri aut ministri ge-
neralis, vel alterius ab eo habentis potestatem: & absolutio
reseruatur Papæ aut magistro siue ministro generali, vel ha
benti super hoc licentiam specialem ab aliquo prędictorum.
Sed nota secundum Arch. quòd vbi sententiæ huiusmodi nun
quam, vel quasi nunquam, promulgantur, si quis ignoranter
& sine mala intentione intraret, non incideret, cùm ignoran
tia sit quasi inuincibilis: & hoc trahi potest ex dictis Anto. de
But. & S. Tho. Sed intrans ad malè faciendum, quamis igno-
rans sententiam, & habens iustam causam ignorandi illa, non
28 excusatur, secundum Per. de Pal. ¶† Quinquagesimasecun-
da est in priuilegio Bonif. quod incipit, virtute. contra omnes
detinentes apostatas ordinis prædicatorum in suis monaste-
rijs vel ecclesijs: nisi eos ejecerint post quàm fratres eiusdem
29 ordinis denuntiauerint eis ne detineant eos. ¶† Quinquage-
simatertia est in litteris inhibitorijs Clementis ad minores,
quæ incipiunt, qui vos, vbi ipsi excommunicantur si præsumant
recipere professos ordinis prædicatorum sine licentia Papæ
faciente expressam de hoc indulto mentionem, vel nisi prius
priorum suorum licentia petita fuerit & obtenta. Idem de
eremitanis, Alexand. ad eremitas, Vestram. Sed nor, quod in
hoc casu & priori non vidi originalia: sed ab Archie. accepi,
qui non recitat cui reseruetur absolutio: videtur tamen quod
Papæ: quia ordo noster, in cuius fauorem ista sunt, exemptus
est. ¶† Quinquagesimaquarta est in priuilegio Alexandri
incipiente, ex alto. contra rectores, magistros, & scholares ar
tistarum studij Perusini: qui excludere moliuntur publicè vel
occultè fratres prædicatores vel minores à consortio vni-
uersitatis eiusdem studij: & apostolicæ sedi reseruatur absol-
utio. ¶† Quinquagesimaquinta est, vt refert se vidisse Arch.
in libr. pœnitentiariæ summi pontificis contra omnes acce-
dentes ad sepulcrum domini causa deuotionis, sine licentia
summi pontificis: & absolutio eidem, vel summo pœniten-
tiario reseruatur. ¶† Quinquagesimasexta est, quam fecit
Xystus in extrauagante de materia conceptionis beatæ Vir-
ginis quæ incipit, graue nimis. vbi excommunicantur omnes
qui ausi fuerint in sermonibus ad populum vel alibi quomo-
dolibet affirmare quòd tenentes gloriosam Virginem Ma-
riam esse sine originali peccato concepram, peccent mortа-
liter vel esse hæreticos: & similiter qui asseruerint illem do
tenentibus contrariam opinionem, scilicet quòd fit in origi-
nali concepta: cùm nondum, inquit, sit à Romana ecclesia &
apostolica sede decisum: sed secunda excommunicatio in-
per fluit: quia non est timendum quòd appellentur hæreti-
qui tenent quod oēs sancti doctores tenuerūt. ¶† Quinqua-
gesimaseptima est Inhj ij. post Pium secundum contra o-
mnes appellantes à summo pontifice ad futurum concilium
& est ad perpetuam rei memoriam, & exeoditur etiam in
tra montes, & contra reges & Cardinales, & communitates
ac collegia & parlamenta, & contra omnes ad hoc præsta
tes consilium, auxilium, vel fauorem, etiam indirectè: &
mnes prædicti ibi mandantur haberi vt schismatici & de
de malè sentientes. Multæ sunt aliæ excommunicationes
Papales: sed eas pertranseo, vel quia sunt temporales: vel
propter ea quæ dicam infrà. Excommunicatio nona, & Ex
communicatio vltimò per totum.

Rursus de Excommunicatione octauò, & scilicet de reseruata episcopo semper vel interdum.

1 *Excommunicatio iuris quot casibus episcopo reseruatur?*
2 *Excommunicatio quandoque Papæ, quandoque episcopo, quandoque nulli reseruatur. Item quis de iure excommunicatus absolui possit? Et absolutus quomodo satisfacere debeat? Et hac, quomodo clausula hac, quam citò commodè poterit. num. 3. & 5. Et quomodo verbum contempserint. numer. 6. Et quod à clausula, à quibuscunq; sententijs. num. sequenti.*
3 *Iniunctio de se præsentando, cùm facta est, an per procuratorem se præsentare possit?*
4 *Mortis periculum dum subest. num. ab alio excommunicatus absolui potest, quàm ab eo, ad quem de iure communi pertineat.*
5 *Excommunicatio nonnunquam Papæ, nonnunquam episcopo, quandoque nulli reseruatur. Et excommunicatio de qua hic differitur, an contrahatur per participationem cum excommunicato præcedentem excommunicationem, vel sequentem. Et ibidem quotuplex participatio.*
6 *Participatione cum excommunicato ab homine in criminali, an quis hominis sententia vel iuris ligetur.*
7 *Consilium, auxilium, vel fauorem excommunicato dare, quotuplex intelligatur. vt ex hoc ligetur? Et an consilium petita de qua hic aliquid adijciat, & quotuplicetur.*

Excom-

1 EXCOMMVNICATIO † octauò quantum ad ex-
communicationes episcopo reseruatas: vt autem sciatur
quæ excommunicatio sit papalis, vide tit. priorē, in prin. Epi-
scopales autē sunt paucæ & in hoc tit. faciles ad inueniendum.
Vnde sciendum est primò quòd in duobus casibus tantùm
excommunicatio iuris reseruatur episcopo: primò quando
ipse tulit eam per suū vel synodale statutū, & absolutionem
sibi reseruauit. secundò quando absolutio est reseruata papę,
& in casu eam episcopo ratiōe dignitatis cōcedit: quia eo ca-
su nullus inferior se potest intromittere, sicut dictum est su-
pra, Absolutio. iij. §. iij. & alibi, quòd eo casu quo episcopus
clericum potest absoluere, nullus inferior hoc facere potest,
nisi ei cōcedatur vel à iure, vt abbati: vel ex priuilegio, vt pre
latis médicantium: vel ex cōmissione papę aut etia episcopi,
2 sicut simplici sacerdoti: vide 3. Casus. §. ij. iij. iiij. & v. ¶ Scien-
dum est secūdò qp excōmunicatio quędā aliquādo papę, ali-
quando episcopo, aliquādo nulli reseruatur, quæ est in c. eos.
de sen. exc. li. vj. vbi dicitur qp illi qui à sententia canonis vel
hominis propter mortis periculū vel aliud impedimentum
fuerunt absoluti ab alio quàm ab eo à quo de iure fuerāt ab-
soluendi si liberati à tali impedimento quàm citò commodè
poterunt, contempserint se præsentare illi qui legitimè debe-
bat eos absoluere, & satisfacere prout eis iniūgetur ab eodē,
ipso facto sententiā excōmunicationis incurrunt: & ab eo so
lo poterunt absolui, quo absoluendi erant à prima excōmu-
nicatione. De iustis etiam impedimētis dictū est 3. Absolutio
iij. in fi. Et idem est de his, qui cùm absoluūtur à papavel eius
legatis à quibusuis sentētijs, iniūgitur eis vt se ordinarijs aut
alijs quibuscunque repræsentent pro susceptione pœnitētiæ
vel satisfactione implenda his quibus iniuriam fecerunt: quia
si non fac. unt quàm primùm commodè poterunt, eandē sen
3 tentiam ipso facto incurrunt. ¶ Primò † verò quæritur, quis
sit ille qui de iure absoluere debet excōmunicatum? Et dicit
Per. de Anch. super ipso ca. quòd à sentētia canonis absoluit
is qui canon reseruauit: aliàs si nemini reseruauit, absoluit or
dinarius: à sententia verò hominis absolut ille qui tulit: sed in
eius defectu vel negligētia si est delegatus, aditur delegāvsi
est ordinarius, aditur superior. Hoc probatur de offi. deleg.
1 prudentiam. & de offi. ordi. ad reprimendam. Dic tamen vt
1 Absolutio. ij. in princ. ¶ Secundò † quomodo absolutus de-
beat satisfacere? Et dicit idem esse intelligēdum quòd iuxta
propriās facultates. Et per hoc infert Arc. facultates ecclesię,
quas habet ad vsum, ad hoc non teneri. xvj. q. vj. §. vl. pro quo
1 facit. sic nolentes. de hære. ¶ Tertiò † quomodo intelligendū
sit illud, quàm citò cōmodè poterit? Et dico quòd multa su-
per hoc recitat Arch. in cen. c. j. sed summa in hoc stat quòd
secundum Hostien. intelligitur sublato impedimento, & ali-
quo modico tempore industo, quo sibi de necessarijs valeat
prouidere. Et non creditur circa hoc absoluto: sed iudex hoc
arbitrabitur. aliàs frivolis excusationibus frigoris & caloris
& milibus constitutionē eluderet. in foro tamē pœnitentiali
sibi est tenendum est: vnde ex quo scientiam habet de mora, sci
re se debet excommunicatum: sed iudex hoc non denūtiabit
donec eo vocato per cōiecturas viderit illum morosum. Ar-
bitrabitur autem iudex tempus itineris benignè. ad quod fa-
cit cap. consuluit. de of. dele. Sufficit autem, secundum hanc
literam, quòd non sit in negligentia vel fraude. ¶ Quartò
4 † quomodo intelligendum sit illud verbum, contempserint?
Et dicit Arch. illud exponens quòd dicitur quis contemnere
hoc ipso, quòd iusta causa cessante, se nō præsentat illi à quo
fuerat absoluendus, vt no. ij. q. ij. metropolitanum. & cōsentit
Ioannes And. ¶ Quintò † quomodo intelligitur illud, à qui-
buscunq; sententijs? Et Per. de Anch. ibi notat quòd papa & le-
gatus absoluunt à quibuscunque sententijs excommunica-
nonis. quod Ioā. Mo. intelligit de sententijs iuris, non autem
de sententijs hominis, à quibus, inquit, non absoluūt papa vel
legatus de stylo curiæ, sed remittunt: nisi in casu quo dele-
gatus non posset, vel esset mortuus, & alius in legatione non
succesisit: vel succesisit quidem, sed non est sperde festina pro-
uisione. ¶ Sextò, vtrum reincidat ipso iure absolutus in præ-
dictis casibus delegatorum, si non pareat? Et putat Ioā. Mo.
quòd non. & cōsentit Dire. dicens, quòd si excōmunicatus ab
homine iurauit parere mandatis excommunicatoris, quando
fuit absolutus in casibus supradictis, si non paret, non incidit
in eandem sententiam: sed est reducendus per sententiā ho-
minis. Sed oppositum est dicendū, si latè accipiamus literam
vt verbum sonat, quibusuis: & in principio c. quod erīā loqui-
tur generaliter de vtrisque sententijs. & hoc tenet Io. And. sci
licet quòd in quibuscunque sententijs iuris & hominis locum
habeat quod hic dicitur, scilicet quod reincidit ipso iure, nisi
pareat, & cōpareat post absolutionē, vt hic dicitur. Sum. au-
tem Ang. imponit dominis de Rota quòd teneant opinionē
Ioan. An. quam ipsa sequitur. Sum. verò Ros. imponit eis op-
positum, scilicet quòd teneant opinionem Mo. quàm ipsa se-
quitur, dicens quòd dicti domini de Rota dicunt quòd si au-
ditor excommunicatum ab homine absolit præstita cau-
tione de standō iuri: si non paret, non est ipso iure excommu
nicatus sed excommunicandus per dictum Ioannem Mo. Sed
sine dubio opinio prima est securior, vt per se patet: est etiam
verior: imò non videtur dubitabilis: quia tex. in prin. loquens
de absolutis ab inferioribus, quibus iniungitur vt se præsen-
tent superioribus, apertè loquitur de vtrisque sententijs, iuris
scilicet & hominis: deinde locuturus de absolutis à superiori-
bus, quibus iniungitur vt se præsentent inferioribus, dicit
idem statuimus de his, quibus cùm à sede apostolica vel lega
tis ipsius absolutionis beneficium à quibusuis sententijs con-
sequuntur, iniungitur vt, &c. Nec obstat si dicatur quòd non
incideret sic absolutus in eandē: cùm prius posset esse liga-
tus sententia hominis, deinde sententia iuris lata in isto capi-
tulo: quia dicitur quis incidere in eandem, quia venit absol-
uendus ab eodem. ¶ Septimò † an possit is, cui prædicta in- 8
iunctio fit se præsentandi, hoc facere per procuratorem? Et
dico secundum Host. quòd qui tenetur personaliter se præ-
sentare absolutori pro absolutione obtinēda, cessante impe
dimento accessus ad eum non potest talem absolutionem
per procuratorem petere. Et idem sentit Inn. sed tamen con
cedit quòd si subest iusta causa, absolutio peti potest per pro-
curatorem, etiā in absentia. videtur etia esse tex. in c. quod de
his. eo. ti. ibi: Romanam ecclesiā in propria persona debeant
visitare. Sed Arch. in isto c. remittit ad notata per Spec. in tit.
de procu. §. j. vbi dicitur quòd procurator cōstitutus speciali-
ter pro petēda absolutiōe, sufficit: & ita curia servat, vt ibi di
citur. Et facit ad hoc, quia quis se repræsentat aut in propria
persona, aut per procuratorem idoneum. dist. xviij. in capite,
episcopus. Per. autem de Anch. dicit quòd à sententia inter-
dicti & suspensionis peti potest absolutio per procuratorem:
quia nec solennitatem formæ nec absolutionem desiderat.
Idem autem dico ego de absolutione ab excōmunicatione,
quæ non determinatam formam, nec contritionem, nec pre
sentiam exigit absoluendi. Secus de absolutione à peccatis:
quia cùm requirat contritionē, requirit etiā præsentiam ab-
soluendi aliter sciri nō posset an perseveret in cōtritione, si-
ne qua absolui non debet. Ad caput autem, quod de his. dico
quòd loquitur sumptis viribus, & opportunitate concessa.
Vnde loquitur quando non subest causa iusta. ¶ Octauò † an 9
propter periculum mortis, vel aliud periculum absolui de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

beat excommunicatus ab alio quàm ab eo, ad quem de iure pertinet absolutio, si non haberi potest copia eius, vel recursus ad eum? Et Arch. ac Pe. de Pal. dicunt quòd nō: & idem dicitur in Dit. lib. ij. tit. iiij. de absolutiōe ab excōmunicatione iuris, vbi & subditur quòd quādo aliquod istorum fieri non potest, tunc absolui debet, & potest: & semper requiritur quòd sit episcopus, si haberi potest aliter sufficit simplex sacerdos, vt notauit Ioan. in c. nuper. de sen. excom. Et est ei iniungendum quòd tempore impedimento sublato se præsentet, vt dictum est, quod secundū Arch. non est iniungendū, vbi impedimentum est perpetuū: sed sine tali iniunctione absolui nō debet, nisi in casibus, in quibus nullus absoluere potest, nisi in casu mortis: vt in tallarijs literarum papæ, & in insequentibus hostiliter Cardinales: & in banniente vel temerè percutiente episcopum: & in religiosis vel clericis secularibus inducētibus ad vouendā electionē sepulturæ: & in inquisitoribus, qui odio, gratia &c. & in exentet ātibus &c. & in intrantibus monasteria monalium ordinis Prædicatorū vel Sanctæ Claræ. Item in inquisitoribus & cōmissarijs eorū ac episcoporum, qui extorquent, &c. Item in omnibus casibus huiusmodi, qui ponuntur in curiæ processu. ¶ Sciendū † est tertiò quòd alia est etiā excōmunicatio, quę aliquādo papæ, aliquādo episcopo, aliquādo nulli reseruatur, in c. nuper. & in c. si concubinæ. de sen. excom. contra cōmunicantes cum excōmunicatis nominatim sciēter in crimine criminoso, dando auxiliū, consilium, vel fauorē: quę excōmunicatio licet, secundū Sum. Ros. sit episcopalis: verius tamē dicit Sum. Ang. ꝙ aliquādo est papalis: vt si per crimen in quo quis participat, incurratur excō municatio papalis: puta si participat conspiratibus in personam summi pōtificis, secundū aliquos: quia dicit tex. quòd talis absolutēdus est ab eo qui damnauit, aut ab eius superiore. ¶ Primò verò dubitatur, an ista sententia incurratur per participationē cum excōmunicato præcedente excommunicationem vel sequentem? Et dicit Panor. in d. c. nuper. quòd hoc intelligitur quādo post excōmunicationē cōmunico sibi in crimine damnato: vt puta si Titius fuit excommunicatus quia detinebat adulterā, & tu circa illam detentionē impendis consilium, auxilium, vel fauorē: tunc communicas excōmunicato in crimine damnato: nec sufficit cōmunicare in illo actu, per quē incurritur excōmunicatio: sed oportet quòd ille per prius incurrerit excōmunicationē: vt no. in c. contingit. de sen. excō. Posset tamē dici quòd ex alio capite quis incurrat excommunicationē iuris: vt si consulo, vel auxilium impendo circa verberationem clerici: quia facientem & cōsentientem par pœna cōstringere debet: vt in c. mulieres. de sen. exc. Sic ergo triplex est participatio: vna ante actum, quo alius excōmunicatione ligatur: vt cùm quis actū illū mādat aut cōsulit. alia in ipso actu: vt cùm laicus accipit eucharistiā à religioso, qui eam sine licentia tradit. tertia verò post actū: vt in prædicta detentione mulieris. Ex prima incidit quis in eandem sententiam non ratione participationis cum excommunicato, cùm nondum sit excommunicatus: sed quia agentes & cōsentientes &c. Ex secunda verò aliquando quis ligatur non ratione participij cum excōmunicato: sed quia aliquando talis actus vtriq; interdicitur: vt cùm duo affines contrahunt. Ex tertia verò ligatur quis propriè ratione dicti participij. ¶ Secundò † an per communicationem cum excommunicato ab homine in crimine ligetur quis sententia iuris vel hominis? Et dicit gl. in d. c. nuper. quòd ligatur sententia hominis, & non canonis. Et mouetur: quia absolutio ab hac excōmunicatione fieri non potest, nisi per excommunicatorem aut superiorē: vt dicitur in textu. Sed Pe. de Anch. Inn. &c. Io. An. dicunt ꝙ est sententia iuris, quę tamē executionem trahit secundum Pe. de anch. à sententia iudicis, scilicet cuius quis participat in crimine criminoso, propter quod ille est excommunicatus ab homine. Et Pan. dicit ibi doctores communiter tenere ꝙ est sententia iuris. & hoc probat, iniur. rex. in verbo, quāuis enim. & tūc quia vult ꝙ ex solo participio extra crimē cōtrahatur excōicatio minor iuris: & ponit dictionē implicatiuā, scilicet ly. & per quam innuit ꝙ etiā in præcedēti casu cōtrahatur excōmunicatio iuris, & nō hominis. Et ex hoc sequitur multa. Primò ꝙ participās ligatur & ue sit in territorio excōmunicātis, siue extra, siue subditus sit ue nō: quia iuris authoritate ligatur. Secdò ꝙ ligatur etiā ipse excōmunicator si cōmunicet: quia nō sua, sed iuris authoritate ligatur. Ad motiuū gl. dicit Pan. ibi ꝙ ideo est, qꝛ papa reseruauit ipsi excōicatori absolutionē: quia iste cōmunicauit in crimine, videtur directē in pſonā excōicatoris delinquis. ¶ Tertiò † quomodo intelligię ꝙ dare cōsiliū, auxiliū, vel fauorē excōicato taliter, vt ligetur? Et dicit Pe. de Anc. cōclusionē esse doctorū ꝙ ligetur consulēs, etiā si ille alias erat sacturus, quod abbas dicit certū, si consiliū datū est directē ad crimē quod excōmunicationē inducit, puta verberandi clericū. & similiter Inn. ac Ant. de Bu. sentire vidētur nō esse distinguendū in istis omnibus an excōmunicatus alias esset facturus nēcne: gl. tamē, cū qua sentit Rich. tenet oppositū, licet ꝙ nō teneatur quis de cōsilio, nisi ille aliàs nō fuisset facturus: vel nisi fuisset cōsiltū fraudulentū. Sed dicit ibi Pan. ꝙ neutrū dictū gl. procedit. quid verū est ntti loquamur de consilio mudo, quod nihil adijcit ad malū. Vnde tripliciter consiliū adijcit huic pœnæ. Primò, si sine eo nō erat facturus. Secundò, si nō tantū vel taliter. Tertiò, si fuit fraudulēti secundum gl. sed de hoc ¶. Excōmunicatio vlt. dub. iiij. ¶ Quomodo auxiliū tamē secundū Inn. intelligitur de partica participatione directa: secus de indirecta: vt si quis excōmunicatur est quis facit guerrā cōtra ecclesiā vel clericū: postea ego illi guerrā cio: & tu illū intas contra me: tu nō ligaris per hoc quia ille melius guerrā faciet: quia hoc nō intēdis. Intelligitur etiā de auxilio dato, nō de accepto. Vnde secundū Host. dominus vocare potest auxiliū vasalli excōmunicati propter ōnes debitū quod remanet. Et secūdū Inn. licet tibi cōtra inimicū tuū inuocare auxiliū excōicati, ppter guerram: vt ꝙ sibi etiā in sua guerra præstes auxiliū. quod tū Host. expresse dit. Fauor autē impeditur in laudatione facti. secundū Abb.

Rubrus de Excōmunicatione ix. scilicet de ea quæ nulli de iure reseruatur.

1 *Excommunicatio, quæ nulli de iure reseruatur, à quolibet ordinario solui potest.*
2 *Excōicationem in c. licet. de elec. notatū, quis incurrere dicatur.*
3 *Papa eligere successorem nunquid possit?*
4 *Cardinalium numerus determinatus est, & quid possint vbi.*
5 *Electio pape an valeat solo consensu in eum, qui se pro papa gerebat. & num. 6.*
7 *Excommunicationi per c. quoniam. de offic. ord. quinam sint ponendi dicantur & num. 8.*
9 *Magistrorum ac scholarium nomine qui veniant.*
10 *Panam cōstitutionis panalis quādo nō incurrere quis dicatur.*
11 *Sententia de qua hic, ad quos extendatur.*
12 *Constitutione c. non minus. de immu. eccle. qui ligentur.*
13 *Clerici ad quæ onera teneantur.*
14 *Clericus an possit fratres à collectis defendere, cum quibus habet bona communia.*
15 *Possessiones ad clericos deuenientes an possint collectis gravari.*
16 *Rector ciuitatis in præsentem incidens constitutionem, quando ab ea absoluatur. & nu. seq.*

19 *Mensis successori rectoris datus, an detur ei, cui ipse successit. & nume. 20. & 21.*
22 *Constitutionis c. non magno. ne cler. vel mon. qui sint absentij.*
23 *Tempus duorum mensium, de quo hic, quando currere incipiat.*
24 *Religiosus monasterio egressus, an incidat in excōmunicationem, si canones vel Theologiam audiat. & nu. 25. & 26.*
27 *Religiosus an incidat in excommunicationem si amicitia causa amicum leges legentem audiat.*
28 *Constitutio c. clericis. ne cler. vel mon. quos illigare dicatur.*
29 *Panam constit. c. multi fac. dist. xix. quinā incurrere dicantur?*
30 *Constitutione c. excommunicationis de sap. quinam teneātur.*
31 *Constitutione c. noueri. dist. xix. seruari, qui statuta ac consuetudines contra ecclesiæ libertatem seruari faciunt.*
32 *Constitutio prædicta, quando transgressores ligare dicatur?*
33 *Statutum factum per principales de vniuersitate, an vniuersitatem excommunicationis pœna liget.*
34 *Pœna constitutionis cap. vbi periculum. de electione. libr. vj. qui incidatur & obnoxij sint. & numer. 35.*
36 *Cardinales præsentes ad Papæ electionem an absentes expectare teneantur.*
37 *Cardinalis si ratione infirmitatis inclusus pro electione Papæ peruenire noluerit, vbi vlq; voci suæ renuntiare an si redierit, admittendus sit?*
38 *Pœna c. sicut canctis. de elect. lib. vj. quinam se adstringant?*
39 *Constitutio penalis, si ecclesiæ fauorem concernat. an ad alium casum, quam expressum, extendenda sit?*
40 *Constitutione c. generalis. de elect. lib. vj. qui teneri dicantur?*
41 *Vsurpantes aduersus prædictam constitut. vt sententiam incurrant, quos requiratur?*
42 *Pœna c. sicdemnitatibus. de elect libr. vj. quos tenere dicatur?*
43 *Constitutionis panam c. hac constitutione. de offi. daleg. lib. vj. quinam incurrant?*
44 *Constitutio c. mulieres. de mitur. libr. vj. quos liget, & quos constitutio c. hac constitutissimi nomine sequen.*
45 *Constitutio c. vnici. de religios. domib. in quos feratur. Et qui ab ea exceptātur? Et in quos c. quanquā. de const. lib. vj. n. 46.*
47 *Quæ in hac constit. de pedagijs dicantur, an etiam in gabellis & datijs locum habeant?*
48 *Colonj prædia ecclesiastica ad medium, vel affictum colentes gabellam & collectam per iudicem secularem impositam super partes suū ius contingente, an soluere debeant?*
49 *Excommunicationem c. quoniam. de immunita. eccle. lib. vj. qui incurrant? Et quid de pœna c. eos. eo. tit. & lib. & nu. 50.*
51 *Pœna constit. c. vt periculosa. ne cler. vel mon. lib. vj. quinam teneātur. & numer. 52.*
53 *Religiosus professus si habitum ad horam, non ad tempus notabile, cum alterius assumptione dimittat, an peccet?*
54 *Religiosus an semper habitum deferre teneatur? Et ad hoc, vt pœna incurratur, quæ requirantur.*
55 *Religiosi ad quos studia literarum studia accedentes citra prælati, & matris patris sui conuentus facultatem concessam quam excommunicationem incurrant? & nume. 56.*
57 *Monachus si iuxta scholas domum habeat, vnde lectionem audire possit, an doctor id sciens & legens sit excommunicatus?*
58 *Constitutionis c. quicunque. de hæret. lib. vj & c. vt inquisitionis. eod. tit. ac libr. quinam se alligent.*
59 *Constitutio c. vnici. de schism. lib. vj. an hodie locum habeat?*
60 *Constitutionem cap. de vsur. libr. vj. qui se aligare dicantur?*
61 *Verba. de quibus hac constitutione, num in vsurarijs ludeat locum habeant?*
62 *Panam constit. cap. vnici, de iniur. lib. vj. quinam incurrant.*
63 *Pœna item eidem num locus sit. si intra mensem, quo renocatio mandatur, si ecclesiasticam personam ignorando ad actum procedatur?*
64 *Constitutionis c. felicis. de pœn. libr. vj. pœna remissiuè docetur. & numero 65.*
66 *Constitutionem cle. j. de sepult. quinam violare dicantur?*
67 *Sepelientes excommunicatum publici iuris publicitate, num in pœnam constit. de qua hic, incidere dicantur?*
68 *Interdictus, sed nō nominatim, an possit in cœmeterio sepeliri.*
69 *In prædicta constitutione, cur hæc dicantur: in casibus fieri non concessis à iure.*
70 *Portantes ad sepulcrum & comitantes, item & alij, de quibus hic, an prædicta constitutione ligentur?*
71 *Contritionis signa in vsuario manifesto, si apparent, ac de vsuris satisfieri iubeat, an ad sepulturam admittendus sit & cautio valeat?*
72 *Constitutionis Clem. j. de decim. quinam pœna irretiantur?*
73 *Constitutio Clem. j. de statu monach. quos liget.*
74 *Pœnam constitut. Clemen. attendentes. de statu monachorum, quinam incurrant.*
75 *Excommunicationem à Clem. j. de religios. domib. inclusam, quinam incurrere censenda sint?*
76 *Pœnæ constit. Clem. j. de consanguin. & affi. quinam alligari dicantur?*
77 *Contrahentes cum habente maritum Iudæa, & alijs, de quibus hic, num huius constit. pœnam incurrant?*
78 *Contrahens matrimonium coactè, num in hanc pœnā incidat?*
79 *Sacerdos proferens verba matrimonij inter eos, de quibus hic, scē & sēt cooperātes & cōsentientes, an hac constit. ligentur?*
80 *Contrahentibus cum monialibus excommunicatis, cur ipsa quoque per se excommunicentur?*
81 *Constitutio Clement. nolentes. de hære. quos illigare dicatur?*
82 *Cōstitutio Cle. vnica. de vsur. cōtra quos nullecta esse dicatur?*
83 *Statuentes, vt subditi prouisuris recipere non possint quot annis vltra solidos duos in quamque libram. Item quid de statuto Bergomensium. numer. 84.*
85 *Cōstitutio Cle. capitales. de pœnis. in quos illata sit. & nu. 86.*
87 *Augentes dictam nouā imponere dicantur?*
88 *Religiosi, qui necessitudicanda ea dicere, quibus audītiæ à decimarum solutione retrahātur, qua cōstitutione ligētur. & nu. 89.*
90 *Interdictum authoritate sedis apostolicæ impositum religiosi non seruantes, quæ constitutione, & pœna teneantur?*
91 *Matrix ecclesia quænam dicatur?*
92 *Persona singularis an ex consuetudine iurisdictionem ordinariam habere possit?*
93 *Interdicta prouincia, vel diœcesi, si in aliquibus ciuitatibus aut castris matrix ecclesia seruet interdictum, & in aliquibus nentiquam, an locus ceris pœnæ de qua hic, in eis locis, in quibus seruatur?*
94 *Ecclesia metropolitana respectu interdicti prouinciæ, an dici possit matrix in hoc, vt ipsa dicta interdicti seruāte, religiosi prouincia scienter non seruantes, pœna de qua hic ligentur?*
95 *Literas electis in Papam etiam ante coronationem impugnantes, qua constitutione ac pœna teneantur?*
96 *Clemen. exiui de paradi. qui aliter in scholis exponunt, quām littera sonet, qua constitutione, & pœna teneri dicantur?*

EXCOMMVNICATIO † nonō quātū ad eas quæ nulli de iure reseruant, sed ab eis absoluere pōt quilibet ordinarius: sciendū est ꝙ ipsæ sunt multę. Ad sciendū aūt citò quæ excōicatio sit Papalis & quæ episcopalis, requiraē suprà Excōicatio vij. in prin. tabulæ excōicationum Papalium. Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

mana, vel alia ecclesia tenet, est ipso facto priuatus, & ad ipsas ecclesias reuertûtur cum pleno iure disponendi de eis: quintò, ipsa ciuitas est interdicta: & sextò caret pontificali dignitate. ¶ Secùdò quæritur, quæ sint seruanda secundû illam constitutionem? Et dico q̃ primò Cardinales in ciuitate, in qua papa cum sua curia residebat, & mortuus est, præsentes tenentur expectare absentes per decem dies: licet secûm glo. non citentur: quibus elapsis, etiã si non venerint, conueniant omnes in palatio, in quo idem pontifex habitabat, contenti singuli vno seruitore clerico vel laico, vt eligerint, vel duobus, si aliqui manifesta necessitate cogunt. Secundò, q̃ in eodem palatio coclaue vnû omnes inhabirent: nullo interueniente pariete medio vel alio velamine, puta cortinarû. Tertiò, q̃ illud cõclaue ita claudat̃ vt nullus exire valeat vel intrare, relicto aditu ad secretã camerã pro necessitatibus corporalibus. Quartò, q̃ nullus ad eos accedere, aut secretè loqui, vel nuntii aut scripturã mittere possit, nisi, vt dictû est, deuolutate omnium. Et quintò, q̃ in eodem conclaui prouictu ministrando dimittatur fenestra competens, per quam nullus exire possit vel intrare, secundum glo. Sextò, q̃ si post tres dies ab ingressu loci electio facta non fuerit: per quinq; immediatè sequentes tã in prandio quàm in cœna, non habeant nisi ferculum vnum. Septimò, q̃ si post hos quinq; dies electio facta non fuerit, tunc eis ministretur solùm panis, vinum, & aqua, donec fit electio facta. Octauò, quòd pendente dicta electione Cardinales nihil lucri percipiant de camera papæ, nec aliud lucrum vndecunq; proueniens ipsi ecclesiæ: sed custos dictæ camerę omnia referuet futuro pontifici: & si quid lucri eo tempore de camera dicta percipiunt: ex tunc suspensi sunt à perceptione fructuum suorum beneficiorum quousque huiusmodi lucrum restituant. Nonò, quòd interim Cardinales de aliquo negotio se non impediant: nisi forte oporteret defendere aliquam terram ecclesiæ: vel aliud euenire tam euidens & graue periculum quòd omnes Cardinales concorditer iudicarent prouidendum esse. Decimò, quòd si quis ex eis dictû conclaue intra dies decem nõ intrauerit, aut absq; manifesta causa infirmitatis exierit, vlterius ad electionem non possit admitti. Vndecimò, q̃ si quis ex eis infirmet̃, sine eo ad electionem ꝓcedi possit: & causa cessante, debeat admitti. Duodecimò, quòd si Cardinales absentes intra terminum decem dierum superuenerint antequã electio facta sit, intus admittantur cum moderamine seruientium & clausura, cibo & potu, vt dictum est. Decimotertiò, quòd si papa moritur in comitatu siue territorio, id est, diœcesi illius ciuitatis, in qua erat cum sua curia, Cardinales in dicta ciuitate pro electione conueniant: nisi esset interdicta, vel ecclesiæ Romanæ rebellis: quo casu in alia vicinore conueniant, cum clausura & aliis supra dictis. Si tñ electio in ciuitate interdicta celebretur, nihilo minus valet secundum glo. Fallit hoc quando audientia causarum & literarum apostolicarum remansit alibi, id est, in alia diœcesi, secundum glo. quia ibi, id est, in illa diœcesi electio celebrabitur, etiã si tempore mortis vacaret audientia: nisi forte aute mortem ordinatû esset per papam de curia transferenda: quia tunc seruabitur consistorio, vbi periculû. vt in cle. ne Romani. de electione. ¶ Tertiò, † an expectare teneantur præsentes Cardinales, si absentes tantùm distant vt intra decem dies conuenire non possint? Et dico secundum gl. quod sic: quia potuerunt iterante mortem inchoasse audita infirmitate vel alia causanta quòd intra decem dies aderunt. ¶ Quartò, quæritur, an agere possit de contemptu Cardinalis debito tempore nõ expectatus? Et dicit glo. quòd si electio facta est ab omnibus alijs, vel à duabus partibus, eo non computato: nulla obstat exceptio: & sic nec actio: vt extra eodem. capite, licet. & ff. de supersti. l. j. §. ait. in fi. ¶ Quintò quæritur, an præsentes elapso decendio pauciores tertia parte possent eligere? Et dicit glo. quòd sic, quia quod dictû est suprà de electo à paucioribus quam duabus partibus Cardinalium intelligit̃ de duabus partibus præsentium. ¶ Sextò, † an Cardinalis nolens stare inclusus ratione infirmitatis, & sitæ voci renuntians, admittetur si redierit? Et dicit gl. secundum Host. cui de facto illud contigit, quòd sic: sed de factis tempore medio conqueri non poterit. ¶ Septimò, an Cardinalis superueniens die octauo à die inclusionis statim compellatur stare victui cæterorum? Et dicit glo. quòd sic, licet non fuerit in culpa: quia tæpe quis sine culpa punitur ex causa: adde quia posset esse pertinax, & potuisset electionem sua voce validandam procrastinare. ¶ Octauò, vbi debeãt Cardinales conuenire si papa moriatur in mari? Et dicit gl. quòd in ciuitate, per quam dictus locus maris distinguitur: puta in Pisis si mare dicitur Pisanû. quòd si per nullam distinguitur, in viciniore conuenient. ¶ Decimatertia † est in c. sciant cuncti. de ele. lib. vj. vbi excommunicantur omnes, qui per se vel per alios spoliando seu aliàs inuitè percutiendo grauant in beneficijs clericos seu in alijs bonis vel quaslibet personas ecclesiasticas, aut eorum constanguineos, vel ecclesias, monasteria seu cætera loca pia, ex eo quòd tales personæ ecclesiasticæ eligere noluerunt aut nolunt eum pro quo rogabãtur. Primò verò circa intellectum dictorum nota quod dicitur spoliãdo, per quod secundum Archi. & Gemi. ibi intelligitur ablatio latenter & vastatio quocunq; modo inuadendo immobilia: aut per vim publicè rapiendo mobilia, siue fraudulenter per dolum: dicitur etiam, consanguineos, scilicet vsque ad septimum gradû, secundum Gemi. secundum quem etiam non est locus hunc pœnæ si grauentur affines. Facit de appel. post remo. in gl. ¶ Secundò nota quòd in præsentatione, postulatione, vel confirmatione hæc pœna locum habet secundum gl. dummodo habeat fieri ab ecclesiastica personam autem si patronus est laicus: quia cõstitutio dicit clericos vel ecclesiasticas personas: & gl. inuitos ecclesiasticas, dicit, vt sunt conuersi, templarij, vel hospitalarij: quæ licet nõ sint clerici, sunt tamen ecclesiasticæ personæ. xvij. q. iij. quisquis. Et idem dicit Gem. ibi de conferente & postulante. ¶ Ex† quo colligo q̃ cõstitutio pœnalis cõcernat fauorem ecclesiæ extendenda est ad aliû casum quàm expressum, dũmodo & ille fauorem ecclesiæ concernat. Et facit quod sunt, dũmodo & ille fauorem ecclesiæ concernat. Et facit quod suprà dictum est Excommunicatio. xij. excommunicamus viij. dubio iij. ¶ Tertiò not. quòd an mãdatarius, id est, qui alterius mandato aliquid prædictorum operatur, sit excommunicatus nécne: secundum Pet. de Anch. Gemi. ibi distinguitur quia aut scit qualitatem facti, id est, hoc esse in cõtemptu ecclesiæ debentis: & est excommunicatus. Et sic limita, & intellige glossam ibi. Aut hoc ignorat, & non erit excommunicatus: quia non facit in contemptum canonis. Et facit cũ vero de sen. excom. & placet hæc opinio Io. de Imol. & sequitur et Sum. Ang. Sed punietur alia pœna. Sed veritas & tutior Archi. quem sequitur Arch. disputata quæstione concludit quòd ille qui petit mentre huius c. & si non verbis, maximè cùm participet in crimine, & sit actor mali. Sed hoc intelligo verum vbi grauat iniustè: quia licet non agat in contemptum canonis, tamen cum pœna legis naturæ incurrit pœnam legis scripte iuxta ea quæ habes suprà Excommunicatio. v. §. iij. ¶ Decimaquarta† est in c. generali. de elec. lib vj. contra vsurpantes si bi de nouo ius patronatus in locis pijs, vel iura aut bona vel cantium ecclesiarum. vbi sic dicitur: Sancimus, vt nullus singulos, qui regalia, custodiam siue guardiam aduocationis seu defensionis titulum, in ecclesijs, monasterijs, seu quibuslibet alijs pijs locis, de nouo vsurpare conantes, bona ecclesiarum, monasteriorum, aut locorum ipsorum vacãtium occupare præsumunt, quantæcunq; dignitatis honore præfulgeant: clericos etiã ecclesiarum, monachos monasteriorum, & personas cæteras locorum eorundem, quæ hoc fieri procurant, eo ipso sententiæ excommunicationis subiacere. ¶ Primò verò dubitatur de intellectu verborũ. & dico quòd dicitur primò vniuersos, quando scilicet vniuersitas: & singulos, quãdo persona suo nomine prædicta vsurpat: & verbum masculinum prolatum à canone, cõprehendit fœmininum. quod probatur xvij. q. iiij. si quis. nisi per eadé vel alia iura fœmina excipiatur. Io. And. quod Archi. intelligit de canone puniente crimina. ¶ Dicitur secundò regalia, secundum Archi. id est, ea quæ capit rex ecclesia vacãte, vt in regno Francię, & Angliæ pater, vbi regalia vocantur iura regis in quibusdam ecclesijs vacantibus competentia, quibus ordinatis de prælatis illa percipiunt prælati, & non rex. ¶ Dicitur tertiò, custodiam siue guardiam: & secũdum Archi. stat ly, siue, pro id est: & hæc duo sunt idem: quia scilicet quidam dicunt se debere custodire ecclesiã vacãtem, donec ei prouisum fuerit de prælato: cuius exemplũ est in ecclesia Parmensi, vbi tales custodem laici & domini appellantur vicedomini: & etiam in Florentina. & quidam sub hoc nomine intelligunt comprehẽdi ius patronatus: quod non credo, inquit, verum: sed intelligo simpliciter sicut sonat, quãmis aliter notetur infrà de iure patron. c. ille. Sed Ioan. Andr. exponit secundũ Bar. custodiam, id est, ius patronatus: quod secundum diuersas regiones sortitur vocabula diuersa. Et addit idem Ioannes Andre. quòd quocunque nomine censeantur vsurpantes de nouo tale ius in ecclesijs & alijs pijs locis, & bona ipsorũ locorum vacantium occupãtes, sunt excõmunicati. Nota etiam quòd idem est titulus aduocationis & defensionis: quia aduocatus dicitur defensor in ecclesijs. ¶ Dicitur quartò de nouo, id est, à xl. annis citra, secundum Bartol. & Ioan. Andr. per cap. finale de consuetudin. ¶ Dicitur quintò occupare: quod sumitur in malam partem: & propriè mobilia dicitur occupari, immobilia inuadi: licet sæpe vnum pro alio ponatur, vt dicit Ioannes And. ¶ Secundò dubitatur, quot requirantur ad hoc quòd dicti vsurpatores istam sententiam incurrãt? Et dicit Gemin. ibi, & Panormit. in cap. conquestus. de fo. compet. post Ioannem And. quòd requiruntur duo. Primò, quòd vsurpent prædicta iura de nouo, id est, à xl. annis citra. Secundò quòd virtute illius vsurpationis occupent bona dictorum locorum vacantium. Et addit Bart. quòd non solùm si suprà nominata iura occupẽt: sed etiam quodcunq; aliud, per quod vsurpent dicta bona, incidunt in dictam pœnã. Et idem sentit Ioan. Andr. vt pater: ex dictis. Altero autem illorũ deficiente locum habent antiqua iura. de fo. compe. cum sit. & dictũ cap. conquestus. & hæc est opinio communis. ¶ Tertiò, an prædicti sint ipso facto excommunicati? Et dicit Arch. quòd sicut auferens sacrum vel non sacrum de sacro loco, non est ipso iure excommunicatus, nisi illa vacet: vt in d. cap. excom. conquesti. iuncta gloss. sic auferẽs bona ecclesiarum, quòd sunt excõmunicati: intelligendũ est secundum Rich. in iiij. de violatione & raptu cũ effractione aut violentia personali & huiusmodi. ¶ † Decimaquinta est in c. indẽnitatibus. de elect. lib. vj. vbi excõmunicantur deputati, aut vocati ad dirigendas monialem in electionibus, qui nõ abstinent ab his, per quæ inter eas posset oriri discordia in electionibus ipsis, vel tam ortæ nutriri. ¶ Primò verò quæritur, qui sunt hi qui possunt incidere? Et dicit gl. quòd sunt vt religiosi, consiliarij, aduocati, discreti viriumò & religiosiæ vel alię discretę mulieres. ¶ Secũdò quæritur, quæ sunt hæ moniales? Et dicit Gemin. & not. ex text. quòd hæc pœna locũ habet nedum in monialibus regularum approbatarũ, sed etiam in his, quę nõ renuntiant proprijs, nec faciunt professionem regularem in vna de religionibus approbatis, sed viuunt sicut canonici seculares in secularibus ecclesijs, si vocati ad eas dirigẽdas non abstineant à prædictis. ¶ Tertiò quæritur, an nõ vocatus ad electionem, aut vocatus alia causa quàm ad dirigẽdum electionem, incidat in hanc pœnam si discordiam nutriat? Et dicit Gemi. quòd non. & hoc tenet quia constitutio est pœnalis. ¶ † Decimasexta est in c. hac cõstitutione. de off. deleg. lib. vj. vbi excommunicantur procurantes quòd conseruatores sibi dati se intromittãt de alijs quàm de manifestis iniurijs & violentijs: seu ad alia, quæ iudiciale indaginem exigunt, suam extendãt potestatem: alij autem, quorum nõ sunt conseruatores, nõ incidunt, secundum Gemi. nisi post excommunicationẽ participent eũ prædictis in crimine criminoso. De hac materia vide suprà conseruator. Est & alia excommunicatio in eadem rub. in vj. in cap. super gentes. quod cap. communiter nõ habetur, sed est extrauagans: de qua dic vt ff. Delegatus. §. xj. ¶ Decimaseptima est in c. vnico, de his, quæ vi met. ve cau. fiunt. lib. vj. vbi excõmunicantur absolutionẽ vel reuocationem ab ecclesiasticis censuris per vim aut metũ extorquentes. quod secundum glo. & Archi. ibi, intellige si absolutio vel reuocatio facta fit. aliàs etiam si metus sit illatus, non habet locũ ista sententia. Primò verò nota pro intellectu verborum, quòd secundum Io. Andr. absolutio dici potest solennis, quæ fit secũdum formam ecclesiæ: reuocatio autem verbalis sine solẽnitate: vel vbi excommunicatio tenuit, dicitur absolutio: reuocatio verò vbi non tenuit interdictum: tamen propriè dicitur relaxari, secundum Archi. Vis est secundũ Io. And. maioris rei impetus, cui resisti nõ potest scilicet cõmodè. ff. eod. l. j. Metus autẽ est trepidatio mẽtis instantis vel futuri periculi causa. ff. eod. l. j. Et exigitur quòd præsens sit metus, licet futurum periculum. Quæ autem ad iustũ timorem sufficiant, Archid. reliquit arbitrio boni viri, secundum id, quod dicitur in gl. in pluribus alijs, extra eo. tit. cum dilectus. Pet. autẽ de Anch. dicit quòd est metus mortis vel cruciatus corporis, vel talis qui cadere posset in constantẽ virum: quod iudicis arbitrio relinquitur. & idẽ dico de iudicio vel cognitione, an aliquid sit factum metu publicæ potestatis. ¶ Secundò not. quòd secũdum gl. in hãc pœnam incidit, qui sic absolutionem extorquet à sententia excommunicationis etiam iniusta, quia eam debuit humiliter petere. & similiter à sententia suspẽsionis cuiuscũq;, scilicet ab officio, beneficio, siue ab ingressu ecclesiæ. Et similiter si inferens metũ alius sit ab excõmunicatio, incidit ipse inferẽs, & etiã ipse excõmunicatus, suspẽsus vel interdictus incidit, si hoc mandauit illi, vel facto eius nomine ratum habuit. de elect. sciãt. lib. vj. & de sententexcõ. cum quis. eod. lib. Et similiter incidit inferens metũ per pœnam amissionis rerũ. hæc omnia glo. ¶ Tertiò nota quòd hanc pœnam nõ incurrit, primò qui compulit per vanũ metum, quem quis timere nõ debuit, secundum gloss. quia talis non inducit rescissionem: nec propriè metus appellatur. ff. quod met. cau. l. metũ. Vide excommunicationem facit incurrere ille metus, qui putatur iustus ad reuocandum ea, quę propter illum facta sunt: alius verò non. Nec secũdò ille, qui extorquet isto modo absolutionẽ ab excõmunicatione minori, arg. cap. si quem. de sen. excom. ¶ Quartò, quòd licet videatur esse idem iudicium de excommunicatione per vim extorta, scilicet quòd nõ valeat ipse iure: vt si quis iudicẽ cõpulit

Universidad de Deusto
Biblioteca

pulit excommunicaret quia per ius ligandi vel soluendi dominus esse voluit.de pœni.dist.j.verbum.tamen hoc non est verum:sed valet secũdum Guil.xj.q.iij.quatuor.Et ratio est: quia vtrobiq; animæ cõsulitur.quod in dubio faciendum est: potest tamen per exceptionem eliditvt ibi,secũdum Io.And. ¶Quintò,quòd si absoluens per metum postmodum ratum habeat quod fecit, nihilo minus inferens metũ excommunicatus est secundum gloss.quia statim ab initio ligatus fuit.

44 ††Decimaoctaua est in cap.mulieres.de iniur.lib.vj.vbi excommunicatur qui frauduléter fingit casum vt iudex personaliter vadat ad mulierem pro testimonio eius accipiendo. Et hoc intellige verũ si fictor sit ipse iudex.Vnde gl.dicit quòd iudex,vt posset dominam visitare,faciebat eam nominare in testem:siue sit alius.quia est malo consentiens.Et hoc etiam intelligitur,secũdum aliquos,siue vt personaliter vadat,siue vt mittat:licet nõ habeatur ex tex.intetio legis est vitare nefanda,quæ interdum & frequenter per medium melius procurantur.quem sensum videtur tenuisse Archiep.in iij.parte, tit.xxv.cap.xlv.sed quia constitutio est pœnalis,melius intelligitur solùm si personaliter vadat.Et similiter intellige secundum Ioan.And.etiam in iudice laico.Si tamen iudex nõ iret, licet fingatur casus,non est locus huic pœnæ,secũdum Ioan. Andr.imò expedit quòd perduxerit ad effectum eundo aut mittendo.Si etiam iudex iret innocẽter, nesciens fictionem, aut eam improbare non potens, non incidit:quia tex.nõ excommunicat euntem,sed fingentemnec pœnæ sunt extendendæ:esset tamẽ eo casu excõmunicatus fictor.¶Decimanona est in cap.hoc consultissimo.de reb.eccle.nõ alie.lib.vj. vbi excõmunicantur omnes cuiuscunq; conditionis compellentes prælatos vel ecclesiasticas personas ad submittendum ecclesias, subijciẽdo bona immobilia, vel supponendũ iura ecclesiarũ laicis:vel recognoscendã seu profitendum se tenere ab illis tanquã à superioribus,vel ad statuendũ eosdẽ laicos tanquã patronos vel aduocatos ecclesiarũ seu bonorũ ipsarum in perpetuũ,seu ad nõ modicũ tempus, sine capituli consensu,& licẽtia speciali sedis Apostolicæ.Vbi not.secundum gl.quòd vt incurratur ista pœna, requirit primò quòd illa bona sint immobilia:vel iura,quæ in immobilibus computẽtur.Secũdò,quòd supponãtur tanquã sint sua, vel recognoscantur ab eis.Tertiò,quòd nõ sit ad modicũ tẽpus: quia si esset ad tempus modicũ ex iusta causa cũ capituli cõsensu nõ esset locus pœnæ.Et dicitur tẽpus modicũ x.annorũ secũdum eandem gl.vel ad arbitriũ iudicis, secundũ Gul. & Car. quartò quòd fiat sine licentia capituli vel papæ.¶Excõmunicãtur etiam ibi omnes laici qui ex licẽtia papæ, & cõsensu capituli cõtractus inierũt de ecclesiasticis immobilibus, vel inient in posterũ, si aliqd plus quàm importat natura cõtractuum ipsorũ,vel pactũ in eis factũ vsurpauerint vel exegerint,si monuti cõpetenter nõ desistant,restituendo etiã vsurpata.Vbi dicit Arch.quòd si est cõtractus emphyteuticus,accipiant quod est à iure permissum:& nõ vltra:& sic de alijs.& quòd nõ sufficit desistere,nisi restituant vsurpata.& Io.And. dicit monitionem competentem trinam: nisi facti necessitas aliud suaderet.¶††Vigesima est in c.vnico.de relig.do.lib.vj. vbi excõmunicantur primò omnes nouũ ordinẽ aut religionem inuenientes,vel habitũ nouæ religionis assumentes.Intellige, scilicet vt cũ alijs simul vitã:seorsum aũt assumere nõ prohibẽtur:vt dicit gl.& idem haberur in quadam extrauagãte Io.xxij.quæ incipit,sancta mater ecclesia.quã adducit Abbas in c.fi.de relig.do.Secũdò excõmunicantur omnes fratres mendicantiũ ordinũ post cõcilium Lugdunense institutorũ,qui aliquid in proprio habere nõ possunt ex eorũ regula.Si aliquã ad professionẽ recipiũt, siue si domos vel loca

45

eorum alienãt sine licentia sedis Apostolicæ speciali,aut ecã secundum Archi.si alienant mobilia.Excipiuntur tamen in tex.ab ista pœna fratres prædicatores & minores,Eremitarũ S.Augustini,&Carmelitarũ.Conciliũ verò illud celebratum fuit ab Innoc.iij.anno Domini 1215.¶†Vicesimaprima est in c.quanquã.de censi.lib.vj.vbi excõmunicãtur quicunq; per se, vel palios suo nomine vel alieno ab ecclesijs vel ecclesiasticis personis exigunt pedagia pro rebus suis proprijs quæ deferunt,vel deferri faciũt,no causa negotiationis.Sed intellige si sunt psonæ singulares quæ hoc faciũt, vt dicit in tex. & extenditur etiam ad episcopos, secũdum Arch.vniuersitas autem vel collegium nõ excõmunicãtur,sed sunt interdicta ipso facto,vt dicitur in tex.Hodie tamen hęc sententia est penalis,vt dictum est suprà Excõmunicatio.vij.excõmunicatio xix.& xxxij.¶Primò verò nota quòd negotiator, secundum Io.And.post Archi.propriè est,qui rẽ emit vt integrã & immutatam vendendo lucretur:& sic est idem quod mercator, quem Chry.in quadã homil.eodem modo diffinit. lxxvij. dist.cap.ejiciens.Vnde nõ est negotiator qui rem vẽdit integram & immutatam,nec qui rem sic vẽdit,sed hac intẽdione non emit,sed ea ad suum vsum empta statim occurrit sibi illarum:secundũ istam diffinitionem:in qua inveritate ponitur,vt,pro quo Sum.Ro.habet falsò ly,&.¶Secũdò nota quòd sequitur ex dictis quòd nõ est negotiator,quia rẽ emuit sibi sit materia aliquid inde operãdi.distin. lxxviij. ejiciens. Fed.de Senis in quadam quæstione consuluit quòd monasterium S. Galbani diœcesis Vulteranæ habẽs venã ferri in territorio suo Belben. fodiens & inde faciens ferrumvt lucretur, non tenebatur ad pedagiũ.etiam si hac de causa venam emiserit sicut nec faber emens ferrum vt inde gladios faciat:quia tales vocantur potius artifices,quàm mercatores. Sed verius scripsit Petrus de Anchar. quòd si venam emittet,& per magistros educeret ferrum,esset negotiatio mista artificio,quia tunc nulla verfatur industria clericorum.Si autem monasterium habet venam,& per operarios fieri facit,& postea vendit,secus:quia sicut de frumento & alijs fructibus, ita nec de ista materia soluere tenetur,quæ appellatione fructũ continetur.l. diuortio. §. si vir in fundo. ff. soluto matrimonio. Adde etiam secus si emit quidem,sed per monachos ferrum educit.¶Tertiò nota quòd etiam sequitur, sicut etiam dicit Panormitanus in cõsilio vj.incipiente,casus super quo quod clericus vendendo vinum,bladum,oleum,& similia recepta de rebus suis,nec negotiatur, nec tenetur ad gabellas.& tamen, inquit, emeret rem vt eam integram venderet:locum causa, soluere teneretur secundum patriæ statura: & idem intellige si aliquid emat in vsum suum: quia soluere non tenetur,cùm non sit negotium proprię.¶†Quartò nota quòd Zabar.quærit an locum habeat quod hic dicitur de pedagijs, in gabellis & datijs,quæ leuantur in ciuitatibus Lombardiæ. Et dicit quòd sic, secundum Stephan. quia idem est iuris in ipsis.argu.xxiiij.quæst.iij.putat.& cap.plerique.& de priuilegijs.cap.quanto.hæc ille.& tam ipse quàm Ioannes de Lignano dicit quòd secundum hoc tota Italia est interdicta, & clerici hoc non seruãtes irregulares:& idem Ioannes Andr.Sed hodie secundum Arch.taliter excommunicati non sunt vitandi, nisi denuntietur: imò nec tale interdictum est seruandum, vt dictum est suprà,per cõstitutionem Constantiensem in vno Excommunicatio.v.§.iij. ¶Quintò quòd si statutum fiat vt vendens vinum vel huiusmodi teneatur soluere duos denarios regi, vel communitati,secundum Cyn.in l.omnis.C.de d.l.omnis.vbi etiã dicit B.al.quòd de bonis præbendarũ istarum venditis gabellam soluere nõ tenentur:nec ad portam

Et idem Io.de Lign.& licet S.Bon.& Rich. à regum tributo eximant tantùm Christum,& perfectè & sequentes illum omnia temporalia dimittẽdo:de quibus intelligũt illud Mat. xvij.Ergo liberi sunt filij:tamen dictũ illorũ procedit de iure antiquo Decretorum: secus per Sextum & Clementinas. ¶Sextò †nor.q̃ colom colentes prædia ecclesiastica ad medium vel aliter,soluere debent gabellã & collectã impositam per iudicẽ secularem de parte fructuũ cõtingente illos: secundũ Gensin.d.c.quãquam.de mente Fede.quia pars rustici subiecta est dño temporalicũ separata sit diffinctio.& addit q̃ si clericus locat fructus ad firmã,emptor ecclesiæ priuilegio non gaudet:imò si portat fructus ad ciuitatem,soluet gabellam. ¶Septimò no.q̃ emptores reditũ clerici vel ecclesi vel regis vel baronis,qui in his volunt illa immunitate gaudere qua prędicti,& venalia sine pedagij solutione transferre,hoc facere nõ possunt,secundũ Dir.lib.iij. de mente Arch. ¶Octauò not.q̃ si clerici sponte soluũt gabellarijs non extorquentibus ab inuitis : non sunt isti vel illi excõicati,secundũ gl.& Pau.in cle.quoniã.de immu.ecc.quia exigere est ab inuito extorquere. Imò dico quòd nec etiam clerici si soluerent extorquentibus:vt in d.cle.quoniam,quæ reuocat ecclericis.in vj.eodem titulo. tamen secundum Car. ibi clerici etiam sponte tallias vel huiusmodi soluere non debent sine licentia papæ,vt dictũ est suprà.¶Vicesimasecũda est in c.quoniam.de immu.ec.lib.vj.vbi excõmunicantur omnes qui recurrentes ad ecclesiasticũ forũ super causis ad illud de iure vel antiqua consuetudine,vel impetratione à papa pertinentibus,per se vel per alium impedimt ne corã iudicibus ecclesiasticis delegatis vel ordinarijs possint iustitiã obtinere,vel querelam de dictis causis ,pponere cum dantibus cõsilium,auxiliũ, vel fauorem ad prædicta:nec tales dedent absolui,nisi prius integrè satisfecerint tam iudici, cuius iurisdictionem perturbarũt,quàm parti perturbatæ de iniuria,damnis,expensis,& interesse.Et hæc est papalis quantum ad iudices, qui sunt in curia:vt suprà Excõmunicatio. vij. excommunicatione.§.xxv.dictum est quantũ ad reliquos episcopalis.Si tamen ante satisfactionem absoluãtur,absolutio tenet,secundum Arch.hoc specialiter literaprohibente, quæ scilicet dicit,nullatenus absoluantur.Et idem videt sentire Io.And.Sed Gemi.in d.c.quoniam . videtur tenere contrarium,dicens quòd quando potestas datur aliàs non habenti,si formam non seruauerit,actus non valet,vt no.glo.singularis in cle.j.de iure par. Quãdo autem habenti potestatem a lege fit prohibitio absoluendi,licet forma non seruetur,valet ipso iure absolutio,vt in c. venerabilibus. §. vbi.de sent. excom.lib.vj.Vnde cùm ordinarij habeant potestatem absoluendi à sententia canonis non reseruantis:vt in cap.nuper.de sent.excõ.videtur quòd valeat.& consentit Pan.in c.dilectus. el ij.de præbendis.Sed prædicta intellige nisi imponeretur clausula decreti actũ irritans: quia hoc casu siue ordinarius siue alius quicunque alias habeat potestatem,siue non, nihil facit absoluendo,nisi seruet formam mãdati.¶Vicesimatertia est in c.eos.de immu.eccl.lib.vj.vbi excõmunicantur omnes seculares dominium habentes,qui suis subditis interdicunt ne prælatis aut clericis seu ecclesiasticis personis quæcunque vendant vel emant aliquid ab eisdem , nec ipsis blandiam molant,eoquant panes,aut alia obsequia exhibere prętineant.Vnde not.Gemi.quòd ad istam sententiam incurrendam duo requiruntur : scilicet quòd illi habeant dominium, & quòd prædicta interdicant subditis suis.Vnde locum non habet in non dominis,nec in dominis, si alijs non sibi subditis interdicant:& exponit temporale dominium, id est,secundũ

vendere possit aut alienare immobilia alicui non subeunti onera communis:dicit idem in d.c.eos.quòd taliter statuentes dicta pœna non ligantur:quia non est contra ecclesiasticam libertatem,ex quo de ecclesia vel ecclesiasticis personis mentio non fiat:nisi illud extenderetur ad ecclesiasticas: nec esset absurdum dicere quòd iudex ecclesiasticus posset illos, ad quos pertinet,cogere ad declarandum statutum,vt nõ respiceret contractus fiendos cum ecclesijs, extra de hære.lib. vj.statutum. Intelligo autem extensionem fieri ad ecclesias ex fraude siue iniqua intentione statuentium : & ex practica siue executione nota statuentibus & dissimulata. ¶Secundò no.q̃ secundum Io.Andr.in nouella,& Vin. & Abba.statuto laicorũ facto pro vtilitate cõmuni:puta quòd vadens de nocte soluat tantum:clericis nõ fiant subiecti:sed per suum iudicem arctandi sunt.dist.xcvj.bene quidem.Secus autem dicũt de damno in pascendis pecoribus,vel ad aquã ducendis:tunc enim tenentur pastores de damno propter mercedem quam accipiunt:& intelligunt isti etiam si pecora sint clericorum. ¶Vicesimaquarta est in c.vt periculosa.ne cleri.vel mo.lib. vj.vbi excõicantur oẽs religiosi tacitè vel expressè ,pfessi alĩ quam religionem approbatam,temerè habitum suæ religionis in scholis vel alibi dimittentes:Et dicit temerè,id est,sine causa rationabili,secundum omnes doct.quæ causa arbitrio boni viri dijudicabitur,secundum Zenze. Sed aduerte quòd omne licitum religioso, quod cum habitu cõmodè fieri non potest,vt balneatio,vel piscatio,in casu est causa rationabilis ad dimittendũ ad horã:licet nõ semper ad alium habitũ induendũ. ¶Primòverò nota quòd aliquando dimissio habitus est sine peccato,& nõ temeraria,scilicet quia est ex iusta causa,secundũ Io.And.vt devita &ho.cle.clerici.puta ex timore, vel causa medicinæ,vel huiusmodi.Aliqñ verò est eum peccato quidem & temeraria,id est,sine causa rationabili:& tamen non est cùm ligamine excommunicationis:sicut Pe.de Pal.dicit in iiij.quòd qui iocosa leuitate ad horam vt curraț, vel lapidem projeiat,deponit habitum,non incidit in sententiam excommunicationis:quia non est verisimile papam in his minutis tantum laqueum posuisse.hæc ille.quod dictum Petr.Summa Ros.dicit periculosum valde:& tamen eadem concedit,religiosum non incidere portando vestes histrionũ. id est,virgatas & partitas,iuxta dicenda infrà partion.iij.Vnde ego dico illud valde rationabile esse , & statim sequenti particula probabo verum: quia non omni illicito apponitur sententia excommunicationis etiam in eodem genere, in quo aliquid sub ea sententia cadit : sicut si feratur pro furto, intelligitur pro notabili quod sit mortale:nõ autem pro modico,puta solidi vnius aut duorum,aut fortè multò plurium. Aliquandoverò est cum dicto ligamine:quod quando sit,Canonistæ difficultantur, vt ex dictis eorum patebit : quia dictam distinctionem non ponderarunt. ¶Secundò † nota quòd nunquam habitus à religioso professo dimittitur sine rationabili causa quin peccet: quia adeò est annexus ossibus monachorum,quòd in quocunque loco consistentes , siue in lecto quiescentes , confortanter eo vti debent : vt dicitur xxj. quæstio j.vidua. & xviij. distinct. sanctimonialis. vbi dicitur quòd eo semper vti debent:sed tamen non dimittit quis habitum incidens in sententiam excommunicationis , nisi illum dimittat eo modo quo est in vsu loquentium,qui dicunt religiosum habitum dimittere,quando ab eo recedit dolosè : & ad vsum alium assumens.Quod patet,primò quia tales incidentes in hanc sententiam dicuntur apostatæ : vt patet per Io.Andr.& Bern.& per glossam,in verbo,horum. quæ dicit istos apostatare: & in verbo , professũ , vbi assignat causam quare ligantur professi : quia ad seculum redire nequeunt.

quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod nihil esset dictum: nisi ista dimissio esset cum assumptione alterius habitus. Nec tamen intelligas quòd isti sint semper apostatæ propriè, sed quantũ ad aliquid, id est, assumptionem alterius habitus. Patet secundò idem ex ratione tertia, quæ est, ne religiosi vagent, scilicet inuerecũdè nõ agniti per habitum proprium. Et tertiò idem patet ex pœnis quæ istis inferunt, quæ essent irrationabiles si in eas incideret qui extra monasterium in hospitio nocte secretò ex causa nõ rationabili, puta ex lasciuia & illicita sensualitate dormiendi quietius, vel alicuius hmõi etiam cum peccato mortali. Quis enim rationabiliter crederet istum incurrere omnes pœnas apostatarum? & qđ eligi nõ posit in abbatem, etiã si pòst efficiatur bonæ famæ: imò quòd electus deijciatur, vt dicunt Lau. & Iacob. de Al. & Pe. & Arch. Et quartò idem patet: quia iura non inferunt sententiam excõmunicationis, vt suprà dictum est, Excõmunicatio. j. §. j. nisi propter mortale, cuiusmodi non est omnis temeraria dimissio habitus, cùm nullibi hoc præcipiatur: quia licet eo debeãt semper monachi vti, tamen hoc debitum est honestatis: vt etiam dicit Ioan. And. &
13 Archi. non autem necessitatis. ¶ Tertiò † nota quòd etiam si religiosus professus habitum dimittat cum assumptiõe alterius ad horam, non ad notabile tempus iudicis aut boni viri arbitrio limitandum, non incidit: nisi fortè dimittat ex causa damnata, puta vt fornicetur: quia dicit Zenze. quòd non dicitur quis assumpsisse quòd statim est dimissurus. Vnde si religiosus vestem virgatam vel partitã in momento assumeret, statim eam dimissurus, non dicitur eam assumpsisse. ff. de diuor. l. diuortium. Vnde dicit idem in clem. quoniam. de vita & ho. cle. & Lau. & Pau. dicentes quòd religiosus portans habitũ sub capa vel tabaro, est apostata & excommunicatus. Et ita fuit determinatũ Bononiæ, & idem tenet Franc. de May. & intellige nisi subsit causa rationabilis arbitrio boniviri. Oppositum autem tenuit Pan. in c. Deus qui. de vita. & ho. cler. per tex. illũ iuncta gl. quia aliud est habitũ ex toto dimittere, aliud non portare in superioribus: quia, vt ibi patet in glos. permittitur dimissio in superiori: & tamen interius portare tenet: vnde pœna c. vt periculosa. nõ habet locum in isto: quia constitutio pœnalis non debet extendi saltem ad casum non habentem omnimodam rationem: vt no. Io. And. in regula, odia. lib. vj. in mer. hęc Pan. cum quo trãsit Sum. Ros. in tit. Apostosia. licet excommunicatione xvj. distinguat ante factum & post. Et simliter distinguit Sum. Ang. Sed tu dic etiam hoc esse verum, si subest causa rationalis, quæ scilicet excusaret etiam ex toto dimittere m: aliter est falsum, quia tollitur ratio & vtilitas d.c. vt periculosa. cum æquè vagari & omnia posit facere portans habitum latentem, sicut nõ portãs omninotideò etiã post factũ hic est cõdemnandus. vide j. Habitus. §. iij. ¶ Quintò † quæritur, an semper religiosus teneat habitũ deferre? Et dico quòd sic, etiam in lecto, secundum Pet. de Ancha. quia hoc sentit canon in d. c. vidua. & in d. c. sanctimonialis. vbi etiam gl. addit, in lecto cum infirmitate. Sed Io. And. in nouel. sensit hõc verbum nisi ita esse amarum vt prima facie videtur: nec ligari hac sententia eum qui in lecto habitum dimittit: sed quando sine eo ha minum conspectibus se exhibet in habitu laicali vel clericali sine insta causa: licet ex honestate semper illum deberet deferre. Archid. verò addit quòd etiam non ligatur stando sine eo ex aliqua rationabili causa: puta vt dormiendo melius quescatne in sacris vestibus appareat gibbus, vt quærat pulices, vt se balneet, vt aptius scindat lignũ, & huiusmodi. Petrus verò de Pal. addit qp nec incidit dimittens ad horã ex iocosa lu
uitate, vt recitatum est suprà. Angelica verò addit quòd ad incurrendam istam pœnã duo requiruntur. Primò, vt dimittatur habitus extra monasterium, non autem in monasterio alioquin textus superfluè loqueretur dicens, in scholis vel alibi sed sufficeisset dicere, vbilibet. facit etiam ratio d. c. vt periculosa. quæ est vt religiosis subtrahatur materia vagandi. Secundò vt dimittatur temerè. Sed Sum. Ros. insequitur & reprehendit Ang. in primo dicto, dicens qp etiã in monasterio quis incidit si sine habitu conspectui seculariũ se præsentet sine causa rationabili. & tãdem vtraq; summa difficultatem euadit per distinctionem ante factum & post factum. Sed nõ dic iuxta ea, quę suprà deducta sunt, qp licet malè faciat quicunque in monasterio vel extra sine rationabili causa habitum dimittit, non tamen incidit in hãc sententiã semper, sed qñ dimittit non reassumpturus statim: vel si statim, tñ & mittit propter causam damnatã cum relatiõe ad alios. ¶ Sextò quæritur, si habitũ dimittit, vt in religione alia citius recipiatur, an incidat? Et dicit Arch. qp sic. Si tamen finum alterius alterius religionis habitũ statim sine medio subintret, non incidit, secundum Gemi. Et ita consulnit Lap. allegans. xxxiiij. Nec obstat verbũ, religionis: quia' vna est religio generaliter sumpta quo ad triavota. & ita tenet Sum. Ang. & Rod. Sed tamen ista nõ sunt vera: quia talis est verè fugitivus quando id facit sine licentia hominis aut iuris: cùm sit extra finum monasterium, & se celet abbati, siue subtrahat eius obedientiæ: quod sufficit secundum Io. And. & propter tales videtur additum ly suæ, cùm tamen, secundum ipsũ intellectũ fieret diuisse religionis, maximè quia plerunq; ratio huius legis in hoc casu æquè, & fortè melius, militaret, quàm si habitum secularis assumeretur, vt patet expertis religiosũ. vide ff. de gio. vj. §. xv. item Habitus. §. ij. ¶ Vicesimaquinta † est in no
vt periculosa. vbi excõmunicantur omnes religiosi qui accedunt ad quæuis studia literarum nisi concessa prius licentia suo prælato cum consilio maioris partis sui conuentus. Et intellige si accedant extra claustrum etiam si illa studia non sunt aliàs prohibita: puta ad studium Theologiæ vel canonum, secundum doctores. Sed & si licentiam habeant, & habitum dimittant, nihilo minus incidunt vt in eo. c. patet. ¶ Primò verò quæritur, an ligetur abbas vadens sine episcopi licentia? Et Gemi. dicit quòd non. Sed Arch. multa hinc inde adducit & tandem cõcludit propter illud relatum suo, quòd videtur respicere immediatum prælatum illius conuentus, quia licet peccet abbas, tamen non incidit in hanc pœnam quia constitutio est pœnalis. Quod verò dicitur de licentia episcopi: videtur habere locum in monasterio non exempto

ab eius iurisdictione. Mihi videtur quòd cùm omnis prælatus habeat superiorem præter summum pontificem: omnis religiosus etiam abbas & prior relinquens gregem suũ, & ad
17 ministia proficiscens sine licentia superioris sui mediati vel immediati, ligetur: cùm sit eadem ratio & maior de prelato, sicut de subdito: & sic expressa ibi, scilicet vagatio. ¶ Secundò quæritur, an monacho dicta licentia dare possit episcopus sine cõsensu abbatis? Et Arch. dicit qp non. vt hic. & ar. xij. q. j. non dicatis. Vñ eã dabit abbas, vel tenens vices eius, qui propriè dicitur suus prælatus. Sed mihi videtur cõtra omnem rationem quòd vbi nota auctoritas abbatis ab episcopo dependet, puta in non exemptis, qp inferior aliquid possit, id est abbas, & non superior, id est episcopus: nisi superior vtriusq; ita ordinarit, vt de monacho præsciendo ecclesiæ. xvj. q. j. cũ pro vtilitate. quod in proposito non habetur: quia qđ dicit, prælato suo, nõ oportet limitare ad proximũ: maximè quia in hac re episcopus non habet propriũ interesse sicut in alio casu. ¶ Tertiò quæritè, quid possit religiosus accedens ad studiũ cũ dicta licentia? Et dicit Io. And. qp potest omnia, sine quibus in studio cõmodè esse nõ potest. Et addit Arch. quòd si mutuũ cõtrahit, tenebitur monasterio vsq; ad modũ, probabilem: nisi actũ fuisset quòd alius pro monacho sumptus inueniret. Si autem obligaret libros vel res alias pro scholari vel alio, nõ valet obligatio: quia monachus seruus est monasterij. dist. liij. multos. idem si si leiusit pro aliquo. hęc ille. ¶ † Vicesimalexta est in eodem c. vt periculosa. vbi excõmunicantur omnes doctores & magistri, qui religiosos habitu suo dimisso legem aut physicam audientes, scienter docere, aut in scholis suis præsumpserint retinere. ¶ Primò verò quæritur, an incidat doctor si religiosus habitum non dimittat? Et secundum Sum. Ros. gl. dicit quòd nõ: quia pœna ista non est ampliandа. Sed
18 contra hoc quòd glo. illud non dicit, sed recitat, & tam ipsa quàm Archi. & Ioan. And. tenent quòd incidit doctor, saltem postquam monachus incidit, scilicet in sententiam de qua suprà excõmunicatio vij. §. vj. quia participat in crimine: & sic eadem & non minori excõmunicatione ligatur: extra de sent. excom. si concubinæ. ¶ † Secundò quæritur, si monachus dominum habet in tenta scholas, ex qua potest audire lectionem, & doctor scit ac legit. an sit excõmunicatus? Et glo. dicit quòd non: quia prohibere non potest quin moretur in propria domo. ¶ Tertiò quæritur, an vi possit expelli de scholis talis monachus nolens exire sine metu excõmunicationis? Et glos. si
19 te Io. And. videtur tenere quòd sic. & hoc tenet Dinc. lib. ij. & dicit idem tenere Arch. ar in c. veniens. de sent. excõ. vbi motalis turbans offcium, expulsa est de ecclesia sine metu excommunicationis à sacerdote etiam cõmoto: quia ex iusta causa fit. Vbi cõmuniter notãt doctores quòd tex. loquitur indistinctè, siue talis ejiciens clericũ prælationem habeat, siue non, sic etiam ejicitur tumultuosus de tynodo. v. q. iij. in loco. & a simili ille de scholis qui doctorem & scholares cõturbat. Intelligo tamen ista citra sanguinem & percussiones. Qui si expelli non potest, scilicet sine periculo verberum aut sanguinis, secundum gl. doctor exeat scholas: sicut dicimus quando excommunicatus intrat ecclesiam. ¶ Quartò quæritur an locũ habere: ignorantia in doctore: si religiosus in suo habitu in
20 cederet? Ex dicit glo. quòd non. Si autem incederet sine illo: nunc probabiliter potest ignorare. ¶ † Vicesimaseptima est in c. quicunque. de hæret. lib. vj. vbi excommunicantur omnes, qui scienter præsumpserint ecclesiasticæ tradere sepulturæ hæreticos, credentes, receptatores, defensores, vel fautores eorumdem: nec absolui debent nisi propriis manibus excumulent huiusmodi corpora damnatorum: & locus ille perpetuo careat sepultura. Est autem tradere ecclesiasticæ sepulturæ, secundum Arch. tumulare in cœmeterio ecclesiæ, vel alibi ad modum Christianorum. Et intellige modum istum quando fit eum signo crucis & psalmis & orationibus. Vnde secundum mentem eius incidit in hanc pœnam qui cadauera talium inueniens in agro, ea Christianorum more tumulat.
60 ¶ † Vigesimaoctava est in ca. vt inquisitionis. de hæret. lib. vj. vbi excommunicantur Potestates, domini temporales, rectores, vel eorum officiales, seu baliui, qui de crimine hæresis cognoscunt vel iudicant: siue si captos pro eodem crimine absque eorum vel inquisitorum licentia à carcere liberant, vel executionem pro huiusmodi crimine eis à diœcesano vel inquisitore munctam non implent, prout ad eorum spectat officium. Item si directè vel indirectè præsumant sententiam aut processum diœcesanorum aut inquisitorum impedire: vel si diœcesano aut inquisitoribus præsumpserint se opponere in his quæ ad prelatum fidei negotium incumbunt, aut aliter impedire: cum omnibus scienter dantibus eis in prædictis auxilio, cõsilium vel fauorem. Quod tamen limitat Mar. verum quado facit quis animo impediendi officiũ. Secus aũt si impediret animo offendendi: qa scilicet est inimicus suus: quia sic non esset excõmunicatus, licet impediret. ¶ Primò verò quæritur, quomodo intelligitur dicta cognitio? Et dico quòd incidãt siue cognoscãt principaliter: puta qa de causa principali cognoscentes hæreticum faciũt capi. Sine incidenter: puta quia fecerant eum capi alia de causa: sed incidenter de hoc quæsierunt iuridicè. ¶ Secundò quæritur, quid si episcopus & inquisitor discordant in mandato: quia scilicet vnus mandat puniri per se condemnatum: alter verò relaxari per se absolutum? Et dicit Io. And. quòd videtur supersedendum donec Papa consulatur. ¶ † Vigesimanona est in c. vnico. de
59 schisma. lib. vj. contra Iacobum de Columna & Petrum nepotem olim Cardinales ecclesiæ Romanę schismaticos: sed qa hodie non habet locum pertranseo. ¶ Trigesima est in c. j. de homi. lib. vj. vbi excõmunicantur omnes qui per assassinos alicquem interficiunt: de quo die vt suprà Assassinus. ¶ † Trigesimaprima est in c. j. de vsur. lib. vj. vbi sic dicitur, Hac generali constitutione sancimus, vt nec collegium, nec alia vniuersitas, vel singularis persona, cuiuscunque sit dignitatis, conditionis aut status alienigenas, & alios non oriundos de terris ipsorum publicè fœnebrem pecuniam exercentes, aut exercere volentes, ad hoc domos in terris suis conducere vel conductas habere, aut aliàs habitare permittant: sed huiusmodi vsurarios manifestos omnes intra tres menses de terris suis expellant, nũquam aliquos tales de cætero admittant. Nemo illis ad fœnus exercendum domos locet: vel sub alio titulo quocunque concedat. Qui verò contrarium fecerit: si personæ fuerint ecclesiasticæ patriarchę, archiepiscopi, episcopi, suspensionie, minores verò personæ singulares excõmunicationis: si aũt collegium vel alia vniuersitas, interdicti sententiã ipso facto se nouerint incursuros: quam si per mensem animo sustinuerint indurato, terræ ipsorum, quãdiu in eis idẽ vsurarij commorantur, ex tunc ecclesiastico subiaceant interdicto. Cæterũ si laici fuerint, per suos ordinarios ab huiusmodi excessũ omni cessante priuilegio per censuram ecclesiasticam cõpescantur. hæc ibi. ¶ Primò verò quæritur, quomodo hic alienigena & oriũdus capitur? Et dico quòd oriundus dicitur ic, qui ortus est ibi, vel in vico ciuitatis illius. ff. ad municipa. l. qui ex vico. vel etiam si pater eius inde originem duxit. ff. eodem tit. l. assumptio. §. filius. Et idem dicitur indigena, quasi inde siue ex eodem loco genitus. Alienigena verò dicitur, qui in alia genitus est patria. Sed hic accipitur pro eo qui genitus est de terra, quę non est eius dominij, ad quod se transfert, secundum Gul. Bar. Zen. & Franciscum, qui refert

Universidad de Deusto
Biblioteca

se ho. habuisse à compositoribus huius constitutionis apud Lugdunum: licet Ioannes Andreas in nouel. hic dicat fuisse alienigenam pro eo qui non est oriundus de ciuitate in qua habitat, & si de alia eiusdem dominij. Sed tenendum est primū, quia constitutio est pœnalis. Sed nota quòd non est idem esse sub eodem domino, & sub eodem dominio: quia aliquādo sub eodem domino sunt diuersa dominia: diuersorum titulorum, puta regnum Aragoniæ & Granatæ. Hæc ergo cōstitutio nō extenditur ad vsurarios in de genitos, secundum glo. quia non est tantum scandalum nec ad alienigenas diuersæ ciuitatis & eiusdem dominij: sed ad alienigenas alterius dominij: etiam si sint ciues aut incolæ. Qui autem dicantur vsurarij manifesti infrà, Vsura. iiij. ¶ Secundò quæritur, de qua vniuersitate intelligatur ista constitutio? Et Gul. quidem & Per. & Arch. dicit quòd intelligitur de ecclesiastica & secularit vt generaliter dictum generaliter intelligatur. Sed Io. And. dicit quòd iste intellectus est nimis rigorosus: & totū orbem includeret istud interdictū: ideo nō magis ei placet quòd intelligatur de ecclesiastica. Et consentit Host. & Pau. & Io. de Lig. & Io. de San. dicens quòd hoc probat verbum; exterum, quod aduersatur præcedentibus. Ioan. autem de Imola dicit quòd ista opinio est tenenda per regulam, in pœnis. de re. iur. sed de rigore iuris forte, inquit, verior est alia opinio. Sed tamen no. secundum Gemi. & Franc. quòd monitio requiritur antequam laici compellantur. Tertiò quæritur quando currat tempus trium mensium? Et dicit gl. quòd post duos menses à tempore publicationis regulariter ligat constitutio. de postu. præl. c. j. interdum tamen augetur, interdum minuitur vt hic. Sed tamen si vous simpliciter denuntiat domino terræ, nō tenetur expellere eum, qui dicitur esse talis: sed debet inquirere: & si verum reperit, expellere. ¶ Quartò quæritur glo. an incidat qui locauit vsurario ignoranter, vel non ad finem? Et dicit eadem glo. quòd excusat probabilis ignorantia ex quo tamen scit, debet expellere illum quod verum est secundum Arch. si hoc ignoto locauit, vel noto, qui vsuras exercere non consueuit: aliàs præsumitur quòd locauerit ad hunc finem. arg. de pigno. illo vos. Et idem dicas si titulo pignoris, commodati, vel precarij, vel alio titulo cōcedat, vt ibi: etiam si donauit aut vendidit, secundum Guli. Dur. & Arch. quia tales sunt rituli. ff. pro do. Cole. vsu. cap. pro donato. & pro empt. & verbum, concedat, generale est vt accipiatur secundum naturam contractus cui adijcitur. arg. ff. loc. l. si vno. Et idem tenet Dur. lib. iij. Io. tamen And. in gl. dicit quòd si donat, vendit, vel permittat, non videtur locum habere ista constitutio per verbum, concedat, quod solùm vsus concessionem, non domini translationem denotare videtur. sed primum est tutius. Et secundum gl. similiter incidit, si sine titulo eum ibi esse permittat. ¶ Quintò quæritur, an incidat qui locat, aut aliàs concedit non ad fœnus exercendum, sed ad habitādum, licet in alta domo fœnus exerceat? Et dicendū videtur quòd non: quia text. dicit, ad fœnus exercendum: & constitutio est pœnalis, & consequenter restringenda. Et hoc videtur aperte tenere glos. quæ ad hoc quæsitum simul cum quæsito de ignorantia respondet. ¶ Sextò quæritur, an dictæ pœnæ locum habeant in vsurarijs Iudæis? Et dico quòd licet ista constitutio secundum Franciscum, sit facta propter aliquos Christianos, quos habes in glo. huius capituli, tamen locum habet in Iudæis secundum Gemini. in d. capij. & Laur. de Rodul. cum rem. in distinctione loquatur, sicut & clem. ex graui. eod. ait quæ comprehendit etiam Iudæos: vt patet per gl. in verbo, genitricam. Idem tenuit Card. in Clem. j. de vsur. & Paul. & Bald. in quodam consilio quod incipit, inter Iudæos. vbi dicit quòd clericus locans domum Iudæis ad publicè fœnerandum, ipso facto excommunicatus est per capitulum istud. & ita tenendum est, licet aliqui sentiant contrarium: vt infrà Vsura nonò. §. iij. vide etiam Vsura nonò. §. vltimo. ¶ Septimò quæritur, vtrum dictis vsurarijs recedentibus vel expulsis de terris quæ erant interdictæ propter hoc, quòd locatores sententiam per mensem sustinuerant, remaneant interdictæ vel liberæ? Et dicit glo. quòd non remanent interdictæ: nec non erit necessaria relaxatio. ¶† Trigesima secunda est in vnico. de iniurijs libro sexto, vbi excommunicantur concedentes repræsalias contra personas ecclesiasticas vel bona ipsarum, vel generaliter concessas prætextu cuiusdā consuetudinis ad ea dem extendentes: nisi intra mensem à die concessionis reuocent. Intellige tamen si sunt personæ singulares: si autem est vniuersitas, ecclesiastico subiacet interdicto. Sed not. secundum Arch. & glo. quòd concedens pertinet ad concedentes repræsalias siue superiores aut ciuitatem regere verò ad eos, quibus sunt concessæ. ¶ Primò verò quæritur, vtrum sit locus huic decretali, si captus est clericus principalis debitor, ratione cuius repræsaliæ sunt concessæ? Et glo. dicit quòd non: tum quia idem grauatur pro seipso, & cessat ratio textus ibi, in quibus alius pro alio grauatur: tum quia constitutio est pœnalis: ideò restringenda. Et ita refert & tenet Sum. Ros. Sed ista fortè non benedicuntur. Primò quidem, quia glo. non dicit hoc, sed recitat Guliel. Secundò, quia in hoc casu militat ratio textus, quæ, vt patet, introducta est dignitati ecclesiasticæ personæ: non autem aggrauandæ vnius pro alio: quia hoc textus inducit ad declarandum materiam repræsaliarum, non ad assignandam rationem huius prohibitionis. Tertiò, quia licet constitutio pœnalis sit restringenda in dubio, non tamen est truncandæ nec aliquod est negandum sequeos ex illa: cuiusmodi est oppositum illius opinionis: quia secundum textum, si repræsaliæ intra mensem non reuocentur, ligantur concedentes, etiam si nullus clericus captatur: multò magis si capiatur aliquis: etiam si ille sit debitor: etiam si eo capto reuocentur intra mensem quia facta satisfactione consueuerunt omnes repræsaliæ reuocari & consequenter, secundum istum intellectum, hæc constitutio mandans reuocationem, nihil mandaret. Vnde secundum Gul. reuocatio ré integra fieri debet: aliàs locum habet pœna. Dico ergo quòd incidunt: & tamen magis, quando consuetudo est in fauorem ordinis clericalis: vnde late interpretanda est, vt patet per notata à Pan. in c. non dubium. de sent. excom. Sed tamen aduerte quòd quantum pertinet ad istam constitutionem, non refert vtrum capiatur clericus vel res clericales. ¶† Secundò quæritur, si intra dictum mensem, in quo reuocario mandatur, procedatur ad actum pignorando ecclesiasticam personam, an sit locus huic pœnæ? Et dico secundum Gemi. quòd fiè quia constitutio actum prohibet & præcipit reuocationem intra mensem. Idem videtur sentire Guli. dicens quòd si reuocatio non fiat re integra, locus est pœnæ. ¶ Tertiò quæritur, quando aliquid in iure mandatur fieri intra mensem, quod dies habet ille mensis? Et Per. dicit de fer. exc. sacro. quòd debet habere dies xxx. per c. illicita. xxxij. q. j. sed contra, quia iam duo semestria non faciunt integrum annum vt dicitur in c. licet. de sup. neg. præl. sed facerent. Primò lum eccl. x. dies. Si verò esset xxvj. facerent eccl. xxij. sexta quod vulgus recipit quatuor septimanas pro mense, et sene eccxxxvj. Et ideò dicit glo. in c. quàm sit. ale electi. libro quòd cùm dicitur, electum debere præstare assensum infra mensem à præsentatione electionis: ille mensis tot habet dies, quot ille in quo electio præsentatur: si aliqui lapsi essent, supplentur de mense sequenti. hæc ibi. Et idem sito modo quolibet negotio iuste ligendū est. ¶ Quarò quæritur, vtrum

repræsaliæ concedi possint pro credito clerici vnius diœcesis contra clericū alterius? Et dicit gl. q; nō. ¶ Trigesimaterta est in c. felicis. de pœ. lib. vj. de qua habes ī. Excōmunicatio. vij. excommunicatione xj. ¶ Trigesimaquarta est in cle. vnic. de sequel. pos. vbi excōmunicatur omnes qui sequestrationem factā per ordinarium loci de beneficio ecclesiastico possessō per triennium integrū pacificè post sententiam diffinitiuam cōtra possessorem apud sedē apostolicam duntaxat in petitorio vel possessorio promulgatam impedire, vel fructus sequestratos qui supersunt oneribus tenentis sequestratum beneficium occupare præsumpserint: à qua sent etia nul latenus absoluantur, nisi vsurpata restituant & renouent impedimentum: nec poterit sequester secundum gl. ipsos fructus cōuertere in vtilitatem beneficij, propter verbum, restituat. & idē Pau. & Zenze. ¶ Primò no. quòd secundū Io. And. non habet locum ista cōstitutio in sententia interlocutoria, quæ scilicet inter principium & finem causæ fertur super his, quæ incidunt & emergunt: sed in diffinitiua, scilicet quæ principalem causam diffinit: nec tamen in quacunq; diffinitiua: sed in ea quæ est super beneficio ecclesiastico. Vnde si inter petitorē beneficij & possessorē esset quæstio alia personalis vel realis, & feratur diffinitiua pro petitore: non esset locus constitutioni, vt dicit. ¶ Secundò no. pro ampliori verborum intellectu quod dicitur de beneficio: quia nō fructus tātùm, sed etiam beneficiū sequestratur, secundum Ioan. And. etiam si dignitas vel personatus vel curā habēs animarū, vt dicitur in text. Dicitur etiam contra possessorē: quia nō fit sequestratio, secundum eundem: si sententia feratur cōtra petitorem: similiter nec si feratur pro petitore contra aliū vel alios cōpetentes: similiter nec si feratur contra possessorē, nō tamē pro petitore qui forsan ad priuationē agebat. Dicitur etiam, promulgata, scilicet per auditores curiæ, à quorū sententijs appellatur, vt idem dicit. Dicitur etiā, nullatenus: per quod videtur q; absolutio contra hoc facta nō teneat. Sed tamē Io. And. de iure pa. c. j. in cle. sentit q; tenet, licet absolues sit puniendus: & in o venerabilibus. de sen. excō. lib. vj. ad quod se remittit, dicit quòd tenet absolutio iusta, dummodo absolutem habeat super hoc iurisdictionē: sicut etiā tenet iniusta excōmunicatio. xj. q. iij. c. j. quia par ius voluit esse dominus solvendi & ligandi de pœn. dist. j. verbum. vide Excommunicatio. vj. §. j. ¶ Trigesimaquinta est in cle. j. de sepul. vbi excommunicatur omnes, etiam exempti, secundū Pau. qui scienter tempore interdicti in casibus non concessis à iure sepelierint in cœmeteriis. & idem in ecclesia, excommunicatos publicè: scilicet maiori ab homine, vel à iure, secundum Inn. in cap. sacris. de sepul. aut nominatim interdictos, scilicet à diuinis & participatione sacramēcorum, secundū Pau. quia interdicti à iurisdictione vel aliquo officio nō priuantur aliis diuinis: & consequenter nec sepultura: aut vsurarios manifestos, nec debēt absolui nisi prius satisfecerint his, quibus est iniuria facta, per arbitrium diœcesani. Vnde quatuor sunt qui ibi excommunicantur, scilicet sepeliēs publicè excommunicatum, vel manifestum vsurarium, vel nominatim interdictum vel tempore interdicti in casu non concesso à iure. ¶ Primò verò quæritur: quis dicatur publicè excommunicatus? Et dicit glos. in cap. exceptionem. de exceptio. quòd si iudex tulit sententiam in loco vbi publicè indicare consuevit præsentibus officialibus suis & partibus vel altera absente per contumaciam: satis dicitur publicus, aliàs secus. Sed glos. Ioannis And. in dicta cle. j. dicit sibi glos. istam non placere simpliciter quantum ad istum casum: & vt dicit Panormitanus, loquitur obscurè. Sed adde tu quòd videtur dicere oppositum: dicens se fateri talem esse publicè excommunicatum & non esse: sed excommunicatio, inquit, ex qualitate fori. multitudine scilicet, vel paucitate officialium & astantium dicitur publica vel nō publicanita quòd in hoc casu veritas rei pateret: vt quo ad hunc casum videamus an præsumatur sepelientes scire: vel saltem sit casus quo sit eis imputandum si ignorarunt quod publicè sciebatur. xj. q. iij. qui & humanis. aliàs pollet esse occultus, licet per indicem in bacho coram duobus vel tribus fuerit promulgata. hæc ibi. Et ipse Panormitanus in d. cap. exceptione. dicit ipsum velle dicere quòd non dicitur quis publicè excommunicatus respectu aliorum, eo quòd sententia fuerit lata præsentibus officialibus & partibus: quia exigunt publicitatē respectu aliorū ad hoc vt præsumatur scientia. hæc ille. qui deinde sic distinguit: Si agitur de pœna incurrēda respectu participantiū ipsi publicè excōmunicato, habet locum gl. cle. quia verba debet strictè capi, ne quis puniatur, & maximè sine culpa: nam de facilinō habetur scientia de eo quod iudex fecit in bācho suo corā paucis. Sed respectu ipsius excōmunicati: istis credo, inquit, excōmunicationē esse publicā, si ipse interfuit, vel fuit ad hoc citatus: quia quod fit in iudicio, dicitur notorium: vt in c. vestra. & in cap. fin. de cohā. cle. & mit. quinimo dicitur id, quod ex probatis constat, manifestum: vt in c. cum olim. de ver. sig. hęc Panormitanus: qui etiam de hoc clarius loquitur in quodā consilio quod incipit, salutatoris Iesu Christi. Et sic collige q; dupliciter dicitur publicè excōmunicatus. primò scilicet quo ad se, vt subiaceat omnibus pœnis illatis publicè excōmunicato: vt qui est excōmunicatus iuridicè. ¶ Secūdò quo ad alios: vt qui est excōmunicatus corā multitudine, sic vt de hoc notitiam habeat maior pars populi: sicut etiā duplex est notorium, scilicet iuris & facti: vt j. Notoriū. ¶ Secundò † quæritur, an incidant in hāc pœnam sepeliētes excōmunicatum publicè publicitate iuris, siue primo modo? Et dico secundō omnes q; non, si sit occultum, id est, non publicum publicitate facti. & ista hoc ne sciunt: quia constitutio ista requirit sciētiam, vt ibi: sciens. & ibi: temeritatis audacia. quia vbi est ignorantia, temeritas dici non potest, secundum Zen. Si autē sit dicto modo occulto, & sepelientes hoc sciunt: quidam dicunt non esse locum huic pœnæ, licet incidant in minorem, scilicet participando mortuo excommunicato maiorem non obstante quòd participatio sit fauorabilis, scilicet lauando, sepeliendo, & huiusmodi. Et hanc opinionem sequitur Summa Ro. sed oppositum tenuit Sum. Angelica. & hoc est verius: quia Panormitanus in d. c. exceptionem. postquam dixit factum in iudicio esse publicum, subiungit: Et per hoc infero quod etiam vbi agitur de incurrenda pœna, vt in casu illius cle. id est, respectu scientium sententiam esse latam, prout dicitur in gl. cap. exceptionem. dico istum dici publicè excommunicatum: & sic isti incurrerent pœnas inflictas contra communicantes, vt sepelientes publicè excommunicatum. licet aliter, & minus bene, videatur sentire illa gl. scilicet d. cle. hæc ille. Si autem excommunicatio esset occulta de facto & de iure, & sepelientes tamen eam scirent, non incideret: quia constitutio requirit sententiam & publicitatem. ¶ Tertiò quæritur, an requiratur quòd locus sepulturæ sit benedictus, ad hoc vt locum habeat ista pœna? Et Card. dicit quòd requiritur quòd sit benedictus: quia non dicitur cœmeterium, nisi per benedictionem. arg. capit. nemo. de consec. distin. j. Et idem tenere videtur glo. illa dicens non esse locum huic pœnæ, si in campis & locis primatis aliqui eos sepeliāt: etiā si locus esset contiguus ecclesiæ vel cœmeterio, ex quo non est ad vsum cœmeterij per episcopum benedictum: vt in dict. cap. nemo. Opinio verò tenens contrarium, potest esse vera, quando locus diu habitus est pro benedicto, licet in veritate non sit be-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nedictus. ¶ Quærò quæritur, an requiratur quòd sit benedictus totus? Et dico ꝙ sic, quia dicit Zab. de monte Lau. ꝙ religiosi ampliãtes cœmeterium, si in illa ampliatione sepelierint nõ est locus huic pœnæ, si non est per episcopũ solenniter benedictũ, & si erat per episcopũ dedicatũ: & ampliarunt non interueniẽte aliqua solẽnitate, non incidũt sepelientes in addito, quia in talibus requiritur deputatio cum solẽnitate vt in authẽ. de cõmona. §. illud. Arguit autẽ Lau. ꝙ incidant: quia ecclesia gaudet immunitate, etiã si non sit dedicata: & cœmeterium & ecclesia in talibus pari passu ambulãt. de cõse. eccles. cõsuluisti. Vnde sufficit ꝙ de cõsensu episcopi illa pars, cui hæc est addita, deputata erat ad vsum sacrum, vt dicatur locus religiosus. de relig. do. ad hæc. Sed respondet quòd hoc procedit de ecclesia: si ibi fuerunt celebrata diuina, nõ aliter: vt notatur de immu. eccle. c. fi. & de hoc ẽ. Absolutio. j. Ex quibus videtur ꝙ sepelire in parte addita, sit idem quod sepelire in loco prophano: nec tunc esse locum huic pœnæ, quod verum est quando hoc constat: vt quia nouiter factum est. Secus si diu fuit seruatum: quia totus locus pro cœmeterio habetur. ¶ Quintò † quæritur an interdictus, sed non nominatim, possit sepeliri in cœmeterio? Et dicit gl. quòd sic, dũmodo locus non sit interdictus. quod Stepha. verũ dicit, nisi quãdo pro certo sciret, eum tale quid fecisse, propter quod erat interdictus: quia talis etiã in cœmeterio sepeliri non debet. Pro gl. tamẽ videtur facere quod dicit Lau. vt nõ sufficiat ad hanc pœnam notorium facti, nisi adsit ista qualitas nominatim, scilicet in denuntiatione nominatim specialiter vel expressè. Sed primum est verius: vt j. Nominatim. ¶ Sextò quæritur, quid dicẽdum si quis sepeliat publicè excõmunicatum, interdictum nominatim, & manifestum vsurarium tempore interdicti. Et dicit Pau. quòd talis est ligatus quadruplici excommunicatione. Et addit Ioan. And. quòd de omnibus debet satisfacere, & ab omnibus absolui. ¶ Septimò quæritur quid si sepelies ignorabat istum esse publicè excommunicatum, nominatim interdictum, vel manifestum vsurarium? Et dicit glo. quòd non incidit: quia constitutio sciẽtiam requirit & temeritatem, vt dictum est imò dicit Lau. quòd nõ incidit qui hoc facit ignorans ius, si ei illud licet ignorare. Et idem tenet in effectu gl. & Pau. & Zen. qui videtur velle quòd in hoc casu iuris error simpliciter excuset: quia iuris error excusat à dolo ff. de abig. l. j. ¶ Octauò † quæritur, quare dicitur in casibus non concessis à iure? Et dicit glo. hoc dici propter clericos, qui seruauerunt interdictum, quibus conceditur eo tempore sepultura cum fileatio & absque campanarum pulsatione: & propter priuilegiatos circa confratres. In quatuor verò festiuitatibus, in quibus eo tempore celebrari potest alta voce, non putant mortuos posse sepeliri: vt de priuil. cum & plantare. licet multoties fuerit contrariũ obseruatum. Idẽ Pau. & Zen. sed vide j. Interdictum v. §. ij. particu. iiij. ¶ Nõnò † quæritur quid de portantibus ad sepulcrum, & comitantibus ad illud, & fabricantibus, & fodiẽtibus, vel aperiẽtibus illud, aut de prælatis, clericis vel ministris ecclesiarũ, in quarum cœmeterijs sepeliuntur, qui hoc non prohibent, sed patiuntur, aut de portantibus cruces & cereos. Glo. quidem ad partes arguit: sed non determinat. Pau. verò tenet quòd ligantur solùm tumulo imponẽtes, & sepeliri facientes vel mandantes: non autem dicentes officium, quia non sunt sepelientes, quos litera punire videtur. Summa verò Angel. tenet quòd solùm imponentes tumulo, & mandantes, & præstantes authoritatem, & prælati non prohibentes dolosè & officiales secundum morẽ sepulturę. Stephanus autẽ quòd omnes prædicti & etiam concomitantes causa honoris. Et idem tenet Ioãnes Cald. de cen. ecclesiastica, si cum diuino officio sepultus, est nominatim interdictus, vel etiam non nominatim, sed tempore interdicti in casu à iure non concesso: quia, inquit, hoc casu sunt omnes participes criminis, siue excepti rantes, ad quod de sen. exc. nuper. ¶ Decimò quid de sepelientibus in loco cœmeteriato sine officio clericorum? Et dico ꝙ secundum Pau. ligantur. Sed Ioannes Cald. dicit quòd licet sit tutius dicere istos ligari, tamen oppositum est verũ, scilicet quòd hæc pœna non ligantur: sed tamen puniri possunt pœna arbitraria, eo ꝙ generalẽ prohibitionem contemnere videntur. vij. q. iij. Engeltrudam. & hoc tene quia c. ĩstitutio est pœnalis. ¶ Vndecimò, quid si clerici super funus officium sepulturæ dicunt, & deinde illud in cœmeterio non reponunt sed in loco secreto? Et dicit Io. Cal. ꝙ ligantur: quia aliàs fit continuè fieret durante interdicto: & consequẽter Clementina ista esset ludibrio. Dicta autem de interdictis, applicari possunt ad manifestos vsurarios & publicè excommunicatos. ¶ Duodecimò quid de clericis officialibus portantibus cereos ac cereos associantibus & portantibus feretrum ac si alius esset alicuius prædictorũ cadauer: cũ tamẽ ibi realiter nõ sit? Et dicit Lau. & Ridol. in tracta. de vsur. idẽ iudicãdũ esse, ac si esset. ¶ Decimotertiò † quid si in vsurario manifesto apparẽt signa cõtritionis, & iubet satisfieri de vsuris? & post mortẽ præstatur cautio ab hæredibus de restituẽdo? Et dicit gl. & Ioannes de Lig. quòd cautio valet vt sepeliri possit: licet nõ vt recõualescat testamentum, quod ab initio nullum fuit ex persona testãtis: & si factum fuit antequã esset vsurarius manifestus, per sequẽs delictũ infirmatur, secundũ Pau. Si autem dicta signa non apparẽt, hæredum cautio non sufficeret, cùm decesserit in mortali. Et de hoc j. Restitutio. in. ¶ Trigesimasexta † est in cle. j. de deci. vbi excõmunicantur omnes religiosi administrationem vel beneficia non habentes, qui noualiũ aut aliàs decimas ecclesijs debitas: & ad eos non spectantes, sibi vsurpare præsumunt: seu qui de animalibus familiarium aut pastorum suorum vel aliorum animalium immiscẽtium eorum gregibus, aut qui de animalibus, quæ in fraudem ecclesiarum emunt, empta venditoribus vel alijs ab ipsis emenda tradunt, seu qui de terris, quæ tradunt alijs excolendas, decimas soluere non permittunt, aut prohabent: si post requisitionem factam ab eis, quousi interest, non destiterint intra mensem: vel si de his quæ contra præmissa vsurpare vel retinere præsumpserint, intra duos menses ecclesijs dampnificatis emendam non fecerint competentem: nec debent absolui nisi antè satisfactionem condignam fecerint. Ligat autem hæc pœna etiam fœminas religiosas secundum gloss. Cisterciẽses & hospitalarios: non autem ligat scholares clericos aut laicos. Sum. verò Ros. dicit quòd ligat etiam religiosum translatum ad ecclesiam secularem. quod est falsum, quando habet administrationem, id est, dispensationem temporalium, vel beneficium: & religiosum habentes administrationem vel beneficium in prædictis non incurrunt excommunicationẽ, sed suspensionem ab ordine, administrationibus & beneficijs: vt dicitur in text. ¶ Primòverò quæritur quid de decimis debitis, non ecclesiæ, sed priuato ex feudo vel priuilegio? Et dicit ibi glossa non esse locum huic pœnæ. ¶ Secundò quæritur quid ꝙ prædicti non prohibeant alijs, & ramẽ ipsi decimas nõ soluãt, quas debeant? Et dicit gloss. Pau. & Zen. ꝙ quod non ligant, aliàs essent peioris conditionis quàm laici decimas non soluentes. ¶ Tertiò, à quibus officijs intelligũtur suspensi, qui habent administrationem vel beneficium. Et glo. non videtur determinare: Paulus verò intelligit de diuinis. & similiter Stepha. Vel potest intelligi de temporalibus vt sunt procurationes castaldionatus, quando habent tempo-

lia solùm, vel administrationem temporalium. Et no. secundum glo. quòd sic suspensi indigent absolutione: quia de satisfactione dubitari posset. Secus autem scilicet Ioan. in suspensis ad tempus determinatũ, puta mẽsem vel annũ. Addit tamen gl. satis se credere ꝙ sufficiat iudicis declaratio super satisfactione sine alia absolutione. ¶ † Trigesimaseptima est in cle. j. de stat. mo. vbi excõicantur omnes monachi & canonici regulares administrationem aliquã nõ habentes, qui sine licentia speciali suorũ prælatorũ se transferũt ad curias principum, vt damnũ aliquod suis prælatis aut monasterijs inferãt. Vbi notandũ est ꝙ secundũ gl. & Car. ad incurrendũ hãc pœnam duo requiruntur. Primò, quòd curiam intrauerint: nec sufficit exiuisse clausturũ. Secundò, vt intrauerint causã dãnificandi, licet non requiratur ꝙ damnũ intulerint: licentiam vero habere vel non habere, secundũ glo. nõ est ponderandum. Vnde secundũ illã, intrãtes curiã hac de causa cũ licentia suorũ prælati incidunt. hæc ex gl. Nec obstat si in dicta cõstitutione fiat mentio de administratione & licentia: quia quãdo ibi fertur sententia, illa non repetuntur. ¶ Trigesimaoctaua est in eadem cle. vbi excõmunicantur monachi, qui sine licentia abbatũ suorũ, petita scilicet & obtenta, secundũ Paulum, tenens arma intra septa monasteriorũ. Vbi dicit Card. quòd septa est clausura monasterij, quam non licet egredi nisi de licentia. ¶ Primò verò quæritur, qui ligentur ista sententia? Et dico secundũ Sum. Ang. ꝙ solùm monachi nigri. Sed verius dicit Pau. quòd cùm generaliter loquatur, videtur includere omnes monachos albos & nigros, etiam si vocentur iuxta vallẽ, fratres. ¶ Secundò quid intelligitur per verbũ, arma. Et loco secundũ gl. quòd per arma in cõmuni significatione cõprehenditur etiã tela. Sed strictè arma sunt, quibus defenditur tela, quibus impugnamus. Iosti. de publi. iudi. §. item lex Cornelia. de homic. ij perfodiens. &, vt ibi notatur etiam fustes, & lapides, armorum appellatione cõprehendũtur. Igitur secundũ Lau. hic cõprehendũtur arma defensionis: vt galeæ, loricæ, & similia: & tormẽta, sicut sunt gladij, lanceæ, & similia: & etiã fustes, lapides, & omne quod arcu aut manu iacitur, secundũ Paul. si ad vsum pugnæ teneant. Et hanc opinionem sequitur Sum. Ang. Sed Io. And. dicit quòd hic non ita latè tumentus arma. & Zenze. dicit quòd arma dicuntur hic quę cõmuniter ad iuuandũ vel defendendũ arma dicũtur. & hoc placet Zab. vt scilicet intelligamus arma, secundũ cõmunem loquendi. & ita tenẽ: quia constitutio est pœnalis, licet sit valde incongruum monacho habere lapides, vel huiusmodi ad pugnandũ. ¶ Tertiò, quid iuris si abbas parit contumeliam creditori, vel iniũgit monachis intolerabilia, vel eos ꝓsequitur odio capitali? Et dicit Zab. quòd sine prædicta pœna poterit monachi sine licentia arma sumere, si alijs remedijs sibi prouidere non possunt. xj. q. iij. Iulianus. ¶ Quartò, quid si monachus arma teneat quidem in monasterio, sed non in loco? Et dico vt patet ex textu in verbo, iuxtà, id est intra, quòd ea tenens extra, non incidit. quòd Laur. dicit verum, etiam si ea teneat in monasterio alio, licet hoc ei non liceat: vt in ea. clerici. de vi. & ho. cle. ¶ Quintò, quid si ad clausturum veniat cum armis, sed nõ animo tenendi? Et dico secundũ glo. quòd non incidit: quia nõ dicitur tenere cũ effectu. Et idem sentit Pau. & Zen. per verbũ tenere, quod notat temporis cõtinuationem. ¶ Sextò, quid si monachus arma teneat non advsum pugnæ, sed ad alium, puta gladiũ magnũ ad vsum coquinæ? Et dicit Pau. non esse locum huic pœnæ: contra verò putat esse locũ si teneat ad vsum pugnæ ea quæ cõiter arma non dicuntur: vt lapides, & fustes. quod Arch. recitat, & tenet Sum. Ros. & Ang. sed non est ratio similis: quia odia restringi, favores autem conuenit ampliari. de reg. iur. lib. vj. Vnde Zen. & Zaba. verius sentiunt oppositum: alioquin cùm hic prohibeantur arma etiam defensionis, habem baculũ aut lapides ad portam ad arcendum latrones, incideret: quod durum est, licet Pau. hoc concedat. ¶ † Trigesimanona est in cle. attendentes. de statu mo. vbi excõmunicantur impedientes visitatores monialium quarumcunque, etiam canonicarum regularium, in his, quæ pertinent ad officium visitationis earum. 74
¶ Primò verò quæritur, qui sint isti visitatores. Et dico secundum text. simul & glo. quòd monasteria non exempta visitat ordinarius loci propria authoritate: exempta verò, quæ superiorem non habent alium à Papa, visitat authoritate apostolica: vt hic dicitur in tex. exempta verò habentia alium superiorem, vt quę sunt ordinũ exemptorũ, puta Cisterciẽs. & Camaldulen. & similiũ, visitãt eorũ prælati: & si subsint monasterijs alijs monialiũ, maior prælata, si clausuram exire non põt, secũdum Archi. visitabit per aliũ. xj. q. j. episcopũ. Possunt tamen ordinarij hãc visitationem alteri delegare: vt dicit Car. per gl. notabilem. in c. fi. de offi. or. & per c. fi. de offi. deleg. §. his autem. à contrario: quia sibi prohibetur delegare is, cui cõmittitur ꝙ personaliter visiter. ¶ Secundò, quot requirunt ad incidendũ in hanc pœnã? Et dico quòd tria secundũ Card.
¶ Primò, quòd impedimentum effectualiter prætetur. ¶ Secundò, quòd monitio ad desistendum fiat per visitantem: singularis autem vel alterius personæ non sufficeret. ¶ Tertiò, quòd monitio non præcedat impedimentum: aliàs non ligarentur ista pœna, vt etiam dicit Io. And. contra prælatos scribentes monialibus vt se apparent visitationi: & in eisdem literis facientes mentionem vt nullus impediat: sufficit tamen secundũ Card. monitio vnica, ex quo loquitur in singulari, & generali: quia quando, inquit, iura requirunt monitionem, & non fit expressa mentio quòd fiat nominatim, sufficit generalis. ¶ † Quadragesima est in cle. j. de reli. do. vbi excõmunicantur omnes statum Beguinarũ assumentes, vel assumptũ sectantes, & religiosi fouentes eas in illo statu, seu ad illum assumendum dantes auxilium, consilium, vel fauorem vllo modo, id est, directè vel indirectè. Sunt autem vel fuerũt Beguinæ, vt dicit in text. quædam mulieres nulli promittentes obedientiam, nec proprijs renuntiantes, nec aliquã regulam approbatam professę tentes, habentes tamen habitũ, qui dicebatur Beguinarum, de summa trinitate aliquãdo disputantes, & prædicantes circa articulos fidei & ecclesiæ sacramenta, opiniones fidei catholicæ contrarias inducentes, & simplices decipientes: quarum status, secundum Paul. ideò reprobatur: quia videtur noua religio sine licentia sedis apostolicæ cõstituta. Ex quo infert quòd etiã si proprijs renuntiarent, ex hoc non essent approbatæ, cùm regulam non habeant approbatam. de reli. do. c. j. lib. vj. Vnde Beguinarum nomine sorores tertij ordinis beati Dominici aut Francisci non comprehenduntur, cùm habeant regulam vel modum viuendi approbatum: nec mulieres fideles, quæ promissa, aut non promissa cõtinentia in suis hospitijs honestè cõuersantes pœnitentiam agunt: vt patet in text. etiam si vtantur habitu simili habitui Beguinarum, secundum Franciscum: nec ex hoc sunt Beguinæ, ex quo, inquit, cum eis non congregantur. ¶ † Quadragesimaprima est in cle. vnica, de const. & affi. vbi excõicantur primò omnes scienter contrahentes matrimoniũ in gradibus consanguinitatis vel affinitatis prohibitis: & omnes cõtrahentes cum monialibus, & omnes religiosi, id est, tacitè vel expressè professi religionem approbatam, secundum gl. vel moniales aut clerici in sacris constituti contrahentes cũ quibuscunq;. ¶ Primò verò quæritur, qui ligentur hac pœna, vel non ligentur? Et dico quòd ligantur omnes contrahentes per verba de præsenti in sex casibus prædictis scienter & il- 75 76

Universidad de Deusto
Biblioteca

licit:& etiam si non consummauerint,secundum glo. Non ligantur verò contrahentes licitè,id est,ex Papæ dispensatione tunc quia cessat culpa,&cõsequenter pœna.de consti.c.ij. Nec cõtrahentes ignoranter ignorantia facti probabili non affectata,vt dicit glos.ligant tñ si factũ scientes, ius ignorabant,de reg.iur.ignorantia.lib.vj.& si alter solus sciebat,solus ligat. ¶ Nec† contrahentes extra dictos sex casus:puta cũ habente maritũ,vel cũ Iudæa,vel Pagana,vel cognata speciali ter vel legaliter:vel cõtra impedimentũ publicæ honestatis:qa,vt dicit gl.licet nõ teneat matrimoniũ,tñ nõ est locus huic pœnæ,quæ in his casibus & similibus non est expressa. ¶ Secundò,quid si ignoráter quis cõtraxit,sed superueniente scientia cohabitat? Et dicit Io.And.istũ nõ incidere:quia ista constitutio non punit cohabitationem vel incestũ,sed cõtractum.quod probatur ex hoc q̃ sine iudicio ecclesiæ ab illa diuertere nõ posset,licet mortaliter peccet cognoscendo.Et consentit Car.nisi de nouo cõtrahat. Pau.verò dicit q̃ si cohabitat ei talis affectu maritali,incurrit hanc pœnã:cùm videatur ex nouo cõsensu cũ ea cõtrahere:si verò ex primo,nõ incurrit.hæc ille.Sed ista duo dicta non repugnant:quia ſtãt in hoc quòd iste incidit,si postquã scivit explicitè,aut virtualiter contrahit. ¶ Tertiò,quid si cõtraxit cũ ea,quã credebat consanguinẽ,affinem,vel monialem, cùm in veritate nõ esset? Et gl.se remittit ad notata in c.si verò. de sent.excom.el ij.& in c.in audientia. ex quibus capitulis trahi potest q̃ non ligatur. ¶ Quartò,quid si post contractũ remoueatur impedimentum,ãne talis erit absolutus? Et dicit Paul. quòd aut remouetur per dispensationẽ Papæ,aut per constitutionem reuocatoriam.Si per dispensationem,verba inspicienda sunt: quia si tollunt impedimentũ, etiã quo ad pœnam præteritã, non est alia absolutio necessaria:aliàs secus.Si verò per constitutionem reuocatoriam:aut illa vult constitutionem excõmunicationis fulminatoriã haberi pro infecta: & sic nõ egebit absolutione,aut reuocat tantùm: & sic indigebit absolutione. ¶ † Quintò,an coactus ad contrahendũ incidat in hanc pœnã? Et dicit Io.And.quòd nõ, loquendo de coactione absoluta.de conditionali verò licet tali quæ cadere debuerat in constantem virtum,videtur ligari per decretalem, sacris.de his quæ vi,me.sed cùm non fit matrimoniũ deficiente consensu,de æquitate videtur talis non ligari.& idem dicit Paul. de quo vide suprà Excõmunicatio v.§.vltimo.dub.xiiij. ¶ Sextò,quid si quis contrahat sponsalia tantùm? Et dicit gl.Stepha.& Paul.quòd talis non ligatur hac pœna, nisi sequatur copula carnalis:quæ cùm inducat præsumptam voluntarem matrimonij.de spon.is qui inducit etiã pœnam. Et ratio est: quia cùm istud sit pœnale,restringendum est:vt sic verba nõ extendatur,maximè ad minus delictũ.de re.iur.in pœnis.lib.vj. ¶ Septimò,quid si quis contrahat cum impubere? Et dicit Car.& Lau.ibi,quòd non incidit:quia sponsalia potius isti cõtrahunt iuris interpretatione,quàm matrimonium.c. vnico. de spon.impu.lib.vj.& idem dicit Sum.Ang. de contrahente cum furiosa.quod verum nõ est si habeat lucida interualla: quia veraciter est matrimoniũ.ar.iij.q.viij.iudicas.vij.c.j.quãuis triste. ¶ † Octauò,quid de sacerdote vel alio,qui verba matrimonij profert inter istos sic contrahentes: & de omnibus cooperantibus & consentientibus an ligentur omnes nécne? Et dico quòd potest quis quadrupliciter participare vel communicare in crimine isto. Primò, quantum ad illum actum tantùm,propter quem excommunicatio incurritur: & talis non ligatur:vt tenet Pan.in c.nuper.& in c. si concubinæ.de sent.excom. vbi dicit quòd ad talem excommunicationem incurrendam,scilicet ratione participij,non sufficit communicatio in illo actu, per quem excommunicatio incurritur. Secundò,non solùm communicando,sed etiam impendendo consilium, auxilium,vel fauorem ad huiusmodi crimen perpetrandũ:& talis ligatur:vt tenet idem in d.c.nuper.qa faciem & consentiente par pœna constringere debet:vt in d.c. nuper. Tertiò præbendo consiliũ,auxiliũ,vel fauorem ad crimen perpetratũ: puta suadendo q̃ à tali matrimonio nõ recedat:& talis etiã ligat,vt ibidem tenet. Quartò mandando vel præstãdo authoritatem:& talis plus ligatur quàm alij cõtrahentes:& videtur esse casus in c.mulieres.de sent.excom. ibi:authoritate vel mandato. Vnde & gl.in c.j. de offi.deleg. dicit quòd cùm sit quadruplex cõsensus,scilicet negligentiæ, consilij,cooperationis,& authoritatis,seu defensionis, dans authoritatem vel mandans,plus peccat.Igitur si faciendo vel alius solùm participat in tali actu, nõ impediendo cõsilium, auxilium,vel fauorem ante factum, aut post, non ligatur.& idem est de interessentibus.Si verò prædicta impendũt ante factum vel post,ligantur,si contrahentes aliàs hoc non erant facturi,secundum vnam opinionem,vel indifferenter secundum aliam.de quo suprà Excõmunicatio viij.§.ij.dub.j. Parentibus verò idem est dicendum:quanuis ferè semper cõsentiant,& præsent authoritatem,& consequenter ligentur. ¶ † Nonò, quare post excommunicationem contrahentium cum monialibus etiam ipsæ contrahentes excommunicentur,cùm satis cõstaret eas esse ligatas ratiõe participij in crimine? Et dicit Paul.ideo esse, quia non semper ligantur hac ratione: vt si contrahant cum ignorante, qui scilicet non ligatur,vel dic quòd participans cum criminoso, tunc ligatur cùm participat post latam sententiam,vt in c. si concubinæ. de sent.excom.quod non est hic:sed participatur in actu pro quo quis ligatur. Vel dic quòd licet participans in crimine criminoso sit excommunicatus:non tamen participans in actu illo,pro quo alter ligatur:aliàs superflnè adderetur hæc litera:quoniam non distinguit an monialis contrahat cum ignorante vel sciente: cùm ex parte eius ignorantia præsumi non possit.Facit de sent.excom.contingit. el j.vbi participans in actu pro quo alter excommunicatus est, mandatur excommunicari.hæc Pau.Decimò,quare in religiosis & monialibus &clericis existentibus in sacris,id est,in subdiaconatu,& suprà,non repetitur scienter.& dicit Ioannes Andreæ esse,quia in tali proprio facto non cadit probabilis ignorantia:vbi verò esset ignorantia probabilis,vt in ordinato ad sacros in amentia vel dormitione, vel intra pubertatem puteros in amentia vel dormitione, vel intra pubertatem puteros non esse locum huic pœnæ.

¶ † Quadragesima secunda est in Cle. nolentes.de hæreti. vbi excommunicantur omnes inquisitores,seu commissarij ipsorum vel episcoporum super hæresi deputati, qui prætextu officij inquisitionis quocunque modo illicito pecunia extorqueant ab aliquibus:vel scienter attentant ecclesiarum bona ob delictum clericorũ ecclesiæ fisco applicare: & secundum Io.And.multò magis sibijpsis vel fisco seculari:cui ipso iure applicata sunt bona laicorum damnatorum de hæresi:alibi non possint tales præterquam in mortis articulo, donec illis,à quibus sic extorserint pecuniam plenè satisfecerint,vel lis priuilegijs, pactis, aut remissionibus super hoc valituris. Sed intellige secundum Io.And.si habent vndealiàs pauperas excusat:extra de vsur.cum tu. ¶ Primò verò nos.secundum Io.And.& Card.quòd hæc pœna episcopi non ligantur, nec inquisitores & commissarij, secundum Io.And.si exprequeant quædam,sed non dicto prætextu. Et per commissarios intellige vicarios & substitutos,secundum Io.And.¶ Secundò no.quòd prædicti applicare non possunt fisco bona ecclesiarum iustè aut iniustè procedentes:de bonis tamen clericorum proprijs secundum Ioan. And.non prohibet ecclesiæ

¶ Tertiò no.secundum Io.And.& Car. q̃ nomine pecuniæ intelligitur largè omne æstimabile.j.q.iij.totum.& facit lex j.C.de const.pecu. ¶ Quadragesimatertia † est in cle. vnica. de vsur.vbi excõmunicantur Potestates,capitanei, rectores, consules,iudices consiliarij,aut alij quicunq; officiales quarumcunq; communitatum,qui faciunt statuta,scribũt vel dictãt, quod vsuræ soluantur,aut quòd solutæ nõ restituantur cùm repetuntur:vel qui scienter secundum illa iudicare præsumpserint vel qui ea hactenus edicta de libris communitatum ipsarũ intra tres mẽses nõ deleuerint,si habẽt potestatẽ.sup hoc,scilicet tam de facto quàm de iure,secundũ Car.& gl.& Pan.aut si ipsa statuta aut cõsuetudines habentes illorũ effectum quoquo modo præsumpserint obseruare. ¶ Primò verò quæritur,qui non ligentur hac sententia? Et dico secundum Pau.q̃ nõ ligatur officialis qui non scribit vel dictat vt officialis:similiter nec ligantur alij à prædictis non expressè seruantes talia statuta,secundum Car.& Io.And. & Pau.similiter nec scribẽtes iudicata secũdũ illa,siue sentẽtiã conformẽ statutis,secundũ Pau.quia ista cõstitutio est pœnalis:& cõsequiter nõ extẽditur ad personas in ea nõ expressas.ar. de re. iur.in pœnis.li.vj.Sed intellige,nisi tales scribẽtes essent officiales,& in sentẽtia poneretur tenor statuti: quia tũc fortè ligarentur:quãuis dici possit q̃ nõ ligãtur oẽs ea scribentes: sed scribentes ea in libris cõmunitatũ. ¶ Secundò † quæritur an ligẽtur hac pœna illi qui statuũt q̃ subditi sui pro vsuris recipere nõ possint in anno vltra duos solidos pro libra? Et dicit Dire.li.iij.q̃ sic:quia dant quodam modo audaciam & colorẽ ad vsuras exercẽdas saltẽ indirectè:vt in d.cle. vbi de diuersis coloribus:& quia denegando de maiori, indirectè & tacitè videtur cõcedere de minori.xxv.di.qualis.Sed ista probant solùm quòd isti dant occasionẽ, & eas permittũt:cõstitio autem ligat eos,qui directè aliquid conferunt ad earum solutionem,nec vltra debet extendi,cùm sit pœnalis. Vnde alij dicunt Ioan.And.& Pau.& Zab.quod tales non ligantur,quia supra illam summam prohibendo,non videntur per hoc vsque ad illam cõcedere.arg.de treu.& pace.c.j.posset tamen concordia fieri:quia ligantur si id faciunt in fraudem, vt sic possint vsuræ exigi:tunc enim ad eorum exactionem aliquid faciunt directè ex sua intentione,& si nõ ex voce non ligantur autẽ si nullo modo intendunt illam minorem summam concedere,sed permitterent vitetur maius malum, & videntur.xxiij.q.iij.c.j.& xxxj.q.j hac ratiõe. ¶ Tertiò † quæritur de rege Aragoniæ & officialibus eius, qui leuant magnũ tributum à Iudæis propter vsuras,quas permittunt, an ligentur,si impediantur propter istas repetitiões ab ipsis Iudæis.Et dicit Dire.vbi suprà quòd idem Lau.& Zabarel. in d.cle.& generaliter omnes domini,qui cum Iudeis vsuras exercentibus pacta faciunt,ligantur hac pœna,secundum Car. & Lau.sicut qui faciunt pacta cum Christianis vsurarijs,maximè si vsuræ exigãtur à Christianis. ¶ Quartò qd de statuto Bergomensiũ vt dicitur,quo scilicet,repetẽtes vsuras in foro ecclesiastico,per Potestatem cogũtur mutuare vsurario tantam pecuniam & tanto tempore,quantam & quanto tenuerant pecuniam vsurarij? Et dicit glo.hoc statutum nõ valere. Pau.verò dicit hoc statuẽtes,hac pœna ligari. ¶ Quadragesimaquarta † est in cle.cupientes.de pœ.vbi excommunicantur omnes religiosi mendicantes,qui sine licẽtia papæ loca de nouo accipiunt ad habitandum,vel recepta hucusque mutant vel in alio quouis alienationis titulo transferunt:quam licentiam etiam legati de latere dare nequeunt, secundum cle.& Lap. ¶ Primò verò quæritur, qui dicantur mendicantes? Et dicit glo.Ioannis And.mendicantes hic dici eos, qui-bus victum tribuit incerta mendicitas:& qui redditus aut possessiones ex regula vel constitutionibus habere non possunt: extra de reli.do.c.vno.lib.vj.Et comprehẽdit iste tex. etiam fœminas,secundum Lap.& Abba. ¶ Secundò quando dicantur acquirere loca noua? Et dicit Gemi.quòd quo ad casum huius decretalis de nouo dicitur fieri quod fit post ipsam decretalem. Vnde licet nouum sit quod fuit, & postea reficitur tamen secundum.Car. non est hic eis prohibiti loca destructa reficere.quod Pau.limitat verum ũ domus corruat,& tamen solum eius continuẽ manet in mendicantium dominio: quia tunc nõ ligantur. Secus autem si loca ipsa desierint esse de mendicantium dominio,& postea ex nouo iure acquirantur: quia ligantur.Et per hoc patet quod conuentus mendicantium,de quibus ipsi pulsi fuerũt iniustè in Bohemia, Austria,& huiusmodi,possunt ab eisdem nouiter sine ista pœna inhabitari: quia dictorum conuẽtuum dominium semper ad eos de iure reperuinuit. ¶ Tertiò † an prędicti possint mutare loca acquisita post istud capitulũ, vel alienare sine licentia papæ absque metu huius excõmunicationis? Et secundum mentem Io. An.videtur dicẽdum q̃ sic:quia istã cle.summat sic: Mendicãtes non possunt acquirere noua loca ad habitandũ, vel antiqua alienare & mutare absq; speciali licẽtia papæ.Lapus etiã,quẽ sequitur Per.de Anc.& Gemi.in c.cum ex eo.de exc.pręla.li.vj.vbi de ista materia ponitur cõstitutio Bonifacij,dicit q̃ loca capta ante cõcilium,de quo ibi fit mẽtio,dimittere nõ possent:aliter fiunt excõmunicati per dictam cle. Sed dimittere possunt capta post istud cõcilium. Pro quo facit litera in d.c.cum ex eo.& in d.cle.verbo,hactenus,id est,vsque nunc: quia secundũ Papiã hactenus per h aspiratũ facit duas partes,scilicet hac & tenus,id est,vsque nunc.& vt recitat Gemini, hoc de facto accidit Bononię: vbi fratres minores de Obseruantia locũ mutauerũt propter vẽtos & frigus: & determinatum fuit hunc tex. locũ nõ habere quo ad mutationem,nisi de locis ante illud cõcilium acquisitis:vnde necessaria non erat noua licentia quo ad dimissionem:quo ad habitandum verò de nouo iam habuerant. Igitur in duobus casibus locum habet iste tex. Primò in noua habitatiõe. Secũdò in dimissione vel alienatione habitorum ante dictum capitulum,etiam si fiat vt alia loca quærantur ad habitandum.

¶ Quartò an prædicti augmentare possint loca iam capta? Et dicit Lap.consil.clxxxviij.quòd sic, sine pœna prædicta. pro quo facit cap.fi.de concess.præb.libro sexto. & cap. consuluit.de Iudæ.& cle.j.de sup.neg.præla.quia aliud est de nouo capere, aliud augmentare. & præterea hic non accipitur locus, vt in l.locus ff.de verb sign. sed pro alio loco diuerso pluraliter: propter augmentationem autem non dicuntur habere duo loca. ¶ Quintò quid si inter locum licitè habitum & additamentum facti mediet riuulus aut strata, & fit pons,vel subterranea via,quibus transitur hucinde? Et dico secundum mentem Lapi.& Gemi.in d.c.cum ex eo. hoc non esse illicitum,nec hic esse duo loca,sed vnum, maximè quandiu viuitur ibi sub vno prælato immediato. Et facit pro hoc quia is, qui prohibitus est acquirere nouum ius in re aliqua: non dicitur venire contra prohibitionem, licet post illam pristinum ius augmenter: vt in capite fi.ij.resp̃onso.de concess.præben.lib.vj. ¶ Ex † his autem infert Sum. Ros. posse teneri quòd augmentãtes data nõ videtur imponere noua. quod verum est quidem, si nouum dicatur quod est nouum ex toto:non autẽ de nouo si ex parte.prohibet autem lex imponere noua ex toto & ex parte:quia de pari militat ratio legis in vtrisque,vt dictum est supra Excommunicatio. vij. excommunicatione xix.Ratio autem huius clemen.non est par in loco nouo ex toto & ex parte: vt de se patet, cùm ipsa

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſit ob ſcandala multa quæ accidebant: vt in d.c. cum ex eo. Vnde non eſt ſimile: nec iura, quæ allegat, probant eius propoſitum, vt patet intuenti. ¶ Sexto, quæ ſunt iſta loca quæ iſti nouiter accipere nõ poſſunt, Dico vt patet ex tex. q̃ ſunt loca ad habitãdum. Vnde ſecundum gl. in d.c. cum ex eo. loca aliàs quàm ad habitãdũ queſita, poſſunt acquirere & mutare, puta domũculas in ciuitatibus aut villulis p̃ trãſitu, aut pro infirmis & debilibus recreãdis. Imò dicit Ioã. And. quòd loca pro eremitica vita ducenda nõ ſunt hic prohibita, id eſt, quæ multùm diſtant ab hominũ habitatiõe. Et ratio, quia p̃ter talia nõ eueniunt dicta ſcandala. Imò fratres p̃dicatores in locis ſibi cõceſſis ædificare poſſunt eccleſias, oratoria, & alia ædificia pro ſuis vſibus per priuilegiũ Alexãdri, vt refert Arch. nec vlli de ordinibus paupertatis licet oratorium vel eccleſiam conſtruere ſeu conſtructam recipere iuxta eccleſias p̃dicatorum & oratoria eorum intra ſpatium centum quadraginta cannarum: & ſi ſecus factum fuerit, dirimatur ſecundum priuilegium Clementis: quia plerique habent
18 circa hoc etiã multa priuilegia. ¶ Quadrageſimaquinta † eſt in eadem cle. cupientes. de pœ. vbi excõmunicãtur omnes religioſi, qui aliqua proferre præſumunt in ſermonibus ſuis, vel alibi ea intentione vt à ſolutione decimarum debitarum eccleſijs retrahant audientes. Et ſecundum gl. ligat hæc pœna religioſos mẽdicantes & non mẽdicantes: non autem clericos ſeculares aut laicos: ſed ad eam incurrendam, vt ex tex. colligunt doctores, tria requirũtur: & primò quòd prædicta dicant intentione retrahẽdi. Secundò quòd decimæ à quibus retrahere intendunt, ſint debitæ eccleſijs: nõ autem priuatis perſonis ratione priuilegij vel antiqui feudi. Tertiò quòd dicant perſonis audiẽtibus: quæ eas ex debito ſoluere teneãtur:
19 & vno horum deficiẽte, nõ ligat. ¶ Quadrageſimaſexta † eſt in eadem cle. vbi excõmunicãtur omnes religioſi, qui prædicare præſumpſerint negligentia non purgata de conſcientia facienda circa decimas confitentibus ſibi non ſoluẽtibus vt ſoluant. quod ſecundum Pau. & Pe. de Anch. intellige ſi à prælatis eccleſiarũ fuerint requiſiti vt hoc faciant. Et ſi quis velit intelligere ſimpliciter, etiam ſi non fuerint requiſiti, ſecundum Arch. conſcientiam facere principalibus domus, qui habent ſoluere: & hoc modo quòd dent totum vbi cõſueuit dari totum: & partem vbi pars: vbi verò nihil ſint dare parati ſi exigeretur. Iſta tamẽ ſentẽtia & præcedẽs nõ ligat religioſos qui decimas percipiũt: & circa hoc delinquere nõ ſolent: vt dicit gl. in d. cle. vide ſuprà, Decimæ. §. iij. in fi. ¶ Primò verò no. eſt quòd ibi præcipitur religioſis ſub interminatione maledictionis ẽternæ quòd in prima dominica, quarta & vltima quadrageſimæ, & in feſtiv Aſenſionis Domini, Penteoſtes, natiuitatis beati Ioannis Baptiſtæ, Aſſumptionis, & natiuitatis beatæ Virginis Mariæ quoties prædicabunt populis, ſi à prælatis eccleſiarum aut eorũ vicarijs vel locatenentibus eorundẽ fuerint requiſiti audiẽtes expreſsè de ſolutione decimarum informent. Et ſecundò præcipitur eiſdem q̃ requiſiti à prædictis conſcientiam faciant illis, quorum confeſsiones audiunt quòd decimas ſoluere non omittant, quòd ſi poſt talem requiſitionem ſcienter poſtpoſuerint cõfitentibus conſcientiam facere de huiuſmodi decimis ſoluendis, tandiu ab officio prædicationis ipſo facto ſunt ſuſpenſi, donec confitentibus ipſis cõſcientiã nõ fecerint ſi hoc ipſum ſibi dicendi commodè habuerint facultatem. Et ideo hoc nõ facientes interim prædicando ſunt excommunicati ipſo facto. ¶ Secundò no. eſt quòd ſecundum glo. dum prædicant vel ſermocinantur clericis, non videntur adſtringi: & idem intellige ſi requirantur in alijs tẽporibus à prædictis: quia de his ſolùm loquitur tex. & idem videtur in prædictis temporibus ſi actualiter non prædicent, non in fraudem, ſed ex alia cauſa: quia dicit tempus quando prædicabunt. ¶ Tertiò no. eſt quòd incõmoditas excuſat: licet ipſa debeat iudicari arbitrio boniviri, an ſit ſufficiẽs nẽcne. Vnde dicit Pan. quòd durante commoditate durat ſuſpenſio, donec de ſoluendis decimis conſcientiam fecerit: qua facta, vel incommoditate ſuperueniente, ceſſat ſuſpenſio. ¶ Quadrageſimaſeptima † eſt in cle. j. de ſen. exc. vbi excõmunicantur omnes religioſi tam exempti quàm non exempti cuiuſcunque ordinis & conditionis, id eſt, mendicantes, & non mendicantes: ſecundum glo. qui interdictum impoſitũ authoritate apoſtolicæ ſedis, vel ordinariorum, quòd ſciunt matricem eccleſiam ſeruare, non ſeruauerint. Et idem ibi dicitur de interdictis & ceſſationibus à diuinis interdictis per prouincialium conciliorum ſtatuta vel ipſorũ authoritate: & in generalibus ceſſatiõibus à diuinis ciuitatum, terrarum, & aliorum locorum, quæ aliquando ex conſuetudine, vel aliàs capitula, collegia, vel conuentus ſeculariũ vel regularium ſibi vendicant eccleſiarum. Non ligat autem iſta conſtitutio clericos ſeculares, ſecundum gl. quæ etiam dicit q̃ religioſi intelliguntur ſcire obſeruantiam interdicti à matrice eccleſia, quãdo viderint vel alio ſenſu corporis perceperint, id eſt, auditu. quod limita auditu probabili. vnde ſtatim ſubdit q̃ probabiliter ignorãtes nõ ligantur. Ipſa verò ſecundũ gl. dicitur obſeruare, quando animo obſeruandi. Si tamen ipſa ſeruat, quia ipſa ſpecialiter vel ſingulariter eſt interdicta, non eſt locus huic pœnæ: quæ intelligitur de interdicto, ad quod religioſi tenentur. ¶ Primò verò no. eſt quòd matrix eccleſia dicitur baptiſmalis vel maior loci ſecũdum Io. And. & Pau. quæ dicitur matrix, quia regnat per baptiſmum. quæ ideo hic exprimitur, quia interdicuntur aliquãdo loca non habẽtia eccleſiam cathedralem, quæ tamẽ habẽt matricẽ. Nec refert ſecũdum Pau. vtrũ matrix eccleſia ſit religioſis ſubiecta, quo ad reliqua ſpiritualia vel ſpiritualia, aut non ſubiecta: & idem virtualiter, hoc obſeruãs, dicit Io. And ſiue gl. ¶ Secũdò no. q̃ ſecũdum glo. intelligitur hæc conſtitutio etiam de interdicto poſito à iure. Vnde ſecundũ Pau. vt ſit locus huic pœnæ, requiritur interdictum eſſe poſitum authoritate papæ: quod eſt ſi fiat per eius delegatũ. de præbẽ. ſi apoſtolicæ. li. vj. vel q̃ ſit poſitum à latere cõi vel per ordinariũ vel cõciliũ prouinciale: vel quod per ipſum vel alium ad quem ſpectat ex conſuetudine loci, vel aliàs fiat ceſſatio à diuinis. per quod videtur q̃ hoc locum nõ habeat in interdicto poſito à ſingulari perſona, quæ bene poſſet ex conſuetudine ſpecialis: cùm talis nõ faciat authoritate apoſtolicæ: nec ſit ordinarius. Et idem videtur in interdicto poſito per delegatũ ordinarij: quia non videtur tũc poſitum per ordinarium. ¶ Sed † aduerte q̃ ex conſuetudine perſona ſingularis habere põt iuriſdictionẽ ordinariã: extra de ſen. excom. contingat quo caſu locus eſſet huic pœnæ: quia tex. loquitur de interdicto poſito à diœceſano, nam ſolus epiſcopus intelligeretur. de vit. & ho. cle. cap. vnico. lib. vj. ſed loquitur de legato ab ordinario: & ſic ſufficit ſi habeat iuriſdictionẽ ordinariam. Item die de legato ordinarij quòd ſi habet ſpeciale mandatum ad interdicẽdum, eſt locus huic pœnæ: cùm tunc potius eſt miniſter quàm delegatus. de offi. ile. c. ſi. & ipſe cõmittens facere dicitur. Vnde & Pius ij. in extrauagante quadam, quæ incipit, ſciens inimicus. dicit quòd ſi interdictum emanat à ſedibus apoſtolicæ inferioribus & earũ commiſſarijs, obligãtur fratres minores, & eadem ratione alij ordinati eccleſiæ matricis & intellige ſi commiſſarij habent ſpeciale mãdatũ. ¶ Tertiò nota q̃ ſi in loco aliquo nõ ſit eccleſia cathedralis aliqua aut matrix, qa forte eſt in alio loco vel vbi ſunt plures, q̃ aliter ſuis parochianis baptiſmã faciat

ſacramenta miniſtrantes: diſtinguẽdum eſt ſecundum Paul. quia ſi omnes illæ ſeruant, locus eſt huic pœnæ: non autem ſi ſeruant aliqua & aliqua non: ſicut eſſet ſi in tali loco non eſſet niſi vna eccleſia religioſorum non ſeruantium. & idem ſentit gloſſ. ¶ Quartò quid ſi vacat eccleſia cathedralis, & pars capituli ſeruat interdictũ: pars verò non ſeruat? Dico ſecundum gl. vel Ioan. And. & Paul. quòd eccleſia, hic ſumitur pro materiali murorũ ambitu comprehenſa: vnde ex quo in ea continuè celebratur ianuis apertis &c. ſiue per prælatum, ſiue per capitulũ totũ, ſiue p̃ partẽ, ſiue per aliquos clericos eccleſiæ, nõ eſt locus huic pœnæ. Sed addit Paul. quòd ſi in
35 matrice eccleſia celebrat ab aliqbus extraneis inuitis prælatis & capitulis: nihilo minus eſt locus huic pœnæ. ¶ † Quintò nor. ſecundum Pau. quòd interdicta prouincia vel diœceſi ſi in aliquibus ciuitatibus aut caſtris matrix eccleſia ſeruat
34 interdictum, in aliquibus nõ, locus erit pœnæ in illis locis in quibus ſeruatur, nõ autem in alijs. ¶ † Sexto not. quòd gloſſ. quærit an quo ad interdictũ prouinciæ dicetur eccleſia metropolitana matrix: ita quòd illa ſeruãte interdictũ, religioſi totius prouinciæ ſcienter nõ ſeruantes, ligati ſint hac pœna? Et dicit quòd nõ, per tex. dicentẽ, cathedralem vel matricem loci quia conſtat quòd metropolitana eccleſia pone Rauennas nõ eſt matrix vel cathedralis ciuitatis Bonon. vel Mutinẽ. de offic. ordi. paſtoralis. ix. quæſt. iij. ſi autem. & cap. nullus. & conſequenter ligabũtur ſoli religioſi diœceſis Rauennæ. Et idem virtualiter ſentit Paul. dicẽs quòd interdicta metropolitana eccleſia, nõ intelligitur interdicta matrix. intellige, ſcilicet per totam prouinciã: ſed ſolùm vbi metropolitana eſt matrix. ¶ Septimò not. quòd ſi matrix eccleſia interdictũ nõ ſeruat, nõ tenentur etiã religioſi non ſeruare ſecundum glo. quia text. non dicit quòd in non obſeruando ſe conforment: quia hęc conſtitutio addere intendit, non minuere ad obſeruantiam interdictorũ. & argumentum à contrario ſenſu ceſſat vbi illius argumenti contrarium reperitur in iure: vt in gloſſ. vltima. de elect. publicato. nec cõtrariorum eſt eadem diſciplina, vbi mens & verba reſiſtunt. de verb. ſignifi. cap. fin. Exceſſus ergo clericorũ matricis eccleſiæ nõ dabit religioſis materiam delinquendi. hæc glo. ¶ Octauò nor. ſecundum gloſſ. & Paul. coniunctim quòd ſi ſententia interdicti verè ligat, & matrix eccleſia illã non obſeruat, religioſi nõ ſeruantes non ligantur hac pœna, ſed alijs, quæ habentur de exceſſ. præl. cap. vlti. & de priuil. c. authoritate. & c. epiſcoporum. lib. vj. quia ſcilicet ſunt ſuſpenſi, & eis interdictus eſt ingreſſus eccleſiæ: & ſunt irregulares & ineligibiles actiuè & paſsiuè. & ante ſententia interdicti verè nõ ligat impediente appellatione vel alia nullitate, & matrix eccleſia illã ſeruat: & religioſi nõ ſeruantes ligãtur hac pœna, ſed non alijs. Quando verò tenet, & per eccleſiam matricẽ ſeruatur, ligãtur vtriſq;. Quandoverò nec tenet nec ſeruatur, neutri ligantur. hæc ex illis. Si verò in obſeruando vel non obſeruando epiſcopus & capitulum cõtraria mãdant: ſecũdum Zenze. prius epiſcopo obediendũ eſt. ¶ † Quadrageſimaoctaua eſt in extrauganti Benedicti xj. quæ incipit, non quia. vbi excõmunicantur ipſo facto quicunq; impugnant literas electi in papam, etiam antequam coronetur: cùm p̃ ipſam electionẽ canonicè factam ſibi ius papatus ſit acquiſitum, & canonica electione confirmatus ſit: & exercere poſſit officium ſuum ante coronationem. vt c. xxiij. diſtinct. in nomine Domini. ¶ † Quadrageſimanona eſt in quadam extrauagant. Nicolai, per quam excommunicantur exponentes in ſcholis aliter quàm litera dicat, illam clementinam, Exiui de paradiſo, vbi exponitur regula beati Franciſci. Vnde illa Clementina ſola reperitur in gloſſa. Sed hodie eſt ſuſpẽſa illa extrauagans quo ad illam excommunicationem per aliam extrauagantem Ioan. xxij. vt dicit Zab. & eius exemplar Archi. dicit ſe vidiſſe.

Rurſus de excommunicatione vltimò quantum ad dubia quædam communia prædictis excommunicationibus.

1 *Excõmunicatio quotuplex ſit. Et quæ ex illis liget, & quæ non, ac qualiter. Et ex cuius non obſeruatione quis irregularis effici poſſit?*

2 *Appellatio interpoſita non ante, ſed excommunicationem, vel interdictum, aut ſuſpenſionem ab officio, vel eccleſiæ ingreſſu, an huiuſmodi cenſurarum effectum tollat?*

3 *Excommunicatus poſt legitimam appellationem & non ante, an ſit vitandus?*

4 *Sententia excommunicationum prædictarum ignorantes, an faciendo vel omittendo aliud, propter quod excõmunicatio imponitur, quo ad Deum & conſcientiam ligentur?*

5 *Excommunicationem num quis propter executorem facti, id eſt, propterea quod quæ facta aliquod ſit executus & adimpleuerit, incurrat? Et vt dicta quatuor expedit. Et eisdem quem regulariter ex modo conſilio non teneri.*

6 *Cum dicitur, quòd aliqui abſoluendi nõ ſint, niſi prius ſatisfecerint, vel aliud fecerint: an teneat abſolutio ante ſatisfactionem eius quod mandatur?*

EXCOMMVNICATIO † vltimò quantum ad dubia quædam circa præmiſſas excõmunicationes, vt plenius innoteſcat, ſciendũ eſt quòd triplex eſt excõmunicatio, ſcilicet iuſta, iniuſta, & nulla, quarũ prima ligat apud Deũ & homines, ideò quòd ſemper obſeruãda eſt: tertia verò nec apud Deum nec apud homines ligat: ideoq; obſeruanda nõ eſt: & nõ obſeruãs irregularis nõ efficit, qđ etiã tripliciter contingit. Primò, qñ aliquid præcipitur quod cõmuniter vel in ſuo genere eſt peccatũ etiã veniale. Secũdò qñ præcipitur impoſsibile. Tertiò, qñ pronũciatur expreſsè contra ius ſcriptum: & de his ſ. Excõmunicatio. ij. in prin. Secũda verò excõmunicatio eſt media: & ligat quo ad eccleſiã militãtem, licet non quo ad Deũ. Vñ timẽda, id eſt, obſeruãda eſt cõmuniter, ſecũdum Doct. xj. q. iij. c. j. vbi dicitur quòd ſentẽtia paſtoris ſiue iuſta ſiue iniuſta timẽda eſt: aliter ſi nõ ſeruat, ratiõe cõtemptus efficit iuſta. xj. q. iij. cũ ergo. & ſic erit excõicatus quo ad Deum excõicatione, quæ eſt peccatũ mortale: & ſi celebret, talis erit irregularis. ¶ † Primò verò quæritur vtrũ appellatio interpoſita nõ ante, ſed poſt excõicationẽ vel interdictũ aut ſuſpenſionẽ ab officio vel ingreſſu eccleſiæ tollat effectum ipſarũ cenſurarũ? Et dico quòd nõ: de ſen. excõ. c. is cui. lib. vj. quod verũ eſt, qñ abſolutè tales ſentẽtiæ ſunt inflictæ, quia ſecũ trahũt executionẽ. de app. paſtoralis. Secus ſi ſub conditione: puta ſi nõ ſolueris hinc ad menſem, excõmunico te vel ſuſpẽdo: vel ſi nõ feceris hoc aut illud: quia tũc ſi ante conditionis euentum appellauerit legitimè, bene ſuſpẽditur. vt in c. præterea. el ij. de appel. Si tñ ipſa cõditio ſit de nõ appellãdo, vt excõmunico te ſi appellas, ſecundũ Innoc. in d.c. præterea. appellatio ſuſpendit effectũ: ſed dubiũ eſſet ſi dicat, excõmunico te ſi diſpoſueris te ad appellandũ: & dico quòd non erit excõmunicatus in caſu in quo talis præceptus, phibere nõ põt appellationẽ: aliàs ſic. & de hoc ſ. Excõmunicatio. ij. notab. j. ¶ † Secũdò quæritur vtrũ excõmunicatus poſt legitimã appellationẽ, & nõ ante, ſit vitãdus? Et dico q̃ nõ: vt not. in c. licet. de ſent. excõ. lib. vj. & in c. paſtoralis. de app. tñ ſi excõmunicatus nominatim ſpecialiter expreſsè intra tẽpus à iure vel iudice ſtatutũ appellationẽ nõ fuerit proſecutus. vt debuit: eo elapſo poterit publicè denunciari excõicatus: & tũc erit euitandus tam in iudicio quàm extra, & ab actibus legitimis re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nouendus.dicto cap.licet & debet reputari pro excommunicato post talem denuntiationē idonec sententialiter fuerit declaratum appellationē ante excōmunicationem fuisse interpositam: interim tamen si celebrat & ingerat se diuinis, nō efficitur irregularis, secundū Archi.in d.c.licet.& sequitur Gemin.ibi: quia ex quo appellatio legitima fuit ante excommunicationem posita, illa suspendit. Et licet deinde denuntietur excōmunicatus, nō tamen excōmunicatur: nec verē est excōmunicatus, vt ibi patet.& idem videtur sentire Io. And. Et hoc sequitur Sum.Ang.& Ros.Sed fortè dici posset quòd appellatio excommunicationē nō suspendit, nisi vsq; ad terminum temporis, intra quod prosequēda erat: & consequenter iste est verè excōmunicatus post illud tēpus: alioquin ecclesia cōcederet posse mētiri. Et cōsequenter celebrādo est irregularis.

4 ¶† Tertiò quæritur, vtrū ignorantes prædictas sentētias excommunicationū ligētur quo ad Deū & cōscientiā, faciēdo, vel omittēdo illud, propter quod sentētia excōmunicationis imponitur. Et dico distinguendo sic: Si ignorātia est affectata, crassa vel supina, quæ est lata culpa, ligantur secundū cōmuniter Doct. per tex. clarū in c.vt animarū.de cōst.lib.vj. si verò nō est affectata, nec crassa, aut supina: sic in conscientia. ex not.in c.cognoscētes.de cōsti.& in c.à nobis.el j.de sen.excō. & in d.c.vt animarū.distinguit Sum.Ang. quia aut id quod fit vel omittitur, est solùm cōtra ius positiuū vel statutū: aut est contra legē Dei, vel quod idē est, naturæ. Si solùm cōtra ius positiuū, ignorās nō ligatur: quia requirit dolus verbi gratia vel præsumptus, cuiusmodi est lata culpa. l. quod Neruа.ff. depo. & hoc tenet Io.And.in c quantæ.eo.tit.in nouel.vbi dicit quòd in nullū canonē aliquis incidit, nisi sit in dolo. & idē tenet, vt videtur Inn.in c.cū medicinalis.eo.tit.lib.vj. Facit quod not. Bar.in l.quicūq;.C.de seruis fu. vbi dicit q; vbicūq; loquimur de pœna capitali vel corporali, subintelligitur dolus: ergo à fortiori in hac pœna, quæ animā ligat & occidit mutilans à corpore viuo, id est, ecclesiæ. Facit etiā quòd excōicatio iuris non incurritur, nisi peccādo mortaliter: vt dicit Pet.de Pal. Si verò sit cōtra ius naturale vel Dei, & delinquēs hoc scit, licet ignoret, phibitū iure positiuo in hoc diuersitas est inter Doctores: quia gl.in d.c.à nobis.& Bar.in l.cūctos populos.C.de sum.Tri.& fi.cat. videtur tenere quòd ligat: quia est in dolo, faciendo sciēter rē sibi prohibitā, pro quibus facit l. nec exēplū.C.ad l.Corn.de fal.& c.cū illorū.in fi.eo.tit. quam etiam opinionē videtur tenere Sco.in iiij.dist.lx. Io.autē And.in d.c.vt animarum. tenet cōtrariū: vt illi imponit Sum.Ang.& quo ad excōmunicationem do.And.& Pan.in d.c.à nobis.& Gemi.in d.c.vt animarū Sum.autē Ang. videtur cōcordare: quia prima opinio habet veritatē vbi ignorātia est lata: aliàs secūda: & verū est vt ẽ dictū est. Excōicatio.ij.notabili iij. Sed tunc malè distinxit inter ius positiuū & diuinum: quia sicut in illo, ita aliquando & in isto excusat ignorantia nisi sit lata, vt etiam idē alibi tenet, scilicet Ignorantia.§.iij. Vide etiam infrà Ignorantia.§.viij. Nec obstat, quòd sæpe in excommunicationibus dicitur sufficere affixionem ad valuas ecclesiæ sancti Petri Romæ: quia hoc verū est quo ad præsumptionē fori contētiosi: & quo ad eos qui sunt in culpa, ne publicētur in suis terris, quorū scilicet ignorātia est affectata: aliàs quilibet teneretur studere in iure canonico, & habere referēdarium in vrbe Roma. Vide etiam infrà Ignorantia.§.viij.

5 ¶† Quartò queritur, vtrū propter expletorem siue executoreм facti, alius incidat in excōmunicationem? Et dico multa.

¶ Primum. Mandans fieri aliquid per quod in excommunicationem incidit faciens, dico quòd incidit, iuxta distinctionem dandam ℣. Mandatū.§.iiij. Si tamen quod mādauit non habuit effectum, secundum aliquos in nullo casu prædictorum incidit mandans, nisi solùm in casu, de quo de homic.c.j. scilicet in occisione per assassinos. vide tamen suprà Excommunicatio.vij. excōmunicatione xj.parti.ij. ¶ Secundū. Ratū habens maleficium, per quod incidisset in aliquā prædictarū excommunicationū, ligatur, si interueniāt quæ requiruntur ad hoc vt ratihabitio habeat locū. de quibus ẽ. Consensus.§.v.

¶† Tertium. Consulētes, dantes fauorem, inducentes aliquem ad aliquod prædictorū, non incidit, nisi vbi exprimitur: & nisi hoc facerent circa factū damnatū, postquam iam ille inciderat: quia sic ligarentur eadem pœna, & ab eodem essent absoluendi. de sent.excom.nuper. ¶ Quartum. Cùm infligitur excommunicatio dantibus consilium, secundum Card.in cle.si quis.de pœn. intelligitur de cōsilio fraudulento, nō de nudo, quod nihil adijcit ad peccatum, vt not.in d.c.nuper.in glo.ij. & in cap.sicut dignum.de homic. quia scilicet sic omnino faceret, & eū tanto animo: vbi autē quis efficacius inducitur, licet aliàs esset factурus, tunc nō est nudū consiliū, nec simpliciter fauor: vt elicitur ex gloss.in cap.felicis.de pœn.lib.vj. Et dicit Paul. quòd regulariter quis ex nudo cōsilio non tenetur: quod etiā dicit quòd consiliū præstatur suadēdo, rogādo, mandando, instruendo, vel vtilitatē inde sequituram ostendendo: vt not.Inno.in c.ad audientiam.de homi. ¶† Quinto quæritur, cùm dicitur quòd aliqui nō sint absoluendi, nisi prius satisfecerint, vel aliud fecerint: vtrum teneat absolutio ante satisfactionem eius quod mandatur? Et dico pro regula tenendum quòd vbicūq; ius vtitur isto verbo potest, negatiuè, absolutio impensa contra id quod sic imponitur, est nulla: vt patet per glo.in reg.j.de reg iur.lib.vj. & idem die quādo canon vtitur verbo, nō valeant. Vbi verò canon vtitur verbo, nullatenus, secundum Zen.in cle.vnica.de seque.nō valet, sed secundum Card.ibi, valet. Ego verò dico quòd valet, etiam si omittatur quod canon mandat, vbi aliàs absoluenti de iure cōpetit absolutio: nō valet autē vbi nō cōpetebat illi de iure: puta quia cōditor canonis sibi vel alteri reseruauit, & solùm concessit in aliquo casu sub aliqua forma: vnde forma omissa nihil fit. & facit gloss.in clem.j.de iure par.in verbo, inhibentes.

De Executore.

1 *Executor quisnam proprie dicendus: & quotuplex? Et quis in rebus ecclesiasticis exequitor esse possit?*

2 *Appellari ab exequutore, an possit, & ab quo?*

EXEQVTOR † proprie dicitur, qui rem iudicatam ducit ad effectum, secundū gl.in cap.super quæstionum. de offic.deleg. & est duplex, scilicet merus, scilicet is, cui mera exequutio mandatur, causa à superiori cognita: qui in rebus ecclesiasticis pōt esse quilibet clericus: & mistus, scilicet is, cui aliqd à superiore exequendū mandat simpliciter: & talis in rebus ecclesiasticis esse non pōt, nisi in dignitate constitutus, aut personatum habens, vel canonicus ecclesiæ cathedralis: si commissio fiat ei authoritate literarum apostolicarum vel legatorum aut delegatorū apostolicorum: secus si ab alijs: quia tūc quilibet clericus esse potest: vt patet per can. in cap.statutū.de refer.lib. vj. ¶ A† primo, iure canonico an ciuili appellari non potest. de re iudica. quod ad consultationem, & l.ab executione. C.quorum app. non reci. nisi executor sententiæ modum excedat, vt dicit tex.in dicta l. aut mutator sententiæ modum excedat, vt dicit tex.in dicta l. aut malè interpretetur sententiam, & huiusmodi de quibus glo. in d.c.qui ad consultationē. ¶ A secundo autem appellari potest, si aggranat vel iniuriatur: & debet iste admittere rationabiles exceptiones, de offic.deleg.ex parte.el j.& cap. ea quæ sunt iuxta ecclesiam.arg.xij.q.j.necessaria.& capite. nullatenus.xvij.q.iiij. diffiniuit.& idem die de dormitorio & domibus clericorum, quæ sunt iuxta ecclesiam, cū eorum hortis, arg.

De Exemptione & Exemptis.

1 *Exemptio quid importet: & cuius diffinitio. Quid exemptos, & quos de causis contra exemptum cognoscere debeat ac possit. Et eximere cuius proprie sit?*

2 *Exemptio quotuplex est. Et quæ exemptio loco vel personæ exemptis dicantur. numer. sequen.*

3 *Exemptio data loci occasione, quid differat ab ea, quæ ratione personæ obtenta est? Et quibus verbis exemptio probetur. nu.5.*

4 *Exemptos qui se aiunt, si ab ordinarijs requirantur, num priuilegia sua ostendere teneantur?*

5 *Lite super priuilegij validitate pendente, an debeat qui possessionis vsu, vel quasi etiam si possessio contra ius sit, priuari.*

6 *Exemptus ab ordinario citatus, an parere teneatur? Et an habens priuilegium, vt non possit ab ordinario excommunicari, possit nobilo facinus aliquod casu ab eo excommunicari? nu. seq.*

7 *Exemptus num coram ordinario conueniri possit occasione loci, si alibi delinquant, contrahant, aut res consistat? Et an exemptus coram ordinario litigans, nec exemptionem allegans, eam perdat? nume. seq. Et ibidem an exemptus exemptionis priuilegio renuntiare queat?*

8 *Priuilegium, de quo hic, an per literas, & quibus hoc mentio fit, reuocetur?*

9 *Exēptis quid possint, aut nō possint, quatuor dictis explicatur.*

EXEMPTIO † videtur importare collationem libertatis, seu eductionem ab aliqua subiectione aut seruitute. Et in proposito nostro exemptio est quædam liberatio à potestate ordinarij inferioris papa, stante subiectione immediata ad Romanum pontificem. Exemptus autem est, qui exemptione potitur, siue qui non subest iurisdictioni ordinarij: vt patet. & not.in c.cum personæ.de priui.lib.vj. Vnde solus papa vel legatus de latere potest cognoscere de causis contra exemptum: vt no.in c.post translationem.de offic.lega. secus in alijs legatis, vt ibi. Vnde eximere propriè est apostolicæ sedis vel j.q.j.frater.vj.q.iij.nūc verò. Io.And.in gl.in d.c.j.de priuil.libr.vj. ¶ Primò † verò quæritur, quotuplex sit exemptio? Et dico quòd quædam est personalis, qua eximitur persona, vt à nullo, scilicet etiam legato sedis apostolicæ vel iudice delegato excommunicari, interdici, vel suspendi possit: quædam verò localis, quæ fit loco, id est, ecclesiæ vel monasterio. Quædā etiā est vniuersalis, qua scilicet ecclesia vel persona cum vniuersalitate iuris spectat ad papātia vt metropolitanus aut diœcesanus nil iuris habeat in exempta. Quædāverò particularis, qua quid eximitur in parte in certis casibus tantum: verbi gratia si fortè aliqua ecclesia quantū ad hoc est exempta, vt nullus episcopus vel archiepiscopus possit in ea diuina suspendere, sicut in sua diœcesi: & aliàs ei exhibeat reuerentiā & honorem. Quædā etiā quantū ad monasteria est superiorem nō recognoscens præter papā: quædam verò recognoscit quidem superiorem non diœcesanum vel metropolitanum, sed prælatum eiusdem ordinis. gl.est in cle.attendentes.de sta.mo. ¶ Secundò † verò quæritur, quæ intelligantur exempta exempto loco vel persona? Et dico quòd exempta ecclesia, vel monasterio, intelliguntur exempti ipsius monachi, vel canonici, clerici, & etiā cōuersi, perpetuoq; oblatinō autem eiusdem ecclesiæ presbyter, qui parochianorum curā habet, quo ad pertinentia ad curam illaminec ipsi parochianiuer in cap.per exemptionem.de priui.libro vj. Eximitur etiam exempto monasterio, secundum glo.in d.c. ecclesia.& ipsius cœmeteriū & domus & theatrum cum hortis, & arcus qui sunt iuxta ecclesiam.arg.xij.q.j.necessaria.& capite. nullatenus.xvij.q.iiij. diffiniuit.& idem die de dormitorio & domibus

d.c.necessaria.&.c.definiuit. Si autem canonici alicuius ecclesiæ eximantur, ipsi soli sunt exempti, non autem ecclesia, vel eius clerici: sed si eximantur clerici cuiusuis ecclesiæ, tūc tam canonici quàm alij clerici sunt exempti: non autem ecclesia, nisi aliud exprimatur: vt in d.c. per exemptionem. nec etiā cōuertisvel oblativet ibi dicit glossa. ¶ Tertiò † quæritur, quæ differentia sit inter exemptionem datam ratione loci & ratione personæ? Et dicit Pan.in cap.tuarum.de priuil. quòd quando exemptio datur ratione loci, puta ecclesiæ vel monasterij: in istis locum habet c.j.de privileg.lib.vj. quod ratione delicti commissi extra locum exemptum, vel ratione contractus alibi initi, vel ratione rei alibi sitæ, possent coram ordinario conueniri & ab eo puniri. Quando verò datur exemptio ratione personæ & non loci, vt in priuilegio concessō capellanis & familiaribus papæ: de talibus non habet locum d.c.j. quia nec etiam ratione delicti puniri possent ab ordinarijs: aliter eorum priuilegium esset inutile. quod esse non debet: vt in c.fi papa.de priui.lib.vj. Ex quibus omnibus concludo quòd exemptus ratione loci vel rei non censetur exemptus ratione alterius rei vel loci. Vnde priuilegium concessum personis respectu certi loci non extenditur vltra locum: vnde censetur potius reale quàm personale: vt not. Pan.in c. cum capella.de priuil. secus in exemptione ratione personæ, vt patet. ¶ Quartò † quæritur, quibus verbis probatur exemptio? Et dico q̄ multiplicibus: vt probatur in c.fi papa.de priuil.lib.vj. pura si papa dicat in priuilegio exemptionis vel tentiando super exemptione, ecclesiam iuris beati Petri existere: siue ad ius & proprietatem Romanæ ecclesiæ pertinere, vel ad Romanā ecclesiā specialiter aut sine medio & singulariter percipere: vel si dicat q̄ ecclesia sit libera, seu quòd potiatur Romanæ ecclesiæ libertate: siue q̄ episcopus non audeat illic cathedram collocare, seu aliquod imperiū exercere vel potestatem: aut quòd eā eximit à potestate episcopi: item si recipiantur in proprios subiectos: per quæ & similia cognoscitur exemptio: vt ibi patet. Secus si reciperentur sub defensiōe, vt in c.ex parte.el ij.de priui. vel in proprios filios: quia non essent exempti, vt ibi dicitur: & ibi vide. ¶ Quintò † quæritur, vtrū si requirantur ab ordinarijs, teneantur ostendere sua priuilegia, qui dicunt se exemptos. Et dico quòd sic: & tradere transcripta articulorum, de quibus fuerit controuersia. Et si ad exemptionem allegat solam præscriptionem de hoc debent fidem facere. Et si allegent vtraq; tunc si priuilegium ad plenum non sufficit, sed tamen causam præbeat præscribendi, tenentur præscriptionem probare: & probatione pendente non turbentur. Et si non allegent nec exhibeant saltem tale priuilegium quod causam præbeat præscribendi, diœcesani tantum iure suo: de priuilegijs cum personæ. libro vj. Ostendere autem & ad legendum integraliter exhibere debent in loco congruo & securo intra terminum competentem ordinariorum vel delegatorum ipsorum arbitrio moderandum. eo. capite, & tit. vbi glo. dicit quòd si ordinarius dicit suam esse iurisdictionem, & subditus hoc negat: bene cognoscit ordinarius an sua fit iurisdictio. de rescript. super literis, sed ad omnem suspicionem tollendam, melius videtur expediendum per delegatum. de foro comp. ij quis. ¶ Sextò † quæritur, vtrum pendente lite super validitate priuilegij, seu an fuerit concessum, vel non, debeat quis priuari vsu possessionis vel quasi, etiam si possessio sit contra ius? Et dicit Panor. in cap.j. vt lite penden. quòd non. text. est in d. cap. cum personæ. in §. quòd si tales. cum §. sequenti. & hoc idem tenent ibi doc. vbi dicit Io.Mon. vt ibi not. Gem. quòd pendente lite non est turbandus in possessione sua, etiam si possideat contra ius commune, dummodo ex aliqua probatione, licet

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non sufficienti ad finale intentum, ipse iustificet possessionem. Et ita videtur sonare ibi tex. Vnde Io. And. in gl. vlt. ibidem dicit sic: No. quàtus fauor priuilegio debetur. Est enim priuilegium ex se fauorabile: sed præscriptio odiosa. de deci. 8 ex parte. & c. tua. de reg. iur. odia. hæc ille. ¶ Septimò † quæritur, vtrum exemptus citatus ab ordinario teneatur comparere? Et dicit Pan. in c. cum ordinem. de rescript. quòd aut est notoriè exemptus & iandiu toleratus priuilegio exemptionis, sicut sunt mendicantes: & sic non tenetur: nec valebit sententia super principali: quia est à non suo iudice: neq; tanquã contra contumacem. ad quod tex. est in l. non videtur. la prima. ff. de iudic. & text. bonus in cle. pastoralis. §. Pisana. & ibi bona gl. de re iu. & gl. in c. veniens. de accu. & ij. q. iij. si episcopus. & per no. in c. ij. de dila. & Bar. in l. ij. ff. si quis in iusvo. non ierit. licet in alijs terminis. Si verò non constat ita notoriè, tunc tenetur cõparere, & allegare priuilegium: & in loco cõgruo & securo intra terminum cõpetentem ordinario ostendere. de priui. cum personæ. libr. vj. Et in hoc multi simplices 9 iudices decipiuntur, vt dicit idem Pan. ¶ Octauò † quæritur, vtrum habens priuilegium quòd excommunicari non possit ab ordinario, possit aliquo casu excommunicari ab eo? Et dicit Richa. in iij. dist. xviij. quòd nõ, si ante sententiam in sui defensione allegat priuilegium. quod intellige si est paratus ostendere. Si verò illud non allegat: nihilo minus etiam sententia non tenet, si ipsum priuilegium est publicatum. Siverò non sit publicatũ, nihilo minus credo, inquit, sententiam non valere, si ipsum priuilegium sit notum iudici: arg. de appel. si duobus. in tex. & in gl. Si autem non est iudici notũ, nec priuilegiatus fuit in longo tenore libertatis: tunc sententia tenet. arg. d. c. si duobus. quod intelligo, nisi in priuilegio esset clausula irritans: quia tunc non valeret sententia. Si verò priuilegiatus allegat priuilegiũ non publicatum, nec iudici notum, nec fuit in longo tenore libertatis illius: & iudici petenti priuilegium sibi ostendi non vult illud ostendere clausulã, nec continentem suã libertatem: tenebit sententia, si sequatur cõtra eum. de priui. cũ personæ. lib. vj. nec propter ostensionem priuilegij sequetem iudicabitur sententiã fuisse nullã, vel esse reuocandam, hæc ille. ¶ Nonò † vtrum exempti conueniri 10 possint coram ordinario ratione loci, si alibi, id est, extra locũ suũ delinquãt aut cõtrahãt, vel res cõsistat? Et dico quòd sic, quacunque gaudeant libertate. de priuile. volentes lib. vj. quod intellige cum duplici limitatione. Prima, scilicet si non sint sic exempti quòd ratione delicti vel contractus vel rei litigiosæ conueniri non possint: vt prædicatores, minores, Cistercienses, & multi alij. Secũda, scilicet si etiam ipsi inueniantur alibi, id est, extra locum suum. Vnde conueniri non possunt: primò si dicto modo sint exempti: nec secũdò si delictũ, contractus, aut res litigiosa sint in loco exempto: nec tertiò, si illa sint alibi, & ipsi sint in loco sui domicilij: quia non possunt conueniri vbi habent domicilium: nec possent dioeceseani illorum vbi habent domicilium, remittere eos si cõueniantur ad locũ delicti, cõtractus, aut rei: vt in d. c. volentes. ¶ Decimò † vtrũ exemptus litigãs coram ordinario, & non allegans 11 exemptionem, peccat eã? Et dicit Pan. in c. j. de sent. & re iudi. quòd non: nec tenet sententia nõ obstante taciturnitate: quia etiã si voluisset, non potuisset in illum consentire vt in iudicem. de arbit. cum tempore. Et hoc tenet Io. And. in regula, scienti. lib. vj. in mer. & facit quod no. in l. j. C. vbi de crim. agi oportet. Ratio est secundum Pan. in d. c. cum tempore, quia exemptus exemptioni renũtiare nõ potest: quia tangitur nedum fauor exempti, sed etiam superioris, qui eximit illum: vt in c. ad apostolicam. de regula. & in l. si quis in conscribendo. C. de epis. & cle. Albe. tamen in d. l. si quis. tenet quòd exemptus renuntiare potest priuilegio exemptionis: per d. l. si quis. & ad leges contrarias respondet quòd loquuntur de priuilegio iuris communis introducto in fauorem ordinis clericalis, cui renuntiari non potest: sed suo priuilegio speciali bene potest. Sed ego dico quòd renuntiare potest in suum, & non in superioris, præiudicium. Vnde renuntiare potest in aliquo casu nõ simpliciter, quia eximitur gratia vtriusq;, licet principaliter gratia sui, vt quietius viuat. Nec teneo cũ Sum. Ang. q renuntiare possit, quando ipse impetrauit exemptionem, & non quando superior eũ exemit proprio motu: quia vtroq; casu stat quòd exemptio fiat gratia vtriusq;. vide 7. Absolutio. v. §. ij. ¶ Vndecimò † pone q papa priuilegium cõcesserit monasterio monialium, vt nõ teneantur ad procurationem legatorum, etiam si in literis eorũ dicatur, vt tam non exempti quàm exempti teneantur, nisi de indulto concesso mentio fiat mentio de verbo ad verbũ: deinde papa cõcedit legato vt possit exigere procurationem à quibuscunq; personis etiã exemptis, quanquã talia sint priuilegia q de ea fiat facienda mentio de verbo ad verbũ, quæ voluit in istis literis haberi pro expressis. Quæritur an per has literas illud priuilegiũ reuocetur? Et videt quæstio satis dubia, vt refert Pan. in c. cum instantia. de cens. Et dicit Fede. tenuisse q non: quia de priuilegio debet fieri mentio ad hoc vt ei derogetur: de rescrip. veniens. & notatur xxv. q. ij in Summa. & in c. j. de rescrip. nec sufficit mentio generalis, sed requiritur specifica. in c. ij. de do. & contu. Et præterea si diceremus oppositum, primum priuilegium esset inutile, cùm papa semper concedat plenissimas literas legatis. Sed postmodũ idem Fed. cõl. xlvij. mutauit sententiam tenendo contrariũ: quia per verba generalia plenissima reuocantur omnia priuilegia, statuta, & cõsuetudines, vt est bonus tex. in cle. dudũ. de sepul. Item si diceremus contrariũ, iudicrẽt minueretur potestas papæ: quia cùm priuilegia in facto consistant, & papa non habeat omnium memoriã, impossibile foret quòd de omnibus huiusmodi priuilegijs faceret mentionem de verbo ad verbũ. Vũ satis est quòd appareat de sua intentione volente reuocare talia priuilegia. Concludo ergo q tam in hac materia quàm in alia, debemus semper cõsiderare primi & secũdi tenorem, & secundũ eorum vim iudicare vel pro priuilegio, vel pro reuocatione. Et faciunt prædicta ad materiam testamentorum. hæc Pan. Cui concor. Card. in cle. j. de sepul. vbi dicit q si in secundo est aliqua specialis expressio, per quã aperte colligitur mens disponentis, hoc sufficit ad reuocandum priorem dispositionem, etiã si in primo dicetur quòd oporteat exprimi nomen talis sancti, & huiusmodi. Et refert Bart. in l. si quis in principio. ff. de leg. iij. tenere quòd testator dicit, non obstante quocunque alio testamento, etiam si in eo fiat verba derogatoria: talis expressio dicitur specialis, & sufficit ad reuocandum hæc Card. Et ad hoc bonus text. in clem. dudum. præalle. alius in cap. alma. de sent. excom. libr. vj. Testamentum. j. §. xij. partic. iiij. in fin. ¶ Duodecimò † quæritur, quid possint vel non possint exempti? Et dico multa. ¶ Primum. Exempti non possunt construere oratoria vel capellas in locis non exemptis sine licentia dioecesanorum nec etiam in sic constructis celebrare vel celebrari facere tempore interdicti in casibus nõ expressis: aliàs per ordinarios essent pescantur: & si propter hoc conservatores ferrent sententias contra ordinarios, non valerent. de priuile. authoritate. libro vj. Quod intellige de oratorijs publicis: quia in priuatis possunt, secundũ gl. ibi. Intellige etiam quando episcopi prohibuerunt ibi celebrari: aliàs quando committer in eis celebratur, si fiat de consensu eius, qui eorum illorum habet, sufficit sine licentia episcopi. ¶ Secundum. Non possunt etiam dicta

dicta facere in locis exemptis sine licentia vel priuilegio fedin Apostolicæ speciali: vt in d. cap. authoritate. §. inhibemus. ¶ Tertiũ. Non possunt etiã assumere lites suorũ hominũ & censualiũ: vt in d. c. authoritate. in fi. gl. ¶ Quartũ. Io eos religiosos, qui priuilegiũ habẽt ne à quoquã possint excõmunicari, suspendi, vel interdici pro vlla causa, vel in vllo loco, ordinarij quãtũ ad ista iurisdictionẽ suã exercere nõ possunt vbicũq; fuerint: nisi illi moõachi mitterẽtur ad prioratus subiectos ordinarijs: quia tũc licet vtrobiq; sint monachi, ordinarij quo ad prædicta etiã illos iudicant quãdiu ibi manent. de priuileg. volẽtes. lib. vj. vtrũ antẽ delinquẽs in loco exempto, ligetur statuto episcopi, infrà Statutũ. §. ij. Et suprà Excõmunicatio. ij. no. iij. dubio. j. Quod etiã exercere possit episcopus, vel archiepiscopus in loco exẽpto, suprà Episcopus. §. viij.

¶ Exhaeredatio, vide j. Hæreditas ij. per totum.

De Exorcista.

Exorcista Græcè, Latinè dicitur adiurans, vel increpans. xxj. dist. cleros & consequenter exorcizare, est adiurare, vel increpare. Quod in ordine ad dæmones dupliciter contingit. Primò scilicet, ex officio. & sic est proprium facerdotis vel exorcistæ: vt suprà Catechismus. & secundò, ex communi potestate à Christo tradita Christianis, & sic conuenit omnibus: vt suprà Adiuratio. §. iiij. & v.

De Expensis.

1 *Expensa ab impensis quid differant. Et quid horum vnum quodq;. Et quid de damno & interesse, & an renuntians vni, alij renuntiare videatur?*
2 *Expensæ quotuplices sunt? Et quomodo expensa moderanda sint, tam in cibarijs, quàm in alijs: num. seq. Et an in examinanda facultatibus habenda sit expensarum ratio? num. seq.*
5 *Expensæ in re alienã factæ an sint attendendæ?*
6 *Vulnerans alium, num ad expensas teneatur?*

1 Expensæ. † quantum ad vocabulum ipsum, sunt voluntarij & nõ necessarij sumptus, dictę quasi extra pensum & debitũ factæ: sed impẽsę sunt vtiles & necessarij sumptus ab impendio dictę. vnũ tamen pro alio frequenter ponitur: vt in l. Iulianus. ff. de mino. in fin. vbi expensæ pro impensis ponuntur, & econtrario: vt ff. de verbor. significa. l. impensæ. Quandoq; etiã sumũtur expensæ generaliter pro expensis & impensis: & sic loquendo nõ differunt ab impensis, sed à damno interesse, quod nomine expensarum non venit: quia expensa est, quam quis facit eundo & redeundo, vel morem familiam tenendo, aut soluendo aduocatis, & huiusmodi: damnum verò vel interesse sunt in re vel circa rem. Vnde remittens vnum, aliud non videtur remittere: vt cap. in nostra. de iniur. in text. & in gloss. & instrumentum factum super vno, non extenditur ad aliud, vt ibi. ¶ Primò verò quæritur quotuplices sunt expensæ secundum iura? Et dico quòd 2 triplices, scilicet necessariæ, vt illæ quæ si factæ non fuissent, perijsset, aut fuisset facta deterior res, circa quã factæ sunt. & viles: vt quæ rem meliorem faciũt, & deteriorationẽ sic non permittunt. & voluntariæ: vt quæ rem tãtùm ornant, sed fructum non augent. l. impensas. ff. de verborum signific. ¶ Secundò quæritur, quomodo expensæ sint moderandæ, 3 tam in cibarijs, quàm in alijs? Et dico quòd secundum dignitatem eius, cui præstantur, & facultatem illius, qui præstare debet, vt colligitur in l. habitatio. ff. de vsufruct. Et proinde dicit Bald. in dicto §. j. quòd abbas debet melius vestiri & l. sed & si quidem. §. j. in verbo, vestiri. ff. de vsufruct. Et præterea dicit Bald. in dicto §. j. quòd abbas debet melius vesti quàm monachus: magister in Theologia quàm alij fratres: doctor quàm scholaris. Et idem dic de cibarijs, per Bartol. C. de episco. audi. ¶ Tertiò quæritur vtrum in examinandis facultatibus habenda sit ratio expensarum? Et dico quòd sic vt not. gloss. in cap. quoniam. de vita & honest. cler. vnde illi fructus æstimandi sunt, qui supersunt deductis expensis. C. de fru. & li. ex l. j. ¶ Quartò quæritur, vtrum expensæ factæ in 5 re aliena, sint attendendæ? Et distinguo, quia si erat possessor malæ fidei, de rigore iuris habebit solùm necessarias, puta illas, quas fecit gratia fructuũ quærendorum, congregandorum, aut conseruãdorũ, & huiusmodi necessarias: quæ etiam à possessore malæ fidei deducuntur: vt in l. si à patre. §. fructus. ff. de petit. hæred. & l. planè. in fin. ibidem. alias autem si quas fecit, amittit: vt l. ex argento. ff. de condict. furti. & Instit. de rerum diu. §. ex aduerso. Vtiles verò & voluntarias secum poterit auferre, quando sine læsione prioris status rei id fieri potest. l. domũ. C. de rei vendic. In foro tamen animæ secundum Mon. in titulo Vsura v. poterit etiam repetere necessarias & vtiles. & placet per rationem dictarum legum. Si autem erat possessor bonæ fidei, sic tollere pót omnes expensas, quas fecit, si sine rei læsione põt. l. Iulianus. la ij. ff. de rei vendic. vel si tolli nõ possent, dominus rei soluet eas. l. in fundo. eodem titul. aut vendet ei rem, in quam factæ sunt: quia dicitur. ff. de peti. hæred. l. si quid possessor. §. sicut ante. quòd quis culpari non debet de administratione rei quam tenet vt suam bona fide. Et idem dic quãdo fecit credens rationabiliter se vtiliter gerere negotium proximi. ff. de negotijs gestis. per totum. infrà Restitutio. iij. §. viij. ¶ Quintò quæritur, 6 vtrum ad expensas teneatur qui alium vulnerauit? Et dico quòd sic ad omnes, quæ pro curatione fecit: vt. ff. si quadrupau. fe. dica. l. ex hac. & ff. de his qui deie. vel effu. l. vltima. vide etiam gloss. in cap. si quis membrorũ. xxiij. quæst. vltima. & in cap. j. de iniur. Non autem tenetur ad vota quæ languidus fecit: quia sic ad libitũ posset depauperare percussorem. Si etiam fieret bona fide, & non in fraudem, adhuc non tenetur: nisi fortè certum esset quòd per naturam sanari non poterat: quia nõ debet expensis grauare percussorem, nisi quantum est necesse. Quomodo autem debeantur expensæ quando bona fide sunt factę sciẽter in re aliena, puta in re locata: infrà locatio. §. xvj. & suprà Commodatũ §. iij. & suprà Dos. §. xx. & infrà Peculium. xij. & xiij.

De Expositis.

1 *Expositus quis sit? Et quæ sit exponentis pœna? num seq.*
3 *Exponentes ex necessitate, an excusentur?*
4 *Collector expositi, num possit expensas, & quos casibus repetere.*

Expositvs, † dicitur infans, seruus, libertus, & languidus, si dimittatur sine cura, vel ei negentur alimẽta à parentibus, à dominis, vel patronis: vt in cap. vnico. de infan. expo. quod quidẽ scilicet exponere, id est, ante ecclesiam ponere solent aliqui relegato pietatis officio: vt expositos alij manifesta ratione colligant. distinctio. lxxvij. sic expositus. 1
¶ † Primò verò quæritur quæ sit exponentis pœna? Et dico 2 quòd filius expositus à patre, vel ab alio eo consentiente vel ratum habẽte, liberatur à patria potestate: & seruus ac libertus à potestate dominica: & idem in languidis cuiuscũq; sint ætatis: vt in dicto cap. vnico. Si verò eo ignorante vel inuito, poterit eũ repetere: sed restituet expẽsas intra decẽ dies post epistolã contestationis factã: vt ibidem notatur: & in cap. fin. distinct. lxxxviij. Recolligens tamen talẽ expositum nihil iuris acquirit in illum: vt in dictis iuribus. ¶ † Secundò quæritur, 3 vtrum excusentur exponentes ex necessitate: puta quia eos alere non poterant? Et dicit gloss. in dicto cap. fin. quòd non: quia debuerunt eum mittere in Xenonem, id est Hospitale: vt C. de caducis tollendis. l. vnica. §. sed scimus. quia si talis locus non erat, tunc videtur gloss. dicere quòd excusatur de

Universidad de Deusto
Biblioteca

filio,sed de seruo nō:per dictam l.vnicam.& in auth.de nup. §.& multò potius,sed debuit eum vendere vel donare.quantum tamen ad filium,& si verū dicat illa gl.quantū ad pœnā prædictam,non tñ excusatur quo ad Deū:qua eo casu teneretur mēdicare,si filius sibi prouidere nō pot: & quantum in ipso est filiū occidit,n si forte expositio tali modo fieret q
4 nullum periculū immineret. ¶† Tertiò quæritˢ, vtrū collector possit expensas repetere?Et dicit glos.in d.cap.fin.quòd non,si sint,alimēta, vel causa alimentorū factæ, nisi in duobus casibus. Primò si protestatus est quòd repetere volebat: vt ff.de neg.gest.l.Nesennius,qđ limita verū, nisi esset persona quæ ad hoc teneretˢ:sicut ecclesia,quæ tenetˢ alere pauperes:quia quantūcūq; protestetˢ,nō repeteret:vt in c.sacrorū. xij.q.ij.& l.alimēta.C.de neg.gest.Limita etiā quòd illa protestatio est necessaria in foro contentioso:corā Deo autem quantum ad personā,quæ nō tenebat,sufficit à principio habuisse animū repetēdi.Secūdò,quādo expositus & collectus ducere nō vult in vxorē filiā collectoris.C.de nup.l.patrem. Si verò expensæ sunt aliæ ab alimētis,puta in erudiēdo puero circa aliquam artem,& huiusmodi:repetere poterit.C. de infan.exposi.l.j.De hac etiam materia,infrà Restitutio.

De Extraordinario.

1 *Extraordinarium cur ita dictum.Et quid sit iudicium extraordinarium?*
2 *Extraordinariū remediū quodnam dicatur?& ibidē quòd remedio ordinario suppetēte,nō sit ad extraordinariū recurrēdū.*

1 EXTRAORDINARIVM † dicitur quasi extra, vel præter ordinem situm aut factum.Et sic dicitur extraordinarium iudiciū corā delegato:vel quādo nō proceditur in figura iudicij:sed ex officio iudicis in modū inquisitionis vel denuntiationis. de quo text.cum glosſ.in cap. quoniam
2 contra.de probat.Et† similiter extraordinarium remedium est,quòd ob aliquam causam extra vel vltra cursum solitum alicui datur: vt restitutio minori lęso,vel absenti causa iusta, necessaria,vel probabili.Ad quæ remedia nunquam recurrendum est quandiu locus est remedio ordinario.

¶EXTREMA vnctio,infrà Vnctio extrema.

De Fabulis.

FABVLAE ociosæ,vel secularium negotiorum in conuiuijs clericorum recitari non debent,aut religiosorum: in cap. commia. & in cap.pro reuerentia.xliij.distin.nec fabularum oblectamenta excitatium mentem ad incentiua libidinum.cap.ideo.xxxvij.distinctione.

De Facere.

1 *Facere quod potest quis, quomodo intelligatur?*
2 *Deo, totum quod quis pentus potest, an sit possibile iuxta præsentis vitæ statum, vt præstetur.Et quatenus ab homine legislator totum exigere dicatur?*

3 FACERE † quod potest quis, quomodo intelligatur,habes in l.sunt qui.cum ix.legibus sequen. ff.de re iudicata. Nam patronus,patrona,liberi,& parentes eorum, miles armatæ militiæ,Doctor,vel presbyter,&c. si cōdemnentur ad id quod facere possint, non totum quod habent extorquendum est:sed ne egeant ratio habenda est:vt l.in condemnatione.ff.de regulis iur.Nam intelligitur quis facere debere, quod cōmodè & honestè potest:nec videtur posse,quod honestè fieri non potest.l.ut pos Proculo.De† hoc sic dicit Sanctus Tho. in iij.distinct.xv. quæstio
2 homo totum suum posse Deo debeat:non tamen ab eo exigitur de necessitate vt totum quod possit faciat:quia hoc est ei impossibile secundū statū præsentis vitæ,vt totū posse suū ad aliquid vnū expendat,cùm oporteat eū circa multa solicitum esse.Sed est quædā mesura homini adhibita, quæ ab eo requiritˢ,scilicet impletio mādatorū Dei:& sup ea pōt aliqd erogare vt satisfaciat.hæc ille.Et idē vbi 3.Legislator suo precepto nō exigit ab homine totū quod pōt:cùm non intendat ordinare statū hominis quātum ad vnū diem vel ad paruum tempus, sed ad totam vitam:à quo deficeret si semel homo totū quod posset faceret,hæc ibi, vide etiā, infrà Impossibile.

¶FALLACIA,est filia auaritiæ:de qua in verbo.Fallārius per totum.

¶FALCIDIA, vide infrà Legitima.

De Falsarijs,& Falsitate.

1 *Falsarij definitio:& quotuplex dicatur? Et vt quis falsarius sit,quot requirantur?*
2 *Literas alterius aperiens & legens, an falsarius censendus sit & qua pœna plecti debeat?Item an peccet mortaliter.*
3 *Falsarius num sit tabellio, qui absentium nomina in instrumento ponit:aut furtiue sigillum subripit? Et quid de latente, cōburente, aut celante publicas, aut priuatas ad alium pertinentes scripturas,ita vt nusquam amplius apparere queant?num.seq.vbi quid de falsantibus mercatorum libros, aut comburentibus,aut occultantibus.*
5 *Instrumenta per notarium falsum confecta,nullāne sint? & ibi de hoc docte & fusè.*
6 *Instrumentum à notario nō damnato, diuersa capita habens, confectum:si in vno falsum sit,an prorsus & in totum falsum esse censendum sit?*
7 *Monetam falsificans, num falsarius sit, & mortaliter peccet? Et de monetam cudente,& an cudere liceat?& ad quid & quibus tales teneantur?*
8 *Monetam falsum ignoranter accipiens,& eam sciēter expendens,qua pœna teneatur,& num mortaliter peccet?Et ibidem, quid de diminuti valoris pecunias emente, & eas denuo alibi pretio currente expendente?*
9 *Moneta quos modo falsificari dicatur?& cui pœnæ falsificatores obnoxius sit.Et ibidem an princeps pecuniæ pondus in maius commodū immutare,& idem pretium quod prius, statuere possit?*
10 *Monetarum falsarij qui sint? Et an princeps quosq; falsarios esse possit?Et ibidem Sum. Ang. refellitur.*
11 *Mensuras & pondera falsans, an mortaliter peccet, ad quod teneatur,& qua sit ipsius pœna?Et quid de falsa vtente?*

FALSARIVS † est, qui crimine falsi tenetur:vel qui crimen falsariorum admittit. de crimine fal.ad falsariorum.Vnde dicitur multipliciter falsarius, vt not. in cap.in memoriam.xix.dist.& in cap.quisquis.xj.quæst.iij.de crimine fal.per totum.Sed de falsario literarū Apostolicarū dictum est iuprà Excommunicatio.vij. excommunicatione iij.Falsitas autem in proposito, est mutatio veritatis cum dolo & iactura.Vnde ad esse eius teria requiruntur prędicta:& si vnum defecerit, non est punibilis,secundum Hostien.& Azon. & Tanc.in suis sum.per text.in l.quid sit falsum.ff.de fal.nuncha. nec extra.& l.damnū.C.eodem.Vnde non committitur in scriptura quæ fidem non facit,dicendum Bartolum.vide Panormitanum in cap.quāto.de iureiurando.& Tanc. de Corneto in rubr.viij.quæst.x.in versic.præterea. ¶† Primò verò quæritˢ,vtrum is qui alterius literas aperit & legit,sit falsarius? Et dicit glosſ.in cap.cum olim.el ij.de offic.deleg.quod punirī debet tanquā falsarius, allegat cap. olim. de rescrip. & cap.ad audientia.de ex.fal.Innoc.etiā tenet quòd sit falsarius,licet minus peccet,quàm si falsificatˢ sigillum,propter quod secundū Per.de Anch.debet puniri solùm pœna extraordinaria.de offi.deleg.de causis.& cōcor.communiter doc. capitula autem alle.per gl.loquuntur de falsario,qui facit rasuram vitiādo literam:vt in d.c.cum olim.vel apponendo sigillum adulterinum:vt in d.c.ad audientiam.Bar.autem in l. qui testamentū.ff.de fal.& Pan.in c.cum olim.el ij. de offic. deleg.tenent,q si eas aperit,ostendens aduersario mittentis, punitī potest:vt falsarius.ar.in l.j.§.in qui.ff.ad l.Corn.de fal. vbi inquit depositā instrumenta ostendit aduersario,incidit in crimen falsi.Quod not. contra aduocatos & notarios ostendentes iura partis aduersariæ. Si verò aperit,sed aduersario non ostendit,non punitur crimine falsi.& videtur text. in d.c. cum olim.& ff.de cri.stellio.per totum.& ad l.qui testamentum.ff.de falsis.ideò quòd est speciale in eo qui aperuit testamentum ex iussu,vt puniatur pœna falsi, vt ibi. Vnde aliud est in proposito:& debet iste puniri pœna stellionatus,id est, extraordinaria.Ex quibus rationabiliter colligitur quòd iste peccet mortaliter,nisi sit superior, aut inaduertenter faciat, spem habens in ratihabitione,aut habeantur literæ pro dere lictis:aut secundum Arclud. nisi esset manifestus aduersarius eius,dubitans ne aliquid ibi tractetur contra eū. Debuit enī scribens sibi prouidere ne veniret ad manus aduersarij. Et
3 ideo,credo vbi quis aperiret ad obuiandū iniusto malo corporali vel spirituali. ¶ Secundò † verò quæritˢ, vtrum sit falsarius tabellio absentium nomina in instrumento ponens, vel qui furtiuè subripuit sigillū ? Et dico quòd sic:vt no.in c. quanto.& c.ea.de his quæ fiunt à præla. imò secundum Bar. in auth. presbyter.C de sacrosan.ec falsitas non solùm committitur in dicendo falsum,sed etiam in tacendo verum.
4 ¶ Tertiò † quæritˢ, vtrum latentes vel cōburentes aut celantes scripturas publicas vel priuatas ad alium spectantes,ita quòd amplius non appareant,sit falsarius? Et dico quòd sic:vt est casus,vt ibi Bartolus.in l.Paulus.ff.de fal.& gl. Ex quo patet quid dicendum sit de falsantibus libros mercatorum,combu
5 rentibus,vel occultantibus vel aliàs scripturas:qui vltra pœnam falsarij tenentur ad restitutionem totius interesse. text. est in l.qui tabulas.ff.de furt.de quo infrà, Restitutio.ij.§.xvj. & Tabellio.§.viij.quod intellige si hoc fit cum iactura.
6 ¶ Quartò † quæritˢ, vtrum instrumenta facta per notarium falsum,sint nulla? Et dico vt colligit Pan.in c.fraternitatis.de hæret.per Inno.ibidem distinguendum esse.Nam aut loquimur de instrumentis confectis ante falsitatem vel etiā post, eo tamen nondum damnato,sed tolerato in officio:& ficvalent pretextu officij,licet postea damnetur.facit l.Barbarius. ff.de offi.prætor.Aut loquimur de confectis post dānationem notarij:& sic non valent:vt in l.si aliquid.C.de suscep.præpo. de arear.Facit text.in d.si quis ex argentarijs.§.fi. ff.de edend. Bar.tamen in l.j.ff.ad l.Iul.repe.limitat verum,quando notarius fuit damnatus propter falsitatem cōmissam in officio tabellionatus.& sic loquitur dicta l.si aliquid. Secus si aliàs fuisset damnatus de falso commisso extra illud officium,vel si sit infamis ex alia causa:sicut in quodam consilio ipse Bartolus consuluit pro quodam notario damnato,quia extraxerat duas chartas de libro communitatis:quia valebant eius instrumenta,licet esset effectus infamis.Et hoc verum, modò illud officium non habeat in se dignitatem:vt quia est notarius principis l.j.C.de mand.prin. vel falarium de publico:vt quia est notarius in bancho:quia tunc non valerent. aliàs sic. Et pro maiori notitia dictorum Bar.vide Paulum de Castro in consilio cccxiij.incipiente,super eo,vbi dicitur quòd quando quis habet dignitatem vel officium ex publico quod exercetur inter non consentientes:vt esse notarium ad banchū iudicis,fola infamia contracta ex condemnatione alicuius falsi crimīnis,etiam si non sit notoria, priuat ipsum exercitione talis dignitatis vel publici officij, posito quòd non esset per sententiam adhuc priuatus tali officio:vt idem Bartolus expressè determinat in l. eadem lege.ff. ad l.Iul. rep. per l.ij.C.de generali abol.Si verò est officium publicum sine dignitate,& quod exercetur inter consentientes:vt est esse fimplicem notarium: & qui conficit instrumentum inter partes ipsum rogantes:valida sunt instrumenta quæ facit ante condemnationem hominis ac legis posi crimen , ex quo secuta condemnatione venit infamandus & priuandus officio, etiam si deliquit in officio, vt quia facit instrumentum falsum,secūdum Spe.de instru.edi.§.restat.ver.quid si tabellio. & sunt valida,etiam si crimen illud erat notorium . facit l.si quis ex argentarijs.§.primo.ff.de eden. Si autem lata erat sententia officij,priuativa:tunc aut à iure scripto:& habet locum glosſ.quæ est in authentico,de tabel.§.penultimo.quæ videtur distinguere,an erat occulta vel notoria,aut ab homine legis ministro : & tunc talis distinctio non est adhibenda: imò indistinctè non valent instrumenta postea confecta,secundum Baldum.in l.secunda.C.de sent.& interlo. omn.iud. Si autem sententia fuit lata super crimen , & non priuativa officij,ex qua incurrit infamiam:tunc locum habet quod dicit Bartolus in d.l.eadem lege.& Baldus in l. & militibus.C. de testament.milit.qui simpliciter dicunt ipsum non prohiberi alia instrumenta conficere propter hoc.
¶ Quintò † quæritˢ, vtrum instrumentum factum à notario non damnato,quod habet capitula diuersa,sit falsum totum si falsitatem habet in capitulo uno.& Bar.in l.si ex falsis.C.de transact.distinguit. Nam aut falsitas prouenit ex vitio notarij:& tunc corruit totum instrumentum.Et hoc etiam tenet Innocentius,& Pan.placet vbi suprà.sicut etiam in totum reprobatur dictum testis ,si quam falsitatem adijciat in testimonio suo:quia reperitur periurus.Et hoc verum est si falsitas sit circa substantialia instrumenti: puta, quia in indictione aut die:vel circa substantiale negotij,aut eius circunstantias:vt quia debebat scribere x.& scripsit xx. Si autem sit circa alia accidentalia vel extrinseca:vt quia scripsit contrahentes esse consanguineos , vel aliquid aliud quod non facit ad negotium,licet hoc sit falsum:non tamen reprobatur instrumentum propter hoc:quia non pertinet ad officium notarij. & idem in teste. Aut falsitas non prouenit ex vitio notarij: & tunc si concernit substantialia instrumenti : vt quia omissa est indictio & dies,totum corruit:vt in capite,inter. de fide instrum. Si verò concernit substantialia negotij, distinguendum est. Nam si capitula sint connexa, non corruit totum, secundum Pan.vt ei imponit Sum.Ros. Si verò non sint connexa,totum corruit:vt d.l.ex falsis. Secundum verò Summ. Ang.Panor.dicit totum oppositum: quia primo casu totum corruit,non secundo.Sed re vera Sum.Ros.bene allegat verba,Panor.in exemplari corrupto:Sum.verò Ang. bene allegat verba & sensum.quod patet,primò quia Panor.refert se ad distinctionem iam in eodem capite recitatam quæ ita habet.Secundò,quia allegat l.si ex falsis.quæ idem innuit.Tertiò,quia ratio id astruit: quia aliquo ruente non est consequens quòd aliqua ruant, nisi se contingant.
¶ Sextò † quæritˢ, vtrum monetam falsificans sit falsarius, & mortaliter peccet?Et dico quòd monetam cudere non licet sine consensu Principis seu Imperatoris: vt in l. secunda & tertia.ff.de fals.monet.secundum Bartolum & Cynum ibi.quod limita nisi ciuitas vel princeps inferior hoc præscripsisset tanto tempore , de cuius initio memoria non existat: vt in capite , super quibusdam . de verborum significatione. vel nisi esset talis qui præscripsisset iura Imperij , vt Hispaniæ reges,qui,vt dicit glo.dist.seragesimatertia.cap. Valen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tinianus.non subiacent Imperio: quia de hostium faucibus regnum eruerunt. Igitur falsans monetas mortaliter peccat, secundum Host. Io. Mo. Per. & Io. de Imo. in cap. quanto. de iureiu. & patet per tex. ibi, vbi dicitur quòd seruans falsam monetam, agit iniquè: & consequenter à fortiori falsans. patet etiam per extrauagantem Io. xxij. qui excommunicat omnes tales in regno Francorum. Tenetur autem de omne damnum datum communitati vel personæ vt notant prædicti vbi ſ. Et si specialis nescitur persona, tenetur pauperibus. arg. eorum q̃æ not. in c. cum tu. de vsur. & in regul. peccatum. de re. iur. lib. vj. pro quo etiam vide Host. in Sum. titu. de censi. §. ex quibus. ver. quid si moneta. ¶ Idem † die secundum Girar. Obdo. de eo qui falsam ignoranter recipit, & scienter pro bona exponit: quod semper intellige si sit alicuius notabilis valoris: secus autem in obolo. Vnde scienter expendens falsam monetam, secundum Pan. in d. c. quanto. videtur teneri pœna legis Cor. de fal. quæ regulariter est deportatio, & omnium bonorum publicatio: seruus verò vltimo supplicio punitur, quod Bar. dicit verũ quando quis expendit nummos stãneos, vel plumbeos: quia de illis tantùm mentionem facit illa lex: alias punitur pœna extraordinaria, secundum eundem Pan. secundum Arch. tamen qui pecunias diminuti ponderis vbi minus valent, emit iusto pretio, & defert ad locum vbi indifferenter sicut integræ expenduntur, non videtur peccare: quia nulli damnum infert, & sibi industria & labore lucrum quærit, sicut ſ est de alijs mercimonijs, per regulam, scienti. lib. vj. ¶ Septimò † quæritur, quomodo fallificat moneta? Et dico q̃ tribus modis, secundum cõmuniter doc. in d. c. quanto. Primò in forma, quando scilicet imponitur signũ illius qui eam cudi non facit: vt in l. falsi nominis. & in l. quæ nomine. ff. de fal. & in d. c. quanto. Vnde nouiter cudens monetã principis, comburitur. l. ij. ff. de fal. mo. cudens verò moneram ciuitatis vel inferioris à principe, capite punitur. C. eo. l. j. hoc tamen casu si moneta esset in bona materia & põdere, puto q̃ nulli teneretur de damno, nisi pecunia banniret: sed tantùm teneretur de iniuria ei cuius signũ violauit. Secũdò ex materia metallica, quando scilicet fit de ære vel stãno vel liga non debita: vt in l. Paulus ff. de solu. secundum Bart. vel cum realis materia immiscetur vbi non debet: vt in l. qui numos. & in l. Cornelia. ff. de falſ. la j. & generaliter vbi materia est minus prætiosa quàm debet. Tertiò, ex ponderetq̃a ista tria requiruntur de substantia monetæ: vt in l. j. §. j. ff. de contrahen. emp. Quod autem pondus debeat habere moneta. gl. in d. l. j. & Bar. in l. ij. §. j. ff. si cer. per. dicit q̃ tantus debet esse valor, & tantum pondus quantũ prius erat in materia, non deductis expensis, & labore cudendi, quæ de iure debent fieri de publico: sed secundũ Inno. quem cõmuniter sequuntur doc. & ex cõsuetudine sic seruãt, tantũ debet esse in pondere quantũ erat in materia deduct̃ expensis & labore quia nemo suis expensis eam facere tenet. ff. qui. ex cau. ma. l. j. &. c. qui sentit. de reg. iur. lib. vj. Imò plus credit Inno. q̃ si princeps indiget, potest inde sentire aliquid lucri: & sic à dicto pondere minuere aliquid modicum: non autem multum sine consensu populi. quod Pan. in d. c. quanto. limitat verum, nisi spargatur extra regnum: quia cum damno sibi non subditorum nõ potest. & hoc tene. Credit etiam Inno. quòd princeps cum populi consensu minuere possit pondus monetæ: vt tamen sic expendatur intra regnum ac si esset ponderis iusti: quia quilibet potest renuntiare iuri suo. vij. q. j. quàm periculosum. & dicit sufficere consensum maioris partis magnatum regni: quia negotium regni reputatur negotiũ vniuersitatis. ar. in l. ij. §. sanctissimus. C. de iureiu. propter calum. Sed de hoc Pan. vbi ſ. dubitat, cùm tractetur de præiudicio singulorum, arg. eorum quæ not. in c. omnes. de consti. & C. q̃ sit longa cõsue. in rub. & Summa Ang. tenet requiri consensum singulorũ. Sed ego teneo dictum Inn. quia impossibile, aut perdifficile est oes assentire. ¶ Octauò † quæritur, qui sunt fallarij monetarum, secundũ prædicta? Et dico q̃ multi. Primò, falsificãtes signũ. Secundò falsificantes materiã. Tertiò, diminuentes pondus sine principis & populi consensu. Quartò, princeps quãdo valentem seu bonã reprobat, & minus valentem acceptat vt bono foro nanciscatur bonam, & illa faciat cõflari, & cudi: vt tenet Host. & recitat Pan. vbi suprà. & facit text. in l. elegãter. §. qui reprobos. ff. de pig. act. Et ratio est, quia peccat contra materiã vel pondus directè circa malã, & indirectè circa bonã. Quintò, attendentes pecuniã, vel per sortem aquam subtiliantes, secundũ glo. in. d. c. quanto. & tenentur ad restitutionem damificatis: vel si illos ignorãt paupertibus necessariò. de iniu. capite fi. Sextò, cudentes monetã, qui aliquos numos minus iusto põdere cudũt, quia alios plus cuderunt: vt colligitur ex Host. Io. And. Per. de Anch. & Inn. vbi suprà. Et ratio, quia quod abundat in vno numo, non supplet ei q̃d in alio deest apud illum qui solùm minus valentem recepit. Qui tamen oes numos faciũt iusti ponderis, sed exuberantes alios attonsant, nõ sunt fallarij: sed m Sum. Ang. ubi distinctè contra Rof. & verũ est siue attonsent siue cõflent, si hoc faciũt publica authoritate. similiter etiã si priuata, modò iustum pondus seruatur: quia cùm dicitur q̃ attonsores monetarum sunt fallarij: intelligitur de iustis monetis, quæ inde remanent leuiores: tenentur tamen principi vel cõmunitati de materia quam inde auferũt: quia illa per errorem fisci immis apposita. Credit tamen Sum. Ang. quòd si abstinere nolint, non sint extra statum salutis. quod tamen fallum est, quia fures sunt, & irrogant iniuriam principi vel cõmunitati, quorum monetæ eos ex bonitate laudant. ¶ Nonò † quæritur, quid de falsante mensuras & põderas? Et dico quòd vltra animale tenentur ad omne damnum. de emp. & vend. c. ij. & tenetur xxx. diebus in pane & aqua ieiunare. quod secundum Arch. fortè verum est in foro contentioſo ecclesiastico. sed in foro animæ hodie hæc pœnitentia est arbitraria. Et idem de vtente falsatis scienter. Imò iure ciuili falsans mensuras, ponitur pœna l. Cor. de fal. ff. de extraordin. cri. l. annonam. quæ pœna est publicationis omnium bonorum cum deportatione, si liber est: si seruus est, vltimum supplicium. l. j. ff. de fal. Vrens verò falsũ, puniri potest in duplum, & relegari in quinquennium. ff. eo. l. pen. Tenetur autem falsans, secundum Arch. ad remediandum, in quantum potest sine periculo suæ personæ vel maioris scandali: vt scilicet auferantur de medio dictæ mensuræ vel pondera, aut æquentur. De falsarijs literarum apostolicarum, quomodo sint excommunicati, suprà Excommunicatio. vij. §. viij. Quomodo autem bulla vel instrumentum aut alia scriptura dicatur falsa, vide ſ. Tabellio. §. c.

De Fama, & Rumore.

1 *Fama à fando dicta, an idem sit quod communis opinio? & quotuplex sit? Et quid sit in genere sumpta?*
2 *Fama, vt verè dicatur, & sit, quot requirantur? Item ad eam probandam quo testes sufficiant? Et an admittatur in contrarium probatio?*
3 *Fama de homine bona, quid sit? Et quid de fama facti, vel negotij alicuius?*
4 *Rumor quid sit, & quid à fama differat. Item quid indicium? Et an indicia credulitatem inducere possint? Et an in contrarijs aliquo casu ad ferendam sententiam sufficere possint?*
5 *Famam pro posse, an aliquãdo mortaliter peccet, qui eã defendit. Et quid de his, qui in perfectioris statu sunt, maximè respectu*

iniuriarum personalium. Et quid si tales statum suum impugnari videant, an resistere debeant?

FAMA, rumor, secretum, occultum, manifestum, notorium, & publicum, inuicem conueniunt: sed de alijs à singulis primus vide suo loco.

¶ Primò igitur sciendum est quòd secundum Bar. fama dicitur à fando. vnde nisi sit locutio, non est fama, quantum ad totam suam rationem: sed solùm quantum ad primum, quod est de ratione eius, id est, quantum ad opinionem seu credulitatem: quomodo intelligendum est quod dicit glo. in l. eu gustionem. §. æstimatio. ff. de var. & extraor. & Tho. de Pipara, quòd fama, communis opinio, communis æstimatio, sunt idem, scilicet quantum ad primum: quod est de ratione famæ: sunt etiam synonyma secundum d. gloſſ. sed intellige quando illa extravocem manifestantur. § Secundò, sciendum est quòd secundum Pan. in c. vestra. de coha. cle. & mul. fama est duplex, scilicet bona & mala: quia ita se habere potest ad bonum sicut ad malum: cùm dicatur famosus latro. l. capitalis. §. famosos. C. de pœ. Et intellige de ea quæ est de aliquo homine in genere virtutis aut vitij: vt quòd est bonus vel malus. Quædam verò est de aliquo facto particulari: vt quod talis fecerit vel non fecerit, secũdum Bar. ¶ Tertiò, sciendum quòd secũdum Pan. in d. c. vestra. fama in genere, id est, communiter ad bonam & malam est communis locutio ex verisimilibus coniecturis consurgens: vnde fama est propriè quando tota ciuitas, aut vicinia, vel maior pars aliquid clamat ex cõiecturis verisimilibus: alias autem non est fama quo ad iuris effectus: sed sunt vanæ populi voces: vt de accu. per gl. & doc. in c. inquisitionis. quæ non sunt audiendæ, per glos. in c. ij. de elec. & Bar. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæst. & tex. in l. ij. ff. de testi. Sed intellige quòd est communis locutio præponens opinionem siue credulitatem: vt patet ex diffinitione Bar. dicentis quòd fama est communis opinio voce manifesta ex suspicione. & intellige probabilivement. quod ideo dicitur, quia quando aliquid est certum aut visum a populo, non est fama, sed manifestum aut notorium. ¶ † Igitur ad famam quatuor requiruntur. Primo quòd sit opinio communis. Secundò quòd sit ex suspicione probabili. Tertiò quòd voce manifestetur. Quarto quòd manifestetur ab omnibus vel maiori parte: in quo differt à rumore, vt patebit. Vnde dicta paucorum non infamant secundum Pan. in c. cum in tua. de ſpon. Vbi etiam no. quòd vbi dicitur pars, nulla additione facta, intelligitur medietas de dec. c. ij. libr. vj. & in l. nomen. §. portionis. ff. de verb. signi. Quando verò additur ly aliqua vt dicendo, pars aliqua, verificat in qualibet minima pticula. ¶ Quartò, sciendum quòd licet ad famam faciendam requiratur maior pars, tamen ad famam probandã sufficiunt duo testes: vt no. in dicto c. tormenta. & in l. iij. ff. de testi. contra huiusmodi tamen probationem admittitur probatio contraria: quæ secunda probatio, si clarior sit, obfuscatur effectus primæ: & eo casu quo fama sufficeret ad torturam, & si per arg. de ſpon. cum in tua. & quod no. in l. fi. C. de quæst. An autem fama faciat plenam probationem, infrà Inquisitio j. §. xj. ¶ † Quintò, sciendum quòd fama bona de homine aliquo est secundũ Spe. illæ dignitatis status legibus & moribus cõtrarius. l. cognitionem. §. æstimatio. & in gl. in d. c. vestra. & C. vt patet per gl. vbi suprà. Dicit aũt Azo quòd in dicta deſcriptione nomen dignitatis non ponitur pro honore publico, sed pro potentia natura cunctis attributa. ¶ Vel breuiter fama hominis est communis opinio ex suspicione probabili cum locutione de illo homine: & si sit de malo, est mala: si de bono, bona. Fama verò de aliquo negotio vel facto est communis opinio ex suspicione probabili cum locutione de illo negotio. & sic communis diffinitio descendit in membra: nec oportet addere, ex incerto authore proueniens: quia quandoque ex certo, quandoque ex incerto authore prouenit, secundum gloſſ. & Panormi. in dict. cap. vestra.

¶ † Sexto, sciendum quòd rumor secundum Spe. est particularis assertio vel insinuatio ex sola suspicione & incerto authore proueniens. de eo qui cogn. con. vxo. supr̃ eo. & idem sentit Pan. vbi suprà, excepto quòd non addiderit incerto authore: & bene. Vnde rumor in hoc differt à fama, qa rumor est quando pars aliqua viciniæ clamat: fama verò quando pars maior, secundum mentem Panormit. in cap. bonæ memoriæ. el j. de elect. & glo. in d. cap. super eo. Vnde secundum Panorm. rumor se debet in minus. quod intellige quantum ad partem requisitam, non quo ad prædicationem: sed est econuerso, quia omnis fama est rumor: non econtra. *Rumor.*

¶ Septimò, sciendum est quòd indicium, quod scilicet idem videtur quod coniectura probabilis, est medium intellectuale veritatis eliciendæ, ex aliqua singulari circunstantia insurgens. C. & ff. de rei vend. l. indicia. vel secundum Panor. in d. c. vestra. propriè est notabile signum dictæ rei, seu facti, quod subijcitur necessitati probandæ: & largo modo argumentum dici potest indicium. Vide in c. forus. de verbo. signi. Et tot, inquit, possent esse indicia & tam vrgentia, quòd inducerent iudicem ad credulitatem: & sufficerent ad sententiam ferendam etiam in criminalibus: vt C. de rei vend. l. indicia. C. de probat. l. sciant cuncti. & de præsum. afferte. & refert se ad dicta cap. iij. de probat. vide infrà Indicium.

¶ † Octauò, sciendum est quòd secundum glo. in c. senti. xj. q. iij. si fumus inter tales qui patriam imitari, mortaliter peccat, qui suam famam pro posse non defendit. & sic intellige c. non sunt audiendi. ca. q. & xij. q. j. nolo. & de consecra. dist. j. iubemus. Si autem fumus inter tales qui solùm parati sunt reprehendere, non imitari: sic sufficit nobis conscientia nostra nec defendere tenemur. & sic intellige cap. quid obest. cum quinque sequentibus. xj. q. iij. S. Tho. autem in v. quolib. art. xxvj. dicit quòd viros perfectos, intellige existentes in statu perfectionis. decet in personalibus iniurijs esse maximè patientes, vt sint etiam parati plura sufferre, secundum illud Matth. v. Si quis percusserit te, &c. Statum verò suum impugnari pati non debent quantum resistere possunt: quia hoc vergeret in iniuriam Dei. Sed in quolib. x. ar. xij. etiam quantum ad iniurias personales videtur distinguere, & dicere ac probare quòd illi quibus imminet ex officio vel statu perfectionis aliorum saluti prouidere, peccant nisi infamiam propriam iuxta posse repellant. Alij verò quibus magis custodia suæ propriæ salutis imminet, possent suæ humilitati prouidentes famam vel infamiam contemnere. Vtrum fama probet, infrà Inquisitio j. §. xj. Quomodo fama lædatur ac restituatur, suprà Detractio. Quomodo verò ab aliquibus propter eam sit abstinendum, vide infrà Scandalum.

De Familia & Famulis.

1 *Familia (quæ à femore dicta est) appellatione, qui contineantur? Et seruus vnus humo nomine, an centum dicatur? Item num duo familiam constituant?*
2 *Familiam triplicem esse. Et quid vnaquæque species.*
3 *Patresfamilias ad quid teneatur?*
4 *Dominus tempore infirmitatis, num famulo, qui operas suas locarat, de necessarijs & salario teneatur? Et quid in potestate famulos ac iudices quibus salarium præstari debet, habeant?*

Universidad de Deusto
Biblioteca

§ *Obligatus familiam aliquam procurare, vtpote. fornicem excolere, alium omnes familiæ ex obligatione debent, an exercitens familia, vnis quoque familiæ teneatur?*

6 *Famulus qui de salario cum domino non convenit, an ipsam petere possit? Et quid si per annum vere seruire promisit, exactis autem sex mensibus hyemalibus abire vult?*

7 *Famulus cui dominus debitam mercedem dare noluit, an sibi clam per se satisfacere possit.*

8 *Familia sunt aliqui ex ea, num requisitus per superiores obedientiam delictum domini sui reuelare teneatur? Et an iuramentum seruare debeat famulus, qui iurauit se domino non nocitaturum, si resciuerit quempiam ipsius bona subripuisse? Et quid de testibus synodalibus.*

1 FAMILIA † dicta est à femore, quæ est pars hominis genitiua. C. de verb. significatio. Et secundum Azo. in Sum. suo nomine comprehendit omnes, qui sunt in seruitio alicuius, etiam liberos homines seruientes illi bona fide, vel etiã alienos, & seruos, qui sunt in eius potestate, similiter omnes propinquos, libertos, & patronos: & sic generaliter sumitur C. de verb. signifi. d. l. si. Vnicus verò seruus familiæ nomine non continetur, nec duo faciunt familiam, hodie. Sed † Archi. in cap. licet. de priuil. lib. vj. dicit quòd triplex est familia.

2 *Triplex familia.* Quædam perpetua, & religiosa, vt religiosi, clerici, & similes: & hi gaudent priuilegio communis, vel collegij, de stat. monacho. recolentes. C. loca. l. milites. aliter duplici iure tenerentur, contra c. cognouimus. xij. q. ij. Et de hac loquitur c. cùm olim. de arbit. Est & alia, quæ licet non ecclesiasticos tantùm comprehendit, sed etiam laicos, sicut sunt vxor, filij, nepotes, serui, famuli, qui in eius domo, eius sumptibus viuunt continuè: de qua intelligitur ff. de public. l. j. §. familiæ. C. ad legem Cornel. de fica. Est forte quæ ponitur de pœ. dist. j. de hæreticis. lib. vj. in fi. de test. in literis. vbi de hoc. & ij. q. v. c. j. Et de hac intelligitur qđ dicitur in d. c. licet. de quo vide infrà Interdictum. vj. §. vij. Est & alia quæ nec perpetua est nec mercenaria: sicut clerici, & religiosi, & alij ecclesiastici dicuntur de familia ecclesiæ. de quibus xvj. q. vj. de lapsis. Est & alia, de qua in l. fi. C. de verbo. significat. vbi nomen familiæ comprehendit parentes, liberos, omnes q; propinquos, & substantiam, & libertos etiam, & patronos, necnon & seruos: & hæc significatio habet locum in fideicommissis, vt ibi patet.

3 ¶ † Primò verò quæritur, ad quid teneatur pater familias? Et dico quòd ad duo de præcepto principaliter, scilicet ad necessariorum vitæ administrationem, & ad disciplinam tam verbo quàm morum exemplo: vt colligitur prima ad Timotheum quinto. & ad Ephesi. vj. & no. in §. necesse. xlvij. dist. aliter de sui natura est mortale in re notabili: nisi excuset aliqua circumstantia, puta necessitas, & huiusmodi: vel nisi omissio correctionis sit circa ea quæ non sunt ad salutẽ necessaria. & sic intellige xxiij. q. iij. duo ista. & q. v. c. non putes. An autẽ correctionis gratia possit clericos verberare, suprà Excommunicatio sextò. § iij casu viij. Si autem aliquos de familia nec verbis nec verberibus potest emendare, tenetur eos expellere, vel eis negare necessaria, si credit probabiliter eos per hoc posse emendari: sicut patet in vxore formicaria: arg. eorum quæ no. in c. nõ omnis. v. qv. Si verò probabiliter credit per hoc eos licentius peccare, per suam autem curam & timorem videt eos à multis, & si non ab omnibus, malis se temperare, si faciat quantũ põt, excusatur: nec ei imputatur puerilitas filiorũ: vt patet in c. quãtũ. l. bet. & c. sequenti. dist. xlvij.

4 ¶ † Secundò quæritur, an dominus tempore infirmitatis teneatur famulo, qui locauerat operas suas, de necessarijs & Iudæo? Et dicit Bartolus in l. si cũ dotem. §. sui autem. ff. solu. matrimo. & in l. in rebus. ff. commo., quòd ad expensas meras non tenetur. quod intelligo ratione familiaritatis: sed alia ratione, vt quia proximus, & ille non habet vnde sibi subueniat, teneturi: & ille potest officium iudicis implorare contra eum, vt sibi subueniat si est soluendo: & idem facere posset pauper cum quocunque diuite, de quo vide ibi text. cum glossis. & Doctores ibi. & quod not. in l. in rebus. ff. commo. & glo. in l. fin. §. idem iuris. el ij. ff. ad legem Rhod. de ia. quod not. Panor. vbi suprà limitat, quando salarium debetur solùm ratione personæ: secus si daretur ratione aliorum etiam. Vide Ioan. Andr. dom. Anto. Ioan. de Imol. & Panormi. in cap. j. de cle. ægro. & communiter docto. tenent quòd non impedit casus contingens in persona eius qui locauit operas, liberat conductorem à præstatione mercedis. l. si vno. §. item cùm quidam. & quod ibi not. ff. loca. & quod not. in l. in rebus. ff. commo. & glo. in l. fin. §. idem iuris. el ij. ff. ad legem Rhod. de ia. quod Pan. vbi suprà limitat, quando salarium debetur solùm ratione personæ: secus si daretur ratione aliorum etiam. Vide quod not. in l. hiem sũcto. ff. de offi. asse. Innocen. autem tenere videtur quòd salarium debeatur in cap. propter sterilitatem. de loca. & facit cap. j. de cle. non resid. lib. vj. & ibi Gotofredus. per illum textum dicit quòd docteri vel famulus subtrahi non debet salarium propter infirmitatem, allegans quod habetur in Spe. de cle. non resi. §. postquam. ver. hic. quod si non cenarius. Et istud tenet Salice. in l. licet. C. loca. & pulchre Ang. in disputatione, exorta guerra. & facit l. quæstorum. de re iudi. Et hoc procedit vbi consuetudo sic est, quòd scilicet debeatur: quia illud videtur actum quod est consuetum. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de ædil. edict. Vbi autem non est consuetudo, non debetur, nisi vt dictum est, & in casu speciali vt C. de aduo. fi. iudi. l. post duos. vbi aduocato debetur salarium ex publico constituto, licet mortalur ante sententiam. secus autem de salario promisso à parte: quia non debetur nisi pro rata temporis: secundum Bart. in d. l. diem huncto. similiter in l. cùm hæres. §. Stichus. ff. de sta. lib. vbi quando per seruum non stat quin seruiat: nihilo minus libertatem propter hoc legatam consequitur fauore libertatis. de quo inde Locatio. §. xij. vbi agetur de ista materia diffusè.

¶ † Tertiò quæritur, vtrum obligatus procurare aliquam familiam, vt qui accepit furnum cum obligatione coquendi, aliqui & eius familiæ, teneatur excrescente familia? Et dico secundum Panormitanum quòd non, si familia habeat numerum certum & determinatum: si autem indeterminatum, vt sunt fratres alicuius conuentus, sic tenetur. & facit c. tum, vt patet in c. quanto. de cens. vbi etiam dicit Panormitanus quòd ex quanto, de cens. vbi etiam dicit Panormitanus quòd ex quo iste potest se habere ad lucra, scilicet familia diuitiora, ea aucta tenetur, vt contrariorum eadem sit disciplina, nisi forsan mutasset: puta si effectus est episcopus vel capitaneus, & sic tenet familiam multam. Si rameo minus gratanter, per iudicis officium sibi prouidebitur.

¶ † Quartò quæritur, an petere possit salarium famulus qui cùm domino de salario non conuenit? Et dicit Fede. consilio xviij. quòd si famulus consueuit locare operas, & dominus conducere, tenetur dominus soluere saltem vsque ad illam summam, qua alios fuisset conducturus, arg. l. si non soluero. §. libertus. de condi. inde. not. per Archi. j. q. j. sunt nonnulli. Si verò fuit conductus sub mercede taxanda ad arbitrium alterius, sic iudicio boni viri taxabitur: vt patet suprà Arbitr. §. xij. & xvj. ¶ Quintò, quid si promisit seruire per annum & exactis sex mensibus hyemis vult discedere? Dicit quòd non habebit medium salarium, secundum Bartolum in l. diuortio. §. quod in anno. ff. solut. matrio. sed competabitur eraſſum cum macro. Et si aliquo tempore dicti anni fuerit infirmus, non tenebitur supplere illud tempus. glo. in cap. quia de rescr. li. vj. vt l. cum hæres. §. Stichus. ff. de sta. lib. ex quo tamen non sequitur quòd debeat habere stipendium totum. ¶ Sextò † quæritur an famulus, cui dominus dare non vult debitam mercedem, possit occultè satisfacere sibi? Et dicit Xican. in. d. xv. quòd licet tales peccent in modo accipiendi, tamen ad restitutionem non tenentur. Sed de hoc dic vt j. Parmin. §. xiij. & xv. ¶ Septimò † vtrum familia vel aliquis de familia teneatur reuelare delictum domini sui requisitus per obedientiam superioris? Et dico quòd nõ, si criminaliter vult procedere. xij. q. iij. lege Iulia. el ij. Secus si ciuiliter procedat: vt dicit Correctio. §. ix. & x. qđ intellige vbi ex hoc nullum malum immineret: quia nullus tenetur suo malo, pcura re bonum proximi temporale. ¶ Octauò quæritur, vtrum teneatur seruare iuramentum famulus qui iurauit domino se denuntiaturũ, si quem sciuerit eius bona surripuisse? Et dicit Ioan. quòd non, si dominus est truculentus: quia illicitũ fuit iuramentum: sed si est mansuetus, & probabiliter credit' rationabiliter processurus, distinguendum est: quia si res subtracta erat sub eius custodia: sicut posset prosequi asportantẽ, sic & domino reuelare. Si verò nõ erat deputata ad eius custodiam, tenetur nihilo minus dicere, si põt probare: si verò, pbare non potest, reuelare non debet, nisi tali qui possit prodesse, & non obesse: & si alio modo iurauit, non fuit licitum iuramentum nec obligatorium. Idem dicit Hug. de restitut. synodali scilicet quòd nõ tenetur denuntiare episcopo, licet iuratus, nisi crimina quæ pbare possent. xxiij. q. iiij. quisquis. dummodo esset proditor criminis. ij. q. j. si peccauerit. nisi hoc faciat secretè episcopo vel alij, qui habet corrigere paternaliter. arg. xxiij. q. v. hoc videt. & de hoc suprà Denuntiatio. §. v. Quis autem teneatur pro delicto familiæ, infrà, Nauta. §. v.

De Familiari.

1 *Familiares quinam dicantur: & qui domestici.*

2 *Domestici dicuntur, quibus ob patriam aut dominicam potestatem iuste imperatur.*

1 FAMILIARIS † quis dicatur, gloss. iij. q. v. in sum. dicit quòd largè familiares dicuntur omnes, qui cohabitant vnum alicui, vel in c. continuante. de offic. dele. & in c. in literis. de rescri. vbi dicit gl. quod familiares appellantur consanguinei, domestici adscripticius, mercenarius, filius in potestate, liberi, seruus, & omnes habitantes in domo. † Domestici verò quibus ratione patriæ potestatis vel dominicæ imperati præstãtur. vide gloss. in l. præsenti. §. sanè. C. de his qui ad eccle. confu. & familiares domestici intelliguntur omnes, qui ex expensis alicuius commensales cõtinuè existunt, etiam si aliquando abesse pro eius negotijs gerendis contingat: vt in fi. capi. fina. de verb. sign. lib. vj.

¶ FAVORABILES. vide infra Odiosum.

¶ FAVTOR, quis dicatur, infrà Hæreticus. §. vij. & x.

De Fœmina.

1 *Fœminæ appellatio, quàm late pateat: Et ibidem quòd sexus muliebris debilior sit, ob eáque citius perficiatur.*

2 *Fœmina virilis habitu vtens, an mortaliter peccet? Et quid de fœmina se accudente nu. seq.*

¶ *Fœminæ prohibita quæ dicantur, & à quibus actibus exercendis arceantur?*

1 FŒMINA † nomen est generale, cõmuniter omnem sexum femellarum in omni animantũ genere complectens: vsitatius autem in genere humano, in quo citius homine pubescere vel quia mala herba citò crescit: sicut ludẽs, vt credo, dicitur glo. in l. ij. C. de his qui ve. æta. impe. vel secundũ communiter doct. in cap. literas. de despon. impuber. sexus muliebris est debilior citiusque deficiens, & consequenter citius perficitur, sicut in alijs videmus. ¶ Primò † verò quæritur vtrum fœmina peccet mortaliter vtendo habitu virili, vel cõtra? Et dicunt aliqui quòd sic: quia xxx. di. in cap. si qua mulier. dicitur, si qua mulier suo ꝓposito vtile iudicãs vt virili veste vtatur, & ꝓpter hoc virilem habitũ imitetur, anathema sit. Sed hoc dico de se nõ esse peccatũ: quia aliquando licitè fit: sicut beatus Ambr. in ij. de virgi. narrat de quadam sancta virgine Antiochena, quæ ab idololatris prostituta in lupanari ad preces viri sub specie turpitudinis intrantis mutauit habitum, & exiuit, non vt vitaret martyrium, sed contagium. Vnde non potest esse peccatum, nisi ex circumstãtia vel intentione. & cõ sequẽter si ista fiãt ex animi leuitate sine intẽtione corrupta vel scandalo grauj, non est mortale. Sed contra, quia dicitur in d. cap. si qua mulier. xxx. di. quòd si qua mulier suo proposito vtile iudicans vt virili veste vtatur, & propter hoc virilem habitum imitetur, anathema sit. Ad hoc dico quod loquitur quando mulier hoc facit malo proposito, id est, intentione facilius meretricandi: vt patet per glossam, & Archi. ibi. Contra etiam, quia non vtetur mulier veste virili. Deutero. xxij. Sed dico hoc prohiberi. Primò ex superstitiõe idololatriq; ne Iudæi in sacris imiterẽtur Gentiles idololatras. Secũdò, vt restringeretur libido: ne scilicet mulier licentius ingrederetur ad viros. Tertiò dico hoc prohiberi eo modo quo & quædã de se licita ad ministerium, sicut prohibetur arari in boue & asino, in lege Moysi: vel eo modo quo venialia, pura mendacia vel otiosa verba.

¶ Secundò † quæritur, vtrum peccet fœmina se attõdens? Et 5
dico quòd fœmina tonsurari nõ debet, etiam causa religionis: de conuersi. coniu. vxoratus. Et intellige nõ solùm de tõsura quę dicitur clericalis, sed etiã de calua, quæ fit per abscissionem capillorum vsq; ad aures, & facit dist. xxx. quæcunq; mulier. & xx. q. ij. c. j. & cle. attendentes. de statu regu. Sed ramen hoc intelligitur secundum glo. in d. cle. de fœmina quæ vult in seculo remanere: quã etia excusat consuetudo cõtraria. Adde etiam necessitas, puta infirmitatis, vel huiusmodi. Si autẽ id sine necessitate faciat, Sum. Ang. dicit eam peccare mortaliter, cùm sit excõmunicanda: vt dicta cap. quæcunque mulier. Sed Sum. Ros. tenet contrarium, dicens non esse mortale, si hoc faciat ex leuitate aut fatuitate. & hoc tene p dicta in priori. §. dictum autẽ. c. quæcunq;. loquitur quando hoc facit ex superstitione, & ad facilius meretricandum: & in contemptũ significationis comæ, id est, subiectionis ad virum, quod Arc. ibi no. vbi dicitur, reloluens ius subiectionis.

¶ Tertiò † quæritur, quæ sint illa quæ prohibentur mulieri? 4
Et dico quòd sunt multa. Non enim potest prædicare, nec publicè docere, quamuis sancta & docta. xxxij. distin. mulier. scilicet in ecclesia & publicè. secus in capitulo suo & claustro, secundum gl. Ray. Nec confessiones audire, nec alijs benedicere, aut actum alicuius ordinis exercere. de pœ. & re. noua. de excess prælа. cap. tanta. Sed intellige de benedictione publica, nõ de priuata, eo modo quo mater filiũ benedicit. Nec tangere sacravasa aut sacratas pallas, id est, corporalia, secundum glossam. nec incensum circa altare deferre. tot. esti. matertia distinctione. c. sacratas. Et idem est de vestibus, quibus Deo ministratur, scilicet actu. de consc. distinct. j. vestita. de quo tamen suprà, in verbo, Corporalia. §. j. Nec esse arbitrix, nisi esset in dignitate habente iurisdictionem: licet possit esse arbitratrix. de quo suprà Arbiter. §. ij. & decimosexto. Nec iudicis aut magistratus officium gerere, nisi in casibus de quibus in glos. decimaquinta. quæst. iij. §. j. intellige, in spiritualibus, quia in temporalibus iudicare potest, vbi est

Universidad de Deusto Biblioteca

consuetudo.de arbi.dilecti.Nec postulare aut procurare,nisi in causa propria,& suorum.vt no.in l. fœmina.ff.de reg.iur. &iij.q.vij.§.tria.& d.§.j.Nec testis esse.de quo dic vt j. Testis. §.j.Nec personaliter ad iudiciũ trahi causa ferẽdi testimoniũ,aut qualibet alia causa,quæ non exprimatur in iure contra eius voluntatẽ:& si esset religiosa,trahi non posset,etiam si vellet,quauis de causa:de iudi.mulieres.li.vj.Nec accusare, nisi in certis casibus,de quibus xv.q.iij.§.j.in tex.& in gl.Nec se seu propriã substantiam obligare pro debito viri,nisi creditum sit cõuersum in suã vtilitatẽ:vt in authẽtico,vt nul. iud.i.§.& illud no.col.ix.Nec debet incarcerari vel detrudi pro aliquo debito, vt ibi.vide suprà,Abbatissa.

De Fœnore.

FOENVS licet communiter pro vsura ponatur,vt in l.in proba.C.ex quib.cau.infa.irro.tamẽ propriè secundum grammaticos in hoc ab ea differt: quia vsura est lucrum de capitali:fœnus verò est lucrum de vsura.Itẽ quia fœnus exhibet mutuum vsque ad præfixũ tẽpus:vsura sine præfixione.

¶FERIAE.vide suprà Dies festus.

De Feudo.

1 *Feudi definitio. Et ibidem, an contractus feudalis dicatur, cùm ita feudũ datur, vt inde seruitiũ aliquod præstetur? Et quid vbi quid emitur, num huius contractus feudi naturã inesse possit?*

2 *Feudi natura, quænam sit? Et ibidem quòd sedecim requirantur: de quibus hic sigillatim.*

3 *Feudum multiplex esse: & ibidem de singulis membris.*

4 *Feudo dari quænam res nequeant? Et quid si ecclesia feudum de manibus potentum recuperare non possit.*

5 *Feudo res dare, aut recipere, quisnam possit? Item feudum quomodo acquiratur.nu.seq. Et quis ad feudi successionem admittatur? Et quot modis filia in feudo succedere queat.nu.7.*

8 *Feudo Titio pro se & descendentibus filijs masculis & filiabus concesso, an filia cum masculo superstite in eo succedere possit? Et cùm filia ad id non admittatur, an saltem defuncto masculo eidem in feudo succedet?*

9 *Clericus in feudo succedere num potis sit? Et quid si feudatarius religiosus efficiatur, quis ei succedet?num.seq.*

11 *Feudum si pater pro se, suis hæredibus & successoribus quibuscunque obtinuit, an ad extraneum, legatarium, vel clericum permeare possit?*

12 *Feudatario de nouo beneficio inuestito sine liberis decedenti, an frater filiúsve fratris in feudo succedat? Et qualiter intelligendum sit, quod deficientibus liberis ad feudum vocentur agnati.*

13 *Feudatarius an iuramentum præstare habeat, & quando ac quale. Et ibidem ipsius iuramenti forma: & quòd ad sex regulariter feudatarius obligetur.*

14 *Feudatarius quanquam alias aduersus dominum consistere non debeat, pro se tamen & hominibus suis potest: quinimo & ius suum petere ac defendere. Et ibidem, quid vicissim dominus fideli reddere debeat.*

15 *Feudi domino defuncto pluribus hæredibus relictis, an vasallus omnibus iuramentum præstare debeat? Et quid contra si pluribus relictis, vasallus decedat?*

16 *Vasallus num per alium inseruire domino possit? Et an vasalli mei vasallus meus quoque vasallus sit?*

17 *Feudum ex causis decem amittitur. Et cùm propter fidem non custoditam amittitur, an ipso iure perdi dicatur? Et quando ipso iure amittatur?num.seq. Et quid si citra domini consensum alienetur? siue in totum, siue in partem?nu.19.*

20 *Vasallus pro anima num feudum alienare queat. Et quid de commoditatibus suis, num illas ad longissimum tempus alienare possit? Et an feudum pignori dare. Et num in dotẽ. Item num ex filijs vni totũ ius feudi prælegare possit?vsq; ad nu.24.*

25 *Feudo, si eo priuetur vasallus, ad quẽ reuertatur? & vtrum filio patris delicta noceant? Et quid si vasallus læsæ maiestatis vltra principẽ crimẽ admiserit, cuius occasione bona publicationi omnia sint obnoxia, num ad Principẽ feudalia perueniant?nu.seq.*

27 *Feudatario vno deficiente, num alteri feudum accrescat? Et sub hæc num filius paterna reiecta hæreditate feudum retinere possit? Et ibidem agnati quinam dicantur?*

28 *Vasallus inuito domino, an feudum refutare queat?*

29 *Feudum ecclesia, num in pignus recipere, & fructus suos sine vsura facere possit? Et quid in fructibus emphyteusis?nu.seq.*

30 *Lex feudalis vbicunque contra iuris naturalis, aut ciuilis rationẽ non est, locũ in emphyteusi habet, alioqui secus. Et sub hæc, quibus concurrẽtibus fructus pigneris in feudo, ac emphyteusi licitè nõ computentur? Et quid si vsufructuarius vsumfructum proprietario obliget, an fructus in sortem computentur?nu.seq.*

FEVDVM,†secundum Gof.est cõcessio rei immobilis & correcta pro homagio, extra de simo.cap.ex diligenti.& concor.diffinitio Hos.& Azo.dicentium quòd est beneficium alicuius rei, inuestitura interueniente, sic cõcessæ seu datæ alij, vt dominium penes concedentẽ remaneat: cuius occasione recipiens,& successor eius, concedente domino ad id sequentium, de quo & vsque quò conuenit, aut feudi natura requirit, tenetur directo domino, vtile autem ad feudatarium transit. arg. eorũ quæ no.de emphyteuta ff.si ager vec.pe.l.vnica. §.qui me. Tamen ex §.sequenti melius patebit natura feudi. Ex his autem patet quòd quando feudum datur, vt inde præstetur seruitium reale, non est propriè feudũ, sed contractus innominatus, secundum Cy.in authen.ingressi.C.de sa.san.ec.sicut dicit Bal.in lib.de consue.feu.quòd in quibusdam partibus Lombardiæ pro feudis ecclesiæ soluitur par caponum, vel spatula porci,& huiusmodi, secundũ eum æquiparatur emphyteusi. Similiter si esset quid emptum, non habet naturam feudi, secundum Bald.vbi suprà, de feud.da.cap.j.& in l.qui se.C.vnde.lib.Sed quando imponitur onus personale, vt ire ad parlamentum regis, vel huiusmodi,& abest venditio: tunc propriè est feudum:& regulatur lege feudorum. ¶Primò†verò quæritur, quæ sit natura feudi:& quæ differentia eius ad emphyteusim? Et dico patere responsionem ex verbis Petri Heliæ in tractatu suo de feudis, dicentis: 2

¶De natura huius contractus est primò quòd dominus retineat sibi directum dominium ac proprietatem:vt in lib.feu.ti.in qui.cau.feu.amit.cap.vnico.

¶Secundò, quòd vtile dominium transeat in vasallum: quod patet: quia vasallus potest quasi vendicare: vt in lib.feud.tit. de inuest.de re alie.fa.cap.vnico.& consequenter est quasi dominus: aliàs non vendicaret.ff.de auro & arg.leg.l.Quintus.

¶Tertiò, quòd dominus habeat ciuilem possessionem,& vasallus naturalem: quia vasallus appellatur vsufructuarius, qui naturaliter possidet: vt ff.de acqui.poss.l.naturaliter. Dicit tamen quòd ius vasalli cùm possidet ciuiliter & naturaliter, quia præscribit, quod non faceret, nisi ciuiliter possideret.

¶Quartò, quòd consistat in rebus immobilibus.

¶Quintò, quòd si vasallus domino constitutum seruitium non præstiterit, à feudo repellitur.¶Sextò, quia sine domini voluntate feudum alienari non potest.¶Septimò, quia feudatario regulariter fit in perpetuũ.¶Octauò, quòd dominus habeat mittere vasallum in possessionem. ¶Nonò, quòd si sit controuersia inter vasallos: dominus cognoscit, secus in emphyteuta: quia hic dominus habet vasallum obligatum personaliter mediante iuramẽto,& cõsequenter habet iurisdictionẽ in p̃sonã,& multò fortius in re: in emphyteusi verò dominus

dominus habet emphyteutam obligatum ratione rei: nec habet ius quandiu pensio soluitur: vnde recognoscere non potest.¶Decimò, quòd vasallus non potest sine domini voluntate feudum impignorare: emphyteuta verò potest: quia hic patitur dominus, non ibi: eo quòd hic tenetur vasallus domino seruire de fructibus, quos creditor interim percipiet: ibi autem tenet̃ soluere pensionem in pecunia cõsistentem. ¶Vndecimò, quòd vasallus feudũ sine dñi voluntate dare nõ potest: q̃d emphyteuta põt: quia magis obligatur vasallus, cùm personã eius dñs elegerit. Vñ aliũ inuito domino subrogare non potest, quod emphyteutæ permittitur propter liberalitatem.¶Duodecimò, quòd in feudo fœmina succedere non potest, nisi fuerit cõuentũ: secus iure emphyteutico: quia feudũ datur propter seruitiũ: mulier autem seruire nõ potest æquè bene vt vir: emphyteusis autẽ fit proper meliorationem quã æquè bene facere põt mulier vt vir. Asten.tñ dicit q̃ hoc fallit in duobus casibus. Primò, si sit feudum fœmineum vel fœminæ cõcessum: quia tũc deficientibus masculis ad fœminas ptinebit: vt in tit.de bñfi.fœmi. Secũdò, si sit tali pacto acquisitum vt deficientibus masculis ad fœminas deuoluat̃: quia q̃d fuit actũ, est seruandũ: vt in tit.de suc. feu.§.filia.¶Decimotertiò, quòd vasallus non potest aliũ vasallum facere sine domini voluntate. quod emphyteuta potest: quia emphyteusis propter meliorationẽ, feudũ propter seruitiũ fit: æquè bene aũt potest meliorare secundus vt primus:& tamen non potest æquè bene seruire. ideo hic requiritur domini consensus, non ibi.¶Decimoquartò, quòd pensio non præstetur vt in emphyteusi: sed seruitiũ certum vel incertum, prout fuerit conuentũ: item quòd nihil præstetur pro introitu. ¶Decimoquintò, quòd vasallus non teneatur seruitiũ præstare domino, nisi requisitus, secus in emphyteuta: quia vasallus nõ tenet̃, nisi sciat dominũ indigere: emphyteuta verò tenet̃ ad certã pensionem certa die: dies aũt pro domino interpellat.¶Decimosextò, quòd vasallus possit feudum dimittere sine domini voluntate: nõ aũt emphyteuta: quia feudũ datur amore vasalli,& vt aliquã vtilitatem consequatur: vnde sine dñi volũtate potest renuntiare: sed emphyteusis rei tradit̃ ad vtilitatem dñi, id est, vt melioretur: vnde 3 ¶†Secundò quæritur quotuplex sit feudũ? Et dico secundum Bal.in prolo.d.libri, q̃ multiplex. Aliud eñ est habens propriè naturã feudi, aliud impropriè: aliud regale, aliud non regale: aliud simplex, aliud cõditionatũ: nõ quidem sub conditione datũ, sed sub qualificatione: vel conditionatũ, id est datũ ad certũ seruitiũ seu conditionem, quã si vasallus negligerit feudũ amittit. Aliud antiquũ seu paternũ, scilicet q̃d fuit illius qui fuit cõmunis parens agnatiõis, siue quod à patre vel quocunq; de superioribus acquisitũ est. Aliud maternum, scilicet acquisitũ per fœminam: cuius natura aspicit primò masculos, deinde fœminas. Aliud reale, quod transit ad hæredem: aliud personale, quod solùm ad vitã vnius conceditur. Aliud ligium, vbi iuratur fidelitas contra omnem hominem: aliud non ligium, in quo prior dominus excipitur. Aliud francũ, scilicet à seruitijs & operibus exhibendis: aliud non francũ. Aliud annale: & est feudũ guardiæ & castaldiæ,& per mercede alicuius rei: aliud nõ annale. Sunt eñ quędã incorporalia, quæ quandoq; dãtur loco feudi: vt guardia,& castaldia: & ista nõ habent p̃priè naturã feudi, sedm Host, aliud nobile quod nobilitat possessorem: aliud burgense, scilicet quod nõ nobilitat. Aliud est etiã ecclesiasticũ: & hoc est triplex. Primum, quod dat̃ ecclesiæ. Secundũ, quod recipitur ab ecclesia. Tertium, quod datur vel recipitur à clerico. Et quando quis inuestitur de ducatu dicitur dux, de comitatu comes, de marchionatu marchio.¶†Tertiò quæritur, quæ non possint dari in feudum. Et dico quòd res immobiles ecclesiæ de nouo in feudum dari non possunt: quia & prælati hoc iurant: sed res quæ prius erant feudales possunt iterum infeudari: puta si vasallus, p̃pter aliquã causam feudũ perdidit, vel mortuus est, poterit prælatus cõcedere filio eius vel alteri. de feud.ex parte. Et hoc põt prælatus etiã sine solennitate, nõ obstãte licentia vel iuramento de nõ alienãdo, cũ modificatiõe tñ, de qua suprà Emphyteusis.§.x.non aũt nouũ feudũ, de feu.c.fin. Adde prædictis q̃d no.Pan.de feu.c.vlt.q̃ eccl̃ia nõ valens recupare feudũ de manibus potentũ, põt illud potentiori cõcedere, vt illud recuperet,& ipse habeat illud: sed tñ res ecclesiæ nõ feudales sic inuasæ prælatus in feudũ cõcedere nõ potest: maximè si iurauit nõ alienare. Et idem Io.Andr.& ratio eorũ, quia faciliter prælatus permitteret res inuadi à cõsanguineis, vt eis infeudaret. ¶†Quartò quærit̃, quis possit dare 5
in feudum vel recipere? Et dico sedm Bal.de his qui feud.da. pos.§.abbatissã. q̃ dare potest quilibet tam masculus quàm fœmina, tam nobilis quàm rusticus, modò habeat legitimã suorũ bonorũ administrationẽ: vt in c.j.§. noui.p quos fi.inue. imò sedm Host.etiam minor xxv.an.si feudũ sit vetus. Si verò sit nouũ, fieri nõ põt à minore: nisi sit pubes,& iurauerit non contrauenire. Recipere aũt feudũ, seu inuestiri, secũdum Hos.potest quilibet tam per se, quàm per procuratorem, etiã seruus, modò sciente domino faciat.¶†Quintò quærit̃ quo- 6
modo acquiritur feudũ? Et dicit Host. quòd quatuor modis. ¶Primò, per inuestiturã: puta cùm dñs tradit alicui possessionẽ rei immobilis corporaliter: vt cũ hasta vel baculo, aut aliquo tali dicendo se per hoc illũ inuestire.¶Secundò, per id quod habetur loco inuestituræ: vt cùm dominus alicui dicit. Vade in possessionem illius feudi:& teneas pro feudo.¶Tertiò, præscriptione: vt si xxx.an.tenuit feudũ,& dño seruiuit, licet non fuerit inuestitus.¶Quartò, successione nõ ex testamento, sed ab intestato: q̃a non valet ordinatio defuncti facta in feudo.¶†Sextò quæritur, quis succedet in feudum? Et dicit 7
Bal.de his qui feu.da.pos.§.& quia hic.reperiri tale capitulũ: Fideli absq; liberis ex se descendentibus,& in feudum succedentibus, si quidem feudũ fuit cõmunis parentis, fratres defuncti cũ filijs præmortuorũ fratrũ in stirpem succedãt: his verò nõ extantibus, ad agnatos proximiores id volumus pertinere:& si quidem in pari gradu sunt, pariter admittunt̃. Si verò ex vno est vnus,& ex alio plures, nõ in stirpem, sed in capita succedere debere ordinamus. hæc ibi. Host.tñ dicit hanc esse successionis huius naturã: vt in feudo nõ succedãt ascendentes: puta, pater filio: descendentes verò succedũt:& primò quidem filius patri,& nõ filia: item nepos filio,& nõ nepotis:& sic vsq; in infinitum gradũ: postea verò succedũt collaterales: qui tñ de imperij consuetudine nõ succedũt, sed filius solus: quo deficiente, reuertit̃ feudũ ad Imperatorem:& ille dat cui voluerit. Filia aũt nõ succedit, sedm Host.& Bal.in d.§.quia, nisi in tribus casibus. Primò, quando nominata est in inuestitura seu de pacto vel conditione feudi. Secundò, quando feudum redimit à domino. Tertiò, quãdo dominus ei dedit propter seruitium patris. in quibus casibus ab aliquo ex parentibus non est inquietãda: vt in c.si quis sine filio masculo.quemad.feu.ad fil.perue. Quartò, adde si feudum sit datum ad nullum seruitium: quia masculis non extantibus fœmina succedit, sedm Bal.ibi. Quintò, quando feudũ erat quæsitũ iure emptionis, sedm Odof.in Sum.& hoc potius ex natura cõtractus quàm feudi.¶Sextò, si feudũ sit fœmineum: vt dictum est.¶†Septimò quæritur, vtrum feudo Titio con- 8
cesso pro se & descendentibus filijs masculis & fœminis filiabus, filia simul cum masculo superstite admittatur? Et dicit Bal.in rub.Episcopum vel abb.feu.da.non pos.quòd non,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed masculus solus: quia natura feudi est: vt masculus præferatur. Et si postea filius decedit sine filio, non admitteretur fœmina soror præmortui fratris: quia semel exclusa fuit per masculum, ideoq; reuertit ad dominū. qđ verū est in feudo simplici & recto: secus in concesso ad certū seruitiū, quod fœmina posset explicare per se vel per alium: quia tūc admitteretur cū masculo simul. ff. de vsuf. acer. l. si quis Titio. & l. si mulieri. secundum Iaco. de Bel. qui dicit quòd fuit in facto in regno Apu.iæ. Ex quo infert Bal. qp si statutum excludit fœmmam ex, ante masculo semel exclutam nō amplius succedere, nisi vt fratri habet succedere non vt patri mortuo sine masculo. ¶ ¶ Octauò quæritur, vtrū clericus succedat in feudo? Et opiniones cōcordando dico quòd aut feudum erat sibi apertum: & tūc si ad sacros ordines promoueatur, renūciare videtur transeundo ad statum incōpatibilem seruitio infeudalitar. de præb. de multa. & cle. gratia. de rescrip. nec poterit isto casu seruire per substitutum, nisi esset feudum, ex quo præstaretur solum reale seruitium, quod nō est propriè feudum: vel ex quo præstaretur seruitium personale non repugnans ordini eius quo casu succederet: quia per clericatum non perdūtur iura successionis. xij. q. iij. c. j. enim simi. Si verò promoueatur solùm ad ordines minores, succedat: quia potest seruire per substitutum, vt vult glo. in c. j. de bene. fœmi. Aut feudum non erat sibi apertum: puta quia erant tres fratres, & primogenitus possidebat feudum, & ipse existens vltimus effectus est Cardinalis, & postea mortui sunt alij fratres sine hærede: & tunc succedit: quia dici non potest habuisse animum renuntiandi nec etiam facultatem: & de æquitate iuris admittetur quod seruire possit per substitutum: licet secus de iuris rigore, nisi tale esset seruitium quod de sui natura posset per quemlibet explicari: quia tunc etiam iuris rigore succedit. arg. l. continuus. §. si ab eo. ff. de verb. oblig. Et hæc est determinatio Baldi in l. quisquis. C. de episco. & cler. ¶ † Nonò, quæritur, si quis efficitur religiosus quis succedet? Et dicit Old. in auth. ingressi. C. de sac. san. eccl. quòd feudum transit ad monasterium eo modo quo erat penes ingressum. l. si quis præsbyter. C. de episco. & cle. quod Inno. in c. in præsentia. de probatio. limitat verum, si seruitium ad quod tenetur, præstari potest ab ecclesia: aliàs ad dominum reuertetur. C. de cadu. tol. l. vnica. §. ne autem. Alb. autem in d. auth. tenet quòd secundum ius consuetudinis feudorum reuertitur ad dominum indistinctè: vt est casus. si de feud. controuer. fuer. c. qui clericus. & de va. mi. qui bel. arma depo. c. j. ¶ † Decimò quæritur, quid si pater obtinuit pro se & suis hæredibus & successoribus quibuscunque, transibit ne ad extraneum vel legatarium aut clericum? Et respondet Bal. in l. j. ff. de re. di. & sequitur Lud. de Ro. in l. id tempus. §. j. ff. de vsur. quòd sic. sed ipse Bal. in c. j. §. donare. tit. qualiter olim feu. po. alie. corrigit se, & dicit quòd dictio, quibuscunque, intelligitur de successentibus ab intestato. arg. l. si quando. C. de inoffi. test. vnde nonveniet extraneus: quia res non debet regulari secundum naturam contractus: sed contractus secundum naturam rei deducte in eo. vt l. stipulatio ista. §. quæsitum. ff. de verb. oblig. vbi licet stipulatio fit trāsmissibilis. liv in hæredem de sui natura, vt in l. veteris. C. de contrahen. stipul. tamen non transmittitur quando res in ea deducta nō est transmissibilis: vt est videre in feudo nec legatarius etiam veniet, nec clericus. & sic dictio quibuscunque, restringitur, per no. in l. j. C. de sac. san. eccle. & per Iaco. de Are. in l. j. §. item nuntiato. ff. de no. ope. nuntia.

Sed tamen limita de clerico, vt supra. §. viij. ¶ † Vndecimò quæritur vtrum succedet frater vel filius fratris, quando quis fuit de nouo beneficio inuestitus si decedit sine liberis? Et dico quòd non, sed ad dominum reuertetur: vt in tit. de nasuc. feud. Et quod dictum est suprà quòd deficientibus filijs veniunt agnati: intelligitur de feudo acquisito ab antiquo, ad est, ab eo qui fuit communis parens totius cognationis.

¶ † Duodecimò quæritur, an feudatarius habeat præstare iuramentum & quale? Et dico secundum Hostien. quòd in omni feudo statim facta inuestitura requiritur iuramentum fidelitatis, nisi ex pacto remissum sit. & debet fieri his verbis vel similibus: Ego talis iuro ad sancta Dei Euangelia quòd ab hac hora in antea vsque ad vltimum diem vitæ meæ ero fidelis tibi Caio domino meo contra omnem hominem, cuiuscunque conditionis existat, excepto Imperatore vel Rege. Vasallus enim debet adiurare dominum contra omnem hominem, etiam contra fratrem & filium in causa iusta, nisi contra alium dominum superiorem: vnde in sacramento illum debet excipere. Nota tiquiorem: vnde in sacramento illum debet excipere. Nota etiam quòd in prædictis omnibus dominus fideli suo debet vicem reddere. xxij. quæstione v. de forma. xcv. distinctione. esto subiectus. aliàs censebitur male fidus: vt in libr. feud. in forma fide. cap. j. & debet priuari feudo per superioritatem, per fidē se habet contra vasallum suum: vt infra, §. vij.

¶ † Decimotertiò quæritur, si dominus moriens reliquit plures, vtrum vasallus iurabit omnibus? Et dicit Hostien. quòd non: quia vasallus non cogitur pro vno feudo multos habere dominos. quod dictum puto limitandum vbi non succedunt in æqualiter: vnde subdit, maximè in comitatibus, marchionatibus: qui hodie diuidi nō possunt: sed si non æqualiter succedunt: non est ratio quòd magis vni quam alteri iuretur, nisi iuretur vni pro omnibus. Si autem reliquit moriens plures filios relinquat, omnes iurabunt si feudum habent indiuisum: si autem ex diuisione totum feudum pervenerit ad vnum, ille solus iurabit.

¶ † Decimoquartò quæritur, vtrum vasallus possit seruire per alium? Et dicit Baldus in capite. mutus. episcopum vel abbatem feudum dare non posse quòd non, si seruitium sit fieri principi: vel non potest fieri per substitutum, nisi de substituto Principis. C. de muriligulis. l. si quæ ex corpore. Et similiter si talis incurritur infirmitas, quòd seruitium exhiberi non potest, perdet feudum, nisi esset à casu fortuito sine culpa præcedente, vt puta quia est cæcatus à latronibus sine

tunc non perdet, ne afflicto detur afflictio. argumēto C. de fur. authen. nauigia. & C. de epi. audien. l. tam dementis.

¶ Decimoquinto quæritur, vtrum vasallus vasalli mei sit meus vasallus? Et dico quòd non: sicut nec libertus liberti mei est meus libertus. ff. pro socio. l. nam socij.

¶ Decimosexto † quæritur, quibus ex causis feudum amittitur? Et dico secundum Hostiensem, quòd multis.

¶ Primò, si vasallus fiat clericus, vel religiosus: quia nec tales succedunt in feudo. xxiij. q. viij. c. j. de quo dic vt suprà. §. viij.

¶ Secundò, si hæres vasalli steterit per annum & diem quòd non petierit à domino inuestituram feudi. similiter si ipse vasallus post mortem domini non petierit ab hæredibus eius. vt in li. feu. in quib. causis feu. amit. cap. j. quod verum est, nisi ipse vasallus fuerit minor annis xiiij. quia talis fidelitatē facere non cogitur. Item nisi sit miles: quia habet pro termino annum & mensem. Item nisi iusta causa impedierit: vt in eo. l. b. de prohi. feu. aliena. per Lotha. quoniam inter domum. Sed prædicta intellige quando iurauit personæ solùm, vt iuro tibi. Secus si iurasset sibi & successoribus, vel sub nomine dignitatis: quia non tenetur amplius iurare successoribus: nisi ratione longinquitate peciet memoria: vt no. Panor. in cap. veritatis. de iureiurand.

¶ Tertiò, si vasallus tribus vicibus coram paribus & huiusmodi requisitus fidelitatem iurare noluerit, quāuis dominus paratus sit facere inuestituram.

¶ Quartò, si vasallus infeudauerit feudum alia lege quàm ea qua ipse habet: vel in talē vasallū, qui feudū seruare non pōt.

¶ Quintò, si vasallus interfecit suum proprium germanum, vel germani filium, vel aliquid commiserit quod paricidij nomine continetur, ad hoc vt habeat totam hæreditatem.

¶ Sextò, si in prælio dominum dimittit non mortuum nec vulneratum ad mortem: & similiter propter multas alias ingratitudines quæ numerātur in lib. feu. quib. mod. feu. amit. Cap. j. & ij.

¶ Septimò, si scienter negauerit feudum vel partem, aut conditionem eius: secus si ignoranter. quod si vasallus non vult defendere de parte feudi, præsumetur, quòd totum teneat in feudum. ¶ Octauò si alienauerit feudū: quod quidem si alienauerit pro parte, illam amittit, & ad dominum liberè reuertetur, nulla præscriptione obstante. nec ei, id est, vasallo proderit, si post factam alienationem recuperauerit ipsum feudum, quia ignoranter alienasset.

¶ Nonò, si dominum accusauerit, aut testimonium contra il lum in causa non tantùm criminali, sed etiam ciuili tulerit: facere quidam dixerint quòd in ciuili potest.

¶ Decimò, si vocatus à domino quòd secum vadat in expeditione publica: puta vocatus ab Imperatore vt secum veniat Romam pro suscipienda corona, & huiusmodi, non venerit, nec aliam pro se domino suo acceptum miserit, vel ei stipendia militiæ non dederit. Et quidem quando propter fidelitatem non seruatam amittitur feudum, nō intelligitur ipso iure, sed per sententiam: si verò alienatum fuerit, perditur ipso iure, vt dicit Inno. ¶ Decimoseptimò † quæritur, quomodo dominus amittat ius, quod habebat in feudo? Et dicit Hostien. quòd sicut vasallus amittit feudum propter culpam: ita dominus proprietatem feudi: vt in lib. feu. si de feu. contro. fue. ca. dominō committente. quia dominus vasallo debet vicem rependere, vt in eodem lib. de for. fidel. c. j. & si non repēderit, secundò censebitur male fidus, vt est ille qui contra vasallum deprehensus fuerit per fidus. xxij. q. v. de forma. xcv. dist. esto subiectus. de iureiurando. c. peruenit. & talis etiam priuatur bonore, quod habet in vasallum: & feudum transit ad superiorem. Quod non intelligas ipso iure, sed per sententiam, secundum Arch. & innuitur de exce. præl. cap. grauem. cum gl.

¶ Decimooctauò † quæritur, vtrum alienans feudum sine consensu domini cadat ipso facto? Et dicit Panormitanus in ca. vlt. de feu. quòd sic, & sine alia sentētia expelli potest: etiā si alienando dixit, saluo iure domini, secundum Bald. quæ sit cau. bene. amit. c. j. quia factum sequens est contrariū. ar. c. eā te. de iureiu. & quod ibi no. Secus si dixisset, & aliter, vel alio modo non intendo: quia hæc verba operantur vt domino cō tradicente non videatur facta alienatio, quod verum est, nisi captio aliqua posset interuenire domino: puta si faret castellum tali, quem dominus postea expellere non posset. Et si alienauit partem tantùm, solùm illa perditur, secundum Io. And. quem sequitur Panormitanus vbi ī. etiam si esset maior pars. de prohi. feu. alie. alie. cap. imperialem. §. j.

¶ Decimonono † quæritur, vtrum vasallus possit feudum alienare pro anima? Et dico quòd nec legare nec disponere potest pro anima: vt in c. j. qualiter feu. alie. licet nec etiā de iure canonico, secundū Ho. in Sum. de immu. ec. quod intelligo in feudo temporali: quia si est perpetuum, potest alienari, & ecclesiæ donari, secundū eundē Hosti. & sequitur Panor. vbi ī. potest etiā grauare hæredē vt de vino educto de vinea feudali det singulo anno pro anima sua, secundū Bal. in ri. de suc. feu. c. j. quia testatur de fructibus, nō de feudo: qui fructus sunt res propriæ hæredis. vnde nō dicitur alienatio feudi, quādo alienantur fructus separatim. ff. de dona. l. in ædibus. §. ex rebus. ¶ Vicesimò † quæritur, quid si alienat suas cōmoditates ad tempus longissimū? Et dicit Bal. in ti. de pa. iu. fir. viij. charta. quòd non cadit, modò actum sit quòd vtile dominū non transeat. Allegat glo. fing. in l. codicillus. §. institutio. ff. de leg. ij. & idem dicit in emphyteuta. Et idem tenet Bart. in d. §. institutio. vbi dicit quòd vendens fructus domus ad centum annos, non videtur alienare: sed ramē hoc aliquibus nō placet. vnde tutum esse in talibus reseruare non solùm ius domini, sed etiam eius voluntatem: vt dicendo, vendo fructus si domino placuerit, vel reuocauerit.

¶ Vicesimoprimò † quæritur, vtrum possit pignori dare? Et dicit Panorm. vbi ī. quòd non, quia quæ prohibentur alienari generaliter à lege vel per testatorem, aut à iudice, vel per pactum contrahentium, prohibentur pignori dari l. fi. C. de reali. non ali. & per Bar. in l. in quorū. ff. de pig. Et ratio est: quia per constitutionem pignoris de facili venitur ad distractionē rei. ff. de dist. pig. l. ij. & iij. C. de iure do. impe. l. ij. ideo prohibita alienatione prohibetur pignus: sicut prohibito matrimonio, prohibentur sponsalia, per quæ venitur ad illud. l. oratio. ff. de sponsalib. cum concordant. ibi positis in gl. Secus in eo qui prohibetur emere: quia potest in pignus accipere: nisi fuerit in fraudem pro tanta quantitate, quod nō est verisimile de minum luiturum arg. l. qui habebat. in princ. ff. de lega. iij. secundum Bart. in d. l. in quorū. ¶ Vicesimosecundò † quæritur, vtrum dare possit in dotem? Et dicit glo. in c. finali. de feu. quòd sic, ad tempus vitæ feudatarij, non plus. & ibi Panormitanus referens se ad no. in cap. quæ in ecclesiarum. de constit. ¶ Vicesimotertio † vtrum possit vasallus vni ex filijs prælegare totū ius feudi? Et dicit Bal. in tit. de prohi. feu. alie. quòd nō, vllo modo, nisi de voluntate & consensu filiorū: quia lex feudorum dictat quòd ad omnes æqualiter perueniat: vt in ti. qui feu. da. po. §. sed cū hoc. quòd limita nisi sit ducatus vel marchionatus, & huiusmodi, quæ debentur primogenito filij. Iacob. tamen Loth. tenet quòd istud c. j. de suc. feu. vbi dicitur q. vltima voluntas vasalli nihil valet in feudis, limitat ad ea dispositionē, quæ est vltima voluntas. Secus in stipulatione: quia in cohærētibus personæ pater potest stipulari vni cohæredum: vt ff. de pact. l. a. mus. Et sic posset assignare in

Universidad de Deusto
Biblioteca

rotum,arg.l.filio.§.fi.ff.de cit.nup.cum multis alijs. ¶ Vicesimoquarto† quæritur,ad quem reuertitur feudum vasallo priuato:& vtrum noceat filio delictum patris? Et dicit Bald. qui.mo feu.ami.§.aut si libellario.quòd si priuatur ex dolo commisso in personâ domini,reuertitur ad dominũ : vt quæ sit prima cau.bene.amit.c.j.§.denique.quando verò delinquitur extra personam veniunt agnati, non dominus. Quando verò ex causa alienationis:tunc sunt opiniones:sed Bal.ibi dicit quòd si fecit in fraudem agnatorũ,veniunt agnati,nõ dominus.Si verò non in fraudẽ fecit, reuertitur ad dominum: filij tamen vel agnati,imò etiã filia masculis nõ extantibus debet redimere à domino,qui cogitur eos inuestire:vt de his qui feu.da.pos.§.cum verò.quod intelligẽ si feudum nõ erat nouum secundũ Iaco.de Bel.Bar.tamen,vt recitat Pan.vbi ſ. in l.eã.ff.de inter.& releg.& in l. vc iuriſiur.§.ſi liberi. ff. de ope.li.dicit quòd si pater cõmisit delictũ,propter quod directè venit priuandus feudo:puta,quia alienauit,& huiusmodi: vel cõmisit aliquid contra tenorẽ iuramenti : & tunc nocet filio,etiã si processit à genere vlteriori,arg.in l. j. ff.ſi qs alite.prohi.& in l.cùm ratio naturalis.ff.de bo.,pscrip.vbi patet quòd delictum viius nocet omnibus proximioribus,qui sunt inferioris gradus. Vnde si quis prohibuerit aliquẽ testari, vel intersecit consanguineũ,cui succedere debebat ab intestato, sicut occupat hæreditatem:nec veniunt alij cõsanguinei qui sunt inferiores gradu,vt in d.l.eum ratio.& quod ibi no.Si verò nõ est tale delictũ,propter quod priuetur directè feudo: sed per quandam consequentiã,puta quia est dãnatus ob aliquod maleficiũ,ita ꝙ bona veniunt publicandatũc procedit distinctio Dy.in reg.nõ debet.de reg.in.li.vj.quia si feudũ est paternum,filio nocet.Secus si est à genere vlteriori . Cũ qua distinctione trãsit Io.And.& do.Ant.in c.ſi.de feu.Sed distinctio Bal.videtur æquior quo ad seculares:in prælato autẽ ecclesiastico placet opi.Ang.de Are.Insti.quib.mo.finit.tute.§. itẽ finitur.quòd licet veniat priuandus feudo,non tamen nocet successori:sed eo mortuo reuertitur ad successorẽ . quod etiam tenet glo.in cap.j.§.fi.in ti.de capitulis Corradi. ¶ Vicesimoquinto† quæritur,vtrum si vasallus cõmittat crimen læsæ maiestatis contra principem,propter quod omnia eius bona publicentur,ad principẽ deuenient bona feudalia.Et dicit Gul.Dur.quòd ad principẽ deueniet ius quod in re competebat vasallo,id est,vtile dominiũ:directè verò apud immediatũ dominũ remanebit.Quia verò nõ decet principẽ pro feudo seruire per se vel substitutũ : principes recipiet pretiũ pro æstimatiõe vtilis dominij:dominus verò immediatus recipiet partem aliã pretij pro dominio directo. ff. de leg. ij.l. qui solidum.§.j.Fiscus enim potest vendere rem,quam cum alio habet cõmunẽ,restituẽdo alteri pro rata pretij. C.de cõmuni.re.alie.l.uj. ¶ Vicesimosexto† quæritꝛ,vtrũ vno feudatario deficiente accrescat feudum alteri? Et dicit Panor. vbi ſ. quòd nõ,niſi fuisset expressum. Vide Barto.in l.ſi mihi.ff.de verb.obli. ¶ Vicesimoseptimò quæritur,vtrum filius repudiata hæreditate possit feudum tenere? Et dicit Hoſ.quòd non: sed aut totum debet retinere , aut totum repudiare:nisi dominus eum tanquam de nouo beneficio inuestiat,consentientibus agnatis:quo casu feudum retinet sine quocunque onere hæreditario.Dicitur autem agnati,qui per virilem sexum descendunt:cognati verò qui per fœmineum.Possunt autem agnati retinere feudum hæreditate repudiata:vt in constitutione Federici,an agnatus vel filius defin.rep. hære.pos.feu. re.capite,si contingeret.

¶ Vicesimooctauo† quæritur vtrum vasallus inuito domino possit refutare feudum? Et dicit Ioannes de Imo.in cap.j.de feu.quòd non,allegans gloſſ.sing.in capite ſi.de cap. qui cuven.& Panormitanus in dicto cap.j.& idem tenet gloſſ.in ea quæ in ecclesiarum.de constitutio.Bar.verò in l.is cum quæ.ff.de aqua plu.arcẽ.& d.consil.xliij.& Iacob.de Bel.in dicto cap.ſi.cõcludunt quòd si est datum ad certum seruitium,nõ potest:si autem ad incertum,tunc potest antequam illud seruitium sit indictum:quia nondum est purificata obligatio:de facit in similiglosſ.in l.ineol.a.ff.ad munici.nisi iuraſſet ſpecificè non posse refutare . quod secũdum Bal.in prælud.feudall.it ſi dominus esset in prælio,& tunc vellet refutare , quia dominus tunc sibi de æquali vasallo prouidere non posset.arg.l.filiæ meæ.ff.solu.matri.quia cedere feudo, est quodãmodo diuortium:nec valet nisi consuli possit indemnitati dominis & hoc sequitur Sũma Angelica.Hoſt.verò tenet indistinctè quòd refutare potest,& non tenebitur domino de seruitio.& hoc Arch.Summę Piſ.& Supple.videtur verius,si loco & tempore repudiet:scilicet vt dominus suæ indemnitati consulat: aliàs non.& hoc tene:quia feudum est principaliter in beneficium vasalli:vnde,secũdum eos,appellatur beneficium:& in pœnam eo vasallus priuatur, vel eius hæres, licet Pan.dicat hoc esse gratia vtriusque.

¶ Vicesimonono† quæritur vtrum ecclesia possit sine vsura feudum recipere in pignus, & facere fructus suos? Et dicitur in capitulo.j.de feud.quòd sic,dummodo interim non recipiat seruitium à vasallo. quod quidem capitulum diuersimodè intellexerunt.Nam glosſa sentit hoc esse ſpeciale in ecclesia,vt res illa citius ad ecclesiam veniret:nec habet locum in laico.Sed contra,quia secundum hoc illud quod est contra ius naturale,scilicet vsura , ecclesia per mutuetur etiam quia textus dicit,declaramus:vnde indurcit in vsuum.Alij intelligunt in rusticis colentibus terras ecclesiæ impenso seruitio fructibus penè æquali.Sed contra,quia textus facit mentionem de seruitio,nec distinguit. Alij intelligunt quando sic est conuentum.Sed contra,quia non valet commutatio vt vsura soluatur.de iureur.debitores.Alij,vt Innocen.& Gof.intelligunt quando feudum illicitè detinetur:nec recuperari potest.Sed contra,quia posset recipi seruitium ad restaurationem totius interesse præteriti:quod textus non admittit.Alij,vt Ho.& Panormitanus,intelligunt hoc procedere ex natura feudi:quæ est,vt dominium directum remaneat apud dominum,& vtile apud vasallum cum aliqua obligatione,aut seruitij,aut saltem fidelitatis:vnde diuisa obligatione de consensu ipsius vasalli consolidatur vtile dominium cum directo:& consequenter non percipit fructus ex aliena re,sed ex propria.quod tamen limita vt §.seq.Si autẽ interim dominus recipiat seruitium à vasallo tãquam ex debito,tenetur restituere fructus,nisi protestetur.arg.in l.j.C. de iu.do.impe.& in cap.cum M.de consti.Secus si ex liberalitate vasalli scientis se non teneri.

¶ Tricesimò† quęritur,vtrũ idem sit in emphyteusi? Et dicit aliqui quòd sic.Vnde Spe.in tit.de feu.dicit quòd feudum & emphyteusis & liuellarius sunt eiusdem naturæ & ego dico quòd vbicunq; lex feudalis nõ est contra iuris naturalis aut ciuilis rationem,habet locũ in emphyteusi : aliàs non,vt tenet Bart.in l.ſi mihi & Titio.ff.de verb.ob.& Bald. in c.j.de inuestitura de re alien.fac.Modò autẽ quando in re emphyteutica extant meliorementa:dico esse cõtra iuris naturalis si fructus eorum nõ computentur in sorte:vbi autem meliorementa nulla essent,nullus fructus esset computãdus ex natura huius contractus,sicut de feudo dictum est . Licitum est ergo non computare fructus pignoris in feudo & emphyteusi,concurrentibus duobus . Primò , quòd meliorementa non sint facta . Secundò , quòd ista fuerint à creditore libera : quia si domino esset exhibita quantitas pecuniæ vel aliquid aliud pro his habendis non liceret, quando fructus distproportionarẽtur à seruitio siue ab affictu. Et ita determinat &tenet Sum.Ang.in hoc casu & in priore.Sed dicit Card.in dicto cap.j.& dominus Anto.& cõmuniter alij quòd dictum cap. non intelligitur in feudo franco & libero, sed in non libero:quæ opinio est vera,& sequenda,sicut & sequitur ibi Ioan.de Imol. & Bartolus. Nam si fendatarius aliquid soluit domino,vel exhibet,scilicet mensurabile pecunia, feudum est concessum titulo oneroso : ideoq; si pignoraretur, dominus faciet fructus suos,nec poterit cõqueri feudatarius tunc domino nihil reddens: secus si esset cõcessum sine onere,quia nihil penes vasallum correspõderet fructibus. Quia ergo vera est ista opinio, quę tamẽ dicta Summa reprobat: ideo limita tertiò ,quòd feudum,vel emphyteusis à causa libera sit cum onere, aliàs non facit dominus fructus suos.

¶ Tricesimoprimò† quæritur,vtrum idem sit in vsufructuario,qui obligatur,proprietario? Et dicit Hoſt.in summa,quòd sic, si habet à proprietario à causa libera: aliàs non,vbi fructus distproportionantur à seruitio.

De Fictione.

FICTIO iuris à præsumptione differt : quia fictio iuris semper est contra veritatem, vt in iure postliminij, &c. præsumptio verò cũ veritate stare potest, sicut & sæpe stat. Iura enim fingit aliud quàm sit, vt mulierem stipulantem, quæ non est.l.vniea.C.de rei vxo.act.&c.

De Fideicommissis.

1 *Fideicommissi definitio. Et quando fideicommissum esse, aut letum dicatur?*
2 *Fideicommissum duplex.*

FIDEICOMMISSVM† & donatio mortis causa legatorum appellatione continẽtur.ff.de legatis.iij.l. & ſi fideicommissum.& est fideicõmissum illud legatum vel relictum quod fidei hæredis commissum est alicui ab eo dantis cum testator dicit, Hæres fideiꝰ tuæ committo, vt des legata & commissa:secundum Azo.in Sum.Vnde secundum Panorm.in c.Raynaldus.de testa.legatũ dicitur,quando dispositiones vel testamenta conferuntur in legatarium : fidei verò commissum,cùm quis capit de manu alterius:puta,relin quo tibi fundum, & volo quòd illud restituas Sempronio: non respectu tui est legatum:respectu verò Sempronij est fideicommissum:sic appellatum, quia fidei tuæ cõmittitur.

2 Est† autem duplex scilicet generale,quo tota hæreditas venit restituenda : & particulare est,quo restituenda veniunt extra particularia bona. Et olim quidẽ multas habuerũt differentias,cõmissa & legata:sed hodie nõ:sed omne legatum fideicommissum dici potest, & ecõtra. Pro quo est text.Institu. de leg.§.sed nõ vsq;.& ipsorum eadem est natura. ff.de leg.j. vbi dicitur quòd per omnia æquata sunt legata fideicommissis,& in l.j.ac ij.C.cõmunia de legatis.Si qua tamen est differentia,vide in glosſ.dictæ l.& ſi fideicõmissam. & quod sic nota.Vide propriè hodie fideicommissum dicitur legatum vel hæreditas ita alicui commissa vt alienari non possit aut relinqui aliter quàm testator ordinauerit.

De Fideiussore.

1 *Fideiussoris, qui à fide dictus est,appellatio generalis, vt quæ varias complectatur species.de quibus hic. Et ibidem fideiussio non concipiendæ formula . Et quod fideiussio non teneat,cùm ex accedit,quod minimè subsistit.*
2 *Fideiubere qui sanum possit? Et num mulier ex his sit,qui fideiubere:& quibus casibus id contingere queat? Et quid de sexu?num.seq. Item quid de religioso? num.4.*
3 *Fideiussoris hæres,num vt fideiussor obligetur? Et an prælatus*

successor,eius hæres censeatur?
6 *Fideiussor si quem repræsentare promiserit, an liberationem consequatur si pro quo fideiussit.fideiussione interposita capitale crimen cõmiserit,cuius occasione is ad mortem damnatus sit,aut bannitus,& aufugerit?*
7 *Fideiussor res decapitãdi,cui res ipse assignatus fuerat,si inde res aufugiat,an sit decapitãdus? Et ad hæc num quis fideiussorem in causa criminali interponere possit?num.seq.*
9 *Fideiussores cùm plures sint in solidum,an de tum inter eos possit ac debeat diuidi? Et an præsente debitore principali & indefenso possit fideiussor ipse conueniri?*
10 *Creditor,num fideiussori soluenti,actiones suas credere teneatur? Et contra, an debitor fideiussori de omni damno satisfacere teneatur?*
11 *Fideiussor,num à debitore vsuras,quas creditori soluerit,repetere possit?*
12 *Fideiussor termino à creditore prorogato, num obligatus permaneat? Et ante solutionem,num possit fideiussor contra debitorẽ agere,vt ipsum ab obligatione liberet:& id quæ casibus.*
13 *Fideiussor pro residotalis,vel donationis propter nuptias alienatione,an matrimonio subsistente de euictione tentetur?*
14 *Fideiussor, num aliquid à debitore, siue vsura recipere possit?*

FIDEIVSSOR† dictus est à fide & iubeo, quasi iubens siue dicens suæ fidei stãdum:vel quasi iussus suam fidem interponere in aliquo negotio:& est qui alienam obligationem in suam recipit fidem, principali nihilo minus manente obligato,Institut.eod.in princip.& ff.eodẽ.l.j.& ij. Est autem fideiussor nomen generale, sub se videlicet cõprehendens mandatorẽ,cõstitutorem,& promissorẽ:propriè tamen hi differunt adinuicem:quia mãdator nunquam sequitur,sed semper præcedit obligationem.ff.manda.l.ſi verò nõ remunerandi.§.ſi post creditam.nisi in casu, qui habetur in eo.§. Constitutor autẽ nõ obligatur,nisi præcedat obligatio,quæ in iuribus data sit.ff.de constitut.pec.l.j.& ij.C.eode.l.ij. Promissor verò ex toto in se alte nã obligationẽ transfert:Fideiussor autẽ obligationẽ præcedit & sequitur, Institut.eod.§. fideiussor.& in authen.præsente.C.eod.& non transfert in se obligationem ex toto:sed principali nõ satisfaciẽte.Fideiussor autem in rẽ suã dicitur, qui fideiubet pro re in ea causa, qua res futura est eius.verbi gratia , dedi procuratorẽ ad defendendum in causa mea:& fideiussi pro eo iudicatum soluit: hoc casu fideiussor in rem meam dicor:vt l.ſi defunctus.ff.de procur. Fideiussio verò ita fit,vt ſi interrogetur fideiussor sic: fide tua iubes qđ iste debet? & ille respondeat,fideiubeo. Institut.eod.§.in stipulationibus.hodie tamẽ secundũ Hoſti. in Sum.eod.vulgares vtunt hoc modo, es fideiussor pro tali, & promittis mihi pro eo? Et ille respondit,ſic, vel promitto. Et non tenet fideiussio,quãdo est accessoria ei quod non tenet.gloſſ.in cap.grauis.de censibus.eũ concordan.ibi positis. *Quomodo fit fideiuss.*

¶† Primò verò quęritur quis possit fideiubere? Et dico quòd quilibet habens administrationem suorum bonorum. 2

¶ Secundò quæritur,vtrum mulier possit fideiubere.Et dico quòd non pro viro:& si fecit,non tenet ipso iure. ff.ad senatusco.Velle.l.ij.in glo.nec pro altero, secundũ quod not.in l.quamuis.ff.ad Velleia.secundum tamen quod ibi distinguitur,sunt sex casus,in quibus potest fideiubere. Primò, quãdo fideiubet de pretio dando, vt quis seruum manumittat. Secundò quãdo pro dote alicuius mulieris.Tertiò quando renuntiauit beneficio Velleiani certiorata de ipso. Quartò quãdo accepit pretiũ pro fide iubẽdo,vel aliquid loco pretij. Quintò,quãdo in fraudẽ fideiuſsit,vt deciperet.Sextò,quando pignus vel fideiussorem pro alio dedit: & post biennium

Universidad de Deusto
Biblioteca

à dicta cautione numerandum iterum ad idem se obligauit, vel pignus vel fideiussorem dedit: secus si intra biennium consentit: quia non valet. ¶† Tertiò quæritur, vtrum clericus possit esse fideiussor? Et dico quòd nō pro laico, & si facit, est abijciendus, scilicet ab ecclesia vel clero post debitam monitionem, vel à fideiussione: vt in cap. j. de fideiuss. quod quidem aliqui limitant in frequētia fideiussionis propter verbum inseruiens, in dicto cap. positum, quod frequentiā notat, id est, valde seruiens: sicut indifficile dicitur, id est, valde difficile. l. Gallus. §. ille de⁊ius. ff. de liberis & posthumis. Sed mihi videtur quòd pro laico nullo modo debeat indifferenter fideiubere. xj. quæst. j. te quidem. in text. & in gl. sed solùm in casu necessitatis, in quo sicut obligatur subuenire indigenti. xij. quæst. j. videntes. ita & fideiubere. & hoc tenet glo. in cap. te quidem. & in cap. penult. eodem titul. Pro ecclesia autem vel clerico fideiubere potest: vt in cap. ij. eodem titul. & in dicta gl. in dicto cap. te quidem. Si tamen fideiusserit, tenet secundum gloss. extra eod. cap. j. quæ allegat c. peruenit. &. c. constitutus eodem tit. & idem Panorm. in dicto cap j. sed secundum Hostien. tenetur solùm de patrimonio suo, vel de reditibus beneficij, quos suos facit: non autem in præiudicium ecclesiæ. Archid. autem in cap. statutum. de rescriptis. libro vj. tenet quòd nec etiam de fructibus beneficij: sed communiter tenetur cum Hostien. ¶† Quarèo quæritur, vtrum religiosus possit fideiubere? Et dico quòd non: vt in cap penultimo. eodem titul. etiam si esset abbas: nisi hoc fiat de licentia abbatis & assensu maioris partis capituli: vt ibidē. quod intelligo de assensu explicito vel implicito: vt in re modica, de quo abbas disponere posset ex tacito consensu capituli.

¶† Quintò quæritur, vtrum hæres fideiussoris obligetur vt fideiussor? Et dico quòd sic. l. potest accipi. ff. eodem. sed tamen intellige quòd iuceesſor prælati nō est eius hæres. vnde nec pro eo tenetur. arg. eorum quæ dixit Host. vt suprà. §. iij. nec pro eo tenetur. arg. eorum quæ dixit Host. vt suprà. §. iij.

¶† Sextò queritur, vtrum fideiussor qui promiserat aliquem præsentare, liberetur si talis, pro quo fideiusit, post fideiussionem commisit capitale crimen, propter quod fuit condemnatus ad mortem, vel bannitus, & fugit? Et dico quòd fieret est casus in l. sed & si quis rei. ff. si quis caut. in princip. & not. in l. si decesserit. ff. qui satisd. cog. & hoc verū est nisi fideiussor esset in dolo vel lata culpa re pectu maleficij postea perpetrati: quia in cōscientia teneretur ad restitutionem damni: aliàs non. ¶† Septimò quæritur, vtrum si fideiussor rei decapitandi, cui dictus reus fuerat assignatus, & fugit, sit ipse decapitandus? Et dicit Cynus in l. ad cōmentarienſem. C. de cust. reo. & Bart. & text. in l. si quis reum. ff. de cust. reo. quòd non: sed pecuniariter puniretur: quia nemo præest se obligare ex cōtractu ad pœnam capitalem: cùm nemo sit dominus membrorum suorum. xxiij. quæst. v. si non licet. & in l. libet homo. ff. ad l. Aquil. Si tamen fuerit in dolo, punietur pœna arbitraria: vt not. in dictis locis, & xxiij. quæst. v. cùm homo. in gloss. Nec obstat dicta l. ad commentariēſem, quia loquitur de eo qui habet custodiā ex officio: quia punitur ea pœna, qua puniendus erat incarceratus: si est in dolo fugæ vel negligentia nimia: vt ibi not. ¶† Octauò quæritur, vtrum possit quis interponere fideiussorem in causa criminali? Et dicit Panor. in rub. de fideiuss. quòd si non venit imponenda corporalis pœna, potest: aliàs nō. quo modo intellige cap. si clericos. de sententia excommunic. lib. vj. & facit dicta l. si quis reum. iuncta l. diuus Pius. de cust. reo. & est bonus tex. in dicto cap. cùm homo. & ibi etiam glos. fallit in muliere: de quo dic vt in auth. vt nulli iudic. §. necessarium. ¶† Nonò quæritur, vtrum cùm plures in solidū sint fideiussores, debeat inter eos debitum diuidi? Et dicit Panorm. in cap. peruenit. eodem tit. quòd sic, si sunt omnes præsentes & soluendo, & hoc postulent antelitem cōtestatam. ff. de fideiuss. l. si dubitet. §. j. Et ritual est beneficium diui Adriani positum: & habes in effectu Iustinian. eodem tit. §. si plures. & hoc verum, nisi huic beneficio renuntiasset. ¶ Decimò quæritur, vtrum præsente debitore principali & indiscusso possit conueniri fideiussor? Et dico quòd non: vt in authen. præsente. C. eodem. tit. etiā si constituerit se principalem debitorem, vt sit cōmuniter hodie, secundum Panormit. in dicto cap. peruenit. & hoc verum est, nisi renuntiauerit huic beneficio: vt C. de duo. reis stipul. authe. hoc ita. & nisi debitor notoriè sit non soluendo, vel non possit conueniri: vt in dicta authen. præsente. ¶† Vndecimò quæritur, vtrū creditor teneatur cedere actiones suas fideiussori? Et dico quòd sic: aliàs potest ei negare solutionem debiti. ff. de sol. l. Modestinus. & ff. eodem. l. fideiussoribus. Sed intellige de actionibus, quas habet contra eum pro quo fideiussit.

¶ Duodecimò quæritur, vtrum debitor teneatur satisfacere fideiussori de omni damno? Et dico quòd sic. Sed intellige quòd illi euenit ex sua culpa propter fideiussionem. eodem tit. ij. cap. & iij. & de fo. compet. c. fin. quia officium fuit nulli debet esse damnosum. ff. de fur. l. si seruus cōmunis. §. quod verò. ff. ad Velle. l. ij. §. j ff. quemad. test. ape. l. sed si quis. ff. ex quib. cau. ma. l. videlicet. iiij. q. iij. §. venturis. & in glo. ad cap. ij.

¶† Decimotertiò vtrū fideiussor à debitore repetere possit vsuras, quas soluit creditori? Et dicit Io. And. in reg. damnum. lib. vj. in mere. & sequitur Panor. in d. c. ij. quòd aut simpliciter erat solùm obligatus ad debitū soluendum: & sic non repetet: sed sibi imputetur si soluit, quia non erat obligatus. & facit l. ceium. ff. de eo quod cer. lo. nisi soluisset vsuras vt interesse. & hoc verū quādo fideiussor obligauerat se nō solùm simpliciter: sed etiā in omnem casum venientem ex debitore principali: quia teneretur de augmento debiti: vt in dicta l. cētum & l. quæro. §. j. ff. locat. & l. mora. ff. de verb. oblig. aliàs simpliciter fideiubens nō tenet ad interesse nec ad augmentum debiti: vt not. gl. in dicto cap. iij. & sequitur Doctor. Vnde si soluerit, sibi imputabit iure forti: licet iure poſi debitor teneatur, si ipse erat obligatus in vero ad interesse seu augmentum creditoris: aliàs non. Si autē obligauerat se fideiussor ad vsuras soluendas: sic secundum Legistas & Canonistas distinguitur: quia si soluit spontè, non repetet, secundum glo. in dicto cap. ij. quia indebitæ erāt: vt in cap debitores. de iureiurando. Si verò soluit coactè quidem, sed nō opposuit exceptionem, non repetet. Si autem opposuit, sed per iudicis iniquitatem fuit soluere coactus, non repetet, nec debitor tenetur, per l. exceptionem. ff eodem. & ff. de euict. l. si per imprudentiam. Si autem non solùm fideiusit soluere vsuras, sed etiam iurauit: sic repetet, secundum omnes: quia licet posset petere absolutionem à iuramento, non tamen tenetur, secundū Gofredum. quia licet teneatur fideiussor excipere: vt in glo. dicti cap. ij. per multa iura: nō tamen tenetur agere. Aduertendū est tamen quòd eo casu quo fideiussor vsuras soluere promisit sine iuramēto, sciente & cōsentiente debitore: secundū Theologos eas in cōscientia repetere potest: siue spōtè siue coactè soluerit: & debitor tenetur: quia sic intelligitur mandasse vt soluat: vt l. si procurator. ff. de condict. indeb. scienti etiam & consentienti &c. de reg. iur. lib. vj. ¶† Decimoquartò quæritur, vtrum fideiussor remaneat obligatus termino prorogato à creditore? Et dico secundum Panor. in c. cōstitutus. quod tuiter. cōmuniter teneri q⁹ aut fideiussor erat obligatus ad tempus solùm, puta vsq; ad annū, & sic nō tenetur post annū prorogato termino, per l. ità quæritur. §. qui impleto. ff. locat. vbi patet q⁹ si locauit tibi domum vsq; ad annū dato fideiussore, si tibi conducis postea tacitè vsq; ad aliud tēpus, fideiussor nō tenetur

tur nisi de nouo promittat. Aut obligatio erat pura, licet solutio dilata sit ad tempus: & sic licet solutio sit prorogata, nō tamen liberat: quia nulla facta prorogatione termini tenetur fideiussor etiam post terminum: sicut & reus principalis, ar. c. cū dilecti. de dolo. & l. Celsus. ff. de arb. ¶ Decimoquintò quæritur, vtrum fideiussor ante solutionē possit agere cōtra debitorem vt liberet eum? Et dico quòd sic in tribus casibus. Primò, si diu in obligatione steterit. ff. mā. l. Lucius Titius. Secundò, si res incipit vergere ad inopiā: vt in d. l. Lucius Titius. & C. man. l. si pro ea. Tertiò, si fideiussor condemnatus fit: vt in d. l. si pro ea. Et hos tres casus gl. elicit ex tex. extra eo. c. fi. Quibus adde quartò si hoc ab initio conuentū est: vt in l. præd. dicta, si pro ea. & ff. de fideiuss. fideiussor prouenditore. ¶ Demosthenes† quæritur, vtrū fideiussor pro alienatione rei dotalis vel donationis propter nuptias cōstante matrimonio teneat de euictione? Et dico q⁹ Pan. in c. cùm cōtingat. de iureiu. & Bar. in l. cùm lex. ff. eo. & Io. And. post multas opiniones videtur cōcludere q⁹ si mulier vendit, nō tenet nec ipse nec mulier. d. l. eū lex. Sed si vendit maritus vel alius: tenet vendens & fideiussor, vel ad rem tradendā vel ad interesse, secūm quod no. in l. rem alienā. ff. de cōtrahen. emp. arg. l. & si is. C. de præmit. Et ratio est, quia lex resistit venditioni & actiōi p̄sonali: sed alienationi, id est, translationi dominij: vñ vxor nō obligatur: quia teneretur ad translationem dominij. l. ex empto. in princip. ff. de act. emp. & vend. nec fideiussor: quia haberet regressum contra mulierem. & hoc verum, nisi mulier iurasset. quia si iurasset, teneretur tam ipsa quàm fideiussor.

¶ Decimosextò† primò† quæritur, vtrum fideiussor aliquid recipere possit à debitore sine vsura? Et dico hic esse non posse vsuram: quia neque est hic mutuum tacitum vel expressum: cùm fideiussor nihil præter fidem imponat: & si quid accipiatur ratione periculi vel laborum, moderatè tamen, est licitū, & cōtractus innominatus. Si verò aliquid accipiatur ratione facti nullo extante periculo vel labore, est inquum, & contra charitatem: & multò magis si fraus vel dolus intercueniat: vt si conueniatur cum aliquo ne credat debitori, nisi quis fideiubeat: & sic lucretur: & vtroque casu restituere tenetur.

De Fide.

1 *Fidei triplicem acceptionem.*
2 *Fides de quibus esse dicatur? Et quæ ad fidem pertineant? Item quæ ad papam? Et quòd caput ecclesiæ scilicet papa, & ecclesia non possunt errare, qualiter intelligendum sit?*
3 *Articuli fidei, qui? & à quibus sint? Et ibidem credibilium ex diuo Thoma distinctio.*
4 *Articulos fidei ad diuinitatem pertinentes septem sunt, ac totidem Christi humanitatem respectantes. Et ad quid vnusquisque referatur, & à quibus excepti. nu. sequen.*
6 *Articulos de quibus proximè, qualiter fideles credere obligentur? Et circa eosdē quid ep̄i possint efficere ac præstare oporteat?*
7 *Simplices in fidei articulis & subtilitatibus aberrantes, an peccent, & qualiter?*
8 *Homo ad fidei confessionem exterius quomodo teneatur?*
9 *Ecclesia vniuersalis num circa ea quæ fidei sunt, errare possit?*
10 *Et num aliquando erret, & in quibus id contingere possit?*
11 *Symboli vsus ad quem pertineat?*
12 *Concilij sententia vnde robur accipiat, & ad quem pertineat?*
13 *Papa non modo errare potest, sed & hæreticus effici.*
14 *Inducere aliquem ad fidē prece, vel pretio, an liceat. remissiuè.*

Fides† tripliciter sumitur. Primò vt est pactio quædam quantumcunque simplex de futuro, eo modo, quo recedens à pactis aut etiam promissione, recedere dicitur à fide. & sic sumitur in cap. duo. de spon. & l. j. ff. de pact. & ff. de const. pecu. l. j. Et secundò vt est consensus de præsenti: & sic etiam sumitur in eo. c. j. & vt ibi no. hæc facit matrimonii. & de hoc infrà Iuramentū. j. §. vlti. Tertiò sumitur fides Theologicè, vt est substantia sperandarum rerum, &c. Heb. xj. De prima fide propriè intelligitur illud, frangenti fidem, &c. de quo infrà Iuramentum, primò. §. vj. & quomodo differat ab opinione, infrà Opinio. De secunda verò infrà Matrimonium, per totum. De tertia verò agetur in toto isto capitulo. ¶ Primò† verò quæritur, de quibus est fides? Et dicit S. Tho. ij. ij. q. xj. art. ij. quòd ad fidem directè & principaliter pertinent articuli fidei, qui scilicet sunt de his, quæ visuri sumus in patria, vel per quæ venimus ad patriam: indirectè verò & secundariò ea ex quibus si non crederentur, sequeretur aliquius articuli corruptio. Adde etiam quòd ad fidem pertinent omnia, quæ sunt in scriptura per accidens tāquam declarativa prædictorum. ij. ij. q. j. art. vj. ad primum. Adde etiam quòd ad fidem pertinent per accidēs omnia quæ sunt in doctrina ecclesiæ: quia, vt patet ij. ij. q. v. ar. iij. & iij di. xxiij. q. iij ar. iij. q. ij. & in quolib. vj. ar. vj. quicunque sicut infallibili & diuinæ regulæ non inhæret doctrinæ ecclesiæ, quæ procedit ex primaveritate manifestata in scripturis, ille non habet habitum fidei: sed ea quæ sunt fidei aliter tenet, quàm per fidem. hæc ille. Et quia, vt ipse dicit in opusculo contra errores Græcorū, papa habet vniuersalis ecclesiæ primatum: ad quem pertinet ea quæ sunt fidei, determinare, vt ab omnibus inconcussa fide teneantur: & in eo principaliter residet authoritas vniuersalis ecclesiæ ij. ij. q. xj ar. iij. ideò etiam ad fidem pertinet inhærere determinationi pontificis summi in his, quæ sunt fidei: imò etiam & in his quæ spectant ad bonos mores: quia in huiusmodi ecclesia errare non potest: & consequenter nec caput eius, inquantum caput, suse inquantum pontifex. Quod semper esse intelligo quando interrogatur in dubijs, non vt vir doctus, aut talis persona, sed vt caput Christianitatis, vel secundum Archidiaconum quando determinat cum Cardinalium consilio. Sed primum est melius: quia papa sine Cardinalibus esse potest. Sed prædicta quantū ad caput & ecclesiam ita limitanda videntur, quòd errare non possint finaliter: secus in primo motu: quia posset prima facie sententiam falsam proferre: sed statim Spiritus sanctus vel per scripturam, vel per viros doctos se fundantes in scriptura, aut aliter lumen afferret, ne staretur in falsa sententia. Vnde super huiusmodi dubijs faciunt consultationes: quod non esset necesse, si infallibiliter moueretur à spiritu, quo ad primos motus vel primas cogitationes. Tales enim motus possunt inesse ex naturalibus principijs: sed corriguntur per spiritum sanctum: sicut de Natan prophera dicit Grego. super Ezech.

¶ Secundò† quæritur, qui & à quibus sint articuli fidei? Et ex Sancto Thoma ij. ij. quæstione prima, articulo octauo. & iij. distinctione xxv. quæstione prima. ar. secundo. sic respondetur: Prima credibilium distinctio est, quòd quędam ad maiestatem diuinitatis: quædam verò ad mysterium humanitatis Christi pertinet: quod est⁹ potestatis sacramentum. j. ad Timotheum quarto. quia per se pertinent ad fidem ea, quorum visione in æterna vita perfruemur, & per quæ ducimur in illam. Duo autem nobis videnda proponuntur, scilicet occultum diuinitatis, cuius visio nos facit beatos: & mysterium incarnationis Christi, per quod gloriam filiorum Dei accessum habemus. Romanorum quinto. quia cùm articulus sit veritas de Deo: hoc est, aut de Deo tantùm, aut de Deo ratione assumptæ naturæ. ¶ Articuli† autem ad diuinitatem pertinentes sunt septem. Nam si articulus est de Deo tantùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

tantùm,de quo nobis tria credenda proponuntur,scilicet vnitas deitatis, trinitas personarũ,& opera deitatis propria. hoc tripliciter cõtingit:quia est de eo ratione naturæ vel personę vel effectus. Et si ratione naturæ,habemus primũ arti. credo in vnum Deum. Si ratione personæ,aut ratione personæ patris:& sic est secundus, Patrem omnipotentem. aut filij:& sic est tertius,& in Iesum Ghristum Filium eius.aut Spiritus sancti:& sic est quartus, Credo in Spiritũ sanctũ. Si verò ratione effectus:aut pertinet ad conditionem & esse naturæ,&sic est quintus,Creat' rem cœli & terræ:aut ad bona & esse gratię, & sic est sextus, sub quo ponuntur omnia pertinentia ad humanam sanctificationem, sanctã ecclesiã catholicã, sanctorum cõmunionem,& remissionem peccatorum. aut ad perfectionem & esse gloriæ:& sic est septimus de resurrectione carnis & vita æterna. ¶ Est similiter etiam circa humanitatẽ Christi ponuntur vij. arti. Primus ad incarnationem siue conceptionem pertinet:qui cõceptus est de Spiritu sancto.Secundus ad natiuitatem ex virgine:natus ex Maria virgine. Tertius ad passionem,mortem & sepulturã: Passus sub Pontio Pila. crucifixus mortuus & sepultus.Quartus ad descensum ad inferos:descendit ad inferos.Quintus ad resurrectionem:tertia die resurrexit à mortuis. Sextus ad ascensionem : ascendit in cœlũ, sedet ad dexteram Dei Patris . Septimus ad aduentũ ad iudicium:inde venturus,&c. ¶ Cùm igitur articuli duplici.er distinguantur, scilicet quantũ ad ipsa credibilia,& quantũ ad ipsos qui eos distinxerunt:primo modo sunt xiiij.Secũdo modo xij.Quidam autem aliter eos distinguunt quàm dictũ est. Horum autem articulorũ Petrus tres complexus est in vnum, scilicet de vnitate naturæ,de omnipotentia Patris, de operę creationis : quia opus creationis propter potentiam , quam indicat,appropriatur Patri,qui est fons totius deitatis:ideoq; Petro competit,qui est caput Apostolorum,sicut pater trinitatis.Ioanne: verò posuit articulum de persona Filij.Iacobus verò Zebedæi connexit in vnum articulum de conceptione & natiuitate.Andreas articuliũ de passione:Philippus descensum ad inferos:Thomas resurrectionẽ:Bartholomæus ascensionem:Matthæus aduentũ ad iudicium:Iacobus Alphæi,articulum de persona Spiritus sancti,Opus aũt gratię diuiserũt duo Apostoli:quia Simon posuit effectum gratiæ in consecutione boni,scilicet sanctam ecclesiam catholicam,sanctorum communionem:Iudas Iacobi quãtum ad remotionem mali,scilicet peccatorũ remissionem.Effectum verò gloriæ posuit Mathias:vel,vt alij dicunt,iterũ Thomas. Alij autem aliter articulos attribuũt Apostolis:sed in hoc non est vis.hęc ille. ¶ Tertiò † quæritur,quomodo obligentẽ fideles ad credendum prædictos artic.Et cõclusiuè ac breuiter ex S. Tho. sic respondetur: Quilibet tenetur credere explicitè articulos fidei:no aũt alia,sed solùm implicitè.ij.ij.q.ij. art.v.j.ij.q.lxxvj.art.j.nec tamen necesse est cuilibet explicitè credere omnes articulos fidei,sed quantũ sufficit ad dirigendũ in vltimũ finem.tertiò,dist.xxv.q.ij.art.j q.ij. Vnde tenetur quilibet Christianus explicitè credere Deũ esse,& prouidentiam eius.ij.ij. q.ij.art.viij.ad primum.&,vt ibidem dicitur, mysteria Christi,præcipuè quæ publicè in ecclesia solemnizantur. ij.ij.q.ij. art.vij.Quilibet autem habens officium docendi fidem,scilicet prælati,sacerdotes, prophetæ,doctores, & prædicatores tenentur credere explicitè totalem distinctionẽ articulorũ secundum subsistentiam,nõ autem alij.iij.dist.xxv.q ij.art.j.q. iij.hæc ex illo:qui sub ista maxima loquitur,scilicet quòd quilibet tenetur explicitè credere circa articulos fidei pertinentia ad officium suum:& ea,quæ sine sua negligentia notabili arbitrio boni viri ignorare non potest:vt quæ solennizantur in ecclesia quantum ad omnes catholicos,qui solicitare possunt ecclesias vbi ista docentur . Quæ maxima etiam est de mente S.Bo.& Rich.in iij.dist.xxv. Vnde dicit Dir.lib.j.quòd clerici,maximè prælati & habentes curam animarum,tenentur scire explicitè & distinctè omnes articulos contentos in symbolis,Credo:&,Quicunque vult : & in concilio generali edito.xxxvj.dist.c.j.ij.& iij.Episcopi verò tenentur scire circa prædicta exponere & respondere,&hæreticos confutare.extra de hær.excommunicamus.el j.In hoc tamen iste errat,& sequitur Sum.Rof.dicens quòd simplicibus,&fortè omnibus laicis discernentibus &adultis sufficit credere Deũ esse præmiatorem omnium bonorum,&malorũ omniũ punitorem:et alios aũt articulos sufficit credere implicitè, credendo scilicet verũ esse quicquid ecclesia catholica docet.Stultũ est enim dicere quòd liceat vtenti ratione & adulto ignorare Christi natiuitatem,& mortẽ crucis,quã impossibile est talem ignorare,nisi omnino suã contemnat salutem, & aures verbis diuinis obturet. ¶ Quartò † quæritur , vtrum simplices in fidei subtilitatibus errantes peccent? Et dicit Spe.in tit.de hære.& Aluarus,vt refert Sum.Ang.post Io. de Lign. quòd peccant mortaliter,& sunt hæretici.& allegat Spe.xxiij.q.j.Ieiunia.C.de hære.l.ij.in ipsarum.Sanctus Tho.autem ij.ij.q.ij.art. vj.dicit quòd non peccant,si non pertinaciter adhærent peruersæ doctrinæ in particulari contra vniuersalis ecclesiæ fidem.& hoc tenet Dir.lib.j.& no.Inno.in c.j.de sum.trin.& fi. cat.& Host.in procę.circa finem:& Pan.Et ratio,quia licet talis malè opinetur:tamen illa opinio nõ est sua fides,sed fides ecclesiæ.& ad hoc prodest fides implicita.Ad iura quæ adducit Spe.dico quòd l.ij.cum sua gl.est contra eum,vt patet intuenti.Lautem,venia.nihil facit ad materiam.&.c.schisma.loquitur de hæreticis non paratis se corrigere. Ad iura autem Aluari,quæ videnter velle quòd ignorantia non excuset.ideo quòd loquuntur de ignorantia iuris naturalis,vel in foro causarum. ¶ Quintò † quæritur,quomodo teneatur homo ad fidei cõfessionem exteriorem? Et dicit S. Tho.ij.ij.q.iij.quòd fidem confiteri cùm pertineat ad præceptum affirmativum, non semper , nec in quolibet loco est de necessitate salutis, sed in aliquo loco & tempore : quando scilicet aliquis interrog[a]tus de fide,si taceret,crederetur,vel non habere fidem, vel quòd fides nõ esset vera,vel alij propter eius taciturnitatem à fide auerterentẽ.& sic in huiusmodi casibus,in quibus honor debitus Deo,vel vtilitas proximis impendenda subtrahitur,nisi cõfessio fiat,est necessaria de præcepto:aliàs de cõsilio,si vtilitas inde speratur. Si verò sit solùm ad pertinaciam infidelium,est vituperabilis , dicente domino Matth.vij. Nolite sanctum dare canibus,& facit c.in mãdatis . xliij.dist. Qui verò interius quidem credit , exterius verò facit aliquid infidelitatis signũ:puta exhibet reuerentiam idolo, vel portat vestem destinatam ad aliquod determinatũ signũ infidelitatis,& huiusmodi,peccat mortaliter:quia secũm Aug.xxvij. q.iiij.sanctius est mori,quàm vti idolothyto . Et ratio est, quia iste exhibet reuerentiam diabolo . Secus aũt si non desiperet determinatè infidelitatem:sicut Sebastianus vrebat children militari ex bono zelo. ¶ Sextò † quæritur,vtrum circa ea quæ sunt fidei vniuersalis ecclesia possit errare ? Et dicit Pan.in c.à nobis.de sent.excom.el ij.quòd ecclesia vniuersalis errare nõ põt,scilicet in fide vel articulis fidei: & pro hoc tantùm Christus in Euangelio orauit ad patrem : Ego pro te rogaui,&c.&sic intellige c.à recta.xxiiij.q.j.In aliis autem non solùm ecclesia particularis,verum etiam vniuersalis, quæ est,collectio fideliũ,seu concilium generale potest errare,& de hoc est tex.clarus in d.c.à nobis.Et sic,secundũ eum dicitur errasse concilium super matrimonio contrahendo inter raptorem & raptam.& dictum Hier. melius sentiendo intelligitur de raptore vel pretio aliquẽ ad fidẽ inducere,vide infrà Iudæus.§. vj. Vtrum etiã liceat disputare de fide,3. Disputatio.§.vnico.

latum statuto cõcilij,vt probatur xxxvj.q.ij.in c.tria. iuncto eplaemit. Adde verò quòd ecclesia, quæ errare non potest, secundũ arch.est ecclesia Romana,qđ etiã ꝓbatur per dicta Hiero.ad damasum,xxiiij.q.j.hæc est fides.& per dicta Lucij papæ,ea.q.à recta.& ibi per glo.& ex hoc quòd caput eius,id est,papa nõ potest errare.Adde secũdò quòd etiã secundũ S. Tho.errare nõ põt in spectantibus ad bonos mores,condendo scilicet decreta & cõstitutiones.& intellige finaliter, non prima fronte:& sic errauit concilii, vt dictũ est. Errare autẽ potest etiã finaliter in particularibus factis hominũ & iudicijs.Vnde etiam suprà Canonizatio.§.iij. ¶ † Septimò quæritur,ad quę spectet editio symboli,& determinatio dubiorũ in fide ? Et dico vtrunq; pertinere primò & principaliter ad papam,& nõ ad concilium.quod autem ad eum solũ pertineat editio symboli , ꝓbat Arch.iiij.parte.tit.viij.quia hæc editio fit in cõcilio , quod sola authoritate papæ cõgregari põt : vt patet dist.xvij.per totum.& similiter S. Tho.ij.ij.q.j.quia,inquit , noua editio symboli necessaria est ad vitandũ insurgentes errores.& consequenter ad illius authoritatẽ pertinet, ad quẽ pertinet sententialiter determinare ea,quæ sunt fidei,vt omnibus incõcussa fide teneantur, id est, summi põtificis:ad quẽ maiores & difficiliores ecclesiæ quæstiones referũtur,vt dicitur dist.xlij.Vnde & Lucæ xxij dicit dominus Petro, quẽ fratrum põntificẽ constituit: Ego pro te rogaui,&c.Et ratio est,quia vna fides debet esse in ecclesia: qꝰ esse nõ posset,nisi quæstio de fide exorta determinaretur per eũ,qui toti ecclesiæ præest:cuius etiã authoritate cõgregatur synodus,& eius sententia cõfirmat. hæc ex illo.Ex quibus † patet quòd sententia cõcilij robur accipit à cõfirmatiõe papæ. & quòd declarato dubio circa canones, sicut & circa fidem.ij.q.j. ex his dubio exorta circa canones, non debet quis in fide pręsumere. Vnde illa declaratio de quo vide Archi.vbi suprà.Vtrũ † autẽ liceat

De Filijs legitimis & illegitimis præcipue quantum ad successionem.

1 *Filij iuxta Leges ac Canon.loquendo,in triplici sunt differentia. Et qui sint? & quam varie in iure appellentur? Et vtrum sint quod filiorum species quinque sint? & quales dicantur?*

2 *Legitimi tantum quomodo succedant? Et quid de legitimis & spiritualibus.*

3 *Filij naturales tantùm qualiter ad parentes successionem vocentur? & quantæ portionis capaces sint? Et quid contrà, qua liceat parentes ipsis succedant?*

4 *Naturales ac spurij,num ad parentũ successionem vocari possint? Et hoc septem axiomatibus expedit. Et an iuxta legum sanctionem à parentibus alendi sint? Et quid secundum conscientiæ iudicium? Et an sit modus aliquis per quem filio spurio pater aliquid relinquere possit?*

5 *Filij naturales ac legitimi parentibus quomodo succedant? Et ibidem,quòd Regum ac Comitum filij in patrium vita, Reges ac Comites vocitentur.*

6 *Parentis malitia,& contrà, an filio,aut patri noxia sit? Et id qualiter,ac quatenus?*

7 *Filius naturalis tantùm, num per matrimonium subsequens legitimus efficiatur.*

8 *Filij ex clandestino matrimonio nati,an legitimi sint?*

9 *Nati ex viro & muliere simul cohabitantibus,an legitimi censeantur? Et ibidem quòd ex multa cohabitatione inter virum ac mulierem matrimonium præsumatur.*

10 *Matrimonium sequens,vt filios præcedentes legitimet: an oporteat,quòd cõceptionis tempore vxor potuerit? Et an legitimatio,quæ per subsecutionem matrimonij semel contigit,per matrimonij dissolutionẽ tollatur? Et quid de natis in casu, de quo num.seq.Et quid in casu num.12.*

13 *Natos ex sponsa de futuro,an legitimos sit?*

14 *Filius num quo ex parentis tractatu consistui possit? Et quid si negent parentes talem tractationem. an filius eam probans parentibus negantibus præferendus sit? Et quid si probetur mulier concepisse tempore adulterium commissum.*

15 *Legitimatus per matrimonium subsecutionem, an legitimus sit quo ad omnia,vt inde succedere possit? Et ibidem quod in materia restitutionis,vocabulum,appellationemque nati legitimè,veniat legitimatus per subsequens matrimonium.*

16 *Naturalis legitimatus,quòd in feudo non succedat,de quo legitimato intelligatur? Et sub hac, an legitimatus per subsequens matrimonium Episcopus esse possit?*

17 *Filius per principis rescriptum legitimatus,an cum alijs filijs succedat?*

18 *Primogenitus in casu de quo hic,an in successione parentum secundo gradu præferendus sit? Et inter nobiles melior est paternorum bonorum dispersio,quàm hæreditatis diuisio.*

19 *Primogenitus in quibus locis succedat, quis filiorum succedat, vbi duo simul nascuntur.*

20 *Filius natus in casu de quo hic,cui succedet? Et an partus de parente assimilatio parte item indicet,ac probet?*

21 *Filij bannitis,aut bannitorum ipsorum filij qualiter succedere possint,qualiter conclusionibus desidit. Et quid de filio deportato,aut de deportati filio? num.seq.*

23 *Ingratitudo,num pœnæ causa sit, legitimatis ad illegitimationem reducendo?*

24 *Pater ac mater,num filios alere teneatur: & quis eorum si dissentiunt sequatur?*

Universidad de Deusto
Biblioteca

15 Filius num patri ac matri de alimentis, aut alijs teneatur? Et ad quos de præcepto illis teneatur?

16 Amor deffidere magis, quàm affidere: qualiter intelligatur.

17 Filius familiàs matre vivente emancipatus, an in matrem bonis vsumfructum acquirat?

18 Filius num contra patrem agere possit, sive in causa ciuili, sive in criminali?

19 Filiorum appellatione, quinam veniant? Et an filius spurius de patris facultatibus censendus sit, num. seq.

31 Nomina filiorum, qualia sint: & an in basterdum cadant? Et ibidem quid appellatione nobilis de patrimonio: & quid, si dicatur, de domo significetur?

32 Filius matri, tam illegitimum dicenti, an credere teneatur? Et an natus post parentum castitatis votum, vel vbi de religione aliter repetitus est, an sit legitimus. Et ibidè nū filia nubere sine licentia patris possit? remissiue, et de pluribus alijs quoq; remittit.

FILII,† legaliter & canonicè loquendo, triplici genere distinguitur: quia quidam sunt legitimi, id est, lege probati, nō autē naturaliter generati. quidā verò ecōuerso, sunt naturales, sed non legitimi: quidā verò & legitimi & naturales. de quibus ¶. Legitimus. Legitimi verò non naturales sunt duplices: quia quidā sunt legitimi tātùm vt adoptati vel arrogati, qui sola legis institutione sunt filij. quidā verò legitimi & spirituales: vt susceptі ex baptismo vel cōfirmatione, & generaliter omnes in spiritualibus subditi, sicut oēs Christiani sunt filij papæ, & omnes de diœcesi episcopi, & omnes de parochia curati. xxx. q. j. omnes. Similiter naturales nō legitimi sunt duplices: quia quidā sunt naturales tantùm, qui etiā dicuntur nothi: sicut qui nascitur ex coitu ciuili lege non probato nec reprobato soluti cū vna cōcubina soluta retenta in domo, vt patet per Bar. in l. in cōcubinatu. ff. de concu. & in l. concubinā. eo. tit. & ibi gl. dicit quòd nō sufficit concubinam teneri extra domū: sed cohabitatio requiritur. Et idē Dy. tenet dicens in concubinā requiri indubitatum affectum sicut in vxore, cuius affectus præsumptio inducitur per cohabitationem. Et idē Ioā. And. in addit. ad Spec. tit. qui fil. sint legit. dicens quòd licet nati ex soluto & soluta ex communi vsu appellentur naturales, tñ naturales propriè dicūtur nati ex concubina retēta in domo, loco vxōris. & idē Spec. in tit. de succes. ab intest. vbi tria requirit. Primò q̄ isti sint nati ex soluto. Secundò quòd ex cōcubina. Tertiò quòd sit vnica cōcubina, quæ scilicet sit velut vxor. Quidā verò sunt naturales & spurij: vt qui nascūtur ex coitu lege nō probato, sed reprobato: puta cū cōsanguinea vel adultera vel meretrice: aut concubina, cùm quis habet plures vel vnā nō ex indubitato affectu, aut nō sic solutā vt posset esse vxor: vt not. in c. tanta. qui fil. sint legit. & not. Bart. in l. si gener. ff. de his qui. vt indig. Et idem est de vulgò cōceptis, q̄ patrē demōstrare nō possunt ff. de statu ho. l. vulgò. Nati tamē de adulterio vel etiā scorto habent nomina propria vt dicātur māzeres vel nothi: sed *quinq; species filiorū.* authores vocabula cōfundunt pleriq;. Naturales autem legitimi simul dicūtur. qui sunt ex legitimo matrimonio. Igiē quinq; sunt species filiorū, scilicet legitimi tantùm: legitimi & spirituales: naturales tātùm: naturales ac spurij, & naturales ac legitimi. de quibus omnibus vide vbi suprà, & p Pan. in cap. innocuit. de electi. & in di. cap. tanta. qui fil. sint legiti. vide etiam §. xij. Adde etiā quòd naturales ac spurio v Sanct. Thom. in iij. dist. xlj dicit non esse naturales, scilicet tantùm & præcisè, siue nō esse natos secūdum legē naturæ, sed contra. ¶† Primò verò quæritur, quomodo succedant legitimi tantùm. Et dico quòd si non sunt legitimè emancipati à patre adoptante succedūt patri legitimo simul cum filijs legitimis naturalibus: vt not. C. de adopt. l. fina. & Instit. de hæreditatibus naturalibus: vt not. C. de adopt. l. fina. & Instit. de hæreditatibus naturalibus: vt not. C. de adopt. l. fina. & Instit. de hæ. quæ ab intest. def. §. ité adoptiuos. & in l. si pater. ff. de adopt. si verò sunt emancipati à patre legitimo, in nullo succedunt: vide v. Adoptio. ¶ Secūdò quæritur, quomodo succedāt legitimi & spirituales propriè, id est, susceptі de baptismo vel confirmatione. Et dico quòd in nullo succedunt patri similiter nec spirituales largè, id est, subditi: quia inter spiritum & temporalē hæreditate nō est colligatio. ¶† Tertiò quæritur quomodo succedāt naturales tantùm? Et dico duo. ¶ Primò quòd ab intestato succedūt patri in duabus vncijs, id est, sexta parte totius hereditatis: ex quibus matri virilis portio debebit si superest: & hoc primò si sint naturales propriè: vt in auth. quib. mod. nat. effic. legi. §. si quis autē defunctus. & in c. liberi. xxij. q. iij. Et secūdò dummodo nō existāt filij legitimi, vel vxor legitima: vt in auth. liceat piā. C. de nat. lib. qa licet vxor nō capiat vel succedat, faciat tñ ne naturales possint capere vel succedere. Filijs etiā legitimis existētibus vel neporibus, non pōt nisi vnā vnciā relinquere eis & matri, & nō vltra. C. vbi suprà. l. matre. & si eis nihil reliquerit, in nullo succedunt: licet alimentari debeāt à legitimis. Matri aūt succedūt legitimi, etiā si ipsa sit illustris. C. ad Orphi. Et prædicta procedunt etiā de iure canonico, secundū gl. in c. tāta. qui fil. sint legit. & in c. nisi cū pridem. de renū. & secundū Host. & Pan. quia in hereditatibus standū est iuri ciuili, ex quo ius canonicum in cōtrarium non disponit: licet Gof. fuerit in opinione cōtraria. ¶ Secundū. Si pater nō habet filios legitimos vel nepotes, vel descēdentes, sed habeat ascendentes, pōt tales instituere etiā in totū, legitima tñ reseruata parentibus: vt not. in d. auth. liceat patri. Si autē nec ascēdentes nec descēdentes habeat legitimos: licet eos hæredes instituere in solidū, secundum Azo. & licet Gof. teneat cp nō succedāt, cùm hodie talis coitus sit reprobatus: vt in auth. de leno. col. iiij. & auth. licet eas. coll. v. & C. de cōcubi. l. vnica. tñ tenendū videt cum gl. in d. c. tanta. &. c. nisi cùm prīdē. q̄ succedat etiā de iure canonico: quia, vt dictū est, ex quo ius canonicū nō dispouit in contrariū, recedere non debemus à dispositione iuris ciuilis. facit c. p venerabilē. qui fil. sint legit. & sequit Pan. in d. c. tanta. vt dictū est. Sed ista nō procedūt in filijs libertorū: vt infrà Manumissio. iūcto prin. in verbo, liber. ¶ Tertiū. Sicut & in quantum & quādo succedūt filij naturales parentibus, secundum Aza. ita & in tantū & toties debēt succedere parentes naturales filijs naturalibus, vt par pietas seruetur in eis. ¶† Quartò quæritur, quo succedant naturales ac spurij. Et dico multa. ¶ Primum. Secundum glossi. in l. si qua illustris. C. ad Orphi. & Bar. ibi, & in l. si gener. ff. de his quib. vt indi. & Pan. in d. c. tanta. spurij habētes patrē incertū, vt nati siue quæsiti vulgò ex meretricali coitu, qui nō est dānabilis, nec accusat propter vilitatē vitæ, secundū Cy. in d. l. si qua. succedūt matri æqualiter cū legitimis. Instit. de suc. cog. §. vulgo. quod tñ fallit in matre illustri: vt in d. l. si qua. patri verò in nullo succedunt. etiam nō extrāneus liberis vel cōiuge: & similiter alēdi sunt quia coitus non est lege dānabilis. & idem dicit Cyn. de matre ex muliere quæ seruit in caupona, & intemperātiæ vina ministrat: quia alēdus est à matre: vt l. si ea quæ. & l. adulteri. C. de adul. Pro quibus aduerte loquēdo quo ad matre, secundum Pan. in d. cap. tāta. quòd natus ex cōcubina succedit matri cum legitimis: etiā si mater sit illustris. Siverò sit natus ex concubina, sed vulgò quæsitus: succedit matri cū legitimis, nisi sit illustris. Si verò sit natus ex damnato coitu, in nullo succedit etiā matri. Et econtra alij quòd parētes non succedunt filijs eo casu quo parentibus filij nō succedunt. vide ibi. ¶ Secundum. Generaliter spurius natus ex coitu damnato & reprobato, neq; patri, neque matri succedit: vt in authen. quibus mo. nat. effi. legi. §. fi. & nec à patre nec à matre secundum leges alendus est: licet aliter sit in conscientia: vt no. Inno. in c. ij. de regula & Pan. in c. cùm haberet. de eo q̄ dux. in ma. quā pol. per adul. nec talem potest pater hæredem cōstituere: auth. licet. C. de na. lib. & c. dicat aliquis. xxxij. q. iiij. vnde bastardi nobilium sedm Pan. in c. pervenerabilem. qui fi. sint legi. non dicūtur de parentela parentū: quia sordes non computant inter præcipuos. C. ad Orphi. l. si qua illustris. nec arma parentū portare possent. Et est sententia Bald. in l. cùm legitimæ nuptiæ. ff. de sta. ho. & sequit do. Ant. in d. c. per venerabilem. Hunc tamen posset mater hæredū cōstituere semiū aliquos, id est, Mar. & Mon. & vt videt gl. in d. c. tanta. ¶ Tertium. Secundū Bar. in l. si gener. ff. de his quibus vt indi. eo modo quo isti spurij succedunt parentibus, succedūt & parentes ipsis spurijs: eo verò casu quo ipsi non succedūt parentibus, nec parentes succedunt ipsis, secundū Pan. in d. c. tanta. ¶ Quartum. Prædicti spurij instituī possunt hæredes ab extraneis, sedm Pan. in c. cùm haberet. de eo qui dux in ma. quā pol. per adul. quia non prohibentur nisi parentes: vt no. gl. in auth. qui. mo. na. effi. sui. §. vl. omnia autem, quæ expressè prohibita nō sunt, licent. Potest etiā eis donari ab extraneis inter vivos sedm gl. in auth. quibus mo. na. effi. sui. in fi. ratione dicta. Et per hoc dicit Paul. de Castr. quòd si pater esset executor vl. curarij voluntatū, poterit dare filio suo naturali id, quod alteri pauperi daturus erat: quia nō dicitur dare de suo, sed de alieno. & eadem ratiōe idem de spurio dici pōt. Et secundū Bar. in l. si is qui ex bonis. ff. de vul. & pu. substi. nō prohibentur succedere fratri suo pupillo, etiā ex iudicio patris. & facit gl. in auth. qui. mo. na. effi. sui. in fi. quæ dicit quòd licet pater non possit tales vulgariter substituere potest tñ pupillariter, quasi pupilli sit hæres. ¶ Quintō. Est tñ aliquis modus secundum quem pater relinquere potest filio spurio & naturali, vt C. de na. lib. l. fi. & idem dicit in dote spuriæ: quia dos non est sicut alimentorū. Pro quo aduerte q̄ secundum eundem Bar. in auth. ex cōplexu. C. de ince. & inut. nup. parentes ex veneūt filios spurios alere de canonica æquitate, secundū eorum facultates: & tā pater quàm mater: tū quia alimenta debentur instinctu naturę, quæ sic matrem sicut patrem obligat: vt no. Inno. in c. ij. de reg. & Pan. in d. c. cùm haberet. tū quia tales nō sunt in potestate nec patris nec matris. Insti. de nup. §. sint & alij personæ. & l. vulgo cōcepti. ff. de sta. ho. Secus est de iure ciuili, vt in d. auth. ex cōplexu. Vñ dicit Bal. in l. fi. §. fi à socero. ff. de his quæ in fraud. cre. q̄ de æquitate ex economica pōt pater donare spurio, vt habeat pro alimentis: & similiter pro alimentis legare. & Cyn. in l. non omnis. ti. C. de admi. tut. dicit q̄ etiam spuria dotari debet: vt no. Imo in l. Lucius. §. ij. ff. de leg. ij. Prædicta tñ limita, nisi esset quāritas nimia. Gata in fraudem. ¶ Sextū. Prædicti accipiendo à patre de bonis eius cōtra prædicta & cōtra auth. licet. C. de na. fi. cenetur restituere ille verò, in cuius conscientia est de restituendo ipsi spurio, sedm Bar. in d. l. si gener. legaliter loquendo fatua Theologorū ratiōe debet restituere fisco, & nō spurio. Ego verò dico q̄ si res obnoxia restitutioni iuste à spurio remanet, tenetur spuriotali. vverò domino rei iuxta dictum Gen. 3. Restituito. iij §. i. ¶ Septimū. Filij presbyterorū etiā quasi fucrederi nō possunt. sedm Pan. in c. pervenerabilem. quia si sint legi. de mente gl. quia sunt adulterini, & ex damnato coitu & consequenter ab hæreditate parentum repellun-

tur vt in auth. ex complexu. C. de ince. nup. Et idem dic de natis ex alijs clericis constitutis in sacris: etiam si sint nati ex vna concubina: vt not. Bar. in l. si gener. ff. de his quibus vt indig. quia concubinatus est specificè damnatus in clericis: vt extra de coha. cle. per totum. De natis autem ex clericis non constitutis in sacris. ¶. Legitimus. §. vl. ¶ Quintò† quæritur, quomodo succedant filij naturales ac legitimi? Et dico quòd ab intestato succedunt parentibus, omnibus alijs exclusis. in auth. de hære. quæ ab intesta. quod limita, nisi in casu, in quo alij specialiter admittuntur: vt dictum est in filijs adoptatis: & sunt quasi domini viuentibus parentibus: & sōlum deest illis administratio. Iusti. de hære. qual. & diff. §. fed sui. Vnde ex consuetudine lege iuuata filij comitum appellātur comites, & filij regum reges, etiam in vita parentum: vt xxxiij. q. x. stione j. cap. fi. & per Bart. in l. finali. C. de dignitatib. ¶ Sextò† quæritur, vtrum malitia parentis noceat filio, & econtra? Et dico quòd non, quantum ad Deum sed nocet quo ad pœnam temporalem. dist. lxvj. nunquam. Vnde Dir. lib. j. tit. lxxxv. dicit quòd parentū malitia in quatuor casibus nocet filio quo ad successionem, etiam legitimo. Primò in crimine læsæ maiestatis spiritualis, id est, in crimine hæresis. de hære. vergentis. Secundò, in crimine læsæ maiestatis temporalis: vbi filij non succedunt. vj. q. j. si quis. C. ad l. Iul. ma. l. quisquis. Tertiò, quando pater nō seruat fidelitatem domino, à quo tenet feudum, occidendo, vel mutilando, & huiusmodi. de pœ. in quibusdam. vbi hoc no. Ber. & Host. Quartò, si pater insecutus fuerit cardinalem, vel percusserit &c. quia filij non habebunt ex eiusdem hæreditate. de pœ. felicis. lib. vj. Sunt tamen aliæ causæ exhæredandi vt j. Hæreditas. §. ix. ¶ Septimò† quæritur, vtrum filius naturalis tātùm efficiatur legitimus per sequens matrimonium inter patrem & matrem eius? Et dicit. Pan. in d. c. tāta. quòd sic, quicunq; sit filius naturalis, si tempore quo genitus fuit, poterant esse legitimè vir & vxor in matrimonio parentes eius. Et licet Bar. in l. penul. ff. de concu. velit hoc verum esse sōlùm in concubina retenta in domo, postea pro vxore capta: Canonistæ tamen communiter contrarium tenent, & verius. Secus autem esset, si tempore generationis nō potuisset matrimonium esse inter eos: quia licet per dispensationem vel alio modo sit postea contractum matrimoniū inter eosdem tamen erit legitimus, secundum Io. And. in quadam apostilla. Bal. in lib. feu. ti. si de feud. fuer. controuer. vult quòd nisi intercesserit instrumentum dotale, vt volunt iura. Iusti. de nup. §. aliquando. & Insti. de dona. quæ ab intesta. defe. post prin. & authen. qui. mo. na. effi. sui. §. finali. quamuis sequatur matrimonium, non legitimatur sed verius contrarium tenent communiter moderniores Canonistæ: & in practica sequuntur Legistæ. Imò licet tempore conceptus non potuisset esse vxor eius si tamen tempore partus contraxit cum ea legitimè, filius erit legitimus, secundū cōmunem opinionem in dicto capite, tanta. Similiter etiam nō nocebit filijs natis ex concubina quin sint legitimi, licet pater intermedio tempore aliam habuerit vxorem, & ea mortua postea accepit concubinam in vxorem, secundū Bartolum in l. cùm mihi decem. ff. de solu. & Baldus in l. penultima. ff. soluto matrimonio. ¶ Octauò† quæritur, vtrum filij nati ex clandestino matrimonio sint legitimi? Et dicit glo. in capite, quod nobis. qui filij sint legitimi. quòd si nullum est impedimentum, post approbationem matrimonij erunt legitimi: sive nati sint ante approbationem, sive post. quod quidem omnes sequuntur. & probatur in capite secundo, de clandest. desponsat. quia approbatio retro trahitur: & perinde est ac si à principio fuisset contractum in facie ecclesiæ. Imò dicit Alanus quòd licet clandestinè contrahentes non præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

iunantur coniuges, vt dicit gl. in cap. Iator. qui filij sint legi-
timi. hoc tamen procedit respectu nubentium: respectu autem
9 filiorum præsumuntur coniuges. ¶† Ex quo infert Pan. in d.
c. Iator. quòd natus ex viro & muliere simul cohabitantibus,
præsumitur legitimus: quia fauore legitimationis præsumi-
tur inter eos matrimonium, pro quo facit Lin liberæ mulie-
ris. ff. de ritu. nup. quod maximè procedit, si se coniuges voca-
bant: vt notat Innoc. in c. ex parte de resti. spol. Dicit etiam
Host. quòd si multo tempore simul tanquam coniuges coha
bitarunt præsumendum est esse matrimonium ad quod facit
quod no. ibi per Io. in c. illud. de præsum. ¶ Siverò erat impedimen-
tum, tunc sunt opiniones: quia Io. And. & do. Ant. tenent quòd
post approbationem matrimonij legitimantur: licet postea
separetur matrimonium quod Gosi. limitat verum in natis
post approbationem tantùm. Io. autem Cald. tenet quòd nul-
lo modo legitimantur. quod Pan. putat verum de rigore iu-
ris. & facit c. si. §. si quis clan. despon. Et hoc tenet Sum. Ange.
propter d. c. fi. vbi dicit text. apertum esse. Sed ego dico quòd
ille text. in quo tam ipse quàm Pan. fundatur, loquitur de ma
trimonio clandestino interdicto, scilicet propter pendentem
quæstionem super aliquo impedimento: vt patet per glos. &
præterea loquitur quando non sequitur approbatio. Vnde te
neo opinionem primam etiam sine limitatione Godo. quia
non debet magis improbari legibus filius natus ex putatiuo
matrimonio licet clandestino, quàm natus ex coitu fornicario
cum eadem: quia si actui, qui alias esset fornicatio, superue-
niat consensus matrimonialis, minus est contra rationem.
Et si post approbationem talis matrimonij probatur impe-
dimentum, & matrimonium separatur. glo. in c. quod nobis.
qui fil. sint legi. dicit quòd geniti post approbationem sunt le
gitimi: sed ante approbationem non. Et hoc sequitur Io. Cal-
10 quia † ad hoc quòd matrimonium sequens legitimet filios
præcedentes, oportet quòd esse potuerit tempore coceptio-
nis. quod non est in casu isto obstante impedimento. Io. au-
tem Andr. tenet indistincté quòd omnes legitimantur, licet
separetur matrimonium: quia matrimonium omnia præce-
dentia purgat. vt in c. tanta. qui fil. sint legi. Et hoc sequitur e-
tiam do. Ant. vt dictum est. Pan. autem dicit le aliquando te-
nuisse opinionem Io. And. nunc verò tenere opinio. em glo.
propter c. fi. §. si quis. de clan. despon. vbi dicitur quòd proles
suscepta de clandestino matrimonio prorsus est illegi ma
detecto impedimento. Et hoc sequitur Sum. Ang. & Rot. Sed
ego dico Io. Andr. benè & verè sensisse: quia ante separationem matrimonij, & post eius approbationem, tempore in-
termedio probatum est filios fuisse legitimos: quæ legitima-
tio non tollitur per dictam separationem: quia quod semel
placuit. &c. de re. iur. lib. vj. Item factum legitimè retractari
non debet. ibidem. Item in pœnis benignior est interpretatio
facienda. ibidem. Et ad motivum Io. de Cal. dico sufficere q;
matrimonium potuerit tunc esse secundum opinionem ho-
minum: cùm nullus, aut vix aliquis, possit esse certus, quin in-
ter se & suam uxorem sit impedimentum. ¶ Nouò quæritur,
11 quid de isto casu? Quidam in facie ecclesiæ contraxit cum
quadam facta solenni denuntiatione, vtroq; vel altero igno-
rante parentelam seu impedimentum: & postea accusati de
parentela, & peremptorie citati venire noluerunt: at tandem
excommunicatio in excommunicatione tres filios genuerunt:
quibus deinde reconciliatis, & probata parentela, diuortium
celebratum est. Quæritur igitur, an dicti filij sint legitimi?
Et dicit Dire. & Bar. Brix. & Tancre. quòd omnes filij nativel
concepti an sententiam sint legitimi. c. cum inter. qui fil. sint
leg. si contraxerunt in facie ecclesiæ cum solenni denuncia
tione, & vterq; vel alter habuit bonam fidem tempore con-
tractus. ¶ Decimo † quæritur, quid de hoc? Titius vnam vxo-
rem affidauit clandestinè vel coram testibus, ac cognouit: &
cum alia hoc ignorante in facie ecclesiæ contraxit: & eadem
nocte vtranque cognouit & fœcundauit. Quis succederet tan-
quam legitima proles? Et dicit Dir. quòd secundum Hostien.
vtriusq; proles Titio tanquam legitima succederet. primę qui-
dem, quia non erat impedimentū, & matrimonii probatur
per testes: quo casu proles succedit: vt in c. per tuas. & c. leg
qui fil. sint legi. etiam si fuisset sponsa solùm de futuro: vt in
d. c. per tuas. Et similiter secundæ: quia ignorans fuit in fuce
ecclesiæ desponsata: & sic proles succedit: & veritas opinionis
cedit. extra eo. ex tenore. quod Dir. mirabile videtur. Videtur
alij dicunt quod proles primæ solius succedit: quia illud ma-
trimonium verum fuit quo ad Deum & ecclesiam, cùm pro-
bari potuerit. Et hoc mihi videtur verius, & quasi expressè de-
terminatum in d. c. per tuas. Si autem matrimonij primum
fuisset sine testibus, est maxima difficultas: & secundū Hen-
de Gan. in quolib. edictum pœnale contra illegitimū in elli-
gitur de nato ex matrimonio per ecclesiam non approbato,
quantumcunq; sit ratum coram Deo: ex quo haberi potest
quòd succeder solùm toboles secundæ, non autem primæ.
¶ Vndecimò † quæritur, vtrum natus ex sponsa de futuro sit
legitimus? Et dicit Pan. in d. c. per tuas, quòd sic, si nullum fi
impedimentū aliàs secus. Sed tu dic iuxta dicta 3. §. viij. & j. Le
gitimus. in princ. ¶ Duodecimò † quæritur, vtrū ex tractatu
parentum quis constituatur filius? Et dicit Panor. vbi & quod
ex nominatione filij & tractatu vt filij cōstituitur quis in pos
sessione filiationis, etiam si sit natus extra domū. Vnde ibidē
dicit d. Ant. quem sequitur ibi Panor. & not. But. in l. quidam
ff. de proba. quòd tractatus parentum, puta quia illi tracta-
bant eum vt filium, & ipse illos vt parentes, probat aliquo fa-
lium alterius. Imò plus vult glos. in c. transmissæ. qui filij sint
legi. quòd probatio huius tractatus præiudicet negatiuo pa
tum. Imò dicit idem do. Ant. in d. cap. quèsi etiā solùm fama
probat filium, nisi contrarium probetur. Et si quæramus quid
iuris, si probetur quòd mulier tempore conceptus adulteratus
uit. Dicit Panor. in d. cap. transmissæ. & cap. per tuas. eod. tit.
quòd si eo tempore maritus cohabitabat vxori, reputabatur
legitimus: quia eū posset esse filius vtriusq;, debemus fauore
filiorū præiumere quòd sit mariti potius quàm adulteri pro
quo est textus in l. iniles. §. defuncto. ff. de adult. & facit l. quia
semper. ff. de in ius vocan. Et idem dicit de filio cōcubinæ re
domo retentæ vt scilicet semper præsumatur filius concubi-
narij, vt habet glos. in cap. Michaël. de fi. presb. Secus si tanto
tempore fuisset absens, quòd eū generare nō potuisse. ff. de
his qui sunt sui vel alie. iur. l. filium. Sufficit autē si eū ea habu
ante partum per sex menses & vna die, ita quòd natus postea
die septimi mensis censebitur eius filius. ff. de sta. ho. l. si legat
mo. ¶ Decimotertiò † quæritur, vtrum filius legitimatus per
sequens matrimonium sit legitimus quo ad omnia, vt succedat
Et dicit Pan. in c. tāta. q. fil. sint legit. post glo. quòd sic etiam
vt succedāt in feudo & iure patronatus. Et sic habet inferri
quòd etiā in materia restringibili appellatione legitimi ve-
niat legitimatus per sequens matrimonii: quia tunc est
legitimè natus, prout etiā tenet Iac. de bel. & Host. & vtrum
iter doctores. Nec obstat c. naturales. in lib. feu. ii. si de ho
do, &c. Vbi † dicitur quòd naturalis legitimatus non succedit
in feudis: quia intelligitur de legitimato per rescriptū prin
cipis: quæ legitimatio, cùm sit stricti iuris, tāquam disposi
contra ius, est restringenda: vt in cap. cum dilecto. de cons. &
affi. matrimonium autem tanquam fauorabile purgat om
præcedentia. Item si rescriptū principis potest talem habi-
tare ad feudum, si de hoc fecit ibi mentionem, vt notabiliter

vbi ibi glo. ergo à fortiori matrimoniū sequens quod trahi-
tur retro, & fingitur contractū ante natiuitate filiorū. Et sic
sunt isti habēdi ac si legitimè descendissent fauore matrimo
nij, pro quo est bonus tex. in c. cùm in cunctis. de elec. vbi dici
tur quòd promouēdus in episcopū debet esse legitimè natus,
& de legitimo matrimonio: nō tamē legitimatus per sequēs
matrimoniū eligi potest in episcopū, vt no. glo. & cōmuniter
doc. in c. innotuit. de elec. ¶† Decimoquarto quæritur, an fi-
lius legitimatus p̄ rescriptū principis succedat cū alijs filijs:
puta quidā habens filios naturales tantū, fecit eos per princi-
pem legitimari, & tractu temporis ducta vxore, suscepit ex ea
filios legitimos: quæritur vtrū legitimati succedere debeant
cū legitimis. Et causa quærēdi est: qa cessante causa priuile-
gij, cessare debet priuilegiū. xvj. q. j. generaliter. & hoc sequi-
tur Dire. Sed contrariū tenet Ray. de For. quē sequitur Bar.
in l. ex facto. ff. de vul. & pup. p reg. factū legitimè. de re. iur.
lib. vj. qa ex quo legitimatio perfecta fuit, nō debet ex facto
superuenientе retractari. Et idē Pan. in c. per venerabilem. qui
filij sint legi. & hoc est verius. ¶† Decimoquintò, quidā dimis-
sa cōcubina, ex qua filiū habuit, duxit vxorē, ex qua etiā filios
habuit: quia mortua cōtraxit cū sua concubina: & ita filius le-
gitimatus est. Quæritur an natus ex cōcubina succedat in to
to vel in parte maiori, vbi primogenitus sic succedere cōsue-
uit? Et dicit Host. & Bart. Brix. quòd ille obtinebit, qui fuit pri
mò legitimatus, scilicet natus de matrimonio primo: qa nō
sufficit ad hoc quòd alius patri succedat, quòd sit primogeni
tus quoniā dū erat illegitimus si pater decessisset, nō ei suc-
cessisset. d. l. tāta. Et idem Dir. li. j. ti. lxxxv. & do. Anto. in d. c.
per venerabilē. Io. etiā And. in c. si pro te. de referi. lib. vj. per
illam decretalem, & c. quāuis. eo. tit. lib. vj. & per c. si apostoli
ca. de præbē. eo. lib. dicit quòd legitimatus nō præfertur, li-
cet fuerit primogenitus. Et hoc idem cōcludit in regula, sine
culpa in mercu. & ponit Bal. in l. eā quā. C. de fidei. & Gemi.
in d. c. fi. p̄ te. Nam si iste esset legitimatus per subsequēs ma
trimoniū secundo loco contractum: tunc erit casus in d. c. si
pro te, quòd nō debet præferri secundo genito, cui erat iam
ius acquisitū ante legitimationē vigore cōsuetudinis. Si verò
legitimatio erat facta per modū restitutionis: tūc erit casus
in d. c. fi. apostolicæ. & in d. c. quamuis. Et addit Io. And. in præ
dicta regula, sine culpa, quòd nō præiudicatur ei, cui ante est
ius quæsitū, seu quædā spes. Sed intellige quādo ista sunt cer-
ta: quia si spes esset, sed incerta, hoc attendi non debet: quia
licet incerta spes, quā habere possunt venientes ab intestato,
impedire nō debet testatorē viuentē, ne in vita sua disponat
in bonis suis legitimationem filij per rescriptū principis im-
petrandā: cū talis spes merè pendeat in casu fortunæ: nec de
præsenti aliqua sit spes in re vel ad rem: secus si spes nō esset
incerta, sed aliqualiter certa: vel esset ad rem vel in re de præ
senti vel futuro aliqualiter certa, cū non videatur tunc pen-
dere solùm à casu fortunæ, sed ex aliquo iure præcedente: vt
not. Bar. in l. fi. C. de pact. Adde' quod no. Pan. in c. licet. de vo
to. quòd licet in rebus priuatis fiat diuisio regulariter, inter fi
lios tamē in dignitate primogenitus alijs præfertur: & sic a-
liqui sine sua causa priuabuntur etiam legitima, casu quo pater
non haberet nisi dignitatem secularē. Et hoc fuit inductum
propter bonum publicum, ne dignitas minueretur: aut es-
set multitudo principatuum, quæ est noxia. & secundum ali-
quos melius est aliorum filiorū dispersio inter nobiles, quàm
hereditatis diuisio. ¶† Decimosextò quæritur, quis filiorum
succedat, vbi succedit primogenitus, & duo simul nascuntur?
Et dico impossibile esse duos infantes simul vno impetu de
vtero materno procedere: vt est tex. in l. Aretbusa. de stat. ho.
sed casus est possibilis in diuisione pregnātis mortuę haben-

tis gemellos: quo casu dico quòd ille succedet, quē princeps
ordinauerit, cuius sit tale regnū vel dignitatem primo cōfer
re: puta perinde est ac si nullus esset qui habeat ius in dignita
te vel regno: cùm duo succedere nō possint, vel nō debeant,
& vterque horū æquale ius habeat. Alij tamen aliter ad hoc
respondēt: vt recitat Sum. Ros. ti. Filius. §. xiij. Quantum ve-
rò ad res priuatas, vterque succedet equaliter: vt patet ex di-
ctis §. priore. in fin. ¶† Decimoseptimò quæritur à Bart. in l. 20
Gallus. de lib. & posthu. in iij. col. cui succedat filius, de quo
dubitat an sit filius huius vel illius viri: & si mulier post duos
dies à morte primi viri contrahat cū secūdo, & pariat nono
mense: ita quòd partus possit esse vtriusque? Et dicit Iaco. de
Bel. primò inspiciendū esse cui assimilatur: quod si non appa
ret, inspiciendum esse in cuius domo natus est: vt l. si vicinis.
C. de pupil. aliàs nullius filius dicetur. quod scilicet est incon
ueniens. Sed Bar. reprobat quod dicit de assimilatiōe: quia as
similatio ista contingere potest ex cogitatione mulieris tem
pore conceptus: vt l. quæret aliquis. de verb. signi. Vnde putat
prius inspicienda signa conceptionis: quæ si nō apparēt, stan-
dum dicit cōsuetudini mulieris, quāto tēpore parere cōsueue
rit. quod si nec hoc appareat, standum dicit iudicio medicorū
peritorum vel obstetricum. vt l. j. ff. de vent. inspi. quod si non
appareat, recurrendum dicit ad id quod frequentius accidit.
Ego verò dico quòd cōiungēda sunt simul ea quæ dicit vter-
que istorū: nec benedictū Iaco. reprobatur à Bar. quia licet
illa assimilatio sit possibilis, non tamen probabilis: quia rarò
accidit. Vnde vbi per cōiecturas proceditur, vt hic, sufficit as
similatio, quæ facit probabilitatem, cùm in pluribus sit vera.
Et si nullo probabili modo veniri potest in notitiam veritā-
tis, dico quòd erit eius, in cuius domo natus est: vel fortè dici
posset quòd æqualiter ei vtraque hæreditas adiudicabit ad ar-
bitrium principis: cùm nō appareat quæ magis obligetur, &
iste non debeat priuari subsidijs. Sed primum est melius.
¶† Decimooctauò quæritur, quomodo succedunt filij, qui 21
sunt bānīti, vel filij bannitorum? Et dico multa, quorū etiam
quædam suprà tacta sunt in tit. Bannum. ¶ Primum. Banniti
secundum Iac. de Are. perdunt propriè ea quæ sunt iuris ciui
lis proprij illius ciuitatis vnde sunt bāniti: quia secundū Bar.
in l. tutelas. ff. de ca. di. Bar. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Treb.
verum dicit solùm in illis bannitis, quibus ciuitas bellū indi-
xit, vt possint impunè offendi. vt l. amissiōe. ff. de cap. di. Vnde
iura cōmunia non perdūt. ¶ Secundū. Bar. tamen in d. l. amis
sione. dicit quòd ad hoc quòd talis bānitus pdat ea quæ sunt
talis ciuitatis, duo requiruntur, quæ in d. l. ponuntur. Primò,
quòd fuerit inobediēs, & aufugerit ab illius imperio cui sub-
est: & sic est bannitus. Secundò, quòd in hostium numerum
se cōferat. quod eū intelligo facere, vbicunque sit, quando se-
cundum formam statuti potest impunè offendi: quia tali est
indictum bellū, & habetur pro hoste. vt in l. hostes. ff. de cap.
¶ Tertium. Ex his sequitur decisio multarū quæstionum, de
quibus cōsuenit dubitari, an scilicet bannitus possit facere te
stamentū, aut instituī, aut succedere ab intestato, & huiusmo
di: quia si nō potest offendi impunè, ubi perditi: si verò offen
di potest impunè, si quidē vellet facere testamentū, vel institu
ere in testamēto valido solùm secundū statuta illius ciuita
tis, cuius perdit iura, nō valeret. Si verò faceret de iure cōmu
ni valeret, qa iura cōmunia nō perdidit. Et eodē modo si hæ
reditas ab intestato delata sit secūm formā illorū statutorum
nō capit. quod secus. si de iure cōmuni. Per hoc etiā non per-
dit iura cōmunia. dicit Bar. in d. l. ex facto. q; filij nati post bā
nimentū, faciūt deficere conditionē fideicōmissi, scilicet reli
cti, si decesserit sine liberis. ¶ Quartū bānitus imperij & non
alicuius ciuitatis aut regni tantùm, secūdum Bar. in d. l. amis-

Universidad de Deusto
Biblioteca

13 ¶ Decimoquintò † quæritur, vtrum tales qui sibi satisfecerūt accipiendo de rebus debitoris, teneātur dictas res manifestare, si prælatus præcipiat hoc sub pœna excōmunicationis? Et dicit Summa Ang. ꝙ non, quia ex quo licitè potest tale quid in recompensatione retinere, iam effectū est suum, nec amplius est alterius. Et si diceretur in sententia: qui animo recōpensandi vel qualitercunq; &c. adhuc non tenetur: quia tunc expressè continet intolerabilem errorem: & similiter nō tenetur reuelare qui scit talem tenere animo recōpensandi certus de debito quod talis debet habere. Secus si nō sit certus, licet ipse hoc dicat: quia aliter multę fraudes fieri possent. hæc ille. Sed contra ista arguit Sum. Ros. tum quia ista sunt contra stylum curiæ & auditorum in curia Romana: quia huiusmodi literas emanasse à curia prędicta vidimus sæpe. Nec dicendum quòd in hoc curia erret: tum quia prælati hoc rationabiliter facere possunt: quia multi sui amore cęcati credit se creditores, cū debeāt alijs. Vnde iustè talē clausulā apponūt: quia in pluribus tales decipiūtur. Et si dicatur, inquit, quòd creditum est certum licet probari non possit, & si reueler, cogē restituere: nihilo minus licitè sit talis sententia: quia leges adaptantur ad ea, quæ in pluribus accidunt. ff. de legi. l. nā ad ea. Ad quod facit quod no. Richar. in simili. iiij. dist. iiij. quòd iam iustificati, vt beata virgo, & Ioānes Baptista tenētur ad baptismum: quia quāuis lex statuatur propter ea quæ accidunt in pluribus: si tamē generaliter data est, ligat omes etiam non habentes illud, propter quod data est. Ego autem dico quòd vterque istorū deficit in aliquo. & distinguo, quia si literæ comminatoriæ sunt generales: vt cùm dicitur quòd aliqui tenent de rebus Petri cōtra Deum & cōscientiā & huiusmodi: nec restituere nec reuelare tenetur qui sibi recōpensauit: quia nō tenet cōtra conscientiam. Si autem loquuntur specialiter facientes mētionem etiam de recōpensatione: aut loquuntur de reuelatione, & sic ligāt: quia non continet intolerabilem errorem, cū hoc nec iniustum nec illicitum sit, nisi quando certum est vel probabile quòd reuelans cogetur restituere: quia idē est ac si loquerentur de restitutione. quo casu intelligēdę sunt quādo recompensatio fuit illicita, vt quia nimia, vel quia dubium creditum suum posuit quis cōtra certam acceptionem alienæ rei, vel huiusmodi: quo casu sententia ligat. Si autē cōstet, iudicē intelligere etiam in casu licitæ recompensationis: continet intolerabilē errorē. Nec obstat quod Rosella adducit de legibus: qa licet ex his quæ frequēter & in pluribus accidūt generaliter & quo ad oēs statuatur, non tamen ligant in casu, in quo seruatæ præiudicāt cōmuni bono: vt j. ij. q. xcvj. art. vj. & talis casus est quādo seruādo eas fit contra iustitiā, vt in proposito. Et idem dico de omnibus qui sciunt tale factū: quia non tenentur, nisi eo modo, quo & illi qui sunt in causa. De hoc etiā vide ī. Excōmunicatio. ij. §. iiij. dubio viij. ¶ Decimosextò † quæritur qualiter fur tenetur restitutionem? Et dico secundū S. Tho. ij. ij. q. lxij. q. tenetur restituere rem furtiuam quàm citius potest: nisi obstet compensatio, de qua ī. §. xiij. & fructus rei non solùm percēptos à se, sed etiā percipiēdos à vero domino, seu quos verus dominus percepisset. de resti. spo grauis. & l. in re furtiua. §. si ex causa. ff. de cōdi. fur. nec potest retinere expensas in tali re factas, nisi, vt dictum est ī. Expensæ. §. iiij. & si res pereat aut alienetur, nō liberatur à restitutione: quia fur, sicut & quilibet malę fidei possessor, semp est in mora. Vñ & si deterioratur, tenetur ad æstimationē, in qua melius valuisset apud dominum à tempore postquam eam furripuit. Facit d. c. grauis. & quod ibi notatur in gl. in d. l. in re furtiua. & in l. naufragio. §. generaliter. ff. de rei ven. Imò tenetur restituere cū omni melioramēto etiam facto per furem: puta si ex argento furtiuo fecit pocula. ff. de condi. fur. l. ex argento. & idem si suis sumptibus creuit seruus furtiuus: vt in d. l. ex argēto. & hoc in foro causarum, quia in conscientia sufficit restituere omne interesse, nisi cōdēnetur: vel res sic meliorata legitimè venerit ad manus domini: quia tunc non potest sumptus petere à domino: quia dolo facit qui petit qd necesse habet restituere. de reg. iur. li. vj. Vnde videtur eas dominus posse retinere. De his ī. Restitutio. iij. §. vj. & viij. Excipitur casus, quādo rem loco & tēpore domino obtulit, & ipse recusauit accipere: quia purgauit moram. d. l. in re furtiua. nec tenetur, si perijt, aut deteriorata deinde fuit. C. de condi. fur. l. vltima.

15 ¶ Decimoseptimò † quæritur, vtrum filius familiās, vel vxor, aut religiosus, possit contra voluntatem patris, mariti, aut superioris, restituere id quod subripuit? Et dico quòd si res extat apud eos, tenentur restituere. C. de fur. l. in ciuilem. quod intellige nisi periculū in restituēdo alicui immineat. Si verò non extat, sed est alienata vel consumpta: tunc si res vel prætium est in vtilitatem superioris cōuersum, potest bono modo de bonis eius restituere, etiam illo contradicente. Et dico in eius vtilitatem versum, si se vestiuit, aut calceauit honestē,

stè, aut huiusmodi. Si verò expendit inutiliter, puta in vanitatibus, & huiusmodi, nō potest contra voluntatē superioris restituere, nisi habeat vltra dotem, aut peculium castrense vel quasi. concord. Mon. Si autem iple pater, vel maritus furatus est: filius, & vxor poterit restituere, si res est in eius potestate. d. l. in ciuilem. non autem si est in potestate patris vel mariti. Si tamen hoc faceret bona fide, nō peccaret mortaliter, quia non cōmittunt furtū, cùm attrectatio non sit fraudulosa, nec causa lucrandi. concord. Rod. & Ioā. xiij. q. v. cap. vlti. Vtrum etiens rē furtiuā, restituere teneatur, infrà Restitutio. iij. §. vij. Vtrū fur occidi possit à priuato. infrà, Homicidiū. j. §. iiij.

De Gabellis & omnibus publicis exactionibus primò in genere quantum ad quid est.

1 *Gabella genericum nomen est, & quæ sub se continere dicatur?*
2 *Pensio à verbo pendo dicta, quid importet? ac quotuplex sit? Item quid census, ac tributum? Et an tributum in publicum ac priuatum partiri queat?*
3 *Vectigal à vehendo dictū, quid à tributo differt? Et an eadem sint theloneū, gabella, duana, salinarium, datium, pedagium, guidagium, & huiusmodi?*
4 *Tallia, præstantia, impositionem, ac collectam eadem esse. Et quid sint? Et quotupliciter indici ac imponi queant?*
5 *Angaria & perangaria quid sint, & in quibus cōsistere censeantur?*
6 *Munus tripliciter accipitur, & in acceptione tertia triplicis est generis. Et quæ hic & superius dicta sunt, in quo differant, ac conueniant? num. seq.*

1 GABELLA † primò in genere exactionem publicam importat cum multis alijs, quę sunt pensio, census, tributū, pedagium guidagium, vectigal, tallia, collecta, præstātia, angaria, perangaria, munus, & si qua sunt talia, de quorū conuenientia, & natura hic agendū est. ¶ † Primò igitur pēsio à pēdo, qđ est pōdero, vel soluo: siue à pensо verbo frequētatiuo, qđ est, frequenter pendo: videtur importare, secundū grāmaticos, quandā solutionem, vel æqualitatē, quam pōdus ostēdit, scilicet pretij ad vsum rei pro qua soluitur: vnde est pensio pretiū vsus rei locabilis: & est duplex, scilicet priuata, quæ priuato: & publica, quæ principi vel cōmunitati soluitur. Inde pensitatio, quę secundū Azo. in Sum. est solutio pēsionis. ¶ Secūdò. Census autem est quędā pēsio, quæ de prouētibus soluitur. j. q. iij. quæstiū. siue est qđ annuatim soluit in quātitate vel summa. ff. de censi. l. ætatē. & est duplex, sicut & pēsio, scilicet publicus & priuatus. ¶ Tertiò. Tributū verò est census, qui præstatur de proprio solo principi vel cōmunitati: dictū, quia militibus publicæ expeditioni vacātibus tribuebat: vnde & stipēdium dicitur: vt ff. de verborū significe. l. ager. ff. de pub. & vectig. l. j. §. hic titulus super verbo, impendant. in glo. Vnde tributum per priuatum & publicum non diuiditur. Igitur tributum & publica pensio ac publicus cēsus idem sunt: vt C. in quib. cau. pig. contra. l. j. & C. si propter pen. pu. l. si accipit. ¶ † Quartò. Vectigal autem à vehēdo dictum, secundum aliquos, in hoc differt à tributo: quia vehitur ad principem: tributum autem datur exactoribus eius. Sed melius dicitur vectigal secūdum communē interpretationē. quod pro rebus vectis soluitur. Vnde est secundum Archi. idē quod guidagium, quod secundum Ber. in gl. c. super quibusdam, de verb. significat. est illud quod datur pro ducatu per terrā alicuius, vt securius vadant. & hoc etiam secūdum Archi. dicitur theloneum, à telos Grecē, quod Latinè est vectigal, & alicubi vulgariter gabella vel duana: quorum vocabulorū vulgariū rationem assignare non est facile. Igitur vectigal, guidagium, & gabella, ac duana sunt idem: & quodlibet horū videtur pretiū quoddā exactum pro rebus in aliqua terra mutatis, dum scilicet illuc deferuntur, aut inde auferuntur, aut ibi vendūtur, quod pretium specialiter dicitur salinariū, si pro sale datur, secundū Ber. Quibus omnibus adde quòd etiam datiū videtur idē significare cum prædictis, nō autem pedagium, sed aliud est à prędictis: & similiter transitus, qui est idem pedagio, & est pretiū quod solvitur à transeūtibus in locis cōstitutis à principe, secūdum Doct. Vnde propriè pedagiū videt solui pro fabrica aut conseruatione pontiū, aut nauium, ad transfretandum, vel etiam aptatione viarum. ¶ † Quintò. Tallia verò, prestātia, impositio, & collecta, sunt idem: & duo prima sunt vocabularia, de quorum ratione non multū curādum est: sed quantū ad rem quodlibet horum est summa, quam princeps vel cōmunitas exigit à subditis proportionaliter ad totā substātiam cuiusq; quod cōmuniter tripliciter fit. Primò, vt deputati ad hoc imponant vnicuiq; secundū quod reperiunt eum habere in substātia & lucris post debitā inuestigationē: puta ad rationem vnius librę pro cētenario eorū quę habent. Secūdò ita quòd imponant vnicuiq; nō solùm secūdum quantitatē bonorum repertam: sed etiā secūdum quod credūt habere illos, quibus imponunt: ita quòd simpliciter cōmittitur cōscientiæ & iudicio imponentium, cū intentione tamen, vt videtur quod iustè imponāt. Tertiò fit sic: Deputatis ad imponendū assignatur certa summa, puta mille florenorum auri hominibus vnius contratæ vel partis ciuitatis imponēda pro rata facultatum, ponēdo in eorū arbitrio quātitatē singulis taxandā, eo quòd facile non fit facultates scire: quorū quilibet facit seorsum & secretè scripturā suā taxationē cōtinentem secundū suā conscientiā: & deinde conjectis omnibus scripturis extremis, id est, cōtinentibus maiorē & minorē quantitatem, accipiuntur tantùm tres cōtinentes summas medias totius quantitatis, & tertia pars totius summæ contētæ ab illis tribus imponitur ciui. verbi gratia, si vna continebat vnum florenū, alia duos, alia tres, quæ simul faciūt sex: duo, quæ sunt tertia pars senarij, imponūtur ciui. ¶ † Sextò. Angaria verò & perangaria, secundi omnes, est iniusta cōpulsio siue coactio: ab ango, quod est affligo & excrucio: &, secundū aliquos, angaria est onus merē pſonale, cuiuſmodi est omne quod pōt laborare corporali experi sine rerū detrimento: vt l. munerum. ſa ij. ff. de mu. & hon. Perangaria verò in quibuscūq; cōsistit: vt vult gl. in l. neminē. C. de fac. sanct. eccl. quia dictio, per, auget: vt in l. vrbana. §. pnoctare. ff. de verb. sig. & not. in cap. si cōsiterit. de sēt. & sic est munus vel onus mistū: sicut angaria est merū. Secundū alios verò angaria est obsequiū personale proprijs sumptibus præstitū. de immun. eccl. nō minus. perangaria verò, est seruitus personarū & rerū: quasi plecta & magna angaria. Secundū alios autē angaria est obsequiū pſonale: perangaria verò pſonale & reale, id est, proprijs sumptibus præstitum. & ista est opinio Rayn. Gof. & Host. ac Alb. recitātis: sed de his nō est multūm curandū. Dicūtur & alijs modis angaria & perangaria, vt pater per not. in dicto cap. non minus. ¶ † Septimò. Munus autē tripliciter sumitur. Aliquādo scilicet pro dono: quod quidem est id, quod ſpōtè præstamus, ex nulla necessitate vel iuris officio: vt ff. de verb. signific. l. munus propriè. differt tamen: quia munus est donū cū causa: donum verò se habet in plus: quia aliquādo etiā est sine causa: vt patet in l. inter donum. ff. de verbor. significat. Aliquādo sumitur pro officio vel honore. Aliquādo verò sumitur pro eo quod necessariò subimus lege vel imperio. ff. de verbor. sign. l. munus. & ab hoc dicitur immunitas. Munus autem tertio

Universidad de Deusto
Biblioteca

modo est triplex,scilicet merè personale:quia scilicet explicetur labore corporali sine sumptu vel rerum detrimẽto. ff. de mun.& hon.l.fin.& merè patrimoniale seu reale,quando scilicet cũ sumptu proprio sit ab alijs, ita scilicet quòd onus sit rerũ tãtùm:& mistũ,quãdo scilicet nostro labore & sumptu explicatur,vt colligitur in d.l.fin. §.patrimoniorum. Et quilibet horũ est multiplex,vt patebit.¶ †Octauò. Ex his igitur patet,quòd omnia prædicta in hoc cõueniunt quòd sunt exactiones publicæ:sed in hoc differũt quòd pensio publica, census publicus,& tributũ sunt idem,& sunt prettũ qđ principi vel cõmunitati soluitur de ꝓprio solo:sed vectigal, theloneum,guidagiũ,gabella,& duana,ac datium sunt idem: & sunt pretium,quòd soluitur pro rebus mutatis:& idẽ de salinario respectu salis:pedagiũ verò soluitur pro habilitate viarum:tallia verò,præstãtia, collecta,& impositio sunt idẽ: & sunt pretiũ vel summa quæ soluitur à singulis subditis ꝓportionaliter ad totã substãtiã:angaria verò & perangaria sunt exactiones iniustæ:munus verò tertio modo est aliquid commune ad omnia prędicta.& si sit iniustũ,est proprium genus angariæ & perangariæ:& diuiditur vt illa, excepto quòd inter angariã & perangariã nõ datur mediũ mistũ saltem voce.

Rursus de Gabellis & exactionibus publicis secundo specialiter quo ad census maximè ecclesiasticos.

1 *Gabella in publicum ac priuatum censum distinguitur? Et an census nouus ecclesijs ac monasterijs imponi, aut antiquus augeri possit*
2 *Facientibus aliquid ex officio suo, an necessariò sit præmium impendendum?*
3 *Census, vt ecclesijs imponi possit, quot requirantur?*
4 *Ecclesiam subiectam habens, an ecclesia facultatibus auctis, censum augere, aut partem prouentuum sibi retinere possit? Et quid in pensione?*
5 *Ecclesia si monasterijs ad vsus proprios donata fuerit, quam monasterium reseruata sibi pensione, alteri concessit, an facultatibus auctis, pensio quoq; augeri possit?*
6 *Ecclesia, num exempta sit, ab omni seruitio temporali ex dote sibi collata? Et ecclesia fundande quid pro dote tribui debeat? Et ibidem quid seruitium ecclesiasticum dicatur?*
7 *Patronus, an sibi seruitiũ in dote ecclesia necessaria, retinere aliquod possit? Et an clericus seruitiũ aliquod pro decimis perceptis, impẽdere debeat? & nu. 9. in hoc pulcherima distinctio*
8 *Seruitiũ ecclesiasticũ de dote ecclesiæ præstari posse. Et quid de decima, nũ de eadẽ dote solui queat? Et quid si vltra dotẽ ecclesiæ necessariã aliqđ donet? Et quid de patrimonio clericorũ?*
9 *Prædia omnia, si qua ad ecclesiã transeãt, cum Imperialis tributi onere pertrãsire. Et qualiter intelligi debeat dotẽ ecclesiæ liberam ab omni seruitio temporali, seu tributo esse oportere?*
10 *Rector num possit ecclesiam suam censualem facere?*
11 *Episcopus, an possit ecclesiæ inferiori seruitia sibi debita remittere? Et an remittendo & statuendo, quòd aliud seruitium nõ imponetur, an procurationem remisisse videatur?*
12 *Episcopus à quibus & quot ecclesiam eximere nõ possit, quantumcunque eam à se eximat.*
13 *Ecclesia quot casibus plene eximi ab episcopali iurisdictione possit? Et ibidem, quòd episcopus prælato inferiori recipienti scilicet nomine dignitatis, possit omnia iura, de quibus suprà, præter tria concedere & quæ sint illa?*
14 *Census ignorãtiæ, id est, cuius causa nescitur, an solui debeat? Census autem quomodo præscribi possit, remissiue tradatur.*
15 *Iuramentum de nouo censu imposito soluendo, an iurãtem absoluere compelli possit?*
16 *Iuramentum de non petendo census, an iurãtem absoluere compelli possit?*
17 *Census solutio, num subiectionis probationem inducat?*
18 *Census in qua moneta solui debeat?*

GABELLA †& generaliter exactio sub se continet censum:qui, vt dictum est titulo priore. §.ij.in publicũ diuiditur,qui est idem quod tributũ,& in priuatum, de quo hic principaliter agitur.¶ Primò verò quæritur,vtrum ecclesijs vel monasterijs possit nouus census imponi aut augeri antiquus? Et dico quòd in quacunq; re census potest imponere qui habet ius in illa. Ioltitur.de vsufruct.§. vlusfr. versic.sine testamẽto.ecclesijs tamen nouos census imponere,aut veteres augere,omnibus episcopis & prælatis prohibetur citra pam:vt in cap.prohibemus.de censib.etiã si eripuerint eas de manu laici:vt in cap.ecclesijs.eodem tit.Quod scilicet tripliciter cõtingit,secundum Panor.ibi,vel quia de facto eas laicus tenebat vsufructuando:vel quia cõcessit episcopo ad mẽsãtiam eius ius patronatus:vel quia episcopus liberauit eam à censu, quem laico debebat:quia licet tempore fundationis vel perceptæ libertatis posset episcopus certũ sibi cõstituere censum:vt in cap.constitutus.de religiosis do.& in cap.præterea.el ij.de iur.pat.secus in ista ereptiõe,qua de nouo quasi educitur ad libertatem:quia ad hanc tenebatur.& eam facit ex officio suo:& in necessitatibus nemo liberalis existit:vt in l.rem legatã.ff.de adimen.leg.Ex† quo infert ibi Pan. quòd facientibus aliquid laudabile ex officio suo, non est necessariò præmium impendendum. Limitat tamen dictus Panor. in dicto cap.,phibemus prædicta vera,si prælati hoc facerẽt ad vtilitatem eorũ propriam:vt in clem.ij.de rebus eccl.non alienan.Secus ad vtilitatem alterius ecclesiæ rationabili causa subsistente,& à prælato iurisdictionem habẽte episcopalem,& in ecclesia pleno iure sibi subiecta:quia tũc potest:vt not.Innocen.in dicto cap.prohibemus.& facit cap.præterea.eodem tit.& cap.significauit.vbi dicit Panor.in nixus glossã quòd in impositione noui census non sufficit authoritas episcopi:vt videtur velle ecxt.Sed intelligo, inquit, quando sine causa:aliàs secus:vt in cap.cõstitutus.de reli.do.&in cap.cùm venerabilis.de cen.Vnde †requiritur. Primò, authoritas episcopi.Secundò,causa iusta. Tertiò, secundum Hostien.capituli cõsensus.arg.cap.tua.& cap.pastoralis.de his quæ fiunt à prælа.Quartò, quòd ecclesia,cui census imponitur, consentiat impositioni,si est collegiata:arg.cap.j. de rebus eccles. non alie.& cap.j.de re.permutat.Putat tamen quòd vbi causa viget,& ecclesia inferior non vult consentire,hoc posse episcopus cum capitulo cõsentiente:arg.in clem.fin.de rebus eccles. non alien.& in cap.j.eodem tit.libro vj.Similiter non potest episcopus nouum censum imponere monasterio:de cetibus scienter.Et intellige etiã quòd nec antiquum augere eadem ratione.& ibi est arg.quòd monasteria exempta debent esse ab omnibus oneribus & prestationibus.& pro quo x.q.j.cap j.& quæstãij.cap.inter cætera. ¶ †Secundò quæritur, vtrum habens ecclesiam subiectam,possit augere cẽsum auctis ecclesiæ facultatibus,aut partem prouentuum sibi retinere? Et dico vt not.in dicto cap.prohibemus. quòd partem prouentuum sibi retinere non potest:& de episcopis quidem dicendum est,vt in cap.nostrum.in fin.vt eccles.benefic.De abbatibus autem & alijs inferioribus prælatis, est bonus text. in clemen.quia regulares.in §.j.de sup.negligen.prælа.vbi concluditur quòd qualiscunq; sit locus subiectus abbati, modò non sit de mensa eius,non potest sibi retinere reditum partem.Glossa autem in verbo, nec veteres.in dicto cap.prohibemus,vult,censum augeri posse auctis facultatibus ecclesiæ censuatæ. quod glossa sequens limitat respectu præstationis aut procurationis: non autem respectu census. Et rationem reddit Panormitanus, vt ideo non augeatur: quia si

si soluitur superiori, est signum subiectionis non autem refert an multum vel parum soluatur, quia semper subiectio denotatur. Pro quo c.omnis homo.de censi.& c.constitutus. de relig.do.Si verò soluitur priuato,nõ est ꝓpriè census,nec augeri debet auctis facultatibus:qa in cõtractu censuali trãsit dominiũ ex toto in recipientem,secundum glo.in d.c.constitutus.& Bar.in l.j.ff.de publi.Secus in pensione:quia illam quis soluit ratiõe fructuũ,quos percipit de alieno.Nam propriè cõductor soluit pensionem: vnde quemadmodũ si patitur magnum damnum sine culpa sua,cõsequitur diminutionem pensionis:ita si ex vbertate fructuum casu fortuito consequitur magnum cõmodum,debet augere pensionem:quia contrariorũ eadem est ratio.Et hoc tenet gl.& Bart.post eã in l.si merces.in §.vis maior.ff.loca.¶ Ex† qua ratione infert Pan.quòd si ecclesia fuit donata monasterio advsus proprios & monasterium reseruata sibi pensione cõcessit eam alteri: debet auctis facultatibus augeri pẽsio:quia illa fuit imposita ratione fructuũ:quemadmodũ diminueretur facultatibus diminutis.&idem in procuratione debita:vt in c.quanto.de censib.¶ Tertiò† quæritur, vtrum ecclesia sit exempta ab omni seruitio temporali ex dote sibi collata? Et dico multa notata in c.sancitum.de censi.¶ Primum. Ecclesiæ fundandę pro dote tribui debet mansus liber à quolibet seruitio temporali: ad ecclesiasticum verò tenetur:sed si aliquid cõfertur ecclesiæ vltra mansum,tenetur ecclesia ex eo soluere onera consueta.Sic illud c.sum mat Pan.ponens multas acceptiones illius termini,mansus:& concludens quòd est dos ecclesiæ necessaria,id est,sine qua ecclesia in debito statu commodè sustentari non potest:arg.c.j.de instit.Dicit etiam seruitium ecclesiasticum, secundum doctores, dici charitatiuum sudsidium.de quo in c. cùm Apostolus. de censi. id est, auxilium moderatum in necessitatibus. Et idem dicendum in alijs iuribus episcopalibus:vt in cathedratico,id est,eo,quod soluitur episcopo annuatim à clericis suę diœcesis in signum subiectionis,obedientiæ &sustentationis:&sic in alijs similibus: vt in c.conquerente.de offi.ord. vel si onus antiquitus fuerat impositum,puta per episcopum in fundatione cum patroni consensu:per cap.præterea.el ij.de iure patr. quando scilicet aliquid vltra dotem necessariam contulit.

¶ Secundam.† Patronus sibi retinere non potest aliquod seruitium in dote ecclesię necessaria.Ex quo infert Pan.quòd si patronus dat solùm dotem necessariam, non potest sibi aliquam pensionem vel aliquod seruitium retinere: nec putat authoritatem prodesse episcopi:cùm sit contra ius:arg.in c. videns.dist.x.Ex quo rursus infert ad intellectum dicti c.præterea,præalleg.vt scilicet patronus statuto episcopi possit aliquod temporale reseruare, quando scilicet illud potest impendi extra dotem necessariam.¶ Tertium. Clericus non debet aliquod seruitium pro decimis perceptis impartiri.pro quo facit xv.q.vij.decimas.vbi dicitur quòd episcopus non debet pati quòd decimæ aliquo munere redimantur à laicis.Et per illud c.& d.caput,sancitum.infert Panor.quòd si clericus obligauit se parochianis ad dandum certum quid pro decimis,nonvalet obligatio.¶ Quartum.† De dote ecclesiæ prestatur seruitium ecclesiasticum,vt dictum est.Et ex hoc infertur ad q.vtrum debeat solui decima de dote ecclesiæ:& concludit glo.in d.c.sancitum.quòd sic,si prius illa prædia erant tributaria,contra gl.in c.nouũ genus.de decim.Et hoc sequitur Host.& communiter doctores:quia cùm non reperiatur in iure quòd ecclesia antiqua propter constructionem nouæ debeat decimis priuari,non debemus generalem dispositionem alterare.Pro quo vide latius Pan.in d.c.nouum genus. & etiam cùm hic dicitur tributaria, intellige alteri ecclesiæ, cui scilicet decimæ soluantur.¶ Quintum.Census glo.in verbo,senioribus,id est, dominis, iuncto fine literæ est, quòd si vltra dotem necessariam aliquid ecclesiæ donatur, tenetur ecclesia persoluere dominis temporalibus debita seruitia. quod doctores intelligunt,& bene,vt dicit Pan. de oneribus annexis &perpetuis:vt quia fortè prędium habet onus faciendi certum quid aut soluendi.& idem si prædium esset feudale:quia ratione feudi ecclesia subijcitur laico:vt in c.solitæ.& quod ibi no.de ma.& obedi.Secus dicit de alijs oneribus non annexis:quia ecclesia ab illis exempta est etiam iure ciuili:vt in l.placet.C.de sac.sanct.& in auth.item nulla communitas. eo.tit.Et plenè de his notatur in c.non minus.de immu.ec.& dic vt ibi.Et optimè facit text.in c.fi.de vi.& ho.cle. vbi patet quòd etiam de patrimonio suo clerici non teneantur soluere gabellas & alia onera,ad quæ tenentur laici:secus in onere rei annexo &perpetuo.¶ Sextum.† Quantumverò ad dotem ipsam,de qua principaliter est quæsitum, dicit Pan.quòd ex dictis Inn.Host.& Io.And.colligi potest ista distinctio.Nam aut bona collata pro dote erant tributaria ipsi patrono:& simpliciter conferendo illa ecclesiæ,videtur illa onera remisisse,ex quo ius ita disponit:vt in d.c.sancitum. Aut expressè retinet sibi illa onera,aut nouiter imponit:& nonvalet impositio vel retentio,quia est contra ius:vt ibi. & facit l.non dubium.C.de legi.&quod no.in c.significatum.de præb.Quod Pan.intelligit quando retinet sibi seruitium circa dotem necessariam.Vnde ibi, inquit, text.facit mentionem solùm de manso.Vnde si conferret amplissimam dotem,videtur quòd de consensu episcopi posset sibi reseruare aliquid: vt in d.ca. præterea.Aut hæc prędia erant tributaria alijs quàm patrono:& patronus contulit de consensu dominorum: & sic videntur remisisse ius quod habebant.arg.in l. Caius. ff.de pigno.Quod Panor.intelligit in dote necessaria: aliàs autem videretur dominus consensisse,vt transeat cum onere suo.arg. in l.sicut.ff.quib.mo.pig.vel hyp.sol.vbi patet quòd si creditor habens rem obligatam,consensit vt venderetur non per hoc videtur suum ius remisisse.& facit c.ex literis. de pigno. Et hoc casu,licet taceat Panor.secundum Inno. posius esset cessandum ab ædificatione,quia reciperetur talis fundus,nisi prius esset liberatus,quando scilicet dominus excepit censum,si tamen acceptetur, tunc sibi imputet ecclesia, secundum Host.quæ rem tributariam accepit cùm domino licuerit retinere.quasi dicat quòd teneatur ecclesia de censu.Aut domini contradixerunt: & non valet quod agitur, arg.in c. potuit.de loc.quod dictum no.quia per hoc extenditur c. potuit.ad prædium tributarium. Si autem dominus ignorauit: credit Pan.distinguendum fore,prout distinguit glo.in c.secundum canonicam.xxiij.q.viij.quam videndam dicit,& mente tenendam.Quæ dicit quòd cùm ecclesia fundata est in fundo tributario,si fundator fit bonę fidei de illis locis quę sunt extra atrium,habebit Imperator:& intelligę quòd eadem ratione alius priuatus,tributum:non autem de loco vbi est ecclesia:sed per hoc fit patronus.xvij.q.vltima.quæsti. Si verò est malæ fidei,ad æstimationem compellendus est.xiiij.q.vj. comperimus.Et vbi post denuntiationem fundat eam,mala fide fundat.de no.op.nun.cum ex inuncto.Io.hæc ibi.Et addit Pan.idem esse de cœmeterio,quod de fundo,in quo ædificatur ecclesia,scilicet quòd debet esse omnino liberum: & de agro vnde percipitur panis & vinum pro eucharistia conficiendis:vt est, inquit, textus cum glossa in dicto capite,secundum canonicam.quod de cœmeterio etiam dicta glossa sentit,quæ illud vocat atrium: sed & de agro verum puto, si sit distinctus & specialiter ad hoc deputatus.¶ Septimum. †Quantum ad tributum debitum Imperatori dicit Panor. quòd 19

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd doctores de hoc non attingunt: & finaliter ipse concludit quòd omnia prædia transeunt ad ecclesiã cum onere tributi Imperialis. Et ad c. fancicum. quod vult, dotem esse liberam à seruitio temporali siue tributo: dicit posse intelligi de seruitio nouiter imponendo, vel imposito, si patronus potest ab illa prædiũ liberare: vt quia est tributariũ alteri, quàm Imperatori. Sed quia in his quæ sunt secũm vel contra iustitiam naturalem, non distinguitur Imperator à priuato: melius distinguendum est sicut & de alijs. & hac ratiõe doc. de tributo Cęsaris specialiter nõ attingunt. Vide etiam de ista materia,
11 ſ. Excommunicatio. ix. excommunicatione v. ¶ Quartò † quæritur, vtrum rector ecclesiæ possit eã facere censualem? Et dico summariè haberi in c. præterea. eo. tit. quòd prælatus seu rector ecclesiæ nõ potest præsertim post mortem, ecclesiam suam constituere censitalem. Et ratio est, secundum Panor. quia nõ potest quis alienare res ecclesiæ sine iuris solennitate. xij. q. ij. fine exceptione. & consequenter à fortiori non potest imponere censum, cùm sit quædã alienatio corporis ecclesiæ suæ, & quædã seruitus imposita. Pòt tamen, vt ibi notatur authoritate pontificis vel alterius prælati habentis ecclesiam pleno iure subiectã, de nouo imponi census, scilicet ex causa rationabili, vt dictũ est. Imò simplex sacerdos, etiã in vita sua nõ potest ecclesiam suam constituere censualem. quod denotat illud verbum, præsertim, exponendo pro maximè, vt dicit Pan. Alij tamen exponũt pro tantùm, dicentes quòd in vita potest se obligare prælatus ad soluendum censum: sed dicit idem quòd potest obligare se personaliter, sed non ecclesiã: & exponendo pro maximè, est propria illinsver
12 bi expositio: vt no. in c. auditis. de elect. ¶ Quintò † quæritur, vtrum episcopus remittere possit ecclesiæ inferiori seruitia sibi debita? Et dico quòd sic, vt summariè dicit, & not. c. cùm venerabilis. eo. ti. sed remittendo & statuendo quòd aliud seruitium non imponetur, procurationem intelligitur remisisse vbi etiam Pan. coniungendo dicta gl. & Host. in c. pastoralis. de dona. & Io. And. notat † quòd episcopus quantumcunq;
13 generaliter eximat ecclesiã à se, saltem octo retinet, à quibus eam eximere nõ potest. Primũ est coërcitio. xvj. q. ij. visis. Secundum visitatio. Tertium procuratio ratione visitationis: vt in d. c. cùm venerabilis. Quartum est cathedraticum: vt in c. pastoralis. & gl. in c. quæcunque. & xvj. q. vij. & Io. And. vt videtur in d. c. cùm venerabilis. & communiter doctores. licet Archan. c. j. de præben. lib. vj. dicat quòd non remittitur quidem verbis generalibus, tamen specialiter episcopus illud remittere potest: quod fortè verum est quantum ad rem ipsam sed non quantum ad annexa: quæ sunt recognitio superioritatis & obedientiæ vel huiusmodi. Quintum est reuerentia sibi debita ab ecclesia inferiori. Sextum est charitatiuum subsidium: vt in c. cùm Apostolus. de censi. Septimum institutio authorizabilis quo ad curam populi. ar. c. non satis. de of. Archi. & in c. ij. de cap. mo. lib. vj. Octauum, id quod est ordinis episcopalis: quia subditum eximere non potest, vt non teneatur ab eo recipere quæ sunt ordinis episcopalis. Alia autem iura citra ab istis remittere potest ecclesiæ inferiori. quod Pan. intelligit ex causa de consensu capituli: quia alias ecclesiæ suæ iura alienare non potest: vt in c. pastoralis. de dona.
14 xij. q. ij. fine exceptione. pro quo etiam vide tex. cum gl. xvij. q. iij. c. fi. ¶ In † tribus tamen casibus ecclesia potest esse plenè exempta à iurisdictione episcopali. Primò si episcopus consensit, & papa confirmauit ex certa scientia, & sic loquitur c. constitutus. alleg. in glo. Secundò, si sententia fuit lata contra episcopum super plena exemptione, & non fuit appellatum: vt in c. cùm inter. de re iudi. Tertiò, ratione præscriptionis: vnde potest quis contra episcopum præscribere iura episcopalia in ecclesia episcopo subiecta: vt in cap. auditis. &c. cùm olim. de præscrip. Et potest addere quartò quando papa plenè per se eximit: vt in c. j. de priuil. lib. vj. Secundum Ioan. tamen And. potest episcopus concedere inferiori prælato etiam recipienti, nomine suæ dignitatis omnia iura prædicta præter tria, scilicet cathedraticum, reuerentiam, & charitatiuum subsidium per modum cuiusdã vicariæ perpetuæ ex causa & de consensu capituli: per quæ tamen non erunt illa ex toto abdicata ab episcopo: quia saltem illo vicario negligente poterit episcopus exercere. arg. t. carrefragabili. in §. excessus. de off. or. Ad prædicta vide quod no. Inno. in c. in Lateranensi. de præb. & per doc. in c. cùm satis. de off. Arch. &c. cũ & plantare. de priuil. ¶ Sextò † quæritur, vtrũ solui debeat ignorantiæ census, id est, cuius causa ignoratur? Et dico quòd non. extra eod. peruenit. iuncta gl. vbi Pan. diffusè istam materiam disputat. & vide si vis. Arch. autem materiam breuiter colligit dicens secundum Inno. Si certum est censum deberi, etiam si nulla causa subesset, solui debet. de censi. quanto. & secundum Host. tempus solum per se aut patientia sola talem obligationem non inducit: nec negligentia per se, sed negligentia cum tempore obligationem tollit: vt de præscrip. per totum. & patientia cum tempore obligationem inducit: vnde secundum eum licet ineptè petat qui dicit, peto talem censum quia mihi præstitus est per annos xl. tamen qui petit talem censum debitum ex tali causa, ad quod probandum inducit continuam solutionem xl. annorum, bene petit: & obtinebit. Sed tamen caueat de conscientia quòd non exprimat aut fingat falsam causam. de præscri. c. fi. Videtur tamen quòd si non est memoria initij perceptionis vel causæ, sufficiat dicere ex iusta causa impositum: ad quod probandũ inducatur tempus, cuius initij memoria non extat. arg. de præscri. c. j. lib. vj. Nec obstat quòd non specificetur causa: quia præsumptio est pro petente, cùm non sit verisimile aliquem censum fine causa & sine querela tãto tempore præstitisse. arg. ff. de probat. l. cũ de indebito. Item incertitudo & impossibilitas hoc casu meritò excusat nõ exprimentem specialem causam. de reg. iur. nemo potest. lib. vj. Nec his contradicit textus ipse. c. peruenit. quia census præscriptus nõ est census ignorantiæ: & si causa ignoratur. Host. & Arch. Sed hunc secundum sensum gl. reprobat per tex. in fi. Quomodo autem census præscribi possit: vide Pan. in c. ad audientiam. de præscri. Si autem econuerso cõstaret de causa census, sed tamen cessauit à soluendo tempore sufficiente ad præscribendum, si authoritate episcopi nouiter imponatur, erit soluendus, secundum Host. & Io. And. & Inno. propter multa quæ dicũ. quod saltem verum est, si ex rationabili causa fiat, &c. ¶ Septimò † quæritur, vtrum recipiens iuramentum de nouo censu imposito ecclesiæ persoluendo, cõpellatur iurãtem absoluere? Et dico quòd sic: extra eo. significauit. super quo Canonista multa cõscribũt: sed textus loquitur siue intelligitur de censu indebitè cõstituto: puta nouiter authoritate episcopi quidem, sed sine rationabili causa, &c. ¶ Octauò † quæritur, vtrũ solutio census sit probatio subiectiõis? Et dico quòd solutio census aliquãdo arguit subiectionem. de censi. omnis anima. aliquãdo præstitam libertatem vel receptam protectionem. de priui. percepimus. Solutio ergo census est probatio subiectionis, secundum tex. in d. c. omnis anima. Sed quia apertè contra est d. c. percepimus. vbi receperi sub protectione papæ soluerunt censum non in signũ immediatæ subiectionis, sed receptionis in protectionem: ideò Inno. dicit quòd solutio census est probatio subiectionis quo ad aliquid, nõ autem plena: sed inducitur quandoque probatio, quandoque præsumptio, secundum materiam subiectam. Facit ad hoc quod not. in c. fin.

fin. de causa poss. & proprie. & quod ibi dicit Pan. qui per hoc dicit Bald. malè dixisse in l. solent. ff. de offic. procon. scilicet quòd si probatur vnam ecclesiã soluisse per xl. annos censum alteri, probatur per hoc, ecclesiam istã fore illi subiectã. Vt ipsemet Bal. sensit alibi contrariũ. Facit etiã apertè c. cõstitutus. de reli. do. vbi cẽsus soluitur in signũ percepte libertatis. Cùm ergo solutio cẽsus esse possit æquinoca ad multa, simplex probatio alte[illegible] præciuè nõ probat. arg. cap. in præsentia. de prob. ¶ † Ne[illegible] quæritur, ad quã monetam soluẽdi sunt cẽsus? Et dico q[illegible]od Pan. post Io. And. in c. olim. de censi. sic summat: Soluẽdi sunt cẽsus ad antiquã monetam, in qua fuerũt instituti, nisi sit in alterius monetæ solutione præscriptum. In c. etiã, cũ canonici. eod. tit. sic: Ad antiquã monetam vel eius æstimationem soluendæ sunt pensiones antiquę. Quod quidẽ Panor. extendit vt omne debitũ contractum ex quacũq; causa solui debeat secundũ monetã currẽtem tempore debiti cõtracti. Vnde cõsuluit Old. q[illegible] si testator legauit aliquid, puta centũ florenos, & demũ superuixit, & mutata est moneta, soluẽdũ est legatũ ad æstimationẽ monetę quę erat tẽpore testamẽti: qa ita testator sensit. Pro quo tex in l. vxorem. §. testamento. ff. de leg. iij. Et idẽ dicendũ est, secundum eum, in condemnatione iudicis, & similibus dispositionibus.

Rursus de Gabellis & exactionibus publicis tertiò specialiter quo ad vectigalia, guidagia, duanas, & huiusmodi, quæ propriè dicuntur gabellæ.

1 *Gabella tertiò considerata, quid in se contineat? Et num quis pedagia, guidagia & salinaria imponere queat? Et quot hominum genera hæc imponere possint. num. 2.*

2 *Principis iura conciliũ generale habere. Et sub hac, quòd principi in signum specialis priuilegij reseruata, præscribo possint tanta consuetudine, cuius initij memoria non exstet. Et quid de potestate testimandi, fama restituendi, tabelliones creandi, & huiusmodi?*

3 *Imponere noua, & nouiter antiquitus imposita exigere, nõ eadem esse. Et quibus ex antiquo imposita exigere liceat?*

4 *Guidagia aut pedagia noua, sicut illicite imponuntur, sta illicite quoque exiguntur. Et quid de locatoribus operas suas ad fundandum per regionem, aut vadum pertransfundum?*

5 *Pedagia noua imponentes aut vetusta, sine authoritate ad hoc necessaria, angentes, aut iniusta exigentes, ad quid & quibus teneantur?*

6 *Pedagia, gabellas & reliqua, de quibus suprà, vt iustè imponantur, quid requirat? Et quid vt iustè exigãtur? nu. 9. & ibidẽ quod nisi noua iustè imposita probentur, iniusta præsumãtur.*

7 *Pedagia & huiusmodi onera de quibus rebus siue à clericis, siue à clericis, licitè exigantur. Et iniustè exigens quibus & ad quid tenetur: pulcherrima Archid. distinctione expeditur.*

8 *Pedagia & ea, de quibus suprà, qui exigere, & à quibus exigi possint?*

9 *Onera & præstationes de quibus suprà, non solum ex statuto, sed ex lege quoq; naturali deberi. Et ibidẽ Aug. Sum. refellitur.*

10 *Moyses Og Regi Basan bellum iustè intulit.*

11 *Pedagium de quibus rebus exigendum sit.*

12 *Collecta vel tallia gabella aliquando dicitur, aut datium: & quæ de his quæ proximè dicta sunt à subditis danda exigi patest: à forensibus non item.*

13 *Ciuitas leges condendi, & collectas similiaq; imponẽdi potestatem habens, an possit solutione huiusmodi gabellarum pro sui defensione & adiutorio imponere. Et sub hac, quòd per legem municipalem legi communi derogari possit.*

14 *Gabellas de quibus hic, non soluentes, an furtum committant. Et an ad restitutionem teneantur, & quibus.*

15 *Legi Cæsareæ, qua cauetur, ne de victualibus onera, de quibus hic præfentur, an per ciuitatis statutum derogari possit? Et si id, quatenus?*

16 *Pedagia exigi facientes, an itinera secura conseruare teneantur? Et an de robarijs & spoliationibus in suo districtu factis teneantur spoliatis?*

17 *Exactores datiorum, dum in casu illicito exigunt, an ad restitutionem teneantur?*

18 *Pedagia iusta, gabellas & huiusmodi fraudantes, an peccent, & ad restitutionem teneantur? Et quid de fraudantibus iniustam. num. 23.*

19 *Statutum superioris omne, ligans ad pœnam, & ad culpam quoq; ligat.*

20 *Damnificatus à principe iniustè, suumq; recipere ab eo nõ valens, an sibi in non soluendis gabellis etiam iustis satisfacere possit, quanquam id redemptoribus earum noxium sit.*

21 *Pœnæ illæ imanes, quæ nonnunquam ob fraudatas gabellas imponuntur, an licitè exigantur?*

22 *Fisco an omnia applicanda sint, cùm res licita simul & illicitè delata deprehẽduntur? Et quid si res illicitè ante, quàm ad locum, quem egredi non licet, peruenerint, deprehendantur, an publicationi obnoxiæ sint? num. seq.*

23 *Vectigal aut passagium conducens sub annua pensione, an ob bella, vel morbos superuenientes remissionem promereatur? Et quid in simplici locatione, sterilitate superueniente? Item quid in emphyteusi?*

24 *Confessores circa ea, quæ suprà dicta sunt, qualiter se habere debeant?*

GABELLA † rursus tertiò & generaliter exactio sub se 1
continet guidagia, duanas, & gabellas propriè dictas, necnõ pedagia: quæ licet differant à prædictis, habẽt tamen eandem rationẽ tractandi: quia eodem modo sunt licita & illicita, sicut prædictæ: & quæ de illis dicũtur, etiã verificantur istis regulariter. ¶ Primò verò quæritur, quis possit impo- *quis possit*
nere pedagia, guidagia, & salinaria? Et dico quòd in c. super *impone*
quibusdã. de verb. sig. sic dicitur: Duximus declarandum, ita *re pedag.*
esse pedagia, guidagia, salinaria interdicta, quæ nõ apparent Imperatorũ vel Regũ, vel Lateranensis concilij largitione *gia.*
concessa, vel ex antiqua cõsuetudine à tẽpore, cuius no extat 2
memoria introducta. Ex † quibus patet, vt not. in d. cap. super quibusdam. quòd quatuor possunt hæc imponere. ¶ Primò princeps, seu Imperator, & nõ ciuitas, scilicet sine licẽtia principis. C. noua vectig. instituti nõ pos. l. ij. & iij. Et dicit hic princeps, id est, Imperator, secundũ Archi. Et secũdum eum, hoc potest papa, maximè in terris ecclesiæ: quia & ipse dicit princeps. xxij. quæst. iij. ¶ Secũdò, hoc possunt reges: quod quidã intelligunt de rege Romanorum, qui scilicet electus est, sed non coronatus in Imperatorem, quo tempore nõ appellatur Imperator, sed rex Romanorũ. Et hoc sensit Host. & hoc videtur sequi Sum. Ang. contra Ros. & facit tex. in l. vectigalia. ff. de publi. Et re vera iste videtur fuisse sensus dicti cap. super quibusdã. cùm dicit, Imperatorũ vel regũ. Tamen idem Host. dicit quòd Rex Franciæ in hoc habet eandẽ potestatẽ per priuilegiũ, extra qui filij sint legit. cap. per venerabilem. Innoc. autem super dicto cap. super quibusdam. dicit simpliciter, reges posse imponere noua pedagia, licet peccent sine causa facientes. quod hodie de facto videmus. Et tenet Panor. in cap. innouamus. de censi. dicens quòd hodie reges inferiores præscripserũt in suis regnis iura Imperatorum: quo casu possent præmissa exercere vt imperator. Et sic hodie etiã videmus

Universidad de Deusto
Biblioteca

desimus quòd quædã cõmunitates vel ciuitates Italiæ ex quo post pacem factam Constantiæ habent merum & mistũ imperium, obtinuerunt de facto vt imponere possint ista pedagia: vt not. Ioannes Andr. & Panormit. in dicto cap. super quibusdam. non sufficit tamen contensus vnius partis ciuitatis: sed requiritur consensus partis maioris, præsertim eorũ, quos tangit, secundum domi. Gaspar. Calde. in cap. fin. de maio. & obedien. facit l. in concedendo. ff. de aqua plu. arcen. regula, quod omnes tangit, &c. de regulis iur. libro vj. Et sic tene, si est consuetum hoc à tempore, cuius initij non fit memoria. Et licet Bartol. in dicta l. vectigalia. videatur contrarius, vbi per illam legem dicit quòd fraudãs gabellam sine permissu principis impositam, non tenetur Deo, neque mundo, quia est extortio in forensibus, licet non in ciuibus, qui possent sibi ipsis grauamen imponere: tamen idem in l. fi publicanus. eodem titulo. tenet expresè quòd exactio vectigalium præscribitur tempore, cuius non extat memoria allegans ad hoc dictum cap. super quibusdam. ¶ Tertiò, hoc possunt hi, quibus à Lateranensi concilio concessum est. Ex † quo infert Panormitanus, quòd concilium generale habet iura principis. Pro hoc facit, quia in concilio generali præsēt papa. vnde dicit ibi Ioannes Andreas quòd ille text. non excludit concessionem solius papæ: quia si concilium habet hanc potestatẽ: ergo & papa, à quo robur & potestatem concilium accipit: vt not. in capitul. significasti. de electione. ¶ Quartò, hi, qui hoc habent ex consuetudine, de qua non extat memoria in contrarium: & huiusmodi consuetudo habet vim tituli, quando datur capacitas possidendi: aliis secus. Ex † quo infert Panor. quòd reseruata principi in signũ specialis prælegij, acquiri possunt consuetudine tanti temporis, de cuius initio non est memoria. Ex quo etiam infert quòd domini inferiores, & ciuitates præscribere possent potestatem legitimandi, & restituendi famæ, & creandi tabelliones, & huiusmodi, quæ sunt principi reseruata, si subest tantum tempus, de quo in dicto cap. super quibusdam. ex quo cap. prædicta eliciuntur. Aduertenda † tamen sunt quædam. ¶ Primum, quòd aliud est, prædicta nouiter imponere, quod alijs à prædictis nõ licet: aliud antiquitus imposita nouiter exigere: quod licet cuilibet, qui nouiter acquirit dominium iustè, siue sit vnus, siue communitas: sicut si domini Pisarum se iustè, vt dicitur, à dominio Florentinorum liberarunt, licitè exigunt antiquas gabellas: imò fortè licitè nouas imponũt ex causa rationabili, vt multi volunt, etiam si ante suam seruitutem hoc non præscripserant: quia ex quo hodie Imperium in Italia nõ dat auxilium, videtur quòd etiam non debeat dare leges. ¶ † Secundum, quòd noua guidagia vel pedagia sicut imponũtur illicitè: ita & exiguntur, vt patet: & dicuntur noua, si imposita sunt à tempore, de cuius initio extat memoria. aliter dicuntur antiqua, & sunt iusta, quia præsumuntur iustè imposita. ¶ Tertium quod priuatus locans operas suas ad guidãdum per regionem, aut transeundum vadum, vbi dominus non prouidit licitè capit nouum guidagium vel pedagium, secundum mentem Ioannis Andr. in dicto cap. super quibusdam. quia locat operas suas: secus de his, qui ad prædicta tenetur, vt domini. ¶ † Quartum, quòd imponentes noua pedagia, vel augentes antiqua sine dicta authoritate, vel exigentes iniusta, tenentur ad restitutionẽ spoliatis, vel hæredibus eorum, aut pauperibus, si prædictos ignorant. xiiij. quæst. vj. si res. & hodie per processum curiæ sunt omnes excommunicati excommunicatione papali: vt suprà. Excommunicatio. vij. excõmunicatione xix. De emẽtibus autẽ data à principibus vel communitatibus. j. 5. vij. ¶ † Secundò quæritur, quid requiratur vt prædicta iustè imponantur? Et dico quantum ex doctoribus & principijs moralis philosophię colligitur, requiri quatuor. ¶ Primò, vt imponantur ab habente potestatem: aliàs imponentes sunt excommunicãdi. de censib. innouamus. imò sunt excommunicati per processum curiæ, & secundũ iura ciuilia exilio perpetuo condemnandi. C. no. vectig. instit non pos. l. vlt. ¶ Secundò, vt imponantur propter iustã causam finalem: alioquin secundum Ray. est rapina. Et huiusmodi causę sunt publicæ necessitates, quas Bar. in l. C. de vecti. appellat stipendia, pontes, publicas domos, defensionem stratæ, & huiusmodi. & facit c. si quis Rompetas. xiiij. q. iij. iuncto c. innouamus. de treu. & pa. & cap. peruenit. & cap. cùm apostolus. de censi. & l. vectigalia. ff. de pub. ¶ Tertiò, vt imponant circa iustam causam materialem: puta circa personas nõ ecclesiasticas. de quo infrà. §. iiij. & circa aliquas res determinatas: vt infrà §. v. ¶ Quartò, vt imponantur secundum debitã causam formalem, proportionaliter ad causam finalem, siue quantum necessitas requirit, & nõ ad explendam luporum ingluiem: vt uentium ex rapto: & secundum quod subditorum & negotiorum facultas patitur.

¶ † Tertiò quæritur, quid requiratur vt iustè exigantur? Et dico, vt ex Raynriano & Archidiacono & alijs Doctoribus colligitur, quòd requiruntur tria. ¶ Primò, vt tale onus sit vel probabiliter credatur esse impositum ab alijs, qui potuerunt, si est antiquum. ¶ Secundò, vt sit, vel credatur impositum esse iustè, eo modo quo dictum est §. priori, si est antiquum. Dicit tamen Hostien. quòd si à principe concedatur, etiam causa non expressa, vel si consuetudo hoc approbet, cuius non erat memoria, sine scrupulo potest recipi. Si verò sit nouum, non sufficit dicta credulitas, sed requiritur scientia. Cuius ratio est: quia in cap. quanquam. de sensi. libro vj. dicitur quòd exactiones pedagiorũ tam iure canonico quàm ciuili regulariter sunt damnatæ, & gloss. inver. canonico. dicit vt cap. super quibusdam. de verborum signifi. & in ver. ciuili, dicit vt C. no. vectig. insti. non posse: & consequenter ille textus intelligitur de nouis vectigalibus, de quibus loquitur dicta iura: & ideo cautè loquitur dum dicit, regulariter, non generaliter: quia omnis regula patitur exceptionem. Vnde pedagia noua, nisi probentur legitimè imposita, præsumere debemus iniusta, ex dicto cap. quanquam. & sic noua pedagia vel noua antiquorum augmenta nullus licitè exigit, aut necessariò soluit nisi constet ea esse iusta: licet subditus, qui ea cogitur exigere, exculetur in dubio, vt dicetur.

¶ Tertiò, vt exigens faciat illud propter quod institutum est, siue sit nouum, siue antiquum: licet tunc non faciat fortè expensas, quia scilicet non oportet. Si verò aliquod horum deficerit, iniustè exigitur. Prosequorum omnium notitia sciendum est quòd Archie. sic distinguit huiusmodi onera: aut accipiuntur à personis ecclesiasticis: & hoc licet quantum ad ea, quæ deserunt causa negotiationis: vt not. Archi. per argu. à contrarijs. de censi. quanquam. libro vj. De quo tamen vide singularia, suprà Excommunicatio. viij. excommunicatione xxj. & quantum ad mercimonia aliena, quæ deserunt nomine suo dicentes esse sua. Pro alijs autẽ rebus siue suis siue ecclesiarum suarum, nõ potest hæc ab eis exigere princeps secularis, secundum Hostien. Recipiendo autem per se vel per alium. est raptor obnoxius restitutioni, & excommunicatus, de cẽsi. quanquam. lib. vj. Et si est collegium, est interdictum, vt ibi: ipsæ verò personæ ecclesiasticæ hæc occultando per se vel alios non peccant, modò à mendacijs & à scandalo cauteant. Aut exiguntur à laicis: & tunc subdistinguendum est, scilicet an pro mercimonijs aut pro alijs rebus ad vsum deputatis. Et quidem si pro mercimonijs, aut est nouum, & non licet exigere, nisi certum sit, institutum esse à principe: adde vel

vel habente iura Principis, propter imminentem necessitatem: aliàs exactor est raptor, & restitutioni necessariæ obnoxius, & excommunicatus, secundum Ray. Si verò sit nouum institutum à principe iusta causa: vel antiquũ institutum ab his qui potuerunt instituere, vel creditum institutũ esse à talibus, quod rationabiliter credi potest quando nõ extat memoria in contrariũ: tunc si est vel creditur iusta de causa impositum, & recipiens facit illud propter quẽ est impositum, sine conscientiæ scrupulo recipitur, secundum Ray. etiã si tũc non faceret expensas, paratus facere si oporteret, ad renendã patriam securã. Probantur hæc omnia xxiij. q. iij. si quis Rompetas. & xij. q. j. c. vobis autem. extra de censi. peruenit. de treu. & pa. innouamus. ff. de publi. & vectigali. l. vectigalia. ff. locati. l. ex cõducto. Si verò nõ sit institutũ à principe, vel non faciat id, propter quod institutũ est, faciendo quod in se est, secundum Ray. licitè non recipitur: & tenetur restituere spoliatis, vel pauperibus, si alios ignorat: secundũ Host. tamẽ non tenetur restituere pedagium, nisi constaret quòd hac de causa institutum esset. tamen si recipiens nõ defendit solutum in rebus & persona, vt potest: tenetur ad satisfactionem plenariam. xxiij. q. ij. dominus. & q. v. administratores. hæc ex Arch. Adde autem quòd si exigit quis à clericis pro rebus ad vsum eorum deputatis, illicitè exigit: vt infrà. §. sequenti. Adde etiam quòd eo casu, quo nõ fit id, propter quod guidagium institutum est, secundum Ray. licitè negatur: secundum alios debet quis iudicem adire: quod Summa Pisa. dicit tutius. sed Primum est ante spoliationem vel in eius fieri: secundum verò post illam: quia non debet quis sibi reddere ius.

¶ Quartò † quæritur, à quibus prædicta exigenda sunt? Et dico duo. ¶ Primũ, q. à Christianis principibus exigi possunt ab omnibus, exceptis clericis, ecclesijs, & ecclesiasticis personis: à quibus, qui exigit, est excõmunicatus, vt §. priori. in prin. de quo j. Immunitas. §. vj. quod intellige nisi deferant aliqua negotiationis causa. ¶ Secundum. Principibus Saracenis soluere tenentur huiusmodi onera Christiani transeuntes per terras eorum tempore treugæ, secundum Ray. secundum pactum & statutum, si ab eis defenduntur à latronibus & huiusmodi: & subtrahendo tenentur restituere: quia & fides hosti seruanda est. xxij q. iiij. Innocens. xxiij. q. j. noli. qẽ quidem dictum Veruec. quantũ ad pactum indistinctè approbatum. quantum verò ad statutum limitat verum de saracenis, qui terram suam non tenent vt violenti possessores: quantũ autem ad eos, qui vi occupauerunt terram, quæ aliquando fuit Christianorũ, cùm sint malę fidei possessores, nõ ligantur ad hæc Christiani, nisi sponte consenserint aliquãdo, aut se subiecerint huiusmodi statutis. Tempore autem guerræ, secundum eundem Ray. aut quocunque tempore cum mercibus prohibitis non tenentur ad pedagia. Host. autem videtur indistinctè tenere q. ad huiusmodi nõ teneantur Christiani. & hoc sequitur Sum. Ang. & Ros. quia Christiani non tenentur ad eorũ statuta. ¶ Quod † bene diceretur, si ista onera deberentur solùm ex statuto: debentur autem lege naturali: quia Principes nõ debent suis stipendijs militare. statuta aũt determinant quãtitatem & modũ soluendi. Vnde melius dicit Supple. dictũ Host. intelligendũ secundũ distinctionem Veruec. Subdit autem Summa Angelica quòd Christiani tenentur solùm ad hoc quòd sustinentur in transitu per eos. quod est falsum: quia naturali iure via publica omnibus est communis. ¶ Vnde † iustè Moyses inuit bellum Og regi Basan, quia transitum per viam publicam negauit, vt patet Numeri xxj. ¶ Quintò † quæritur de quibus ista exigenda sunt? Et dico quòd pedagium secundum Pet. de Ancha. in cap. quanquam. de censi. libro vj. soluitur quandoque solùm pro transitu personæ, vt Ferrariæ: quandoque pro rebus, quas quis defert non vsus sui causa. Sed intellige quòd primo casu est propriè pedagium quod soluitur non pro transitu: sed in certis locis vbi fiunt expensæ pro transitu: in casu verò secundo est propriè guidagium vel gabella. Sed confusè vtendo vocabulis dico quòd huiusmodi onera solui debent solùm pro persona in loco iustè constituto à principe, vel solùm pro rebus quæ negotiationis vel mercimonij causa deferuntur. C. de vect. g. l. omnium. Vnde exigi non possunt pro delatis ad vsum sui vel familiæ mec consuetudo in contrarium valet: quia est irrationabilis, secundum Host. & Bero. in d. cap. super quibusdam. Quod verum puto, vbi princeps habere potest ex mercibus stipendia honesta: aliàs non video quin possit consuetudo esse rationabilis: quod etiam Archi. tenit, vt patebit statim. imò vult l. vniuersi. C. eodem titu. quòd decapitentur, qui de rebus ad proprium vsum, vel gratia ruris colendi, vel ad se defendendum emptis aut delatis pedagium exigunt: vnde in his fraudantes non peccant. ¶ Sed † aduertè quòd aliquando collecta, vel tallia dicitur gabella, vel datium: & tunc de prædictis exigi potest datium à subditis, sed non à forensibus. & de hoc Archidiac. sic dicit summariè. ij. parte. titu. primo. cap. xiij. Si pedagium & gabella sumantur pro eodem, contrarium seruatur de facto in ciuitatibus Tusciæ, id est, Florentiæ, & in alij multis: quia de omnibus prædictis exigitur gabella. ¶ Ciuitas † autem habens potestatem leges condendi & imponendi collectas & pedagia, quod præsumendum est, si hoc faciat ex antiquo more, cuius memoria non extat in contrarium: videtur posse imponere solutionem dictarum gabellarum pro sui adiutorio & defensione: quia per statutum ciuitatis imponuntur per modum tallię vel collectæ pro expensis feudis in communitate. Licet enim populus aliquis generalem legem facere non possit, cùm hoc sit Imperatoris: vt not. Innocen. & Archid. distinct. secunda. capite. lex. potest tamen facere specialem: & in hoc consentit princeps. ff. de iust. & iur. l. omnes populi. & sic specialem collectam potest imponere pro necessitatibus suis, & si non generalem: vt exactionem pedagiorum sine licentia principis. Imò per legem municipalem, quæ dicitur statutum, vel apud quosdam reformatio, derogatur legi communi: vt patet. ibi materia dotium & successionum & aliorum. ad quod facit regula, generi. de regulis iuris. libro sexto, etiam si gabella sit idem pedagio vel collectæ, non obstante prohibitione legis communis exigendi pedagia de victualibus & huiusmodi: quando lex municipalis vel consuetudo præscripta habeat contrarium: quia consuetudo rationabilis & præscripta legem tollit. de consue. cap. vlt. hæc autem non est rationabilis: quia omnes ciues se & sua pro defensione patriæ debent exponere. ¶ Vnde † huiusmodi gabellae tenentur homines soluere: aliàs est furtum: & tenentur restituere communitati vel ementibus eas: nisi imponerentur à dominis non legitimis, vel nisi fraudantes alijs impositionibus & alijs modis essent indebitè grauati nimis vltra proportionem, aut iniustè damnificati à dominis: vel nisi essent gabellæ graues sine necessitate & vtilitate communitatis positæ, sed ad nutriendam pompam aut auaritiam aliquorum principum aut ciuium. hæc ex illo valde benè ita tamen quòd ista nõ exigantur à forensibus: tamen † quia contra concessionẽ Cæsaream scilicet quòd de victualibus huiusmodi onera non soluantur: non potest ciuitas per statutum abrogare legem communem in præiudicium tertij, & si in præiudicij sui quo ad particulares ciues: tamen quia forenses nõ tenerentur cõferre ad defensionem ciuitatis, sed solùm ad expẽsas viarũ & securitatis conseruandæ: ad quod

vbi gabella merciũ non sufficeret, valeret consuetudo quòd de victualibus etiã à forensibus solueretur: quia sic intendit legislator. Incolæ autem, vt dictum est, bene tenentur de fructibus terrarum, quę supponuntur ad sustinendum onera loci: vt ratio & interpres legũ cõsuetudo testatur. si qua autem emerẽt, pari passu ambularent cum forensibus: nisi res emptæ obnoxiæ essent gabellæ nondum solutę: quia transirent
19 cum onere suo. ¶ Sextò † quæritur, vtrum qui faciunt exigi pedagia, teneantur itinera conseruare secura? Et dicit Bal. in lib. de consue. feu. ti. de his qui feu. da. possunt. in §. abbatissa. & in tit. de pa. iura. fir. §. conuenticulis. quòd sic. Vnde addit quòd si fiunt aliquæ robariæ in eorũ curia, territorio, vel districtu ab eis possesso, vbi exigunt pedagia à transeuntibus, tenentur aut robariã restituere, aut malefactorem exhibere. l. ne quid. ff. de incen. rui. nau. Et quòd teneantur ad restitutionem in integrum de spoliatione, intelligo verũ quando ex defectu eorũ venit, non faciendo quod facere tenentur. ar. xxiij. q. ij. dominus. & q. v. administratores. & C. de app. l. si appellationem. & consentit Host. & Arch. in d. c. si quis Romperetas. non tamen tenentur exactum in pedagio restituere,
20 secundum Host. nisi vt dictum est. ¶ Septimò † quæritur, vtrũ exactores datiorum, vt qui ea emũt, teneantur ad restitutionem, dum exigunt in casu illicito? Et dico q; sic, si clarè constet ea esse illicita: quia ad hoc præstant causam efficacem & operantur efficaciter ad iniustã spoliationem. Si verò dubitatur an licita sint vel illicita: distinguendũ est sicut & de milite eunte ad bellum: quia si ad ista exigenda à superioribus compelluntur, propter bonũ obedientiæ excusantur in isto dubio. xxiij. q. j. quid culpatur. quod Host. verum putat quando quis quantum potuit inquisiuit, & peritiores consuluit, & tamen semper dubius in se remansit: alioquin tanquã ignorantiæ affectator non excusatur. Si verò nõ compellitur, sed sponte se ingerit emendo vel aliter, non excusatur, sicut nec stipendiarij, secundum Rodo. seu cognati, vel amici alicuius domini iniustè bellantis, cùm nõ sint subditi, nec excusentur propter obedientiæ bonum: qui peccant se discrimini exponentes in alterius præiudicium. Si autem expresè sint licita, nullus exigens peccat, siue subditus, siue non subditus.

21 ¶ Octauò † quæritur, vtrum fraudantes iusta pedagia vel gabellas, & huiusmodi, peccent, & teneantur ad restitutionem? Et dico hic quæri de duobus, scilicet restitutione & peccato. Quantum ad restitutionem dicunt communiter Ray. Pisa. Arch. Ros. & omnes Summistæ in titu. Pedagium. & omnes doctores in d. c. innouamus & maximè Pan. quòd fraudantes iustas gabellas tenentur ad restitutionem: & etiam secũdum Host. si princeps in institutione earum causam nõ expressit, etiam secundum eum, si ille qui recipit, non facit illud pro quo præsumitur quòd sint concessæ: dummodo non conster quòd propter illud fuerant impositæ: ad pœnã autem impositam nõ tenentur, nisi fuerint iudicialiter condemnati. & sic cõmuniter transeunt doctores. Quantum verò ad peccatum sciendum est quòd secundum Hen. de Gan. quoliber. iij. q. xxij. & quosdam alios, in statuto aliquando sunt duo præcepta: vnum scilicet obligans ad culpã, aliud ad pœnam: vt cùm dicitur, statuimus ne quis faciat tale quid: & qui fecerit, soluat talem pœnam. aliquando verò est vnum solùm obligans ad pœnam: puta cùm dicitur, statuimus: vt qui fecerit tale qd, soluat talem pœnã. Igitur omnes doctores ac Summistæ cõmuniter tenent q; eo modo quo dicti fraudantes tenentur ad restitutionem, etiam peccant. Sum. verò Ang. contra Ros. & Supple. primò innititur dicto fundamento Henrici tanquam vero. secundò dicit nõ esse peccatũ fraudare gabellas vbi exactores non laborant pro communi vtilitate, scilicet viarum, pontium, rerum, personarum, pro loco & tempore iuxta suã posse. & intendit etiam si non constet gabellas ad hæc esse ordinatas. Tertiò dicit non esse mortale eas fraudare, vbi prædicti laborant pro loco & tempore: quia communiter sic instituũtur, scilicet statuimus q; quilibet soluat talem gabellam sub pœna cadendi in cõmissum, si aliter inuentus fuerit: vnde illud statutum non obligat ad mortale, non obstante quòd damnificentur emptores gabellarũ: quia ita & sub ista conditione emunt vt vigilent: alias sibi imputet. Sed contra illud fundamentũ est: qa potior est intentio statuentis, quàm verba eius: qui autem mandat solui pœnam facienti aliquid, intendit quòd illud non fiat, licet fortè nõ vtatur verbo prohibitiuo ne fiat. ¶ Vndeٍ † omne statutũ superioris ligans ad 22
pœnam, ligat ad culpam, infrà Inobedientia. in fine. nisi aliter constet de intentione statuentis: quod non est in proposito: quia nulla lex dicit leges non ligare in foro conscientiæ, sed potius doctores dicunt oppositum. & ifternet author, nisi in certis casibus, de quibus infrà Lex. §. ix. Præterea & si verum esset fundamentum Henrici, nõ iuuat in proposito: tum quia illud potest solùm esse verum in his, quæ sunt de iure positiuo merè: solutio autem gabellarum ad sustentationem principum & boni communis est de iure naturali: tum etiam quia statuta vt frequentius mandãt solutionem gabellarum, & pœnam non soluentibus statuunt. Contra secundum: quia poneretur non liquidum contra liquidum: cùm sit certum eo casu, quo iste subripiũt gabellam: & non sit certum quòd sit instituta propter talem causam. Contra tertium quia omnis subripiens aliquod notabile proximo contra eius voluntatem, quod retinere non potest, mortaliter peccat: quia agit contra iustitiam per furtum vel rapinam: qui autem gabellas fraudant in isto casu restituere tenentur, secũdum omnes doctores & etiam secundum iustum. ¶ Nonò † quæritur, vtrũ 23
fraudantes iniusta pedagia vel gabellas peccent, & restituere teneantur? Et dico quantum ad restitutionem quòd non tenentur, secundum omnes doctores: quia stat æqualitas iustitiæ, quæ tolleretur si restituerentur: quia dati ratio haberet plus debito, & alius minus. Dico etiã secundum omnes quòd non peccant, nisi ratione mendacij aut periurij vel scandali, & huiusmodi. vnde ratione scandali quilibet tenetur indistinctè ad pedagia soluenda: vt patet ex dicendis †. Scandalum. §. iij. & iiij. Et idem: quantum ad restitutionem & peccatum dicendum est quantum ad fraudantes iustas gabellas, vbi non fit illud, propter quod certum est & constat eas institutas fore, vel vbi omnis iniustè grauantur alijs impositionibus, vel vbi ipsæ gabellæ sunt nimis graues. & cum hoc sine necessi- 24
tate. ¶ Et † similiter idem est vbi quis est iniustè damnificatus à principe: nec potest rehabere suum: quia potest sibi satisfacere vsq; ad plenum: non obstante quòd damna inferre videtur ementibus gabellas: tum quia eas emunt minori pretio propter similes fraudes quæ fiunt cõmuniter: tum quia princeps non potest illis vendere meum: est autem meum ius retinendi mihi illud quod alijs principi deberem, si ille mihi
25 non deberet. ¶ Decimò † quæritur, vtrum magnæ pœnæ, quę aliquando imponuntur fraudantibus gabellas, licitè exigantur? Et dicit Mon. quòd sic: quia huiusmodi statuta sunt facta pro communi vtilitate. Vnde qui prædantur ea quæ contra bannum & contra edictum Potestatis deferuntur, restituere non tenentur: sita tamen quòd huiusmodi edictum Potestas fecerit cum consilio regentium ciuitatem, & pro vtilitate communi. Nam in talibus arrestenti non competit repetitio & consequenter accipiens reddere non tenetur: quia melior est conditio possidentis: tamen quo ad Deum melius facerent reddendo, ne ex auaritia fecisse videantur.

¶ Vndes

11 ¶ † Vndecimò quæritur, vtrum omnia sint applicanda fisco cum deprehenduntur simul res licitæ & illicitæ delatæ: puta si quis habita licentia conducendi decem equos, conducat viginti: vel si exportabat de ciuitate victualia prohibita cum alijs non prohibitis eferri? Et dicit Cyn. in l. cùm proponas. C. de naut. fœn. in addi. secundum moderniores quòd non publicantur res licitæ per illicitas. Nec obstat d. l. cùm proponas. quia ibi nouerit publicatio mercium licitarum ex consequentia illicitarum, sed ex consequentia delicti, cuius causa omnia publicantur, & capite puniuntur: vt C. quæ res export. non poss. per totum. Et idem tenet Barto. in l. communitatem. §. dominus. ff. de public. Vbi etiam quærit quid iuris, posito quòd statuto caueatur vt repertus aliquid portare contra decretum perdat illud, & animal portans: & reperitur portare quædam licita & quædam illicita? Et respondet 12
recurrendum esse ad distinctionem d. §. dominus. scilicet an dominus animalis fuerit sciens vel ignorans. Dicit tamen in quibusdam ciuitatibus esse consuetudinem quòd cuiuscunque sit animal, perdatur, sed tamen dominus habebit regressum contra ducentem. ¶ † Duodecimò quæritur, vtrum res 13
illicitæ delatæ deprehensæ antequam veniatur ad locum quem exire non licet, sint in casu confiscationis? Et dicit Cyn. in d. l. cùm proponas. quòd non: quia redire poterat & pœnitere: vt ff. de fallis. l. qui fallam. ¶ † Decimotertiò quæritur, 14
vtrum emens aut conducens vectigal aut passagium vel huiusmodi sub annua pensione, propter bella aut morbos superuenientes mereatur remissionem pensionis? Et dicit Franciscus de Aret. cons. xxiij. quòd in simplici conductore non est dubium. quòd sic. Sed latius hunc passum attingendo dicit quòd aliquando guerra impediens conductorem frui de re locata contingit culpa locatoris, vel saltem sit ad iniuriam suam: & tunc non solùm tenetur remittere mercedem sed est obligatus ad totale interesse conductoris. l. si merces. §. culpæ. & ibi per Bartolum. ff. locati. & idem Bartolus in l. cotem. §. qui maximos. ff. de public. vbi tenet idem in venditore fructuum: qui casus est longè fortior nostro. Aliquando verò locator vti non potest re locata propter guerram vel inimicitias surgentes culpa sua vel ad iniurias eius: & tunc non releuatur à solutione pensionis: vt probatur in d. §. culpæ. Aliquando verò nec primo nec secundo modo est, sed propter guerram factam ad iniuriam vel offensam tertij: & ille est casus noster, in quo Cynus in addit. in l. ex conducto. §. ij. ff. loc. notabiliter distinguit. quia aut tempore rei conductæ iuberat guerra, & timor iustus in loco vbi res sita est: & tenetur conductor soluere pensionem: quia imputet sibi qui sciens qualitatem rei ac temporis conduxit, vt ait glossa in l. habitatores. in fi. locati. Aut non iuberat: & tunc superueniens 15
de guerra & iusto timore hostilitatis debet fieri remissio mercedis, vt dicit textus clarus in dicta l. ex conducto. §. fi. vis. ibi, incursus hostium. & in l. si fundus. §. fina. ff. locati. & in l. item quæritur. §. exercitu. vbi est glossa. ff. eodem. Et hanc distinctionem sequitur Baldus in l. si ea lege. C. de vsur. Et idem tenet Bartol. in disputatione quæ incipit, publicanus quidam. Vbi concludit quòd quando quis emit vel conducit vectigal pro annua pensione: quia ista est locatio, quocunque nomine baptizetur, propter guerram debebit fieri remissio, si ex tali guerra impeditur conductor frui re locata: quod erat in casu nostro, si conductor probauit incursiones hostiũ & prædas factas in dictis locis: vel quòd loca sint itaviana hostibus, vt verisimile sit, ea hostes inuasuros. Hic est etiam iustus timor, de quo loquitur d. l. habitatores. Et hoc 16
videtur dicit sine dubio in omni simplici locatione: quoniã propter sterilitatem, & nõ propter emptionem fructuũ in locatione remissio fit mercedis, vt in l. si vno. ff. locati. Sed in emphyteusi, in qua non fit remissio propter sterilitatem, sed propter rei totius aut maioris partis eius deperditionem, esset dubitandi ratio maior: & tamen in emphyteusi communiter idem tenent doct. quòd emphyteuta est impeditus bello, nisi quando soluit aliquid minimum solùm in recognitionem domini: vt suprà Emphyteusis. §. j. ¶ † Decimoquartò 17
quæritur, qualiter circa huiusmodi se debeant habere confessores? Et dico quòd vbi certi sunt de iustitia, non oportet dare doctrinam: in dubio verò ante factum semper prohibeant fraudationem gabellarum, ne fraudantes exponant diserimini: post factum autem non debent cogere ad restituendum: tum quia in pari causa turpitudinis potior est conditio possidentis: tum quia exponerent se periculo subripiendi ab isto quod suum est: tutum est tamen ad hoc hortari.

Rursus de Gabellis & Exactionibus quartò, quo ad tallias & huiusmodi.

1 *Gabella multa sub se verbo differentia, re tamen eadem continet. Et inde talia abs quo imponi possit*
2 *Tallia ab his de quibus proxime, quenam imponi possint?*
3 *Dominus vltra conuentionis modum, quot casibus subditis tallias indicere queat? Et quid de communitatibus quæ huiusmodi onera imponere possunt, quatenus ea imponere queant? Principes ideo instituti à Deo sunt, non vt sibi prosint solum, sed potius vt populos subditos moderentur.*
4 *Talia, quando ad boni communis vtilitatem esse dicatur: vel quomodo dignoscatur, an sit ex iusta causa instituta?*
5 *Talia quando iuste exigantur? Et subinde quot modis imponi constituunt:*
6 *Talias exigentes, aut subditis eas non soluentes, quoniam modo ad restitutionem teneri dicantur. septem conclusionibus definit.*
7 *Dominus, qui nihil præter tallias percipiunt, an eas & quas exigere possint? Et quid de domini consuetudinem allegantibus, qui a subditis de mobilibus quicquid velint, accipiunt, ac expoliant, præsertim cum eos ad alium dominum transire velle suspicantur.*
8 *Prælati, qui pro eo, quòd aliquid legato, alijsve maioribus impenduni, à subditis amplius exigunt, quàm impenderint, qualiter & ad quid teneantur?*
9 *Talliarum immunitas, num alicui concedi possit?*
10 *Dominus, an tallias & cæteras huiusmodi exactiones vendere possit?*

GABELLA † Rursus quartò & generaliter exactio, sub se continet tallias, collectas, præstantias, impositiones, & huiusmodi: quæ nomine quidem diuersa sunt, reverò eadem. ¶ Primò ergo quæritur à quo possit tallia imponi? Et dicevt ex Rich. ij. dist. xliiij. q. iij. art. j. colligitur, quòd princeps solus potest talliam nouiter imponere pro boni communis promotione aut defensione compensata subditorum qualitate & quantitate, quando eius facultates ad hoc non sufficiunt. ff. de public. & vectig. l. vectigalia. similiter rex superiorem non recognoscens, & alij, quia iura Imperij præscripserunt: quia solus Princeps, aut qui præscripsit iura Imperij, potest super tallijs & exactionibus leges condere vel concedere priuilegia. C. de vacatt. l. vnica. & ff. de iur. immu. l. semper. §. finali. alij autem licet hoc sibi vsurpent, errant: vt patet per id quod legitur & notatur in cap. per venerabilem qui filij sint legitimi. & cap. sanè. de priuileg. & not. Barto. in l. infamem. in fi. ff. de public. iud. & in l. hostes. ff. de capti. & in l. si publicanus. §. in omnibus vectigalibus. ff. de public. Alij ergo hoc non possunt: nisi per legem vel senatusconsultum vel constitutionem principis eis concedatur, dicta l. vnica. vel per concessionem à principe ex causa & specialiter impetratam. C.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de superindi.l. vnica.lib.x.& not.Archi.in cap.si quis Romipet.a.xxiiij.q.iij.vel per consuetudinem diutinam non violenter, sed ipsorum ab omnibus communiter approbatam.C.de cano.largi.titu.l. præcepit.& C.de aur.cor l.vnica.in fin.lib.x. quæ nihilo minus consuetudo sit talis,de cuius initio memoria nō extet vt in cap.super quibusdam.de verb.signific. Adde tu vel per concessionē Lateranensis concilij habeat quòd possint imbreuere pedagia: vt in d.cap.super quibusdam,quia hoc fortius est,cùm omnes liget,quàm concedere tallia quæ ligat solùm incolas regionis:vt dictum est in titu.priore.§.v.

2 ¶ † Secundò quæritur,quæ tallię à prędictis possint imponi? Et dicit Rayn.quòd illam talliam potest dominus imponere vel exigere,de qua secum ant cum iuris antecessoribus conuenerunt subditi bona fide & sponte;sicut fieri solet causa mansi aut villæ quando nouiter conceduntur,quòd aliquid datur, vel p.mittitur annuus census,& huiusmodi:quia in rei istæ traditione quisque quamvult legem potest imponere.de condi. app.verum.xviij.q.ij.Et eui.herius.nec scienti & volenti infertur dolus.C.de transact. cùm donationes & pacta custodiri debeant:de pac.Antigonus.Si tamen in instrumento positum est indistinctè quòd soluet quæstam vel talliam:intelligitur quòd dominus debet eam moderari inspectis conditionibus. de censibus.cùm apostolus.in fi.x.q.iij c.vlt. Imò secundum Veruec.si dicatur quòd talliam dominus secundum libitum suum possit imponere: nihilo minus ad arbitrium boni viri

3 moderanda est. ¶ Adde† autem ex S.Thom.ad dicti.Brabant. quòd potest dominus talliam imponere etiam vltra conuentionem in duobus casibus. Primò,scilicet quādo regulariter reditus eius non sufficiunt ad regimen boni communis:& decentem statum.Secundò,quando etiam non sufficiunt ex noua causa emergente. Dicit enim quòd principes sunt à Deo instituti,non vt quærant propria lucra,sed communem vtilitatem populorum:vndè sunt eis reditus instituti,vt his viuentes essent à spoliatione.Contingit autem eos non habere sufficientes reditus ad custodiendam terram, & expedienda illa quæ illis rationabiliter imminent: quo casu iustum est subditos exhibere,vnde possit communis vtilitas procurari: vnde alicubi ex antiqua consuetudine domini talliam subditis imponunt:quæ si non sit immoderata, exigi potest absq; peccato:quia nemo militat suis stipendijs,secundum Apostolum.Vnde ipsi militantes communitati,de communibus bonis viuere debent,vel per reditus deputatos:vel si huiusmodi defuerint,aut si fuerint insufficientes,qui sunt deputati per ea quæ à singulis colligantur.Et similis ratio videtur esse si quis casus nouus emergat,in quo oporteat multa expendere proutilitate communi,vel honesto statu principis conseruando,ad quod proprij reditus non sufficiunt,vel exactiones consuetæ:puta,si hostes terram inuadant, vel similis casus emergat:quia tunc præter consuetam exactionem possent principes aliquid exigere proutilitate communi.hæc ex illo. de quibus suprà diffusè. Dominus.§.v.Adde etiam quòd cōmunitates quæ huiusmodi onera possunt imponere,licitè imponunt talliam talem, qualem exigit communis vtilitas, & subditi possunt exhibere:vt colligitur ex Ray.& Arch.nō autem vltra quàm requirat commune bonum,vel subditi reddere possunt. ¶ † Tertiò quæritur, quando tallia dicatur esse

4 ad vtilitate boni cōmunis: vel cognoscatur quòd sit ex iusta causa instituta? Et quātum ad primum dico quòd dupliciter, secundum Rich.vbi suprà est ad bonum commune:primò directè,quando imponitur pro defensione fidei aut regni,vel pro refectione portium,viarum,& huiusmodi:& secundò indirectè,puta quando frater domini aut filius est captivus, aut aliqua terra capta: quia sic in subditorum bonum tallia redundat,cùm rex potentior reddatur: vel quum maritat filiam vel huiusmodi:& de his supra Dominum §.v.Addit tamen idem primò vbi suprà,quòd expedito negotio & facultates regis superabundant,& aliqua communitas nimis grauatur,debet ei subuenire,sicut caput membris.Adde secundò inuij.quolibet.quæstio.xxxiij. quòd licet non debeat indebitos dominus talliare quando sufficiunt propriæ facultates, non tamen dicendæ sunt sufficere,quando non potest se defendere,aut procurare commune bonum, nisi se ita depauperet,quòd nihil sibi remaneat in thesauro, quo se iuuare posset, se iterum intra breue tempus ab aduersarijs inuadere tur,maximè si multos habet insidiatores:quia tali necessarius est thesaurus.eo quòd aduersarij hoc scientes magis illum timent,& magis pacifice viuit:licet melius esset hominum amorem quàm argentum vel aurum thesaurizare. Quantum verò ad secundum, secundum Veruec.tallia sic potest ex iusta causa imposita per instrumenta confectata ei si ita seruatum est à tempore de quo non extat memoria: quia tunc præsumitur iusta causa.arg.xij.distinctio.alia.nisi sit violenta præsumptio in contrarium,sicut de præceptione infrà suo loco dicetur.§. quarto. ¶ † Quartò quæritur, quando iustè exigantur? Et dico quòd Archidia. de tallijs loquens sic distinguit: Grauamina, quæ diuersis nominibus nuncupantur,aut imponuntur personis ecclesiasticis,vel clericis, religiosis, & huiusmodi:& sic sunt rapinæ,nisi intercedat authoritas sedis apostolicæ:& sunt excommunicati exigentes vel recipientes & imponentes, nisi admoniti cessauerint.de immu.eccle.c.aduersus.& de cen.c.quanquam.libro sexto.Et hoc intellige etiam ratione domorum,possessionum,vel prædiorum.de immu. eccl.quia nomine libr.vj.nisi prædia fuissent prius dictis exactionibus subiecta: quia tunc ad ecclesiam trasierunt cum onere suo,scilicet si illud erat perpetuum,immobile,& certum, de quo infrà Immunitat.I. §.penu.part.iij.Aut imponuntur laicis:& tunc imponentes non habentibus legitimum dominium,& sunt rapinæ.Aut habentibus dominium legitimum:& tunc aut pro iniustis causis,puta pro faciendis vel nutriendis bellis iniustis manifestè vel ad ludum aut pompam vltra decentiam status,aut prodigè conuiuandum,& huiusmodi: & tunc huiusmodi collectæ sunt rapinæ.Aut pro causis iustis: & tunc iterum pro maiori declaratione distinguendum est.nam aut populus,à quo exigitur,regitur per vnū, & sic licitè talliam imponit eo modo quo dictum est cum posse imponere.§.ij:scilicet ex pacto,ex consuetudine,ex insufficientia reditū regulariter,vel ex noua causa.Aut regitur per plures:& tūc tribus modis tallia cōsueuit imponi,vt dictum est suprà Gabella j.§.ij.Primò sic,vt deputati taxent secundum quod vnumquenq; sciunt habere in bonis.Secundò,vt taxent secundum quod vnusquisq; habere credunt. Tertiò per schedulas, vt ibi patet. Quomodo autem sit ibi iniustitia, dicetur §.seq.vbi de restitutione agetur. ¶ † Quintò quæritur circa tallias, quomodo teneat quis ad restitutionem tam ex parte agentiū quàm patientium? Et ex doctrina Arch.dico multa. ¶ Primū. Quoties tallię exiguntur illicitæ per coactionem, ad restitutionē tenētur exigentes ad hoc siue exigantur directè siue indirectè:puta ministrando iustitiam,vel non defendendo subditos,vel inuando se aliquid velle:exacti autem non soluendo siue occultando bona non peccant nec restituere tenentur:modò careant à periurijs,mendacijs,& scandalo,si inde ex non soluendo cōtingerēt.arg.xj.q.iij.inter cætera.Eo tamē casu quo illicitè quis exigit ratione finis,puta ad luxuriā vel pompā,nō tenetur restituere,si ea tantùm exigeret quæ aliàs debita sunt statuto vel antiqua rationabili consuetudine: licet male

expēdantur. Similiter si subditi spōtè hoc soluerēt: quia scienti & consentienti nō fit iniuria neque dolus.de reg.iur.lib.vj. Ita etiam casu quo quis illicitè exigit ratione iniusti dominij, tenetur ad restitutione deductis expensis factis in vtilitatem eorum à quibus exegerunt. ¶ Secundū. Quoties tallię licitè exiguntur,toties subditi illicitè eas detraudant occultādo bona sua vel aliter,& restituere tenetur his,qui dana passi sunt, siue sint cōmunitas,siue ciues:aut pauperibus,si isti ignorantur. Aliqua tamē circa hoc specialiter dicētur in sequentibus. ¶ Tertium. Quando tallię exigūtur per plures primo modo scilicet vbi deputati exigunt quantum sciunt subditos habere,proportionabiliter:qui ex certa scientia propter odium vel aliud imponit alicui vltra ratam eorū quæ inuenit est habere restat rapor: & tenet ei de illo pluri,si effectus est sequutus: si autē si nō sequitur,licet peccet mortaliter.ar.xxij.q.v. qui non iurare. Et si omnes vel maior pars in tali iniusta impositione conueniunt, quilibet grauans tenetur in solidū de damno illato:de iniu.& dam.da.si culpa.Si autē minus debito imponunt scienter,vel etiam ex dissimulatiōe vel negligentia notabili,non quærunt deligenter de quantitate substantiarum,quibus imponitur,peccant mortaliter:sed cōmunitati quidem non tenētur:quia & si semel nō exigit necessaria, iterum tallią imponēt:sed nec ei qui indebitè alleuiatus est quinimo potius ipse tenetur illis in eo quod satisfacerēt pro eo:vnde magis tenētur his,quibus iterū vel pluries imponitur. Verūm quia difficile est inuenire quibus & quantum restatur:videtur dicendum,secundū Arch.quòd ad arbitrium boni viri pauperibus erogent præcipuè his,qui sunt de numero minus aggrauatorum.Si autem debitè tallient vel imponant ciues bona mobilia vel immobilia occultantes,aut fingentes ea minus valere,aut se habere debita,vt eis minus imponatur,sunt fures:& tenentur cōmunitati, nisi probabiliter putent,quasi omnes similiter bonorum suorū partē occultando:eo casu secundū eundem,videtur excusari:quia ex pari ratione minus grauantur. ¶ Quartū. Quando verò exigūntur tallię per plures secundo modo,scilicet vbi deputati exigunt quantum credunt subditos habere proportionabiliter: nunc si ex certa scientia alicui plus debito imponunt,vt aggrauent illum,vel alium alleuient,peccāt mortaliter: & omnes scientes tenentur lædis de damno,ar.de iodur.& dam.da. si culpa.Si verò hoc fecerūt ex errore probabili:videntur tenere,secundum Arch.excusari à peccato & obligatione satisfaciendi, modò non mouerentur leuibus probationibus & rumoribus & suspicionibus hominum præcipuè maleuolorū:sed probationibus & vrgentibus rationibus facta debita deligentia,aliàs scilicet grauando ex ignorantia crassa tenerētur.d.c.si culpa. Et quia etiam fama & conuersatio eius,cui imponitur,considerada sunt:quæ si secundum communem opinionem sunt laudabilia tutius est illi credere,quàm propria opinione motus,scientia humanum iudicium sæpefallitur.de sentē.excommunicā.à nobis. ¶ Quintum. Quando verò exiguntur tallię per plures tertio modo,vt scilicet deputati per schedulas in genere,si posit sufficientem diligētiam bona fide imponunt quantum credunt deberi,excusantur à peccato,si plus imponunt.arg.xxiij.quæst.v.de occidēdis.sed si intendūt notabiliter alios grauare,& se ac suos amicos alleuiare, mortaliter peccant in singulis impositionibus talibus singulorum hominum.dicto cap.si culpa.Et si omnes in hoc conueniunt conscientes sibi,quilibet tenetur ictis in solidum de cōmuni damno & interesse,nisi postea exaggrauerentur:vt patet per doctorem beati Tho.& aliorum in iiij.distin.xv.de cooperantibus in omnem & damnum. Si verò quilibet seorsum sic imponit difficile est scire quis ex eo imponentibus teneatur:cùm bene scire non possit quæ sit maior vel minor schedula,quæ obijcitur,vel media quæ operatur:obligari tamē videmur secundum Arch. siue operetur eorum scriptura siue non propter affectum intentionis cum opere subsequuto.ar.de big. debitum.tum etiam quia illi aliquo modo cooperatur & assentiunt damno.ij.quæst.j.notum. tum etiam quia in dubio via tutior est eligenda.de spon.iuuenis.Qui verò imponit vt sibi videtur,posit diligentia in nullo teneri videtur, nec operetur sua scriptura,siue non.Qui autem minus debito imponunt,tenentur inde nimis grauatis: nisi fortè ideo facerent, quia nimis alijs fuerant grauati. Et si in aggrauatione aut alleuiatione iniusta valde incertum est quantum inde sequatur damnum: tenentur ad arbitrium boni viri:vel saltem ad petendam remissionem à lædis,si sponte haberi potest. Occultantes verò bona meritò de nimia aggrauatione dubitates, videntur posse excusari,secundum eundem,ex quo cum multa iniustitia imponuntur:semper tamen vitando mendacia.xxij.quæstione iij.capite j. ¶ Sextum. Quia verò publicatis tallijs multæ reperiuntur enormes,& sequuntur multæ querelæ:rationabiliter eliguntur exgrauatores. de quibus idem multa dicit secunda parte,titulo j. cap.xiij.§. vj. quæ omnia patent ex dictis. ¶ Sextò † quæritur, quid de quibusdam do 7
minis, qui nihil percipiunt nisi tallias? Et dico secūdum Rayn erium,quòd si tallia est antiqua,& creditur probabiliter ex iusta causa imposita,exigi potest:ita tamen quòd ipse dominus impleat si quid ex illa causa implere tenetur. Si verò est noua,& iusta causa nescitur,nō debet exigere:& si receperit, debet restituere.xxiij.quæstione vj. si res.& cōcordant Vltramontani. ¶ Septimò quæritur,quid de dominis, qui allegantes consuetudinem, accipiunt à subditis de mobilibus fuit quicquid volunt:& præcipuè expoliant eos quando suspicantur quòd transire velint ad alium? Et dicit Monaldus quòd si certū est tale onus à principio fine fraude & malitia fuisse impositum,tolerari possunt.Si verò non est certum,aut non verisimiliter hoc creditur,restituere tenētur in dubio tamē ex quo ab ecclesia tolerantur, non esset absolutio denegāda simpliciter,sed cum dubitatione præstāda. Et cōcordant Veruue.& Vltramontani,qui etiam dicit quòd res eorum qui merè sunt seui,sunt dominorū:peccat tamen dominus si nimis seruum grauet:licet restituere non teneatur. ¶ † Octauò 8
quæritur quid de prælatis,qui pro eo q̄ impedunt aliquid legato,vel alijs maioribus,à subditis plus exigūt,quàm impenderūt? Et dico q̄ tenentur extorta restituere,& de suo tātum de pauperibus erogare.& si superior,cui de hoc q̄rela fit negligēs fuerit,canonicæ subiaceat vltioni:de immunitate ecclesiarum.c.quia plerique. ¶ Nonò † quæritur,vtrū alicui con- 9
cedi possit immunitas talliarum? Et dicit Panormit.in c.peruenit.de immunitate ecclesiarū,quòd sic à principe,& ex proprio motu:nō autē ad preces,nisi ponatur in priuilegio clausula,non obstante lege finali.C.si cōtra ius vel publicam vtilitatem,quia cùm sit contra publicam vtilitatem,oportet de ea fieri mentionem,vt notat Bar.in l.vacuatis.C.de decurionibus.& in dicta l.finali.& facit cap.ex parte.de capellis monachorum.Ab inferioribus autem alijs cēcedi potest,sed cōmunitas grauati non debet:sed summa minuetur:puta si dabantur centum,& vnus eximitur qui dabat decem:non præstabit communitas nisi xc.aliàs in præiudiciū communitatis cōcedere nō possunt.Similiter prælati inferiores & cōmunitates concedere possent non subditis suis immunitatē hanc, licet non haueant iura Imperij,vt veniant ad habitandum in eorū terris,sicut quotidie fit medicis,doctoribus,& huiusmodi:sed non tam subditis,nisi in præiudiciū concedētis solùm. ¶ Decimò † quæritur,vtrum dominus vēdere possit tallias & 10

Universidad de Deusto
Biblioteca

alias exactiones? Et scripsit San. Tho. ad ducissam Barban. q cùm suis officialibus nihil committeret nisi temporalis officij potestatem, licebat ei huiusmodi officia vendere: dum tamen venderentur his qui ad ea præsumerentur viles: & non tanto pretio quin recuperare possent sine grauamine subditorum. Sed tame, inquit, talis venditio non videtur expedire: quia habiliores & meliores emere illa nequeunt propter paupertatē, aut nolūt quia nō ambiūt: & consequenter vt in pluribus ea emūt, qui sunt peiores, & subditorū oppressores. Vnde magis expedit vt ad illa boni & idonei eligātur: & si necesse fuerit, cōpellantur quia per illorum bonitatē & industriam magis accresceret dominis & subditis, quàm de prædicta vēditione. hæc ex illo. Suppl. autē dicit clatū esse q prohibita sit officiorum vēditio. C. ad l. Iuliā repe. l. fi. sed cū illa l. videatur cōtraria l. j. ff. de pol. gloss. toluit, quia pro his nō pōt dari pecunia secretē: publicēverō secus. & de hoc 3. Dignitas §. iiij.

Rursus de Gabellis & Exactionibus V. quo ad angarias & munera.

1 *Gabella sub munere quo modo continetur?*
2 *Munus prout est de genere dons, quotuplex est?*
3 *Muneribus à manu, ab obsequio, & lingua, num ad fidem aut religionem pertrahere liceat?*
Munera ex pacto dari non debent, vt fides recipiatur, sed dari possunt alicui vt velit baptizari.
4 *Munus prout ad exactionem refertur, quotuplex sit?*
5 *Cæcus ad munera, num teneatur?*
Miserabiles personæ de quibus rebus aut terris censum aut tributum soluere teneantur.

1 GABELLA † rursus quintò & generaliter exactio sub se cōtinet angarias & perangarias de quibus tactis suprà Gabella primò dictū est. §. vj. Cōtinet verò sub munere tertio modo dicto, quod scilicet est illud quod necessariò subimus lege vel imperio. ff. de verb. sig. l. munus. secundum verò quod munus est in genere dons per se vel reductiuè, ad genus exactionis omnino nō pertinet. ¶ Primò † verò quæritur, quotuplex est munus de genere dons? Et dico secundū Greg. super illud Ila. xxxiij ab omni munere. quod est triplex, scilicet à manu. Et hoc est pecunia, cuius nomine intelligitur omnis res temporalis, mobilis & immobilis. j. q. iij. per totū. Ab obsequio: quod est seruitus indebitè, id est, non ex debito impensa. Et à lingua: & istud est fauor. j. q. j. sunt nonnulli. de quibus etiam vide infrà Simonia. §. xvj. ¶ Secundò † verò quæritur, vtrum liceat per munera prædicta trahere ad fidem vel religionem. Et de religione quidem infrà, Religio. ij §. ij. De fide autem dicit Ray. quòd sic. arg. xxxij. q. iij. debet homo. & q. vj. c. quod autem. di. xlv. qui syncera. & per promissiones & grauiores exactiones pentionum in prin. locationis, non autem post. xxiij. q. vj. iam verò. Sed Veruec. vt reor, simoniā veritus limitat prædicta quòd non sunt danda munera propter fidem recipiendam ex pacto: sed dari possunt vel promitti si vellent baptizari, nisi timerent paupertatem inter Christianos. Item propter benevolentiam capiendam, vt sic facilius cōuertantur. ad quod facit infrà Iudæus. §. vj. Sed ego dico q dari possunt indistinctè etiam ex pacto: sicut & sancti aliquando graria fidei promiserūt sanitates: nec est de simonia periculum: quia promittens hic nō accipit fidem, sed infidelis. Verum autem iudici liceat accipere à partibus munera, infra Iudex. viij.

4 ¶ Tertiò † quæro, quot modis accipitur vel quomodo diuidatur munus, quod est genus exactionis? Et dico quòd est triplex, scilicet merè personale, merè reale, seu patrimoniale, & mistum, vt dictū est suprà, Gabella. j. §. vij. Personale autem est triplex, scilicet & sordidum, quod consistit in vilibus officijs: vt in arena fodienda, calce coquēda, & huiusmodi. C. de exeu. mune. l. maximarum. Honestum cum honore, scilicet annexo: & talia munera appellantur honores in l. cui muneris. ff. de mune. & ho. & ista sunt officia vel dignitates publicę. C. de mune. l. vnica. Et simplex solum quod potest dici neutrum scilicet nec honores nec vilitatē habet annexum: vt est tutela, cura, & huiusmodi. ff. de excu. tuto. Et in eis agnoscendis talis regula dari potest secundum Barto. in dicta l. vnica. quia sicut est honor quod reputatur honor in loco: vt not. Ianoc. in cap. de multa. de præben. ita illud est vile quod reputatur vile, & habet officia vilia. Siue autem dicta munera sint realia siue personalia, dicuntur aliquando ordinaria, quando scilicet habent certam & ordinatam præstationem per aliquam legem vel statutum seu longam consuetudinem. ff. de vaca. & excusat. mune. l. in honoribus. §. qui muneris publici. Aliquando extraordinaria, quando scilicet non per legem aut statutum vel longam consuetudinem imponuntur, sed secundum dominorum volūtatem: vt notat Barto. & patet in l. vnica. C. de vaca. pub. mun. vnde ista per accidens imponuntur. Aliquando dicuntur indicta: vt quando princeps imponit aliquod munus per legem vel statutum, quod à principio erat extraordinarium: sed nunc efficitur ordinarius. Aliquando superindicta: vt quando super ordinarium aliquid imponit propter necessitatem occurrentem, facit l. vnica. C. de superindic. Quando autem hæc munera indicantur vel imponantur, infrà Immunitas. §. v. part. ij.

5 ¶ Quarto † quæritur, vtrum cæcus teneat ad munera? Et dico quòd ad personales collectas cogi nō debet. de cens. licet. quod Innoc. intelligitur de personalibus tantùm, non de realibus. Sed Host. intelligit generaliter de collectis quæ fiunt in terra, vt fodrum, albergarij, & similia: quia putat quòd tales personæ miserabiles debeant esse immunes etiam à realibus extraordinarijs. arg. lxxxix. dist. indicatum. non autem à realibus ordinarijs. Fateor tamen quòd si tenent terram censualem vel tributariam, debent soluere tributū vel censum. xvj. q. j. si quis. Sed ego puto in realibus extraordinarijs standum esse arbitrio iudicis: quia ira possent esse diuites q facile soluere possent: vnde tenētur ad reales ordinarias sicut pro ad personales nunquā: ad extraordinarias reales aliquādo. Eidem est de laborante perpetuo morbo. vide Panor. de cens. licet. De hac materia, & generaliter de exactionibus habet infrà Priuilegium. §. j. & ix. & infrà Immunitas. j. §. iij. & v.

De Generali.

1 *Generale cur quid dicatur? Et generalem clausulam omnia continere. Et qualiter id limitetur?*
2 *Generali, an per speciale derogetur. Et in generali mandato multa inesse, quæ tamen non intelliguntur, nisi exprimantur?*
3 *Generali locutione loquentis personam non comprehendi. Et id qualiter limitetur?*
Persona loquens quo casu à generali locutione excipiatur.

GENERALE † dicitur aliquid à genere, quia sit multis commune. Vnde generalis clausula continet omnia & hoc nisi contraria mens appareat testatoris. ff. de penis lege ta. l. qui penū. & ff. de pec. l. qui pecunij. C. de inoffic. testam. l. fi quando. in glo. quia non videtur quis generaliter, id est, in concessione generali cōcedere, quod specialiter nō est cōcessurus. C. quæ res pig. oblig. pot. l. j. in glo. nec etiā maiora expressit, nisi specialiter committantur. ff. de procu. l. Pōponius. in prin. & l. mandato. Generali † quoque per speciale preceptum dubio derogatur. de rescrip. pastoralis. In generali etiā mandato multa sunt, quæ non intelliguntur nisi exprimantur. de offic. leg. c. j. in gl. Inf generali etiā locutione persona loquens intelligitur excepta. de iureiur. petitio, in gl. cum concor., ibi posita. Vnde si promisi tibi aliquid cōtra omnem hominem: contra me dare non teneor. quodvtiq; est verum regulariter. Fallit autem vbi præcessit obligatio vel pactum inducens equitatem quandam, quæ etiam personam loquentem includat. & de hoc xxij. q. v. de forma. Vide etiam suprà Clausula.

GLADIVS nō reddendus furioso effectu: etiā si quis iurasset. xxij. q. ij. ne quis arbitretur. & facit ad probādum q ex iuramento aut voto nō tenet homo, qñ venit ad eū casum, in quo nullo modo iurasset, vel iurare non potuisset.

¶ GLORIA vana, infrà Vana gloria.

De Gratia Dei & hominum.

1 *Gratia siue ad Deum referatur, siue ad hominem quot modis dicatur, ac quotuplex sit?*
2 *Gratia hominis in iure, quot modis assumatur?*
3 *Gratia per summum Pontificem facta, an eius morte etiam re integra expiret? Et quid de concessione alicui indulta de aliquo faciendo si ante mortem ipsius indulgentis & dispensantis non id fecerit?*
4 *Gratia concessa si reuocetur, an ante de ipsa reuocatione certificationem expiret?*
5 *Prælatus prædecessorum, si summi Pontificis authoritate cum fratre dispensauit, vt illegitimus prælatus fieri possit, & re integra, & Papa, & is qui dispensauit, decesserunt, an dispensatio duret?*
6 *Potestas dispensandi generaliter concessa, cum sacerdotum filijs, an si sit dispensatum cum vno, morte concedentis, quo ad alios huiusmodi potestas expiret?*
7 *Gratia immunitatis alicui ob numerum liberorum concessa, an si quis de numero perierint, desinat gratia?*
8 *Beneficium propter delictum, cuius occasione bona confiscata sunt, an si à domino in gratiam recipiatur, eo ipso ad bona sit restituatur, & culpa remissa?*

GRATIA † secundum S. Tho. ij. ij. q. xxv. artic. j. dicitur dupliciter. Primò acceptatio amoris seu ad amorem: si enim dicitur quis habere gratiam meā, quia est mihi dilectus. & secundò gratuitum donum, quod ex amore tribuitur: sicut dicimus, fac mihi gratiam istam vel illam. adde tertiò ex j. ij. ex art. j. quod dicitur tertiò recompensatio pro dono, secundum quod benefactori dicimur agere gratias, vel ei esse grati. Igitur gratia hominis tripliciter dicitur, scilicet amor, donum, & recompensatio. Gratia verò Dei, qui scilicet nulli recompensare potest, cùm à nullo recipiat donum, dicitur dupliciter tantùm: primò ipse amor æternus, seu æternavolūtas, qua homines diligit: & secundò ipsum donum, quod homini largitur, maximè quo ad animam. Et hæc secunda gratia est duplex, scilicet gratis data, ad quam reducitur omnis effectus gratiæ talis, vt prophetia, & similia dona, quæ stant cum peccato mortali & gratum faciens, quæ est qualitas in essentia animæ dans esse diuinum: ad quam reducuntur omnes eius effectus. Quid autem sit hæc gratia, & quomodo à charitate differat: & quæ pertinent ad illam, non sunt hic pertractanda: sed vide Theologos in ij. distin. xxvij. & xxviij.

2 ¶† Primò verò quæritur, quot modis gratia hominis, de qua loquimur, accipiatur in iure? Et dico quòd tribus, iuxta prædicta. Primò scilicet pro amore, sicut in literis papalibus frequenter mentio fit de his qui gratiam habent sedis apostolicę. Secundò, pro dono alicuius, puta concessione beneficij, seu alicuius indulgentiæ vel authoritatis: sicut in cle. gratiæ. de reseri. & quod habetur in regula. quod ob gratiam. libr. vj. Tertiò, pro recōpensatione: vt quoties de gratitudine vel ingratitudine mentio fit. Sed intellige quando quis ad illud beneficium faciendum non est obligatus: quia faciens id, ad quod naturali ratione obligatus est, non facit gratiam: vt no. Bar. in c. j. §. hæc sacramenta. de pace iur. fir. & facit ille text. pro eo. & l. Titius. ff. de obseq. patr. Quartò sumitur impropriè gratia pro causa finali: sicut dicitur medicina sumi gratia sanitatis: & sic sumitur in cap. j. de commo.

3 ¶ † Secundò quæritur, vtrum gratia per summum pontificem facta eius morte expiret etiam re integra? Et distinguo quia si nondum erat facta, sed fienda, re integra morte expirat. de præben. si cui. lib. vj. iuncta gl. Secus si erat iam facta, & perfectè concessa. & de hoc est casus in c. si super. de offic. deleg. libr. vj. Vnde licet quidam distinguant dicentes expirare gratiam morte pontificis, si habet iurisdictionem annexam, & sit soloverbo concessa: non autem si non habet iurisdictionem, etiam si sit solo verbo concessa: tamen Io. And. in prolog. super vj. in nouel. tenet simpliciter quòd non expirat etiam concessa solo verbo. Et idem tenet Archi. ibidem. & est verius per cle. dudum. de sepul. Idem dic quando Papa concedit alicui vt dispenset cum tali, licet non dispensauerit ante mortem concedentis, secundum Federic. consi. lxxviij. Pariformiter die de eo cum quo dispensatum est super aliquo faciendo: quia licet non fecerit ante mortem dispensantis: nihilo minus poterit facere post mortem dispensantis: puta contrahere, vel ordinari. de præben. si cui. lib. vj. Similiter secundum Io. And. & sequitur dominus Antonius in cap. ex tua. de fili. presby. perpetuatur authoritas dispensandi concessa alicui generaliter à Papa per viam gratię pervnam dispensationem factam in vita concedentis: secus autem si fuisset facta per viam commissionis: quia nisi fecerit actum communem dispensationis, puta edictum commune vel simile, sic expirat quo ad alios cum quibus non dispensauit. Plus † etiam dico quòd quando gratia concessa reuocatur, non expirat ante certificationem de reuocatione, nisi quando Papa expressè vellet statum nō valere, secundum Gemin. in cap. j. de concess. præbend. lib. vj. quo casu intelligo quòd non valeret in foro causarum saltem. Ex † his patet primò quòd si prælatus in ordine Predicatorum authoritate summi pontificis dispensauit cum fratre vt illegitimus posset fieri prælatus: & re integra, id est, antequam ille frater eligeretur in prælatum, mortuus est Papa, & is qui dispensauit: durat illa dispensatio: nec expirat mortuo Papa, & viuente magistro: de quo est casus in dicto capite, si cui. & capite, si super. nec etiam re integra mortuo magistro propter prædicta: & quia dispensatio semel canonicè facta, ex superuenienti facto nō retractatur. Casus est de fil. presby. ex tua. hęc Feder. in d. consi. Patet † secundò ad quæst. quam in d. cap. ex tua. mouet domin. Anto. an concessa generaliter potestate dispēsandi cum filijs sacerdotum, si contingat dispensasse quo ad vnum, an quo ad alios expiret potestas morte cōcedentis, aut sit perpetua: quia Spe. in titu. de leg. §. videndum. dicit se obtinuisse quod non est perpetuata. quod, secundum Ioannem Andream, procedit per viam commissionis, non per viam gratiæ. Et adhuc per viam commissionis distingui posset, an is, cui facta est commissio, fecerit actum communem omni dispensationi: & durat potestas. an solùm specialem quo ad dispensationem iam factam: & procedit dictum Spec. Et hæc patent ex not. in capitu. licet. de off. deleg. Patet tertiò quòd gratia concessa authoritate Papæ durat mortuo Papa, & concedente, vel à suo officio amoto. ¶† Tertiò quæritur, vtrum gratia immunitatis alicui data propter numerum filiorum duret: licet aliqui de numero eorum perierint? Et dicit Ioann. Andr. in regula, decet. libr. vj. in Merc. per multos & solennes doctō. in facto consultum, quòd durat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

8 ¶ Quærò quæritur, vtrum bannitus propter delictum, cuius occasione bona sunt confiscata, si à domino recipiatur ad gratiam eo ipso sit restitutus ad bona, & culpa remissa? Et tenent quidam quòd sic per text. in l. j. §. fin. ff. de quæst. vbi dicit Bar. quòd quandocunque recipitur ad gratiam principis, videtur restitutus. & idem videtur sensisse in l. fi. ff. de sen. paf. Sed Salic. in d. l. fi. damnat dictum Bar. & dicit cum Cynabidem, quòd non restituitur. & magis placet per text. in titu. de pace Constan. in prin. in verbo, plenitudinem nostræ gratiæ receptus. Vbi dicit Bald. quòd quando quis recipitur ad plenitudinem gratiæ, remittuntur culpæ & restituuntur fauores: & consequëter quando solùm simpliciter ad gratiam recipitur, non restituitur: & meritò. Facit etiam quia rescripta fisco damnosa in dubio restringenda sunt ad minus præiudicium. arg. l. fi quando. C. de oper. publi. & restitutio principis non trahitur retro contra ius quæsitum alteri, vt tenet Ange. & Imol. in l. Gallus. ff. de libe. & posthu. Et Bar. intelligendus est quando faciens gratiam mandat sententiam vel bannum cancellari in suum præiudicium solùm: quia adducit §. fin. prædictum, quod not. & vide suprà Damnatus. §. j. Vtrum autem gratia concessa per inferiorem Papa morte expiret, vide infrà Indulgentia. §. v. particula vij.

¶ GRADVS consanguinitatis & affinitatis, quomodo debeant computari, vide infrà Matrimonium viij.

¶ GVERRA quomodo & quando licita sit, vel illicita, vide suprà Bellum, per totum.

¶ GVIDAGIA, suprà Gabella.

De Gula.

1 *Gula quid sit, & an ad ea fames ac sitis pertineant? Et in gulæ delictum quot modis incidamus?*
2 *Gula num mortale peccatum sit?*
3 *Gulæ filia quæ sint?*

2 GVLA† vt patet ex S. Tho. ij. ij. q. cxlviij. art. j. est appetitus sensitiuus edendi & bibendi inordinatus. Vide fames & sitis ad gulam non pertinent: quia non pertinent ad appetitum sensitiuum seu animalem, sed ad naturalem: similiter nec excessus cibi ex ignorantia, sed solùm ex concupiscentia cibi delectabilis. Est autem ista inordinatio, secundum Archi. dum quis appetit cibum vel potum non ad necessitatem, sed ad voluptatem: &, vt colligitur ibi arti. iij. ex sufficientia specierum gulæ quinque fit modis, in quibus dictæ species constituunt, quæ hoc versu continentur: Properè, lautè, nimis, ardenter, & studiosè. Cuius sensus est: Properè, scilicet apprendo comestionem ante tempus. Lautè, quærendo cibos delicatiores. Nimis, scilicet sumendo in quantitate. Ardenter, non seruando modum debitum in edendo. & studiosè, quærendo cibos nimis accuratè præparatos.

3 ¶† Primò verò quæritur, vtrum gula sit peccatū mortale? Et dico secundum S. Tho. vbi suprà, & secundum mentem eius in multis locis, quod non est mortale ex suo genere, licet sit vitium capitale, id est, ex quo vitia multa nascuntur. ¶ Est tamen mortale, primò secundum S. Tho. quando deordinat à fine vltimò, ita scilicet quòd delectationi gulę inhęret homo tanquam fini, propter quem Deum contemnit, paratus scilicet agere contra præcepta Dei, vt delectationem huiusmodi consequatur: quod intelligo si actu de hac præparatione cogitetur: vel actu aliquod Dei præceptum contemnatur, frangendo votum, vel ieiunium ecclesiæ, vel huiusmodi. ¶ Secundò, quando quis scienter comedit vel bibit in graue corporis nocumentum, secundum S. Thom. Pro quo tamen aduerte quòd si hoc stat inaduertenter, non est mortale, nisi si adeò frequenter fiat, quòd teneatur aduertere: sicut suprà de ebrietate dictum est. Similiter nec si nocumentum sit modicum: aut verisimiliter credatur esse modicum: sicut in infirmo non periculosè, qui potius vult pati augmentum febris quàm sitim, vel huiusmodi. Et idem est de portigente infirmo scienter vel ex ignorantia improbabili aliquid grauiter nociuum. Et concordat his S. Tho. Host. Inn. Et ratio, quia hoc est contra amorem charitatis ad ipsum. ¶ Tertiò, quando scienter ex voluptate comeditur vsq; ad vomitum: aut bibitur vsque ad ebrietatem, secundum Arch. De ebrietate tamen dictum est suprà suo loco. ¶ Quartò, ratione finis, puta ad iurandum, aut ad procurandam pollutionem in somnijs, etiam gratia sanitatis: de quo infrà Pollutio. ¶ Quintò, dum quis in alio scienter est causa prædictorum. ¶† Secundò quæritur, quot sunt filiæ gulæ, id est, vitia ex gula generata? Et dico quòd sunt sex secundum Greg. & S. Tho. Prima est ebrietas. Secúda habetudo mentis. Tertia inepta lætitia. Quarta multiloquiū. Quinta scurrilitas. Sexta immūditia. de quibus suo loco. De ieiunio, & cibis, & hora comedendi, infrà Ieiunium.

De Habitu maximè sacro.

1 *Habitus & si variè accipitur, hoc tamen loco pro persona ecclesiastica ornamento sumitur: & tum qualis esse debeat?*
2 *Cardinalibus an liceat vestibus aut similibus ornamentis, quibus & Papa vtitur. Et quid de laicis, & de mulieribus?*
3 *Religiosus quando, & qualiter habitu suo vti debeat?*
4 *Religiosus qui & curatus sit, an in ecclesia seculari, vt se vulgo conformet secularium, habitu clericorum exterius, proprio sub Chlamyde retenta vti possit?*
5 *Clerico seu religioso, num ex rationabili causa habitum transformare seu occultare liceat?*
6 *Secularis vestire religiosa masculorum, aut fœminarum laudabiliter possit?*

HABITVS† cùm multipliciter dicatur vsurpetur tamen proueste sumitur, maximè ecclesiasticorum personarum. de quo in c. præcipimus. xxj. q. iij. & de vita & hone. cler. Deus qui. sed de habitu seculari agetur principaliter infrà Ornatus. de sacro verò in titulo præsenti. ¶ Primò verò quæritur, qualis esse debeat habitus ecclesiasticæ personæ? Et dico quòd religiosi quidem habitus debet esse secundum regulæ suæ statuta: ita tamen quòd conueniat religioni & pœnitentiæ. xxj. q. j. vidua. clerici verò secundum glos. summa. xxj. quæstio. iij. possent vti pannis etiam pretiosis secundum consuetudinem regionis, vt conforment se moribus eorum, inter quos viuunt: vt ne vilescat dignitas clericalis. distinct. lxxx. episcopi. de quo vide suprà Clericus. ij. §. iij. & infrà Ornatus. Et adde quòd secundum Hostien. in ca. antiqua. de priuil. panni rubei, & fræna, atque calcaria deaurata, & ornamenta similia, sunt insignia papæ, & sui legati, cùm proficiscitur vltra mare. ¶ Ex† quo infertur quòd Cardinales iure communi vti non possunt similibus coloribus & ornamentis: excusantur tamen sequentes consuetudinem oppositam, ex quo Papa scit & tolerat: quia ista sunt de iure positiuo. Infertur etiam quòd nec laicis licitum est deferre huiusmodi deaurata, nec pro persona, nec pro equis suis: quia huiusmodi sunt principis ornamenta, quibus priuati vti non debent sub pœna capitis: vt l. ij. C. de vesti. holoba. libr. xj. Et hanc rationem sequitur text. in l. temperent. C. eo. tit. De mulieribus autem non est dubium, quòd possint vti prædictis sine pœna prædicta: quod quidem verum putant solùm matronis & nobilibus: quidam etiam viri hoc habent ex priuilegio: vt milites, & doctores: & similiter milites gaudentes, ex quo dantur sibi in signum: & potest de consuetudine introduci. ¶† Secundò quæriter, quando & qualiter religiosus vti debeat habitu seu

vestibus? Et dico quòd semper & patenter. Semper quidem, id est, omni tempore, seu in lectulo quiescens, seu in quocūq; loco consistens. xx. q. j. vidua. aliàs tamen in aliquibus religionibus videtur esse habitus diurnus à nocturno: vnde sufficit portare secundū religionis suæ instituta. Patenter verò cùm prodit in publicum: aliàs illum dimittendo, secundum Archi. est mortale, nisi ex iusta causa: puta propter periculū captionis vel insidiarū, aut cùm esset in balneis aut stuphis. quod intelligo de dimissione sui habitus dolosè cum sumptione alterius ad vsum. secus si proprius habitus dimitteretur ad horam nō dolosè, sed voluptuosè nullo alio sumpto, vel sumpto alio nō ad vsum, sed ad solatiū ex iocosa familiaritate, & huiusmodi: vt si in honesta recreatiōe frater minor induat habitum prædicatorum, vel econuerso. vnde subintrat idem si religiosus dimitteret vel occultaret habitum ne deprehēderetur in scelere perpetrando, non euaderet mortale nec excōmunicationem, de qua suprà, Excommunicatio. ix. excommunicatione xxiiij. vide etiam §. sequenti. ¶ Tertiò† quæritur, vtrum religiosus præcipuè curatus in ecclesia seculari ad se cōformandum vti possit habitu clericorum ab extra, retento proprio sub chlamyde? Et dicit glo. in cle. quoniā. de vita & ho. cle. q. est apostata. quod videtur hodie approbatum per d. cle. & sequitur Ioan. An. in nouel. super regula, certum est. in vj. propter multa: & rursus in nouel. sup c. quod Deitimorē. de stat. mona. dicit quòd monachus assumptus ad curam ecclesiæ secularis, nō absoluitur ab habitu, scilicet monachali defetendo, quia illud non est contrarium ecclesiæ seculari quia non habet determinatum habitū pro clericis suis, licet debeat esse talaris. xxiij. distin. non liceat. & certi coloresvestium, vt violides, rubei, & huiusmodi, sint prohibiti. de vita & ho. cle. clerici. Et idem dicit Archi. dist. xxiij. sanctimonialis. Quod ergo dicit glos. xvj. q. vij. an noua. tales posse habitum mutare exterius, licet ex toto non debeat, dicit Archi. esse verum, quando aliàs scandalū esset: vt de vit. & ho. cle. Deus qui. Et idem Gemi. dicens quod ob scandalum vitandum licet monacho assumpto ad curam in aliquo se conformare habitui clericorum secularium, quod fieri potest portando chlamydem, sed clausam ante cum fenestris lateralibus: vt faciunt honesti sacerdotes seculares, & caputium: & si non totum, saltē quo ad illam partem, qua caput operitur, appareat ab extra chlamydem retro. Si autem huiusmodi monachi vtantur habitu secularium clericorum: vt non appareant monachi, de hoc erubescentes, vel vt non cognoscantur propter vanitate, secundum Arch. non euadit mortale, & excommunicationis censuram. ¶ Quartò† quæritur, vtrum liceat clerico & religioso ex causa rationabili habitum transformare seu occultare? Et dico quòd sic secundum omnes. & similiter dimittere. de his suprà, Excommunicatio. viij. excommunicatione xxiiij. nota. iij. & ferè per totum. ¶ Quintò,† vtrum secularis vtens veste religiosa masculorum aut fœminarū causa ludi peccet mortaliter? Et dico q̄ non ex leuitate & sine irrisione & turpitudine: quia aliter esset nimis durum: nec aliquo iure probabile: si autem hoc fiat causa ludibrij, id est, vituperij, dicit glosl. in cap. cùm decorem. de vi. & hon. cle. prohibitum esse vti habitu monachali, vel alio religioso: & quod faciēs grauiter puniatur, vt in auth. de sanc. episc. §. vlti. collat. ix. & sic videtur mortale peccatū. Imò si non fiat hac de causa, sed tamen in rei veritate fiat cum ludibrio: vt cùm deferuntur lasciuæ verè rel appareter, vt vulgò dicitur in maschara, videtur omni no mortale: quia est magna irrisio Dei in sanctis suis, similiter cum eo vtuntur mimi & histriones exercēdo vituperosa. C. de episcop. audient. l. minime. Vtrum autem vir vti possit veste muliebri, vel econtra, suprà, Fœmina. §. j.

De Hebetudine.

HEBETVDO corporalis opponitur acutiei: spiritualis verò subtilitati intellectus, siue dono intellectus, quod facit subtiliter penetrare. Et est hebetudo sensus seu mentis debilitas mentis in spiritualiū consideratiōe. xxij. quæst. xv. & oritur ex gula, habens rationem peccati, inquantum est voluntaria: vt patet in eo, qui ita circa corporalia est affectus, q̄ de spiritualibus subtiliter fastidit, aut negligit cogitare.

De Hæreditate priuatim in se.

1 *Hæreditatis finitio. Et an in consentiendo foro hæres ad debita vltra hæreditatis vires teneatur?*
2 *Consanguineorum gradus quot sunt? Et testator suos siue ascendentes siue descendentes, quo ordine substituere aut exhæredare teneatur?*
3 *Intestatum decedere, quot modis contingat?*
4 *Hæreditatis partes, quot sint? Et hæreditas in laicis ab intestato, ad quos deuenire debeat. nu. seq. ad quē sex axiomata subdit.*
6 *Clerico ab intestato decedenti, quis succedere debeat.*
7 *Seruis manumissis ab intestato decedentibus quis succedat?*
8 *Clerici an laici eo, quo dictum est ordine succedant?*
9 *Damnatis ad mortem quis succedere debeat?*
10 *Roma monasterium ingredientium, ac deinde decedentis, ad quem perueniant? Et in hoc subdit dicta sex, cum limitationibus.*
11 *Statuto cauente, vt extantibus masculo &c. debeāt fœmina dote contenta esse. moritur pater, ac deinde filius ante filia dotationem superstitis, quanā succedet, an filia ipsa, an verò amita?*
12 *Dominus, qui de consuetudine totum accepit, quid eius erat, qui sine liberis decesserit, an teneatur?*

HAEREDITAS† secundum Bar. in rub. de acqui. hæred. est successio in vniuersum ius quod habuit defunctus: vt l. nihil. de verbo. sig. & sic sumendo, scilicet pro successu in totum, & non in parte iuris, est de iure ciuili Romanorum tātùm. distinctione j. §. ius quiritū. & nullius alterius gentis, quod patet: quia deportati, qui non sunt capaces eorum, quæ sunt iuris ciuilis, non sunt capaces hæreditatis. C. de hæred. instit. l. j. Ex quo infertur quòd in foro conscientiæ hæres non tenetur ad debita vltra vires hæreditatis: quia in foro conscientiæ non sumitur hæreditas dicto modo: sed capitur prout est de iure gentium, secundum quod hæres non succedebat in vniuersum ius defuncti: sed capiebat bona tanquam bona vacantia: vnde non tenetur nisi quatenus patiuntur facultates defuncti. ¶† Sed pro dicēlorum notitia sciendum est q̄ tres sunt gradus vel lineæ consanguineorū secundum Asten. li. iij. ti. xxv. scilicet ascēdentiū siue parentū, descēdentium siue liberorū, & collateralium. Testator autē quādiu aliquē habet de descendētibus, tenetur illū vel instituere hæredem vel exhæredare: & si illum instituat hæredem, non tenetur de aliquo ascendentium facere mentionem: quia descendentes in infinitum cæteris præferūtur, Institu. de hæred. quæ ab intest. in princ. Deficientibus autem descendentibus legitimis tenetur suos ascendentē legitimos, si quos habet hæredes instituere vel exhæredare. C. ad seua. Orfi. l. quoties. Collaterales autem nunquam tenetur hæredes instituere vel exhæredare: sed deficientibus descendentibus & ascendentibus legitimis potest quos vult instituere, etiam sibi non attribus legitimis nentes, nulla de collateralibus facta mentione.

¶ Sciendum† est etiam secundò, quòd secundum Asten. li. iij. tit. xxxv. sex modis quis dicitur decedere intestatus. Primò, si moriens nullum fecit testamētū, vel quia noluit, vel quia nō potuit, scilicet de iure vel de facto. Secúdò, quia & si fecit, nō tū iure, quia scilicet defuit aliqua solēnitas legitima. Tertiò,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia & si fecit,iure tamen postea ruptum est:vt §. Testamentum iiij. quia & si ex omni parte sit legitimè factum : nullus tamè ex eo hæres apparet:quia scilicet vel institutus esse no limit etiā viuente testatore:aut etiā ante aditam hæreditatem decessit:vel defuit cōditio,sub qua erat institutus.Et isti quatuor modi probantur Insti.vbi suprà in prin.Quintò si filius nominatim & cùm causa legitima sit exhæredatus:& post mortem testatoris proposita querela inofficiosi testamenti,& hærede causam ingratitudinis non probante testamentū per sententiā est rescissum.Sextò,si testamentū iure prætorio per cōtra tabulas rescindatur.Ex his duobus vltimis modis dicitur quis ex post facto testamento decedere intestatus. C. de col.l.vt liberis.¶ Primò † verò quæritur,quæ sint partes hæreditaris secundū iura? Et dico quòd quia as assis signat pondus xij.vnciarū,licet aliquando pro obolo ponatur,inde q̄ transumptiuè ipsa hæreditas dicit as,& in xij.partes diuiditur,quę vocantur xij.vnciæ, &habent nomina propria: ita quòd vocantur sescunx,id est,vncia vna:sextans, id est,sexta pars hæreditatis,scilicet vnciæ duæ:quadrans,id est,quarta pars,scilicet tres vnciæ:triens,id est,tertia pars,scilicet quatuor vnciæ: quincūx,id est,quinque vnciæ:semis,id est,dimidium,siue sex vnciæ:septunx,id est,septem vnciæ:bes,id est,octo vnciæ:dodrans,id est,nouem vnciæ:dextās,id est,decem vnciæ:deunx, id est,vndecim vnciæ:duodecim verò vnciæ appellatione assis cōtinetur:vt Insti.de hær.inst.§.hæreditas.¶ Secūdo † quæritur,ad quos debeat ex intestato hæreditas in laicis deuenire aut defuncto nihil, aut inualidè disponēte? Et dico multa. ¶ Primum.Iure cōmuni in laicis primò ad hæreditatē veniūt legitimi descendētes,si sunt,omnibus alijs exclusis: & si sunt primi gradus multi,æqualiter succedūt.Si verò sunt nepotes & vlteriores,solùm succedunt non in capita, id est,nō æquis partibus,sed in stirpes,id est,in ea parte, quam pater eorum si viueret habuisset:nec distinguię an sint masculi vel fœminæ: etiā adoptiui, nō emācipati: quia indistinctè omnes admittūtur:vt C.de suis & leg.hered.auth.in successione.¶ Secundum.Si verò descendentes non sunt, tunc veniunt ascendentes:puta pater,auus,abauus, &c.cū fratribus & sororibus ex vtroque parente coniunctis defuncto vel eorum filij.

¶ Tertium,quòd si fratres vel sorores seu filios nō habet,siue cedunt ascendētes,salua semper prerogatiua gradus,scilicet quia pater præfertur auo:& sic eū excludit:& sic de exteris. Et sic de ascendētibus venit solū,qui est defuncto proximior eum fratribus,si sunt in capita , sed cū filijs fratrū in stirpes, exclusis fratribus ex vno parente tantùm.Et si dicti ascedentes sunt in æquali gradu, puta ex parte patris in primo vel secūdo,& ex parte matris similiter in primo vel secūdo:& hu iusmodi sic æqualiter paterni pro dimidia:& materni ꝓ alia dimidia succedunt: quamuis sint plures personæ ex parte vna quàm alia:puta auus & auia ex vna parte: & ex alia auus solus vel sola auia:vt in auth. de hered.ab intest,ven.§ j.& ij.& in auth.defuncto.posita C.ad Tert.& quod ibi no.in gl. Aliter qui est in proximiori gradu defuncto: siue paternus, siue maternus sit,admittitur:vt in d.auth. defuncto.¶ Quartum, quòd si nec ascēdentes sint,veniunt collaterales:primò quidem fratres,ac filij fratris premortui,qui scilicet erāt cōiuncti ex vtroq; parēte defuncto: sed diuersimodè: quia fratres succedunt in capita:dicti verò filij in stirpes: & isti fratres & filij præferūtur fratribus, qui sunt ex vno parente solùm, vt C.de leg.hæred.auth.cessante.Et hoc scilicet quòd filij fratrū succedūt in stirpes.tenet Cyn.Iacob.de Are.Dy.& Bar.dicit tamen Barto.in l.omnes.C.communia.de successionib.quòd quando parentes veniunt ad successionem in bonis quæsitis ex linea materna:præferūtur parētes ex linea materna: & in bonis paternis,ex linea paterna. C.de bonis mater.l.iij.& similiter quando sunt duo filij ex diuerso matrimonio:præferuntur in lucro matrimonij illi, qui nati sunt ex illo matrimonio.Sed si ex dispositione testatoris, vel legis aut statuti, diceretur quòd succedunt agnati,proximi in gradu proximiores:eo casu veniunt filij fratrum præmortuorum cum patruis:iuxta authen.cessante.C.de legi.hæredib.not. glossē communiter approbata in l.cùm ita §.in fideicommisso.ff. de leg.ij.Dicit etiam Gu.quòd cum fratribus præfatis non veniunt filij alterius fratris.ff.quod cum eo,qui in alie. pot.l. sed si ex patre.Dicit etiam Azo & Host.quòd filij fratrū soli sine patruis & amitis superstites admittūtur in capita,quamuis sint filij diuersorum fratrum,sed nō nepotes, scilicet nati ex eis.Secundò nō existentibus prædictis, vel aliquo eorum veniunt fratres ex vno tantū latere coniuncti, & eorum filij qui præferuntur patruis defuncti. Tertiò, præfatis non existentibus,præferūtur qui gradu sunt proximiores defuncto & si pares sunt,pariter admittuntur.C. de legi. hæred.auth. post fratres.vbi Cyn.infert quòd vlteriores post fratres & filios eorum succedunt ex se : ideoque non consideratur persona eius à quo descendunt, sed tantùm personæ succedentes & sic veniunt in capita.Secus in præcedentibus: vt cùm tractatur de successione paternorū auunculorum, amitarum, & materterarum:vbi cōsideratur persona eius à quo descendunt,ideoque veniunt in stirpes,vt in authen.cessante. C.de legi.hæred.Et hæc faciunt ad quæstionem istam.Consuetudo est quòd filia non succedit in baronia: quidā autem barones habent fratres & nepotem ex filia præmortua,& decedit intestatus:quæritur an nepos admitteretur ad baroniā? Dic quòd non:quia nepos iste venit ex persona suæ filiæ:& ideo repellendus.Si aut nō essent fratres,nec fratrū filij,aut vlteriores, bene veniret nepos:quia non cōsideramus personam eius,à qua descendit,vt d.authen.post fratres.& authen.cessante.Et extenditur copulatio prædicta vsq; ad decimum gradum:ut habetur xxxv.q.v.ad tedem.ita tamen vt numeretur isti decē gradus secundū leges quæ ponunt duos gradus,vbi canones ponunt vnum,vt ibi patet:imò, secundū aliquos, durat in infinitum quousq; habetur memoria de agnatione:licet Imperator expresserit solū decimum gradū: quia vix vlterius durat dicta memoria. Et in præfata successione tam ascendentium quàm descendentium & lateralium cessat omnis differentia tam sexus quàm emancipationis:hoc tamen attēto,vt cùm agitur de successione patris solos cōsanguineos admittas:de rebus verò matris,vterinos.¶ Quintum.Filij verò naturales tamen vel spurij,secundū Ang.in auth.quomodo naturales sui.§.fi.si sunt ex eodem patre, nō ex eadē matre,nō succedunt inuicem vnus alteri.Si verò sunt ex eadē matre,tunc vnus alteri ab intestato succedit:quia inuicem cognoscuntur. l.ij.ff. vnde cognati. Si verò vnus spurius decederet relicto fratre spurio & alio legitimo ex eadē matre:tūc venit legitimus,& illegitimus excluditur: quia quando de successione tractatur,ille frater præfertur,qui pluribus nexibus est coniunctus.De successione verò fratrum adinuicem, seruādum est quod dictum est,excepto quòd frater legitimus non succedit fratri suo illegitimo ex parte patris,nec econtrario quia non est ille illi agnatus, nec ille ipsi:& durat in infinitum,quousque memoria possit haberi de cognatione. Insti.de gradibus cognationum.per totum.¶ Sextum. Præfatis autem omnibus ascendentibus,descendentibus,& collateralibus deficientibus veniet vir ad successionem vxoris,& vxor viri:vt C.vnde vir & vxor.l. vnica . & si vxor esset sine dote & pauper, & maritus nec ascendentes habet nec descendentes, sed solùm agnatos, vel cognatos: tunc succedat viro ab intestato in quarta parte hereditatis: vt in authen.de exhibendis & introducendis reis.§. quoniam verò.& idem dic de viro paupere circa bona vxoris. aliæ verò tres partes hæreditatis erunt agnatorum vel cognatorū. Vltimò succedit fiscus:vt C.de bon. vacan.l.j.Si vero esset pactū,vel statutū,vel cōsuetudo cōtra omnia,vel in aliquod prædictorum,illud serua,si tale quid est,quod iuri cōmuni possit derogare.¶ † Tertiò quæritur quis succedat clerico ab intestato morienti? Et distinguo:quia in bonis proprijs,de quibus poterat liberè disponere, vt suprà Clericus.iij.§.xvij.succedunt cognati,secundum quod dictum est suprà: quos si nō habet, succedet ecclesia cui seruiebat tēpore mortis:vel altare,si solùm seruiebat altari,quod habebat bona distincta ab ecclesia ipsi altari deputata:vt not.xij.quæst.vlti.cap.vlti.in authē. de eccles.tit.§.si quis episcopus.fallit tamen hoc in presbyteris ad sacerdotium ex seruitute cum dominorū cōsensu promotis:quia de bonis eorum quatuor fiunt partes, quarū vna episcopo,altera ecclesiæ,tertia pauperibus,& vltima parentibus assignatur:qui si nō sunt idonei,vt puta hęretici, xxiiij. quæst.ij.sanè.vel huiusmodi, episcopus in vsum ecclesiæ distribuet.de succes.ab int.l.cap.ij.nec est hoc abrogatū,vt ibi communiter tenent Doctor.cōtra glos.In bonis verò ecclesiæ,de quibus disponere clerici nō possunt,succedit ecclesia, vt in cap.j.de succes.ab intest.& cap.j.& cap.relatum. el ij.& cap.requisisti.de test.Et prędicta intelligevbi bona clerici decedentis sunt manifestè distincta à bonis ecclesię.xij.quęst.j. manifesta.quia vbi fuerint confusa,si dubitetur an habuerit aliquod proprium,præsumitur pro ecclesia,& totū sibi vendicat.argum.xij.quæst.iij.quicūq;.Si verò sit quidem certum quòd clericus aliquid habuerit,sed nescitur quid vel quātum, secundum Archi.debet fieri inter ecclesiam & cōsanguineos æqua distributio.xij.quæst.iiij.cap.j.& intellige æqua proportionaliter consideratis omnibus,quæ faciunt ad rem: vt innuit ibi glossē.Præsumitur tamen in tali dubio pro eo qui est in possessione,siue sit ecclesia,siue cōsanguineus,& alteri probatio incumbit.arg.xij.quæst.iij.cap.j.& ij. Sciendum tamen quòd Sum. Ros. vult clerico in proprijs succedere agnatos, id est,ex virili semine descendentes,& nō cognatos,id est de sceendentes ex fœmineo. & idē videtur sentire Sum.Ang.cuius cōtrarium tenet Pisa.& Supple. & Archi.dicens quòd succedunt cognati. per quod generaliter intellegit etiam agnatos à fortiori.& hoc paret xij.quæst.vltima.cap.vltimo.inverbo,sine cognatiōe.patet etiam ratione: quia nō est ratio disiunctionis quo ad hoc inter clericum & laicum. ¶ † Quartò quæritur quid de seruis manumissis descendentibus ab intestato? Et dico quòd succedent descendentes,vel ascendentes, aut collaterales, secundū quod dictum est,excepto quòd patronus vendicat partem, nō tamen totum.Instit.de succes. libe.§.sed nostra cōstitutione.vbivide de successione eorum. & infrà Manumissio.§.vj. dicit tū Bar.in l.defuncto. si quid in scam.patro.quòd si vnus patronus vnit , præfertur filio alterius patroni :& filius patroni præferetur nepoti patroni alterius. potest enim quis esse multorum seruus. ¶ † Quintò quæritur , vtrū clerici laicis succedant secundum quod dictū est,& eo ordine? Et dico quòd sic indubitāter:quia iura allegata non excipiunt eos: mò etiam religiosi,intellige valētes habere proprium in cōmuni, etiam si dum laici erant commiserunt vitiū ingratitudinis,vt xix.q.vlt.c.fin.quod tamē sallit in feudis,de quo suprà Feudum.§.viij Prædicatores quoq; secundum Archi.hoc habent ex priuilegijs, quamuis sint mēdicantes.¶ † Sextò quæritur,quis succedet damnatis ad mortem ex aliquo delicto? Et dico quòd succedēt descendētes vel ascēdentes, secundū quod dictum est suprà,sed non collaterales, nisi vsq; ad tertium gradum.Vxores verò taliū solùm habebunt dotem & donationem ante nuptias:& si dotē nō habuerint, accipient partem legibus diffinitam,id est, quātum ex more lucrarentur,siue habeant filios,siue non.Et si nemine prędictorum habeant,sitco applicatur.C.de bon.dam.auth.bona. ¶ † Septimò quæritur, vtrum bona ingredientis religionem ab intestato prouenīat monasterio? Et dico multa. ¶ Primū. Secūdum Pan.in cap.in præsentia.de probat.dicta bona non proueniunt monasterio quo ad fratres minores: proueniunt autem quo ad fratres predicatores & alios mendicantes:non tamen vt immobilia aut iura perpetua sibi retineant, sed vt vendant etiā imploratione officij iudicis.Et idem dicēdum est in omnibus alijs relictis præterquā per religionis ingressum,etiā in fratribus minoribus,scilicet quòd petat implorationē officij iudicis, & vt vendat.Quo autē ad alios religiosos non mēdicantes indubitanter succedit monasterio. ¶ Secundum.Secundū etiam eundē ibidem cùm mēdicates nullum habeant monasterium, licet transferantur ad placitum prælatorum, nō proueniūt dicta bona in prædictis particulari monasterio:sed erūt in potestate illius,qui præest, vt prouideat prout videbit sibi.Sed contrarium de facto seruatur in ordine prędicatorū,& proueniūt monasterio in quo nascitur religioni per susceptionē habitus:quod etiā quantum ad quędam particularia iura est eius,licet inde amoueatur:quia etiam non mendicantes amouentur.¶ Tertium.Et si ingrediens erat vsufructuarius solùm, secundū eundem tranibit ad monasterium vsusfructus:sed solùm durabit in vita ingredientis,& nō plus.¶ Quartum.Collata tali ingredienti ea lege vt non alienentur,secūdum Io And.erunt monasterij,per arg.l.j.ff.de fun.instr.& l.pater.§. Iulianus Agrippa.ff.de leg. iij.& in eo quod not.de iure pat.ex literis.Pan.aūt vbi suprà, & quidam alij tenent cōtrarium per arg.l.peto. Luci Titi.ff. de leg.ij. & facit quod notatur in l.si ita quis.§.eadē lege. ff. de verb.oblig.Sed fortè distingui potest:quia cùm veritas huius quæstionis ex intentione prohibentis alienatione dependeat,si ideo prohibuit vt iste haberet, vel quocunq; fine, qui non euacuatur per hoc quòd monasterij succedit, transibit cum eo ad monasteriū.Si verò prohibuit aliquo fine,qui finis cessat,si trāsiret ad monasterij,ad illud nō trāsibit.¶ Quintum.Bona ingredientis religionem nō capacem,vt mendicantium nō habentiū in proprio vel cōmuni,secundū cōmunem opinionem veniunt ad successores ab intestato, per auth.bona.C.de bo.q̄scrip.Sed hoc limita primò, nisi fuerint illi relicta sub cōditione, si decesserit sine liberis restituendi,quia erogari debent in pias causas:vt est casus in auth.de san.episs. §.sed & hoc præsenti.in fi.& hoc sequię Ang in disputatione, quæ incipit.nobilis quidā genere.Secūdò limita omnia prædicta,nisi imploratione officij iudicis vellent dicta bona vendere,& pretiū in suas necessitates couertere:quia succedet,vt dictum est.Pro his tū aduerte quòd instituens hæres eū conditione, si sine liberis decesserit ex se legitimè descendentibus, &c.si monasteriū ingrediatur,euanescit substitutio,secūdum Panor in d.c.in præsentia.post Bart.& Cyn.in l.si ita quis.ff. de leg.ij.& concor.Archi.& Io.xix.q.vlt.c.si qua.& hoc credo verius,licet multa dicantur in contrariū,nō tamen euanescit, si hæredem instituat monasteriū sine ingressu,secūdum Archi.vbi suprà,& Gof.¶ Sextum.Quando autem accipiat quis quod sibi debeē ex hæreditate ingredientis,siue testatus tum fecerit,siue non.Pan.vbi suprà,post Barto.dicit quòd quando ista mors ciuilis operatur omnē effectū quem & mors naturalis,sicut in ordine minorū.qui nihil in cōmuni vel particulari possunt habere,statim habebit post ingressum eum effectu,id est,post professionē expressam.arg.l.Deo nobis.C.de

Universidad de Deusto
Biblioteca

epile.& cler.Sed quando non operatur omnem dictum effectum,puta quia habent saltem in cõmuni: tũ debet expectare morte naturalem ipsius ingredientis: & interim dispositio, si fecit,erit in suspenso.Et cum hac opinione trãsit Gyn.& do. Ant. prædicta tamen limita, nisi in testameto aliter de tẽpore determinasset:quia illud seruandum erit.Item nisi quo ad filios legitimos,qui legitimam habebunt ex æquitate statim post ingressum monasterij:nõ autẽ alimenta secũdum prædictos Doctor.quod verũ credo quãdo eis legitima sufficit: aliter nõ,saltem in cõscientia:sed vel monasterium dabit eis statim qđ habere debẽt ex bonis ingressi: vel statim alimenta præstabit,donec eis talia bona reddiderit.Et sicit ad hoc d.l.Deo nobis.§.nam & maritus.&quod ibi not,in gl.& cùm
11 scimus.de regula.vbi gl.vj.q.j.placuit.ij.¶†Octauò quæritur,de hoc casu:Statuto cautum quòd extãtibus filijs masculis fœminæ nõ succedãt,sed debeat dote cõtentari:moritur verò pater relinquẽs filiũ & filiã:qui filiur ante dotationẽ sororis moritur relicta vna filia:quæritur an amita siue filia patris sit hęres,vel debet dote cõtentari?Et dicit Alberi.in l.publico.C.ad l.Iul.de adult.quosdã tenere quòd erit hæres:quia neptis non succedit vt masculus.Sed verius dicit Vgoli.de la Fontana,quòd succedit neptis,nõ amita:qa ex morte patris ius fuit quæsitũ filio,& illud trãsmittit filiæ:vt C.de cad.tol. §.an nouissimo.quia in hoc repręsentat pſonã patris sui.arg. C.de hæred.vel act.ven.l.empta.Sed si filius pmortuus fuisset ante patrem relicta filia,vera esset opinio prima.¶Nonò quæritur vtrum dominus, qui de cõsuetudine accipit totum quod erat eius qui sine liberis decessit,teneat? Et dicit Host. quòd si talis cõsuetudo pręscripta est, excusatur: quia potest allegare quòd hoc pactum fuerit ab initio,eò quòd terra sua esset. De successione in feudis,vide suprà Feudum.§.vj & similiter de successione in emphyteusi,suprà Emphyteusis.§. xvij.& xx.Quo etiã succedunt filij legitimi,vide suprà Filius. Quomodo autẽ hæreditas diuidat inter fratres:habẽtes pecuniũ castrense vel quasi aduentitiũ,infrà Peculiũ.ij.per totũ. De successiõe autẽ filiorũ naturaliũ, vide suprà,Filius. § .iij.

Rursus de Hæreditate.ij.quantum ad exhæredationem.

1 *Exhæredatio quid sit?*
2 *Filij & huiusmodi,an aliquandò ab hæreditate ipso iure excludantur? Et in quot casibus?*
3 *Filij unum aliquo casu à patre exhæredari possint? Et exhæredationis causæ quæ sint?*
4 *Filius ac nepotes,an possint parentes auum & auiam exhæredare? Et id quot casibus?*
5 *Pater quibus casibus filium exhæredare,an ipsum & alimenta eidem denegare possit?*
6 *Vir num vxorem exhæredare possit? Et an frater fratrem? Et fratrum differentia quoniplex est? Et quid si frater personam turpem aliquam,& aliquam minime,in testamento.seq.*
8 *Filia sine patris consensu nubens,num ingratitudinis vitium contrahat,adeò vt ob id exhæredari possit?*

1 HAEREDITAS† secundò aliquando aufertur ab eo, qui succedebat ab intestato:& ea primari nõ potest nisi in casu:& tũc interuenit exhæredatio, quæ est alicuius à sua substãtia vel hæreditate exclusio:& alterius seu alieni institutio,Iustit.de exhære. per totũ.¶† Primò verò quæritur, vtrũ
2 aliquo casu filij vel alij de prædictis exhæredentur siue excludãtur ab hæreditate paterna ipso iure? Et dico quòd secũdum aliquos iure ipso excludũtur in tribus casibus.¶ Primò, cùm pater vel auus est hæreticus:quia bona hęreticorũ sunt ipso iure cõfiscata.de hęre.cũ secundũ.l.b.vj.¶ Secũdò,si cõmisit crimẽ lęsæ maiestatis.vj.q.j.si quis.C.ad l.Iuliã maiest. l.quisquis.Sed nota quòd pœna incapacitatis non extenditur ad filios,nisi quando crimen est commissum in eum qui non recognoscit superiorem:quia si recognoscit,licet crimen sit lęsæ maiestatis:vt l.j.ff.ad l.Iul.maie.nõ tamen quo ad incapacitatem filiorum, secũdum Salic.in dicta l.quisquis.Nota etiam quòd hoc crimen committitur à subdito tantùm. clepastoralis.de re iud.¶ Tertiò, si erat patronus, vel habebat ius seu feudum in ecclesia, quod deberet transire ad filios,& ipse interfecit aut mutilauit illius ecclesiæ rectorẽ vel clericum:quia perdit omne ius & omnẽ dignitatem, quam habebat in ea:& nihil prouenit ad filios.de pœn.in quibusdam.& talia deuoluũtur ad ecclesiam,cui iniuria facta est. Imò filij talium vsq; ad quartam generationem in clericorũ collegio nullatenus debẽt admitti:nec in aliqua religiõe possunt esse prælati nisi fuerit cum eis dispensatũ:vt in d.c.in quibusdam. episcopus tamen dispensare potest, secundum Io.ex quo conditor canonis sibi nõ reseruauit.arg.c.nuper.de sent. excom. Et hunc casum Direct extẽdit generaliter ad omnẽ tenẽtem feudum à domino,si illũ occiderit aut mutilauerit.¶ Quarto additur secundum Dir. si pater insequutus sit vel percusserit Cardinalẽ.de pœ.felicis.lib.vj.¶ Quintò addit,secũdũ alios, si filius,vel alius,qui potest succedere furioso,debitã curã nõ impẽderit:sed succedet ille,qui in domo sua proprijs sumptibus vsq; ad finẽ vitæ procurauit, euacuata etiã institutione illius qui neglexit:si modò talis in scriptis admonuerit eos, vt curã habeteñ:vt in auth.vt eũ.de app.cogno. §.causas.Vbi etiam dicit gl.quòd licet nullus extraneus eũ procurauerit, nec testamentum fecerit,tamen hæreditas ab agnatis auferetur.ff.de his qbus vt indi.l.licet.vbi institutus iudicatus est indignus successione,qui per negligentiã suam & culpam id egit,vt mulier,à qua institutus fuerat,moreret.¶ Sextò additur,secundum alios,si in captiuitate eos,quibus succedere debebat,mori per suam negligentiã permittitur in dicto § causas. & sic succedet ecclesia ciuitatis,ex qua oriẽ,vt ibidẽ. Et in quatuor primis casibus nocet filio malitia patris: in duobus alijs malitia propria.de quibus etiã §. seque.¶ Septimò adde,si vltimam voluntatem executioni mãdare noluerit:vt infrà Testamentũ.ij.§.vj.¶† Secundò quæritur, vtrum 3
casu aliquo filius exhęredari possit à patre? Et dico quòd exhæredatio filiorũ hadie fieri non potest,nisi pater habeat iustam causam,quam debet in testamento describere:vt C.de inoffic.test.auth.sed hodie.& hæres probare tenetur, secũdum Doct.Quæ verò sint iustæ causæ,declaratur in auth.vt cum de appel.cogno.§.cautas.& no.de iureiu.Quintauallis.in gl. vbi xiiij.enumerant.Prima est,si filius manus iniecerit in patrem.Secũda, si grauem illi fecerit iniuriam & cõtumeliam. Tertia, si patrem accusauit in criminalibus causis, quæ non sint aduersus principem vel rem publicã,sub quo scilicet intelligendum est etiã crimen hæresis.Quarta,si filius est maleficus cõuictus.Quinta,si maleficus efficiat.Sexta, si machinetur vel insidietur in necẽ parentũ.Septima, si vxori vel concubinæ eius se immiscuerit.Octaua, si ex delatione filij graue damnum parentes sustinuerint.Nona,si pro persona, vel debito eius,inquantum potest, fideiubere noluerit: quod solùm de masculis intelligitur:quia fœminæ impediuntur fideiubere.ff.ad Vell.l.j & ij.Decima,si,phibuit eos facere testamentum.Vndecima si contra voluntatẽ parentum inter arenarios & mimos perseuerauerit,cùm pater non fuerit illius professionis.Xij.si filia vitam luxuriosam elegerit,cùm parentes vellent eam pro posse dotare:nisi neglexerint eam maritare vsque ad annos xxv.quod de fœmina solùm intelligendum est.Xiij.si parentibus furiosis debitam curã non impenderit:

rit:quòd locum habet in quolibet succedente ab intestato,& hærede instituto.Xiiij.si de carcere parentes deducere neglexerit.Et omnes hæ causæ & locum habent in patre, matre, auo,& auia,& in filijs ac nepotibus,tam masculis,quàm fœminis,præter nonam,& xij.vt dictum est. Sed præter dictas sunt quædam aliæ.Prima,si filius sit hæreticus,cùm pater sit catholicus:vt in dicto §.causas.Secunda, si non exhæredetur malo animo:sed vt virtuti accuratius vacet,vel creditoribus satisfaciat.l.multi.ff.de liber.& posthum.vbi Bart. illam legem summando dicit quòd exhæredatio sit quandoque propter bonum:& in l.cùm ex filio.de vulg.& pupil. dicit quòd d.l.multi.non est correcta.Tertia,si filius tempore testamenti dixit patri se nolle quicquam de suo,& exhæredatur:quia secundum Bart.in l.si quando.C.de inoffi.testam. legitima erit exhæredatio:& vasebit testamentum,si illa causa exprimatur,non obst.d.§.causas,quia loquitur de exhæredatione, quæ fit eo nolente. Et hoc nisi apparuerit q̃ licet illa verba dixerit,tamen noluit exhæredari:puta si ex dolore mortis patris dixerit,postquam tu decedis nolo aliquid: vel alia ratione turbatus.arg.de reg.iuris,quicquid calore.Et ita de facto occurrisse Bart.testatur.Quarta,si filius sit furiosus,&nepos ex eo sanus:quia legitimè poterit exhæredari,modò instituatur nepos.l.pe.ff.de curato.furios. Exhæredare autem filium vt ecclesia fiat hæres,non est causa legitima. xvij. q. quarta. capite,quicunque. Est autem notandum singulare dictum Bartoli in l.si quis ita.ff.de adi.leg.quòd si pater exhæredauit filium ex iusta causa,si postea reconciliauit se cum illo,exhæredatio illa videtur adempta. Notandum est etiam quod dicit Alex.de Imol.in l.dotis causa.ff.sol.matrim.qui exibi no. duo infert.Primò quòd filius, qui ingratitudinem commisit adeò quòd exhæredari posset, si viuo patre agat pœnitentiam,vel ante condictum testamentum , non poterit exhæredari.Secundò quòd nec illi denegari poterunt alimenta.

1 ¶ Tertiò†quæritur,vtrum filius ac nepotes exhæredare possint parentes,auum,& auiam?Et dico quòd sic. Primò si pater filium de crimine accusauit,excepto crimine lęsæ maiestatis.Secundò,si pater vitæ filij fuerit insidiatus. Tertiò,si pater vxori vel concubinæ filij se immiscuerit.Quartò,si pater prohibuerit filium testari de his, de quibus testari poterat. Quintò,si pater non redimerit filium captum à Saracenis:quia si filius tunc decedat in captiuitate, bona, de quibus testari poterat,debent esse ecclesiæ,vel dari pro redemptione captiuorum.Si verò redeat,ritè patrem exhæredare potest.Sextò,si pater neglexerit curam filij furiosi. Septimò,si pater sit hæreticus,& filius catholicus.Octauò,si pater vxori filij dederit venenum ad mortem,vel mentis alienationem, vel aliter insidiatus fuerit vitæ eius:& eodem modo si mater marito filiæ.Hæc omnia probantur in dicto §.causas.& §.fi. ipse igitur eos.Et omnes istæ ingratitudinis causæ tam ex parte parentum,quàm ex parte liberorum,tollantur per ingressum religionis.decimanona,quæstione vltima. capit. non liceat.vnde exhæredatio sequi non potest.

7 ¶ Quartò†quæritur, vtrum in casibus,in quibus pater exhæredare potest,possit etiam alimenta negare? Et dicit Panormitanus post Io.And.in capite,Quintauallis.de iureiurando. quòd sic,& idem tenet Bartolus in l.dimus Adrianus.ff.de pact. per l.si quis à liberis.ff.de libe.agno. & idem Panormitanus in cap.ex literarum.de eo qui dux. in matrimo. de patre ingrato contra filium. Quod quidem videtur limitandum, nisi ipsos pœniteat.pro quo facit glossa in l.finali.C.de episc. & cleric.& text.in capite,non liceat.decimanona, quæstione tertia.vbi dicitur quòd per religionis ingressum omnis ingratitudo purgatur.& quod not. Spec.in titulo , qui filij sint legitimi.ver.quid si filia.& sequitur Panor. vbi suprà,dicens quòd si filia fornicatrix vult pœnitere de peccato,pater eam alere tenetur.arg.capitis,ferrum.50.dist.& per consequens dicit Panormitanus vbi suprà,quòd etiam tenetur eam dotare:quia causa dotis non minus est fauorabilis quàm alimentorum:vt no.Cynus in l.non omni.C.de administratione tutorum.& Barto.in auth.ex complexu. C. de ince. & inuti nup.

6 ¶ Quintò†quæritur,vtrum vir exhæredare possit vxorem,& econtra?Et dico quòd sic:vt notatur in dicto §. causas.

¶ Sextò quæritur,vtrum frater fratrem exhæreder? Et dico quòd sic in tribus casibus.Primò,si voluit illi mortem inferre.Secundò,si illum criminaliter accusauit.Tertiò,si in substantia eius moticus fuerit iacturam. Et hoc locum habet etiam quando frater moritur ab intestato, vt non succedat ei frater:vt in auth.de nup.§.ingratitudinem . Quod limita verum,si ignorauit : quia si sciuisset ingratitudinem,videretur remisisse non determinando quòd non succedat:vt in l.finali.C.de reuo.dona.iuncta l.conficiuntur.ff.de iure codi.Non est tamen necessarium quando frater exhæredat fratrem, vt inferatur causa exhæredationis: vt voluit Bart.in l.fratres.C. de inofficio.testam.¶ Notandum est tamen primò quòd duplex est fratrum differentia: quia sunt quidam veritini , qui ex eodem vtero,& non ex eodem patre nati : & isti non habent querelam inofficiosi testamenti contra fratrem, etiam si persona turpis esset instituta:quidam verò sunt consanguinei,qui ex eodem patre nati sunt,licet matre eadem vel non: vt Institu.de leg.agna.succes.& isti habent querelam contra testamentum fratris turpem personam instituentis: nisi seruum necessarium institueret.Nulli verò alij ex tranfuersalibus competit querela:vt l.fratres.C.de inoffic. testam. & ibi Bartolus. ¶ Notandum est secundò , quòd si frater spurium instituat:dicit Azo quòd spurius siue natus de non legitimo matrimonio dicitur infamis:& consequenter turpis persona. Et idem dicendum est de vsurario,scilicet quòd dicitur infamis:vt ff. Usura.ix.§.quarto. ¶ Notandum† est tertiò,quòd si 7
frater instituat personam aliquam turpem & aliquam non turpem:secundum Gul.de Cu.vt recitat Barto.in dicta l.fratres.contra illam turpem personam competit querela.& prosina parte rescinderur.¶ Notandum est quartò quòd secundum glo.in d.§.ingratitudinem.frater potest fratrem exhæredare in testamento,& instituere turpem personam,si in aliquo trium prædictorum casuum illum inuenerit ingratum. Similiter dici potest quòd si frater exhæredatus vel prætertus esset infamis,opponere non posset contra personam etiam infamem instituentem:vt patet per Bar.in l.in arenam.C. de inoffi.testam.vbi dicit per illam legem, quòd non potest aliquis obijcere turpitudinem , in quam ipse incurrit obijciens. Et hoc facit quòd infamis non possit obijcere testi quòd sit infamis:vel.tercia.§.lege Iulia. ff.de testibus.sed iudex fortè poterit eum ex officio suo repellere, secundum Gulielmum.Et sic facit quòd si mater fuerit meretrix , propter meretricium filiam exhæredare non poterit. quod est singulare,secundum Bartolum ibi. Quod si & ipse pater luxurietur,dici potest non esse idem quod in matre : quia minor castitas requiritur in masculo.l.prima.C. de adulter.

8 ¶ Septimò†quæritur,vtrum filia incurrat vitium ingratitudinis,vt possit exhæredari ex hoc quòd nupsit sine paterna voluntate.Et dicit Gofredus quòd sic:quod tamen Hostiensis non approbat,nisi elegerit turpem vitam.& hoc vltimum dictum communiter approbatur:arg.de secun. nupt.capite, vlti.& penul.Ex quo enim filia vtitur permissione canonica, incurrere non debet vitium ingratitudinis. Vtrum autem pater teneatur eam dotare, & alere:vide 3.Dos.§.iiij.

¶ Rur

Universidad de Deusto
Biblioteca

20 Rursus de Hæreditate iij. quantum & ad Hæredem.

1 Hæres quis dicatur, & in quotuplex sit differentia? Et quid unumquodque.
2 Hæres, quis institui possit?
3 Hæres pro parte nō instituatur, alio non dato cohærede, an possit in animæ foro totam hæreditatem adire.
4 Hæres nō ex delicto, vel quasi delicto defuncti teneatur? nu. 6.
5 Accusari post mortem quando quis, & quibus casibus possit?
7 Hæres nō ex cōtractu, vel quasi defuncti, quo defuncto obligatus fuit. Vltra hæreditatis vires teneatur?
8 Hæres, hæreditate legatis exhausta, num de ipsis legatis quicquam detrahere possit? nume. seq.
10 Hæres, an legatum dotis causa factum, soluere teneatur, si cui legatum factum monasterium intrarit.
11 Creditoribus hæreditariis, & legatarijs simul venientibus, quo ordine ab hærede satisfaciendum sit.
12 Votum defuncti num hæres implere debeat, & quale?
13 Hæredes, vbi plures sunt, regulariter pro parte hæreditaria ad defuncti debita, aut legata tenere.
14 Hærede pupillo existente, num prætextu pupillaris ætatis, debitorum solutio deferri possit?

HAEREDITAS tertiò consideratur in ordine ad hæredem, qui testamento instituitur, vel ex intestato succedit. ¶ † Primò verò quæritur, quis dicatur hæres? Et dico quòd hæres est, qui succedit in vniuersum ius defuncti. l. cùm hæres. ff. de diuer. & temp. præscri. vel est dominus hæreditatis, qui in voluntatis sit adire hæreditatis. §. fi. Insti. de hære. qual. & differ. sed in necessarijs detentur ipso iure. Hæres autem testamentarius est, qui ex testamento succedit: & est duplex, scilicet vniuersalis: vt qui instituitur in solidum vel in certa quota: & particularis, qui instituitur in certa re, qui proprie est legatarius. Hæres autem ab intestato est, qui succedit in ius defuncti sine omni testamento: vt Insti. de hæred. quæ ab intest. defer. Hæres fideicommissarius est, cui ex fideicommisso relicta est hæreditas danda illi, cui testator disposuit: dicendo, fidei tuæ committo vt hoc des illi qui pro tāto dicitur hæres, quia loco hæredis habetur. Insti. de fideicō. hære. §. restituta. vt qui directè & immediatè ex testamento nihil capere potest, vt Spurius, saltem capiat ex fideicommisso: sed verè non est hæres, cùm sit rogatus hæreditatem adire, & postea restituere. Hæres legatarius est qui legatum accepit, vel cui legatum factum est. l. quoties. ff. de hære. Instit. Hæres legitimus est, qui ex lege duodecim tabularū, aut ex iuris cōstitutione etiā sine testamento defuncto succedit: vt agnati, primi. Insti. de legit. ag. suc. in princ. Hæres suus dicit filius, qui est in potestate patris tēpore mortis paterne. Nec nomine suorū hæredū veniūt extranei hæredes, secundū Bar. in l. Gallus. ff. de liber. & posth. qd limita verū in his quę non transeunt ad hæredes extraneos. Hæredes sui & legitimi appellātur, q in potestate moriētis fuerūt vt filius, filia, nepos, neptis, ex nepote natus ex filio pronatus, pronata, seu pronepos, proneptis. Legitimi & naturales: vel etiā legitimi tātum, vt adoptiui. Hæres domesticus dicit, qui est in potestate morientis: dum eū alius non præcedit. Hæres necessarius est seruus institutus in testamento domini sui ab eo qui facultates suas habet suspectas ne possit ex ipsis satisfacere creditoribus, adeò quòd nō credit alienum hæreditate suam adire, si hæredem illū instituat: qui seruus hæres factus ideò necessarius dicit hæres, q a velit nolit cogitur hæreditate adire, vt satisfaciat creditoribus. Instit. de hære. qua. & dif. §. j. Et hoc verum, nisi illi seruo debeatur cōmissaria libertas. l. *is* qui soluendo. ff. de hæred. instit. aut hoc eo non faciente, id est, non adeunte hæreditatem eius nomine potius quàm domini defuncti, res hæreditariæ vendantur, ne defunctus iniuria facta afficiatur, dicēdo quòd res eius venderetur. Hæres substitutus dicitur, qui alij hæredi instituto substituitur. verbi gratia: si dicat testator: ille sit hæres: & si ille nolit vel nō possit iste sit ei substitutus: & hoc siue tecūdo siue tertio vel quarto loco substituatur: nam secūdus dicitur omnis qui post primum sequitur: etiā si fit decimus. ff. de vulg. substi. in prin. aut Host. in Sum. de testam. Hæres autē extraneus dicit, qui nihil attinet: quanuis propriè in statutis hæres extraneus dicatur: qui tēpore mortis nō est in potestate morientis: etiam si sit filius emancipatus, secūdum Ang. Ate. Insti. de hæred. quali. & dif. §. cæterum. Aliquādo tamen hæres significat primum, id est, proximum, nōn vlteriorem: vt ff. de verborum significat. l. sciendum. & descendentes post primū vocatur proheredes: vt tenet glossa in cap. final. de pec. cleric. Sed regulariter nomen hæredis per multas successiones accipitur: vt d. l. sciendum. & l. vltima. C. de hæred. insti. vbi hæres hæredis testatoris dicitur hæres. & in glo. in cap. trālimissa. de fil. presby. proheres autē aliàs dicitur qui se putat hæredem, cùm non sit. ff. de peti. hæred. in l. pro hærede. & Insti. de interdi. §. adipiscendæ.

¶ Secundò † quæritur, quis institui possit hæres? Et dico quòd omnis qui non prohibetur à iure. ar. de spon. cùm apud. Quis autem prohibeatur, dico quòd xiij. genera personarum. Primò, hæreticus aut pagānus. de hære. si quis episcopo. Secundò, credentes, defensores, & receptatores hæreticorum. eo. ti. excommunicamus. el j. §. credentes. Tertiò, apostatę. Quartò, collegium illicitum. Quintò, deportatus. C. de hæred. insti. l. j. Sextò, damnatus ob crimen famosum. Septimò, insequutor Cardinalium. de pœn. felicis. libro vj. Octauò, excōmunicatus: quia si is qui tempore institutionis vel mortis, vel additionis hæreditatis erat excōmunicatus, instituatur, non valet institutio: secus si excommunicatus fuit post institutionem sed ante mortem absolutus: quia tenet institutio. ff. de hære. insti. l. sed si in cōditione. §. solemus. & l. si alienum. §. in extraneis. Nonò, spurij nati ex coitu dānato. de quibus suprà Filius. §. xxv. Decimò, incestuosi cum monacha. xxvij. quæstione prima. si quis solicitauerit. in glos. f. Vndecimò, crimen lęsę maiestatis cōmittentes. de pœn. distinctione j. c. quisquis cum minibus. Duodecimò, simoniaci, secundum aliquos: quia participantur lędentibus maiestatem. Decimo tertiò, hi qui nec in proprio nec in communi possunt habere vt fratres minores, clemen. exiui. §. cupientes. de verborum significatione.

¶ Tertiò † quæritur, vtrum hęres institutus in certa parte, qui propriè non dicitur hęres, sed legatarius: vt in l. quoties. C. de hæred. instit. possit in foro animæ non dato alio hærede adire totam hęreditatem, secundum quod vult l. prima. §. si ex fundo. ff. de hæred. insti. & dicit Panormitanus in capite, quia ingredientibus. de testa. quod Fed. consil. cxxvj. & multi alij doctores in sacra pagina contiuluerunt quòd sic: quia ius humanum non contrarium diuino seruari debet in foro animę: & consequenter iste licitè potest adire. Quod tamen limita modò testator dolosè nō sic inductus ad instituendum eum in certa parte: puta quia persuasit quòd nō posset habere regressum ad alia bona. Limita etiam modò non sic institutus cum ista aditione, & volo q̄ de bonis meis plus petere non possit. quo casu licet videatur quòd possit adire, arg. dicti §. si ex fundo. & dictę l. quoties. tamen verum est contrarium, scilicet quòd non potest: vt in l. quoties. §. sed si duo. ff. de hæred. insti. vbi patet quòd d. §. si ex fundo. & dicta l. quoties. loquitur cum habent quādo voluntas testatoris est simplex, nō restricta expressè, vt in casu isto. Et ideò venient successores ab intestato: quia testator non reperitur habere hęredem: & nō potest quis pro parte decedere intestatus, & pro parte testatus. Lex nostrū. ff. de reg. iur. Et si dicatur, quo modo potest prohibere quòd non plus peteret? Dico quòd per l. domus. §. fin. ff. de vsufr. vbi testator prohibet ius accrescendi. & casus est in l. j. ff. de iniu. rupto testa. ¶ † Quartò quæritur, vtrum hæres teneatur ex delicto vel quasi delicto defuncti? Et dico colligendo ex Bart. ff. de priua. delict. l. j. quòd aut actio est pœnalis ex vtraq; parte, rei scilicet & actoris: puta quando petitur pœna applicanda parti: & sic non tenetur aliquo iure. Si verò actio est pœnalis ex parte rei & persecutoria rei ex parte actoris: puta quia ego ago pro satisfactione damni mei: & sic de iure ciuili si delictum fuit cōmissum circa cōtractum tenentem: sic tenetur hæres: quia nō fundatur intentio actoris immediatè ex delicto, sed ex cōtractu: puta quia agit actione commodati, vel depositi, & huiusmodi: & non ex dolo, vel delicto. Cautus est in l. ex depositi. ff. de acti. & oblig. & bonus tex. in l. si homine. §. datur actio. ff. depositi. Si verò delictum commissum fuit circa contractum, qui non tenuit, puta quia dolus dedit causam contractui: & consequenter non tenuit. de emp. & vend. c. cùm dilecti. sic non tenetur: quia cùm agere non possit ex cōtractu quia nō est, oporteret illum agere ex delicto contra hæredem: & crimina morte extinguuntur. xxiij. distinct. quorundam. Et † nullus post mortem accusari potest. xxiiij. quæst. ij. cap. j. ff. de bo. eo. qui an. sen. mor. si. consci l. fin. xxxiij. quæst. ij. admonere. nisi in casibus hæresis. xxxiij. quæst. ij. sanè. vel si hæreticos instituit hæredes. de hære. si quis episcopus. vel si decesserit in crimine notorio: vt not. in glos. dicti capit. quorundam. & xxiij. quæst. ij. in summa. vel generaliter quandocunq; defunctus crimen cōmisit, propter quod ipso facto pœna à lege inflicta sit: sicut in hæresi & crimine læsæ maiest. quia tunc accusatur & agitur cōtra hæredem, nō vt puniatur ex illo delicto: sed vt bona auferātur ab eo quæ in cōmissum cecidērūt. & facit l. commissa. ff. de publi. & text. bonus in cap. ij. de præscript. libro vj. Aliàs non tenetur hæres pro quocunq; delicto cōmisso à defuncto, siue in contractu quocunq;, siue extra omnem cōtractum, nisi in duobus casibus. Primò si lis fuit contestata cū defuncto, vt l. vnica. C. ex delic. defun. Ratio, quia in iudicio quasi cōtrahimur: vt in l. iij. §. idem scribit. ff. de peculio. ideoq; per contestationem litis videtur contractus initus cū defuncto. Secundò, si aliquid peruenit ad hæredem ex delicto defuncti: quia in tantum tenetur, & non plus: vt in dicta l. vnica. fallit in condictione furtiua: quia in l. si pro fure. ff. de condict. fur. dicit text. quòd furti actio pœnam petit legitimam, cōdictio rem ipsam: & sequitur condictio rei furtiuę: quia rei habet prosecutionem: hæredem quoq; furis obligat: nec tantùm si viuat seruus furtiuus: sed & si decesserit, viuo scilicet fure vel mortuo. De iure autem Canonico tenet Bartol. indistinctè teneri quando quis agit pro damni satisfactione contra hæredem, intellige quantū hæreditas se extendit: & placet in conscientia. & hoc sequuntur communiter Doctores. Et sic intelligendæ sunt glo. in c. ex præsentium. de pignor. de sol. cap. j. de rap. literis. de vsur. rua nos. Panormit. ramen in cap. finali. de sepul. solùm admittit hoc verum iure Canonico quādo defunctum pœnituit: vt not. glo. in cap. à nobis. el ij. de semen. excommunic. quia tunc agitur ex quasi cōtractu, non ex delicto. Si verò non pœnituit, non tenetur, secundum eundem. & gl. in dicto cap. à nobis. nisi quatenus iure ciuili teneretur.

7 ¶ † Quintò quæritur, vtrū hæres teneatur satisfacere ex cōtractu vel quasi defuncti, in quo defunctus erat obligatus vltra vires hæreditatis? Et dico quòd secūdum canones & conscientiam hæres, siue filius siue extraneus tenetur ad omnia debita, siue fuerint ex contractu vel quasi, siue ex maleficio vel quasi: siue res peruenerit ad hæredem siue non. & hoc tenēt Innoc. Lau. Ioan. & Rayn. quod limita, si hæreditas sufficit: aliòquin si quidem fecit inuentariū, nullo modo tenetur: si verò non fecit, etiam nō tenetur in foro animæ, secundum Ioan. Andr. & dom. Anto. & Panor. in dicto cap. quia pleriq; de immun. eccles. sic tamen quòd debita soluat sine diminutione. De legatis verò dic vt §. sequenti. in fo verò contentioso tenetur: vt in l. fin. C. de iur. deliber. sed tamen consil. xxj. dicit quòd etiā tenetur in conscientia vltra vires. sed primum est æquius. ¶ † Sextò quæritur, vtrum hæres hęreditate exhausta p legata, possit de ipsis legatis detrahere quicquā? Et dico quòd aliquando detrahitur Falcidia, aliquando Trebellianica, aliquando legitima. de quo dic vt infrà Legitima. Similiter ante omnia deducere pōt funeris expensas, & alias necessarias, quas fecit causa hæreditatis: vt in testamento, & inuētario, & huiusmodi: quia sic à grauamine, sicut & à lucro debet esse immunis. l. scimus. §. & si prędicta. cum quinq; §. sequentibus. C. de iur. deliber. vtrum autē soluēdo legata scienter vel ignorāter, & nō retinēdo sibi Falcidiam, possit repetere, infrà Solutio. §. iij. ¶ † Septimò quæritur, vtrum hæres legata soluere teneatur facta in testamento minus solēni? Et dico quòd nō in foro iudiciali: de quo dic vt in l. si veritas. & l. fin. C. de fideic. sed in foro animę ista quęstio pēdet ex alia, scilicet vtrum ex voluntate defuncti oriatur obligatio naturalis. Et communiter Vltramontani tenēt quòd no: Cismontani verò quòd sic. de qua vide p Canonistas in c. fin. de solu. & per Bal. & legistas in l. cùm quis. C. de iur. & facti igno. vbi dicit Alberi. quòd opinio Cismontanorū est communis: & sic tenenda. Ex qua opinione motus do. Ant. dicit se consuluisse in facto, in quo tātùm vnus testis fuerat, quòd tenebatur hæres in foro animę. Pan. autem in c. quia pleriq; de immu. eccl. distinguit: sed secūdum omnē suam distinctionē hæres tenetur in foro animæ, si cōstet ei de voluntate defuncti, quęcunq; solennitas omittatur: quia, vt ipse dicit, solēnitates fuerūt inductę ad tollendā falsitatē: vbi ergo cōstat quòd nulla interuenit falsitas, debet cessare etiam dispositio legis, & seruari æquitas & obligatio naturalis, quæ orit ex dispositiōe defuncti. l. cùm amplius. §. is natura debet. ff. de reg. iur. & facit qd not. Inn. de elect. in cap. quod sicut. Adde verò quòd vbi cōstaret de verbis eius, & non de voluntate, quia scilicet esset præsumptio probabilis de voluntate contraria verbis, nō teneretur in cōscientia: sicut si testator erat doctus, & potuit vti solennitate sine incōmoditate: & legatarius erat ei multū importunus & parū dilectus, & huiusmodi: quia videtur voluisse potius illudere. Secus si fuit ignorans, vel solemnitatē observare nō potuit. Et ita malè addit & limitat Sum. Angel. quia talis præsumptio non trahit extra terminos dubietatis: cùm ex alia parte sint verba testatoris. Et ad istā præsumptionem dici possit nō esse mirū, si in angustijs mortis viri docti errēt circa iuris solennitates. In dubio autem standū est verbis legis. vnde isto modo posset legatarius furari sibi relicta, secūdum Bald. & Moder. in l. j. C. de testa. maximè si sint ad pias causas relicta. arg. c. cū tibi. de testa. Vbi tū esset certitudo de voluntate testatoris, secus esset. Vide etiam infrà testamentum. j. §. ix. par. viij. in fi. & §. xiij. ¶ † Octauò quæritur, vtrum hæres teneatur soluere legatū factū causa dotis, si legataria monasterium intrauerit? Et dicit Pan. in c. in præsentia. de probat. quòd sic. Et idē si esset ei relictum causa donationis propter nuptias. ¶ † Nonò quæritur quo ordine soluendum sit creditoribus & legatarijs. Et dico secundū Ray. quòd si creditores & legatarij simul veniant: primò satisfaciendum est creditoribus: si autem veniāt separatim, liberatus hæres soluendo

Universidad de Deusto
Biblioteca

uendo per illum ordinem,quo venerũt, modò mhil faciat in dolo: & creditores postmodum veniẽtes, hæredem inquietare nõ debent,nisi de hæreditate illi remanserit: habent verò ius suum saluũ cõtra legatarios. Si autem hæres scit vel credit aut dubitat hæreditatem vltra debita nõ extẽdi,siue fuerint ex cõtractu siue ex maleficio vel quasi, nihil debet dare legatarijs, donec sit creditoribus satisfactum. Et idẽ modus tenendus est in satisfaciendo prius creditoribus prioribus, & in iure potioribus. Et si hæres hũc ordinem seruarit,primò scilicet soluendo legatarijs vel secundarijs creditoribus:non absoluitur in foro conscientiæ, nisi hoc faciat ignoranter,reputans scilicet hæreditatem ad omnia soluenda sufficere:vel nesciens hunc esse potiorem creditorem, secundum Vld.& Hostien.Glo.tenet etiam Ray.dicit quòd sicut priores creditores,ab alijs præuenti hæredem inquietare nõ debent,ita nec eos,qui ab eo emerunt res,quarum pretia in legata vel fideicommissa vel alios creditores processerunt:vt in l.sancimus. C.de iure deliberã.quia,vt ibi patet,creditoribus potioribus seruatur ius contra legatarios,& alios creditores inferiores, qui ab hærede prius acceperũt. Detrahere tamen potest hæres ab hęreditate eo modo quo suprà eodem.§.vj. De ordine autem creditorum, infrà Restitutio.vj.§.v. ¶ † Decimò quæritur,vtrum hæres teneatur ad vota testatoris? Et dicit Petr. de Pal.in mj.quòd sic,si est votum reale:puta dãdi,aut exponendi: tantùmmodo autem si est personale,vt ieiunare, vel peregrinari, aut cõtinere,mihi se ipsorẽ obligauerit: & hoc siue hæres sit filius, siue alius extra eo.licet. Si verò est simul reale & personale,& vtrunq; expressum:tenetur ad reale:vt si vouit ire ad sanctum Iacobum, & equum offerre, tenetur ad equum tantùm. Similiter si vouit fundare monasterium,& intrare:tenetur ad fundationem tantùm. Et si est expressum personale principaliter,& reale tacitũ & accessoriũ:vt ire ad Sanctũ Iacobũ,hæres nõ tenetur ad reale,id est,expẽsas, sicut nec ad personale.& si vouit religionem,nõ tenetur hæres tradere bona:quia sublato principali tollitur accessorium. Similiter si defunctus susceperat crucem,nõ tenetur hæres expẽsas mittere quas fecisset:nisi hoc ordinasset. Si vouit autem mittere certas personas vltra mare,quod reputat reale: ad illud tenetur hæres,hæc ille. De hac etiam materia,infrà Votum.ij.§.xj.vtrum scilicet hæres compelli possit ad ista.

13 ¶ † Vndecimo quæritur,si hæredes sunt plures,vtrum omnes teneantur in solidũ ad omnia debita:vel legata? Et dico quòd regulariter quilibet tenet solùm pro parte hęreditaria.C.de action.hæred.l.pro hęreditarijs.Fallit hoc in multis casibus. ¶ Primò quando aliter dispositit defunctus.ff.de leg.ij.l.cùm ab vno.vt si ab vno hæredum legatarij fuerit creditori hęreditario animo compensandi:tunc ille hæres onus sustinebit vsq; ad quantitatem legati. ¶ Secundò in expensa funeris vxoris quæ non adstringit hæredes rãtùm pro hæred.tarijs portionibus sed etiam virum pro portione,quæ peruenit ad eum de dote vxoris:vt si ad eum peruenerũt centum, & in hæreditate sunt ducenta:ipse vir tenetur pro tertia parte,& hæredes pro duabus:vt in l.veluti.ff.de rel. & sumpt.fu. ¶ Tertiò,si bona defuncti erant expressè vel tacitè hypothecata creditoribus: quia vno existente non soluendo,tamen alij tenentur. Quartò, in alimentis legatis:quia pro voluntate defuncti vel iudicis ab vno in solidum,vel à pluribus pro designatis partibus expetuntur.ff.de alim.leg.l.ij. ¶ Quintò, quando res legata possidetur ab vno in solidum.dicta l.pro hæreditarijs.& ff.cõmo. l.sed mihi.§.hæres. ¶ Sextò,quando obligatio cõstitit in impleodo pollicitationem factam à defuncto de aliquo faciendo vel non faciendo.ff.de polli.l.j.§.si quis.&ex pollicitatione.& ff.de verborum oblig.l.in executoribus.nunc enim quilibet in solidum tenetur: vt si promisit aliquod opus se facturum ad honorem Dei vel rei publicæ: vel promisit per se & hæredem non fieri quo minus per fundum suum ire liceat,ad quod quilibet hæredum obligatur in solidum. ¶ Septimò,quando obligatio est indiuidua.dicta l.in executionibus.§.seruus.& de hoc habes in gl.dictæ l.pro hęreditarijs.

¶ † Duodecimò quæritur,vtrum si hæres sit pupillus,differri possit solutio debitorum prætextu pupillaris ætatis? Et dico quòd nõ.C.de acquirẽ.hæred.l.sub prętextu. Et si hęres vel executores legata soluere nolunt ad pias causas, episcopus pręmissa monitione ad hoc eos cogere debet.extra de testam.& cap.Ioannes. etiam si à testatore id cõtigerit interdicit de quo infrà Testamentũ.ij.§.viij.partic.iiij. Vtrum autẽ ista dilatio prolongat defuncto purgatorium.ibidem §.ix.

14

❧ Rursus de Hæreditate iiij. quantum ❧ ad substitutionem.

1 *Substituto quid sit. Et quid si substitutionum gradus plures?*
2 *Substitutionum genera quot sunt? Et etiã in hi. quantum vtra directa, aut indirecta dicantur? Et qua cõmunia & nu. seq.*
4 *Hæreditatẽ restituere in substitutione indirecta rogatus, num ex illa aliquid alienare possit?*
5 *Testatoris liberorum si quis purè hæreditatem restituere rogatus, nulla filiorum mentione facta. si deinde liberos, aut nepotes habeat,an substituto expiret?*
6 *Substitutionis directa species quot sunt?*
7 *Iura de substitutione vulgari quid cauerint? Item quid de pupillari exemplari.& breuiloquaꝫ nu. 8.9.10.& seq.*
11 *Clausula.si sine liberis, hoc habet pro regula. vt quandocunq; quis de liberis aliquem de hæreditate alterius rẽti sibi post mortem suam rogat.vt substituatur, quamquam adiecta nõ sit quod in extraneo rogato non esset.*
12 *Substituto in defectum liberorum facta, num indistincte per religionis ingressum euanescat?*
13 *Puella si in nuptiarum cæremonijs constituta velecta sint, & in eam religionem susceptæ, quamquam ea in religionẽ ingressa sit,centum nihilo minus habere debeat? Et ibi Albert. & Richard.super hac quæstione conciliatio.*

HÆREDITAS † quartò cõsideratur quãtum ad hæredem substituendum vel substitutionem hæredis: quæ quidem substitutio est secũdaria & conditionalis institutio:ficut cùm quis dicit,talis esto mihi hæres:& si non eris vel decesseris,Titiũ substituo:iste Titius dicitur substitutus.ff.de vulgari & pupillari substit.l.j. Et licet substitutiones de vno in aliũ procedere possint in infinitũ:omnis tñ institutio post primã dicit substitutio: sicut secũdæ nuptiæ dicuntur omnes quæ sequunt primas. ¶ † Primò verò quæritur quot sunt substitutionũ gñæ? Et dico qꝫ sunt duo,scilicet substitutio indirecta,& directa. Et indirecta quidẽ substitutio est,per quã quis capit hęreditatẽ mediãte alio:vt eũ testator fideicõmittit Ano hæredi,vt hæreditatem restituat P.& dicitur substitutio indirecta & obliqua ea ratione,qua scilicet per alium capit:& fideicommissaria, quia olim committebatur fidei hæredis in totũ.nõ enim cogebat restituere:sed hodie sic.p l.penulti. C.ad Treb. Item dicitur precaria:quia fit possibiliter verbis precarijs,id est,rogatorijs:vt puta,instituo te,& rogo te,&c. Directa verò substitutio est,qua quis capit hæreditatem defuncti ex dispositione testatoris,nullo alio mediante vel cooperante:vt cum dicit testator,A.mihi hęredem instituo:sed si ipse non erit hæres,C.sit hæres:& sic substitutus est directè. Verba autem harum substitutionum,in quibus fiunt istæ substitutiones, ind recta quidem sunt,volo,mando,rogo vt restituas hæreditatem.directa verò sit per verba directa & ciuiliter:vt hæres esto, vel sit,vel hæredem instituo.aliquando etiam fit per verba geminata:vt A.filium meũ impuberem hæredem instituo:& si in pupillari ætate decesserit,B.substituo. Hæc enim substitutio est directa,si moriatur in pupillari ætate propter verba geminata. Sed si post pubertatem, erit fideicommissaria,vt communiter dicitur,&etiam si diceret,hæres sit. Aliquando verò fit per verba communia,& similiter indirecta. ¶ Propter quo sciendũ est quòd verborum quoddã est directũ,illud scilicet quod significat vt is cui relinquit,suã manu recipiat:vt hoc verbũ,instituo: vt patet.ff.de hæred.instit.& hæres esto:vt ibidem. Item, accrescat: vel etiam acceptat,vel capiat. Quoddãverò est indirectũ siue obliquum,scilicet quod significat vt is,cui relinquit,accipiat de manu alterius,vt est restituo.ff.ad Trebe.l.instituta.& l. semper. Item,volo.ff.de leg.iij.l.pater filiũ.§.fi. Item,rogo, &c. Aliquod verò cõmune,quod scilicet habet vtranq; significationem, scilicet vt de manu sua vel alterius accipiat: vt verbum,substituo: aut moriatur tali,id est,advtiliter talis: & succedat:& etiã accipiat. ¶ Secundò verò quæritur,quantum ad istam substitutionem indirectã,verũ rogatus hæreditatem restituere,possit aliquid alienare de illa? Et dico quòd non.C.comunia de lega.l.fi.nisi in casibus positis in auth.res quæ.ibidem posita:qui casus sunt isti, scilicet causa dotis,& donationis propter nuptias:& loquitur in liberis, non in extraneis. Et idem secũdum Bar.in d.auth.pro ponendo filium in monasterio. Similiter pro causa alimentorũ,quãdo aliũde sustentari non potest:& idem pro redimendo filio capto ab hostibus. Potest tamen sibi retinere quartam Trebellianicã: vt in c.Raynaldus.& in c. Raymundus. de testa.sed si rogatus est restituere quicquid supererit de hæreditate:tunc ad minus quartam partem seruabit substitutus:vt C.ad Treb.auth. cõtra rogatus.de quo vide in gl.in c.in præsentia.de probation.

3 ¶ Aduertendum † est autem,secundũ eam ibi,quòd licet quis ex liberis testatoris sit purè rogatus hæreditatem restituere nulla facta mentione de filijs:si tamen postea habuerit filios vel nepotes,substitutio euanescit.C.de fideicom.l. cùm actissimi.C.de insti.& substit.l.generaliter.ff.de condi. & demõst. l.cùm autem.vide infrà.§.v. Aduerte etiam quòd si rogatus hęreditatem restituere illã sponte adierit: retinebit quartam Trebellianicã,& reliquas tres partes restituet. Si verò adierit iudicis officio compulsus restituet totam. Instit.de fideicom.hæred.§.in primis.& ff.ad Treb.nam quod.§.qui cõpulsus. ¶ Tertiò † quæritur,quot sunt species directæ substitutionis? Et dico quòd sunt quinq;. ¶ Quarum prima dicitur vulgaris: quia est à quolibet testatore de vulgo factibilis: & conuenit siue pupillo siue minori: de qua agit Insti.de vulg.subst. Et hæc est duplex:vna scilicet expressa,quæ fit per istam negationem non,hoc scilicet modo,instituo mihi hæredem A. & si ipse noluerit,vel non poterit hæres esse,sit hæres P. vel substituo P. Alia tacita, quãdo scilicet negatio nõ exprimitur,sed includitur.hoc scilicet modo, A.& P.mihi hæredes instituo,& eos invicem substituo:per quę verba tacitè subintelligitur quòd si alter eorum hæres non fuerit, scilicet quia noluit vel nõ potuit,quãdo decessit ante aditã hæreditatem: alter sit hæres in solidũ.ff.de hæ.insti. l. cùm in testamento. §.hæc verba. ¶ Secũda verò dicitur pupillaris:quia fit solũ pupillo vel pupillis:nec põt tẽpus excedere pupillaritatis:sed expirat ad introitum pubertatis: vt dicendo filius meus mihi hæres esto:& si non erit,vel si erit,& intra tempus puberitatis decesserit,P.sit hæres. Insti.de pup.sub.in prin.imò factibilis est in minus tempus:vt si dicatur, si filius meus intra quartum vel quintum annum decesserit,P.sit hęres. Et hęc est duplex:vna scilicet tacita,quæ non habet formam pupillaris substitutionis,sed sub eius verbis includitur:vt cùm dicitur,A.filium pupillum meum hæredem mihi instituo: & si ipse hæres mihi non fuerit,P.sit hæres.& hæc ex expressis est vulgaris:ex tacitis verò pupillaris. Vnde siue A.sit hęres siue non,si in pupillari ętate decesserit,hęreditas directo iure perueniet ad P.sed ex vulgari succedit tantùm in bonis testatoris, ex pupillari verò in bonis testatoris & pupilli. Alia est expiella ,quæ sit per verbum affirmationũ:vt facit expresse mentionem de pupillari ætate:& sub ea includit vulgaris tacita:vt Instit.de vulgari & pupillari substitutione.§.j.& ff. de vulg.& pupill.substi.l.cùm hoc iure & sit hoc modo,scilicet A.filium meũ hæredem mihi instituo:& si ipse mihi hæres non fuerit,vel si fuerit,& in pupillari ætate decesserit,P. sit hæres: vel P.substituo. Vnde ista duo requirit, scilicet verborũ affirmationem, & expressionem temporis pupillaris. ¶ Tertia dicitur exemplaris:quia ad exemplum fit pupillaris,& est quæ fit à parentibus vtriusq; sexus filio furioso,vel mente capto:hæc dicta qꝫ exemplũ fiat substitutionis pupillaris:quia sicut pupillo, qui testari non potest,prouidetur de hærede,ita & furioso: & fit hoc modo,scilicet A.filium meũ furiosum vel mente captũ hæredem mihi instituo, & si decesserit antequam ad sanam mentem deuenerit,substituo ei talem vel talem. ¶ Quarta dicitur compendiosa:quia scilicet fit sub compendio huius aduerbij quandocunq;,&continet tacitam pupillarem,quę aliàs fit prolixioribus verbis,scie,A.filium meũ hæredem instituo: tamen quandocunq; decesserit,P. sit hæres:& sic licet quandocunq; extendatur ad omne tempus:hic tamen restringitur ad pupillare solùm,in quod solùm dicitur de substituto prouidere voluisse.l.precibus.C.de impub.& aliis substi. ¶ Quinta dicitur breuiloqua siue reciproca:quia scilicet in breui cõtinet duas vulgares & duas pupillares:vt cùm duo vel plures impuberes instituti à patre habente eos in potestate substituuntur hoc modo:A.& B.filios meos impuberes mihi hęredes instituo,& eos invicem substituo:vnde quia continet expressam pupillarem,si quis eorum decesserit in ætate impuberi,mater decedentis omnino repellitur,& alij ab intestato viuentes,& succedit substitutus. ¶ Quartò † quæritur,quid iuraverint de substitutione vulgari? Et dico duo. ¶ Primum. Effectus huius substitutionis est vt bona testatoris tantùm,quę debebant venire ad institutum,veniant ad substitutum, non bona instituti. Instit.de pupil.substi.§.quo casu. ¶ Secundum. Etiam si sit an sit substitutio,quãm citò institutus adieris hæreditatem,siue postea decedat cum liberis, siue sine liberis. C.de impu.& aliis substit.l. post aditam. & hoc non solùm quando expressè fit per negationem:sed etiam quando tacitè. Vnde licet Titius & Sempronius fuerunt instituti hæredes & adinuicem substituti:si tamen hic vel ille adieri hæreditatem,expirat substitutio:vt in dicta l.post aditam. ¶ Quintò † quæritur, quid iura velint de substitutione pupillari? Et dico quatuor. ¶ Primum. Ad istam substitutionem quatuor requiruntur. Primum scilicet quòd ille,cui fit substitutio,sit de liberis testatoris:& accipio liberos non tantùm pro filijs, sed & pro nepotibus.Secundum,quòd sit impubes. Tertium, quòd sit in potestate testatoris. Quartum, quòd instituatur vel exhæredetur. Et fieri potest non solùm filio impuberi iam nato,sed etiam posthumo. si tamen nascendo esset sub potestate testatoris,si viueret ipse testator,& etiam nepoti,si tamen sit recasurus in potestatem sui patris post mortem aui.ff.de vulgari & pupillari substitutione lege secunda.§. posthumus. ¶ Secundum. Effectus est eius vt non solùm sit P.hæres iure directo,& capiat bona & hæreditatem vtriusque,si A. decesserit in ætate pupillari: sed etiam excludit matrem:ita quòd etiam legitimam petere non poterit: vt

7 sect

Universidad de Deusto
Biblioteca

not. Barto. & doct. in l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffi. testa. & omnem aliam personam, quæ ipsi pupillo ab intestato succedere potuisset. ff. de vulg. & pup. sub. l. Lucius. Et hoc verum est in expressa: in tacita autem habet locum quando alter filius testatoris frater pupilli substituitur. Si autem substitutus sit extraneus, mater admittitur, & repellitur substitutus. l. precibus. & l. quædam. C. de impu. & alijs substi. nisi in quatuor casibus. Primò, quando pater expresse prohibet ne aliquid habeat. Secundò, quando reliquit aliquid vxori & vult esse contentam. Tertiò, si fuit inimica patri. Quartò quando frater impuberis est substitutus. Nota etiã q; in hac tacita extraneus non excludit fratrem ex vtroq; parente cõiunctũ. ¶ Tertium. Euanescit autem ista substitutio, primò per aduentum pubertatis. Secundò, si hęreditas patris non sit adhuc adita: quia cùm nullus appareat hæres, testamentum paternum videtur destitutum: & sic euanescit etiã pupillaris. ff. de vulg. & pup. substi. l. sed si plures. §. sed si ex asse. Tertiò, si nascitur posthumus, de quo mentio non est facta in testamento. ff. eo. l. si pater filium. Quartò, si patiatur pupillus capitis diminutionem maximam, mediã, vel etiã minimã. ff. de adop. l. nec ei. ¶ Quartum. Ratio quare inuenta sit, est: quia cùm filius in pupillari ætate testari nõ possit, permittitur patri ipsi filio facere testamentum, & de hærede prouidere durante illa ætate præcisè d. §. quo casu. Sextò, † quæritur, quid iura velint de substitutione exemplari. Et dico hoc patere ex differẽtia eius ad pupillarẽ, à qua differt multipliciter. ¶ Primò, quia illa fit tantùm à patre, qui illum habet in potestate: hæc autem fit etiã à matre filio furioso vel mente capto non existente in eius potestate. ¶ Secundò, quia illa tantùm fit pupillis & impuberibus tantùm: ista verò solùm adultis vel maioribus. ¶ Tertiò, quia in illa potest substitui qlibet quẽ voluerit: in ista non, sed certo ordine sic: vt si habet liberos, ei substituantur: si verò non habet, substituantur fratres: quod si nec filios nec fratres habet, tunc substituet quem voluerit. C. de impu. & alijs sub. l. humanitatis. ¶ Quartò, quia illa expirat adueniente puberitate: sed hęc solùm adueniente mente sana. ¶ Quintò, quia illa fit impuberi, siue furioso siue sanus mente sit: hæc verò solùm furiosis & mente captis. Probantur hęc omnia Inſti. de pup. sub. §. qua ratiõe. Et si adueniat sana mẽs & nullo facto testamento iterũ verteatur in furiam, non euanescit substitutio. ar. l. quod fauore. C. de legi. & placet: licet alij dicant quòd expirat. ar. l. quod quisq. ff. de re. iu. Effectus autem eius est vt bona veniũt; q; transeant ad substitutum. ¶ Se-
10 primò † quæritur, quid de breuiloquia? Et dico quatuor. ¶ Primum. Hæc substitutio fieri potest à militemec explico quomodo, quia nõ est in vsu. Item à quolibet nõ milite, sed oportet quòd fiat filio pupillo in potestate existente. ¶ Secundum. Continet autem pupillarem expressam, quia habet eundem effectum: ideoq; solùm filio pupillo & in potestate existenti fieri potest, vt dictum est. ¶ Tertiũ. Licet hęc substitutio sit directa de sui natura, simpliciter: possent tamen apponi in ea verba vel dictiones, vel aliqua mutari, per quæ in fideicommissum verteretur, & ad naturam ac ius fideicommissi reduceretur. ¶ Quartum. Quatuor autem modis ad naturam vel ius fideicõmissi reducitur, sicut fieri potest sub his quatuor formis. ¶ Primò enim fit sic: A. mihi hæredem instituo: & si quandocunque decesserit A. substituo P. Nam hoc verbum, substituo, trahit hanc substitutionem ad fideicommissum, secundum gl. in l. precibus. C. de impu. & alijs sub. & l. centurio. ff. de vulg. & pup. sub. & in c. Raynutius. de testa. Et prædictam aduerbium, quandocunq;, in hoc casu seruat propriam significationem, & respicit omne tempus, & rem omni tempore suadet valere. l. quotiẽs. ff. de reb. dub. Hinc est q; quocũque tẽpore moriatur, siue in pupillari, siue in maiori ætate virtute huius verbi, substituo, videtur rogatus esse à testatore per fideicommissum post mortem suam restituere hæreditatem, & bona testatoris ipsi substituto. Vnde ipso instituto moriente mater & quicunq; successores siue ex testamento vel ab intestato adibunt hæreditatem: & aditam substituto restituent iure fideicommissi. Insti. de fideicom. hæred. §. sed quia stipulationes. defalcabũt tamen & retinebunt legitimã ipsius, quæ est tertia pars totius hæreditatis testatoris, secũm communorem opinionem, si ipse A. erat de liberis ipsius testatoris, ad quos legitima spectat: quia in hac grauare eum testator non potuit. C. de inoffi. testa. l. quoniam. De reliquis verò defalcabunt tertiã Trebellianicam: & sic habebũt mediã hæreditatem: reliquã verò medietatem restituent substituto ut re fideicõmissi. Retinebunt etiam sibi omnia bona ipsius A quia testator de suis tantùm rogatus intelligitur, non hæredis. Si verò A. non erat de liberis, defalcabunt tãtùm Trebellianicam: & habebit etiam alia bona, quæ A. quæsiuit aliũde. Et hæc substitutio, quia ius fideicommissi habet, fieri potest cuicunq; hæredi, & à quocunq; testatore. Insti. de fideicõ. hære. §. in primis. & §. seq. Et aduerte quòd licet in præfata forma nõ addatur, quandocunq; decesserit sine liberis: si tamen A. erat de liberis testatoris, intelliget hęc clausula si sine liberis: † quia pro regula est quòd quandocunq; quis aliquem rogat de liberis suis alteri hæreditatem restituere post suam mortem, semper intelligitur tacitè conditio ista, scilicet si decesserit sine liberis: quia non est credendum quòd quis exclusa prole filij sui voluerit hæreditatem peruenire ad alterum in extraneo autem hærede non inest talis tacita conditio, nisi addatur expressè. C. de insti. & substitu. sub condi. fac. l. generaliter. §. vltimo. ¶ Secundò sic fit: A. filium meum impuberem hæredem mihi instituo: sed si dictus A. quandocunque sine liberis decesserit, P. sit hæres: & tunc si moritur intra tempus pupillare, valet iure directo: & sic substitutus capit totam hæreditatem sine deductione alicuius quartæ. d. l. centurio. & capite, si pater. de testa. lib. vj. Si verò moritur in pubertate, secundum Io. Andr. erit totaliter fideicommissaria: quia licet per istam dictionem, sit hæres, videatur directa, tamen per istam additionem, sine liberis, trahitur ad fideicommissum: vt probatur in l. sequola. ff. ad Treb. quia illa additio innuit quòd in quocunque tempore decesserit; sine liberis in pubertate, ex præsumpta voluntate testatoris, videtur rogatus per fideicommissum restituere hæreditatem post mortem: vt probatur in dicta l. precibus. Et ideò quocunq; tempore in pubertate moriatur sine liberis, mater, aut quicunq; successores, restituent hæreditatem substituto deductis supradictis. ff. de vulg. & pup. substit. l. cohærendi. §. cùm ille. Et sic tene, licet communis opinio Legistarum sit quòd nunquam obligatur: sed expirat per aduentum pubertatis. ¶ Tertiò fit sic: A. mihi hæredem instituo: sed si dictus A. quandocunq; sine liberis decesserit, P. substituo. Et hæc omni tempore est fideicommissaria: & idem ius eundem effectum habet per omnia sicut prima prædicta, tum ratione verbi substituo, tum ratione sine liberis: ideoq; dicendum est vt de illa. ¶ Quartò fit sic: A. filium meum hæredem mihi instituo: si tamen decesserit in pupillari ætate, vel postea quandocunq; sine liberis. P. sit hæres, vel P. substituo. Sub hac autem forma comprehenduntur tres substitutiones: vna pupillaris expressa, per hoc quod dicitur, si decesserit in pupillari ætate: & ex hac resultat tacita vulgaris quæ sub pupillari expressa continetur, vt dictum est: & hanc facere non potest, nisi pater propter pupillarem ætatem expressam quando fit directè, nisi sit miles. d. l. centurio. tertia fideicommissaria est propter illud

illud quod dicitur, vel postea quandocunque sine libris. Sed si testator vult quòd clarius istæ tres resurgant, dicat, P. pupillariter & vulgariter & per fideicommissum substituo: & vna quæque istarum habet suum effectum: quia si A. sit hæres: & in pupillari ætate moriatur, substitutus vocatur iure directo exclusa matre & alijs legitimis successoribus: & hoc propter effectum pupillaris expressæ, quæ matrem repellit & substitutum admittit. l. Lucius. ff. de vulg. & pupil. substi. Si verò A. non sit hæres, quia non potsit aut nolit: tunc substitutus erit hæres iure directo propter tacitam vulgarem, quæ etiam ex pupillari consurgit, vt dictum est. Si verò sit hæres, deinde factus pubes, quandocunq; sine liberis moriatur, habebit locũ fideicommissaria. Vnde eo sine liberis moriente successores restituent hæreditatem cum defalcatione, vt dictum est. Innumerabilia dici possent de hac substitutionum materia, quę ausidicis relinquantur. ¶ † Octauò quæritur, vtrum indistinctè per religionis ingressum expiret substitutio facta in defectum liberorum? Et dico multa. ¶ Primum. Secundum gl. in c. præsentia. de probat. isto casu per ingressum religionis substitutio euanescit: & excluditur substitutus, si erat priuatus: quia hoc casu ingrediens monasterium hæredem fingitur habere, vt ibi in auth. de sanct. epi. §. sed hęc præsenti. Sed intellige quòd euanescit si monachatus tenuit, secundum glo. ibi. & postquam tenuit, non ante, secundum Vinc. & non fecit in fraudem nec exiuit intra tempus probationis. Si autem substituitur ecclesia aut locus religiosus, vel iubetur expendere in pias causas, non expirat substitutio vel fideicommissum: vt d. §. sed hęc. vbi distinctio ista probatur. Et diuersitatis ratio est secundum Arch. quia quòd expiret substitutio per religionis ingressum, inductum est contra propriam significationem verborum in fauorem piæ causæ: vnde vbi fideicommissum expendi debet in pias causas, cessat dicta ratio: cùm nõ debeamus impropriare verba in fauorẽ vnius pię causæ in alterius pię causæ præiudicium: argu. c. cum causa. de præb. ẽ. ¶ Secũdũ. Si autem institutus nõ ingrediat monasterũ, sed efficiat clericus, dicit gl. ibidẽ q; nõ euanescit substitutio, nisi duo concurrant. Primò vt perpetuò maneat in ecclesia. Secundò, vt reditus expendantur in pias causas vt dicitur in auth. nisi rogati. C. ad Trebel. quod quidem Pan. ibidem restringit ad clericum conuersum alicuius monasterij: sed melius intelligit simpliciter, vt gl. intelligit. ¶ Tertiũ. Si aũt dedisset se & ita ecclesiæ seculari, gl. ibidem distinguit: quia aut fit clericus: & sic dicitur vt suprà statim. aut non fit clericus: & sic substitutio non expirat, secundum melius sentientes. ¶ Quartum. Si verò ingrediatur religionem in fraudem substituti, secundum Pan. in c. in præsentia. Abbas tenet quòd substitutio non euacuatur: quia fraus & dolus nemini patrocinantur. de rescrip. sedes. & hoc communiter tenetur, & probabitur fraus probando comminationes factas substituto per hæredem. xx. q. iij. c. fi. Et idem est secundum Gof. & Arc. in c. si qua. xix. q. vlti si non intrauit, sed monasterium hæredem instituit: quia substitutio non expirat. & de his suprà Hæreditas j. §. vij. ¶ Quintum. Si autem ad dictam clausulam generalem, si sine liberis, addatur, ex se legitimè descendentibus, vel ex suo corpore natis: licet sint opiniones, tamen veritas est quòd per religionis ingressum substitutio expirat: vt egregiè Barto. probat in quæstione facti. cuius motiva vide per Arch. iij. parte tit. x. cap. iij. §. antepe. & idem tenet ipse & Cy. in l. si ita quis. ff. de leg. ij. concor. Arch. & Io. in d. c. si qua. & dominus Ant. & Pan. in d. c. in præsentia. licet contrarium teneuerit Iac. de Belui. Host. & Io. And. & quidã alij. ¶ Sextum. Si fiat substitutio sub conditione quòd monasterium non ingrediatur, non expirat substitutio per ingressum monasterij.

secundum Pan. in d. c. in præsentia. quia communiter tenetur quòd illa conditio, quæ impedit matrimonium spirituale, siue religionis ingressum, habetur pro non adiecta, sicut & illa quæ impedit carnale. C. de indi. vid. l. ij. & ff. de condi. & demonstratio. l. cùm tale. & l. Titiæ si nupserit. vbi dicitur q; si testator reliquit Titiæ ducentos si nõ nupserit: & si nupserit, centũ: si Titia elegerit nuptias, debet habere ducentos: qa conditio illa retrahit à matrimonio carnali: vnde nõ tenetur mulier restituere relictum sibi cum onere restituendi si nupserit. ff. eo. l. quoties. & l. si filiæ. & à fortiori idem est si conditio impediat matrimonii spirituale. Vnde † dicit Albe. in l. Deo nobis. C. de episcopis & clericis. quòd puella, cui relinquuntur centũ si nupserit: si verò religionem intrauerit, quinquaginta mihi nihilo minus si intrauerit, habebit centũ: qa in casu prædicto omnis cõditio, dilatio, & grauamen remissa intelligũtur, cũ prædicta institutio succedat loco debiti bonorum substidij: vt est expressum. C. de inoffi. testam. l. quoniã. in prioribus. Et hoc dicit verũ in filia, cui tale subsidium debet: non autem in extranea, sed solùm si cõditio extet: imò nõ haberet filia, quando legitima esset sibi legata, & illud relictũ esset vltra debitũ bonorũ subsidii. Sed Richardus Malumb. tenet hoc esse verũ indistinctè. Ego verò dico verũ dicere Alberiensem si consideret solùm ratio debiti subsidij: sed si cõsideretur turpitudo cõditionis, quæ pro nõ adiecta habenda est, verũ dicit Ric. quę quia in hoc casu semper est turpis, sem per habebitur pro non adiecta, infrà Legatum primò. §. ix.

20. De Hæresi & Hæreticis primò in se.

1 *Hæresis. quæ ab electione dicta est, quid sit & quid hæreticus.*
2 *Fides multa sunt, circa quæ aberrantes in hæresim protabuntur.*
3 *Temerarium, erroneum & hæreticum, in his quæ ad fidem pertinent. quomodo differant?*
4 *Error circa fidem, vt qui hæreticus dicendus sit, quot requirantur. & ibidem quod quinque, de quibus hic.*
5 *Pertinacia, quæ hæresium constituit, quibus actibus ac modis iudicanda sit.*
6 *Dubius in fide, an hæreticus censendus. sit, vel infidelis.*
7 *Vsuram qui peccatum asserit non esse, an hæreticus sit.*
8 *Dæmones adorantes, & imagines baptizantes, num protinus vt hæreticos iudicare, ac punire debeat ecclesia? num. 9.*
10 *Participantes cum hæreticis, qui sint. & qui dicantur?*
11 *Hæreticorum pœna quanam, & quotuplex sit? Et ibidem quod quatuordecim. vsque ad num. 15.*
12 *Hæreticis communicare, an sine peccato quis possit?*
13 *Hæreticorum bona, cui applicanda sint? Et an donatio, alienatio, aut filiorum ante damnationem emancipatio ab hæretico facta teneat? numero sequente.*
14 *Hæreticorum relapsorum, quæ pœna sit? Et quot modis relapsus dicatur.*
16 *Hæreticis credentibus, fauoribus eorundem, ac defensoribus & receptatoribus, quæ pœna constituta sit?*
17 *Hæreticis sponte redeuntibus ac pœnitentibus parcendumne sit? Et quid si post condemnationem redire velint? num. seq.*
19 *Hæreticis ad fidem redeuntes, qualiter recipiendi sint? Et num occulti hæretici, à sacerdote absolui queant? num. seq.*
21 *Hæresis redeuntes ad fidẽ, in circa ordines dispensabiles sint?*

HÆRESIS † j. Græcè ab electione dicitur, eò quòd aliquam sibi opinionem sectãdã hæreticus eligat. xxiij. q. iij. hæresis. aliàs diuisionem sonat: & sic hæresis in proposito videt hæsio intellectus ad falsam sententiã in spectantibus ad fidem aut mores cũ obstinatiõe, ita quòd de ratione eius sunt duo, secundũ Sanctum Thomam super j. ad Corint. lec. iij. scilicet electio priuatæ disciplinæ & pertinacia: & princi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

paliter,vt idem dicit ij.ij.q.xj.est circa articulos fidei: secundariò verò circa ea quæ sequuntur ex eis: & nascitur ex superbia vel concupiscentia commodi temporalis. Hæreticus verò secundum Pet.& S.Tho.& communiter omnes docto. diffiniri potest quòd est is,qui circa ea, quæ sunt fidei, errat per intellectum:& pertinaciter hæret errori pervoluntatem. Vnde errans in his quæ non sunt fidei,id est,quæ quis explicitè credere non tenetur, puta credendo Iacob patrem fuisse Abrahæ,& huiusmodi:qui tamen rectè crederet,vbi ei constaret de veritate,non est hæreticus, secundum S. Tho.in iij. similiter nec q errat circa ea, de quibus dissentiũt doctores, donec per ecclesiam sit determinatum: vt idem dicit in prima parte.Similiter errans circa ea quę sunt fidei nõ pertinaciter,sed per simplicitatem, nullo modo potest dici hæreticus,secundum Cardin Cle.de sum.trini.& consequenter nec excommunicatus perverbum,pertinaciter,ibi positum: quia errans per simplicitatem, non pertinaciter credit, imò talis mereri potest:puta dum credit suo episcopo prædicanti aliquid contra fidem, credens animo obediendi fidei: paratus tamen corrigi:quia ex intentione iudicatur.Item quia secundum Inno.illud non est fides eius,sed fides ecclesiæ:&vult dicere quòd ideò sic credit,quia credit ecclesiam illud credere: &consequenter potius credit quod ecclesia credit.Idem autem puto de errante ex quadam pia deuotione: vt puta circa conceptionem dominæ nostræ. Sed hæc limita, nisi erret in his,in quibus ignorantia non excusat:quo casu non meretur, sed peccat,non per infidelitatem hæreticam,quæ pertinaciã requirit,sed per negligentiam. Item nisi erret in his ,de quibus certant viri docti ex quadam partiali affectione,aliquando tamen hæreticus dicitur quilibet excommunicatus.iij.q.j.quod autem.similiter & simoniacus.j.q.j.quisquis.sed est locutio impropria,inquantum scilicet ita operantur ac si malè de fide sentirent.Igitur si alterum illorum duorum deficiat, de fide sentiendi.

2 non est quis hæreticus.de hoc latiùs infrà §.fi. Aduerte† autem quòd ea quæ sunt fidei, circa quæ errando labitur in hæresim,sunt multa: vnde hæreticus est primò malè sciens de articulis fidei.Et secũdò similiter malè sentiens de ecclesiæ sacramentis,de hæresi.ad abolendã. Tertiò malè sentiens circa scripturæ sanctæ veritatem.xxiiij.q.iij. hæresis. Vnde dicit Pau.in Clem.vnica.eo.ti,quòd hæreticus est exponẽs falsam & extortam expositionem in diuinis scripturis cõtra id quod ecclesia tenet.quod gl.in Cle.j.de vsur.§.sanè.dicit procedere indistinctò de gignente aut tenente peruersum dogma,vel falsas opiniones:sed alij melius hoc limitant, si scriptura illa sit de necessarijs ad salutem: puta de pertinentibus ad fidem vel mores:vel aliter exposita quòd non possit esse vera in sensu illo.Card.etiam in d.Clemen. voluit hoc extendere ad tenentes contra canones:& multi docto. ibi. sed distinguendum est.Nam credulitas est contra fidem dupliciter: primò directè & principaliter,quia scilicet est contra articulos. Secundò indirectè &secundariò,quia scilicet est contra aliquid connexam articulo,ita quòd sequitur corruptio alicuius articuli:sicut dicere quòd in scriptura continetur aliquod falsum:quia est contra illud quod Spiritus sanctus loquutus est per prophetas.Similiter dicere quòd ecclesia malè determinauit in aliquo circa fidem aut mores : quia est contra illud, sanctam ecclesiam catholicam:& similiter auferre ecclesiæ Romanæ priuilegia diuina : quia sequitur quòd ipsa non sit regula fidei infallibilis: & consequenter non est necesse credere articulis fidei ab illa declaratis vel traditis.

3 ¶† Primò verò quæritur,quomodo in his quæ sunt fidei differant temerarium, erroneum , hæreticum? Et dico secundum Archid . quòd se habent , vt homo , animal, corpus,ita quòd omne hæreticum est erroneum & temerarium , non econtra.& omne erroneum est temerarium , non econtra. Nam temerarium est in huiusmodi asserere,tanquam certũ aliquod possibile, quod authoritate vel ratione efficaciter probari non potest:sicut quòd mundus terminabitur hinc ad centum vel ducentos annos:temerarium verò super temerario addit falsitatem:quia errare est à via recta discedere:sicut dicere,vt dicit magister sent . quòd Christus fuit homo in triduo suæ mortis:hæreticũ quoq; super erroneum addit quòd falsitas sit notoria & inhærito pertinax. Vnde d cit Aug.errare potero : sed hæreticus non ero.hæc ex illo.Sed aduerte quòd pertinacia requiritur ex parte credentis,vt dicatur hæreticus,non ex parte sententiæ,vt ipsa dicatur hæresis vel hæretica:vnde sufficit quòd sit notoriè contra fidem.¶† Secundò quæritur,quot requirantur ad hoc quòd errans circa fidem sit hæreticus? Et dico quòd requiruntur quinq; ad duo prædicta reducibilia:& de quibus diffusissimè Archi.secundæ partę.tit.xij.c.v.§.j.¶ Primò,vt quis erret cum hæreticus sit sectidum Aug.quia opiniones falsas gignit aut sequitur:qui erret in ratione:quia hæresis est species infidelitatis, quæ est in ratione:sicut & fides sibi contraria.Igitur nullum factum sine errore hominem hæreticum facit:vnde baptizare imagines,dæmones adorare,conculcare altaris sacramentum.& huiusmodi horrenda,nisi sit error in intellectu malè de his sentiendo non faciunt hæreticum,sed peccatorem & scelestum, & sortilegum:sicut qui aliqua ductus cupiditate ista facit ad assequendum aliquid à dæmone pacto tacito vel expresso, credens tamen de his ea quæ fides docet . Nec obstat quòd secundum iura simoniacus dicitur hæreticus. j. q.j. quisquis. quia hoc non est verum propriè,sed inquantum vendendo sacramenta ita agit,ac si existimaret posse donum gratiæ Dei pecunia possideri,secundum S.Tho.quod tamen non credit. alioquin esset hæreticus propriè.Nõ obstat etiam quòd dicitur hæreticum,quòd scilicet leuius est quàm adorare dæmonem,est hæreticus.in c.quisquis.& in c.accusatus.de hæret.libro sexto.quia hoc est verum, si adorat credens illum adorandum,quasi scilicet eius fides vera sit:secus si propter commodum temporale sine errore: quia non est hæreticus, mõ iuris præsumptione & fictione.& de hoc infrà.§.v.vtrum tamen licet in iudicio ecclesiæ tales debeant statim iudicari hæretici.¶ Secundò requiritur,quòd error sit contra ea, quæ sunt fidei,vt circa scripturam vel articulos fidei,aut contra determinationem ecclesiæ in his,quæ sunt fidei aut morum necessaria ad salutem.argo.xxiiij.q.j. hæc est fides . Vnde errores nõ spectantibus ad fidemvel determinationem ecclesiæ,puta quòd Sol sit minor terra,non est periculosus:imò non est hæreticus sentiens contra determinationem ecclesiæ in aliquam in prædictis,quæ pertineant ad fidem vel bonos mores:sicut Io.xxij. determinauit in extrauaganti , ad conditorem.quòd ius separari non potest ab vsu in vsu consumptibilibus: & tamen dicit huic sententiæ contradicentes esse contumaces & ecclesiæ rebelles,non autem hæreticos.¶ Tertiò requiritur quòd error sit in eo qui catholicam fidem est professus,aliàs non esset hæreticus,sed simpliciter infidelis:vt Iudæus & Paganus.¶ Quartò,quòd aliquam veritatem de fide Christi fateatur quantum ad humanitatem vel Deitatem: alioquin si nullã fateretur,propriè loquendo magis esset apostata quàm hæreticus,sicut Iulianus apostata . largè tñ dicit põt hæreticus &grauius hæretico puniendus si puniri posset. ¶Quintò,vt quis errorẽ talẽ obstinata voluntate eligat & pertinaciter sequatur:vñ errãs ex ignorãtia,paratus corrigi,minquam est hæreticus.xxiiij.q.iij.dixit Apostolos.¶† Sciendum est tamen secundum Archidiac . quòd pertinacia non est

iudicanda solùm in actu exteriori:puta quòd ille solus pertinax reputetur,qui verbis scriptis monitus resistit: sed etiam qui latenter diu in errore persistit,vel vsque ad mortem perdurat:quia talis non videtur per ignorantiam,sed per obstinatam malitiam perseuerasse:ideoque ecclesia tales præsumit

4 hæreticos.¶ Tertiò† quæritur,vtrum dubius in fide sit hæreticus vel infidelis? Et dicit Lau.quòd is qui firmiter ex animi infirmitate nõ credit:nec tamen pertinaciter dubitationi insistit,non est hæreticus:quinimo si recedit ab illa dubietate resistendo meretur: qui verò pertinaciter insistit,id est,non paratus corrigi ad mandatum superioris, est hæreticus: vt in cap.dubius.de hæreti.& pro hoc est casus singularis in ca.damnamus.de summa trini.vbi Ioachim non dãnatur, licet diceret erroneum:quia fuit corrigi paratus,se correctioni ecclesiæ subijciens:vnde sola pertinacia hominem hæreticum facit. Et idem Cardinalis.Sed aduerte quod nullus dubius in fide videtur paratus corrigi ad mandatum ecclesiæ , nisi dubitet ex ignorantia:qa dubius de articulo,dubius est de doctrina ecclesiæ si scit eam docere articulum: vnde dico quòd dubitans contra suam voluntatẽ nõ est hæreticus alia ratione, quia scilicet sicut nullus credit nisi volens, secũdum Aug.ita nec efficitur infidelis nisi volẽs:vnde in ratione hæresis includitur electio falsitatis:quæ electio importat liberã inclinationem voluntatis.¶ Quartò† quæritur,vtrum,sit hæreticus

7 qui asserit vsuram non esse peccatum? Et dico quòd sic.vt in cle.ex graui.de vsur.vbi dicit Pet.de Anch.quòd actus fœnerandi non sapit hæresim,nec pertinet ad inquisitorem: & tñ pertinaciter asserere hoc non esse peccatum est hæreticum. Et rationem assignat glos.dicens quòd non solùm hæreticus est malè sentiens de articulis fidei & ecclesiæ sacramentis.de hæres.ad abolendam.sed etiã quia peruersum habet dogma, vel falsas aut nouas opiniones gignit,aut sequitur.xxiiij.quæstio.iij.inter schismã & hæresim.& cap.hæreticus.intellige cõtra doctrinam ecclesiæ.vnde subiungit glos.hoc esse contra doctrinam ecclesiæ.eodem tit.c.iij.& c.cùm tu.& concord. Panormitanus,qui clarius loquẽs dicit hæreticũ esse qui per falsam extortam expositionẽ in scripturis diuinis ponit contra id quod dicit ecclesia.diffinẽs.vt.cap.si quis diaconus. & cap.si ille.in fine. Et intellige secundum Pet. quãdo quis simpliciter asserit vsuram non esse peccatũ:vbi tamẽ dubitatur in aliquo casu,vtrum sit vsura nec ne:non esset hæreticus qui teneret opinionem etiam fortè non veram.vt in cap.a nuigãde vsur. Addit etiam Pau.in dicta cle.ex graui.quòd dicere simpliciter vsuram esse peccatum,sed facta restitutione nõ esse confitendum:sicut confiteri tenetur qui est obligatus ex illicito contractu,est hæreticus:& in cõtractu obligatur tantùm quis homini,in vsura offendit & obligatur Deo & homini , & ideo post restitutionem tenetur adhuc pœnitere. Ex præmissis colligit Arch.solutionem huius quæstionis.Quidam enim , inquit,in publicis prædicationibus concitando turbam contra clerum asserunt quòd laici soluendo decimas clericis,aut eis cõsentendo & dando oblationes peccabãt:cùm omnes clerici essent mali & de ecclesijs remouẽdi. Quærebatur an contra eum tanquam hæreticum procedi posset: & firmatũ est per omnes Theologos & iuris vtriusq; doctores ibi existentes quòd sic,& bene, per doctrinam illius glossæ, quia pertinaciter tenebat diuersas opiniones reprobatas per

1 sacros canones & canonicas sanctiones:& contra id quod ecclesia tenet . ¶ Quintò † quæritur,vtrum adorantes dæmones & baptizantes imagines ecclesia debeat statim iudicare & punire vt hæreticos? Et dicit Arch.sub correctione sedis apostolicæ quòd non , quantum est ex natura rei , quicquid sit iuris præsumptione:quia quandocunque effectus dependere potest ex duplici causa: puta infidelitate & cupiditate assequendi aliquid à dæmone pacto tacito vel expresso, nunquam ex natura rei potest ex isto effectu iudicari præcisè altera causa. Et ideo quando constaret de huiusmodi effectu,vlterius inquirendum esset de causa:si ex errore & fidei peruersitate hoc faciat,iudicãdus est hæreticus:si verò ex alia causa,iudicandus est sortilegus , & vilissimus peccator. Inquiret autem hoc & inuestigabit ecclesia,quæ interiora non videt,ex actibus, per quos habitus recognoscuntur : vt si habet actum defendẽdi aliquem articulum fidei:vel si aliquem instruxit publicè vel occultè de opposito articulorum fidei, & huiusmodi.Ex causa tamen adorationis dæmonis præcisè iudicare non potest aliquem ex natura rei esse hęreticum:& si iuris præsumptione talis hæreticus secundum glossatores iudicetur.Posset tamẽ ecclesia rationabiliter statuere vt tales velut hæretici puniatur.Adde quod Augustin. de Anc.videtur idem sentire sed de hoc tit.seq.§.iij.

¶ Sextò† quæritur,quid de illo,quia osculatur sepulcrum Ma 9
chometi,vel aliquid facit ad eius reuerentiam,sicut alij infideles.Et dicit Alex3.der de Alex ij.ij.titulo de apostasia.quod si facit quia ita credit,ideoque profitetur,sic est apostata,hæreticus & excommunicatus. Si verò hoc facit solùm verbo propter metum,non in corde,peccat mortaliter,non tamen est hæreticus vel excommunicatus.

¶ Septimò† quæritur qui sint hi qui dicuntur participare cũ 10
hæreticis, vt fautor,defensor,credens,& huiusmodi? Et dico quòd credentes hæreticorum,exprimendo mẽtem doc.sunt qui implicitè credũt quod hereticis sciti esse hæretici credũt, non autẽ explicitè:quia iam essent hæretici:vnde credẽtes iudicandi sunt omnes,qui verbo vel facto ostendunt se credere quod illi credunt: qui autem eis cõmunicant in alijs factis, in quibus error non exprimitur,vt visitando , præbendo alimoniam,&huiusmodi,non sunt iudicandi credentes,sed potius fautores.Vnde secundum Archi.in cap. quicunque. eod. tit.lib.vj.credentes hæreticorum dicuntur,qui dicunt se velle mori in fide eorum,vel credere illorum erroribus.de pœ.dis. j.potest.similiter qui eos adorat, reuerentiam suo modo exhibet,consolationem vel communionem in morte seu infirmitate ab alijs acceperint:vel similia ad ritum eorũ pertinentia perpetrat:quia plus factis quàm verbis loquimur. argum. extra de appellationib.delicti.el ij.Secus si qui sermones eorum audierunt semel,& amplius nõ redierũt: quia nõ videntur approbasse quod postea vitarunt.argumento j. quæstio.j. capite,consiet.Et si quis eos visitauit,alimoniam dedit,ducatum præstitit,vel similia fecit , in quibus nil de ritu eorum ostenditur:quia hæc sunt quandoque interuentu pecuniæ:nisi prius erant lapsi,& postea ita fecerunt.de hæreticis . libro sexto.c.accusatus.Et secus si qui libros eorum susceptunt,sed statim destruunt incendio vel aliter:quia iudicandi sunt innoxij,id est, decredentes.j.quæstio.j.capite j.aliàs si suspecti sunt,& non destruunt,eis indicenda est purgatio canonica:sicut & omnibus prædictis,de quibus dictum est quòd non debent iudicari credentes. Pet.etiam de Palu.in iiij.bre uius explicat dicens,quòd credẽtes sunt,qui licet nulli hęresi adhęreant expressè,credunt:tamẽ hæreticos esse bonos viros,& bonã habere fidem:sicut sunt apud nos simplices fidę explicitam non habentes.Vnde sicut hi sunt fideles,scilicet credẽtes implicitè:ita & illi sunt hæretici dicẽdi vt extra eo. excõicamus.¶ Receptator verò,secundum grammaticũ est qui frequẽter recipit:qa recepto,est verbũ frequentatiuũ:in iure tamen secũdũ Arch.ponẽ receptare pro simplici verbo, id est, recipere:vt ꝓbatur ff.de recepta.l.fi.&secũdũ ius ciuile receptator est,qui latenter aliquẽ recipit & celat,vt conseruatus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

manus iudicis euadat.ff.de recepta.l.j.ff.de offic.præfi.l.congruit.C.de his qui la.occul.l.vlti.& similiter etiam accipitur secundum iura canonica, nisi in casu isto, in quo receptator dicitur, secũdum Arch. qui eos recipit in terra vel domo sua semel vel pluries, publicè vel occultè. Vnde, secundum Archi. receptatores dicuntur, qui eos recipiunt scienter, & si nõ frequenter. arg. de pœ. felicis. lib. vj. ¶ Fautores verò secundum Arch. vbi ſ. dicũtur personę quidem quæ publica authoritate funguntur, ex sola omissione: pura si condẽnatos ab ecclesia non fugant aut puniunt, sicut debẽt. & præcipitur in c. ad abolendam. eod. tit. & in c. excommunicamus. el j. quod probatur. xxiij. q. iij. qui potest. & q. v. qui virijs. & q. viij. prætrea. & xvij. q. iij. §. qui autem. Si tamen prelaci nõ faciũt carceres ad hæreticorum custodiã ex attaritia, vel similia ad eorum officia pertinentia, non dicuntur fautores, secundum eundẽ: quia id in eorum fauorem non faciunt: secus si propter eos non faciunt. Personæ verò priuatæ licet non capiant hæreticos, ex omissione sola nõ dicuntur fautores: sed si celãt eos postquã iurauerint indicare. xj. quæſ. iij. quisquis. & hoc in casu, in quo tenẽtur illos indicare, de quo infrà Hæresis. ij. §. iij. secus in alijs priuatis non adstrictis: quia nisi omittat dolosè, fautores nõ dicuntur. Ex cõmissione verò omnes tam personæ publicæ quàm priuatę dicũtur fautores: vt qui verbis eos excusant vel laudãt nõ ex ioco nec per lubricum linguæ, quod scilicet ad pœnam trahi non debet ff. ad l. Iul. ma. l. famosi. sed in cõuenticulis vel inter laicos: sicut multi sępe dicunt: isti nõ sunt tales quales dicuntur: & huiusmodi, qui inducũt simplices ad eorum deuotionẽ: & deuotionem eorum ad ecclesiam minuunt: vel fortè quia aduocati sunt, & defendendo eos excusant eorum processus: qui vtiq; fautores dici possunt habita consideratiõe personarum, loci ac temporum. xj. q. iij. nõ solum. ij. q. j. c. fi. Multò magis fautores sunt, nec egent probatione, qui facto eis fauent: puta ministrando alimoniam, liberando, ministrando ea, per quæ liberantur, & similia faciẽdo. ¶ Defensores autem, secundum Archi. vbi suprà, dicuntur hi, qui personas eorum defendunt resistendo viribus vel potentia, ne ad manus iudicis veniant puniendi, vel examinandi. De quo xxj. q. v. per totum. vel ne fiat executio. de offi. dele. ex literis. qui verò non defendunt personam, sed errorem, secundũ Archi. dicuntur hæresiarchæ. Notandum est tamen quòd defendẽs hæreticũ ne lędatur à primato: vel qui patrocinatur illi in iudicio credens illum habere iustam causam, non dicitur defensor aut fautor, etiam si postea appareat quòd non erat iusta causa: qa hęc est iusta defensio, quę talibus reseruatur: secus si contra conscientiam ei patrocinatur: quia defensor est,
a1 secũdum Car. in cle. j. de pœ. ¶ Octauò † quæritur, quę & quotuplex sit hæreticorum pœna? Et dico quòd multiplex. ¶ Prima, quia ipso facto sunt excommunicati: vt suprà, Excommunicatio. viij. excommunicatione ij. & nedum ipsi excommunicantur, sed etiam suspecti de hæresi, nisi ad arbitrium episcopi se purgauerint. de hære. ad abolendam. §. laicos. & de sent. excommu. vt famę. & si excommunicationem per annum sustinuerint animo indurato, tunc velut hæretici condemnabuntur. de hære. excommunicamus. §. j & cap. cum contumacia. eo. tit lib. vj. requiritur tamẽ vt specificè sint vocati de fide responsuri, secundum Ioan. And. ibidem, & se de tali suspicione purgaturi. Si verò hæreticus sit omnino occultus, vtrũ sit excommunicatus, vide suprà, Excommunicatio. vij. ercõmunicatione ij. ¶ Secunda est, quòd sunt omnino vitandi: quia sunt excommunicati: extra eo. excõmunicamus, & nemo oẽ eis debet habere negotiationẽ, neq; in domo vel in terra sua eos tenere vel fouere. facit c. sicut ait. eo. tit. & secundũ Pan. ibi extẽditur d. c. ad omnes hęreticos: licet loquatur de Thoſ Iosanis: imò seculares Potestates debent moneri, & si necesse est ecclesiastica censura cõpelli ad hęreticos ab ecclesia denotatos de suis prouincijs exterminare: & cùm nouiter quis eligitur in temporalem vel perpetuã potestatem de hoc iurare: & si propter suam negligentiã aliquis talis dominus fuerit excõmunicatus, & nõ satisfecerit intra annũ, debet papę intimari: vt ipse omnes eius vasallos ab eius fidelitate denũtiet absolutos: & terram suam occupandã fidelibus exponat: & illum, si expedire videbitur, à sua dignitate deponat. extra eo. excõmunicamus. §. moneantur. Et licet cum nullo excõmunicato sit participandũ: multò minus tamen cum hæreticis: nisi quòd licet nõ sint excommunicati eadem excommunicatione omnes participantes cum illis: secus de credentibus, fautoribus, receptatoribus, & defensoribus: quia ligantur eadẽ sententia: vt suprà, Excommunicatio. vij. excommunicatione v. ¶ Posset † tamen aliquis sine peccato participare cum eo in spectantibus ad eorum salutem: & similiter vxor, & filij, & huiusmodi, qui iudicio boni viri aliter commodè fugere non possunt: nec inest auersionis periculum: & similiter cæteri in casibus, in quibus licet participare cum excommunicatis: de quibus suprà Excõmunicatio. v. §. j. ¶ Tertia pœna est, quòd bona ipsorum sunt ipso iure vel ipso facto cõfiscata: sed executio confiscationis vel occupatio dictorũ bonorum nõ fiat per principes seculares, donec per aliquam personam ecclesiasticam fuerit sententiatum super dicto crimine hæresis contra ipsum hæreticum de hæret. cum secundum. libro vj. vide Assisinus. §. vlt. ¶ Et † applicantur fisco si hæretici sint seculares, & in terris Imperij. Siverò sunt seculares in terris ecclesiæ, vel si sunt clerici applicantur fisco ecclesiæ, nisi clericorum bona essent ecclesiæ, vel ipsi haberent stipendium ab ecclesia: quia applicabuntur ecclesiæ cuius erãt, vel à qua stipendium habebãt, extra eodem. excommunicamus. & vij. distinct. c. quo iure. secundum Ray. Dos autem vxoris hæretici non confiscatur, secundum Dire. nisi cum tali scienter contraxerit: vt in capite, decreuit. eodem titulo. libro vj. vbi dicit glossa quòd præsumitur ignorasse, nisi sciuisse probetur. de regulis iuris. c. præsumitur. libro vj. vel nisi participet in hæresi, secundum Arch. Et si aliter fieri nõ potest, manu armata sunt eis omnia bona auferenda: vt xxiij. quæstio. iij. capitur j. Sicut tamen dicit Raynerius & Gofred. licet ecclesia videatur dare generalem authoritatem omnibus expoliandi eos: tamen satis videtur tutum quòd non fiat nisi speciali edicto vel principis vel ecclesiæ: ne aliter videatur quis potius ex cupiditate vel vltione, quàm ex iustitia & obedientia pugnare. xxiij. quæstio. j. c. quid culpatur. & quæstio. iij. per totum. ¶ Pro his tamen notandum primò est, quòd si dicta sententia requiritur in crimine læsæ maiestatis diuinæ, id est, hæresis, multò magis requiritur in crimine læsæ maiestatis humanæ, & in alijs inferioribus delictis. Vnde si cauetur statutum quòd bona homicidæ sint ipso iure confiscata, siue sit publicus, siue occultus homicida, bona conscientia retinere potest dicta bona, & fructibus vti pro necessitate, donec sententia saltem generalis, sequatur vt etiam tenet Dire. lib. iij. titulo ix. Qui etiam dicit quòd dicta bona damnatorum propter hæresim, vel huiusmodi, ad fiscum pertinent à die commissi criminis. C. de hæreticis. l. iiij. ff. de donation. l. donationes. §. perfectæ. extra eodem. cap. statutum. §. j. lib. vj.

¶ Vnde † donatio vel alienatio facta per hæreticum ante damnationem non tenet, nec emancipatio filiorum: quia eo ipso quòd hæreticus est, filij desinunt esse in eius potestate: licet tunc non appareat, illum esse hæreticum: vt de hæreticis. c. quicunque. §. finali. libro sexto. Et ex quo confecta est condemnatio, effectus condemnationis trahitur retro

ad diem commissi criminis: & alienatio est illi interdicta. C. ad l. Iul. maiest. l. quisquis. §. emancipatio. Imò dicit Panor. in cap. fi. quòd si sententiatum fuerit super eorum crimine post mortem ipsorum: nihilo minus applicabuntur dicta bona fisco: vt in cap. ij. de rescript. lib. vj. quia confiscatio fint facta in vita ipsorum eo ipso quòd in hæresim inciderunt. & de hoc est text. in cap. accusatus. eod. tit. lib. vj. §. in eo verò casu. Et si habuerint catholicos filios, nihilo minus confiscantur, secundum glosſ. summa. xxiij. quæſt. vij. & in cap. vergentis. eodem titu. Et sic per illud cap. corrigitur authen. de Nestorianis. C. de hæreti. quæ volebat quòd ad catholicos filios vel agnatos deuoluerentur quod sequitur Arch. ea. quæſt. vij. & Cyn. in l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest. & Gofred. dicit verum in terris ecclesiæ: & est magis pium, licet primum sit verius, intelligendo quando pater publicè prædicauit contra fidem: vel publicè professus est, aut defendit errorem: vel coram suo prælato confessus aut conuictus, aut sententialiter condemnatus. extra de verb. signi. super quibusdam. secundum Ray. & in summa Confessionum. libro primo. titulo xv. q. vij. Et si hæreticus alienauit, fiscus vel inquisitores non tenentur restituere pretium emptori: quia effectus damnationis retrahitur, vt dictum est: & sicut facta damnatione bona alienare non possent, sic nec ante illam à die commissi criminis: arg. C. de donationibus inter virum & vxorem. l. donationes. Sed limita prædicta, nisi pretium vel aliquid loco pretij inueniatur in bonis hæretici. argu. ff. soluto matrimonio. l. si cum dotem. §. vlcimo. & l. sequenti. Et intelligas quòd nõ solum reuocabit rem pretio non restituto emptori, qui emit ab hæretico: verum etiam nec ei qui emit, quantumcunque per plures manus transierit: quia non habuit ius vendendi. hæc Ioannes Mon. Arch. & Ioannes Andreas in c. cùm secundum. de hære. libro sexto. & idem Direct. Et ideo is, cuius bona ipso facto sunt confiscata, vel alteri in pœnam applicata, ne sit causa damni ei, cui alienat, non potest sine mortali alienare, nisi pro necessitate vitæ, vt pro comedendo, & huiusmodi quia argumento eorum quæ not. Bartol. in l. post. ff. de donati. talis administratio bonorum necessaria non est prælatis interdicta, sed solùm voluntaria. allegl. reo. ff. de solu. l. pero. §. prædium. ff. de legat. ij. & l. alienationes. ff. familiæ erciscundæ. vel nisi aliàs esset soluendo pro damno dato: vel nisi emptori reuelaret conditionem rei ita esse: & hoc si tale dictum, propter quod sua bona sunt fisco applicata, potest aliquo modo probari: quia si esset totaliter improbabile posset alienare etiam titulo oneroso: titulo etiam lucrativo bene posset alienare. Et sic intellige & limita Bald. vbi suprà, & Pan. in d. c. cùm non ab homine. & Io. And. in c. pro humani. de homi. lib. vj. in nouel. Excipe tamen casum c. ij. de præscri. lib. vj, vbi habetur quòd si post mortem hæreticorũ, qui dum viuerent, catholici putabantur, bona ipsorum à catholicis eorum filijs vel nepotibus, aut extraneis quibuscunque spatio quadraginta annorum fuerint bona fide possessa, non esse amplius super huiusmodi bonis molestandos, etiam à Romana ecclesia in hoc casu: quanquam illi, quorum bona fuerunt, nunc detegantur hæretici extitisse. Et hæc valent ad intelligentiam statutorum in religionibus, quibus cauetur vt qui tale quid fecerit, ipso facto suis officijs sit priuatus, & huiusmodi: quia expedit vt per iudicem declaretur antequam fiat executio. Valent etiam ad hoc quòd si tabellio per sententiam legi est tabellionatu priuatus, & non sit declaratum per sententiam hominis, semper valebunt eius instrumenta, donec declaretur. & ita glo. in §. penul. in auth. de tabel. Quomodo autem hæreticorum bona diuidantur, vide tit. sequenti. §. xij. & suprà Assisinus. §. v. ¶ Quarta hæreti-

corum pœna est quòd indistinctè siue sint laici siue clerici, etiam si Papa vel Imperator, debent ab omni dignitate deponi. dist. xl. si Papa. & xxiij. q. j. qui contra pacem. & omnibus officijs ac beneficijs spoliari, & clerici degradari, & ipsi ac eorum credentes, receptatores, defensores, & fautores, ipsorumque filij vsque ad secundam generationem nullum ecclesiasticum beneficium vel officium publicum possint adipisci: vt in capite secundo. eodem titulo. libro sexto. quod intellige de secunda generatione per lineam patris, qui est filius & nepos: sed per lineam maternam non: nisi ad primum gradum, licet filium extenditur, vt in c. statutum. el secundo. eo. tit. libro sexto. & etiam nisi prædicti essent emendati & reincorporati ecclesiæ, parati ad pœnitentiam fuissent: vt in dicto capite, statutum. ¶ Quinta est, quòd si quis vir ecclesiasticus ad preces hæretici vel fautoris, & similium, dignitates, personatus, & quæcunq; alia ecclesiastica beneficia scienter est adeptus, ipsis est priuatus ipso facto, & inhabilis ad similia in posterum. Si verò ignoranter solùm, sic habitis est primatus: vt in cap. quicunque. eodem tit. libro sexto. ¶ Sexta, quòd filij hæreticorum ipso facto quòd sententiatum est contra eorum parentes de hæresi, efficiuntur sui iuris, & effectu intelligunt. tur à die commissi criminis: vnde emancipatio facta non valet post commissum crimen: vt in cap. quicunque. ¶ Septima, quòd vxores scienter cum hæreticis contrahentes perdunt ipso facto dotem. secus si ignoranter, licet postea sciuerint: vt in cap. decreuit. eodem titulo. libro sexto. ¶ Octaua, quia appellare non possunt ipsi, aut credentes, receptatores, defensores, & fautores eorum: vt in cap. vt inquisitionis. eodem titu. libro sexto. ¶ Nona, quòd contra eos & alios prædictos admittuntur excommunicati & participes, vt socij criminis, ad testimonium: vt in cap. in fide fauorem. eodem tit. libro sexto. & officiales, licet sint excommunicati, possunt contra eos exercere officium suum, si requisiti, fuerint ab episcopis, inquisitoribus, vel eorum delegatis: & licitè requiri possunt: vt in cap. præsidentes. eodem titu. libro sexto. ¶ Decima, quòd siue hæretici, siue coniuncti, siue extranei, nõ possunt hæredes instituinec eis est aliquid relinquendum: vt in cap. si quis episcopus. & sequen. & quod ibi notatur de hæreti. & secus facientes, si sunt episcopi, vel clerici, sunt excommunicati, etiam post mortem: vt in d. cap. notatur. ¶ Vndecima, quòd eorum vasalli absoluti sunt à debito fidelitatis & totius obsequij: & quicunque alij aliqua obligatione adstricti: vt famuli, liberti, & huiusmodi, ipso facto liberantur: vt dicitur & no. in cap. fin. eodem tit. Et idem de vasallis dominorum, qui contra hæreticos sunt negligentes, vt suprà dictum est. Vnde si quis promisisset victori soluere certo die sub iuramento vel pœna, non tenetur: vt ibi not. glo. Quod intellige, si est manifestum, ipsum hæreticum incidisse in perfidiam, vt ibi: & idem secundum Phi. est, si sit occultus, modò probari possit. quod Ioannes Andreas verum limitat, si ad ipsam probationem sit processum: quia tunc probatio facit delictum esse manifestum: vt in cap. cùm olim. de verb. significatio. Panormitanus verò ibidem dicit, quòd à die cœptis non commissi criminis sunt liberi: sed ipsa absolutio allegari non potest, nisi facta manifestatione per sententiam. Sed dico quòd sententia non est necessaria, sed sufficit manifestatio facti: imò nec ipsa probatio in actu est necessaria, sed sufficit possibilitas certa probandi: quia per exceptionem eorum petitionem elident. ¶ Duodecima, quòd morte plectuntur: quia damnati præsentibus secularibus potestatibus aut eorum baliuis relinquuntur animaduersione puniendi: clericis à suis ordinibus degradatis: vt in c. excommunicamus. el primo. eodem titu. & ista animaduersio est pœna ignis in laicis de cõsuetudine, licet de iure sit

Universidad de Deusto
Biblioteca

pœna mortis:vt in l.Arriani.C. de hæret.iuncta l. vltimum supplicium.ff.de pœnis.Si tam en redire ad ecclesiam & pœnitentiam voluerint,an sit eis parcendum.j.§.xij. ¶ Decimatertia, quòd nullus clericus debet illis præbere ecclesiastica sacramenta:neque eos tradere ecclesiasticæ sepulturæ, neque eleemosynas aut oblationes eorum recipere:aliter clericus priuandus est officio suo: regulari verò sua priuilegia non seruentur in ea diœcesi,in qua contrafecerit: in d.c.excommunicamus.imò hodie quicunque eos tradiderit ecclesiasticæ sepulturæ est ipso facto excommunicatus per c.quicunque.eodem tit.libro sexto.nec debet absolui nisi proprijs manibus publicè extumulet corpora damnatorum, & locus ille perpetuò careat sepultura.Si tamen hæretici,etiam relapsi,manifesta pœnitentiæ signa ostendant,non sunt eis humiliter petita pœnitentiæ & eucharistiæ sacramenta denegan-
da.extra eo.c.super eo. libro sexto. ¶ Decimaquarta, quòd nullus tabellio publica instrumenta vel scripta pro hæreticis, credentibus,fautoribus,& cæteris facere potest,nec aduocatus in aliqua causa:el facto potest eis præstare patrocinium, nec litigantibus sub eorum examine:aliter ipso facto ab offi
cio suspensi sunt,& perpetuò infames:vt in c.si aduersus.eodem tit.quod secundum Panor. intellige nisi reuertantur ad fidem:quia tunc possunt prædicta pro eis impendi.

15 ¶† Nouò,quæ sit pœna hæreticorum relapsorum? Et dico quòd tales post abiurationem hæresis,vel etiam ex eo,quòd suspecti de hoc postquam se ad antistitis examinationem purgauerint:si deprehensi fuerint iudicialiter recidiuasse, si ne vlla audientia relinquuntur iudicio seculari puniendi:sed si in foro pœnitentiali hoc fatentur, propter hoc puniri non possunt. ¶ Dicitur autem relapsus primò accusatus de hæreti,vel suspectus suspicione vehementi,qui hæresim abiurauit in iudicio,& postea commisit,siue incidit in ipsam, etiam si ante crimen ipsum non fuerat plenè probatum: si autem suspicio fuerat leuis,non debet iudicari relapsus:sed aliter gra
uiter puniri:vt in cap.accusatus.eodem titu.libro texto. ¶ Secundò,is qui errauit in vna specie hæresis, vel in vno articulo,& abiurauit hæresim simpliciter,& postea errat in alio:vt in dict.cap.accusatus. ¶ Tertiò,ille,de cuius lapsu in hæresim ante abiurationem constitit,vel nunc constat,si postea hæreticos deducat, recepter, vel associet, aut eis munera donet, aut mittat vel impendat fauorem quæ excusari non possit, seu etiam visitet:vt in dict.cap. accusatus.

16 ¶† Decimò quæritur, quæ sit pœna credentium hæreticis, fautorum,defensorum,& receptatorum? Et dico quòd quilibet talis est excommunicatus ipso facto:vt in cap.nouerit.de sent.excom.& si non satisfecerit intra annum,ex tunc ipso iu
re est infamis:nec ad publica officia seu consilia, nec ad eligendos alios ad huiusmodi,nec ad testimonium debet admittinec potest condere testamentum:nec ad alicuius hæreditatis successionem accedere:nullus quoque ei super quocunque negotio,sed ipse alijs, cogitur respondere: si iudex est, eius sententia non valet:si aduocatus,non admittitur ad patrocinium:si tabellio,non valent eius instrumenta:& sic in similibus.Si verò sit clericus, ab omni officio & beneficio debet deponi.Qui autem tales postquam ab ecclesia denotati fuerint,euitare contempserint,debent excommunicari.Probantur hæc omnia extra eo.excommunicamus.Clerici quoq; talibus exhibentes ecclesiastica sacramenta,vel eos ecclesiastis ex sepulturæ tradentes,aut eleemosynas vel obligationes eorum recipientes,priuari debent officio suo,ad quod sine speciali indulto sedis apostolicæ non restituuntur. Similiter & regulares,quorum etiam priuilegia in locis illis eis non obseruentur:vt in d.c.excommunicamus.sepelientes etiam eos sunt excommunicati: vt suprà Excommunicatio ix.§.xxvij. Multæ etiam aliæ pœnæ horum colliguntur ex superioribus quæstionibus. ¶† Vndecimò quæritur,vtrum hæreticis sponte redeuntibus & pœnitentibus sit parcendum? Et dico quòd ecclesia quantum ad spiritualia, scilicet collationem pœnitentiæ & eucharistiæ semper vtitur misericordia cum pœnitentibus,etiam relapsis,ista eis exhibendo:vt in capite,super eo.libro sexto.quantum verò ad temporalia,vt vitam,dignitates,officia, & substantiam, vtitur misericordia ante relapsum:quia lapsi mortem merentur, cùm fidem eorum pendo grauius delinquât falsarijs monetarum, qui statim mortis adijciuntur:& tamen eis parcitur,si reuertentur:& pœna certis perpetui olim debita illis hodie per inquisitores vnà cum præsidente commutari potest:vt in c.vt commissi.eodem tit.libro sexto.aliquando etiam remittuntur eis bona ex misericordia,& non aliter:vt in c.vergentis.eodem tit.quia sunt confiscata:quam misericordiam puto posse præstari ab eo, ad quem bona per confiscationem deuoluuntur: aliquando etiam si sunt clerici,dispensatur cum eis in officijs plus & minus:aliquando etiam in prioribus dignitatibus, præcipuè ad scandalum tollendum:vt xxiij.q.iij.ipla pietas. Post relapsum verò vtitur seuera iustitia nullo modo parcens eis quantum ad vitam&bona temporalia,quantumcunq; pœniteant.extra eod.ad abolendam. & hoc secundum S.Tho.rationabiliter: quia alioquin posset hoc esse in præiudicium salutis aliorum: tum quia si relaberentur alios inficerent:tũ quia alij facilius in hæresim laberentur:ex quo isti sine pœna euaderent. Et relapsu etiam eorum præsumitur de inconstantia eorum circa fidem ideoque instè occiduntur.xxiij.q. iij.resecandæ. ¶† Duodecimò quæritur,vtrum parcendum sit hæreticis redire volentibus,postquam sunt per ecclesiam condemnati? Et dicit Ioannes Andreas in quadam apostilla,in d.c.excommunicamus.el ij.eo.tit.quòd sic.& idem tenet gl.in c.excommunicamus.el ij.eo.tit.& Arch.in c.vt commissi.eo.ti.lib.vj. dicens quòd tantùm relapsis non parcitur. & idem videntur velle iura noua,quæ indistinctè parcendum dicunt redeuntibus:vt patet in c.vt officium.eodem tit.libro sexto. Sed tamen contrarium videtur verum esse de iure:quia,vt parcat in c.ad abolendum.extra eodem.non parcitur,nisi redire volentibus continuò post deprehensionem erroris: quod quidem continuò ab aliquibus obseruatur de prima sessione iudicis,à prima die qua examinatur causa huius. quod videtur sensisse Ray.Sed hoc dictum non procedit necessariò: tum quia iura posteriora non distinguunt: sed indistinctè dicunt parcendum esse redeuntibus: tum quia consuetudo,quæ ius interpretatur,est in contrarium:tum quia illud c.Ioquitur de deprehensione manifesta,quæ non est nisi post plenam probationem:iter quam & sententiam nulla est difficultas,nec medius actus.Vnde quantum ad parcere, non est ratio maior si redire velint postquam sunt conuicti,aut etiam condemnati:cùm statim in eodẽ actu ista duo fieri possint: probatio &iudicium,& sententia.Et ideo prima opinio,quæ magis pia est,videtur arbitrio iudicis tenenda, vbi probabiliter viderit pœnitentiam esse non fictam:tum quia in constitutionibus pœnalibus secundum iura fieri debet interpretatio benigniorum:tum quia conuersionem esse ante sententiam vel post non est parcendi ratio,sed veritas conuersionis cum spe non reciduandi præsumpta:quæ etiã post sententiã esse potest.licet non post relapsum:quia præsumitur incõstantia. ¶† Decimotertiò quæritur, qualiter recipiendi sunt hæretici ad fidem redeuntes? Et dico quòd ad episcopi arbitrium primo debẽt errorem abiurare, scilicet simpliciter,vel eum,de quo sunt conuicti,vel suspecti,secundum glo.in c. accusatus.eod. tit.li.vj.& promittere per scripturam quòd tenebunt firmiter catholicam fidem.j.q.vij.quoties.de conf.di.ij.ego Berengarius.dicto c.ad abolendam.& hoc publicè vel priuatim secundũ quod crimen fuit publicum vel priuatũ,secundũ Ray. postea debẽt absolui nõ obstantibus sententijs,quę ter in anno à papa contra hæreticos publicè promulgãtur,secundum glo.in c.officiũ.eo.ti.lib.vj.& hoc secũdum formam ecclesię, de qua xj.q.iij.cùm aliquis.de sen.excõmu.cùm desideres. licet cum psalmo,iuramẽto, & verbere quantũ ad excõmunicationem:& postea debet imponi illud quod talibus solet iniungi:vt in d.c.quoties.&.c.ego Berẽgarius.nec sine tali solennitate reconciliandi sunt,etiã in extremis agentes,si adest facultas,secundũ Ino.Si autẽ ad eam necessitate deuenerint quòd nõ valeant cõfiteri,præcesserint tamẽ pœnitentiæ signa:tunc reconciliabuntur etiã sine solẽnitate præmissa:quia ex quæ aliud statueret,esset inhumana.& cõcor.Ho. in cap. a nobis.el ij.de sen.excom.vbi etiã prędicta tangit: Inn. imò secundũ Arch.tenebit semper absolutio, etiã si forma illa nõ seruetur. Quod si post abiuratione vel postquã ad arbitrium episcopi se purgauerint,deprehensi fuerint reincidisse, iudicio seculari sine audiẽtia relinquũtur:nec parcitur eis quo ad vitam aut bona:vt in dicto c.ad abolendam,quod intelligę,si deprehendantur per euidentiã facti aut propriam confessionem inridicam,aut per testes,sed si occultè recidiuant,& reuertuntur:parcitur eis quantũ ad vtrunq;,secũdum glo.Ray. & Summam Conf.lib.j.tit.v.q.iiij.vbi etiam dicitur q; secundum Vlã.occulti† hæretici absolui possunt per simplicem sacerdotem,nisi episcopus sibi reseruauerit:sed hodie iste casus est papalis per cunctę processum.Eodem modo recipiẽdi sunt secundum Sum.Aug.etolentes receptatores,fautores,& defensores,ac infamati de hęresi:quod quide de infamatis cõcordat patet in d.c.ego.Berengarius.& de credẽtibus,quia sunt hæretici dicendi:vt in d.c.excommunicamus.el ij.eod. tit. in fine.de alijs autem non inuenio. ¶† Decimòquartò,quæritur vtrũ cum redeũtibus ab hæresi dispẽsari possit circa ordines? Et dico quòd iure communi tales,ex quo recõciliati sunt, ad laicam communionẽ recipiuntur.j.quæst.vj. cap.j. adhibetur etiam quandoq; circa eos quadruplex dispensatio,scilicet semiplena:vt solùm recipiantur in ordinibus ante hæc omnia susceptis.j.q.j.si quis hæreticę.& plena:vt possint fieri sacerdotes.j.quæst.vij conueniẽtibus.& plenior:vt possint esse episcopi.xij.dist.nos consuetudinẽ.& plenissima:vt etiam ad superiores dignitates promoueri possint.xxiij.q.iiij.ipsa pietas. cõcor.Hos.Gof.& Ray.Multa quoque de hæreticis communia eis & schismaticis habes infrà,Schisma,ferè per totum.

Rursus de Hæresi & Hæreticis, secundò in ordine ad inquisitores.

1 *Hæreticis puniẽdis, quinã sit idoneus iudex & quomodo vocetur*
2 *Inquisitores à quo,& qua authoritate instituendi sint?*
3 *Inquisitoris officium quandiu duret,& num instituentis morte extinguatur?*
4 *Inquisitor cõtra quos procedere possit, septẽ axiomatis expeditur.*
5 *Dæmonum inuocatio,an hæresim sapiat?*
6 *Testes vel executores aduersus hæreticos quo admitti possint, & quot sufficiant, septem conclusionibus traditur.*
7 *Signa leuia ad conuincendum de hæresi quamquam sufficiant, ea tamen probari necesse.*
8 *Iura,quid de inquisitorum actuariis,sanciuerint?*
9 *Iura quid de carcere,quo ad inquisitionis officium velint,septẽ conclusionibus explicatur.*
10 *Inquisitores, & quibus id ex officio incumbit, quomodo & quando aduersus hæreticos,præsertim vbi duo concurrunt,procedere debeant,nouem conclusionibus palam fit.*
11 *Sententia aduersus hæreticos qualiter ferendæ, & quid in his obseruandum sit: item resolutorijs axiomatibus decidit.*
12 *Inquisitoribus,ad suum officium sedulo expediendum ac obeundum,quæ sint fauorabiliter concessa.*
13 *Inquisitoribus quæ prohibita sint,& qua in suo officio obeunde sauere debeant?*
14 *Inquisitores nunquid de hæreticorum condemnatorum bonis habere possint?*
15 *Bononiensis origine & patrimonio si Florentia domicilio constiterit,vbique de hæresi damnatus est, dominium bonorum eiusdem Bononiensi quæ Bononiæ sunt ad quem pertinebit?*
16 *Dubia varia circa hæreticam materiã, & eorum ibidẽ resolutio.*

HAERETICVS † secundò venit speciali & proprio iu- 1
dice puniẽdus:qui generali quidẽ nomine, sed tamen antonomaticè inquisitor appellatur:qui cum episcopo ordinario contra hæreticos inquirere potest: quisque esse inquisitor non potest, nisi annum quadragesimum attigerit: vt in cle.nolentes.de hæreti. ¶ Primò† verò quæritur, à quo & cũ 2
quali authoritate instituuntur inquisitores? Et dicit glos.in d. cle.nolentes.quod instituti possunt per prouinciales,vel ministros illorum ordinũ,quibus à sede apostolica est cõmissum: & ab episcopis vel capitulis sede vacante:qui ordines secũdum Arch.communiter quidem est ordo prædicatorum:in Tuscia autem & in quibusdam prouincijs ob reuerẽtiam beati Frãcisci est ordo Minorum.adde vel ob reuerentiã beati Antonij de Padua.Authoritas autem eorum secũdum aliquos Legistas est ordinaria:quia ordinarius dicitur,qui habet vniuersitatem causarum.ff.de iudi.l.cùm prætor.§.j.& extra de appel.Romani.li.vj.Vnde secundum Spe.officiales episcoporũ dicuntur ordinarij:secundum Canonistas autem habent delegatam,& non ordinariam:quia non habent vniuersitatẽ causarum omnium,sed pertinentium ad crimen hæresis.pro qua opinione est expresse tex.cap.per hoc.eo.ti.lib.vj.in princi.& sic tenet Arch.& Io.An.Vnde sententiã, siue bene siue malè processerint,tollere non possunt,secũdum eos:licet secundũ Legistas condẽnatum contra sententiam restituere possint ex causa postea comprobata:puta si doceatur malo dolo conuictus.Possunt tamen,quicquid sit de prædictis, alijs cõmittere vices suas,secundum quod docet consuetudo:& secundum gl.in d.cle.nolentes.& commissarios ab eis datos vocamus vicarios aut substitutos.cle j.eo.titu.§.porro. ¶ Secundò† ve- 3
rò quæritur,quantum duret inquisitoris officium, seu vtrum expiret morte instituentis? Et dicit Clemes quartus sic,Præsenti declaratus edicto ipsum officium nõ solùm quo ad negotia viuente mandatario incœpta,imò etiam quo ad integra,& nõ cœpta,& quod plus est,quantum ad ea,quæ tunc nequaquam emerserant,in fauorem fidei post committentis obitum perdurare.de hære. ne aliqui.li.vj.quod Io.An.in no uel.intelligendum dicit de inquisitore simpliciter dato:quia esset datus cum clausula,ad beneplacitũ,tũc seruaretur quod habetur in c.si gratiosè.de rescrip.vbi scilicet dicitur quòd si clausula continet vsq; ad beneplacitum nostrum,expirat per mortem concedentis:non autem si contineat ad beneplacitum sedis apostolicæ:quia sedes illa non moritur. ¶ Tertiò 4
† quæritur,contra quos procedere possit inquisitor, vel non possit? Et dico multa. ¶ Primum. Inquisitor procedere potest contra hæreticos & contra participes,id est fautores,defensores,& receptatores,extra eodem.contra.lib.vj. Adde & contra credentes,qui verè sunt hæretici,vt dictũ est. ¶ Secundum.In eodem etiam cap.sic dicitur.Contra Christianos,qui ad ritum transierint vel redierint Iudæorum,etiam si huiusmodi redeuntes,dum erant infantes,aut metu mortis, non

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen absolutè aut præcitè coacti baptizati fuerunt, erit tanquam contra hæreticos, si fuerint de hoc cõfessi, aut per Christianos seu Iudæos conuicti: & sicut contra fautores, receptatores, defensores hæreticorum, sic contra fautores, receptatores & defensores talium est procedendum. hæc ibi. Vbi dicit glos. quòd transeunt in ritum Iudæorum, qui nunquam fuerunt Iudæi: redeunt verò, qui aliquando fuerunt: & quòd horum bona, sicut & aliorum hæreticorum, confiscantur, nec deuoluuntur ad filios etiã catholicos. ¶ Tertiũ. Sicut etiam ibi glos. probat & Io. An. Inno. & Arch. in tertia parte, tit. xix. cap. ij. §. penul. in fine. per literas Clementis quarti, & Greg. decimi, Iudæi Christianos vtriusque sexus ad prædictum ritum inducentes, cadunt in officium inquisitorum: quia & si nõ sint, ppriè hæretici vel fautores hæreticorum: largè tamen sunt fautores, imò & factores hæreticorum. Regulariter tamen contra eos pro iustitia recurritur ad iudices seculares: vt extra de Iudæ. cap. Iudæi. & cap. in nõnullis. & in cle. eodit. eodem titu. dicitur de Saracenis. Et quia tales Iudei ad Iudaismũ redeuntes: tolent se baptizare de nouo caput lauando, & radere, videtur eis imponenda pœna capitis per iudicem secularem cũ dispendio fortunarum. C. de apostа. quia si rebaptizanti imponitur pœna capitis. C. ne sanctũ baptis. l. j. fortius se rebaptizanti seu volenti baptismũ tollere: si tamen inquisitores volunt, illud punire possunt, vnà tamẽ cum episcopo: per clemen. j. eodem titu. ¶ Quartum. Non potest autem inquisitor procedere contra diuinos aut sortilegos, dicente Alexandro in cap. accusatus. de hæreti. lib. vj. quòd de diuinationibus & sortilegijs inquisitores intromittere se nõ debent, nisi hæresim saperẽt manifestè: vbi infert glos. quòd in dubio non habent iurisdictionem. Quod non est intelligendum in dubio an factum sit perpetratum nẽne: sed in dubio an sapiant hæresim? vt patet ex textu. & Direct. inquisi. ibi etiam glossa Ioannis And. exemplificat de sapientibus hæresim: sicut, inquit, est circa aras idolorum nepharias preces emittere, sacrificia offerre, dęmones consulere, eorumque responsa suscipere: vt xxvj. quæst. ij. hi qui. vel si associant sibi propter sordes exercendas hæreticos: vel faciũt prædicta cũ corpore & sanguine Christi: vel in fontibus, vt possint à dæmonibus habere respõsa, puerũ baptizãt, vel his similia. hæc ibi. ¶ Sed † Oldra. consi. ccx. limitat inuocationem dæmonis sapere hæresim manifestè, si fiat ad exercẽda opera eis naturaliter impossibilia: aliàs secus: puta si inuocetur vt mulierẽ tentent. Pro his sciendum est quòd cùm hæresis sit in intellectu: ex nullo sortilegio probatur quis esse verè hæreticus, cùm omnia talia possint ex concupiscentia aliqua, & non ex infidelitate, procedere: & sic procedunt quæ dicta sunt in titu. priore. §. v. propter talia tamen aliquando est quis hæreticus præsumptiuè, secundum Ioannẽ And. Oldra. & Dire. inquisi. & omnes penè doct. & ita seruatur in consuetudine. Et hoc quando sapiunt hæresim manifestam. ¶ Quod quantum ad inuocationes dæmonum est tripliciter, vt probat Dir. inquisi. Primò, si exhibeatur eis honor latriæ: secundò, si honor duliæ: tertiò, si nullus honor, sed tamen inuocentur ad aliquod eis impossibile: puta ad sciendum futura vel occulta cordis. Quantum ad alia autem de mente doctorum dicendum est quòd sapiunt hæresim manifestè, quando ex natura sua præ se ferunt aliquid quod manifestè est hæresis: sicut baptizare imaginem, præ se fert quòd ipsa sit capax illius sacramenti: & rebaptizare puerum, præ se fert quòd baptismus possit conferri bis: & sic de alijs. ¶ Quintum. Nec possunt ipsi inquisitores cognoscere in dubio an aliquid tale sapiat hæresim vel ne: qa iurisdictio nõ est sibi attributa: vt no. glos. in dicto cap. accusatus. Et licet aliàs iudex cognoscat in dubio an sua sit iurisdictio, & in dubio dicatur habere iurisdictionem: vt ff. de iudi. l. si quis ex aliena. tamen secundum Ioannem And. hoc locũ habet in ordinario: inquisitor autem, quia est delegatus, nisi manifestè appareat, non se intromittit. Glo. etiam in cap. j. de offic deleg. quę videtur sentire contrarium, secundum summam Angel. intelligenda est quando certum est quòd aliquid sapiat hæresim: sed dubitatur an sit manifesta vel non, id est, notoria. quasi velit dicere quòd inquisitor potest se intromittere de lacieribus hæresim, si sint notoria vel dubia de notorietate: non autem si sint occulta, licet sit manifestum quòd hæresim sapiant. Qui sensus nullo modo procedit: quia non dixit textus de sapientibus hæresim manifestis: sicut text. illius gl. loquens de cõseruatoribus dicit de iniurijs manifestis, sed dicit manifestè: quod cùm sit aduerbium, necesse est referre ad ipsum, sapere manifestè: & non ad ipsum, esse manifestum. Vnde dico quòd illa glossa intelligitur in alijs iudicibus, non in istis. ¶ Sextum. Non possunt etiam procedere contra vsurarios, quia dicitur in dicto cap. accusatus. quòd de quæstionibus vsurarum motis etiam contra illos, quibus restitutionem vsurarum in pœnitẽtia pro hæresis crimine iniunxerunt, etiã si illi se & sua ad hoc tacendum in iudicio ecclesiæ obligauerint, intromittere se non possunt: ne per causas huiusmodi offendiculũ negotio fidei præparetur. ¶ Septimum. Nec contra officialem vel nũtium curiæ Romanæ: vt in extrauagãti Ioan. xxij. quæ incipit, cùm frater. ¶ Quartò † quæritur, qui admitti possint contra hæreticos in testes vel executores, & quot sufficiũt? Et dico multa. ¶ Primum. Circa inquisitionem hæreticorum in testimonium admittuntur excommunicati, & socij, & participes criminis: & præcipuè in defectu aliarum probationum contra hæreticos, fautores, credẽtes, receptatores, & defensores eorum, si ex numero testium aut personarum tam deponentium quàm contra quos deponitur, qualitate, & alijs circumstantijs, non falsa dicere præsumantur de hæreti. in fidei. libro vj. Si tamen per viam accusationis vel exceptionis, & non inquisitionis, procederetur, tales non admittuntur, secundum Ioannem And. ibi. ¶ Secundum. Similiter admittuntur illi, qui super facto hæresis interuenerunt dicere veritatem tam de se, quàm de alijs, & eam eclando perhibuerũt, & postea voluunt corrigere dictum suũ cõtra se vel alios: si manifestis indicijs apparuerit tales nõ leuitate vel odio vel pecunia, sed zelo fidei velle reuelare. eodem titu. accusatus. lib. vj. ¶ Tertiũ. Præsidentes etiam regimini alicuius loci, licet sint excõmunicati, vel iurisdictionẽ de facto habeant, non de iure, ad requisitionem ordinariorum ipsorum vel delegatorum vel inquisitorum possunt & debent contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum suum officium exercere: nec illi, qui requirunt eos, aliquã sententiam incurrunt: tamen dictis præsidẽtibus propter hoc in alijs nullum iuris est concessum vel permissum. eodem titu. præsidentes. libro vj. ¶ Quartum. Quibusdam secundum Ioannem And. super cap. vt officium. eodem titulo. libro vj. super verbo, testium videtur quòd in hoc crimine probando nõ sufficiant duo testes: argumen. optimum de hæreti. excõmunicamus. ibi, tres vel plures. & sic notat Hostien. in Summa. & sic addẽdus est iste casus ad alios, qui notantur in summa. iij. quęstio. iij. quia durum videtur quòd homo bonæ famæ per inquisitores vel ordinarium debeat ad duorum testium dicta damnari: præcipuè cùm ibi detruncetur defensionis ordo in notitia testium, vt in cap. finali. co. tit. & interrogatorijs, quæ fiunt in alijs iudicijs. Sed contra hoc est, quia in eodem capit. sequitur de duabus personis cum suis concordantijs. Certum est autem quòd per singulos testes & famam de tãto crimine quis

damnari non possit: vt de testib. capite, in literis. quia debent esse in crimine probationes luce clariores. ij. quæst. viij. sciãt cuncti. in crimine tamen hæresis & symoniæ, secundum Archi. minores probationes sufficiũt. C. de hæret. l. ij. dicit † tamen quòd licet signa leuia sufficiant ad cõuincẽdum de hæresi, illa tamen oportet plenè probari. Ioannes autẽ de Lign. dicit non esse recedendum ab illa regula, In ore duorum vel trium testium. de testi. in omni. & de testa. relatum. & idem tenet dominus Antonius post Ioannem And. in dicto cap. excommunicamus. & idem Gemi. & hoc tene: quia nullum ius allegatum probat contrarium. ¶ Quintum. Si testes se subtrahant, secundum Archi. ad hoc cogendi sunt, nec ab huiusmodi se possunt per exceptionem aut votũ excusare, etiam si iurassent nõ testificari. ¶ Sextum. In examinatione testium contra hæreticos debent interesse duę personę religiosæ discretæ, id est, non idiotæ, siue laici, siue clerici, siue religiosi, secundũ Arch. cui videtur cõsonare Gemin. dicens quòd religiosus dicitur multipliciter: & hic nõ sumitur propriè pro eo qui habitum in religione suscepit. Et si fieri potest, dicta testium per publicam personam debent cõscribi: vt in dicto cap. vt officiũ. & religiosi, qui in seculo fuere notarij, & alij, quibus iniunctum fuerit, etiam clerici seculares, & in sacris constituti, tenentur ex apostolico præcepto conscribere: vt in eo. cap. vt officium. ¶ Septimum. Post publicationem verò testium potest inquisitor, secũdum Geminianum in dicto cap. vt officium. alios recipere: quia nõ ad instantiam partis, sed ex officio suo procedit. ¶ † Quintò quæritur, quid iura vel sine de notarijs, quibus inquisitores inquirendo vtuntur? Et dico quòd coram episcopo cum inquisitore vel substitutis ab eis curabunt suum officium fideliter exercere: in clem. multorum. de hære. & idem fiet de alijs personis ad dictum inquisitionis officium necessarijs. religiosi etiã omnes, qui ante religionis ingressum fuerunt notarij, quantumcunq; sint in sacris, liberè illud officium tabellionis possunt exercere quo ad omnia pertinentia ad inquisitionis officium, nõ obstante quocunque statuto cõtrario: vt in dicto cap. vt officium. ¶ † Sexto quæritur, quid velint iura de laicis, quibus inquisitores vtuntur, capiendo, incarcerando, torquendo, consulendo, & huiusmodi? Et dico multa. ¶ Primum. Inquisitores, vt in dicto cap. vt officium. patet, si opus fuerit inuocare possunt auxilium brachij secularis, & contradictores per ecclesiasticam censuram compellere, non obstantibus priuilegijs quibuscunque personis concessis, religiosis vel vniuersitatibus, non obstante etiam constitutione de duabus dietis, de qua habetur de rescript. nonnulli. non obst. etiam cap. statuimus. de rescript. libro vj. quia secundum glossã licet constitutio huius cap. posterius sit edita, quàm cap. vt officiũ. tamẽ illa est specialis in fauorem fidei, ilta generalis: generi autẽ p̃ speciem derogatur. de regulis iuris. generi. libro vj. si autem esset generalis, tolleretur. de constitutionib. cap. j. libro vj. ¶ Secundum. Possunt etiam conuocare clerum, & populum ciuitatum, castrorum, & locorum, prout negotio fidei viderint expedire. de hære. vt commissi. libro vj. non tamen possunt istis præcipere vt suas prædicationes adeãtmee indicere silẽtium omnibus prædicatoribus, sed solùm quæ tuarijs, quãdo continget cõgregationem fieri pro negotio fidei, vel eorũ prædicationem dicto negotio afferre impedimentum. de hære. vt officium. libro vj. ¶ Tertium. Possunt etiam aduocare peritos quosliber. vt in sententijs huiusmodi proferendis consilium præbeãt, & in virtute sanctæ obediẽtiæ ad hoc eos adstringere. de hæret. vt commissi. libro vj. ¶ Quartum. Domini quorumcunque locorum statutum per quod inquisitionis officium contra hæreticos impediretur, exhibere tenentur, atq; corrigere: nec illud valet. de hæret. statutum. libro sexto. ¶ Quintum. Omnes etiam locorum, rectores à diœcesanis aut eorum vicarijs vel inquisitoribus requisiti iurare tenentur seruare & seruari facere constitutiones cõtra hæreticos, credentes, fautores, receptatores & defensores eorum, & filios ac nepotes eorum: & qui iurare noluerit, habetur infamis, & fautor eorum, & de fide suspectus, nec habere debet pro domino: nec ad aliquod publicum officium admitti aut assumi vlterius: & quæ interim vt rector fecerit, nullam habebunt firmitatem. dicto cap. vt officium. ¶ Sextum. Omnes seculi potestates & domini temporales ac locorũ omnium rectores, quibuscunq; dignitatibus, vel officijs aut nominibus censeãtur, diœcesanis episcopis & hæreticæ pravitatis inquisitoribus à sede Apostolica deputatis & deputandis, parere & intendere teneantur, in hæreticorum, credentium, fautorum, receptatorum & defensorum ipsorum inuestigatione, captione, ac custodia diligenti, & deductione de loco ad locum intra suum districtum sub arcta & diligenti custodia, cùm ab eis fuerint requisiti, eosque cõdemnatos, ipsi vel eorum officiales aut nũtijs statim recipiãt indilatè animaduersione debita puniendos: non obstantibus appellationibus seu proclamationibus eorum, quæ prædictis omnibus interdicuntur. dicto cap. vt inquisitionis. ¶ Septimum. Omnibus prædictis eorumq; officialibus prohibetur de hoc crimine, cùm sit mere ecclesiasticum, quocũque modo cognoscant aut iudicent: aut pro eo captos sine licentia episcopi vel inquitoris, aut saltem alterius eorum carcere liberent: aut executionẽ à diœcesano vel inquisitore iniunctam, prout ad suũ officium spectat, facere detrectãt, vel aliàs prædictorum iudicium vel sententiam seu processum directè vel indirectè impedire præsumant. Si quis autem prædictorum contra prædicta fecerit, scilicet nunc & suprà immediatè: aut præfato fidei negotio diœcesano episcopo vel inquisitori incumbenti se opponere attentauerit, aut fortè præsumpserit, vel ipsum aliquatenus impedire voluerit, necnon qui scienter in prædictis dederit consilium, auxilium, vel fauorem, excõmunicationis se nouerit mucrone perfossum: quam si per annum animo sustinuerit pertinaci, ex tunc velut hæreticus condemnetur. dicto cap. vt inquisitionis. ¶ † Septimò quæritur, quid velint iura de carcere circa inquisitionis officiũ? Et dico multa. ¶ Primum. Carcer est ad custodiam vel cautelam: nõ autem ad pœnam regulariter. de pœn. quamuis. lib. vj. Sed intellige de iure ciuili: de iure tamen canonico permittitur prælatus, imò cuilibet qui iurisdictioni præest, & habet delicta punire, secundũ glo. & ibidem ad carceres ad tempus vel in perpetuum reos adiudicare in pœnam suorum criminum. ¶ Secundum. Cùm quis ad carcerem condemnatur, secũdum gl. ibidem, si quid exprimatur in sententia, scilicet ad tẽpus certũ vel in perpetuum: stabitur expressis in sentẽtia. Siverò quis simpliciter damnetur ad carceres, intelligitur perpetuò damnatus. C. de pœn. l. seruus. ¶ Tertium. Siue autem carcer sit ad custodiã siue ad pœnam, secundum glossã ibi, non debet in eo esse commissio maris & fœminæ, nec etiã debet ita esse asper quòd ibi homines perimãtur: vt infrà Homicidium. iij. §. vij. in fin. ¶ Quartum. Quilibet carcer, vel murus hereticorũ, debet esse communis episcopo & inquisitori: & debet duos habere custodes, vnum quẽ volet episcopus & ei præsidebit: alterum quẽ volet inquisitor & ei præsidebit: & eorũ vterq; potest habere sub se fidelem ministrũ: & illius loci erunt duę claues, quarum vnus custos vnã, & alius aliam tenebit: & poterit officiũ ministrandi carceratis cõmittere suo ministro. in cle. multorum. de hære. ¶ Quintum. Prædicti custodes antequam suum exequantur officium, tenentur coram eis à quibus assignãtur, iurare

Universidad de Deusto
Biblioteca

tæ te Euangelijs quòd in custodia omnem diligentiã quam poterunt, adhibebunt, & quòd alicui incarceratorum nõ loquatur vnus, nisi alio audiente: & quòd ipsis carceratis fide liceat conferant prouisionem, quam ipsi recipiunt de communi ordinatione: & quòd à parentibus vel alijs personis conferatur eisdem, nisi episcopi vel inquisitoris aut suorum commissariorum ordinatio retrageretur: eodemq; modo intrabunt prædicti custodũ ministri & coram eisdem, vt in dicta clem. multorum. ¶ †Octauò quæritur, quomodo & quando contra hæreticos procedendum sit, maximè vbi duo procedunt? Et dico multa. ¶ Primum. Inquisitores in negotio inquisitionis procedere possunt simpliciter & de plano absq; aduocatorum & iudicioru strepitu ac figura: vt cap. fin. eodem titu. libr. vj. ¶ Secundum. Quando accusatores vel testes seu deponentes propter potentiam personarũ, contra quas deponunt aut accusant graue periculum subirent, si nomina eorum publicarentur, cum non publicè, sed secretè coram diœcesano, vel eius vicario eo absente, quando inquisitores procedunt, vel coram inquisitoribus si episcopus procedit, & eorum copia commodè haberi potest, aut sine episcopus sine inquisitores processerint corã aliquibus personis prouidis & honestis, iurisq; peritis, totum processum, super quo deliberãdum est, manifestent, & de illorum consilio ad sententiam & condemnationem procedere possunt: & plena fides talibus testibus adhibetur: licet eorum nomina nõ fuerint promulgata. Et possunt præcipere inquisitores præfatis honestis personis sub pœna excommunicationis, quam ipso facto incurrãt, ne reuelent nomina prædicta: episcopus tamen nõ potest præcipere inquisitori nec inquisitor episcopo: sed papa præcipit in virtute sanctæ obedientiæ vt teneant illa secreta, & vt habeant puram & prouidam intentionem, ne asserant periculum, vbi est securitas publicandi vel securitatem in illorum præiudicium vbi adest periculum. Cessante tamen periculo supradicto debent accusatorum & testium nomina publicari. de hære. statuta. libro vj. ¶ Tertium. In aliquibus prouincijs possunt procedere simul vel separatim prout negotij vtilitas suadebit: eodem tit. vt officium. libr. vj. quod dupliciter contingit: vno modo vbi in vna prouincia sunt simul plures inquisitores deputati: & iste est propriè sensus illius cap. vt pater intuenti. alio modo: quia hæreticus delinquit in vna prouincia, & ad aliam fugit. Et sic intelligit Archi. dicens quòd aliquando duo inquisitores recognoscere possunt de crimine hæresis alicuius, licitèr inquisitor ciuitatis, in qua deliquit, secundũ Ioannẽ Andr. in glo. & ad quam fugit: quia vbi quis inuenitur, ibi cõsentitur de crimine. ¶ Quartum. Quando negotium hæresis committitur alicui vel aliquibus generaliter in certis locis, nõ adimitur episcopis authoritas eorũ ordinaria vel etiam delegata si eã habebant, & vterq; etiam de eodem facto potest inquirere cõmuniter aut diuisim. eo. cap. per hoc. libro vj. ¶ Quintum. Quando autem diuisim procedunt, siue ordinaria siue delegata episcopi potestate procedant, illum in procedendo modũ obtinent, quem inquisitores possint & debent, per iura communia vel speciales cõcessiones aut ordinationes sedis Apostolicæ obseruare: & tenẽtur communicare inuicem processus: & per vtrosque simul sententia proferatur, niti alter alteri deferat: & si in sententia non cõcordant mittant ad Apostolicam sedem. dicto cap. per hoc. Sed intellige prædictam cõmunicationem processuum oportere fieri, quãdo nihil aliud restat agendum nisi quòd sententia promulgetur: & si alter nõ posset commodè procedere, nisi visis actis alterius, tunc semel tãtum communicatio tribuitur, vt in extrauagan. Benedicti vndecimi, quæ incipit, ex eo. ¶ Sextum. Sicut etiam dicitur in clem. multorum. eo. tit. tam episcopus quàm inquisitor vnus sine alio citare potest & capere, & tutè custodire, & carceri mãcipare, & cõpedire: sed deputare duro carceri, & qui magis ad pœnam quàm ad custodiam videatur, vel tormentis exponere. vel ad sententiam procedere non potest episcopus sine inquisitore, neq; inquisitor sine episcopo, aut eius superhoc delegato, aut episcopali sede vocãte delegato capituli, si sui ad inuicẽ possent copiam habere intra octo dies postquam se requisierint. Possent tamen quilibet prædictorum cõmittere alteri vices suas, vel per literas significare suum consiliũ & assensum. hæc ibi. ¶ Septimum. Si autem papa dat certam formam inquirendi hæreticos illa tenenda est, aliàs quæri possunt per accusationem, inquisitionem, & denuntiationem. de quibus suis locis habetur. ¶ Octauum. Tenentur autem diœcesani per se vel alios saltè semel in anno hæreticos quærere, vbi fama est eos habitare: & eos, quos credunt de hoc aliquid scire, debent compellere iurare, vt indicent si quos habent suspectos propter occulta cõuenticula vel alia signa extra eo. excommunicamus. §. adijcimus. ¶ Nonum. Si autem suspectus vocatus cõfitetur, & de correctione speratur, iniungi potest ei pœnitentia salutaris. Si verò negat, & tamen sit infamatus, indicetur ei purgatio: quam si non præstiterit, excommunicabitur: & si per annum sic steterit, ex tunc velut hæreticus condemnetur. in dicto cap. excommunicamus. §. qui autem. ¶ †Nonò quæritur, quid de sententijs ferendis? Et dico multa, quæ etiam not. Ioannes Andr. in nouel. vt cõmissi. de hæret. libro vj. ¶ Primum. Non est necesse in crimine hæresis secundum Archi. nouã sententiam promulgari: quia iam per canones antiquitus est promulgata. & sic potius declaratur quàm promulgatur. xxiij. q. j. cap. j. hoc tamen inquisitorum arbitrio relinquitur. eo. tit. cum secundum. ¶ Secundum. Circa hæreticorum discussionẽ vocandi sunt docti in Theologia, iure canonico, vel ciuili: quia crimẽ merè ecclesiasticum cognosci & decidi debet per canones. ij. q. j. si quis cum clerico, cũ famulatu tamẽ legã. j. q. iij. fummopere. & possunt hi periti accipere salarium, si detur, sed non exigere. ¶ Tertiũ. In huiusmodi sententijs conuocari potest clerus & populus & expedit ad instructionem & terrorẽ. eo. vt comissi. lib. vj. ¶ Quartum. Contra absentes purgat Archi. si constet de eorum perfidia, pronunciari posse super crimen: & locum esse decreto tali, cum contumacia. eodem tit. libro vj. ex quo in prouincia delinquendo facti sunt subditi: & contra omnes solennia iuris edicta proposita: fideiussoribus verò absentium pœna pecuniaria potest infligi, remittens ad illud quod habetur xxiij. quæst. v. cũ homo. Hoc tamẽ intellige in citatis: quia ex quo quæsiti fuerunt domicilij mutatio nõ obest: vt de foro competen. proposuisti. Si verò citati nõ erant, tamen ibi diliquerunt, ratione delicti ibi conueniri possunt, & sunt remittendi. in authent. vt nulli iudic. §. si verò quis. Ioannes Monaldus dicit hanc cõstitutionem loqui de fugitiuo, qui remittendus erat ad requisitionem inquisitoris, sub quo deliquit. C. vbi de crimine agi op. l. prima. ¶ Quintum. Iudex secundum Archi. redeuntes sententiando vel pœnitentias iniungendo non debet pronuntiare hæreticos vel credentes quia non sunt, nec fuisse: quia talis modus nõ est datus à iure. sed Ioannes Andr. dicit quòd bene pronuntiantur fuisse hæretici, nec se videre quid obsistat. & ita practicatur: imò & ipsa forma pronuntiandi, quam dat Archi. hoc habet. quam ponit Archiep. ij. parte. titulo xix. cap. ij. §. iij. Dicit etiam idem Archiep. quòd absoluuntur ab excommunicatione sub conditione, si ex corde redierint, & iniuncta seruauerint, vt ibi patet: sed est contra prædicta suprà Absolutio tertio, in principio. Vide absoluuntur absolutè: & sunt absoluti etiam si ficte redeant

deant: cùm ab excommunicatione absolui possit indispositus, sed reincidunt statim vbi faciunt aliquid, propter quod quis incideret. ¶ Sextum. Quid talibus iniungendum sit diffiniri non potest: quia committitur arbitrio iudicantium circunstantijs pensatis. ¶ Decimò † quæritur, quæ sunt fauorabilia inquisitoribus concessa pro suo officio expediendo? Et dico quòd de hac Bonifacius octauus in c. vt commissi. de hære. lib. vj. inquisitoribus sic dicit: Vobis & vestrùm singulis plenam concedimus facultatem committendi citationes, denuntiationes sententiarum, quas in quoslibet hæreticos, credentes, receptatores, defensores, & fautores eorum taliter rei: ad vocandi quoque prout expedierit peritos quosq; vt vobis assistant: & in huiusmodi ferendis sententijs præbeant consiliũ opportunum: ac eis quòd super huiusmodi pareant in virtute obedientiæ iniungendi. Conuocandi etiam clerum & populum ciuitatum, castrorum, aliorumq; locorum prout dicto negotio fideiuidentiis expedire. Procedendi quoq; contra eos, quos in prouincia, in qua vobis inquisitionis officium est commissum, hæreseos crimen constiterit cõmisisse: licet ad alias partes se transferendos duxerint, necnon faciendi àquibuslibet assignari vobis libros seu quaternos & alia scripta, in quibus inquisitiones factæ ac processus per quoscunq; authoritate sedis apostolicæ vel legatorum eius habiti contra hæreticos continentur. Mitigandi quoque vel commutandi pœnam cum videritis expedire, eorumque vestris mandatis obedientes humiliter stant propter hæresim in carcere aut muro recluſi vnà cum prælatis, quorum iurisdictionis sunt. Priuandi vel priuatos nuntiandi dignitatibus & alijs beneficijs ecclesiasticis de diœcesanorum vel in absentia sua suorũ vicariorum consilio & officijs publicis & honoribus quibuscunq; eosdem hæreticos, credentes, receptatores, & defensores ipsorum, eorumq; filios ac nepotes. Sunt autem diœcesani in priuando talesvel nuntiando priuatos beneficijs & huiusmodi requirendi: nisi forte constaret legitimè quòd scienter huiusmodi personæ eadem beneficia contulissent: quia tunc eos requirendos non esse censemus, sed potius à suo iudice puniendos hæc ibi. Adde etiam ex c. officium. eodem tit. libro vj. quòd possunt volentes conuerti absoluere, & pœnitentiam iniungere, nõ obstantibus sententijs, quę ter in anno publicantur à papa contra hæreticos siue suprà, titu. priore. §. xij. dictum est. ¶ Vndecimò † quęritur, quæ debent cauere inquisitores eis prohibita? Et dico quòd eis prohibetur ne pecuniam extorqueant prætextu officij inquisitionis quibuslibis modis illicitis, & ne scienter acceptent bona ecclesiarum ob delictum clericorum, aut fisco applicent: & si contrafecerint, tam ipsi quàm eorum commissarij & etiam episcoporum aute capitulorum sede vacante sunt excommunicati ipso facto: nec possent absolui ante satisfactionem pecuniæ sic extortæ, nisi in mortis articulo: vt in clementia, dolentes. de hære. Item ne abutantur quomodolibet portatione armorum: & quòd non habeant nisi officiales necessarios, vt ibidem. Item præcipit tã episcopis quàm alijs inquisitoribus q̃nõ imponant alicui malitiosè aut fraudulenter hæresis crimen: aut quod impediat inquisitionis officium, & quòd non omittant procedere vbi est procedendum, odio, gratia vel amore, lucri, aut commodi temporalis obtentu, contra iustitiam & conscientiam: aliàs episcopus suspensus est per triennium ab officio, & eius superior hoc facientes inferiores verò episcopo sunt excommunicati excommunicatione papali: vt in clem. multorum. de hære. Item quòd non possunt de crimine hæresis inquirere contra episcopos, nisi hoc expresè in literis apostolicis contineatur: vt in cap. inquisitores. de hære. lib. vj. Item quòd inquisitores ordinis prædicatorum se intromittere non possunt de ordine minorum, nec econtra prætextu cuiuscunq; hæresis, vt in priuilegijs eorum: aliter excommunicati sunt ipso facto. & est papalis. per extraua. Pauli secundi. ¶ Duodecimò † quæritur, vtrum inquisitores aliquid possint habere de bonis hæreticorum & condemnatorum per sententiam? Et dico quòd sic. Nam dicit Io. And. & Inno. super c. cùm secundum. de hær. lib. vj. quòd de dictis bonis secundum constitutiones papales tres debent fieri partes: quarum vna sit curiæ Romanæ pro mitione officij: secunda iudicis secularis: tertia officialium: & huius tertiæ tempus inquirendo per se vel cum inquisitore partem petere non potest prætextu laborum vel expensarum, cùm sibi debeant ecclesiarum suarum bona sufficere, & ad hoc sint deputata, vt habetur in extrauaganti Benedicti xj. quę incipit, ex eo. & no. Io. And. super c. statuta. eo. tit. vnde pertinere videtur ad inquisitores aut eorum vicario. ¶ Quærit † autem Io. And. si Bononiensis origine & patrimonio, qui scilicet ibi habet bona, constituit Florentiæ domicilium, ibique de hæresi damnatur, an ad dominum Florentinum vel Bononiense spectet apprehensis bonorum quæ sunt Bononiæ: & arguit hinc inde probans primò quòd ad Bononiense, & secundò per Richar. Mal. quòd ad Florentinum. cuius rationes adducit Archi. tertia parte. ti. xix. c. ij. in fi. & demum dicit Io. And. per officium inquisitionis fieri contrarium. & per Nicol. quartum contrarium diffinitum: & videtur tenere quòd determinatio Rich. sit vera quo ad tertiam partem debitum officialibus, cùm dicat constitutionem illam deberi officialibus, qui hoc peregerunt. quo ad duas autem alias tenent contrarium, cùm generali fisco sint confiscatæ à die commissi criminis. & inducit l. iij. C. de bonis vacantibus. ¶ Vltimò † circa istam materiam remanent dubia quædam. ¶ Primum. Si aliqui decumbentes petierunt hæreticos, vt ab eis secundum eorum consuetudinem consolationem reciperent, scilicet per manuum impositionem, ac sic decesserunt, & modò filij vel hæredes probare volunt quòd nõ sanę mentis effecti susceperint, vel post perditam loquelam: munquid sunt audiendi? Et dico quòd non, si tales, dum viuebant, erant diffamati vel suspecti de hæresi: vel si constet quòd sanæ mentis existentes petierunt: alioquin ad probandum admitti possunt, non quidem per vxores, filios, familiares, aut aliquos de suis, sed per testes, fide dignos & fideizelatores. extra eodem. capite finali. lib. vj. ¶ Secundum. Quid si quis pro receptatione hæreticorum vel defensione seu fauore, & non quia esset hæreticus, sub obligatione bonorum inquisitoribus se adstrinxit ad pœnitentiam recipiendam: & ea iniuncta, sed non peracta, decesserit? Respondeo: Cogi debent hæredes in bonis ad complacendum si sit in bonis temporalibus iniuncta proficies ad salutem: secus si non erat iniuncta. extra eodẽ. c. accusatus. libro sexto. ¶ Tertium. Sacerdotes instruentes hæreticos vel credentes citatos de celanda veritate & huiusmodi, cùm non sit dubium eos facere in fauorem hæreticæ prauitatis, per inquisitores debent compesci, & possent pœna debita castigari ram per captionem personarum, quàm aliter, prout culpa exegerit. religiosi etiam sunt incarcerationis pœna vel aliàs grauius à secularibus puniendi, si inuenti fuerint in hæresi vel similibus deliquisse. extra, eodem. capite penultimo, & capite accusatus. libro sexto.

✠ Rursus de Hæresi, & Hæreticis ✠ tertiò specialiter quo ad lamias, siue strigas.

1 *Hæresis in lamijs & strigis, in quo consistere dicatur? Et an canonibus nomina eorum qui eam sectantur descripta sint?*

Lamiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 *Lamiarum quasdam nocere, sed non curare: quasdam verò contrà, curare, sed non nocere: quasdam vtrunque efficere. Et ibidem lamia vnde dicta: item & vnde striga.*

3 *Mulieres, an sint aliquæ, quæ dicantur noctu cum Diana obtemperare? Et an fieri possit, vt creatura aliqua, aut in melius aut in deterius mutari, aut transformari in aliam speciem, vel similitudinem possit?*

4 *Strigarum secta, num ea sit, de qua in capite, episcopi. xxxvj. q.v. mentio fit? Et quid à strigarum vulgo recepiatum secta differat. Et in quo inter se conueniant? & num. seq. Secta strigarum similes tripliciter.*

6 *Strigæ an possint naturaliter à diabolo corporaliter ad locum deferri, vbi noctu cum diabolo iocentur. Et an ad eundem defecto semper corporaliter deferatur, aut nunquã, aut aliquãdo.*

8 *Strigas realiter ad ludum cum dæmone deferri, an d. cap. Episcopi. credere prohibeat? Et quid in corpore fieri, quotupliciter dicatur? Et item in spiritu? & nu. seq.*

9 *Mulierum ad Diana dæ seruitium delatio, quotupliciter intelligi possit?*

10 *Inquisitores, an meritò aduersus strigam procedant?*

1 HAERETICVS† tertiò siue hæresis specialiter considerari potest in quodam genere hominũ, qui specialiter lamij vel lamiæ & strigæ siue masc aræ dicunt: & vt in pluribus sunt rurales & fœminei sexus. de quibus videnda sunt multa tam in se quàm in ordine ad inquisitores. ¶ Primò verò quæritur de notitia generis hmõi & nominũ eius? Et dico quòd hæc secta per sacros canones nõ est descripta nec nominata, secundum Aug. Botam de Sauliano iuris vtriusq; doctor. in consilio suo edito ad instantiam magistri Andreæ de Seraphicis de Sauliano ordi. Prædic. inquisitoris. & idem tenuit Taurini do. Io. Grassus doctor in vtroq; iure. Cõsistit autem hæc secta cõmuniter in credere & operari quæda propria: licet nonnulli ex ipsa conueniant in aliquibus cum alijs sectis. credit em̃ verè se cum diabolo ver sari noctu voluptuosè: & eis vti vt incubo quo ad mulieres, & succubo quo ad viros operat verò scelera multa, sed præcipuè tria: quia diabolum scienter invocat, fidem negãs cõculcat, & cõtemnit sacra, puta crucem & sacramenta, & homines percutit morte vel ægritudine per virtutem propriã, vt in falcinatiõe: & per actiua naturalia, quæ docta est à dæmone, & pervirtutem dęmonis coassistentis & cooperantis virtute propria, vt in relatione portarum, & præcipitatione, & huiusmodi, quæ motu locali perficiantur: aut virtute actiuorum naturalium, quę visibiliter aut invisibiliter applicat: sicut cum verula torquente aut pungente imaginem torquetur aut pungit homo. Secundum† tamen quòd dicitur in malleo maleficarũ, lamiarũ quædam nocent, sed nõ curant: quædam verò cõuersio curant, sed non nocent: quædã verò vtrunq; efficiunt. ¶ Nomina verò eius sunt lamij vel lamiæ strigæ: & si qua sunt alia per transsumptionem & similitudinem: quia scilicet lamia est bestia monstruosa, secundum gl. Isa. xxxiij. pedes habens equinos & cætera membra humana. & secundũ Gregorium xxxiij. Mor. habet humanã speciem & corpus bestiale: & ita est crudelis vt filios suos dilaniat. Vnde & lamia quasi lania dicta est. strix verò à stridio, dicitur nocturna auis de sono vocis dicta: quia quando clamat, stridet inde corruptione vulgari dicitur striga: quia noctu præcipuè versatur in maleficijs.

5 ¶ Secundò† verò, quia in hac materia super verbis capitis episcopi. xxvj. quæstione quinta. magna est difficultas apud aliquos, adducuntur verba illa inquantum tanguntur istam materiam, & sunt hæc illud etiam non est omittendũ quòd quædam sceleratæ mulieres retro post satanã conuersæ dæmonum illusionibus & fantasmatibus seductæ credunt se & profitentur cum Diana nocturnis horis dea paganorum vel cum Herodiade vel cum innumera multitudine mulierum equitare super quasdam bestias: & multarum terrarũ spatia intempestæ noctis silentio pertransire, eius q; iussionibus obedire velut dominæ, & certis noctibus ad eius seruitium euocari. sed vtinã hæ solæ in perfidia sua perijssent, & nõ multos secum ad infidelitatis interitum pertraxissent. Nã & innumera multitudo hac falsa opinione decepta hæc vera esse credit, & credendo à recta fide deuiãt, & errore paganorũ inuoluuntur, cùm aliquid diuinitatis aut numinis extra verũ Deũ arbitrantur. Quapropter sacerdotes per ecclesias sibi commissas populo Dei omni instantia prędicare debent: vt nouerint hæc omnia falsa esse. Et non à diuino, sed à maligno spiritu talia fantasmata mentibus fidelium irrogari arbitramur. Si quidem ipse Satanas, qui trãsfigurat se in angelum lucis, cùm mentem cuiuscunq; mulieris ceperit, & hanc per infidelitatem sibi subiugauerit, illico trãsformat se in diuersarum specierum personarum atq; similitudines, & mentem, quam captiuam tenet, in somnis deludens modò læta, modò tristia, modò incognitas, modò cognitas personas ostendens, per quæq; deuia deducit: & cùm solus spiritus hoc patitur infidelis, hoc non in animo, sed in corpore euenire opinatur. Quis enim in somnijs & nocturnis visionibus non extra seipsum educitur, & multa videt dormiendo, quæ nunquam vigilando viderat? Quis verò tam stultus & hebes sit, qui hæc omnia, quæ in solo spiritu fiunt, etiã in corpore accidere arbitretur? cum Ezechiel propheta visiones Domini in spiritu non in corpore vidit & audiuit: sicut ipse statim inquit, fui in spiritu. & Paulus non audet dicere se raptũ in corpore. Omnibus itaq; publicè annuntiandum est quòd qui talia credit & his similia, fidem perdit: & qui rectam fidem non habet, hic nõ est eius, sed illius m quem credit, id est, diaboli. Nam de Domino nostro scriptum est, Omnia per ipsum facta sunt. Quisquis ergo credit posse fieri aliquã creaturã aut in melius, aut in deterius mutari, aut trãsformari in aliam speciem, vel in aliã similitudinem, nisi ab ipso creatore qui omnia facit, & per quem omnia facta sunt: procul dubio infidelis est & pagano deterior. Hæc ibi. Pro quibus nota quòd error fuit paganorũ quòd ex hominibus fierent dæmones, qui essent lares larvæ & manes, id est, dij, vt patet per Aug. viij. de ciuit. Dei. capite xj. de quo vide S. Tho. quæstione xvj. art. j. in cor. & tertio. contra. c. ej.

¶ Tertiò† quæritur, vtrum secta strigarum sit illa, de qua in prædicto capitulo sit longa mentio? Et dico quòd non. licet in aliquo cum illa conueniat. quod patet quantũ ad credere & operari. Nã quantũ ad credere, illa secta credebat primò quòd aliqua mulier, pura Diana vel Herodias esset conversa in deam, & consequenter haberet aliquid numinis, & secundò sevocari & duci super bestias ad seruitium alicuius deæ. & tertiò quòd vna creatura ab alio quàm à vero Deo mutaretur in aliam creaturam vel speciem eius, puta homo in speciem canis. & hæc tria patent in textu. & quartò quòd talia dea esset spiritus bonus: quæ quatuor sunt contra fidem. & in tex. patent. Et his quatuor differt à secta strigarũ, quæ nullã horum credit: sed dicit spiritũ apparentem eis esse diabolum inimicum Dei, licet ex voluptate vel desperatione se illi iubijciant: & consequenter illum non esse hominem conuertisse & deam bonam: nec se vocari ad seruitium alicuius deæ: nec creaturam mutari in deam: nec quòd illa sit spiritus bonus. Conueniunt verò quo ad hoc inquantum vtraque secta aliquãdo credit fieri in corpore quod fit in spiritu, id est, in imaginatione vel solo sensu, vt patebit. quantum etiam ad operari differunt: quia illa non dicitur abnegare crucem aut contem-

contemnere sacramenta, sicut secta strigarum. Conueniunt verò, quia noctu solatiantur ambæ cũ diabolo. Vnde ista secta nõ est illa: vt etiam patet ex testimonio Au. Botę, & Ioan. Grassi, vt dictum est: qui scilicet dicunt secta strigarum intam esse & innominatam in sacris canonibus. ¶ † Quartò quæritur, vtrum tanta tanta similitudinem habeat cum illa, vt simul cũ ea in eo. cap. reprobentur, qui talia credunt, cùm dicitur quòd qui talia credit, & his similia, fidẽ perdit? Et dico quòd non. Nam istę sectæ sunt similes in triplici genere, scilicet hæresis, superstitionis, & illusionis: sed in quolibet horũ generum specie differunt, quantum ad primũ quidem, tum quia illa credebat aliquid numinis extra Deũ. Vnde est hęretica propriè: nos autem secundum vnde non est hæretica propriè, sed præsumptiuè: quia scilicet ei, quem diabolum credit, exhibet honorem diuinum: tum quia illa apostatat à fide, nos autem illa, cùm expresso verbo fidem nõ neget. Et similiter quantum ad secundum, scilicet genus superstitionis: quia illa est in specie fictorum, secũdum malleum maleficarũ p duos solennes inquisitores editũ, & per vniuersitatẽ Coloniesem cõprobatũ: quia dæmon in hominibus illius sectæ loquebat, & miranda faciebat: ista verò non est in illa secta: & habet aliquid penè ex omnibus speciebus: & superaddit crimẽ maleficij. Et quantum ad tertium, id est, illusionem, quia illusio illius pertingit vsq; ad intellectũ, vt credat falsa de fide: non autem istius, vt dictũ est. Quod autem dicitur de vno simili inquantum nõ est simile, sed diuersum, nõ procedit de reliquo, cuius est illud, & his similia: quia illud dicit de illa secta quantum ad rationem speciei, inquantum credit aliquid numinis extra deum, in quo differt ab ista: & nõ generis, in quo conuenit cũ illa. Et si dicatur quòd illud dicitur de localidelatione in qua istæ sectæ cõueniunt, dico quòd nõ est verum: vt infrà, §. vij. ¶ † Quintò quæritur, vtrum strigæ possint naturaliter deferri à diabolo corporaliter ad locũ vbi cum diabolo noctu iocantur? Et dico quòd sic, & in hoc omnes cõsentiunt, nec est dubiũ, quia materia corporalis inferiorum corporum angelicis spiritibus siue bonis siue malis obedit ad motum quantum ad motum localem, secundũ Auguſt. & omnes Theologos, eo modo quo humanũ corpus mouetur ab animante. nec mirũ, quia etiã cœli ab eis localiter mouẽtur: vnde & magi frequẽter in hoc opera dæmonum vtuntur: sicut patet per ea quę de Hermogene legũtur: & per ea quæ Præceptoriũ diuinæ legis primo præcepto, cap. xj. quæst. iiij. refert Innoc. secundum Vil. dęmones localiter deferre possunt hominem etiam inuitum: sicut bonus angelus tulit in cincinno capitis Abachuc de Iudæa in Chaldæam: & de quodã puero nobili monacho refert Petr. Damianus, & Vinc. in Spec. hist. lib. xxvj. c. lxiij. quòd cũ vespere quieuisset in cella, mane in pistrino clausis tanuis inuẽtus est: qui requisitus dixit se à quibusdam hominibus ad magnum conuiuium deductum: vbi

7 omnes epularum deliciæ videbãtur, ibique eum manducare fecerunt. ¶ † Sextò quæritur, vtrũ de facto strigæ ad dictum locum† corporaliter semper deferantur, aut nunquã, aut aliquando? Et dico quòd non deferuntur semper localiter: sed ista vt plurimum fiũt in spiritu, id est, in imaginatione. & ita tenet dominus Alb. & Vlri. in Sum. non est etiam verũ quòd nunquã realiter: alioquin oporteret penè infinitos inquisitorum processus esse falsos, & sensum negare: quia multa experta sunt circa hoc. quæ non possunt rationabiliter plus negari esse peracta realiter & corporaliter, quàm me nũc scriberet quod vtiq; quis negare posset, dicẽs me illud vt videar mihi aut alijs scribere? Deferuntur ergo aliquãdo realiter, & aliquando etiam de die inuisibiliter: quod vtiq; diabolus potest per modos de quibus docet Præceptorũ, vbi suprà, quæst. j.

& quæ feruntur in meridie dicuntur societas cursus. ¶ Septimò quæritur, † vtrũ dictũ cap. episcopi. prohibeat credere strigas ad ludum realiter deferri? Et dico quòd nõ. Sciendum est enim primò quòd dupliciter aliquod fieri dicit in corpore: primò scilicet propriè, quia extra sensum hominis tale quid fit veraciter: sicut ego nũc scribo. & secundò impropriè, quia fit in sensu corporeo, scilicet in sensu exteriori habente organum corporeũ manifestè, puta in oculo, sicut si naturaliter, vel opera dæmonis oculus meus videat quod nõ est, aut non verè est: sicut secundum S. Tho. quædam herba fumigans facit trabes videri serpentes. Et similiter dupliciter aliquid fit in spiritu: primò scilicet propriè, quia fit in intellectu vel in sensu nõ corporeo, id est, nõ habẽte organum corporeũ manifestum, vt in imaginatiua. & secundò impropriè, quia fit in sensu etiam corporeo, sed non extra sensum veraciter. vnde propriè fit in corpore quod fit extra sensum: & propriè in spiritu qđ fit in intellectu vel sensu interiori. quod verò fit in sensu exteriori tanquã mediũ, vtroque modo fieri dicitur. Sciendum† est secũdò quòd delatio mulierum ad seruitium 9 Dianæ deæ paganorum vel alterius, dupliciter intellig: potest esse realiter, siue in corpore: vno scilicet modo vt quædã ad hæc cõcurrẽtia sint realia, vt motus, sed non omnia: alio modo vt omnia necessaria ad hoc sint realia realiter oculo exteriori visa: puta ipse motus corporis delati, & spatia pertransita, & bestia deferens, & dea, ad quam feruntur. Et hoc dupliciter: vno modo vt sint realia realiter visa, sed cũ deceptione saltem imaginationis, vt quia sunt vnum, & videntur aliud: vt quia sunt corpora aërea, & videntur humana: & sic etiam dicũtur fieri in spiritu aliqualiter: quia illa credulitas pertinet ad sensum interiorem: alio modo sine deceptione, quia scilicet veraciter sunt id, quod esse videtur aut iudicant. Igitur dico quòd illud capitulum videtur prohibere ne quis credat strigas realiter deferri ad ludum: quia licet non loquatur de strigis, sed de alia secta, vt probatum est tamen de illa loquitur, vt videtur, inquantum conuenit cum ista, in ere dulitate realis dilationis: sed dico quòd licet dicat ista fieri in somnijs, quia scilicet quasi semper fiunt in somnijs, & rarò in corpore: tamen non prohibet credere istam delationem esse realem, & in corpore quantum ad motum & spatium, sed quantum ad omnia concurrentia, maximè deam visam siue deceptione. Et hoc patet primò sic: Nam quicquid est aliqua lege prohibitum vel reprobatũ, est prohibitũ ex legis ratione, quæ scilicet continet legislatoris intentionẽ: quia lex non est aliud quàm ratio eius, secundum Pan. in c. fi. de rescrip. & Cyn. ac Bal. & omnes scribentes in l. nõ dubiũ. C. de legi. & in l. scire leges. ff. de legi. Sed realitas huius delationis quãtum ad motũ nõ reprobatur ex ratione dicti capituli. quod patet: quia illa in hoc consistit quòd hi, quorũ credulitas ibi reprobatur, involuuntur errore paganorũ, credẽtes aliquid numinis extra Deum, quasi animæ mortuorum verterẽtur in Deos virtute non diuina. Secundò sic: Nam quicquid aliqua lege prohibetur siue reprobatur, reprobatur ad rationabilem, nõ ad absurdum intellectũ: vt c. erit autem lex. iiij. dist. Sed credulitas realis delationis strigarum quantum ad motũ localem & spatia pertransita duntaxat, reprobari non potest per dictum capitulũ ad rationabilem intellectũ: quia aliàs sequitur quòd credẽtes infinitis processibus inquisitorũ vnà rem asserentibus involuantur errore paganorũ credentes aliquid numinis extra Deũ, & ista fieri à bono spiritu, & creaturã habere potentiam specierũ mutariã, & multa alia. Sed contra arguit ex verbis d. c. quia dicit ista fieri in somnijs, & in solo spiritu. Sed dico quòd nõ dicit hæc semper in somnijs aut in spiritu fieri: sed ideo sic dicit, quia vt in pluribus sic fiunt. Sed

contra istam solutionem,quia dicit quòd hæc omnia in solo spiritu fiunt,& consequenter semper in spiritu fiunt:sed dico quòd hæc omnia fiunt in solo spiritu,sed non semper in solo spiritu.nec hoc intendit textus:alioquin ridiculosa esset sua probatio: quia ex particulari probaret vniuersale sic arguendo scilicet,Ezechiel & Paulus visiones viderũt in spiritu: ergo omnes vidētes vident in spiritu. Vnde nō intendit textus asserere,quòd omnia ista semp fiãt in spiritu vel in somnijs, quia insufficienter probaret: sed intendit quòd non est vera dea quam isti vident & assignãt,quo modo possibile est eos decipi:quia decipiuntur videdo in somnijs & in spiritu, quod probat possibile esse ex somnijs nostris,& invitionibus Ezechielis & Pauli. Et sic patet intellectus totius capituli.

10 ¶ Octauò † quæritur,vtrum inquisitores meritò procedant contra strigas? Et dico quòd sic:nō quia portantur ad ludum in corpore vel in spiritu:quia istud ex concupiscentia sine errore in fide potest esse:sed quia fidē negãt,& multa faciunt, quæ sapiunt hæresim manifestè:vt patet ex dictis. Imò domi nus August. Bota dicit quòd etiam nō relapsæ tradi possunt iudici seculari:quia præter apostasiam habēt alia multa crimina digna morte. Quidam autē minister provincialis cuiusdam ordinis mendicantium anno Domini 1503. in capitulo nostro Placētino prece & pretio,vt publicè dicebatur, inductus à parentibus cuiusdam strigæ combussit assumpsit pugnam contra inquisitorem quasi imustè strigas insequeretur propter delationem ad ludum turgens ampullas ex verbis dicti cap.& intra annum fuit à multitudine suorum fratrum crudeliter & turpiter jugulatus.

De Hermaphrodito.

HERMAPHRODITVS est qui habet vtrũq; sexum, virilem scilicet & femineum. Hic nō potest esse testis. iij.quæst.iij.item idonei.in gl.scilicet si magis vergat ad fœmineum,vel etiam si sit paritas.licet in hoc gloss.non determiner. Sed intellige nisi in casu quo & mulier esse potest. nec potest iure ordinari propter monstruositatem:nec ordinatus ministrare.arg.m.xxxvj.distinct.ii.literatos.& xlix.dist. cap.vltim. Si tamen ordinetur,suscipit ordinis characterem, si magis vergit ad virilem sexum,non autē si ad fœmineum, aut si est paritas. Quātum autem ad matrimonium contrahendum,secundum glos prædictam,sexus magis incalescens debet attendi,& sic iudicari:& si sit paritas,dic quòd debet stari dicto & electioni suæ. Ita tenet Bald.in l.quæritur.ff.de aru hom.dicens hanc esse opin.Guiliel.

¶ HISTRIO,vide suprà Art.§.vij.& infrà Infamia.§.v.

De Homagio.

1 *Homagium quid sit & an pro re spirituali fieri queat? Et num fidelitatis iuramentum citra simoniam exigi possit?*
2 *Homagiũ quotuplex esse dicatur? & ibidē de singulis mēbris.*

1 HOMAGIVM † quantum colligitur ex Spec.eodem tit. in libro de feud.& glos.in clem.pastoralis.§.rursus. in verbo,homoq; legitur.de re ind,est species fidelitatis,qua quis flexis genibus iunctis manibus intra manus domini seruturit fidelitatem iurat. Vnde pro spirituali re nō est faciendum.de regulis iuris.cap.final.imò illud exigere pro talibus, pura pro ecclesiastico beneficio,est simonia.de simo.ex diligenti.& de regulis iuris.in dicto cap.finali.quia cōtinet temporale cōmodum eius cui præstatur,cùm efficiatur eius seruus obligatus ad certa seruitia. Fidelitatis autē iuramentum bene potest exigi sine simonia:quia tantùm obligat ad esse fidelem,& potius dignitati quàm personæ præstatur. Et hoc verū,quādo est in tali dignitate,cui talis fidelitas debeatur: aliàs autem esset etiam simonia,secundū vnam lecturam in dicto cap.ex diligenti. ¶ Est † autem secundum Spec.vbi suprà,multiplex homagium. Quodda enim est decretale,à decernendo feudo:sicut hæres hominis mei cùm de cōsuetudine possit infeudari,& consequenter in homagium succedere debet intra certum tēpus me dominum agnoscere,& mihi præstare fidelitatē.& ego teneor eum ratione talis feudi in hominem recipere,& recipiendo videor sibi ius feudi decernere. Aliud est edictale siue hæreditarium:vt illud quod quis habet eo ipso quòd est hæres:quia eo ipso quòd adit hæreditatem hominis mei,personā eius repræsentat: & videtur hominis homagium subijsse:& tale finiri potest tempore si domino placebit,& nō aliter:etiam si vasallus vellet bonis feudalibus cedere. Aliud est ligium,quod scilicet fit Imperatori vel regi non recognoscēti superiorē nullius alterius fidelitate salua:quod autem fit alijs nō dicitur ligium: quia fit vel iuratur salua regia vel imperatoria fidelitate, etiā si manus ponantur intra manus,secundū Spec.& qui hoc facit, dicitur homo legius vel ligius:quasi domino suo ligatus, secundum Spec.vel quasi legalitatē cōtineus. Aliud verò est nō ligium, seu vasallitiū:& est quādo aliquid excipitur:vt facio tibi homagiū, excepta fidelitate, quàm domino meo tali ligio teneor:vel saluo quòd possim cùm voluero dominū ligiū mihi constituere:vel saluo quòd nolo tibi cōtra talem iurare. Sed dictum primum est verius,secundum Spec.

De Homicidio voluntario.

1 *Homicidium quot modis accipitur & quid sit, & num semper sit peccatum? Et quot modis fieri queat?*
2 *Homicidium voluntarium dupliciter dico. Et an percutiens prægnantem,ex cuius ictu perit formatus partus,homicida sit.*
3 *Masculus ac fœmella quanto tempore formari dicantur?*
4 *Occidere seipsum, aut mutilare, num aliquo casu liceat? Et in hoc sex subsint conclusiones.*
5 *Occidere alium,an alicui liceat,sex dictis definit.*
6 *Lex quando aliquid non punitudo permittit, longè aliud quàm cùm aliquid permittit faciendo.*
7 *Diffidatus,cuius occisio a publica potestate concessa est etiam sub præmij constituti promissione, an etiam extra territorium ipsius potestatis sine peccato occidi queat?*
8 *Occidere quemquam pro rerum tuitione,an licitum sit?*
9 *Mulier,an ipsam opprimere volentem,cuius manus alter assurgere nequit, sine peccato occidere possit? Et quid si occidere nequit,sed remittendo mente & corpore se quantum potest tueatur, si tandem violetur,an peccet, cum ea occidendo clabi potuerit?*
10 *Liberare alium ab iniusta morte,si potest, num quis teneatur?*
11 *Homicidium alterius mandato commissum, cui imputandum sit? Et an ex ratihabitione homicidij irregularitas contrahatur?*
12 *Homicidio ex consilio admisso, quis teneatur? Et an ex consilio irregularitas oboriatur?*
13 *Homicidiū pro defensione admissum,an liget, & homicidam constituat: & an irregularitatem inducat.*
14 *Homicidium ex permissione patratum,an & quando, & quos ligat: & num irregularitatem inducat? Et quid de his, qui cooperantur in homicidio faciendo,num. seq.*
16 *Homicidium an animatione commutatur. Et quid de exandij præstatione? num. seq.*

HOMICIDIVM † de mente S.Tho.j.ij.q.100.art.viij. ad tertium.de mal.q.xiij.arti.iij.ad vndecimū.& aliàs dupliciter sumitur,scilicet largè,& est omnis hominis casus seu occisio:siue iusta sit siue iniusta,& propriè:& sic est occisio hominis ab homine iniusta:vnde homicidium propriè semper est peccatum. Et fit octo modis,scilicet facto,præcepto, consilio,defensione,permissione,cooperatione,animatione, auxi-

auxiliatione: sed animatio ad consilium & auxiliatio ad cooperationem reducitur:& sic fit sex modis. ¶ Homicidium 2 † quoq; voluntarium dupliciter dicitur, scilicet propriè,quia est intentum & volitum in se:& largè,vt quia est volitum & intentum in sua causa,sed non fortè in se,sicut in eo qui vult & intendit percutere prægnantem, quia voluntariè occidit: sicut S.Tho.ij.ij.q.xxx.ar.primo. vbi de mente eius est ista distinctio,dicit q; de volente comedere nociua dicimus quòd vult infirmari. Et ex hoc patet primò quòd homicida est per cutiens prægnantem si partus erat formatus, scilicet anima rationabili,& percussione interijt:secus si nō erat formatus. & idem si ad hoc venenum dedit vt abortiretur.ff.de pœ.l.si 3 quis aliquid.§.qui abortionis. ¶ Formatus † aūt masculus spatio quadraginta dierum vel circa,& fœmina spatio octoginta. Et si dubitetur vtrum ex præmissis secutus sit abortus,vel ex alia causa,vel vtrum esset fœtus formatus vel non,secundum Vernec.si dubitatio est temeraria,deponatur:si probabilis,à promotione & ministerio cessandum est,ne quis se periculo cōmittat. Et secundò quòd homicida est qui lętaliter aliquem percutit,qui postea est ab alijs occisus, de homi.significasti.el ij.& similiter est homicida,si nō appareret an lętaliter percusserit nēne:& similiter si nō percusserit lętaliter,& tamen habuit animū occidendi:& deinde ab alijs per- 4 cussus interijt:vt in d.c.significasti.iuncta gl. ¶ Primò † verò quæritur,vtrum aliquo casu liceat alicui seipsum occidere aut mutilare? Et dico multa. ¶ Primū. Nulli licet seipsū mutilare etiā ad euitandū pctiū carnale,sicut de Origene tradit historia ecclesiastica,vt securius per domos prædicaret mulieribus:quia nemo membrorū suorū est dns.xxiij.q.v.si nō licet.& in l.liber homo.la j.ff.ad l.Aquil. quod tamen fallit si fiat causa medicaminis,vt dist.lv.ca.si quis.el ij.& iij.non obstante q; magis sit anima curāda quàm corpus: quia sine mutilatione anima curari pōt,cùm peccatū sit voluntariū:nō autem corpus interdum de mente S.Tho.ij.ij.q.lxv. ¶ Secundū. Non licet alicui occidere seipsum desiderio meliorisvitæ seu felicitatis consequendæ:sicut secundum Aug.primo de ciui. Dei.fecit quidem philosophus nomine Theobrotus lecto Platonis li.de animæ immortalitate:quia secundum S.Tho. ij.ij.quæst.lxiij. iste transitus non subest hominum voluntati. ¶ Tertium. Nec ad euadendum miserias vitæ præsentis,sicut fecit Achitophel,ij.Regū xvij.& Saul,j.Reg.vlt.& Razias,ij. Macha.xiiij.& Cato Vticensis audita victoria Iulij Cæsaris, secundum Aug.post Vale.primo de ciuitate Dei.quia vltimū malorum huius vitæ est mors,iij.Ethi. ¶ Quartum. Nec propter peccatum commissum,sicut fecit Iudas,Matt.xxvj.tum quia subtrahit sibi tempus pœnitentiæ, quo posset peccata deflere.tum quia malefactorem occidere non licet,nisi publi ex authoritate.xxiij.q.vj.c.pen. ¶ Quintū. Nec; ad euadendū alterius peccatum,sicut quædam nupta impetita à Diocletiano,cùm maritus resistere nequiret, se occidit iuxta historiam ecclesiasticā:quia nullus debet in se admittere crimen maius,id est,homicidium,vt vitet alienum minus,id est,adulterium aut fornicationem. ¶ Sextum. Nec ad vitandum peccatum proprium quod inde timetur,pura consensum in delectationem venereā:quia sicut non sunt facienda mala vt veniant bona,Romanorum quinto: ita nec vt mala vitentur, præsertim minora & minus certa, cuiusmodi est,an consensum præstatura sit mulier in ipsa violationevel nē:cùm Deus inde possit eripere. Et de his omnibus xxiij.quæstione quinta. si non.§.vlti. Nec obstat de Samsone:quia instinctu sancti Spiritus fecit,secundum Aug.vt d.c.si non.nec de quibusdam mulieribus,quæ se persecutionis tempore occiderunt, quarum memoriam colit ecclesia: quia similiter motæ sunt à Spiritu,secundum Augustinum primo de ciuitate Dei. nec de Razia,qui laudari videtur:quia hoc est ratione zeli legis: non ratione mortis,quam secundum S.Thom.vbi suprà,sibi intulit ex mollitie non valens sufferre tormenta.licet Nico. de Lyra contra Aug.xxvj.quæstione quinta.nec mirum.& omnes doctores,ipsum sicut & Saulem excusent quòd fecerit ne Deus illuderetur in eo ab idololatris. Non obstat etiam dictum Hier.xxiij.quæstione v.c. non est nostrū. In persecutionibus,inquit,non licet mihi propria perire manu absq; eo vbi castitas periclitatur:quia secundum glo.ly abijt,legitur inclusiuè:quasi dicat:quòd nec in istis,in quibus magis videtur,licet se occidere: & sic ponitur ibi, Pulchræ sunt genæ tuę absq; eo quod intrinsecus later.& similiter xxxv.quęstione.iij.progeniem.& ff.de pig.act.l.j.xij.q.ij.Hebron. ¶ Secūdò † quæritur, vtrum liceat alicui occidere alium? Et dico multa. ¶ Primum. Non est peccatum occidere bruta,sicut nec succidere arbores,secundum Augustinum primo de ciuita. Dei:quia secundum S.Thom.ij ij.q.lxiij.sicut plantæ propter animalia bruta,ita illa propter hominum ordinata sunt:nullus autem peccat vtendo re ad id, ad quod ordinata est:vnde & Deus dedit nobis in cibum omne quod mouetur & viuit.Genes.ix. ¶ Secundum Hominem innocentem licitè nullus occidit quocunque bono fine, aut quacunque humana authoritate.Exod.xxij.cuius ratio secundum mentem S. Tho.vbi s.est,quia non licet peccatorum occisio,nisi inquātum ordinatur ad commune bonum,quod per eos corrumpitur:ad quod ordinari non potest occisio iustorum:quia eorum vita est cōseruatiua & promotiua boni communis,cùm sint principalior pars multitudinis, qua cæteri sustentantur. Nec obstat quòd hinc egrediunt ad vitam:quia hoc nōn est ex actu homicidæ,sed ex bona dispositione occisorum. Imò est grauius quàm occidere reum:quia est magis contra charitatem occidere eum qui magis est amandus.& magis contra iustitiam iniuriari ei,qui minus est dignus: & magis contra communitatem,quæ priuatur maiori bono:& magis cōtra Deum, qui contemnitur in sanctis, Lucæ decimo. Qui vos spernit,&c. Vnde patet quàm grauiter peccent medici, qui medicinas periculosas experiuntur in religiosis. Ex mandato tamen Dei licet occidere innocentem:quod facere voluit Abraham Genesis vicesimosecundo, & xxiij. quæstione quinta.lex æterna.quia Deus habet dominium mortis & vitę, cùm eius ordinatione omnes moriantur, iusti & peccatores. ¶ Tertium. Hominem reum licitè occidit iudex habens legitimam authoritatem,si seruato iudiciali ordine condemnat ad mortem debitam illi ex zelo iustitiæ:quinimo hoc illi mā datur à Domino,Exodi vicesimosecundo.quia,vt dicit Sanc. Thom.vbi suprà,sicut pars ad totum, ita quælibet persona particularis ad communitatem cōparatur:vnde sicut laudabiliter & salubriter præscinditur membrum à corpore,cùm expedit corpori,puta ne inficiatur à membro putrido ira & occiditur particularis homo,si sit communitati nociuus:quia pars est propter totum,non econtra. Si verò iudex condemnat innocentem,aut reum non seruato iuris ordine, contra illud Deuteron.Iustè quod iustum est exequaris. & not. in capite,reos.vicesimatertia, quæstione quinta. aut eo seruato,sed ex indebito fine: puta ex auaritia seu lucro principaliter,vel ex odio,vel inani gloria,vel ex delectatione effundendi sanguinem,peccat mortaliter:& quilibet illi hac intentione cooperans,secundum Arch.arg.xxiij.quæst.v.cùm minister.quod tamen de inani gloria verum non credo, quando illa aliàs nō esset mortalis:& iudex sic est dispositus quòd propter gloriā non occideret,nisi aliàs iustè hoc faceret:quia tunc nec quod facit est mortale,nec finis propter quem facit.

Quan

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quando etiam reus propter potentiam ordinario iure puniri non potest: si dominus principalis vel iudex habens authoritatem absolutam quocunq; puniendi sine iudiciario ordine illum faceret occidi, non peccaret secundum Archi. quod limita si faceret in suo districtu, vel in alieno de voluntate domini expressa vel tacita, vel probabiliter præsumpta. ar. c. de occidendis. & cap. officia. & c. non frustra. iij. q. v. ¶ Quartum. Priuatus homo hominem propria authoritate occidere non potest, etiam reum & malefactorem, secundū Aug. primo de ci. Dei. sine peccato mortali. cuius ratio est secūdum S. Tho. vbi suprà: quia cum ista occisio licita sit inquātum ordinatur ad bonum totius communitatis, ad illum solùm pertinet, cui commissa est cura seruandæ communitatis, id est, ad principem & alios habentes publicam authoritatem: sicut præscindere putridum membrum ad medicum pertinet, cui totius corporis salus commissa est, & non ad alium. ¶ Quintum. Priuatus hominem occidere potest authoritate legis ciuilis sine pœna quæ pro homicidio in foro contentioso debetur: primò defendendo personam suam: secundò defendendo suum honorem: vt cùm oportet eum aut fugere cum dedecore, aut occidere: tertiò defendendo res suas, quando aliter rehaberi non poterant, secundum multos Legistas suprà Excommunicatio. vj. §. iij. casu ix. quartò occidendo insidiātem in itineribus, & nocturnum populatorem agrorum. C. quando liceat vni. sine iudi. l. prima & secunda. quintò occidendo furem nocturnum & diurnum se defendentem telo. de homi. si perfodiens. textò ratione adulterij: vt infrà Lex. §. x. ¶ Sextum. Priuatus authoritate legis occidere potest sine peccato. Primò defendendo personam suam vel alterius, iuxta dicta suprà, Bellum. ij. §. iij. & secundò eadem ratione occidendo furem nocturnum in dubio an vellet furari vel occidere. extra eo. si perfodiens. & similiter diurnum si se telo defenderit vt ibi. Tertiò occidendo diffidatū, de quo suprà Assassinus. Vnde † aduerte quòd aliud est quando lex aliquid permittit nō punien do, vt de occidendo adulterio: aliud quando aliquid concedit faciendo, scilicet quemlibet ministrum iustitiæ: vt in c. pro humani de homi. lib. vj. quod licet primum non liceat in cōscientia: secus de secundò, si intentio sit recta, id est, ad bonū cōmune vel iustitiæ obseruationem: quia secundum Io. And. in addi. ad Spec. facit vt legis minister: sed tal occisor esset nihilo minus irregularis, sicut & iustus iudex: secus de occidente ex defensione personæ, vt infrà Homicidiū. iij. §. ij. Et eadem ratione de occidente in dubio prædicto, quia personam tuetur. Quartò secundum aliquos pro defensione honoris contra iniuriam personalem consistentem in turpi fuga. quod tamen Archi. negat: & hoc rationabiliter, maximè vbi talis turpitudo est non de malo culpæ, sed de naturali timiditate. Vnde licet dicat Zen. quòd occidens ne fugiat cum dedecore euadit irregularitatem, tamen verius dicit Pet. de Ancha. & Car. quòd non euadit. Quintò secundum aliquos etiā pro defensione rerum: sed de hoc suprà Excōmunicatio. vj. §. iij. & in §. iiij. Sextò, secundū aliquos, pro defensione castitatis: sed de hoc infrà. §. v. ¶ Tertiò † quæritur, vtrum prædictū diffidatum, cuius occisio per publicam potestatem concessa est vbicunq; inueniatur etiam sub pollicitatione præmij, possit quis sine peccato occidere extra terminos iurisdictionis dictæ potestatis? Et dicit Archid. & bene, quòd non quia extra illos terminos dicta potestas aut ciuitas non habet aliquam potestatem: & ad iniuriam sibi reputaret ciuitas vna, si alia punire vellet subditum suum seu in sito territorio existentem. quod est mittere falcem in messem alienam: quod prohibetur vj. quæstione iij. scriptum. vnde talis occisor, si sibi caperetur, iustè vt homicida puniretur. hæc ex illo, quę limita, nisi

6

domini territorij, in quo est, voluntas expressa vel tacita aut probabiliter præsumpta accideret: quia iuri suo renuntiare potest. ¶ Quartò † quæritur, vtrum liceat sine peccato occidere pro rerum defensione? Et dico quòd sic secundum multos Legistas: vt suprà Bellum. ij. §. ij. & vij. sed Pan. in c. fuscepimus. extra eo. dicit quòd licet clerico res defendere, vt in c. olim. el j. de rest. spo. etiam cum baculo vel gladio: sed tamen nō licet ei procedere ad sæua, id est, occisionem, etiam si res aliter saluari non possint, sed potius debet sustinere rerum iactaram: & in c. ij. eo. tit. not. idem in verbo, se & sua defendendo seu liberando, quòd non licet occidere defendendo suas sed se & sua. de laicis autem remittit se ad not. in c. j. eo. tit. vbi dicit quòd licet alicui impunè pro rebus aliter non saluandis occidere in foro contentioso, sed non in foro animæ. Et ita tenet Archi. licet aliter videatur suprà in d. §. vij. reciando Io. de Lig. & ita tenendum est, vt videtur aliquibus de iure canonico: vt patet in c. fuscepimus. & in c. fi perfodiens. extra eod. & similiter de iure naturali: quia plus tenemur vtram proximi, quàm res proprias amare. etiam vbi ille non coactus, sed sponte ingerit se morti: sicut volentem se suspendere tenemur cum rerum iactura saluare. quod limita vt suprà Excommunicatio. vj. §. iiij. nisi insurgat fur armis, &c. vt ibi, quia tunc licet. Sed contra. Nam in d. ca. si perfodiens. dicitur primò quòd fur diurnus non debet occidi: quia discerni potest quòd ad furandū potius quàm occidendū venisset. & secundò dicitur, nisi se telo defenderit: tiam enim plus est quàm fur: ex quorū primo habetur quòd occidere furem nō licet pro rebus, sed tātùm pro defensione personæ. & oppositū sequitur ex secundo: ex quo licet occidere qui non inuadit, sed se telo defendit. sed dico primò quòd illa verba in d. c. ponuntur recitatiuè: & sunt iuris ciuilis: & secūdò quòd ibi simpliciter defenderit, pro pugna seu ex mortū sumptione: quo casu ita probabiliter dubitari potest de salute personæ: & consequenter licet occidere ad salutem. Dico tertiò quòd & si non debitatur de persona absolutè: sed solùm præsuppositā voluntate defendendi res: quia scilicet fur insurgit armis vel rapit: licet occidere per hoc capitulū. Nec ex primo dicto huius debetur quòd nō liceat occidere pro rebus absolutè: sed quando aliter saluari possunt: puta quia fur deprehensus erubescit & fugit: secus si insurgit armis in me, vt rapiat mea. Et adde nō esse simile de exponente se morti per laqueū & per rapinam: quia illum saluare possum sine alterius dam. vel iniuria, nō secundū, vide §. Excōmunicatio. vj. §. iiij. casu ix. vbi plenius. ¶ Quintò † quæritur, vtrum mulier sine peccato occidat volentem se opprimere, cuius motus aliter euadere non potest? Et dico quòd Ray. in Summa ponit duas opiniones: & postlam alteri præfert: sed Archi. dicit quòd ei nō licet intendere occisionem, sicut nec etiam inuaso ad mortem pro sui defensione: si tamen se defendendo contingat illum occidi, imputetur ei. Neq; obst. si dicatur quòd est causa mortis eius, cùm spiritualis, cùm sit in mortalis: quia ipse est ibi causa illeveroutur iure suo naturali, quo vim vi repellere licet. & magis tenetur suæ saluti prouidere quàm alterius. si autem permitteret se opprimi, exponeret se periculo consentiendi peccato propter difficultatem renitentiæ voluntatis, dum non facit quod potest vt euadat. Si tamen nolit occidere, sed eiras hoc quantum potest se tuetur, & peccato mente renititur, nō peccat: sicut & inuasus se permittit occidi, ne occidat, non peccat: sed esset maioris virtutis. hæc ex illo. Pro quibus notquòd licet inuaso non liceat intendere mortem inuasori timatè, licitè tamen illam intendit, & à proposito efficit in ordine ad defensionem: & ita videtur velle quòd sit hic.

7

¶ Sextò † quæritur, vtrum quilibet teneatur alium ab iniu-

sta morte liberare si potest? Et dico quòd sic ex debito charitatis. xxij. q. iij. non inferenda. & consentit Veruec. Rayn. & S. Tho. ij. q. vj. secundum Veruec. tamen qui habet publicā Potestatem, tenetur defendere eum etiam armis, si oportet: modò si præsumat se posse: priuatus verò si soloverbo vel facto, si potest sine periculo personę, cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ, vt addit S. Tho. sed periculo se exponere nō tenetur sedm glo. lxxxiij. dist. in prin. & Veruec. dicentem q; tenetur quilibet dare pecuniā si cōstet illū iniustè occidi rā subditus quàm prælatus, quantū sua possibilitas patitur salua sua necessitate: si verò nesciturr an iustè vel iniustè aut si necessitate istius nō potest, non tenetur. ¶ † Septimò quæritur, quid iuris de homicidio qđ mādato cōmittitur? Et dico multa. ¶ Primum. Homicidiū præcepto vel mandato cōmissum non solùm mandatario, sed etiā mandanti imputatur: quia is per quē committit, cuius mandato delictum committi probatur. de sen. exc. mulieres. & ideò sic peccat mortaliter, aut excusatur, sicut si ipse faceret: & perinde determinandū est de mādatoribus quo ad irregularitatem, sicut de mādante percum clericum quo ad excommunicationem. de quā ?. Excommunicatio. vj. §. iij. ¶ Secūdum. Prælatus habens iurisdictionem temporalem imponens officiali suo quòd super tali malefitio inquirat, & iustitiā exequatur, nō est homicida, nec irregularis, si inde sequatr homicidiū. ne cle. vel mo. episcopus. lib. vj. quia clerici habentes iurisdictionem, causam sanguinis illicitè agitant, sed licitè committūt, vt ibi patet. ¶ Tertium. Si quis suo nomine homicidiū fieri mandauit & ante effectū expressè & sine vlla fictione reuocauit, & prohibuit, immunis est ab homicidio. & idem esset si cōsuluit: sed in hoc est differētia: quia cōsulens si nō firmiter credit q; locū habeat reuocatio, tenetur indicare occidendovt sibi caueat, ne sit irregularis: mādans verò nō. Et diuersitatis ratio est, quia ille, cui cōsulitur, agit pro sendeoq; plus requiritur ad remouendum effectū consilij, qui concernit ipsum operantem: mandatario autem, qui agit pro mādante, sufficit si constet de cōtraria voluntate mādantis, nō solùm expressè, sed etiā tacitè: vt si eum occidendo pacem inierant parentelā vel amicitiā aliam scientes mādatario, secundū eundem Inno. ¶ Quæritur. Si quis mādauit aliquem verberari, iubens expressè ne occideretur, vel mutilaretur: & nihilo minus mādatarius occidit aut mutilauit: mādator efficitur irregularis, quia mādator fuit in culpa, & hoc euenire posse debuit cogitare, extra eo. si qui. lib. vj. Et idem dicit si mandatarius occidat, aut mutilet, & hoc rationabiliter poterat cogitare: & idem similiter de eo qui mādauit aliquem capi, qñ verisimiliter poterat mors cōsequi. Hæc aūt Sum. Ang. intelligit de mādāte licitè cōtra text. qui dicit q; mandādo fuit in culpa: & contra glo. Io. And. dicentis q; locū non habet hæc decretalis in eo, qui licitè mandat: quæ tamen gl. insufficienter loquitur: quia si intelligatur solùm de mādante illicitè, incōuenienter additur, quod poterat verisimiliter cogitare, &c. quia talis tenetur de homicidio sequente, etiā si nō potuit cogitare verisimiliter quod sequeretur, vt patebit titu. seq. in princ. Vnde dico q; in textu assignant duæ rationes: & quo ad primā cùm dicitur, quia mādando fuit in culpa, locū habet in mandato illicito. quo ad secūdā verò cùm dicit, & hoc euenire posse &c. in licito. ¶ Quintū. Clericus vel alius ratū habens homicidiū, videtur irregularis, sicut & excōmunicatus si erat clericus. Et de hoc videtur esse casus in regula, ratihabitionem. de reg. iur. lib. vj. vbi dicit q; ratihabitio retro trahitur, & mādato non est dubiū cōparari, quod mandatū cum effectu irregularitatem inducit. Et hoc tenerevidet Spe. in ti. de leg. §. iuxta propositionis, ver. sed quid. arg. ff. man. l. si verò. §. si posl. Sed hoc intellige si ratum habens eo tempore quo homicidium perpetratum est, potuisset illud delictum mādare, & si non perpetrare ratione infirmitatis vel mutilationis: quia dicit Pan. post Io. Andr. in c. j. in fi. de coniug. inside. q; ad hoc vt fictio procedat, requirit duo extrema esse habilia ad illū actū ppetrandum, scilicet tempus, in quo actus fuit gestus, & tempus ratihabitionis: quorum altero deficiente non procedit: quia fictio super impossibili non causatur. Exemplum. Quidam interfecit hominem homine infantis, qui factus maior ratū habet. hæc enim ratihabitio nō trahitur retro: qa impossibile fuit illū infantem tūc tpris mādare delictū: vñ retro trahi non debet, cùm nō debeat plus fictio posse quàm veritas. hęc ex illo. Archi. tñ in c. omnes. xvij. q. iij. dubitat de prædictis, dicens q; forte ex ratihabitione sola nō cōtrahit irregularitas. allegās ad hoc c. fi. xv. q. j. quia scilicet factū deficit, in quo lex promotionis cōsistit. & idem videt tenere Host. Sed dici pōt q; lex promotionis requirit factū proprium vel alienū: aliàs mādas fieri homicidiū nō esset irregularis. qđ est absurdū. Et si ratū habuit tantùm in corde, & nullo signo hoc ppalauit: nihilo minus est irregularis in veritate seu quo ad Deum, licet non quo ad forū cōtentiosum. iuxta no. q; gl. in c. cùm quis. de sen. excō. lib. vj. ¶ † Octauò quæritur, quid iuris de homicidio qđ consilio admittitur? Et dico multa. ¶ Primū. Homicidiū consilio sedm Veruec. no intelligitur de respōsione suæ opinionis in generali. vnde si quærenti an Christiano militi liceat occidere paganū, vel iudici malefactorem, respondeat quòd sic: respōdens nec peccat, nec sit irregularis, etiā si respōdens cōsulendo erret, nisi probabiliter videat q; ille bellator aut index sedm eius consilium egerevelit: & sic fecit. & de hoc infrà, dicto iij. sed intelligitur de cōsilio exhortationis vel approbationis q; homicidiū fieri debeat: vt no. Pan. in c. ad audientiam. eo. tit. nō solū qñ consilium est directè de morte alicuius: sed etiā quādo cōsulitur in causa ꝓpinqua ad mortem, id est, aliquid ex quo sequitur mors. Quod quidem Sum. Ang. dicit intelligendum, sedm Inno. ibidem, vbi cōsulitur res illicita, ex qua mors sequit: secus vbi cōsulitur licita: & deinde dicit dictum Inno. esse verū quo ad pcm̄, & etiā quo ad irregularitatem qñ cōsulitur res licita, & nō homicidiū: & quādo homicidiū posset nō accidere: licet verisimiliter debeat euenire: sicut licet prælatis in bello licere pugnare viriliter. Sed malè adducit Inno. & cōtra veritatem illū exponit: & etiam cōtra sti ordinis Sūmistas, id est, Rof. & Sup. qui dicūt vt infrà statim. ¶ Sedm. Si quis nē cōsuluit homicidiū, sed aliquid vñ secutū est, sedm Inno. si verisimiliter potuit existimari q; inde sequeretur mors, irregularis est: vt si iuasit iactū machinę vel babistæ: vel q; earū ad capiendū castrū, quod nō poterat capi de facili sine morte hominū: & sic mors secura est. Si verò nō erat verisimile q; mors sequeretur, tunc quidem si cōsuluit rem licitā, nō est irregularis, etiā si mors fuerit secura: si verò illicitā, irregularis est. dē homic. continebatur. Semper tamen fit irregularis, sedm eundem Inno. qui directè in mortem alicuius consiliū dedit. ne cler. vel mo. sententiā. Et eodē modo distingue si occidat is, qui cōsiliū accepit. ¶ Tertium. Sicut no. Host. in c. ex litteris. de excess. prael. & Pan. in c. j. de fur. & est tex. in c. fi quis viduā. 3. o. dist. & in c. sicut dignum. eo. ti. & ibi determinat, clericus vel alius interrogatus de pœna delicti, & respondens q; est mors, est homicida, si casus imminet de præsenti, per dicta iura, & per Archi. in c. omnis. dist. iij. Vnde si ex consilio vel responsione speciali vel generali sequitur propinquū homicidiū, irregularis est, secundū Host. Potest tamen, secundum Archi. xxiij. q. viij. pessimam. clericus interrogatus à iudice quid agendum de eo qui pœnam sanguinis de iure meretur, respōdere: hoc nō pertinet ad me:

Universidad de Deusto
Biblioteca

consulatis peritos. Et caueat ne propter suam responsionem directam vel indirectam intelligat iudex quòd eum debeat sanguine punire, secundum Ray. dicũt tamen quidam quòd potest dicere vt puniat, secũ qđ iurs dictauerit, dũmodo non exprimat q puniat ad sanguinem vel ad mortem. quod Arc. dist. iij. omnis. dicit posse intelligi, verũ quãdo crimen nõ imminet puniendũ: alioquin si ex consilio generali vel speciali sequitur propinquum homicidiũ, irregularis est, secũ Host. de homi. sicut dignũ. & de hoc etiã infrà Homicidiũ iij. §. v. particula iiij. ¶ Quartũ. Qui errans consulit in genere quòd occidendi sunt adulteri vel alij, qui de iure nõ sunt occidendi, & inde quis suo consilio filius occidit, est irregularis secũ Rodo. si putabatur iuris peritus, & errauit, non in apicibus iuris, sed in iure claro & certo: si verò non reputabatur iuris peritus, sed simplex vel idiota, aut errauit in aliqua subtilitate, in qua sunt diuersæ opiniones, sic non erit irregularis: modò ea fusis nõ immineret de præsenti. ¶ Quintũ. Consulens alicui vt alium interficiat, secũ Host. in d.c. ad audientiam. non est homicida, nec consequenter irregularis, si occidatur is, cui consilium datũ est, & verisimile fuit quòd nõ poterat occidi. Secus si fuit verisimile quòd potuit occidi. sed Jo. And. in c. fi. eo. ti. lib. vj. & Pan. in d.c. ad audientiã. tenent indistinctè talem consultorem esse homicidã quo ad pœnã irregularitatis. & in hoc magis cõsentit Inn. & verius est: quia istud homicidiũ est casuale cum exercitio illicitæ rei, id est, iniusti cõsilij: si tamen consiliũ fuisset licitũ, vt quia consuluit occisionem eius qui iniustè erat occisurus, secus est. ¶ Sextũ. Consulens alicui vt aliquem interficiat, homicida est, & irregularis, secũ Pan. post Inno. in d.c. ad audientiam. & si ille steterit longo tempore antequã occideret: quia debuit reuocare consiliũ: & si putabat amicum non desistere, debebat hoc inimico indicare vt caueret in generali vel etiam in speciali ad arbitrium boni viri. ¶ Septimũ. Qui consuluit vt infirmus verteretur, quòd citius moritur, secũ Veruec. est irregularis si citius moritur, & similiter exequens: nec potest per episcopũ dispensari, licet absolui possit à peccato. Et idem puto si non fecit illo fine, sed tamen probabiliter putare debuerat sic accidere, sed laborauit inconsideratione lata. ¶ Octauum. Qui alicui consuluit vt se exponeret periculo pro patria vel iure suo, nõ est irregularis si ille occidatur, secũ Inno. xxiij. q. iij. pro membris. & c. seq. & q. viij. igitur. & c. seq. sed tamen si sciret eum verisimiliter moriturũ, fieret irregularis, secũ eũdem Inno. & idem Host. quia ordinata charitas est quòd qs plus diligat corpus suum quàm alterius, vt inquit idem Inno. Ex qua probatione patet quòd id qđ dictũ est, sed tñ si sciret &c. intelligendum est qñ consuleret quòd se exponeret pro defensione rerũ aut personarũ particulariũ: qui consuleret contra ordinem charitatis: secus pro fide Christi secũ eũdem Inno. & Host. & similiter secus pro statu ecclesiæ: quia etiã si sciret inde eum moriturũ, non est irregularis, quia secũ ordinem charitatis hoc potest & debet quilq; vitæ suæ & proximi præponere. unde & isto modo prælati ecclesiæ suasiones facere possunt in bello: & similiter secus si pro patria, secũ Sum. Ang. & Sipple. cõtra Ros. & hoc patet ex eadem ratione, quia bonum totius melius est quàm partis. ¶ Nonũ. Qui volenti fugere inimicos suasit vt maneret, & procuraret pacem, irregularis non est, si ille occidatur, quando ipse habuit probabilem causam credendi, quòd illi periculum non immineret: puta quia erant adeò consanguineiuel amici quòd meritò præsumere potuit eos posse cohiberi. ¶ Decimum. Qui consuluit homicidium fieri, & ante factum reuocauit: aut si reuocationem sufficientem non credidit occidendo intimauit, non est irregularis si occidatur, vt suprà eodem §. vij. particul. iij.

¶† Nonò quæritur, quid iuris de homicidio quòd fit defensione? Et dico multa. ¶ Primum. Homicidium defensione committitur: primò defendendo suis verbis homicidam contra eos, qui eum volebant ab homicidio retrahere vel impedire. dist. 50. si quis viduam. Et secundò, secundum Rayn. dissuadendo alicui bonum propositum quo volebat aliquem à morte liberare: quod glo. eius intelligit si intentio sit corrupta: quia mater dissuadens hæc filio ne ipse moriatur: aut patrum peccat, aut nihil: & alius consanguineus vel amicus, & similiter hac intentione. Et tertiò secundũ d. gl. quando aduocatus defendit reum in causa criminali, vbi accusator si non probauerit, tenetur ad talionem. Et quartò defendendo personas aut res. Et quintò associãdo homicidam ad factum homicidij, vt si oportet defendatur: vnde talis etiam si homicidium dissuadeat, secundum Host. est homicida: nec poterit promoueri. Et facit ca. Henricus. de cle. pug. in duello. nec ja hoc distinguitur an aliàs esset facturus vel ne, quo ad irregularitatem: sed solùm quo ad restitutionem: quia si aliàs erat facturus, non teneretur. ¶ Secundum. Occidens pro rebus saluandis est verè homicida quo ad irregularitatem, & secũdum aliquos quo ad peccatum, vt patet ex dictis §. iiij. ¶ Tertiũ. Et similiter occidens pro iniuria personali propria quã do fugere potest, homicida est, saltem quo ad irregularitatem secundum Ray. & Ber. Gosf. tamen dicit quòd clericus post pœnitentiam poterit in susceptis ordinibus ministrare sine dispensatione, sed non ascendere ad maiores, & ita intelligit c. de his clericis. 50. di. sed verius est secundum Ber. Hol. & Ray. quòd nec in susceptis, nisi ex magna dispensatione permittitur ministrare. Et quanuis dicat Zen. quòd euadit irregularitatem, si fuga erat vituperosa & ad dedecus, licet non ad periculum personæ: tamen verius dicit Pet. de Anch. quòd eam non euadit. Si verò fugere non potest, nec euadere, nisi occidat aut mutilet: sic licitè laicus & clericus occidit aut mutilat sine irregularitate: vt in clem. vnica. eodem titu. & sine peccato, ita quòd presbyter statim posset celebrare secundum Ioannem de Lig. in tract. de iusto bello. & facit c. olim. el primo. de restitu. spolia. modò nõ faciat animo vlciscendi. arg. c. ij. eodem tit. & seruetur moderamen inculpatæ tutelæ, vt suprà dictum est Bellum, secundò. ¶ Quartum. Occidens verè pro defensione personæ alterius iniuste occidendæ, cùm aliter saluare non possit: licet hoc facere possit sine peccato, tamen irregularis efficitur: not. in clementi. vnica. eodem titu. Secus tamen de consulente alicui iustam defensionem, si is qui consilium accepit, contra verisimilem opinionem occidatur: quia est homicidium casuale cum exercitio licitæ rei. ¶† Decimò quæritur, quid iuris de homicidio admisso ex permissione? Et dico multa. ¶ Primum. Permissione committitur homicidium, non prohibendo cùm prohiberi possit. xxiij. q. iij. non inferenda. & c. sequenti. & c. fi. quod licet glo. in d.c. non inferenda. referat ad prælatos: tamen cùm iura loquantur indistinctè, dico quòd quantum ad peccatum in his qui nec sunt prælati, nec eis ex officio hoc incumbit, distinguendum est vt suprà §. vj. quantum autem ad irregularitatem dico quòd nunquam sunt irregulares nisi forte dolose permittant. de quo infrà Homicidium iij. §. j. & ij. ¶ Secundum. Qui tractatum homicidij non reuelat, secundum aliquos est homicida: nec sufficit quòd prohibuerit, vt refert Pan. in c. Petrus. eo. ti. Io. autem And. distinguit: quia si dolose non reuelat, erit homicida: non autem si non dolosè. & placet Pan. ibi. sed tu die quòd quoties sine periculo suo & fructum, & sine peccato obuiare potest, & non obuiat, sine ex mala, siue ex bona volũtate, agit cõtra dilectionẽ proximi: & generaliter peccat: imò tenetur ob uiare etiã data pecuniaria: & si

vj. ¶ Tertium. Iniuriam passus ab aliquo & audiens suos parentes aut amicos velle se vendicare nisi expresè prohibeat: homicidiũ sequitur, homicida erit, secundũ glo. i. in d.c. Peruti. & Hostiẽ. quia videtur assentire. & eodẽ modo intellige quòd erit mutilator. ¶ Vndecimò† quæritur, quid iuris de homicidio perpetrato cooperatione? Et dico multa. ¶ Primum. Cooperatione homicidiũ committitur, quãdo scilicet multi sunt æquales in facto, licet non omnes æqualiter operentur: vnde dicitur in c. ficut dignũ. §. j. eo. ti. quòd illi qui ad capiendũ aliquã animo feriendi aut occidẽdi accedunt: licet manus illi nõ imposuerint, sciliçet omnes, tamẽ ex quo mors secuta est, sunt homicidæ. & intellige in similibus: puta q̃ multi vulnerauerũt. de quo xxiij. q. fi. ¶ Secundũ. Exhubes præsentiam suã in bello iniusto, animãdo, consulendo, vel municis timore incutiẽdo, homicida est, si ibi aliquis occidatur, secũdum Pan. in ca. significasti. eo. ti. Secus esset in bello iusto: vt ẽ. Bellũ. iij. §. ij. & ij. & in c. petitio tua. eo. ti. iuncta gl. ¶ Tertium. Exhibens præsentiã suam vbi fit homicidiũ, est homicida & irregularis: si est prælatus ibi iurisdictione habes. de ex cel. prælat. ex literis. secus de alijs qui sunt ibi ex curiositate. ¶ Duodecimò† quæritur, verũ animatione incurratur homicidiũ? Et dico quòd sic: vt patet in ca. sicut dignũ. eo. tit. quod tamen ibidem Panor. limitat, quando incitatio seu animatio est ad homicidiũ specialiter: secus si esset ad odiũ in genere, quia nõ teneretur quis de delicto inde secuto. Et idẽ dicitur quãdo animatio est ad factum licitũ, licet homicidiũ inde sequatur: sicut cũ prælatus hortatur in bello iusto vt viriliter puguet. de quo suprà Bellum. iij. §. ij. ¶ Decimotertiò† quæritur, vtrũ homicidiũ committatur auxiliatione, quando scilicet non omnes sunt principales in facto? Et dico quòd sic, vt in d.c. sicut dignũ. vbi dicit Panor. quòd præstans quodcũque auxilium quantumcunque modicum delicto committendo, tenetur, etiã custodiendo vestimenta. Tamen vt bene intelligatur materia distinguendum est quia aut auxiliũ præstatur ad perpetrandũ factum legitimũ & iustum, ex quo tamen sequitur homicidiũ: & sic de tali homicidio nõ tenetur talis auxiliator quo ad peccatum sed quo ad irregularitatẽ si auxilium fuit directè ad homicidiũ, bene tenetur: secus indirectè, sicut dictũ est de auxiliãtibus pugnatoribus in bello. Aut præstatur auxiliũ super facto illicito, ex quo sequitur homicidiũ: & sic homicida reputatur quantumcunque auxiliũ sit indirectum. & sic loquitur d.c. sicut dignum. Similiter si auxilium præstatur super homicidio perpetrando siue iustè siue iniustè, irregularitas incurritur, si effectus sequatur.

Rursus, de Homicidio secundò inquantum est casuale.

1 *Homicidium casuale quid sit, & quotupliciter sumatur? Et quando & quibus tale imputetur?*
2 *Regula circa homicidium casuale, & fortuitum casum, quando imputari debeant aut minime.*
3 *Clericus si cum quopiam rixetur, atq; interim clerici parẽtes aut amici superueniãt, qui cõtrahatur irregularitas?*
4 *Clericus, aut alius magister, si discipulum verberauit atq; exinde aut ipsius tristitia, aut medici ignorantia moriatur, an imputandum sit percutienti, & irregularitas inducatur?*
5 *Clericus diaconus cum alijs clericis ludens, falcem qua succinctus erat non posuit, an si aliud in eum insilientem mortale ex ea vulnus accepit, & interiit, an irregularis fiat? Et quid si clericus ab alio ludi causa hastã dereliquit, gladiũ, quem adstans habebat vulneratus occubuit: tuus seq.*
7 *Clericus puteos ex agro abacturus lapidem proiecit, ac puerũ interfecit, an irregularis sit? Et ad eãdẽ materiã irregularitatis, vij. alię q̃nes ex ordine sequuntur, vsque ad proximum.*
8 *Medico sub cuius cura infirmus præter ipsius voluntatẽ ac sententiam interijt, an imputandum sit, & sit irregularitas contracta, & promoueri non possit?*
9 *Phlebotomans aliquem sanitatis causa, an si phlebotomatus intereat, teneatur?*
10 *Infirmorũ custodes, aut seruitores, si vinum minùs iratũ infirmis sit, aut in custodiendo negligentes fuerint: ex quo ipsi infirmis ex phrenesi, aut huiusmodi mors contigit, an teneantur?*
11 *Latronem res subreptas asportãtem, si rerum dominus percussit, atque inde in terram prolapsus surgere non potuit, quinimo & ab alijs superuenientibus necatus est, an imputandum, & num sit irregularitas contracta?*
12 *Arborem cedens, nec omnibus quæquam de contingentibus ante si arboris casu homicidium sequatur, irregularis fiat?*
13 *Amatorium poculũ propinans ex quo mors præter ipsius propositum sequitur, an homicida & irregularis fiat? Et quid de occidente aliquem ludo? Et quid si quis ab alio lapide proiecto, quem deuitare velit, in alium impingat, & ex hoc intereat?*
14 *Puer si proximã abrũpendo surgẽdi vesicã, mulieri prægnãti ab ortus occasionẽ præbuerit, an homicida & irregul. effectus sit?*
15 *Parentes in lectis filios proprios casu interimentes, an de homicidio teneantur? Et ibidem an leuissima culpa in homicidio irregularitatem inducat?*
16 *Animal habens, vtpote leonem aut vrsum, quo aliquem perimat, an de homicidio teneatur & irregularitas inducatur?*
17 *Milites ad sui defensionem iuris accersens, si inde aliquis perimatur, an de homicidio teneatur? Et quid de eo qui impulsus, vel ictum deuitans alium impellit, & occidit?*
18 *Puerum ad flumen mittens, aut vt ab eo caueat admonẽs, si demergatur puer, an irregularis fiat?*

HOMICIDIVM† secundò inquantũ est casuale illud est quod fit præter intentionem & voluntatẽ. & dupliciter sumitur. primò scilicet largè, vt est occisio hominis casualis. & est quãdo cõtingit casualiter propter exercitiũ rei licitæ adhibita diligẽtia: vt si reparans rectũ positis signis in via submittẽs regulas interfecit siultè incedẽtẽ vltra signa. & hoc nullo modo imputat ad peccatũ, secundũ. S. Tho. ij. ij. q. lxiiij, quia nõ est m se volitũ, nec in sua causa. & secundò ꝓprièvt est homicidiũ casuale: & est quãdo cõtingit casualiter propter exercitiũ rei illicitæ, vel etiã licitæ nõ adhibita diligẽtia: vt si dictus reparator signa nõ posuillet: & hoc imputatur ad peccatũ & irregularitate: quia, vt dicit S. Tho. vbi s. contingit ꝙ nõ est per se volitũ & intentũ actu volitũ esse etiã intentũ p accidẽs secundũ quod causa remouẽs prohibẽs dicitur per accidẽs vnde ei qui nõ remouet quę remouere debet, ex qbus sequitur homicidiũ, illud est quodã modo volũtariũ. Quod dupliciter contingit: vel quia dat operã illicitæ rei, vel licitæ quidẽ, sed nõ adhibita diligẽtia. ¶ Ext his possunt accipi regulæ decisiuę omniũ quæstionum in ista materia. ¶ Prima. Qui dat operã rei licitæ, & adhibet diligentiã quã debet adhibere, non tenetur de casu fortuito inde sequente, nec de aliquo alio. Hęc probatur per c. lator. & c. dilectus filius. & c. ex literis. el ij. & c. significasti. el j. & c. Ioannes. & cap. fin. extra eo. ¶ Secunda. Qui dat operam rei licitæ nõ adhibita diligentia debita, tenetur de casu fortuito sequenti. Hæc probatur per cap. presbyterum. & cap. continebatur. secundum vnum intellectum. & c. ad audientiam. extra eo. ¶ Tertia. Qui dat operam illicitæ rei, etiam si adhibeat omnem diligentiã quam potest, tenetur de omni casu fortuito. Hęc probatur per cap. fuscepimus. & cap. de cętero. & cap. tua. & caput, sicut ex lite-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rarum.extra eod. ¶ Poteſt addi quarta regula, quòd leuiſſima culpa in homicidio caſuali non inducit irregularitatẽ, vt patet ex cap. quæſitum. de pœ. & re. & lectura Panor. Quam quidẽ regulam Sũma Ange. videtur intelligere eo modo ſaltem in omni homicidio, quod eſt abſolutum: quia in voluntario etiã nulla culpa inducit irregularitatem, vt patet in iudice juſtè ſuſpendẽte latronẽ. Et intelligit eam ſiue talis culpa ſit in omittendo ſiue in agendo: ſed Sum. R. ſolùm intelligit eam ſolùm in omittendo. Ego autem dico quòd d. c. quæſitum. ex quo regula ſumitur, loquitur quidem in omittendo: quia dicit quòd homicidium filiorum à parentibus perpetratum illis imputatur, ſi ſit ex procuratione vel negligentia ſtudioſa, id eſt, diſſoluta, ſecundum gl. quæ prope dolũ eſt. ff. man. l. ſi fideiuſſor. j. reſponſo. diſt. 50. ſæpe. & habet pro conſcientia. ff. de ædil. edi. l. cum ſex. qualis eſt ignorantia ludæorum, qui nolunt intelligere vt bene agant. j. q. iij. §. vl nõ autem imputatur eis ſi venit ex eorũ incuria, quæ incuria eſt negligetia clẽ. quia cõtingit. de relig. do & d. ca. quæſitum. negligẽtia autem eſt omiſſio eius quod debet & poteſt fieri. Dico etiã quòd Panor. videtur d. c. quæſitum. & dictam quartam regulam intelligere in omittendo: quia dicit d. ex. procedere quãdo ſine tactu vel tractu, ſecundũ aliam literã: & alia procuratione ſequitũ eſt, tamen videtur regula poſſe intelligi etiam in cõmittendo: quando datur opera rei licitæ: tamen quia in tali opere nõ poteſt eſſe culpa niſi omiſſionis, ſcilicet alicuius circunſtantiæ: tum quia irregularitas ſequitur homicidiũ ex humano ſtatu eo. hominẽ autem quod modicum eſt pro nihilo reputãt. ſecundo Phy. & multò magis quod eſt minimũ: & maximè vbi quis operatur ad commodũ occiſi: vt infrà. §. xv. Igitur regula vera eſt in caſuali homicidio, primò omittendo. & ſecũdò committendo licitè ad bonum occiſi: & fortè tertiò committendo licitè ad bonum proprium, non autem committẽdo illicitè. infrà, eodẽ. §. xxiij. ¶ † Primò verò quæritur, quid de clerico rixante cum aliquo, quem ſuperuenientes parẽtes vel amici clerici occiderũt? Et dicit Panor. in ca. Petrus. extra eo. quòd ſi clericus non fuit in culpa faciendo rixam, factũ aliorum non eſt imputandum illi, per primam regulam. quod limita ſecundum Hoſt. in c. ad audientiam. eod. tit. ſi prohibuit quantum potuit: ſi autem fuit in culpa, eſt irregularis per tertiã: ſi tamen tales interfectores non fuiſſent parentes vel amici clerici, ſed inimici occiſi ſuperuenientes, non imputabitur clerico, ſecũdum eum. Et diuerſitatis ratio eſt: quia primo caſu homicidium commiſſum eſt intuitu clericiſi: ſecundo verò caſu intuitu inimicitiæ quæ erat inter illos. Sed intellige niſi illicita rixa fuiſſet cauſa quòd iſti inueniſſent illum. ¶ † Secũdò quæritur, quid de clerico vel alio magiſtro qui diſcipulũ verberauit, ſi ille ex ſua incuria vel ignorantia aut negligẽtia medici moriatur? Et dicunt quidam quòd eſt irregularis per c. presbyterum. eo. tit. quod ideo dicunt, quia vix contingere poſſet quòd ex leui caſtigatione, quæ ſola magiſtro cõceditur, quis interiret. tamẽ alij melius dicunt quòd ſi iſte præceptor non exceſſit modũ correctionis ſibi per miſſæ: & diligẽtiã adhibuit ne periculosè percuteret, nõ tenetur de homicidio, per regulã primã. Nõ obſt. d. c. presbyterũ, quia ibi peuſſio fuit in loco periculoſo, id eſt in capite: vnde presbyter ille nõn adhibuit diligentiã, licet daret operã licitæ rei. & ideo imputatur illi etiã ſi puer poſtquã conualuit, recidiuaſſet ſecundum gl. quod intelligo poſtquã conualuit ſemiplenè: ita quòd reliquiæ primæ infirmitatis coopertæ ſunt ad mortem cũ ſecunda ſuperueniente. Nec etiã obſtat c. ſi quis nõ iratus. xv. q. j. vbi eſt iſte caſus: quia dicit ibi gl. tex. illũ intelligi quãdo percutiẽs exceſſit modũ correctionis. Si quis autem aliũ percuſſerit vulnere non mortifero, dans tamẽ operam rei illicitæ: ſi ille moriatur ex imperitia medici vel incuria ſui irregularis eſt per tertiã regulã. Nõ obſtat gl. in c. ex hubita. qa loquitur in caſu illius capituli, ſcilicet de puero lapidem iacẽte: qui ſecũdum Panor. ibi non erat in culpa. ¶ † Tertiò, quid de clerico diacono, qui ludens cum alijs clericis, falcem, qua accinctus erat, non remouit, ex qua alius equitaturus infirmẽ, mortale vulnus accepit, & expiranit? Et dico eum irregularẽ per ſecundã: quia licet operã daret rei licitæ, tamẽ diligentiã debitam nõ adhibuit: quia falcẽ debuit amouere, ex quo ludi conſuetudine ſcimit. Et ſi prohibuiſſet eum ne ſe equitaret, eſſet nihilo minus irregularis, ſecundũ Hoſ. ꝓpter conſuetudinem ludi: tamẽ verius dicit Panor. quòd nõ. Et de hoc eſt caſus in ca. continebatur. eo. titu. & ibi Pan. infert quòd clericis permiſſus eſt ludus alleuiãdi gratia. & gl. dicit ludũ aliàs licitũ clericis inter ſe, illicitũ effici propter iniſſionẽ lapidum. ¶ † Quartò quid de clerico, qui ab alio clerico ludo, pietate ad tertiã illũ grauiter vulnerauit gladio, quem habebat ad latus? & occubuit? Et dicit rex. in c. lator. e. ti. quòd nõ eſt irregularis. Nec obſtat caſus præcedẽs, qui videtur idẽ eſſe cũ iſto: quia ꝓ cõſtãti habere debemus ꝙ iſte clericus habẽs gladiũ, nec dabat operã rei illicitæ nec licitæ cũ culpa. Vnde gl. in c. ad audientiã. e. ti. quam approbat Pan. hoc capitulo cõcordãs, dicit quòd iſte clericus in nulla culpa fuit nec ipſe aliquid fecit, ſed paſſus eſt tantùm: & ſibi factus fuit, nõ ipſe fecit alteri inſultũ, ſed alius in ipſum irruit: ideo caſus cõtingens p regulam primam non imputatur illi. ¶ Quintò quid † de clerico qui porcos de agro pulſurus lapidẽ iecit, & puerum interfecit? Et dico eum nõ eſſe irregularem per c. clerico. 50. di. Sed intellige ꝙ ſecundum gl. dabat operã licitè rei: & adde quòd diligentiam adhibuit circunſpiciendo: alioquin fuiſſet irregularis per regulam ſecundam, illud pro talibus aduertendũ eſt ꝙ ſecundum Pan. in c. ex literis. el ij. eo. tit. qui proijcit ali quid ad locũ infolitũ, & per quem quis trãſire non cõſueuit, nõ tenetur clamare: vt in l. ſi putator. ff. ad l. Aquil. aliàs ſecus & in c. ſi. eod. ti. dicit quòd clamantes ſubmiſſa voce vel poſt caſum contingentem nõ excuſantur: ſicut plerunque ruſtici dicentes mulos poſt impactionẽ clamant: caue. ¶ Sextò, quid de clerico qui venando aut ſe exercendo iaculum proiecit, & alium caſu interfecit? Et dico eum eſſe irregularẽ, etiã ſi diligentiã adhibuit quia dabat operam illicitæ rei. 50. diſt. ſi quis arboré. §. ſi verò. ¶ Septimò, quid de clerico qui cauſa lubricitatis fecit ad ſe venire prægnantẽ per tectũ vel deſcenſum parietis & dum rediret, cadens per dictũ deſcenſum abortiuit? Et dico ſecundũ Gul. de Lau. quòd eſt irregularis: quia dabat operã illicitæ rei. ¶ Octauò. Quid de clerico vel alio qui pro rebus ſuis recuperandis officium iudicis implorat: licet ſciat pro certo quòd ſine ſanguinis effuſione recuperare non poterit? Et dico eum non eſſe irregularem, ſecundũ Ioan. And. & eſt tex. in c. ij. eo. ti. lib. vj. modò proteſtetur quòd non intendit ſanguinis vindictam. Sed limita verum primò quando alio licito modo recuperare non potuit. & ſic intelligo Vinc. tenentem contrarium: & ſecundò quando non mortem, ſed recuperationem intendebat: quia ſi fuit intẽtio maculata, & ſubſecuta eſt mors, aut mutilatio, irregularis eſt, ſecundum Hoſt. & ſic intellige c. ex literis. de exceſ. prælat. & xxiij. q. v. cap. ij. & de pœniten. diſtinct. j. periculoſe. Secundum prædictam etiam diſtinctionem dic. ſi furem capiens iudici tradat: & ſi poſt occiſionem gratum habeat: nihilo minus non eſt irregularis: quia lex promotionis factum requirit. xv. q. vltima. & j. cap. finali. hic autem non eſt factum proprium, vt patet: nec alienum proprio nomine geſtum, & conſequenter ratum, quia contradixit. ¶ Nonò, quid de ſacerdote, qui pro ædificatione eccleſiæ vel domus aduocauit aliquem in adiutorium: qui caſu interijt? Et dico eum non eſſe irregularẽ, ſi nihil de contingentibus omiſit. eod. titu. cap. fina. ¶ Decimò, quid de ſacerdote, quo ꝓ diuinis pulſante campanam malleus cadens puerum interfecit? Et dico eum nõ eſſe irregularem, ſi id fecit ex officio ſacriſtæ vel eius permiſſione aut cõſuetudine, qua quilibet ſacerdos vel clericus pro ſimilibus poterat pulſare campanã: & diligentiam adhibuit. Secus ſi non fecit ex dicto officio vel permiſſione aut conſuetudine: vt in cap. Ioannes. eodem titu. Item ſecus ſi non adhibuit diligentiã: vt quia fuit ſacriſta, & timinnabulum diligenter nõ ligauit, per ſecundam regulam. ¶ Vndecimò, quid de monacho qui ludens prægnantem etiã leuiter zona correptam traxit & aboruit fecit? Et dico quòd eſt irregularis per tertiã regulam, & per cap. ſicut ex literarum. eodem titu. vbi Panor. dicit verbum ſingulare, quòd in dicto caſu ſi fuiſſet maritus eius, aut pater vel perſona conjuncta, & ludus fuiſſet leuis, mors non imputaretur illis. & ſic concludit quòd ludus leuis, etiã cum muliere prægnante, nõ eſt prohibitus, ſi perſona eſt honeſta & coniuncta: & tunc non imputaretur abortus, qui monacho imputaretur: quia vnus dat operã rei licitæ, alius illicitæ. Et idem dicendum eſt de ducente choreas cum prægnante ſi abortiatur: quia ſi eſt clericus vel religioſus, irregularis eſt, per tertiam regulam. Secus de ſeculari cõcurrentibus circũſtantijs quæ requiruntur ad licitas choreas. & hoc ſi ſaltatio ſit leuis. ¶ Duodecimò, quid de monacho, q mulieré tumore gutturis curandam, aperto tumore ferreo inſtrumento mouit ne ſe vento exponeret, ſed illa ſe expoſuit & periit? Et dico quòd eſt irregularis, etiam ſi de contingentibus nihil omiſit: & idem ſi eſſet clericus, etiam in minoribus ſufficienter beneficiatus, ſecũdum Panormi. in cap. ſententia. ne ele. vel mon. per tertiam regulam: & per cap. tua. eodem titu. quia illicitæ rei, id eſt, chirurgię operam dabat: quæ ars clericis interdicitur, vbi interuenit inciſio vel aduſtio: vt in d. c. ſententiam.

¶ † Decimotertiò: quid de medico, ſub cuius cura infirmus præter voluntatem interijt? Et dico vt not. Panor. in cap. tua, eodem tit. quòd illi non imputatur concurrentibus quatuor. Primò, quòd illud officium nõ ſit illi prohibitum exercere: ſicut religioſis & clericis chirurgia. in cap. nõ magnopere. & in d. cap. ſententiam. ne clerici vel mon. Secundò, quòd ſit peritus in illa arte. Tertiò, quòd exhibuerit omnem diligentiam ſecundum artem. Quartò, quòd infirmum de his quę ſunt ægritudini contraria informauerit: aliàs teneretur. de æta. & quali. ad aures. Adde tu quintò quòd ſuper his habeant probabilem ſcientiam, ſecundum Archi. Et ſic non ſunt irregulares, nec prohibentur promoueri: ſecus quando ſunt imperiti vel negligentes: & ex hoc probabiliter credunt aut dubitant infirmos periſſe, vel membris eſſe deſtitutos. d. ca. ad aures.

¶ † Decimoquartò, quid de phlebotomante aliquem cauſa medicinæ, ſi ille interijt? Et dicit Veruec. quòd nõ tenetur ſi erat peritus, & adhibuit diligentiam debitã: ſimiliter ſi incidendus non habuit conſuetam diſpoſitionem membrorum aut venarum ſiue neruorum: quia non tenetur in aliquo inciſor, ſecundum Innocen. nec eſt irregularis, ſi in hoc propter fiam imperitiam non errauit: quia in huiuſmodi potius caſu quàm culpa creditur mors accidere. xxiij. q. v. de occidendis. Et ideo phyſici & chirurgici ſi erant periti, & nihil de contingentibus omiſerunt: & habent ſuper hoc probabilem ſcientiam, non prohibentur à promotione, quamvis mortui ſint infirmi: ſecus ſi fuerunt imperiti vel negligẽtes: & ex hoc probabiliter credunt vel dubitant periſſe infirmos, vel membris deperditos: quia ſunt irregulares. de æta. & quali. ad aures.

¶ † Decimoquintò, quid de cuſtodibus aut ſeruitoribus infirmorum, qui vocauerunt viſitorẽ, vel ad eorum petitionem dederunt vinum, vel nõ bene cuſtodierunt: vnde ex phrenetiſi ſe occiderunt vel huiuſmodi? Et dico quòd in omnibus huiuſmodi ſecundum Veruec. & omnes Summiſtas nõ debet quis de facili habere conſcientiam ſcrupuloſam, ſi bona fide fecit: niſi ſit euidens culpa aut negligentia diſſoluta: adde ſecundũ mentem eius, vel niſi daret operã rei illicitæ: pura cõtra medici præcepta cõmittens: & ſi eam habet, deponere debet ad conſiliũ boni viri. Si autem fuit lata culpa vel negligentia diſſoluta, puta ſi cuſtos phrenetici vel furioſi dimiſit eum vt ipſe iret ad ludendum in platea: vel aliàs dat operam rei illicitæ: aut ex nimia crapula vel ebrietate vigilare nõ potuit, maximè cùm deputatus eſſet ad cuſtodiam infirmi: & certũ ſit, vel ſecundum medicorum iudicium probabiliter dubitatur quòd inde mors ſequuta ſit, irregularitas contracta eſt, ſecundum quòdè Veruec. qui per culpam intelligit cõmiſſionem: per negligentiam verò omiſſionem. Et videtur velle quòd tenentur huiuſmodi de culpa leui, quæ eſt euidens, nõ de leuiſſima: & de negligentia grauí, non de leui, quando nõ eſt diſſoluta. Magis enim ponderatur commiſſio quàm omiſſio: vt infrà §. xxiij. Et hæc procedunt vbi cuſtos nõ eſſet ſalariatus, ſed cuſtodiret ex pietate vel obediẽtia. Idem dic de verentibus infirmos: vnde frangitur apoſtema vel anhelitus obturatur. ¶ † Decimoſextò, quid de eo qui latronem res ſuas aſportantem percuſſit: ex qua percuſſione ſurgere nõ potuit & ſic eſt occiſus ab alijs? Et dicunt quidã diſtinctè quòd eſt irregularis: quia illicitæ rei operam dedit, ex qua homicidiũ caſuale ſecutum eſt. Sed quia dictũ eſt quòd clerico pro rerum defenſiõe percutere licet ſeruato moderamine inculpatę tutelæ. quod etiã patet in c. ſignificaſti. el ij. eod. tit. ideo diſtinguo: quia ſi non percuſſit leuiter nec animo occidendi, nec modũ exceſſit debitæ tutelæ, nec debuit prægogitare quòd occideretur ab alijs, non eſt irregularis: vt videtur eſſe caſus in d. cap. ſignificaſti. & facit cap. exhibita. eod. ti. & ff. loc. l. qui domũ. in fi. & videtur ſenſiſſe glo. in cap. de cætero. & in cap. tua. e. ti. Nec obſtat d. c. de cætero. quia loquitur de cauſa propinqua homicidij, vt quis ſit irregularis. Si verò percuſſit leuiter vel animo occidendi, vel modũ exceſſit, vel diligentiam non adhibuit præcogitando quòd verſimiliter poterat occidi, eſt irregularis, vt patet ex dictis. ¶ Decimoſeptimò, quid de eo qui latronem videns clamauit, ex quo clamore latro captus fuit & occiſus? Et dico quòd homicida eſt & irregularis, ſecundum Inno. & Hoſt. & ſequitur Pan. in d. cap. ſignificaſti. el ij. eod. tit. etiam ſi non habuit animum ad mortem: quia debuit de homicidio cogitare, quod ex tali clamore communiter ſequitur, quod bene Panor. ibi limitat, quando communiter ſequitur: aliàs nõ, ex quo animum nõ habuit ad mortem. Limita etiam ſi clamauit pro rebus vel alijs: quia ſi ꝓ ſalute ſuæ perſonæ clamaſſet, non eſt irregularis. ¶ † Decimooctauò, quid de eo qui arborem cædit, nihil de contingentibus omittendo, circunſpiciendo: & clamando fortiter & tempeſtiuè, & tamen homicidium ſequitur? Et dico quòd ſi dabat operam rei licitæ, vt quia ſua erat arbor, non eſt irregularis, per regulam primam: aliàs verò erit irregularis, per tertiam.

¶ † Decimononò, quid de eo qui dat amatorium poculum, ex quo ſequitur homicidiũ præter intentionem? Et dico quòd homicida eſt & irregularis: vt no. Panor. in cap. ſi aliquis. eo. tit. & facit l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœ. Et ratio eſt, quia dat operam illicitæ rei: ſecus ſi homicidium non ſequitur: puta quia fœtus nondum erat formatus, vt ib. glo. ſa.

¶ Vigeſimò, quid generaliter de occidente aliquem iudo? Et dico quòd ſi licitè ludebat, ſecundum vnam circunſtantiam ludi, perſonarum, loci, & temporis, & vir ſimiliter talis caſus venire nõ debuit, nõ eſt irregularis: vt patet in c. lator. eo. tit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et ratio est,quia dat operam rei licitæ cum diligentia. secus si ludat illicitè,vel diligentiam non adhibeat,quia est irregularis,vt ex dictis regulis patet. ¶ Vigesimoprimò,quid si quis insequendo proijciat lapidem post aliquem ludens ad terrorem,& ille volens lapidem declinare,impingat in alium lapidem,vel cadat,& moriatur? Et dicit Inno. in c.exhibita.eo.tit.quòd proijciens tenetur,si iactus lapidis fuit causa læsionis. & idem Abb.& Vinc.sed Pan.ibi hoc limitat:quia iactus potuisset grauem percussionem inferre,nisi alius fugisset,quia tunc ludus fuisset noxius,etiã in pueris. secus si percussio non potuisset esse grauis:vel si proiectio fuisset à remotis.hæc ex illo benequia intendit ꝙ interuenit irregularitas,quando ludus lapidũ,qui alias licitus est pueris ætatis beneficio,redderetur illicitus ex immoderato iactu. ¶ † Vicesimosecundò,
14 quid de puero,qui frangendo turgidam veficam porcinam,& mulierem prægnantem terrore abortiri fecit? Et dico quòd Inno.Abb.& Vinc.sentire videntur quòd homicida sit,& irregularis.Sed oppositũ bene tenuit Pan.quia ad esse irregularem nõ debet attendi quælibet causa,secundũ gl.in c.de cætero.eo.tit.sed vt ibi dicit Pan.appellatione causæ propinquã & non remotã intelligimus.Et facit ff.ad l.Corn.de sica.l.nihil interest.in gl.sicut nõ est homicida faber cultellũ faciens. Vnde percutiens aliquem vulnere nõ mortifero nõ est irregularis,secũdũ Ber.in d.c.exhibita.si ex imperitia medici vel incuria aut expositione ad labores & sudores moriatur:si tamen quis animo nocendi facit,aut minorem diligentiã adhibuit,considerattur etiã causa remota,secundũ eundem Ber.in
15 c.de cætero.& in ea.presbyterũ. ¶ † Vigesimotertiò,quid de parentibus qui à casu proprios filios in lectis occiderunt ? Et dico si fuerũt in culpa grani aut leui tenentur de homicidio, vt patet in gl.c.fi.de his qui propr.fil.occi. quia datur eis pro culpa grau pœnitentia septem vel quinq; annorũ : pro leui, triũ.Si verò nulla culpa præcessit,nõ tenentur: similiter nec si præcessit quidem,sed leuissima in omittendo,secũdũ Pan. de pœ.& re.quæsitum.qui ibi infert quòd leuissima culpa in homicidio non inducit irregularitatem, quando sine actu & alia procuratione homicidii sequutũ est.& idem dico si præcessit culpa leuissima aliquid licitũ agendo:quia ex ea nõ esset quis irregularis.Quod verũ est indubitanter , quãdo agitur aliquid licitũ ad cõmodum occisorum , vt suprà §.xv.de seruitoribus infirmorũ dictũ est : imò nec si ageret quis rem de se licita ad cõmodum propriũ,vt ex quarta regula patuit. ¶ Sed ꝙ his sciendũ est primò,ꝙ parẽtes filios teneãtur apud se collocare nõ debẽt,aliter sunt in culpa.in.q.v.cõsuluisti.qsi scilicet id agunt gratia sui commodi , ne scilicet plorent ad aures:aut ipsi frigeant affurgentes ad cunas, vel huiusmodi: & eis imputat homicidium etiã pro culpa leuissima.secus vbi hoc agerent ad cõmodũ filiorũ : puta quia ita sunt pauperes quòd eos pãnis fouere in cunis cõtra frigora nõ possent:quia ex hoc non sunt in culpa:nec de homicidio tenantur,nisi alia culpa interueniat : quia duobus malis cõcurrentibus minus eligitur.xiij.dist.nemo.sed & si alia culpa interueniat , nõ tenentur,nisi sit grauis,aut saltem leuis:nõ autem si sit leuissima solùm. ¶ Sciendũ est secũdò,quòd secundũ Sum.Ang.verum est vniuersaliter leuissimã culpam in homicidio irregularitatem nõ inducere:sed Sum.Ros.non putat verũ. Vnde dicit quòd dans operam rei illicitę de se tenetur de omni culpa etiam omittendo,& de omni casu etiã si diligentiã adhibuit. quod probatur per capitula,suscepimus. de cætero.tua.& sicut ex literarum.extra eo . dans verò operam rei illicitæ,si fuit in culpa etiã leuissima cõmittendo,tenetur de casu iode sequuto,vt dicit:& probat per c.clerico iaciente. 50.dist.&.c. presbyterum.&.c.ad audientiam.eo.tit.sed hoc non est verũ: nec probatur in capitulis quæ allegat, culpam fuisse leuissimam. Si verò fuit in culpa omittendo,non incurritur irregularitas:& iste est casus d.c. quæsitum.quia isti parentes debãt operã rei licitæ,tamen fuerãt in culpa omittendo ibi ex incuria.Sed adde tu iuxta quartã regulam quòd etiam omittendo culpa leuissima irregularitatem non inducit. ¶ Sciendum est tertiò, quòd iura plus omissionis quàm commissionis tolerant culpã pro quo facit theorica aurea Bart.in l.quod Nerua.ff.depos.de qua magnũ festum Alex.de Imol . facit in l.fi mora.ff.solu.mat.scilicet quòd in omnibus contractibus , in quibus quis tenetur solùm de dolo & lata culpa,tenetur etiã de leuissima in faciendo cõmissa.suprà eo.in prin. ¶ † Vigesimoquartò quæritur,quid de habente animal,puta vrsum vel leonem,qui aliquẽ interfecit? Et dico quòd si non fuit in culpa,non tenetur de homicidio.Si verò fuit in culpa,tenetur,& est irregularis:puta quia erat ferox:& non tenuit ligatum, huiusmodi.arg.c.hi qui arborem.&.c.sæpe.dist.50.& qđ notat in c.de occidẽdis.xxiij.q.v.qđ Sum.Ang.reprobato Host. tenet indistinctè verũ:quia forte dicta iura indistinctè loquuntur.sed quia non loquuntur de causa remota,vt est in proposito,non venit nomine causæ in homicidio, nisi adsit malitia vel diligentia minor,secundum Ber.vt suprà §.xxij.ideo nisi secundũ Host.in c.ad audientiam.eo.tit.& Inno.hoc procedit si interuenit malitia vel lata culpa,vel secundum alios etiã leuis:vt patet in Sum.Conf.lib.ij.tit.j.q.xxviij.secus in leuissima.arg.l.j.& l.fi.ff.si qua.pau. & per regulam quarta. ¶ † Vigesimoquintò,quid de eo quivocauit milites ad defensionem sui iuris si aliquis ibi occidatur? Et dico quòd non tenetur de homicidio:vt in d.c.de occidendis.ij.q.iij.eadem ratio.c.Maximianus.& hoc quia non est causa propinqua homicidij:secus si ipse occideret ꝙ rebus aut iuribus suis: quia esset irregularis,vt dictũ est,nisi defenderet suam personam. ¶ Vigesimosextò,quid de eo qui impulsus vel declinans percussionem alterius impellit,& occidit? Et dicit Hug.in c.sæpe.dist. 50.ꝙ nõ est homicida nec irregularis , nisi fecerit in fraude: adde vel nisi potuit præuidere & aliter euadere . ¶ † Vigesimoseptimò,quid de eo qui puerum misit ad flumen movere vt ab eo caueret:& submersus est ? Et dico quòd irregularis est:vt videtur tenere Host.sicut & Ioannes, qui faleem non remouit,de homi.cõtinebat.Sed hoc bene limitat Sum.Cof. si poterat rationabiliter de periculo cogitari . ¶ Vigesimooctauò quæritur,quid de eo qui famulum corrigia gladium habente verberans occidit? Et dico quòd est irregularis:quia debuit probabiliter credere occisionem nõ remouendo cultellum:extra eo.ad audientiam. Multos etiam casus,in quibus irregularitas sine peccato contrahi potest, habes tit.seq.

Rursus de Homicidio tertiò, quantum ad pœnam max imè irregularitatis.

1 *Homicidium quatenus pœnam ac irregularitatem induat, duplex esse.*
2 *Regulæ quo ad dijudicandum de irregularitate circa homicidas,sex sunt generales: de quibus hoc ordine.*
3 *Homicida num omnis irregularis sit ? Et subinde,num per solam mortem,aut membrorum mutilationem irregularitas contrahatur? Et quid de iudice in mortis, aut membrorum mutilationis causa: item quid de potestatis familia ? Et adhæc aliquot conclusiones subiunguntur.*
4 *Membrorũ mutilator aut debilitator,nõ omnis irregularis fiat? Et quid de mutilatis? Et an mutilatio mẽbri homicidio æquipa-ad quæ æquiparetur? Et quid si mẽbrũ nõ mutilum,sed debilitatum:& quid si digitus truncatur, an irregularitas inducatur?*
5 *Mutilati, qui promoueri inhibeantur & pro-ati deijs omnibus*

6 *Homicidæ & mutilatores ab irregularitate excepti,de quibus hic,num aliquo casu irregularitatem contrahere possint, quæ quo dictis palam fit.*
Inno.forem occidens an efficiatur irregularis, si mortem aliàs quidem euadere potuit, mutilationem verò nequiuit.
7 *Iura de prælatis & clericis quantum ad irregularitatem contrahendam pertinet, quid specialiter caueant.*
8 *Irregularitas ex mutilationibus & occisionibus in bello factis, an inducatur. sex dictis resolutoriis expeditis.*
9 *Papa ex eo,quod clericis facultatem,vt bello interfint,concedit an videatur illis licere armis vti?*
10 *Casus circa irregularitatem vltra predicta dubij duodecim, de quibus hic ordine.*
11 *Irregularitate ex homicidio contracta,qualiter cum irregularibus dispensetur.*
12 *Homicidij pœna,num præter irregularitatem alia sint?*

1 HOMICIDIVM † tertiò inquantũ pœnã & irregularitatẽ inducit,est duplex,scilicet sumptũ propriè qđ est occisio hominis iniusta cũ pẽtõ:& largè,qđ est occisio hominis etiã iusta,& sine peccato.Et de vtroq; quomodo in multis casibus irregularitatẽ inducat:in duobus prioribus titulis incideter dictũ est,vbi de eo quantũ ad peccatum agebatur: nunc autem de vtroq;,inquantũ inducit pœnam,maximè ir-
2 regularitatem,ex intentione dicendũ est. ¶ Primò † verò quæritur,quæ & quot sunt regulæ generales dijudicãdi : de irregularitate circa homicidas? Et dico ꝙ sunt multæ . ¶ Quarũ prima hæc est:Nullus iudex, magister, aut doctor , in dubio debet aliquẽ irregularem iudicare.arg.de pœn.dist.j.§.pen. ¶ Secunda.Quilibet in dubio se debet irregulare reputare:vt in c.ad audiẽtiã.eo.ti.vnde in foro animæ,maximè quãdo aliquis de hoc nõ est iusirmatus,debet suę cõscientiæ relinq: vt in c.ex literis.eo.ti.Et has duas ponit Host.in d.c.ad audientiam.Et sic patet ꝙ in foro cõtentioso, vbi agitur ad pœnã, nõ debet quis in dubio reputari irregularis:secus in foro animæ,vbi agitur ad imponendã pœnitentiã,de quo Pan.in d.c. ad audientiã. ¶ Tertia.Ad incurrendã irregularitatẽ ex homicidio necesse est interuenire factum vel præceptũ vel consilii vel defensionẽ vel cooperationẽ occidentis.Et hanc ponit Inn.in d.c.ad audientiã.Sed attende ꝙ ad cõsilium reducitur animatio:& ad cooperationẽ auxiliatio. Igitur homicidium mentale nunquã irregularitatẽ inducit:quia lex ,pinotionis factũ requirit.xv.q.j.c.vlt.Sed intellige factũ propriũ vel alienum,in quo quis participat verbo vel signo æquivalenti : vt in præcepto,& ratihabitione:similiter nec homicidiũ permissionis,etiã cũ quis sine periculo posset liberare,& delectatur de morte:nisi forte sit prælatus aut dñs:vt j.§.v. ¶ Quarta. Causam homicidij,quę irregularitatem inducit,oportet esse propinquã ff.ad.l.Cor.de sica.l. nihil interest.Secus de causa remota seu occasione:quia nõ ideo est homicida faber , quia cultellum fecit.de homi.tua.quod secundũ Ber. limitatur de causa remota:nisi quis animũ habuerit nocendi,aut minorẽ adhibuerit diligentiã:vel nõ cogitauit quæ debuerit cogitare.eo.ti.presbyterũ.in fi. ¶ Quinta. Infant occidẽs nõ est irregularis,nisi sit doli capax.cle.furiosus.de hom.& no.Pan.in c. j.de delic.pue. & Io.An.ibidẽ. & similiter dic de furioso.pro quo facit l.j.C.de fal.mo. ¶ Sexta. Quantũ ad irregularitatẽ contrahendã nõ est in iure vel cõmuni doctrina Canonistarũ inuenire differentiã inter laicum & clericũ:sed vbicunq; irregularis est clericus,est & laicus,& ecõtra:excepto homicidio casuali:vbi aliquando est irregularis clericus,& non laicus,& ecõtra: qa aliqd est illicitũ clerico & nõ laico:vt mercari & ludere ludo clerico interdictũ:vel mederi:& ecõtra:vt celebrare diuina.Vnde si ex mercatione clerici sequatur occisio adhibita diligẽtia est irregularis:non autem laicus.Quatuor aliæ regulæ habentur suprà,Homicidium.j.in princip. ¶ Secundò † quæritur , vtrum omnis homicida sit irregularis? Et 5
dico multa. ¶ Primum.Omnis occidẽs aut mutilans post baptismum per industriam & voluntariè etiam sine peccato est irregularis:vt notat in cap.j.de homicid.& ibi patet per text. & non solùm promoueri non potest , sed etiam promotus est perpetuò deponendus.extra eod .sicut dignum.d.l.si quis viduam.etiam si interficiat Saracenum,vel paganum.dist.50.c. clericũ.Et hoc siue occidat cũ peccato,siue sine peccato,siue per se,siue per aliũ,mandato,consilio,defentione,permissione,cooperatione,animatione,& auxiliatione. Vnde in causa mortis aut mutilationis irregularis est iudex etiã iustè proce dens.dist.vj.aliquãtos.& accusator ac testis & notarius sententiã scribens aut proferens,vel attestationes scribens aut legẽs dũ publicatur,vel scribens aut dictans literas pro vindicta sanguinis, aduocatus quoque contra reum vel pro reo si cum effectu accusator fuit:iudex etiã & quilibet alius officialis:vt notat in d.c.aliquantos. & per totũ.extra ne cle.vel mo.cap.dentẽtiam.& in gl.in summa.dist.lj . Si tamen effectus nõ sequatur, nullam incurrunt irregularitatem etiam episcopalẽ,vt dicit Veruec.vt expressè dicit Pan. in d.cap.sententiam.& in c.clericis.ne cleri. vel mon.vbi facit pulchram theoricam quòd per solam mortem aut membrorum trucationem quis irregularitatem incurrit:secus si alia sanguinis vindicta sequatur:vt in c. si aliquis.de homicidicit quòd ex sola voluntate nũquam est aliquis irregularis. quod etiam tenet Gof.quod indubitanter tene,quantuncunque quis mortem attentauerit:nec Veruec.dictũ aliquo iure cauetur.gloss.quoque in cap.periculosè.de pœni.distinct.j.dicens talem irregulare,intelligitur secundum Panormitanũ de irregularitate consequente peccatum,non de indispensabili. ¶ Secũdum.Item sunt irregulares omnes de familia rectoris associantes pro defensione malefactorem ad mortem equestres vel pedestres,& trahentes malefactorem ad chordã si inde fatetur,& occiditur:excepto tamen inquisitionis negotio.Similiter qui acuit vel defert securim,vel aliud occisionis instrumentum:vel portat scalas vel funes pro aliquo suspendendo:quia horum quilibet dat causam propinquam morti vel in ea cooperatur.d.c.si quis viduã.dist.lj.Secus de faciente gladium vel funes ad omne vsum,nõ ad mortem,sed casu inde sequitur.xxij.q.v.de occidẽdis. ¶ Tertium.Similiter est irregularis,qui aliquid facit vel dicit vt omnino moriturus citius moriatur,si hoc est certũ:puta voluit infirmũ, vt citius moriatur:dicit decapitando vt caput ponat ad cipũ:& hoc citius ponit:vel dicit fatellitivt securim aptet ne pluries feriat, & fit,& huiusmodi.arg.d.ca.si quis viduam.Et generaliter omnis homicida & mutilator voluntarius, etiam si occisus vel mutilatus sit paganus.dist. 50.clericũ.excepto eo qui hęc ob defensionem suæ personæ facit,cùm aliter euadere non possit:& furioso infante ac dormiente,qui non sunt irregulares, vt in cle.vnica.eodem titu.Et quod dictum est de infante Petrus de Anchar.dicit verum etiam de maiori septennio,si nõ sit doli capax.Quod etiam dictum est non esse irregularem eum qui occidit se defendens:Sanct.Tho.ij.ij.quæstion.lxiij. dicit esse falsum:quia tunc non emanaueret dicta clem.Excipitur etiam ab irregularitate is,qui est homicida permissione, scilicet non obuiando cùm possit:etiam si de homicidio delectetur,secundum Archid.sicut etiam non est irregularis medicus permittens infirmum mori , nolens illi mederi:& dimittens pauperem fame perire.xv.quæstio.j.c.si quis non iratus. infrà §. v.particula. v. ¶ Quartum.Omnis etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

homicida à casu irregularis est in casu, in quo illi imputatur homicidium secundū doc. si culpa sit grauis, aut saltem leuis iuxta dicta supra in prin. tit. prioris. alias non. ¶ Tertiò † quæritur, vtrum omnis mutilator & debilitator membrorū, seu mutilatus & debilitatus sit irregularis? Et dico multa. ¶ Primum loquendo quantū ad mutilantes. Nulli seipsum mutilare licitum est: vt supra, Homicidiū j. §. j. particula j, dictū est: & qui se mutilat ex impatientia vel credens se Deo præstare obsequium, putavt cassè vitam nihilo minus à promotione repellitur, & deijcitur, quia truncatus de corpo. viti. significauit: quia talis homicida sui iudicatur. dist. lv. si quis occiderit. & di. xxxiij. maritum. Si verò quis se vel alium mutilet, quia membrū est corporis corruptiuum: non peccat, secundū Sanct. Tho. ij. ij. q. lxiij. nec est irregularis, nisi ex mutilatiōe inducatur deformitas vel impotentia ad ordinis executionem: vt in Summa Conse. lib. ij. tit. j. q. xliij. ¶ Secundum. Mutilatio membri extra casum infirmitatis quo ad peccatum mortale, irregularitatem, & dispensationem participatur homicidio, secūdum notabilem glo. in cle. vnica. eod. tit. & facit c. aliquantos. dist. lj. cum multis alijs ibidē. &. c. clericis. ne cleri. vel mona. &. c. in archiepiscopatu. de rap. & ca. is qui. de homi. lib. vj. Non tamen quælibet mutilatio irregularitatem inducit, secundum Car. post Land. in d. cle. vnica. sed solū cùm mutilat aliquod de principalibus membris. & secundum Panor. in cap. j. qui cle. velvo. sola effusio sanguinis non inducit irregularitatem. vide infrà, particula iiij. Ex his autem patet quòd de mutilato re distinguendum est vt de homicida quātum ad irregularitatem, vtrum scilicet mutilauerit sponte vel à casu. & si à casu, vtrum dando operam rei licitę vel illicitæ: & si licitę, vtrū adhibita diligentia vel ne. ¶ Tertium. Si membrum nō mutilatur, sed debilitatur: non inducitur irregularitas, secundum Panor. in cap. de diacono. qui cleri. velvo. & idem dicit in cap. clericis. ne cle. vel mona. at. j. q. j. sicut vrgeri. quia licet membrum debilitatum sit quasi inutile quo ad operationē tamen valet saltem ad decorem: & in pœnis faciēda est maior interpretatio. & concor. secundum eum Gal. & similiter Gaspar. in dicto cap. de diacono. Sed hoc limita primò per cle. vnicam. eodem tit. & per. cap. qui peremtit. xxiij. quæstio. vltima. quando debilitatio non est totalis, sed statuus eius aliqualis: vbi autem ex toto debilitatur, & inutile operationi penitus redditur, inducitur irregularitas, per id quod no. Cy. in authen. sed nouo. C. de ser. fug. Vnde Bar. in l. ij. ff. de pub. iud. in fine, dicit quòd mutilatio propriè est, quando membrum lædituꝛ, ita quod suum officium exercere nō potest. quod probatur in l. idem Ophiliꝰ. in prin. ff. de ædil. edi. trūcatio verò quādo ex toto abscinditur. & idem Panor. in c. cum illo. de sen. excom. quòd mutilatio & truncatio vt diuersa ponuntur in d. clemē. vnica. & dicitur trūcatio totalis abscisio siue diminutio membri: mutilatio verò quando in totum membrum nō abscindi tur: sed ex percussuone impeditur eius officium & vtraque, inquit, irregularitatem inducit. Limita secundò secūdum Gul. de Laud. in suo sacramentali, si membrum debilitatum sit de principalibus, & de his quæ redderent hominem deturpatum & inutilem, scilicet penitus pro diuinis officijs exercendis. Vnde si quis alterius faciem sic deturpet vt propter scādalum sit inhabilis ad præmissa, credit eum irregularē: licet ille verè non sit mutilatus. & idem si maculam vel aliud impedimentum faceret in oculo, etiam sine eruuone. ¶ Quartum. Truncatio digiti nō inducit irregularitatem, scilicet in trunc. sed principalium membrorum, secundū Car. post Lau. in d. cle. vnica. alleg. c. j. de cle pog. in duel. quod loquitur de membro, quod membrū propriè & strictè sumēdo est pars corporis habens officium separatum & distinctum, secundū Bar. &

admonuit transeunter. ff. ad legē Aquiliam. l. si putator. Si verò hoc non sciebat sibi euenire, parcitur illi: quia dormiens æquiparatur furioso: vt l. j. §. j. de acquiren. possess. furiosus autem nō tenetur: ergo &c. hæc Bar. & ita, secundum eum, non est irregularis. Et si ideo sic in nocte somnauit, quia in die sic cogitauit: distinguit quidā à similibus: qa aut sine culpa sua fuit lacessitus: & tūc nō tenetur, cùm sit vitium naturæ. aliàs secus. dicta l. pœna. ¶ Quintum. Ebrius si occidat vel mutilet secundum Matth. Zeu. & Card. in d. cle. est irregularis: quia si papa voluisset eū excipere, hoc expressisset. ¶ Quintò † quæritur, quid tradiderint iura specialiter de prælatis & clericis quantum ad contrahendam irregularitatem? Et dico multa. ¶ Primum. Episcopus vel alius prælatus habens iurisdictionem temporalem debet constituere iudicem secularem qui audiat causas præcipuè sanguinis, cui præcipere poterit vt vnicuiq; iustitiam faciat. & ei interroganti quid agendum in tali casu, qui scilicet meretur causam sanguinis, respōdere potest quòd peritos cōsulat. & caueat ne propter suam responsionem directam vel indirectā ille intelligat quòd eum debeat sanguine punire, secūdum Ray. quia si ex tali respōsione reus occideretur vel mutilaretur, esset irregularis. Potest etiam talis prælatus delegare alicui etiā specialiter super aliquo maleficio, puta homicidio in sua iurisdictione cōmisso, vt inquisita veritate iustitiā exequatur: & si ille exequatur & occidat, non propterea ille prælatus est irregularis, extra ne cle. vel mona. episcopus. lib. vj. ¶ Secūdum. Prælatis ecclesiasticis licitum est, ob defensionē rerum ecclesiæ vel fidei inuocare cōtra violantes brachium seculare, & hortari tales, non quidem vt occidant, mutilent aut vulnerēt, quia hoc esset directè ad homicidium prouocare: sed vt ecclesiā vel patriam liberent: & terrā ab infidelibus occupatam reducāt ad Christum regem. super quo ecclesia magnas facit remissiones. & si hinc inde aliqui occidantur, nō imputatur prælato: sed peccaret, misi cōtra tales se opponeret. xxiij. quæst. v. de occidendis. ij. quæst. viij. igitur. & cap. scire. & cap. omni. & cap. hortatu. & cap. vt pridem. Pertinet etiā ad clericos disponere & inducere alium ad bellandū legitima bella, & interesse bello, licet manu propria bellare non debeat, & iuxtā pugnantibus spiritualiter subuenire suis exhortationibus & absolutionibus, secundum Sanct. Thom. ij. ij. q. xl. ¶ Tertium. Prælati & alij, qui interfunt vindictæ sanguinis, secundum Asten. non sunt regulares, nisi ad hoc dederint consilium, auxilium vel fauorem, vel nisi interfint tanquā præstantes authoritatem: vt patet in cap. ex literis. de excess. prela. vbi tamen Panor. tenet quòd sunt irregulares illi, qui habent iurisdictionem ibi exhibendo præsentiam suam: quia opem videntur præstare. distin. ¶ o. si quis vidua. nō autem alij prælati, licet grauiter peccent facientes contra cap. sentētiam. ne cler. vel mon. Sed dico quòd nec illi necisti sunt irregulares ex hoc ipso quòd sunt præsentes: sed si ex presentia fauebat nec peccant, nisi adsint ex causa iniusta, puta curiositate: secus si ex pietate associando occidendum vel mutilandū ne desperet. ¶ Quartum. Clericus respōdes iudici quòd pro tali crimine debetur pœna mortis, secundum Panormitanum in dicto cap. ex literis. post Hostien. est irregularis. si crimen imminet puniendum de præsenti: & ex suo cōsilio generali vel speciali sequat homicidium. distinct. ¶ o. si quis vidua. nō autē si ex sua responsione homicidium nō sequatur: vt quia iudex erat dispositus omnino occidere: & iste interrogatus fuit à quodam alio, & huiusmodi. similiter nec quādo crimen nō imminet puniendum de præsenti, quamvis respōdeat quòd meretur mortem: & sic intellige gl. in dicto cap. ex literis. ¶ Quintum. Prælati & alij iudices non liberantes ab iniusta morte cùm possint, aut non pascentes fame morituꝝ, secundum Veruec. licet pessimè faciant, nō sunt irregulares: quia lex promotionis factum requirit. xv. q. j. si quis no iratus. sed tamen alijs melius videtur quòd sint irregulares quando eis de iniusta occisione constat si effectus sequatur. arg. de homic. Petrus. & de simo. Matthæus. quia in isto casu non tolūm est omissio, sed etiam cōmissio, licut & in dictis iuribus patet. pro quo facit qđ not. Asten. lib. vj. tit. xiiij. quòd tales nō sunt immunes à culpa homicidij, allegas c. licut dignum. §. illi autem. de homic. argu. dist. lxxxvj. facientis. & xxiij. q. iij. non inferenda. &. c. qui poteſt. Imò licet solus iudex ad hoc ex præcepto teneat, xxiij. q. v. qui malos. & q. iij. fortè. consilium tamen sanum est, secundum Gof. & Host. quòd etiā priuatus hoc faciat si hoc sine suo periculo poterit, propter iura præmissa. ¶ Sextū. Clericus tradens latronē iudici seculari cū, præstatione quòd sanguinis vindictam non intendit, sed tantūm rehabere sua, non est irregularis, si ille iustitia exigente, imò etiā contra iustitiam, secundum glo. occidatur, extra eo. prælatis. lib. vj. nec obest clericus ad cōuincendū latronē signa dedisset: cùm licitè eum tradat cōuictum aut conuincendum. Sed tamen prædicta limita primò si expressè protestetur vt supra: secūdò si mortē non intendebat: tertiò, secundum aliquos, maximè Archid. si aliter habere nō poterat. Vnde si sua intētio erat maculata, irregularis est, si occisio vel mutilatio subsequatur. Similiter peracta occisione lætetur, & habeat ratum, secundum Host. recitat Asten. vbi ꝺ. ratihabitio retro trahit, & mādato æquiparatur, quæ in maleficijs generaliter attenditur. qd Asten. limitat si gaudeat de morte pſonæ: secus si de punitione maleficij cōpatiendo pſonę. ¶ Septimū. Si clericus scribat quòd aliquis capiatur, & ex captione sequitur mors aut mutilatio ipso ignorāte factum & causam, secūdum Host. videtur irregularis, quia suspicari debuit sic posse euenire: quòd non est dubium si scribendo fuit in culpa vel sine diligentia. ¶ Octauum. Clerici cum alijs trahētes ad māganellos, vnde aliquis scitur aut probabiliter creditur occisus: dicit Veruec. quòd melius est tenere certū, vt sint irregulares: & hoc videtur tutius etiā in bello iusto: licet alij dicant quòd licet eis turrim aut muros impecere machinis, & suffodere, licet nō personaliter pugnare: & si inde præter eorum intentionem eueniat homicidium illis non imputari. ¶ Nonum. Clericus benedicens aquam fermentem, vel ferrum candens, vel pugiles, irregularis est, secundū Rayn. si mors sequatur: quod Rodof. dicit tutius tenere. ¶ Decimum. Prælati, qui subditos quātumcunq; grauiter delinquentes incarcerat cum tanta afflictione quòd paucis diebus moriātur, sunt irregulares, secundum Io. de Lig. in cle. j. de pœnit. & remiſ. Vnde dicit quòd carcer non debet esse nimis crudelis: nec eorū vita tantū attenuanda, quòd paucis diebus verisimiliter moriātur: sed debēt pane & aqua sustentari, sicut vult c. nouimus. de verb. sign. & sequitur Panor. in cap. cùm nō ab homine de iudi. Vide etiam §. sequē. partic. iiij. ¶ † Sextò quæritur, quid iuris de occisione & mutilatione, quæ fiūt in bello? Et dico multa. ¶ Primum. Existens in bello iniusto vbi occiditur aliquis ab aliquo, licet ipse non occidat, est irregularis ipse, & quicunq; est ex parte iniuriantium, si illue iuit vt bellantibus præstaret auxilium, cōsilium, vel fauorem: & multò magis vt aduersarios læderet, secundum Hostien. & Innocen. in cap. petitio. de homicid. Secus si causa pacificandi, vel alia causa iusta iuit: arg. à contrario sensu in cap. quantū. distinct. ꝺ. o. & cap. presbyterum. de homic. tamen secundū Ray. Rodof. & Gul. cum prædictis poterit per episcopum dispensari. ¶ Secundum. Existentes in bello iusto ex parte se defendentiū, sunt omnes irregulares si occidunt: nisi in casu quo aliter euadere nō pos-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt: alij verò qui nec occidunt, nec mutilant, non sunt irregulares, licet ibi multi occidãtur. Et si percutiãt aliquos, qui deinde occidantur ab alijs, dicit Arch. quòd secũdum Innoc. & Host. nõ sunt irregulares, dummodo nõ prouocauerint eos extra eo. significasti. el ij. & hoc secundum Innoc. nisi percusserint animo occidendi, de quo videtur caius in d. cap. significasti. quia essent irregulares, etiam si non percussissent letaliter. Imò licet clericus alios hortari ad bellum, si sit cõtra rempublicam aut ecclesiam, vel catholicã fidem: nõ tamen arma sumere: vt suprà Bellũ. iij. §. ij. Vnde Panor. in c. vlti. & pen. de cle. pcussõ. refert & sequitur Host. tenentẽ quòd clericus præstans opem oppressis vel obsessis iniustè: & aduuãs eos qui repellunt iniuriam proijciẽdo lapides & huiusmodi, dummodo ipse neminẽ occiderit, non est irregularis. Sed ista intelligẽ quãdo qs certus est se nec occidisse nec mutilasse.

¶ Tertium. Secundum Rayner. omnes existentes in pugna, in qua aliqui sunt occisi vel mutilati, sed nescitur à quibus: censentur irregulares, & qui sunt ex parte iniuriantium, & qui ex' parte iniuriam recipientium, si illi erant clerici: & si illicitè mouerũt arma. distinct. ij. si quis post. Sed Arch. xxiij. quæst. vlt. cap. vlt. dicit hoc dictum Rayn. ab aliquibus intelligi quãdo clerici erant in culpa: quia si defenderent se vel socios necessariò, licet aliquis à defendẽtibus sit occisus ex alia parte, reliqui, qui nec interfecissent, nec interfectores iuuassent, nõ sunt irregulares, licet habuerint occidendi voluntatem: quia lex Promotionis factũ requirit. Sed melius est vt dictum Rayner. indistinctè capiatur, quando quis non scit se nõ occidisse vel mutilasse: quia in dubijs debemus tenere tutiorem, de spon. iuuenis. & de hoc in simili infrà §. seq. partic. iij. ¶ Quartum. Clericus in bello fauorem præstans suis partibus confortando quo securius pugnent, aut incutiendo hostibus terrorem, est irregularis, secundũ Innocentium, si bellum est iniustũ. & mors inde sequatur: secus si est iustũ. Item secus si iuit ad bellum iniustum causa pacificandi vel ex alia iusta causa, modò absit dolus & lata negligẽtia, secundũ eundem Innoc & Host. si verò iuit ad iniustũ bellũ ex iusta causa, & ad sui defensionẽ cogatur occidere vel mutilare, dic vt suprà. §. iiij. part. iij. ¶ Quintum. Quantum ad clericũ ministrantem arma pugnantibus, quorum nomine veniunt etiam fustes & lapides. ff. de verb. signific. l. armorum. Quidam distinguunt inter balistam, & alia, quasi ipsa nunquã licitè concedatur in bello: quia prohibetur ars sagittãdi: extra de sagi. artem. sed tamen non distinguẽdum: quia gloss. ibi quam sequitur Panor. restringit text. quando bellum iniustum est, vt patuit suprà Arv. §. iij. Clericus ergo ministrans balistam, ensem, lanceam, & generaliter arma pugnantibus, est irregularis aliquo occiso vel mutilato ab illis, si bellum sit iniustum, secũdum omnes. etiã si ad defensionẽ ministrasset: argum. dicti cap. ad audientiam. & c. Ioannes. & cap. sicut dignum. & c. fin. eo. tit. Si verò bellum sit iustum, secundũ Host. & Ino. in c. sententiam. ne cler. vel mon. & Direct. lib. iij. non est irregularis concurrentibus duobus: primò quòd nõ ministret vt occidant, sed vt se & sua defendant: secũdò quòd credat illũ, cui ministrat, nõ velle aliquẽ occidere, sed & se & sua defendere: sed secũdum eundẽ Host. tutius est dicere quòd sit irregularis: & sic tenet Veruec. & Arch. Vnde indistinctè dicendũ est, talem esse irregularem in bello iusto & iniusto: quia nõ licet clerico ministeriũ immediatum in mortẽ alicuius prębere. de pœn. quod in dubijs. ¶ Sextum complectens multa. Quomodo & quãdo bellatores maximè clerici efficiãtur irregulares. to. Cal. in addit. ad dicta Io. And. Inno. vt recitat & sequitur Arch. sic distinguit: Clericus aut vtitur armis incotinenti vim vi repellendo cũ moderamine inculpatæ tutelæ: & sic occidendo vel mutilando ad sui defensionem, nõ est irregularis. aut vtitur aliter: & tũc aut vtitur de licentia papæ, aut proprio motu. Si de licentia papæ, in bello iusto vti potest armis offensiuis, & si occidat aut mutilet, non est irregularis: quia dando huiusmodi licentiam videtur abstulisse ab eo incursionem irregularitatis. quod quidã dicũt verũ solùm quãdo papa hoc exprimeret: alij verò etiam sine expressione. Si verò vtitur motu proprio: aut in bellũ iniusto aut iusto. Si in bello iniusto, planum est quòd nõ est sibi licitũ, siue præstet fauorem suis, siue vt timore incutiat aduersarijs: & si ibi aliqui sunt occisi vel mutilati, irregularis est. xxiij. q. viij. cap. j. & ij. Si verò in bello iusto, puta pro defensione patriæ vel aliorum, poterit interesse cũ armis defensiuis, & poterit hortari: non tamen debet pugnare. xxiij. quæst. viij. vt pridẽ. sed cum armis offensiuis nõ debet ibi esse, nisi ea intentione vt defendat, nõ vt pugnet. xxiij. quæst. viij. clerici. & si in tali bello ex aliquis occisus vel mutilatus ab ipso clerico, est irregularis: secus autem si ipse neminem occiderit vel mutilauerit: licet quis ab alijs occisus sit aut mutilatus: ad cautelam tamen hoc casu pœnitẽtia illi potest imponi. & sic intelligitur extra de cleric. pereu. præsentium. Si verò in tali bello clericus aliquẽ vulnerauit, sed nõ occidit, aut mutilauit, distingue: Aut talis vulneratus occisus fuit postea ab alijs: & tunc subdistingue: quia aut clericus, qui vulnerauit, habuit animum occidẽdi: & sic est irregularis. eo. tit. significasti. Si verò nõ habuit animũ occidẽdi: etiam subdistingue: quia si vulnus eius distingui potest ab alijs vulneribus, & non est mortale, nõ est irregularis: vt eo. tit. significasti. Aut non potest discerni: & tunc propter dubium irregularis iudicatur: vt in eodem versu: quòd si discerni. Res autem tua non videtur licitum armis defendere cum alterius offensione. eodem tit. fuscepimus. Hæc omnia Ioan. Cal. licet aliqualiter sint breuiata. Notandũ tamen primò quòd circa rerum defensionẽ dictũ est ¶ Bellum. ij. Notandum† secundò quòd ex hoc quòd papa dat clericis licentiam vt intersint bello, nõ videtur licere eis vti armis, nisi ad se defendendum, nõ autẽ ad occidendum aggrediẽdo etiam paganum, secundum Archidiaconum. ¶† Septimò quæritur, qui casus adhuc vltra prædicta remaneant de irregularitate dubij? Et dico multa. ¶ Primũ. Irregularis censetur, qui aliũ letaliter percussit, licet ab alijs fuerit instinctus: & idem si non apparet an letaliter sit etiam percussus ab alijs obijs, & non apparet ex cuius vulnere: & idem si percussit non letaliter, & animum habuit occidendi, & ex aliorum vulneribus percussus expiraut. Panorm. in summa eodem tit. significasti. el ij. Et similiter est irregularis secũdum Laur. qui vulnus alicui inulit non letale: & ille propter imperitiam medici vel defectum custodiæ moritur: extra eo. Petrus. Et similiter secundum eum, si vulnerato ad mortem ex nouo ictu mortem quis accelerat. ¶ Secundum. Si clericus asportantem res ecclesiæ percusserit nõ letaliter: apparet tamen quòd ille ex percussione illa fugere non potuit. vnde cessat fuit à parochianis: secundum Hostien. tenetur, quia præstitit causam homicidio. ad hoc eod. tit. de cętero. & ita communiter transeunt Doctor. in d. c. significasti. sed Pan. dubitat: qa clericus dabat operam rei licitæ, scilicet pulsioni nõ letali pro defensione rerum. & soluit quòd tenetur quo ad l cessationẽ à diuinis: sed non quo ad pœnã. & hoc sequitẽ Sum. Rof. & malè, quia contra seipsam alibi, cùm dicat quòd homicidium casuale nõ inducit irregularitatẽ, nisi quis teneaẽ de homicidio. Vide dicto quòd tenetur si verisimiliter debuit præuidere quòd occideretur ab al'js: si ipse illũ à fuga impediret, aliàs nõ. ¶ Tertium. Multis percutiẽtibus vnũ & occidẽtibus si vulnera singulorum ad mortem nõ sufficiunt, sed omniũ simul omnes teneantur de occiso, secundum Inno. in d. c. significasti. & facit xxiij. q. j. c. vlt. & idẽ sequitur Bar. in l. fi. ff. de iuca. ¶ Quartum. Qui clamat latrones, latrones, siue aliud agit, per quod potuit intelligere quod inde sequi poterat homicidiũ, secundũ Inno. irregularis est, si sequatur effectus, nisi faceret propter timorem suæ personę. Sidem Host. addens quòd secus esset, si pro rebus solis clamaret. ¶ Quintũ. Qui ducentibus latronem cõsulunt vt claudant os, irregularis est, secundũ Veruec. si mors sequatur: quia dedit consiliũ. quod verum est, si aliàs mors fuisset impedita, non aliter. ¶ Sextum. Interrogatus ab aliquo vel aliquibus an talem viderit indicans: vel si non potest ire nisi per duas viaꝫ, dicens, per istam non iuit: irregularis est, si illi insequentes occidunt: & ipse debuit scire quòd quęrebatur ad mortem: secus si probabiliter credidit eũ propter aliam causam quæri: secundũ Rod. & Gul. Dur. ¶ Septimum. Clericus cũ socio latronem se inuadentem capiens & ligãs irregularis est, si deinde clerico inscio occiditur à socio ne fugiat: secundũ gl. in c. fuscepimus. de homi. quia fines licitæ defensiõis excessit. ¶ Octauũ. Vadens spatiatũ super equo, qui ex petulantia fractis habenis puerum occidit, nõ est irregularis: quia nec voluntariè occidit: nec à casu dando operã illicitæ rei. arg. c. dilectus. de homi. vbi tamen dicit Ber. quòd est irregularis si frænum de facili frangi potuit. arg. c. significasti. el j. eo. tit. vel si propter eius imperitiãvel impotentiam equus lasciuit: Insti. ad l. Aquil. §. imperu quoq; vel si quæ debuit præuidere vel facere, & non præuidit nec fecit. d. §. impetu quoq;. ¶ Nonum. Princeps statuens legem, cuius authoritate homines occiduntur, no est irregularis: quia incertã personam non animaduertit: vt nõ. Arch. xxiij. q. v. officia. ¶ Decimum. Zelo fidei ad cremandũ hæreticos ligna portantes, irregulares sunt: & à solo papa dispensandi, secundũ Veruec. si materia illa ad mortem cooperata est. Siverò nihil cooperata est: puta quia iam erant mortui antequã fuerit accensa, nõ sunt irregulares, vel saltem episcopus potest cùm eis dispensare. Si verò dubitatur: sic ministrare non debent sine papæ dispensatione: nec promoueri. distinct. 50. hi qui. de homi. ad audientiã. de temp. ord. ad aures. ¶ Vndecimũ. Qui intendebat aliquem occidere, sed eum occisum inueniens amputat illi caput, secundum Arch. xv q. j. si quis. quamuis possit irregularis videri: quia lex promotionis factũ requirit: vt d. c. si quis. & propter intentionem cum opera subsecutam. de big. am. nuper. quod etiam tenet Io. in glo. de pœ. distinct. j. periculosè. tñ secundum cõmuniter docto. non est irregularis: quia homo mortuus non est homo. ¶ Duodecimum. Secundum Lau. vt allegat Zab. in cle. vnica de homi. qui homines tradũt in carcerem ita arctũ & asperũ quòd incarcerati nõ viuunt vltra sex vel octo menses, sunt homicidæ & irregulares: qa hæc pœna est magis afflictiua q̃ si ponerentur in patibulo. quòd est contra prælatos detinentes clericos in gabiam: vbi verisimile est eos intra paucos dies morituros. ¶ Octauò† quæritꝰ, quomodo cum irregularibus ex homicidio dispensetur? Et dico multa. ¶ Primum. Hæc irregularitas quomodocunq; & quãdocunq; ante baptismum cõtrahatur, deletur per baptismũ. distinct. ij. si quis post baptismum, secundum Inn. Gof. & Gul. sed post baptismũ dispensatur ea in eo modo quo dicetur. & idẽ de mutilatione. secundum Arch. Potest tamen episcopus dispensare cũ eo qui se abscidit, putans obsequium se præstare Deo: vt ex cõdine prius fuscepto absq; altaris ministerio. id est, non vt ministret ad altare, sed in alijs: vt in capite, signi cauit. de corpo. vitia. & ibi glossa. ¶ Secundum. Licet gloss. in c. sicut dignum. eo. tit. sentiat quòd cum homicida voluntario papa dispensare non possit, vt imponit illi Sum. Ang. post Panor. tamen communiter doct. tenent quòd potest, sed non eo inferior: imò dicit Pan. in cap. ego. de iureiur. quòd clerici de licentia papæ possunt vti armis etiam offensiuis: quia hoc est prohibitum solùm iure positiuo. Iura autem quæ videntur in contrarium, secundum Pan. in d. c. sicut dignum. referenda sunt ad difficultatem dispensationis non ad impossibilitatem. & idem dicit potest de illa glos. quæ dicit quòd papa nunquam dispensat. ¶ Tertium. Cum tali nunquam dispensatur in ordine vel officio sacerdotij. distinct. 50. miror. & etiam si sit occultus, ministrare in ordine suo nõ potest. de temp. or. c. vlt. poterit tamen cum tali dispensari in beneficio. de cler. pug. in duel. c. ij. ¶ Quartum. Si homicida voluntarius sit omnino occultus, & egit pœnitentiam, non indiget dispensatione secundũ Vin. quia ecclesiæ non est obnoxius, cùm peccatũ sit occultũ. xxij. q. v. Christiana. nec Deo, quia illi per pœnitentiã satisfecit. vnde sine dispensatione celebrare potest, & ordinibus vti. quod Lau. & Io. verũ dicunt de dispensatione papali: modò interueniat episcopalis: sed Pan. in c. ex literarũ. de rẽp. ordi. dicit quòd non indiget dispensatione, prout occultũ distinguitur contra probabile si respiciamus legem promotionis publicam: secus si respiciamus ad legem cõscientiæ informatã lege positiua. quod de dispensatione episcopali non de papali intellige, secundũ Sum. Ang. contra Rof. vtꝰ. Dispensatio. §. vij. Et ad d. c. vltimum. quod videtur contrarium, dico quòd loquitur de dispensatione episcopi. quæ est necessaria: vt tenet Lau. & Io. & sequitur Arch. distinct. 50. de his. & tenere videtur etiam Pan. ne quis in propria causa se iudicem constituat, existimando occultũ quod forte non est occultũ. Sed tu dic quòd iste est obnoxius ecclesiæ propter infidelitatem & indecentiam relictam ex sanguinis voluntaria effusione, non quia ecclesia iudicet de occultis peccatoribus, sed quia occultos peccatores potest inhabilitare ad matrimonium vel ordines & huiusmodi: ideò dico quòd homicida occultissimus promoueri non potest: de temp. or. c. fi. & in c. inquisitionis. de accusa. gl. & cõmuniter doct. in c. ex tenore. de tempo. or. & soluꝫ papa potest cum eo dispensare. di. 50. miror. de re iud. ea. j. ad fi. ¶ Quintum. Quantũ ad homicidam casualem existentem in culpa, secundum Pan. in c. continebatur. eo. tit. episcopus dispensare potest iure suo in minoribus solùm, vt in c. ad audientiam. eo. tit. archiepiscopus verò non iure suo, sed vt commissarius papæ in subdiaconatu tantùm: in diaconatu verò vel presbyteratu solus papa dispensat: vt in d. c. cõtinebatur. ¶ Sextum. Episcopus secundũ Host. dispensare potest cum homicida circa beneficium simplex: non autem circa curatum, sed papa solus. ar. c. fi. de fil. presby. no. Pan. in capite fi. de cle. pu. in duel. ¶ Nonò† quæritur, vtrum præter irregularitatẽ sint aliæ pœnæ homicidij? Et dico multa. ¶ Primum. Iure ciuili, quod gladio materiali vtitur, homicida punitur pœna mortis seu capitis: sed si sit patricida, vt filius occidens patrem, & econtra, non punitur decapitatione, vt alij: sed secundum Pan in c. j. de his qui fil. propr. oc. & Host. conuictus vel confessus in iudicio virgis sanguineis cæsus in sæco de corio cum cane, simia, vipera, & gallo gallinaceo, missus in mare vel fluuium iactatur: vel si mare aut fluuius distent, in insulam deportatus traditur bestijs deuorandus. Cde his qui pa. vel fil. prop. oc. l. j. ¶ Secundũ. Iure verò canonico quantũ ad fori contentiosum clericus in homicidio, scilicet voluntario deponitur & sine alia incorrigibilitate traditur curię seculari, iuxta dicta ¶. Degradatio. §. ij. Si verò sit casuale sine culpa, nulla imponitur pœna necessariò: si verò sit cum culpa grani, imponitur pœna quinquennij vel septem annorum, secundum Host. & glo. extra de his qui fi. oc. c. j. ij. & iij. arg. distin. 50. si qua. & de pœn. & re. quæritum. Si autem sit cum culpa leui, pœnitentia trium annorum iniungen-

da est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

da est,de his qui fil.occi.de infantibus.In foroverò pœnitentiæ omnis pœna est arbitraria etiam pro patricidio secundum R.ay.licet dicat talem inducendum & non cogendum ad ingressum monasterij.Et in omnibus prædictis mutogenda est occulta,si culpa occulta est:& manifesta,si manifesta.

De Homine.

1 *Homo ex anima & corpore constat,quorum altero deficiente,homo subsistere nequit. Et an liber homo pignori,vel in defectum rerū subsidū dari possit? Et quando eius venditio permittatur?*
2 *Homo liber, an obsidatus dari possit?*

1 HOMO ex anima & corpore constituitur: quorū altero deficiente nō est homo.de hære.cùm episcopus. & in c. quadā.de cele.miss.& in c.ficut.de homi.¶ Primòverò quæritur,vtrū homo liber dari possit in pignus & in rerū aliarum defectum subsidia? Et dico q̄ non.facit c.laror. de pig.imò recipiens illū in pignus,debitū perdit:& tātundem de suo dare tenetur detento vel parentibus eius:vt no.gl.in c.ex relcripto.de iureiu.& C.de act.& ob.auth. omnino. vbi dicitur q̄ quadruplū restituat.Vnde dicit Bart.in l.ij.C.de patri.qui filios distr.q̄ illa lex secūda ortū habuit à legibus antiquis,secundum quas pater poterat filios occidere.l.in suis.in fi.ff.de libe.&posth.quæ hodie correcta est.Et ideo solùm permittit venditio causa paupertatis vel egestatis victus,q̄a filius sic vēditus pōt se redimere,ipso vel alio pretiū offerente:vt in d.l. ij.¶ Sed† quæritur,vtrū liber homo dari possit in obsidē? Et dico q̄ non de iure,nisi per papā & Imperatorem:vt in l.obsides.ff.de testa.& l.dius.ff.de iure fisci per eū qui superiorē non recognoscit:vt no.Bar.in l.famā.ff.de pub.iudi.& in l.hostes.ff.de cap.in l.j.§.de qua.ff.de postul. De cōsuetudine tñ vsurpatū est contrariū,sed m gl.in l.ij.C.de patri,qui fi.distr. & sic de facto seruat:vt etiā ciuitas superiore recognoscens det obsides,& alij similes:& habet cōsuetudo talis vim legis. l.de quibus.ff.de legi. Imò videt licere de iure cōmuni dare obsides pro pace seruanda,secundū gl.in c.vt pridem.xxiij.q. viij.sed non pro pecunia:vt in d.c.ex rescripto.de iureiu.& in d.l.j,quia liber homo non potest obligari pro pignore, nec potest haberi in eo ius pignoris,sed tantùm ius retentionis.

De Honestate.

1 *Honestas quot modis dicatur?*
2 *Debitum, quod ad iustitiam pertinere dicitur, quotuplex sit?*
3 *Honestas in omnibus actus negotijs requiratur?*
4 *Homo bonum seruandum esse, non autem cuiuscunque immoderatam beneuolentiam sequendam.*

1 HONESTAS† secūdum mentem S. Tho.ij.ij.q.cxlv.dupliciter sumitur. Primò generaliter,vt sit idē quod virtus:quia honestum dicitur quasi honoris status,secundum Isi. in lib Etym. Vnde honestum est,quod est honore dignum & consequenter dicit excellentiam,quæ maximè est secundum virtutem.Et præterea honestas,secundum Augustinum,est intelligibilis pulchritudo: & consequenter honestū videtur opponi turpi,quod maximè conuenit vitio,cuivirtus opponitur.Vnde & Tullius in j.de Offic.honestatem diuidit in quatuor virtutes principales.Secundò sumitur specialiter, vt sit virtus siue decor spiritualis circa materiam temperantiæ,id est,cibos & venerea, in quibus est maximè turpitudo. Vnde honestas à Macro ponitur pars temperātiæ,cui etiam illam attribuit Ambrosius.Tertiò vt colligitur ab eodem quarto, dist.v.quæst.ij.ar.ij.q. prima.primum,& j.ij.quæst.xcix. art.v.
2 vbi† dicit quòd debitum,quod scilicet ad iustitiam pertinet, est duplex,scilicet necessitatis & honestatis:sumitur specialiter vt sit virtus aut decor spiritualis circa materiam iustitiæ reddens vnicuique debitum decentiæ,in quo etiam consistit quædam turpitudo,cui honestas opponitur: sicut aliquando est turpe non dare quod ex necessitate quis non tenetur& illud ex honestate & decentia datur:sicut qui mutuum accipit aliquid hoc modo recompensare debet.j.ij.q.lxxviij.ar.ij.ad secundum.& vnusquisq. ex honestate debet aliquid recompensare illi,qui gratiam fecit,vt dicit Philosophus in v.Ethi. Et his duobus modis vltimis præcipuè hic est de honestate sermo. ¶ Quæritur † verò an in cunctis negotijs requiratur honestas? Et dico quòd requiritur in matrimonijs.ff.de ritu nup.l.semper in coniunctionibus.non solùm quod licet considerandum est,sed & quod honestum sit. Et in iuramento. xxij.q.v.de forma.vbi dicitur quòd qui domino suo fidelitatem iurat,ista sex semper in memoria debet habere,Incolume,tutum,honestum,vtile,facile,possibile. quorum expositionem ibi vide si vis.Et in voto.extra,eo.magnæ.& in lege. dist.iiij.c.erit autem.Et in omni negotio,quia est vnum præceptum iuris,Inst.de iusti.& iure.§.iuris.vbi dicitur quòd iuris præcepta sunt hæc,honestè viuere,&c.Vñ nec fisco rē quæ vendit retractare permittitur propter honestatem.l.vl.C.de fisci rem quā ven.euinc.lib.x.Nec actio furti datur viro cōtra uxorem,nec patri cōtra filiū vel econtrario,propter honestatem.ff.de fur.l.si quis vxori.in prīc.& §.j.C.de furt.l. fin. Propterea dicit tex.in l.ex damni infecti.in prīc.ff.de dam. infe,quòd† honestus modus seruandus est, & non immoderata cuiusq. luxuria sequenda:& in l.filius qui.de condi. insti. dicitur quòd quæ facta lædunt pietatem, æstimamus verecundiam nostram:&,vt generaliter dixerim,quæ contra bonos mores fiunt,nec nos facere posse credendum est.hæc ibi.

De Honore & Honoratione.

1 *Honoris definitio.*
2 *Honor cui debeatur? & quotupliciter quis honorari possit?*
3 *Honorare diuitem ab diuite,an. acceptionem personarum peccatum sit? Et secundum dupliciter considerandū esse honorem?*
4 *Diuitem pauperi præferre illum amplius honorando, an in his quæ fidei sunt, semper sit peccatum? Et ibidem facilius dispensari in gradibus prohibitis circa excellentioris conditionis aut fortunæ personas.*
5 *Honor num licite appeti possit? Et quot in honore cōsideranda sint. Et in hoc appetendo,quotupliciter contingat peccare? Et sublato, quod honor virtutis præmium sit.*
6 *Honoris appetitus malus, sine inordinatus an semper mortale peccatum sit, an nunquam. an vero aliquando?*
7 *Honor oblatus an sit suscipiendus? Et an quærenti dandus sit?*
8 *Doctor honoris consequendi causa an mortaliter peccet?*

HONOR† est testimonium excellentiæ,quæ est in homine:sed maximè secundū virtutem,secūm S. Tho.ij.ij.q. lxiij.& est inter bona exteriora maximū.ij.ij.q.cxij. vnde potentatus & diuitiæ propter honores desiderabilia sunt.xiij. Ethi.& vtilitati præfert.ar.in l.Iulianus ff.si qs omisc.cau.test. & est præmiū virtutis nō sufficiens, sed vt possibile hominis,secūm S.Tho.ij.ij.q.cxij.ar.j.ij.& iiij.Eth vel ix.¶ Primò† verò quæriē,cui debeatur honor? Et dico quòd propriè debetur in lūm virtuti.iiij.Ethi.Excellentiæ aūt bonorū exteriorū debetur secūm æstimationem vulgi.ij.ij.q.clxxxvj.Et licet solavirtus per se honoretur,tñ non virtuosi sine peccato honorare possunt:quia vt colligitur ij.ij.q.lxiij. dupliciter aliquis potest honorari. Primò propter virtutem propriā,vt virtuosi:& secundò,ppter virtutem alterius, sicut principes. & prælati honorantur,etiā si sint mali:quia repræsentāt & gerūt gloriā Dei virtuosi,& cōmunitatis,cui præficiunt:& similiter parentes ac domini propter participationem diuinæ conditionis: quia Deus est omnium pater & dominus: & seniores, quia

sunt signum virtutis:& similiter diuites,nō propter diuitias,
3 quia esset acceptio personarum:sed quia gradum eminentiorem in communitate obtinent.¶† Secūdò quæritur, vtrum honorare diuitē propter diuitias sit peccatū acceptionis personarum? Et distinguit S.Tho.in x.quoli.dicēs quòd duplex est honor. Vnus scilicet qui debetur alicui ratione sui ipsius propter propriam virtutē,sicut commēdatio,imitatio,& huiusmodi:& ad hūc diuitiæ nihil faciunt:vnde & si alicui propter diuitias exhibeatur,erit acceptio personarū. vnde apud antiquos Romanos,secundū Vale.honores debiti virtuti, vt triūphi,& huiusmodi, nulla poterant pecunia redimi.¶ Alius est honor,qui debetur alicui secundū statum,quē habet in Republica:sic enim Respublica honoratur in persona,propter quod Reges & Principes & huiusmodi honorātur,secūdum illud primæ Pet.iiij.regem honorificate.& sic diuites honorāt filij diuitaxat honoribus,qui ad exteriorē cōuictū pertinent,licitū est:quia in Republica terrena statum obtinent altiorem.Sed in his quæ pertinent ad fidē Christi, peccatum esset diuitem pauperibus præferre:sicut sunt sacramētorum ministrationes.hæc ex illo,qui intendit quòd diuites licitè ho
4 norāmus propter virtutem cōmunitatis seu membro communitatis,quā in eis honoramus.¶† Tertiò quæritur,vtrum in his quæ sunt fidei,sit semper peccatum præferre diuitem pauperi magis illum honorando? Et dico quòd causa,propter quam in huiusmodi vnus præfertur alteri,potest esse duplex:vna scilicet faciēs aliquid ad huiusmodi exhibitionem: vt deuotio,necessitas,honor Dei & dispositio, & huiusmodi: & alia quę nihil facit ad hoc,licet alias faciat ad honorem in genere,vt diuitiæ.Igit̄ si prima in diuite sit maior vel æqualis,licitè præfertur diues:quia cæteris paribus adhuc diues habet vnam causam quæ facit ad honorem in genere,quā non habet pauper,vt sunt diuitiæ:si verò prima sit maior in paupere,peccatum esset diuitē præferre: quia respicitur ad personam,nō ad causam. Vnde dicit Arch.quòd præferre in prædictis diuitē,quia magis indiget,vel quia maior sequitur fructus,vel quia nō ita patienter expectat vt pauper,non pertinet ad acceptionē personarum.Hinc est quòd secundum S. Tho.facilius dispensatur in gradibus prohibitis circa personas excellentes:quia fit propter fœdus pacis firmandus:quod magis est necessarium cōmuni vtilitati circa excellētes personas quàm circa alias.¶† Quartò quæritur, vtrum honor
5 possit licitè appeti? Et dicit Sanc. Tho.ij.ij.quæst.cxxxj.quòd honor est testimonium excellentię,in qua duo cōsiderantur: primò quòd eam nō habet homo à se:sed est quoddam diuinum in eo.secundò quòd eā habet à Deo,vt inde alijs prosit: vnde iuxtantum debet homini placere testimonium suæ excellentiæ,id est,honor,inquantum inde paratur via vt alijs prosit.Igitur quantum ab eo ibi,& alibi colligitur,licitè appetitur honor,vt dictum est suprà Dignitas.§. j. & appetatur secundum proprias vires,& ad debitum finem.Sed tamen in hoc appetitu tripliciter cōtingit esse peccatum.Primò si appetatur de excellentia quæ non habetur:qd est appetere suprā suam proportionē aut vires:sicut si malus desideret honorem ac si esset bonus,vel præsidentiam,quæ non debetur nisi virtuoso.Secundò,si appetatur de excellētia habita:sed non referatur in Deū cupiēdo principaliter honorari Deum suæ excellentiæ & virtutis autorē:sed referat in se:cupiendo illum sibi vt quoddam bonū. Nec obstat si dicatur quòd honor est præmium virtutis:& consequenter absq; vitio appetit posse à virtuoso:quia,vt dicit Sanct.Thom.honor non est præmiū virtutis ex parte virtuosi:vt scilicet hoc pro præmio debeat expectare,sed beatitudo:sed est præmiū ex parte aliorum,qui aliud maius, quod virtuoso retribuant, non habent:non tamen est sufficiens præmium, vt dicitur quarto Ethic.Tertiò,si sic appetitur vt appetitus in eo quiescat,non referendo ad vtilitatem aliorum:hi tamen duo modi reducuntur ad vnū:& sic appetitus honoris est malus dupliciter, scilicet si non sit proportionatus,vel si nō sit ad aliquem bonum finem,qui est honor Dei,& vtilitas proximi.¶† Quintò queritur,vtrum appetitus honoris malus sīue inordinatus 6
sit peccatum mortale semper,aut nunquam, aut aliquando? Et dico quòd aliquando,non autem semper, nec nunquam, sicut & appetitus ambitiosus.de quo vide infrà Superbia. §. vltimo.¶† Sextò quæritur,vtrū oblatus honor sit suscipien- 7
dus.Et dicit Sum.Ang.indistinctè quòd non.alleg.j.quæst.j. non est.in fi.sed ibi est sermo de honore dignitatis ecclesiasticæ circa curā animarum,quā nullus debet acceptare, nisi coactus per superiores vel à Deo per voluntatē populorum: cùm nullus sciat ad illā se esse dignum:alias autē ridiculum est quòd honorē liceat aliquo casu appetere,&nōacceptare. Vnde dico quòd acceptare licet eo modo,quo & appetere.

¶ Septimò quæritur,vtrū quærenti sit dandus? Et dico quòd nō,loquēdo de ecclesiastico,sed potius auferēdus.j.q.vj.sicut his.dandus est verò fugieti.ibide.& viij.q.j.in scripturis.secularem autē honorem,quia talis licitè aliquo casu appetitur & quæritur,vt suprà Dignitas.§.iiij.nihil prohibet quærentibus aliquando dari.¶† Octauò quæritur, vtrū doctor docēs 8
propter honorē,peccet mortaliter? Et dicit Henr.de Gand. quol.j.q.xxxiij.quòd sic,si principaliter quærit honorē suū: & sic præsert eū diuino:quia vtēs aliquo principaliter, ad qđ non est ordinatū, in quo Deū cōtemnit, peccat mortaliter. sicut autē pater ex Aug primo,de Doct.Christia.tota diuina scriptura ordinatur ad honorē Dei, in quo Deus cōtemnitur si principaliter ad alterius honorē ordinatur.Et hoc sequitur Sum.Ang.limitans cùm legit aliquid principaliter ordinatū ad honorē Dei,vt cùm prædicat,& huiusmodi. secus in legibus,& multis scientijs,quæ ad pacē hominū & vtilitatē principaliter ordinātur.Sed ego in casu isto ex doctrina & mēte S.Tho.distinguo:quia dupliciter aliqd præfert alteri. Primò secundū æstimatione,scilicet quia plus æstimat quis vnū quàm aliud,vt honorē quàm Deū.& hoc est ponere finē in creatura:qđ est mortale.Secūdò secundū actualē cōplacentiam:& hoc nō est mortale:sicut casta spōsa plus habitualiter amans Christū quàm spōsum,aliqñ magis cōplacet actu in amplexu spōsi q̄. Christi.& isto modo docēs ppter cōplacentiā honoris nō peccat mortaliter.Nec valet ratio Henr. Summa
q̄a maior est falsa:alioqn cātās epistolā ppter inanē gloriā, in qua finē nō ponit,peccaret mortaliter.Distinctioecia sum. Ang. carpitur.
Ang.nihil valet:q̄a vbi præfert honor ppriæ diuino primo modo,est semp&vbiq; mortale:cùm ponat finis in creatura.

De Horis Canonicis & Officio Diuino.

1 *Hora,aut à præsens negotiū pertinet,quod sit,& quotuplex?*
2 *Horis dicendis quis malus, & quid pro horis dicendis operetur? Et quæ sit in his dicendis consuetudo obseruanda?*
3 *Horas dicere, quis ex præcepto teneatur, conclusionibus octo demonstratur.*
4 *Clericus excommunicatus,num horas dicere teneatur?*
5 *Clerici infirmi, an ad horas teneantur?*
6 *Officium beatæ virginis matris,an sit in præcepto? Et quid de mortuorum Officio ac Litaniis?*
7 *Ave maria cum campana insonitur,an quis dicere teneatur?*
8 *Obligatus ad horas,num ad antiphonas quoque & responsoria teneatur:an verò ad vnā satis sit?*
9 *Papa num efficere possit,vt his,de quibus primè,ad horas non teneātur? Et subhæc hora,q̄n ac qua dicēdæ sint horæ.nu.seq.*

Auth

Universidad de Deusto
Biblioteca

12 *Authoritas scripturæ, Crescite & multiplicamini, an omnes leges?*
13 *Hora vbi sint, & quomodo dicende? & num seq.*
14 *Conclusiones circa horas debitè, & contra attentionem diendas quatuor.*
15 *Officium omittens, vel in totum, aut in partem mutantes, an mortaliter peccent?*
16 *Horas, aut aliquas ex his non dicere deliberans, an mortaliter peccet?*
17 *Officium dicere omittenti quid iniungendum, aut faciendum?*
18 *Scholares horas dicere obligatus, & eas die vno omittens, cum proposito tamen alia die dicendi, an mortaliter peccet?*

HORA quid sit, dictū est in Rosa aur. scilicet domini ca in lxx. sed hora canonica est officium diuinū dicendum certa hora ex institutione sanctorum canonū: & sunt septem secūdum gl. in cle. j. de celeb. mis. & cōmuniter Doct. scilicet matutinū, prima, tertia, sexta, nona, vespere, & cōpletorium: licet Archi. in Rosa separet matutinum à septē horis: ponēdo diei artificialis primā horā Laudes. Quarū ratio est, quia sunt instituтę ad laudandū Deū pro beneficijs, inter quę maxima sunt beneficium creationis, quod septē diebus explerū est, Gen. j. & redemptionē per Christi passionē, quod septem quodā modo his horis peractū est: pro quo etiam specialiter dicitur officiū crucis: qđ qui dicit habet à Io. xxij. dierum quatuor dies indulgentiæ. De hoc etiam glo. in c. j. de celeb. mis.

a ¶ Primò verò quęrit, qd debeat dici p horis? Et dico multa. ¶ Primum. Secundū Zab. post Lau. si super hoc est cōstitutio certa vel cōsuetudo laudabilis, seruanda est, dist. xij. nouit. quia dicere hoc vel illud, non est in præcepto, cùm diuersi diuersa dicant. de cōsec. dist. v. in die. ¶ Secundum. Quātum ad clericos autē seculares modus dicēdi ab ecclesia Romana iamen dus est: vt in d. c. in die. vel metropolitana. dist. xij. c. fin. p qđ tū, vt idē Laud. dicit nō reprobat' ille vsus, quo quida cōtenti sunt tribus psalmis: licet hoc Romana vel metropolitana ecclesia nō seruet. dist. xij. de his. qđ de vsu antiquo alicuius ecclesiæ, nō de eo quę sibi facit priuata psona, idē intelligendum putat. ¶ Tertiū. In regularibus secundū eundē Lau. attendā est ordinatio regulæ & suorū statutorum. dist. xij. placuit. ibi, neque monasteriorum. & hoc nisi essent priuilegiati. ¶ Quartū. Dicitur tū in Dire. lib. j. tit. viij. q. ordinatus ad titulum sui patrimonij dicere pōt officiū quodcunq; voluerit: quia nō est obligatus ad istā vel illā regulā specialiter: ordinatus verò vel initiatus ad certā regulā vel ecclesiā, tenet' dicere officiū ibi consuetū, scilicet de bene esse. dist. xj. in his. nisi esset super hoc priuilegiatus: vt clerici & religiosi, commensales, domestici cardinalū & episcoporū: quibus ingulgetur qđ idē dicant officiū, nec ad aliud teneātur, vt in clem. dignū de cele. mis. ¶ Quintū. Præbēdatus vel beneficiatus in duabus ecclesijs debet officiū dicere illius, in qua tenet' facere residentia: & si ad nullius residentiā tenet', debet se conformare illi, in quia se reperit, nisi dicat de per se: quia tūc habet locum dictū S. Tho. in quol. quòd debet dicere officiū eius, in qua maiorē habet dignitatē, licet in alia pinguius habeat beneficiū. qđ intellige de bene esse: cùm modus dicēdi nō sit in præcepto secundū a. b. & cōmuniter Doct. Et si vtraq; sit pars dignitatis, præsen. dicet officiū illius in quo est, absens dicet quodcūq; voluerit. ¶ Sextū. Monachus præfectus ecclesię secularis sequitur cōsuetudinē ecclesię ad quam trāsit, secundum Host. distinct. xij. illa. si tamen non esset translatus perpetuò, sed ad tempus, debet dicere monachale, vt videtur sentire glo. in clem. fin. de celeb. mis. Fratres autem prędicatores possunt & debēt esse cōtenti officio ecclesiæ ad quam declinant secundum eorum constitutiones. ¶ † Secundò quęritur, quis teneatur ad horas ex præcepto? Et dico multa. ¶ Primum. Secundum S. Tho. in vj. quol. & in iij. dist. xv. clericus tenetur ad horas, si sit beneficiatus vel in sacris. & idem Pan. in c. j. de celeb. mis. & Card. in cle. j. eo. tit. & oes Doctor. & adde quòd tenetur tertiò qui ad hoc professione aut voto ligatur. ¶ Secundum. Quantum ad beneficiatos hoc probat Vid. quia ideo eis dati sunt reditus, vt vices laicorū suppleant in diuino officio: vnde ad illud ex iustitia tenētur, & ex statuto ecclesiæ: vt patet dist. xxij. c. fin. vbi dicit' ecclesiæ deputati, scilicet per beneficium. & facit c. cùm secundum. de præb. Et intellige primò etiam si nō sint in sacris, secundum Zaba. in cle. gram. de celeb. mis. nec se possint excusare ratione exiguitatis beneficij, si inde nō percipiāt necessaria: sed imputēt sibi, ex quo se fecerunt ad illud instituari. & ide Gof. dd. xcj. c. clericus victum. Intelligo secūdo, etiā si beneficium sit de patrimonio, secūdum Zab. vbi suprā: & hoc si patrimonium factum est beneficium: aliàs nō. Intellige etiam tertiò secūdum Petr. de beneficio concernente officiū spirituale: quia instantia est de habere ecclesiasticos reditus pro officio matriculari, qui tamen nō est clericus: & de magistro in Theologia vel grāmatica, qui nō venit ad chorum. ¶ Tertium. Beneficiati existentes in minoribus, licet secundum Lau. possint officiare, seu horas dicere per aliū, præcipuè si ex iusta causa sunt absentes, & per idoneum officient ecclesiam, secūdum Pet. & Abb. tamen contrariū, scilicet quòd teneātur ad horas tenuit Io. And. in c. presbyter. de celeb. mis. dicit. Theologos tenere, quòd cùm illud sit onus personale, per alios solui nō potest. & est etiam de mēte Ion. & sequitur Pan. in c. j. de celeb. mis. & est tutius. dici tamen fortè posset primam opinionem esse veram, si nullam vtilitatē pro tūc reciperet ex beneficio. ¶ Quartum. Secundū Ion. & Host. omnis clericus beneficiatus etiam nō existēs in sacris, tenetur omnibus diebus horas dicere vel audire in ecclesia: nisi iustū impedimentum excuset. vnde si præsens sit, & officiū dicat in camera, debitā nō reddit: quia tenet' ecclesiā officiare, nisi sit legitimè occupatus: & tunc dicat vbicunq; sit equitando, stando, vel eundo, in vijs vel in camera: & tūc ecclesiam faciat per aliū officiari. sed intellige quòd tenet' ex honestate: & de bene esse ibi cere in ecclesia: vt infrà §. x. ¶ Quintum. Quantū ad clericos non beneficiatos, si sunt in sacris, non est dubiū eos teneri ad horas: vt patet per dictum cap. j. & cap. dolentes. iunctis glos. & ibi not. & hoc quia secūdum Veruec. nullus debet conferre ordinem sacrū nisi beneficiato, vel habenti patrimonium loco beneficij ecclesiastici. de præb. cùm secundum. & c. episcopus. Si verò sunt in minoribus, Panorm. in dicto cap. dicit esse tutius quòd teneantur, ex quo in partem dominī sunt assumpti: sed quia hoc nullo iure probatur, dico quòd nō tenentur: licet secundum Petrum, teneātur ad aliquid indeterminatum ex ipsa honestate iuris naturalis. ¶ Sextum. Quantum ad religiosos clericos vel deputatos ad clericandum, si sunt professi tenentur secundū omnes, extra de voto. licet. & hoc secūdum Petr. quia sunt pars ecclesiastici collegij. id est, iam redire nō possunt ad seculū, sicut nec existens in sacris. Si verò sunt nouitij, similiter tenētur, secudum Petrū, etiam si non sint in sacris: quia sustentātur eleemosynis, & gaudēt privilegio clericali. sed quia ista sunt cōtra commune doctrinam, nec aliquo iure cauentur, ideo dico quòd tenentur quidem ad aliquid indeterminatum, sed non ad horas. ¶ Septimum. Quartum ad cōuersos dicunt Petrus, Archid. & Aug. de Ancho. quòd tenentur ad modum sibi taxatum, licet non ad horas canonicas, sic quòd omittendo peccarent mortaliter: sed hoc nullo iure cauetur: nec hoc præceptum alicubi reperitur, loquendo in ordine prædicatorum: quæcunque autem allegantur ab eis non probant, nisi quòd tenentur benefactoribus recompensare: quod per alias orationes fieri potest, & per seruitium exhibitum clericis recompensantibus. Vnde dico quòd ad suum officium tenentur solùm, vt ad gratias, & suffragia mortuorum. Magis autem sunt in statu periculoso, quando circa exercitia corporalia sunt notabiliter negligentes: quia in dicto ordine ad hoc recipiuntur: & hac ratione licet eis eleemosynas ordinis in suos vsus cōuertere: quia seruiunt seruientibus populo, secundum S. Tho. in opusc. contra relig. impugnantes. ¶ Octauum. Qui recipiunt aliquos prouentus præbendarum cum onere dicendi psalteriū vel aliquid simile: si sunt merè laici, non tenentur ad horas: quia non sunt beneficiati: si verò sunt in minoribus, si sumus in casu in quo diuidatur per hoc canonicatus, de quo vide Pan. in c. maioribus. de præben. & suprà beneficium, tertiò. §. iiij. sic tenentur: quia sunt canonici & beneficiati: si verò non diuiditur canonicatus, non tenentur: quia non sunt beneficiati: sed ibi præbenda sumitur largè secundum quod potest etiam laico competere: vel onus annexum præbendę. vide etiam de dictis in hoc §. in Ros. aur. casu ix.

5 ¶ Tertiò † quæritur, vtrum clericus excommunicatus teneatur ad horas? Et dico quòd sic, si est excommunicatus minori per modum, quem habes suprà Excommunicatio. iiij. §. tertio particula tertia. Si verò est excommunicatus maiori secundum Host. tenetur dicere, sed non in ecclesia, vel cum alio, aut quasi in officio suo: sed solus, & quasi per modum orationis, scilicet non dicendo, dominus vobiscum. xj. q. iij. si quis episcopus. & capite seq. quia per excommunicationem non est liberatus à seruitute dicendi eas. xvj. q. j. legi. & idem Gof. & Ray. & secundum glo. Ray. ad hoc tenetur etiam degradatus, si fuit in sacris: quia tenetur ad ea quæ sunt oneris, & non honōris: vel si non est in sacris, si & quandiu tenet beneficium. arg. d. c. legi. in prima glo. & concordant communiter doct. in hoc. Et tam degradatus quàm suspensus nō debet officiare ecclesiā: & cùm solus dicit horas, aut cum alijs non officiando ecclesiā, nō debet dicere dominus vobiscum, vel similia, quæ ad ordinis eius dignitatem pertinent. ¶ Quartò † quæritur, vtrum prędicti, si infirmi sint vel aliàs impediti, teneantur ad horas? Et dico multa. ¶ Primū. Clericus infirmus excusatur ab officio, secundū Iono. in d. c. j. si talis sit infirmitas, in qua directè vel occasionaliter sibi multùm obesset, vel obesse timeretur si diceret. ibi tñ dicit Pan. q. si nocumētum esse leue, vt in febre quartana, vel febricula, non excusaretur. In hoc tamen puto standū arbitrio medici aut boni viri. ¶ Secundum. Qui ex infirmitate officium dicere non potest, non tenetur illud audire: quia hoc nullo iure cauetur: nec illud infirmitate cessante resumere, secūdū Iono. & Pan. in c. ex parte. de obser. ieiu. dat exemplum: quia non valenti ieiunare in quadragesima non iniungitur vt ieiunet alio tempore: vt in c. ij. de obser. ieiu. & qui tenetur pstare operas certo tempore, si impeditur, nō obligat in alio: vt est text. in l. si non sortem. §. libertus. ff. de cōd. indeb. & si relinquitur mihi vsus fructus biennij futuri, & impedior, non possum in alio biennio percipere: quia non est idem vsus fructus: vt in l. vsus fructus. ff. de vsufru. lega. ¶ Tertium. Qui sine culpa nō habet libros, & similiter carens vsu, aut huiusmodi, excusantur si horas non dicunt. arg. cle. fi. de vita & ho. cler. modò suppleant per psalmos, vel pater noster, & huiusmodi. Sed circa istā supplexionem non oportet multùm esse scrupulosum, quia consurgit ex naturali lege potius quàm ecclesiæ præcepto: vt recompensetur benefactoribus: quod etiā per minimā orationem fieri potest: cùm præponderet omnibus thesauris, sicut

spirituale temporalibus. ¶ Quintò † quęritur, vtrum officium beatæ virginis sit in præcepto? Et dicit Ioan. de Lig. in cle. j. de celebra. mis. quòd hoc iure non probatur: tamen communis consuetudo est vt compleatur inter horas. & hoc verisimum putat Panorm. quia ordo antiquus ab ecclesia traditus est vt publicè dicatur in ecclesia certis temporibus: quod non esset, si non esset in præcepto. Cardi. etiam Zaba. post Laud. in dicta clementina, credit quòd ex quo vno & eodem modo ecclesiæ alicuius seruitores consueuerunt prædicta pro horis dicere, quilibet eorum ad hoc tenetur: arg. de cens. ex parte. Secus si aliqui dicerent etiam plures, alij verò non, ar. vj. quæstione secunda. capite secundo. & idem dicit Dire. libr. primo, allegans Guil. Igitur ad illud tenentur qui tenentur ad horas ratione generalis consuetudinis: quando & eo modo quo est in consuetudine ecclesiæ cuius officium dicunt. ¶ Sextò quæritur, quid de officio mortuorum & litanijs? Et dicit Gofr. in quol. vij. quòd ad officium mortuorum tenentur clerici ecclesiarum collegiatarum secundum communem consuetudinem ecclesiæ de qua sunt, cuius bona percipiunt, siue prælentes, siue non: non autem ad illa quæ fiunt de speciali gratia pro aliquo, vel ad quæ aliqui se obligauerunt. Et idem innuit S. Tho. qui in quol. dicit quòd in ecclesia quandoque dicitur ordinariè sicut pertinens ad officium eius: vt in die animarum: & similiter in qualibet ecclesia est de hoc aliqua specialis consuetudo vt dicatur semel in septimana, vel sic: & ad tale officium tenetur clericus beneficiatus in ecclesia, etiam in scholis existens. hæc ille. Sed intellige dictum vtriusque de consuetudine, qua communiter tales se crediderint hactenus obligatos: quia consuetudo non obligat, nisi ex intentione legislatoris, quam communis opinio manifestat: vnde † non teneor dicere Aue Maria, quando ad 7
hoc pulsatur: dicet sit cōsuetudo. Et consequenter videtur pari ratione dicendum quòd in ordine Prædicatorum omnes tenentur ad aliud semel in anno & semel in hebdomada ad nouē lectiones, qñ in ecclesia est dicendum: tum quia ita est consuetudo communis, qua etiam communiter fratres se credunt obligatos: tum etiam quia quisque ad officium tenetur secundum ecclesię, cuius officium dicit, ordinationem: quæ in proposito ab hoc officio nullum excipit. Ad vigilias autem quotidianas tenentur solùm ministri altaris cum hebdomadario & eo qui est notatus ad missam pro defunctis, secundum quod tradit rubrica: ita tamen quòd hoc onus non videtur personale: vnde est in arbitrio cantoris annotantis ad officia onerare hunc vel illum: & consequenter qui ad hoc tenentur, possunt illud alteri committere, qui illud pro eo dicat in choro, & ipse immunis est. Quantum ad litanias autem in ordine prædicatorum, dico quòd fratres ex præcepto non tenentur: quia licet sint in consuetudine post matutinas: illa tamen non creditur communiter obligatoria seu præceptiua: est signum quòd ad hoc nunquam voluerunt patres ordinem obligare: qui si sic voluissent ad præsentes per priores gradatim tanquam obligatoria deuenisset, sicut est de officio beatæ virginis. ¶ Septimò † quæritur, vtrum obligatus 8
ad horas, obligetur ad antiphonas & responsoria, vel audire sufficiat? Et dicit Summa Rolella quod Antiphonas quilibet tenetur dicere: quia cantantur vniuersaliter ab omnibus fratribus: secus autem de responsorijs, quæ cantantur vt plurimum à cantoribus duntaxat: sed quia non ita fit semper & apud omnes: melius dicit Petrus de Palude in quarto, distinctione quadragesimaprima, quòd nullus tenetur dicere quando dicitur officium in choro illud, quod secundum consuetudinem chori aliquis solus dicit vel associatus: quia quod dicit vnus, reputatur dici ab omnibus, quando

ex aliq

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex aliqua rationabili causa ita est consuetum : adde etiam quia ecclesia sic fieri scit & tolerat, vel potius approbat : vñ stultum est facere sibi cõscientiã de nõ dicendo qđ dicit cantor incipiens vel hebdomadarius, vel quilegit lectionem aut alius officialis. Et idem videtur extra chorum de antiphonis & responsorijs vt cõsuetudo interpretatur. ¶ Octauò † quæritur, vtrum papa facere possit quòd prædicti non teneantur ad horas? Et dicit Pan. in d.c.j. quòd non, licet possit dispensare in modo dicendi: puta hoc vel illud officiũ. & hoc sequitur Sum. Ange. & Ros. Et horum omnium fundamentũ est: quia hoc est de iure diuino, iuxta illud Psalmi, Septies in die laudem dixi tibi. Sed si ista ratio est bona, nullũm papa posset dispensare à matutinis vigilijs: quia etiã dicitur in psalmo, Media nocte surgebam, &c. Vnde dico quòd non dicuntur esse de iure diuino omnia quæ leguntur facta in scriptura: alioquin teneremur pugnare cũ Golia & bestijs, vt fecit Dauid. sed solùm ea quæ ibi fieri præcipiuntur præcepto morali, & non iudiciali vel ceremoniali: de quo vide S. Tho. j. ij. q. ciij. vnde melius Laud. & Io. de Li. in d. cle. prima, aliter senserũt: quod scilicet papa hęc potest, licet non possit facere quin clericus teneatur ad recõpensandũ benefactoribus, si est beneficiatus: vel saltem regratiãdum Dẽo, si non est beneficiatus, per aliquid indeterminatum & voluntarium: quia hoc est de iure naturali. ¶ Nonò † quæritur, quando, id est, qua hora dicendæ sunt horæ? Et dico multa. ¶ Primum. Horæ dicendæ in ecclesiam officiando, scdm Arch. & communiter doct. dicendæ sunt temporibus proprijs secundũ morem patriæ, vel propriam regulam quo ad religiosos, & hoc etiã quo ad matutinas: quas quidem dicendas putãt in media nocte, iuxta illud psalmi, Media nocte, &c. de cele. mis. c. j. alij verò quarta vigilia noctis, id est, inter tenebrarum absessum & aduentum auroræ: quia secundum Pap. Hug. & Isido. illud tempus proprie est matutinum. sed, vt dictum est, consuetudini loci vel constitutionis, si haberur, standum est. ¶ Secũdum. Officium verò quod in priuato, id est, ecclesiam non officiãdo dicitur, dicendum etiã est horis debitis dicta cle. prima. quod secundum Paul. est quando hora officij respondet horæ dicendi: sed si propter occupationes horis proprijs dici non potest, melius est prœuenire quàm tardare: quia secundũ Hugutio. primum prouidentia, secundum verò negligentia est. & Io. And. & Inno. ponit exemplum ex vitis patrum de vua acerba, marcida, & matura. Solent aũt curiales & alij occupati, mane dicere vsq; ad vesperas exclusiuè, & seroves peras & completorium. quod contulitur de cele. mis. capite primo. ¶ Tertium. Matutinas sero dicere propter honestarum occupationem necessitatem, non est malũ, secundũ S. Tho. in quolibet. quia melius est Deo laudes debitas prœueniendo reddere, & alia honesta officia postea fecere, quàm si per vnũ aliud impediatur: sed si hoc fiat ad quietius vacandum somno & voluptati, non esset absq; peccato. arg. ẽ. clericus el primo. dist. xcj. ¶ Quartũ. Si quis prætermissa vna hora dicit sequentem, secundũ Veruec. sufficit cautè supplere quod omissum est, & de negligentia pœnitere. quod intelligo quãdo ex obliuione factum est: si autem fiat scienter ex rationabili causa, puta in adiutoriũ chori necessarium: nullum est peccatum, sed sufficit supplere, nisi præcessisset negligentia vel mora in dicendo qđ chorus dixit: quia secundum Pet. de Pal. sufficit semel dixisse etiam ordine postposito: quia scilicet ordo nõ est in præcepto, nisi in præcepto esset dicere proprijs horis. ¶ Quintum. Vespere ante prandium dicendæ sunt tempore quadragesimali: de cons. dist. j. solent. sed ille tex. loquitur secundum doctores de officio communi, nõ de priuato. Vnde licet ipse faciat scrupulum magnum priuatim prandendi ante vesperas: si tamen quis hoc faciat ex causa rationabili, non est peccatum. ¶ Sextum. Non dicere horas proprijs horis, sed notabiliter sine rationabili causa tardare, secundum Vmbertum in expositione regulæ, videtur mortale: quod durum est, & multa ratione vel authoritate probatur: peccarent tamen mortaliter prælati ecclesiarum cathedralium & collegiatarum, si sine rationabili causa hoc facerent: quia hoc præcipitur in cle. j. de cele. mis. vt videtur per illud verbum, faciemus. & similiter peccarent mortaliter beneficiati in dictis ecclesijs, & subditi prælatorum regularium, si non dicerent quando eis imponitur, secundum Sum. Ang. quod verum est quando per alios non dicerẽtur, & non aliter: quia hoc præceptum ligat omnes, sed non singulos: sicut & illud: Crescite † & multiplicamini: ad quod sufficit si generatio humana sufficiẽter per aliquos compleatur. Ex rationabili autem causa prœuenire vel retardare in communi, vt quia processio est fienda vel prædicatio, & huiusmodi, non est peccatum, imò etiam hac cessante hora debita non debet accipi punctualiter: alioquin non posset dici tertia statim post primam, vel prima post matutinum, vt fit in capella papæ: sed grosso modo, sicut dicere in aurora vel quasi, censetur in media nocte. Igitur in priuato non videtur de se mortale, secundum Arch. & communiter alios doctores quantumcunq; tardetur officium, modò non transeat dies, qui quantum ad hoc terminatur in media nocte, quia præceptum de horis dicendis nõ refertur ad tempus. Vtrum autem matutinum dicendũ sit ante missam, an etiam prima, vide infrà Missa. j. §. vj. ¶ Decimò † quæritur vbi dicendæ sunt horæ? Et dico quòd in ecclesia, vt suprà tactum est. § j. particula iiij. & not. in glo. dist. xcij. c. fi. quod intelligo quo ad clericos in ea beneficiatos propter verbum ibi positum, ecclesiæ deputatus. & consequenter videtur talis peccare mortaliter, sine rationabili causa ibi non dicens officium: quia dicit ibi tex. quòd qui nõ conuenerit, deponatur à clero. Quod intellige primò in ecclesijs collegiatis vel regularibus, vt patet ex illo verbo, conuenerit: & in dicta cle. prima. non autem alijs: & secundò in eo qui ducit in consuetudinem non ire ad chorum: vel propter eius absentiam ecclesia magnam iacturam patitur in celebratione officij sine causa rea quia non sunt alij illud potentes competenter celebrare. & sic, & non aliter, intelligo dictum cap. finale. Nec obstat caput. episcopus. de consecra. distinct. iij. quod innuit sufficere episcopo si die dominico ad ecclesiam conueniat: quia illi non dat licentiam absentandi se: sed non vult vt pro eadem alia quàm infirmitatis, & simili, absit diebus festiuis. quod etiam alijs diebus debeat interesse, facit cap. peruenit. septima quæstione prima: & caput, episcopus vilem. xl. distinctione. cessante scilicet impedimento & causa rationabili.

¶ Vndecimò † quæritur, quomodo dicendæ sunt horæ quo ad interiora, id est, intentionem, & exteriora, id est, actus corporales? Et dico multa. ¶ Primum. In e dolentes. de cele. mis. enumerantur hi, qui in illicitis actibus vigilantes tardè surgunt, & matutinum continua syncopa transeurrunt, & qui vix quater in anno celebrant, & celebrationi interesse contemnunt: aut si interfunt, intendunt colloquutioni laicorum: dumque auditum ad indebitos sermones effundunt, aut intentas non porrigunt ad diuina. & deinde statim subdunt: Hæc igitur & similia sub pœna suspensionis penitus inhibemus, districtè præcipientes in virtute obedientiæ vt diuinum officium nocturnum pariter & diurnum, quantum eis dederit Deus, studiosè celebrent pariter & deuotè. ¶ Secundum. Hoc præceptum quidam sic intelligunt vt sub præcepto sit dicere deuotè & studiosè, vt deuotio ad intentionem, studiositas ad modum dicendi referatur: & sic sensit Supplementum, sed malè: quia attẽtè orare in horis canonicis nõ est de iure diuino, vt credidit, sed positiuo: quod ius positiuũ ad interiora non se extendit per se vt ide credit: sed solùm, inquantũ colligantur exterioribus, ad quæ se extendit, secũdum mentẽ San. Th. & Pet. de Pal. & cõmuniter doctorũ, de quo suprà Excõmunicatio. vij. & ij. particula j. Vnde præcipiẽdo exteriora præcipere potest interiora, sine quibus illa esse nequeũt: sicut præcipiẽdo accessum ad missam, præcipit velle accedere: habẽdo verò exteriora, præbet interius ad quod statim sequitur opus, id est, voluntatem deliberatam. Vnde peccat volens frangere ieiunũ, licet nõ frangat: alia autem interiora nõ prohibet, licet prohibeat aliquod exterius habenti aliqđ interius, vt accessum ad curias monacho habenti animũ nocẽdi. Alij verò dicũt quòd sub præcepto ibi cadit horas dicere: cæteraverò quæ in deuotiõe cõsistũt suadendo dicũtur. quod innuitur ibi, quantũ Deus dederit. quę sensum primò videtur habuisse Host. & sequitur eum tanquã benigniorẽ Archie. & Summa Rosel. quia ecclesia nõ inijcit laqueũ. xvij. q. j. de viduis. nec homines alligare debet oneribus importabilibus. xxvj. q. vij. alligãt. Sed isti licet verum dicãt quantũ ad hoc quòd attentio nõ est sub præcepto: nõ tamen quantũ ad hoc quòd ea, quæ in deuotiõe cõsistunt, suadentur tantùm: præcipiũt vel vt dicãtur horę: quia ante hoc chorę erãt sub præcepto: vt patet ex dictis: vnde hic nihil præciperetur. Et prẽterea iste intellectus plane repugnat literæ prima frõte, licet ibi apponatur, quantũ Deus dederit: quia hoc nõ tollit quin homo possit nõ diuertere intentionẽ scienter, cũ hoc sit in sua facultate ex principijs naturæ, quæ Deus iã dedit. & ideo dico ex mẽte Sancti Tho. & Pet. de Pal. vt patebit particula sequẽti: quòd ibi præcipitur deuotio quantũ ad actũ exteriorẽ, vt nõ dicãtur horæ operando manualiter opera impertinentia, aut cõfabulando, aut notabiliter syncopizando, & faciẽdo huiusmodi, quæ hic reprehendũtur: & similiter quantũ ad actũ interiorem, sine quo iste exterior haberi nõ pot. cuiusmodi est vel de satisfacere præcepto ecclesiæ, & psallẽdo velle abstinere à prædictis: nõ aute attẽtio, sine qua prædicta esse possunt. ¶ Tertiũ. Secundũ Pet. de Pal. in iij. dist. xv. attẽtio ad officiũ, sicut & ad quodlibet opus bonũ, dupliciter potest requiri. Primò, vt officiũ ab intentiõe procedat: & sic attentio ad officium requiritur nõ solùm propter meritũ, sed etiã ad euitandũ peccatũ, id est, trãsgressionẽ præcepti: quia præceptũ datur hominibus: ideoque oportet quòd nõ procedat opus ex sola imaginatiõe, quę cõmunis est nobis & brutis: sed ex deliberatione, quæ attentionẽ requirit. secũdò vt officium ipsa attentio comitetur actualiter: & hoc nec in officio nec in alijs orationibus vel bonis operibus requiritur: qa humanæ fragilitati est impossibile: requiritur tamẽ quòd mẽs ab officio scienter nõ distrahatur: quia hoc esse nõ potest sine peccato mortali aut veniali: licet euagatio propter intẽtionẽ & propter precedentẽ occupationẽ licita nõ sit peccatum. Euagatio autẽ aduertenter secundũ actũ interiorẽ solùm licet sit temeraria & grauis fortè, nõ tamẽ est mortale, nisi propter contemptũ, quia ecclesia nõ habet iudicare de actibus interioribus merè. Si verò sit ex hoc quòd aliquis scienter se occupat in actu exteriori, qui nõ secũ patitur attẽtionem, sic videtur esse mortale peccatũ, & directè cõtra præceptũ d.c. dolentes. vbi præcipitur vt studiosè pariter & deuotè dicatur. quod nõ obseruant q se occupãtes in actu exteriori scienter sibi attẽtionẽ subtrahũt. ¶ Quartũ. San. Th. quoq; prædictũ intellectũ Pet. de Pal. dedit in eadẽ dis. per hæc verba: Quãdo quis mentẽ ex propósito distrahit ad alia orando, siue culpa nõ est, præcipuè si in alijs spõte se occupat quæ mentẽ distrahũt: sicut sunt exteriora opera: & si mens ad cõtrariũ euagetur, erit culpa mortalis: si autẽ sine hoc qđ percipiamus mens ad alia euagetur: vel culpa esset, vel minima erit, nisi præcedens cogitatio, ex qua contingit euagatio, talis esse dicat in culpa. hæc ille. quę intellige & limita quo ad orationẽ, quæ est in spẽcto. Ibi etiã dicit quòd attentionẽ oportet in oratione remanere, non per essentiam actus: nec sufficit quòd in habitu solùm, sed scdm virtutẽ, quæ est quid medium: quod tunc videtur quando quis accẽdit ad orationem cũ intentiõe aliquid impetrandi, vel Deo debitum obsequiũ reddendi, etiam si in prosecutione mẽs ad alia rapiatur: nisi tãta sit euagatio quòd omnino depereat vis primę intẽtionis: ideoq; oportet quòd sæpius homo cor reuocet ad seipsum. ¶ † Quintũ. Ex prædictis multæ eliciũtur cõclusiones, quas etiã habes in Aur. ros. vbi suprà. ¶ Prima. Quantũ ad intẽtionẽ vel attentionẽ, quilibet ad officiũ obligatus tenẽt in principio officij habere intentionẽ satisfaciendi: ita quòd officiũ ab intellectu, & non ab imaginatiua proficiatur, scdm Pet. de Pa. qđ intellige actu vel habitu seu virtute. ¶ Secũda. Intra officiũ verò tenetur sic ad se redire, si fuerit mẽtẽ vagatus, quòd nõ pereat tota liter dicta prima intẽtio, secundũ San. Th. id est frequẽter: quæ tamẽ frequẽtia sub certa regula cõprehẽdi nõ potest. ¶ Tertia. Non tenetur autẽ quouis præcepto esse attentus: sed sine culpa mortali potest euagari etiã à proposito: dum modo sciat quid faciat: sic scilicet quòd stet prima intentio seu virtus eius. ¶ Quarta. Mortale est tali dicẽdo officiũ se occupare in exterioribus quod limita primò per longũ spatiũ. Secũdò, quãdo nõ cõpatiuntur attentionẽ ad officium. quod intelligo secus ab his quæ ad officium spectant: vt volucre chartas, parare libros, & huiusmodi. ¶ † Duodecimò quæritur, quid iuris de his, qui officiũ aut omittunt, aut mutant ex toto vel in parte? Et dico multa. ¶ Primum. Qui ad libitum suum mutat officium consuetum, secundum Sum. Arg. peccat mortaliter, si sit clericus præbẽdatus & religiosus: secus autem si sit ordinatus ad suum patrimoniũ. Sed melius dico secundũ Zab. post Lau. in cle. j. de celeb. mis. quòd dicere hoc officiũ vel illud nõ est in præcepto: cùm diuersi diuersa dicãt. de cõse. dist. j. in die. imò dicit Archi. illud præceptum nõ esse determinatum circa modum: innuẽs quòd nõ est mortale dimissa vna hora dicere aliquid æquivalẽs. Vnde si hoc fiat ex causa rationabili, vt iusto impedimẽto, vel huiusmodi, non est peccatũ: si verò fiat ex inaduertẽtia, vt quia dixit quis officiũ de aliquo sancto, cũ de feria dicere debuisset: & nũc replicare fastidit: vel ex maiori cõmoditate: vt quia hoc officium mente tenet, non aliud. est veniale vel nullum. Siverò fiat in fraudẽ: vt dicatur officiũ breuius, secundum Archi. nõ est absque graui peccato: non tamẽ intelligat quòd sit mortale: quia determinatũ officium nõ est in præcepto. ¶ Secundũ. Qui dicendo officium cum alijs in choro ex aliqua necessitate: vt puta quia oportuit illum alicui respondere, vel quærere librũ, vel huiusmodi, intermisit psalmum vel orationem, secundum Innocentium in d.c. dolentes. nõ tenetur illud reassumere: licet sit cautius vt reassumat, modò nõ subtrahat vocẽ à choro: imò secundum Archi. nec etiã si ex negligẽtia omisit, debet resumere, præcipuè cùm sunt pauci: vel ipse resumẽdo perturbaret alios: sed pœnitẽat: & expleto officio suppleat omissum, si est qđ notabile: vel si est quid minimũ, aliquid loco eius. Et idem si in aliqua parte dormuit. ¶ Tertium. Dicens officiũ si recolat se ex obliuione prætermisisse vnam horam, aliã, vel psalmum aut lectionẽ, vel aliquid simile de hora quam dicit, quantum colligitur ex Innocen. vbi suprà, & tenet Lau.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non tenetur interm'issa hora quam dicit, totum reiterare: sicut dum in tertio nocturno existens aduertit se hymnum aut psalmum primi nocturni omisisse: non oportet quòd re incipiat: aut si tertiam dicens aduertat se primam dimisisse, non oportet vt dicat primò primam, iterum tertiam: sed debeat de negligentia: & post officiū suppleat. Sed intelligo q̄ debeat & teneatur supplere horā, vel aliquod notabile omisum, si recordatur intra tempus, in quo dicere tenetur nō dicta, id est, eadem die: aliter sufficit pœnitere & satisfacere arbitrio confessoris: vt in §. seq. ¶ Quartū. Secundū Pet. de Pal. vbi3. qui notabiliter malè dixit officiū, si vult euadere mortale, debet redicere totū: si autem modicū dimisit, puta dictionem, aut versum, vel psalmū: tenetur illud repetere post officium, vel aliquid loco eius dicere, sivult euadere veniale. ¶ Quintum. Secundū Richardū Anglicū in quolibet. obligatus ad horas, & nō dicens ex fastidio vel cōtemptu diuini cultus, vel ex cōsuetudine, mortaliter peccat: sed hoc de omittēte ex negligentia dicere nō audet. & hoc Sum. Ang. videtur tenere contra Arch & Pet. de Palu. volentem q̄ sit mortale ex negligētia omittere etiā solas Laudes. Vñ secūm Henri. de Gan. in quolibet. etiā iste peccat mortaliter, nisi infirmitate vel alia rationabili causa sit impeditus: & idem Veruec. & hoc est indubitandū propter præceptū c. doleutes. ¶ Sextū. Qui omittit ex negligentia septē horas vnius diei, secundū Veruec. committit solùm vnum mortale peccatum: quia totum officium vnius diei est vnum totū integrale cadens sub vno præcepto, licet peccatum tantò sit grauius, quantò plures partes omittuntur. & hoc sequitur Summa Rosel. & supple. & Summa Pisa. Et Archi. addens in tertia parte. titu. xiij. quòd si dimisit aliquas horas, puta primam, nocuam, & completorium, tria peccata mortalia comisit: quod videtur velle
16 dicere ratione discōtinuationis. ¶ Ego autē dico quòd quoties scienter seu recolens deliberat non velle dicere aut omnes aut vnam horam, toties mortaliter peccat: quia deliberat in re notabili transgredi præceptum c. dolentes. Si verò recolit tantùm semel distinguo, quia si recolit ante illā horam, qua de iure dicere posset totum officium ante mediā noctem, cōmittit duo, scilicet vnum quando deliberat: & aliud quādo potens pœnitere de illa deliberatione & deliberare oppositū, hoc no facit: sed omittit implere pręceptū quod implere potest. Si verò recolit intra dictum tempus, videtur tantùm semel peccare. Si tamen nunquam recoliteſt vnum solum peccatum, vt dicit Veruec. ¶ † Decimoterciò quæritur,
17 quid illi, qui officium omisit, sit iniungendum vel faciendum? Et dico multa. ¶ Primum. Is, qui ex obliuione aliquam horam omisit, debet supplere quod omisit & ad hoc tenetur si hoc potest intra tempus diei illius in quo dicenda erat hora illa: quia adhuc est in sua potestate implere præceptū. Si verò sit extra illud tempus, debet etiā supplere, si cōmodè potest: sed ad hoc nō tenetur: quia nō tenetur, etiā si ex negligentia scienter omisisset, secundum Inno. in d. c. j. sed posset confessor aliam pœnitentiam illi imponere: licet consulat vt imponat quod omittit: nisi quando videret illi non profice re. Pet. etiam de Pal. in iij. dist. xv. tenet quòd tales pœnitentia est arbitraria: & idem S. Th. quia, inquit, in diuinis officijs sicut loci, ita & temporis congruitas obseruanda est: quod esse non posset, si oporteret iniungere quod omissum est: quia fortè in completorio diceret. Iam lucis orto sydere: & tempore paschali officium dominicæ passionis: indeq̄ videtur iniungendum aliquid ad ludem pertinens diuinam: puta septem psal. not pœnitentiales, vel vnum psalterium, vel aliquid amplius, secundum quantitatem delicti. Hęc ex illo, qui notanter dicit secundum quantitatem delicti, & non officij omissi: quia talis pœniteutia imponitur pro culpa: & nō ad restituendum omissa seruitia: quanquàm etiam Pet. de Palud. dicat quòd restitutionem Deo faciendam vicarius Dei, id est, confessor, mutare potest in aliquid Deo gratius: puta in aliquod paruum deuotè dicendū. ¶ Secundum Scholastis obligatus ad horas, & eas omittens vna die cum proposito dicendi eas alia die, secundum Henric de Gan. peccat mortaliter, si absque legitimo impedimento hoc faciat, cuiusmodi impedimentum sicut in simplicitas. ita & studium esse potest: quando clericus tantùm habet necessitatē studij quòd dicendo horas imminēret crimen & scandalum mortale, cui potest occurrere dimittendo: nec istam necessitatem potuit rationabili coniectura prævidere: & consequenter nec prævenire: quia licet horas dimittere sit de se peccatum: propter malum tamen maius euitandum amittit rationem peccati: cùm plus teneatur occurrere scādalo, ad quod tenetur ex diuino præcepto, quàm dicere horas, ad quas tenetur ex præcepto ecclesiæ. Vnde in hoc potest ecclesia dispensare: non in primo. Si autem non sit talis necessitas: sed lectio vel studium sine tali discrimine vel scandalo mortali potest omitti, aut potuit rationabili coniectura prævidere & prævenire dicēdo horas, tunc omittendo peccaret mortaliter. hæc ille. Causa autem rationabilis, seu legitimum impedimentū esset, sicut si populus moueretur ad arma vel scandalum magnum: & non esset qui virisimiliter posset sufficienter obuiare: & similiter si talis clericus esset solennis: & in casu haberet omittere officiū vel prædicationē aut lectionē: sicut in simili prædicator solēnis ieiunij, ꝓpter prędicationē omittit vel j. ieiunū. §. ix. ¶ Tertiū. Clericus officiū nō dicens, si tacitus ex hoc restituere non tenetur: vt suprà. Clericus iij. §. xxiij.

De Hospitalibus, & Hospitalarijs.

1 *Hospitale quid sit.*
2 *Hospitale quotuplex sit.*
3 *Hospitale pro suo voto, an quilibet erigere possit?*
4 *Hospitale, aut oratorium episcopi authoritate aut eius rectoris factum, num immunitate gaudeat ecclesiastica?*
5 *Religio aliqua, num ad hospitalitatem instituti possit.*
6 *Hospitalis præfici, ac deputari quis possit, maximatis effectum.*
7 *Hospitalia secularibus ecclesijs, num in beneficium, id est, titulum conferri possint.*
8 *Hospitali rectori à quo ꝑsbr debeat, duabꝰ ecclesiis obtinēre.*
9 *Literæ apostolicæ, vel legatorū sedis apostolicæ super aliquorum clericorū promissione concessæ, an de hospitalis prouidendo possint? Et quid de literis apostolicis super fructus reservatis?*
10 *Decretalis prima & secunda de prębendis. lib. vj. an locū habeāt circa locū beneficia, per officialis papæ mortē, aut in curia decedentiū obtenta? Et nū in literis generaliter ad beneficia impetratis hospitalia inclusa videātur? nume. sequen. Et quid in reservatione generali Io. xxij. de beneficijs facta? nume. 13.*
11 *Legati de latere, num huiusmodi hospitalia conferre possint.*
14 *Hospitalarij quantum ad eleemosynas pertinet, quid faciendi, aut teneantur, aut non debeant? Et quid quantum ad sacramentorum administrationem & diuinorum celebrationem? spectat rectoris, familiæ & pauperum siue infirmorum huiusmodi hospitalium? Et de his vsque ad nume. 15.*
16 *Episcopus an visitare hospitalia, & ab his procurationem accipere possit?*
17 *Hospitale quo ordine ab initio fundari possit?*
18 *Ius quodnam fruatur in legatis hospitalibus factis? Et an hospitalia ita erigi possint, vt ipsis obuentitia alimentur & ipsis pauperibus pretium erogetur.*

Hospitale

19 *Hospitale, an præscribere possit, vt omnia legata pauperibus in vna cuntia te relicta, capiat.*
20 *Hospitalium cura correctio, ac reformatio, in ipsisque receptorum ad quem pertineat? Et quid si hi ad quos pertinet, id facere negligātiores. seq. Et subhac, quid si huiusmodi hospitalia sint exemptionis primi legio munita.*
22 *Hospitalis rector si clericus sit, & qui hospitali prouidere habet laicus: qualiter clericum rectorem ad id quod eius officio incumbit, compellet ipse laicus?*
23 *Hospitalia si exempta sint aut religiosorum exemptorum sint, ad quos tum correctio & reformatio pertineat? & n. seq.*

7 *Consuetudo num ad statutis diebus ieiunandum quem obliget, aut eundẽ à ieiunio excuset & soluat? Et an ad non Indigenas, & transeuntes. aut ibidem inhabitandi causa consistentes, porrigatur? Et quod de cõsuetudine laicorũ, num clericos ligat?*

8 *Consuetudo in his, quæ indicta sunt, ieiunijs, nihil potest. Et id quatenus accipiendum, ex Panorm. Cuius limitationes visissim ab authore limitantur.*

9 *Ieiunij integritas in quibus consistat? Et qua ratione ieiunandum aut quo modo respectu vnica comestionis ieiunium perfringatur? Et vtl electores, aut seruitij ptãdis destinati, præsentes, aut propter infirmitem necessitatem à mensa sedentes non regressus ieiunium ob repertam comestionem infringere dicatur? Et quid de eo qui aut vinum, aut cerusiam sub*

noctem, aut mane bibit electuaria delectationis causa comedit.

10 *Comestatio prætina, si quando id facere expediat, quibus cum fiare debeat.*

11 *Ieiunium quo ad edendi horam definitam, qualiter obseruandum sit? vbi dies artificialis primum in duodecim horas, deinde in quatuor partium dimensionem deducetur.*

12 *Ieiunãti quanã ad sumptionẽ hora desinita sit? Et qui horã præuertit, an pẽtè se aliger? num. 13. Et quid si differatur. n. 14.*

13 *Ieiunantis carnium esus interdictus. Et quid de ouis, lacte, caseo, & similibus? in his autem consuetudinem, quæ lex in hoc habetur, maximè spectandam.*

16 *Quorum ac caseorum quibus vsus est concessus, an lardi quoq; vsus concessus intelligatur? Et quid de Britonib. qui butyro vt ses consueuerunt.*

17 *A ieiunio qui ætate, labore, alijsve causa rationabili, soluti sunt à carnibus, lacticinijs, & ouis ex voluptate tempore Quadragesimæ sibippsis non temperantes, ad mortem peccant. Quod locum habet & in alijs Ecclesiæ ieiunijs.*

18 *Præceptum ieiunij quaminam ætatem ligat? & ibi quid Auricularis sacerdotis, aut Prælati in subditos arbitrio committendum nunquam ex habitudine ad ieiunium potens sit.*

19 *Ieiunia ex præcepto indicta, num transferri, redimi, aut commutari ex superioris permissione dispensationeve, aut sine ea possint? Et an alius à Papa soluere ac dispensare queat? Et quid de his quæ ex voto suscepta sunt? Et ibidem regula super solutione ieiunij. num. 10.*

21 *Obligatus ad ecclesiæ ieiunium, si extra Canonis solutionem, illud violent, num mortaliter, & quoties peccent. Et quid si de ieiunio non cogitans illud infregerit? num certè quod dies reliquum est, si ieiunarit, noxa eximetur.*

22 *Ieiunij infractor, an alio die ieiunare teneatur? Et num quoties, quo die ieiunium violarit, comedet, toties noxius fiet.*

23 *A ieiunio quinã liberi ac immunes sint? Et qua causa excusationem præstent vsque ad num. 27.*

24 *Peregrinatio non necessaria à ieiunãdo non liberat: nec excusantur operarũ suarũ locatores, qui hac lege conducti sunt si ieiunium non obseruent. Et ibidẽ circa artifices & operarios Eugenij Papæ circa ieiuniorũ nõ obseruantiã, modificatio*

25 *Fumine, quamquam à votum & voluntarijs ieiunijs maruis ipsis remissibus excusationem mereantur, non tamen æquè in his, quæ ab ecclesia indicta sunt: nisi euitandi ac depellendi scandali causa maritus audientes sint.*

26 *Prædicatio non necessaria à ieiunio prædicantem nõ eximit. Et an qui ex vegrandi macerationẽ & corporis attenuatione ad operam ex officio debitam impotens redditur, peccet.*

27 *Carnes die veneris comesse sine infirmitatis aut alia iusta ratione peccatum est. Et quid si eodem die Natalis Dominici occurrant? Et quid si quis votum rem est, de non eodem die carnibus edendis, an certe in Domini Natalibus, possit cum salutem ponere? Et qui votum oua non comesse, an & carnes quoq; non esse vouisse intelligendus sit?*

28 *In Francia ac Carbatenia die sabbati carnibus vesci ex consuetudine ac vsu receptum est: at qui alio se transferunt, vbi is mos receptus non sit, si vescantur, peccant. Et qui eò commigrant, vbi id receptum est, vescendo peccati participes non sunt, quamlibet apud se id receptum non sit.*

IEIVNIVM, † secundũ Pan. in rub. de ob. ieiu. dicitur à quodã intestino sic vocato, eò q; vt plurimũ vacuũ sit & exinanitũ. & sumitur quãdoq; impropriè & spiritualiter: & sic est abstinentia à vitijs, scdm illud Isa. lviij. Nónne hoc est ieiunũ quod elegi? dissolue colligatiões impietatis, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& propriè sine corporaliter: & sic est subtractio vel priuatio cibi ac potus. Ieiunium autem propriè sit multiplex.
2 Nam† si diuidatur secundum leges, quibus indicitur, est triplex. ¶ Primum est ieiunium legis naturalis, quod est quoddam generale, id est subtractio cibi ac potus, nõ habens determinatum modum, vel diem, vel horam comedendi, vel cibi quantitatem: sed secũdum quod ratio dictat ad carnẽ domandam. ¶ Secundum, est legis veteris in qua erant ceremoniale præceptum ieiunandi certis diebus, ex cuius quasi ponit Hieronym. distin. lxxvj. c. ieiunium. ad quod modò non tenemur: quia ceremonialia cessauerũt. ¶ Tertium, est legis humanæ: de quo infrà per totum. Si verò diuidatur secundũ causas ieiunandi, sic est duplex, vt dicitur secunda secundæ, quæst. cxlvij. & iiij. dist. q. ij. art. j. quæst. ij. scilicet luctus, id est cum amaritudine peccatorum & presentis vitæ & exultationis. quæ duo sic intelligo, vt ieiunium luctus sit ad satisfaciendum pro peccatis præteritis, vel ad cauẽdum futura. Ieiunũ verò exultationis sit ad mentem in diuina leuandam. ¶ Si verò diuidatur secundum modos abstinendi à cibis, sic etiam est duplex, scilicet naturæ & ecclesiæ secunda secundæ, quæst. cxlij. & iiij. dist. viij. q. j. art. iiij.
3 Est† autem ieiunium naturæ quo quis ieiunus dicitur ante cibum sumptum illa die tertiam si postea pluries comesturus sit, quod quia dicitur ex priuatione cibi præassumpti, ideo quælibet cibi sumptio hoc ieiunium solum. Ieiunium verò ecclesiæ est, quo dicitur quis ieiunans secũdum modum ab ecclesia institutum ad carnis affectionẽ: quod quidem manet etiã post nonam comestionem: nec toluitur nisi per secundam sumptionem illorum, quæ in cibum & refectionẽ de se cõsueuerunt assumi: ideoq; ea quę propter alios cibos accipi cõsueuerunt vel digerendos, sicut electuaria: vel deducendos per membra, sicut potus vini aut aquæ, hoc ieiunium non soluunt, quãuis nutriant aliquo modo. h. ec ex illo. Et sic patet secundũ mentem eius quomodo ieiunium ecclesię debeat diffiniri & glossari, vel perfici diffinitio isidori dicentis: quòd ieiunũ est parsimonia victus abstinentiaq; ciborũ: quia scilicet addendũ est, secũdũ ordinationem vel consuetudinẽ ecclesiæ, id est, semel tantũ in die naturali sumẽdo cibũ per modum cibi. Et satis cõcordat Pan. vbi ſ. & similiter Gof. dices sp est subtractio prandij, & postcœnam cuiuslibet cibi priuatio vsq; in diẽ sequentẽ: & abstinentia à carnibus & trahentibus seminale origine ab ipsis: vtrà lacte, caseo & ouis, quę diffinitio ebetur ex dist. iiij. c. denique. & recitatur ac declaratur à Panor. vbi ſ. pro quo etiã aduerte primò quòd secundum Gregorium, prandium in hora nona apud antiquos vocabatur cœna: quia scilicet nulla cibatio iequebatur, & secundò quòd abstinẽtia à carnibus & reliquis cõpetit solùm ieiunio Quadragesimali: alijs autẽ ieiunijs secũdum consuetudinẽ regionis: quod Isidorus notauit in parsimonia ciborũ. ¶ Primò† verò quæritur, vtrũ & quando siue quibus diebus ieiunũ cadat sub præcepto ecclesiæ, vel sub consilio vel sub prohibitione? Et dicit Sanct. Thom. ij. ij. q. cxlvij. quòd ieiunium in quantum pertinet ad necessitatem correctionis omnis peccati, vel satisfactionis in pœnitentia, vel ad eleuationem mẽtis in spiritualia: sic in communi cadit sub præcepto legis naturæ: sed determinatio temporis & modi ieiunãdi cadit sub præcepto iuris positiui: quia ab ecclesia sic statutũ est, scilicet vt aliquibus diebus fideles ieiunent. quod patet. Primò, quia dicitur dist. xj. quòd in his rebus in quibus nihil certũ Scriptura statuit, mos populi, mos Deiinec refert vtrũ voluntas principis verbis aut factis declaretur. ff. de leg. l. de quibus. vnde obligatio rationabilis & præscripta consuetudo. distinctio. ij. cap. illud. & cap. illa. Secundò, quia hoc videtur expresiè præcipi de consecrat. distinct. iij. non liceat. & cap. non oportet. & cap. placuit. & distinct. v. quadragesima. ¶ Quibus† autem diebus ex mandato ecclesiæ quis teneatur ieiunare: dico quòd in infrà scriptis. Primò, in Quadragesima tota, exceptis dominicis diebus de consecrat. distinctio. v. quadragesima. & de consecrat. distinctio. iij. non liceat. Secundò in quatuor temporibus. distinc. lxxvj. statutum. de quibus in hoc versu: Vult cinx, Lucia, cinis, & charismata dia, Vt ieiunetur quarta sequens Feria. id est, ieiunium quatuor temporum celebretur prima quarta Feria, quæ sequitur festum sanctæ crucis de mense Septembris. & festum sanctæ Luciæ & cinerum & Pentecosten. Tertiò in vigilia Pentecostes, vt not. dist. distinctio. lxxvj. cap. de ieiunio. & licet Grat. eadem distinct. in § necessario. teneat quòd sit de consilio, verius tamen est quòd sit de præcepto, secundum Ioan. gloss. ibi in d. §. & allegat d. c. de ieiunio. Sed ego dico primò quòd non est de præcepto ex iure canonico scripto, vt tenet Grat. quia secundum Sanctum Thomam, secunda secundæ, quæst. cxlvij. artic. v. Ad tertium, ieiunium exultationis non est in præcepto ecclesiæ: & tale est non solùm quod est in vigilia Pentecostes, sed & quod euenit intra octauas eiusdem: vt idem dicit in quarta distinct. xv. quæst. tertia. artic. iij. quæst. j. ad quintum. Dico secundò quòd est de præcepto: vt dicit Ioan. non ex ratione eius, sed propter generalem consuetudinem fidelium. Quartò in vigilia natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, ex rã eodem. cap. j. Quintò in vigilia assumptionis beatæ Mariæ: vt in d. cap. j. non autem in vigilia natiuitatis eiusdem secundum Petr. de Pal. & communiter Doct. licet Archid. in secunda parte. tit. vj. dubitet. Sextò in vigilia Ioan Baptistæ, & Laurentij, & Omnium sanctorum ex generali ecclesiæ consuetudine, secundum Innocent. & communiter Doct. licet nullo iure inueniatur expressum. Septimò in omnibus vigilijs duodecim Apostolorum præter vigiliam Philippi & Iacobi ac Ioan. Euangelistæ extra cod. consilium nostrum. & sunt hæ scilicet Sancti Matthæi, de qua suprà, Bartholomæi, Iacobi, Bartholomæi, Simonis, & Iudæ, Andreæ, & Thomæ. dicit tamen Petr. de Palu. quòd vigilia Bartholomæi, Iacobi & Matthæi est de præcepto solùm vbi est consuetudo: sed primum est tutius, communius & magis iuridicum. Si tamen prædictarum vigiliarum aliqua in Dominica euenerit, sabbato præcedenti ieiunanda est. extrà eod. cap. j. & ij. Ex consilio autem & non de præcepto ecclesię ieiunium indicitur in Aduentu Domini. secundum communem opinionem doctorũ: de quo in c. consilium. extrà eo. & in Rogationibus, de quo in c. regationes. de cõsec. dist. iij. & in quarta ac sexta feria, vt in c. ieiunia. eadẽ dist. & in omnibus sabbatis, vt in c. sabbato. ead. dist. Ex † prohibitione verò ecclesiæ quis ieiunare non debet in die dominico, de consec. dist. v. quadragesima. vbi dies dominicales subtrahuntur ab obseruantia ieiunij quadragesimalis. & à fortiori in alijs temporibus: & distinct. xxx. si quis presbyter. Vnde San. Tho. in iiij. dist. xv. & ij. ij. q. cxlvij. dicit quòd qui ea die ieiunaret quasi agens contra consuetudinẽ populi Christiani, vel ex superstitione, peccaret. quod intelligo de ieiunante ad affectionem: quia ieiunũ luctus non licet tempore Lætitię, id est tempore Paschali, vel in Dominica: vt dicit ij. ij. vbi suprà. Secus si quis ieiunaret sine scandalo ieiunio exultationis: quia non peccaret: & idem si ieiunaret ad sanitatem, vel studium, vel ad mortificationem corporis, quæ differri non potest propter præsentem earnis petulãtiam vel huiusmodi. ¶ Secundò † quæritur, quando quis circa ieiunij obligetur, vel deobligetur, seu excusetur ex cõsuetudine. Et dico duo. ¶ Primũ. Secũdũ Petr. de Pal. in iiij. dist. xv. ad ieiunia consuetudinaria ipsa consuetudo ligat, etiam si scriptura non

non dicat. ar g. c. in his rebus. dist. xj. vnde si in aliqua diœcesi consueuit certo die ieiunari, tenentur ieiunare illi de diœcesi siue indigenæ: sicut & si episcopus ieiunij indiceret, alienigenæ verò si veniunt animo habitandi, ex tunc ligantur ieiunio consuetudinario sicut & scripto. Si autem transeant solùm, nõ ligãtur cõsuetudinibus & statutis terræ, licet in comedendo cauere debeãt à scãdalo: quia si esca fratrẽ meũ, &c. arg. di. xij. illa. Secundũ Arc. tamen consuetudo laicorum non ligat clericos, nec clericorum secularium religiosos, quia distincti sunt modi abstinentiæ inter hos tres status: & plures abstinentias habent clerici quàm laici, & religioli quàm clerici seculares. vnde non oportet quòd ad eorum ieiunia ligentur, quorum etiam consuetudinibus à suis ieiunijs non absoluuntur, secundum regulã iuris. Quem non honoro, nec onero. ¶ Secũdum. † Vbi ieiunium est iure statutum, Host. in c. ij. extra eo. dicit quòd in ieiunijs solennibus, id est, per ecclesiam indictis, nihil potest facere consuetudo. quod Pan. verum limitat primò quantum ad ieiunij tollendũ ex toto sine causa rationabili: secus quantum ad interpretationem qualiter sit explendum, puta quo ad cibos, horam, collationem, & huiusmodi: quia cõsuetudo est optima legum interpres. Et secundò, nisi papa sciret & toleraret. vnde in d. c. ij. facit magnum festum de quadam glos. ibi dicente quòd consuetudo est ieiuniorum relaxatiua. Ego verò primam limitationem approbo, & similiter secundam cõcurrentibus duobus. Primò quòd papa toleret sine reclamatione: secus vbi reclamaret per prædicatores, sicut vbique facit de ieiunio Quadragesimæ quod à minori parte fidelium seruatur, & tamen consuetudo non excusat. Secundò quòd consuetudo talis sit apud timoratos, & non eos qui non ieiunant, credentes tamẽ & scientes se ieiunio obligatos: quia non est consuetudo, sed corruptela. Vnde secundum Archid. excusantur indigenæ terræ vbi viri timorati nõ ieiunãt in vigilijs Iacobi, Bartholomæi & Mathiæ: non autẽ si non ieiunent ribaldi: & similiter excusantur à ieiunio suæ terræ alienigenæ aliò se transferentes animo habitandi: nõ autẽ si trãseant solùm, sicut nec ad illius terræ ieiunia ligãtur. ¶ Tertiò† cùm de integritate ieiunij secundum R. schard. in iiij. tria sint, scilicet comestio vnica, determinata hora comedẽdi, & abstinentia à carnibus, ouis & lacticinijs in Quadragesima: quæritur qualiter sit ieiunandum vel frangatur ieiunium quantũ ad vnitatem comestionis? Et dico multa. ¶ Primum. Circa istud varia fuit doctorum opinio: nam aliqui dicunt nullo iure cauetur quòd semel tantũ in die ieiunij comedatur: & consequẽter liceret pluries in die comedere sine fractione ieiunij, modò fiat ex causa rationabili, & secundum consuetudinem eorum quibus conuiuitur. quam opinionem sequitur Panor. in cub. de obser. ieiun. quia, inquit, cùm non habeamus ius speciem, recurrendum est ad consuetudinem loci. & facit cap. vtinam. distinct. lxxx. ex quo infert ad collationem serotinã vt ſ. parricula iij. Pro hac opinione facit quod not. Innoc. in d. rubr. quod prandere pluries in die est contra consuetudinẽ approbatam ecclesiæ: & sic videtur sentire quòd non sit contra ius specificum: & idem ibi dicit quòd Cistercienses licitè statuerunt quòd seruitores in die ieiunij aliquid sumant, scilicet ante prandium. item quòd seruientes dominis faciendo credentiam ieiuniũ non soluunt. Alij verò dicunt quòd gustatio seu comestio ieiunij soluit: quia ecclesiæ vniuersalis consuetudo, quæ p lege habenda est, sic obtinuit vt semel tantũ comedatur. quam opinionem sequitur Gofred. & communiter Theologi in iiij. dist. xv. Pro hac facit quòd fideles communiter pluries in die bibunt sine cõscientia frangendi ieiunium, non autem pluries comedunt. Sanctus Thom. autem has opiniones concordat, dicens quòd ieiunium soluitur si comedatur pluries per modũ cibi: nõ autem si per modum medicinæ, id est, ad reparandum ne potus noceat, vt Archid. docte & eleganter exponit. Igitur non franguntur ieiunium propter pluralitatem comestionũ qui comodunt in ordine ad potũ, vt infrà particula tertia: nec lectores aut seruitores præguſtantes, aut qui surgunt à mensa propter instante necessitatem denuò regressuri vt prandeant: quia tota est vna comestio & vna mensa, secundum Rod. scilicet propter continuum exercitium circa prandium, vel ex intentione interrumpentis: nec faciẽtes credẽtiam quo ad carnes in Quadragesima: quia hoc non est per modum cibi: nec qui mane vel sero bibit vinum vel seruisiam, aut comedit electuaria delectationis causa secundum Richard. quia scilicet hoc non fit per modum cibi. nec secundũ Petr. de Palu. qui non propter tamen aut voluptatem, sed timore defeciendi præ anxietate in die ieiunij ficus vel porrectam vel aliquid huiusmodi prælibaret ante horam comestionis quasi per modũ medicinæ. Frangit verò ieiuniũ quicunque aliquid comestibile vel potabile sumeret extra prandium in fraudẽ, id est, ad subleuãdam non quidem debilitatem, sed famẽ, vt ponit Archidiac. quia iste ex sua intentione pluries cibatur sumendo aliquid per modum cibi. ¶ Secundum. Licet potus aliquo modo nutriat: tamen secundum S. Tho. quia magis sumitur ad corporis alterationem & digestionem ciborum quàm ad nutrimẽtum licitum est ieiunantibus pluries intra diem vnam potare: licet immoderantia circa hoc possit esse peccatum & meritum ieiunij perdere. Et idem dicit Petr. de Pal. scilicet quòd potus ieiunium non soluit siue post siue ante prandiũ nisi fiat in fraudem, id est, ad subleuandam famem. Et idem Alb. & Pet. & Ric. dicens de bono & æquo magis abstinendum esse à potu vini, ceruisiæ, & huiusmodi in mane quàm in sero: quia tunc vt plurimum nocet stomacho ieiuno. Et si, vt isti dicunt, licitus est mane potus etiam vini sine fraude. licitum etiam aliquid sumere pro stramento potus ne obsit: modò cesset omnis fraus circa intentionem, & indiscretio circa quantitatem. Et hoc expresè tenet S. Tho. in iiij. dist. xv. in q. de ieiunio. art. iiij. q. licet non loquatur de pane & fructibus vel herbis quæ communiter veniunt in cibum hominis, sed de electuarijs & huiusmodi medicinalibus. ¶ Tertium. † De collatione serotina generaliter sciendum est quòd quædam, sunt quæ nec sumuntur nec sunt ordinata principaliter ad nutriendum, licet nutriant aliqualiter, vt potus etiam vini & electuaria, & aliæ medicinæ & huiusmodi: de quibus intelligitur quòd ex sensualitate sumpta non frangunt ieiunium: quædam verò sunt ordinata principaliter ad nutriũdum, quæ in cibum sumi consueuerunt, vt panis: & secundum Pet. de Pal. & fructus & herbæ principaliter panis. De primis ergo & de secundis, excepto pane, non est dubium quòd licitè de sero sumuntur causa medicinæ, id est, ne noceat potus: licet non per modum cibi. sed & si non sumantur per modum medicinæ, secundum Arch. pie interpretandum est rõne consuetudinis, quæ ea de causa videtur introducta. qđ etiam sentit Panorm. quia consuetudini standum est, ex quo ius non est in oppositum: quod secundum eos limitatur, nisi fiat excessiuus in quantitate vltra consuetum, vel nisi fiat in fraudem, id est, studiosè ad nutriendum contra famem. secus si stante quantitate consueta fiat ad aliud rationabilem finem: puta ad dormiendum, ad sustentandum naturam, aut vocem conseruandam, & huiusmodi: imò & si ex sensualitate, imò ex ratione famis secundum mentem Panormitan.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2.2. q.147. art.8

quia sufficit non exire terminos consuetudinis. vnde dicit Direc. secundum quosdam posse statui vt in ieunio ecclesiæ bis comederetur, sed parum. De pane tamen dicit Arc. quòd eius buccella ieiunium soluit. sed ex S. Tho. & Pet. de Pal. & alijs doctor. præcipuis hæc distinctio panis ab alijs, quæ veniunt in cibum hominis, haberi non potest, nisi de congruo. vnde quia circa hoc legem aliam præter consuetudinem nõ habemus: dico quòd vbi est consuetudo, licitè sumitur panis, si aliud non habetur: vel si habetur, illud stomacho nocet, vel non reparat sufficienter contra potum. Imò etiam licet eo casu vbi est consuetudo de non sumendo panem: quia in foro conscientiæ consuetudo non obligat, nisi inquantum legislator intendit, vt patet ex dictis ſ. Consuetudo. §. xiij. qui non intendit vt sine pane bibas, quando sine pane potus, quo indiges, obesset: vt quia fructus non habes: vel si habes, non habes stomachum fructibus opportunum. ¶ Quartò
31 †quæritur qualiter ieiunandum sit quantum ad horam comedendi? Et dico multa. ¶ Primum. Dies artificialis secundum Astrologos habet duodecim horas inæquales, quarum extrema sunt ortus & occasus Solis: medium verò ad quod sexta terminatur, est punctus meridiei. Totam autem diem artificialem partimur in quatuor partes æquales, quarum duæ sunt ante meridiem, & duæ post: & quarũ quælibet continet horas tres: ex quo fit vt horas numeremus per triplicitates, id est, accipiendo extrema illorum quatuor partium, & dicendo, tertia, sexta, nona, & duodecima. Et sic factum est vt primum trium horarum spatium post meridiem dicatur hora nona: & aliud immediatè præcedens dicatur hora sexta: ita quòd hora sexta finitur in puncto meridiei: & ibi
32 incipit nona. ¶ †Secundum. In iure scripto nulla hora est determinata comedendi in die ieiunij: nisi hora vesperorum tempore quadragesimali: vt de consecr. dist. j. solent. & per Pan. in rub. de ob. ieiu. vnde in hoc consuetudo est lex & statutum ecclesiæ: & hoc secundum omnes est vt hora nona eo medatur. Sed quia hora nona dicitur & in prin. & in fi. S. Th. in iiij. dist. xv. q. iij. videtur velle quòd in omni ieiunio prandendum sit hora nona completa, id est, hora tertia post meridiem: quod Pet. de Pal. verum dicit quo ad ieiunium quadragesimale tantùm: quo ad alia verò dicit licitum esse prandere in principio nonæ: id est, in meridie: sed quia hic lex est consuetudo, consuetudini ſtãdum est populi Dei in omni ieiunio, vt in meridie, non per astrolabium, sed grosso modo
33 computato comedatur. dist. xj. in his. ¶ †Tertium. Præuenire notabiliter horam comedendi, ex causa rationabili, secundum Inno. in rubr. de obserua. ieiun. non est peccatum: & sic dicit debere intelligi cap. solent. de confec. dist. j. quod intelligo verum in his qui sunt obligati ieiunare ſi interueniat superioris possibilis haberi cómodè dispensatio. Sine causa verò ratiõabili præuenire horam etiam per notabile spatium, Sum. Ange. dicit esse veniale tantùm, allegans. §. alias ea demum. xxv. dist. vbi dicit Ang. quòd ſi quis corpore sanus alijs ieiunantibus prandere voluerit, scilicet ante horam, est peccatum veniale, sed vt dicit glo. Augu. loquitur de ieiunijs voluntarijs, non de necessarijs. Vnde secundum Pet. de Pal. est mortale. & idem dicit glo. in d. §. alias. & videtur esse text. in d. cap. solent. quòd licet secundum d. Sum. loquatur de consilio: tamen hoc nec certum est nec probabile. Potest tamen secundum Pet. de Pal. circa horam dispensari propter debilitatem, vel electionem, vel iter, aut alias pias causas.
34 ¶ Quartum. † Tardare ieiunium post nonam quantumcunque tarderetur, non est peccatum, secundum omnes Doctor.
35 nisi fieret ex aliqua superstitione. ¶ Quintò † quæritur, qualiter ſit ieiunandum quantum ad abstinentiam carnium & huiusmodi? Et dico multa. ¶ Primum. Esus carnium in omni ecclesiastico ieiunio interdictus est, & illud tangit secundum omnes doct. esus verò ouorum & lacticiniorum interdictus est in quadragesima: vt dist. iiij. denique. non autem in alijs ieiunijs secundum Pet. de Pal. & S. Tho. & communiter doct. nisi consuetudo hoc habeat, quam vbique seruandam in ieiunijs dicit Aug. Amb. & Hier. dist. xij. illa. & dist. lxxvj. vtinam. vnde in omnibus ieiunijs præter Quadragesimam, ista comedi possunt, vbi consuetudo est quòd comedãtur. Vnde secundum Petr. de Palu. is cui iniunctum est ieiunare simpliciter, non tenetur nisi à carnibus abstinere. Sed & si alicubi sit consuetudo quòd non comedantur, Sum. Angel. non putat frangi ieiunium si comedantur nõ ex gulositate, sed ex causa rationabili. Sed quia consuetudo in his est lex, dico quòd ex hoc ieiunium frangitur: nec excusatur comedens à mortali, nisi sicut excusatur ieiunium frangens: de quo infrà §. ix. ¶ Secundum. † Tenet Host. in Sum. eod. tit. quòd cuicunque conceditur vsus ouorum & caſei, concedit intelligitur vsus sagiminis siue lardi: arg. cap. presbyter. dist. lxxxij. & ibi glo. & idem Pan. in cap. consuluit. de Iudæ. Licet tunc non sit licitum vti carnibus: quia quasi mutando formam videtur rei substantia immutata. ¶ Tertium. Secundum Petr. de Pal. Britones comedentes in Quadragesima butyrum, videntur excusari: quia in illis partibus, in quibus ecclesia dispensare potest, sciendo & dissimulando dispensat, si tamen ita dissimulat quòd nec punit excommunicatione, nec prohibet verbo, alioquin cùm ad correctionem teneatur, participaret in crimine. vnde fornicationem simpliciter & si non puniat, prædicat tamen esse illicitam. Vnde cum ecclesia sileat, nec eis prohibeat, nec prædicet eos malè facere, & si aliud priuilegium non habeant, excusantur. hæc ex illo. ¶ Quartum. † Secundum Arch. qui excusatur à ieiunio propter ætatem & laborem vel aliam causam rationabilem: ut potest in Quadragesima vti quadragesimalibus cibis: & vtitur carne, lacticinijs vel ouis ex voluptate, vel incurta, mortaliter peccat. & idem dicit de quocunq; comedente carnes in alijs ieiunijs ecclesiæ. ¶ Sextò † quæritur quando, id est, qua ætate ex præcepto sit ieiunandum? Et dico duo, quantum ad
36 licet ad iuuentutem & senectutem. ¶ Primum. Quo ætate incipiat quis obligari ieiunio. Io. And. Inno. super c. consilium. de obseruantia ieiuniorum. multas recitat opi. in nulla tamen resolutum. Opinio autem Inno. in rub. de obs. ieiu. est, quòd teneatur omnes sanæ mentis, doli capaces, potentes ieiunare, eiusque peccare possint, & peccata deflere, de delic. pue. c. j. & idem videtur tenere Supp. tanquam tutius contra Rof. & Sum. Ang. Sed veritas & communis opinio est, quam ponit S. Thom. & Pet. de Pal. & Archi. quòd post finem tertij septennij, id est, post xxj. annum: quia licet antea teneatur quis carnem fõtes multo cibo ad nutrimentum & augmentum. Nec tamen est simile secundum Pet. de indigentibus multo cibo ad generationem: quia diebus ieiunij coniuges abstinere debent à coitu, & semel in anno sufficit fœcundare, & cum ieiunio plus abundat semen quàm sit necesse. Quia tamen circa illud tempus quidam alijs sunt fortiores secundum eundem Pet. de Palu relinquitur arbitrio confessoris & consilio medicinæ ieiunare vel non: & in religionibus discretioni prælatorum secundum Veruec. Professi tamen regulam, in qua præceptum est aliquibus diebus ieiunare, ad hoc obligantur ante dictam ætatem. ¶ Secundum. In sensibus nullum tempus ab aliquo determinatum est, in quo ab obligatione ieiu-

nij absoluantur. vnde excusari possunt eo modo quo infirmi & debiles, de quibus est eadem ratio, secundum Innocen. & Aſten. ratione verò tenuitatis tantùm nõ excusantur, si sunt ad ieiunium fortes. Richard. tamen in iiij. dicit non obligari nimium senes, id est, decrepitos: quia propter debilitatem cafortis indigẽt crebro refici: cuiusmodi sunt regulariter qui septuagesimum annum compleuerunt secundum medicos: & glos. in proœmio vj. ad quod facit illud psalmi, Anni nostri
19 in ipsis septuaginta anni. & l. fin. C. qui ætate. lib. x. iuncta l. ij. §. fin. ff. de decur. vbi maior lxx. annis excusatur à muneribus personalibus, & à fortiori à ieiunio, quod est maximum onus. ¶ Septimò † quæritur, vtrum ieiunia, quæ sunt de præcepto transferri possint aut redimi vel commutari cum dispensatione vel sine? Et dico multa. ¶ Primũ. Ieiunia ab ecclesia præcepta de die in diem transferri possunt ex causa secundum Innocent. in d. rubr. sicut si festum accidit secunda feria, vigilia ieiunatur in sabbato, & non in dominica: extra eod. cap. j. & ita pati ratione si vigilia accidat in festo solenni propter eius venerationem potest priori die ieiunium explicari, sicut in Francia vbi sunt ecclesiæ sancti Quintini, vigilia omnium sanctorum ieiunatur die præcedenti: quod Panor. in d. rub. limitat, modò fiat authoritate episcopi: arg. c. ij. de obser. ieiu. in fin. ¶ Secundum. Quantum ad redemptionem ieiuniorum ecclesiæ Innoc. & Panormit. in d. rubr. tenent quòd aliquis citra papam dispensare nõ potest, nisi causa sit in debente ieiunare: ex causa autem potest episcopus dispensare, & in bonum aliud compensare: & causa satis sufficiens est debilitas personæ ex defectu naturæ vel exteriori proueniens exercitio timò secundum Archidia. est etiam vtilitas publica: puta bona & necessaria prædicatio, vel discursus propter necessitatem vel vtiliratem ecclesiæ, quam ieiunij commutationem Sum. Rof. intelligit nõ posse fieri propria authoritate: quod verum est vbi dubium esset an causa excusaret à ieiunio nécne: secus vbi esset manifestum: vt j. §. ix. In ieiunijs autẽ ad quæ quis se voto obligauit, dispensare potest episcopus, etiam sine causa existente in voueme, modò illud, in quod fit commutatio, sit melius, id est, acceptius Deo: vt in cap. j. de vot. Quæ verò imponuntur in pœnitentia, redimi possunt authoritate superioris, vel etiam æqualis confessoris de quo suprà Confessio. j. §. xxvij. ¶ Ter
20 tium. † Quantum ad dispensationem super solutione ieiunij talis regula seruanda videtur ex mente omnium doct. Si certum e ſi quod quis ieiunare non possit: ex causæ euidentia potest quis ieiunium propria authoritate dimittere secundum Veruec. & omnes. Si verò sit dubium: consulendus est vir bonus & peritus, puta medicus aut confessor vel alius. & ſi iudicio eius causa est euidens, iterum potest quis propria authoritate dimittere, secundum mentem eiusdem Veruec. quia eo casu causa est euidens: ſi verò ipse sit dubius, oportet adire superiorem, id est, episcopum vel proprium sacerdotem, qui declarare potest authoritatiuè dispensando in dubio. Limita tamen totam regulam cessante scandalo: quia etiam causa extante euidente in se vel aliquibus: ſi inde aliqui scandalizarentur, petenda esset dispensatio. ¶ Quartum. Superior à quo in ieiunio ecclesiæ huiusmodi dispensatio petenda est, secundum Hostien. in cap. consilium. eod titul. est episcopus, nec sufficit licentia simplicis sacerdotis etiam ex iusta causa, nisi summa necessitas immineat: ita quòd sine periculo ad episcopum recursus haberi non possit. Rod. autem sentire videtur quòd hoc possit proprius sacerdos qui est index ordinarius conscientiæ: quia dicit quòd arbitrio boni viri. Potius quàm per doctrinam generalem limitandum est pro quanta necessitate ieiunium sit soluendum. S. Tho. autem in iiij. distin. xv. tenet quòd sacerdos potest dispensare, & prælatus in religione: adde verò tu quòd medicus potest declarare: & similiter quantum ad carnes comedendas diebus prohibitis: peccat tamen medicus sine causa rationabili vel saltem dubia, secundum Archid. talia mandans: arg. xxiij. q. j. quid culpatur. ¶ Octauò † quæritur, vtrum obligati 21
ad ieiunium ecclesiæ & illud sine dispensatione soluentes, peccent mortaliter, & quoties? Et dico multa. ¶ Primum. Secundum Card. in cle. j. de obser. ieiu. frangens ieiunium ecclesiæ ad quod tenetur, non peccat mortaliter, nisi ex contemptu vel inobedientia hoc faciat: puta quia non vult se subijcere præcepto. & dicit hoc tenere Archid. in §. alias ea demum. distinct. xxv. qui tamen ibi recitat Ioan. de Fan. hoc teneatem. Et istam opinionem sequitur Sum. Ang. contra Rosel. & Supple. addens vel nec ex consuetudine, vt infrà, Inobedientia. Sanctus Thom. verò dicit quòd peccat mortaliter, qui hoc facit ex contemptu, vel sic quòd impediatur finis quem intendit legislator: non autem qui ex causa rationabili. & intendit secundum Archidiac. illud quod sentit Petr. de Palu. & glos. in d. §. alias. & communis opinio, scilicet quòd hoc non est mortale, nisi ex contemptu: vel scienter sine causa rationabili vera vel æstimata. vnde secundum Petr. de Palu. si hoc fiat ex causa sufficienti non est peccatum: si ex causa non sufficienti, sed supple, quæ credatur sufficiens, est veniale, vt legentes Instituta in completorio si sine causa est mortale, si aduertit esse diem ieiunij. ¶ Secundum. Secũdum Petr. de Palu. qui mane comedit de ieiunio non aduertens: si quidẽ scire tenebatur quòd esset ieiunium, non excusatur à fractione eius, nec tamẽ eadẽ die ieiunare tenetur, cùm iam sit, inquit, obligatus ad ieiunandum in alia: & si nõ liceret sibi plus comedere nimiũ grauaretur: nec cùm toto hoc esset ieiunium propter nimiam anticipationem: sed si nõ tenebatur scire, nõ reputatur fractio ieiunij. vnde ac si esset ieiunus potest illa die ieiunare comedendo sua hora pro prandio: quia ieiunium homini indictum non soluitur nisi per actum humanum, qui requirit intentionem & deliberationem veram vel præsumptam. hæc ex illo. sed vide particula sequenti. ¶ Tertium. † Qui non ieiunat vna die, licet videatur ad ie 22
iunium teneri in alia per Pet. de pal. & tex. in cap. j. de obſ. ieiun. tamen dico oppositum per cap. ij. eod. tit. vbi ieiunium frangentibus non imponitur vt alio die ieiunent. ad quod facit quod not. Innoc. in c. j de celeb. miſ. de eo qui officium dimisit, qui illud resumere non tenetur: quasi sit seruitus cuiuscunq; diei. Nam si teneor præstare operas certo tempore, & impedior: non tam obligatus alio tempore: quia nõ sunt eædem operæ, sed variantur ex tempore: vt est textus not. in l. ſi non sortem. §. libertus. ff. de condictione indeb. & ſi relinquntur mihi vſusfructus per biennium proximè futurum, & impedior: non possum petere vſumfructum alterius biennij: quia non est idem vſusfructus. l. ſi vſusfructus mihi. ff. de vſufruct. & redi. & habit. & textus cap. j. debet intelligi de translatione facienda ex causa propter solẽnitatem. ¶ Quartum. Fractor ieiunij pro qualibet vice qua comedit in die ieiunij vltra vnam vicem, peccat mortaliter, secundum Ioan. de Neap. in quol. quia istud præceptum reducitur ad negatiua, scilicet ne comedas nisi semel: quod verum esset ſi nouo contemptu semper comederet: aliàs autem verius & cõmunius est dictum Dur. in iiij. quòd tantùm semel peccat mortaliter: aliter obligaretur ad impossibile: quia ex quo semel ieiunij fregit, illa die ieiunare non potest in Quadragesima: tamen secus vbi ieiunare potest alia die: vnde quot dies quis omittit, tot peccata committit. ¶ Nonò † quæritur, quæ sint 23
personæ excusatæ, vel causæ rationabiles excusantes à ieiu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nio? Sit dico multa. ¶ Primum ad cognoscendum quis possit & teneatur, vel non possit, siue non teneatur ieiunare, accipienda est regula, & maximè quæ ex S. Thom. in iiij. colligitur, talis scilicet quòd quilibet potest & debet conservare sibi vitam & robur necessarium ad ea quę sibi incumbunt facienda necessariò pro vita vel officio vel societate cōiuentium, vel respectu eorū quæ facere potest meliora ieiunio: intelligendo tamē primò quòd incumbere dicitur necessariò aliquid quādo aliàs esset notabile damnum vel incommodum: & secundò intelligendo de officio & societate quā quis relinquere non potest sine periculo vel incommodo: vt quia fortè incideret in latrones, si solus esset: vel quia vix posset viuere si officium desereret: vt cursor, vel laborator, & huiusmodi: & tertiò quòd in omnibus dubijs circa prædicta standum est arbitrio boni viri: vt dictum est suprà. §. vij. particula iij. ¶ Secundum. Iuxta mentem Sanct. Tho. ij. ij. q. cxlvij. & iiij. dist. xv. peregrinantes, aut multum laborantes, quibus necessitas imminet tunc faciedi magnas dietas, vel multum laborandi, si volunt se & suos sustentare, vel nō incurrere notabile detrimentum sui status, & cum labore, vel itinere nō possunt obseruare ieiunium, excusantur: aliàs si possent vtraque facere commodè, tenentur ieiunare: & similiter si possunt iter differre, & subtrahere, vel minuere laborem:
24 ita vt possint ieiunare sine detrimento sui status. Et † addit Petr. de Pal. quòd si peregrinatio non est necessaria, peccat illam aggredieos indiscretè, id est, eo tempore quo ieiunandum est: ea tamen aggressa licet incompossibile ieiunium frangere: sicut licet infirmo ex sua culpa durante infirmitate. Addit etiam Sanct. Tho. quòd nolentes conducere operarios, nisi ieiunium frangant, non sunt immunes à culpa, nisi fortè sit causa necessaria quę festinationem operis expostcat: item quòd ex parte operantis intentio maioris lucri non necessarij nō excusat. Adde quòd Eugenius iiij. anno M. cccc xl. circa hoc fecit magnā modificationem: indulgens quòd artifices laboriosa opera exercētes, & rustici siue duites sint siue pauperes, non teneantur ad ieiuniū sub præcepto: vt refert Sum. Rot. & aliàs à viris doctis audiui. Quod aūt de laboratoribus dixit sanctus Thomas: intellige etiam de itinerantibus causa lucri. ¶ Tertium. Cursores, si hoc exigit suum currere præteritum vel futurum, excusantur à ieiunio: & hoc secundum Petrum de Pal. non solùm si sine tali officio viuere non possent: quia tunc excusaret paupertas: sed etiā si aliter possent viuere, sed non æquè bene: quia aliud est de illis qui ad certum diem se locant, qui non debent se locare, nisi tūc possint ieiunare, si aliàs habent vnde viuant: aliud de eo qui locat se ad totum annum & ad totale seruitium: quia si exciperet quòd nunquam diebus ieiunij itineraret, non inueniret receptorem. ¶ Quartum. Excusantur etiam pauperes qui sufficientem cibum pro vna refectione habere nō possunt: & similiter quando propter præcedētem inediam ieiunium nunc ferre non possunt, secundum Sanct. Thom. ij. ij. vbi suprà. Sub quo etiam secundum Archi. videtur posse comprehendi illos, qui nec possunt parare: nec habent parentes necessaria ad ieiunium. ¶ Quintū. Excusantur similiter secundum Veruec. prægnātes & lactātes si debilitas eas impediat: vel si ex hoc timetur de periculo earum aut aborsu vel defectu alimenti pueri: imò ieiuniū debent dimittere. ¶ Sextum. Excusantur etiam infirmi & debiles, qui si necessariū cibum vna vice sumerēt, obesset: pro quo tamen statur arbitrio boni viri, secundum Archi. ¶ Septimum. Excusantur etiam se-
25 nes & paruuli, vt suprà dictum est. §. vj. ¶ Octauum. † Excusantur etiam vxores secundum Inn. & Panor. in rubr. de ob. uiu. contradicentibus viris quo ad ieiunia votiua seu voluntaria xxxiij. q. vlt. manifestum non autem quo ad indicta ab ecclesia: quia magis vicario Dei obediendū est quàm maritis iniustè præcipientibus. xj. q. iij. Iulianus. nisi inde inter ipsas & maritos scādalum oriretur: iuraverba, blasphemię, odia notabilia: quia tunc saltem ex licentia sacerdotis poterunt frangere. ar. c. vt cōstitueretur. dist. 50. in fin. quia præceptum iuris positiui nō obligat aliquem cum scandalo: vt in cap. ij. de no. oper. nunt. &c. nihil. de præscr. ¶ Nonū. † Excusantur etiam prædicatores si eorū prædicatio sit necessaria ex officio: puta ex obediētia, vt patet ex dicta maxima: vel etiam si non sit necessaria ex officio, sed tamē sit necessaria ex extentia prædicantium: aut magna siue excellēti vtilitate: quia ieiunium alia opera meliora non impedit, dicente Sanc. Tho. in iiij. quòd si abstinētia sit tāta quòd homo ab operibus vtilioribus impediatur, quamuis ad ea de necessitate nō teneatur indiscretū est ieiuniū, etsi nō illicitū. Et in quinto quodlib. arti. xvij. dicit quòd si quis in tantū virtutē naturæ debilitet per ieiuniū & alia huiusmodi, quòd nō sufficiat debita opera exequi: puta prædicator prædicare, doctor docere, cantor cantare, & sic de alijs, absq; dubio peccat. hæc ille, qui loquitur de prædicantibus & docentibus ex debito. Si autē aliquis voluntariè prædiceret, id est, non missus: aut ideo missus, quia vult mitti, & sua prædicatio non sit necessaria: quia alij sunt qui æquè bene possunt supplere vel melius, non video quomodo sit tutus si ieiunium frangat: quia non est necessitas
26 vnde talis debet alijs operibus vacare. ¶ † Decimò generaliter quæritur, quid iuris de abstinentijs alijs à ieiunio? Et dico multa. ¶ Primū. Comedere carnes sexta feria sine causa infirmitatis est mortale. de cōs. dist. iij. de esu carnium. quod tamen fallit si sit dies natiuitatis Domini: quia tunc licitè ab omnibus comedūtur: nisi ab his qui vōt vel regulari obseruantia ad non comedendum tenerentur de obser. ieiun. exp. finali. & multo magis quando natale est in die sabbati. Et quibus elici potest, primò quòd die festo non solùm spiritualiter, sed etiam corporaliter possumus honestè lętari in cibis & vestibus ad solemnitatem diei: & secundò quòd prælatus religione potens dispensare in esu carnium, potest cum suo subdito dispensare feria sexta si sit natale: quia cùm ibi sint duæ prohibitiones, scilicet ecclesiæ & religionis, sublata prima per ecclesiā stat solùm secūda, super quam potest prælatus. Nec obstat quòd ecclesia cum istis non dispensat: quia verū est quātum ad obligationē voti & religionis: non quo ad obligationem ecclesiæ. vnde si cum tali fiat dispensatio in voto, iam poterit comedere carnes, si deinde natale eveniat in feria sexta. ¶ Secundum. Qui vouit non comedere ova in feria sexta: si sit dies natalis Domini, non potest secundum aliquos comedere carnes: quia abstinentia ouorum includit abstinentiam carnium, non ecōuerso. Vnde qui vouit abstinere ab ouis, etiam vouit abstinere à carnibus. Ego distinguo: quia si habitualiter intendebat se eo casu velle priuare carnibus: vt quia si hoc memoriæ occurrisset, hoc deliberasset: non potest comedere. Si verò intendebat se non priuare, potest: quia tantum obligatur quantum intendebat. Si verò non scit discernere vtrum sic vel sic non comederet, non propter dictam rationem quæ potius est ad oppositum: quia priuans se minus dilecto, nō priuat se dilecto magis: sed talecō quia in dubijs tenenda est via securior. de spon. iuuenis. sed quia hoc nō est necessarium, sed sufficit eligere tutam: ideo contra faciens non esset iudicandus de mortali, nisi forte ratione erroneæ conscientiæ. ¶ Tertium † Comedere carnes sabbato vbi non est consuetū, est mortale. de con. dist. v. quia dies. non autem vbi est consuetudo comedendi: vt in Francia, Cathalonia, & alijs partibus: quia stabitur consuetudini:

dist. xij. illa autem. & idem Panor. in cap. ij. extra eod. Ad c. autem, sabato. de cons. dist. v. die quòd loquitur de consilio, sicut cauetur de die mercurij: & idem de cap. quia dies. de cons. dist. iij. de quo vide glossam in cap. de esu. de consecrat. distinct. iij. in qua habetur quòd ibi de esu carnium dicitur incipere diem à termino cœnæ, est cōsilium. secundum Dir. autem incipit à media nocte præcedence vigiliam: & durat vsq; ad aliam mediam noctem sequentem. ¶ Quartum. Qui carne die sabbati in suis partibus comedere consueuerunt, comedendo in partibus alijs, vbi hoc non est consuetum, secundum Dir. peccant. d. cap. quia dies. xij. dist. illa. à contrario sensu: quia qui de patria vbi hoc non est consuetum veniunt ad illam vbi hoc est consuetum animo habitandi scilicet totaliter, comedendo non peccant: nisi adstringantur voto vel abstinentia regularis: extra eodem cap. fina. Multa etiam pertinentia ad abstinentiam à carnibus, haberis infrà Religio. per totum.

De Ignorantia.

1 *Ignorantia, quæ proprie scientiæ priuatio est, nonnunquam & nescientia & error, latine sumpto verbo, dicitur. Et ea quoque tripertita est.*

2 *Quæ proprie ignorantia dicitur, eadem quoque in tria genera deducitur. Aut enim bona, aut mala, aut neutro modo, & indifferens est.*

3 *Ignorantia mala multiplex quoque dicitur: idq; tum ex parte rei ignoratæ, tum ex parte actus, quem ignorans elicit, aut ignorat: & denique ex parte ignorantis. Et vnaquæq; secundum ius aut factum, circa quæ versatur, multifariam sese extendit. Et ibi clarè quid vnumquodq;.*

4 *Ignorātiæ primo, secūdo, ac tertio modis acceptæ, qui sint effectus.*

5 *Ignorantiæ ex parte ignorāti, multiplex est differētia: cuius partes identidem diuisiones ac subdiuisiones recipiunt. Quibus etiam alia quæq; species additur, quæ prauæ electionis dicitur: ex qua malus omnis ignorans censetur. Dicitur autem proprie ex causa peccati veniens inconsideratio.*

6 *Scire quisq; ea tenetur, sine quorum cognitione actum ex officio aut præcepto debitum nemo recte exercere potest. Vnde quæ fides sunt & iuris vniuersalia præcepta scire omnis homo tenetur: quo ad alia verò quisque singulatim quæ ad officium vel statum suum pertinent scire debet. Et quid de præceptis ecclesiæ & de horum intellectu.*

7 *Ignorantiam peccati causam esse posse, non tamen quamlibet. Ea autem peccati causa esse dicitur, quæ scientiam actus peccati prohibitoriam tollit.*

8 *Ignorantia non quiuis peccatum est, sed ea, quæ eorum quæ quis scire tenetur. Nec ignorans quouis tempore actu peccat, sed cum demum, cùm scientiam acquirendi tempus est.*

9 *Ignorantia quatenus ad legem diuinam pertinet quatenus excusare dicatur? Et quæ sint in hoc considerāda.*

10 *Ignorantia non excusat à peccato in parte illud minuendo. Et ibidem quòd illa sola peccatum minuere potest, quæ peccatiest ratio: ea tamen à peccato ex toto non excusat: quoniam eatenus voluntarium peccatum minuit, quatenus voluntarium quoq; minuit. Quæ si voluntarium non minuat, nec peccatum quoq; minuet. Quot modis autem ignorantia peccatum minuere contingere possit, hic apertè traditur.*

11 *Ignorantia facti à iuris pœna in anima foro quatenus ac quomodo excuset, aut ad minimè, eleganti distinctione planum facit. Et qui diligentiam circa factum adhibet, si quid præter agentis propositum contingat, imputari ipsi non debet.*

12 *Ignorantia iuris quomodo à pœna eiusdem iuris in anima foro excusat, aut contra?*

13 *Ignorans summi Pontificis constitutionem ex negligentia, an si contra illam faciat, excusetur à culpa, abs qua excusatur, si sufficiens impedimento districtus, etiam scire nequiuit. Et quiuis ignorantiam ad denūdandam pœnam probare, audiendus est. Quod limitat, nisi sint prælati, officiales & medici & huiusmodi, qui ea exercere habent, quorum ignorantia notabile damnum proximo illatura est.*

14 *Ignorantia in humano iudicio, siue foro contentioso, qualiter à pœna excusat? Et qui agit contra aut Dei, aut naturæ legem pœnam legis positiuæ annexam ignorans, ex huiusmodi ignorantia eam effugit.*

15 *Sententię per statuta ordinariorum, an ignorantes ligentur? Et ibidem huius declaratio & limitatio. Et subinde si Papa generalis constitutio aut statutum factum damnatum inuidat, qui cēteri facti regulariter ob ignorantiam nō excusatur.*

16 *Mulieres ac monachi ab ignorantia iuris excusationem minimè habent: quando ipsius iuris quotannis in locis vbi agunt, publicatio fit. Et ibidem argumentum à contrario sensu apud Canonistas non perpetuum.*

17 *Scoti fundamentum, quo Summa Rosella aduersus Ang. Sum. vsa est, conuellitur. Et subinde, qualiter regula, quæ habet, quòd facti, non iuris ignorantia excuset, intelligi debeat?*

18 *Constitutio generalis vel prouincialis, vbi in contrafacientibus dolum expressum, aut tacitè requirit, an ignorantibus locum non habet: quoniam ab eius pœna excusantur, quanquam factum damnatum huiusmodi constitutio contineat.*

19 *Constitutionem, aut statutum dolum expressè requirere, aut tacitè qualiter intelligatur? Et quid si ignorans in leui, aut leuissima fuerit culpa: qualiter tum puniatur, criminaliter ne, an ciuiliter?*

20 *Iuris ignorantiam quo ad fructuum consecutionem bonam fidem non admittere. Et huius ibidem limitatio. Legis autem aut iuris ignorantia post tempus abs quo ligare occepit, nam præsumitur.*

21 *Conclusiones decisiuæ ex his quæ de ignorantia dicta sunt, quenam colligantur? Et ibidem de his, qui aduersus extranagan. Pauli, Ambitiose committunt.*

IGNORANTIA † licet propriè sit priuatio scientiæ: tamen largè quandoq; sumitur pro nescientia, quę negationem scientiæ importat, quæ & in lapide & in angelis, secūdum Theologos, & in natura hominis integra quo ad aliqd esse potest quādoq; etiam largè sumitur pro errore, scilicet habitu scientiæ falsæ. ¶ Vnde consueuit dici quòd ignorantia est triplex. Prima scilicet negationis, qua scientia negatur nec tamen aptitudo sciendi ponitur. Secūda, priuationis, qua scientia negatur, & aptitudo sciendi ponitur. Tertia prauæ dispositionis, quæ ponit errorē scientiæ rectæ contrarium. ¶ † Sed nunc intendimus de ignorantia propriè, quæ est priationis: & est propriè priuatio scientiæ possibilis adipisci. Et hæc in genere est triplex: quædam scilicet bona, qua scilicet ignorantur ea, quæ scita esse possent occasio peccatiue dist. xxviij. quāuis. quędā verò mala, qua scilicet quis ignorat quę scire tenetur. alia nec bona nec mala, qua scilicet qs ignorat quæ scire neq; expedit neq; tenetur, sicut sunt loquutiones & particularia facta hominū ad se nullo modo pertinentiū: puta loquentium in India. Sed nunc intendimus de ignorantia mala. Et hæc si distinguatur ex parte rei ignoratæ est duplex: quia quędā est ignorantia iuris, qua scilicet ignoratur aliquod ius: vt si nescio me posse succedere cognato meo decedenti. ff. de iur. & fac. igno. l. j. quæ ignorantia diuiditur, sicut & ius ignoratū: quod est multiplex, scilicet naturale, diuinum, humanum, tam ciuile, quàm canonicum, & munici-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pale. Quædam verò est ignorantia facti: vt si nesciam illum
3 decessisse, qui mihi cognatus est: vel aliquid simile: quę igno
rantia diuiditur sicut & factum, quod est multiplex, scilicet
factum necessarium ad salutem, vt quòd Christus sit passus.
& necessarium ad officium: vt in presbytero manuum im-
positio: & factũ propriũ ac alienum. ¶ † Siverò distinguatur
ex parte actus quem ignorans elicit vel imperat est triplex,
scilicet antecedens, & cõcomitans, & sequens. quã distinctio
nem vide diffusè. xij. q. vj. art. viij. Vbi Sanct. Tho. dicit quòd
ignorantia ad actum voluntaris se habet cõcomitanter quan
do est de eo quod agitur: & tamen si sciretur, nihilo minus
ageretur: sicut si volens occidere hostem occidat illum cre-
dens se occidere seruum. Si verò habet consequenter inquan
tum ipsa est voluntaria, vel quia voluntas in ipsam fertur vo
lens ignorare. quo casu ignorantia est affectata, vel quia nõ
curat scire quod scire potest & debet: sic eũ nõ agere & nõ
velle voluntariũ dicitur: vt cùm quis actu nõ cõsiderat quod
cõsiderare potest & debet, quæ est ignorantia malæ electio
nis ex habitu vel passione proueniẽs, siue quia notitia, quam
debet habere, acquirere non curat: quomodo ignorãtia vni-
uersalium iuris dicitur voluntaria, quasi per negligentiam
prouenies: antecedenter verò se habet, quando non est vo-
luntaria, & tamen est causa volendi quod alias homo nõ vel
let: sicut cùm quis ignorat aliquam circunstantiam actus
quam scire non tenebatur: & ex hoc aliquid facit quod non
faceret si sciret: puta cum adhibita diligentia proijciens sa-
gittam inter sicut transeũtem nesciens aliquem trãfire. Igno
4 rantia † igitur primo modo non inducit ad volendum, sed ac
cidit simul aliquod esse factum & ignoratum: & non facit
inuoluntarium: quia nihil causat repugnans voluntati, sed fa
cit non voluntarium, quia ignoratum non potest esse voli-
tum. Secundo autem modo non causat inuoluntarium sim-
pliciter: quia est volũtaria: sed secundũ quid, inquantum præ
cedit motum voluntatis ad aliquid agendum, qui non esset
scientia præsente. Tertio autem modo causat inuoluntariũ
simpliciter. hęc ex illo. Si † verò distinguatur ex parte ignorã
5 tiæ: hic est valde multiplex secundum diuersos gradus negli-
gentiæ & culpæ in sciendo ea quæ sunt iuris aut facti. Nam
quædam est ignorantia affectata: illa scilicet qua quis non
vult scire quod tenetur, sed placet ipsum nescire vt liberius
peccet conscientia non repugnante. Quædam verò non est
affectata: & ista est duplex: quia quædam est inuincibilis, id
est, humano studio insuperabilis: siue quia nullo modo super-
rari potest, vt ea quæ est in pueris & amentibus: siue quia su
perari potest, sed cum maxima difficultate, vt in sensu debi-
libus. Vnde secundum Veruec. dubitans & consulens viros
doctos falsè consulentes, laborat ignorãtia inuincibili. Quæ
dam autem est vincibilis. Et ista est duplex: quia quædam est
crassa & supina, quę de mente Doct. est illa, qua quis sciendo
non scit ex negligentia lata siue latæ culpæ: vt quia non scit
publica & manifesta, quæ omnes sciunt, ad similitudinem ho
minis crassi & supini, qui non videt etiam posita coràm.
Quædam verò non supina. Et ista est duplex: quia quædam
est improbabilis, quia scilicet quis ignorat probabile, id est,
id quod omnes vel maior pars ciuium scit. ff. de iuris & fac.
igno. l. regula. §. sed facit. Quædam verò est probabilis: qua
scilicet quis ignorat improbabile, vt est illud quod omnes
vel maior pars ignorat. Et ista de mẽte docto. videtur etiam
distinguenda: quia aliquando ex leui, aliquando ex leuissima
aut nulla procedit à discendi negligentia. ¶ Præter omnes
tamen recitatas ignorantias est ignorantia prauę electionis:
secundum quam omnis malus dicitur ignorans, tertio Ethi.
qua scilicet id quod in vniuersali scitur esse malum, in par-
ticulari creditur bonum: sicut qui fornicatur, fornicationem
quam aliàs scit esse peccatum & malum, hic & nunc credit
bonum: sed hæc non est ignorantia propriè, sed inconsidera-
tio veniens ex causa peccati, id est, ex habitu vel passione vel
aliquo simili prohibente rationem à consideratione actuali.
6 ¶ Primò † verò quæritur, quæ sint illa quæ quisq; scire tenea-
tur? Et dicit San. Tho. ij. ij. q. lxxvj. artic. ij. quòd quisq; tene-
tur scire illa, sine quorũ scientia actum debitum exercere re
ctè non potest. vnde omnes tenentur scire ea quæ sunt fidei
& vniuersalia iuris præcepta. singuli verò ea quæ ad eorum
statum vel officiũ pertinent: non autẽ theoremata geome-
trię, vel particularia cõtingẽtia. nisi in casu. hæc ille. Sed in-
tellige quòd quisq; tenetur scire ea, quæ sunt fidei eo modo
quo suprà, Fides. §. iij. dictũ est. & vniuersalia iuris præcepta,
id est decalogũ. quantũ scilicet ad substantiam, vt sciatur q͡
furtum est peccatum, & huiusmodi, non autem quantum ad
ordinem. Quantum autem ad præcepta ecclesiæ quisq; te-
netur scire solùm ea quæ non potest sine lata negligentia
ignorare: vt quod clericus non sit cedendus, & huiusmodi.
7 pro leui autem non tenetur quis de mortali regulariter, de
quo vide suprà, Culpa. §. ij. & iij. ¶ Secundò † quæritur, vtrum
ignorantia posit esse causa peccati? Et dicit Sanct. Tho. ij. ij.
q. lxxvj. art. j. quòd sic per accidens, sicut remouens prohibẽ
quia est priuatio scientiæ per scientis rationem, quæ prohibet
actũ peccati, inquantũ dirigit actus humanos: & hoc siue sit
ignorantia vniuersalis principij: vt quòd pater nõ sit occidẽ-
dus. siue particularis circunstantiæ: vt quòd hic sit pater: quia
secundũ vtranq; scientiã ratio est actus dissectiua. Igitur non
quælibet ignorantia est causa peccati: sed illa tantùm quæ
tollit scientiam prohibentem actum peccati: vnde ille, cuius
voluntas sic est dispposita, quòd nõ prohiberetur ab actu par-
ricidij, etiam si patrem agnosceret, ignorantia patris non est
causa peccati: sed cõcomitanter se habet ad peccatum, ideo
quòd talis non peccat propter ignorantiam, sed ignorans. iij.
8 Ethi. hæc ex illo. ¶ Tertiò † quæritur, vtrum ignorãtia sit pec
catum? Et dicit S. Tho. ibi. art. ij. quòd nulla ignorantia inuin
cibilis, id est, studio insuperabilis, est peccatum, quia non est
voluntaria: nec imputatur ad negligentiam, si quis nesciat
quod scire nõ potest. similiter nec ignorantia vincibilis, si sit
eorum quæ quis scire non tenetur, est peccatũ: sed solùm si
sit eorũ, quę quis scire teneturquia quicunq; negligit habe-
re vel facere quod facere vel habere tenetur, peccat peccato
omissionis. vnde talis ignorantia est peccatũ ratione negli-
gentiæ: licet priuatio ipsa scientię secundum se non sit pecca
tum. Nec tamen ignorãs quolibet tempore peccat actu, sed
quando tempus est acquirendi scientiam, quam non habet:
sicut in alijs peccatis omissionis, solo illo tempore homo
actu peccat, pro quo obligat præceptum affirmatiuum.
9 ¶ Quartò † quæritur, vtrum ignorantia excuset à peccato ex
toto? Et dico hic aduertũdum esse quòd hic & quęstione se-
quenti non quæritur de excusatione à peccato in ordine ad
leges humanas: secundum quas interdum excusatus nõ excu
satur, & reus non comdemnatur: sed in ordine ad legem diui
nam & forum cõscientiæ ad quem intellectum intelligo re
spondere San. Tho. secunda secundæ, vbi suprà, art. iij. sic vi
tualiter dicentem, Ignorantia quæ nõ est causa actus pecca
ti iuxta dicta superius in principio huius tituli, non excusat à
peccato: quia non causat inuoluntarium, vt quælibet ignoo
rantia consequens vel cõcomitans actum peccati: quæ verò
est causa actus, de se habet quod excuset à peccato: de cuius
ratione est esse voluntarium: quia ipsa causat inuolũtarium.
Sed tamen ex duobus contingere potest quòd non totaliter
excuset à peccato. Primò ex parte rei ignoratæ, quia scilicet
aliq

aliquid ignoratur quod scitum retraheret à peccato: & ta-
men aliquid scitur, per quod cognoscitur illud esse actum
peccati: sicut si quis perecutiat patrem ignorans esse patrem,
& sciens esse hominem: quod sufficit ad rationem peccati.
vnde licet propter ignorantiam peccet, non tamen totaliter
excusatur à peccato: quia adhuc remanet ei cognitio pecca-
ti. Secundò ex parte ipsius ignorãtiæ: quia scilicet ipsa est vo
luntaria vel directè, sicut cùm quis studiosè vult nescire: vel
indirectè, sicut cùm quis propter laborem vel alias occupa-
tiones negligit addiscere illud quo retraheretur à peccato,
& quod scire tenetur & põt: quia talis negligentia facit igno
rantiã esse voluntariã & pctm, modò sit eorũ quæ quis scire
tenetur & põt. Si verò sit talis ignorãtia, quæ omnino sit in-
uoluntaria, siue quia est inuincibilis, siue quia est eiut quod
10 quis scire non tenetur, omnino à peccato excusat. hęc ex illo.
vide etiã §. seq. vide j. Prædicator. §. vij. ¶ Quintò † quæritur
vtrum ignorantia excuser à peccato in parte diminuendo il-
lud? Et dicit S. Tho. ij. ij. vbi 3 artt. iij. sic. Illa sola ignorantia
potest minuere peccatum, quæ & est ratio peccati, & tamen
à peccato non excusat ex toto: quia ignorãtia voluntarium
peccatum in tantum minuit, in quantum minuit voluota-
rium. & si voluntarium non minuit, nullo modo minuit pec
catum: vnde ignorantia totaliter à peccato excusans illud
non minuit, sed omnino aufert: quia totaliter aufert volun-
tarium: quæ verò non causat peccatum, sed concomitatur
peccatum, nec minuit, nec adauget. Talem autem ignoran-
tiam, quæ potest minuere peccatum, contingit quandoq; es
se per se & directè voluntariam: sicut cùm quis sponte nescit
vt liberius peccet: & tunc augere videtur voluntarium pec-
catum: quia ex intentione voluntatis ad peccandum proue-
nit, quòd velit quis fubire ignorantiæ damnum propter li-
bertatem peccandi. Quandoq; verò est voluntaria indirectè,
vel per accidens, puta cùm quis non vult in studio laborare,
ex quo sequitur illum esse ignorantem: vel cùm quis vult
immoderatè vinum potare, ex quo sequitur eum inebriari &
discretione carere: & tunc minuit voluntarium, & cõsequen
ter peccatum. Cùm enim aliquid non cognoscitur esse pec-
catum, dici non potest quòd voluntas per se & directè fera-
tur in peccatum, sed per accidens: vnde est ibi contemptus
minor, & consequenter minus peccatum. hæc ex illo. Ex qui
bus omnibus breuiter colligendum est quomodo ignoran-
tia excusat in foro conscientiæ in ordine ad legem Dei. Si
enim ignorantia tanta est quòd auferat rationem voluntarij
vt inuincibilis in infante & furioto, excusat à toto, nisi ex iua
culpa incurrisset: quo casu, secundum aliquos, excusat solùm
à tanto: quod non intelligitur quasi tunc fiat peccatum: sed
quia quod fit, addit accidentalem grauitatem peccato: vt ē.
Ebrietas. §. iiij. dictum est. Et idem dic secundum S. Tho. ni
quolib. de eo qui habet sufficiens impedimentum, propter
quod scire non potuit: sicut qui fuit in carcere vel terris, ad
quas constitutio papæ non peruenit: contra eam faciendo nõ
peccat. Si verò omnino priuat ratione voluntarij: sic si est
ignorantia commissionis, qua scilicet, quis vult nõ scire: nec
excusat nec allenat. Si verò est omissionis, qua scilicet quis
negligit scire quæ tenetur, & satis facilitèr scire potuisset:
sic secundum Card. excusat à tanto, sed non à mortali, si est
circa præcepta legis diuinæ aut naturalis, xxiiij. q. j. si quis de
derit. & dist. xxxvj. qui ea quod intelligo quando negligentia
est lata: vt quia est contra cõtenta in dictis legibus expressè
& non subtiliter reductiuè. Si verò sit circa precepta à iure
positiuo, excusat etiam à culpa mortali, vbi non est crassa si-
ue cum negligentia lata: & etiam aliter, iuxta dicenda j. In-
obedientia. Et secundum prædicta intellige quod dicitur vj.
q. j. quæro. & xxiiij. q. j. Ichnisma. & xxij. q. vij. quemadmodum.
& xviij. q. j. §. ex his. ¶ Sextò † quæritur, quomodo ignorantia 11
facti excuset vel non excuser à pœna iuris in foro animæ? Et
dico quòd secundum Decretistas in ordine ad canones pon-
tificales dist. 50. de his. & extrà de homi. sicut dignum. distin-
guitur sic: Aut quis in facto, quod agit, dat operam rei licitæ
aut illicitę. Si illicitæ: vt quia solatiatur ludo periculoso, vn-
de mors aut mutilatio sequitur, impuratur ei quo ad pecca-
tum. intellige vt puniendum canonicè: & non quo ad Deũ
nisi iusta prædicta priori §. & quo ad irregularitatem, & ge-
neraliter pœnam iudicialem: & similiter si cæcus sagittam
aut lapidem iaciat quia dat operã rei illicitæ. vnde Lamech
cæcus non excusatur ab homicidio Cain, quem suus puer se
ram iudicauerat. Et quod de maiori & adulto dictum est, di-
ci potest de minori, qui est doli capax, si det operam rei illi-
citæ. de delic. pue. c. vlt. Si verò dat operam rei licitæ, aut ad-
hibuit diligentiam debitam, aut non. Si non adhibuit, nõ ex-
cusatur à peccato, licet malum sequens sit contra eius volũ-
tatem: puta si quis proijciat tegulas de tecto non clamans,
nec aliter signũ faciens, & hominem interficiat, impuratur
illi quo ad pctũ & pœnã iudicialẽ: sed intellige quo ad pec-
catum in ordine ad canonicam punitionem, & non aliter:
alioquin quod tegulas proiecerat, tot committeret homici-
dia: cùm illud peccatum non consistat in ipsa occisione,
sed in proiectione. alioquin si quis post proiectionem & an-
te occisionem occideretur, adhuc post mortem committe-
ret peccatũ nouũ homicidij. Si verò diligentiam adhibuit,
nõ imputatur illi quod præter intentione sequitur. dist. 50.
sæpe. & xv. q. j. li quis nõ iratus. vnde & Iacob cognoscens nõ
vxorem loco vxoris, id est, Liam loco Rachelis, excusatur.
¶ Septimò † quæritur quomodo excuset vel non excuser à 12
pœna iuris in foro animæ ignorantia iuris ipsius? Et dico
quòd aliquando aliquis non est irregularis vel excõmunica
tus iuris præsumptione in foro contentioso, qui tamen istas
pœnas incurrit in veritate: vt quãdo delictum, propter quod
inferuntur, probari non potest. Aliquando verò est econtra-
rio: vt si delictum falsò vel malè probetur. Loquendo ergo
secundum veritatem & in foro animæ, dico quòd facies ali-
quid ex ignorantia, quod non est cõtra legẽ Dei vel naturæ
credens illud nulla lege fore prohibitum, cùm tamẽ sit pro-
hibitum: si talis ignorantia non est affectata nec crassa, puta
quia laborat p̃ viribus scire necessaria sibi, vt quia si est mu
lier, rusticus, mercator, vel huiusmodi, libenter vadit ad prę
dicationem, & alia loca, vbi talia declarantur: & facit quod
cõmuniter faciũt alij de sua qualitate. Si verò est religiosus,
libeter studet, & interrogat, & huiusmodi, excusatur ab om-
ni pœna, etiã excõmunicationis in iure posita: & ab omni cul
pa per text. clarũ in c. fin. qui mat. accus. poss. & per rationẽ
c. cognoscẽtes. de cõstit. & facit l. fin. ff. de decre. ab or. faciẽ.
& † quod dicit sanctus Tho. in j. quoli. ar. xix. quòd ignorans 13
constitutionẽ summi pontifi. is ex negligentia, non excusa-
tur à culpa agendo contra illam: à qua excusatur si habuit
sufficiens impedimentum sciendi: puta si fuit in carcere, vel
in terris, ad quas cõstitutio non peruenit, vel huiusmodi. Et
ratio est, quia ignorantia, quando est causa actus, nisi ipsa sit
peccatum, excusat à peccato: quia causat inuoluntariũ. Iura
verò quæ videntur innuere cõtrariũ, fundant se super præ-
sumptiõe, vt euidenter colligit gl. in l. j. C. de interdic. matr.
approbata per doctores ibi. & in l. fin. ff. de rit. nup. & in l. qui
contra. C. de incest. & inuti. nup. & adhuc magis apertè colli-
gitur ex his quæ not. in d. c. cognoscentes. vbi determinatur
quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd volens probare ignorantiam ad euitandam pœnam, audiẽdus est. Fallit quod dictum est in prælatis, officialibus, medicis, & huiusmodi artificibus, qui exercẽre habent aliqua, ex quibus notabile damnum proximo ex ignorantia inferri posset: quia officia talia nõ debẽt assumere, nisi sint ad talia exercenda sufficienter instructi: aliter eis imputatur. Si autem ignorãtia sit affectata, nõ euitat pœnã: quia in dolo est. Similiter nec si sit crassa vel supina: puta quia nescit quod sciunt cõiter omnes suæ cõditionis: vt quia illud prædicatur: sed ipse nunquam vult sermones audire, nec interesse curat vbi talia declarãtur, cùm tamen cõmodè posset: vt in c. vt animarum. de constit. lib. vj. Si verò id, quod ex ignorãtia facit est cõtra legem Dei vel naturæ, distinguo: quia aut est de his quæ quilibet scire tenetur tanquam necessaria ad salutem: & sic nullus excusatur: quia faciens quod in se est ad sciendũ, semper scit, etiã si oporteret Deum reuelare. Si verò est de alijs, iterũ distinguo: quia aut expressum & explicitũ est in eis: & sic ignorãtia nõ excusat à mortali. xvj. q. j. si cupis. quia talia quilibet scit, cùm sint de naturali instinctu, nisi sit lata negligentia: vel saltem dubitat: & inquirere tenetur ante factũ, nec à pœna illi debita iure positiuo excusatur, secũm Sco. in iiij. di. vj. & facit quod no. gl. in cle. eos. de cõsang. & affini. & l. venia. C. de in ius voc. & §. ũ. i. q. iiij. quod quantũ ad pœnam iuris positiui limita vt dictũ est 3. Excõmunicatio. x. §. iij Si verò non est explicitum, sed reducibilẽ maximè cum subtilitate: sic credo excusari, & à pœna & à culpa eos qui sunt ignorãtes nõ affectatè nec crassè: quia durũ est eũ peccare mortaliter, qui illicitũ contractũ admittit ignoranter propter rei subtilitatem credens illicitum fore. & facit xv. q. j. merito. & cap. fi. xxxvij. dist. si autem dubitarent, secus esset.

14 ¶ Octauò † quæritur, quo ignorantia excuset à pœna in humano iudicio seu foro contentioso? Et dico multa. ¶ Primũ. Ignorantia, quæ est sine omni culpa, euitat omnem pœnam legis. & hoc tenet Pan. in c. cognoscentes. de constit. dicens hoc probari per tex. clarum in c. cùm in tua. qui matr. accus. pos. & pro hoc facit d. c. cognoscentes. in princ. ibi, rem quæ culpa caret, in damnum vocari non conuenit. Et ex hoc infertur à Sum. Ro. contra Ang. quòd sciens se agere contra legẽ Dei vel naturæ, vt occidens hominem, vel cædens clericum: & ignorans annexã pœnam legis positiuæ: puta irregularitatis & excõmunicatiõis, nihilo minus eam incurrit: quia est in culpa. & ita tenet gl. in c. à nobis, el. j. de senten. excom. & Sco. in iiij. di. vj. Sed hoc limita vt 3. Excõmunicatio. ij. notabili iij. & Excõmunicatio. x. §. iij & hic j. parti. iij. ¶ Secundum. † Sententijs per statuta quorũcunq; ordinariorum non ligan

15 tur ignorantes, nisi ignorãtia crassa fuerit vel supina, vt probatur per c. vt animarum. de constit. libr. vj. quod secundum gl. ibi verum est, etiam si talia statuta ordinariorum punĩãt factum aliàs damnatũ. & pro hoc videtur tex. ibi, quia statutum excõmunicabat fures: & tamen non ligat ignorantes, quanquam factum sit damnatum. & hoc tenet licet glo. in d. c. à nobis. contrarium tenetur, dicens quòd ignorãtes non excusantur, si punĩũt factum aliàs damnatum: quia scire debebant factum esse damnatũ. & sic allegare non possunt ignorantiam. & idem Bart. & Legistæ in l. cunctos populos. C. de sum. trin. ¶ Tertium. Secundum aliquos aliter est de statuto vel constitutione generali papæ, quàm de statutis ordinariorum: quia si includit factum damnatum, regulariter non excusantur ignorãtes: vt probatur per d. c. vt animarum. à contrario sensu. & tenet ibi † Io. And. in gl. inverbo, statuta. dicens quòd de generalibus statutis canonum vel legum non loquitur, quæ ab omnibus sciri & custodiri debent: sed, vt patuit 3. Excommunicatio. æ. §. iij. si loquamur de facto damnato à lege positiua, excusantur ignorantes, nisi esset ignorantia affectata, quæ scientiæ æquipollet: aut crassa, vel supina. Si verò loquamur de facto damnato lege diuina aut naturali, sunt opiniones cõtrariæ: quas, vt ibi dictum est, Sum. Ang. nititur cõcordare, vt ligentur si ignorãtia sit crassa, seu latæ culpæ: nõ autem si leuis, dicens virtualiter sic: Aut loquimur de excõicationibus illatis iure cõmuni, vel per extranagantes, aut quæcũq; statuta, super facto diuina lege dãnato: quæ cõmuniter in diœcesibus prædicãtur & sciunt, vt est illa de non contrahendo in gradu prohibito: de non verberando clericum, & huiusmodi. & sic ligantur ignorantes: quia lata culpa est ignorare quod sciunt omnes iuæ cõditionis: quia si ecclesias & prædicationes adiret, nõ ignoraret. Et sic humoto tenentes quòd ligantur. Aut loquimur de his, quæ cõiter in diœcesibus nõ publicantur nec sciuntur: & sic nõ ligantur ignorans, nisi sit persona, cui nõ liceat ignorare. & sic limitos tenentes quòd nõ ligãtur. ¶ Et ista solutio est de mente Archi. in iij. par. tit. xxv. c. xxxiij. in fi. post d. Ant. de But. dicẽtem in lectura quòd mulieres & monachi ab ignorantia iuris nõ excusant: vbi iuris omni anno fit publicatio in locis vbi sunt. aliàs excusantur: vt l. cum indebita. ff. de probat. Et ratio est, quia quantitas pœnæ proportionari debet quantitati culpæ. de pœn. felicis. lib. vj. talis autẽ legem diuinam offendit non autem canonis cõditorem, cùm canonem ignoret, & sine omni culpa, scilicet lata, quam canon requirit: vnde puni debet solùm pœna legis diuinæ: non pœna legis humanæ, quam non contemnit: quia data ignorantia cessat contemptus, secundum do. Ant. in d. c. à nobis. & facit c. fin. qui mandat. accus. pos. & quod no. Imo. & Doc. in c. si verò. el ij. de sent. excom. vbi excusatur ab excommunicatione qui clericum percussit, ignorans illum esse clericum: licet factum sit illud diuina lege damnatum. Sed Sum. Ro. malè & inualidè nititur euertere dictam solutionem. Primò, inquit, quia nullo iure probatur. sed dico quòd probatur sufficienter, vt patuit: nec oportet in tali materia habere demonstrationes. Secundò, quia est contra d. c. vt animarum. quod loquitur de statutis ordinariorum. & consequenter à contrario sensu non loquitur de statutis summi pontificis. Sed dico argumentum à contrario sensu non semper valere secundum Decretistas: nec probatur quòd hic valeat: vbi ratio d. c. scilicet, vt animarum periculis obuietur. æquè militat in papa, & magis: quia eius statutum plures ligat, & minùs publicatur. Tertiò, quia superfluè in d. c. vt animarum. poneretur, ordinariorum: sed sufficisset dicere, quorũcunq;. Sed dico quòd necessariò addidit ordinariorum, ad differentiam statutorum quæ faciunt communitates, quæ animam per spirituales pœnas non ligant: & non dixit, quoruncunque ordinariorum locorum, cui iusmodi sunt episcopi, secundum gl. in d. c. vt animarum. sed quorunCunque ordinariorum simpliciter, vt includere pur etiam papa, qui est omnium ordinariorum ordinarius: licet iste hoc neget sine valida probatione. Quarcò, quia solicitans diuina, sicut & cæteri homines suæ cõditionis, si ex ignorante publicetur statutum contra factum damnatum, in quod ille incidit, non caturus si talem excommunicationem sciuisset: secundum istam distinctionem erit excommunicatus: quia secundum istos, inquit, ad incidendum duo requiruntur, scilicet factum damnatum, & publicatio statutis: rursus non erit excommunicatus secundum istos, quia est extra omnem culpam ignorantiæ. sed dico quòd nõ erit excõmunicatus si non est in lata culpa ueſciendi. nec illa duo sufficiunt secundum istam opinionem, sed requiritur publicatio

catio talis quam omnes aut ferè omnes sciunt: puta quæ sit frequenter aut taliter sine lata culpa ignorari non possit. Et ideo dico idem esse de statutis summi pontificis maximè si non includerent factum damnatum: ita quod ignorans nõ affectatè aut crassè vel supinè euadit pœnas legis, quæ scilicet infliguntur pro culpa: licet non in eas, quæ ex ipso facto

17 infliguntur, vt irregularitas. Et per hoc euacuatur fundamẽtum Scoti, quod dicta Sum. Ro. habet pro Achille ad impugnandum Sum. Ang. Et ad regulam quòd ignorantia facti non iuris excusat, & alia iura idẽ dicentia, dico quòd intelliguntur in foro contentioso, quando ignorantia est crassa vel supina, vel quando est leuis, sed non probatur: quam ignorantiæ probationem in dubio iura admittunt: vt in d. capit.

18 cùm in tua. quomodo autem admittatur, vide infrà, Lex. §. vij. ¶ Quartum. † Vbi constitutio generalis vel prouincialis & huiusmodi requirat dolum expressè vel tacitè, non habet locum in ignorante: sed à pœna eius excusantur ignorantes, licet talis constitutio includat factum damnatum: quod probatur per cap. si quis suadente. xvij. q. iiij. iuncto d. cap. si verò. & idem Panor. in d. cap. cognoscentes. dicens quòd licet talis fuerit in lata culpa, non tamen incidit in sententiam: licet pro modo culpæ aliter sit puniendus. Ad hoc facit quod notat Innocen. in clem. eos. de consang. & affinit. dicens quòd cùm ille text. dicat, si quis scienter contraxerit, non comprehendit casum ignorantiæ, etiam si caderet in latam culpam: quia dicendo, scienter, videtur dolum requirere, licet gl. ibi contrarium innuat. Et idem secundum Panorm. ibi est dicendum in casibus in quibus lata culpa non æquiparatur dolo, si pœna sit corporis afflictiua, vt in Lan. actionibus. ff. de in lit. iur. & plenè per Bartol. in l. quod Neruа. ff. depo. Si verò sumus extra dictos casus: tunc ignorans lata culpa punitur, sicut si dolosè fecisset: quia regulariter lata culpa æquiparatur dolo. ff. de reg. iur. l. magna negligentia. & in d. l. quod

19 Neruа. ¶ Quintum. † Dicitur autem requiri dolus, secũdum Panormit. vbi suprà expressè quando verba statuti hoc important. tacitè verò quando potest actum, qui fit in personam alterius: puta si dicat statutum: quicunque percusserit clericum vel alĩ, puniatur tali pœna: quia iniuria no potest esse sine dolo. xv. q. j. cap. j. ¶ Sextum. Si verò ignorans fuit in leui aut leuissima culpa, tenet Cyn. in l. si quis non dicam. C. de epis. & cler. & in l. data opera. C. qui accus. non pos. quòd non punitur criminaliter, sed ciuiliter: puta ad relarctionẽ damni, secundum modũ culpæ. & allegat bonũ tex. in l. qui ædes. ff. de incend. rui. nau. glos. & Bart. tenent cõtrarium in l. reipsiendum. ff. de pœn. quod etiam dom. Ant. sequitur. sed Panor. pro concordia distinguit: quia prima opinio est vera, vbi ciuiliter puniri potest: quia leuis culpa leuiter est punienda. de accus. cùm dilecti. & ibi est casus d. l. qui ædes. Secunda verò vbi nõ potest puniri ciuiliter, vt quia nõ dedit damnũ, sed aliter venit contra legem. hæc ex illo. Sed aduerte quòd etiam si talis punitur criminaliter, non tamen pœna statuti, sed arbitraria: quia si statutum non habet aliquando locum

20 in lata culpa, vt dictum est, multò minus in leui aut leuissima. ¶ Septimum. † Ignorantia iuris non tollit bonam fidem quo ad faciendũ fructus suos tex. est in l. fel. & si lege. §. scire. ff. de petit. hær. quod limita, nisi in affectata vel crassa. ¶ Octauum. Ignorantia autẽ legis aut iuris nõ præsumitur

21 posi tẽpus, in quo lex incipit ligare. de quo infrà. Lex. §. vij. ¶ Nonò † quæritur, quæ conclusiones quæstionũ decisiuæ sequantur ex præmissis? Et dico multa. ¶ Primum exigenter augmenta nouæ prodigiorum à latis, pura in quintũ vel aliquid tale, ignorantes sententiam excommunicationis probabiliter, id est, non crassè, non incidunt: maximè quia factũ non est damnatum: secus si à clericis: quia talis ignorantia non potest esse sine lata negligentia. ¶ Secundum. Qui intrant monasteria monialium Prædicatorum & Minorum contra sententiam excõmunicationis papalem, vel quarumcunq; monialium contra sententias excommunicationis à diœcesanis aliquãdo latas, ignorãtes probabiliter censuras, non incidunt si intrant bona intentione: quia factum nõ est damnatum nec si mala intentione contra sententias diœcesanorum, licet factum sit damnatum: imò nec cõtra sententiam papæ, vt patet ex dictis. licet Sum. Ro. sel. sentiat contrarium. Aduerte tamen quòd de hoc dubitãs laborat ignorantia crassa: quia diligens homo in cauendo censuras, tunc interim caueret donec inquireret. ¶ Tertiũ. Idẽ dico de excõmunicatione Pauli in extranaganti quæ incipit, ambitiosè. contra alienãtes res ecclesiasticas, siue facientes pactum, per quod earum dominium transferatur: aut concedentes, hypothecantes, infeudantes, vel in emphyteusi concedentes, aut locantes in casibus in quibus non expressis. exceptis fructibus & bonis, quæ seruando seruari non possunt, & contra taliter alienata recipientes: & est episcopalis, licet alicubi non fuerit admissa. Sic etiam de multis alijs dici potest, quæ sine lata negligentia ignorantur.

De illegitimis filijs, præcipuè quantum ad promotionem.

1 *Illegitimi quot, ac quibus de causis, à promotione ad ordines abercẽtur? Et an ad dignitates saltè seculares promoueri queãt.*

2 *Illegitimi ad ordines per ignorantiam promoti, an excusentur? & quid de promotoribus. Et quid si promotus conscientiam habeat, quòd legitimus non sit.*

3 *Filij Sacerdotum ex iustis nuptijs ante sacerdotium initiatis in eisdem ecclesijs vbi & patres, & hi quoque vruentibus non modo promoueri possunt, sed & ad dignitates & canonicatus accersiri possunt: si modo illa patres non renuerint.*

4 *Filius patri si in ecclesiastica ex dispensatione succedat: eidem quoque demceps frater succedere potest. Et quid si prior frater de facto duntaxat obtinuerat.*

5 *Natus ex illegitimo concubitu, an ex eo quòd pater deinde eam domum vxorem duxerit, velut legitimus de iure communi ad ordines promoueri queat. Et an ad episcopatum accersi possit.*

6 *Presbyter, si filium ex vxore legitima, tum qua ante promotio nem ex concubina, si genuerit, an filius legitimus existendus sit?*

7 *Illegitimus ab quo legitimari possit: & vbidem quid à Papa & Episcopo? Et ad quæ tum legitimari censeatur?*

8 *Dispensatio circa illegitimos, quid conferat? Et vbi dispensatio quod tantum ad fœrum ingredatur, an in foro permanet, qui dispensationem obtinuit.*

ILLEGITIMVS † filius, id est, non de legitimo matrimonio natus, quis & quotuplex sit, & quemodo succedat in bonis, dictum est §. filius. quomodo verò legitimetur, j. Legitimus. nunc autem de eo agimus in ordine ad promotionem ad ordines ecclesiasticos, quibus omnes illegitimi, siue manzeres, siue spurij, siue nothi, siue naturales arcentur prohibiti ordinari de electio. innotuit. qui fil. sint legit. c. per venerabilem. Causa autem prohibitionis est primò dignitas clericalis, qua huiusmodi vitibus conferri non debet. de excess. præl. c. inter dilectos. in secularibus tamen dignitatibus tales non semper prohibentur. ff. de decur. l. spurij. & l. generaliter. §. spurios. & vbi præfertur illegitimus legitimo cõpetitori. Secundò detestatio criminis paterni. de hære. vergẽtis. Tertiò, quia solẽt tales imitatores esse criminis paterni. vj. q. j. si quis cum militibus. ¶ Primò † verò quæritur, quid iuris, si fuerint per ignorantiam promoti? Et dicit Host. quòd probabi 1

2

3

Universidad de Deusto
Biblioteca

habilis ignorantia omnes excusat, scilicet promotores. arg. C. de testa. l. j. & ff. de offic. præto. l. iij. ipse illegitimus, si veritatem nouit in conspectu Dei, credit quantumcunq; sit occultum. de tempor. ordin. c. fin. si autem nihil scit, excusatus est. Et licet in hoc secundum eundem Hostien. prima facie credendum sit matri de probat. per tuas. & de præsump. asserte. & c. literas. §. j. illi tamen credere nō cogitur. arg. C. de testa. l. nec professio. Si tamen conscientiam habet, dispensationem impetret, quam hoc casu facilè debet obtinere.

3 De hoc ſ. Adulterium. §. ij. ¶ Secundò quæritur, quid de filijs sacerdotum, quos susceperunt ex legitima vxore ante ordinem sacrum? Et dicit Ray. tales iure communi promoueri posse ad omnes ordines & dignitates, nisi in illa ecclesia, in qua patres eorum immediatè fuerint prælati vel canonici: vbi nō possunt canonicari vel promoueri. quod intellige ad easdem dignitates & præbendas, quas patres eorum tenuerunt: ad alias autem etiam in eadem ecclesia potersūt canonicari & promoueri, etiam viuentibus eorum patribus, in ecclesia in officio suo manentibus. de fil. presby. ad hoc. & cap. ad extirpandas. & cap. ad abolendam. Et idem Host. Bern. & Gof. qui addit quòd cùm pater habuit personatum aut perpetuam vicariam in aliqua ecclesia: filius immediatè ipsum vel ipsam habere non potest. d. c. ad extirpandas. & c. quoniā. eod. tit. Item si pater habuit personatum: filius nō potest habere vicariā, nec econuerso. c. Michaël. & c. cōstitutus. de fil. presbyt. intelligendo istud econuerso: quòd si pater habuit vicariam, filius personatum immediatè habere nō potest. d. c. cōstitutus. Et ratio est, quia perpetuus vicarius curam habet ecclesiæ cuius vicarius existit. de offic. vic. ex parte. quod si filius dispensatiuè succedat patri frater ipsius bene poterit postea succedere patri, secūdū Host. quia in hoc patri immediatè non succedit: secus si primus frater habuisset ecclesiā solùm de facto: quia secundus succedere non poterit. Quomodo autē hæc prohibitio extendatur ad nepotes, vide ſ. Beneficium. iij. §. vj. & vij. ¶ †

5 Tertiò quæritur, an natus de coito illegitimo possit de iure cōmuni tanquā legitimus promoueri: si pater deinde matrem duxerit in vxorem? Et dico q̄ si tempore conceptus peterat eam habere in vxorem, & postea duxit: legitimatus est filius: & ad omnes actus legitimos admittetur, etiam ad hæreditatem, secundum Ray. etiam si post natiuitatem filij mater nupserit alteri, quo mortuo cōtraxit cum isto: vel econuerso pater duxit aliam, qua mortua contraxit cum ista. Secus autem si tempore conceptus non poterat esse matrimonium inter illos: quia tūc licet sublato impedimento duxerit illam, non legitimatus est filius: extra qui fil. sint legit. c. tanta. in authen. quib. mod. nat. effic. leg. coll. vj. circa prine. Concord. Gosi. & Host. & Ray. qui addit quód id, quod dictum est, talem legitimatum esse quo ad omnes actus legitimos, fallit in episcopatu, ad quem promoueri non poterit absq; dispensatione papæ, vt patet secundū vnam lecturam. extra de elect. innouit. & idem recitant Gosie. & Host. sed magis approbant, quòd etiam in hoc casu dispensatione nō egeat in fauorē prolis. extra qui fil. sint legit. ex tenore. qui matrim. accus. pos. c. videntur. in fin. ¶ Quartò

6 † quæritur, quid si præsbyter filium generet ex vxore legitima, cum qua contraxit dum erat laicus vel in minoribus: nunquid filius erit legitimus? Et distinguit Hostien. quia si si inuita vel ignoráte vxore fuit promotus, talis fauore prolis erit legitimus: siverò ea consentiente, non erit legitimus. xxxij. dist. seriatim. Et sic secundum hanc distinctionem concordat opiniones Rayn. & Gofred. quæ videntur contrariæ. Idem dic si ea sciente & non contradicente. distin. liiij. si fer⁹ sciente. Vide etiam glo. in cap. ministri. lxxxj. distin. quæ dicit quòd si vir post suam ordinationem cognoscat vxorē cum qua votum emisit, cōmittit incestum, & filij erunt illegitimi. ¶ Quintò † quæritur, quis dispensare possit cum illegitimo vt promoueatur? Et dico quòd episcopus quantū ad ordines minores & beneficium siue cura, aliter non, nec ad dignitates seu personatus, nisi papa: de fil. presbyt. cap. 1 qui. lib. vj. vbi etiam patet quòd si per papam fuerit cùm tali dispensatum vt possit beneficium curatum obtinere: intelligitur solùm de vno. Et si ab episcopo fiat dispensatio non extenditur nisi ad ea quæ potest. Si vero fiat à papa promoueri poterit ad parochialem ecclesiam: non ad personatum vel rectoriam, ad quam per electionem procedi cōsueuit. de præben. c. vlt. Concord. Ray. Gofr. & Hostien. sed in his si- 1
milibus vide ſ. Beneficium. iij. §. vij. & seq. ¶ Sextò † quæritur, quæ dispēsatio est circa illegitimos? Et dicit Ray. quòd si monasterium intrant, de iure communi possent ad omnes ordines promoueri. distinc. lvj. §. j. extra de fil. presbyt. cap. j. quia religionis ingressus tollit irregularitatē, sicut & ingratitudinē. xix. q. vlt. c. nō liceat. ad prælationem tamē promoueri nō possunt absq; dispensatione papę. d. c. j. imò secundū Per. de Pal. in iij. illegitimus etiā ingressus religionē, curā animarū iure ordinario siue per electionem siue per cōmissionem habere non potest, & intelligit etiā per dispensationem episcopi. secus papæ. Si verò remanēt in seculo: nec ad ordines nec ad prelaturam possunt absque dispensatione promoueri: sed circa eos quandoq; adhibetur dispēsatio magna, scilicet vt ordinētur & instituātur in ecclesijs alijs à paterna, si sunt filij præsbyteri: aliter verò in quibuscūq; ecclesijs, arg. extra de fi. presb. c. præsertim. aliquādo maior: scilicet vt etiam in paterna, aliquo tamen medio: extra eo. ex transmissa. aliquando maxima, vt scilicet in paterna nullo medio. extra eod. c. ex tua.

De Imaginibus.

1 *Imagines ideo depicta habeantur, vt qui literas non nouerint discant in eis, quid sequendum & imitandum sit. Et quæ veneratione colenda sint?*

2 *Imagines sanctorum ob cessationem à diuinis & excommunicationem in terram prosternere, lapidibus obruere, aut spinis subijcere non licet.*

3 *Xpi imago nō sub agni figura depingi, sed sub humana forma.*

4 *Pictura agni in præcursoris solius manu pium toleranda sit. Et qualiter agnina illa effigies Christum repræsentet.*

5 *Crucis signū tumultus, qui pedibus teritur nū insculpere fas sit?*

IMAGINES † Sanctorum secundum Greg. de cōsec. dist. 1 iij. prælatum depinguntur, vt idiotæ qui literas nescium legant in eis quod sequi debeant. ¶ Quæritur verò quid iuris de eis? Et dico multa. ¶ Primum. Imagines sanctorum sunt adorandæ dulia, quæ solam reuerentiam exhibet, sed in glo. in c. venerabiles. de cōsec. dist. iij. non autem latria. Vnde violandæ non sunt. de consec. dist. iij. planū. cum duobus c. sequentibus. ¶ Secundū. ¶ Non licet autem eas in aggrauationē cessationis aut excōmunicationis in terram prosternere, lapidibus obruere, aut spinis suppouere, vel huiusmodi quin id fieri districtè prohibetur in c. si canonici. de offic. ord. lib. vj. ¶ Tertiū. † Imago Christi sub forma agni pingeda nō est: sed in forma humanā vt in c. sextam sanctā synodum. de consec. dist. iij. quia præsente veritate debēt cessare figuræ. vbi dicit glo. quòd hoc credit ideo dici, quia in cruce agnus solus depingebatur: vnde inquit, non est prohibitum depingere Christum in specie humana, & sub ipso agnum: sed solum pingere Christum in agno. imò † vbi videtur prohiberi pictura agni in manu precursoris: sed consuetudo contra

trarium obtinuit, & seruanda videtur, vbi Christus non exhibetur adorandus, id est, vbiq; extra crucem: quia non pingitur vt imago ducens in illum repræsentatiuè, quæ adoratur, sed vt figura ducens in illum argutiuè, quæ non adoratur.

1 ¶ Quæritum. † Signum crucis in silice aut marmore humi positis sculpere non licet. C. nemi. licet. sig. sal. l. vnica. & videtur esse præceptum: quia vult hoc puniri pœna grauissima. vbi gloss. sortè mortis. ex quo patet quantum reprehensibiles sint qui sepulturis in humo positis imprimunt cruces.

De Immunitate seu libertate ecclesiæ primò in se, & quo ad loca, res, & personas.

1 *Immunitas, quæ alio quoque nomine Emunitas dicitur, quorū munium ac officiorum vacationē priuationemq; notet? & ibidem eius Autore Gofr. finitio.*

2 *Immunitatis beneficio quanam loca donata sint?*

3 *Immunitas ecclesiastica quo ad cœmeteriorū & sacræ ipsius Basilicæ ambitū, quatenus pateat. & ad q̄, vt quæ in ipsis agant. effugiatq; sint, aut id minimè, porrigatur? ad numerū 8. vsque.*

4 *Dissensionē odiosam de quasi cōtractu conceptam, ad cōtractū purum nō porrigi, nec contrā. Et ibidē quid de Statuto cauēte, mulierē extra definitionem veris solemnitatem contrahere non posse, an tum adire ipsi hereditatem fas sit?*

5 *Flagitiū mortale esse, ea in sacris locis exercerī, quæ orationū munia ac functiones, quo tempore fieri debent, interpellare at impedire possunt: alia verò non item.*

6 *In sacris basilicis quamā sepeliri quēdā? & an abilis sit mos, quo qui fidelium nomine continentur, in ipsis basilicis condantur.*

7 *Ecclesia instar arcis, castri, aut ppugnaculi extrui non debet: sed nec in ea pugna fieri, aut ludi, aut quæ diuina domus decorē labefactāt, exerceri: venditiones aūt cōtrahi nō ibidē fas sit? & quid de synaliū cereorū distractione hic quoq; pertingitur.*

8 *Ecclesiastica Immunitas, quantum ad res ecclesiasticas intrāq; pertinet, quatenus se efferat? Vbi de colonorum emigratione, relictis ecclesiæ fœdis, donationib. citra insinuationē, dominij in ecclesiam translatio, emptione, & locatiua descriptione, vbi quid locatiua describtio.*

9 *Laicorū statuta in res ecclesiasticas vim non habent. Et num id perpetuò verum?*

10 *Statuto dictante testamentū inutile esse, quod non intra menses sex insinuatū fuerit: num corruet testamentum, quo clericus hæres constitutus sit, si non intra idem tempus, insinuatum fuerit? Et quid de cauente mulierē ecclesia donare, se obligare, aut tertiari citra certorum agnatorum præsentiam non posse? ibidem. Et quid de pompis funebribus?*

11 *Prælatos indictiones, canones exactiones, tallias, vt vulgus loquitur, nouosq; cēsus ecclesiæ imponere, aut huius generis functiones exigere non posse, nec grauamen alioqui inferre: Archiepiscopis tamē atq; episcopis nonnulla quādoq; licere, de quibus hic, sed & inferioribus quoq; rectoribus, si modo id necessitas exigat.*

12 *Rector ecclesiæ, si qua ob negligentiam nō acquisierit, aut res ecclesiæ præscribi, aut vsucapi passus sit, num ipsi ecclesiæ obnoxius fiat? Et an deperditorum aut non quæsitorum, cum quæsitis compensatio admittatur.*

13 *Aduersus ecclesiam Prælato destitutam non currit præscriptio, quamlibet antistes superior superfit, qui ea agere queat? Et sub hac, an res ecclesiæ absq; solemnitate vendi, aut de his, index secularis cognoscere ac iudicare possit?*

14 *Pia loca ecclesiæ iurisdictioni & tutelæ subsunt, & qui in ea offendat, sacrilegus est: non tamen quisquis in clericorum bona impegerit, illa ea pœnam vt incurrat.*

15 *Relicta vel in minus rite facto testā. ecclesijs vel pijs locis va-*

IMMVNITAS † quasi non munitas, importat negationem munium, id est, officiorum vel onerum, à quibus ecclesiæ sunt immunes: vt extra eo. ecclesiæ. vel importat negationem munerum sordidorum, scilicet quæ ecclesia non subit, vt calcis coquendæ, arenæ fodiendę, & similium: & alio nomine dicitur Emunitas, quasi extra munia, vel munera libertas. Est autem immunitas ecclesiæ, secundum Gof. in Sum. eo. tit. libertas concessa ecclesijs vel ecclesiasticis personis & rebus ad eas spectantibus: vel est priuilegium ecclesiasticæ libertatis vel personarum aut rerum ad eam pertinentium. vnde ecclesiastica immunitas & libertas sunt idem. ¶ Primò † verò quæritur, quæ sunt loca ecclesiastica 2
immunitate gaudentia? Et dico multa. ¶ Primum. Non solùm ecclesia consecrata ecclesiastica gaudet immunitate, sed etiam non consecrata. intellige fundata authoritate pontificis primarium lapidem imponentis: etiam si non fuerint ibi celebrata diuina, secundum Host. quem sequitur Pan. in c. ecclesia. eo. tit. vbi videtur text. Et monetur: quia palatium episcopi gaudet hac immunitate. xvij. q. iiij. id constituimus. & consequenter multò fortius ecclesia. etiam facit, quia omnia priuilegia concessa ecclesijs, extenduntur ad hospitalia episcopi authoritate fundata, in l. omnia priuilegia. C. de epi. & cle. Item quod de proximo faciendum est, habetur pro iam facto: vt l. non tantum. in prin. ff. de excu. tu. & in l. pe. ff. de testa. mil. Hanc opinionem tenet Io. de Li. post Lau. in cle. j. de pœ. & re. & Car. & Imo. & Ray. vide j. loca. §. iiij. ¶ Secdm. Ecclesia quoq; interdicta similiter gaudet, sed in Gof. & Vin. ar-

d. c. ecl

Universidad de Deusto
Biblioteca

d.c.ecclesia.& sequuntur communiter docto.Et idem dic de
cœmeterio:licet in aliquibus casibus non sit idem iudicium
quod de ecclesia,sicut dictum est ĩ. Cœmeterium in princ.
¶ Tertium. Et Similiter hospitale & priuata oratoria, si
sunt episcopi authoritate fundata, secundum mentem Gof.
& facit quod ipse no.in c.fin.de eccle.ædi.& tenet Lau.in d.
cle.j.placet Pa.in d.c.ecclesia.p d.l.omnia.aliàs nõ:q2 qđ est
3 hodie oratoriũ,cras erit camera possibiliter.¶ Secũdò† quę
rit,ad quę se extẽdat immunitas ecclesiastica quantũ ad ec-
clesia & cœmeteria? Et dico quòd ad multa.¶ Primò,qa in
eis tractanda non sunt placita secularia:ecclesiastica tñ pos-
sent:vt in c.j.de immunit.ecclesia.& cap.cũ ecclesia . & om-
nis pcessus ac sentẽtia iudicis secularis data in ea , nulla est
ipso iure,eo.ti.decet.lib.vj.maximè sentẽtia sanguinis , quæ
ibi sub anathemate fieri phibet.in d.c.cũ ecclesia.qđ de alia
à sanguine limita,nisi sit data p viã volũtariæ iurisdictionis:
quia sic tenet.secdm Pan.in d.c.cũ ecclesia. & similiter tenet
de causis ecclesiasticis.ar.c qua fronte.de app.& similiter sen
tẽtia data in domo ecclesiæ secdm Pan.licet fieri nõ debeat:
quia cũ d.cõstitutio sit pœnalis nõ debet extẽdi.Et intelligit
quòd in domo ecclesię iudex secularis ius reddere nõ debet,
quãd ppria authoritate quasi ex iure publico eligit ibi mã-
sionem.secus vbi haberet illã domũ cõductã ab ecclesia,vel
gratis cõcessam.Potest tñ aliqs in ecclesia doctorari, secdm
Ioã.An.in c.decet.eo.ti.lib.vj.& placet Pan.in d.c.cũ eccle-
sia.Tenẽt etiã cõtractus ibi facti,licet sit peccatũ: secdm Pa.
in d.c.cũ ecclesia post gl.in d.c.decet.quia illud c.decet.cùm
sit pœnale & loquatur solũ de strepitu iudiciorũ , ad cõtra-
4 ctus extendi nõ debet. Ex† quo aduerte q̃ dispositio odio-
sa cõcepta super quasi cõtractu,nõ extendit̃ ad cõtractũ pu-
rũ.Nã in iudicio quasi cõtrahimus.l.iij. §.vniuersale scribit.
ff.de pec.Nec cõcepta super cõtractu puro,extendit̃ ad qua
si cõtractũ,secdm Bar.in l.mere.ff.de acquir.hære.vbi vult q̃
si statutũ phibet mulierem cõtrahere sine certa solẽnitate:
nihilominus hæreditatem põt adire:quia tũc nõ verè cõtra-
hit cũ debitoribus hæreditarijs.ad qđ vide qđ legit̃ in l.apud
Iulianũ.ff.quib.ex cau.in pos.eatur.§.vl.& pen.¶ Secđò se ex-
tendit ad hoc q̃ nõ debent in ea vel cœmeterio fieri cõcla-
mationes,sediciones,impetus,vniuersitatũ,&quarũlibet so-
cietatũ cõtentiones,publica parlamenta,negotiationes,pręci
puè nundinarũ & fori:vt in c.decet.eo.tit.libr.vj.Possent tñ
secdm Io.And. ibi fieri parlamenta & societates p actu pie-
tatis aut spiritualitatis:vt refert Pan.in d.c.cũ ecclesia.Non
tñ est pctñ mortale quodlibet prædictorũ:quia text.in d.c.
decet.dicit q̃ ordinarij locorũ hæc faciãt obseruari,suaden
da suadeãt,interdicta cõpescãt. Ex† quibus cõcludi põt q̃
5 mortale est exercere ibi ea quæ orationem tpe debito impe
diunt,alia nõ:nisi ex se sint mala, vel habeãt ex se maximã
irreuerentiã,vt spectãtia ad sanguinem,quæ sub anathema
te phibentur,& pollutiones etiã aliàs licitæ pter maximã
fœditatem,& furta,quæ ex se sunt mala, & maximã irreue-
rentiam cõtinẽt diuinorũ:vel nisi quis faceret ex cõtemptu.
6 & sic intellige c.vlt.& pen.dis.xlij. ¶ Tertiò,†quia in eccle-
sia sepeliri non debent , nisi episcopi vel abbates , vel digni
presbyteri,aut laici fideles.xiij.q.ij.nullus , quod intelligunt
aliqui de laicis facientibus miracula virtute fidei.Hos.verò
de quolibet fideli in dignitate cõstituto:vt comite,rege,im
peratore:gl.verò de quolibet fideli Christiano,nisi aliàs de-
cesserit in mortali,vel in torneamentis,vel ecclesia sit inter-
dicta,& sic secũdum eam excluditur gentilis.Sed opinio gl.
quæ hodie seruatur,de iure nõ placet: quia ibi cùm text.di-
stinguat de sepultura infra & iuxta ecclesiam gentilis sepe-
liri posset iuxta,id est,in cœmeterio.placet verò opinio Ho.

& opinio prima sic intellecta : vt fideles dicantur à fidelita-
te præcipua quam ad Deũ & homines seruarunt:maximè si
ad gratiam miraculorum attigerunt. Possunt ergo in eccle
sia sepeliri psonæ dignæ,aut dignitate ecclesiastica vel mun
dana,aut dignitate virtutis excellentis:hoc tamen hodie non
seruatur, & malè:quia de iure ciuili nullus debet in ecclesia
sepeliri:vt no.Albe.in l.nemo apostolorum.C.de sac.san.ec.
& Azo in Sum. ¶ Quartò†non debet ecclesia incastellari, 7
nec in propugnaculum ædificari, secundum Inno.& Ray.
vt inde bellum fiat contra hostes:vel vt ibi recipiantur bel-
lum facientes:nisi iusta necessitate : & secundum Hosti.au-
thoritate episcopi,si commodè haberi potest, de cust.euch.
relinqui. scilicet vt boni viri etiam laici defendantur à ma-
lis,puta piratis,hæreticis,vel paganis:& eadem ratione ma-
lis Christianis.& hoc communiter tenent Docto.secundum
Pan.in d.c.cùm ecclesia.¶ Quintò, intra ecclesiam vel cœ-
meterium non debent supellectilia poni, vel hospitalarij in
illa iacere vel conuiuari,nisi propter hostiles incursus,& a-
lias necessitates, quibus cessantibus ad pristina loca repor-
tentur:aliàs videtur mortale in hoc casu & in priori:vt in d.
c.relinqui.& dist.xlij.c.vlt.pen.& antepen.nisi excessus esset
modicus.De venditione tamen candelarum in ecclesia, vi-
detur tenere Sum.Ang.quòd indistinctè sit tolerabilis , non
obstante quòd dominus eiecit de templo vendentes : quia
ibi fiebant pacta , & multa perturbantia cultum diuinum
quod non est hic:secus de alia negotiatione.sed Sum. Ros.
cum Arch.dicit hoc licere si fiat principaliter ad satisfacien
dum fidelium deuotioni: non autem si fiat principaliter ad
lucrum:imò illud dandum est pauperibus de consilio: & sic
tene,quia ibi est prohibita negotiatio : vnde laici, qui ad in-
cerum & negotiationem huiusmodi vendunt,stant extra ec-
clesiam.¶ Sextò,in ecclesia vel cœmeterio nulla debet fieri
violentia,aut aliquis inde violenter extrahi , aut eius confi-
nia frangi.xvij.q.iiij.sicut antiquitus.nec ea, quæ in ea posi-
ta sunt , per vim aut furtum auferri : aliter sacrilegium est.
ea.q.quisquis inuentus.& sic est mortale,vt ibi patet.De im-
munitate tamen ecclesię quo ad illum confugientes agetur
specialiter ĩ.Immunitas.iij. ¶ Septimò , ecclesia non debet
in seculare habitaculum aut visum secularium conuerti. de
conse.dist.j.ligna.& quinq; c.sequentibus.de reli.do.c.ad hęc.
¶ Octauò,ludi theatrales cùm laruis & similibus inhonestis
in ecclesia fieri non possunt.de vit.& ho.cle. cùm decorem.
Secus de honestis ducentibus ad deuotionem:vt repræsenta-
re præsepe Domini,Herodem & Magos,vel huiusmodi.&
de conse.dist.ij.semel.& dist.iiij.quæris.quasi in fin.¶ Tertiò
†quæritur , ad ea quæ se extendat immunitas ecclesiastica
quantum ad res ecclesiasticas & ecclesiastica iura? Et dico
quòd ad multa. ¶ Primò , quia rustici non possunt ecclesiæ
rura deserere,& aliò se transferre:extra eo.c.iij.quod intel-
lige secundum gl.ibi de adstrictis glebæ:& qui sunt , vide ĩ.
Colonus.¶ Secundò , quia quilibet potest regulariter suam
rem ecclesię relinquere.l.generali.& l.iubemus.C.de sacro-
sanc.ecc.& etiam donare inter viuos sine insinuatione in in-
finitum l.illud.ibidem.& in auth.de non alie.reb.eccle.§.si-
nimus.quamuis glo.in d.§.teneat contrarium : quia primum
est verius:vt ĩ.Donatio.j.§.xvj.¶ Tertiò,quia transfertur do
minium rei in ecclesias solo pacto,id est, sola nuda promis-
sione,cùm in alijs sit necessaria traditio.l. vt inter diuinum.
C.de sac.san.eccle.in glo.quod Albe.idem sequitur.& idem
est secundum Rodo.quando datur aliquid ecclesiasticæ per
sonæ intuitu ecclesiæ:& idem,vt patet in d.l.circa hospitalia
& concessa in redemptionem captiuorum . sed intellige de
promissione facta homini,non Deo,vt in voto ĩ. Votum.ij.
§.ix.

§.ix.Votum.iiij.§.vij.In emptione tamen requiritur solutio
pretij,vel fides de eo:aliter dominium non acquiretur,secun-
dum glo.predictã. ¶ Quartò, quia quicquid emptũ fuerit de
pecunia ecclesiæ,reuerti debet ad ecclesiã.xij . q.ij.apostoli-
cos.& q.v.fixum . & hoc siue nomine ecclesiæ emptũ sit,siue
nõ.de pecu.cle.c.j.&.c.inquirendũ.¶ Quintò,quia nec eccle-
sia nec monasteria vel hospitalia tenent̃ ad lucratiuã descri-
ptionem:vt in §.sancimus.xxiij.q.viij. Est aũt lucratiua descri
ptio quarta pars bonorũ quæ à curialibus relinquebatur,quã
fiscus vendicat exceptis relictis curialibus,& eorũ cõiunctis.
de quo habes C.qui & à qui.quarta pars.l.j.& ij.C. de impo.
9 lucra.descri.l.vnica.¶ Sextò,†quia laicorũ statuta nõ habent
locum super rebus ecclesię:de re.eccl.non alienan.c.fi.infrà
¶ Tertium est eorum,qui maleficiū aliquod enorme cōmittunt in cœmeterio vel ecclesia sub spe quòd ab illa defendāter.quod secundū Holt.semper prælumitur nisi probetur cōtrariū,qui ab eadē ecclesia nō defendūtur.extra eo.immunitate.nec etiā ab alia si ad eā confugiāt,secundū Veruec.quia cùm vna sit per orbē ecclesia,licet sint multæ particulares, qui facit iniuriā vni ecclesiæ,omnibus facit.Cōtrariū tamen de cōsuetudine seruatur apud aliquos,forte putātes secundū eunde cp sicut minor vtitur suo priuilegio cōtra aliū minorē: ita vna ecclesia cōtra aliā. Et licet s.c.immunitate,loquatur de homicidio & mutilatione,tamē secundū Pan.ibi locū habet in omnibus alijs grauibus delictis propter identitate rationis.vnde secus in nō enormibus ibi cōmissis:quia gaudet. Si aūt cōmisit quis maleficiū in ecclesia vel cœmeterio, sed nō sub prædicta spe.secundū Pan.non defenditur:aliās no habet locū ratio illius c.quę est in ecclesia vel cœmeterio deliuquere sub prędicta spe.Qui etiā sub prædicta spe extra ecclesiam vel cœmeteriū delinquit,gaudet immunitate:ag.d.c. immunitatē.& de hoc etiā vide §.seq. particula v. ¶ Quartū genus secundū Petr.de An. est raptorū virginū, adulterorū, & homicidarū,per authen.de man.prin.§. quod si delinquentes.tamē cōmuniter tenetur,&verius,quòd illa auctē.per ius canonicū est correcta,& quòd solū excipiātur prædicta tria genera:& quartū quod excipitur secundū quid,id est, seruorū,qui si præstita à domino cautione de impunitate exire nolint de ecclesia,inuiti cōpellūtur,& reddūtur domino.xvij.q. iiij.id constituimus.& extra eod.inter. ¶ Tertiò quæritur,qui gaudeant prædicta immunitate confugij? Et dico in genere quòd omnes,prædictis exceptis,etiam Iudęi & Pagani,secūdum Hostien.Bern.& Inn.sed quia de multis potest esse dubiū,multa specialiter dico. ¶ Primū,Iudæus ad ecclesiam fugiens,gaudet ista immunitate,secundū glos.in d.c.inter alia. de immu.eccle.& Innoc.& Host.& Bern.& Veruec. secundū glos.verò in l.j.C.de his qui ad eccle.confug. non gaudet. & hoc Pan.in d.c.inter.dicit esse verius:quia lex prædicta induxit præsumptionem iuris & de iure,contra quā non admittitur probatio.dist. 50.ferrum.quia confugit nō propter zelū fidei,sed propter euasionem debitorum vel criminum.Sum. verò Angel.contra Supple.tenentem indistinctè quòd gaudet,distinguit quia gaudet si petit baptismum:alias non:quia videtur venisse vt effugiat,non causa fidei.Sed ego dico cum prima opinione indistinctè quòd gaudet:quia gratiosam constitutionē non excipientem eum,nos restringere non debemus:maximè quia motivum aliorum est fructuum: quia malefactores ad ecclesiam confugiētes iure defendendi pro maiori parte confugiunt timore pœnarum,quàm zelo fidei vel religionis. ¶ Secundum.De Pagano idem quod de indæo tenet Innoc.Bern.& Host.& Veruec.quòd gaudet.& ita tenet non obstante quòd Panorm.videtur velle vbi suprà quòd solus catholicus gaudeat. De excommunicato verò licet quidā dubitent,tamen idē sentit Veruec.quod de prædictis. & hoc tene:quia lex eum non excipit:licet idem Veruec. sequendā dicat in hoc consuetudinem approbatam. Et idem puto de hæretico quantum ad maleficia alia ab hæresi. ¶ Tertium, Clerici & religiosi hac immunitate non gaudent secundum Panorm.in dicto capit.inter alia.si index ecclesiasticus causa disciplinæ vult eos de ecclesia extrahere & flagellare, vel in carcerem trudere:quod apertissima ratione probatur, præsertim in religiosis,qui rarò aut'nunquam exeunt claustrum monasterij:quia in monasterio secundum eorum regulam & iura communia per superiores possunt in monasterio arceri, verberari,& incarcerari:& si opus est de monasterio expelli,& in arctiori detrudi:vt in c.vniuersitatis.de sentē.excom-

Universidad de Deusto
Biblioteca

municat. ¶ Quartum. Fugientes ad ecclesiam tempore belli gaudent hac immunitate, si eam non incastellarunt, aut inde non pugnarunt. ar. c. fi. eo. tit. nec capi debent res eorum ibidem repositæ, nisi essent de non gaudentibus hac immunitate. xvij. quæst. iiij. sicut antiquitus. ¶ Quintum. Retentus & sub iuramento redeundi dimissus: si fugiat ad ecclesiam, secundū Ioan. And. in addit. ad Spec. de iureiurand. non redibit, si iniustè detinebatur: maximè si imminet periculū mortis vel mutilationis: sed petet absolutionem à iuramento. Si verò iustè detinebatur: compellendus est redire, vt voluit Barto. in l. relegati. ff. de pœn. Non tamen debet pati ecclesia vt inuitus abstrahatur, nisi præstita cautione de impunitate mortis vel mutilationis. ¶ Sextum. † Fugiens ad ecclesiam propter debitum, an isto priuilegio gaudeat? Panorm. in d. c. inter alia. extra eod. licit quòd Legistæ in l. præsenti. C. de his qui ad eccles. confug. distinguunt. Nam si debitum est, propter tributum, scilicet debitum principi, vt in auth. de mand. princip. §. publicorum verò tributorum. & ibi nota. in gloss. secundum Petr. vt refert Cyn. tenet quòd non extrahetur, sed ibi cirabitur: & si se defenderit, bene quidem: sinautem, procedetur ad missionem in possessionem bonorum. & ita intelligitur d. authen. & placet Panormit. quia non potuit Imperator per iussum nouissimum præiudicare immunitati ecclesiæ per canones concessæ. Si verò debitum est propter aliud, nō extrahetur inuitus, secundum omnes in d. l. præsenti. sed in modo procedendi sunt opiniones. Sed mihi placet opinio Iacob. de Rauen. dicentis quòd dabitur sibi securitas standi & exeundi extra ecclesiā per xxx. dies: intra quos respondebit aduocatus ad iudicium, & iudex si dabit tententiam contra eum, condēnabit quòd aut redeat ad ecclesiam, aut sententiæ pareat. Et eum hac opin. transit Cyn. & adde quòd si nullo modo vult exire, constituet procuratorem. ¶ Quartò † quæritur, quomodo ab ecclesia defendi debet qui ad illam confugit in casu, in quo est iure defensandus? Et dico quòd exceptis prædictis casibus, de quibus dictum est §. secundo, qualitercunque aliter grauiter deliquerit, debent ecclesiæ rectores seruare illi vitā & membra, imò etiam immunitatem ab omni corporali tormento, seu pœna corporis afflictiua. xvij. qō. iiij. constituit. & poterunt illum petenti concedere: receptā prius super impunitate eius idonea cautiōe, scilicet vel iuratoria tantùm, xvij. q. iiij. id constituimus. vel fideiussoria & pœnali, si timeatur quòd petens iuramētum non seruet, argu. de restitu. spo. extransmissa. super eo quod fecit is qui confugit: aliàs legitimè puiendus. extra eod. inter alia. Porrò quādiu est in ecclesia: nec extrahendus, nec vestis aut victualia illi negāda, nec molestandus. C. de his qui ad eccle. confugi. l. præsenti. Quòd si quis contrafecerit, sciat se crimine lesæ maiestatis irretitū, vel vltimo supplicio puniēdum. d. l. præsenei. & eo. tit. l. ij. Adrequisita naturæ debitis exeat locis: ita tamen quòd ad domos alias non accedat. vij. quæ. iiij. diffinuit. tunc enim capi posset. Igitur sicut dicit Panormit. in d. c. inter alia. talis non consequitur prorsus remissionem: sed tantùm quantum ad duo principaliter. primò vt inde violēter extrahi non possit. secundò vt amplius de illo delicto damnari non possit de mortem, aut aliam pœnam corporis afflictiuam: sed poterit damnari pecuniariter, & aliter quàm in persona. & dum est in ecclesia, poterit agi contra eum non solùm ciuiliter, sed etiā criminaliter secundum eum. Et aduerte quòd licet exeat de ecclesia, ex quo semel confugit ad eam: iam non potest de illo maleficio corporaliter damnari, secundum gloss. in capit. reum. xvij. quæst. iiij. & fuit sententia Hugon. & sequitur ibidem Archid. ¶ Quintò † quæritur, quis prouidebit ibi confugienti de expensis? Et dicunt quidam indistinctè quòd ecclesia vt in l. præsenti. in fine. sicut rector carceris prouidebit captiuis. C. de episcop. audient. iudices. & hoc notatur xvij. quæstio. iiij. diffiniuit. Sed melius Panorm. in d. cap. inter alia. distinguit post Hugon. & Archi. quia aut ille habet proprium: & sibi prouidebit. aut non habet: & victum manibus quæret. aut neutrum potest: & prouidebit ecclesia, tāquam pauperi. Et adde quòd si habet proprium, & eo vti nō potest, & ecclesia illi subuenerit: tenetur ad restitutionē vbi sua poterit rehabere: arg. eorum quæ dicit Sanctus Thom. quinto quolib. articu. xvij. ¶ Sextò † quæritur, quis sit huius immunitatis violator quasi faciēs violentiam in ecclesia? Et dico planum esse de eo qui locum sacrum ingreditur inde violenter confugam abducens: sed circa alios, de quibus est dubium, dico multa. ¶ Primum. Qui existens extra cœmeterium vel ecclesiam trahit violēter eum qui est intra per partem chlamidis exterius existentem, offendit hanc immunitatem, secundum Vincentium in cap. fin. eod. tit. nam & sic trahens clericum, incideret in canonem: secus secundum Gofred. si quis de loco immunitatis trahat volentem ad mortem vel aliā pœnā: quia canon solam violentiam condemnat, quæ non fit volenti. adde etiam si dolō decipitur. Et idem Panor. ¶ Secundum. Qui existens in loco immunitatis percutit existentem extra secundum Panorm. in cap. fin. eo. titul. violat ecclesiæ immunitatem: quia delictum fuit ibi principiatum, licet alibi consummatum: & habet locum cap. fin. eod. titul. vt scilicet non defendatur ab ecclesia, supple nisi probet se id non admisisse ea spe vt protegeretur ab ecclesia. Barto. † autē in l. quod ait. ff. de adulte. dicit quòd portans aliquem de platea extra plateam, & ibi illum percutiens, non punitur tanquam percutiens in platea. & ibi dicit quòd quando initium & finis loci & temporis sunt illicita, fauore rei inspicimus finem, ne de vera que punitur. Sed quando principium est licitum habens causam licitam, illud principium inspicimus. pro quo facit optimè l. qui cum maior. ff. de bon. liber. Et per hoc solutum dicta quæstio & sequens. Pone quòd aliquis insultauit aliquem in platea, & fugauit eum extra plateam, ibiq; percussit: non videtur eum percutere in platea. Pone alium casum. † Statute statuto quòd quis sine pœna possit in sua possessione percutere eum qui illam ingreditur: si ingredientem meam possessionem aggredior, & extra illam prosequor fugientem, ibiq; eum percutio, licitè percutio, seu occido: quia initium licitum fuit. Tene menti prædicta, hæc ex illo: qui etiam excidit. l. quod ait. infert quòd in maleficijs dicitur incontinenti fieri, quod fit vno impetu, licet duret per horas illa rixa. Sed tamen dictum Bartoli est verum vbi sunt plures actiones, vt aggressio, sequutio, & percussio. dictum verò Pan. vbi est vna tantùm, puta vnus motus teli proiecti, qui incipit in vno loco, in alio finitur. ¶ Tertium. † Qui existens in ecclesia mandat delictum committi extra ecclesiam: vel contrà existēs extra ecclesiā mādat delictum cōmitti in ecclesia: vtrum violet immunitatem, vel gaudeat immunitate confugiens nēcne? Respondū est quòd ista quæstio depēdet ab illa, † vbi dicitur delinquere mādator in loco, scilicet vbi mādauit, an vbi delictū fuit expletum? Et dico quòd tex. in clemē. pastoralis. de re iudic. in ver. despiceret. inuicta gl. videtur innuere quòd ibi delictū committat, vbi illud sequitur vel expletur: quia ibi dicitur quòd citatio facta intra fines Imperij, etiam extra Imperium constituentem non arctauit. & ita sentit Bartol. in l. si vt proponitur. ff. de fideiuss. & in l. non solū. §. si mandato. ff. de iureiur. Sed tamen dic quòd etiam attribuetur factū in loco vbi mandatur, quando exequens exequitur necessitate iuris. ¶ † Septimò quæritur, vtrum violenter in casu illicito confugam extrahens de ecclesia, teneatur illum restituere? Et dicit Pan.

Panor. in d. c. inter alia. cum Bar. in l. præsenti. C. de his qui ad eccle. confu. quòd de iure potest petere se restitui pristinę libertati, cùm de facto sit priuatus. & concord. Oldr. consi. iiij. etiam ecclesia potest agere, cùm sit spoliatiua. in c. miror. xvij. q. iij. vbi dicitur quòd ecclesia debet per excōmunicatio nem ad restitutionem compellere extrahentem, ac etiā interdicere ne à tota domo sua recipiātur oblationes, qđ procedit etiam in extrahente seruum. Nec euitat iste restitutionem, etiā si sit dominus volens præstare iuramentū vel cautionem de impunitate: quia iniuriæ satisfieri debet ecclesiæ: & iuramentū ante extractiōnē præstari debet, & non postea. Et facit hoc ad quæstionē an captus in alieno territorio peti possit? Et dico quòd sic: p d. c. miror. & firmat Barto. in l. si cui. ff. de accus. ¶ † Octauò quæritur, qua pœna punitur q tales extrahit violenter, aut constringit, vel negat requiem, vel vestes, vel victū? Et dico quòd de iure ciuili incurrit crimen lesæ maiestatis, vltimo supplicio ferendus. d. l. præsenti. iure verò canonico debet excōmunicari, & cōdemnari pecuniariter, & imponi sibi publica pœnitentia: nec restitui communioni, nisi restituat extractū: vt in d. c. miror. iuncto c. si quis contumax. & cap. quisq;. & quod ibi not. xvij. q. iiij.

1 *Impensæ triplices, necessariæ, vtiles, voluntariæ, & quando repetantur.*

IMPENSA † ab impendendo secundū Azon. sunt triplices, scilicet necessariæ, id est, quibus nō factis res erat peritura, vel futura longè deterior. l. impensæ. ff. de verb. sig. vtiles, id est, quibus nō factis res non erat peritura: sed eis factis melior efficitur: vt si fiat in domo fenestra. & volūtariæ, id est, quibus nō factis res non erat peritura, nec eis factis est melior, sed amœnior: vt si fiant in domo picturæ. Volūtariæ non repetūtur, nec deducūtur, sicut necessariæ, & vtiles: sed licitum est abradere sine lesione prioris status, si abraſæ possunt mihi aliquam vtilitatem afferre: alioquin non licet: sed sibi imputet qui fecit: quia donasse videtur iuris fictione. Vide suprà, Expensæ.

IMpedimentum quo ad matrimonium, vide infrà, Matrimonium vj. vij. & viij.

Imperator, vide Papa. §. x. item ī. Electio iij. §. iiij. & v.

IMPERIVM merum est habere gladij potestatē ad animaduertendum in facinorosos homines: quod & potestas appellatur. Imperium verò missum in danda possessione consistit: vt in l. imperium. ff. de iurisd. om. iudic. vbi glo. vide. De iuramento Imperatoris coronādi. §. Iuramentū. j. ad fin.

1 *Impossibile quot modis dicatur.*

IMPOSSIBILE † dicitur, quod fieri aut esse nō potest: & hoc dupliciter, scilicet primò quia simpliciter fieri non potest, siue de facto, vt quòd cœlū sit terra: siue de iure, vt quòd homo furetur: & secundò quia fieri quidē potest, sed cū difficultate, vt quòd claudus velociter currat: sicut inuisibile dicitur, quod cum difficultate videtur. vnde iuridicè impossibile dicitur tripliciter. primò quod nō potest fieri iustè. xxiij. quæst. ij. sanè. el j. & est in arg. quòd illud possumus, quod de iure possumus. secundò quod non potest fieri commodè. & sic distinct. lxj. Catanensis ecclesiæ. ff. de verb. signific. l. nepos. Proculo. tertiò quod potest fieri honestè: vt de condi. instit. l. filius. vide etiam ī. Pacem.

1 *Impubes quis dicatur.*

2 *Impubes an sit aliquando testis, & qualiter torqueatur.*

IMPVBES † à pube, id est, à pudēdis corporis dictus: quia hæc loca primò lanuginem ducunt, de despon. impub. puberes. dicitur masculus donec cōpleuerit xiiij. annum. fœmina verò xij. C. quādo tut. vel cur. l. fin. & instit. quib. mo. fi. tut. in p. princ. quod Sum. Ang. verum: dicit quo ad tutelā, non quo ad matrimonium cōtrahendum: sed tandiu est impubes masculus vel fœmina, quandiu generare nō potest: vt in d. c. puberes in text. & in gl. Sed hoc non bene dicitur: quia illud cap. loquitur de pubertate naturaliter: quę quia communiter in xiiij. anno quo ad masculū, & in xij. quo ad fœminam completur, ideo iuridicè loquendo etiam in dicto termino completur: vt patet in c. ex literis. de despō. impub. & ita eū Ray. & cōmuniter alijs Doct. tenet Ros. † Impubes autem secundum Bare. in l. talis. C. de his quib. vt indi. licet nō sit idoneus testis in maleficijs, vt in l. in testimonij. ff. de testi. tū hoc est verum quātum ad plenā probationē: sed ad indicij bene pōt examinari: & sic dictum enim est sufficiens indicium. Non debet etiam impubes torqueri, terreri tamen solent, & habena vel ferula cædi. ff. ad senatusco. Sillanianum. l. j. §. impubere. Non potest etiā impubes vel furiosus cōmittere capitalem fraudem: id est, non potest mereri pœnā, qua capite punietur. ff. de ædil. edic. l. cùm autem. §. j. & facit C. de fall. mon. l. j.

¶ INANIS GLORIA, infrà Vana gloria.

¶ INCANTATIO, vide infrà Sortilegium ij.

¶ INCARCERATVS vide suprà Carcer.

De Incendiario & Incendio.

1 *Incendiarius quis dicatur.*

2 *Incendiarij pœna ciuilis & canonica.*

3 *Incendiarius quid restituere teneatur.*

4 *Igne si quis quid eripiat, an restituat.*

5 *Domum vicini domūs ob appropinquūs incendiū, an teneatur.*

INCENDIARIVS † propriè, secundum Rayn. Gofr. & Hosti. est, qui authoritate propria incēdit ciuitatē, villam, mansionem, segetem, & similia aliena incendit malo studio: puta odio aut vindicta. xxiij. q. vlt. peßimam. xij. q. ij. cum deuotißimam. de iniur. si quis domū. & similiter qui ad hoc dedit mandatū, auxilium, vel consilium sciēter: vt in d. c. peßimam. Non ergo est incendiarius, qui hoc facit authoritate potētis indicere bellum: nec qui in domo vel segete propria, nisi ex dolo, vt incenderet aliena, secundum gl. Rayn. peccaret tamen abutēdo re sua: nec qui malo studio, sed casu vel negligēria: quia licet ex negligētia teneatur ad interesse: vt de iniur. c. fin. nō tñ tenentur pœna incēdiarij, nisi fuerit culpa tam lata vt luxurię aut dolo sit proximа: vt in l. penult. ff. de incēd. & cōcor. Gofr. & Host. ¶ Primò verò quęritˢ, q̄ sit pœna incēdiarij? Et dico quòd de iure ciuili est vt ipse igne cremetur, vel subijciatur bestijs, si humiliori loco existēs id fecerit: si verò in aliquo gradu, capite punitur, aut deportatur in insulā. ff. de incend. l. qui ædes. & l. vlt. & pen. & ff. de pœnis l. capitaliū. ff. ad l. Cor. de sicar. l. si quis dolo. De iure verò canonico incēdiarius ecclesię vel religiosi loci, aut cœmeterij vel spatij priuilegiati in circuitu ecclesię, est ipso iure excōmunicatus post denūtiationem à solo papa absoluēdus, vt dictum est ī. Excōmunicatio vij. excōmunicatione vij. Incēdiarius verò aliorum locorum cū mandantibus, consulentibus, & fauentibus, est excōmunicandus. xxiij. q. vij. si quis membrorum. & c. pessimā. qui etiam à solo papa post denūtiationem absolūtur: vt dictum est vbi ī. tmò tales alicubi ipso facto habētur pro excōmunicatis ex cōsuetudine: licet re vera sine cōstitutione aut sententia excōmunicatio nō feratur vt ī. Excōmunicatio vij. §. vij. † Vltra hoc autem qui sciēter & voluntariè facit, vel ex culpa lata, tenetur de omni dāno de iniur. si egressus. cum c. sequēti. & facit l. si fortuitu. ff. de incēd. & non solùm de damno incendij, sed etiā rerum perditarum causa incendij. arg. ea. fin. de iniur. Si verò culpa fuit levis aut levißima. similiter tenetur ad restitutionem, si de huiusmodi culpis tenebatur. de quo ī. Culpa. §. iiij. non tamen creditur peccasse mortaliter. Si verò de cōtingētibus mihil omisit, nō

Universidad de Deusto
Biblioteca

tenetur. ¶ † Secundò quæritur, vtrum rapiens bona eorũ, qui patiuntur incendiũ, teneatur ad restitutionẽ? Et dico quòd sic, de iure. si quis domũ nisi haberetur pro derelicta: puta quia ignis tantùm inuoluit quòd nullus sine periculo vitæ potest illis succurrere: & dominus relinquebat illa incẽdio, quo casu recipiens no teneẽ restituere necessariò: arg. l. si quis merces. ff. pro derelicto. ¶ Tertiò quæritur, vtrum euertens domum vicini timens suæ ex incẽdio teneatur ad restitutionẽ? Et dicit Dar. tit. de incendiarijs, quòd nisi metus erat iustus, puta quia iam ignis peruenerat ad domũ vicini, vel ꝓbabiliter dubitatur: vt quia tempus erat ventosum, & huiusmodi. l. iij. §. quod ait prætor. ff. de incen. Vnde dicit tex. in l. si alius fecerit. §. est & alia exceptio. ff. quod vi aut clam. quòd nullam iniuriã aut damnum dare videtur ædi quæ pereuntis ædibus. & facit l. si quis tumo. §. quod dicitur. ff. ad l. Aquil. Si verò no fuit iustus metus: & tunc tenetur ad damnũ simplũ, secundum Host. qui tñ addit ꝙ si à vicinitate domus alicuius diruta est iusto metu incendij, quòd iudex ex officio & summa equitate facere debet, vt ei quisq; vicinorũ satisfaciat ꝓ sua parte. ar. l. j. §. equissimum. & ad LR hod. de iac. & l. interdũ. ff. qui pot. in pig. hab.

¶ Incertorum restitutio declaratur infrà Restitutio. viij. per totum.

¶ INCESTVS, infrà Luxuria.

1 *Incorrigibilis de facto, & de iure, quando quis dicatur.*

INCORRIGIBILIS † dicitur qui corrigi non potest. quod dupliciter est, scilicet de facto & iuridicè. Incorrigibilis de facto dicit dupliciter, scilicet simpliciter: & sic quo ad vitia nullus est in via: quia sunt voluntaria. & secùdum quid siue difficulter: & sic est is qui assueuit vitijs aut ex cõplexione naturali inclinatur ad illa: quia difficile est cõsuetudinem aut naturalem sensualitatis inclinationẽ euincere. Incorrigibilis verò iuridicè est, de quo Iura & Iuristę loquũtur. Incorrigibilis igitur secundũ Bal. dicitur qui iudici nõ paret in extremo iurisdictionis, quod est sententia. contumax verò qui non paret in principio, quod est citatio. Secundum Aut. verò de Bur. dicitur incorrigibilis, qui postquam penitus est cõdemnatus, iterũ fertur ad idem crimen. de sent. excom. vt famę. Et licet non faciat pœnitentiã, nõ dicitur propterea incorrigibilis, nisi reuertatur ad delictũ simile vel peius, nec faciat sui præsentiam iudici: vt lit. non contest. quoniam frequẽter. §. j. quia dum facit sui presentiam vt iudex possit eum apprehẽdere, nõ est incorrigibilis: quia ecclesia adhuc habet quid vltra faciat. de iudi. cùm non ab homine.

1 *Indefinita quando æquipolleat vniuersali.*

INDEFINITA † propositio, scilicet cuius depositum est nomen appellatiuum sine signo vniuersali & particulari, vt venditor tenetur de re vel de euictione: aliquãdo sumitur pro vniuersali in iure, vt cùm lex dicit, fur est puniendus: quod patet ex omnibus legibus sic loquẽtibus cum eorũ intellectu: quia natura legis est omnia in quibus est mediũ suũ, eadem regula concludere: cùm vbi est eadem ratio, idem ius debeat esse. ff. ad leg. Aquil. l. illud. Item qua ratione detrahere vnus de ista lege, & alius: & sic esset frustratoria. Differt tamen indefinita ab vniuersali, secundum Bar. quia vniuersalis cõprehendit omnia ex suo proprio significato. nõ autem indefinita: sed ex tua ratione iuris interpretatione. vnde vniuersaliter tenetur ly hæres cùm dicitur, promitto quòd hæres meus nõ tibi obstabit: id est, nullus hæres meus. ff. de ver. oblig. l. ij. §. fin. aliàs non esset certitudo de quo diceretur: & similiter ly seruos meos textores: dicendo, lego seruos meos textores: & omnes sunt textores, id est, lego omnes seruos textores, non autem omnes simpliciter, l. prælegata: quia ly textores, restringit ab alijs. Et vniuersaliter omnis indefinita legis vel canonis ius tradere intendentis æquipollet vniuersali, si lege vel canone nõ definitur, id est, limitatur. xxxj. q. j. quod si dormierit. quod Ioan. And. limitat si eadem ratio sit omnium particularium in vniuerso comprehensorũ: aliàs non. Vnde si legatur lana, nõ continetur tincta in legato. l. si cui. in princ. ff. de leg. iij. sed si legatur omnis lana, etiã tincta cedit legato. l. pediculis. §. l. abeo. ff. de auro & arg. leg. in c. vt circa. de elect. lib. vj. Similiter etiam, secùdum alios, si obligo bona mea, nõ significat vniuersaliter: qa suppellex, filij naturales, & concubina non continentur: quia ex natura istarum rerum quis ita ad illas afficitur, quòd nunquam vel rarò ea obligat: & consequenter in obligatione eas noluit comprehendere: imò nec comprehenduntur, si dicatur, omnia bona mea: quia significatum sumitur ex verbis & communi modo agendi seu obligandi, cùm debeat verba deseruire intentioni, non econtrario. xxiij. q. v. humanæ aures. xxviij. dist. sedulo. j. q. j. Marcion. de verbor. signific. intelligentia.

De Indicijs.

1 *Indicium quid & quotuplex.*
2 *Indicium qualiter probetur.*
3 *Indicium vnum an sufficiat ad torturam.*
4 *Indicia non sufficiunt, nisi reo detur eorum copia.*
5 *Fama an sit sufficiens indicium, & an cum vno teste probet.*
6 *Socius criminis quale contra socium faciat indicium.*
7 *Testes singulares an faciant indicium vel probationem.*

INDICIVM † dictum ab indicando seu notificando, est mediũ intellectuale veritatis eliciendæ ex aliqua singulari circunstãtia insurgens. C. de rei vẽd. l. indicia. & melius in l. fin. C. de prob. vide ꝙ. Fama. §. vij. Indicium autẽ plenum, secùdum Bar. in l. ea quidem. C. de accus. est diuinatio rei per signa sufficientia, per quæ animus in aliquo tanquam vero quiescit, & plus inuestigare nõ curat: vt dicta l. indicia. Semiplenum verò est præsumptio fortiter mouens animũ ad aliquod credendum vel dicendum: de quo in l. cùm probatio. ff. de probat. Pro quo nota quòd triplex est indicium, scilicet leue, abijciẽdum, violentum, quod probationem facit, & probabile, quod mediat inter hæc, & facit præsumptionem, & sufficit ad torturam. de quo infrà, Inquisitio. j. §. xj. in fine. & Inquisitio ij. §. ix. Adde secundum Paridem de Puteo in suo tractatu de syndicatu, quòd indicium, cui frequenter contingit abesse veritatem, est leue. arg. in l. non homo. C. vnde cognat. Est verò graue, si ei frequenter veritatem contingit adesse: & æquiparatur præsumptioni iuris: vt not. per Cyn. in l. metum. ff. de dolo. ¶ † Primò verò quæritur, qualiter probetur indicium? Et dico quòd ad minus per duos testes, vt est glo. & ibi Doct. in l. fin. C. famil. erciscũ & Bar. to. in l. fin. ff. de quæst. & Angel. in l. fin. quod mer. cau. & Bal. in l. quũ proponebatur. ff. de leg. ij. & vt reo præiudicent, oportet testes citare atq; iurare aliter non præiudicent: vt not. in l. si quis. ff. de adult. ¶ Secundò quæritur, † vtrum sufficiat indicium vnum ad procedendum contra aliquem, maximè ad torturam? Et dico quòd non regulariter, sed oportet quòd sint plura: vt not. glos. & Bar. in l. j. §. occiforum. ff. ad Sillania. & Bald. in l. congruit. ff. de offic. præsid. Teneret tamen processus, si non opponeretur, quamuis plura non præcelsissent indicia: sed tamen damnari non posset, etiam si in tormentis esset confessus & postea ratificauit: vt est text. cum glos. & ibi Barto. in l. penulti. de quæst. secus si sponte & sine tortura esset confessus, secundum Pet. de Anchar. in clem. j. de homic. A hiquãdo tamen sufficit vnum indicium, puta testis vnus integer & bonæ famæ & omni exceptione maior, id est, nulla exceptione repetibilis, secundum Panorm. in cap. j. de confes. & in cap. j. de testib. qui testificatur quòd vidit aliquem committere tale ma-

le maleficium: & tunc potest poni ad torturam ad inquirendum: vt dicit Pan. in c. cùm in contemplatione. de reg. iur. & not. gl. & Doct. in l. si quis. C. ad l. Iul. maie. & Bar. in l. j. §. ij. & l. maritus. & l. pe. ff. de quæs. & Bal. in l. fi. C. fami. er. & Sali. in l. fin. di. C. de quæstionibus. & Ange. in l. finali. ff. de quæstio. Sed intellige si testificatur super facto: vt, vidi Titium occidere. secus si super indicio: vt, vidi Titium cum gladio euaginato. de quo Bar. in l. fi. C. fami. er. & in d. l. fi. de quæs. & Pan. in c. tertio loco. de prob. & in c. super eo. el ij. de testi. Et simi liter confessio extraiudicialis rei, si est homo malæ vitæ & eõ ditionis: vt dicit Bar. in l. fi. de quæst. Item si inuenis inuenitur exire de domo pulchræ mulieris: vel cum ea inuentus est in locis secretis & aptis ad fornicandũ. vt no. in c. literis. de præsum. & huiusmodi: & ita videtur arbitrio iudicis relinquendũ quãdo indicia vnũ sufficiat, maximè si ꝓcedit ex officio suo. Concluditur ergo not. dictum Pan. in d. c. cùm in contemplatione. & Bar. in l. fi. de quæst. ꝙ quæ indicia sufficiãt ad quæstionem, non potest dari certa doctrina: sed relinquendũ est iudicis arbitrio. & similiter eius arbitrio relinquitur vtrũ sufficiat indicium vnum, vel plura requirãtur, secundũ Ange. in lib. de malefi. Adde etiam quòd duo indicia leuia cõstituunt vnum sufficiens ad torturam, secundum Bar. in l. fi. de quæst.

4 ¶ Tertiò quæritur, † vtrum sufficiant indicia, si reo nõ detur copia & aduocato suo? Et dico quòd non: vt l. custodiae. & ibi gl. Bar. Ang. & Imo. ff. de publi. iudi. quod limitat Ang. in l. fi vacantia. C. de bo. vacan. nisi quando iudex procedit ex mero officio suo, & non ad querelam: vt no. do. Ant. in c. qualiter & quando. el ij. de accus. ¶ Quartò quæritur, † vtrũ fama sit sufficiens indiciũ? Et dico quòd nõ, scilicet quo ad torturam, secundum Bar. in l j. §. idem Cornelio. ff. de quæst. nisi iungatur cum alijs indicijs. Fama tamen cum vno teste in ciuilibus facit plenam probationem, vt in c. veniens. el j. de testi. Secus in crimmalibus: & ipsa fola aliquando inducit purgationem canonicam: vt infrà Infamia. §. ij. Aliqui tamen volunt quòd infamia vehemens faciat indicium sufficiens. de quo vide Paridem vbi suprà. ¶ Quintò quæritur, † vtrũ particeps criminis interrogatus, vel sua sponte dicens, faciat indicium cõtra socium? Et dico quòd non: vt no. Bar. in l. j. §. si seruus. ff. de quæs. maximè cùm omne indicium debeat probari per duos testes: vt §. j. dictum est. Similiter nec pater, nec filius, aut alij commensales, de quibus in l. parentes, & liberi. C. de testa. vt not. Bart. in d. § idem Cornelio. & hoc quando nulla alia indicia vrgentia præcedant. Et ideo socius de socio non est interrogandus. l. fina. C. de accusa. Fallit in affinitate: vt not. glo. in l. non ideo minus. C. de accus. & in delictis in offensam generalitatis: vt no. Bar. in l. reperi. ff. de quæst. sicut sunt latrones, & huiusmodi: vide infrà Inquisitio. §. iij. particula v. Vnde licet vnus testis omni exceptione maior deponens directè super facto principali, puta quia vidit committi tale maleficium, faciat indicium sufficiens ad torturam, vt dictum est §. ij. tamen supradictus socius ex quo suum crimen est confessus, est infamis, saltem infamia facti, ideo qui non est testis omni exceptione maior. Vnde Bal. in c. j. §. Iacramentum. de consue. rec. feu. dicit illud dictum, scilicet vnum testem facere indicium, debere intelligi, si est virę probatæ vel bonæ opinionis: nec potest haberi suspectus familiaritate vel mala fama, aut alia causa iudicis arbitrio: ideò, secundum eum, infamis infamia facti non est idoneus testis, vt no. etiam ipse Bal. in l. fi. C. de requi. re. per not. ibi per gl. quod tñ fallit qñ de crimine agitur ciuiliter, secundum Pan. in c. quoniam. de testi. de quo vide ꝙ. Causa. §. v. Siverò agatur criminaliter, vide eundem in c. j. de conf. & dic quòd tunc materia est per Legistas & Canonistas inuoluta: & fortè dici posset quòd particeps criminis tunc facit indicium dupliciter. primò quando sine socio delictum committi non potuit, vt fornicatio, & so domia: & non apparet ratio quare magis nominet hunc socium quàm illum. & secundò generaliter, quando ex coniecturis tollitur illa præsumptio, qua ratione infamiæ suspectus est de veritate: vt quia non est astutus, nec subornatus, nec impœnitens, & res est verisimilis, & huiusmodi, quæ iudicis arbitrio relinquuntur: & maximè si procedit ex officio suo. Et ita sentit Bal. in c. j. §. sacramentum. de conf. recti fen. scilicet quòd stetur iudicis arbitrio. & tertiò in calibus, in quibus potest quis interrogari de socijs, secundum Ange. & Paridem vbi ꝙ. Quando autem possit quis interrogari de socijs, vide Panorm. in c. j. de confessis. & in c. quoniam. de testi.

¶ Sextò quæritur, † quid si essent duo vel tres testes singulares, iuxta dicenda infrà Testis. §. iij. & dico quòd nullo modo coniungi possunt ad faciendum indicium, nisi aliquis sit testis omni exceptione maior, vt dictum est §. ij. & v. & multò minus ad faciendam probationem. Ratio, quia cùm duo testes requirantur regulariter, vt dictum est, tales non sufficiunt: quia vnum quodque dictum de per se imperfectum est. & ita not. Bald. in l. si quis ex argentarijs. §. j. ff. de eden. & patet per not. ꝙ dominũ Ant. in c. licet. de testi. dum loquitur de probatiõe per testes singulares. Nec obstat qãvnus testis deponens super facto principali, iungatur cum probatione famæ: vt probatur in l. iij. §. eiusdem. ff. de testi. & per Bart. in l. admonendi. ff. de iureiur. Istud enim est, quia hic est perfectum, scilicet vnus testis integer, vt dictum est, & fama, quæ faciunt perfectum indicium: vt no. Bar. in l. de minore. §. si plures. ff. de quæs. Item non obstat quòd duæ probationes semiplenæ diuersi generis coniungantur ad vnam plenam faciendam, iuxta not. Bart. in d. l. admonendi. quia illud verum est quando coniunguntur ad eundem actum: sed diuersæ probationes diuersorum actuum & generum nunquam ad faciendam plenam probationem coniunguntur. Iste est casus, & ita deducit Bal. in l. obseruare. C. quorum ap. non re. & posuit do. Ant. in c. veniens. el j. de testi. Ex quibus infertur quòd duæ mulieres dicentes se peccasse cum aliquo, iungi non possunt ad faciendum indicium perfectum, nec ad arctandum ad veritatem dicendam, etiam cum aliquibus coniecturis, maximè cùm deponant de delicto in eorum corpore perpetrato, iuxta notata per Bartolum in l. si quis in graui. ff. de senatusconsul. Sillanianum. vbi dicit quòd nullum faciunt indicium & idem Ange. in l. secundo. C. de calumniatorib.

INDIGNATIO est iræ filia: quæ audire aut videre non valet eum cui irascitur: & communiter est venialis: mortale verò per accidens: vt fortè ratione scandali, vel quia negat loquelam aut responsum, vel huiusmodi, in casu, in quo diuino præcepto tenetur. de quo vide suprà Charitas. §. quarto & quinto.

¶ INDVCIAE secundum gloss. sum. iij. quæstione secunda, sunt quintuplices. Vide ibi.

De Indulgentijs.

1 *Indulgentia variè sumitur. & num. 3.*
2 *Indulgentia an sit aliquando ius commune.*
4 *Indulgentiarum quæ est ratio, & quod fundamentum.*
5 *Indulgentia ad quid valeant. & qua mensura. et nu. 6. 7. & 8.*
9 *Indulgentias qui possit dari. & nume. 11. & seq.*
10 *Ecclesia cui congregationi assimilatur.*
12 *Sacerdos an concedere possit indulgentias.*
13 *Episcopus nondum consecratus an concedat indulgentias.*
14 *Indulgentias quando concedant prælati hominibus sibi non subditis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

15 *Indulgentiæ à prælato concessæ vtrum summam, an sint nullæ.*
16 *Indulgentiæ an expirent morte concedentis.*
17 *Indulgentia reuocatio an debeat notificari.*
18 *Indulgentiam quibus ex causis facere liceat.*
19 *Indulgentiæ vt aliquis prosint, quid requiratur. & nu. 21.*
20 *Confessio an requiratur ad obtinendam indulgentiam.*
21 *Indulgentiarum clausulæ qualiter sint exponendæ.*
23 *Indulgentia an tollere possit penitentiam iniunctam.*
24 *Indulgentia plenaria à quo & quando detur.*
25 *Articulus mortis qualiter intelligatur ad obtinendã indulgẽtiã*
26 *Confiteri qualiter debeat quis in articulo mortis ad obtinendam plenam indulgentiam.*
27 *Venialia non confessa an impediant effectum indulgentiæ.*
28 *Forma absolutionis plenariæ.*
29 *Sacerdotem non oportet esse eum, qui plenam remissionem confitenti dat virtute bullæ.*
30 *Satisfacere an debeat quis, vt habeat indulgentiam.*
31 *Electio confessoris qualiter intelligatur.*
32 *Peccatum mortale tempore implexionis indulti an impediat indulgentiam.*
33 *Indulgentiam plenariam assequutus mox volat ad cælum.*
34 *Religiosi peccatis indulgentias indiscretas, qualiter puniãtur.*

INDVLGENTIA nobis per scripturã minimè innotuit, licet inducatur illud ij.Cor.j. Si quid donauiuobis. Sed nec per dicta antiquorũ doctorũ, sed moderniorũ. Dicitur enim Greg. indulgentiam septennem in stationibus Romæ posuisse: & quia ecclesia hoc facit & seruat, credendum est ita esse: quia regitur Spiritu Sancto. † Indulgentia ergo ab indulgeo dicta est, quod multa significat. primò scilicet gratiæ collationem: sicut papa alicui dicitur potestatem aliquã indultisse. Secũdò assiduitatem, alicuius exercitij vel operis: vt idem sit indulgere quod operam dare: sicut dicitur qs indulgere gulæ. & tertiò remissionem debiti vel actionis, cuius habetur ius aduersus aliquem: sicut qui habet actionem iniuriarũ aut pecuniarum indulget per remissionem: & Deus indulgere peccata dicit. Igitur per aliquã similitudinem ad prædicta indulgentia multa significat. de quo vide Arch. & Gem. in c. indulgentiæ. de pœ. & re. lib. vj. à quibus solũ dissentio in hoc: † quia indulgentiã dicunt aliquãdo vocari ius cõmune. xxiij. q. ij. interfectores. & xxxv. q. vj. de incestuosis. sed hoc nõ dicit propriè: sed quod aliquãdo fuit indulgentia, bene potest esse ius cõmune, secũdũ gl. in d. c. interfectores. † Vnde dico quòd in lulgentia primò significat cõcessionem gratiæ: vt lite pẽ. c. fi. de priuil. dudum. & secũdò ipsam alicuius operis assiduitatem, licet alio modo quàm verbum. & tertiò proprijssimè significat remissionem siue relaxationem debiti ex parte eius cui indulgetur, siue actiõis ex parte indulgentis: siue relaxat actionem in iuris rigore dispensando: vt dist. lxxvij. c. fi. in fine. de elec. dudum. el ij. siue pœnam, ad quã quis et obligatur. ij. q. iij. si quem. §. vnde. Et quia quantum ad effectum idem est remittere debitum, & dare vnde illud soluatur. Inde quartò dicitur indulgentia donatio illius, quo quis debitum soluit: sicut si factor vel œconomus alicuius magni domini de thesauris, quos habuit à domino vel seruis eius, eo volente daret debitori eiusdem domini vnde solueret illi, vel offerret ipsi domino pro eo, diceretur debitum indulgere: nõ quia indulgeat, sed quia facit vt illi debitum non imputetur à domino, ac si esset remissum. & sic sumitur indulgentia in ꝓposito, vt patebit per S. Tho. statim. Vnde indulgentia non est remissio pœnæ, vt diffinit Sum. Ang. nec relaxatio eiusdem, vt dicit Sum. Ros. quia ecclesia facit indulgentias quantum ad omnes pœnas: & tamen non absoluit ab omni pœna. Vnde S. Thom. in iij. dist. ij. q. j. art. iij. q. j. ad secundum. soluens illud motiuum, quia inferior ipso papa absoluere non potest à pœna, ad quam superior ligauit, ad est, Deus: dicit q̃ iste, qui indulgentiam suscipit, non absoluitur, simpliciter loquendo, à debito pœnæ: sed datur sibi vnde debitũ soluat. Est ergo indulgentia ecclesiastica, donatio alicuius sumpti de thesauro spirituali ecclesiæ facta peccatori, vt inde satisfaciat Deo pœnarum creditori. & hoc clarius patebit §. seq. ¶ † Primò verò quæritur, quid est fundamentũ & ratio faciendi hmõi indulgentias? Et dicit S. Tho. vbi ſ. sic: Ratio quare valere possunt indulgentiæ est vnitas corporis mystici, in qua multi in operibus pœnitentiæ supererogauerunt ad meniurã debitorum suorũ, & multas tribulationes iniustè sustinuerunt patienter, per quas multitudo pœnarũ poterat expiari, si eis deberetur. Quorum meritorũ tanta est copia, quòd omnem pœnã debitam nunc viuentibus excedunt: & præcipuè propter meritum Christi, quod & si in sacramentis operetur, non tamen eius efficacia in sacramentis includitur: sed sua infinitate efficaciã sacramentorũ excedit. Dictũ est aũt suprà, quòd vnus pro alio satisfacere potest. Sancti autem, in quibus superabundantia operum satisfactionis inuenitur, non determinatè pro isto, qui remissione indiget, huiusmodi opera fecerunt: alias absque omni indulgentia remissionem consequeretur: sed communiter pro tota ecclesia: sicut Apostolus dicit se implere ea, quæ desunt passioni Christi in corpore suo pro ecclesia, ad quam scribit. ij. Cor. j. & sic prædicta merita sunt communia toti ecclesiæ. Ea autem quæ sunt communia multitudini alicui, distribuuntur singulis de multitudini secundũ arbitrium eius qui multitudini præest. Vnde sicut aliquis cõsequeretur remissionem pœnæ, si alius pro eo satisfaceret: ita si et satisfactio alterius sibi per eum, qui potest, distribuatur. hæc ille. & est communis opinio Theologorum in iiij. dist. xx. & Canonistarum in c. indulgentiæ. de pœ. & re. lib. vj. & cle. vnica. de reli. & ve. sanct. & in d. c quod autem. Summa autem Anſg. ab isto fundamento declinãs dicit cũ Fran. de Mairo. qd̃ cùm merita sanctorum sint vltra condignum remunerata à Deo & exhausta, dantur solùm ex merito Christi & passionis eius. Sed istud argumentum fuit solutũ antequam factum à Pet. de Pal. in iij. ea. dist. sic dicente, opus bonum pœnale sanctorum dupliciter considerari potest. primò scilicet inquantum meritorum: & sic nõ transgreditur personã merentis, nisi solùm meritũ Christi, qui sibi & alijs meruit: & sic nullus plus meruit quàm acceperit vel accipiunus sit in seipso. Et secundò inquantum est satisfactorium: & sic multi sancti plus satisfecerunt quàm debuerunt. Quia ergo sancti plus sustinuerũt quàm meruerint, & non solùm animo merendi, sed etiam satisfaciendi: & pro se quidem primò, deinde pro omnibus indigentibus secundum intentionem ecclesiæ, &c. hæc ille. Ex eius dictis & Sancti Tho. elice quòd actu aut virtute tripliciter sancti fecerunt opera satisfactoria. Primò pro se. Secundò pro aliquibus determinatis personis vna vel pluribus. Tertiò pro ecclesia. Adde secundum eundem quòd liberatio à pœna tota vel parte eius est in sacramentis & indulgentijs: sed in indulgentijs ex solutione in sacramentis ex mera liberalitate Dei. quia dicere quòd in eis Deus nihil remittat nisi quantum sibi soluitur, aut de thesauro communi ecclesiæ, aut de thesauro cordis, vel corporis, vel auris, est dicere Deũ minus liberalem. hæc ex illo. ¶ Secundò quæritur, † vtrum indulgentiæ valeant, & ad quid: seu quæ pœnæ per indulgentias remittantur? Et dicit San. Tho. vbi suprà. quòd ab omnibus conceditur indulgentias aliquid valere: quia impium esset dicere, quòd ecclesia aliquid vanè faceret: sed ad quid valeant, fuerunt multæ opiniones, vt colligitur ab ipso ibi. & à glo-

Glosin cap. quod autem de pœn. & remiſſ. sed omnes aut fuerunt absurdæ quòd nec reprobare nec recitare eas dignũ est: vel reducũtur ad illã quam Sanct. Doctor ibi recitat, & quæ dicit quòd non valent ad absoluendum à reatu pœnæ, quam quis in purgatorio secundum iudicium Dei meretur: sed valent ad absoluendum ab obligatione, qua sacerdos obligauit pœnitentem ad pœnam aliquam, vel ad quam etiam ordinatur ex canonum statutis. Sed hæc opinio, inquit, non videtur vera. primò, quia est expressè contra priuilegium Petro dantum: vt quod in terra remitteret, remitteretur & in cœlo. Vnde remissio, quæ fit quantum ad forũ ecclesiæ, valet etiam quantum ad forum Dei. Et præterea ecclesia huiusmodi indulgentias faciens, magis damnificaret quàm iuuaret: quia remitteret ad pœnas grauiores, id est purgatorij, absoluendo ab iniunctis. Et ideo aliter dicẽdum quòd valent & quantum ad forum ecclesiæ, & quantum ad forum Dei ad remissionem pœnæ residuæ post contritionem & cõfessionem & absolutionem siue sit iniuncta, siue nõ. hęc illæ. id est, siue sit iniuncta per sacerdotem vel canones: siue non sit ab eis iniuncta, sed à Deo iniungenda. sic hæc est vera & communis opinio, quam sequitur Gofr. Ioan. Andr. & Panorm. in dicto cap. quod autem. & communiter alij Canonistę, ibi & Theologi in iiij. distin. xx. ¶ Tertiò quæritur † quantum indulgentiæ valent in remittendo prædictam pœnam? Et dicit Sanct. Thom. de hoc multas esse opiniones. ¶ Prima dicit quòd indulgentiarum valor mensuratur secundum internam suscipientis deuotionem, nec valent quantum prædicantur: sed ecclesia pronuntiat, vt quidam pia fraude homines ad benefaciendum alliciat. Sed contra, quia sicut scriptura iam non haberet robur authoritatis, si in ea deprehenderetur aliquid falsitatis, secundũ August. in epistola ad Hieronãta & ecclesia non haberet. ¶ Secunda dicit quòd valent quantum pronuntiantur secundum iustam æstimationem: nõ tamen dantis indulgentiam, qui fortè minus ęstimat quod dat: aut recipientis, qui minus parũ ęstimãdo posset quod datur: sed secundum iudicium bonorum pensata conditione personæ & vtilitate & necessitate ecclesiæ. Sed hæc opinio stare nõ potest. Primò quia secundum hoc indulgentiæ non valerent ad remissionem, sed magis ad quandam commutationem. & præterea prædicator ecclesiæ non excusaretur à mendacio: cùm quandoque indulgentia prædicetur longè maior quàm iusta æstimatio possit acquirere pensatis omnibus prædictis: sicut cùm adeunti vnam ecclesiam dantur septem anni, eiusmodi indulgẽtias Greg. Romæ instituit in stationibus. Adde quòd aliquando pro re minore prædicetur indulgentia maior, & pro eadem aliquando maior, aliquando minor. ¶ Tertia dicit quòd quantitas remissionis non mensuratur secũdum deuotionem suscipientis tantùm, nec eius quod datur: sed secũdum causam pro qua indulgentia datur: ad quam secundum quid homo accedit, secundum hoc cõsequitur remissionem indulgentiæ: vt in toto vel in parte: sed contra, quia secũdum hoc seruari non potest ecclesiæ consuetudo, quæ pro eadem causa interdum maiorem interdum minorem indulgẽtiam ponit: sicut rebus eodem modo se habentibus visitantibus vnam ecclesiam aliquando annis aliquãdo dies quadraginta dantur, prout gratiam facere voluerit papa indulgentiam concedens. † Et ideo dicendum quòd quantitas effectus consequitur quantitatem causæ: causa autem effectiua remissionis pœnæ in indulgentijs non est deuotio aut labor, aut datum recipientis, vel causa pro qua fiunt, sed abundantia meritorum ecclesiæ, quæ sufficit ad totam pœnam excipiendam: vnde non oportet ad aliquod illorum proportionare quantitatem remissionis: sed ad merita ecclesiæ, quæ semper superabundant: ideoque secũdum quod applicantur ad istum, remissionem cõsequitur. Ad hoc autẽ quòd isti applicentur, requiritur authoritas dispensandi huiusmodi thesaurum, & vnio eius cui dispẽsatur, ad eum, qui meretur: quod est per charitatem. & ratio dispensandi, secundum quam seruatur intẽtio eorum, qui opera meritoria fecerunt, qui fecerunt ad honorem Dei & vtilitatẽ ecclesiæ in generali: vnde omnis causa vergens in vtilitatẽ ecclesiæ & honorem Dei est ratio sufficiens indulgentias faciẽdi vnde & dari possunt pro temporalibus, nõ simpliciter, sed ordinatis ad spiritualia: puta represionem inimicorũ ecclesiæ pacem eius perturbantium, constructionem ecclesiarum, & pontium, & huiusmodi. vnde non datur ibi spirituale pro temporali, sed pro spirituali. Et ideo dicẽdum est quòd indulgentię simpliciter tantum valent, quãtum prædicatur, modo ex parte dantis sit authoritas: ex parte recipiẽtis charitas. & ex parte causæ pietas: quæ honorem Dei & vtilitarem proximi comprehendit: & in arbitrio dantis est taxare quãtum de pœna per indulgentiam remittatur: quia ista remissio est effectus clauis iurisdictionis, cùm nõ pertineat ad clauẽ ordinis, vt dicetur. talis autem effectus subiacet hominis arbitrio. nõ autẽ effectus clauis ordinis. nec in hoc fit nimis magnũ. forum de misericordia Dei, aut diuitiæ iustitiæ derogantur: quia nihil de pœna dimittitur, sed pœna vnius alteri cõputatur. Si tamẽ quis inordinatè remittat, ita quòd homines quasi pro nihilo ab operibus pœnitẽtiæ reuocẽtur: peccat faciens tales ingulgentias. & nihilo minus quis plenam indulgentiã consequitur. hęc ex Sanct. Tho. Ex quibus patet quòd si dicitur indulgentia esse decem dierum, valet decem dies. & si centum, valet centũ. & generaliter tãum valet quantũ sonat, modò adsint illa tria, quæ dixit Sanct. Thom. & adde quartum quod ipse tanquam manifestum tacuit, quòd seruetur forma concessionis, id est, fiat id quod mandatur, & sub cuius conditione indulgentia conceditur. ¶ Quartò quæritur, † quomodo intelligendus sit iste valor decem aut centum dierum, vel huiusmodi? Et dico quòd secundum cõmunem doctrinã præcipuè Albe. & Pisa. & Archid. est mens Sanct. Thom. cùm dicitur quòd tantum valent quantum sonant, intelligitur quòd si dicuntur dies esse centum, & sint tantùm nonaginta, sed sunt centum volentes tantùm ad remissionem pœnæ quãtum centum dies pœnitentiæ secũdum taxationem factam à iure vel sacerdote vel iniuncta diuina: quia isti dies nõ sunt dies cœli seu purgatorij, sed mundi. Et intendunt quòd isti dies centum rãtum valent, quantum si quis centum diebus faceret pœnitentiã secũdum communem iuris vel sacerdotũ vel iniunctiæ diuinæ impositionem factam vel faciendam, intelligendo quòd ista taxatio fiat secundũ diuinam iustitiã principaliter: secundũ canones verò ad arbitrium sacerdotis secũdariò, inquantũ taxant secundum iusticiam Dei nõ declinando ad minus, quia valerent plus: nec excedẽdo in plus: quia valerent minus: licet ad illud plus iusto impositum tam non teneretur peccator: quia esset illi remissum, nõ ratione indulgentiæ, quę nõ datur nisi in ordine ad verum reatum pœnæ & nõ existimatum: sed ex implicita voluntate imponentis, qui superueniente indulgentia non intendit ligare ad aliquid, si fortè plus iusto per errorem imposuit. Isti autẽ dies sic taxati nõ valent præcisè centum purgatorij: quia cùm fortè sit diuersum, fortè quòd dies non respondet diei, sed pauci diebus potest quis hic soluere pœnitentiã ibi longo tẽpore peragendam: ideoq; secundum prædictos, centũ dies indulgentiæ æquipollentes centum diebus pœnitentiæ nõ sunt dies purgatorij, cilicet quantum est ex intentione ecclesiæ: siue isti dies respõdeant illis siue non. Vnde secundũ Herue. in iij. dist. xx. & Pisanum & cõmunem doct

Universidad de Deusto
Biblioteca

doctrinam, sicut centum dies pœnitentiæ plus valent vni, quàm alij ratione maioris deuotionis.ita & centum dies indulgentiæ, ita scilicet quòd vnus per hoc abolere poterit magnum tempus purgatorij, puta annum: alius verò parvum,puta dimidium annum:quòd tamen locum habere nõ videtur vbi plenariè datur, vel pro aliqua determinata parte peccatorum:puta tertia, vel dimidia, & huiusmodi.Cum opinione prædictorum transit Supple. & Summa Rosel. sed Summa Ang. dissentit. Tamen ad hoc quòd illi dies plus valeant vni quam alteri ratione maioris deuotiõis:quia,inquit, videtur derogare verbis indulgentiæ,cùm dicatur quòd datur indulgentia tot annorum,& debeant intelligi de annis veræ & optimæ pœnitentiæ faciendæ:quia verba in potiori significato sunt intelligenda, & latissimè in beneficio Principis de verborum signification.cap.olim tibi.Sed istud suum motiuum nihil est:quia quæ dicit de latissima intellectione verborum, verum est, si hoc patitur intentio Principis per verba & alia indicia deprehensa: quod non est in proposito: quia cùm dicit papa,centum dies de iniunctis sibi pœnitentijs relaxamus: loquitur de pœnitentia explenda per istum, & non de optima explebili per alium deuotiorem.¶ Quintò quæritur de indulgentia ex parte dantis: † quis scilicet & qualiter eam dare possit &debeat? Et dico multa.¶ Primum. Sanctus Thomas in ista quæstion. fundamentum tribuit in quarto sententi.vbi 3.artic.iiij.quæst.j. sic virtualiter dicens, Indulgentiæ habent effectum secundum quod opera satisfactoria vnius comparantur alteri,non solùm ex vi charitatis,sed intentione operantis. aliquo modo ad illum directa. Sed intentio alterius ad alterum potest tripliciter dirigi.Primò in singulari:sicut cùm quis pro alio determinatè satisfacit:& sic quilibet potest alteri sua opera communicare. Et secundò in specialitate cùm quis orat pro sua congregatione & familiaribus & benefactoribus: & ad hoc ordinat etiam sua opera satisfactoria:& sic qui cõgregationi præest,potest illa alteri communicare, applicando intentionem illorũ qui sunt de congregatione sua, ad hunc determinati. Tertiò in generali:sicut cùm quis opera sua ordinat ad bonum ecclesiæ in generali:& sic qui præest ecclesiæ generaliter, potest opera illa applicare communicando intentionem suam ad hunc vel illum.Et quia homo est pars congregationis:& congregatio ecclesiæ ideo in intentione priuati boni includitur intentio boni congregationis, & boni totius ecclesiæ: ideo qui præest ecclesiæ,potest communicare ea, quæ sunt congregationis,& huius hominis: & qui præest congregationi, ea quæ sunt huius hominis:sed non conuertitur. Sed neque prima communicatio, neque secunda, indulgentia dicitur, sed solùm tertia,propter duo. Primò, quia per illas communicationes quamuis homo soluatur à reatu pœnæ quantum ad Deum:tamen si soluitur à debito faciendi satisfactionem iniunctam, ad quã obligatus est ex præcepto ecclesiæ, à quo etiam debito absoluitur per secundam.Secundò quia in vna persona vel in vna congregatione non est indefectientia meritorum, vt sibi & omnibus alijs valere possit: vnde iste non absoluitur à pœna debita pro tota, nisi tantum determinatè pro eo fiat,quantum debeat. sed in ecclesiâ tota est indefectientia meritorũ præcipuè propter meritum Christi: ideoque solus ille, qui præficitur ecclesiæ, potest indulgentiam facere. †Sed cùm ecclesia sit congregatio fidelium,cõgregatio autem hominum sit dupler,scilicet œconomica,vt eorũ qui sunt de vna familia:& politica,vt eorum qui sunt de vno populo: ecclesia assimilatur congregationi politicæ: quia ipse populus ecclesia dicitur: sed cõuentus diuersi vel parochiæ in vna diœcesi similantur congregationi in diuersis familijs vel officijs. Et ideo solus episcopus propriè prælatus ecclesiæ dicitur:ideoque ipse solus quasi ipsius anulum ecclesiæ recipit: ideoque solus habet plenam potestatem in dispensatione sacramentorum, & iurisdictionem in foro causarum, quasi persona publica:alij autem secundum quod illis ab illo committitur.Sed sacerdotes, qui plebibus præficiuntur,non sunt simpliciter prælati,sed quasi coadiutores: vnde in consecratione sacerdotum episcopus dicit: Quantò fragiliores sumus, tantò magis his auxilijs indigemus propter quod etiam non omnia sacramenta dispensant. Vnde sacerdotes parochiales vel abbates, aut alij huiusmodi prælati non possent huiusmodi indulgentias facere: hæc illæ: qui intendit quòd hoc potest papa ex propria authoritate:episcopus verò eo ipso quòd est episcopus ex commissione generali papæ hoc potest particulariter in ordine ad subditos suos: reliqui verò solùm ex cõmissione speciali. & hoc etiam innuit Hostiensis.¶ † Secundum.Secundum Doctor.in cap. quod autem.& in capit.cùm ex eo.de pœnitentijs & remiss.indulgentiam concedere potest, primò solus papa plenariè in toto orbe:quia solus assumptus est in plenitudine potestatis,dicto cap. cùm ex eo.& xxiiij. quæst.j. quodcunque. & secundò legati domini papæ possunt concedere perpetuam in terminis suæ legationis,sicut & statuta perpetua facere.de officio legati.cap. final. in text.& in glossi. Et tertiò archiepiscopus in sua prouincia, & episcopus in sua diœcesi:modò non excedant summam dictum quadraginta, etiam si detur à pluribus, vel vnum annum in dedicatione Basilicæ, & non plus, etiam si dedicetur à pluribus: vt in dicto cap.cùm ex eo.& cap.nostro. eodem titulo.& not. Card. in clement.ij. de pœnitentijs & remiss.quod Innocen. in dicto c.cùm ex eo.limitat nisi in foro pœnitentiali,in quo poterunt concedere plures annos,modò faciant discretè. & idem Geminian.in cap.indulgentia.de pœnitentijs & remiss.libro vj. & idem Ioann. And. Et quartò alij prælati inferiores,siue seculares, siue regulares, vt abbates & huiusmodi, ex speciali concessione aut priuilegio,vel causa legitima: puta præscriptione,non aliter:vt in capite,accedentibus.de excessib.prælat.quia hoc est dignitatis episcopalis,vt in textu in dicto capite,accedentibus. possunt tamen communicare bona sui collegij. †Et quintò omnes sacerdotes in foro pœnitentiali dare possunt indulgentiam his, quos possunt absoluere, secundum Summam Angel. & Rosel.contra Supplemen.quæ adducit ad hoc multos Doctores.Sed ex præmissis patet hoc esse impossibile propriè loquendo: Doctores autem, quos allegat,nihil aliud sentiunt, nisi quòd sacerdos potest peccatori debitam minuere peccatori, non applicando meritum per modum indulgentiæ,sed augendo erubescentiam & contritionem virtute clauium, & exhibendo ministerium in sacramento, in quo Deus aliquid remittit:& orando pro peccatore:& etiam minuendo pœnam canonum,& ab alio iniunctam, in casu, quo minui & mutari potest quantum ad aliquid particulariter iniunctum: sed non sic quin verè peccator teneatur ad illud, aut ad æquivalens si illud meruit hic vel in purgatorio:quod facit indulgentia. ¶ Tertium.† Electus & confirmatus in episcopum, sed nondum consecratus, concedere potest indulgentias,si est presbyter,secundi Hostiensi.in dicto cap.accedentibus. & non aliter.Ioann. autem Calderpost sanctum Thomam tenet quòd etiam si non sit sacerdos,hoc potest.& idem in legato.& idem Panorm.quia posse concedere has indulgentias, consequitur iurisdictionem, quam diaconi, & alij non sacerdotes possunt habere vel cõmissam,sicut legativel ordinariam,sicut electi, licet non cõsecrati in episcopos aut sacerdotes:vt in cap.ex tranmissa.de elec.nec tollitur per peccatum dicta potestas quandiu ab ecclesia tolerantur,secundum Ray.& Host.& facit e. 14 dictum est.j.q.j.¶ Quartum.† Non possunt autem dicti prælati indulgentias cõcedere non subditis suis. vnde secundum Petrum de Palu.præcisi,quia non habent subditos, non possunt indulgentiam facere. Pallit quod dictum est in duobus casibus.Primò in cap.nostro.de pœnitentijs & remiss.vbi archiepiscopi concedunt simpliciter per totam prouinciam,licet non sint eius subditi,nisi in casibus iure expressis: quod tamen intelligo quo ad non habentes ibi domicilium. Secundò quando illi, qui volunt eas accipere, habent licentiam à proprio episcopo,secundum aliquos:vt not.Innoc.in c. quod autem.de pœn.& re.imò secundum alios de licentia proprij sacerdotis parochialis.& cum hoc transit Hostien. Guliel.in Spe.dicit tutius esse quòd habeatur consensus episcopi:& sufficit,secundum eum,cõsensus metropolitani.d.c.nostro.Addit etiam idem Gul.ibi quòd ex causa potest episcopus statuens in sua diœcesi concedre vt indulgentiæ suæ prosint venientibus de diœcesi aliena,cum episcopi scilicet proprij consensu.& facit d.c.quod autem. non tamen posset concedere quòd indulgentiæ ab alijs episcopis in eius diœcesi concessæ valeant:quia in primo casu illue accedentes quodam modo forum consequuntur.de foro comp.Romana. §.contrahentes.lib.vj.in secundo verò alienam diœcesim, vt ibi iudicent, ingrediuntur,in qua alienum parochianum ligare aut soluere non possunt:alioquin vnus episcopus posset centum annos indirectè concedere. Ex quo patet quòd literæ habitæ à diuersis episcopis dantibus indulgentias his, qui aliquibus faciunt eleemosynas,non valeat, nisi subsint episcopo facienti,vel habeant licentiam à proprio episcopo vel sacerdote,vt taler indulgentiæ eis prosint:de fo.comp.significasti.de pœ.& re.quæ autem.vbi dicit Pan.quòd tutum &valde expedit est volens peregrinari & pia loca visitare, licentiam habeat à proprio iudice participandi indulgentijs alienis. quod tamen de 31 indulgentijs papæ non intelligitur.ix.q.iij.cuncta.¶ Quintũ. †Si dicti prælati concedunt indulgentiæ vltra dictam summam,non valent:vt in c.indulgentiæ.de pœ.& re.lib.vj.quod gl.ibi intelligit quo ad excessum,non quo ad terminum concessum:sed Gemi.in c.si eo.ti.& lib.dicit secundum Ioan. Mo. quòd talis indulgentia est omnino nulla:per tex.qui dicit, tamen quòd statutum generalis concilij non excedatur:& consequenter videtur potestas eorum limitata in tantum, quòd si statutum excederent,potestatem non haberent:& sic videretur facta à non habente potestatem.Sed prima opinio est verior:quia vt dicit Io.And.hic est quædam liberalitas.& in his & in donationibus dicimus,quòd valent pro parte vsq; ad modum legitimum: & in residuo non.& hoc videtur approbare Pan.in simili de quinquagesima episcopi,aut centesima:de quo suprà Donatio primò. §.xvij.¶ Sextum in largitione indulgentiæ concurrunt multi, puta archiepiscopus & episcopus:vt quia vterq; eam dat facientibus tale quid, puta quia vterq; in consecratione alicuius basilicæ dat annum:dico secundum Host.in d.c.ex eo.& Dire.in libro primo,quòd subditi episcopi habebunt vtranq;, puta bi:enimum:alij verò comprouinciales alteram tantùm, scilicet archiepiscopalem. Si verò episcopus dedit xl.dies indulgentiæ,& successor eius totidem,non valet vtraq;,secundum Geminian.c.fi.de pœ.& re.lib.vj.ex mente Io.And.in addi.Spe.quia per talem multiplicationem veniri posset contra consilium c. cùm ex eo.supra allegatum.¶ Septimum.† Indulgentiæ durant post mortem concedentis,secundum Inn.in c.quod translationem de offi.leg.& facit quod no.Lap.in c.fi.de referi.lib.vj. & sequitur Gemi.ibi.& similiter facit quod no.glo.& Doc. in c.cùm ad hoc.de cle.non re.& Land.in cle.fi.de elec. Et facit ad literas quòd salvus conductus non expirat morte concedentis. pro quo etiam vide glossam singularem in ca. cùm ex eo.de elect.lib.vj.Nec obsti.l.fi.ff.de pœ. quia loquitur in pœnalibus.& idem dicit glo.in c.fin.de offi.legati. de indulgentijs, quas legati concedunt subuenientibus ad reparationem pontium vel loci religiosi:quia durant post finitam legationem, quemadmodum & eorum statuta:etiam si in eis contineatur pœna excommunicationis.& consentit ibi Pan. secus de indulgentia seu licentia,puta eligendi sibi confessorem, vel non residendi in beneficio:sed tenet quòd expirat morte concedentis,seu finito eius officio: nisi facta cum causæ cognitione & consensu sin capitul:quia est in præiudicium ecclesiæ. Et sic tene quòd in concessione præiudicatina gratia concessa per inferiores papa fine causæ cognitione expirat: sed secus si concederetur à papa,vel non esset alteri præiudicatiua: adde vel concederetur authoritate papæ: vt suprà Gratia.§.ij. Et sic concordant Docto. Et idem dic de indulgentijs aliorum prælatorum,secundum Petrum de Palude, quòd scilicet non finiuntur morte concedentium, nisi per accidens subsequatur alia eiusdem rationis.quæ priorem non compatiatur,vt suprà particula priore: destruuntur tamen secundum Petrum de Palude, destructo totaliter loco,vt reædificatione indigeat. Et ratio esse potest, quia concedentur authoritate papæ:& non præiudicant.¶ Octauum. †Revocatio indulgentiæ ante certificationem non nocet, 17 secundum Gemin.de concessione præben.capite primo.lib. vj.sed ipsa durat quousque certificati fuerint illi,quibus concessa est:nisi in revocatione esset clausula decreti, vel quid simile,per quod expresse appareret de voluntate papæ contraria.Et huius exemplum est: quia olim Calistus concessit indulgentiam dantibus subsidium,&c.quam successor revocauit: & tamen secundum docto.in d.cap.j.illi qui subsidium dederunt medio tempore, scilicet à die revocationis vsque ad diem notitiæ,illa habuerunt.De priuilegio autem vtrum sumat vires statim à concessione,infrà Priuilegium.§.vltim. ¶ Nonum.Quæstoribus indulgentiæ dandæ sunt sub forma, quæ habetur in d.c.cùm ex eo.¶ Sextò quæritur, †quibus ex 18 causis possit quis facere indulgentiam? Et dico multa.¶ Primum.Secundum communiter doc. fieri potest indulgentia pro Dei laude &gloria,quæ præcipuè relucet in sanctis eius, qui honorãtur in constructione ecclesiarum,& commemoratione suarum virtutum. Et ideo rectè datur indulgentia ædificantibus ecclesias, celebrantibus festa sanctorum, astantibus prædicatiõi & diuinis officijs.Item p cõmunivtilitate:vt fidei defensione,terræ sanctæ.promotione studij,& huiusmodi.¶ Secundum. Potest etiam dari pro spiritualibus tantùm:sicut Inno.quartus dedit orantibus pro rege Franciæ indulgentiam decem dierum: vt refert Sanctus Thomas in Quarto.non autem pro temporalibus tantùm: sed vt ordinantur ad spiritualia,vt dictum est. ¶ Tertium. Non potest autem dari pro remissione iniuriarum:quia secundum Sanc. Bona.in hac datione debet attendi aliquid,quod sit meritorium,& non necessitatis, cuiusmodi est dicta remissio. ¶ Septimò quæritur, † quot requirantur ad hoc vt indul- 19 gentiæ aliquibus valeant? Et dico multa. ¶ Primum. Secundum Petrum de Palude, requiruntur quatuor. Duo quidem ex parte dantis: primò scilicet authoritas, de qua suprà. §. v. particula secunda. non autem requiritur bonitas: quia,vt dicit Sanctus Thomas, potestas faciendi indulgentias consequitur iurisdictionem quæ per peccatum mortale non admittitur:& secundò causa rationabilis,id est, opus ad honorem Dei,vel ad vtilitatem ecclesiæ,seu proximi. Ex quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo infert Archi. & S. Tho. quòd papa non potest ad libitum
ouacuare purgatorium: quia hoc esset indiscretum & irratio-
nabile. Ad hoc autem quòd indulgentia valeat, requiritur cau
sa conueniens, vt dicit S. Tho. in iij. dist. xlv. Et similiter duo
ex parte suscipientis: primò scilicet vt sit in statu merendi, id
est, in charitate. vnde non valent existentibus in mortali, fal-
tem pro tunc: quia manente causa, id est, culpa vel offensa, ef-
fectus, id est, reatus pœnæ tolli non potest. Secundò vt faciat
illud, pro quo indulgentia datur: voluntas autem faciendi
illud, sufficit quidem quantum ad merendi augmentum gratiæ
vel gloriæ, sed non quantum ad remissionem pœnæ seu ade-
ptionem indulgentiæ, secundum S. Tho. & Per. Summa aût
Aug. ponit alia duo. primò scilicet quòd accipiens et edat ec-
clesiam habere hanc authoritatem. sed hoc reducitur ad esse
in charitate. Secundò quòd sit subditus dantis. sed hoc redu-
ao citur ad habere authoritatem. ¶ Secundũ. † Confessio actua-
lis non requiritur necessariò, etiam de mortalibus, quamum
est ex natura talis cõcessionis, secundũ omnes: sed sufficit cõ-
tritio, quæ non est sine charitate: requiritur verò actualis con
fessio ti hoc intendit indulgentiæ largitor. Vtrum hoc intendat, vel non intendat, cùm dicit, verè confessis & contritis: li-
cet probabiliter aliqui dicant quòd sic, ita quòd intendit da-
re solùm his qui post confessionem non incidérunt in morta
le. nihi tamen, probabilius videtur quòd intendat dare omni-
bus quibus potest, si semel in anno sunt confessi, vel volunt
confiteri, id est, omnibus qui sunt in charitate, facientibus, id
pro quo datur: quia papa non largitur indulgentiam, vt sup-
pono, principaliter vt inducat ad confessionem, sed ad aliud, pu
ta eleemosynam, vel huiusmodi. Vnde quod dicitur, confes-
sis, intelligitur secundũ Per. de Pal. in proposito vel, secundũ
alios, quod tamen fortè idem est, intelligitur confessis: secun
dum statutum ecclesiæ, id est, semel in anno. adde, vel confite
ri volentibus. Et hanc opinionem expressè tenet Pan. in c. o-
mnis. de pœ. & re. & Io. And. in d. c. qd autem. & gl. in cle. vni
ca. de reliq. & ve. sanct. & Imo. & Car. ibidem. & sic fuit respõ
sum & declaratum in concilio Constantiensi, sicut habetur
in quodam libello scripto manu reuerendi quondam patris
fratris Ioannis de Galopia ordinis Prædic. viri docti & veri-
dici. debet tamen quisq; confiteri: quia plerunq; homines ma
ximè seculares credunt se contritos, & sine solùm attritione
tamen per confessionem de attritis fiunt cõtriti. ¶ Tertium.
Charitas actualis necessariò requiritur de mente dantis: qui in
distinctè dicunt requiri charitatem. Are. tamen ex hoc quòd
aliquando dicitur, & confessis, vel qui intra mensem fuerint
confessi, arguit quòd videatur ex mente & pactione cõcedẽ-
tis, quòd qui non est in statu merendi, recedente fictione ef-
fectum recipiat. quod quia est possibile & ex concedentis vo-
luntate dependens, pium est dicere quòd sit verũ: quia, vt di
cit gl. in d. cle. vnica, huiusmodi concessiones non decet nec
expedit amarè interpretari. tum etiam quia verisimile est q;
concedens sic virtualiter intendat: & sic exprimeret, si de hoc
cogitaret: quia verisimile est quòd intendat his, quæ faciunt
id, pro quo datur indulgentia, eam valere omni modo quo
est possibile. Et ideo nullus, quantũcunq; in mortali existens,
cesset ab indulgentia capienda: quia fortè aliquando conte-
41 retur, & illam consequetur. ¶ Septimò quæritur, † quibus in-
dulgentiæ valere possint? Et dico multa. ¶ Primum. Existen-
tibus in mortali indulgentiæ non valent quantum ad remis-
sionem pœnæ secundum omnes: imò nec ad acquirendam
gratiam secundum S. Tho. quamuis hoc aliqui dixerint: quia
licet merita per indulgentiã dispensata ad hoc possint vale-
re, non tamen propter hoc dispensantur, sed determinatè ad
remissionem pœnæ. Si autem fieret communicato per hunc
modum, facio te participem meritorum totius ecclesiæ, vel
vnius congregationis, aut specialis personæ, sic valere posset
ad merendum aliquid ei, qui est in mortali. hæc ille. ¶ Secun-
dum. Valent autem secundum S. Tho. etiam religiosis, si ob-
seruent tenorem bullæ: vt scilicet de licentia prælatorum
dent aliquid aut faciant: quia non sunt peioris conditionis
quàm alij: non tamen per eas remittuntur illis impositæ in
foro capitulij: quia illud non est pœnitentiale, sed iudiciale.
Nec tamen oportet religiosos exire claustra pro indulgen-
tijs: quia licet illæ plus valeant quo ad remissionem culpæ
quàm obseruantia: econtrariò tamen est quo ad acquisitio-
nem præmij, quod est melius. hæc ex illo. ¶ Tertium. Valent
etiam, secundum eundem in quarto, di. xlv. defunctis. si conti-
netur in tenore bullarum, modò pro eis faciat aliquis quod
mandatur: vtrum autem eis valeant per modum indulgentiæ
vel suffragij, modò non est curandum. ¶ Quartum. Prælato
autem, qui illas concessit, etiam si faciat id, pro quo concessa
fit, non valent, secundum Vin. in d. c. cùm ex eo. & Gul. in Spe.
& Arch. in d. c. indulgentiæ. C. ne quis in can. fu. l. j. & l. inquisi-
tio. C. de solu. Sed verius S. Thom. & alij Theologi in quarto
dist. xx. dicunt quòd licet principaliter non possit sibi præla-
tus indulgentiam dare, quia scilicet non habet causam et se
prouocet ad ea, quæ vergunt in Dei honorem, & vtilitatem
ecclesiæ, gratia cuius datur indulgentiæ, quia horum cura
est illi comissa: tamen data alijs vti potest iuxta eadem for-
ma. & idem tenet Gasper in d. c. nostro. & sequitur Gemi. in d.
c. indulgentiæ. de pœ. & re. lib. vj. & facit quod no. doc. in c. per
venerabilem. qui fi. sint leg. vbi princeps legitimare potest
filios suos nõ tanquam pater, sed tanquam princeps. & sic ge
der priuilegio, quo & cæteri participes. ¶ Octauò quæritur,
† quomodo intelligenda sunt multa, quæ circa indulgentias
dicuntur & fiunt? Et dico multa. ¶ Primum. Cùm datur indul
gentia porrigentibus manus adiutrices, vel dantibus aut illi,
aut facientibus hoc vel illud, secundum S. Tho. & S. Bo. intel-
ligitur si hoc faciant secundum quod eis congruit. Vnde si
pauper dando vnum denarium totam assequitur: non ratio
idem erit de diuite, qui dando obolum non dicitur dare ad
lium pro quanta tñ parte faciet id, quod mandatur, pro tanta
habebit indulgentiam, vt innuiterep; eorum, licet aliqui tem
tiant contrarium. Prædicta tamen intellige quando in bulla
tur aliquid generaliter & indeterminatè: secus si determina-
tè vt dare aureum: vel dicere semel Aue Maria. quia in talí-
bus non exquiritur decentia personæ vel status, sed effectus
operis impositi. ¶ Secundum. Cùm datur facientibus certum
quid determinatè, vel etiam generaliter & indeterminatè eo
quantum ad ipsam indulgentiam & remissionem pœnæ, non
refert vtrum illud fiat cum magno laborevel sine quia indul
gentia non proportionatur labori, sed meritis dispensantis
cet referat quantum ad meritum. Vnde dicit S. Tho. in quar
to. q. clerici & alij ecclesiæ vicini æqualiter habent indulgen-
tiam sicut aduenæ, nisi aliquid exprimatur in formatel non
æqualiter merentur. ¶ Tertium. Cùm datur indulgentia fa-
cientibus certũ quid, puta visitantibus aliquam ecclesiam de-
terminetur tempus, puta à vespera ad vesperam, vel vsq; ad
tale tempus, secundum S. Tho. intelligitur facientibus tempel
tantùm. sed si sit perpetua, intelligitur toties quoties: sicut in
ecclesia beati Petri Romæ est indulgentia perennis x. die-
rum & consentit Io. Cal. alleg. cap. j. de fil. presby. dis. vj. & c.
non potest. de præben. lib. vj. & sequitur Io. And. & Gem. In-
no. tamen & Gul. in Spe. tenent quòd etiam si tempus est de-
terminatum, intelligitur toties quoties. Et hoc sequitur Sum
Ange. & Ros. contra Supple. Sed opinio beati Thomæ præ-
cticatur, & est in consuetudine, quæ est optima legum inter-
pres: vnde & communiter illam approbant doc. in c. fi. de pœ.
& re. lib. vj. & sequitur Alb. & Felin. in suo trac. de indulgentia.
¶ Quartum. Cùm datur indulgentia aliquorum dierum vel
temporum, forma inspicienda est. Nam si dicitur xl. dies vel
annos de iniunctis pœnitentijs, remittuntur solùm pœnæ in-
iunctæ à sacerdote in foro pœnitentiæ. si xl. dies simpliciter,
sic remittuntur pœnæ quadraginta diebus peragendæ ex ra
xatione diuinæ iustitiæ vel canonum aut sacerdotis conformi
ter ad illam, id est, claue non errante. Si dicitur, peccatorum,
de quibus fuerint ore confessi: secundum aliquos non remit-
tuntur non confessa: siue quia sunt oblita, siue quia sunt ad-
missa post confessionem. sufficit tamen quo ad oblita secun-
dum Arch. confessio generalis. Si dicitur, tertiæ partis pecca-
torũ illa ita remittitur in foro ecclesiæ & Dei, ac si p pœni-
tentiam esset abolita. quorum omnium fundamentum est,
quia tan. ũm valent, quantum sonant. non sunt tamen amarè,
sed piè, interpretandæ, vt dictum est. ¶ Quintum. Dies vel an-
ni indulgentiæ an sint vtiles vel continui. Pan. post Host. in
c. cùm ex eo. de pœ. & re. dicit quòd dies sunt vtiles, anniverò
continui. Et vult dicere quòd si alicui iniunctum est ieiunare
xl. dies continuè, vel etiam interpolatè, acceptа indulgentia
xl. dierum erit absolutus. Si verò iniuncta est pœnitentia an-
nalis, etiam si non sit continuè, sed certis diebus septimanæ
peragendo: puta ieiunando sexta feria, qđ est ieiunare lij. dies
in anno, illa aboleri nõ pot per indulgentiã totidem dierũ,
sed solùm per annalem: quod verũ puto quando datur annus
indulgentiæ quo ad pœnas iniũctas: si autem daretur annus
simpliciter, puto quòd esset vtilis: ita quòd cui iniunctũ est ie
iunare duobus annis alternatis diebus, habito vno anno indul
gentiæ simpliciter, absolutus est: quia idem est vnus annus,
quod dies ccclxv. ¶ Nonò quæritur, † vtrũ is qui indulgentiã
pœnitentiarum iniunctarum ritè consecutus est, teneatur il-
las explere: puta si alicui iniuncta erat pœnitentia septennis,
& indulgentiam septennem assecutus est? Et dico quòd non:
quia per contritionem pœna æterna dimittitur, & in tempo-
ralem commutatur. de pœn. dist. j. verbum. Temporalis verò
per satisfactionem aut per indulgentiã, quæ illi æquipollet.
vnde per indulgentiam satisfactionem enervatur pœniten-
tialis satisfactio: vt in dicto c. quod autem. Et ibi Pan. repro-
bat opinionem dicentium indulgentias prodesse quo ad pœ
nitentias hic iniunctas, dummodo sacerdos iniungens hoc cõ
cedat, vt cõpensari possit pœnitentia cum indulgentia, & nõ
aliter: dicens quòd dicta opinio nimis restringit potestatem
& effectum indulgentiarum: quia cùm proficiscantur ex the
sauro ecclesiæ, cuius potestatem habet papa, prodesse debent
omnibus, quibus ille concedit, vel alijs ab eo habens pote-
statem. vnde non est necessaria licentia sacerdotis. Non ta-
men propter indulgentias cessandũ est in hac vita ab operibus
pœnitentiæ, secundum Sanct. Thom. & communiter omnes
Doctores tum quia vt dicit Sanct. Tho. opera pœnitentiæ non
solùm sunt in satisfactionem, sed etiam in remedium contra
peccata, præcipuè quia interdum quis debet plura quàm cre-
datur tum etiam quia nescitur an sacerdos pœnitentiam debi-
tam totam iniunxerit: & consequenter ad aliquid eius non
iniunctum, & per indulgentiam ex consequenti aliquando
non relaxatum teneamur. Summa tamen Ros. innixa glo. in
cemensurã. de pœ. dist. j. dicit quòd sufficit pœna minor iniun
cta à suo ordinario iudice siue sacerdote, si hoc fecit animo
dispensandi: & similiter si per errorem fecit, & credebatur
peritus. Sed ista non bene dicuntur loquendo de ea, quæ est
minor debito post remissionem quam fecit Deus authoritate
sua in sacramento pœnitentiæ, vel homo per modos dictos
supra §. v. particula secunda. in fi. vel consimiles. & hoc patet

per S. Thom. vbique. Decimò quæritur specialiter, quid iuris
de indulgentia plenaria, maximè in articulo mortis? Et dico
multa pertringendo breuiter, de quibus diffusè Arch. in ter-
tia parte, tit. x. c. iij. §. iij. & v. ¶ Primum. † Indulgentia plena 24
ria solùm à summis pontificibus datur: primò omnibus cer-
tum locum visitantibus simpliciter, id est, omni tempore, vt
de sepulcro Domini. Secundò omnibus visitantibus certum
locum certa die intra annum: vt de ecclesia sanctæ Mariæ
angelorum Ferrariæ ordinis prædicatorum: & omnia bona hea
tæ peccatrices per Eugenium quartum: & illæ perpetuò du-
rant, nisi renouentur. Tertiò omnibus facientibus certum
opus: vt assumentibus crucem contra infideles. Quartò cer-
tis nominatis personis in vita vel in morte facientibus certo
tempore in bulla taxato aliquod opus: & hæc sine dubio du-
rat post mortem concedentis, per reg. decet concessum à prin
cipe beneficiũ esse mansurum. libro sexto. Quintò visitanti-
bus certas ecclesias verbis certis diebus tempore iubilæi, quę
indulgentia plenaria vulgariter dicitur de culpa & pœna. qđ
propriè non est verum, quia solus Deus culpam remittit. sed
ideo sic dicitur, quia ibi remittitur culpa à Deo in contrimo-
ne, quæ præexigitur: & pœna à papa per indulgentiam quæ
sibi sequitur. ¶ Secundum. † Articulus mortis in hac materia 25
nisi, aliud exprimatur, non est articulus verus, quo scilicet
quis moritur: sed præsumptus, quo quis æstimatur secundũ
communem iudicium moriturus: sicut & in extrema vnctio-
ne. Vnde qui in articulo præsumpto absoluitur, consequitur
effectum indulgentiæ, & gratia expirat in posterum. quod
non esset, si in forma diceretur, & cui quo non moriaris, ti-
bi reseruetur gratia ista in finem: quia tunc nec effectum cõ-
sequitur, nec gratia expirat. ¶ Tertium. † Qui in huiusmodi 26
articulo vult huiusmodi indulgentiam consequi, non habet
necessariò confiteri de peccatis aliàs confessis: nec etiã gene-
raliter: quia remissio in tali casu facta non est sacramentalis:
ideoq; peccatorum notitia non requirit, aut formam absolu
tionis sacramentalis sed præsupponit: nec hoc exprimit for-
ma indulti: quia non dicit, ore confessus tibi: sed confessus
simpliciter. oportet tamen cõstiteri mortalia post collatio-
nem admissa. Et si loquetur, & non viuum rationis amisisset,
posset consequi remissionem pœnæ vigore indulti per signa
æquipollentia confessionis: non autem si nullo modo potest
intimare talia peccata, vt videtur: quia nunquam est ea con-
fessus. similiter nec si vsum rationis amisit post mortale, de
quo est contritus: quod quia forsitan non potest, nisi quis in no
torio vsq; ad illud vltimum manifestet, potest facere dis facere
quod in se est, vt illi absolutionem tribuat, & plenam remis-
sionem. ¶ Quartum. † Venialibus quoq; non confessis indul 27
gentiæ valor non tollitur, si mortalia sunt confessa, & con-
tritio de venialibus adest: quæ si non adsit, licet non impe-
diatur quis à salute, quia gratiam venialia non tollunt: im pe-
diretur tamen remissio pœnarum provenialibus debitarum:
quia pœna non remittitur culpa remanente, etiam venali.
¶ Quintum. † Forma verò absolutionis aut remissionis ple- 28
nariæ quæ ad clauem iurisdictionis pertinet, ea est sicut ab-
solutio sacramentalis à peccatis, quæ scilicet habet certam
formam: quæ nec mutari, nec ab alio quàm à sacerdote pro-
ferri potest cum effectu: sed caret determinata forma: & po-
test sine certa forma concedi: vt dicendo, sic faciens sic ha-
beat: sed tamen illa debet esse forma eius quam indulti de-
cernit, quod quia communiter habet quòd cõfessor plenam
remissionem tali personæ largiatur: & cõsequenter hæc de-
bet esse forma: Authoritate sedis apostolicæ mihi pro nunc
cõmissa, concedo tibi plenariam remissionem omnium pec-
catorum tuorum, de quibus es contritus & ore confessus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

præterea quæ ex confidentia huius indulti commisisti. hæc ex Archi. Sed intellige quòd ista est conueniens forma: Authoritate apostolica mihi in hac parte commissa, concedo tibi plenam indulgentiam omnium peccatorum tuorum. quod autem additur, de quibus &c. verum est solùm si hoc ex primatur in indulto. ¶ Sextum. † Non est necesse, concedentem hanc remissionem esse sacerdotem, nisi hoc expressè in commissione mandatur: quia si dans potest nõ esse sacerdos, ergo & ex quens: imò sicut sine forma, ita & sine ministro dari potest. imò si dicatur quòd minister sit idoneus confessor, non addendo, sacerdos: potest esse laicus, si sacerdos vel clericus haberi non potest. & confessio talis facta, quæ non est sacramentalis, valet ad consequendam indulgentiam per istum, etiam si forma non utatur, sed quibuscunq; verbis æqui pollentibus. ¶ Septimum. † Cùm in forma huiusmodi indulti continetur quòd satisfaciat, si habet alij satisfacere, intelligitur si potest. vnde si aliàs est bene dispositus, fructum consequitur indulgentiæ & remissionis. ¶ Octauum. † Si quis ante electionem confessoris priuetur vsu rationis, si in sanitate mentis constitutus dicit tibi in tali casu velle impartiri absolutionem per quemcunq;, poterit sacerdos eam impendere quantum ad omnia, his exceptis, quæ ex forma indulti excipiuntur imò sufficit si hoc habitualiter intendebat, licet dicto modo non elegerit. imò & aliquibus videtur quòd etiam laicus poterit in absentia sacerdotis. ¶ Nonum. † Qui in peccato mortali explet id, quod in huiusmodi indulto mandatur, puta eleemosynam vel peregrinationem: nihilo minus indulgentiam consequi potest, modò tempore remissionis siue mortis sit in gratia. hæc omnia Arch. ¶ Decimum. † Qui plenariam indulgentiam ritè assequutus est, si eo ustãti moreretur, euolaret statim ad cœlum, secundum Hostien. quod tamen secundum Augustinum de Ancho, propter quatuor fallit. Primò si datur indulgentia generalis de pœnis iniunctis, & maior fuerat iniungenda: quia talis in purgatorio luet. Secundò, si detur de peccatis ore confessis: & aliqua ex oblitione non fuerunt confessa. sed intellige non confessa specialiter nec generaliter secundũ Arch. quia quo ad oblita sufficit confessio generalis. Tertiò si post indulgentiã quis committat peccatũ mortale: quod tamen est cõtra casum nostrũ. Quartò si in affectu stet aliqua culpa venialis: quia illa per indulgentiã remitti nõ potest quousq; est affectus ad illam.

34 ¶ Vndecimò quæritur, † quæ pœna est religiosorum prædicantiũ indulgentias indiscretas? Et dico de hoc haberi in cle. religiosi. de priui. vbi præceptum est eis ne hoc faciant. Et dicuntur indiscretæ, primò secundum glossam ibi quando sunt quidem concessæ: sed concedi non potuerunt, scilicet de iure. & idem Paulus vt quia concedens excedit quantitatem. d. c. cùm ex eo. & tertiò secundum Zenzelin, quando probari nõ possunt. arg. de proba. quoniam. &. c. post cessionem. & de fide instrum. cap. ij. Peccant igitur mortaliter, quando prædicant indiscretas primo & secundo modo inhabitatè, & similiter tertio modo ad hunc sensum, quando prædicant eas quę probari nõ possunt, id est, nõ sunt probabiles seu verisimiles, sed sunt dubiæ: secus si essent certæ, sed probari nequirent.

¶ Inepta lætitia est filia gulæ: quæ quando sit peccatum, vide Ludus. §. ij.

De Infamia.

1 *Infamia quid & quotuplex. & nu. 2.*
3 *Infamia quomodo contrahitur.*
4 *Infamia facti quem habeat effectum.*
5 *Testis infamis quando admittitur.*
6 *Accusator infamis an repellatur.*
7 *Infamia facti quomodo tollatur.*
8 *Infamia iuris ciuilis quomodo incurratur. & nu. 9.*
10 *Duo actus faciunt consuetudinem in criminibus.*
11 *Infamia canonica quomodo incurratur.*
12 *Confessio delicti in iudicio an reddat quem infamem infamia iuris.*
13 *Prælatus propter dolum remotus an efficiatur infamis.*
14 *Testis de falso condemnatus an efficiatur infamis.*
15 *Infamia iuris an tollat executionem ordinum.*
16 *Infamiam iuris quis tollat. & numer. 18.*
17 *Papa an restituat latcum sibi non subditum.*
19 *Restitutus per Imperatorem an regat alia dispensatione, vt promoueatur.*

INFAMIA † dicta quasi sine fama: ab in, quod est non: est læsæ dignitatis qualitas vita & moribus reprobata, per arg. à contrario sensu: sicut fama est illæsæ dignitatis status, vt §. dictum est loco suo. Vnde infamis dicitur cuius status, vita & moribus est reprobatus, sicut colligitur. ff. de in ius voc. l. sed ti hac lege. §. prætor. in glo. & ff. de obse. à libe. l. boni. & l. licet. ¶ Primò verò quæritur † quotuplex sit infamia? Et dico quòd triplex, scilicet facti, iuris ciuilis, & iuris canonici. Nam infamia sic diuiditur: quia quædam est infamia facti proueniens ex communi hominum loquutione. de qua per Bar. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæst. & est qua de facto dicitur infamis, secundum gl. Ray. is, cuius apud bonos & graues opinio grauata est super crimine aliquo. quædam verò est infamia iuris, qua scilicet dicitur quis infamis à iure, quæ duplex est, scilicet iuris ciuilis, & canonici. ¶ Secundò quæritur, † quomodo contrahitur vel incurritur infamia facti? Et dico quòd multipliciter. Aliquando enim incurritur à crimine ita quòd crimen est proxima causa infamię. Aliquando causatur ab alio: puta quia fuit incarceratus, scilicet iustè: vel propter crimen repulsus à testimonio. de testi. testimonium. vel quia pater perverba turpia instituit eum hęredem: vt dicendo, filium meum proditorem, nequam, & huiusmodi. hæredem instituo, & ei lego. C. ex quib. cau. infa. irro. l. ea quę pater. vel per verba iudicis dicentis postulanti, calumniatis, vel bene faceres si ad frugem vitæ melioris ea conuerteres. &huiusmodi. C. eo. l. verbum. & l. interloquutio. Multis etiam alijs modis incurritur: vt generaliter quoties apud bonos & graues viros infamatur quis ex aliquo facto. d. l. licet. ff. de obse. à libe. & vj. q. j. sunt plurimi. vt not. in c. licet ex quadam. de testib. non autem infamiam faciunt dicta paucorum nec multarum leuium personarum, modò apud bonos & graues non fit opinio læsa. Dicuntur autem hic graues, qui non sunt leues: puta si sit homo bonæ famæ & opinionis antiquus: sicut benemeritus dicitur, qui non demeruit. ff. de legat. ij. l. cùm pater §. rogo. & l. cùm quædam. in princ. & de seru. cap. vnde in huiusmodi tamen credo standum arbitrio iudicis. ¶ † Tertiò quæritur, quem effectum habet hæc infamia facti? Et eiprimò quòd repellit à dignitatibus. de excel. prælat. inter dilectos. quia vilibus & indignis portæ dignitatum patere non debent: similiter nec infamibus. de regu. iuris. c. infamibus. libr. vj. Et intellige secundum Archi. de dignitatibus ecclesiasticis & secularibus: quia infamis iudex esse non potest. iij. q. vij. infamis. nec procurator. de iudicijs. deputari. & dicto cap. infamibus. licet posit esse arbiter. ea. q. tria. ver. ex quibus res. ¶ † Et secundò repellit à testimonio in causa criminali: alijs autem admittuntur plus & minus, secundum quod sunt infamati, vt not. Ioan. And. & Panormit. in cap. testimonium. de testib. & in cap. inquisitionis. §. penul. de accusa. ¶ † Et eriò ab accusando. lege, qui accusare. ff. de accusa. Et quarò à post

postulando. ff. de postulan. l. j. de qua postulatione vide j. Postulatio. Et quintò à promotione ordinum. de accu. omnipotens Deus. distinct. lxxxj. tantis Daniel. imò iam promotum fuspendit, secundum Innoc. de postul. prælat. c. fin. de elect. super eo. de renunt. nisi cùm pridem. ¶ Et sextò inducit querelam inofficiosi testamenti contra testamẽtum fratris, tanquam infamem hæredẽ instituit, & rumpit. C. de inof. testam. l. fratres. ¶ Et septimò inducit purgationem canonicam si iudici videbitur. de accus. veniens. & ibi de hoc Hostien. & glos. in l. nullam. C. ex quib. cau. infam. ali. irrogat. ¶ † Quartò quæritur, quomodo tollitur ista infamia facti? Et dicit Panorm. in cap. ex diligenti. de simo. quòd tollitur per contrarium factum, vt not. Ioan. And. vj. q. j. c. omnes. in glos. Potest etiam princeps dispensare vt talis infamia non habeat effectum: vt not. Pan. in c. cum te. de sent. & re iud. ¶ † Quintò quæritur, quomodo incurritur infamia iuris ciuilis? Et dico quòd duobus modis. Primò per iudicis ordinarij sententiam diffinitiuam criminis publici vel aliquando priuati, vt furti vel iniuriarum: non autem per sententiam interlocutoriam, vel etiam arbitri. l. quid ergo. §. ex compromisso. ff. de his qui not. infa. & regulare est quòd in criminibus publicis nõ incurratur, nisi per tententiã. l. j. ff. de his qui not. infam. & not. Dyn. in d. regula, infamibus. & Pan. in c. testimoniũ. de testib. Quæ autẽ sint crimina publica, habes Instit. de pub. iud. per totũ. & §. Crimẽ. §. iij. ¶ † Et secũdò incurritur ipso facto in casibus, in quibus iure cauetur quòd incurratur ipso facto: vt cùm Imperator militi aufert insignia, vel aliquẽ in exiliũ mittit. l. quod ait. §. ignominiosa. ff. de his qui not. infa. Et qui exercẽt improbũ fœnus, exigẽtes vsuras vsurarũ. iij. q. vj. §. porrò. & ibi vide multa de ista materia in text. & in glo. Et qui depræhenditur in adulterio. ff. de ritu nupt. l. palam. §. qui in adulterio. vel contrahit simul cum duabus: vel simul habet duas sponsas. l. quid igitur. ff. de his qui not. infam. de bigam. nuper à nobis. Et qui locauit operas suas vt pugnaret cum fera. ff. de postu. l. j. §. bestias. secus si causa virtutis exercendæ. Et qui faciunt ludos periculosos per plateas & alia loca, per dictam l. j. pro quo etiam wide gl. in l. ij. ff. de his qui not. infam. quærvult quòd omnes ioculatores sint infames ipso iure: quia mercedis gratia ludibrium sui faciunt. quòd limitandum videtur de mente Panor. in c. cùm decorem. de vi. & hon. cler. si quis his exequatur artem illam. arg. in l. palam. de ritu nup. vbi habetur, mulierẽ dici meretricem, si admisit duos causa quæstus. & facit xxv. quæst. ij. & approbat hoc Arch. in c. illud. xij. dist. dicens quòd in malis actibus & in delictis sufficit binus actus ad probandum consuetudinem quo ad homines & animalia. C. de epis. audien. l. nemo. Innoc. tamen in d. cap. cùm decorẽ. limitat si hoc histriones faciant in publico. Ibi etiam innuit quòd consuetudinem non faciant duo actus. sed primum est verius. Secus autem de locantibus operas, & ascendentibus arbores gratia colligendorum fructuum, aut turres gratia capiendi aues: qui non sunt infames, secũdum Bartol. in dicta l. j. quia fit gratia publicæ vtilitatis. Et qui lenocinium exercet, vel filias aut nepotes, &c. constituit. l. athletas. §. ait prætor. ff. eo. & ibi de multis alijs videt. & similiter in d. §. porrò. † Ex his autẽ tria notabilia patent. ¶ Primũ, quòd in criminalibus binus actus inducit consuetudinẽ: quòd facit ad casus reseruatos episcopo, quãdo alicui quòd est in cõsuetudine. ¶ Secundum, quòd mulier, quæ duos admisit causa quæstus, est meretrix: & sic quicquid deinceps lucraturi, potest retinere: secus de fornicatibus hinc inde primo. pariter causa libidinis: quia si recipiũt munera, restituere tenentur. vt infrà Restitutio. ij. ¶ Tertium, quòd ex duabus vicibus inducitur frequentatio monasteriorum. quod est peccatum, vel habet speciem peccati, nisi bene circunstantionetur. & hoc patet in cap. monasteria. de vita & honest. cleric.

¶ Sextò quæritur, † quando incurratur infamia canonica? Et dico quòd regulariter omnes infames secũdum leges, etiam secundum canones sunt infames: vt probat tex. in ca. omnes. vj. quæst. j. & not. Innocent. in cap qualiter & quando. el ij. de accusat. & similiter omnes, qui suis culpis ad ordines promoueri non possunt: vt in d. capit. omnes. & in text. & in glos. de quo etiam d. §. porrò. & secundum Panor. in cap. ex diligenti. de simo. incurritur generaliter ex quolibet peccato mortali: vt vj. quæst. j. infames. & ibi in glos. iuncta. & hæc durat donec sublatum sit crimen: vt in d. cap. infames. & glos. in cap. illi. vj. quæst. j. ideo q; post pœnitentiam cessat infamia talis.

¶ Septimò quæritur ipecialiter, † vtrum confessio delicti in iudicio reddat aliquem infamem infamia iuris? Et dicit Bartol. in l. infamem. ff. de pub. iudic. & not. Panormitan. in cap. at si clerici. de iudic. quòd non: quia ad infamiam videtur iudicium prætorum requirere vt quis sit condemnatus de crimine. l. j. ff. de his qui not. infam. & in cap. criminis. confessus non habetur pro condemnato: vt in l. si cõfessus. ff. de custod. & exhib. reo. Vnde Bartol. in l. furti. ff. de his qui not. infam. dat cautelam, vt quando requiritur sententia ad infamiam: soluatur condemnatio ante sententiam: & sic quis euadet. argu. d. si reus. ff. de procurat. Similiter nota aliam cautelam, scilicet quòd talis non litiget per se, sed per procuratorem: quia licet ipse condemnetur, & procurator procuratorio nomine, hoc tamẽ casu nec dominus nec procurator efficitur infamis: vt probatur in d. l. furti. §. si quis alteno. per text. & glos. & ibi Bart. hoc not. & docto. Et loquitur quando quis conuenitur vt condemnetur actione famosa, vel ex crimine ex quo sequitur infamia. Prima tamẽ cautela nõ valeret vbi infamia irrogatur ipso iure: vt in ca. testimoniũ. de testi. quia per solutionem videtur reus fateri crimen. l. ad solutionem. C. de re iud. & l. quoniam. ff. de his qui not. infa. ¶ Octauò quęritur, † vtrũ efficiatur infamis prælatus remotus propter dolum? Et dicit Panormit. in capi. licet. de simo. & ibi glo. quòd sic. sicut iura volunt in tutore. ¶ Nonò quæritur, † vtrum condemnatus de falso commisso in officio testificandi, efficiatur infamis? Et dico quòd sic, si directè fuit condemnatus. de ordin. c. eo gn. cum dilectus. in fine. Secus si directè non fuit actum contra eum, sed vt repelleretur à testimonio. argum. dicti capi. cùm dilectus. & l. Lucius. ff. de his qui not. infam. ¶ Decimò quæritur, † vtrum infamia iuris tollat executionem ordinum? Et dicit Panormita. vbi suprà quòd sic. & exercitium cuiuscunque dignitatis, & admit honorem quæsitum & quærendum, vt dicit text. in l. infamia. ff. de decurioni. & ideo prælatus non expectet sententiam: sed resignet sponte à principio: & sic vitabit infamiam. Et secundum eundem in capitul. querelam. de iureiurã. infamia talis privat ipso facto dignitatibus & honoribus citra titulos beneficiales: vt probatur ex text. l. ij. §. miles. ff. de his qui not. infam. vbi dicit glos. quòd sicut infamia privat ipso facto militem militia. vt ibi: sic pari ratione privat militia cœlesti in alijs dignitatibus & honoribus. Et idem videtur velle glos. in l. fructus. C. de restitu. milit. In beneficialibus autem dicit se nõ inuenire textũ hoc dicentẽ: vt de hanc spirituali pœnam non debemus ponere in ipsis, ex quo iure canonico non cauetur expressè? vt in simili dicit gl. in c. fina. de iur. pa. Fatetur tamen quòd collatio facta infami ipso iure nulla est. regula, infamibus. de regu. iur. lib. vj. & l. ij. C. de dig. & facit c. inter dilectos. de excel. præl. Repellit etiã infamia talis nõ solùm à promotione, sed etiam ab accusando, testificando, postulando, & huiusmodi: sicut de infamia facti dictũ est. ¶ Vndecimò quæritur, † quis possit auferre hãc infamiam iuris? Et dicit Panor. in d. ca. cum te. de sent. & re iu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ei.quòd solum per principē tollitur quo ad illos,qui sunt sibi subiecti,non quo ad subiectos papę.sed per ipsum papam solum:vt in l.j.ff.de postul.& in d.c.cum te.& hoc directè.Iudi rectè autē hoc potest aliquādo episcopus: vt dispensando in casibus sibi à iure permissis: puta condemnatus de adulterio efficitur infamis:& tamen episcopus dispensare potest super adulterio,& sic consequēter in infamia,sed non principaliter seu directè.de quo vide Bart.in d.l.j.& in l.infantem.in fin.ff.
17 de pub.iud.¶ Duodecimò quæritur,† vtrum papa possit restituere laicum nō subiectum suæ iurisdictioni? Et dico quòd non de iure.secūda quæst.iij.§.hinc colligitur.nisi forte esset sibi necessarius in clericatu:& tunc ipse tantum,& non alius posset:de plenitudine tamen potestatis hoc potest,iuxta dicenda infrà in verbo,Papa.& j.Casus.§.j.casu xliij.Eos autē, qui de suo sunt patrimonio,restituere potest, & eos, qui iuri aliorum non subsunt,& omnes clericos:vt in cap.pervenerabilem.qui fil.sint leg.nor.Bern.& Inno.& Hostię.in d.capite. cum te.Similiter tenent doct.quòd collegium Cardinalium potest sicut & papa.Sed Pan.in d.c cum te.contrarium tenet, scilicet quod non potest.quod ego verum puto,nisi periculū esset in mora expectandi futurum pontificem:vt in simili dictum est j.Excommunicatio vij. excōmunicatione xiij.dub. iij.Item Excommunicatio ix.excommunicatione xij.dub.ij.
18 ix.seruando.¶ Decimotertiò quæritur,† vtrum reges tollere possint hanc infamiam iuris? Et dico quòd non, secundum Innoc.si subsunt Imperatori:sed bene illi qui superiorem nō recognoscunt secundum dominum Ant.in c.cum te. ¶ Decimoquartò quæritur,† vtrum restitutus per Imperatorem
19 indigeat alia dispensatione vt promoueatur? Et dicit Panor. in d.c.cū te.q nō,modò egerit pœnitentiā.Et idē dic de restituto per regē,q nō subijcitur Imperatori.Qualiter autē & quādo infamatus sit indicēda purgatio j.Purgatio per totum.

De Infidelitate & Infidelibus.

1 *Infidelitas quid & quotuplex.& num.2.*
3 *Infidelium actus an sint omnia peccata.*
4 *Infideles in suis ritibus an sint tolerandi.*
5 *Peccētne fidelis commercium habens cum infideli.& nu.6.*
7 *Infidelium dominium an sit fidelibus tolerandum.*
8 *Infideles suis rebus spoliare an liceat.*
9 *Infidelis an sit testis idoneus.*
10 *Infidelium habitum an liceat assumere.*

1 INFIDELITAS † opposita fidei,quæ est virtus theologica secundū S.Tho.ij.ij.q.x.& Rom.x.& Asten.in Sum.dupliciter dicitur.Primò scilicet purè negatiuè,vt in his qui de fide Christi nihil vllo tēpore audierunt:& secundò cōtrariè,vt in his qui audita fide credere recusant. in quo propriè ratio infidelitatis completur. Et primò quidem modo nō habet rationē culpæ,sed pœnę:quia est sequela peccati Adæ ratio ignorantia diuinorū.vñ tales infideles nō damnantur propter infidelitatē,sed,ppter alia peccata,quæ sine fide remitti non possunt pro quo facit illud Io.xv.Si nō venissem,& locutus eis non fuissem,peccatum non haberent.scilicet infidelitatis ad Christum,secundum Aug.sed secundo modo est peccatum grauissimū,vt patet vbi j.Et isto modo nunc de infideli
2 tate prosequimur.¶ Primò verò queritur,† quot sunt species infidelitatis? Et dicit S.Tho.& Asten.vbi j.quòd sunt tres: Paganorum,Iudęorum,& hæreticorū, quæ pessima est quia contrarietas ad fidem:aut est ad nondum susceptam: & conuenit Paganis aut ad susceptam:& hoc dupliciter,scilicet ad susceptā in sua figura:& conuenit Iudæis, aut ad susceptā in se:& conuenit hereticis. Vnde Maram propriè sunt hæretici:
3 quia fide aliquādo susceperunt. ¶ Secundò quæritur,† vtrum omnia quæ faciunt infideles,sint peccata.& ex Sanct.Thom. ij.distin.xlj.& quarto,distinct.xxxix.& ij. ij. quæst.x.& Rom. xiiij.& ex gl.vbi super illud,Omne quod non est ex fide,peccatum est.& Asten.respondeo quòd non omnis vita vel operatio infidelium,peccatum est:sed solùm quando faciunt aliquod opus ex infidelitate,vel relatū ad infidelitatē:quia quādo Saracenus ieiunat vt seruet legē Machometi: vel Iudæus sabbatizat, & huiusmodi.quo casu mortaliter peccant:alias autem possent habere actus bonos ex obiecto vel circūstantijs placentes Deo:licet nullus eorum sit meritorius. ¶ Tertiò quæritur,† vtrum infideles sint in suis omnibus, in quibus peccant,tolerandi:Et dicit Sanctus Thom.secunda secundæ,vbi suprà,quòd ritus Iudęorum tolerātur ab ecclesia propter figuram in testimonium Christianæ veritatis:non autē ritus aliorum infidelium,nisi vt vitetur maius malum,vel facilius conuertantur.Et idem Astensis,dicens infidelium ritus tolerari posse sine peccato:vel propter bonum inde sequens: vel propter malum vitandum. Vtrum autem ad fidem sint eogendi,vide suprà Baptismus.iiij.§.vj.& vij.¶ Quartò quæritur † vtrum peccent mortaliter fideles vendentes vel aliquid concedentes infidelibus aliqua:puta carnes,olitas,& huiusmodi,quibus ad eorum ritum vtuntur ? Et dico quòd si, si ad hunc finem venderent:quia essent cooperatores.Si verò non vendant hoc fine,nec sciunt aut probabiliter credunt vel dubitant quòd vtentur ad illum finem, nullo modo peccant per ea quæ dicta sunt suprà in titulo Ars. Si verò hoc sciant, vel probabiliter credant,seu dubitant:Sum. Angel.in titulo, Infidelitas,viderur tenere quòd non sit mortale:aliter,inquit ecclesia eos tolerans,cùm sciat quòd quasi omnibus vtuntur secundum aliquam eōditionem suarum sectarum,videretur Christianis damnatiōis laqueum ponere.Summa verò Rof. in titulo Iudæus secundò, tenet quòd sit mortale, allegans quòd hic est permissio tertio modo,quæ scilicet non licet in re illicita:de quo infrà Permissio.Ego autem distinguo dicēs quòd ex necessitate & rationabili causa vti possumus malo, id est,peccato alterius ad hoc dispositi ad bonū nostrū,inmò non cooperemur immediatè ad aliquid, quod ex sua natura sit peccatū:sicut ex causa accipio mutuum abusiuarie ad hoc parato,participando cum eo solùm in acceptione & datione mutui,quæ de se non est mala.Secus autē sine causa,vel si non sit paratus,& induco ad fœnus:vel si cooperaretur in aliquo de se malo:ex in soluendo maleficium per virtutem diabolo. Igitur ex causa rationali licet istis vendere,puta ex magna necessitate vel vtilitate,quia sunt parati ad hoc:nec participatur in aliquo de se malo:licet etiā ex causa rationabili,emo agrum mihi valde vtilem ab eo,quem scio tota pecunia vel eius parte malè vsurum:sine causa autem nō licet:quia dare occasionem peccati sine causa est peccatum : nō autem cum causa:puta si mulier ad ecclesiam vadat.Dicit tamen Sanct. Thom.ij.ij.quæst.clxix.art.vltim.quod si qua esset ars ad faciendum opera,quibus homines fine peccatorū non possunt artifices talia faciendo peccāt:vtpote prębentes alijs directā causam peccandi: puta si quis fabricaret idola, vel aliquia ad cultū idololatriæ pertinētia:sed loquimur de facientibus illa intentione:cùm nō sit ratio quare alia causa fiant. ¶ Quintò
4 quæritur,† vtrum cum infidelibus possint fideles conuersari? Et dicit Sanct.Tho.ij.ij.vbi j.quòd ab hoc nō sunt prohibendi fideles in fide firmi,ita quòd inde magis speretur illorum conuersio,quàm horum subuersio:sed prohibendi sunt simplices & infirmi.ne sine magna necessitate cōuersentur cum eis.Asten. quoque idem tapit.dicens quòd si ecclesia hoc interdiceret propter aliquod eorum peccatum puniendum, sic nō liceret:siverò nō interdiceret,sic distinguitur Sanct. Tho.

Sexto

7 ¶ Sextò quæritur, † vtrum permittendi sint infideles habere dominium super fideles? Et dicit S.Tho.ij.ij.q.vbi j.quòd non dominium nouum,sed solùm antiquum , quo etiam priuari
8 possunt.vide ibi artic. x. & j.Iudæus.§. quarto . ¶ Septimò, † vtrum infideles possint hęredes à fidelibus rebus suis spoliari? Et dicit Host.in c.quod super his.de vot.quòd sic,si ecclesiæ dominium non recognoscunt:per illud Matth.vlti.Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.quam scilicet potestatem transtulit in vicarium suum.Secus si ecclesiæ dominium recognoscunt,& non sunt infesti Christianis.Pro quo est tex. cum gl.xxiij.q.vij.si de rebus.& hoc tenet Sum.Ang.sed in d. c.quod super his.tenet quòd non,nisi sint infesti Christianis, vel aliter deliquant in legem naturæ.& facit pro eo tex.xxxiij.q.viij.dispar.& hoc tene:quia S.Tho.ij.ij.q.lxvj.art.viij.ad secundum,dicit quòd spoliari possunt suis bonis publica , & non priuata authoritate,ea ratione qua secundum leges terrenorum principum ea possident iniustè.quod supple est dupliciter,vt innuit Innocen. scilicet vel quia illa subripuerunt Christianis,vel quia per dominos fideles cōdemnantur in bonis propter delicta eorum,de quibus eos punire possunt.De
9 Iudæis autem,infrà Iudæus.¶ Octauò quæritur, † vtrum infidelibus sit credendum in aliorum præiudicium? Et dicit Panor.in cap.j.de hære.quòd non:arg.d.cap.j. quia ex quo sunt infideles Deo,non præsumuntur fideles hominibus:ideoque testes non admittuntur contra Christianos.ij. q. vij.non potest.& cap.Pagani.quod tamen fallit in materia hæresis:vt j. Iudæus.§.iiij. particula viij.¶ Nonò quæritur, † vtrum liceat
10 assumere habitum infidelium,& sic se simulare infidelem? Et dicit Rodo.quòd sic,ex causa rationabili, sicut fecit Sanctus Sebastianus : modò in tali veste non sit aliquod signum vel aliquis character principaliter institutus ad discernendum professores alicuius infidelitatis:quia sic non liceret,eo quòd per tale signum mentiretur contra fidei professionem. Sine causa verò rationabili nullo modo licet. Vtrum dubitare de fide,sit mortale,siue infidelitas : vide suprà Hæresis.j.§. iij. Vtrum etiam cum infidelibus sit disputandum vide , suprà Dispurare , per totum.

¶ Infirmus famulus an debeat habere salarium, vide suprà,Familia.§. ij.

INFIRMA aliquando excluſiuè, aliquando incluſiuè sumitur. Vide per Innocen.de fide instrumento.cap. inter dilectos.& Ioan.Mo.de exce.pia.super verbo , octo.libr.vj.& Ioann.Andr. de cleric. coniug.

INGENVVS est is,cui ex natiuitate competit libertas,qui non est factus liber,sed natus. Instit. de ingen.in principio. de ser.tion or.instruendi.in gloss.& sic nulli tenetur obsequi. Potest tamen libertus consequi ingenuitatem , scilicet si à domino suo non fuerit expositus.

De Ingratitudine & Ingratis.

1 *Ingratitudo an semper sit peccatū & speciale peccatum.& n.2.*
3 *Ingratitudinis quot sunt gradus.*
4 *Ingratitudo an sit mortale peccatum.*
5 *Ingratus an debeant beneficia subtrahi.*
6 *Ingratus an excusetur ex impotentia.*

INGRATITVDO est vitiū oppositū gratiæ,siue gratitudini.vñ sicut gratitudo est virtus retribuens bñfactori quod debetur:ita ingratitudo est vitiū nō retribuens bñfactori qđ debet. ¶ Primò verò quæritur, † vtrū semper sit peccatum? Et dico ex Sancto Tho.ij.ij.q.cvij.quòd sic:quia cùm duplex sit debitum,scilicet legale,ad quod reddendū inducit iustitia:& morale,ad qđ inducit honestas virtutis:& quod reddi t gratitudo,ingratitudo tollit hoc debitum honestatis:& consequenter opponitur gratitudini,quæ est virtus:& consequenter est vitium & peccatum. ¶ Secundò quæritur, † vtrum 2
sit speciale peccatum? Et dico ex S. Th ij.ij.vbi j.& ij.q.lxxxviij.& iij.dist.xxij.& Per.Aure.quòd ingratitudo materialiter ad Deum est in quolibet peccatum , inquantum scilicet homo facit aliquid quod potest ad ingratitudinem pertinere:vt si quis voluptate ductus fornicationi consentit contra Deum benefactorem: & tunc est circunstantia : formaliter autem est,quandò actualiter beneficium contemnitur , vel non appretiatur,aut non recognoscitur:& sic est speciale peccatum. ¶ † Tertiò quæritur,quot sunt gradus ingratitudinis? 3
Et dico ex eodem,quòd sicut gratitudo habet quinque gradus,quorum primus est beneficium recognoscere:secundus, gratias & laudes agere:tertius , retribuere pro loco & tempore secundum propriam voluntatem:ita ingratitudo opposita habet similiter diuersos gradus. Et quia primum in generatione,est vltimum in resolutione:primus gradus ingratitudinis est non retribuere secundum quod decet:secundus est, dissimulare,id est,non laudare,nec gratias agere:tertius est, non recognoscere,siue per oblitionem,siue per quemcunq; alium modum. Et quia in negatione intelligitur opposita affirmatio ideo ad primum gradum ingratitudinis pertinet quòd aliquis retribuat mala pro bonis : ad secundum quòd beneficium vituperet: ad tertium quòd illud beneficium reputet. ¶ Quartò quæritur, † vtrum ingratitudo sit peccatum 4
mortale? Et ex Sancto Thoma colligitur quòd cum dupliciter sit quis ingratus: primò per omissionem , vt non retribuendo, non regratiando , non recognoscendo : & secundò per commissionem , agendo contrarium , quantum ad primum est mortale,si prætermittatur aliquid quod necessariò erat faciendum simpliciter,vel in casu,vel ratione interioris contemptus: & similiter quantum ad secundum erit mortale,si aliquid fiat,quod necessariò erat omitendum:vel ratione contemptus interioris:alias est veniale. ¶ Quintò quæritur, † vtrum ingratis sint beneficia subtrahenda ? Et dicit S. 5
Tho.vbi suprà,aliud esse quod ingratus dignus est pati: quia sine dubio meretur subtractionem : aliud quod beneficium oportet facere:quia primò non debet esse facilis ad ingratitudinem iudicanda:quia fortè beneficiato non occurrit facultas aut debita opportunitas retribuendi.Secundò debet tendere ad hoc quòd de ingrato faciat gratum: quod quidem si non potest primo , fortè secundo beneficio faciet : sed si ille ior,debet à beneficiorum exhibitione cessare. Et idem dicit glossa in cap.non omnis.v.q.v.licens quòd si præsumitur ex beneficijs trahendus ad gratitudinem vel ad minus malum, non sunt subtrahenda:sed si ad peiora vel ad perseverandum in malo inducitur,subtrahi debent. ¶ † Sextò,vtrum ex im- 6
potentia possit quis ab ingratitudinis vitio excusari? Et dico quòd non:quia ad debitum gratitudinis reddendum magis attenditur voluntas quàm opus . Vnde dicit Seneca in libro de benefic.quòd beneficium non in eo, quod fit , aut datur, consistit,sed magis in dantis aut facientis animo.Et ideo sufficit voluntas recompensandi,cùm deest facultas.Vtrum autem propter ingratitudinem reuocetur donatio, suprà Donatio.j.§.xiij.

IN integrū restitutio,est prioris status vel iuris reintegratio,per quā subuenit minoribus & ecclesijs : vt in l.j.C.de sen.paf.& sedm Spe.est audientiæ reintegratio.ff.de min. l.quòd si minor.§.si restitutio.Et in integrū restituere,est reducere in eum statū,in quo quis erat ante læsionem . extra eodem.audiuis.in glossa.Quandoq; etiā per hanc subuenitur maioribus ex legitima & iusta causa.ff.ex quibus caus.maio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

per totum.& sic intelligitur cap.ex literis.eodem titu.& cap. cum Bertoldus.de re iudi.& cap.significante.de pig.

De Iniurijs.

1 *Iniuria quot modis dicatur,& quot modis fiat.& in.2.*
3 *Iniuriam quis faciat vt teneatur.*
4 *Iniuriam an semper faciat qui vocat furem vel homicidam.*
5 *Iniuria non fit matronæ, quæ in habitu meretricis est inuenta.*
6 *Iniuriam repellere an liceat,etiam percutiendo.*
7 *Iniuriam an teneatur quis remittere.*
8 *Iniuriarum actio cui competat.*
9 *Iniuria qualiter æstimari debeat.*
10 *Iniuriarum actio qualiter tollatur.*
11 *Iniuria satisfactio vel condemnatio quando faciat quem infamem.*

INIVRIA,ab in,id est,non,& ius,dicta est:quasi non iure aut contra ius facta: aut secundum Etymologiam, quasi iniqua iura.& multipliciter dicitur. ¶ † Primò enim dicitur generaliter non iure factum,scilicet vt iniuria opponitur iuri priuatiuè vel contradictoriè:vel quia nullo iure præcipitur autvetatur,vt leuare festucam.Secundò specialiter dicitur culpa:vt in l.Aquilia. scilicet vt iniuria opponitur iuri contrario.¶ Tertiò dicitur iniquitasvel iniustitia iudicantis,quasi ius iniquum & iniustum:Iusti.eodem tit.in prine.scilicet:vt iniuria consistit in iuris abusu. ¶ Quartò secundum vsum loquentium propriè dicitur quod fit contra alicuius honorem: vt ff.eodem.l.j.& l.apud Labeonem.† Et sit tribus modis:primò re:sicut cùm manus inferuntur:vt in dicta l.j. §.j.& xvij. q.iiij.si quis suadente.secundò verbis ,sicut conuiciando aut contumeliando:vt in d.§.j.facit cap.olim . eodem titulo.c.in literis.sicut cùm quis ad infamiam alicuius libellum vel famosum carmen,aut historiam conscribit.ff.eodem.l.lex Cornelia.§.si quis verborum.& idem si aliquid malo dolo fecit:vt Nelia.§.si quis verborum.& idem si aliquid malo dolo fecit:vt
aliquid horum fieret: puta dimisit scripturam cadere in platea.arg.ff.de verborum signi.l.latæ.Nec distinguitur vtrum nomine suovel alterius ediderit,vel vtrum nomen expresserit eius,quem intendebat infamare nécne:modò per circunstantias agnosci possit.Eodem modo tenetur,si sine scriptura notam vel signum aliquod istorum prodiderit : puta quia veste lugubri vtitur in alicuius iniuriam:vel cornua posuit in porta,& huiusmodi.ff.eo.l.item apud Labeonem.§.ait prætor.ne quid infamandi causa fiat.& v.quæst.j . quidam maligni spiritus.& de ista quarta est hic sermo. ¶ Primòverò quæritur,† quis possit iniuriam facere seu de iniuria teneri ? Et dico quòd ille tantùm qui etiam pati illam potest : quod tamen fallit in furioso &puero,qui non est doli capax:&in dormiente,qui eam pati possunt,& non facere.Aduertèdum est tamen quòd nullus iniuriam facere potest, aut de iniuria tenetur,nisi sciat,aut scire debeat, se iniuriam facere : quia si quis per iocum percutiat, aut dum certat, non tenetur iniuriarum.ff.eodem.l illud.¶ Secundò quæritur,† vtrum teneatur de iniuria is,qui verè alicui dicit, latro,fur , homicida,& huiusmodi? Et dicit Host.quòd non,si faciat animo accusandi aut denuntiandi delictum , & probaueri: ff.eodem. l.eum qui.in princip.vbi dicitur,peccata nocentium nota esse,&expedire & oportere.& C.eodem titulo.l.si quidem. Et idem si faciat excipiendo,vt eum repellat à testimonio.de testib . ex parte.vel ab ordine aut beneficio.de accu.super his.quia hoc iure conceditur:& nemo facit iniuriam , qui vtitur iure suo. de elect.cum ecclesia Volaterrana. Si verò dicit ad infamandum tantùm , quod præsumitur quando non habet iustam causam dicendi,iniuriam facit,& condemnandus est.dict.l.si quidem.& l.iij.C.eodem.vj.q.j.ex merito . & cap.deteriores. & no.Hostien.& Bernar.in cap.si culpa.eodem titulo.¶ Tertiò quæritur,† vtrum fiat iniuria matronæ deprehensę in veste meretricali, si intenteturi Et dico quòd non.facit cap. in audientia.de sent.excommuni.nec iniuriatur matrimonio, secundum Hostien.& Bernar.qui illud ignorauit.C.de adulte.l.si ea.sicut nec militiæ, qui militem ignorat. ff.locati.l.si ignorans.Secus in habitu honesto.¶ Quæritò quæritur,† vtrum possit quis iniuriam repellere? Et dico quòd defendendo solum secundum omnes licet:sed percutiendo,sunt opiniones: quia dicit Hug.§.si verò ira.distinct.5 c.quod non licet.quod Bernar.& Lau.in cap.suscepimus.de homic.restringit ad clericos:ego verò dico iuxta dicta suprà Bellum. ij.§.j.quod licet etiam clericis,si aliter iniuria vitari non potest.intelligendo de personali cum moderamine inculpatæ tutelæ. & est mens Alex.in ij.parte Sum.Siverò sit verbalis,idé dicendum videtur quod de ioga turpi,vt suprà Bellum.ij.§ . iij.dictum est.Intellige omnia dum iniuria est in fieri,non in facto esse: sed tunc dic vt §.seq. ¶ Quintò quæritur,† vtrum iniuriam passus teneatur illam remittere? Et dicit glossa in cap.si quis contristatus.xc.distinctione.quòd non quo ad actionem,scilicet vt ei satisfiat.xxiij.quæst.iiij.si illic.imò dicit quòd agendo benefacit,vt satisfaciat.xlv.distinct.& qui.& xxiij.quæst.v.occidendis. quia iniuriator tenetur nedum petere veniam,sed etiam satisfacere de damno dato ex iniuria si potest : aliter absolui non potest.nisi iniuriatus remittat actionem iniuriæ liberaliter quo ad conscientiam . Rancorem verò conscientiam iniuriatore non satisfaciente tenetur iniuriatus dimittere.de pœn.distinctione quinta.cap. vltimo.imò nunquam debet admittere:quia non licet aliquem odire.xxiij.quæstione iiij.cùm in lege.xj.quæst.iij.interverba.¶ Sextò quæritur, † cui competat vel detur actio iniuriarum? Et dico quòd ipsa non nascitur ex pacto,sed ex contumelia.l.si vnus . ff.eodem.vnde competit ei qui iniuriam patitur:vt notat. Instit. eodem titulo.in rubrica.contra eum qui illam intulit,vel inferri procurauit,Insti.eodem titu.§.non solum . Notandum est verò quòd nedum iniuria fit alicui in persona propria,sed etiam si fit filio,vel ei,quem habet in potestate:Insti.eodem.§.patitur.dum tamen iniurians sciebat eum filium familias:licet ignoret cuius. Datur etiam actio filiofamiliàs in nomine suo.l.si filiusfamiliàs.ff.de actio.& obligationi.Item in persona vel vxorem:& sic datur actio viro & muliери : & si fit filijsfamiliàs,etiam patri.l.j.§.vltimo.ff.eod.Non tamen patitur sponsa vel vxor iniuriam factam viro:quia vxores à viris, non viri ab vxoribus defenduntur.ff.eodem.l.ij.de spon.dicitur in Litem apud Labeonem.§.sponsum.Item datur hæredi ob iniuriam factam cadaueri defuncti,cuius est hæres,vel si fama eius fit: lacessita.dicta l.j.§.sed si fortè cadaueri.Item datur domino ob iniuriam atrocem factam seruo.d. l . item apud.§.prætor ait.& Instit.eodem.§.seruus . Item datur episcopo pro iniuria facta clericis , & abbati suis monachis : vt not.in cap.parochianos.de sententia excommunicationis.

¶ Septimò quæritur , † quanti condemnabitur reus in hac actione ? Et dico quòd tanti , quanti actor iurauerit se velle illam iniuriam sustinuisse: præmissa tamen iudicis taxatione.Instit.eodem titu.§.pœna.ff.eodem.lege, institutionibus.In isto autem iuramento duo modi traduntur. Namquidam dicunt quòd sufficit , actorem iurare quòd nollet lucrari tantum vel tantum pro eo quòd talem iniuriam sustineret. Sed alij dicunt verius quòd debet iurare se potuisse velle de suo perdidisse tantum vel tantum, quàm talem iniuriam sustinuisse. quòd Hostiensis in Summa de iniuriis & damno dato,videtur approbare.& Specul.eod.tit. ¶ Octauò quæritur,† quomodo tollitur vel aboletur actio iniuriarum.Et dico quòd multis modis.¶ Primò remissione : vt per supplicationem aut preces xxiij.quæst iij. si illic. aut per pactum.ff.de pactis.l.si tibi decem.§.j.¶ Secundò dissimulatione.ff.eod.l.nō solum.§.j.vbi dicitur quòd si statim passus iniuriam ad animum nō reuocauerit:postea ex pœnitentia remissam iniuriam non poterit recolere.& institut.eod. §. vlti. Vnde illata iniuria actor si per annumvtilem,quando est per metum : aut cootinuum , si est alio modo illata , non agit, aboletur.l.si cum exceptione.§.in causæ ff. quod metus causa.& C.de iniur.& quod not.in glossl.si non conuicij. posset tamen etiam post annum agere indirectè per viam exceptionis:puta si iniuriator esset excommunicatus, non absoluere-tur,secundum Hostien.& Panorm.in cap.ea noscitur.de sententia excommunicat.¶ Tertiò, salutatione, deosculatione, comestione,& huiusmodi signis : quæ sunt signa reconciliationis,sicut subtractio signum est inimicitiæ:vt not- glossl.in cap.cùm Adrianus.distinct.lxiij.& in cap.cùm super abbatia. de offic.deleg.quod intellige verum, nisi à principio prouocasset aduersarium,citare eum faciendo:quia tunc per oscullum,& prædicta signa non tolleretur,nisi expresè renuntiet:vel transigatur.& sic intellige prædictam l.nō solum.§.j. ¶Non credo etiam quod tollatur dicta actio, si homo exhibet signa quæ inimico exhibere tenetur necessariò:quia per illa non dicitur quis reconciliatus. pro quo facit quod not. Bartol.in d.l.si tibi decem.quòd infirmus dicendo sacerdoti se remittere sibi illatam iniuriã: intelligitur remisisse odiũ, & non satisfactionem iniuriæ.¶ Quartò tollitur quoties quis iudicem incitat ad torquendum iniuriantem, eo ipso quòd eum torquet aut condemnat ad vindictam:vnde aliam satisfactionem actor petere non poterit pro iniuria:vt est bonus textus,& ibi Bartol.in l.sed & si vnus.§.si ante iudicem- ff.eo. nisi protesteris quòd ex hoc non vis tibi præiudicari,quin pro tuo interesse postis agere actione iniuriarum:vt l.finali.ff.de iniur. ¶ Quintò per mortem:quia talis actio non transit ad hæredem ante litis contestationem moriente iniuriatore:vt l. iniuriam.ff.eo.Et hæc omnia limita vera secundum Panormitan.in cap.olim.de iniur.quo ad actionem iniuriarum,sed non quo ad damna & expensas:quia per hoc nō tollitur quin agere possit ad restitutionem.argu.cap.j.de iniur.& sic seruo in conscientia.Et etiam si iniuriatus nō ageret, tenetur reus ad interesse & damna quæ intulit,nisi velit illi remittere : vt in dicto ca.j.¶ Nota tamen secundum Hostiensem in Summa.titu.de pœnitent.quò si iniuriatus nollet eum iniuriante componere,vel nimis eum grauaret:tunc iniuriator in conscientia tenere posset arbitrium iudicis pœnitentię.arg.cap. venient.de iureiurand.& c.ij.de arbit.† Aduerte etiam quòd si quis pœnam soluat pro remissione iniuriæ obtinenda, essi fiat infamis, nisi pactum fiat iudicis authoritate.ff. de his qui not.infam.l.furti.§.pactus.& not.Ioann.in dicto capit , si illic.Similiter esset infamis , si esset condemnatus per iudicem,sive ciuiliter,sive criminaliter agatur. ff. de his qui not. infami.l.atbleras.§.vltim.Et ideo cùm agitur contra aliquem procuratorem constituat,vel faciat compromissum:vt suprà Infamia.§.vij.Quando autem iniuria dicatur atrox vel enormis vide suprà , Enorme. §.secundo & Absolutio quartò , in principio.

INIVSTITIA,secundum Sanctum Thom.ij. ij. quæst. lix. & alios Theologos,est duplex:quædã scilicet illegalis oppositia iustitiæ legali : & quædam consistens in quadã inæqualitate oppositia iustitiæ speciali,de qua infrà . Et ista cùm in proximi nocumento consistat,ex suo genere est peccatum mortale:quia est contra charitatem.Excusatur tamen vt non sit mortale,vel ratione ignorantiæ secundum Pluiolophum v.Ethi.vel ratione paruitatis rei:quia deficit à ratione perfecta eius. quod est iniustum facere,inquantũ reputari potest non esse omnino contra voluntatem eius qui hoc patitur:puta si quis alicui auferat vnum pomum vel aliquid tale: de quo probabile est quod lædatur,nec displiceat.

De Inobedientia.

1 *Inobedientia consistit in committendo & omittendo.*
2 *Inobedientia quando sit veniale peccatum,& quãdo mortale.*
3 *Ex quando obtineat ad peccatum.*

INOBEDIENTIA† dicta est quasi nõ obedientia:vnde est priuatio vel negatio obedientiæ,consistens in duobus, scilicet in omittendo quo ad præcepta vel mandata affirmatiua quæ imperant opus:& in agẽdo quo ad negatiua quę opus vetant:sicut obedientia econtrario consistit in faciendo quo ad affirmatiua,& omittendo quo ad negatiua. Quando autem alicubi sit præceptum,& quando mandatum, vel consilium,vide infrà Præceptum.¶ † Est autem duplex inobedientia,secundum Sanctum Thom.secunda secundæ.quæst.cxiij.vna scilicet specialis,quæ est contemptus præcepti,de quo suprà Contemptus.Et ista,vt ibi dicit , semper est peccatum mortale.& intellige etiam si non fit contra præceptum , sed solùm contra mandatum:quia ipse contemptus est formaliter superbia,quæ est peccatum grauissimum. Et alia generalis:id est , omnis recessus à præcepto vel mandato:& ista non videtur semper esse peccatum mortale : sed sic videtur distinguendum . Aut enim est contra consilium:& tunc si sit consilium perfectiõis,vt illud, Vade, vẽde omnia quę habes: non est peccatum.&sic intellige glossam in cap.generali.de electione.libr.sexto.& iura quæ allegat.Si verò sit consilium reuerentiæ quod dicitur mandatum:vt quando subditus deberet facere:sed superior non vult præcipere:vt est illud,Veritatem loquimini:sic est veniale, vt notat Archidiaconus in cap.testamentum.distinc.vj.& distinc.xxv.§.alias ea demum. Aut est contra præceptum.Et dupliciter:Nam aut est contra præcepta Dei,siue iuris diuini:aut est contra præcepta hominis , siue iuris humani, vel positiui . Si est contra præcepta Dei, sic est semper mortale, si est scienter vel ex ignorantia non excusante.facit.§. porrò.xxxij.distinctio. & distinctione lxxxj.si qui presbyteri.vbi dicitur idololatria.& xiiij.quæstio. prima,quisquis.Si verò sit ignorantia excusante,de qua suprà Ignorantia.§.septimo.sic non est mortale. † Si verò est circa præcepta iuris positiui,distingue. Nam si talis lex seu præceptum per longa tempora receptum nõ fuit,sciente superiore,& transgressores nõ puniente,sic non est mortale. & facit quod notat Panormitan.in cap.cùm olim.de cler. coniugat. vbi declarat Græcos clericos non peccare, licet accipiant vxores.Ex quo nota quòd quando lex generalis recipitur in vsum à certo genere personarum , & ab alio non recipitur: non obseruantes nõ peccant,saltem post tempora.iij. distinc.§.leges.& quod notant doctores in cap.j.de treuga & pace.non obstante eo quod ibi tenet Hostien , quia loquitur, quando talis præuaricatio est peccatum de sua natura : quo casu non receptio non excusat.Secus si essent eiusdem generis, & maior pars acceptasset: quia licet superior nõ puniret, tamẽ pars minor non excusaretur:sed haberet locum illud, Multa per patientiam tollerantur,&c.de præbend. cum inducium.Idem dico si talis lex fuit recepta,sed per consuetudinem abrogata:quia non peccant inobedientes:vt suprà Consuetudo.§.sexto.Si verò talis lex non est repudiata , seu non

Universidad de Deusto
Biblioteca

accepta,nec abrogata consuetudine:tunc diuersa est opinio inter doctores. Nam quidem,vt Collec.in cap.j. de constitutionib. & multi alij dicunt quòd talis inobedientia non est mortale, nisi fiat ex contemptu. quam opinionem Summa Angelica adscribit etiam beato Bern.libro vndecimo,de præcepto & dispen.sed non est verum:quia Bernard. non loquitur de inobedientia præceptorum,sed mandatorum:vt patet intuenti. Alij verò dicunt quòd est mortale solùm ratione contemptus vel consuetudinis, quæ est quidam contemptus interpretatus.quod Sum.Ang.adscribit Ricard.j-quol-quæst. xix. sed de hoc suprà Contemptus.§. j. Et hanc opinionem Sum.Angel.sequitur contra Rosel.inobedientiam, quæ non est ex contemptu aut cõsuetudine, dicens veniale peccatum: quia non est totaliter contra finem legis:sed hoc nõ bene dicitur:quia sequitur quòd scienter contrahens in gradibus ab ecclesia prohibitis,non ex contemptu,sed ex voluptate, non peccaret mortaliter,cùm hoc nõ faciat ex cõsuetudine. quod est absurdum,cùm sit iure excommunicatus : nec est verum quin tunc agatur contra legis intentionem. Alij verò dicunt esse mortale solùm quando fit scienter contra præceptum, sic quòd frustratur intentio præcipientis.quod tunc dicit esse quando fit sine causa rationabili,intellige vt ex æstimata: ita quod non est mortale primò non obedire ex ignorantia, nisi esset affectata vel crassa:nec secundò agendo præter aut contra vel seruando intentionem,ita quòd probabiliter credi potest quòd si adesset legislator, non vellet obligare:nec tertiò etiam agendo contra intentionem & veritatem, non autem secundum existimationem non obedientis, nisi laboraret prædicta ignorantia.& ista est vera mens Sancti Tho. in iiij.distinct.xv.& secunda secundæ,quæst.cxlvij. vbi loquitur de ieiunio:vt etiam ꝫ.patuit.& Panorm.in rubr.de obseruan.& Arch.distinct.lxxvj. in cap.vtinam.& Gemin.in cap.generali.de elect.lib.vj pro qua facit cap.ij.de maior.& obed.& cap . quod præcipitur.xiiij.quæst.j.& glos.in'cap.quisquis.iiij. quæst.v. Sicut autem dictum est de præceptis statutorum,ita dicendum est de præceptis prælatorum & superiorum,excepto quòd quo ad punitionem & trangressionem mitius agitur cum lege, &c. ¶ Quæ autem dicta sunt de inobedientia statutorum, quòd scilicet est peccatum . Host.de Gan.iij. quolib.q. xxvij.quem sequitur Summa Angelica,non intelligit indistinctè etiam quo ad statuta pœnalia : sed circa ea distinguit:quia aliquando ibi sunt duo præcepta:vt statuimus ne fiat tale quid:& qui fecerit.soluat decem:& tunc obligant ad culpam. Aliquando vnum tantùm : vt statuimus quòd qui sic fecerit,sic soluat:& sic obligat solùm ad pœnam. Sed ista distinctio est verbalis tantùm & puerilis:quia nullus apponit pœnam statuto,nisi quia vult aliquid fieri vel omitti:ideo dic indistinctè cùm Sancto Thom. quòd omnes leges humanæ obligant in conscientia siue ad culpã modò sint iustæ. & sic intellige Gemin & glos.in cap.vt animarum.de constitutionib.lib vj.& not.in cap.quod super his.de vot.& Ioann.And. in cap.relatum.ne cler.vel mona.& Gemin.in cap.perpetuæ.de electione.lib.vj.qui dicunt indistinctè quòd statutum pœnale præceptiuum licet contineat aliam partem corporalem, obligat tamen ad mortale,suprà,Gabella .iij.§.viij.De hac materia infrà,Lex.§.ix.& infrà statutum.§.j.

INOFFICIOSVM dicitur quod est sine officio,vel contrà officium,id est,obsequium:vnde inofficiosum testamẽtum dicitur,quod est contra officium pietatis,vt infrà Testamẽtum.j.§.vj.& inofficiosa dicitur donatio, quæ est cõtra officium pietatis,ad similitudinem inofficiosi testamenti.vt C.eodem titul.l.j.quia scilicet per eam liberi vel parẽtes excluduntur à bonorum subsidio ex proposito donantis, vel ipsa.quod etiam sufficit ad reuocationem,per nota. in l.si liqueat in glos.C.eodem.

¶ INQVILINVS est, qui conducit remvrbanam.l.errorem.in glo.iuncta l.licet.C.locati.vide infrà Locatio.§.ix.

INQVIETVDO mentis est auaritiæ filia: & communiter est veniale peccatum,nisi interueniat omissio alicuius necessarij ad salutem.

De Inquisitione & Inquirente primò in genere.

1 *Inquisitio quid & quotuplex sit.*
2 *Inquirere qui possint.*
3 *Inquisitio de quibus fiat in ciuilibus & criminalibus.& n. sc.*
5 *Inquisitio contra quem fiat.*
6 *Inquisitus an recusare possit iudicem.*
7 *Inquisitus an teneatur veritatem respondere.*
8 *Inquisitus confitens an de alijs criminosis interrogetur.*
9 *Inquisitio impugnari potest.quando deficit in substantialibus.*
10 *Inquisitionem an præcedere debeat infamia.*
11 *Inquisitionis quæ sit forma.& nu.15.& 17.*
12 *Inquisitio habet quinque substantialia.*
13 *Testes de quibus iurent & deponant in inquisitione.*
14 *Inquisitio quando fiat,& ex quibus causis.*
16 *Inquisitio ex alicuius promotione,& ex fama,differunt.*
18 *Probationes quales esse debeant,vt ex inquisitione sequatur condemnatio.*
19 *Fama an faciat plenam fidem vel probationem.*
20 *Inquisitionis quis sit effectus.*

INQVISITIO ab inquirendo,importat inuestigationẽ alicuius incognitisquæ & iuridica vel canonica dicitur fieri secũdum iura vel canones,& de eius substantia sunt quinque , vt infrà.§.iij.† Est autẽ inquisitio triplex, secundũ quod colligitur ex Panorm.in c.qualiter & quãdo.el ij.de accusa. scilicet generalissima, qua inquiritur super statu totius prouinciæ vel diœcesis.& generalis,qua inquiritur super statu alicuius ciuitatis,castri, vel loci:& specialis contra certam personam,siue ad imponẽdam pœnam , siue ad peccatũ euitandum ex debito officij. Vel dic quòd est triplex.prima scilicet generalis simpliciter, id est,quantum ad personas & delictas: vt cùm præses inquirit an sint homines facinorosi: de qua in l.congruit.ff.de offic.præfid. & secunda specialis simpliciter, id est,quantum ad personas & delicta:vt cùm de certo & limitato delicto contra certam & limitatam personam præses vel prælatus inquirit:de qua in l. ea quidem. C. de accus. & tertia generalis simul ac specialis secundum quid:siue sit generalis quo ad personas,&quo ad delicta special:vt cùm præses inquirit contra eos,qui Titium occiderunt : de qua in l.mandatis.de condictione ob turp. caus.siue econtrario sit generalis quo ad delicta,&quo ad personas specialis:vt cùm potestas vel alius punitur ad syndicatum ¶ Primò quæritur ex parte inquirentis, † quis possit inquirere? Et dico tria. ¶ Primum.Quilibet prælatus inquirere potest contra subditum suum: imò tenetur,ne subditorum sanguis de manibus eius exquiratur in die iudicij.de offic.ordin . tr refragabili.de regul.cap.vlt.facit etiam cap.licet. Eli.de simo.xxxij .distinctio ligant.& dictum cap. qualiter.el ij. ¶ Secundum.Generaliter secundum Angel.de Perus.inquirere potest iudex si est competens:aliàs non tenet inquisitio.de sententi . & re iudicat.ea quæ fiunt.libr. vj. Vbi sciendum est.secũdum ipsum quòd in causis meri imperij, vt sunt criminales , solus iudex habens merum imperium potest inquirere:quia huius negotij ipse solus habet iurisdictionem.ff.de iurisd. omnium iudi. l.iubere.incidenter autẽ etiam iudex ciuilium causarum potest

test inquirere de causis meri imperij.C.de testib.l nullum.vt cùm testis coram eo falsum deponit,quia tunc ratione incidentis cognitionis causa meri imperij deuoluta est ad suam iurisdictionem:& punit talis inquirens inquisitum pœna extraordinaria secundum aliquos, vel secundum alios pœna ordinaria.& si clericus falsum deponat coram iudice laico: puniri quidem potest per eum,secundum Cyn.gl.in dicta l. nullum.secundũ Rayn.verò puniri non potest,per cap.si diligenti.de foro compet.Et primum dictum verũ est iure ciuili antiquo:dictum verò Rayn.iure canonico & ciuili nouo:vt C.de episcop.& cler.l.statuimus. In causis verò ciuilibus & peculiaribus spectantibus ad publicam vtilitatem, inquirere potest omnis iudex , ad iurisdictionem,officium,&cognitionem talis causa spectat: ad priuatam verò vtilitatem vel ad remouendum tutorem vel curatorem tanquam suspectum Romę prætor inquirit vel subdelegatur:& in prouincia proconsul.Et cùm hodie Potestates terrarum,in terra,quam regunt,teneant locum præsidis: coram eis agenda est quæstio suspecti tutoris.Ad inquirendum tamen contra vsuratios,vt vsuras restituãt,inquirere possunt ordinarij locorum, & eorum vicarij.de vsur.ad nostram. ¶ Tertium.Monachi & religiosi deputari nõ possunt à sede apostolica generales inquisitores,secundũ Panor.in c.cùm dilecti.de accus.nisi sint in dignitate.de rescrip.statutum.lib.vj.Vbi not.secundum eundem in cap.causam.el j.de iudic.q. in statutis & odiosis monachi non veniunt nomine fratrũ,nec monachæ nomine sororum.& dicuntur propriè fratres aut sorores mendicantes: non mẽdicantes verò & habitãtes solitariè,monachi vel moniales appellãtur.¶ Secundò quæritur,ex parte materiæ inquirendæ,† de quibus possit inquiri? Et dico quòd Angel.de Peru.vt recitat Archid.iij.parte,tit.ix.sic virtualiter dicit: Inquisitio fieri nõ potest secundum gl.iuris ciuilis in §.fi publico.nisi in his casibus. Primò ratiõe iniuriæ illatæ presbyteris aut eorũ ministris,etiam in loco occulto existẽtibus.Secundò in crimine suspecti tutoris. Tertiò in charta falsa ,producta coram iudice.Quartò in falso teste.Quintò in crimine notorio.Sextò,in casibus notatis in dict. §.fi publico. Sed contra, inquit,quia potest inquiri etiam cõtra omnem sacrilegum, latronem & plagiarium.l.iij.§.mandatis.ff.ad leg.Iul.pecu. & cõtra facientem seditionem in ciuitate,in authen.de mandat. prin.§.fin &,vt videtur,regulariter cõtra omnẽ malum hominem.de offic.præfid.l.congruit. Nicolaus verò de Nacta in quadam sua disputatione recedens ab opinione illius glo. dicit inquisitionem fieri posse in sex casibus,quos pro regulis Bart.in d.§.fi publico.sibi assumit. Primò,scilicet ad denuntiationem officialis, scilicet publici ad hoc deputati: vt cùm per statutũ deputanẽ in comitatu officiales,ne maleficia cõmittantur.l.diuus.de curato.Secundò propter præcedentem incidentẽ cognitionẽ:vt in falso teste.C. de testib.l. nullum. Tertiò propter præcedentẽ generalẽ inquisitionẽ:vt scilicet inuento malefactore fiat specialis inquisitio,vt condemnari possit:aliàs frustra fieret.l.congruit.de offic.præfid.Quartò vbi maleficium coram iudice committitur:vt falsa charta. C. de probat.l.iubemus.Quintò propter atrocitatem criminis, & iniuriam clericis factã.C.de episcop.& cler.l.si quis in hoc genus.Sextò propter criminis notorietatem:vt in l.ea.C.de Probat.Septimò,secundum Barto.vbicunq; sine metu calumniæ & sine solẽnitate inscriptionis procedit accusatio: sed hoc septimum reprobat in glos.quæ etiam recitatis multorum opinionibus dicit virtualiter sic: Inquisitio fit duabus ex causis,scilicet ad primam aut ad publicã vtilitatem. ad primam autem regulariter non fit inquisitio, scilicet ex officio:quia quę in iudicio agũtur,ad partis postulationem agenda sunt, non ex officio.ff.de iudic.vbi quis age.l. qui semel. quod tamen fallit in casibus. Primò in suspecto tutore: quia ad vtilitatem populi inquiritur nullo postulante.Secundò in dilatione tutoris,qui dari potest ex officio nemine petente. Tertiò,quia cenſitor ad vtilitatem priuatã potest inquirere. Quartò,quia & prætor similiter contra executores publicos ad priuatam vtilitatem,neverent tributis & alijs huiusmodi: vt in authentic.de man.princ.§.coges.Quintò,episcopus similiter in causa vsurarum,vt restituãtur priuato,de iureiur. ad nostram.† Ad publicam verò vtilitatem si fiat inquisitio, aut erit in causis ciuilibus:& tũc regula est quòd in omnibus causis meré ciuilibus &numarijs principaliter vtilitatem reipublicæ concernentibus procedi potest per inquisitionem. C.de bonorum possess.l. si quis.aut in criminalibus : & tunc dantur quatuor regulæ. ¶ Prima.Vbicunque crimen est tale quòd accusando solẽnitas relaxatur:de illo potest inquiri. quod probatur C.de accus.l.ea.quod etiã not.Innoc.in capit. vestra.de coniug.cle.&muli.& idem est qđ ad denuntiationem publici officialis potest inquiri : quia per talem denuntiationem fit crimen notorium. ¶ Secunda. Vbicunq; committitur crimen coram iudice,ita quòd offendatur pars, vel iudicis maiestas,potest inquiri de eo.quod probatur C.de testib. l.nullum. Vnde si quis corã iudice producit falsum testem, vel vtitur falso instrumẽto:quia iudicis aures offendit & partis,meritò potest inquiri. ¶ Tertia.Vbicunque crimen est de atrocioribus,fama publica præcedente à fide digna, pòt inquiri.quod probatur l.iij.§.mandatis.ff.ad leg.Iul.pecu.quia in istis accusationibus iuris solemnitas relaxatur.Et inter atrociora reputatur iniuria facta clericis:vt C.de episcop.& cler. l.si quis in hoc genus. ¶ Quarta.His casibus exceptis non potest in criminalibus causis inquiri.quod probat.p l.rescripto. §.si quis accusatus.ff.de muner.& honor.Quod intelligo de iure ciuili:quia de canonico inquiri potest etiam in alijs casibus:vt quoties præcedit infamia, de qua ꝫ. §.iiij.vel accusatio aut denunciatio. vnde & idem Angelus dicit quòd iure canonico,quo inquisitio est remedium ordinarium de sent. excommunicatio.cùm dilecti.vera est sequens opinio.Nam secundum aliquos, duplex est inquisitio:vna principaliter ex officio iudicis nobili:alia mercenaria seu incidens ex officio iudicis mercenario seu incidenter. Prima tribus modis fit. Primò,quando per famam imploratur:vt in Inquisitionibus.C. de offic.rec.prouin.nam fama tenet locum accusatoris : de accus.qualiter & quando.Secundò quando per promotorem provocatur.de accusa.cùm oporteat. Tertiò quando excitatur per publicam denuntiationem:vt d.l.ea. ¶ Tertiò quæritur † ex parte personæ contra quam inquiritur, quid de illa iura tradiderint? Et dico multa. ¶ Primum.Oportet inquisitionem seu personam,contra quam inquiritur , esse de iurisdictione inquirentis quantum ad articulum de quo inquiritur: aliter contra ipsum inquiri non potest.de foro compet. si diligenti.& authentic.statuimus.de episcop.& cleric. ¶ Secundum.Inquisitus recusare potest iudicẽ,si habeat illum suspectum:de app.eum speciali. puta quia ex odij fine ꝑcedit: vel quia est criminosus.arg.iij.q.vij.iudicet.potest etiam negare infamiam præcessisse,& cõsequenter oportebit iudicem primò cognoscere hoc,unde si infamatum nõ inuenerit, procedere non poterit:aliàs secus de app.cùm oporteat.& cap.cùm oporteat.& cap.qualiter.el ij. Et licet accusator probet infamatum,nihilo minus reus probare poterit quòd sit bonę famæ.ar.de purg.can.cap.cùm in iuuentute.& potentius erit priuilegium bonæ famę quàm infamię:arg.de accus.licet.in fin.& not.Bern.in dicto cap.qualiter.el ij.Ista tamen quo ad omnia seruanda non sunt in inquisitione regularium: quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

facilius & liberius possunt à suis administrationibus amoueri, dicto cap.qualiter.quod limita, nisi infligendum sit graue præiudicium.arg.d.c.qualiter.in fin.in verbo,facilius & liberius. ¶ Tertium.Inquisitus an teneatur de omnibus respondere veritatem. Petrus de Palud.in iiij.distinc.xix.dicit quòd sic,tam de se quàm de alio, quando certum est, iudicem inquirere in causa, in qua de iure potest: quia in iudicio mentiri est mortale. Si verò certum est quòd iniustè inquirit: puta quia non præcessit accusatio nec denuntiatio,nec clamosa insinuatio,nec infamia illius, nec factum est diuulgatum nec denuntiatum in speciali:vt talis iacet occisus,nec scitur à quo:non in generali,puta tale monasterium est diffamatum de religionis dissipatione: non tenetur nec de se nec de alio: quia ille in hoc non est suus iudex. Si verò sit dubium iuris aut facti, præsumendum est pro iustitia iudicis:& debet homo dicere veritatem. hæc ex illo. Pro quo tamen aduerte quòd ex sola denuntiatione vel notorietate facti in generali vel speciali licet iudex licitè inquirat in genere:tamen nullus tenetur fateri veritatem, etiam inquisitus in specie: quia specialiter iudex inquirere non potest, nisi de isto inquisito præcedat infamia,vel huiusmodi: vt suprà, Correctio.§.viij. ¶ Quartum. Eo ipso quòd quis habet aliquod crimen, propter quod iudex contra illum iustè inquirit, secùdum Petrũ de Palu.etiam de alijs criminibus potest inquirere: quia non propter occupationem peccati, sed peccatoris homo de occultis iudicare prohibetur: vnde vbi iam per voicum crimen est diffamatus:etiam de alijs debet dicere veritatem.Et similiter si tocij sui sunt in statu quòd iustè contra eos agi potest pro vnico crimine, etiam de omnibus alijs potest & debet prodere illos,quando eorum correctionem non sperat: maximè cùm peccatum illorum est in periculum cõmunitatis: vt quia scit eos fures & latrones & impœnitentes:eum autem, qui iam pœnituit,accusare non debet, nisi iustè de eo nominatim interrogaretur.hæc ille.Et intellige in occultis:secus in his quæ probari possunt:vt suprà, Accusatio.§.ix. ¶ Quintum.† Inquisitus & confitens proprium delictum, an debeat vel possit de alijs criminosis interrogari.Bar.in l.repeti.ff.de quæst.distinguit:nam quædam sunt crimina,quæ principaliter in alterius offensam vel odium non committuntur: sed propter committentium commodum:vt falsare vel fabricare monetam,latrocinia facere:& in his potest interrogari de socijs,vt probatur in l.diuus.ff.de custod.re.& in l.prouinciarum.C.de fer.Quædam verò committuntur principaliter in odium offensi:& in istis secus:vt in dicta l repeti.& l.vlt.C.de accusa.quod tamen fallit in casu l.prius.ff. ad sillanianum.& secundum Panorm.in cap.j. de confes.etiam fallit in crimine læsæ maiestatis.Sextum. † Inquisitus,potest impugnare inquisitionem,quoties deficit in aliquo de substãtialibus:nec ex tali inquisitione cõdemnari potest,nisi cõfessus sit crimen vel talem defectum substãtialium nõ opponat:quia tunc sequi potest cõdẽnatio.de confes.c.j.lib.vj.Huiusmodi autem substantialia secundum Angel.de Peruf.sunt quinq, vt j.§.vj. ¶ Quartò quæritur ex parte causæ motiuę ad inquirendum, † vtrum necessariò præcedere debeat infamia:Et dico multa. ¶ Primũ.Fama publica & clamosa insinuatio à fide dignis procedens,incitat iudices ad inquirendum,adeò quòd inquisitio fieri nõ potest nisi diffamatio procedat à viris honestis, non maleuolis & maleficis, non semel,sed pluries.de simon. licet Heli.& de accus.qualiter & quando.el ij.vbi notat Pan. & expressè patet in tex.quòd in prælatis,scilicet secularibus oportet infamiam esse tantam vt tolerari nõ possit sine scandalo: vt quia infamantur de incontinentia: vel periculo,vt quia infamantur de hæresi vel de dilapidatione: sed contra subditum sufficit præcedens infamia,etiam non scandalosa: & similiter contra prælatum regularem. ¶ Secundum. Infamiam necessariò procederei inquisitionem secũdum Ang.de Peruf.& Archid.fallit primò vbi inquiritur ad remotionem prælatorum regularium:quia nõ est necesse quòd præcedat periculosa vel scandalosa.Secundò vbi sit præsente parte & non opponente quòd nõ præcesserit infamia,vel nõ legitimè. de accusa.c.ij.lib.vj.Tertiò,vbi fit cõtra eum,qui crimen est confessus.de cõfes.c.j.lib.vj. quod dupliciter potest intelligi primò secundum dicta Petri de Pal.§.priori.partic.iij. quando quis iustè inquiritur de vno crimine:quia inquiri potest de alijs,etiam si de illis non sit infamatus. secundò de crimine confesso,sed non iuridicè.Quartò vbi sic generaliter contra caput & membra alicuius ecclesiæ,ciuitatis,castri,vel loci,de delicto in genere.de offic.ord.cap.j.& ita tenet Hostiensis in Sum.Vnde hoc possunt syndicatores rectorũ qui syndicant caput & membra,puta Potestatem,capitaneum,vel eius officiales.& ita de consuetudine seruatur.Quintò quando fit ad denuntiationem publici officialis: de offic.ord.cap.j in fin.& ita tenet Hostien.Sextò cùm iudex inquirit ex mero & puro officio ex suavoluntate,non ad instigationẽ alterius:& idem vbi inquirit ex necessitate officij:etiam in criminali, vbi non est necessaria diffamatio,etiam si ex voluntate, non ex necessitate inquirat sine alterius petitione,ex mero officio, vel ad denuntiationem publici officialis.Adde tu septimò quando procedit aliquo accusante, & semiplenè probante, vel apparentibus expressis indicijs:quia tunc secũdum Sanctum Thom.secunda secundæ,quæst.vj.artic.j.& ij.& primo quolibeto,articul.xvj.& iudex per iuramentum,& prælatus per præceptum potest exigere veritatem. quod est inquirere. ¶ Tertium.De ista præcessione infamiæ Panorm.etiam vbi suprà sparsim sic dicit:Si inquisitio sit generalissima,non requiritur infamiam præcedere: quia ad illam tenetur prælatus quolibet anno.de cens.b.c.cùm venerabilis.& cap.Romana.eodem tit.libro vj.Similiter ne essi sit generalis,& in cap.j. ff.de offic.ordin.& l.congruit.ff.de officio præsidis.Similiter nec si sit specialis,id est,contra certam personam:& fiat non ad pœnam imponendam, sed ex debito officij: vt ne matrimonium contrahatur propter impedimentum:vel non promoueatur quis ad prælaturam,vel electus non confirmetur, si reperitur vitiosus.ad quod cap.postquam.& cap.cum electo.& cap.nihil.de elect.& cap.fin.de clande.despon.& quod not.Innocent.in c.j.de excel.prælatorum.Similiter nec si sit specialis,& fiat ad pœnam imponẽdam ad denuntiationem publici officialis.C.de accusat.l.ea quidẽ.de testib.cogend.e. præterea.sed non denuntiatur nisi notoria: aliàs nõ creditur denuntiatoribus.de quo tamen dicvt iiij.quæstion.iij.vbi hæc ex illo.cui adde quòd etiam nõ requiritur quòd præcedat infamia,si iudex procedat ad accusationẽ alicuius semiplenè probantis,vel præcedẽtibus indicijs:Si autem nullum horum præcedat:regulariter in speciali inquisitione ad pœnam requiritur infamia,qua non præcedente non potest inquiri vt in dicto cap.qualiter & quãdo.& not.Panor.in cap. ad nostram.de iureiur.el ij.In casibus tamẽ potest inquiri,vt dictum est particula priore. Adde etiã quòd ista infamia quæ præcedere debet,aliquãdo à doctoribus dicitur esse publica. Vnde dicit Sanctus Tho.quolibeto xj.artic.xiij.quòd debet præcedere clamor congregationis: & verum est, si inquiratur ad instantiam alterius. aliquando verò dicitur sufficere, quòd sit apud bonos & graues:& verum est si procedatur ex officio. ¶ Quintò quæritur † quæ sit forma inquisitionis:Et dico quòd Angel.de Peruf.tradit formas inquisitionum habentium aliquid specialiter:& recitat Archidiac.iij.parte, tit. ix.c.

ix.cap.vij.viij.ix.ex quorum dictis colligo multa. ¶ Primum. Forma inquisitionis generalis quo ad personas, sed specialis quo ad delicta,quantum ad substantiam vel essentiam suam, includit quinque. primò vt nominetur modus procedendi, qui est inquisitio: & secundò persona inquirens eum officio importante iurisdictionem ad inquirendum:& tertiò personæ in genere, contra ius inquiritur: & quartò delictum de quo inquiritur: & quintò locus ac tempus, quibus delictum commissum est,sic:Hæc est inquisitio,quo ad primum: quæ fit per A.syndicum vel Potestatem talem,quo ad secundum: contra omnes & singulos,quo ad tertium: qui Titium occiderunt,quo ad quartum: tali loco & tempore, quo ad quintum. ¶ Secundum. Forma inquisitionis generalis quo ad delicta,sed specialis quo ad personas, quantum ad substantiam vel essentiam suam includit etiam quinque prædicta, & eodem modo:excepto quòd personas exprimit in specie, & delicta in genere,sic:Hæc est inquisitio,quo ad primum: quæ fit per A.syndicũ talem,quo ad secũm:cõtra N.olim Potestatem talem & ministros eius, quo ad tertium: super eo quod iniquè egit,quo ad quartum intra tale tempus& in tali loco, puta palatio suæ residentiæ,quo ad quintum. ¶ Tertium.Forma inquisitionis specialis quo ad personas & delicta quantum ad substantiam vel essentiam suam includit prædicta quinque,ita tamen quòd persona&maleficium specificet inquirendum:& vlterius addit sextum,id est, infamiam præcedentem,sic:Hæc est inquisitio, quæ fit per talem contra talem,de eo quod fama publica præcedente, & clamosa insinuatione referente,non quidem à maleuolis & suspectis, sed ab honestis & fide dignis,ad aures eius peruenit quòd Titium interfecit tali tempore & loco. ¶ Quartum.Inuentis malefactoribus specialibus per generalem inquisitionem, contra eos fit specialis inquisitio:ex qua ad condemnationem veniunt,non ex generali:& omnes testes examinati in prima inquisitione,examinari debent in secunda:aliter ex primis attestationibus inquisitus damnari non posset:cùm testes depositerint eo non citato:& sic testimonium eorum erat nullum in eius præiudicium.C.de testi.l.si quando. ¶ Sextò quæritur † quot sint de substantia inquisitionis:Et dico secundum Archi.post Ange.de Peru.quòd quinque. Primò quòd iudex inquirens sit competens.de sen.& re iudi.ex quæ.lib.vj. Secundò quòd inquisitus sit de iurisdictione inquirentis quo ad illum articulum.de foro compe.si diligenti. Tertiò quòd materia talis sit,de qua possit inquiri, iuxta dicta superius.§.ij. Quartò quòd præcedat infamia,nisi in casibus, de quibus ij. §.iiij. Quintò quòd inquisitio habeat formam, de qua in §. priore.aliter sequi non potest condemnatio:vt in cap. qualiter.& cap.inquisitionis.& cap.cùm oporteat.de accu. ¶ Septimò quæritur,† quid de testibus in causa inquisitionis iura tradiderint? Et dico multa. ¶ Primum. Forma iuramenti testium in causa inquisitionis hæc est: Si est inquisitio contra personam & crimen determinatum, iurat testis quòd super crimine dicet plenam veritatem.de simo.licet Heli. Si verò est super statu ecclesiæ,iurat dicere de his,quæ scit,vel credit in ecclesia reformanda,vel respondere ad interrogata.de accu.cùm dilectus.Nec tamen in talibus debet iurare de occultis,id est,secundum Veruec.de quibus quis non est informatus:quia secretorum solus Deus iudex & cognitor est.distin. xxvij.erubescant.& ij.q.v.consuluisti.& solum Deum habent vltorem.C.de iureiur.l.iusiurandum. ¶ Secundum. Si testes interrogentur super occultis:si inquisitio sit generalis,respondere non debent nisi de crimine,de quo infamia præcessit.de accusa.qualiter & quando.el ij.& multò minus si sit specialis contra aliquem. Si verò præcessit infamia contra aliquem, dicent veritatem super omnibus, quæ sciunt de eo quod inquiritur,etiam si illud,quod sciunt,sit occultum: vt si de fornicatione agitur,& vocatur is,qui cùm eo fuit, debet dicere secretas circunstantias,etiam quas secretò nouit:etiam si iurauit tenere secretum,quia vel iuramentum fuit illicitum: vel intelligendum erat quòd non reuelaret nisi ex iusta causa:si tamen esset infamatus de fornicatione,sed non cum ista muliere,non esset reuelanda occulta fornicatrix.Concor.Inno.& Host.in c.qualiter.el j.de accu.& Io.& Archi.ij.q.v. habet hoc.& Veruec. ¶ Tertium. Si tamen in generali inquisitione testes aliquid dixerint de occultis,de quibus non præcessit infamia:dictum eorum non valebit ad puniendum.de accu.inquisitionis.In speciali autem inquisitione, si inquiratur super certo capitulo vel crimine,secus est:si tamen vnum crimen,puta homicidium,sit positum in forma inquisitionis, & testes deponant de alio,puta furto:condemnari reus de furto non poterit:quia respectu eius non est determinatus locus aut tempus: quod tamen fallit si de crimine constaret per propriam confessionem.de confessis.c.ij.libr.vj.Et ratio est, quia nullæ sunt partes iudicis in confessum,nisi condemnando. ¶ Octauò quæritur,† quando,siue ex quibus causis ad inquisitionem procedendum sit? Et dico quòd de hoc Richardus in iiij.dist.xix.sic dicit: Malam famam talem vt propter eam prælatus debeat procedere ad inquirendum,non faciunt dicta paucorum:quia dicit glossa in c.inquisitionis.de accusationibus.quòd dicta paucorum non infamant:& debet fama esse per villam siue parochiam, ad hoc vt fiat inquisitio.secunda,quæstione j. Deus omnipotens. Quando igitur mala fama ortum habeat ab incerto motore vel authore:si ad aures prælati deuenerit per clamosam insinuationem, & ex eà scandalum in populo generetur:debet ad inquisitionem procedere,quamvis nullus se offerat ad accusandum factum vel famam:sed cùm procedit ad inquirendum,inquirere non debet de quibus infamia non præcesserit. Quando verò ortum habet à certo authore vel certis authoribus: tunc si illi non sunt inimici,sed prouidi & honesti,debet prælatus procedere ad inquisitionem. Et similiter si sunt quidem inimici & maleuoli:sed hoc non constat certitudine, sed per præsumptiones non violentas. Si verò constet eos esse tales per legitimas probationes,vel eorum confessionem,vel præsumptiones violentas,& infamatus aliàs fuerit boni nominis, & persona notabilis: non est ad inquisitionem procedendum: de purgatione canonica. capite, quum in iuuentute. Quidam tamen dicunt procedendum esse ad inquirendum, vndecunque procedat mala fama:& infamato canonicam purgationem indicendam, saltem propter scandalum. de accusationibus cap.qualiter & quando. Sed intelligitur quando illi,à quibus infamia ortum habuit, non probantur esse inimici vel maleuoli. hæc ex illo. Vbi nota quòd secundum Raynerium,cuius est dicta opinio,sufficit quòd quis sit infamatus apud bonos & graues: non distincto à quibus ortum habeat infamia: cùm ab incerto authore procedat.de consecratione,distinctione quarta.sanctum.& concordant Bernardus & Hostiensis. Igitur secundum Veruec. & Summam Confess.libro tertio,titulo trigesimotertio.quæstion. v. ad inquisitionem procedendum est ex quatuor causis. Primò ex clamorosa insinuatione,vt dictum est: quod Summa Angelica in inquisitione particulari ad pœnam limitat, quando fama publica defertur iudici sedenti pro tribunali ad banchum aliàs,inquit, in secreto non valet, secundum Angelum in lege, si vacantia. C. de bonis vacantibus. & cum alijs indicijs: aliter iudex ad aliquem actum procedere non potest. Sed oppositum est verum,vt suprà patuit ex dictis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctis Richardi:quia inquiritur aliquando, etiam si nullus fa-
mā accusat,& ipsa fama denuntiat locum tenens accusatoris:
de simo.licet Heli.Ange autem loquitur secundum ius ciui-
le.Secundò propter timorem scandali,quod potest ecclesiam
turbare, siue sit vnus adeò potens quòd ipse scandalizare
posset ecclesiæ scandalum suscitare:siue sunt plures:quia ad
remotionem talis scandali indicitur purgatio,& illa inquisi
tionem sequitur. Tertiò contra eum, qui est suspectus suo
prælato vel principi terræ,vel alijs bonis viris: quia ex hoc
indicitur purgatio.Et intellige de suspicione probabili, etiā
sine infamia,sed nō sine indicijs:vt infrà Purgatio.§.ij.Quar
tò propter periculum etiam sine infamia:sicut fit in hæresi&
alijs criminibus,quæ serpunt in occulto,non tamen sine indi
cijs.Quintò adde,ex denuntiatione publici officialis vel fa-
mam probare volentis.de accusa.cùm oporteat. Sed tamen
in nullo crimine procedi potest ad inquirendum ex sola de-
nuntiatione publica,nisi præcesserit fraterna correctio.de si-
mo.licet Heli. Vnde eam se fecisse denuntiator probabit
proprio iuramento,secundum Archi.ij.q.j.si peccauerit.quan
tum ad primam,quæ fuit inter seipsum solum: & per testes
inductos quantum ad eam,quæ fuit coram testibus.licet etiam
ad istam putem sufficere iuramentum,vbi testes prædicti ha
beri non possunt.Sextò ex accusatione cum semiplena proba
tione.Septimò ex commissione iuris vel hominis.Et hæc o-
15 nia patent ex dictis. ¶Nonò quæritur,† qualiter in inqui-
rendo sit procedendum? Et dico multa in genere&in specie.
¶Primum.In inquisitione primò debet poni locus delicti &
tempus,vt dictū est,tanquā substantialia:alia verò opportu-
na,sed in libello accusationis necessaria secundū formā l. li-
bellorum. Insti.de publi.iu.in inquisitione obseruari non de-
bent.secundum glo.ibi.& secundum Inno.secundum tamen
Iaco.Bu.quem sequitur Auge.excepta inscriptione,omnis alia
solennitas,quæ seruatur in accusatione,seruanda est in inqui
sitione.Et secundò debet procedi contra præsentem:& si est
absens non per contumaciam,citandus est:sed tamen secun-
dum Arch.hoc de consuetudine non seruatur: quia semper
inquiritur de delicto,etiam si inquisitus sit absens,& non per
contumaciā:est tamen cōtra omnia iura,& quòd cōdemne-
tur.Et tertiò debet inquirendus ante formationem inquisitio
nis interrogari de inquirendis,vt habeat facultatem defen-
sionis:& si ante formetur quàm interrogetur,est nulla:vt in
d.c.qualiter.tamen de consuetudine contrarium seruatur,&
valet:vt in e.j.eo.tit.hb.vj,si non fuit oppositum. ¶Secundū.
16 †Inquisitio,quam facit iudex alio procurante siue promo-
uente,& quam facit ex officio suo ad clamorem famæ,dupli
citer differunt. Primò,quia in illa inquisitus iurare non cogi
tur,ne ex hoc posit instrui ꝓmotor inquisitionis:sed ipse te-
netur probare suam intentionem:aliàs puniretur suspensio-
ne ab officio,& bñficio,vel aliter,donec se purgauerit quòd
non animo calumniandi crimina imposuit de calum.cùm di-
lectus.In ista verò inquisitus cogitur iurare quòd respondebit
veritatem ad interrogata:siue inquisitio sit contra priua-
tam personam,siue contra communem. Et secundò quia in
illa publicatis attestationibus non recipiuntur alij testes,quia
timeretur de subornatione:in ista verò potest denuò ab alijs
teste huiusmodi veritas inquiri.ij.q.v.habet.& c.Mennam.¶Tertium.
17 †In generali inquisitione cùm alicui committitur inquisitio
ecclesiæ contra caput &membrum,procedendum est primò
de plano sine strepitu iudicij:cùm non deceat seruos Dei ta-
libus implicari.de accu.olim.non tamen quòd ordo iudicia-
rius omnino prætermittatur:sed per modum qui dicetur in-
frà Iudicium.§.iij. Et secundò inquisitor debit iuramentum
clericis,si est contra ecclesiam, super his quæ sciunt vel cre-
dunt in sua ecclesia reformanda tam in capite quàm in mem
bris exceptis crimmibus occultis, de mera veritate dicenda:
vt in d.c.qualiter.de accu.Nec iuramentum vel interdictum
vel excōmunicatio lata ab abbate vel alio inferiore contra
subditos ne reuelent inquisitori,valet,aut ligat: imò tenen-
tur inquisitores talem temeritatem castigare.de offi.ord ple
rique.lib.vj.Et tertiò ,pcedet ad recipiendā dicta eorū, quos
inquirit,vel testiū si qui producunt ab aliquo, qbus exponet
obiecta & nomina testiū:quod tamen fallit in casu,de quo ꝛ.
Hæresis.ij.§.iij.& in tali inquisitione recipiunt testes tales,
quales in ecclesia inueniunt,quia quæ domi fiunt,per domes-
ticos probari oportet:de testi.veniens.& quartò exceptiones
contra testes & alios,& replicationes legitimas admittet, ve
deponendi falsum prohibeatur audacia.v.q.vj.si primates.&
d.c.qualiter.§.debet.¶Quartum.In inquisitione verò contra
singularem personam sic procedendum est,quòd primò fie-
ri debet,in loco in quo illa conuersata est.xxiij.q.j.paratus.&
de præsum.quorundam.quod intellige si commodè fieri po
test:alias non est necesse. Et secundò citandus est inquiren-
dus.d.c.si primates.& d.§.debet.& sic debet esse præteus,nisi
se per contumaciam absentauerit. Et tertiò fieri debet coram
ecclesiæ seniorib⁹:& exponenda sunt inquirendo capitula,
de quibus inquirendus fuerit: & danda illi dicta & nomina
testium:quod tamen secundum Ang.de Per. fieri debet post
testium depositionem, id est, attestationem, & non antea:vt
cesset omnis materia corrumpendi testes.Ita no.Host.super
d.c.qualiter.Et quartò secundum Gul.& Ang.testes non pos
sunt examinari parte non citata:per l.si quando.C.de testi.ali
ter non inferunt præiudicium non citato. Et quintò admitte
ndæ sunt exceptiones:vt ī.particula priore.Et sextò inquisi
tor debet facere iurare & testificari etiam eos qui denun-
tianerunt.de simo.licet Heli.secus in via accusationis:quia ac
cusator non potest esse testis.de accus.cum P.Et septimò in-
quisitus potest opponere contra inquisitorem quòd sit suspe
ctus vel criminosus:vel contra denuntiationem,vel literas ad
inquirendum impetratas,& contra testes & dicta eorum. de
accu.cùm oporteat.Et octauò postquam inquisitus confessus
fuerit aliqua crimina coram eo, qui contra eum super illis
fuerat deputatus,non poterit impugnare confessionem, quo
minus puniatur:dicendo quòd super illis non fuerat ante dif-
famatus,vel quòd per eundem inquisitorem capitula, super
quibus volebat inquirere,sibi tradita non fuerunt. de accusa.
postquam.lib.vj. Et nonò quòd si inquisitor talis processerit
ad veritatem inquirendam omissa inquisitione infamiæ in-
quisito præsente nec reclamante aut quicquam super hoc
excipiente,non poterit ob hoc inquisitus impugnare proces-
sum,quia non fuit de infamia primitus inquisitum.de accusa
is.lib.vj. Et omnia prædicta intellige etiam in inquisitione
speciali,ad quam ex generali venitur. ¶Decimò quæritur,
†quæ probationes requirantur, vt ex inquisitione sequi pos-
sit condemnatio? Et dico quòd quando inquiritur,contra la
cum de crimine,requiruntur probationes apertæ & neces-
sariò concludentes:vt in l.sciant.C.de proba.Contra religio-
sum verò,si de crimine inquiritur ,adhuc requiruntur ex-
actiores:de simo.licet Heli. Diuersimodè tamen probatio-
nes contra religiosum requiruntur.Nam si inquiritur ad cor
rectionem secundum regulam,secundum eam de plano in-
quirendum est non seruata forma dicti c.qualiter.vt not.de
appel.reprehensibilis.Si verò inquiritur ad remouendum ab
administrationem tunc quando agitur de priore vel abbate
cum habente authoritate diœcesani instituto, quantum
ad quædam seruanda est forma dicti cap. qualiter.licet non
quo ad omnia:quia non vocabitur modo prædicto,vt se de-
fendere

fendere posit:de accus.ad petitionē. & remoueri poterit le
nius & ex leuioribus causis quàm clerici seculares,in quo spe
ctanda est cōsuetudo specialis locorū religiosorum: de app.
quia verò. Quādo verò agitur de priore simplici:vel alio of-
ficiali:tūc talis instituitur & destituitur ad abbatis arbitriū,
15 vt notat Innoc.in dicto cap.qualiter. ¶Vndecimò quæritur,
† vtrum fama faciat plenam fidem vel probationem? Et dico
quòd Bar.in l.de minore.ff.de quæst.refert Din.& Cy.tenere
quòd fama cum vno teste facit plenam probationē in ciuili-
bus,non in criminalibus, in quibus requiruntur probationes
luce clariores. Ipse verò dicit quòd quædam sunt, in quibus
sufficit famam sic esse,licet in veritate ita nō sit:& tūc suffi-
cit probatio famæ:vt l.Barbarius.ff.de offic.prætо.Quādoq;
verò requiritur probatio veritatis quòd ita sit:& tunc quan-
do ipsa fama seu communis opinio facit& inducit veritatem,
sufficit probatio famæ:vt l.j.§.j ff.de flu.& facit l.cum dela-
nionis.§.atinam.ff.de fundo instru.Quando verò fama non
inducit veritatē,dicit quòd si fama probetur solùm ex voce
populi nō probata aliqua præsumptione,ex qua dicta fama
& opinio traxit originem,tunc fama non probatur:sed magis
dicetur vana vox populi,quæ nō est audiēda: adiuuat tamen
probationem iam factam:vt l.iij.§.eiusdem.ff.de testibus.Si
verò ista fama esset probata, quæ traxit originem ex aliqui-
bus præsumptionibus legitimis precedentibus,in quibusdam
casibus facit probationem plenā puta in causis breuioribus
vel modici præiudicij,non in alijs:sed an faciat semiplenam,
ita quòd cum vno teste probet:dicit quòd debemus consi de-
rare illa indicia,& illas præsumptiones qualiter vrgeant: &
secundum qualitates illas dicam,inquit,eam facere semiple-
nam probationem,vel non facere.Et ita debet intelligi glo.
in l.excusantur.§.j.de excus.tut.& dicta l.iij.Et ex hoc habes
10 etiam perpendere vtrum fama sit sufficiēs indicium ad tor-
turam vel non.hæc ex Bartol.¶Duodecimò quæritur,† quis
sit effectus inquisitionis? Et dico quòd si inquiritur contra
Prælatum vel habentem administrationem, & conuincitur:
pœna eius est remotio,exemplo villici diffamati,cui dictum
est,iam nō poteris villicare.Luc xvj.de accus.qualiter.Si ve-
rò nō habet administrationem:pœna est arbitraria,secūdum
merita personæ & qualitatem excessus. de accus.inquisitio-
nis.in fin. quod tamen fallit in criminibus enormibus, quæ
ordinis executionem & beneficij retentionē post peractam
pœnitentiam impedium:vt est in simoniaco in ordine & be-
neficio.dicto canquisitionis.Quæ autem dicantur enormia,
vide suprà Enorme.& suprà Crimen.De Inquisitoribus verò
hæreticorum,vide suprà Hæresis.ij.

Rursus de Inquisitione ij.specia-liter quo ad religiosos.

1 *Inquisitio contra clericos ex religiosos qualiter fiat.*
2 *Torqueri potest clericus & religiosus via inquisitionis.*

INQVISITIO rursus secundò, specialiter considerari
potest quo ad religiosos & clericos: in qua &si obseruan-
da sint omnia dicta cit.priore,præter ea de quibus specia-
liter cautum est,tamē ad plenioremnoritiam sciendum est
2 quòd Archid post magistrū Simonē virtualiter dicit multa.
¶Primum.† An talis inquisitio sit in generali super statu
ecclesiæ vel capitulū aut cōtra determinatam personam. Et
si in generali: ab omnibus tunc inquirendum est, & omnes
tam benevoli quàm malevoli audiendi.Sed si contra deter-
minatam personam: malevoli & extranei possūt omnino
repelli,& similiter infames.¶Secundum.Quandō fic procedi-
tur, scilicet contra determinatam personam: deponentes
contra eam,primò iurēt antequam eorum testimonium vel
depositio admittatur,iij.quæst.ix.hortamur.& de accus.qua-
liter & quando.¶Tertium. Et si omnes vel multi dicant se
nihil scire de persona per certam scientiam,sed tolùm per fa-
mam,& forsasse credulitatem: per hoc no fit commūctio,nec
poterit in aliquo puniri:quia nihil per huiusmodi depositio-
nem probatur,nisi sola fama, quæ ad puniendum non suffi-
cit.Vnde nisi adsint testes alij:tolùm infamato purgatio ca-
nonica indicenda est,secundum arbitrium iudicis,& qualita-
tem personæ & modū infamiæ suscitatæ. & hoc habetur de
accusin cap.inquisitionis.& ij.quæst.v.presbyter per totum.
¶Quartum.Cùm autē inquiritur contra determinatam per-
sonam ad petitionem partis agentis contra eam: primò iu-
dex desecedens ad inquisitionem habita persona præsente de-
ber inquirere de fama personæ delatæ: quam si diffamatam
inuenerit,procedat testes admittendo.aliter nō est in inqui-
sitionis negotio procedendum contra ipsam.de accus. c.cùm
oporteat.Imò quāuis actor probauerit eam infamatam:ad-
huc reus probare poterit se bonæ famæ.de purgation. cano.
cap.cùm oporteat.& tunc præstantius erit priuilegium bonæ
famæ quàm probatæ infamiæ.& hoc tenendum est,nisi pro-
betur factum.quod si probari non poterit, procurans inqui-
sitionem grauius puniatur.de calum.c.cùm dilectus.¶Quin
tum.Fama autem inuenta de persona apud paucos vel leues
personas,nec cogit nec dat occasionem prælatis ad inquiren
dum,præcipuè de persona,quæ prius fuit claræ & bonæ fa-
mæ:secus si apud plures bonos & graues:quia fama apud ta-
les cum suspicionibus violentis secundum conditionem per-
sonæ.de qua agitur,facit quodammodo probationem: quia
& si singula non possint,simul tamen collecta valent. Nihil
est enim aliud in hac materia probatio, quàm rei dubiæ per
testes vel instrumenta vel præsumptiones ostensio.xxij.qo j.
dicit.¶Sextum.Igitur procedens contra personam inquiren-
do ex fama,primò eam citabit aut vocabit secūdum modum
religiosorum,qui arctius obligantur ad obediendum prælа-
tis suis:& facient eum iurare super veritate dicenda de his,de
quibus infamatus est.de accus.capit.cùm dilecti. licet aliqui
religiosi ex consuetudine hoc faciant per præceptum,addien-
tes quandoque excommunicationem propter pertinacem
inobedientiam aliquorum.¶Septimum.Cùm autem inquiri-
tur solùm ad correctionem vel pœnitentiam,valde libe-
rius procedendi est,quàm cùm proceditur ad depositionem
& pœnam, maximè circa seculares:quia primo casu proce-
ditur in fauorem eius contra quem agitur:non semper in se-
cundo.¶Octauum.Quando prælatus ex inquisitione profe-
ctum non sperat,dimittere non debet inquisitionem gene-
ralem,ad quam tenetur ex officio certis temporibus. distin.
xviij.quoniam quidem. Specialem etiam contra determina-
tam personam,quam facere nō tenetur,nisi fama deferente,
vel aliqua persona accusante.in his casibus facere tenetur
secundum formam iuris:siue credat ex ea inquisitum profi-
cere,siue nō:quia proficiet circa alias personas,quę sunt scan
dalizatæ ex fama audita, donec viderint fieri quod iura dis-
ponunt. Et si inter alios,qui sunt in congregatione, sunt
aliqui, quibus ad vtilitatem, alij,quibus ad scandalum est,&
animæ damnum: & differri potest, & quæri oportunitas fa-
ciendi coram illis,quibus cedere potest ad bonum,ita tamen
quòd finaliter nō supersedeatur ab actu iustitiæ ꝓpter ma-
lum aliquorum,maximè cùm bonum inde sequēs maius re-
putatur quàm malum in genere suo.Sed hoc dictum Archi.
& magistri Simo.intellige vbi scandalū iam incipit esse Pha
risæorum,& non pusillorum.Et si multitudo sit in culpa,&
timeatur ne velit insurgere ad defendendum, supersedeatur 3
ad tempus.distinct.lxxxij.plurimos. ¶Nonum. † Clericum
autem vel religiosum de crimine vehementer presumptum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& nolentem recognoscere veritatem, vtique licet ponere ad quæ stiones, id est tormẽta: quia quanuis secundum iura ciuilia liber homo ad tortura poni non debeat, sed serui tantummodo.ff.de quæst.per totum.tamen quia facieus peccatum, seruus est peccati, Ioann.viij.ideo talis vt seruus poni potest ad quæstiones: vt vj.quæst.j.cap.illi.& possunt arctari seu detineri, scilicet in custodia, dicete Benedicto xij.in statuto ad minores, quòd frater de enormi crimine probabiliter suspectus potest arctari. Nullo tamẽ modo est à quæstionibus inchoandum.de reg.iur.cap.cùm in contemplatione.quia siue prælatus, siue alius de eius mandato, vim inferens clerico parato corrigi & obedire volenti, excommunicatus est.de sent. excommu.vniuersitatis.& hoc tenent Hostien.& Archidiac. Et si statim hoc fieret, præsertim nulla præsumptiõe præcedente, esset locus appellandi.ij.quæst.vj.nõ solent. Quæstiones tamen huiusmodi circa clericos debent esse moderatæ, propter periculum excõmunicationis:& propter hoc quòd iudicium pessimũ est, quod procedit ex suspicione vel extorta confessione: sicut dicitur xv.quæst. vj.si sacerdotibus.& ff. de quæstion.l.seruus. quia aliqui duritiam contemnunt: alij cum tanta impatientia suscipiunt, vt potius velint mentiri quàm pati. Intellige verò quòd enormia crimina in religioso hic dicuntur omnia mortalia, arg.d.capit.illi.vbi dicuntur compellendi ad correptionem, qui perpetrant peccata: quæ qui agunt, regnum Dei non consequentur: & pro quolibet tali potest religiosus arctari ad custodiam, si expedit correctioni, nõ autẽ ad pœnam: sed pro his quæ exprimũtur in statutis sui ordinis, vel eis arbitrio discretorum æquiparantur.

¶ Decimum. Invitis corrigendis, vbi deficit iter, loci cõsuedo in modo puniendi sequenda est: nec debet prælatus introducere nouam consuetudinem simpliciter, vel alicuius alterius loci ad puniendum, propter hoc vt vitia efficacius corrigantur, si ex hoc scandalum oritur: quia non sunt facienda mala, vt eueniant bona. Rom.iij. ¶ Vndecimũ. Cùm etiam in religiosorum priuilegijs dicitur quòd postpositis rimulis & apicibus iuris possint prælati liberè procedere ad correctionem vitiorum: per hoc non eximuntur à iure communi, ad quod omnes catholici tenentur: de constitution. capite, j. sed non tenentur ad ea, quæ non sunt de substantia iuris seu ordinis iudiciarij, sine quibus in iudicio contentioso procedi non potest: sicut dicitur in constitutionibus fratrum prædicatorum, quòd electiones prælatorum fiant secãdum formam canonicam, alijs solennitatibus iuris relegatis: si quid omitteretur, cùm procedatur per scrutinium, quod sit de substantia formæ, cassaretur electio: ea verò quæ non sunt de substãtia formæ, vt collatio zeli ad zelum, & huiusmodi, per illa verba tolluntur. ¶ Duodecimum. Dicitur etiam in cap. quanquis. de præben. libro vj. quòd quanuis carcer sit deputatus ad custodiam reorum: si tamen prælatus clericos confessos vel conuictos de criminibus eorum, excessibus, cæterisque circunstantijs prouida deliberatione pensatis, in perpetuum vel ad tempus carceri mancipet: nõ est improbandum. Non est tamen de facili clericus carceri mãcipandus: quia excommunicatus est qui iniuriosè clericum detinet. de sentent. excõmun.c super. Nec est a quocunq; existimandum quòd per hoc quis efficiatur infamis quòd est carceri mãcipatus: cum de carcere & exeuns quis quandoq; egrediatur ad regnum. Eccleſiast.iiij. sicut patet Gen.xxxix. de Ioseph incarcerato iniustè. & de Petro Act.v. & de Paulo ij. Corinth.vj. & de Ioanne Baptista Matth.xiiij. Ex iusto tamen carcere est quis infamis: vt suprà Infamia. §. ij.

1 *Inscribere quid.*
2 *Inscriptio quando fiat. & num. 3.*

INSCRIPTIO, † seu inscribere, secundũ aliquos, est accusatorem profiteri vera, quę in libello sunt. vel, secũdum alios, profiteri se velle prosequi vsq; ad finem, vel, secundum alios, obligare se ad pœnã talionis, id est, simile ei quã reus debet pati, vel quã accusator intendit inferre si probauerit: quia talis importat propriè relationem similis quæ est inter eos qui dicũtur tales. Et hãc opinionẽ tenet Io. And. & glo. in c. super his. de accus. & probatur in c. tuæ. de procur. & sequitur Panor. in d.c. sup his. De quibus opinionibus dicitur in l. si cui. in prin. ff. de accus. & l. in causis. C. de accus. Reuera secundũ significationẽ vocabuli, Inscribere est actus scribentis in aliquo: & inscriptio est idẽ actus alicuius, id est, per modum nominis significatus. & similiter est ipsa scriptura. ex vsu verò loquentium est accusare in scriptis: & inscriptio est scriptio accusationis, & ipsa accusatio scripta, id est, libellus, quem accusator offert iudici sub hac forma. ego N. corã vel apud N. prætorẽ vel iudicem refero talem reũ legis Iuliæ de adulterijs. de adulterio quod cõmisit cùm B. dum esset cum ea mense tali in domo tali, cõsule tali reguãte. de quo libello quid continere & qualiter formari debeat. nor. in l. penult. C. de accus. Sed quia huius accusationis effectus est obligari ad talionẽ, id est, talem penãm: inscriptio dicitur talis obligatio ex cõsequenti, siue scribatur, siue non. † Habet autem inscriptio locum solùm in criminalibus, vbi per modũ accusationis opponuntur: nõ si opponuntur per modum exceptionis, vel de eis sine accusatore cognoscatur: vt l. qui crimen. ff. ibi not. C. de his qui accus. pos. Vnde nõ est necessaria inscriptio opponẽti crimina accusatori vel testi, vt ab accusatione vel testificatione repellatur: vel electo, ne cõfirmetur. Si verò obijciãtur iam cõfirmato, puta in cõsecratione, obijciens debet se obligare ad pœnam extraordinariam ad arbitrium iudicis citra vinculum inscriptionis: quia electus crimine sic probato perdit acquisita per electionem & cõfirmationem: non autem habita prius: vt in d.c. super his. & cap. qualiter & quando. el ij. de accusa. † Accusanti verò necessaria est inscriptio, secundum glos. & doct. in d.c. super his. nisi in octo casibus. & ibi vide. & licet inscriptio non fiat, id est, talis obligatio: deficiens tamen puniri debet pœna talionis, secundum Accorsium in l.ij. C. de fide instr. & Bart. in d.l. si cui.

1 *Insignia quisq; filij potest confingere.*
2 *Insignia alterius quando possit quis assumere.*

INSIGNIA propiè videntur dici signa nobilitatis aut famositatis: sicut insignis dicitur valde nobilis & famosus, etiam in malo, vt Barabbas. Inde cõsueuerũt insignia dici arma, siue distinctiua signa, quæ consueuerunt vt plurimum esse nobilium. † Potest autẽ quilibet sibi assumere insignia & arma, secundum communiter Doctor. vt refert Panormo. in cap. dilecta. de excess. prælat. sicut & nomen assumitur ad placitum, vt quis agnoscatur ab alio. Instituit. de legat. §. si quis in nomine. & l. ad recognoscendum. C. de ingenu. & manumis. † Imò potest quis assumere sibi insignia alterius, secũdum eũdem ibi, sicut & nomen: quod verum limitat, nisi ille, cuius sunt, prætẽderet aliquod damnum: puta si facinorosus assumat arma alterius, posset ille loco facinoroso offendi. Vnde talis implorare potest officium iudicis, & ille potest prohibere: quia spectat ad illum quies populorũ. l. j. §. quies. ff. de offic. præfecti vrb. Et idem dic vbi interest reipublicæ: sicut si quis accepit insignia boni artificis, qui non est ita bonus: & ita populi decipiuntur. de quo habes per Bart. in tractatu De insignijs & armis. Non potest autem quis assumere insignia dignitatis, nisi habeat vltam dignitatem: alias est falsarius. l. eos. & quod ibi not. ff. de fal. & facit c. j. de cleri. nõ ordinãdis. vide etiam suprà Habitus. §. j.

In stir

IN stirpes succedere secundum Hostien. est succedere filio præmortuorum in eam partem, quam eorum parentes erant habituri si viuerent. Vnde si quis ex vno filio vnũm neporem habuerit: ex alio decem vel plures: tantùm capiet vnus ex parte vna, quantum decem ex altera, in successione succedentium: quia collaterales semper viriliter siue in capita succedunt, id est, equis portionibus. auth. de hær. ab intest. l. fi.

INSTITOR ab instando dictus: is est qui vinis vendendis, vel alteri alicui negotio præpositus instat. l. institor. la prima. ff. de instit. act.

1 *Instituere qui possunt.*

INSTITVTIO, seu instituere, secundum Host. est ecclesiæ seu ecclesiastici beneficij collatio. † Instituere autem potest iure communi episcopus. Item sede vacante capitulum. de instit. & si capitulum. lib. vj. Item is, qui habet ex delegatione episcopi. de instit. ex frequentibus. Item qui hoc habet ex consuetudine, modò sit clericus: vt in cap. cùm venissent. eod. titu. talis tamen institutus ab isto, administrare non debet, nec ecclesiæ possessionem adipisci nisi de consensu & authoritate diœcesani. d. cap. ex frequentibus. Item abbates in ecclesijs sibi pleno iure subiectis, id est, in spiritualibus & in temporalibus, possunt curam committere sine præsentatione episcopo facta. argu. à contrario. de præben. in Lateranensi. de capel. mo. cap. presbyteri. libr. vj. xvj. q. ij. cap. visis.

¶ Instrumentum, infrà Tabellio.

De Intentione.

1 *Intentio bona an sufficiat ad bonã voluntatem & bonũ opus.*
2 *Euentus fiet intentionẽ an augeat bonitatẽ vel malitiã actus.*
3 *Intentio an faciat opera vnius alteri applicari.*
4 *Actio omnis ex intentione deliberata procedens, an sit necessariò bona vel mala.*

INTENTIO dicitur dupliciter: primò scilicet ipse motus voluntatis tendentis in finem per aliquod medium: puta volentis sanitatem per medicinam. xij. q. xij. art. j. ad vltimum. & secundò ipse finis intentus vt sic, id est, vt terminat prædictum motum, seu vt acquisibilis à volente per aliquid. & hoc modo principaliter hic de intentione est sermo. ¶ Primò verò quæritur, † vtrum intentio bona sufficiat ad bonam voluntatem & bonum opus? Et dico quòd non: quia si voluntas est bona, est etiam bona intentio: cùm voluntas non dicatur bona, nisi habeat bonum obiectum, & bonum finem: non autẽ econtra: sed potest intentio esse bona, & obiectũ malũ: sicut cùm quis vult furari vt largiatur pauperi non patienti extremam necessitatem. Vide xij. q. xix. ar. vij. ad vltimum. & subtiliter ij. dist. xviij. art. v. & dist. xl. art. ij. Quod autem dicitur, cuius finis bonus est, ipsum quoq; bonum est: verum est de fine rerum: sicut si equitatio est bona, equus est bonus, verum est etiam de fine actuum: sicut si bonum est obiectum, puta iustitia, bonus est actus, puta velle iustum: non autem est verum de fine volentis, sicut non est bonus qui vult malum ad finem bonum contra Apostolum Romanorum iij. ¶ Secũdò quæritur, † vtrum euentus præter intentionem sequens aliquid addat ad bonitatem vel malitiam actus humani? Et di eo ex mente S. Tho. & S. Bona. & Theologorum, quòd bonitas & meritum actus humani principaliter consistit in bonitate actus interioris voluntatis: quia solus sufficeit ad meritũ, si sit completus & perfectus, ita quòd sequeretur actus exterior, si adesset facultas & opportunitas: vnde actus exterior non addit ad bonitatem, nisi quantum ad meritum præmij accidentalis. Euentus autem sequens vt patet prima secundæ, q. xx. art. v. si sit præcogitatus, addit in bonitate: & similiter si non sit præcogitatus, sed per se consequatur in pluribus: quia constat actum in genere suo esse melior̃em, ex quo plura bona: & peiorem, ex quo plura mala sequi possunt. Si verò sequitur per accidens in paucioribus, non addit: quia non datur iudicium de re per illud quod accidens, sed tantùm per illud quod per se est. Vide etiã j. ij. lxxiiij. q. viij. & ij. Ethicorũ. ¶ Tertiò quæritur, † vtrum per intentionem possit quis opera sua alteri applicare? Et dicit Aſten. & est mens Sancti Thom. in quarto, in materia de indulgentijs, quòd sic tripliciter: & intellige non quantum ad meritum, quod necessariò est proprium: quia sic intelligitur illud psalmi: Redder vnicuique secundum opera sua, sed quantum ad satisfactionem. ¶ Primò in singulari: vt cùm quis pro alio determinatè satisfacit: & sic quilibet potest alteri sua bona communicare. ¶ Secundò in speciali: vt cùm quis orat pro congregatione sua, vt suis familiaribus & benefactoribus, & ad hoc etiam ordinat opera sua satisfactoria: & sic ille, qui præest religioni, potest illa opera communicare alij, applicando intentionem eorum, qui sunt de sua congregatione ad hunc determinatè. ¶ Tertiò in generali, scilicet orando & benefaciendo pro ecclesia in communi: & sic qui præest ecclesiæ generaliter, potest illa opera communicare, applicando suam intentionem ad hunc vel illum. Et ideo qui præest ecclesiæ generali, communicare potest ea quæ fiunt congregationis & huius hominis, sed non econtrario. Prima excommunicatio & secunda non dicuntur indulgentiæ, sed tantùm tertia, vt dictum est suprà Indulgentia. §. v. Et ex his patet ad quid valeant literæ receptionis ad beneficia alicuius ordinis: quia valent ad participationem satisfactionis superfluentis in illo ordine tantam, quantam intendit concedens, cuius intentio debet esse secundum quod iustitia & sapientia diuina diffinit. ¶ Quartò quæritur, † vtrum omnis actio humana, id est, procedens ab intentione deliberata, sit necessariò bona vel mala? Et probat Sanctus Thomas, in tertio, quæstione decimaoctaua. articulo octauo, quòd sic: quia aut est ordinata vt debet, & est bona: aut non, & est mala'. non tamen est semper meritoria & demeritoria: sed medium datur in operatione bona ex genere: puta si detur eleemosyna ex pietate naturali, ab eo qui non est in gratia, puta infideli: quia est bona, sed non meritoria. Contra hoc autem Summa Ange. dicit se colligere aliqua ex Sanct. Bonauen. ij. distinct. xlj. sed malè procedit, non distinguens inter bonum ac malum: & meritorium ac demeritorium.

De Interdicto primò quid, & quotuplex sit.

1 *Interdictum quid.*
2 *Interdictum ecclesiasticum.*
3 *Censuræ ecclesiasticæ nomine continentur excommunicatio, interdictum & suspensio.*
4 *Excommunicatio, interdictum & suspensio in quibus conueniant, & in quibus differant. & nu. 5.*
6 *Interdictum quotuplex sit.*
7 *Interdictum locale quotuplex sit.*
8 *Interdictum personale quotuplex.*

INTERDICTVM, † cùm sit terminus vtrobique iure vsitatus: secundũ ciuile siue prætoriũ dici videtur ab inter, & dico: vnde dicitur quasi inter duos dictũ. Institution. eodem titulo. §. exhibitoria. & olim erat quædam formata & solennis conceptio verborum, quibus prætor fieri aliquid iubebat aut prohibebat. quod tunc maximè fiebat cùm de possessione vel quasi inter aliquos contendebatur. & nouem sunt publica, & xxviij. priuata: de quibus glo. & doct. in c. pastoralis. de causa pos. & proprie. & in cap. item cùm quis. de rest. spol.

No

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Non autem dicitur ab interdicendo: cùm non semper prohibeat, sed aliquando aliquid fieri iubeat. Insti. eo. §. j. sed sic dicitur secundum ius canonicum quòd est ecclesiastica censura
2 aliquorum prohibita: & sic de eo hic agitur. ¶ Est † autem canonicum vel ecclesiasticum interdictu separatio à iure vel à iudice facta à certis sacramentis, & omnibus diuinis officijs, & ecclesiastica sepultura, iuxta declaranda j. Interdictum insuper totum, vt haberi potest extra de ispon. non nobis. & de præ. & re. quod in te. ¶ Primò verò quæritur, † cùm nomine ecclesiasticæ censuræ secundum doct. veniant excommunicatio,
3 interdictum, & suspensio: quomodo ista conueniant, & distinguantur. & de cessatione à diuinis? Et dico quòd secundum
4 Arch. post Host. conuenunt in multis. ¶ Primò, † quia omnes istæ sententiæ fieri debent in scriptis continentibus causam. Secundò, quia non relaxantur per sequentem, sed per antecedentem appellationem. Tertiò, quia ligati aliqua earum, nec eligere nec eligi possunt. Quartò, quia nullus earum aliqua ligatus debet celebrare diuina: aliter irregularis efficitur. Quintò, quia tales sententias debet præcedere monitio, scilicet cùm feruntur ab homine. Sextò, quia eis ligatus, ante absolutionem iurat de cætero non contrauenire: & in eis potest fieri relaxatio ad cautelam: excepto generali interdicto, in quo non habet locũ, extra de sent. excõ. præsenti. lib. vj. In interdicto verò speciali posito in aliqua ecclesia, quamuis dicat Archi. quòd non possit relaxari ad cautelam, si dicatur nullum. Ioã. tñ Mo. & Cal. &, vt videtur Io. And. dicit contrarũ. Septimò, quia huiusmodi sententiæ debent obseruari per superiores. Octauò, quia nullus eorum durante sententia potest testificari: de testi. vemes. Nonò, qa superior nõ debet eas reuocare, vel pronuntiare nullas, vel de ipsis aliquid disponere, nisi vocatis partibus. Decimò, quia illi qui per priuilegiũ sunt recepti in proprios speciales ecclesiæ Romanæ vel sedis apostolicæ filios, licet propter hoc non essent exempti, tamen sicut nec excommunicari, ita nec interdici vel suspendi possunt ab alio quàm Romano pontifice vel legato de latere. de verb. sig. c. j. lib. vj. Et idem Io. Cal. excepto primo quòd
5 non ponit. ¶ Differunt verò † illa tria secundum Archid. post Io. Cal. in multis. Primò, quia excommunicatio & suspensio feruntur propriè contra singulares personas, licet suspensio feratur contra clericos tanquam interdictum verò fertur contra loca propriè & vniuersitates & collegia: interdum autem & contra singularem personam, sed non ita propriè. Secundò, quia cum suspenso & interdicto participari potest in omnibus, exceptis sacramentis certis & diuinis officijs, non autem cum excommunicato. Tertiò, quia effectus excommunicationis latæ suspendi nõ potest effectus aliarũ sic. Quartò, quia episcopi no incurrũt aliquam sententiã suspensionis vel interdicti prolatã ab homine vel à iure, nisi specificè exprimantur. de sent. excom. quia periculosum. lib. vj. quod priuilegium non habent quantum ad excommunicationem. Quintò, quia interdictum generale relaxari nõ potest de, vel potius non oportet, ad cautelã: sed ab alijs sententijs potest quis absolui ad cautelam. Sextò, quia interdictum generale in locum proferri non potest sine licentia papæ speciali pro debito pecuniario: sed bene excommunicatio & suspensio. de appel. præterea. secus de speciali, id est, singulari contra aliquam ecclesiam. Cessatio autem à diuinis, vt no. Pan. in c. dilectus. de app. differt ab interdicto: quia ipsa est quid facti: cùm non sit aliud quàm suspendere organa ministrorum vt ibi non celebrent: sententia verò interdicti est quid iuris. Vñ quando supponitur locus interdicto, ibi celebrant etiã forenses incurrit irregularitatem: et in cap. is qui. de sen. excom. lib. vj. Secus autem in cessatione à diuinis, vt volunt doct. in cap. irrefragabili. de offi. ord. ¶ Secundò quæritur, † quotuplex est interdictum? Et dico quòd in genere est triplex, scilicet plenale tantùm, id est, quo interdicitur persona, nõ locus: vel habitatio personæ: & locale tantùm, id est, quo interdicitur locus vel habitatio, & nõ persona loci: aliud locale & personale simul. Sciendum est autem quòd aliud est interdicere locum: aliud homines loci, vel homines & locum: quia si locus tantùm est interdictus, homines loci, quia nõ dederunt causam interdicto, alibi possunt audire diuina, & ecclesiastica recipere sacramenta. Si verò homines, aut locus & homines sunt interdicti, tenebunt etiã alibi seruare interdictũ, nisi in casibus expressis à iure: vt colligitur in c. si sententia. de sent. excom. lib. vj. in tex. & in glo. ¶ Tertiò quæritur, † quotuplex
6 sit interdictum locale: hi dicit Sum. Ang. quòd est triplex, scilicet generale: vt cùm interdicitur regnum vel prouincia vel diœcesis. & speciale: vt cùm interdicitur ciuitas, castrum, aut villa. & singulare: vt cùm interdicit certa ecclesia, vel certæ ecclesiæ. Sed cõtra primò, quia Sum. Rof. & supple. & omnes Summistæ ordinis eius dicunt quod non est nisi duplex, generale scilicet & speciale. Secũdò, qa in iure nõ reperit interdictum locale singulare. imò quòd ipse dicit singulare, in iure dicitur speciale vel particulare. & quod dicit speciale, in iure dicitur generale: vt patet expressè ex intentione canonis. de verb. sign. cùm in partibus. & de sent. excom. si ciuitas. lib. vj. Et ideo dico quòd est tantùm duplex, scilicet generale & speciale seu particulare. Est autem interdictum locale generale, quo interdicitur regnum, vel prouincia, vel ciuitas, vel castrum, aut villa. de verb. sign. cùm in partibus. vbi declaratur sic debere intelligi interdictũ terræ generale in priuilegijs. Interdictũ verò locale speciale siue particulare, est quo interdicitur vna certa ecclesia, vel plures certæ ecclesiæ: nõ autem omnes ecclesiæ alicuius ciuitatis vel loci. Vnde dicitur interdictũ generale, quia totum aliquid sine exceptione comprehendit, vt innuit glo. in d. c. cùm in partibus. & Pan. ibi. Speciale verò, quia non cõprehendit totum, sed partem. Et propterea dicit Archi. post Cal. quòd est interdictũ speciale, cùm interdicitur aliqua ecclesia, ac etiã cùm interdicuntur omnes ecclesiæ vnius ciuitatis aut prouinciæ: quia & si non in illis ecclesijs, tamen in alijs locis illius ciuitatis extra ecclesias possent celebrari, & audiri diuina ab hominibus illius loci. hæc ille. qui intendit quòd sit speciale qa nõ cõprehendit omnia loca ciuitatis, sed quædam, id est ecclesias. Quartò quæritur, † quotuplex est interdictum personale. Et dicit Sum. Ang. quòd triplex. scilicet generale, quo interdicit populus regni, castri, villæ vel ciuitatis. & speciale, quo interdicitur aliquod collegium: vel vniuersitas in populo inclusa. & singulare, quo interdicitur certa persona, vel etiam incertæ: vt cùm dicitur: qui fecerit hoc, sit ipso facto interdictus. Sed quia ista nullo iure probantur, melius Sum. Rof. & alij dicunt quòd est duplex tantùm, scilicet generale, & speciale siue particulare. Est autem interdictum personale generale, quo interdicuntur homines regni, prouinciæ, ciuitatis, castri aut villæ vniuersaliter. ar. d. c. cùm in partibus. Interdictum verò personale speciale vel particulare seu singulare, est quo interdicitur pars vnius ciuitatis vel castri aut villæ, vt certa persona, vel certæ personæ, aut etiam incertæ: vt cùm dicitur, qui fecerit hoc vel illud, sit ipso facto interdictus. Vnde si interdicatur tota aliqua vniuersitas, quæ sit pars alicuius populi: puta totum studium Ticinense, non est interdictum generale, sed speciale, siue particulare, dictum à parte alicuius terræ.

Rursus de Interdicto secundò, & quos liget.

1 *Interdictum qualiter promulgandũ, & quando ligat. & nu. 2.*

3 *Interdicta alicuius terra, quatenus se id extendat.*
4 *Interdictum regni quò se extendat.*
5 *Interdicta ciuitate an comprehendantur suburbia.*
6 *Interdicta ecclesia interdicuntur capella & cœmeterium.*
7 *Interdicto loco ob delictũ rectoris, non sunt homines interdicti.*
8 *Interdicta ecclesia non sunt clerici interdicti.*
9 *Interdicto clero, non est locus nec populus interdictus.*
10 *Interdicta vniuersitate si quis de ea alio se transferat, an ibi censeatur interdictus.*
11 *Interdictus an censeatur, qui ab interdicta vniuersitate bannitus est.*
12 *Interdictus si ingrediatur postea monasterium, an ibi poterit ordinare.*
13 *Interdicta vniuersitate an ligentur absentes, & contradicentes.*
14 *Interdicta ciuitate non includuntur adnexa. & nu. 20.*
15 *Ciuitate interdicta an comprehendantur qui sunt in suburbijs & nobiles. & nu. 16.*
17 *Interdicta familia alicuius, an in ea contineantur clerici.*
18 *Impuberes an comprehendantur in interdicto.*
19 *Mulieres, an sint interdictæ, interdicto populo.*
21 *Interdicti sententiam proferens tenetur illam obseruare.*

1 INTERDICTVM secundò considerandum est quantũ ad hoc vt sciatur, quãdo, & quos liget. Et dico multa. ¶ Primum. † Ad hoc vt sententia interdicti obliget, sufficit eam publicè promulgari, nec postea necesse est eam singulorum auribus inculcare. dist. xvj. quos dicitis. Sufficit etiã cùm quis scit vicinos suos maximè ecclesiã metropolitanã recepisse & seruare sententiã, de postu. præla. c. j. insuper omnes religiosi tam exempti quàm non exempti, qui viderint vel sciuerint ecclesiam matricem loci, id est, maiorem, iuxta dicta 5. Excõmunicatio. ix. §. xlvij. seruare quodcunq; interdictum positũ authoritate sedis apostolicæ, vel ordinariorum, debent & ipsi seruare alioquin sunt excommunicati. & idem in interdictis & cessationibus à diuinis inductus per statuta prouincialium conciliorum vel episcoporum authoritate: & in generalibus cessationibus à diuinis ciuitatum, terrarum, & aliorũ locorum, quas aliquando ex consuetudine capitula, collegia, vel conuentus secularium aut regularium ecclesiarum sibi vendicant, non obstantibus quibuscunq; appellationibus ante ea, etiam ad sedem apostolicam vel alium interiectis, & alijs obiectionibus quibuscunq; vt in cle. ex frequentibus. de sen. excom. & hæc quidem dicta sunt ex corpore iuris: sed per extrauagantem Martini quinti, quæ incipit, insuper ad euitandum scandala. quam habes 3. Excõmunicatio. j. notabili iij. non tenetur quis obseruare interdictum ecclesiasticum à iure vel homine generaliter promulgatum, nisi talis sententia fuerit contra personam, collegium, vniuersitatem, ecclesiam, communitatem, vel locum certum, vel certam à iudice publicata: vel denũtiata specialiter, & expressè. † ¶ Imò etiam eo sic publicato: ipso iure in duobus casibus non ligat. Primò, quando fertur contra participantes cum excommunicatis in casu quo minorem incurrunt excommunicationem sine canonica monitione præmissa: quo casu ipso iure nullum est, sicut & suspensio quælibet. intellige si feratur ab inferiori à papa de sen. excom. statutum. lib. vj. quæ monitio dicitur canonica & legitima, quando nominatim admonentur: aliàs nonvt in c. constitutionem. eo. tit. & lib. Contra alios autem licet debeat præcedere monitio quando fertur pro cõmutatione, secundũ Inno. in c. ad hæc quoniam. el iij. de appel. tamen teneat. & similiter si proferatur sine scriptis: quamuis iudex incurrat pœnam. de qua in c. j. de sen. excom. lib. vj. Et generaliter puto interdictum non ligare in omni casu, in quo excommunicationis sententia non ligat. de quo 3. Excommunicatio. ij. notabili j. Secundò, quando interdictum est latum propter aliquos, & illi non seruant, allegantes sua priuilegia. de priui. perstis. qđ Hosti. limitat, quando est positũ ad eorũ querelam, propter eorũ vtilitatem: quia tũc alij seruare nõ tenentur: & sic efficitur nullum. quod limita, quãdo priuilegiorum fines excedunt, vt ibi: secus si non seruatur ab his, propter quorum delictũ est: quia licet ipsi violent, alij tamen seruare tenentur. ¶ Secundũ. † Cùm interdicit terra alicuius domini, 3
secundum Arch. post Io. Cal. intelligitur primò de ea quę est sua quo ad dominũ iurisdictionale: & multò fortius si esset illius domini simpliciter & absolutè propria. Et secundò de ea quam ab alio tenet in feudum vel emphyteusim: cùm ad eũ spectet vtile dominium. cuius contrariũ tenuit Rodo. de feu. sed cõtra eum est dicta ratio, & tex. in c. j. de po. præl. in verbo, terrarum. Et tertiò de ea quæ pertinet ad illũ ratione dotis vxoris: quia cõstante matrimonio maritus est dominus dotis. Et quartò secundũ Io. And. & Gemi. in d. c. si sententia. de sen. excom. lib. vj. de ea, in qua solùm habet vsumfructum. Et quintò secũm Inno. & Host. de ea, quæ sibi fauet in crimine. & concor. Ber. Nõ aũt intelligitur de ea quæ est sibi pignorata: de qua tamẽ intelligeretur, si diceret iudex, Interdico terrã, quam ille tenet, secundũ Io. And. quia creditor habet possessionem verã pignoris. ff. de vsuc. l. seruii. Et si talis dominus, cuius terra interdicitur, habet terrã in diuersis prouincijs aut locis, secũm Cal. & Gemi. si habet eã pro parte & p. diuiso: oẽs illæ partes sunt interdictæ: ited si pro indiuiso, secusme innocens puniatur: arg. j. q. iij. c. fi. Et si talis dominus postea nouã terram acquirat, illa nõ subiacet interdicto, nisi latior sententiæ expressisset tam de habita quàm de habenda. Et si vendat aut perdat terram interdictam, non propter hoc tollitur interdictum: cùm onus rei huius tranleat cum ipsa: de deci. pastoralis. Nec est iste modus tollendi interdictum, quod debet relaxari per iudicem: qui tamen cessante causa interdicti se facilem exhibet. ¶ Tertium. † Si dicat Iudex, interdico regnũ 4
Franciæ: extenditur interdictum ad totam terram adhærentem ei tempore latæ sententiæ siue ratione dominij, siue ratione feudi. de po. præl. c. j. vel secundum gl. ibi, extenditur etiam ad terras quæ adhærent ei præstando auxiliũ tempore prolati interdicti. Si verò dicat, Interdico terram regis Franciæ dicvt §. prioris. ¶ Quartum. † Si interdicitur ciuitas, castrũ, 5
aut villa, interdicta intelliguntur suburbia & cõtinentia ædificia illius loci. de sen. excom. si ciuitas. lib. vj. licet propriè nõ omnia ista habeant suburbia. Et hoc etiam si dicta suburbia & continentia ædificia in nullo erant subiecta dicto loco vel vniuersitati interdictæ: modò in eis habeat iurisdictionem qui interdicti sententiam profert. Quam iurisdictionem si non habet, licet iure scripto non videantur interdicta suburbia: tamen ponderata ratione dicti capit. si ciuitas. quæ est, ne vilipendatur censura ecclesiastica, secundum Archi. dici posse quòd etiam tunc intelliguntur interdicta, non ab homine, sed à iure: de sen. excommunicationis. c. super. Intelliguntur autem suburbia secundum Io. de Deo, ea quæ sunt intra vltimam portam: & faciunt cum ciuitate publicas functiones: & vocantur ad consilia & conciones, vel secundum Gemi. dicuntur burgi extra & prope ciuitatem, in quibus domus sunt contiguæ. Vel secundũ Arch. dicuntur domus, per quas est iter rectum eundi ad ciuitatem vel locum. Et omnes istivirtualiter dicunt idem, intendentes quòd suburbia sunt burgi, qui incipiunt ad portam ciuitatis, & iuxta publicam viam extenduntur tantum, quantum & vsus loquentium burgos appellat: quod est aliquando vsq; ad vltimam portam, siue secundum vallum, vbi scilicet est vltima porta & secundum vallum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

seu resolssum,vt Mediolani:non autem semper. Continentia verò ædificia communiter à doct.dicuntur domus circa ciuitatem non computatæ intra suburbia,nec directè ducentes ad ciuitatem.Sed glossa in d.l.si ciuitas.dicit iudicis arbitrio relinquendum quæ dicantur continentia ædificia:quia non dicitur ex continuis,sed continentibus.quod intellige quantum ad terminū vel extensionem talium ædificiorū,quam iudex aut bonus vir arbitrari debet tantū extendi quantum exigit ratio d.c.quæ est,ne censura ecclesiastica vilipendatur, vt dictum est.Vndesi ita iacent quòd commodè populus cōfluere posset illuc pro diuinis, sunt continentia ædificia & interdicta:aliàs secus:puta si distent per milliare, nec passim potest populus illuc conuenire. ¶ Quintum.† Interdicta ecclesia,interdicta est capella eius,& cœmeterium,si sunt ecclesię cōtigua:nec poterit quis celebrare in capella,vel in cœmeterio sepeliri:aliàs secus.d.c.si ciuitas.Contigua autem, secundum gl.sunt,quorum extrema se cōtingunt:ita scilicet,quòd remanent distincta,siue duo sine medio:vt si duæ domus habeant duos muros se tangentes:vt patet v.Phylic.Continua verò,vt ibi dicitur,sunt quorum vltima sunt vnum:vt si duæ domus habeant solum vnum murum communem intermedium. ¶ Sextum.† Interdicto loco generaliter aut specialiter propter delictum dominivel rectoris,non sunt interdicti homines vel clerici talis loci:vnde extra illa loca possunt audire diuina,& ibi sepeliri,si ibi mortui fuerint,vel elegerint sepulturā:& clerici celebrate,quia non sunt interdicti,nisi fuerint in culpa interdicti ponendi:quia tales vbiq; sunt interdicti.& tex.est in c.si sententia.de sen.excom.lib.vj. & no.Pan. in d.c.quod in te.de pœn.& re.& c.non est vobis.de spon.Sed limita,nisi ipsi fuerint interdicti propter dominum puniendum in eis:quia tunc vbiq; sunt interdicti:de sen.excom.si ciuitas.lib.vj.Similiter si locusvel ecclesia interdicta est,propter delictum clericorum tantum,vel quia fuitviolata,parochiani non sunt interdicti: sed possunt in alia ecclesia nō interdicti: puta si distent per milliare, nec possunt ibi celebrare. ¶ Septimū.† Interdicta aliqua ecclesia,propter hoc non intelligitur clerus eius esse interdictus:vnde clerici eius licitè celebrabunt in alia:arg.de priui.per exemptionem.lib.vj.& ecōtrario interdicto clero alicuius ecclesiæ,nō propter hoc intelligit ecclesia interdictavnde in ea licitè celebrabunt alij clerici,secundū Io. And.in d.c.si sententia. ¶ Octauū.† Cùm interdicitur clerus alicuius loci,non ex hoc intelligitur locus vel illius loci populus interdictus,secundū Io.Cal.nec econtrario, interdicto populo intelligitur clerus aut locus interdictus, sed singuli de populo:vnde nec in illa terra, nec alibi poterunt admitti ad diuina,nisi in casibus iure expressis : vt in d.c.si sententia. quia ista sunt diuersa:vt in dicto capite, si sententia.& aliud est interdictum loci,aliudvniuersitatisvel collegij:de vsuris. c.j.lib.vj.Et nomine cleri dicit contineri non solum promotos ad ordines:sed etiam religiosos & religiosas,conuersos& conuersas: qui ita sunt ad ecclesiam translati quòd de populo propriè dici non possunt.xij.q.prima.c.duo sunt.Vnde clerici possent celebrare sicut prius, secundum Ioannem Andream in d.c.si sententia.id est, alta voce pulsatis campanis, interdictis tamen exclusis:vt ei imponit Sum.Ange.& potuerunt admitti omnes,qui non sunt de populo illo,& non sunt causa interdicti.& ita tenet Archid.in d.c.si sententia.& Fed. consil.lxx.& similiter secundum Calder.admitti possunt qui erant de populo illo,sed domicilium transtulerunt,si non fuerunt in culpa:quod est verius.Et sequitur Gemin. in d.cap.si sententia.licet Asten.dicat quòd remanent interdicti,donec sententia relaxetur,saltem circa eos.Dicit tamen Cal. quòd eo casu seruari debet moderatio c.alma.vt scilicet celebrentur diuina submissa voce,ianuis clausis, non pulsatis campanis,&c.alioquin præstari videretur occasio periculi,quia audirentur voces,& censura vilesceret. Vnde consulendum esset clericis vt durante tali interdicto, abstinerent à publica celebratione.quod Sum.Ros.approbat cum Arch.& Summa Ange.malè reprobat dicens quòd moderatio cap.alma.&c. quod in te.de pœ.& re.intelliguntur quando locus est interdictus:&non expresso loco in sententia interdicti,non habet locum cessatio diuinorum,& alia,quauis sit generale. Sed revera opinio Cal.est tutior,&dicto capitulo conformior,vt patet intuēti.nec Io.And.dicit illud quod iste illi imponit.Et si interdicto populo clerus pōt celebrare ibi diuina : multò fortius in generali interdicto terræ clerici,licet illud seruare teneantur secundum Veruec.tamen poterunt celebrare alibi, quia eorum personæ non sunt interdictæ. ¶ Nonum.† Si quis de vniuersitate interdicta se transferat ad aliquem locum primo dimisso,secundum Cald.si est specialiter interdictus, aut de populo interdicto:ita quòd fuit in culpa, propter quā latum fuit interdictum:quocunque se transferat remanet interdictus.d.c.alma.§.illis.sed si non fuit in culpa,ex toto desinit esse de populo interdicto,credit circa eam cessare interdictum : quia in eo cessat causa sufficiens & consequenter effectus.dist.lxj.neophytus. Asten.tamen tenet quòd ligetur donec relaxetur sententia circa eum: nisi forte iudex ligare eum non intendebat, nisi quandiu erat subditus illius dominij.Sed hoc dic verum, quando fuit temporaliter interdictus,aut fuit in culpa . Si verò econtrario existens de populo nō interdicto sit de populovel de vniuersitate interdicta,credit quòd ex tunc ligetur sicut & alij, cùm factus sit membrū corporis illius,& sic debet eodem iure censeri.dist. xij.cap.j. ¶ Decimum.† Si existens de populo vel vniuersitate interdicta banniatur simpliciter , & non ad tempus : secundum eundem Cald.circa illum cessat interdictum: quia non amplius censetur de vniuersitate illa vel populo. Secus ille confirmatovel de relegato ad tempus:quia est ciuis & de populo.vt ff.de inter.& releg.l.relegati.Sed intellige si nō fuit in culpa. ¶ Vndecimum.† Si verò talis existens de vniuersitatevel populo interdicto ingrediatur monasterium.post professionem indubitanter poterit ordinari,secundum eundem Calder.quia definit toraliter esse de populo.quod intelligo, etiam si fuit in culpa:cùm religio sit maxima pœna & mors ciuilis,argumento eorum,quæ dicentur § .de cruce signatis. sed ante professionem tutius est quòd non ordinetur durante interdicto:tamen si fuerit ordinatus, put at ordinationem tenere:arg.de præscutia excommunicationis.c.religioso.lib. sexto.Et ante professionem,secundum Gemi.in dicto cap.si sententia.& sequitur Fede.poterit interesse diuinis sine relaxatione interdicti.

¶ Duodecimum.† Absentes tempore quo interdicti sententia ferrur in vniuersitatem vel populum,& similiter præsentes non consentientes,sed contradicentes aliorum culpæ.Io. Andreas in dic.c.si sententia.refert quosdam religiosos tenere quòd non ligentur etiam quo ad ecclesiam : quia ablatus & ignorans ex maleficio non obligatur.xv.quæst.j.aliquos.& capit.

1 Interdictum à quo ponatur.& nu.3.
4 Interdictum contra priuilegiatos.
5 Interdictum ob quas causas ponatur.
6 Monetio an præmitti debeat interdictum.
7 Interdictum an in scriptis,& sub qua forma feratur.
8 Interdictū an possit suspendi,à quo,& qualiter nu.10.& 11.
9 Interdictum non suspenditur per appellationem.
12 Interdictum qualiter relaxetur seu tollatur.& nu.13.
14 Interdictu generale nō relaxatur ad cautelā,secus de specialis.
15 Interdicta ciuitate si aliqui ciues satisfacere volunt, an eis relaxetur interdictum.
16 Interdictum à quo relaxetur.
17 Superior an relaxet interdictum inferioris.
18 Interdictus si se offert ad sufficientiam eorum pro quibus sententiam accepit, an absoluatur.
19 Interdictum an tollatur,si ille,cuius culpa latum est,velit satisfacere.

INTERDICTVM tertiò considerandū est à quo poni possit,quę sit forma ponedi aut relaxādi illud. De posito eñ ab homine quantū ad hoc certa regula dari non pōt.

¶† Primò verò quęritur,cōtra quid vel quē poni possit interdictū?Et dico quòd generaliter contra omnē personā subditam cuiuscunque conditionis,& contra omnē vniuersitatē, & contra omnē locū à suo prælato:aliter sententia lata à iudice nō suo non ligat:de offic.deleg.fanè.el ij.& de iudic. at si clerici.de priuilegiatis tamē ne possint interdici, infrà §.iiij. de filijs etiā Romanæ ecclesię vel apostolicæ sedis,ꝛ. Interdictum.j.§.j. ¶ Secūdò quæritur,† à quo poni possit interdictū? Et dicit Arch.quòd ab homine & à iure:& ab vtroque quandoque interdictū generale,quādoque speciale : & quādoque etiā singulare:quod nō est sic intelligendū quasi interdictū diuidatur in hæc tria:sed locale intēdit dividere in duo, scilicet generale & speciale,quod etiā dicitur singulare: sed quia de generali locali & personali simul agit:ideo ponit tantùm tria mēbra prædicta,scilicet generale,tam locale quàm personale,& speciale locale,& singulare personale. & ista patēt considerāti diffinitiones eius,tertia parte titu. xxvij. capit.ij. Imò hoc ipse dicit expresse ibi.capit.v.circa princip. ¶ Tertiò quæritur,† à quo homine poni possit interdictum generale locorū & personarum,& speciale & singulare? Et dico quòd hoc potest primò in genere omnis potens excommunicare vel suspendere ratione iurisdictionis ordinariæ vel delegatę super interdicendos.de verborum significa.quærenti.de officio delega.quia pontificali.libr.vj. Et secundò papa in tota ecclesia,vt planum est.Et tertiò delegatus etiam contra suę iurisdictionis episcopum.de offic.deleg.c.fanè.& subdelegatus.de offic.deleg.c.ex literis.quod planum est si in literis de legationis est clausula consueta, scilicet contradictores per censuram ecclesiasticam compescendo.de verborum significat.quærenti.& similiter si datus est simpliciter sine dicta clausula:quia tunc poterit hāc pœnā imponere,maximè vbi est expressum à iure.de offic.deleg.de causis.Et quartò ordinarius episcopus contra eos qui sunt suæ iurisdictionis : non tamen debet suspendere vel interdicere clericos aut eorum ecclesias,perpetuò vel ad longum tempus,nisi de cōsensu capituli.de excess.prælat.cap.j.maximè quando procedit ex officio.regulariter tamen sententia pastoris solius de iure & de consuetudine timenda est & tremenda.xj.quæst.j.ij. capitu.j. xvj.quæst.ij.visis.de offic.ordin.cùm ab ecclesiarum . Et hoc potest electus confirmatus, nondum consecratus : quia hoc est iurisdictionis.de elec.trāsmissam.Et quintò inferior prælatus habens iurisdictionem ordinariam cōtra sibi subditos.

Rursus de interdicto tertiò, à quo ponatur aut suspendatur.

1 Interdictum contra quem ponatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de consue.cùm inter.de offic.ord.cùm ab ecclesiarū.vbi notatur qui & quādo inferiores ab ipsis habeant iurisdictionem ordinariam.Et sextò sede vacante capitulū.de ma.& obed.c. is qui.Nō potest aūr interdicere mulier prælata & prioriſſa vel abbatiſſa:quia hæc ad potestatē clauium pertinet.de pœ. & re.noua.Nec canonici ecclesiæ cathedralis possūnt similiter interdictū ponere in aliquo loco vel ecclesia. de his quæ si.à ma.par.ea.quæ sunt.¶Quartò quæritur,†à quo homine poni possit contra priuilegiatos,ne possint interdici? Et dico multa.¶Primum.Exempti à prælatis non possūnt ab eis interdici etiam indirectè:imò prohibetur eis ne in exemptorū odiū aut priuilegiorū fraudē interdicant vel excōmunicent vendentes eis aut ab illis ementes aut eis cōmunicātes:aliter contrafaciētes sunt puniendi.de priuil.quanto.Si tamē exemptus ab vna parte beneficium habet,ratione cuius nō sit exē ptus in hoc dicœcesani sui sententijs subiacet.de priuil. cū capella.Similiter ratione delicti & eōtractus interdici possent: vt 5.Exēptiov.viij.¶Secundū.Priuilegia quòd aliqui excommunicari vel eorū terræ interdici non possint concessa singularibus personis ecclesiasticis vel secularibus,non extenduntur ad sententias ordinariorū:quia ipsi tales excōmunicare & interdicere possint,nisi concessa fuerint regibus,reginis, vel eorū filijs,aut religiosis,non ratione personarum,sed ordinū vel locorū.de priuil.ne aliqui.li.vj.¶Tertiū.Si dominus temporalis supponat terram suam,& prorogет in se iurisdictionem alicuius episcopi,potest terra eius ab illo interdici, secūdum Hostien.si ordinarius cōsensit in prorogationem. de foro compet.c.significasti.si verò non consenserit:adhuc putat quòd possit:& clerici tale interdictū seruare tenētur:de iure iur.ex rescripto.& de offic.deleg.c.P.& G. Licet enim laicus per specialē conuentionē nō possit supponere alijs ecclesias vel personas ecclesiasticas terræ suæ: tamen cū vniuersitate tacitè transeunt.¶Quintò quæritur,†vtrū impositio interdicti requirat causam aliquam, & quam? Et dico multa. ¶Primū.Secundum Inn.Host.& Bern.interdictū poni nō pōt sine causa rationabili,sicut nec cessatio à diuinis:vt 5. Cessatio.§. j.dictū est:extra eo.cùm medicinalis.lib.vj.& de his quæ si. à ma.par.ea.c.quæsiuit.quā decreralē Inn.& host.sic intelligūt quòd sententia interdicti non est ferenda propter culpā particularis personæ,sed vniuersitatis,nisi sit dominus loci. de spon.nō est vobis.de offi.deleg.sanè.Igitur ferri potest propter delictū domini vel capituli sine alicuius communitatis. ¶Secundū.Nullus locus potest interdici authoritate ordinaria,vel delegata pro debito pecuniario vel cuiusuis pecuniæ quantitate:aliàs non tenet,nisi fieret de sedis apostolicæ speciali & expressa licentia per extrauagantē Bonifacij octaui, quæ incipit,prouidē.Quod Archid.videtur limitare de interdicto generali:dicēs poni posse speciale pro dicta causa: qui nō loquitur de ponēdo authoritate papę,quia sic poni potest generaliter:ergo loquitur de ponēdo authoritate episcopi.Sādum tamēn est consuetudini in hoc. ¶Sextò quæritur,†vtrū positio interdicti requirat monitionē? Et d co secundū Cal. quòd si fertur ab homine propter contumaciā, necessaria est monitio præcedēs,& forma quæ traditur,de sentētia excō.c. j.li.vj.& sic intellige de appellationibus.c.reprehensibilis.Si tamen sine ea fiat,tenet,vt ibi ionur gl.Si verò ferrur propter delictū,secundū Sum.Ro.indistinctè non est necessaria monitio.Sed tu limita propter delictum committūm, ita quod inferatur in pœnā,vt dicit Inn.quia tūc probaca culpa,vel notoria existēte,imponi potest sine monitione & pœnitenti & correpto:sicut & de suspensione patet,v.qō iiij.in loco. quod Sup. limitat de pœna statuta per canonē,quę incurritur ipso facto:quia si imponatur ab homine pro pœna,debet præcedere,vt dicit,monitio.Sed est impossibile:quia respectu præteriti vt præteritū,non habet locū monitio, nisi quatenus est aliquo modo futurū, quo modo intelligitur c.sicut.de cohabi. & mulie.qđ allegat. Si verò inferatur à iure ,ppter delictum,sit sine monitione,secundū Archid. post Cal.sive sit speciale,sive generale.¶Septimò quæritur, † vtrū interdictum ferendum sit sub aliqua formaverborū? Et dico quòd interdictum ferri quidem debet in scriptis continentibus causam:& exemplar tenetur iudex tradere interdicto intra mensem si fuerit requisitus,sub pœna suspensionis ab ingressu ecclesiæ per mensem : vt de sent.excō.cùm medicinalis.lib.vj.tamen non est aliqua forma verborum necessariò obseruāda:sed potest esse ista vel similis seu æquiualens:Nos propter talē causam ecclesiam sive terrā talem supponimus interdicto . de verb. sign.cum partibus.& de offi.deleg.sanè.& vt dicit Inno.communiter additur,ecclesiastico,ad differētiam interdicti legalis.Potest autem iudex sententiam talem pro sua voluntate determinare:puta interdicēdo missam cum cantu,vel horas aut sepulturas,& huiusmodi:vel excipiendo aut subijciendo quos vult,& quandovult:puta quando dominus terræ est ibi præsens,& huiusmodi.de spon.non est vobis . ¶Octauò quæritur,† vtrum interdictū suspendi possit , ita quòd liceat celebrare diuina? Et dico multa. ¶Primum.Secūdum Bernard. de appel. ad hæc quoniam. episcopus suspendere non potest sium interdictum dando licentiam celebrandi in ecclesia à se interdicta:sed est hoc solius papæ. Sed verius dicit Innocent.& Hostien.quòd quando locus est interdictus,talis sententia suspendi potest:& tunc licet ibi celebrare-de priuileg. vt priuilegia.Intellige si est interdictus ab episcopo:secus si à papa.Similiter si est interdicta persona seu suspensa pro delicto alterius:quod aliquando fit,vt xvij.q.iiij.miror.& cap.felix.talis sententia per episcopum suspendi potest,sicut & tolli.Sed si hoc factum sit pro culpa suspensi vel interdicti,non posset de licentia alicuius celebrare , vel huiusmodi sententia suspendi . Sed intellige alicuius, citra summum pontificem:quia ipse posset eum tali dispensare,cùm sit iuris humani, nisi adhuc perseueraret in delicto: quia tunc dispensare non posset in celebratione missæ,sed tantùm in alijs. ¶†Secundum.Per appellationem sequentem non suspenditur interdictum:si tamen eius effectus sit suspensus ad tempus secundum Hostien.c. intra tempus suspensionis appellari potest à suspensa sententia,sicut à conditionali.de appellatione. præterea.& capit.dilectus. Et idem de sententia suspensionis. Secus in sententia excommunicationis , cuius effectus numquam relaxari potest ad tempus,nisi omnino tollatur.de sententia excommunicat.capit.cùm desideres. Et hæc omnia limita de interdicto à diuinis & spiritualibus , non à temporalibus : pura ne quis ingrediatur possessionem Petri.ff. de appellatio.l.constitutionis. pro quo vide Ioan.Andr. in capit.in cui.de senten.excommun. libr.vj. ¶† Tertiam priuilegium concessum à legato de latere,quòd quis tēpore interdicti valeat celebrare interdictis,& excommunicatis exclusis:valeat quantū ad sententias suas & suorū ordinariorū , secūm L.and. nisi specialiter à successore reuocetur: & tenet idē quòd ecā valet quo ad sentētias papæ:arg.c.dilectus.el ij.de rescr. ¶Quartū.†Sententia interdicti & suspēsionis nudo verbo sine spēditur,vel totaliter relaxatur, cum iuramēto tamē.de sent. excō.alma.lib.vj.¶Nonò quæritur,† vtrū interdictū relaxari possit,& quomodo? Et dico multa.¶Primū. Secūdum Host. licet in sententia excōmunicationis expressa sit solennis forma quam habes suprà Absolutio iij.§.iij.in sententia tamen interdicti & suspensionis secus est: quia nudo verbo relaxatur,cum iuramento tamē,vt suprà proximè dictum est.

in eius absolutione vel relaxatione,si sit latum simpliciter, non ad tempus,licet non fit tradita specialis forma, necessariò seruanda tamen secundum Host.& alios doc.oportet vti aliqua forma verbali:sed sufficit dicere,revoco,remoueo,absoluo,aut quid simile:non sufficit autem si papa det licentiā celebrandi in ecclesia à se specialiter interdicta: quia secundum Host.per hoc interdictum non relaxatur,scilicet nisi ,p illo casu.Si verò ipse,vel alius,qui protulit interdictum, non seruando illud intendit per hoc relaxare, ita quòd ipse proferens hoc dicit,secundum Cal.est relaxatum:cùm nō sit certa forma relaxandi.Sed vbi proferens hoc nō dixit,licet mente gereret relaxare,non est relaxatum : quia sicut verbaliter fuit lata sententia:ita verbo debuit relaxari. de re iudi.cap.j. quod verum est præter quàm in papa,qui legibus non subijcitur.ff.de legi.l.princeps.Vnde si mente sola relaxet,est relaxatum:nec violantes incurrunt pœnas iuris , licet peccent,si hoc ignorant,secundum Cal.¶Secundum . †Si interdictū sit latum ad tempus,puta vsq; ad annum,vel donec satisfecerit, vel donec talis ibi moretur,vel huiusmodi:post tale quid absolutio nulla requiritur,sed ipso facto interdictum remouetur,& licitè post hoc celebratur, vt nor. Pan.in c. non est vobis.de sponsa.& hoc intellige siue à iure fuerit,siue ab homine.& idem de qualibet alia suspensione.Secus autem de sententia excommunicationis ad tempus:quia requiritur absolutio,vt not.doc.in c.fi.de matri.con.contra inter eccl. Et ibi reddunt rationem : quia excommunicatio requirit certam formam in absolutione:sed in interdicto & suspensione sufficeret constare de mente iudicis . Et licet aliqui dubitent de excommunicatione lata à papa ad tempus:tamen tenendum est quòd requiritur absolutio,nisi aliter constet papam velle eum esse absolutum:vt not.dominus Ant.& sequitur Pan. in d.cap.fin.¶Tertium.† Interdictum generale ad cautelam relaxari non potest:de sent.excom.c.præsenti.lib.vj.Sed si fit particulare,seu speciale contra personam:sic potest relaxari ad cautelam,arg.à contrario sensu.d.c.præsenti.Vnde specialē interdictum positum in aliqua ecclesia, quamus Archi.dicat quòd non potest relaxari ad cautelam,si dicatur nullum: Io.tamen Mo.dicit contrarium:quod Io.And. fatetur videri sibi verius.& placet etiam Cald.quia cap.præsenti.de sentēn. excom.libr.vj.loquitur de generali interdicto, quod scilicet ad cautelam ralaxari non potest : secus ergo de speciali.xxv. dist.qualis.Sed tamen per ly.potest,intellige ly oportet:quia nihil obest si relaxetur,licet non oporteat, arg.d.c.præsenti. Quicquid autem sit de speciali quantum ad locum , tamen quantum ad speciale personale hoc tene.& ratio est,quia specialiter interdicto ,donec absoluatur,omnia sacramenta negantur:& sic idem est quod & de excommunicatione , à qua quis absoluitur sub conditione:vt in c.ioler.de sententia excommunicationis.libro vj.Et hoc tenet Io.And. in d.c.præsenti.quod limita quando videtur expediens relaxatio.

¶Quartum.†Ciuitate interdicta,si qui volunt satisfacere, & iurare,dicit quòd in eis relaxatur interdictum.Sed Host.dicit quòd non:quia sic rigor ecclesiæ dissolueretur.& idem tenet Bernardus,Io.& Inno.de pœ.& rem.c.quod item.pro eo quod ibidem hoc specialiter conceditur sumentibus signum crucis & peregrinis:& consequenter hoc intelligitur in alijs prohiberi.¶Decimò quæritur,†à quo possit interdictum relaxari? Et dico multa.¶Primum.Si sententia interdicti vel suspensionis lata est ab homine , absoluere seu relaxare pōt ille qui eam tulit,vel eius superior , non autem alius, nisi de eius mādato.xxiiij.q.c.j.si Petrus.Siverò sit à iure:aut conditor canonis nihil sibi reseruauit : & tunc poterit hoc episcopus ordinarius,nisi esset latum ad certum tempus: quia ante illud non posset,per ea quæ glossa in cap. cupientes . §. ceterum.in verbo,suspensos.de elect.lib.vj. Ex quo infertur limitatio ad cap.nuper . Et similiter hoc potest legatus sedis apostolicæ,arg.c.nuper.de sent.excom.imò & quilibet ordinarius prælatus etiam episcopus inferior , quantum ad personas suæ iurisdictionis:licet non quo ad locum.arg. eorum quæ dicta sunt de absolutione excommunicationis Absolutio.ij.§.j.maximè vbi haberi non posset copia superioris absolutoris.arg.eorum quæ dicta sunt 3.Dispensatio.§.ix . Nec obstat probatio Summæ Rosellæ in contrarium,scilicet:inferior episcopo non potest minus,puta tollere vinculum polutionis ab ecclesia per reconciliationem:ergo nec maius,sci licet tollere vinculum interdicti,quòd est maius , cùm inde ex hoc contrahatur irregularitas ibi celebrando,non hic.Dico enim non valere argumentum à minori in genere diuerso:sicut angelus non potest gustare,ergo nec intelligere, & ita est hic : quia reconciliare ecclesiam pollutam est consecrationis vel ordinis : absoluere verò ab interdicto est iurisdictionis.& præterea probatio procedit de interdicto loci:& nos loquimur de interdicto personæ . Aut conditor canonis reseruauit sibi aliquod antecedens ad interdictum,puta absolutionem ab excommunicatione lata contra singularem personam,sed non absolutionem ab interdicto,quod iure sequitur ex eodem delicto contra vniuersitatem vel locum : & tunc secundum Archi.licet non expressè, ex consequenti videtur sibi reseruasse relaxationem interdicti : quia quotiens vitium ex vna radice nascitur, consequens est vt eadem lege tollatur.C.de nup.l.si libertam . & facit similitudo rationis: quia interdictum & excommunicatio nomine censuræ continentur:de verb.sign . quærenti . & quod de vno dicitur,de alio intelligendum est.Sed hoc dictum Io.Andr.non placet hac ratione:quia de duobus suppositis,vno solo reseruato,alterum videtur concessum . & hoc videtur placere glossæ in cle.j.de hær.& hoc videtur sequi Sum.Ro. Sed mihi placet magis opinio Arch.& improbatio Io.And . procedit in duobus disparatis:non autem consequenter se habentibus.Si autem sibi reseruauit absolutionem ab interdicto:ipse solus potest aut alius de eius mandato. ¶Vndecimò quæritur,† vtrū superior prælatus debeat aut possit relaxare interdictum latum ab inferiore? Et dico multa.¶Primum. Archiepiscopus vel eius officialis non potest relaxare interdictum siue excommunicationem vel suspensionem latam ab officialibus Archidiaconorum,seu alijs iurisdictionem habentibus subditis suffraganeorū,ipsis,q tulerunt,omissis:nisi esset consuetudo contraria:extra eo.Romana.libr.vj.vbi dicitur,non relaxat.vnde si relaxauerit,licet malè egerit,tenet tamen relaxatio,nisi aliqua consuetudo obstaret:vt in Sum.Conf.lib. cod. xxxiij.q.cclxix.& ibi secundum Inn.¶Sedm. Postquā sententia interdicti per aliquos inferiores rationabiliter lata est,maiores nō debent eā relaxare absq; cōgrua satisfactione,& cō scientia eius qui tulit eam:de offi.ordi.cùm ab ecclesiarum. Sed si non sit rationabiliter lata,debet sine difficultate relaxare qui eam tulit:de offi.ord.graue. seu superior , ad quem recurritur.de sent.excommunicat.c.cùm medicinalis.libr.vj. ¶Duodecimò quæritur , † quid de eo qui interdicto vel excommunicatione adstrictus offert se ad iustitiam eorum, pro quibus sententiam accepit ? Et dico quòd iudex eum,ne fic decedat , potest absoluere . & si aduersa pars appellet ne absoluatur,ante absolutionem tamē debet ab illo accipi sufficiens cautio,quòd in præsentia Romani pōtificis,ad quem appellatur,si voluerit appellator,vel coram iudice,cui causam delegauerit,iure parebit.Et idem de his,qui dicunt se iniustè interdictos vel excōmunicatos:etiā si ad sedem apostolicā hi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui huiusmodi sententiam protulerunt, appellarent: de app.
19 qua fronte. ¶ Decimotertiò quæritur, † quid si tempore generalis interdicti is, propter cuius culpam latum est, vult satisfacere. Et dicit Io. And. quòd tollitur interdictum. Si verò fuit culpabilis tanquam consiliarius vel auxiliarius licet accipiatur cautio, & iniungatur pœnitentia, non relaxabitur tamen interdictum: de sent. excommu. alma. lib. vj. quod si non propter eius culpam latum est: ipse quidem punitur, sed eius satisfactio non requiritur: de sent. excom. ti sententia. libr. vj.

Rursus de Interdicto quartò, quando à iure proponatur.

1 *Interdictum generale quando ipso iure inducatur alicui loco.*
2 *Interdictum generale personale quando inducatur ipso iure.*
3 *Interdictum locale speciale quando à iure inducatur.*
4 *Interdictum speciale personale quando inducatur ipso iure.*

INTERDICTVM quartò aliquando est alicubi ipso iure positū: & de hoc nunc agendu est. ¶ Primò verò quæri
1 tur, † quando à iure latū sit interdictū generale locale? Et dico quòd in multis casibus. ¶ Primò qñ ciuitas siue repræsentantes ciuitatem, in qua moritur summus pontifex, nō seruat dispositionem c. vbi periculū. de elec. lib. vj. quia tunc ipso facto est interdicta: vt ibidem. ¶ Secūdò, qñ ciuitas dat auxilium, consilium vel fauorem inſecutoribus aut capitoribus Cardinalium, aut percussoribus & mādatoribus prædictorū, aut socijs talia facientiū: vel si intra mensem tales delinquentes nō punierit, si potest: quia ipso facto est interdicta. de pœ. felicis. lib. vj. Excipitur Roma. ¶ Tertiò, quando collegiū vel vniuersitas ciuitatis aut loci ab ecclesijs vel ecclesiasticis personis exigit pedagia, gudagia, vel alia per se aut per alium de rebus suis, quas nō causa negotiandi deferunt, aut ad huiusmodi soluenda compellunt: quia ipso facto omnis ciuitas, castrū, aut villa, aut alius locus dictæ vniuersitatis vel collegij subiacet interdicto: vt de cēſi. c. quāquā. lib. vj. Io. aut Cal. dicit istum casum nec receptum esse nec seruari: licet postea sancitum fuerit pœnas prædictas debere per locorum diœcesanos publicari: vt in cle. præsenti. de sententia excommunicationis, sed cōmuniter ista opinio secundum Arch. nō tenetur: quia & si de lege dicatur quòd cōfirmatur, cùm moribus vtentium approbatur: & propter contrariam consuetudinē abrogatur. di. ij. §. leges. non tamen sic est de sententia excōmunicationis. addevel interdicti, quæ subitò trahit secum effectum suum: & præterea in d. c. quanquam. dicitur contraria consuetudine non obstante. ¶ Quartò, quando collegiū vel vniuersitas sustinent per mēlem pœnā quā meruerūt in conducēdo aut permittēdo vturarios alienigenas, aut illis locando domos: quæ imponitur in c. j. de vsur. lib. vj. & de qua infrà Vsura. §. xxij. quia post mēlem omnes terræ ipsorū sunt interdictæ, quandiu ijdē vsurarij in illis cōmorātur: vt in d. c. j. ¶ Quintò, qñ ciuitas cōmittit aliquid in episcopum suum, vt capiatur, pereuntur, banniatur: quia ipso facto est interdicta. cle. si quis suadente. de pœnis. Casus sūt. cap. de immu. ecle. lib. vj. reuocatus est per cle. quoniam. eodem tit. ¶ Sextò, quādo in aliquo loco vel in aliquibus locis episcopus detinetur inuitus: qa sunt interdicta ipso iure: dicta cle. si quis. ¶ Septimò, quando dominus regni, castri, vel loci. impedit ne legatus aut nuntius papæ possit exequi suum officium: quia est interdictum regnum, castrū vel locus ipso facto. & tandiu, do nec præstiterit in tali contumacia: de offic. deleg. super gentes. lib. vj. Extrauagās est. ¶ Octauò, quando vniuersitas concedit repræsalias, aut cōcessas extendit ad personas ecclesiasticas vel eorum bona, nisi intra mensem reuocet: quia ipso facto est interdicta. de iniur. & si pignorationes. libr. vj. ¶ Secundò quæritur, † quando à iure latum sit interdictum generale personale? Et dico quòd in duobus casibus. ¶ Primò in omni casu, quo infertur generale locale propter crimen vniuersitatis: vt in omnibus prædictis, non autē propter crimē domini tantùm: nisi specialiter populus exprimatur, vt patet ex dictis ī. Interdictū. ij. §. vj. ¶ Secundò, quādo cōmunitas vel vniuersitas imponit, exigit, vel recipit collectas ab ecclesiasticis &c. de quibus in c. clericis. de immu. ecc. lib. vj. seu quando bona deposita in ecclesijs arrestauerit, occupauerit, vel arrestari aut occupari fecerit, seu dederit in his auxiliū, consilium vel fauorē scienter: quia ipso facto est interdicta: nec absoluit nisi de speciali mādato sedis apostolicæ, nō obstantibus quibuscunq; priuilegijs: vt in d. c. clericis. sed tamē vacat per clē. vnicam. eo. ti. licet steut dicta §. priore. particula tertia. ¶ Tertiò quæritur, † quando à iure latum sit interdictum locale speciale? Et dico quòd in multis casibus. ¶ Primò, qñ ecclesia aliqua polluitur per iniuriosum homicidium, vel iniuriosam sanguinis effusionem, aut effusionē humani seminis, iuxta dicta ī. Consecratio ecclesiæ. ij. §. v. quia tunc ita est interdicta quòd ante reconciliationem nō debent in ea officia diuina celebrari, de cons. di. j. si motū. & c. ecclesijs. ¶ Secundò, qñ clerici vel religiosi inducunt aliquem ad vouendū aut iurandū, vel fide interposita, seu aliàs promittendum de sepultura, si in eorum ecclesia vel cœmeterio illum sepeliant: quia si intra decēnium non restituant ecclesiæ, vbi de iure venit sepeliendus, omnia quæ occasione sepulturæ habuerunt, etiam si non petantur, & cadauer si petatur, ipso facto eorum ecclesiæ & cœmeteria sunt interdicta. c. animarū periculis. de sepult. lib. vj. & tandiu, donec satisfecerint, vt ibidem. ¶ Tertiò, quando episcopus in aliquo loco detinetur inuitus. cle. si quis suadente, de pœ. & hoc interdictū potest esse generale & speciale. ¶ Quartò quæritur, † quādo iure feratur interdictū speciale personale, quod etiam aliquādo dicitur singulare? Et circa hoc dico multa. ¶ Primum, quòd, vt patet ex dictis, interdictum singulare personale est quando singulari personæ interdicuntur diuina officia, & ecclesiastica sacramenta omnia, vel particulariter quædam officia, vel quædam sacramenta. de offi. dele. ex literis. & de priui. c. j. & c. episcoporū. lib. vj. & de tem. or. vel nō est compos: & istud etiā potest dici suspensio. ¶ Secundū est quòd interdictus ab aliquo actu respiciente diuina, intelligitur interdictus etiam ab omni alio qui includitur in illo, vel qui sine illo interdicto exerceri non potest de app. solicitudinem. Vnde interdictus ab officio sacerdotali, nō debet primò exercere officia quæ propriè competunt sacerdoti: secus si esset ei solùm interdictum altaris ministerium. nec secundò officium pontificale: quia illud sine sacerdotali exercere non potest, de excess. prælat. ex literis. Et eadem ratiōe interdictus ab ordinibus minoribus promoueri nō potest ad maiores: nec interdictus, id est, suspensus ab exercitio inferioris ordinis, exercere actum superioris: quem sine exercitio inferioris exercere nō potest. sicut econtrario prohibitus à maiori non intelligitur prohibitus à minori. Probatur hoc xcv. di. illud. & di. iiij. gesta. ¶ Tertium est, quòd episcopus suspensus vel interdictus à pontificali officio, si exerceat sacerdotale, etiā cum pontificalibus, nō est irregularis: sed si exerceat aliquid per se spectās ad officiū episcopale respectu cōsecrationis epūcopalis: siue cū Missā, & cōsecrādo ordinariè: siue sine Missa, vt chrismare in fronte, est irregularis. ¶ Quartū est, quòd sacerdos, cui interdicta sunt sacerdotalia, si cōficiat corpus Christi sine missa, est irregularis, nō autem excōmunicatus minori celebrās scienter, licet peccet mortaliter. ¶ Quintum est, quòd ab ingressu ecclesiæ est quis interdictus in multis casibus. Primò, si ferat sentētiā excōmunicationis aliter quàm intra tradiderint: scilicet in scriptis continentibus causam, & præmissa monitione coram testibus, per quos probari possit si oportuerit, eod. tit. sacro. item eod. tit. libr. vj. c. j. Et secundò, si quis non seruauerit constitutionem Innocentij quarti, quæ est in cap. Romana. de cen. lib. vj. præcipientis procurationes à visitantibus recipi invictualibus, nō in pecunia, & non recipi munera: nec etiam procurationes in victualibus à locis non visitatis: quia patriarchis, archiepiscopis, & episcopis. si intra mensem duplum non reddiderint ecclesiæ grauatæ, interdictus est ingressus ecclesiæ: inferiores verò ab officio & beneficio sunt suspensi, donec reddiderint. de cen. exigit. lib. vj. Et tertiò, si recipiat episcopatum vel abbatiam aut inferiorem dignitatem de manu laicæ personæ, donec resipiscat, & laica persona ista conferens. xvj. quæst. vij. si quis deinceps. Et quartò, si celebrat scienter, seu aliàs participat in diuinis præsentibus publicè excommunicatis vel interdictis: vel eos admittit ad ecclesiasticam sepulturam, donec satisfaciāt ad arbitrium eius, cuius sententiam cōtempserūt. de priuileg. cap. episcoporum. lib. vj. quod Archidi. intelligit de sententia hominis propter illud verbum, ad arbitrium, &c. Hodie tamen admittēs tales ad ecclesiasticā sepulturam est excōmunicatus per clem. eos. de senten. excōmun. Quæ autē sit pœna talis, scilicet qui ab ingressu ecclesiæ est interdictus, si non obseruet sententiā, vide infrà Interdictum. vj. quæst. ij.

Rursus de Interdicto. v. quantum ad effectum, quid scilicet eo tempore liceat, & quid non liceat.

1 *Interdicti tempore qualiter celebrantur diuina officia. & n. 2.*
3 *Festum quando incipiat, & quando finiatur.*
4 *Sepultura tempore interdicti quando sint solennes.*
5 *Interdicti tempore quæ prohibeantur fieri.*
6 *Interdicti violatio quando inducat irregularitatem.*
7 *Interdictum quibus modis violetur à clericis vel laicis. & n. 8.*
9 *Interdicti tempore quæ fiant.*
10 *Sepultura qualiter fiant tempore interdicti.*

INTERDICTVM quintò considerādum est quantum ad effectum, videndo quid tēpore interdicti liceat, & quid non liceat, stante duplici cōsideratione cap. alma. de sentē tia excommunication. lib. vj. Et circa hoc multa quæruntur. ¶ Primò enim quæritur, quæ sit, & qualiter intelligenda circa diuina officia moderatio prima dicti capit. alma? Et dico
1 multa. ¶ Primum, † Secundū antiqua iura in loco supposito ecclesiastico interdicto nulla permittebātur ecclesiastica officia celebrari vel audiri: de pœniten. & remiſ. quod in te. despon. non est vobis, nisi semel in hebdomada celebrari causa conficiendi corpus Christi. de sententia excommunicat. cap. permittimus. Sed per noua iura istud extitit moderatum per dictum c. alma. primò per istum scilicet modum quòd singulis diebus in tali loco possunt & debent in ecclesijs & monasterijs missæ & alia officia celebrari sicut prius, sed cum his quatuor conditionibus, scilicet submissa voce, ianuis clausis, non pulsatis campanis, excommunicatis & interdictis exclusis: & non venientes ad diuina ita perdunt distributiones, ac si non esset interdictum. Prædicta autem moderatio locum non habet in interdicto populi seu vniuersitatis non expresso loco in sententia: quia dictū caput, alma. loquitur simul de interdicto generali loci & vniuersitatis, villæ, castri, regni, & huiusmodi. Similiter secundum glo. nec ipsa nec sequens habet locum in ecclesia vel monasterio specialiter interdictis: quia nullo modo ibi possent celebrare diuina, etiam cum dicta moderatione, habent tamen locū æquè in exemptis sicut in non exemptis. Non habet etiam locum ista limitatio, quæ ibi continetur in §. adijcimus. secundū Gemin. post Ioā. Andr. super d. c. alma. in nouel. quādo clericus iubetur exire relictis parochialibus ministris pro dandis sacramentis: sed statur d. c. permittimus. vt semel tantū in hebdomada celebretur. Sed quia ad hoc nihil allegāt: & in dicto c. alma. ecclesia intendit ampliare antiqua iura, & quòd ecclesiæ nō prouentur debitis obsequijs sine culpa, vt patet in text. d. co hoc non habere locum, quādo clerus iubetur exire, ex impossibilitate facti: quia scilicet si exit collegiū, diuina celebrari nequeunt collegialiter: non autē ex aliqua iuris prohibitione: dicco si qui tunc licitè remaneant, poterunt celebrare, & nō sacerdotes cōmunicare, vt prius, cum illa moderatione nisi in sentētia aliter contineatur: quia intetio illius capituli est, quòd diuina celebrētur quantū cōpatitur pœna eorū qui iuste puniuntur: quam nullo modo impedit illa celebratio hic moderata ad qā etiā facit regula iuris, odia. in vj. quia gratiæ & fautores, maximè in spectantibus ad animā, debent ampliari. Vnde etiā dico ꝙ eo casu nō interdicitur pœnitētia religiosis sanis qui nō fuerūt in culpa: & licitè remanēt: tum ex ratione dicti c. tum etiam quia si licitè celebrāt, licitè conficiētias purgant. Eadem etiā ratione moniales, quæ licitè remanēt, licitè celebrāt diuina & cōmunicāt vt prius, & confitētur cum eadē moderatione. De pœnitētia autē secularium nō decedētiū, dico ꝙ olim in generali interdicto nō licebat. de ſpō. nō est vobis. nunc autem licet per d. c. alma. §. quia verò. modò nō sint excōmunicati nec causam dederint interdicto: vt j. vj. quod quidē vtrū si verū, quando clerus iubetur exire: nec tex. nec glo. inuenio hoc negantē: nec ad hoc est ratio efficax: & ideo nisi in sententia aliter contineatur, ita tenēdū est. Dicere autē quòd papa nulli possit negare pœnitētia in sanitate, est erroneū: quia contra c. quod in te. de pœnit. & remiſ. & fuit error olim Gof. Tanc. Greg. & Vinc. vt refert gl. in d. c. alma. ¶ Secundū. Prædicta autē officia sub tali moderatione: secundū Archi. in d. c. alma. celebrāda sunt à proprijs ecclesiarū clericis vel monachis monasteriorū, nisi & ipsi essent interdicti: quia de interdicto singulariter aut generaliter, qui etiā vbiq; est interdictus, capitulū istud nō loquitur. Poterit autē celebrari missa etiā peculiaris, secundū Gemin. & Io. And. & Io. Cal. in d. c. alma. licet Io. Mo. dixerit quòd solùm cōuentualis. quòd non habet rationē: cùm celebrandū sit vt prius, seruatis prædictis. ¶ Tertium. Ad ista diuina admitti nō debet seculares non interdicti, siue de terris nō interdictis, secundum ocs: vt in c. licet. de priuil. lib. vj. de clericis autē aliarum ecclesiarum vel monasteriorum monachis, tenet Arch. in d. cap. alma. quòd non possent admitti: sed Io. And. videtur tenere contrarium, dicens quòd qui nimis emungit, elicit sanguinē. & hoc cōtrarium tenet & probat per multa Cal. & Federic. consil. lxxxvij. dicēs quòd tales non admittere est absurdum. & hoc tene ex intentione capit. alma. & per regulam iuris, odia. in vj. & die quòd verbum, canonici, quām clerici ecclesiarum, restringit distributionem, non auditionē vel celebrationem, quæ permittitur sicut prius. ¶ Quartū. Cùm alicui singulari personæ conceditur vt cum dicta moderatione possit audire diuina tempore interdicti: eius familiares, qui non dederunt causam & domestici admittuntur ad audiendū cum illa, & sibi cōcelebrandū: vt in d. c. dicet vobis. §. cōceditur. niſi ob istam causam in fraudem sint assumpti. de verbor. sign. c. vltim. lib. vj. Secus autē de familiaribus alicuius collegij: qa nō admittuntur, nisi sint priuilegiati: vt in d. c. dicet. Si tamē in collegio deficiunt omnes præter vnum, vel infirmātur, dubitatur an ille celebrare possit cum familiari. Sed Hostien. in cap. nonnullis. de priuil. tenet quòd poterit, ne priuilegium sit inutile: & idem Ioan. Andr. & idem Cal. ratiōe cogentis necessitatis, vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

habeat seruitorem. ¶ Quinetum. Priuilegium, quo aliquibus religiosis conceditur tempore interdicti posse recipere ad diuina confratres suos: de illis confratribus debet intelligi, qui licet remanerẽt in seculo, eorum tamẽ ordini sunt oblati mutato habitu seculari: vel etiam qui inter viuos dederunt illis bona sua retento vsufructu in vita. de priuileg. vt priuilegia, §. j. & in cap. cùm & plantare. §. de fraternitatibus. ¶ Secundò quæritur, † quæ sit, & qualiter intelligenda moderatio secunda dicti cap. alma. Et dico multa. ¶ Primum. Ibidem conceditur quòd in quatuor festiuitatibus, scilicet natiuitatis, resurrectionis, pentecostes, & assumptionis beatæ Mariæ campanæ pulsentur, & ianuis apertis alta voce diuina celebrẽtur in locis interdictis, excommunicatis exclusis, sed interdictis admissis, ita tamen quòd illi, propter quos latum est interdictum, altari non propinquent, non obstantibus quibuscúque priuilegijs. & per extrauagantem Martini quinti, & Eugenij iiij. additur solemnitas corporis Christi & eius octaua. Et secundum Ioan. Cal. dici potest missã etiam alia quàm de ipso festo. ¶ Secundum, † Quod de prædictis festiuitatibus dictum est, secundum Archidiac. de vna die tantùm pro singulis debet intelligi: vnde & quærunt doctores quando talis incipiat & quando finiatur. Et quidem quantum ad principium quasi omnes concordant, quòd à vesperis vigilię incipiant: licet dicat Ioan. Mo. quòd quãdo dies incipit lucescere: quantum ad finem Ioan. Andr. in glos. tenet quòd finitur in vesperis. Archid. verò tenet quòd in completorio: quia in beneficijs est larga interpretatio facienda: & in vesperis completorij continetur. xj. quæst. iij. si quis episcopus. el ij. & xcij. distinct. cap. vltim. vbi Laur. Hug. & Hostien. hoc not. & cõcor. Feder. consil. iij. ¶ Tertium. Quidverò liceat in prædictis festiuitatibus? Archid. post Ioan. Andr. dicit non posse dari corpus Christi, nisi sicut & alijs diebus, scilicet infirmis decedentibus. de sent. excommunicat. c. responso. vnde dicitur quòd in canone de consecrat. distinct. ij. & si non frequentius. & de pœnitent. & re. omnis. quòd fideles communicare debent in natali, pascharæ, & pẽtecostes, intelligitur interdicto & alia prohibitione cessantibus. Et idem secundũ eosdem de extrema vnctione dicendum est, scilicet quòd dari non potest. Potest autem secundum Feder. consil. iij. cùm hoc priuilegium sit fauorabile & principis: & consequenter ampliandum & latè interpretandum: episcopus altaria & virgines in istis festiuitatibus consecrare, vela benedicere, & imponere monialibus, calices, paramenta, aquam, abbatissam, & abbates, & huiusmodi: quia sub nomine diuinorum ista veniunt, cùm sacramenta non sint: & similiter potest sacerdos benedicere sponsam, aquam quoque, & eam aspergere, candelas, olivas. Intellige tamen quòd fiant hæc à personis nõ interdictis: aliter essent irregulares, cùm pertineant ad ordinem: secus de alijs quę ratione ordinum non cõueniunt: vt est benedictio mensæ, gratiarum actio post mensam, & similia. Notandum tamen est, quia nuptiarum benedictio secundum Hostien. habet locum in festo assumptiõis beatæ Mariæ: adde tu etiã corporis Christi, nõ autẽ in alijs: quia nuptię in eis in omni loco prohibentur. xxxiij. q. iiij. non oportet. Possunt etiam secundum Feder. alijs diebus ista fieri tempore interdicti, sed solum secũdum modificationem primam, de qua §. priore. ¶ Quartum. † De ecclesiastica verò sepultura est dubium: quia Ioan. And. dicit quòd non liceat. idem Gemin. & Ioan. de ligo. sed Ioan. Cal. dicit posse in dictis diebus mortuos publicè & solenniter sepeliri, vbi aliud non obsistat: puta quia sepeliendus non est specialiter & nominatim interdictus, nec in caula interdicti. Et mouetur quia ideo prohibetur, quia ad diuinum officium accedit, cùm debeat funus ad ecclesiam deferri cum officio diuino. xiij. q. ij. quia diuina. Diuinum autem officium hîr diebus permittitur solenniter celebrari. Et hæc opinio mihi placet: quia sepultura tẽpore interdicti prohibetur propter duo. Primò ratione diuini offícij annexi. Secundò ratione dependentiæ ad ordinem sacrum propter cõsecrationem & benedictionẽ cœmeterij: vnde nec in cœmeterio sine officio, nec extra cum officio fieri potest: ea verò in quibus ista duo concurrunt, in prædictis solennitatibus licent, vt consecrationes, & benedictiones, de quibus dictum est statim. Si tamẽ adhuc vera esset prima opinio, secundum Federic. non sunt irregulares clerici officiando circa sepulturam: quia quantũ ad officium relaxatum est interdictũ. ¶ Tertiòverò quæritur, † quę prohibeantur exerceri tẽpore interdicti vel in loco interdicto sine tali moderatione dicti cap. alma. & dico colligendo ex Inno. & Panorm. & communiter docto. in cap. non est vobis. de sponsal. & cap. final. de excess. prælat. & cap. quod in tẽ. de pœniten. & remiss. & c. fin. de sentent. excommunic. lib. vj. quòd prohibentur exerceri omnia spiritualia, quæ reducuntur ad sex, semper tali tempore prohibita, nisi sint iure specialiter concessa. ¶ Primum, quod prohibetur, est generaliter omne exercitium deputatum certo ordini ecclesiastico, siue clerici sint presbyteri, siue inferiores, vt notat Panor. in cap. ij. de cleric. excommunic. mi. ¶ Secundum, celebratio diuinorum. de sent. excomm. responso. de cleric. excommunic. mi. c. ij. & iij. quæ non licet tempore generalis interdicti, etiam in locis exemptis, nisi sicut in alijs. de quo infrà. §. v. & suprà §. j. & ij. quorum diuinorum nomine venit solùm ordinarium seu breuiario vel missali. ¶ Tertium est administratio sacramentorum, nisi vt infrà. §. vij. ¶ Quartũ est collatio ordinum, nisi vt j. §. vij. ¶ Quintũ est ecclesiastica sepultura, id est, in ecclesia vel cœmeterio, & extra ista cum officio: non autem extra sine officio. ¶ Sextum est pulsatio campanarũ, si pro diuinis. Adde septimum esse apertionem ianuarum ecclesiæ tẽpore quo diuina celebrantur, nisi vt j. §. ij. particula prima. Quæ omnia ita prohibentur in ecclesijs exemptis, sicut in alijs, vt in cap. authoritate. de priuil. lib. vj. & ita illæ seruabunt sicut & aliæ celebrando secũdum modificationem c. alma. de sentent. excommun. lib. vj. de qua §. sequenti. Et ômnia pertinẽt ad diuina vel sacramenta. Sciendum tamen, vt not. Panorm. in cap. tanta. de excess. prela. quòd per interdictum non suspenditur iurisdictio prælati etiam circa spiritualia: sed virtus interdicti refertur tantùm ad exercitium ordinis. Sciendũ etiã quòd prohibetur missã sicca, id est, sine consecratione sacramenti, cùm sit de annotatis in missali. & ita interpretatur consuetudo. ¶ Quartò quæritur, † quomodo clerici agendo ex ordine suo præter dictam moderationem violent interdictũ, & consequenter sint irregulares? Et dico multa: ¶ Primum. De hoc Panorm. in c. ij. de cler. excommun. mi. sic dicit in simili. Si clericus suspensus vel excõmunicatus attentat aliquid attributum alicui ordini, efficitur irregularis. Secus si attentat aliquid exercibile per laicum: vt quia cantat vnum responsorium in ecclesia, vel dicit aliquem versum de psalmo: vnde licet peccet non dicendo officium, tamen debet dicere vt priuata persona & priuatim: vt not. in cap. illud. eod. tit. & consequenter non debet dicere dominus vobiscum: quia non est verbum priuatę personæ. hæc ex illo, ibi. vbi vide. in cap. sinodi. de excess. prælat. sic dicit: Conclude post Inno. & doct. quòd illi incidunt in irregularitatem, nõ seruãdo interdictum, qui exercẽt aliquid deputatum alicui ordini ecclesiastico. & hoc faciunt tanquam clerici siue sint presbyteri, siue clerici inferiores: vt si diaconus dicat Euangelium, vel subdiaconus epistolam tãquam subdiaconus, vel acoluthus exerceat officium suũ tanquã acoluthus: secus vbi exerceret aliquid non deputatum

tatum certo ordini. Vnde cãtans responsoria, vel dicens psalmos nõ officiando principaliter ecclesiã, sed vt quilibet alius laicus, nõ efficitur irregularis, secũdum Inn. & bene. & idem in benedicẽte mensam. quod non est deputatũ certo ordini: sed de cõsuetudine exercetur indistinctè etiã à nõ ordinatis: sicut & epistola dicitur sine apparatu ex consuetudine per quemcũq. & idem si exerceret ea quæ sunt iurisdictionis: vt absoluendo excõmunicatũ, modò nõ absolueret vt sacerdos, id est, cum solẽnitate: de qua in cap. à nobis. el ij. de sen. excõ. Concludo ergo breuiter quòd iurisdictionalia nõ sunt prohibita tempore interdicti, nec exercens ea tẽpore excõmunicationis efficitur irregularis: & idem si nõ sunt deputata certo ordini, vel si sunt deputata, ex consuetudine exercentur per quemcũq. Hæc ex illo. Vel, quod tamen idem est, dicitur clericus secundum Archid. post Calder. agere vel ingerere se in officio suo sicut prius, & violare interdictum, cùm celebrat solenniter, vel secũdum alios principaliter, vel quasi clericus agens in officio vel ordine suo, secundum Panorm. & Doct. in d. c. tanta. horas diurnas vel nocturnas, vel aliud officium comperens ratione alicuius ordinis quem habet. ij. q. ij. episcopus. adde vel cùm facit hebdomadariam in horis canonicis, quod est sacerdotis. Et idem not. Innoc. & alij post eum in cap. fin. de excess. prælat. secundum quos etiam violat illud in missa non solùm celebrando vt sacerdos, sed etiam legendo Euangelium vt Diaconus, calicem offerẽdo vt Subdiaconus, vel vrceos vt Acoluthus, & huiusmodi. quod secundum Inn. limita, nisi vbi esset consuetudo quòd pertinens ad certum ordinẽ, puta cãtare Epistolam sine ordinis distinctione indistinctè fiat: quia tunc nõ esset irregularis. Secus autem exercendo aliquid nõ deputatum certo ordini ecclesiastico: vt si legit Psalmos, vel legit Euangelia, quod quilibet potest in terra interdicta, sicut & prædicare. de sentent. excõ. c. responso. vel si in matutinis legit Lectiones, vel cãtat Responsoria: quia secũdum Host. & Veruec. non est irregularis. qui intelligẽ si nõ facit officiando principaliter, id est, ex officio suo, sed tanquam laicus, etiã si ista faceret in choro. Vnde etiam secundum multos, nõ est irregularis, qui interest officio, etiã si cum alijs cantet, vel secũdum Ion. dicat officium vt quilibet alius, modò non celebret, nec aliquid in officio suo agat Host. in c. tanta. de excess. prælat. & Specu. limitat quando interest ex quadam deuotione non contemnendo: secus si ex contemptu & authorizando: vt quia prælatus facit celebrari diuina: quia sic esset irregularis secũdum glo. in cle. archiepiscopo. de priuil. & cõcor. Veruec. Dur. Ex his intelligo quòd per celebrationẽ horarũ incurratur irregularitas solùm ab eo, qui interest authoritatiuè, & ab eo qui officiat principaliter, scilicet quasi soluẽdo horas suas vt clericus solenniter officiando ecclesiam vel populum: & inchoando vel perficiẽdo, vt est hebdomadarius, qui dicitur agere ex officio suo: puta hoc propriũ est sacerdotis. secus de cantoria. ¶ Secũdum. De Psalmista verò interdicto seu etiã nõ interdicto, sed in loco interdicto, vtrũ solenniter agendo in officio suo violet illud, & sit irregularis. Cald. dicit quòd non, secũdum Theologos: quia Psalmistatus, secũdum eos, nõ est ordo: secũdum Canonistas verò, secus: quia tenent quòd sit ordo. xxj. dist. cleros. & quod tali ordini competit cãtare, scilicet in choro psallendo, & Lectiones ac responsoria legẽdo. vnde ista faciẽdo est irregularis. Sed tu die quòd Theologis in hac parte stãdum est, cùm eorum sit decidere an sit ordo: & ipsi dicũt quòd nõ est ordo, sed officium annexum ordini lectoratus: intellige per attributionem, & nõ per sequelam: vt infrà, Ordo. j. §. j. vnde ista facere nõ est ei propriũ, scilicet legere & cãtare. ¶ Tertium. Clericus simplex habens tantùm primã tonsurã, si cantet in officio suo, est irregularis secundum Host. & Veruec. Dur. in Spec. Sed quia prima tonsura, secundum Theologos, quibus in hoc stadum est, nõ est ordo, sed dispositio ad ordines, ideo dic quòd talis nihil ex suo officio facere potest: & sic nec efficitur irregularis cantãdo vel psallendo. ¶ Quartum. Si clericus dicat Epistolã sine apparatu, secundum aliquos, & placet Inn. & sequitur Pis. nõ est irregularis, vbi est cõsuetudo quòd sine distinctione ordinis aliquis dicat Epistolã. Irregularitas. §. xij. vel porter cereum, aut faciat aliud pertines ad aliquem ordinem: sed solùm vbi nõ est. quod quidem dictum Calder. reprobat: quia illa distinctio nõ tollit quin illa de iure conueniant alicui ordini. Sed tu dic cũ Inn. quia illa distinctio facit quòd ea, quæ cõueniunt ratione ordinis, nõ fiãt ex ordine vel officio, quod sufficit ad vitãdam irregularitatem, sicut de clerico astante officio & cãtante ex quadã deuotione, nõ quasi soluendo horas, dictum est. ¶ Quintũ. Quantum pertinet ad benedictiones, dicit Innoc. quòd in benedictione aquæ cõtrahitur irregularitas: quia est annexa ordini. de cõs. dist. iij. aquã. quod intellige secundũ Arch. quãdo hoc ageret clericus interdictus: secus si non interdictus ea faciat in loco interdicto seruata prędicta moderatione: quia cùm hodie liceat celebrare cum dicta modificatiõe, à fortiori licet aquã benedicere. & idẽ de similibus. Aquã autẽ benedictam aspergere laicis loci interdicti sacerdos nõ debet nisi in dictis solẽnitatibus. Si tñ aspergat, secũdum Cald. nõ est irregularis: quia nõ est iure cautũ. adde, quia nõ est propriũ alicuius ordinis, quod fallit ad versum, Asperges, in principio Missæ: quia est propriũ sacerdotis: & generaliter vbicũq; ingreditur aliqua sacerdotalis benedictio. Benedictio autem mẽsæ etiam à clerico interdicto nõ inducit irregularitatẽ, secundũ Cald. quia nulli est ordini deputata. Nec benedictio quam cõsueuerunt priores aut episcopi in sua diœcesi itinerando obuiantibus dare, secundum aliquos: licet tutũ sit abstinere. qđ Cald. dicit verũ in benedictione simplici: secus de solẽni, ad quam præmittitur, Sit nomen domini benedictum: quia talis cupetit ei ratione ordinis, dist. xcv. c. ecce. imò ego dico esse idem etiam in simplici, quãdo expetitur aut datur ratione ordinis: secus ratione ętatis vel sanctitatis eadem ratione. Benedictio verò calicis, paramentorum, corporalium, candelarum in festo Purificationis, aut olivarum in die Palmarũ, fieri nõ potest, secundum Cald. à clerico interdicto, vel etiã à nõ interdicto in loco interdicto, nisi secundũ dictam moderationem: aliter supple inducit irregularitatẽ. Et idem de officio baptismi in sabbato Sancto vel pro cõfectione chrismatis in cœna Domini, quod conceditur in c. quoniã. de sent. excom. lib. vj. sed cum dicta moderatione: vel pro anniuersario defunctorũ: & pro introductione mulieris in ecclesiam post partũ cũ Psalmis & oratione: bus & solẽni introductione: quia est officium ordinis clericalis: sed sine officio facta solùm confessione, vt moris est, poterit mulier per se intrare gratias agẽdo. Et idẽ tenet Host. de benedictione nuptiarũ, scilicet quòd nõ licet. sed intellige de solenni. Benedictio autẽ peræ & baculi peregrinorum à sacerdote, secundũ Veruec. videtur cõcessa, cùm non sit in iure prohibita: adde quia non est ordinis alicuius. & idem de benedictione vestium volẽtium intrare aliquam religionem, vel etiam ordinem tertium. ¶ Sextum. Officium commendationis animarũ decedẽtium, iuxta morem credit Card. posse fieri loco & tempore interdicti, quia videtur annexum absolutioni factæ in pœnitentia, quę tunc cõceditur, vt infrà §. vij. particula tertia. ¶ Septimum. Orationes etiam quæ fiunt in capitulis religiosorum nõ violant interdictum, modò non dicatur, Dominus vobiscum: quod, secundum aliquos, ante orationẽ videtur certi ordinis: sed loco eius dica-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, Domine exaudi orationẽ meam: quia talia nõ sunt certi ordinis. ¶ Quintò quæritur, † quomodo à clericis vel episcopis violetur interdictum per celebrationem diuinorum sine modificatione d.c.alma? Et dico multa. ¶ Primũ. Per quamlibet quatuor conditionum dictarũ in modificatione prima, si non seruetur, violatur interdictum, & est clericus irregularis, etiam seruatis alijs, si celebrat, vel aliquid alicuius ordinis agit, vt in officio suo, puta si pulsatis campanis celebrat, vel etiam si alta voce tantùm, secundum Host. Ioã. Aud. & Ioan. Cald. Et si alijs celebrãtibus facit tantùm vnum prædictorum, puta aperit ianuam, vel campanam sonat, & huiusmodi: Archid. credit ipsum irregularem, quia participat in crimine criminoso. de sentent. excom. c. nuper. secus si aliquid prædictorum facit vt celebrentur diuina, quæ tamen de facto non celebrãtur, cùm irregularitas requirat actum perfectum. xv. q. j. c. fin. ¶ Secundum. Clerici dicentes officium tempore interdicti generalis vel specialis locorũ per viam vel extra ecclesiam, violãt interdictum, si hoc faciãt studiosè, vt audiant seculares, cùm hoc sit officiare populum. arg. c. fin. de priuil. lib. vj. vbi patet quòd etiam diuinorũ celebratio extra ecclesiam tali tempore prohibetur. Secus autẽ si sic dicẽdo à casu seculares transeuntes audierint: tum quia quod modicum est, ratio apprehendit quasi nihil. ij. Physic. tunc quia non est contra rationem legis. Consuluit tamen Calder. quòd non dicant horas in via quando sunt duo vel plures: quia non audet dicere quin violetur interdictum, ex quo audiri possunt ab alijs. Ex quo infero de mẽte eius quòd tempore interdicti generalis clerici non interdicti etiam in loco interdicto possunt simul dicere horas bini, modò non agant clarè, nec animo officiãdi populum vel ecclesiam, & idem dico in specialibus, si sic: positũ propter populum puniendum vel affligẽdum. & de hoc de pœnit. & remiss. quod in te. ¶ Tertiũ. Tempore generalis vel specialis interdicti locorum possunt nõ solùm clerici, verùm etiã seculares, orare in ecclesia oratione priuata, secundum Mo. quia talis actus non continetur sub aliquo prohibitorum suprà §. iij. & idem Rodo. etiam si orantes sint interdicti, vel ipsa ecclesia. ¶ Quartum. Violatur etiam diuinorum celebratiõe, quoties agũt clerici aliquid alicuius ordinis cũ orationibus, iuxta dicta. 7. §. iiij. per totum. nisi in casu iure concesso in administratione sacramẽtorum: quia secundum mẽtem Pede. omnia talia veniunt nomine diuinorum. ¶ Quintum. Episcopi conceditur & alijs superioribus vt vbilibet possint cũ altari portatili celebrare & celebrari facere, & audire diuina, quamuis sit interdicta terra, ciuitas, aut castrum, seruato tamen qd dictum est, ianuis clausis, campanis non pulsatis, interdictis exclusis. de priuileg. c. fin. lib. vj. Et simile priuilegium habent fratres prædicatores & minores. de priuil. quia in his. & nor. in d. c. fin. in gl. Si tamen esset interdicta ecclesia, vel aliqs locus singularis: nec episcopus, nec prædicti fratres possent ibi celebrare: vt not. Ioan. And. in c. aquesuit. de cler. non resi. & sequitur ibi Panor. ¶ Sextum. Pro dicendis Horis canonicis aut Missis tempore interdicti nullo modo licet pulsare cãpanas etiã paruas, vel procul ab ecclesia existentes, secundũ Archid. post Cald. possunt autẽ pulsari pro prædicatione secũdum generalem consuetudinem: quia ista pulsatio est quoddam præambulũ ad actum permissum id est, prædicationẽ, quę fieri potest in loco interdicto, interdictis & excõmunicatis: de sent. excom. respõso. Post quam prædicationẽ in fine etiam generalis cõsilio fieri potest interdictis. Similiter pulsari possunt pro aue Maria: quia illa salutatio nulli ordini est annexa: & similiter pro oblatione aliquarum literarũ: vel in aduẽtu alicuius prælati, & huiusmodi: & similiter pro horis dicendis notificandis, quantum ad laicos: quantum autem ad clericos secundũ eundem Card. nõ licet: quia ex quo dicto tempore solẽt diuina celebrare, præsumeretur quòd pro hoc sonarẽt. xxviij. dist. Syracusanæ. sed tamẽ propter hoc, inquit, nõ efficerentur irregulares. Sed ego dico quòd vbi propter hoc nõ pulsarent nec pulsare crederentur, nullo modo est clericis illicitum. ¶ Septimũ. Priuilegiati ante c. alma. quòd in suis festiuitatibus publicè possint celebrare vel in suo iucundo aduẽtu: hoc facere nõ possunt sine prima, d.c. moderatione: quia per illud eorũ priuilegia reuocantur. Secus de priuilegiatis per dictũ e. quia tales poterũt, sicut in suis festis prædicatores & minores. Et secundum Innoc. & Hostien. tales alios ad celebrandum admittere nõ possunt, si priuilegium est datum personaliter sic, Cõcedimus vobis vt positis celebrare. secus si impersonaliter sic, Cõcedimus, vt investris ecclesijs celebretur: vt in d. priuilegio. ¶ Octauum. Priuilegiati vt admittantur tempore interdicti si dederunt causam interdicto, vel eorum culpa, dolo vel fraude fuit prolatum, vel ad perpetrandũ delictum, cuius causa interdictum latum est, dederunt auxiliũ, consilium, vel fauorem: nõ obstante priuilegio, nullo modo possunt admitti: vt in c. licet vebis de priuileg. lib. vj. ¶ Nonum. Tempore interdicti obligati ad officium nõ excusant ab illo, sed illud dicere tenentur, etiam si ipsi sint singulariter interdicti: debent tamen eo casu dicere sigillatim, sicut 3. de excõmunicatis excõmunicatione iij. §. iij. dictũ est. ¶ Decimũ. Cruce signati cõtra hæreticos habentes ex priuilegio quòd tẽpore interdicti in terra interdicta possint admitti ad diuina, secundũ Io. de Deo, si possint contradicere potestati & officialibus, & non contradicũt, videntur cõsentire: ideoq; nec ad diuina nec ad ecclesiasticam sepulturam debẽt admitti. Si tamen de taciturnitate possint dolentes contradicunt, eorum priuilegium remittitur per eanum intellectum e duobus de sen. excom. ¶ Sextò quæritur, † quomodo laici violent interdictum? Et dico quòd ingerendo se his quæ illis prohibentur. Non licet autẽ eis tẽpore interdicti nec excõmunicatis audire diuina etiã stãdo extra ecclesiam, secundũ Host. quod de mẽte eius Astensis limitat, si dicantur in ecclesia: si verò dicãtur in domo, vel in via, nõ prohibentur audire, secundũ quosdam, vt dicit Rodo. sed nõ placet, nisi quãdo nõ studiosè ad hoc dicerent: alioquin euacuari possunt istæ censuræ in fraude legis: nec sunt ad Offertorium admittendi nec eis portanda pax, aut fenestra vel ostium apertendum vt videant corpus Christi: nec clericis licet ita altè dicere vt foris audiatur. & colligitur hæc extra de pœn. & remiss. c. quod in te. & Concord. latis Rayn. & Veruec. Sed intelligẽ quòd clericis non licet ita altè celebrare studiosè quia possunt ita altè dicere vt se inuicem audiant in choro, etiam si hoc faciendo præter suam intentionem audiantur. extra arg. d. cap. alma. Possunt autem laici interdicti orare in ecclesia etiam interdicta extra tẽpora celebrationis diuinorum, nisi sint excõmunicati maiori, vel ab ingressu ecclesiæ interdicti. secũdum Mo. & Veruec. & similiter exercere quæ nullius sunt ordinis, vt aduocando, docendo, & huiusmodi, & dicere Litanias vel suas Laudes, vt faciunt fratres. ¶ Septimò quæritur, quomodo interdictum violetur circa sacramentorum administrationẽ? Et dico tẽpore interdicti nõ esse ministranda ecclesiastica sacramẽta. de sent. excõ. respõso. & de extrema vnctione præsertim est verũ, secundũ Pan. in d. c. respõso. & do. Ant. de But. in c. nõ est vobis. de spon. quæ etiam nec clericis vel religiosis conceditur, secundum Ioan. And. & Calder. qui sunt de loco interdicto, licet nõ interdicti. † Fallit tamen quod dictũ est, & habet multas exceptiones vt patebit. ¶ Prima. Nam excipitur baptismus, nõ solùm paruulorum, sed etiam adulcorũ: de sent. excom. c. quoniam. lib. vj. & con

sequenter officium baptismi tanquam accessorium, & omnia per quæ venitur ad baptismũ, & sine quibus expediri non debet, cuiusmodi est catechismus: de consec. dist. iiij. ante baptismum. nec esset irregularis secundum Cal. clericus baptizans in ecclesia specialiter interdicta. & idem intellige de pœnitentia & alijs concessis. vnde probat clarissimus doctor Marth. de Vgonibus in suo trac. de interdi. quòd in ecclesia specialiter interdicta licitum est audire confessiones: & hoc rationabiliter: quia permissa permittuntur secundum quod iura disponunt, & obseruatur ius, vt infrà particula iiij. Si tamẽ cõmodè fieri posset, ita essent alibi exercenda. ¶ Secunda. Excipitur cõfirmatio, quæ etiã adultis exhiberi solet: de sen. excom. respõso. & d. c. quoniam. & consequenter confectio chrismatis in die cœnæ, quo in baptismo & confirmatione vtimur, vt d. c. respõso. & d. c. quoniã. quæ tamen cõfectio secundum Arch. in c. quoniam. de sen. excom. lib. vj. fieri non potest, nisi cùm moderatione prima. c. alma. ¶ Tertia. Et similiter pœnitentia non solùm decedentiũ, sed etiã sanorũ, dummodo non fuerint excommunicati, intellige ratione delicti, propter quod positum est interdictum: quia non possunt absolui nisi in morte: secus de excommunicatis ex alia causa, dummodo etiam non sint de illis, propter quorũ culpam vel dolum lata est sententia interdicti: vel quæ præbuerunt consilium, auxiliũ, vel fauorem: nisi prius satisfecerint, si possint, vel de satisfaciendo præstiterint idoneam cautionem: aut si hoc non possunt, nisi iurauerit quòd cùm poterunt satisfaciant: & ad satisfactionem faciendam per eos, qui tenentur, dabunt consilium, auxilium & fauorem, & ad hoc fideliter iuxta suum posse laborabunt: vt in d. c. alma. Et habent locũ ista, etiam si clericus iubeatur exire: nisi aliter contineatur in sententia: vt 3. §. j. parti. prima. Nec tamen propter aliquod prædictorum fieri debet relaxatio interdicti: vt in d. c. alma. sed solùm iniungenda pœnitentia salutaria. Vbi etiam notandum est quòd non solùm tempore interdicti licet absolutio sacramentalis in pœnitentia, sed etiam generalis, non quia non sit officium diuinum, vt dicit Cald. alioquin interdictus eam faciens non esset irregularis: sed quia concessa pœnitentia conceditur omnis absolutio generalis & specialis, cùm ordineutur ad emũdationem peccati. De absolutione tamen ab excommunicatiõe dicit Inno. quòd si clericus interdictus vel non interdictus, sed in loco interdicto excõmunicat aliquem, vel ab excommunicatione absoluit, nõ est irregularis: qa huiusmodi nõ sunt ordinis, sed iurisdictionis. à j. q. j. nemo. quod de excommunicatione non est dubium. vnde idem de absolutione dicendum est. de pœ. distin. j. verbum. absolutionis tamen solemnia exhibere, vt est dicere cum stola psalmos & orationes, vel in ecclesia introducere excommunicatum, quia est ordinis & officij, huiusmodi faciens est irregularis, secundum Inno. & Spec. & concor. Host. & Lan. & Pan. in c. fi. de excess. prælа. & sequitur Sum. Ros. contra Sum. Ang. Sed ego valde dubito, & falsum credo: quia si licitum est mihi nõ interdicto aliquem absoluere à peccatis, quod est ordinis, non apparet quin possim etiam absolutionem, quæ fit ordinis, impẽdere excommunicato, quem necessariò antè ab excommunicatione quàm à peccato absoluo. Vnde dictum illorum est verum, si hoc faciat interdictus: non si in loco interdicto. ¶ Quarta exceptio est de eucharistia. Nã dari & deferri potest morientibus. de sent. excom. permittamus. & de pœ. & re. quod in te. etiam cum campanula & lumine in præsentia astantium & venientium, & cum alijs consuetis, secundum Cald. quia cùm aliquid permittitur: nisi aliud appareat, intelligitur permitti secundum quod ius disponit, & obseruat vtis, arg. iiij. dist. erit autem lex. dist. xij. alla. Dari etiam potest sanis damnatis ad mortem, secundum Cal. cle. prima. de pœ. & re. quia censentur in articulo mortis. Sumi etiam potest à clericis quando licitè celebrant, quia sumere tenentur. de con. dist. ij. compertimus. Dari etiam potest clericis non celebrantibus: quia licet Cal. videatur in hoc trepidare, vtpote quia videbat religiosus generaliter suis fratribus, sororibus, vel monialibus indistẽter tempore interdicti conedere hoc sacramentum, & ex alia parte contrarium ei videbatur de iure, quia in edictis permissorijs certorum casuum, cuiusmodi est percipere eucharistiam vt viaticum tempore interdicti: quod ratione non inuenitur expressè permissum, subiacet regulæ prohibitiuæ. ij. q. iij. coniuluisti. & est expressum in cle. exiit. de verb. sig. §. porrò. tamen Gemi. in d. alma. dicit quòd dari non potest clericis illius ecclesiæ: quia non est eis prohibita participatio sacramẽtorum, nec diuinorum officiorum: vt in d. c. pater: quia possunt secretè celebrare, & sic sumere corpus Christi: & sic eis hoc expressè permittitur: & hoc est verum. alio quin aliquis nulla in eo facta variatione in ordine ad interdictum posset hodie percipere eucharistiam, qui heri non poterat: vt si diaconus fiat sacerdos & celebret: quod est irrationabile: quia nõ mota causa, non mutatur effectus. Non autem potest dari sanis, quia non sunt damnati vel clerici: etiam si sint seculares, quibus permittitur audire diuina. per d. c. alma. quia secundum Arch. ibi, licet aliqui dixerint quòd potest dari: verius tamen est quòd non: quia in c. si sententia. de sent. excom. libr. vj. ponuntur vt diuersa auditio diuinorum & perceptio sacramentorum. & adde quod dictũ est de edictis permissorijs. De prægnantibus autem est diuersa opinio: sed bene Panor. in d. c. quod in te, dicit mulieris conditionem ponderandam: vt ei detur si probabiliter immineat periculum mortis, non aliter. & est mens Io. And. Qua distinctione etiam circa obsessos & mare intrantes vtendum est. Nec obstat prædictis quòd conceditur viaticum, cui conceditur pœnitentia: de pœ. & re. quod in te, quia verum est de viatico vt viaticum, quod est solum quando datur probabiliter morituro, vel dubio de morte: non autem vt est eucharistia. ¶ Quinta exceptio est in sacramento matrimonij, quod tali tempore licitè contrahitur, etiam ab interdictis, secundum Inno. sicut & apud infideles. xxv. q. ali. deinde. benedictio tamen nuptialis prohibetur secundum Host. ¶ Sexta est in ordinum collatione: quia si populus interdictus est, & non clerus, clerici illius loci extra locum illũ poterunt ad alios ordines promoueri, secundũ Inno. sed non laici: quod intelligo etiam de clericis habentibus solùm primã tonsuram: quia sunt de clero, & consequenter non interdicti eo casu. Si verò locus tantùm sit interdictus, licet ibi nullus valeat ordinari, laici tamẽ, qui non fuerunt in culpa delicti, propter quod interdictum latum est, extra locum interdictum poterunt ordinari: nisi locus esset interdictus propter delictum vniuersitatis, secundũ Cal. quia tunc nullus de vniuersitate posset ordinari. In loco autẽ interdicto sine necessitate nec laici nec clerici possunt ordinari: ex necessitate verò videtur posse attentari quòd sic, secundum Pan. in d. c. non est vobis. vt in d. c. quod in te. sed verius est quòd non: cùm hoc sit certi ordinis. ¶ Octauò, quæritur, † quomodo violetur interdictum circa ecclesiasticam sepulturam? Et dico multa. ¶ Primum. Tempore generalis interdicti denegatur laicis ecclesiastica sepultura, etiã si pœnitentiam egerint de pœnitentijs & remissionibus. c. quod in te. quia tales adhuc interdicti sunt, etiam si peccatores non sunt. xvij. q. iiij. c. miror. sicut & interdicti, qui cùm absoluunt ab aliqua excommunicatione, remanent interdicti, donec soluatur interdictum. Et si in eis sic interdictis morientibus apparuerint pœnitentiæ signa, non debent in ecclesia sepeliri

Universidad de Deusto
Biblioteca

lici:sed extra,& soluto interdicto ad ecclesiam transferri.ar. de sen.excom.cùm illorum.in qua si de facto contra intra fuit sent sepulti,non sunt exhumandi:cùm ad eum statum venerit res,à quo potuit incœpisse.¶ Secundum.Sicut autem laici nõ sunt eo tempore in ecclesia sepeliendi:ita nec in cœmeterio. de priui.vt priuilegia.id est,in loco deputato ad sepulturam, licet non sit per episcopum benedictus,secundum Stepha.vel melius,vt dicatur cœmeterium,oportet, secundum Io.And. quòd sit locus ad vsum cœmeterij per episcopũ benedictus: de cons.dist.j.c.nemo.& idem virtualiter Cal.addens, quòd hoc oportet fateri quantum ad sententiã excommunicatiõis quæ ponitur in cle.eos de sepul.Dicit autem Veruec.Dur.q;, irregularis est clericus sepeliens soleuniter hominem interdicti in cœmeterio:arg.c.j.de postu. Sed ego addo idem esse,si sepeliat solenniter etiam nõ interdictum in loco interdicto,id est,cũ officio solito:quia hoc competit certo ordini, secundum quod cõmuniter seruatur.¶ Tertium.Extra eccle siam & cœmeterium possunt tempore interdicti laicorum corpora sepeliri sine officio diuino,secundum Cald. quia remanere non debent inhumata: non autem cum officio diuino:sed clerici illud celebrãtes sunt irregulares. ¶ Quartum. Clericis,qui non fuerunt interdicti, & interdictum seruauerunt,conceditur ecclesiastica sepultura sine pulsatione campanarum &sine solennitate cum silentio.d.c.quod in te.quod tamen hodie non est verum de silentio officij funeralis,cùm missa concedatur & horarum solutio secundum moderationem capituli,alma.vnde sepeliri possunt cum officio sine nota,per arg.c.cui licet.de reg.iur.lib.vj. moderatione tamen prædicta obseruata,secundum Fede. & in diebus, in quibus potest publicè celebrari,poterunt sepeliri cum campanis & alijs consuetis,vt dictum est. Et si qui sint clerici,qui aliquo casu sepeliri nõ possint apud ecclesiam suam,vel quia nõ habent,vel quia impeditur,sepeliri poterunt in alia:arg. dictorum ẽ.§.j.par.iij.& quia d.c. quod in te.non limitat ad ecclesiam propriam,sed absolutè cõcedit eis ecclesiasticam sepulturam,laicis autem non interdictis non conceditur sepeliri in cœmeterio sito in loco interdicto cum officio clericorum sub silentio cessantibus alijs solennitatibus,secundum Cald. quia illud ex gratia conceditur clericis,& consequenter intelligitur alijs denegatum. Confratres quoq; qui ex priuilegio religiosorum,quorum sunt confratres,admittuntur ad diuina,sepeliri non possunt in ecclesia interdicta.intellige etiam generaliter secundum Sum.Ang. licet in alijs possint liberè sepeliri.de priui.vt priuilegia.quod tamen Panormitanus ibi in fi.limitat quãdo elegerũt sepulturam in ecclesia nõ interdicta:alibi possunt etiã in interdicta sepeliri.vide ibi. ¶ Quintum.Si autem ecclesia aliqua sit specialiter seu singulariter interdicta:quidam,vt Io.Andr.dicunt non posse ibi clericos sepeliri,vt refert Pan. in d.c.quod in te, sed Host.tenet contrarium:quia tantùm valet interdictum generale quo ad omnia,quantum speciale,quo ad quædam.Pan.verò bene distinguit.quia clerici illius ecclesiæ ibi possunt sepeliri, non alij,cùm habeant in loco ecclesias nõ interdictas.Adde quòd si alias ecclesias non haberent,aut sint impeditæ,etiam ipsi possent ibi sepeliri,vt dictum est:laici verò in dicto casu specialis interdicti localis,si ipsa ecclesia est interdicta propter delictum clericorum tantùm:vel quia violata fuit,parochiani possunt in alia non interdicta sepeliri,& audire diuina: secus si interdicta est in pœnã populi:licet multi ex eis nõ deliquerint, sed fortè vniuersitas,vel magna pars,vel fortè dominus:& in hoc puniunt, quia nõ possunt in alia etiã nõ interdicta sepeliri.¶ Sextũ.Priuilegiatus post c.alma. super auditione diuinorum & sacramentorum perceptione, vel etiam super sacramentorum perceptione fine mentione diuinorũ, secundum Cal.admitti potest ad ecclesiasticã sepulturã,quãuis de illa mentio non fiat:sed si priuilegiũ esset factũ super auditione diuinorũ nõ facta mentione de perceptione sacramentorum,satis videtur dubium:tamen tenet quòd sit ecclesiastica sepultura concessa per regulam,cui communicamus viuo,&c.xxiiij.q.ij.sanè.solennitatibus tamen cessantibus,vt dicitur de clericis. ¶ Septimum. Tempore interdicti etiam ab & pro ipsis interdictis licet recipere mortuaria, & orare si mortui sunt pœnitentes.xj.q.iij.quicunq; intra. si verò non pœnituerunt, nec illa recipi possunt, nec pro eis orandum. lxxxviij.dist.c.fi.Quomodo autem sint excõmunicati admittentes ad sepulturam nominatim interdictos,vel publicè excommunicatos,& sepelientes tempore interdicti defunctos in cœmeterijs vel ecclesijs in casibus iure non concessis:vide suprà,Excommunicatio.ix.§.xxxv.& in cle. eos.de sepul.

✠ Rursus de Interdicto quantum ad pœnas violantium illud.

1 *Interdictum violans quando non incurrat pœnam.*
2 *Interdictum violantes clerici quas pœnas incurrant & nu.3.*
4 *Interdicti clerici vel alterius quæ sit pœna.& nu.5.& 6.*
7 *Laicus violans interdictum quam pœnam incurrat.*
8 *Consuetudo an excuset violatorem interdicti.*

INTERDICTVM sextò considerandum est quantũ ad pœnas quas incurrũt violãtes illud,qã scilicet de mente doctorũ dupliciter fit,scilicet dũ interdictus exercet aliquid sibi illicitum, vel non interdictus in loco interdicto præter moderationes dictas in prin.tit.prioris.¶ Primò verò quæritur,† quando locum habeant vel non habeant pœnæ iuris contra violatores interdicti?Et dico eas locum non habere, primò vbi interdictum est relaxatum verbaliter: quia iam non violatur,cùm non sit.Nec similiter vbi est relaxatum mente sola à summo pontifice:quia ipse solus hoc modo põt relaxare:vt ẽ.Interdictũ iij.§.ix.vnde tunc celebrãtes in loco &tempore interdicti ignorãtes mentalem relaxationem, licet peccent,nõ tamen sunt irregulares,secundũ Calde. habent verò locum vbi à papa nõ est relaxatum verbo, aut mente, & vbi non est relaxatum ab inferioribus,verbaliter:quia tunc irrequiunt omnes violatores,etiam si ipse ferens sententiam, vel eius superior,eam violet.Vnde secũdum Cald.sunt irregulares ligati à canone,per c.is qui.de sent.excom.lib.vj.de const. c.j.& fi.quod limita de superiori citra põtificem summum. ¶ Secundò quæritur, † quas pœnas incurrant communiter clerici religiosi habentes aliquem ordinem violando interdictum? Et dico quòd tres,scilicet irregularitatem,ineligibilitatem,& impostulabilitatẽ.pro quorũ intellectu dico multa. ¶ Primũ.Clericus interdictus generaliter aut specialiter siue singulariter,nullibi potest exercere actum pertinentem ad aliquem ordinem aut celebrationem diuinorũ,quorũ nomine veniunt missæ,horæ canonicæ,& exequiæ,benedictiones solennes,& omnia,de quibus rubricæ traduntur in breuiario vel missali:de quibus ẽ.Interdictũ.v.§.iiij.quod tamen fallit, si quid horũ sit dispositio vel sequela ad aliquod sacramentum eo tempore licitum exhiberi, sicut est catechismus respectu sequentis baptismi: & commendatio animæ respectu prioris absolutionis in pœnitentia.Nõ interdictus autem talia exercere põt quidem,sed non in loco vel tempore interdicti,nisi secundum quod est iure permissum. ¶ Secundũ.Clericus interdictus exercens prædicta alicubi siue vbicunq;, & non interdictus exercens ea in loco interdicto,intellige sine moderatione c.alma.& vt clericus,est irregularis.c.is qui.& cap.is cui.de sent.excom.libr.vj.& cap.cùm æterni.de sen.& re iudi-

catis.lib.vj.& ineligibilis:ita quòd nec eligi potest,nec eligere.d.cap.is qui.& impostibilis,de postul.prælat.ca.j.Quod quidem quantum ad secundã limitatur primò à Feder.quando nõ interdictus publicè & palam more solito celebrat.Secundò limitatur si locus sit interdictus propriè: quia si quis scienter celebraret in ecclesia nõ interdicta propriè,sed violata semine vel sanguine, non est irregularis, licet grauiter peccet.vt in dicto cap. is qui.& consequenter à fortiori nec persoluens horas canonicas,vel aliquid aliud diuinorum.

¶ Tertium Si clericus non interdictus scienter celebret,non quidem in loco interdicto, sed tamen personis interdictis à iure vel ab homine, vel recipiat publicè interdictos ad diuina officia vel sacramenta vel sepulturam,nõ est irregularis,est tamen interdictus:illi ingressus ecclesiæ donec satisfaciat ad arbitrium eius,cuius sententiam contempsit.de priuileg.cap. episcoporum.lib.vj.& si in ea se ingerit in officio suo, efficitur irregularis.de sent.excom.is cui.lib.vj.vbi licet ponantur multi,quibus interdicitur ingressus ecclesiæ: tamen hoc est diuersimodè:qa cùm hoc etiã aliqui sint irregulares, iuxta dicta in tit.priore.& aliqui excommunicati: vt suprà Excommunicatio ix.§.xxxv. Et idem est secundum Feder. quando admittuntur laici alibi nde aduenientes ad diuina in ecclesia non interdicta existente in loco interdicto generaliter aut specialiter.¶ Quartum. Si autem prædicti, scilicet clericus interdictur in loco interdicto exercẽt aliqua non deputata certo ordini:vt cantare in choro,legere Psalmos,vel Epistolam,sicut faciunt alij laici,non officians principaliter ecclesiam,secundum Innoc.in e.tanta.de excess.prælat.& sequitur Panorm.in c.ij.de cler.excom.minist.non incidunt in prefatas pœnas.& de his dictum est in titu.priore ferè per totum. ¶ Quintum.Si autem clericus decedat interdictus, priuatur 3 ecclesiastica sepultura.d.c.is cui.¶ Tertiò quæritur,† quę sint pœnæ,quas distinctè & seorsum præter prædictas incurrunt clerici & religiosi subditi vel prælati?Et dico multa. ¶ Primum.Clericus violans interdictum modo dicto in §.priore, est suspensus ab officio &beneficio & iurisdictione secũdum veriorem intellectum.de excess.prælat.tanta.in text. & in gl. & tenuntur cõmuniter Doct.& est beneficijs spoliandus.de cler.excom.minist.postulastis.¶ Secũdum. Religiosus etiam non seruans interdictum,quod fecit ecclesiam matricem seruare,est excõmunicatus per clem.ex frequentibus.de sentẽ. excom.vt habetur suprà Excõmunicatio vij.§.xlvj.si tamen violator interdicti sit religiosus ad nullum ordinẽ ordinatus & si irregularitatem non incurrat:quia nõ est expressum in iure.nam c.is qui.loquitur de sola irregularitate,quę procedit ex sola celebratione diuinorum vel ordinum executione: poterit tamẽ aliter puniri secundũ Cald.vt recludi in arctius monasterium.& idẽ videtur de monali: imò tam ille quàm ista est ineligibilis actiuè & passiuè:quia & si nõ habent ordinem clericalem,ratione tamen status sui habẽt officiũ celebrandi diuina secundũ suam conditionẽ: vnde illam pœnam incurrunt,cuius sunt capaces.¶ Tertium.Secũdum Innoc.& Host.violans interdictum & ad violandum inducens suspensus est:& sic si prælatus est, omnis eius institutio, destitutio, collatio prębendarum,beneficiorũ ac dignitatum,& semen tiæ in quoscũq; prolatæ sunt irritæ & inanes.Non ergo potest præmissa facere.Et,vt aiunt, idem fortè dicendum est in 4 alijs spiritualibus,scilicet quòd sicut ei conferri non possunt, sic nec facta ab eo collatio valet:vt in d.cap.postulastis.& dẽ æta.& qual.ord.cùm bonæ.¶ Quartò quęritur,† quæ sit pœna clerici interdicti, aut illi participantis?Et dico tria.¶ Primum.Nominatim dicitur interdicti omnes,qui proprio nomine vel alia certa circunlocutione per sententiam designantur,Instit.de exhæred.lib.§.nominatim.& similiter tam quam nominatim interdicti sunt omnes, de quibus constat quòd sunt interdicti:vt si ciuitas vel castrũ interdicatur:si verò interdicatur fautores siue participantes in crimine, nõ dicuntur nominatim interdicti,sed tantùm in genere, nisi notoriè cõstet eos esse fautores.vide ẽ.Nominatim.¶ Secũdum. Secundum Innoc.Host.& Ber.in diuinis sunt vitandi omnes nominatim vel tãquã notarim interdicti:nõ autẽ qs tenetur vitare interdictos generaliter vt participes,quousq; p iudicẽ specificẽtur:nisi fortè eorũ participatio esset valde notoria: ita q; inficiationi nõ esset locus.de coha.cle.& muli.tua nos. ¶ Tertium.Si sacerdos,pbabiliter credit aliquos interdictos esse in ecclesia, scilicet tepore celebrationis diuinorũ, debet monere in generali vt exeãt,aliàs nõ tenetur eos vitare,maximè publicè,donec cõstet de sentẽtia:imò hodie seruãda est moderatio cõcilij Constantiensis,quam habes ẽ.Excõmunicatio v.notabili iiij.Si verò sacerdos suscipiat scienter interdictum:alij nõ tenẽtur exire,secũdum Veruec.ipse tamẽ sacerdos peccat,& incurrit pœnã.c.episcoporũ.de priuil.lib.vj. vbi dicitur suspẽsus ab ingressu ecclesiæ,vt dictũ est:quod intellige de interdictis publicè iuxta Decretum Constãtiense, de quo ẽ.quia idẽ est iudiciũ quo ad vitare de interdictis & excõmunicatis.¶ Quartũ.Si clerici existẽtes nominatim interdicti celebrauerint diuina,sunt irregulares,secũdum Innoc.xj. quæst.iij.si quis episcopus.& perpetuò deponẽdi:si quòd si multi sunt principales,sunt deponendi: cùm alijs verò super irregularitate poterit dispensari,sed nõ nisi per papam.& facit de cler.exeõ. ministratores.vbi etiã dicitur quòd multitudo intelligitur cùm excedit xl.¶ Quintò quæritur,† quæ sit 5 pœna clerici interdicti ab ingressu ecclesiæ ab homine vel à iure? Et dico quòd si talis ingerat se diuinis in ecclesia in officio suo,efficitur irregularis.de sent.exeõ.is cui.lib.vj.Si verò ingeratur se diuinis extra ecclesiam, puta sub diuo vel rẽtorio, secundũ gl.ibi,nõ efficit irregularis.Si verò celebrat in oratorio,dic quòd si est oratorij strictè,ita quòd nõ est ecclesia, non est irregularis:si verò est ecclesia,sed nõdum cõsecrata, quæ,ppriè dicitur basilica,est irregularis:quia satis est quòd sit episcopi authoritate fundata.¶ Sextò quæritur,† quæ sit 6 pœna participantis in diuinis cũ eo cui interdicitur ingressus ecclesiæ? Et dico sic:Presbytero celebrãte Missam in ecclesia,si Subdiaconus,cui est interdictus ingressus ecclesiæ,dicit Epistolam extra ecclesiam in illa Missa,vel Diaconus sic interdictus Euãgeliũ:ipse presbyter sciẽter tales sic,vt ẽ.admittens est irregularis participando in crimine criminoso:quod participiũ videtur esse in ecclesia:quia & illi eo casu efficiũtur irregulares:propterea quòd vnũ est officiũ & principaliter in ecclesia celebratũ,cui in actu sibi ꝓhibito cohoperantur.dist.v o. si quis viduã.Si verò ecõtrario Subdiaconus, cui est interdictus ingressus ecclesię,dicit Epistolã in ecclesia in Missa, quã Sacerdos celebrat extra ecclesiã, irregularis est quia in ecclesia verè & de facto id fecit: & sic in loco prohibito.c.is qui.de sen.exeõ.lib vj.& idẽ de diacono & Euãgelio: presbyterum autem Sum.Ros.nõ audet dicere irregulare, licet videatur participare in culpa:me principale vel dignius trahatur ad accessoriũ vel minus digniũ.Ego verò dico quòd est irregularis:quia æquè vel magis participat sicut in priori casu,quo idem dixit eũ irregularem: regula autẽ iuris quòd accessorium naturam sequi cõgruit principalis:fallit vbi est periculum animæ:vt de iureiur.debitores.& cap.cùm contingat.& præterea celebrationi nõ accedit cum isto Subdiacono:quia celebrari potest cum alio vel sine. ¶ Septimò quęritur,† quę sit pœna laici violantis interdictũ? Et dico secun- 7
dum Innoc. quòd quamuis non incurrat irregularitatem vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

suspensionem,grauiter tamen peccat, puniendus per eccle-
siasticum iudicem pœna arbitraria.de sent.excom.grauis. in
cle.& secũdum Archid.peccant mortaliter,quia faciunt con-
tra obedientiam ecclesiasticam.dist.lxxxj.si quis.quod videtur
mihi verũ,quando id faciunt ex contemptu,non aliter,nisi in
quatuor casibus positis in clem.j.de sepul.& in cle.grauis. de
sent.excom.quos habes ẽ. Excõmunicatio vij.excommunica-
tione vij. Et excommunicatio ix.excommunicatione xxxv.
8 ¶ Octauò quæritur,† vtrum ex sola cõsuetudine possit quis
venire contra interdictum sine pœna? Et dico quòd non.de
consuet.cùm intra.secundum Innoc.& Host.Quomodo au-
tem fratres prædicatores & cõsequenter minores tempore
interdicti sint priuilegiati,habes ab Archi.in iij.parte,tit. xx-
vij.c.v.in fine.& in mari magno.

1 *Interesse quid,& quotuplex sit.*

1 INTERESSE,† secundũ Bar.in l.vnica.C.de sen.quę pro
eo quod inter.profe.propriè & strictè est æstimatio alicu-
ius vtilitatis non habitæ propter alicuius factũ iniustũ vel
concessionẽ iniustã. Est aũt duplex:aliud scilicet lucri cessã-
tis.& hoc est quando homo impeditur à lucro quod fecisset
si talis pecunia sibi restituta fuisset,vel non fuisset læsio talis
illata,& huiusmodi:aliud est damni emergẽtis.Et hoc est du
plex:aliud scilicet in re,aliud extra rẽ.Interesse damni emer
gentis in re vel circa rem etiã dicitur intrinsecum, secũdum
Bartol.ibi:& est ipsa res,seu eius æstimatio,vel id quod pro-
uenit immediatè ex re:vt fructus,& partus,& huiusmodi.Ex-
emplum:Vẽdidisti mihi vinũ quod valebat viginti,& pretiũ
tibi tradidimee dedisti:nunc aurẽ valet quadraginta,& si tra-
ditum fuisset,tantũ habiturus erã.& de hoc ff.de act.emp.&
ven.l.si sterilis.§.cùm per venditorẽ.Interesse extra rem, vel
extrinsecum,est qđ prouenit nõ ex ipsa re,sed propter ipsam
rem.Exemplum:Vendidisti vinum nec tradidisti:sed si tradi-
disses,ex eo potuissem negotiari & lucrari. Vẽdidisti granũ:
& quia nõ tradidisti,serui mei fame perierunt.Et istud quãdo
peratur in contractibus, habes in lege Iulianus.§.j.ff. de act.
emp.& vend.& l.cùm venditorem.C.de act.emp.& vend.ff.
de verb.oblig.l.si insulam.Quando autem teneatur quis in
conscientia,infrà Restitutio iij. §.ix.& Vsura j.§.ix.Interesse
quando habet certam quantitatem vel speciem, duplum ex-
cedere non potest:quando autem duplum excedat, habes in
d.l.vnica in text.& in glosl.sed quo ad conscientiam, habes
infrà Vsura j.§.eodem.

¶ INTERLOCVTORIA sententia, vide infrà Sen-
tentia:sed vtrum ipsa transeat in rẽ iudicatam,vide cap.cùm
cessante.de appel.

De Interpretatione.

1 *Interpretatio quotupliex sit.*
2 *Interpretari legem ad quem spectet.*
3 *Interpretatio priuilegij an spectet ad solum principem.*
4 *Interpretatio an fit in cõtractibus facienda,vt res potius valeat.*
5 *Interpretatio in ambiguis qualiter fit facienda.*
6 *Interpretandi ratio varia vnde sumi debeat.*

INTERPRETATIO est vnius verbi p aliud,vel vnius
sententiæ per aliã declaratio:sicut interpres vnã linguam
per alĩã manifestat:& est multiplex,vt not.Panor.in cap.j.
2 de postulat.prælat.† Quædam enim est generalis & neces-
saria,ac redigenda in scripturis vt principis. de senten. excõmun.
inter alia.xj.qõ j.§.ex his omnibus.C.de legi.l.vltima.& hæc
ius facit quo ad omnes. de constit.c.fin.Alia generalis & ne
cessaria,sed non redigenda in scripturis: vt consuetudinis.ff.de
legib.l.si de interpretatione.Alia non generalis,sed necessa-
ria,& in scriptis redigẽda:vt iudicis.ff. de legi.l.non possunt.
arg.etiam l.namvt ait.qui sententiam suam interpretari po-
test.arg.ff.de re iudi.Paulus.vbi supplere potest quæ desunt
sententiæ:& sic interpretari,sicut & prætor.ff.de præto.tũ-
l.prætoris.Alia nec generalis nec necessaria,nec redigẽda in
scripturis:vt magistrorũ.C.de profes.qui in vrbe Constã.l. vna-
lib.xij.vide Panorm.in cap.j.de postul. prælat.¶ Primòverò
quæritur,† ad quę spectet legis interpretatio ? Et dico quòd 3
interpretatio diuinæ aut canonicæ legis pertinet ad papam:
& similiter legis ciuilis,inquantum concernit clericos:vt in
cap.j.de iura.calum.inquantũ verò concernit laicos,pertinet
ad Imperatorem.l.fin.C.de legib.quia est eius interpretari,
cuius & cõdere.de reg.iur.lib.vj. Quod intellige verũ gene-
raliter:quantum aute ad vnã causam, etiam iudex potest in-
terpretari:vt not.Inn.in c.cum speciali.de app.de quo etiam
vide bonam glosl.in c.j.de postul.prælat.& facit l.vnica. C.de
profes.qui in vrbe.nisi esset aliquid ita arduum, quòd certus
intellectus dari non possit: quia tunc recurrendum esset ad
principem.l.penult.& fin.C.de leg.b.Hæc Panor.in cap.j. de
iura. calum. An etiã legatus possit interpretari rescriptum:
vide eundem in cap.j.de postul.prælat.Sciendũ tamen quòd
lex humana seruari nõ debet quãdo est in damnum: sed po
interpretatione recurrendum est ad principem, nisi pericu-
lum sit in mora.vide ij.ij.quęst.lxvj.artic.vj.& ij.ij.q.lx.art.v.
¶ Secundò quæritur, † vtrum interpretatio priuilegij perti- 4
neat ad principem solum? Et dicit Panor. in cap.cùm venis-
sent.de iud.quòd aut dubiũ est super potestate,scilicet si po-
tuit dare:& sic nulli inferiori à principe licet:vt in cap.j.de
transla.prælat.xvij.quæst.iiij.§.qui autem.ix.quęst.iij.cuncta
per mundum.Aut dubium est super validitate vel surrepcio-
ne:& sic potest inferior iudex secundum communiter Doct.
Aut dubitatio est circa verba solum:& tũc si casus est clarus
& decisibilis de facili.sic potest inferior cognoscere ad præ-
iudicium partium secũdum communiter Doct. quia inferior
interpretatur legem superioris in præiudicium partium: vt
not.Innocen.in dicto c.cum speciali.& facit cap.inter alia.de
senten.excom.& dicto cap.fin.Si verò casus est dubius,tic ad
principem pertinet si eius præsentia de facili potest haberi.
arg.d.cap.cum venissent.& dicti c.inter alia.& in l.ex facto.
§.j.ff.de vulg.& pupil.substitut. Quòd si de facili non potest
aditi princeps propter distantiam longam: sic poterit inter-
pretari per rationem naturalem & verisimilem, quæ notari
potest per expressa verba. Pro quo est casus in dicta l.ex fa-
cto.§.ij.vbi Iurisconsultus interpretatur legem ex naturali
ratione. Et facit quod not.Innocẽ.in dicto cap., cum speciali.
& text.in cap.cùm personæ.de priuileg.libr.vj.Aut dubium
versatur circa intentionem principis: & decidi nõ potest sine
dubio magno:& sic interpretatio est solius principis. Ad pre-
dicta facit text.cap.venerabilem.de elect. Dicit etiam Spe-
cul.in tit.de leg.§.nunc ostendendum.quòd episcopus potest
interpretari iurium allegationes:de pigo.significante. & dic-
to ea. venerabilem.procedit in arduo negotio,vt dictũ est. 4
¶ Tertiò quæritur, † vtrum in contractibus sit interpretatio
facienda,vt res potius valeat quàm pereat? Et dico quòd sic.
de fide instru.inter dilectos.in glosl.& ff. de reb.dub.l.quo-
ties in actionibus.de verb.significc.abbate.§.supra quod hoc.
Si autem res valeret secundum intellectum vtriusq; tũc acci-
piendum est illud quod est magis verisimile.ff.de reb.dub.l.
cùm in testamẽto ff.de verb.oblig.l.eum qui.& quod cõsue-
uit.xviij.distinct.de Syracusanæ.& quod magis consuetur intr.
de consue.cap.cùm dilectus.§.fin.vbi interpretatio fit cõtra
eum,qui legem potuit apertius dicere.ff.de pact.l.veteribus.
de priuil.c.quia.in glo.Interpretatio autem in cõtractibus fit
plena,in testamentis plenior, in beneficijs quoq; plenissima.
de do

de don.cum dilecti. Interpretatio quoq; loquutionum fieri
debet secundum personas quæ loquuntur,vel quibus quis lo
7 quitur.xxvj.dist.deinde.in glo.¶ Quartò quæritur,† quomo-
do sit intelligenda illa regula iuris in vj. contra eum qui le-
gem dicere potuit apertius,est interpretatio facienda? Et di-
co quòd glo.ibi post multa complectitur istam materiam,di
cens:obscuritas vel ambiguitas aut ponitur in vltimis volun-
tatibus,aut in conuentionibus,aut factis in iudicio,aut in cõ-
fessionibus,aut in cõtractibus & pœnis,aut in sententijs.Si in
vltimis voluntatibus,subdistinguẽ:quia aut cõstat de volun-
tate expresse aut tacitè:& si expresse,illa seruatur:quia nihil
est quod tantũ debeatur hominibus,quàm quod vltima voluntas. & de testa.offi-
cij.Siverò cõstat tacitè aut per coniecturã,illa seruatur.xxvj.
q.vj.qui recedunt.& de testa.requisiti.& hoc nisi dicta volun
tas turpis esset:vt ff.de cõdi.insti.l.quidam.vel aliàs cõtra ius.
Pone exemplũ de testa.tua.Si nõ constet expresse nec tacitè,
stetur verbis testamenti:ad quod xxij.q.ij.is autem. de celeb.
miss.in quadam.Si autem verba sunt minus larga,sequimur be
nignius & minimum.de re.iuris.lib.vj.in obscuris minimum
est sequendum.& sic esset hæredis electio.Si verò non appa-
ret,quæ pars sit benignior,vel minor,neutra tenetur.ff.de te
sta.l.si duo sunt.Si quæratur,ad quem spectet indagatio : dic
quòd ad iudicem.C.de fidei com.l.voluntatis defuncti.Siverò
in iudicijs sit ambiguitas,sit interpretatio p proferente.Ra-
tio:quia debitor semper negaret de hoc sensisse. C. de anna.
exce.l.vlt.& hoc in litis exordio.de quo de resti.spo. cùm ad
sedem.Si verò in probationibus sit ambiguum,interpretabi
tur contra producentem.de cond.ap.per tuas.& de proba.in
presentia.debent enim probationes esse claræ.de prescri.au-
ditis.saluo eo quòd possent testes obscurè deponentes inter-
dum iterum interrogari:vt de testibus.cùm clamor. In con-
fessionibus autem si confiteatur incertum, certificare cogi-
tur.ff.de cõfe.l.certum.alioquin acciperetur quod magis ex-
pediret aduersario,vt ibi.de confes.c.j.In contractibus verò,
aut est certum de consensu,aut de dissensu, aut dubium. In
Primo casu statur ei quod fenerunt.de spon.c.j. in secundo
nihil valet.xxvij.q.ij.sufficit.xxx.q.ij.vno.de rap.cum causam.
xxix.q.j.§.j.& ibi error non solùm corporis, sed & materiæ
vendicationem impedit:quia nil tam contrarium consensui,
sicut error.ff.de iudi.l.ij.& errare est aliud pro alio putare.
xxxviij.dist.quamuis.non tamen omnis error impedit matri-
monium:vt infrà Matrimonium.viij.§.i. In tertio autem ca-
su,scilicet dum est dubium,subdistinguẽ:quia aut potest va-
lere secundum intellectum vnius tantùm,aut vtriusque.Et si
secundum intellectum vnius tantùm,valeat secundum quem
valere potest.ff.de verb.obli.l.quoties.quod etiam habet lo-
cum in contractu matrimoniali in foro iudiciali: in foro au-
tem animæ staretur ei, qui in tali dubio dissensisset: vt de
spon.tua nos. Si autem secundum intellectum vtriusq; potest
valere,valeat illud quod est verisimilius.ff.de ver.oblig.eum
quidem.& in regula,inspicimus in obscuris quod est verisimi-
lius,vel quod plerumq; consuevit fieri,cum suis concor.de re.
iur.lib.vj.& si dubitatur quod sit verisimilius, seruatur quod
in hac regula dicitur.ff.de verb.obliga.l.quicquid.Et hoc ve-
rum,si neuter dolum committit:sed si alter dolum commit-
tat,contra eum fiet interpretatio. xxij.q.v.§. ex his.& c.qui-
cunq;-Si verò vterq; dolum committit,ad communem signi
ficationem recurretur,vt in dicta decretali,ex literis.& xxij.
q.v.§.si ergo.& idem reputatur in iuramentis,vt ibi notatur.
In sententijs autem interpretari poterit præses prouinciæ
vel procurator Cæsaris.ff.de appell.l. ab executore.non au-
tem minor: quia functus est officio suo siue bene siue malè
iudicando.quod intellige de diffinitiua sententia:secus de in-
terlocutoria.de quo dic vt notatur de appel.c.cum cessante.
De fructibus tamen &expensis supplere potest eadem die.ff.
de re iud.l.Paulus.De hoc nota.xxxv.q.ix.§.qa ergo.aliàs in-
cipit,his ita.in glo.xj.q.j. §.& his. in glosl.hæc ex illa glossa.
¶ Quintò quæritur, † quid sit dicendum in genere de inter- 6
pretatione canonum legum, rescriptorum, priuilegiorum,
statutorum,vltimarum voluntatum,contractuum,dispositio
num fauorabilium vel odiosarum,aut promiscuarum,de qui-
bus suis locis agetur ? Et dico quòd clarissimus iuris veriusq;
doctor dominus Baptista de Pisco in quodam suo præclaro
opusculo dicit quòd leges & canones & rescripta & priuile-
gia & statuta & vltimæ voluntates & consuetudines & con-
tractus recipiunt interpretationem vel à consuetudine modo
interpretandi,vel à similibus,vel alijs iuribus scriptis. De le-
ge tex.est in l.si de interpretatione.& l.non possunt. ff.de le-
gib.De edicto prętoris tex.est in l.si quis id quod.ff.de iurisd.
om.iud.De priuilegijs, & beneficijs text.est in l.bñficij.ff.de
consti.prin.l.j.§.in initio.de offi.præ.vr.De vltimis voluntа-
tibus,in l.librorũ.ff.de leg.iij.De contractibus,in l.veteribus.
ff.de pac.De consuetudinibus,in l.de quibus.ff.de legi.De sta
tutis,in l.Cæsar.ff.de pub.& vecti.in l.ij.C.de nova. De rescri
ptis,in c.causam.de referi.in c.licet.de præben. ¶ Secundum.
Interpretatio est facienda,vt viteatur delictum. Me.in l.j.C.
de his quib.ve indi.d.§.si fundum.¶ Tertium. Illa interpreta-
tio est fugienda,quę trahit ius ad gratiam. Me.in l.si marito.
ff.sol.ma.¶ Quartum. Dispositio quantuncunq; pœnalis, est
latissimè interpretanda:quando si nõ latissimè interpretare-
tur,vel in totum euerteretur, vel magnam plagã acciperet.
Hoc probatur in l.j.§.sed & si quis.ff.de Car.edi.& in l.j.§.pe
cuniã.ff.de calũ.¶ Quintũ. Item interpretatio est facienda ne
actus pareat.l.si quãdo.de leg.j. Item est facienda, vt verba
non sint superflua.l.si quando.in prin.de leg.j.de ver. sig.alı-
bate.¶ Sextũ. Quantũcunq; in vna lege sint posite multæ pœ
næ,nõ habent locũ,nisi in casu,in quo omnes illæ pœnæ pos
sent verificari.gl.in l.mãcipia.C.de ser.fu.vnde c.quanquã.de
vsur.in vj. nõ potest habere locũ in Iudæis.¶ Septimũ. Quan-
do lex dicatur odiosa vel fauorabilis,intelligitur ex præmio.
Bar.in l.qui exceptionem.ff.de cõdi.inde.Bal.in l.si.ff.de leg.
tut. Attenditur etiam ad hoc principalis causa. Ang.in l.ma-
ter decedens.de testa.vbi autem dispositio concernit qualita
tem agentium & patientium,licet sit pœnalis,tamen non est
odiosa & restringenda,nisi ex parte eius cuivenit imponenda
pœna:ex parte verò eius,cuius fauorem respicit, est fauora-
bilis & extendenda. Alex.in l.venia.C.de in ius voc. Bar.& l.ij.
C.quod vi me. Si autem non concernit qualitatem agentium
& patientium,sed qualitatem facti,tunc illa dispositio de sui
natura fauorabilis efficitur odiosa & restringenda,si addatur
pœna.ita ibi traditur per multa iura.

INTESTATVS decedit quatuor modis. Primò,si nul
lũ testamentũ fecit. Secũdò,si fecerit,sed nõ iure. Tertiò,
si fecit iure,tñ postea ruptũ est posthumi natione,vel ir
ritum factũ est capitis diminutiõe testatoris. Quartò,si nulli
sunt hæredes ex eo testamẽto:vt in auth.de hær.ab intestato
in prin. Possũt addi & duo alij modi ex post facto. Primus li
cet p querelã expugnato testamẽto. Secũdus,p bonorũ pos
sessionẽ cõtra tab. Vide Azo.in Sum.C.de suis & legi. hæred.

INTRVSVS dicitur, qui non canonicè, sed per violen-
tiam occupat honores vel beneficia ecclesiastica:vnde est
fur & latro existens in mortali, & restitutioni obnoxius
omnium,quæ inde recepit.de rest.spo. grauis.

De Inuentis.

1 *Inuenta an sint restituenda sub pœna furti.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 *Inuenta res cui restituator, & nu.3.*
4 *Inuenta aues, & fera capta, an sint accipientis. & nu.6.*
5 *Fera vulnerata ab vno vel pluribus, & ab alio capta, cuius sit.*
7 *Aues domestica non sunt accipientis.*
8 *Thesaurus quo liceat quærere, & cuius efficiatur. vsq; ad nu.13.*
14 *Thesaurus in domo empta inuentus an sit venditoris.*
15 *Insula in mari vel flumine facta, cui cedat.*

INVENTA dupliciter dicuntur, propriè scilicet, & sunt ea, quæ prius quærebantur, sicut propriè aurum inuenit, qui hunc gratia terram effodit. & impropriè: & sunt quæ casu inueniuntur: sicut dicitur aurum inuenire, qui sepulcrum effodit pro cumulando cadauere. C. de thesa. l. vnica in gl. &
1 de vtrisq; hic intendimus. ¶ Primòverò quæritur, †vtrum inuenta sint restituenda tub pœna furti? Et dico multa. ¶ Primum. Hiero. xiiij. q. v. multi. & Aug. eadem q. dicunt rapinam esse inuenta non reddere, quod impropriè dicitur: propriè verò est furtum. ff. de furt. l. tallius. quod secundum S. Tho. ij. ij. q. lxvj. & Rich. & alios doc. est verum, quando quis animo retinendi, non autem reddendi domino accipit rem inuentam, quæ de propinquo fuit in bonis alicuius, ita quòd habet dominū quod intelligitur, nisi haberetur pro derelicta: imò idem puto etiam si ab antiquo domino caruit, vt thesaurus inuentus & quis accipit animo non faciendi partem illi cui debet, quia etiam eo casu illa res pro illa parte dominum habet nō antiquum sed nouum, id est, eum cui debetur, quo inuito attrectatur: in his verò quæ nunquam fuerunt in alicuius dominio, vt lapilli in litore maris, & aues & pisces, & huiusmodi, quæ occupanti conceduntur, non habet locum furtum. ¶ Se-
2 cundum. † Si autem habens rem inuentam restitutioni obnoxiam nescit dominum rei, publicè denuntiari faciat, secundū Arch. & si non inuenitur, dabitur pauperibus, secundum Pan. & omnes doc. ar. de vsur. cum tu. & in auth. omnes peregrini. C. com. de suc. nisi inuentor sit multùm pauper. Arch. quia de licentia episcopi vel pœnitentiarij eius vel confessoris illud
3 sibi retinebit. ¶ Tertium. † Ad sciendum verò cui debeantur inuenta, secundum doc. sic distinguendum. Nam aut nunquā fuerunt in bonis alicuius, vt lapilli in litore maris, & aues, pisces, bestiæ, & omnia animalia nō domestica ante captionem & ista occupanti conceduntur etiam in fundo alieno, modò ingressum fundi non prohibuerit dominus: sed de feris infrà, §. proximo. aut fuerunt in bonis alicuius solùm ab antiquo, vt thesaurus: & de huiusmodi, secundum Sanctum Thomam, est eadem ratio, id est, sunt occupantis, nisi quòd secundum leges ciuiles medietas est domini agri. sed de hoc §. §. primo. aut fuerunt de propinquo: & talia inueniens restituere tenetur. xiij. q. v. si quid inuenisti. & d. l. falsus etiam si sint amissa ex ruina vel incendio vel naufragio: vt ff. de incen. rui. nau. per totum. & idem est de iactaris in mare gratia nauis alleuiandę. ff. ad leg. Rho. de iac. l. qui alleuiādæ. Quæ quidem vera sunt, nisi haberentur pro derelictis, quod Fed. cons. xvij. credit esse si dominus taceat, non perquirens per se vel per alios: quia d. l. qui alleuiandæ. videtur imponere necessitatem statim perquirendi res amissas: & sic ista negligentia non quærenti tollit primum præsumptionem quam facit lex, scilicet quòd nō habeantur pro derelictis nisi aliter constet per qualitatem actus de voluntate domini, cùm nemo præsumatur iactare res suas. d. l. tallius. §. si iactantiū. & d. l. qui alleuiandæ. Quod nota pro limitatione dicendorum infrà Naufragium. §. 1. & iiij. Nec possent talia inuenta non habita pro derelictis vsucapi: quia in eis deficit titulus pro derelicto: vt in l. si quis mercem. ff. pro derelicto. Vnde consuetudo occupandi iactata in mare, vel rapta à fluminibus, videtur expressè reprobari per d. l. qui alleuiandæ. & ibi glo. no. non obst. quod loquitur de iactatis in mare: quia idem est de ablatis à fluminibus: vt sunt ligna, & huiusmodi, cùm parum differant ab illis, vt dicit text. Insti. de rerum diui. §. vlt. & facit auth. nauigia. C. de fur. ¶ Secundò specialiter quæritur, †cuius sint feræ inuentæ, aues, & huiusmodi animalia? Et dico multa. ¶ Primum. Secundum Dire. lib. iij. volucres, pisces, feræ, & huiusmodi, quæ in nullius sunt bonis, & quæ vadunt quò volūt, naturali ratione capientis conceduntur: nec distinguitur vtrum proprio fundo vel in alieno: licet is, qui alienum fundum ingreditur venandi vel aucupandi gratia, possit à domino prohiberi ne ingrediatur: & sunt capientis, quandiu sua custodia coërcentur: sed in libertatem redduntur, quando locum effugiunt capientis. Insti. de re. diui. §. feræ. ¶ Secūdum. † Si autem prædicta fuerint
4 ab aliquo sic vulnerata vt capi possint, secūdum eundem Dire. statim intelliguntur esse vulnerantis: modò ea persequatur quia si desinit persequi, rursus erunt occupantis: standum tamen videtur consuetudini in his. Si autem essent capta in laqueo vel rete alieno, non sunt accipientis, secundum gl. in Laqueum. ff. de acqui. rerum do. & Insti. de rerum diui. §. singulorum. licet rigor iuris videatur velle quòd sint capientis ibidem. ¶ Tertium. † Feræ sylvestres, sed domesticę factæ, sicut pauones, columbæ, cerui, cuniculi, apes in alueo, & huiusmodi habentia consuetudinem eundi & redeundi ad certū locū alicuius possessoris: tandiu sunt possidentis loci, quandiu habent animum reuertendi domum, & non vltra efficiuntur capientis, secundum Dire. quem animum reuertendi deposuisse videntur cùm reuertendi cōsuetudinē deseruerint. d. Insti. §. ceruos. Vnde si bis aufugiant, nec horis debitis non impe-
5 reuertuntur, fiunt capientis: quia consuetudo inducitur per binum actum. l. iij. C. de epis. audien. Si autem essent inclusa in pratis vel in alijs locis, furtum cōmitteretur. Et idem de piscibus. argu. d. Instit. §. apum. Si quis autem occupet examen apum in arboribus cuiuscunque, aut etiam fauum mellis, fur tum non committit: licet dominus arboris possit ingredientem prohibere. Intelligo autem prædicta, quando huiusmodi habent consuetudinem redeundi interueniente aliquo
6 opere possidentis locum: vt patet de alueo apum: alioquin non liceret occupare apes aut aues in arboribus, vbi tamen habent aut nidum. ¶ Quartum. † Animalia naturaliter domestica, vt gallinæ & huiusmodi, semper sunt domini, & vbique etiam si casu aliquo territæ euolauerint à facie domini sui: & capiens ea restituere tenetur rem cum fructibus. d. Insti. §. gallinarum. & ff. de aquirer. domi. l. naturaleu. §. pauonum. ¶ Tertiò specialiter quæritur, † cuius sit thesaurus, si
7 inuentatur, id est, vetus depositio pecuniæ, cuius non extat memoria, secundum Petrum de Palude, vel conditæ ab ignotis dominis tempore vetustiori mobilia. C. de thesau. l. vnica. Et dico multa. ¶ Primum. Thesaurum ex intentione nullus potest quærere alicubi, etiam in suo fundo, aliter magis catalias erit fisci, secundum Accurs. C. de thesau. l. vnica. nec in fundo alieno inuito domino: nec etiam domino volente ignorante opes abditas, suo nomine, id est, quærentis. d. l. vnica. iuncta gl. Potest autem quis quærere in fundo suo, vt ibi, & in alieno volente domino nomine ipsius domini: ita quòd quærens intelligatur locasse operas. ar. ibidem. imò etiam no
8 mine quærentis, si dominus sciat quæri opes abditas, & consentiat: quia potest quærenti totum ius suum tribuere. Secus vbi ignoraret ibi esse thesaurū, & consensum præstaret quærenti ex alia causa ficta. Sic intelligo dictam legem vnicam. ¶ Secundum. † Si quis thesaurum inuenit in solo suo. Secundum mentem Sancti Thomæ, & secundum omnes doct. est totus inuentoris: & hoc est de iure naturali, secundum glossi-

Insti. de rer. diui. §. thesauros. nec distinguitur an casu vel ex
10 intentione inuenerit: quia d. l. vnica. quæstionem istam permittit. ¶ Tertium. † Si verò in loco alieno alicuius scilicet priuati inuenit: aut hoc est à casu: & sic melius inuentoris & medius domini loci, vt ad pacem seruandā statuerunt iura ciuilia, licet de naturali æquitate sit inuentoris. aut dedita opera: & in hoc sunt opiniones: quia Host. dicit quòd totus est inuentoris. & sequuntur Pisa. Pet. de Pal. Arch. & multi alleg. d. l. vnicam. & ista opinio est vera, si conientiat dominus non ignorans, & totum tribuat quærenti: vt quia ipse non vult quærere vel alia causa. Et secundum istam etiam opinionem scripsi in Aur. rot. in communi virgi. Enāgelio primo, & casu xxxix. alijverò, vt Supple. Rot. & Sum. Ange. dicunt q̄ totus erit domini fundi, si eo inuito quærit: quod planū est per d. l. vnicam. imò etiā si eo volente & suo nomine quærit: quia d. l. vnica. hoc prohibuit fieri, & in pœnā totū statuit esse dñi. Et ista opinio est vera, quando dominus cōsentit quærenti, ignorans quòd thesaurū quærat: vel q̄n nō tribuit quærenti totū quod inuenerit, nec aliquid pacisci tur: vtroq; tamen casu, secundum Iurist as, quærens habebit operarum mercedem. Sed ista opinio est falsa eo modo quo alia est vera, scilicet si dñs ex certa scientia conientiat: quia ius suū, quod habet in quærendo, transferre potest in alīū. nec d. l. vnica. dicit indistinctè quòd totus thesaurus sit domini, si quis quærat eo volente
11 et eo volente ignorante opes abdicas: vt quia cōsentit quæstioni nescienti quòd thesaurus quæratur. ¶ Quartū. † Si autem inuenerit in loco sacro vel religioso. d. §. thesauros. dicitur idem esse quod si inuenisset in loco suo: vnde totus erit inuentoris indistinctè, siue à casu, siue ex intentione inuenerit. & hoc tenuit Io. xiiij. q. v. si quid inuenisti. in glo. & sequitur Sum. Rof. sed hoc reprobat Sum. Ange. & vult esse idem ac si inuentus fuisset in loco alieno & à casu, erit medius inuentoris: dedita verò opera sine voluntate, aut cum voluntate dñi ignorantis, totus erit prælati: vt expressè tenent doct. in d. §. thesauros. quia hodie ecclesiæ & loca sacra sunt prælatorum, & ista est
12 veritas: & si qua est inter leges dissonantia, vide dicto. in d. §. thesauros. & d. l. vnica. ¶ Quintum. † Si autem inuenerit in loco publico fisci vel ciuitatis: dimidius erit inuentoris, & dimidius fisci, vel ciuitatis. d. §. thesauros. quod gl. in d. l. vnica. intelligere videtur iuxta prædicta distinctionem: vt scilicet si à casu inueniatur, diuidatur: si ex intentione, totus sit domini loci, si non accesit voluntas domini scientis. Et hoc est verum: quia d. l. vnica. loquitur de loco alieno indistinctè. Hic tamen aduerte quòd in suo loco inuenire non dicitur vsufructuarius nec ille, qui habet bona hypothecata: nec maritus, si inuenit in fundo dotali: vnde tenebit quidem thesaurum in vita vxoris, sed soluto matrimonio restituere tenetur. Vide Bartol. in l. si is. §. fin. ff. de acquirendo rerum domi. Emphyteuta verò, qui habet vtile dominium, diuidet cum domino habente
13 directum. Vide Bartolum in l. in causæ. circa finem. ff. de probat. Et si dominus directus inuenerit, vtilis poterit dimidium petere, secundum Angel. de Aret. dicto §. thesauros. ¶ Sextum. † Secundum Petr. de Palu. hodie vbicunque inuenitur thesaurus, de consuetudine est principis. Sed ego dico istam consuetudinem in conscientia non ligare: quia non est introducta per modum legis, sed violentiæ: nec fuit vnquam motiuus vtentium approbata, nisi violenter: est etiam contra iura canonica, quæ volunt bona incerta, si restituenda sunt, esse pauperum: & si non sunt restituenda, est contra iura ciuilia, & contra naturalem æquitatem: vt patet in dicto §. thesauros. vbi dicitur quòd diuus Arianus naturalem æquitatem sequitur. &c. contra quam æquitatem consuetudo non potest. ¶ Quartò quæritur, † vtrum emens domum pro centum, in

quā pòst reperit thesaurum valentem ducenta, teneatur domino? Et dicit Ludouic. de Roma quòd tenetur, & quòd sic consuluit & obtinuit in curia, quod in hoc habet locum remedium cap. cum causa. de emp. scilicet quòd rescindatur contractus, vel restituatur plus: sed de iure verius est quòd non teneatur: quia thesauri nullus est dominus, vt ex diffinitione patet. & casus est in. l. j. C. de eute. & l. nunquam. §. thesaurus. ff. de acquirendo rerum domi. & sic remanebimus in dispositione iuris communis: vt scilicet totus sit inuentoris, si inuenit in suo solo: vt dicta l. vnica. iste autem emptor est dominus: vnde erit suus totus. Et hoc est indubitatum, si emptor nihil sciunt de thesauro. & confirmatur per l. à tutore. iuncta glossa ff. de rei vendi. vbi pecunia inuenta per modum thesauri cedit emptori. Secus si non per modum thesauri: vt quia murata fuit in muro, ita scilicet quòd ibi non fuit ab antiquo. Nec obstat quòd venditor thesaurum non vendidit: quia non ideo dicitur esse inuentoris, quia eum tradidit, sed quia inuenit. Si verò sciebat, & propterea emit, dubium est: sed tamen Sanctus Tho. ij. ij. q. lxvj. art. v. videtur tenere quòd licitè emat: quod Summa Arg. verum dicit secundum, quod iuris rigorem: de æquitate tamen partem deberet venditori habere: quo ad conscientiam verò videtur inuenisse, ex quo sciebat: & sic si à casu, medius erit suus: si à proposito, totus cedet domino. d. l. vnica. Sed ego dico quòd quia secundum leges dominus potest ingressum sui fundi prohibere ad quærendum ea, quæ domino carent, puta aues, & thesaurum: si inuenit dedita opera domino prohibente, totus erit domini, vt planum sentiente ex ignorantia, similiter totus erit domini: quia dolus fuit in causa. Si autem domino consentiēte scienter, totus erit quærentis: quia etiam de bursa dominus potuit tradidisse thesaurum. Si verò à casu, & tacuit: totus est quærētis naturali æquitate, vt dictum est: & etiā hoc loco ius ciuile, quod domino ad pacem dat partem non dabit eam: quia cessat ratio conseruandæ pacis: ex quo dominus fundi nihil scit de inuentione thesauri ante fundi venditionem. ¶ Quintò quæritur, †quid de insula inuēta in mari aut terra per alluuionem ad-
15 dita alterius terræ? Et distinguo, vt Instit. de re. diui. §. insula. Nam insula nata in mari est occupantis: in medio verò fluminis est communis habentibus prædia iuxta flumen hinc inde. si verò non est in medio, est eius, cui est proximior. Si tamen fluuius diuidatur, & cingat agrum, eius remanet ager, cuius erat. Si autem fluuius mutat alueum: primus alueus efficitur eorum, qui prædia iuxta illum habent: secundus verò est publicus. Et si reuertitur ad primum, secundus erit habentium prædia circa illum. Ager autem inundatus aqua, ea recedente remanet eius cuius erat. hæc ibi. Si tamen aliud haberet consuetudo, standum erit illi.

INVENTARIVM est libellus in quo bona hæreditaria, vel etiam alia, apud aliquem inuenta scribuntur. quod quidem hæredi facere est vtile: quia si non fecerit, tenebitur de omnibus legatis & debitis: si autem fecerit, grauari non poterit vltra vires hæreditatis, modò cœperit facere intra tres dies à morte testatoris, vel postquā sciuit se institutū hęredem, & scribat omnes res defuncti sub testibus: & perficiat intra quadraginta dies, vel intra annum, si res sunt remotæ.

INVESTITVRA, propriè est possessionis rei traditio: impropriè verò alicuius corpori loco possessionis in manibus positio: vt qñ dñs dat hastā vasallo, vel quid simile, dicens se facere inuestituram: vt in lib. feud. in tit. quid sit inuestitura. Et quidem est fienda inuestitura coram testibus: sed nō quia non valeat sine testibus & instrumento, sed vt veritas probari possit. Et si fiat de beneficio nouo, tunc si habet inuestiens

Universidad de Deusto
Biblioteca

pares, id est, vasallos alios, corã tribur, vel saltem duobus ex eis, tenetur facere: si verò non habet, faciat coram alijs idoneis testibus. Si verò de veteri inuestiat beneficio, fieri potest coram quibuscunque idoneis testibus: vt in titul. qui testes sunt necessarij. Et etiam idem est si est clericus, qui de proprijs bonis inuestit. de rebus verò ecclesiæ admittuntur omnes idonei testes secundum Hostien.

De Inuidia.

1 *Inuidia quid.*
2 *Tristitia de bono alterius est quadruplex.*

1 INVIDIA† quantum ex S. Tho. ij. ij. q. xxxvj. colligitur, est tristitia de bono alieno inquantũ maculam propriæ gloriæ videt inferre. † Pro quo sciendũ, vt ibi patet, quòd quadrupliciter homo tristatur de bono alieno. ¶ Primò, quia inde timetur malũ sibi vel alijs bonis: & hoc non est inuidia, sed effectus timoris, secundum Philosophum secũdo Rhetor. & potest esse sine peccato, scilicet qñ timet inustũ malũ. sicut Exo. xv. lætatus est Israël de subuersione Aegyptiorũ iniustè persequentiũ. ¶ Secundò, ex hoc quòd illud bonũ nobis deest. quod propriè dicitur zelus, secũdũ Philosophũ ibi, qui est laudabilis, si sit circa honesta seu virtutes, secũdũ illud j. Cor. iiij. Æmulamini charismata meliora. Si verò sit circa temporalia, potest esse cum peccato vel sine, eo modo scilicet quo & appetitus temporalium. ¶ Tertiò, inquantum ille cui accidit bonum, est eo indignus, quod circa honesta, ex quibus quis iustus efficitur, accidere nõ potest, secundũ Philosophũ ibi: sed circa diuitias & huiusmodi, quæ dignit & indigns possunt accidere: quæ tristitia, secundum eundem, vocatur nemesis, & pertinet ad bonos mores: quia scilicet consideranti diuitias & huiusmodi, secundum se, prout possunt magna videri nõ aspicientibus ad æterna. Sed secundũ sacram scripturam ista tristitia reprehenditur: quia huiusmodi bona indignis ex iusta Dei dispositione proueniunt ad correctionem vel damnationem, secundum illud Psal. Noli æmulari, &c. ¶ Quartò, tristatur quis de bono alterius, inquantum illud est diminutiuum propriæ gloriæ vel excellentiæ. & hoc propriè est inuidere. Vnde inuidia semper est peccatum, secundum Sanctum Thomam & Philosophum vbi suprà: quia dolet de eo super quo gaudendum est, scilicet de bono: & de genere suo est peccatum mortale, secundum Sanctum Thomam: quia directè contrariatur charitati, quæ de bono proximi gaudet: primi tamen motus eius ratione imperfectionis vel indeliberationis actus non sunt peccata mortalia: nec etiam si bonum, de quo dolet, sit quid minimum: vt patet ma. q. x. art. ij. filiæ autem cuius secundum Greg. in Mor. sunt quinque, scilicet odium, susurratio, detractio. de quibus vide in titulis suis: & similiter exultatio in aduersis, & tristitia in prosperis: quæ de genere suo sunt peccata mortalia, quando propter inuidiam hoc est: nisi excusetur indeliberatio actus vel modicitas rei.

De Ira.

1 *Ira quid & quotuplex sit.*
2 *Ira an sit illicita, & an sit peccatum. & numer. 3.*
4 *Ira omnis an sit mortale peccatum.*
5 *Ira quos habeat filios.*

1 IRA secundum† Ang. est appetitus vindictæ. secũm Aristo. verò est accensio sanguinis circa cor. sed secundum S. Th. ma. q. xij. & ij. ij. q. clvij. ira vtrunque prædictorum completur: sed primum formaliter, secundum verò materialiter: vnde completa diffinitio est, vt ira sit accensio sanguinis circa cor propter appetitum vindictæ. & idem dicit Do. Alberi. iiij. distinctio. xxxv. Ex quo sequitur quòd ira, vt dicit Sanctus Thomas in tertio, distinctio. xv. sumitur tripliciter. primò vt sonat habitum vitiosum. secundòvt est actus voluntatis appetentis vindictã. tertiò vt est passio, id est, actus vel motus sensitiuus conformis prædicto actui voluntatis, qui est cũ transmutatione corporali, id est, sanguinis accensiue. vt autem est passio, tres sunt eius species secundum Philosophum iij. Ethicorum. & S. Tho. ij. ij. vbi suprà. scilicet acuta, quę est eorũ, qui facilè irascuntur, & citò quiescunt: amara quo ad eos qui diu tenent memoriã iniuriæ: & grauis quo ad eos qui nolunt eam deponere, nisi subsecuta vindicta. ¶ Primò verò quæritur, † vtrum ira sit illicita? Et dicit S. Tho. ij. ij. vbi suprà quòd in passionibus appetitus sensitiui dupliciter est malum. primò scilicet quia passio est malum siue repugnans rationi, cuiusmodi est inuidia, quæ dolet de bono: & secundo secundum superabundantiam vel defectum. Et primo modo ira non est mala: quia est appetitus vindictæ, quam quis potest bene appetere: puta ad correctionem vitiorum & conseruationem iustitiæ secundum ordinem rationis. quo casu sit à Deo, cuius minister potestas puniens dicitur, Ro. xiij. & similiter malefactor ad malum eius qui est puniendus. Sed secundo modo in ira potest inueniri malum, quando scilicet aliquis irascitur plus vel minus præter rationem rectam. Vnde ad rationem, si se habeat antecedenter, trahit eam à sua rectitudine, & habet rationem malitiæ: si verò se habet consequenter, prout scilicet appetitus sensitiuus mouetur contra vitia secundum ordinem rationis est ira bona, quæ dicitur per zelum, quæ rationis oculum turbat, quia in executione actus iudicium rationis aliqualiter impedit, eius tamen rectitudinem non tollit. Non est autem contra rationem virtutis, vt intermittatur deliberatio rationis, in executione eius est quod ratione deliberatum: quia etiam ars impediretur in suo actu, si dum debet agere, deliberaret de agendis. hæc ex illo virtualiter. ¶ Secundò quæritur, † vtrum ira sit peccatum? Et dicit Sanctus Thomas vbi suprà, art. ij. quòd ira cùm sit passio sensitiui appetitus est mala, si ordinem rationis excludat. Qui quidem ordo in ira potest considerari dupliciter. Primò quantum ad appetibile, in quod tendit, quod est vindicta. quam si quis secundum rationis ordinem appetat, est ira laudabilis & vocatur ira per zelum. Si verò contra rationis ordigem appetat qualitercunque, puta quòd puniatur qui non meruit, vel vltra quàm meruit, vel non secundum legitimum ordinem, intellige per habentem authoritatem, vel non propter debitum finem, qui est consecratio & correctio culpæ est appetitus vitiosus, & vocatur ira per vitium. Secundò quantum ad modum irascendi: vt scilicet modus iræ non immoderatè feruescat, nec interius, nec exterius. quod quidem si permittatur, non erit ira absque peccato, etiam si quis appetat iustam vindictam. hæc ex illo virtualiter. ¶ Tertiò quæritur, † vtrum omnis ira sit peccatum mortale? Et dicitur idem vbi 5. art. iiij. quòd quando est inordinata ex parte appetibilis, ixta dicta §. priore, de genere suo est peccatum mortale: quia contrariatur iustitiæ & charitati, licet possit esse veniale propter imperfectionem actus, quia scilicet præuenit deliberationem: vel est de aliquo modico. quod quasi nihil est reputandum: ita quòd etiam si actu inferatur, non erit peccatum mortale: puta parum trahere puerum per capillos, vel huiusmodi. Quando verò est inordinata quantum ad modum irascendi, non habet ex suo genere rationem peccati mortalis, licet possit esse mortale: puta si ex vehementia iræ excidat quis à dilectione Dei & proximi. hæc ex illo. Ex quibus omnibus patet quòd suppositâ deliberatione actus & notabilitate vindictæ quinq; modis ira est mortale: scilicet si quis primò appetat puniri eum, qui non meruit: vel secundò plus quàm meruit: vel tertiò ab eo qui iure non potest: vel quartò sine debito: vel quintò si ex iræ feruore quis cadat à charitate Dei vel proximi: quòd tamen non erit, nisi actu aliquid fiat, dicatur, vel cogitetur contra Deum vel proximum, puta blasphemando Deum, aut maledicendo proximum, vel non succurrendo in necessitate. ¶ Quartò quæritur, † quot sunt filiæ iræ? Et dico secundum Sanctum Thom. vbi §. post Greg. quòd sunt sex, prima scilicet rixa, qua duo vel pauci contradicũt in factis se persecutiẽdo. secũda tumor mẽtis, qui est quãdo homo cogitat diuersas vias vindictæ, & talibus cogitationibus replet animũ suũ. tertia, cõtumelia, qua verba iniuriosa cõtra proximũ dicuntur. quarta, blasphemia, qua similia dicũtur cõtra Deum. quinta, clamor, id est, inordinata & cõfusa, loquutio. sexta, indignatio, qua scilicet quis alterum indignũ reputat quòd cõtra eum tale quid fecerit. Addunt quidam maledictionẽ, seditionem, bellum, & vindicationem: sed omnia hæc reducũtur ad prædicta. Et tumor quidem mẽtis est venialelevel mortale secundũ quod & ira, à qua procedit: clamor autem est veniale, nisi per accidens ratione scandali: & similiter indignatio. Vindicatio verò est propriè effectus iræ, & est peccatum sicut & illa. De rixa autem & contumelia & blasphemia & de alijs, vide in locis suis.

De Ironia.

IRONIA secundum S. Tho. ij. ij. q. cxnj. & alios, est mẽdacium verbo aut signo circa propriã personã, dũ qs aut negat maiora, aut asserit minora de se, quàm veritas habeat: & est pctm mortale aut veniale secũdũ circũstãtias & finem.

De Irregularitate.

1 *Irregularitas quid.*
2 *Irregularitas differt à suspensione.*
3 *Irregularitas quibus modis contrahatur.*
4 *Irregularitas an contrahatur suscipiendo ordines in excommunicatione maiori.*
5 *Irregularitas an contrahatur, eo quòd quis eodem die suscipit minores ordines & subdiaconatum.*
6 *Irregularitas an contrahatur per iterationem sacramenti.*
7 *Irregularitas an contrahatur per infidelitatem, an per infamiam, num. 8.*
9 *Irregularitas an contrahatur per susceptionem ordinum ab episcopo excommunicato, vel qui renuntiauit episcopatui, vel alieno episcopo, vel extra tempora, vel per saltum. vsq. ad nu. 13.*
14 *Irregularis an sit ministrans in ordine, quem non habet.*
15 *Irregularitas quibus aliis modis contrahatur. vsque ad finem. & quomodo tollatur.*

1 IRREGVLARITAS,† quasi priuatio regulæ, ab in, id est, non, mutato scilicet n, in r. & regula. & irregularis priuatus regula dicitur. Et est irregularitas secundum Spec. nota seu impedimentum cononicum ex facto siue de facto proueniens, quo quis ad ecclesiasticos ordines promoueri, & iam promotus in eis ministrare prohibetur. arg. de tẽp. ord. cap. vlt. † Vnde differt à suspensione: quia eam includit, & addit: eius suspensio importet inhabilitatem ad executionem solũ: irregularitas autem ad executionem & ordines: vt j. Suspensio, in princ. † Contrahitur autẽ irregularitas in genere tribus modis, scilicet ex delicto, ex defectu corporis, ex defectu sacramenti: de quibus habes per doctores in ca. nisi cum. §. personæ verò. de renunt. sed specificando contrahitur in casibus xxiij. quantum ad hoc ne possit aliquis promoueri, aut iam promotus ministrare: de quibus casibus patebit per sequentes quæstiones: præsuppositis regulis quæ datæ sunt suprà Homicidium. iij. §. j. ¶ Primò ergo quæritur, vtrum irregularitas contrahatur per homicidiũ & mutilationem? Et dico quòd sic, vt suprà Homicidium iij. per totum. ¶ Secundò quæritur, † vtrum contrahatur irregularitas suscipiendo ordines in excommunicatione maiori? Et dico quòd sic, vt in cap. j. de eo qui fur. ord. su. & c. cùm illorum. de sentẽ. excõ. Et licet inferior papa aliquando possit absoluere talem ab excommunicatione, in qua erat, non tamen poterit dispensare secũ in tali irregularitate, nisi de mãdato papæ siue scienter excõmunicatus existens ordines susceperit, siue ignoranter scilicet facti memoriam non habens, aut ignorantia iuris hoc non credens sibi esse prohibitum: vt in d. c. cùm illorum. Si tamen iste efficiatur religiosus, post laudabilem conuersationẽ in religione per aliquod tempus potest episcopus dispensare cum apostolica authoritate, vt in ca. fi. de eo qui fur. ord. su. dispensat etiã abbas cum monachis, secundũ quod dictum est j. Abbas. §. ij. & quod de excommunicato dictũ est, secundum Ray. locũ habet in suspenso vel interdicto vel simpliciter vel à talibus ordinibus, ti ipsos recipit sic suspensus. ¶ Tertiò quæritur† an contrahatur, quando quis vna die ordines minores & subdiaconatũ recipit? Et dico q sic: ca. cum H. de eo qui fur. vel si duos simul sacros ordines susceperit: ca. fin. de eo qui fur. ord. siue hoc faciat vno die vel o, siue fictitio: sicut cùm quis cõtinuat iciunia vsq; ad dominicam. de temp. ord. c. literas. sed cum isto potest episcopus dispẽsare, vt in ordinibus non furtiuè susceptis possit ministrare, dummodo ei non fuerit prohibitum sic ordinari sub pœna excommunicationis latæ sententiæ: quia tunc nõ posset, nisi sicut dictũ est de eo qui excommunicatus ordines suscipit: in ordine autem sic furtiuè susceptus vel ad maiores nullus potest nisi papa dispensare secundum Ioan. And. & videtur sequi Panor. in cap. j. de eo qui furt. ordin. & facit text. d. cap. in fin. iuncto c. seq. & d. cap. literas. quod intellige, nisi intrauerit religionẽ: quia potest episcopus tunc papę authoritate dispensare: vt d. cap. fi. & etiam abbas cap. ij. de eo qui furt. ordin. sui. ¶ Quartò quæritur, † vtrum contrahatur per iterationẽ sacramentorũ imprimentiũ characterẽ? Et dico quòd sic, si fiat sciẽter tam quo ad ministrantem, quam quo ad suscipientẽ. ar. lxviij. dist. c. j. & de cõse. dist. j. dictũ. & sic indistinctè tenet Arch. sed limitat Scot. in iiij. dist. iiij. de baptismo tantũ: qui de alijs imprimentibus characterẽ nõ inuenitur expressum sicut de baptismo: vt in c. ij. de apost. ideo scienter baptizans secundũ Host. si est clericus, deponẽdus est ar. c. qui bis. & c. eos. de cõse. dist. iiij. si verò laicus, est excõicandus nec poterit ordinari: vnde etiã acoluthus, qui ministeriũ præbuit sciẽter presbytero baptizãti, si publicũ sit, nõ debet ad ordines promoueri, nisi religionem intrauerit: quo casu põt episcopus secũ dispẽsare. Si verò sit occultũ, promoueri poterit post pœnitentiã. d. c. ij. licet quidã, & malè secundũ Pan. ibi dicat illud c. intelligi, q ille acoluthus rebaptizauerit, vel fuerit rebaptizatus. Si verò rebaptizat quis ignoranter ignorantia facti, adhibita prius debita diligẽtia, omnino excusatur: nõ autẽ ex ignorantia iuris, cùm hoc non sit contra ius diuinũ. Si verò quis rebaptizatur sciẽter, est irregularis: si verò ignoranter ignorantia iuris, similiter est irregularis: & similiter est irregularis, si fuit ignorantia facti, & postquam sciuit, habuit ratum. distinct. 50. confirmandum. & j. quæst. vij. qui in qualibet. Si verò nõ habuit ratum, est irregularis, secundum Gof. indigẽs dispẽsatione episcopi. Sed verius dicit Host. & sequitur Sco. quòd non est irregularis, sed excusatur, sicut & conferens ex ignorantia probabili. arg. c. placuit. j. q. iij. Nec ob. d. c. qui bis. & quod ibi notatur, quia secundum Scot. illud c. cùm accipiatur ex pœnitentiali Theodori episcopi Cãtuariẽsis, infligere nõ potest irregularitatẽ: nisi forte dicatur quòd omnia ca. à Gratiano posita in Decreto sunt confirmata per papã quod nõ est manifestum. & addẽ q confirmatio simplex nihil addit. dist. xij. præceptis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de confir.vti.vel inuti.cum dilecta. cum c. seq.de priuil.quia intentionis. Vnde etiam si forent cõfirmata, irregularitatem non inducerẽt. Siverò rebaptizat quis, aut rebaptizatur in dubio, scilicet post debitam diligentiam, non inducitur irregularitas: quia non dicitur iteratum, quod nescitur factum esse. de consec.dist.j.solẽnitates. & dist.iiij.si nullam. & de presby. non bapt.veniens. Similiter nõ est irregularis qui coactè coactione absoluta fuit rebaptizatus: secus in conditionata: vt not. Innocent.cap.eos.de consec.distinct.iiij. ¶Quintò quæritur, † vtrum cõtrahatur per infidelitatem? Et dico quòd sic, si sit apostata à fide, sicut fecit Iulianus: vt in cap. Iulianus. xj. q.iij. verum est tamen quòd si qui apostataverint propter iustam timorem, si erant sacerdotes, solus papa dispẽsabit: si verò diaconi vel inferioris gradus, aut laici, episcopus poterit dispensare: si autem voluntariè sine timore aliquo apostataverunt, solus papa dispensat cum eis: vt in cap. presbyteros. dist. 50. secundum Innocent. in capit. j. de apost. & Hostien. omnes tales apostatæ hodie sunt verè hæretici: & in ipsis habent locum omnia iura de hæreticis, & pœnæ cõtra eos statutæ. De irregularitate apostatarum à religione, vide suprà Apostasia. §. viij. Si autem fidelis fiat hæreticus, ti clericus erat, poterit post pœnitentiam & abiurationem in ordine suscepto ministrare: sed in suscipiendis tam clerici quam laici sunt irregulares: vt j. quæ. vij. saluberrimum. & idem est de eo qui in cõtemptum ab hæreticis se fecit ordinari, cum quibus solus papa dispensat. j. quæst. vij. conuenientibus. ¶Sexto quæritur, † vtrum incurratur per infamiã iuris aut facti? Et dico quòd sic. de quo habes suprà infamia. §. iij. & exemplum infrà Superstitio. §. vltim. de sortilegio manifesto. ¶Septimò quæritur, † vtrum incurratur per ordinari ab episcopo excommunicato? Et dico quòd sic: quia executionem cõferre potest qui eam non habet. j. q. j. gratia. & cap. statuimus. & q. vij. Daibertum. si tamen hoc fecit ignoranter, sic dispensare poterit episcopus tam in susceptis quàm in suscipiendis: si verò scienter, solus papa. de ord. ab episc. qui re. cap. ij. Et idem dico de ordinatis à schismaticis. de schis. fraternitati. secundum Bern. ibidem. Vnde not. quòd licet hæretici, excommunicati, simoniaci in ordine vel beneficio, schismatici, depositi, suspensi, interdicti, & degradati verum Christi corpus conficiãt & veraciter ordines conferant, si veram formam seruent ecclesiæ. dist. xix. secundũ. & j. q. j. dominus. & c. quod quidam. de consec. distinct. iiij. ostenditur, ordinati tamen à talibus nõ habent executionem: & sic tales ordinationes irritæ dicũtur. de schis. c. j. Secundũ Gof. tamẽ & Host. ordinati à talibus coactione per metum cadente in constantẽ virũ, non indigent dispẽsatione & magis placet: vel episcopus poterit dispensare. Hodie tamen ista habent moderationem magnam ex constitutione concilij Constantiensis: vt suprà Excommunicatio. v. notabili iiij. vnde nõ incurrit irregularitas ista, nisi quo ad illos, quos per dictam constitutionem vitare tenemur. ¶Octauò quæritur, † vtrum incurratur per susceptionem ordinis ab eo qui renuntiauit episcopatui? Et dico quòd non, si resignauit loco solùm, & non dignitati, & interuenerit licentia episcopi proprij: quia sic remãsit episcopus: sed si dicta licentia non intercessit, efficitur irregularis. de ordi. ab episc. qui re. c. j. Si verò resignauit nõ solùm loco, sed etiam dignitati: tunc ordinatus à tali cum licẽtia sui episcopi in minoribus ordinibus, nõ est irregularis, sed sine licẽtia sui prælati, vel si maiores ordines à tali susceperit scienter. vel ex ignorantia crassa, sic irregularis est, & solus papa dispensat: siverò ex ignorantia probabili, sic etiam irregularis est: sed episcopus poterit dispẽsare: vt in dicto cap. j. ¶Nonò quæritur, † vtrũ incurratur per receptionẽ ordinis ab alieno episcopo sine licentia proprij prælati? Et dicunt aliqui quòd sic, si ordinator sit suspensus per annum à collatione omniũ ordinum: de temp. ord. eos. lib. vj. quod intellige si ordinatus erat clericus, & de anno continuo & integro de elect. prouida. lib. vj. Sed secũdum glos. in d. c. eos. & Gof. licet ordinator sit suspensus: tamen sic ordinati nõ sunt ipso iure irregulares: sed sunt suspendendi per cap. quod trãslationem de tempo. ordin. vbi tenet idem domin. Anton. & si celebrent antequam suspendantur, non efficiuntur irregulares. & hoc sequitur Hostien. Gual. & Gul. & magis placet: licet grauiter peccent celebrãdo antequam eorum prælati habeant ratam talem ordinationem: vt not. in d. cap. eos. Fallit hoc quando prælati sunt manifestè suspensi propter alienorum ordinationem: quia quandiu sic sunt suspensi eorum subditi sine eorum licentia possunt ab alienis vicinis episcopis ordinari: vt in dicto cap. eos. Sunt autem manifesti per iuris euidentiam: quia cõuicti sunt in iudicio, vel confessi, aut quia manifestè ordinauerunt alienum. Et non solùm in episcopis, sed in abbatibus & quibuscunq; ordines conferentibus locum habent prædicta. Quo ad vltramontanos autem ab episcopo citramontano ordines suscipientes sine licentia episcopi, de cuius diœcesi traxerunt originem: vel in cuius diœcesi beneficiati sunt: quæ constet per literas patentes causam rationabilem continentes quare ipsos nolit vel non possit ordinare: tene quòd sunt ipso iure suspensi tali suspensione, quòd si celebrant, efficiuntur irregulares: nec poterunt à tali suspensione absolui, nisi per papam: vt in cap. j. de tempor. ordinat. lib. vj. Et hæc pœna locum habet in quibuscunq; ordinibus receptis ab episcopo Italico, à quocunq; vltramontano secũdum communem opinio. in d. cap. j. non autem ab Italico ordinato ab vltramontano episcopo: vt ibi tenet glos. similiter non habet locum in existentibus intra montes, si ab Italico episcopo ordinentur, vt ibi not. Et si quæratur, quis possit dare istam licentiam accipiendo ordines ab alieno episcopo: dico quòd episcopus, de cuius diœcesi est oriundus, vel in cuius diœcesi habet beneficium ecclesiasticum aut domicilium, licet inde non sit oriundus, & episcopo agente in remotis, eam dare potest vicarius eius generalis in spiritualibus, & sede vacante, capitulum: non autẽ alij officiales episcoporum: veram archidiaconi. de offic. archidiac. significasti. nec quicunq; alij inferiores prælati, religiosi vel alij, nisi sint priuilegiati per papam: vel secundum Ioan. And. nisi habeant hoc ex præscripta consuetudine: religiosi tamen in prioratibus non exemptis per suos prælatos deputati priores & eorum socij possunt, dum ibi morantur, ordinari à locorum ordinarijs: licet non sint ibidem oriundi. de temp. ordin. nullus. lib. vj. Episcopus autem cui mittuntur cum licẽtia, posset cum huiusmodi dispensare, & eos absoluere sicut proprius prælatus: quia omniaviden tur concessa, sine quibus ordinatio non potest expe. fieri. de offic. deleg. præterea. ¶Decimò quæritur, † vtrum incurratur per receptionem ordinũ extra tẽpora statuta? Et dico quòd sic. dist. lxxv. c. vlt. de temp. ord. c. ij. & c. c. cũ quidam. & c. cõsultationi. credit tamen Inn. & Host. quòd tales sordinati non sunt ipso iure suspẽti ab ordine suscepto, sed suspẽdendi arg. c. literæ. in fin. de temp. ordin. & sic exponunt d. c. cũ quidam. ibi: debes expertes reddere, scilicet per sententiã. sed dicit domin. Anto. in d. c. literæ. quòd sunt ipso iure suspensi, & ordinãtes suspendendi, & hoc est verius, vt patet in c. ij. de temp. ordin. Conceditur tamen episcopis dispensatio in suspensis vt ministrent: dicto capit. consultationi. in suspendendis autem non, secundum Rodeo. cùm ibi dicatur solùm de susceptis. Non poterit tamen dispensare episcopus qui ordinauit: secundum domin. Anton. in d. cap. consultationi. sed eius successor. Hodie autem recipiens ordines sacros extra tempora vel ante ætatem aut sine litteris dimissorijs, sunt ipso iure suspensi: & si celebrant, fiunt irregulares à solo papa absoluendi. & possunt ipso iure beneficijs priuari per extrauagan. Pij secundi, quæ incipit, cùm ex sacramento. & renouatam per regulas cancellariæ Inno. viij. & Alex. vj. quibus standum est, vt habetur in c. j. & ij. dist. xl. & no. in c. ij. de rescri. & c. pastoralis. de fide instrum. ¶Vndecimò quæritur, † vtrum incurrat eam is, qui per saltum promotus ministrat in ordine superiori? Et dicit Arch. in c. solicitudo. dist. lij. quòd iste non sit suspensus, nisi sicut ille qui est in mortali, sed suspendendus: vnde si celebrat in ordine superiori antequam suppleatur omissum, peccat mortaliter, sed non efficitur irregularis. & hoc sequitur Summa Angelica & Rosella & quidam alij allegantes c. solicitudo. distinc. lij. quòd hoc non probat: cùm ibi non dicatur quòd ille ministrauerit in tali ordine. vnde Hostiensis dicit quòd est irregularis: & hoc probo, quia talis est suspensus per dictum c. solicitudo. ministrando autem in ordine, à quo est quis suspensus, efficitur irregularis, per cap. cùm medicinalis. de sent. excom. lib. vj. Vnde dico quòd talis suscipit characterem superioris ordinis communiter secundum Theologos. sed de hoc infrà Ordo. ij. §. vij. & si ministrat in ordine prætermisso scienter, dico quòd est irregularis, iuxta dicta suprà Dispensatio. §. x. & infrà §. seq. Si verò ministret in ordine superiori, id est, per saltum adeptro: dico quòd est irregularis de rigore iuris, & debet deponi, etiam si non ex malitia, sed ex ignorantia vel negligentia aliquem ordinem prætermisit: sed tamen ex dispensatione episcopi ad ordinem Prætermissum poterit promoueri, suspensus interim ab executione superioris: dist. xlviij. sicut olim. dist. lij. solicitudo. extra de cler. pro. per Ial. c. vnico. & similiter poterit cum eo dispensari si ministrauerit interim in illo ordine, credens se gradum promotum. dicto c. vnico. si autem in ordine sic suscepto, scienter sine dispensatione ministrauerit, dispensari non potest quòd vlterius ascendat nisi per papam: sed in ordine suscepto adhuc potest dispensari per episcopum, sicut cum non ordinato administrare. x. Dispensatio. §. x. In hac autem sententia concor. Host. Vernec. & Rayn. & Supp. ¶Duodecimò quæritur, † vtrum contrahatur ab eo qui administrat in ordine quem non habet? Et dico quòd sic: vt in c. j. & ij. de cle. non or. mi. quod intelligo etiam in eo qui est per saltum promotus: quia ex sua culpa non debet commoditatem reportare, quod tamen S. Tho. videtur limitandum, si ille ordo sit sacer: quia dicit in iij. di. xxiij. quòd officia quatuor ordinum minorum exerceri licitè possent à non ordinatis. Secundò limitandum est quando talia non ioco, sed serò fiunt: quia licet peccaret, non tamen esset irregularis, secundum Host. xv. q. j. illa. quia voluntas & propositum maleficia distinguunt, de sent. excom. c. voluntate. Tertiò limitatur quòd non sit merè laicus: quia talis secundum Dir. non incurreret irregularitatem. & placet Summæ Angelicæ, licet Cal. in c. ij. de cler. excom. mi. teneat contrarium. & hoc est verius, vt patebit. Quartò quòd non faciat ignorãter quo ad non promotũ p saltum: quia si probabiliter credit se ordinarum, non est irregularis. Quintò, limita quando talem ordinem non habet quantum ad substantiam: secus si in ordinatione dimissum est aliquid quod certum est non esse de substantia: quia si ministret antequam suppleatur omissum, non erit irregularis: quia nullo iure hoc exprimitur, licet peccet mortaliter. Sextò secundum omnes limita si ministret solenniter, id est, exercendo aliquid deputatum certo ordini tanquam in officio illo constitutus, puta legendo Euangelium vt diaconus, vel epistolam vt subdiaconus, & huiusmodi. secus si legeret non tanquam in tali officio, sicut si monialis legat Euangelium in matutinis. xxvij. q. j. diacomissam. in glo. & clericus deficiente subdiacono in solennitatibus indutus sine manipulo cantat epistolam: vt not. in c. vt quisq; presbyter. de vi. & ho. cle. quia non est irregularis, secundum Host. & Inno. ibidem. quod verum est quo ad clericum, si cantet solùm indutus dalmatica, modò careat manipulo, & non offerat calicem. Et idem reddit quod dicit Pan. in c. vt quisq; eo. tit. quòd non effugit irregularitatem, si cum vestibus sanctis cantat epistolam: quia intelligitur cũ vestibus omnibus, etiam manipulo. Concludo ergo quòd celebrans in aliquo ordine est exercere actum secundarium vel principalem illius eo tempore & loco & modo quo solet exerceri, sicut actu principaliter legere epistolam vbi & quando celebratur missa quo ad subdiaconum, vel Euangelium quo ad diaconum, vel consecrationem quo ad sacerdotem: ministrare verò solenniter est ministrare cum proprijs ornamentis illius ordinis, sicut cum manipulo quo ad subdiaconum, & cum stola quo ad diaconum: & planeta quo ad sacerdotem. Igitur non habens aliquem ordinem efficitur irregularis, si loco, tempore, & modo consuetis exerceat principalem actum eius, vel etiam secundarium cũ proprijs ornamentis. imò & si exerceat actum principalem etiam sine ornamentis. si verò exercitiũ sit sine vtroq; scilicet ornamentis & principali actu, non efficitur irregularis: vt si epistolã cantet sine manipulo, & sine calicis porrectione. addit Arch. si sit cõsuetudo quòd illo modo cantetur à cõstituto in minoribus: secus autem, inquit, vbi cum manipulo, vel porrigendo calicem, vel vbi non est mos quòd cãtent nisi subdiaconi. Nõ dispensat aũt cum isto nisi papa sedm Host. & Gof. vt ad maiores ordines ascendat: sed in susceptis poterit episcopus dispensare. ¶Decimotertiò quæritur, † vtrũ incurratur qñ quis suspensus, excommunicatus, vel interdictus ingerit se diuinis celebrando vel faciendo aliquid attributũ certo ordini ecclesiastico etiã minori, puta acoluthatus, exorcistæ, & huiusmodi? Et dico multa. ¶Primũ. Talis est irregularis sedm communem opinionem, vt not. Host. & Io. And. & Pan. c. ij. de cle. excõ. mi. quod limita si hoc facit ranquam clericus, vt patet per no. à doc. & Pan. in c. fi. de excel. præla. siue solenniter secundum Vernec. & dispensat solus papa: vt in c. j. de re iudi. lib. vj. Secus si attentet aliquid exercibile etiam per laicos, vt quia cantat Requiem æternam, aut verbũ psalmi, & huiusmodi: quia licet grauiter peccet non vitando communionem sibi interdictam, tamen non efficitur irregularis: vt in c. tanta. de excel. præla. nisi quis audiret diuina authorizando: vt si episcopus faciat coram se celebrari: quia tunc efficitur irregularis. secus non authorizando: vt vult glossa in clem. ij. de priuil. & Pan. in c. illud. de cleric. excom. mi. Dato etiam quòd illud sit deputatum certo ordini, tamen de consuetudine exercentur per aliũ quemcunque indistinctè, etiam à non ordinatis, talis exercens non esset irregularis, secundum Innoc. quod intellige si exerceat illud sine solennitate: vt si cantet epistolam sine manipulo: quia non esset irregularis talis subdiaconus, imò etiam si sit sacerdos vel diaconus, secundum Vernec. quia pœnæ non sunt extendendæ. similiter nec secundum Per. de Pal. sacerdos baptizans in necessitate sicut vetula sine solennitate. secus cum solennitate: vnde secundum eundem Per. irregularis est sacerdos, si excommunicatus solenniter baptizet, licet baptisma conferatur ab omnibus: & si in foro conscientiæ absoluit palam vel occultè. Fallit tamen hoc secundum Vernec. & Asten. cõtra Host. si excõmunicatur exerceat actũ minorum ordinum etiam solenniter, quia nõ est irregularis: cũ hoc etiã per nõ ordinatũ fieri possit. Sed Host. tenet quòd talis omnino irregularitatem incurrat, per c. cũ medicinalis. de sent. excomm. libr. vj. & sic dispensari non potest nisi per pa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pam.& idem Pan.in c.ij.de cle.excom.dicens quòd hæc opinio est communis & vera: quia iura loquuntur indistinctè.& idem Dire.libr.iij.quo ad incurrendam irregularitatem:sed quo ad dispensationem videtur tenere quòd episcopus possit dispensare,secùm Ray.& Host.& Archi.& Pan.in c.clerici.de cler.excom.concordat.Sed tu tene quòd pertinet ad papam. ¶ Secundum.Si episcopus tulit sententiam excommunicationis cõtra celebrantem in aliqua capella:celebrans ibi prima vice nõ est irregularis,secùm Arch.nisi esset interdicta,sed est excommunicatus:secunda autem vice celebrans efficitur irregularis.Tertiũ.Recipiens ordines etiã minores in excõmunicatione maiori efficitur irregularis, per solum papam dispensabilis.de sen.excom.cùm illorum.vbi secũdũ Gul.Dur. non distinguitur inter maiores & minores, si erat in excõicatione minori:quia non inuentur iure expressum,secundũ glo.Ray. ¶ Quartum.Si sacerdos excommunicatus solenniter officiaret ecclesiam in matutinis,vesperis vel alijs horis, secundum Arch.incurrit irregularitatem:secus psalmodizando cum alijs,quod etiam faciunt laici.Et similiter,secundum aliquos,vt refert Rich.in iiij.di.xviij.si extra ecclesiam dicat horas suas officiando populum:vt in exercitu vel nam.secus si dicat horas suas cum vno vel pluribus non officiando ecclesiam vel populum.Et similiter secundum Gemi.& omnes penè doctores:si adest diuinis authorizando.Vnde secũdum Pan.in c.fi.de excel.præla.cauendum prælato tempore excommunicationis,vel suspensionis, vel interdicti, ne faciat corã se celebrari diuina,aut ne interfit celebrationi:quia tũc videtur authorizare:& similiter secundum Gemi. in c.cùm medicinalis.de sen.excom.lib.vj.si facit actum principalem chori:vt quia dicit capitulũ & orationem, vel facit officium cantoris in choro.Secus autem secundum Gemi.si nec authorizat nec exercet aliquod officium chori:licet diuinis interfit,aut legat,&cantet cũ alijs.Aduerte tamen quòd de hebdomadario solenniter officiante in horis secundũ Asten.nõ est dubium quòd incidat,si etiam talis sacerdos non solenniter officiaret,sed à casu suppleret pro hebdomadario,etiam inciderit:quia de consuetudine illud officium exerceretur per sacerdotem solum:maximè cùm habeat dicere, Dominus vobiscum. quod est certo ordini deputatum.De cantore autem & alijs officialibus chori,credo quòd non incidant:quia &si de iure sint deputata certo ordini,de consuetudine tamen quasi generali exercentur indistinctè à quocunq; etiã nõ ordinato, etiam à nouitijs,etiam laicis. De benedicente aquã ẽ.Aqua. §.vlt. ¶ Quintũ.Si clericus ignorat se excõmunicatũ,suspensum,vel interdictum,secundum Rod.Non efficitur irregularis celebrando antequam sciat,si ignorantia fuit facti probabilis,puta quia misit procuratorem qui non comparuit,& sic fuit excommunicatus:secus si crassa,vt si citatus noluit cõparere.Et sic intellige capostolicæ.de cle.excõ.mi. Item secus secũdum eũdem Rod.si probabiliter dubitabat de excõicatione: puta quia conscius de culpa: quia si fuit excõicatus, & celebraut,irregularis est.Et vbi ignorantia nõ est probabilis,dispensat abbas,si talis est irregularis,secũdum Per.de Pal.Si verò secularis,solus papa.de sen.exc.cùm illorum. ¶ Sextum.Secũdum Pan.in d.c.illud.habens notitiã excommunicatiõis per solam famam,si non abstinet,irregularis est,si modò verum cõperit postea.Sed tamen aduerte secũdum gl.in d.c.illud.quòd dicta paucorum fama non faciunt.de accusa inquisitionis. nec tenetur credere,licet dicatur ei ab aliquibus.ix.q.iij.non solum ille.qd verũ est,nisi ex cõscientia culpæ vel dictis plurium insurgeret notabile dubiũ: quia sic abstinendo irregularitatẽ nõ effugeret. ¶ Septimũ. Secũdum Pan.in c.si celebrat. de cle.excom.mi.excommunicatus minori celebrando non fit irregularis.Ratio, quia talis excommunicatio non induxit suspensionem ordinum vel officij,sed tantùm primat participatiõe sacramentorũ:vt in d.c.si celebrat. ¶ Octauũ.Si iudex dicat,suspendo te ab officio vel beneficio, secũdum gl.in c. quanto.de magi.talis sententia nõ valet ratione incertitudinis.l.iij.C.de senten.quæ si.cer.secũdum do.Ant.aut cõstat de intentione:& sic seruat.aut nõ constat:& sic tutius est abstinere ab vtroq;:si nõ abstinet,non efficit irregularis.Et hoc placet Pan.ibidem dicens q; licet sententia iniusta liget,hoc tñ debet intelligi quando apparet de illa: hic autem non apparet an ab officio vel beneficio suspendere voluerit.Vtrum autem omnis suspensus celebrans sit irregularis,vide j.Suspensio.§.v.Quomodo etiam excommunicatus efficiatur irregularis ingerendo se diuinis sine exercitio alicuius deputati certo ordini.j.§.xxvij. ¶ Decimoquartò quæritur, vtrum incurratur ratione criminis?Et dico quòd sic.xxv.dis.primum. xxxiij.distin.quoniam.j.q.vij.si quis omnem.sed distingue vt not.in c.ex tenore.de temp.or.& ī.dictum est, Crimen.§.ij. & iij.& hic perstringendo dicit. ¶ Enorme enim impedit promouendum,& deijcit promotum:etiã si sit occultum. ¶ Mediocre verò si sit occultum,neutrum illorum facit, nec indiget dispensatione,sed sufficit pœnitentia sacramentalis. de temp.or.ex tenore.&.c.quæsitũ. si etiã sit manifestũ per confessionem extraiudicialem,non inducit irregularitatem,quãuis talis,si sit clericus,sit suspendendus ab officio& beneficio. de excel.præla. quàm sit graue.Si etiam sit manifestum per famam deficiente accusatore vel probatione legitima non inducit irregularitatem,sed indicenda est tali purgatio canonica:qua præstita absoluetur:& si in ea defecerit,deponetur. de adul.significasti.Si verò sit manifestum per sententiã vel conuictionem,vel confessionem meru;pbationis factam,inducit irregularitatem: & idem si sit notoriũ per euidentiam facti quod nulla potest tergiuersatione celari, cuius scilicet testis est populus,& inficiationi non est locus.de tem.or.quæsitũ potest tamen in huiusmodi notorijs de iure vel de facto per episcopum dispensari super tali irregularitate, secũdum Ieno.in gl.super d.c.ex tenore.Leuia aũt crimina siue manifesta, siue sint occulta,siue manifesta,nec impediũt promouendũ, nec promotũ deijciunt.de coha.ele.&mul.vestra. ¶ Decimoquintò quæritur,an incurratur ex bigamia?Et dico quòd sic.extra de biga.per totũ.& de hoc ī.Bigamia. ¶ Decimosextò quæritur,vtrũ incurratur per cõtractũ matrimonium?Et dico quòd sic,dupliciter.Primò,si contrahens sit in sacris,& habeat votum solenne:vt ī.Bigamia.in prin.Secundò si contrahendo ducat vxorem vilem mulierem,puta ancillam vel ioculatricem,vel aliquam ex his,quæ publicis spectaculis mancipantur,licet virginem.dist.xxxiij.si quis viduam.quem quidam dicunt esse Bigamum.sed nõ est verũ,si sit virgo,nisi dicatur bigamus quantum ad effectum, quæ est irregularitas. ¶ Decimoseptimò quæritur,vtrum incurratur per solennem pœnitentiam?Et dico quòd sic.di.;o.ex pœnitentibus.potest autem cum his in minoribus propter necessitatem vel vtilitatem ecclesiæ dispensari.dis.;o.placuit.& hoc per episcopũ ex quo nõ est ei prohibitũ.in maiorib.aũt solus papa dispensat.d.c.ex pœnitentibus.&dist.;o.qui in aliquo.Dicit tñ Innt. & Host quòd hoc curia nõ seruat: & sic videtur hodie locũ nõ habere irregularitas ista. Publica aũt pœnitentia irregularitatem non inducit:quia nõ est iure cautum. ¶ Decimooctauò quæritur,vtrum indueatur per celebrationem in loco interdicto?Et dico quòd sic,de sen.exc.is qui.lib.vj.de quo ī.Interdictum,vltimò, per totum. & solus papa dispensat. ¶ Decimononò quæritur, vtrum inducitur vitio aduenente in corpore siue à proposito, siue à casu? Et dico quòd

sic, modo quo suprà Corpore vitiatus, per totum.Et idem est de hermaphrodito,etiam si plus vergat ad sexum virilem, quia licet sit susceptuus characteris ordinis, prohibetur tamen ordinari &ordinatus ministrare,arg.dil.xxxvj.illiteratos. Si autem magis ad fœmineum vergat,vel secũdũ Rodo.etiã si sit paritas,nõ est etiã characteris susceptuus. ¶ Vicesimò quæritur, vtrum incurratur per illegitimitatem? Et dico quòd sic.de fil. presby.cap.j.& cap.is qui.eod.tit.lib. vj.in minoribus tamen ordinibus potest episcopus dispensare in sacris aut solus papa:vt in dicto cap.j. Si tamen efficiatur tales religiosi,poliunt iure communi promoueri ad omnes ordines etiã sacros.d.cap.j. Et si illegitimatio sit secreta,ita q; solus illegitimus eam sciat,secundum Dire.si se facit ordinari,mortaliter peccat:nec debet vti susceptis sine dispensatione. ¶ Vicesimoprimò quæritur,vtrum incurratur in adultis per dilationem baptismi vsq; ad ægritudinem? Et dico quòd sic. distin. lviij.si quis.quia præsumit ecclesia quòd talis non ex voluntate,sed ex necessitate baptizetur,vt abi:vel in pœnam negligentiæ circa salute.Nec per baptismum tollitur ista irregularitas secundum glo.ibi:quia idem non operatur contrarios effectus.de bap.mulieres.nec parit obligationẽ & liberationem.ff.de solu.l.qui hominem.§.vlt.Potest tamẽ talis admitti in duobus casibus.Primò,si post baptismũ fides & vita eius probabilis apparuerit.Secundò, si hoc exegerit raritas clericorum.d.cap.si quis.aliàs non poterit ordinari sine dispensatione papæ:ar.d.c.si quis. ¶ Vicesimosecundò quæritur,vtrum incurratur à religioso egrediente claustrum ad audiendas leges vel Physicam? Et dico quòd sic, si ante duos menses non fuerit reuersus:& solus papa dispensat.ne cler.vel mona.cap. vlt. ¶ Vicesimotertiò quæritur, vtrum incurrat eam episcopus,presbyter aut diaconus,qui præterru mustæ excõmunicationis recursum habet ad Imperatorem? Et dico quòd sic: & solus papa dispensabit.xxj.quæst.vlt.cap.penul. & in cap.si quis.xxiij. q. vltu. ampliatur dicta irregularitas ad omnes,qui sunt sub ecclesiastica regula:sed non ipso iure, sicut in prædictis. ¶ Vicesimoquarto quæritur,vtrum sint irregulares hæretici?Et dico quòd sic.j.quæst.j.veritatem. si tamen reuertantur,post abiurationem recipiũtur ad laicam communionem,postquam fuerint reconciliati.j.quæst.vj.Dalbertum.& cum eis fit dispensatio quandoque etiam plenissima,vt promoueri possint ad episcopatum & superiores dignitates. xij. distinct.nos consuetudinem.xxiij.quæst.iiij.ipsa pietas. ¶ Vicesimoquintò quæritur,vtrum contrahatur per curiale esse? Et dico quòd sic.ī.Ordo.iiij. §.vltim. ¶ Vicesimosextò quæritur, vtrum contrahatur per seruitutem? Et dico quòd sic, vt infrà Ordo iij.§. penultimo. ¶ Vicesimoseptimò quæritur,ad intellectum multorum quæ dicta sunt quãdo contrahatur irregularitas per indebitam celebrationem vel executionem ordinum? Et dico quòd Archid.post Cal. & Anton.de Butri. sic distinguit: Aut enim vtens officio ordinis est fœmina:& sic non fit irregularis,etiam si fit religiosa: quia non est capax ordinis,& cõsequẽter nec irregularitatis,per quam quis prohiberur ordinari vel ordinis officium celebrare. Aut est vir:& tunc aut furiosus: & sic non efficitur irregularis:similiter infans clericus.de homicid.si furiosus.Aut sanę mentis:& tunc aut est laicus aut clericus.Et si est laicus, videtur irregularis, si cum solenni apparatu celebrauit,exequẽdo scilicet actum alicuius ordinis,siue sit conuersus religiosus,siue secularis.de clerico non ordinato.cap.j.& solus papa dispensabit:sicut & cum ordinato suspenso celebrante.quod secundum Sanctum Thom.intellige de ordinibus sacris:vt §.xij. dictum est:secus si sine solenni apparatu.& hanc opinionem tene contra Direct.& Sum.Angel. inquantum irregularitas impedit ab ordine suscipiendo:quia huius secularis est capax, & minus illi congruit quod agit,quam si esset clericus, licet non habens ordinem talem.Si verò est clericus: aut celebrat in ordine,quem non habet,aut quem habet. Et si quem non habet,in ordinibus sacris est irregularis: excepto quòd existens in minoribus potest cantare epistolam,secundum Gul. sine solennitate.quod Inno.limitat in absentia subdiaconi,& sine eius ornamento,id est,soleuni apparatu,qui est manipulus,dicente Petro de Palu.quòd tunicellam licet etiam non subdiacono portare:quia non est ei propria vestis,sicut manipulus,quem nullus eo inferior portare debet. Siverò clericus celebrat in ordine quẽ habet:tunc aut est excommunicatus maiori:aut celebrat,seu officiũ exercet in loco interdicto ab homine vel à iure:aut est suspensus.Si primum aut secũdum,est irregularis,& à solo papa dispensabilis:de sent.excommun.is qui.lib.vj.secundũ Gul.tamen constitutus in minoribus excõmunicatus ministrando seu exercendo officiũ suum etiã cum solennitate,nõ efficitur irregularis:quia illa duo c.si quis episcopus.j.& ij.xj.q.ij.non loquũtur de eis:& pœnę sunt restringendæ.sed secus de subdiacono,scilicet si solenniter legat: si autem sine solennitate legat epistolã subdiaconus,diaconus, vel presbyter excommunicatus:credunt quidã quòd non incurrat irregularitatem.Si autem clericus est suspensus,sumendo suspensionẽ largè,id est,quo ad se tantùm,puta propter mortale,vel minorem excommunicationem,vel manuũctione à confessore:celebrando non fit irregularis:sed sumendo propriè, id est,quo ad se & alios,aut est suspensus ab homine viue iudice,aut à canone.Si autem est suspensus ab homine propriè,id est, quo ad se & alios, est irregularis, si hoc ignorauit ignorantia crassa aut supina,nõ autem si probabili:& hoc quomodocũque sit suspensus simpliciter siue ad tempus determinatum siue non determinatum, etiam si ratione defectus vel infamiæ:talis durante suspẽsione si celebrat est irregularis,dispensandus solùm per papam.Ad quod ij.quæst. iij.si quis presbyter.de sententia excommunic. cap.cùm medicinalis.libro sexto.Si verò est suspensus à canone: tunc aut ratione criminis, aut ratione defectus,aut ratione scandali, vel infamię.Si ratione criminis,aut simpliciter est suspensus: & sic celebrando est irregularis.ij.quæstion.iij.si quis episcopus.Aut ad tempus:& tunc aut ad tempus determinatum:& sic interim celebrando est irregularis. Aut ad tempus indeterminatum: & tunc aut cum conditione donec satisfaciat, aut cum conditione donec pœniteat.Si cum conditione donec satisfaciat:vt dist.lxxxj.si qui sunt.& cap.sequeti.& de cohabit.cleric.& mul.sicut.& in clement.j. de deci. cum similibus.& tunc si sic suspensus ante absolutionem celebret,est irregularis.licet quidam contrarium dicant: quia in hoc factũ iudicis est necessarium vt habeatur pro absoluto: vt dixi, inquit Cal.de ætate & qualitate.cùm bonæ.& sic cùm factum hominis sit necessarium,sequitur quòd quo ad suspensionem Dei canon aliquid addit,vt in decretali,sicut.de cohabitatione cleric.& mulier.Si verò est suspensus cum conditione,donec pœniteat:vt de electione.cap.officij.tunc æquum est tenere quòd interim celebrando non efficiatur irregularis: quia talis suspensio videtur esse Dei,ad quam nihil addit canon: nec vt habeatur pro iublata,aliquod factum hominis est necessarium: ideòq; dicendum est de ea vt de suspensione Dei tantùm. Si verò sit suspensus à canone ratione defectus, aut ratione defectus ordinis, vt clericus per saltum promotus, quantum ad ordinem omissum, in quo si exerceat officium antequam recipiat,est irregularis:sed celebrando in ordine,ad quem est per saltum promotus,quem habet, non est irregularis. distinction. lij. cap.solicitudo.Sed adde

Universidad de Deusto
Biblioteca

contrarium esse verum: vt ẽ.§.xj. aut ratione alterius defectus: vt bigamus, illegitimus, corpore vitiatus, ordinatus ante legitimã ętatem, vel à nõ suo episcopo: quo casu omnes concordant quod celebrando no est irregularis: quia hoc nõ est expressum in iure: & quia curia, cuius stylus est attendendus, de cri. fal. quãm grauiquãdo mãdat cum iam ordinatis in suprà dictis defectibus dispensari, nihil dicit de irregularitate. dist. lvj. apostolica. & c. c. Cenomanẽsem. Nec obstat quòd ordinatio ante legitimã ætatẽ, vel ab episcopo nõ suo, fuerit cũ peccato: quia principalis causa suspensionis in talibus est defectus, nõ peccatũ. Et hac ratione putat quòd licet irregularis ex celebratione diuinorũ sit suspensus à canone propter hanc irregularitatem, si tamen alias non est suspensus à iure vel ab homine, puta quia absolutus est excommunicatiõe & suspensione. sed non est secum dispensatũ super irregularitate: vel non suspensus cõtrahit irregularitatem: talis non contrahit nouam irregularitatem: quia hoc non est expressum in iure. Si autem tertio modo est suspensus à canone, scilicet ratione scandali, vel infamiæ celebrando non est irregularis. de cler peregri. capit. j. Ex quo sequitur secundum Innocent. quòd hi, quorum crimina sunt notoria, quæ etiã post pœnitentiam prohibentur celebrare propter scandalum & infamiam, vt de cohab. cleric. & mul. cap. fi. si ante absolutionem celebrent, non incurrunt nouã irregularitatem. Et ex allegatione quam facit, videtur intelligere de notorio fornicatore, quod pium est tenere. & quod not. in cap. j. de sentent. excom. num. lib. vj. intelligitur de notorio fornicatore ante pœnitentiã celebrãte: ne videatur sibijpsi cõtrarius. Tamẽ de rigore sola pœnitentia nõ tollit suspensionẽ canonis in notorio fornicatore: vt videtur expressum dist. 50. peruenit, quia requiritur iudicis factũ: vt ẽ. dictũ est de suspẽso à canone donec satisfaciat. Absolutione tamẽ facta à sententia canonis, à qua potest hoc casu episcopus absoluere: quia cõditor canonis sibi non reseruauit: si pœniter remanẽte irregularitate quã cõtraxerat huiusmodi fornicator ex celebratione diuinorũ, de qua nondũ est dispẽsatus, ex noua celebratione nouã irregularitatem nõ incurrit. Et hæc omnia no. do. Ant. de Bu. de cle. excõ. mi. si celebrat, excepto eo quod de S. Tho. Pet. de Pal. & Veruec. dictũ est. Et addit Arch. q; ex prędictis videtur ordinatus ante legitimã ætatẽ esse ipso iure suspẽsus ab executiõe ordinis sic recepti. Sed tamẽ solẽnes doc. tenẽt quòd nõ, sed est suspẽdẽdus: & illi dicti ordinis executio interdicẽda vsq; ad legitimã ętatẽ: post quod si eo vtatur, erit irregularis. Et sic sentit Ray. But. Arch. in iij. dist. lxxvij. Ber. de cler. per salt. promo. c. j. Ant. de But. de tempo. ord, vel nõ est compos. Paul. Zaba. super cle. generalẽ. de æta. & qualit. ¶ Vicesimooctauò quæritur, quomodo irregularitas tollatur? Et dico q; tribus modis. ¶ Primò per baptismũ, quo scilicet tollitur omnis contracta ante illũ cum peccato: secũdũ Arch. xxvj. dist. c. deinde. & Pan. in c. gaudemus. de diuor. & etiã ea quæ venit ex sequela peccati, vt est infamia: & etiã omnis irregularitas homicidij. siue fuerit cum peccato siue non. pro quo facit c. si quis viduãdi. 50. §. j. & c. si quis post. di. ij. nõ autẽ irregularitas bigamiæ propter defectũ sacramẽti: di. xxvj. acutius. & c. deinde. nec illa quæ prouenit ex defectu natalii. Et hæc est cõmunis opinio, licet aliq; temerint quòd per baptismũ nulla irregularitas deleatur: vt dicit Richar. ij. quoli. q. ij. aliquiverò quòd nõ deleat illã quę venit ex homicidio sine peccato: vt not. Pan. in d. c. gaudemus. Sed tene quod dixi: & vide etiã ẽ. Baptismus. vj. §. j. ¶ Secundò tollitur per religionis ingressum: vt not. glosſ. in c. ij. de apost. sed nõ omnis, vt ibi dicitur: sed ea solùm quæ non prouenit ex proprio delicto: vt in c. j. de fil. presbyt. ita q; promoueri potest ad ordines siue dispensatione: sed non ad dignitates siue prælationes: vt in c. fin. de fil. presby. & Host. in c. ij. de apost. & sic dicit intelligendũ auth. de mona. in prin. vbi dicitur quòd religionis ingressus omnem tollit irregularitatem. Pan. verò in d. c. ij. dicit q; tollitur ea solùm, de qua est iure expressum quòd tollatur: licet inducat facilioré dispensationem. ¶ Tertiò per dispensationem papæ: quæ omnẽ irregularitatem tollere potest, cùm omnis sit de iure positiuo. q. q. vij. item Daniel. & tenet Innoc. de renunt. c. nisi. & sic communiter tenetur. Quomodo autem episcopi dispensare possint, dictum est ẽ. Dispensatio. §. x. Licet autẽ cõueniens & consuetum sit vt super ea verbis dispẽsetur sub hac formavel simili. Ego dispenso tecum in tali irregularitate quam cõtraxisti propter talem causam, vel si contraxisti: quando dubitatur: tamẽ episcopus ordinando eum cum quo dispensare potest, ipso facto dispensat, si hoc intẽdit, licet verbis nõ vtatur. & idẽ secundũ Archi. est de prælato mittendo ad ordinatiõem.

¶ IRRISIO, vide suprà Derisio.

De Iudæis.

1 *Iudæi qui, & vnde dicti.*
2 *Christiani nimiam familiaritatẽ cum Iudæis habere nõ debẽt.*
3 *Christianus quatenus possit Iudæo seruire.*
4 *Iudæo non licet habere nutricem Christianam nec seruum Christianum num. 6.*
5 *Christianus emere potest seruum Iudæum.*
7 *Iudæi nullum officium publicum aut dignitatem possunt inter Christianos obtinere.*
8 *Iudæi debent gẽstare signum quo discernantur à Christianis.*
9 *Iudæi ad quæ cogantur, & à quibus prohibeantur.*
10 *Iudæi quomodo puniantur, & eorum conseries Christianã.*
11 *Iudæos non licet cogere ad fidem.*
12 *Iudæis qua facere prohibeantur Christiani.*
13 *Exactionem à Iudæis an facere possint domini.*

IVDAEI † sunt qui legem Mosaicam literaliter renent, & obseruando sequũtur. Vnde Christiani literę nimis adhęrentes, iudaizare dicũtur. de fac. vnct. c. vnico. §. penult. q. 1 facere non debet. dist. inct. v. §. j. & dist. vj. §. vltim. & de celebrãmiss. c. cum Martha. §. cęterũ. de constit. trãslato. Et dicti sunt secundum Ray. & Hostiens. à nomine primi patris tribus, scilicet Iudæ. & prius dicebantur Hebræi ab Heber, cuius familia cultum Dei tenuit, cęteris idololatria fœdatis: quãtus hoc aliqui negent, dicentes quòd Hebræi dicuntur quasi trãsfluuiales. ¶ Primò verò quęritur, quomodo ad Iudeos se debeat habere Christianus in genere? Et dico multa. ¶ Primũ † Christiani nimiam familiaritatem & cõuersationem cum Iudæis habere non debent. extra eod. ad hæc. & cap. fin. quod tamen secundum Sanctum Thom. secunda secũdæ. qæst. x. fallit in his qui sunt firmi in fide, ita quòd ex conuersatione cum infidelibus non timetur de eorum subuersione, sed sperari potest ex hoc infidelium conuersio: quia tales non sunt prohibendi communicare cum illis: sed infirmi, de quibus timeri potest, prohibendi sunt ex casu necessitatis conuersari cũ illis. ¶ Secundum. Igitur cum Iudæis Christiani comedere non debent, nec habitare, nec eos ad sua conuiuia recipere. xxvij. q. nullus. & c. omne. quod tamẽ Hug. in d. c omnes limitat quãdo volunt cibos discernere: quia vbi non discernũt, licet manducare cum eis, & eos inuitare. Quam limitationem sequitur Sum. Angel. & Rosell. contra mentem Supple. sed malè: quia ratio prohibitionis nõ est solùm illa quæ tangitur in dicto cap. omnes. ne scilicet illi videantur esse superiores Christianis, id est, sanctiores, dum illi discernũt, & nõ Christiani: sed etiam alia, id est, nimia familiarit as. arg. d. cap. ad hæc. & glosſ. in dicto cap. omnes. quę dicit potius prohiberi conuiuia, quàm loquelam: quia maior est in cibo, quàm in colloquio familiaritas: quæ est ratio quæ militat vbi Iudæi non discernunt, imò magis: cum etiam, quia comedere cum Iudeis non discernentibus cibos, est participare cum eis in peccato mortali: quia secũdum eorum coscientiam erroneam discernere tenentur ex præcepto Mosaicæ legis. Vnde cũ Pisa. Archid. Supp. Rayn. Laur. Ioan. Inno. & Gof. dicendum est indistinctè prohibitam esse cibi sumptionem cum Iudæis: & oppositum faciens mortaliter peccat. Et eadem prohibitio, secundum omnes prædictos, est circa Saracenos siue Gẽtiles: quia ficut dicit gl. in d. c. omnes. licet nõ contineantur verbis huius edicti, vt xj. q. iij. in c. ad mẽsam. vbi cõceditur manducatio cum eis, tamen continentur sententia: quia & ipsi hodie cibos discernunt: siue, vt dicunt prædicti doctores, iudaizant: tñ qui vadunt ad prædicandũ Saracenis & alijs infidelibus cibis eorum vti possunt secundũ tẽpora licitis: nisi fuerint idolis immolati: quibus etiã in extrema necessitate vti possent: dũmodo nõ in veneratiõnẽ idoli: vt in Sum. Confes. lib. j. tit. iiij. q. v. & est mens omnũ prædictorũ: vt patet extra de iudic. quàm sit laudabile. ¶ Tertium. Azima quoq; Iudęorum comedere prohibitum est Christianis. d. c. nullus. & intellige etiam seorsum ab eis. Et ratio est, quia est cibus discretus ab eis, qui etiã inhibetur d. c. omnes. clericis autem contrafaciens debet deponi, & laicus excommunicari. d. c. nullus. quod tamen fallit in duobus casibus, in quibus licitè manducatur, primò secũdum glosſ. ibi, quando quis prędicat illis. de Iudæis quàm sit laudabile. quod intellige vbi alij cibi non haberentur, sicut de idolothyto dictum est. secundò, in necessitate, secũdum Roden. & Veruec. quod intellige, nõ vt azima, sed vt est simplex panis. ¶ Quartum. Nulli Christiano licet in suis infirmitatibus vocare Iudæos, aut ab eis recipere medicinas. d. c. nullus. & d. ca. omnes. dicit tñ gl. in d. c. nullus. quòd medicinalia possunt ab eis emere Christiani, & ea prępparare, ar. C. de Iud. l. nemo. & addit Sum. Ang. & Rosſ. quòd nõ licet emere ab eis medicinas prępparatas. quod est irrationabile: cùm non possit reddi ratio de medicina potius quàm de alio venali. nec tex. prohibet medicinã ab eis emere, sed accipere. in quo tex. interdicit familiaritatem quæ est inter medicum & infirmum. nõ inter emptorẽ & venditorẽ. Fallit tamẽ quod dictum est secũdum Hu. in necessitate, quando alius medicus nõ habetur: & idem dic quando nõ habetur peritus sufficiẽter pro præsenti infirmitate. ¶ Quintum. Non licet etiã Christiano se cum Iudæo in balneo lauare. d. c. nullus. Et quia omnia prędicta prohibẽtur laicis sub pœna excõmunicationis, & clericis sub pœna depositionis: ideo cõtra facientes mortaliter peccant, nisi excusentur probabili iuris ignorantia: & idẽ videtur de sequentibus. ¶ Sextum. Nulli Christiano licet in testamento aliquid relinquere Iudæis aut Paganis: alioquin etiam post mortem iudicabitur anathema. xxiij. q. ij. sanè. el ij. & de hær. si quis episcopus. quod Host. limitãs dicit nihil posse legari vniuersitati Iudæorũ. C. eod. l. j. sed singulis forte sic, secũdum Azo. quod quãtum ad singulos intelligę, secundũ Veruec. ratione extremæ vel multũm arctę necessitatis: nõ autẽ ad ditãdum etiã si essent fratres, vt d. c. si quis. quod Sum. Ang. & Rosſ. indistinctè concedũt licere. sed Supp. dicit nõ licere clerico: per d. ca. si quis episcopus. Sed est factum: quia nullum ius humanum, phibet illud ad quod tenemur iure diuino vel naturali: quantum autem ad vniuersitatem, nõ limitatur: quia illa non patitur. ¶ Septimum. Non peccant Christiani cõmunicantes Iudæis in mercimoniis: secundum Panor. in d. cap. post miserabilem. de vsuris. per arg. à contrario illius text. quia in pœnam interdicitur eis communio, & consequenter, regulariter non est interdicta: sed tãtùm nimia familiaritas & conuersatio: vt extra eo. ad hæc. & d. c. nullus. cum similibus. Vnde admonitus nolẽs abstinere ab eorum nimia familiaritate, peccat mortaliter. ¶ Secundò quæritur specialiter quomodo Christiani se debeãt habere ad Iudæos quantum ad seruire? Et dico multa. ¶ Primum. † Iudęi siue Saraceni, neq; sub alendorum puerorũ suorum obtentu, neq; pro seruitio, vel qualibet alia causa Christiana mancipia in domibus suis permittantur habere. extra eod. Iudæi. & sic nõ licet Christiano seruire Iudæo. quod Hostiens. per d. cap. Iudæi. limitat in domo Iudęi: secus extra domum. sed melius Panor. in d. cap. ad hęc. dicit hoc non licere etiam extra domum assiduè: quia text. d. cap. ad hæc. prohibet cõtinuam conuersationem, & assiduam familiaritatem, non habita mentione de domo, & nutritione infantium in domo eorum: & sic voluit ęquiparare assiduum seruitium extra domum, & seruitiũ factum in domo. Et certè ista sunt parua habito respectu ad causas prohibitionis: quę sunt duę. prima, ne simplices ex assidua familiaritate subuertantur. secunda, ne Iudæi videantur superiores Christianis, cùm debeant se Christianorum seruos recognoscere, extra eod. & si Iudæos. ¶ Secundũ. Constituta mercede licet Christiano locare operas suas in seruitio Iudæorũ extra domum, & etiam in eorum domo, si absint Iudæorum personæ: vt si colat agros eorum. quod est licitum: extra eodẽ. multorum. vel si fabricet ædificium: quia ratio legis, quę est eius anima, stat in assidua familiaritate: quæ hic cessat. Vnde potest Iudæus habere colonum Christianum adscriptitium, & originarium. d. c. multorum. nõ autem seruum, vt ibi. ¶ Tertium. Non licet mulieribus Christianis nutrire filios Iudæorum. secundum Panor. in d. cap. ad hæc. & glosſ. Ioan. And. & dom. Ant. etiam extra domum. secundum Card. autẽ non licet eis hoc in domo: secus extra domum, propter text. d. cap. ad hęc. qui dicit in domo. Sed secunda opinio est vera secũdum verba legis: primaverò secundum sensum, quando ex nutritione extra domum sequitur familiaritas nimia. arg. c. nullus. iuncto c. ad hæc. ¶ Quartum. † Non potest episcopus dispensare vt Iudęi habeant in domo sua nutrices Christianas, secũdum Card. quia ista prohibitio est in honorẽ fidei: placet Panor. in d. cap. ad hæc. & sic tene: quia in faciendis contra ius non dispensatur, nisi hoc sit ei expressè vel tacitè cõcessum: vt suprà Dispensatio. §. iiij. ¶ Tertiò specialiter quæritur, quomodo ad Iudæos se debeãt habere Christiani quantũ ad esse seruũ? Et dico multa. ¶ Primum. † Christianus emere & habere potest seruum Iudæum. extra eo. & si Iudæos. xxiij. quæst. viij. dispar. non tamen debet cum eo morari, sic quòd eũ habeat familiarem. xxviij. quæst. j. fœre nullus. & c. ea. omnes. quia secundum Ioann. Iudæi sunt difficiliores ad conuertendum, & pertiores ad subuertẽdum quàm Gentiles. Si autẽ Christianorũ serui fieri voluerint Christiani, siue Iudæi sint, siue Gentiles, non poterunt eorum domini prohibere, x. q. iij. duo sunt. tamen secundum Rayn. & Sanct. Thom. per baptismũ à seruitute nõ liberantur, sed remanent serui: quia seruitus est introducta iure diuino. arg. distin. xxxv. fœrto. & iure gentium. dist. j. ius gentium. & iure canonico cõprobata. xij. q. ij. ecclesiam. secũdum Host. & Gof. Et addit Ray. quòd vbi ex bona cõsuetudine Christiani non solent esse serui, dominus de consilio eos manumittet: vel saltẽ pecunia medicata aut seruitio ad tempus præstito se rediment. xij. q. ij. cùm redemptor. qui tamẽ eos teneret in seruitute, vel alteri vẽderet, nõ peccaret: quia quod non est prohibitum, intelligitur esse cõcessum. arg. xiij. q. ij. Ebron. Et hoc etiam asserit do. Ioã. in lib. qui dicitur lucula noctis. ¶ Secundũ. † Non autẽ e contrario est licitum Iudæo habere seruũ Christianum. extra eo. multorũ. & C. de episc. & cle. l. deo nobis. §. his ita. vbi iubetur vt nullus Iudęus

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel Paganus vel hæreticus Christianos seruos habeat: quod si in tali reatu fuerint inuenti, sanctitur seruos omnibus modis liberos esse. ¶ Tertium. Seruus ergo Iudæi, etiam si erat vernaculus de ancilla eius natus, factus Christianus, statim eripitur in libertate nullo pretio dato. d.l. Deo nobis. & dist. liiij. fraternitatem. nec redigetur iterū in seruitutē, etiā si dominus eius postea baptizetur, vt dicitur in d.l. Deo nobis. Et similiter si Iudæus emat vel quahtercūq; aegrat seruū Christianū, quod ei prohibetur extra eod. ca. j. & vlti. statim nullo pretio dato efficit liber. dist. liiij. mancipia. Et similiter si seruum nō Christianū emit causa seruitij sui, & vult effici Christianus: quia hac volūtate patefacta statim vēdicat sibi libertatem, nullo dato pretio. d.c. fraternitatem. Si autem talem, scilicet nō Christianū emit nō causa seruitij, sed mercimonij, & intra tres menses venalem nō exposuerit, similiter statim liberatur nullo pretio dato. d.c. iūn. quia præsumitur ad seruitium suū emisse: sed si venalem intra dictū tempus exposuit: & per eum nō steterit quin venderetur, & ipse intra illud spatium vel post vult effici Christianus, non liberabitur ab eius seruitute, nisi pro quolibet bono seruo dentur solidi duodecim: vt d. c. fraternitatem & extra eod. c. j. j. & vlt. pro seruo autem non ita bono, secundum Panor. in d.c.j. defalcabitur: quia ibi bonus accipitur pro optimo. Et prædicta intellige, nisi dominus eum voluerit circuncidere, vel alterius sectæ signaculū imprimere, scilicet cùm diceret sevelle fieri Christianum: quia tunc propter iniuriam corporis sine pretio liberabitur. distinct. liiij. nullo. & ide Gof. Dicti autem menses incipiant currere à die emptionis, secundum Hostien. in d.c. fin. vel à die quo percepit Christianitatem secūdum Ioan. And. & Panorm. in d.c.j. & dicti solidi debent esse aurei, secūdum Vinc. Gof. & Panor. ita quòd hic solidus capitur pro aureo: vt Instit. de pœna te. li. §. fin. vbi glo. dicit quòd in legibus capitur solidus pro aureo. Alij verò dicunt quòd capitur pro solido vsualis monetæ. ff. de legatis iij. l. numis. vbi dicitur quòd in legato numorum in dubio intelligitur minor moneta. Et hanc opinionem videtur tenuisse Sum. Angel. & est vera ad hunc sensum: quia duodecim solidi, id est, aurei soluendi sunt exvsuali moneta illius loci. extra de maled. statuimus. non autem ad istum, vt duodecim solidi sumātur secundum vsum vulgarē: quia videt truphā quòd lex, ei qui seruū bonum emit pretio magno, refarcire voluerit pretio tā exiguo. ¶ Quartum. Si dictū seruū emptum causa mercimonij nullus christianus vult redimere, & ipse pretiū duodecim solidorū, quo le redimat non habuerit, nihilo minus liberabit, & ostia in pretiū quæret. ff. de manumi. l. quarta. §. fuis autē. vel si nullo modo potest habere, seruiat ei per quinquennīū, vt not. xxxvij. q. j. de raptoribus. & patet C. de capt. l. vlt. Si verò redimatur ab aliquo, secundū Rayn. propter hoc non erit eius seruus, sed erit liber, & restituet ei pretiū, arg. Instit. de noval. act §. dōs. qđ pretium si nō habet, quęret ostia: im; vel si statim habere nō potest, secundū gl. extra eod. c. j. seruiat ei tantum quòd cum pretio seruitiū cōpenset: & postea quò vult eat. d.l. vnica. & d.c. de raptoribus. & tempus fermēdi potest intelligi secūdum aliquos de quinquennio, ad instar eius qui est redeptus ab hostibus: vt C. de post. re. & re. ab ho. l. fin. vel ad arbitriū boni viri, secundū Ray. Si verò plures emptores apparuerint, secundum Gofr. episcopus loci magis eliget idoneum ff. de accu. l. si plures. vel si sint pares, gratificet epi scopus cui voluerit. arg. de iur. patro. cùm autē. Et idē Hosti. Et intelige prædicta, nisi pietatis causa fuerit redēptus: quo casu nec reddere pretium, nec seruire tenetur. arg. ff. de neg. gest. l. Neseruius. & ff. de relig. & sump. fun. l. ar si quis. Sic autem factum fuisse præsumitur, nisi quis cōtrarium protestetur. arg. d. l. ar si quis. Concord. Gof. & Hostien. ¶ Quintum. Secundum Rayn. idem per omnia dicendū est de seruis Saracenorum, & concord. Laur. & Ioan. quia, vt dicunt, idem periculum est in vtrisq;. & qđ dicitur ad Ephesios vj. & j. Petr. ij. quòd carnalibus dominis serui obediant: dicunt intelligi debere secundu statū ecclesię primitiuæ. intellige in quo Gentiles non iudaizabant vt modò. vel secūdum Host. intelligitur de seruientibus in gleba, non domi. de cen. omnis. sed primum est melius. Secundum Rayn. etiam serui hæreticorum impunè possent relinquere dominos suos, & ad ecclesiā confugere. C. de hæret. l. Manichæos. ¶ Quartò quæritur, quomodo cogendi sunt Iudæi se habere ad Christianos, siue à quibus sunt compescendi Iudæi inter Christianos, conuersantes? Et dico multa. ¶ Primum. † Non debent Iudæi permutari inter Christianos habere officia publica, nec aliquam dignitatem vel ministerium, ne occasionem habeant sæuiēdi. dist. liiij. nulla. xvij. q. iiij. cōstituit. & extra eod. cùm sit. & c. pen. & C. de Iudæ. l. fin. & si talia officia susceperint, eis negari debet communio Christianorum, donec officiū dimiserint, & quicquid inde acceperint per diœcesani prouidentiā in vsus pauperum conuertatur: extra eod. cùm sit. vbi etiam patet quòd hoc obtinet in pagano. Archi. autem post Sanct. Tho. secunda secundæ, q. x. artic. x. dicit quòd dominium & prælatio infidelium super fideles nouiter instituenda nullo modo permitti debet: quia cederet in scandalum & periculum: cùm faciliter subiecti superiorum sequantur imperium, nisi sint magnæ virtutis. & similiter infideles fidem contemnerent, si scirent fidelium defectus. & sic prohibet hoc ecclesia in dicto capit. constituit. sed dominium & prælatio iam præexistens auferri quidem per ecclesiam potest: quia illi immerito infidelitatis merētur amittere ius prælationis super fideles, qui in Dei filios transferuntur: & quandoque illud ecclesia aufert, scilicet illis infidelibus, qui sic ei temporaliter subijciuntur ecclesiæ aut membris eius: vt de Iudæis. in dicto cap. fraternitatem. nec eis iniuriam facit: quia cùm sint ecclesiæ serui, potest de bonis eorum disponere. quandoque verò non auferet, scilicet illis infidelibus, qui sic ei temporaliter non subiuntur & hoc ad scandalum vitandum. ¶ Secundum. Secundum Panorm. in eap. ex speciali. eodem tit. per prædicta prohibitum est Iudęis & Paganis omne commercium, per quod Christianis aliquod grauamen posset inferri. Vnde licet vendatur eis redditus regalis, & illi possint emere illum: vt in dicto cap. ex speciali. collectio tamen per ipsos fieri non poterit, sed per Christianos: quia colligendo posset Iudæus committere tiranides. ¶ Tertium. Ex d.l. vlti. C. de Iudæ. vbi dicitur quòd nullum honorem, nullam dignitatem, nullam præeminentiam inter Christianos Iudæi possint habere. Bar. infert quòd doctorari non possunt cùm doctoratus dignitas sit & præeminentia. Non obst. l. generaliter. §. fin. ali. ff. de decur. quæ permittit Iudæos promoueri ad dignitates: quia intelligitur inter ipsos Iudæos, non inter Christianos. Imò Panor. in c. j. de Iudæ. dicit quòd de rigore iuris non possunt inire scholas causa addiscendi: quia cap. nullus. dist. liiij. prohibet à Iudæis recipi medicinam, & cum illis esse in balneo, propter periculum corruptionis: vbi tamen cōtrahitur consortium & cohabitatio temporalis & quasi momentanea. & consequenter à fortiori debet prohiberi inire scholas. Item, quia de consortium, sed amicitia cōtrahitur intrinseca. Item, quia de facili iuuenes habentes ætatem mollem corrūpi possent ab astutia Iudæorum. quod tamen in scholis Theologorū ego non credo procedere: quia sunt velut prædicatores quidā. & Theologi sunt firmiores in fide. ¶ Quartū. † Prohibēdi sunt etiam procedere in publicū sine habitu vel signo distinctiuo

Christianis. extra eo. in nonnullis. quod verum est patenter, & non sub plica, tam in masculis, quàm in fœminis, secundum Doct. ibi. ¶ Quintū. † Prohibendi sunt etiā nouas erigere synagogas. eod. cit. consuluit. & c. Iudæi. antiquas tamen reficere possunt, & refarcire ruinosas, ita tamen quòd ædificatio noua non perdat formam antiquam: quia vbicunq; mutatur forma: puta quia ædificiū fit pretiosius vel magis amplum, dicit nouū, & cadit sub prohibitione noui ædificij: vt ibi. & hoc ex d.c. cōsuluit. Et facit quod in similinotat in gl. c. admonere. xxxiij. q. ij. & in c. presbyter. lxxxj. dist. & in ca. causam. de testi. in ver. in tempore. & in gl. in l. Iulianus. §. sed & si quis. ff. ad exhiben. Et si antiqua ex toto & funditus corruit, reædificare non poterunt, secundum Pan. in d.c. consuluit, quia esset nouam facere. Ad quod facit quod legitur & notan. inter stipulantem. §. factam. ff. de verb. oblig. & vide gl. in simili de iure patr. c. iij. Et si nouas synagogas erexerint, in 500. libris auri sunt puniendi. C. de Iudæ. l. hac victura. ¶ Sextū. Prohibendi sunt etiam in diebus lamentationis & dominicæ passionis prodire in publicum. extra eo. in nonnullis. & secundum glo. Ray. fortè idem esset, si ecclesia lamentaretur pro communi aliquo infortunio Christianitatis: quinetiam in die parasceues non debent habere ostia vel fenestras apertas. extra eodem. quia super his. ¶ Septimum. Cogendi sunt etiam soluere decimas prædiales. extra de decī. de terris. & si totam aliquam parochiam occupauerint emendo quæ à christianis poterant solebant: tenentur nihilo minus soluere dictas decimas prædiales, & omnes census & alia, quæ Christiani de prædictis soluere tenebantur. de vsur. quanto. nō autem decimas vel oblationes personales, cùm non recipiant ecclesiastica sacramenta, nec audiant diuina. ¶ Octauum. Cogendi sunt etiā Christianos testes recipere contra se, sed contra Christianum testimonium ferre non possunt. de testi. Iudæi. imò repelluntur ab omnibus actibus legitimis. ij. q. vij. alieni. in crimine tamē hæresis pro testibus admittuntur. vt in c. cōtra Christianos. de hære. lib. vj. ¶ Nonum. Prohibendi sunt etiam agere & conuenire apud seniores eorum. quod tamen eis licet apud iudices nostros: sicut etiam in causā ciuili arbitrum possunt eligere Iudæū cuius sententia exequit ordinarius. C. eo. l. Iudæi. ¶ Decimū. Cogendi sunt etiam ne exigāt vsuras, sed exactas restituant. de vsur. post miserabilem. & ad hoc cōpelli possunt & debent per principes, vt ibi: quod si nō faciūt, compelli debent per iudicem ecclesiasticum censura ecclesiastica: vt dicit Host. & Io. And. Imo. in d.c. post miserabilem. & facit c. postulasti. de Iudæ. & quod ibi not. Vide & ipsi principes mortaliter peccant, eos ad hoc non cogendo, & Christiani commercium cum eis non restituentibus habentes post monitionem: vt in d.c. post miserabilem. & in c. quanto. de iudi. ¶ Vndecimum. Prohibendi sunt etiā ne quenquam nō existentem de sua natione vel secta circuncidere præsumant, etiam si fit seruus eorum: vt in d.l. vnica. C. ne Christianum mancipium. & ibi est eis pœna capitalis, id est, perpetui exilij, quæ aliquando dicitur capitalis: vt ff. de pœnis l. rei capitalis. ¶ Duodecimū. Similiter etiā ne Iudæus Christianā accipiat in vxorem: alioquin punitur adulterij pœna. C. eo. l. ne quis. ¶ Tertiumdecimum. Cogendi sunt etiam per papam & alios principes, qui bus subduntur, laborare manibus aliàs turpis lucri & peccatorum, quæ faciunt, sunt participes. Non obstat c. sicut. de Iudæ. vbi dicitur quòd ab eis nullus exigat coacta seruitia: quia illud intelligitur de seruitijs ad vilitatem dominorū solūm. ¶ Decimumquartum. Prohibendi sunt etiam ne fidem catholicam impugnent dogmate peruerso. alioquin sanguine puniuntur. vt in d.l. hac victura. & generaliter ne intentent contra eam quicquam detestabile: sicut est quòd nutrices Christianæ proijciant lac in latrinam post susceptionem corporis Christi. extra eo. si Iudæos. ¶ Quintò quæritur, † quomodo sint puniendi participantes cum Iudæis contra casus prædictos, vel ipsi Iudæi contra prædicta facientes? Et dico duo. ¶ Primum. Participantes cum eis, si sunt clerici, & moniti nō desistunt, priuandi sunt officio & beneficio: si verò sunt laici vt principes nolentes exequi prædicta, vel alij aliquod afferentes impedimentum: si admoniti non satisfaciunt, debent excommunicari. xxvij. q. j. nullus. ¶ Secundum. Iudæi verò cōtra prędicta facientes sic puniuntur, vt Christiani ab illorum communione & consortio seu commercio tandiu separentur sub pœna excommunicationis, donec illi emendauerint, & satisfecerint: extra. c. & si Iudæos. & possent etiam per ecclesiā verberari, vel alio modo corporaliter mulctari de præcepto episcopi vel principis. ar. xvij. q. iiij. constituit. aut etiam puniri alia pœna, de vsur. post miserabilem. Quod autem dicitur ecclesia non iudicare de his qui foris sunt. xxvij. q. j. sæpe. dicit glossa esse verum quo ad spiritualem pœnam, quia eos non excommunicat: locus quo ad corporalem. Vnde si nimis cōuersentur cum his qui ex eis sunt conuersi ad fidem, vel eos peruertere nituntur, debent flagellari. d.c. sæpe. & si aliquem ex suis fieri Christianum saxis aut alio genere furoris intentent, puniuntur igne. C. de Iudæ. l. Iudæi. & similiter si Christianum blasphemauerint: secūdū leges, vt dicit Host, debent decapitari. Vnde principes seculares Iudæos Christum blasphemantes punire debent grauiter pœna pecuniaria vel etiam grauiori. extra eo. in nonnullis. & secundum Sanctum Thomam ad ducissam Lotoringiæ, licet Iudæus delinquens nihil habeat præter vsuras: nihilo minus puniri potest pœna pecuniaria: ne ex sua iniquitate commodum reportet: & maiori quàm quicunq; alius vsurarius in simili casu quanto pecunia quæ auferet ab illo, minus pertinet ad illū: & insuper addi potest alia pœna, ne sufficere videatur ad pœnam, quòd pecuniam debitam alijs desinat possidere. Pecunia tamen ablata ab eis nomine pœnæ retineri non potest à dominis seu officialibus puniendis, sed de ea fieri debet vt infrà. §. vij. diceretur. hoc tamen dictum Sancti Tho. procedit quo ad vsuras iuste tas, non autem quo ad cerrassi nisi quatenus præsuppone retur de voluntate spoliati. ¶ Sextò quæritur, quid prohibentur facere Christiani contra Iudæos? Et dico multa. ¶ Primò † enim non debent eos ad fidem cogere violenter: extra eo. sicut de quo die vt ī. Baptismus. inj. §. vj. Pecunia tamen & alijs blandimentis ipsos & alios fideles allicere possumus ad fidem, secundum glossam Io. in c. debet homo. xxiij. q. iiij. quę allegat c. quod autem. xxiij. q. vij. &. c. qui syncera. xlv. dist. & similiter sub tali conditione potest Christianus aliquam ducere in vxorem, vt fiat Christiana. viij. q. j. caue. & sic in spiritualibus licitè fit pactum, vbi agitur de conuersione alicuius ad fidem: & sic non obstat j. q. ij. quàm pio. hæc ibi. Sed aduerte quòd in spiritualibus licitè fit pactum de spirituali pro alio spirituali reddendo: pura de marrimonio pro conuersione: sed nō de temporali reddendo pro spirituali: quia sicut illud vendere, ita & emere non licet. Et de hoc in suo simili dicit Sanctus Thomas, quartò quolibeto, articulo xxiij. ad xvij. quòd illicitum est ad religionem inducere per temporalia cum pacto: secus sine pacto. j. quæstio prima. quàm pio. & sic Syluester dona promisit volentibus baptizari vt in d.c. quàm pio. not. Vide infrà, Simonia. §. viij. parti. iij. ¶ Secundò. † Non debent eos defendere in persona vel in bonis, sine iudicio terrenæ potestatis. dict. cap. sicut. ¶ Tertiò, non debent eos impedire obseruare continentias suas in suis festiuitatibus: modò nihil faciant in opprobrium Christianorum. xlv. distinctione. qui syncera. & dicto capite, sicut. & C. de Iudæis. l.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudæis. Pro quo sciendum est ex ij.ij.q.x.arti xj. quòd humanum regimen debet imitari diuinum à quo deriuatur, quod permittit aliqua mala in vniuerso, quæ posset prohibere: ne sublatis eis maiora tollantur bona, aut mala maiora sequantur: & sic tolerantur ritus infidelium, in quibus peccant. Ex hoc autem q Iudæi ritus suos obseruant, in quibus aliquando veritas fidei figurabatur: hoc sequitur bonum quòd fidei nostræ testimonium habemus ab hostibus: ideoq; tolerantur: vt di.xlv.de Iudæis. & extra eo. constituit. Aliorum verò infidelium ritus, quia nihil vtilitatis aut veritatis afferunt, non sunt aliquatenus tolerandi, nisi ad vitandum maius malum, vt tcã dalum, vel dissidiũ, vel impedimentum salutis eorũ, qui tolerati paulatim conuertunt. ¶ Quartò, nõ debent ab eis exigi coacta seruitia, quæ facere nõ consueuerunt. d.c. sicut. de quo ſ. Baptismus. iij.§.vj. ¶ Quintò, nõ debent effodi eorum sepulcra vel corpora humana obtentu pecuniæ: nec eorũ cœmeteria quisquam mutilare aut inuadere. d.c. sicut. & cõtrafacientes Christiani, si sunt clerici, priuari debent officio & beneficio: si laici, excõmunicandi sunt in d.c. sicut. ¶ Sextò, nõ debent in sabbatis suis ad iudicium trahi. C. de Iudæi. d. sabbati. & d.c. sicut. ¶ Septimò, nõ debent impediri sua, prout melius poterunt, vendere: sicut nec Christiani. C. eo. l. nemo. ¶ Octauò, non sunt spoliandi bonis iniustè quæsitis si conuertantur ad fidem, nec debita successione: & si ablata fuerint, præcipitur potestatibus locorum sub pœna excõmunicationis quòd faciant ea restitui. extra eo. Iudæi. el ij. Ex quo infert Pan. quòd non perdunt agnationem suam: vnde succedere debent suis attinentibus. & multò minus bona legitimè quæsita: cuius cõtrarium existimant vulgares, quod erroneum est. ¶ Nonò, nõ sunt prohibendi ad fidem conuerti & suscipere baptismum, etiam si serui sunt Christianorum. arg. c. duæ sunt. xij.q.ij. remanent tamen serui si prius erant serui alicuius Christiani, cùm seruitus sit approbata iure diuinum, ciuili, & canonico, xij.q.ij. si quos. dulcius tamen tractandi sunt quàm alij serui qui non sunt Christiani. arg. de maio. & obe. per tuas. ¶ Septimò quæritur, † vtrum domini exactionem facere possint in Iudæos? Et dicit S. Thomas in epistola ad ducissam Brabantiæ, quòd licet, sicut iura dicunt, Iudæi merito suæ culpæ sint addicti seruituti, & sic domini res eorũ possint accipere tanquam suas, ita tamen quòd vitæ necessaria nõ subtrahantur: quia tamen oportet nos ambulare honestè ad eos qui foris sunt, ne nomen domini blasphemetur, hoc videtur obseruãdum, vt in exactionibus, quas facere nõ cõsueuerunt, nõ prægrauentur. ad consuetas autem cogi possunt. Cùm tamen nihil habent præter vsuras, vt idem ibidem dicit, cùm non possint ipsi Iudæi talia licitè retinere, consequenter nec domini recipientes collectas à talibus possunt talia retinere licitè, nisi fortè essent talia, quæ ab ipsis dominis vel eorum antecessoribus Iudæi extorsissent: extorta autem ab alijs illis debent restituere, quibus Iudæi tenebantur, si inueniunt: alioquin in pios vsus, secundum consilium d. cæcesanivel aliorum proborum, vel cõmunem vtilitatem terræ, si necesse est, eroganda sunt. Nec esset illicitũ, si nouiter domini exigerent talia à Iudæis, seruata tamen suorum prædecessorum consuetudine hac intentione vt in pios vsus expendantur. hæc ex illo. Ex quibus patet quòd bona incerta vsurariorum Iudæorum licet sint per diœcesanum dispensanda quando ad aliũ nõ deuenerunt: vt infrà Restitutio. viij.§.v. secus vbi deuenerunt ad manus dominorum. Pro prædictis tamen, vt sciatur quid liceat principi, & si fortè non semper expediat: nota quòd Iudæi, cùm serui sint, per dominum suum vendi possunt. arg. C. si ser. expor. veno. l.). & ij propter quam rationem tenet Archi. quòd eis potest auferre bona eorum, cùm ea nõ habeant nisi vt peculium. & alleg. c. Iudæi. el ij. eod. titu. vbi statuitur quòd si conuertãtur, non auferantur eis bona: & consequenter si non conuertantur, possunt auferri, à contrario sensu. & melius facit c. sicut Iudæi. eo. tit. vbi prohibentur eorum bona auferri sine iudicio terrenæ potestatis: & cõsequenter hoc princeps potest. ¶ Octauò quæritur, vtrum recipi & retineri licitè possint dona & mercedes, quas Iudæi tribuunt pro labore? Et dicit Veruec. quòd de his quæ habent Iudæi per aliũ modum quàm per vsuras & rapinas, puta ex artificio: nõ est dubium quòd sic: si autem nihil habent præter vsuras: tunc si recipiens certat de suo dãno vitando, non peccat: sicut qui damnificatus est à fure vel raptore, puta per incendium, nõ peccaret si acciperet ab eo damnum suum, licet ipse fur aut rapror nihil haberet, nisi quæsitum furto vel rapina: dũmodo non recipiat pro dãno suo in specie res ipsas alienas. Donatum & eleemosynæ accipiendæ non sunt ab vsurarijs, quando per hoc efficerentur nõ soluendo, nisi ea intentione vt restituantur creditoribus eorũ. & idem dic si quocunq; alio titulo oneroso vel lucrativo bona huiusmodi acceptentur. sive tò sunt soluendo: nõ obstante tali acceptatione, dic vt ſ. Restitutio. ij.§.vij. Vtrũ autem eis vendi possint illa, quibus illicitè veruntur ad ritum suum: vide suprà Infidelitas.§.iiij.

13

De Iudice in se, primò.

1 *Iudex quid & quotuplex sit.*
2 *Iudex laicus quis & cuius esse possit.*
3 *Clericus non potest à iudice seculari iudicari, etiam volens, nisi in casibus. nume. 4.*
5 *Clericus si petat se ad suum iudicem remitti, quis de hoc iudicabit. & nume. 6.*
7 *Delegatus papa si delinquat, an coram ordinario loci conueniatur.*
8 *Laicus laicum quando sub papa conueniat.*
9 *Iudex ecclesiasticus quis & cuius esse possit.*
10 *Iudicis mandatum de iudicando, qualiter seruandum.*
11 *Iudex secularis vel ecclesiasticus de quibus possit vel non possit iudicare.*
12 *Iudex quid agere possit & debeat circa iudicandos.*
13 *Iudex qualiter se gerere debeat erga munera, salarium & stipulas.*
14 *Iudex qualiter expensas itineris recipiat.*
15 *Salarium quale sibi & suis taxet iudex.*
16 *Iudex quid possit circa pœnas rerum.*
17 *Iudicis iniuste iudicantis aut aliàs delinquentis quæ sint pœnæ.*

IVDEX dictus est quasi ius dicens populo: siue qriure discepter, id est, iustè iudicet. de verb. sig. forus. §. in omni. vñ iudex est is, qui iure potest iustum cuique decernere & reddere: argu. d. cap. forus. ¶ Primò verò quæritur, † quotuplex sit iudex? Et dico quòd S. Tho. ij.ij.q.lxvij.arti. x. tangit tria iudicum genera, ad quos omnes reducuntur, tercendo istam conclusionem, quòd nullus potest iudicare, nisi subditum ordinariè, vel ex commissione superioris, vel propria sponte, quibus suppositis sic distinguo. Nam iudex quidam est ordinarius, & quidam extraordinarius. Ordinarius quis sit, Io. And. secundum Inno. & Host. multa notat in c. cùm ab ecclesiarum. de offi. ord. & breuiter dico quòd Archid. post Inno. videtur diffinire vt sit is, qui est ab vniuersitate vel collegio electus, & per superiorem confirmatus, vel vniuersitati aut collegio præfectus ab eo, qui habet administrationem, cum iurisdictione: cùm secundum Innoc. ordinarius dicitur, qui est ab vniuersitate electus, & per superiorem confirmatus: vt in authen. de defens. ciui. §. interim. Vnde & rector cuiuslibet vniuersitatis est ordinarius: & qui eligitur ab his, qui sunt

sunt alicuius professionis, negotiationis, vel artis, vt sunt pistores, cerdones, Physici, Canonistæ, & similes. Alij verò dicuntur vt sit is qui habet vniuersitatẽ causarum: vt suprà Hæreticus secũdò. Extraordinarius verò iudex estis, qui nõ præficitur alicui vniuersitati vel collegio. & est duplex: quidam habens iurisdictionem ex partiũ volũtate, vt arbiter de quo suprà, in loco suo: quidam verò ex cõmissione superioris, vt delegatus ad certam causam, & subdelegatus. Sunt tamen & aliæ iudicum differẽtiæ, sed ad prędictas reducũtur. Quidam enim dicuntur pedanei, quorum officiũ est de minutis & infimis causis cognoscere, & inutilibus autvilibus, licet sint ordinarij: maiores autẽ causas tenẽtur maioribus referre, cùm ipsi per se terminare non possint. C. de peda. iudic. l. ij. Quidam etiã olim dicebantur chartularij, qui erant ab Imperatore priuilegiati: vt eorã eis possent litigare qui vellent, licet ipsi ad hoc aliquem cogere non possent. ¶ Secũdò quæritur, 2 quis & cuius possit esse iudex laicus? Et dico multa. ¶ Primum. Iudex esse potest omnis qui nõ prohibetur. arg. c. cùm apud. de ſpon. & l. mutus. ff. de procur. prohibetur autem surdus, mutus, perpetuò furiosus, impubes, fœmina, seruus, excõmunicatus, cõsanguineus rei, inimicus actoris, vel alia causa suspectus, & imperitus, seu illiteratus: de quibus diffusè non prosequor causa breuitatis. ¶ Secundum. Laicus potest cõstituere suum iudicem omnem qui aliàs iurisdictioni præest, & non alium. C. de iurisd. om. iud. l. j. & l. priuatorum. & intelligitur velle & consentire quando scit eum nõ esse suum iudicem, & tamen litigat sub eo. ff. de iud. l. ij. quod secundũ glos. in c. si diligenti. de foro compet. limita verum in causa ciuili: secus in causa criminali. de quo vide Panor. ibi. Si autẽ is, cui vult se subijcere, nõ habet iurisdictionem in actu, nõ potest. arg. de foro competen. significasti. & in c. si diligenti. Clerici verò non possunt in nõ suum iudicem consentire, etiam pro bonis temporalibus, nisi sit persona ecclesiastica, & de cõsensu episcopi sui, de foro compet. significasti. & ibi Panorm. in cap. si diligenti. Nam & secularis iudex nullã potest in eo habere iurisdictionẽ, neq; in criminalibus, neq; in ciuilibus. C. de epis. & cle. auth. statuimus. & de for. cõpet. seculares. lib. vj. 3 ¶† Tertium. Clericus huic priuilegio renuntiare non potest: & si renuntiat respondẽdo coram iudice seculari, si causa est ciuilis, cadit à sua causaũ criminalibus autem suum locum amittit. de foro cõpet. si diligenti. & si nõ habent locum siue dignitatem, potest aliàs extraordinariè puniri. Si autẽ iudex laicus iudicat de clerico: priuari debet officio iudicãdi, si eũ vocat ad iudicium suum. ij.q.j. inolita. nec sentẽtia valebit. de iudi. at si clerici. Sed & is, qui fecit eũ vocare, debet amittere causam, per sententiam tamen, & debet excommunicari. d.c. inolita, quam pœnam secũdum Hostien. patietur ex sola vocatione, ex quo clericus tractus est: iudex autem nõ nisi iudicaueritvel fortè citra litis cõtestationem locus est pœnitentiæ: & vterq; peccat mortaliter, & similiter clericus respondendo: nisi esset in minoribus, & vellet deferere clericatum. 4 ¶† Quartum. Fallit quod dictum est, primò in causa reconuentionis ciuilis: quia si clericus cõuenit laicum coram iudice laico: & ille reconuenerit clericum ciuiliter, & feratur sententia contra clericum, tenet: quia factus est suus iudex per reconuentionẽ. de mut. pet. c. j. & ij. & iij. q. viij. cuius in agendo. Criminaliter verò laicus coram laico sicut nõ potest clericum conuenire, ita nec reconuenire. xij.q.ij. neganda. Fallit secundò quando clericus est traditus curię seculari. Et tertiò quando interuenit episcopalis authoritas: quia tunc posset iudex laicus iudicare clericum in causa tẽporali merè, aliàs non: vt in c. ij. de iud. Et idẽ si interueniat authoritas abbatis quo ad monachum in exemptis: quia habet quasi iurisdictionem episcopalem. Vide Panor. de iudic. at si clerici. Glos. autem summaria quę ponitur ij.q.j. in princip. ponit duos alios, scilicet in causa feudi, & si sit incorrigibilis. distin. xvij. nec licuit. ¶ Quintum. † Cùm clericus capius propter maleficium 5 à iudice laico petit se remitti ad curiã ecclesiasticã: vel iudex ecclesiasticus illum petit: dico quòd ad quẽ spectet cognitio patebit §. vj. particula tertia. Modus autem procedendi est quòd si notorium est quòd sit clericus tali priuilegio gaudens, statim debet restitui absq; aliqua cognitione. Si autem fama publica de hoc est, vel ipse pro clerico communiter habetur, vel prius non se gerebat pro laico: & deprehensus est cum tonsura & habitu clericali, debet etiã reddi incontinenti, sed cum causæ cognitione de clericatu: ita tñ quòd probandi necessitate non ipse, sed aduersarius constringatur. Si verò ante deprehẽsionem pro laico publicè se gerebat, & pro tali communiter habebatur: etiã si tempore deprehensionis erat in habitu clericali, nõ est restituendus quouisq; fidem fecerit de clericatu: sed tamen interim quiescet processus iudicialis. 6 de sentent. excom. si iudex. lib. vj. ¶† Sextum. Si clericus post delictum, puta homicidium, efficiatur clericus allegat clericatum ne puniatur à iudice laico. Dyn. in l. itẽ Vlpianus. ff. de excus. tut. vt refert Bar. in l. j. ff. de pœn. determinauit quòd si se clericum fecit in fraudẽ, non prodest illi dicta allegatio. l. si marítus. §. j. ff. de adulte. & l. hos accusare. §. hoc beneficio. Si verò certum est hoc eũ fecisse sine fraude: prodest allegatio. d. §. hoc beneficio. Si verò est dubium: tũc sic si erat accusatus vel infamatus de crimine, præsumit hoc fecisse in fraudem. & concord. Guido de Su. & Spec. in tit. de reo. Sed Bart. dicit totam istam determinationẽ loqui ante inchoationem processus contra eum. Si verò fuisset inchoatus vel sententia lata, & pòst efficiatur clericus: videtur tex. cum gl. quòd ista allegatio nõ prosit. l. si quis postea. ff. de iudi. & l. cùm quędã. ff. de iurisd. om. iudic. quod Ioan. And. in c. j. de obli. ad ratio. dicit verum quantum ad executionem faciendam in rebus: quod autem persona capi possit vel in carceribus detineri aut decapitari, fieri non potest, cùm persona clerici sit exempta à manu iudicis secularis. Et idem concludit Barto. dicens quòd eum punire non potest iudex secularis, nisi prius degradetur. Et quod de clerico dicit, die de omni professo, sic quòd fiat religiosus, quia mortuus est nũdo: vt I. Deo nobis. C. de episcop. & cler. Prædicta autem nõ sunt vera, si professionem faceret in carceribus: vt ibidem not. Ioan. And. nec si mutaret habitum & efficeretur Beghinus aut miles gaudẽs, posito quòd habeat priuilegium vt sit exemptus à curia secularis: quia illa regula non facit eum clericum aut religiosum. & idem Gul. de Lau. ¶† Septimum. Si delegatus papæ in sua 7 delegatione delinquat, an corã ordinario loci cõueniri possit. in authẽ. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi opor. Legistæ tractauerunt, & Ioan. And. in c. fin. de rescrip. & Panorm. ibidem, secundum quem est conclusio quòd si delinquit in procedendo, cùm solùm contra papam delinquat non parendo eius mandatis, per alium inferiorem puniri non potest, imò secundam Panor. in c. prudentiam. de offic. deleg. non potest eum cogere ad exequendũ. Si verò delinquat perniciosè agendo, puniri potest per ordinarium loci: quia non conuenitur vt delegatus, sed vt criminosus. Quod Ioan. And. videtur limitare, quando per hoc non impediretur procedere in causa sibi delegata: quia dicit se credere quòd pendente causa coram eo, conueniri possit coram ordinario, saltem vbi impediretur procedere in causa sibi delegata: quia respectu eius duntaxat est maior omni ordinario: vt in capite. studuisti. de offic. deleg. ¶† Octauum. Laicus laicum sub papa in re ciuili 8 conuenire nõ potest, secundum glos. xj.q.j. in Sum. & Panor. in cap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in cap.licet ex suscepto.de foro compet.Fallit in xvj.casibus. Primò,ratione consuetudinis.de foro compet.si clericus.Secundò,in terris subiectis ecclesiæ quo ad tẽporalem iurisdictionem:vt ibi not.Tertiò, quando causa, super qua agitur, spectat ad ecclesiasticum de iure.de ordin.cogni.tuam.& de foro compet.cùm sit generale.Quartò,quando vacat imperium,& agitur papa in causa spectãte ad Imperatorem: vt in dicto cap.licet.Quintò, data negligentia principis in iustitia ministranda.d.cap.licet.& dicto cap.cùm sit. Sextò, quando imperratur à persona miserabili &oppressa:vt in cap.ex parte B.de foro competen. Septimò,quãdo iudex secularis non habens superiorem in prouincia,alleg atur suspectus,aut nõ vult iusticiam facere:vt notat.in authentic.vt different.iudi. §.j.& ij.Octauò, in causa reconuentionis.iij.quæst.viij.§.cuius in agẽdo.Nono,secundum Hostien.in causis mortuariorum à defunctis relictorum,authent.de ecclesia.titu.§.si autem.Decimò,quãdo secularis iudex inuocat auxilium ecclesiæ.xxiij.quæst.v.administratores.secundum Innocent. puta quia subditi sibi non obediunt. Vndecimò, ratione administrationis assumptæ à laicis:quod intellige vt not.in cap.iudicatum.lxxxix.distinct.Duodecimò,si ecclesiarum serui vel homines seruientes indebitè à laicis collectentur.xij.quæst.ij. ecclesiarum seruos.& in authent.item nulla communitas.C. de episcop.& cler.Decimotertiò,quando in prouincia nõ est iudex aut superior laico:quia tunc adiri potest episcopus, vt est casus in authen.vt differen.iudic.§.si verò contigerit.Decimoquartò,quando aliquid est ambiguum,& vt difficile inter iudices variatur:qui filij sint legiti. per venerabilem.Decimoquintò,quando agitur per viam denuntiationis Euangelicæ.de iudi.cap.nouit.Decimosextò,quando causa profana est annexa cũ causa spectãte principaliter ad ecclesiã, cuius exemplum ponit glo.de dote,in cap.de prudentia.de dote post diuort.restit.& hoc quando non agitur principaliter de dote,sed ex consequentia.Circa prædicta autem vide Panorm.in dicto cap.licet.& adde quòd prædicta sunt vera loquendo iuridicè:de plenitudine autẽ potestatis sub papa versari potest omnis causa à quocunq; : cùm sit omnium iudex, habens in sua voluntate omnia iura humana.¶ Tertiò quæritur,†quis & cuius possit esse iudex ecclesiasticus? Et dico multa.¶ Primũ. Persona ecclesiastica põt esse iudex,& causas vtilare,& iudicare inter subditos,in quibus habet iurisdictionem,præsertim clericos.ij.quæst.j.cap.ij.& cap.experiẽtiæ.de foro compet.per totum.¶ Secundum.Omnis Christiana ratione spiritualitatis:puta quia causa est spiritualis, & ratione peccati efficitur de foro ecclesiæ.de iudi.ca.ij.&cap. nouit. Vnde si iudex laicus negligit de subditis iustitiam facere,ecclesiasticus iudex potest illum cõpellere ad iustitiam, tenendam.& supplere defectum eius,cognoscendo de causa, & sic de subditis eius iudicare.de foro copeten. ex trãsmissa. xxiij.quæst.v.administratores.Glos.etiam sum.xj.quæstio.j. vltra casum negligentiæ potest aliter:vt si iudex ecclesiasticus conueniat laicum super rebus spiritualibus,de iudic.cap.ij. & iij.vel si rustici ecclesiæ conueniantur.lxxix.distinct.iudicatum.de appel.cap.si duobus.vel si quis rapuerit res ecclesiæ, adde vel ecclesiasticorũ: quia potius ex cõsuetudine quàm de iure conuenitur sub clerico.de foro compet.capi. cùm sit. & cap.si clericus.vel si iudex secularis fuerit suspectus,vel habeatur querela contra ipsum,in authen.vt differ.iudi.collat. ix.§.j.& ij.& penul.Non tamen ecõtrario propter negligentiam iudicis ecclesiastici potest clericus conueniri coram laico de iudi qualiter.in fi.¶ Tertium.Quamuis iudex ecclesiasticus directè iudicare nõ possit de infidelibus,secundũ Ray. quia foris sunt,scilicet aliquas religionis regulas impoũdo: indirectè tamen iudicat,subtrahendo Christianos ab eorum communione:vt patet de Iudæis,præcipuè si attẽtarent subuertere Christianos,aut Christũ blasphemare:vt ẽ. Iudæus.§. j.& breuiter iudicat in omnibus permentibus ad fidei detẽtionem,ac etiam delictorum correctionem quo ad infideles seu temporali iurisdictione subiectos.arg.C.de Iudæ.l.Iudæi Romano.¶ Quartò quæritur, qualis debeat esse iudex quantum ad intellectum siue scientiam? Et dico secundum Bern. de relcrip.scisciatus.quòd debet ita esse peritus,vt quærere nõ habeat ab alijs quicquid eum loqui oporteat:de consang. &affi.ex literis.& in authen.de iud.in prin.coll.vj.Sed & si ut illiteratus,habeat tamen consuetudine & peritiam iudicãdi, potest ei causa cõmitti.C.de iurisd.om.iu.l.certi iuris.Sed iudex maximè ecclesiasticus esse nõ potest, nisi sit peritus,saltẽ mediocri iuris scientia: vt not.distin.xx.c.j.& de elect.cap. cũ nobis olim.Et hoc videtur velle glos.in cap.scisciatus.de rescrip.ex qua infert ibi Panorm. quòd cõtra iudicem delegatum potest excepi, quòd iudex esse non possit, quia est illiteratus,& non habet peritiam iudicandi.Secus si ea haberet ex consuetudine,licet esset illiteratus,vt est text.in dicta l.certi iuris.& hoc secundum mentem eius locum habet indistinctè in iudice seculari & ecclesiastico:nõ tamen oportet iudicem esse peritissimum:cùm ex defectu scientię cõcedatur illi assimere posse assessorem expẽtis partium.de relcrip.statutum. §. assessorem.lib.vj.Et hæc nota:quia faciunt ad casum cùm à sede apostolica causæ religiosis committuntur non habentibus theoricam vel practicam iudicãdi:quia cõtra eos potest excepi quòd iudices esse non possint, nisi sit data certa forma. ¶ Quintò quæritur,quomodo intelligi debeat iudicis mandatum vel commissio? Et dico multa. ¶ Primum.Si dicatur, iudices simpliciter & purè:dico per hoc non remoueri ordinem iuris,sed tantũm pernitiosam subtilitatem:quia prædicta verba importãt ex suo proprio significato ide quod simplica & malitia.Ad quod glos.in clem.sæpe.de verb.signi.in verbo,simpliciter,& iudiciarius ordo non est inuentus ad inuoluendum,de iudi.c.dilecti filij.ideoq; nõ remouebitur,secundum Panor.ibi. ¶ Secũdum.Si dicatur, procedas sine iuris solennitate:secundum Panor.in d.c.dilecti.censetur sublata solennitas iuris ciuilis & canonici,sed non diuini & iuris gentium:ideoq; duo testes sufficerẽt,licet fortè plures requirerentur:& similiter si essent infames,quia infamia est de iure positiuo.de simon.c.per tuas.non tamen recipiuntur non citata parte:quia citatio est species defensionis,quæ est de iure gẽnium:nec potest tolli:vt in clem. pastoralis.de re iud. Potest autem eos recipere sine iuramẽto,& diebus feriatis in honorem Dei:cùm hæc solẽnitas inducta sit iure ciuili, secundum Bart.in l.filiusfam.ff.de don.& similiter eos poterit recipere,etiã si sint personæ iure reprobatæ,puta relegatę vel infames.ff.de testa.l.cũ lege.¶ Tertium.Si dicatur, iudices vt voluerint:secundũ Pan.ibi intelligitur solùm dolus excludatur.arg.in l.creditor.§.Lucius.ff.mãd.& ideo ius alterius tollere non põt sine causa,sicut nec cõmitteus:quia nemo plus iuris in aliũ trãsfert,quàm ipse habeat.de dote post diuor.restitu. c.super.propter quod dicit Bar.in extrauag.ad reprimẽdum. quòd ille cui cõmittitur vt faciat qđ vult, vel sicut libuerit licet nõ teneatur sequi regulas iuris ciuilis,remanet tñ ligatus regulis iuris naturalis gentũ,seu naturalis equitatis,quod idẽ est:vt in d.cle.pastoralis.vbi Imperator inualidè egit, qa regulas excessit iuris naturalis. ¶ Quartũ.Si dicatur, iudices secũdum veritatem & æquitatẽ:secũdum Panor.in c.literas. de iura.cal.seruari debẽt solemnitates etiam rigorosæ iuris positiui.Sed melius dicit dom.Anto.quòd ad rigorosas non tenetur.Verbum autẽ hoc,bona æquitate,omissis solemnitatibus

tibus iuris non intelligitur, quasi non debeat haberi respectus ad iura ciuilia:quia est contra l.bona fides.ff. depo. sed quasi non debeat haberi ad illa iura, quæ ponunt quasdam solennitates vel subtilitates negotij veritatem nõ tangentes, quæ vocant apices iuris,sẽdm Bar.in l.si fideiussor.ff.manda. negotium verò principale per iura debet decidi. ¶ Quintum. Si dicatur,iudices vt tibi videbitur:sẽdm Pan.in c.j.de iudi.in dicare debet iudicio intellectus, cui congruit hoc verbum, videbitur. Et ita no.Bar.in l.qui tamen.§.arbiter.ff.de arbi. Et idem cùm dicitur,relinquo arbitrio vel iudicio,aut prudentię tuæ:quia tunc denotatur arbitrium boni viri ratione regulatissimæ cùm dicitur,vt visum fuerit,vel tibi videbitur:vt not. Pan.in c.j.de seque.pos. Et similiter per hæc verba,si æstimauerit.si arbitratus fueris,si tibi placuerit.importatur arbitriũ prædictum,& nõ propria & nuda voluntas,vt probatur in l. fideicõmissa.§.quanquã.ff.de leg.iij.&in l.Thais.§.sororem. ff.de fideicom.libert.vide tex.cum gl.in c.ij.de cor.vitia.& per Bar.in extrauaganti,ad reprimendum.& Pan.in c.j.de consti. vnde tenetur sequi omnes regulas iuris ciuilis,secũdum Bar. in d.extrauagan.alle.l.j.ff.de arbit.Et breuiter omnia verba exceptis istis, volo,libet, arbitrium plenum, vel liberum,vt ibi notat Bar.important arbitrium boni viri. ¶ Sextum.Si dicatur,sine strepitu & figura iudicij, quomodo sit intelligendum,& quomodo omitti tunc possint omnia quæ non sunt de iure gentium vel naturali.vide diffusè in cle.sæpe.de ver. sig. ¶ Septimum.Verbum,summariè,intelligendum est breuiter:ita quòd tota substantia negotij comprehendatur, nec de substantialibus quicquam omitt atur: vnde libellus æquè formatur,sicut si procederatur ordinariè, & lis contestatur & datur diffinitiua sententia.Verbum autem, de facto, intelligitur manu regia.l.ij.in princi.ff.de ori.iu.& sic omittitur omnis iuris solennitas,sed alterius iura nullo modo leduntur contra naturalem æquitatem.Verbum etiam ,postpositis rimulis & apicibus iuris,secundum mentem Arch.ius cõmune non tollit:sed solùm ea quæ non sunt de substantia ordinis iudiciarijsiue quibus in foro contentioso procedi nõ potest.Verbum etiam,de plano,exponit Pan.in cle.dispendiosam.de iudi.id est,sine strepitu iudiciorum:de quibus omnibus vide Archi.iij.parte.tit.vj.c.xv.¶ Octauum. Prædicta notanda sunt, ex quibus patet multarum decisio quæstionum.Nã si dicatur alicui impone pœnitentiam vt tibi visum fuerit:nõ datur libera potestas,nec ad suã voluntatem potest imponere : sed denotatur arbitrium boni viri:vt no.gl.in c.ij.de cor. vitia.& Pan.in c.significauit.de pœ.& re. Et idem à fortiori si dicat, relinquo tuæ prudentiæ vel discretioni.Si etiã mercator pactus est cum factore se daturum solũ illud salariũ quod tibi videbitur,siue parũ siue multũ lucretur,dare tenebitur ad arbitrium boni viri honestũ,sẽdm quod alij factores habere cõsueuerunt,& nõ pro sua volũtate.& facit l.qđ si nolit.§. quia assidua.ff.de ædil.edic.Si tamen addita fuissent aliqua verba restrictiua illius,ad nudã voluntatem:vt si dixisset, nolo tibi dare aliquid certi,nec tantũ aut quantũ,sed solum vt mihi videtur.nec volo alleges cõsuetudinem vel huiusmodi,per quę intelligeretur se velle stare in nuda voluntate,secus esset,nec teneretur de necessitate:& si de æquitate:quia scienti & volenti nõ fit iniuria neque dolus. Si etiã religiosi habeãt ex legibus suis quòd prælatus possit in ordinis rigore dispensare vt sibi videbitur:tu requiritur arbitriũ boni viri:id est,nõ voluntas simpliciter,sed ratione regulata. Et idem si cõpromittat in arbitros,vt eis videbit.& huiusmodi. ¶ Sextò quæritur, †de quibus possit vel nõ possit iudex secularis aut ecclesiasticus iudicare? Et dico multa. ¶ Primum. Iudex secularis iudicare potest de his quæ sunt peccata,vt de vsura,furtis,&huiusmodi,secundum Panorm.in cap.cùm sit generale .de fo.compe. dummodo non disputetur vtrum sit peccatum principaliter, vt patet ff.& C.de condi.indeb.per totum.& hæc est communis opinio & vera:quia coram eo potest obijci de iuramento, si non veritur dubium de eius validitate:vt in cap.rex debet. xxiij.q.v.Si verò dubitatur vtrum sit vsura,vel ne, peccatum vel ne,iudicare non potest,sed ad ecclesiam est recurrendum qui fil.sint,legt.per venerabilem.& in cle.vnica,de vsur.Fallit hoc in crimine hæresis,de quo nullo modo nisi exequendo se intromittere potest.Fallit etiam secundum glo.in d.c.cùm sit generale.in multis alijs casibus. Sed dico cum Panormit. nullum alium esse,nisi in dubio,vt dictum est .de quo vide glo.xxxij.q.v.Christiana religio.& ibi per Arch.& ẽ.Crimen. §.j. ¶ Secundum. Prælatus vel iudex ecclesiasticus habens temporalem iurisdictionem secundum Ray.debet constituere iudicem secularem qui audiat causas sanguinis: quia scilicet de his se intromittere non potest:licet possit mandare vt fiat iustiria,etiam in speciali super aliquo maleficio,puta homicidio : & interrogatus quid agendum , respondere possit consulendum esse peritos,sine irregularitate:ne cle.vel monachi.episcopus.libr.vj.Ex quibus patet quòd potest iudex secularis compellere ad restitutionem vsurarum . ¶ Tertium.In casu de quo ẽ.§.ij.particula v.quando scilicet clericus pro maleficio tenetur à iudice laico,& allegatur quòd est clericus,& peritur remissio ad curiam ecclesiasticam:ad iudicem ecclesiasticum spectat cognoscere:quia de re agitur spirituali siue ecclesiastica:sed vocari debet iudex secularis,aut alius, cuius interest.de senten . excommunica.si iudex.libr.vj.

¶ Septimò quæritur, †in genere,quid iudex possit aut debeat circa iudicãdos? Et dico multa. ¶ Primũ. Malus iudex aut prælatus sẽdm Alex.in tertio,subditos iudicãdo morraliter peccat.de quo dic vt ẽ.Correctio.j.§.xvj.¶ Secundum.Ordinariè autem ,procedendo sine accusatore iudicare nõ põt.de accus.si legitimus.extraordinariè autem põt:vt in inquisitione & denuntiatione,vt ẽ.patuit suis locis:infamia habente locum accusatoris.de accu.c.euidentia.¶ Tertium . Non potest etiam indistinctè partes cogere ad cõpositionem. Nam ad pacem quidem &põt & debet partes reducere & compellere tã secularis quàm ecclesiasticus iudex respectu subditorum suorum,secundum Panormitanum in rubrica,de treuga &pace. xe.distinctio.c.si quis.c.contristatus.&.c.placuit , quod etiam tenet Bartolus in l.congruit.ff.de officio præsidis . In causa verò ciuili non potest ad compositionem inducere , etiam princeps ex potestate ordinaria.l.j.ff. de noui operis nuntiatione.Limita,nisi lis sit longa & intricata: quia iudex potest partes ad concordiam compellere. Et videtur esse rectus in c.placuit.xe.distinctione.& ita videtur limitare Pan. in c.fin. de transact. dicens quòd hoc iudex potest , si iura partium sunt ignota:si verò iam sunt clara , vt quia conclusum est in causa,& sic iudici liquet pro qua parte debeat facere sententiam,secundum Io. And.nisi aliquæ circunstantiæ suadeant, abstinere debet à tali compositione:quia de iure vnius alteri tradere non debet sine causa.Ex circunstantijs autem posset hoc facere:& cæteris paribus magis debet suadere actori vincenti,quàm reo absoluendo:quia sententia ferenda pro actore est mandanda executioni:& in executionis actu fieri posset litigium longum.quæ ratio cessat ex parte rei,licet etiam ex parte eius posset subesse causa,vt quia actor est pecuniosus,& paratus appellare.¶ Quartum. Potest etiam & tenetur compellere potentiores,ne contumelijs afficiant viliores. l.illicitas.§.ne potentiores.ff.de offic.præsid. ¶ Quintum. Potest etiam ac tenetur compellere aduersarium ad præstandum cautionem de non offendendo actorem vel suos: quando

Universidad de Deusto
Biblioteca

talisverisimiliter timens implorat eius officium: vt in d.§.ne potentiores.& ibi per Bart.& est text.in l.denuntiamus.C.de his qui ad eccle.confu.& ibi per Cy.& facit tex. in c.de benedicto.xxxij.q.j.& in c.literas.in fine.de restitu.spo. ¶ Sextum. Potest etiam ac tenetur ex necessitate officij purgare prouinciam malis hominibus.& tex.est in Liij.& l.congruit.ff.de offi.præsid.propter quod dicit Bal.in l.Gallus.ff.de lib. & post. & Rapha.& Imo.quòd licet statutū ciuitatis dicat quòd potest punire: ly pōt, importat necessitatem.d.l.Gallus.in prin. vnde si nō facit, tenetur de negligentia. Facit quod no.Bal.& Ange.in l.mācipia.C.de ser.fugi. Debet ergo inquirere delicta: aliter tenebitur in syndicatu. quod limita, si haber merū imperium.l.imperium.& quod ibi no.Bar.in l.iubere cauere. ff.de iurisd.om.iud.& in l.j.ff.de offi.eius cui man. est iurisd.

¶ Septimum. Tenetur iudex secularis brachium præstare ecclesiastico contra subditū resistentem ei de facto: secus si de iure: vt quia appellauit ad superiores:& episcopus dicit quòd non potest,& petit brachium seculare.& ita no.Pan.in c.j.de offi.or.& idem in exempto, qui allegat exemptionem, quam
13 episcopus nō admittit. ¶ Octauò quæritur specialiter, † quid possit circa munera, quantum ad se & suos officiales. Et dico multa. ¶ Primum. Ea, quæ à iudicibus quocunq; titulo recipiuntur, in genere tria sunt, quantum ex Docto.& iure colligitur, scilicet expensæ, salarium,& munera, siue sportulæ, quę sunt munera, quorum quantitas non est lege diffinita, vt in auth. generaliter.C.de epis.& cle. ¶ Secundum. Secundum iura ciuilia iudex ordinarius secularis petit sportulas solùm: nec aliud petere potest.iij.q.iij. offeratur. & ita tenet cum Azo.Sum.Ang. cuius allegationes non probant. vnde melius tenet Ros. quòd ordinarius secularis sportulas non petit nec accipit: cùm habeat suas prouisiones: sed si eas non haberet, vel non sufficientes, est vera opi. prima. Delegatus verò sportulas petit: sed non habet nisi duos aureos in principio, etiam si sit à principe: & duos in fine, quando causa excedit centum aureos: quos non excedit, nihil habebit. in auth. de iudi. §. ne autem labor. not glo. in c.cùm ab omni. de vita & hone.cler. Excipiuntur esculenta & poculenta, id est, comestibilia & potabilia ex mera liberalitate oblata, id est, sine petitione etiā interdicta, si talia sunt quæ diebus paucis consumi possint, secundum glo. in c.statutum. de referi. lib.vj.& ff. de offi.præsi. l.plebiscito.& hoc boni viri arbitrio iudicabitur, scdm glo. in d.c.statutum & pensata qualitate dantis & accipientis, secundum Gul. de fimo.& si quæstiones. Et ista esculenta & poculenta dicunt xenia moderata. distin. xvij. de eulogijs. quæ ab omnibus recipi possunt. Alia autem omnia, etiam si sit vnus denarius, prohibentur omnes iudices accipere. ff. de offi. præ. l. plebiscito.& l. solent. ff. de offi. procon. not. glo. in l.iij. C. de condic. ob tur. causam. facit l.j. C. de pœn. iudi. etiam si recipiant vt expediant causam: aliter restituere tenentur talia munera. arg. d. c. statutum. & c. exigit. de cens. lib. vj. imò si talis iudex sit delegatus ecclesiasticus, non liberatur facta remissione à dante, nisi restituat: & si restitueret in fraudem, vt sibi postea redonaretur, non valeret, secundum glo. in d.c. statutum. secus si restitueret sine fraude, & ille liberaliter redonaret, secundum d. glo. quod intellige finito iudicio. ¶ Tertium. Iudex ecclesiasticus siue ordinarius siue delegatus, secundum Pan. in c. cùm ab omni. de vi. & ho. cle. sportulas recipere non potest: vt in d.c. cùm ab omni. quod licet de delegato loquatur, tamen idem tenet ibi Pan. & Io. And. & cæteri de ordinario, eadem imò potiori ratione: quia ideo est beneficiatus vt iustitiam reddat. & est glossa ad hoc in cap. non licet. 2.j.q.iij. Potest tamen secundum Gul. ordinarius habere quod datur apparitoribus & scriptoribus scribentibus acta causæ, & huiusmodi: & cogentur partes ad huiusmodi sportulas, nisi litigantes sint pauperes: & secundum Alex. de Alex. nuntij, & huiusmodi inferiores officiales non habentes reditus deputatos, aliquid eligere possunt à litigantibus secundum consuetudinem terræ: sed non per vim aut immoderatam improbitatem: imò & secundum Hostien. in Summa, etiam si habeant reditus deputatos, possint aliquid parum recipere sine vi & improbitate immoderata: assessor tamen habens salarium, hoc non potest, aliter restituere teneretur. d.c.cùm ab omni. Esculentum tamen & poculentum recipit licitè delegatus prædicto modo: vt in d.c. statutum. & idem est de ordinario, vt placet multis: quia ista non præsumuntur dari ad corruptionem, sed ad curialitatem, & idem puto de omnibus inferioribus. Quantum ad ordinarium tamen Ray. videtur velle quòd huiusmodi recipere quidem possit: non tamen à partibus propter suspicionem. quod verum est, nisi propter circunstantias personarum vel temporum aut locorum hoc daret suspicionis materiam, non aliter. Quantum etiam ad delegatū vult ibidem Pan. quòd si non sit sufficienter beneficiatus, possit petere sportulas. quod verum puto, si inde iacturam patitur alicuius honesti exercitij: aliàs placet opinio contraria. ¶ Quartum. Vtrum consuetudo accipiendi sportulas excuset ordinarium vel delegatum ecclesiasticum. Card. in clementi. statutum. de elect. distinguit, dicens quòd non, si consuetudo ortum habuit ab exactione: si verò ab exactione ortū nō habuit, cōpelli possunt partes ad obseruandum laudabilem consuetudinem. de fimo. ad apostolicam. Sed licet hæc distinctio quantum ad primum membrum vera sit: quia tunc est contra honestatem & mentem d.c. cùm ab omni. & facit cap. ex multis. j. quæsto. iij. quantum tamen ad secundum non est vera: quia si non præcedit exactio, cùm sit ex mera liberalitate donatum, non inducitur consuetudo: sed quælibet donatio habet effectum suum, iuxta ea quæ not. in glos. & Bartol. in l. cùm de in rem verso. ff. de vsuris. c. autem, ad apostolicam. loquitur quando aliquid fuit datum in piam causam: quo casu videntur laici voluisse inducere consuetudinem. Et ideo dico cum Ioanne And. & Panorm. & communiter Doct. quòd non valet ista consuetudo. Et licet dicat Card. quòd ista consuetudo excusat à mortali moderatè recipientem, quia habet pro se Doctores famosos, iuxta not. ff. de re iudi. l. cùm prolatis. & de postu. præla. cap. vnico. lib. vj. tamen hoc non credo verum, nec istum à restitutione excusari, nisi vbi non discerneret veriorem opinionem.

¶ Nonò quæritur, † quid iudex possit quantum ad expensas suas & suorum? Et dico multa. ¶ Primum. Iudex secularis delegatus principis vel ordinarij, cùm extra domicilium proficiscitur, expensas moderatas, & æqualiter à partibus exhibendas potest expetere. d.c. statutum. sicut & testis cùm proficiscitur extra domicilium. iiij.q.iij.§. venturis. cùm nemo suis sumptibus cogatur militare. & idem quidam tenent de ordinario secularj, licet oppositum sit de ecclesiastico, vt dicetur: quia prouisionem suam habet cum onere maiori. Si tamen litigantes sint pauperes: & delegatus à sumptibus: vt d.c. statutū. & ordinarius à sportulis abitinebit. auth. de mandat. prin. §. si tibi quoque. ¶ Secundum. Delegatus ecclesiasticus si sit à principe, cùm extra domicilium suum proficiscitur, secundum Guliel. habebit expensas non solùm pro victu, sed etiam pro vecturis equorum, & huiusmodi: licet non salarium. d.c.cùm ab omni. xij.q.ij. charitatem. quia nemo cogitur suis stipendijs militare: & munera, non sumptus prohibentur j.q.j. iudices. quod quidem videtur Guliel. indistinctè tenere contra dominum suum Hostien. qui hoc videtur limitare, quando non habet sufficiens beneficium. d.cap. cùm ab omni. Sed primum

primum est verius: arg. d.c.cùm ab omni. & d.c. statutum. §. insuper. quæ indistincte loquuntur: quia beneficia tali non conferuntur cum onere, cùm non habeat ordinariam iurisdictionem. Et ita tenet Pan. in d.c.cùm ab omni. Nec obstat quod minores facere potuisset. ff. man. l. si quis impendia. nec tenetur deducere eas quas domi fecisset, cùm illa iura expensas indistincte permittant. & ita tenet Pan. contra gl. in d.c.cùm ab omni. Et si hac occasione perdit equum, vel cappa spoliatur, vel eius familia infirmatur, sicq; oportet eum moram facere longiorem, secundum aliquos, hoc à partibus petere nō potest. ff. man. l. inter causas. §. non omnia. secundum Hosti. verò potest quatenus plus quàm in domo sua expendit. de, pecunia pro causa. Recipiet autem expensas ab vna sola parte, si ad eius petitionem iuit vltra duas dietas. de rescrip. nonnulli. si verò infra duas dietas, secundum Ber. eas recipiet ab actore, nisi fuerit impetratus de consensu partium. iij.q.ij. venturis. de reseri. dispendia. sed secundum Gul. etiam si ab alterā partium sit impetratus, communiter procurabitur: quia eius officium est commune. xiiij.q.v. non sane. In domo suā vel emitate iudicans nihil suo nomine pro expensis obtinebit. xxiij.q.j. quod militare. etiam si sit scholaris Bononiæ vel Parisius moram trahens, qui interim studeret: loquendo de stricto iure secundū aliquos: licet arg. videatur in contrarium. xij.q.ij. charitatem. propter quod videtur Gul. tutibare. Sed ego dico primum verum esse, vbi causa breui cōpendio potest expediri: secus vbi eum oporteret propter hoc tempore multo & notabili, puta per mensem esse in studio: quia inde non debet notabiliter damnificari. de fideiusso. peruenit. ¶ Tertium. Delegatus ordinarij ecclesiastici si sit delegatus ad vniuersitatem, vt sunt communiter episcoporum vicarij, secundum Gul. in Spe. lib.j. cùm extra domicilium proficisci tur, expensas non habebit, scilicet à partibus, sicut nec ordinarius: cum idem sit consistorium. de appel. Romana. imò illas dabit ordinarius. de offi.or. inter cætera. quamis fortè possit consuetudo valere vt quid certum recipiatur. arg. de offi.or. cum dilectus. Si verò sit delegatus ad specialem causam & maliciosè, est idem: quia scilicet non recipiet expensas, sed ei prouidebit ordinarius. ar. d.c. inter cætera. & gl. in d.c. statutum. de off. dele. pastoralis. Si verò sine fraude, vt parcat partium laboribus & expensis, secundum Sum. Ang. habebit expensas sicut & delegatus principis vel ordinarij secularis: & intellige à partibus. & idem gl. in d.c. statutum. & placet Pan. vbi suprà. Sed Gul. de hoc dubitat, & dicit fortè hoc esse verū, ne officium suum sit illi damnosum. & hoc dixit tenere Vin. vt iiij.q.ij.§. venturis. & xiiij.q.v. non sanè. glossa verò in d.c. cùm ab omni. tenet contrarium, dicens quòd ordinarius tenebitur illi prouidere. & ista est veritas, quādo' ordinarius est potens ad expensas: quia ordinarius tenetur suis expensis ius reddere, vt dicetur: & cōsequenter si hoc alicui delegat, mandat ei facere id, ad quod ipse tenetur: & consequenter alium aggranat sine causa. secus si non potest. Non est autem similis de principe: quia ad hoc à nullo arctatur. Ex consuetudine tamen induci potest vt tam delegati quàm ordinarij extra domicilium pro causis proficiscentes petant omnes expensas secundum Gof. & Gul. in Spe. ¶ Quartum. Ordinarius ecclesiasticus etiam cum extra domicilium suum proficiscitur ad locum suæ iurisdictionis expensas non habebit, quia reditus habet secundum Gul. vt stipendium suum. arg. d.c. cùm ab omni. & x.q.iij. illud. nisi proficisceatur pro consecratione ecclesiæ. de fimo. cùm sit Romana. vel suum prouinciam visitet. de censi. cùm apostolus. & c. exigit. eo. tit. lib. vj. ¶ Decimò quæritur, † quid possit circa suum & suorum salarium? Et dico multa. ¶ Primum. Ecclesiastici iudices & delegati gratis iu-

dicare debent: nec exigere possunt decimam vel aliam quotam litis, etiam si hoc habeat consuetudo, vt summat Panor. in c.cùm ab omni. de vita & ho. cle. addens tamen quòd talis consuetudo valeret in foro seculari: in ecclesiastico verò non videtur posse induci, per text. in d.c.cùm ab omni. Io. autem And. Ant. de But. Pet. de Anc. & Zab. vt refert Arch. tenere videntur quòd tam ordinarij quàm legati de consuetudine aliquid petere poterunt pro salario: & seruanda erit consuetudo loci, modò aliquid moderatum petatur. Sed contra hoc videtur esse tex. prædictus dicens nihil esse accipiendum pro salario vltra expensas: etiam si hoc habeat consuetudo. Et licet dicat Gul. in Spec. quòd ibi reprobatur consuetudo quando fit pactum à iudice cum partibus super salario: vt secundum Pe. de Anch. reprobetur consuetudo præterita & non futura, vt in cle. statutum. Sed dubium vtrum reprobata consuetudine per iura, intelligatur de præterita solum, non de futura, quæ superinduceretur. ideo ex dictis Io. de Imo. Arch. dicit sic posse distinguii, vt consuetudo valeat circa expensas, puta quòd ordinarij percipere possint expensas, si extra domicilium proficiscantur: circa salaria verò non valet, si habeat quòd cum litigantibus iudex possit conuenire à principio litis, sed reprobatur in d.c.cùm ab omni. secundum Gul. in Spe. Si verò habet simpliciter quòd possit aliquid percipi pro salario, licet sint opiniones, tamen videtur quòd non valeat, secundum gl. in cle. statutum. de elect. & facit tex. d.c.cùm ab omni. & hoc quo ad iudicem ecclesiasticum: quia quo ad secularem tolerari posset: vt in auth. de iudi. §. ne autem. in gl. ¶ Secundum. Assessor salarium recipere potest à partibus, secundum Gul. in Spe. per c. non licet. iij.q.ij. vnde illud habebit, licet delegatus moriatur ante terminum causæ, vel si post conclusionem partes ante sententiam componant. Nec obstat d.c. cùm ab omni. quia loquitur quando in fraudem quæritur assessor. Distinguit tamen, quia assessor delegati potest quidem accipere salarium, si assumptus est sine fraude, & ad illud iudex partes cogere potest. de reseri. statutum. lib.vj. vel si illud exigit assessor: iudex illud moderabit, si sit immoderatum, secundū Gul. Sed si esset assumptus in fraudem, puta vt nihil ageret, sed vt sub hoc nomine delegatus salarium acciperet pro eo: vel si tanquā peritus non egebat, sed sic voluit granare partes: accipiet illud à iudice, non à partibus: vt d.cap. cùm ab omni. & d.c. statutū. Assessor verò ordinarij non habebit salarium à partibus, nec pro eo iudex salariū exiget, sed de suo soluet: quia nō debet ignorare canones. x.q.iij. cognouimus. & di. xx.§.j. de cōsan. & affi. c.j. Sciendo aūt canones rarò euenit casus, in quo nō possit iudicare: qa scdm eos in foro eius sunt causæ terminandæ. de fo. comp. quod clericis. si tamen eueniet, soluet de suo, cū hoc ex reditibus possit: ar. c. cùm ab omni. & cōcor. Io. de mon. mur. & Io. And. & hoc in ordinario ecclesiastico: quia secularis cùm leges scire nō teneatur, sed sufficiat illi habere experientiā de causis. C. de indi. l. certi. poterit pro assessore salarium petere, secundum Io. de Imo. qui tamen dicit super hoc consuetudinem seruandam. ¶ Tertiū. Si duobus assessoribus assumptis vt de eorum consilio pronuntietur, eis discordātibus tertius assumatur in fraudem: vt quia ad sui exonerationem fingunt se non posse concordare: illi suum salarium participabunt cum tertio, ne ex suo dolo commodū reportent: & iudex obuiabit huic fraudi: cessante verò fraude, tertius salarium habebit à partibus. ¶ Quartum. Ordinarius secundū Sum. Ang. salariū petere potest pro notario. Sed ego dico quòd non: quia si tenetur ad iustitiā exhibendam sine stipendio propter suos reditus, tenetur ad omnia, sine quibus hoc facere non potest, vt de assessore patuit: delegatus verò hoc potest, modò non participet cum eo:

Universidad de Deusto Biblioteca

d.cap.statutum. ¶ Quintum. Personæ,quæ habent recipere salaria secundum Guliel.exigere debent illa ante calculum sententiæ:quia partes de victoria sperantes ad sententiam properant,& libentius soluūt quàm cōdemnatæ. ¶ Vndeci-
16 mò quæritur,† quid iudex possit circa pœnas reorū? Et dico
multa. ¶ Primū. Quantū ad totalem relaxationem pœnæ legis vel statutorū. S. Tho.ij.ij.q.lxvij.dicit φ iudex dupliciter impedit̃,ne hoc possit. Primò ex pte accusatoris, ad quē aliqñ pertinet ius vt reus puniatur,puta ratione iniuriæ illatæ: & huiōi relaxatio nō est in arbitrio iudicis : quia debet cuiq; ius suū reddere. Scdò ex parte reipublicæ,ad cuius bonū pertinet φ malefactores puniant̃: & quantū ad hoc differentia est inter iudices inferiores & supremū, cui plenariæ Reipublica cōmissa est:quia illi absoluere nō possunt à pœna cōtra legem à superiori positā:princeps verò,qui habet plenariam potestatem super republica, hoc pōt,cùm hoc illi viderit expedire: & cum passus iniuria velit ius suū remittere. Et intendit quòd si pœna exigitur propter cōmune & priuatum bonum,simul relaxare pōt princeps stantibus duobus, scilicet quod expediat bono cōmuni,& offensus assentiat : sed inferior nullo modo. Si verò exigitur pro bono cōmuni tantum, hoc potest princeps stante primo illorū duorū:inferior verò nullo modo. Si verò exigitur pro bono priuato tantū:vterq; potest reo consentiente,& princeps etiā si ille dissentiat & expediat bono cōmuni:quia gratia eius postponitur priuatum. ¶ Secūdum. Quantū verò ad diminutionem dicit Host quòd reo conuicto certa pœna imponenda est, si inueniatur in iure. quod Archi. limitat quantū ad inferiorem:supremus verò si relaxare,etiam minuere potest. Tu verò etiam limita quātum ad delegatū procedentem ordinariè, qui nec minuere potest nec augere,vt nota in c.de causis.de offi.dele. Si verò procedat extraordinarius,hoc potest.l.quid ergo.ff.de his qui not.infa. Ordinarius autem potest hoc,etiā in processu ordinario ex causa,vt no.Bar.in d.l.quid ergo.& sequitur Pan.in c.ij.de emp.& vend.& facit c.at si clerici.de iudi.quod Ber.in d.c.de causis.& in cap.super his.de accus.dicit verum quando possunt dispensare super crimen,aliàs nō. Si autem nō inuenit in iure,cōmittitur iudicis arbitrio.de transac.c.fi.C. de vi pu.vel priua.l.seruos.qui semper in humaniorem partem debet declinare,& sic mitigare:maximè si causa alleuians subest.quod secundū S.Tho.vbi s. limitandū est in his quæ iudicis arbitrio relinquuntur:quia in talibus locū habet secundū eum iudicis misericordia:sed & si quis accusatus spontè & nō metu probationū confitetur,de mente vtriusq; iuris est quòd pœna dimittatur aut minuatur : nisi immineret periculum animæ vel ecclesiæ,secundum Host. ¶ Tertium. Quantum verò ad augmentum dico augendam esse aliquando pœnā ad aliorum terrorem,qui proni sunt ad culpam:quia multis grassantibus opus est exemplo.ff.de pœ.l.aut facta.§.fi.quod Sum.Ang.dicit posse fieri eo modo, quo de diminutione dictum est. Sed melius indistinctè hoc Sum.Ros.& Supple.concedunt:& sic etiam hoc poterit delegatus ordinariè procedendo. ¶ Quartū. Quando potest pro delicto eodem pluribus pœnis puniri:si ab aliquo iudice imponatur minor, alia puniri nō poterit.C.de accus.l.qui de crimine.& ibi Ange. & Sali. ¶ Quintum. Pœnā dimittens in casu sibi non concesso, secūdum S.Tho.tenetur ad restitutionem communitati,vel accusatori,si eius intererat vt puniretur:qui verò auxit,tenetur reo. Concor. Host.& Rayn. ¶ Sextum. Secundum Pet.de Pal.in iiij.dist.xvij.nullus iudex Christianus debet confessionem negare petenti & parato facere debitum:etiam si timeret ne eriperetur : quia vtilius scandalum nasci permittitur quàm veritas deseratur.de iudi.qui scandalizauerit.& hoc nisi crederetur non ex deuotione petere,sed spe ereptionis: vt quia sub patibulo perit,qui non periuit in carcere. Vnde rei sunt animarum hoc negantes:cum etiam relapsis,qui sine vlla audientia tradendi sunt iustitię seculari,ecclesia gremium non claudat,quin pœnitentiā & viaticū ministret. ¶ Duodecimò quæritur,† quæ sit pœna iudicis iniustè iudicantis, aut aliàs in suo officio delinquentis? Et dico multa. ¶ Primū. Si iudicis negligentia pars incurrit aliquod damnū,tenet̃ ad restitutionem,scdm gl.in c.quoniā contra.de proba.in verbo,negligentia.& sequunt̃ cōiter doc.quod Pan.ibi limitat in foro animæ,si fuit in dolo vel lata culpa,& de hoc s. Culpa.§.iiij. ¶ Secundum. Si iudex tenebat̃,& nullo modo voluit ferre sententiam,& inde aliquis suū ius amisit,scdm Ray.tenet̃ iudex, & facit litem suā,id est,tenet̃ ad totā litis æstimationem læso.xxiij.q.ij.dñs.ij.q.v. administratores.in auth. vt differ.iu.§.pe.& idem Gul. ¶ Tertiū. Si aduersam partem iudex nō cōdemnauit in expensis:de suo alteri parti restituere tenet̃.l.sancimus.C.de iud.qđ limitat gl.in c.fi.de rescri.si fuit petitū,aliàs non. ¶ Quartum. Iudex nō terminās sententiā intra certum diem,incidit in pœnam statuti hoc mādantis secundū Pan.in c.licet.de proba.si fuit requisitus:quia non tenetur impendere officium suū ad priuatā vtilitatem,nisi requirat̃: vt l.iij.§.hoc autem.ff.de dam.infec.& ibi Bar. ¶ Quintū. Scdm Ang.xj.q.iij.c.non licet. Non licet iudici vendere iustum iudicium si liceat aduocato vendere iustum patrociniū,& Iurisconsulto iustum consilium. Sententia igitur lata interueniente pecunia,nulla est ipso iure,secundum gl.& sequitur Pan.in d.c.cùm ab omni.j.q.vj.§.venales.C.quādo prouo. non est nec.venales.in tex.& in gl.sententia tñ arbitri tenet, licet agens ex ea repellatur exceptione doli.C.de arbit.l.iij.& in gl.prædicta. Secus si per gratiam datur:quia tunc non est nulla ipso iure,sed datur restitutio:vt in d.l.gl. ¶ Sextum. Secundū Ray. si iudex accepit pecuniā vt malè iudicaret : non solùm punit̃ vt scienter malè iudicans:de quo infrà particula vij.sed dictā pecuniā restituere tenetur,nō ei qui dedit,cū turpiter dederit:sed ei in cuius iniuriā recepit.j.q.j.iubemus.arti.xvij.q.iiij.si quis in atrio,quod verū intellige in foro causarū,nō autē in foro pœnitentiæ,in quo nō succedit obligatio, nisi ad solū interesse:nō ad pœnā nisi successerit sententia iudicialis, scdm gl.xij.q.ij.fraternitas.quod etiam sentit gl.Ray. Si verò eam accepit vt bene iudicaret,secundū eundem restituere tenetur ei qui dedit:qa cùm ex suo officio teneatur gratis iudicare & bñ turpiter accepit.xiiij.q.v.non sanè.& crimen concussionis commisit. Et idem dicit si ex causa aliqua oportebat eum non iudicare,& nihilo minus vt non iudicaret aliquid accepit.j.q.j.iubemus.de simo.nemo. Sed pro his aduerte quòd datum iudici ad eum corrumpendum non debetur danti,nec repetitur.& secundum glossam in c.qui rectè iudicat.xj.q.iij.communiter sic præsumitur. Datū autem vt iustè iudicet aliàs nō iudicaturus,vel vt iniustè non iudicet,debetur danti nec liberatur iudex dando pauperibus : quia dans repetere potest in conscientia,vbi nō stamus præsumptioni,sed veritati.j.q.j.prohibemus.de simo.nemo.xj.q.iij.non licet. Datū verò simpliciter vt iudicet,non repetitur: sed dans amittit, causam principalem.ff.de condi.ob cau.l.ij.§.fin.& facit gl.in d.c.qui rectè quod limita nisi quando aliter nolebat iudicare. quia eo casu repetitur. Vtrum autem huiusmodi sit simonia, infrà Simonia.§.x. ¶ Septimum. Si iudex iniustè iudicauit, si quidem dolosè seu scienter fecit,secundum Ray.tenetur læso præcisè ad omne interesse,nisi posset inducere illū pro quo tulit sententiā ad plenariā satisfactionem. C.de pœna iu.qui ma.l.fi.ij.q.iij.quatuor.& secundum leges multas alias pœnas debet sustinere:& ei pœnitentia imponetur tanquam pro grauissi-

mo crimine.ij.q.iij.quicunque.& secundum Gul.hoc est grauius rapina,quia abutēdo authoritate diuina iniuriatur Deo: & si sit iudex ecclesiasticus ordinarius vel delegatus, & cōtra iustitiam in grauamen alterius partis in iudicio quicquam fecit per gratiam vel sordes,puta pecuniam, suspensus est per annum ab executione officij: & debet condemnari parti ad æstimationem litis:de senten.& re iud.cum æterni,lib.vj. Si verò fecit per ignorātiam,secundum leges tenetur læso, in quantū bonū & æquum videtur religioni iudicātis.ff. de var.& extraor.cog.l.fi.sed in foro animæ tenetur vt in primo casu si fuit in culpa:quia scilicet sciuit vel scire debuit se insufficientem:& tamen causam talē iudicare præsumpsit:si tamē erat delegatus ex necessitate obedientiæ bona fide & de peritorū cōsilio malè iudicauit,non tenetur,secundū Gul.& idē secundū Ray.si deceptus fuit per assessorem, qui cōmuniter sufficiens putabatur. Si autem hoc fecit per negligentiā,quia scilicet cum esset sciens & valens,neglexit studere & videre quod debuit,idem est,secūdum Ray.sicut de ignorāte. Siverò hoc fecit per metum,si quidem erat iustus, & cum accepit officium nō credebat verisimiliter ad hoc venire:nō tenetur ad restitutionem:peccat tamen. Si verò metus non fit iustus: vel cùm accepit officiū de hoc dubitabat vel poterat credere verisimiliter,tenetur ad omne damnū secundū Bal. in l.fi.C. de pœn.iud.qui ma.iud.ij.q.j.in primis. Et tam ipsi quàm alij officiales occidentes malefactores sine sacramentis, quando illa petunt,mortaliter peccant. Cle.j de pœn.& remis.

☙ Rursus de Iudice.ij.quantum ad eius ❧ officium,id est,iudicare.

1 *Citari qui poßint vel non poßint.*
2 *Iudex quibus temporibus iudicare poßit vel non poßit.*
3 *Iudex quo loco iudicare debeat*
4 *Iudex qualiter iudicare debeat.*
5 *Iudex an iuxta allegata & probata iudicet cōtra conscientiā.*
6 *Sententiæ iniquæ executor an peccet.*
7 *Iudex an iudicet secundum statuta loci inter non subditos.*
8 *Sententiam suam an poßit iudex interpretari.*

IVDEX secundò considerandus est quantū ad eius officiū, id est,iudicandi,quod citationem,processum,sententiā, &
1 executionē comprehēdit. ¶ Primò verò quæritur,† qui vo-
cari possint seu citari vt iudicentur? Et dico multa. ¶ Primum. Citari seu vocari in iudiciū multi nō possunt,de quibus ff. de in ius vo.l.ij.& iij.& sunt,consul,præfectus,prætor,magistratus habēs imperiū merum vel mistū,episcopus dum agit sacra,q vxorē ducit,quæ ducitur in vxorē, qui funus familiare prosequitur,qui iuxta mortuū facit obsequia,qui propter religionē loci se mouere nō potest, vt regularis vel inclusa. Alibi etiam ponūtur alij:vt sunt infames & furiosi.ff.de condic.furti.l.ij. qđ intellige per se:secus per tutores & curatores. Et præterea nec seruus dominū,nec libertus patronū in famosis actionibus,nisi venia impetrata in ius vocare potest : de quibus not.ff.de in ius voc.l.ij.& iij.& sequent. ¶ Secundū. Si pupillus vocetur in iudiciū,& nullus eum defendat iudiciū nullum erit.ff.de re iud.l.cōtumacia. ¶ Tertiū. Mulier, inuitè vocari non potest personaliter in iudiciū causa testimonij, vel alia quacunque in iure nō expressa:secus si velint.de iud.mulieres.lib.vj. Vnde si necessarium est earum testimoniū,mittat iudex expensis producentis eas ad tabellionem vel aliam idoneam personam: aut si hoc iure prohibente non potest, personaliter vadat:vel si ire nō deceat,alium mittat:aliter totum erit irritum & inane,vt ibi. ¶ Quartum. Casus autem iure expressi,in quibus vocantur,sunt isti. Primus,in causa criminali.ff.de public.iudic.l.penult.§.ad crimen. Secundus, in ferendo testimonium in causa criminali, quando potest admitti:de quo infrà Testis.§.j. Tertius,quādo est nutrix filiorum si non vult actorem cōstituere. Institut.de cur.§. vltim. ¶ Quintum. Mulieres autē religiosæ præsertim, quæ debēt sub clausura morari, ex quacunq; causa vocari non possunt, etiā si velint intellige personaliter:vt in dicto cap. mulieres. ¶ Sextum. Si cōtra præmissa de facto citentur aliquæ mulieres,totum est irritum ipso iure:vt in d.c.mulieres. & fingens casum vt iudex ad mulierē vadat,pro testimonio,excōmmu-
nicatus est:vt ibidem. ¶ Secundò quæritur,† quo tempore iu- 2
dex debeat vel possit iudicare? Et dico quòd iudicare non potest tēpore feriato:vt suprà Feriæ,& dominica dies. Nec vltima die sui officij.ff.de iurisd.omn.iu.l.cum qui.si tamen indicat,tenet:vt in l.meminisse.ff.de offic.procon. Sed limita primò in ordinario : quia delegatus etiam vltima die iudicat:vt in cap.consuluit.ff.de offic.delegati.& secundū Bartol.in d.l.eum qui.limita post aduentū successoris : quoniā ante licitè iudicat d.l.meminisse. Nec debęt hora nocturna.de offic.deleg.cōsuluit. Si tamē procedat nocte cum lumine cādelę ad litis cōtestationē vel sententiæ prolationē, valet quod agitur quia multa prohibētur,quæ tamen facta tenēt:de regula.ad apostolicā.de iureiurād.quemadmodū.§.quod si post. de quo
not.in auth.de iudicibus.§.sedebūt. ¶ Tertiò quęritur, † quo 3
loco iudex possit aut debeat iudicare? Et dico quòd in loco suæ iurisdictionis,nisi de consensu partium & iudicis territorij.viij.quæst.j. episcopū.cum duobus seq.cap pro quo etiam vide glos. in cap.vt litigantes.de offic.ord.lib.vj. Fallit etiam hoc in episcopo expulso:& in his quæ sunt voluntariæ iurisdictionis,quæ vbique possunt exerceri.ff.de offic. proconsl.l.ij.& cap.nouit.de offic. leg. & ibi gloss. ¶ Quartò quæritur,
† quomodo iudex debeat iudicare? Et dico quòd sedendo : vt 4
not.in dicto §.sedebunt.& secundum allegata & probata, secundum omnes ferè Canonistas:vt refert Archid.post Rayn. licet hoc limitetur, nisi constet de veritate in contrarium. quo casu dic vt infrà.§.sequenti. Et secundum statuta & consuetudines locorum,iuxta dicta suprà, Consuetudo:& dicenda infrà.§.vij. Et quandoq; secundum æquitatē. Pro quo aduerte quod Panorm.in cap.fi.de transact.secundum glos. dicit quod ius semper est præferendū æquitati,& propter ęquitatem non scriptam non debet iudex à iure scripto recedere: quia non debet velle clementior lege videri: vt dicit text. in autent.de iudic. §.oportet. Doctor.autem tria communiter faciunt membra. Nam aut neutrum est scriptum,scilicet nec ius,nec æquitas: & tunc iudex debet seruare æquitatem:vt in d.cap.fin.ad quod adde notabile verbum Innocent.in cap.j. de constit.quod sequitur Bartol.in l.j.C.de litig. quòd in his quæ relinquuntur iudicis arbitrio,semper debet seruare ęquitatem. Aut alterum tantum est scriptum. & illud est seruandum. Aut est scriptum vtrunque:& tunc aut ius est scriptum in genere,& æquitas in specie,vel econtrario : & seruandum est quod in specie reperitur scriptum: quia species generi derogat. Aut ambo sunt scripta generaliter,vel ambo specialiter:& tunc communiter tenetur quòd æquitas sit præferen-
da. ¶ Quintò quæritur,† vtrū dato casu quòd probetur in iu- 5
dicio contra veritatē,puta quia innocens conuincitur,debeat iudex iudicare secundum allegata & probata, aut secundum veritatem,si eam nouit? Et dico quòd si iudex procedat extra iudicium,vt in dandis officijs,& alijs quæ illius arbitrio committuntur : non est dubium quin teneatur propriā conscientiā sequi,& non allegata,& per testes falsos probata.ff.de iurisd.om.iu.l.j.& ij. Et similiter in dispensationibus : vt j.q.vij. exigūt. Et simile si procedat in iudicio,potest absoluere quos scit reos in veritate,sed nō legitimè conuictos. quia iura hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

volūr expreſsē,vt nemo publicet alterius peccatū quod probare non poteſt:vt in cap.ſi ſacerdos.de offic.iud.ord. & in l. illiciteas.§.neque licita.ff.de offic.præſid.& ff.de feri.l. eadem oratio.iuncta gloſ.& cap.ſi tantum epiſcopus.vj.quæſ.ij.&.c. quoties.& cap.Mennam.ij.q.v.abſoluitur infamatus: ex quo probādo defecerunt accuſatores.Si verò procedat in iudicio, an poſsit condemnare eum, quem ſcit innocentem legitimè convictum:ſunt opiniones duæ ſolennes. ¶Prima eſt antiquorum Theologorum & Canoniſtarum dicētium quòd iudex talem poteſt condēnare ſine peccato cōcurrētibus duobus.Primò quòd iudex ſit talis,& in tali caſu q̄ tenetur de iure fori cauſarum iuſtitiam exhibere tunc, ita quòd neceſſariò incumbat ei abſolutio vel condemnatio.Secundò, quòd nulla occaſione aut viā,puta cedendo officio,vel remittēdo ad ſuperiores,vel diligentius perquirendo veritatem poſsit eum liberare de iure.Et probatur iſta opinio.ff.de offic.præſid.l.illiciteas.§.veritas.& iij.quæſt.vij.iudicet.xj.q.iij.ſummopere.vj.quæſt.ij.ſi tantum.& cap.placuit.¶Quam quidē opinionem qui ſequuntur,tres diſtinctiones mente gerunt, per quas ſoluunt omnia quæ adducuntur in contrarium. Prima. Dupliciter quis eſt innocens:ſcilicet de facto,ſi crimen inveritate nō admiſit:& de iure,quia ſcilicet crimen illum admiſſe iuridicē nō probatur:& ſimiliter dupliciter dicitur quis nocens vel reus,ſcilicet de iure,quia ſcilicet iuridicē conuincitur crimen admiſiſſe:& de facto,quia ſcilicet crimē in veritate admitit.Et ſic innocens de iure poteſt eſſe reus de facto, & ecōtrario:& reus de iure poteſt eſſe innocēs de facto,& ecōtra.¶Secunda.Duplex eſt veritas,ſcilicet veritas facti ſiue rei &veritas iuris ſiue præſumptionis:& ſic de factovera, aliquando ſunt falſa præſumptione iuris,& ecōtrario.¶Tertia. Duplex eſt conſcientia iudicis,ſicut & duplex ſciētia.vna ſcilicet inquantum eſt priuata perſona quæ ſcit aliquid ſicut in facto accidit.alia inquantum eſt perſona publica quę ſcit aliquid ſicut in iudicio probatur.Iſtā opinionē quidā ſequuntur ſimpliciter quantum ad omnes cauſas tam criminales quam ciuiles.¶Et hæc opinio eſt Pet.Ray.in Sum.Io.iij.q.vij.iudicet.vbi multa allegantur.& Archid.ibidem & Bart.ac Hoſt. de offic.ord.c.j.& Innoc.de cenſib.venerabilis.dicētis quòd epiſcopus in ordine iudiciario debet ſecundum allegata potius,quàm ſecundū veritatē iudicare:allegans prædicta iura: addēs quia perſonæ publicæ non eſt iudicare deprobatis.vj. quæſt.j.ſi omnia & gloſ.in c.paſtoralis.de offic.deleg.§.quia verò.& in c.j.de offic.ord.& glo.& Bar.in l.illicitas.§.veritas. ff.de of.præſi.& do.Car. vt refert Panor.in d.c.paſtoralis.& etiam Ioann.Andr.qui ſentit hoc non eſſe illlicitum,niſi ratione conſcientiæ,contra quam nullus vnquam iudicare vel aliquid facere poteſt ſine peccato, etiam ſi de ſe ſit licitū,vt ſuprà dictum eſt Conſcientia.Vnde in addit.ad Speculū in tit. de allegat.& di.dic quòd poteſt quis triplicem ſcientiam habere,ſcilicet vt Deus,ſicut ſacerdos per confeſſionem: vt iudex,qa ſcilicet cōſtat ei per acta publica:&vt priuatus.Igitur ſi iudex habeat conſcientiam cōtra acta publica, ſecundum illam procedere non debet: quia illam ſcientiam non habet vt iudex,ſed vt priuatus: & ipſe habet iudicare vt iudex: ſed debet laborare ad inquirendam & habendam veritatem: & ſi non poteſt,inſtetvt alleuietur ab onere iudicandi:& ſi non poteſt,informet conſcientiam ſecundum illam diſtinctionem,vt ſcilicet non curet de ſcientia quam habet vt priuatus & ſi non poteſt,non pronuntiet, ſed ſuperſedeat, & ferat patienter ſi ſuperior eum de hoc puniat quòd non vult iudicare.ad quod cap.literat.& cap.inquiſitioni.de ſentētia excommunicationis. non tamen debet propter conſcientiam pronuntiare cōtra acta publica,nec abſtinere ab officio iudicandi:alioquin tenendo contrarium,ius totum poſitiuum confunderetur,hæc ex illo qui intendit quòd conſcientiam ad hoc non liget,cum ſit erronea, niſi eo caſu quo deponi non poteſt:quia tunc dixit ſuperſedendum.Et ſecundum opinionem iſtorum loquutus eſt Sanctus Thom.ſecunda ſecundæ, quæſt.lxvij.art.ij. dicēs quòd iudex in iudicando magis debet ſequi legitima documenta per inſtrumenta & teſtes & huiuſmodi,quàm id quod ipſe nouit tanquam priuata perſona: tamen ex priuata cognitione iuuari poteſt vt diſtrictius diſcutiat probationes inductas,vt poſsit earum defectum inueſtigare:quas ſi nō poteſt de iure repellere,debet eas in iudicando ſequi.Et quæſt.lxiiij.artic.vj.ad tertium, dicit quòd ſi iudex non poteſt inuenire occaſionem liberandi convictum,vt occidatur,quem ipſe ſcit innocētem,debet eum remittere ad ſuperiorem.Si autem hoc non poteſt, nōn peccat ſecundum allegata ferens ſententiam:quia ipſe non occidit eum ſed illi qui aſſerunt eum nocentē.hæc ille.quem cōmuniter ſequuntur prædicatores.& ſecundum Arch.iſta opinio cōmunis tenetur.Et ſi objiciatur quod pilatus non peccaſſet occidendo Chriſtum,negatur:quia non habuit teſtimonia conuenientia ſecundum Euangeliſtas,& examinatis accuſationibus iudeorum ipſemet dixit quòd nihil dignum morte inueuit in eo:& poterat remittere ad ſuperiorem. ¶Ex quibus patet quòd iſta opinio intelligitur concurrentibus duobus de quibus dictum eſt:& tenet etiam in cauſis criminalibus. ¶Alia verò eſt opinio,quòd nullo modo debet iudicare contra veritatem, ſed debet omni modo & via eum liberare de iure ſi poteſt, & ſi non poteſt,eum abſoluat,aut ceſſet à iudicādo. Quam quidem opinionem qui ſequuntur,vnam diſtinctionē mente gerunt,ſcilicet quòd probata dicuntur aliqua dupliciter,ſcilicet verè & falſe.& primo modo iudicandum eſt ſecūdum probata.ſecundo.Et hæc opinio videtur originaliter eſſe Hug. quam quidam ſequuntur ſimpliciter,non ſolùm in criminalibus:ſed etiam in ciuilibus.& hæc opinio eſt opin. Sum. Aug. dicentis in omnibus eſſe mortale iudicare contra veritatem. Sed iſta opin.ſtare non poteſt quātum ad cauſas pecuniarias: quia eſt contra gloſ.in d.c.paſtoralis.& Innocent.ibi,& omnes penè doct.qui licet loquantur de executione iniuſtæ ſententiæ ad dirimendum lites,tamen idem eſt de eius prolatione eadē ratione:eſt etiā ſpecialiter contra doct.ordinis ſui puta Sum. Roſ.& Supple.vt patebit ſtatim,& contra Richard.in quolib. iij.quæſtion.xxv. ¶Ex his duabus conſtatur tertia media aliquorum tenentium partim cum prima, partim cum ſecunda.Nam Ang.& Imol.in l.à diuo Pio.ff.de re iudic.tenere videtur cum prima in ciuilibus, & cum ſecunda in criminalibus.quod Sum.Roſel.ſequitur, & Supple. limitanc in criminalibus vbi venit imponenda pœna corporalis.& idem gloſſ. Ray. dicens quòd debet potius iudex omnia mala tolerare, quàm condemnare talem ad mortem aut mutilationē,etiam ad præceptum ſuperioris:vel exponere condemnandū. quod Sum.Roſel.videtur intelligere de malis perſonalibus, dicens quòd potius debet magis pati puniri pœna pecuniaria,quàm in mortem hominis conſentire,ſaltem ſecūdum Canoniſtas: ſed ſi veniret iudex puniendus perſonaliter,potius debet condemnare,& condemnationē exequi,quàm hoc pati:quia prima charitas incipit à ſeipſo. ¶Sed iſta probatio nō eſt bona: quia licet prius debeā perſonā meā defendere quàm proximi: & ſic illum occidere,ne ipſe me occidat:nō tamen licet mihi occidere aliquem, ne occidar à tertio: quia non licet priuato occidere,niſi ſe defendendo, vt patet ex dictis ſuprà Homicidium.j.Vnde potius debeo mori quàm occidere,niſi defendendo me ab iniuſore.Hoſt.in d.c. paſtoralis. diſtinguit: quia ſi iudex habet conſcientiam indubitatam, qua ſibi cla-

re conſtet de contrario eius quod probatum eſt: nec contra eam pronuntiare debet,nec eam deponere:ſed inſtare vt exoneretur:quod ſi non poſſet,appellet ad ſuperiorem.ſiverò nō habet indubitatam, deponat eam ſi poteſt:& ſi nō poteſt, nō debet cōtra eam iudicare,etiā ſi ſit erronea:per c.per tuas.de ſimo.&.c.literas.de re.ſpo.hæc ex illo,vt recitat Pan. ſed inſufficienter:quia ſi nihil agere poſsit apud ſuperiorem, non docet quid agendū.Vnde Io.And.qui in eo.c.paſtoralis.ſimpliciter cùm illo tranſire videbat, remiſit ſe ad ea quæ dixit ad Spe.quę ē.recitata ſunt Cal.etiāvt recitat Pan.in d.c.paſtoralis.diſtinguit,quia cōſcientiā cōtra acta per argumenta ſeu ia debet deponere,& ſecundū acta iudicare.ad quòd d.c.inquiſitioni.quod ſi nō poteſt,nullo modo iudicet cōtra eam d. c.per tuas.conſcientiāverò indubitatā nullo modo debet deponere.ſed ſubdiſtinguendū eſt.Nā ſi illa cōſcientia eſt contra reum: vt quia Titiū accuſatū de homicidio,ſcit illud admiſiſſe,ſed teſtes non probāt:tunc nō debet eū pronuntiare innocentem contra conſcientiam,nec cōdemnare ſecundum conſcientiam,ſed eum abſoluere ſecundum acta:quia nō habet iudicare ſecundum conſcientiam quam habet vt priuatus:&ſic non facit contra conſcientiā.Siverò illa conſcientia eſt pro reo:puta quia teſtes probant de homicidio,& ipſe ſcit quòd illud non admiſit:tunc nō debet eum cōdemnare, nec cauſam delegare,nec remittere ad ſuperiorem,ſi vehementer ſuſpicatur quòd ex remiſsione damnaretur:ſed debet ſuperſedere,niſi creda. quòd ſucceſſor eū damnabit:quo caſu debet eum abſoluere ſecundū cōſcientiā ſuam:quia vt iudex informari non poteſt:quia ex quo habet certam ſcientiamvt homo,contrariam nō poteſt recipere vt iudex.hæc ille.quaſi dicat quòd ſcientiæ contrariæ in eodem ſubiecto concurrere non poſſunt.Sed contra,quia licet bene dicat in primo& ſecundo membro:in tertio tamen deficit in duobus. Primò in ſuo fundamento principali,quòd ſcientiæ contrariæ ſimul non poſſunt eſſe in eodem:quod eſt verū in ſcientijs propriè dictis:ſecus ſi vna ſit ſcientia propriè, aliæ præſumptiuæ:vt ea quæ eſt iuris,vt quiſq. in ſe experitur.Secundò,quiavt objicit Pan.ſi iudex cōtra acta poſſet abſoluere reū, id eſt, accuſatum,licet innocentem:hoc eſſet cōfundere totum ius poſitiuum,& dare iudici materiam calumniandi.Non enim debet credi iudici dicenti ſe habere ſcientiam alicuius facti in alterius præiudicium:vt vj.q.ij.ſi tantū.&.c.placuit.c.quoniam cōtra.de proba.Pan.autem in d.c.paſtoralis. approbat diſtinctionem Cal.in hoc tantū ab eo diſſentiens,quòd dicit iudicem nō debere abſoluere reū cōtra acta.Sed cōtra:quia ſi nō debet abſoluere:ergo ſi neceſsitatur ad iudicandū, cogetur illū cōdemnare contra conſcientiā. Nec valet dicere quòd in tali caſu nunquā cogi poteſt iudicare ab aliquo homine:cùm ſit contra illud præceptum Dei ſuperioris.Innocentem & iuſtum non occides. Exo.xx ij.quia hoc eſſe contra præceptū Dei,non eſt certum,ſed probabile eſt quòd nō cùm hoc dicant plures & peritiores ac ſolenniores doctores ex diffinitione probabilis. j.Ethi.vel ſaltem eſt dubiū. In dubijs autem quiſq; tenetur obedire ſuperiori, ſecūdum omēs: vt j.Obedientia.Et paret ratiōe:quia ſi quis ſit dubius de præcepto Dei,&certus de præcepto ſuperioris,quod etiā eſt Dei eligere debet certū:alioquin etiā in ciuilibus nō hoc eſſet licitum:quia ſicut eſt cōtra præceptū Dei quòd nullus occidatur,ita etiā & quòd nullus furetur vel auferat cōtra iuſtitiā bona alterius.Et ideo ſimpliciter tenenda eſt prima opinio cōcurrentibus illis duobus;licet hoc ſit penè impoſsibile.Q.d paret primò auctoritate d.l.illicita.§.veritas.ff.de of. præſid. vbi dicitur quòd veritas rerū errorib.geſtorum nōvitiatur:& ideo præſes prouinciæ id ſequatur quod conuenit eum ſequi ex fide eorum quæ probantur.Nec valet gloſſare vt gloſſat Cal.& Pan.quòd intelligitur de probationibus veris:quia oppoſitum intellexit ibi gl.ordinaria,& Barto. & communiter Legiſtæ:ſimiliter gl.in l.eadem.ff.de fer. & bene quia aliter intelligendo,ſemper iudex pecunia corruptus poſſet calumniari, & reum abſoluere,dicendo ſe habere notitiam facti, ſecundum authoritatem doc.prædictorum, maximè Sancti Thomæ,cuius doctrina nihil cōtinet notabile cōtra mores aut fidem,cùm ſit per eccleſiā probata,maximè quia in prædictis cauſiſsimè inceſsit,ſemp oratiōe præmiſſa: adeo vt in hmōi dubijs,vbi opus erat,certificaret per reuelationē, ſicut patet q̄ Petrus & Paulus expoſuerūt illi textū dubiū Iſaiæ, & Chriſtus qōem de ſacramento:qui & tandē eius doctrinā, maximè quantū ſpectabat ad Chriſtū,id eſt, quātū ad fidem &mores probauit dicens,bñ ſcripſiſti de me Thoma, Tertiò patet ex ratione:quia in dubijs obediendū eſt,vt dictū eſt.Vñ qui iuxta hæc poteſt cōſcientiā ſuā formare,iudicet ſecām ꝑ bara:qui verò nō poteſt eā formare,nō iudicet:quia licet peccet ſiue iudicet cōtra conſcientiā, ſiue nō iudicet cōtra ſuperioris obedientiā:tñ primū eſt grauius, cùm ſit cōtra præceptum Dei immediatē:ſecām verò cōtra præceptum hominis. ¶Sextò quæritꝫ,†vtrū peccet miniſter executor iniuſtæ ſententiæ?Et dicit Guli.ſimpliciter & indiſtinctē quòd ſic.Sed iſta reſpōſiovenit ex falſa opinione ſuperiore §.donata,q̄ nō ſit cōtra ſcientiā priuatā ſecām publicas atteſtatiōes iudicandum:& ideo dico ſecām S.Tho.ij.ij.q.lxiiij.& Alex.de Ales in iij.parte.& Rich.in quoli.iij.q.xxv.quòd peccat ſi ſententia cōtinet intolerabilem errorem,aut manifeſtā iniuſtitiā nec debet obedire:aliter excuſarentur carnifices martyrū occiſores.Si verò nō continet manifeſtam iniuſtitiam, non peccat: quia ſuperioris ſententiā diſcutere nō debet:nec ipſe occidit, ſed iudex.Quod quidem dictum Sum. Ang. limitat quando non eſt certus de innocentia cōdemnati: quia in dubio excuſatur:ſed ſi ſit certus,peccat mortaliter.Sed iſta limitatio,ꝑcedit ex alio falſo,ſcilicet quòd peccet etiā iudex eo caſu iudicans ſecundum probata.de quo in ſuperiori §.Ray. autem dicit q̄ exequi debet,ſi dubitat de innocentia:quia excuſatur propter obedientiæ bonū.ij.q.ij.quid ergo. & xxiij.q.j.quid culpat.nō aūt ſi eā pro certo nouit. Sed iſta debent intelligi de innocentia in ordine ad iudicem,vt ſcilicet exequi debeat ſi dubitat eū innocentem, id eſt, iniuſtē dānatū, nō aūt ſi de hoc ſit certus:quia ſi,ſecundū eum,iuſtē iudex damnat innocentem conuictū,quando tenetur obedire ſuperiori,nec poteſt aliter eum iuuare:eadem ratione & miniſter tenetur exequi,quādo tenetur obedire iudici, nec poteſt abſolutionem ab exequutione obtinere. ¶Septimò quæritur,†vtrum iudex teneatur iudicare ſecundum ſtatuta vel conſuetudines loci inter eos,quorumvnus eſt ſibi ſubditus, & non alter?Et dicit Pan.in c.clericis.de fo.com.quod aut ſtatutum concernit ſolennitatem actus exhibendi tempore contractus:& tunc ſiue ſit ſtatutū laici ſiue clerici,non valebit actus, niſi ſolennitas illa fuerit obſeruata:quia ſubditus contrahere non potuit etiam cum non ſubdito ſpreta lege ſui ſuperioris, imò peccauit.de maiori.& obed.c.ij.&.c.requiſiſti.de reſta.& nulla fuit contracta obligatio lege ſibi reſiſtente & inhabilitante conſenſum ſumm.l.cum lex.ff.de fideinf.&quod no.in c.ſi diligenti.de fo. comp.& in cap.cùm contingat.de iureiur. & ſic non tenuit contractus, cùm debeat eſſe vtriuſque obligatorius. l.Labeo.ff.de verb.ſign.ſicut videmus quòd donatio facta etiam non ſubdito vltra quingentos aureos ſine inſinuatione non valet.l.ſancimus.C de don. Et ideo iudicabit ſecundum hoc ſtatutum in vtroque foro inter clericum & laicum.& facit quod determinat Fede.conſil.lxxvij.quòd ceſsio actionis

Universidad de Deusto
Biblioteca

contra plebeium facta nobili ab ecclesia non valet, ex quo statuto prohibetur ne nobilis eam possit recipere. Ratio, quia statutum disponit in casu licito & inter subditos, & non in fraudem libertatis ecclesiasticæ. Ex quo patet ꝙ laicus tenetur in testādo seruare omnes solennitates tuæ legis: aliàs non valebit quantūcunq; instituat clericū, nisi hoc fecerit pro anima sua: quia in talibus sufficit seruare dispositionem iuris gentiū. c. relatū. el j. de testa. & l. j. C. de sacrosan. eccl. Aut statutū cōcernit rem exemplū, statuto cauet ne res dotalis sine certa solennitate possit alienari: & nō valeat alienatio ipsa nō seruata, eciā facta clerico: per qd nō dico quòd statutū laicorum liget clericū. sed tātum subditū, & impedit obligationē oriri. l. non dubiū. C. de legibus. ideoq; si clericus vult illum obligare, faciat illū seruare seruanda. Aut statutū cōcernit personā: pura quòd debeat aliquid facere post cōtractū perfectum: vt apprehendere possessionem intra certū tempus, aut probare per tot testes, &hmōi: & tunc clericus non arctatur probare per tot testes, &hmōi: & nec laicus arctatur respectu statuti laici, eriā litigans in foro seculari: nec laicus respectu statuti episcopalis ipsius clerici nec forensis. qd limita verum quando aliquid est explicandū per partes extra iudicium: quia debet iudex ecclesiasticus eta litigantes secundum suam legem iudicare. & facit quod no. in l. ij. C. de consti. pecu. Secus vbi aliquid est explicandū in iudicio: quia non potest iudex ecclesiasticus arctari statuto laicorū. vnde si eorum statuto cauetur quòd nō possit probari mutuū per testes: si laicus litigat: contra clericum in foro ecclesiastico, nō astringitur laicus illi statuto. & facit quod no. in c. ij. de ar bit. lib. vj. & no. per Bar. in l. cunctos populos. C. de sum. Tri. vbi dicit quòd eriā si tale statutum cocernens personam iudi rectè tāgit bona: quòd nō ligantur. Exemplū: Statuto cauetur quòd primogenitus succedat. Certè forensis non ligatur, etiam si habeat ibi bona. Secus si principaliter concerneret bona: vt si diceret quòd bona deferantur ad primogenitū. Facit l. j. ff. de tut. & cur. da. vbi licet præses prouinciæ possit dare tutorem, non tamen eum qui non est eiusdem prouinciæ, vel habet ibi domicilium. Et sic fuit disputatum per dominū Lan. in q̄o facti. Statuto cauetur Mutinæ quòd si res ab aliquo possessa euincatur, non teneatur possessor eam restituere, nisi dato sibi pretio quo emit. Bononiensis litigat Mutinę contra Mutinensem, & sententia obtinet. Nūquid dabit sibi pretium? Certè nō: quia illud statutū non porrigit vires ad forenses, licet ibi litigent. Facit ad hoc quod no. Per. de Anch. in c. canonum. de constit. Ex quo infert. Pan. vbi ī. quòd quamuis statuto caueatur quòd vsurarius non teneatur restituere pignus, etiam si probet quis se esse dominum, nisi restituto pretio, pro quo est impignoratum: quòd nō extenditur ad rem clericivel forensis impignorata domino insciō: quia si res est clerici, non subijcitur iurisdictioni laicorum: de vi. & ho. cle. c. fi. in cle. Si verò sit laici extranei, & ibi est delata fiurtiuè, non potest dici de iurisdictione statuentis: sicut dicimus de re mobili quæ non est permansura in loco: vt no. in c. fi. de fo. com. & facit lex, hæres absens. §. nūquid. ff. de iudi. Aut statutū dat modum decidendi causam: & tunc si præfigit legem iudici, iudex tenetur, & sub eo potest allegari. Exemplū: statuto cauetur vt index sequatur libros mercatorum: & tunc in foro seculari facit fidem in præiudicium subditorum, non autem clericorum vel extraneorū. Si tamen vult recipere librū pro se vigore statutorū, tenetur recipere eōtra se, ar. c. cūm olim. de censi. cum ibi not. Si verò non præfigit legem iudici, sed loquitur generaliter, adhibeatur fides libris mercatorum: tunc vbique potest allegari contra subditum statuentis: nisi in casu quando non vult suscipere contra se. Secundū autem quam consuetudinem fit iudicandum, vide suprà, Consiteru-

do. §. x. & xx. ¶ Octauò quæritur, † quid iura velint circa sen- 8
tentias iudicum interpretandas? Et dico multa infra tractanda in titulo Sententia. de sententia ipsa in se: in ordine autem ad iudicem nunc dico sic: Si lata sententia dubium circa eam nouiter oriatur, vtrum possit eam iudex interpretari. glo. in cap. primo. de postu. præla. arguit quòd sic. sed Panor. in d. c. j. & in c. ex parte. el ij. de verb. sign. post Bart. & glo. in l. ab executore. ff. de appel. dicit quòd non potest, si est delegatus. per c. in literis. de offi. del. similiter non potest, si est ordinarius & inferior: vt in d. l. ab executore. vbi tex. not. maiores autem iudices possunt, vt videtur text. in eadem l. sed ita debet interpretari, vt non corrigat vel mutet, sed tantum declaret. Arbiter autem videtur hoc non posse: per tex. in c. cùm olim. de arbit. & ibi Pan. Et prædicta faciunt ad quæstionem an statutarij deputati à populo, sua possint interpretari statuta, si dubitatio suboriatur. & Io. And. in d. c. ex parte. & Bar. & communiter Legistæ in l. omnes populi. ff. de iustit. & iure communiter concludunt quòd non, ex quo functi sunt officio suo, secundum Pan. in d. c. ex parte. Nec obstat si dicatur eius esse interpretari, cuius & condere: quia isti non videntur statuta in veritate condidisse, sed populus: quia is dicitur facere, cuius authoritate fit. de præscript. si diligenti. & ideo ad populum, seu ad generale concilium recurrendum est. Quod intellige qñ interpretatio est valde dubia: quia si esset clara & iuri consona, iudex coram quo vertitur quæstio, posset interpretari statutum: sicut dicimus in lege communis & principum priuilegijs: vt no. Inno. in c. cùm speciali. de app. & facit l. vnica. C. de professo. qui in vt. Constan. libr. xij. vbi datur inferioribus & Doctoribus potestas interpretandi. Adde tamen quod no. Lud. de R. o. in suis singularibus. per l. Paulus. la prima de re iudi. quòd iudex potest eadem die post sententiam latam supplere accessoria: & idem in arbitro per glos. singularem in l. quia arbiter & si errauerit. ff. de arbit.

De Iudicio.

1 *Iudicium quot modis dicatur.*
2 *Iudicium & arbitrium qualiter differant.*
3 *Iudicium quotuplex sit.*
4 *Iudicium extraordinarium multiplex.*
5 *Iudicium tribus modis redditur iustum.*
6 *Iudicium quot modis redditur nullum.*
7 *Iudicium vbi incipit, & quot modis finitur.*

IVDICIVM secundum Sanctum Tho. ij. ij. q. lx. secundum propriam impositionem significat rectam determinationem iustorum. & est actus iudicis inquantum est iudex, id est, ius dicens. sed pòst ampliatum est nomen eius ad significandum omnem rectam determinationem speculati- 1
uam aut practicam. ¶ † Et ideo sumitur iudicium primò pro sententia iudicis. ff. de re iudi. l. j. & secundò pro casu forensi, qui scilicet venit ex iudicio Dei, vt patet ex consuetudine loquentium. tertiò pro actione, qua ad iudicium tenditur, vt iudicium fami. ercis. ff. de iud. lege, in familiæ. quartò pro pœna quæ ex sententia infligitur. diuitu. 50. expurgabat. quintò pro vsu rationis quo iudicatur: sicut dicimus in pueris non esse iudicium. & facit Iustitur. quibus non est per. facere testamentum. §. præterea. sextò pro instantia vel ordinatione cauſæ discutiendæ in iure coram iudice: quomodo sumitur in lege, properandum. §. primo. C. de iudi. & ff. eod. lege. proponebatur. Et isto modo hic de iudicio intendimus principaliter: & est actus legitimus duarum personarum, scilicet actoris & rei super eadem quæstione, sub eodem iudice contractus, de verborum significat. forus. in glo. Et sic adiuncto iudice tres personæ concurrunt. Vnde & ab aliquibus dicitur actus trium

trium personarum, scilicet verè vel fictè: quia aliquando fama locum tenet actoris. vel secundum Card. & redit in idem est inuestigatio, quam secundum ordinē iuris facit iudex per varios modos ad veritatem eliciendam & custodiendam. xxx.
2 q. v. iudicantem. ¶ Primò verò quæritur, † quomodo iudicū se habeat ad arbitrium? Et dico secundum Gof. ꝙ arbitrium & iudicium eodem modo possunt diffiniri: excepto quòd iudicium est de causa ciuili & criminali: arbitrium verò de ciuili tantùm. & iudicium necessariò, arbitrium verò voluntariè subimus. ¶ Pro quo sciendū est quòd secundum Azo. arbitrium est actus certarum personarum exequentium compromissum: limita super ciuili quæstione. Vnde secundum alios
3 est actus trium personarū, super ciuili quæstione, quasi in iudicio contendentium. ¶ Secundò quæritur, † quotuplex est iudicium? Et dico quòd duplex principaliter, scilicet ordinarium, id est quod fit coram ordinario ordinariè: & extraordi-
4 nariū, quod fit dicitur. † Primò si fit coram delegato: vt not. Bern. Inno. & Host. in c. quoniam contra. de prob. & ibi gl. Et secundò, quādo nō procedit in figura iudicij, sed ex iudicis officio per modum inquisitionis vel denuntiationis: de accus. super his. & c. qualiter. el ij. Et tertiò in causis electiōis, postulationis, aut prouisionis. super dignitatibus, personatibus, officijs. canonicatibus, præbendis, seu quibuscunq; alijs beneficijs ecclesiasticis, aut super decimis, matrimonijs, & vsuris: in quibus procedendū est simpliciter & de plano, de quibus not. in c. olim de accus. per Inn. & Host. & in c. statuta. de hæret. lib. vj. & Io. Mo. & Io. And. pro quo etiā videtur tex. incta gl. in c. quoniā contra. de probat. ¶ Et quartò. dici potest extraordinariū, quādo iudex ecclesiasticus cognoscit de tēporalibus rebus laicorū ratione peccati annexi: de iudi. nouit. Quædā etiā iudicia dicūtur capitalia, quibus scilicet caput eximitur à ciuitate, morte, vel exilio. Iusti. de publ. iudi. §. publicorū. Quædā publica, quæ sunt de publicis causis, quasi populica: quia cuilibet de populo cōmissa est executio, vt in crimine l. ręæ maiestatis, in quo omnes de populo possunt accusare. quandoq; etiā publica dicūtur à crimine: de quibus Iustit. vbi ī. in prin. Quædāverò dicūtur priuata, quæ ciuiliter pertractātur. Et di citur iudicium ciuile quādo finis tendit ad commodū partis: criminale verò quando ad commodū Reipublicę, siue pœna sit corporalis, siue pecuniaria. glos. not. in l. prætor. ff. de sepulchr. & huc opinio Innocen. in c. qualiter & quando. el ij. de accu. vide etiam ī. Causa §. v. ¶ Tertiò quæritur, † quot modis 5
iudicium redditur illicitum? Et dico quòd tribus: primò quādo deest iudici authoritas super reo vel causa: & dicitur iudicium vsurpatum. quod prohibetur de pœnit. dist. vj. §. fin. vj. quæst. ij. scriptum. & hoc est mortale iure naturali. Secundò quando iudex habens authoritatem, iniustè procedit amore, odio, vel alia passione: & dicitur iudicium iniustum, quod prohibetur. xj. quæstion. iij quicunq;. & est similiter mortale. Tertiò quādo iudex habens authoritatem, & secundum iura procedens, vel quicunque alius extra iudicium, ex leuibus signis aliquem condemnat, siue ex suspicionibus: & dicitur iudicium temerarium: quod prohibetur ij. quæst. j. primò semper. Vbi glos. distinguit triplicem suspicionem, scilicet violentam: vt si reperitur suspectus cum suspecta, nudus cum nuda in eodem lecto: & hæc inducit condemnationem, tanquā sufficienter probatum. sit. xxxij. q. j. dicit dominus. & probabile: vt cùm oritur infamia de aliquo, etiam apud graues personas. & hæc licet non faciat probationem, inducit tamen purgationem, quam potest prælatus exigere. ij. q. iiij. presbyter. & temerariā: vt cum oritur ex leuibus indicijs, puta ex loquutione leuiū personarum. Et hęc habet multos gradus, secundū S. Tho. secunda secundæ, q. lx. Primus cùm quis ex leuibus & insufficientibus signis dubitat de bonitate vel malitia alicuius & hoc est leue & veniale peccatum. Secundus cùm pro certo malitia creditur: & hoc in re notabili est mortale, quia proximus contemnitur, scilicet iniustè & notabiliter. Tertius cùm procedit ex eris ad sententiandum secūdum talia signa: & hoc similiter est mortale. ¶ Quartò quæritur, † quot 6
modis iudicium redditur nullum? Et dico quòd multis. Primò ratione iudicis incompetentis: puta quia non habet potestatem super eum quē iudicat: vt de iudic. c. at si clerici. cum suis concor. Secundò ratione personæ agentis: puta quia est minor, & agit sine authoritate curatorum. C. de iudic. l. properandum. & C. qui. legiti person. in iudic. habeant. l. j. similiter quia est seruus, vel monachus aut excōmunicatus, & huiusmodi quia similes agere non possunt, nisi in casibus expressis à iure. Tertiò, ex defectu rei: puta quia sub tali iudice tractari non potest: sicut ius patronatus sub laico. de iudic. quāto. vel res ecclesiastica. de iudic. decernimus. ¶ Quintò quæriꝰ, † vbi 7
incipit, & quot modis iudicium finitur? Et dico quòd incipit in litis contestatione: & hoc respectu causæ. C. eod. l. j. non autem respectu aliorum actuum iudicialium: vt sunt examinario partium, & confessio, &c. finitur verò secundum Gofr. quatuor modis. Primò, tempore: vt causæ criminales biennio. C. vt intra cer. tem. cau. crim. ter. per totū cęteraverò triennio. C. de iud. l. properandū. Secūdò, sententia: quia iudicium finem accipit ex re iudicata: vt in cap. iudiciū. de re iudic. Tertiò, prohibitione: & quartò, status mutatione: quia iudicium soluitur vetante eo qui iudicare iussit. vel qui maius Imperiū in eadem iurisdictione habet: vel si ipse iudex eiusdem Imperij esse cœperit, cuius est ipse qui iussit. ff. eod. l. iudicium.

De Iuratione & Iuramento primò in se, quid, & quotuplex sit.

1 *Iuramentum quid.*
2 *Iurandi varij modi.*
3 *Iuramentum quotuplex sit.*
4 *Iuramentum an sit, dicere, in veritate ita est.*
5 *Iuramentum an fiat per creaturas non sactas.*
6 *Iurandi formulæ in & per.*
7 *Iuramentum an dicatur omnis fidei præstatio.*

IVRARE secundum Sanct. Tho. ij. ij. quæst. lxxxix. est Deū testem inuocare: vnde est actus latriæ, dicente Hieronymo super Math. quòd qui iurat, aut veneratur. aut diligit eum per quē iurat. Iuramentum secūdum Got. & Host. & Archid. vt refert ac sequitur Sum. Ang. est assertio & negatio de aliquo licito possibili & honesto sacræ rei attestatione firmata. Sed hoc non bene dicitur: quia secundum hoc nullus posset male iurare. secūdum Ray. verò, vt refert & sequitur Supple. iuramentum est affirmatio de aliquo, sacræ rei attestatione firmata. Sed neq; hoc sufficienter dicitur: quia non solùm asserens, sed etiam negans aliquādo iurat. Et ideo secūdum Archid. & est mens Sancti Thom. † iuramentum est affirmatio 1
vel negatio de aliquo facto vel fiendo, sacræ rei attestatione firmata. ¶ Pro quo nota primò quòd hic affirmatio & negatio sumitur non solùm formaliter. id est, oratio prolata: sed etiam virtualiter: sicut cùm aliquo dicēte alicui, jura ita esse: & ille tangit librum nihil dicens: ille tactus habetur pro iuramento & loquutione iuratoria. ¶ Nota secundò quòd ista sacra res, per quam iuratur, est Deus, aut aliquid Dei, inquantum est Dei, cum iurare sit Deū testem inuocare: vnde per creaturas iuramus, non secundum se sumptas sed inquantū manifestatur in eis veritas diuina. Vnde cùm iuramus per fidem, per Euangelia, vel sanctos, intelligitur iuramentū esse per Deum, cuius veritas continetur in fide & Euangelio, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

per sanctos est prædicata. ¶ Primò verò quæritur, †quot modis iuratur? Et dico quòd duobus in genere. Primò simplici verbo: vt dicendo, per Deum ita est. nec est necesse secũdum Panorm. in cap. & si Christus. de iureiuran, quòd dicatur, iuro. Secundò interueniente aliqua sacra re: vt cum iuratur in manu episcopi vel super Euãgelijs aut cruce, vel huiusmodi. Primum sic multis modis, de quibus certa regula dari nõ potest: sicut in lege veteri iurabant dicendo, viuit Dominus: viuit anima mea: hoc addat mihi dominus, & huiusmodi. j. Regum xxij. & in primitiua ecclesia dicẽdo, testis est mihi Deus: Deam testem inuoco, veritatem dico in Christo, nõ mẽtior: testis est mihi cõscientia. xxij. quæst. j. si peccatum. & sic, Deus te adiuuet. xxxv. quæst. vj. de parentela. Similiter & secũdum vt per Euangeliũ Christi, per corpus, per crucem Christi: per sacramentum, vel ordinem sacrum, aut sanctos: vt no. in cap. si aliqua. xxij. quæst. j. Vnde Ioan. And. dicit in ele. quòd iuramentum ex iuris ordine factum multipliciter fit. Quædam enim iura dicunt simpliciter debere iurari: quædam corporaliter: quædam super sancta Dei Euangelia: quædam addũt ipsorum tactũ. j. quæst. vij. quoties. Apud Italicos interpretatur cõsuetudo, quòd sufficit quemlibet librum, vel quamlibet scripturam tãgere: quod satis puto procedere vbi etiam de iuramento corporali exprimitur. non sic autem vbi de tactu Euangeliorum ponitur: vt in clem. multorum. de hæret.

3 super verbo, tactu. ¶ Secundò quæritur, †quotuplex est iuramentum? Et dico quòd est duplex, scilicet iudiciale, id est delatum in iudicio etiam coactẽ & extrajudiciale, id est, non in iudicio, sed extra ex partium voluntate & conuentione exhibitum & susceptum: vnde cõuentionale dicitur. Et iudiciale quidem aliquando dicitur iuramentum de calumnia: quo scilicet quis iurat se bona fide, nõ animo calũniãdi causam mouisse vel resp̃dere: seu aliquid proponere: vt C. de iur. cal. l. ij. §. j ff. ta. ercis. l. inter cohæredes. §. qui familiæ ercis. Et debet hoc iuramentũ esse nõ tantũ de præterito, sed etiã de futuro: vt ibi. Est aũt calumnia falsa petitio vel iniusta repulsio facta sciẽter. ar. eorũ quę no. ff. ad Turp. l. j. §. calũniari. ij. q. iij. §. notandũ. Aliquãdo verò solùm dicit iudiciale: & est in litẽ, ex eo scilicet quòd propter litẽ siue propter rẽ in lite, id est, in iudicio petirã præstatur. Vñ aliquãdo datur à iudice quando deficiẽtibus probationibus habens vnũ testẽ vel fama pro aliquo cõpellit eum iurare, super quo est fama. Et dicitur necessarium: quia pars cui defertur, sine causa illud recusare nõ potest: vt in c. fi. de iureiur. in prin. & in l. generaliter. C. de nou. pe. Dicitur etiã decisorium: quia præstatur ad litis decisionẽ. Aliquãdo tamẽ iuramẽtũ iudiciale datur à parte partis & tũc recusari potest: vt in d. cap. fi. Extrajudiciale quoq; secundum Ray. & S. Tho. in iij. di. xxxix. & ij. ij. q. lxxix. est duplex, scilicet assertoriũ: quo iurat de præterito vel præsenti sic esse vel nõ esse: vt in c. si verò de iureiur. & promissoriũ seu obligatoriũ de futuro: vt cũ quis iurat aliquid se daturũ vel facturũ: aut nõ daturũ vel nõ facturũ: vt in c. cum cõtingat. de iureiu. Addit Sim. Ang. tertiũ scilicet confirmatoriũ, sicut cum filia renuntiauit bonis paternis, & iuramentum tali renuntiationi interponit: vt in c. j. de pac. lib. vj. & in auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. sed istud iuramentum est promissorium, vt pater. Est autem & iuramẽtum execratorium: vt cùm quis inuocat Deum nõ solùm vt testem, sed etiam vt iudicem punitorem: sicut: dicendo, si non sic est, non sit salus animæ meę. Sed istud non ponit in numerum cum prędictis: sed ista execratio semper est cum iuramento assertorio vel promissorio: licet non econuerso: quia illa interdum sine execratione fiunt. ¶ Tertiò quæritur ipecialiter, † vtrum sit iuramentum dicere, in veritate ita est? Et dicit Panor. in d. c. & si Christus. quòd sic: quia interponitur Deus, qui est veritas, ad cõfirmationem actus. de celeb. miss. in quadam. quod limita quãdo iurans intendit iurare seu inuocare veritatem primam, & non aliter: alioquin Christus, qui hortatus est ad non iurandum, scilicet sine causa & necessitate, aliquãdo sine necessitate iurasse: quia dixit, in veritate dico vobis, quòd mulęr viduę &c.

5 ¶ † Quærò quæritur, vtrũ sit iuramentũ iurare per creaturas nõ sacras: puta cœlũ, ignẽ, & huiusmodi? Et dico q̃ sic, si apponat Deus obliquè: vt, per istũ ignẽ Dei, vel huiusmodi: q̃ Deus inuocatur conditor eius. Et hoc idẽ innuit Sanct. Tho. ij. ij. vbi 5. & alij doct. qui dicũt dominũ prohibuisse iuramentum per cœlũ & terrã, & alias creaturas: non simpliciter, sed ita quòd eis diuina reuerẽtia exhibeatur: sicut Iudęi per angelos & creaturas iurabant, vt dicit Hieron. Et hoc expressè tenet S. Tho. in iij. dist. xxxix. & Sanc. Bon. in iij. dist. xxxix. dicens q̃ licet iurare per creaturã relatã ad creatorẽ, hoc est, prout relucet in ea vestigiũ diuinę veritatis. Imò etiã si non apponatur Deus explicitè, & tamẽ illa creatura sit aliquid, in quo peculiariter fiat nobis memoria Dei, quãdo illud nominatur, videtur q̃ per illã fiat iuramentũ, vt per animã, & per cõscientiã, sicut etiã innuit Sanct. Bon. imò etiã per cœlũ, vt innuit S. Th. in iij. vbi 5. ¶ Quintò quæritur, † vtrũ æquè iurari possit per io, sicut per ly per? Et dicit S. Bon. vbi 3. q̃ duplex est modus iurãdi, scilicet per ly p, & per ly in: sed ly. per, magis dicit ipsam veritatẽ sub ratione testificantis, & principantis. sed ly. in, habitudinẽ importat diuinæ veritatis sub ratione testificantis & exemplantis. Vnde secundũ rem idẽ est iurare in Deũ & per Deũ, & dicere testis est mihi Deus. Et ideo dici potest quòd dicere, in cõscięntia mea sic est: vel in anima mea, est iuramẽtum: & idem est in re, quod per conscientiam meam & animã meam. ¶ Sextò quæritur, † vtrũ omnis fidei

7 præstatio, id est, promissio super propria fide sit iuramẽtum? Et dicit Pan. in c. querelã. de iureiur. quòd ficte: sed nõ econtrario, omne iuramentũ est fidei præstatio: quia dicitur quis præstare fidem quando promittit aliquid dicendo per fidẽ meã: vel sic Deus me adiuuet, & huiusmodi: & sic fidei præstatio non includit nisi iuramentũ promissorium, & non alterum. Sed malè sumit fidei præstationem esse solùm in promittendo: cùm etiam quis possit asserere aliquid per fidem suam & dicendo, sic me Deus adiuuet: quòd propriè est iuramentum execratorium. Sumn. autem Ang. dicit quòd fidei præstatio est promissio per fidem sine verbo iuro. Sed iuramentum est, cum dicitur, iuro per Deum vel per aliud. Sed contra: quia non est necesse quòd in iuramento vtamur hoc verbo iuro, sed sufficit Deum explicitè vel implicitè interponere, secundum Pan. in cap. & si Christus. de iureiurand. Et ideo alij dicunt ista differre: quia iuramentũ fit sacræ rei interuentu, non autem fit Dei præstatio: vnde ipsa nõ est iuramentũ, nisi fumeretur fides pro virtute theologica: sed est promissio facta super propria fide, id est, fidelitate: vt & ipsum nomẽ sonat. Vnde aliquando ista dicuntur idem: quia inter ea quo ad peccatum mortale non est differentia. Vnde secundũ Archid. in c. j. de sepul. lib. vj. & Innoc. & communiter doct. in d. c. & si Christus. sicut iuramentum est dicere, iuro tibi per fidẽ meã vel Euangelium: sic etiam & dicere, promitto tibi per fidem, siue sub fide mea: aliquãdo verò ponuntur vt diuersa, vt in si-

8 peruenit. de fideiuss. & in c. querelam, ne præl. vi. su. & in cap. ij. de spõsa. quia scilicet quo ad pœnam periurij. vt dep̃ositionis in clerico, non tunc idem: vt 7. Periurium. §. ij Simplex verò promissio dicitur, quæ nec iuramento nec fidei præstationẽ firmatur. De forma autem iuramenti quod Imperator facit papæ aut episcopus exemptus, aut rector ecclesiæ epis-

4 copo, vide Archid. ij. parte. tit. x. c. iiij.

Rur

Rursus de Iuramento secundò, an & quando licitum sit vel illicitum.

1 *Iurare an sit licitum.*
2 *Iurare per creaturas an liceat.*
3 *Iuramentum quibus competat.*
4 *Iuramentum cui, quando, & propter quid, exhibeatur.*
5 *Iuramentum licitum quos comites habere debeat.*
6 *Iurare falsum an sit mortale peccatum.*
7 *Iurare quod inutilum an sit mortale peccatum.*
8 *Iurare indiscrete non est mortale peccatum.*
9 *Iurare alium inducens an mortaliter peccet.*
10 *Iurare per membra Dei & sanctorum an sit mortale peccatũ.*

1 IVRAMENTVM secundò considerandum est an & qñ licitum sit vel illicitum. ¶ † Primò verò quæritur, vtrũ licẽtũ sit aliqñ, aut etiam frequenter iurare? Ad quod dicit S. Tho. ij. ij. q. lxxxix. art. j. quòd iuramentũ secundum se est licitũ & honestum. quod patet ex origine: quia introductũ est ex fide, qua homines credunt Deũ habere infallibilẽ veritatẽ & vniuersalẽ omniũ cognitionẽ & prouisionẽ: & ex fine, quia inducitur ad iustificandũ homines, & ad finiẽdũ cõtrouersias: vt dicitur ad Hebr. vj. Nihil autẽ prohibet aliquid esse secundum se bonũ, quod tamẽ cedit in malũ eius, qui nõ vtitur eo cõuenienter: sicut est suscepti o Eucharistiæ. Iuramentũ autẽ cedit in malũ alicui, ex eo q̃ male vtitur eo, id est, sine necessitate & cautela debita: quia videt paruam reuerentiã habere ad Deũ, qui est ex leui causa testẽ inducit, quod nõ præsumeret ertã de aliquo viro honesto. Imminet etiã periculũ periurij: quia de facili homo delinquit in verbo: vt patet Iac. ij. vnde iurationi nõ acquiescat os tuũ. Ecclesiast. xxiij. hæc ex illo. qui ibidẽ art. v. dicit quòd iuramentũ non est habendũ inter ea quæ sunt per se appetenda: sed inter ea quæ sunt huic vitæ necessaria. secundũ Aug. de Sermo. do. quibus indebitè vtitur quicũq; vtitur vltra terminos necessitatis: quia quod nõ quæritur nisi ad subueniendum alicui defectui, nõ numeratur inter per se appetenda, sed inter necessaria: vt medicina, quæ requiritur ad subueniendũ alicui defectui: quo scilicet vnus homo alteri credit. Nec tamen est simile de voto, quo aliquid in reuerentiam Dei ordinatur: & de iuramento quo reuerentia nominis diuini assimitur ad confirmationẽ alicuius. ¶ Secun-

2 dò quæritur, † vtrum liceat iurare per creaturas? Et dicit idẽ vbi 3. art. vj. quòd iuramentum quod per simplicem contestationem fit principaliter refertur ad ipsum Deum, cuius testimonium inuocatur: secundariò verò ad illud assumuntur aliquæ creaturæ non secundum se sed inquantum in eis diuina veritas manifestatur. de quo. vide prior. §. iiij. in iuramento autem facto per execrationẽ inducitur creatura aliqua: vt in qua diuinum iudiciũ execratur: quomodo solet homo iurare per caput suũ, aut filiũ, aut aliam rem dilectam. Quod autẽ Ioseph iurauit per salutem Pharaonis, Gen. xlij. vtroq; modo potest intelligi. scilicet per modũ execrationis: quasi salutem Pharaonis obligauerit Deo: vel per modum contestationis, quasi contestando veritatẽ iustitię diuinæ, ad cuius executionem principes terræ cõstituuntur. hæc ex illo. ¶ Tertiò quæ-

3 ritur, † quibus competat iuramentum? Et dico quòd pueri secundum Sanct. Tho. arti. viij. ad iuramentum nec coguntur, nec admittũtur ante annos pubertatis. xxij. q. v. pueri. vbi etiã dicitur quòd si iurauerint, & pater ve audierit statim cõtradicens, siue in iudicio siue extra, ita, peccant venialiter aut mortaliter secundum qualitatem periurij, sicut & alij. de deliquę. c. j. Similiter nec alias periurat. xxij. q. v. paruuli. quod Archid. intelligit de conuictis in iudicio, qui repelluntur in iudicio & in contractibus vt infames. de periurijs autẽ notorijs ex facto dubitat: cum innumeri sint tales in quotidiana locutione. Sed ego puto idem in istis, si iuramentũ fuit euidens quantũ ad verba & deliberationẽ, & factũ: vt si quis coram multis deliberatè iuret per sancta Dei Euangelia tacta de aliquo quod euidenter est falsum: secus si verba potuerunt fuisse iuratoria & non iuratoria, aut si ex ira vel alio dubitetur de animo iurandi: aut si dubitetur an factum sciuerit esse tale. Nec furiosi. xv. q. v. merito. Sacerdotibus etiã nõ licet iurare, secundum S. Tho. vbi 5. Vnde clerici iurare non possunt cuicũq; laico super Euãgelia. xxij. q. v. nullus. qđ intellige, nisi de licẽtia prælati sui: vt in c. j. de iura. calum. qđ verũ est si iurãt tanquam superiori. & sic intellige d. c. nullus aliter sic etiã sine licẽtia: vt in c. ex rescripto. & c. peruenit. de iureiur. Nõ possunt etiã iurare de calũnia sine licẽtia sui superioris: nisi ille, coram quo litigat, sit eius superior: sed habita licẽtia possunt etiam in manu iudicis laici. xxij. q. vij. nos. Non possunt etiã iurare in actu testificandi sine licẽtia sui superioris. xiij. q. ij. quãquam. & intellige in manu laici. Exceptis autẽ tribus casibus prædictis possunt licitè iurare etiam in manu laici, & sine alia licẽtia: vt in d. c. ex rescripto. & c. peruenit. & not Pan. in c. j. de iureiur. Sed hoc limita secũdum Sanct. Tho. quo ad sacerdotes esse licitũ pro aliqua necessitate vel magnanimitate, præcipuè pro spiritualibus negotijs. Ponit autẽ Ray. septẽ casus, in quibus possunt & debent iurare. Primò ne pro defectu probationis aliquis lædatur, aut res iuam perdat. de quo infrà Testis. §. vj. Secũdò pro fide, tertiò pro obedięntia. quartò pro pace quintò pro indemnitate ecclesię. quod tamẽ ad primum reducitur. sextò quãdo ab excõmunicatione absoluuntur. septimò cùm infamati debent se purgare. Probatur hæc omnia de elec. significasti. vltra medium. xxviij. dist. de Syracusanæ. de offi. ord. ad reprimẽdã. ij. q. v. prein. §. 6. Potest etiã hodie addi quòd si litigent in causa spirituali vel alia, iurare debẽt de calumnia, scilicet vt dictum est: & similiter de veritate dicenda. de iuram. calum. si de calumnia. lib. vj. ¶ Quærò quæritur, † cui quando, & propter quid sit iurandum? Et dico in iudicio iurandum esse iudici cõpetenti: extra iudiciũ verò cuicũq; iurari potest. Non autẽ licet iurare in iudicio diebus feriatis, nisi pro pace & pijs causis: vt de feri. cõquestus. Vnde

4 & secundum Sanct. Tho. in solemnibus diebus, quibus est reuerentia rebus temporalibus: nisi forte ex magna necessitate: sed solùm pro spiritualibus. Similiter iurandi est ante cibum & potum, id est, stomacho ieiunio. xxij. q. v. honestũ. sed hoc est de honestate, vt ibi. Propter quid aure sit iurãdum, dico quo ad causam materialem quòd iuramento assertorio licitũ est de omni, siue pro omni re iurare, si expedit iurantiuel alteri: promissorio verò pro omni re licita, iusta & honesta, pro re autem turpi, illicita vel iniusta factum iuramẽtum nõ tenet. arg. c. vlt. de pact. & clarius infrà, Quantum verò ad finalem, dico quòd pro causa illicita & mala iurare illicitũ est & malum: vt sunt coniurationes, conspirationes, & huiusmodi. arg. c. vlt. de pact. & de re iudic. c. j. sed pro licita & vtili tibi aut alteri iurandum est. ¶ Quintò quæritur, † quomodo iurandum sit? Et dico secundũ omnes tres debere esse comites iuramenti vt rectè fiat: sicut etiam patet Ierem. iij. & de iureiur. & si Christus. §. Iacobus. & xxij. q. ij. animaduertendũ. scilicet veritas, iustitia, & iudicium. Et intelligitur secundũ Sanct. Thom. Primò veritas, vt scilicet id quod iuramento firmatur, falsum non sit. & adde quod nor. glo. in d. c. animaduertendum. hoc intelligendum esse de veritate rei & conscientiæ, vt scilicet verum sit quod iuratur, & verũ esse sciatur: & si nescituresse

Universidad de Deusto
Biblioteca

verum, sed creditur, de credulitate iuretur, & non de scientia, neq; simpliciter ita esse: & multo minus si dubitatur. Et secundo iustitia, vt scilicet quod iuratur, non sit illicitum. Et sic videtur San. Tho. veritatem referre ad iuramentum assertorium, & iustitiam ad promissorium. Et tertiò iudicium scilicet discretionis, vt nō leuiter, sed discretè ex necessaria causa iuretur. adde vel ex vtili. Vnde in hoc, vt dicit, intelligitur deuotio, fides, & omnia requisita ad debitum modum iurandi. Et si aliquod prædictorum trium defuerit, nequaquā erit iuramentum, sed periurium: vt in d.c. animaduertendum. & primò quidem ac principaliter secūdum Sanct. Thom. ij. ij. q xcix. si defuerit veritas: quia iuramentum ordinatur principaliter ad confirmationem dicti humani, cui cōfirmationi falsitas opponitur: secundatiò autem quando deest iustitia quia iurans illicitum obligatur ad faciendū contrarium. tertiò si deest iudiciū, quia indiscretè iurans periculosè committit iurandi falsitatem. Vtrum autem semper sit mortale, quando aliquid prædictorum defuerit: dicit Panor in d.c. & si Christus. quòd non, sed aliquando veniale: vt not. Archi. in d.c. animaduertendum de quo infrà Periurium. in principio.

6 ¶ Sextò quæritur, † an sit peccatum mortale iurare sine prima comite, id est, veritate? Et dico quòd sic regulariter secūdum omnes. Vnde propter defectum veritatis iurans peccat mortaliter in multis casibus. ¶ Primò sciēter iurādo falsum in iudicio. ¶ Secundò etiam extra iudicium, si quis aduertat de falsitate & iuramento simul: aliàs autem si aduertat quidem de iuramēto, sed non de falsitate, vel econtra de falsitate sed non de iuramento, vel de neutro, est veniale: vnde iurans ex impetu iræ si iurando aduertit se iurare falsum, & tamen prosequitur, est mortale. Si verò non aduertit ex dolo vel lata culpa, similiter est mortale: aliàs autē veniale. ¶ Tertiò, iurando [illegible] iustitiam iocose: & iste secundum Doct. quantum ad alterum [illegible] huius peccat, quàm si seriò iuraret: qa magis vanè [illegible] nomen domini. ¶ Quartò, quando aliter est in re quàm in conscientia iurantis. quod tripliciter accidit: quia aliquando quis iurat verum credēs iurare falsum, quod est propriè mentiri: aliquando verò iurat falsum credens iurare verū. & hoc est mortale secūdum aliquos: quia si factum nescit non debet iurare ita esse, sed ita se credere. quod tamē ego verum putarem, si diligentiam non adhibuit. aliquando verò iurat dubius an scilicet ita sit nēne. & hoc indubitanter est mortale. ¶ Septimò quæritur, † an sit mortale iurare sine secundo comite, id est, iustitia? Et dico quòd sic tripliciter. Primò quando quis iurat se facturum vel omissurum, quod faciendo vel omittēdo peccat mortaliter: puta si iurat se occisurum hominem, vel non honoraturū parentes. ¶ Secundò, quando quis iurat se nō facturum aliquod bonum notabile, licet ad illud non teneatur: puta se non ingressurū religionem quod quidem Sanct. Thom. dicit esse graue peccatum. quia præcluditur via Spiritui sancto. Arch. autē videtur velle esse mortale: vnde propter tale iuramentū prohibetur quis promoueri ad episcopatum dist. lxxxv. Florentinum. Secus si quis iuret se nō facturum aliquod bonum modicum: puta se non daturū pomum puero, aut facturū aliquod leue malum, puta veniale: quia hoc est veniale, secundū Veruec. & Monal. & Pisa. & Arch. & veritatē. licet Hug. tenuerit esse mortale: quia illa authoritas xxij. q. iij. in malis. impia est promissio, quæ scelere adimpletur. hoc nō probat: cum veniale propr è non dicatur scelus. Et hoc maximè verum est, quando iurans intendebat implere iuramentū. Sed contra: quia Sanct. Tho. talē appellat periurū ij. ij. q. xcviij. art. j. ad primū. & in multis aliis locis. Sol. etiā cum qui iurat sine iudicio discretionis appellat periurum. & tamen non semper peccat mortaliter: vt §. seq. ¶ Tertiò, quando quis iurat se facturum aliquid qđ potest esse bonū & malū: sicut Herodes iurauit puellæ se daturum quic: quid peteret. quod sanè intelligendo potuit esse licitum: puta si peteret aliquid licitè dabile: malè verò intelligēdo potuit esse mortale. ¶ Octauò quæritur, † an sit mortale iurare sine tertio comite, id est iudicio, puta ex leuitate, sine necessitate vel vtilitate? Et dico quòd non, secundum omnes Doct. nisi primò interueniret contemptus: aut secundò exponat se periculo notabili deierandi: aut tertiò quòd dubitatur vtrū iuretur: pro verò, præcipuè in alterius præiudicium quia secūdum Doct. iurare debet tecundū quod recolit, scilicet dubiè, vel certè. Vnde secundū Veruec. Ho. & Bar. mulier confessa adulteriū sacerdoti non potest iurare marito se peccatum illud non habere: quia nō est certa sibi esse dimissum de purg. can. c. accepimus. ¶ Nonò quæritur, † vtrū inducens alium ad iurandum, quem scit falsum iuraturū, vel non seruaturum quod iurat. peccet mortaliter? Et dicit Richard. in iij. distinct. xxix. quòd aut facit vt persona publica ad instantiam partis, & ex ordine iuris: & sic non peccat. Si verò facit vt persona publica, tamen contra ordinem iuris, velvt persona priuata, sic peccat grauiter. Card. autem in cle. vnica. de iureiuran. dicit qp talis vincit homicidam. xxij. q. v. si quis consuluit. &. c. seq. & sic patet quòd est mortale. Et ex hoc infert Pan. in c. clericos. de cohabit. cler. & mul. quòd nunquam est delerendum iuramentum illi, contra quem est vehemes suspicio de transgressione eius, & deferens peccat: intellige mortaliter, iuxta prædictam distinctionem. & alleg. c. ille xxij. q. v. & facit optimè tex. d. c. clericos. qui non vult cogi clericos ad iurandum dimittere cōcubinas. Quod nota contra confessores recipientes à secularibus iuramenta de abstinendo ab aliquo: vnde potius pœnam statuant. Non credo tamē verum quod dictum est, quando is, quem quis scit falsum iuraturū, est tam paratus iurare: puta quia obtulit se: & est aliqua rationabilis causa recipiendi tale iuramētum: nec de tali loquitur d. cap. ille. sed de eo qui ad iurādum inducit vel dispont eum quem scit vel probabiliter credit periuraturum. ¶ Decimò quæritur, † verum sit mortale iurare per membra Dei vel sanctorum? Et dicit Summa Angel. quòd tales, si iurant per membra inhonesta, sunt blasphemi: vt patet per cap. si quis per capillum, xxij. q. j. & item alio modo blasphemia, &c. Si verò iurant per honesta, & cum reuerentia, est veniale. Sed primum dictum est falsum quando talia membra sunt in Deo vel sanctis: vt patet ex diffinitione blasphemiæ. nec hoc probat dict. cap. si quis. quia secundum Bonau. vbi suprà, loquitur contra eos, qui credebant Deum secundum dejtatem habere talia membra. est tamē blasphemia verè, si nō sunt in Deo: vt cùm iuratur per sexum fœmineū Dei, vel secundum modum quādo per talia membra irreuerenter iurarur, aut etiam si sine iuramento nominentur & attribuantur Deo. Et ideo quantum ad hoc dico quòd aliquando sunt blasphemi aliquando non. semper tamen peccant mortaliter, cum sint: blasphemi verè vel modaliter ratione contemptus & irreuerentiæ, argt. extra de malefic. statuimus. & ita sentit Archid. & communiter Doct. secundum eriam dictum est falsum: quia si iurando per creaturas separatas à deitate, non peccatur nisi per defectum debitarum circunstantiarum, puta per Euangelia & crucem: multo magis per coniunctas, vt per sanctum corpus aut sanguinem vel caput Dei: ad talium intellectum fides ista scilicet attribuendo Deo humano. De iuramento enim infrà Periurium.

❧ Rursus de Iuramento tertiò, quomodo ❧ intelligendum sit, & interpretandum.

1 *Conditiones quæ in iuramento subintelligi debeant.*

2 *Iuramentum qualiter sit interpretandum.*
3 *Iuramentū præstitum in materia iuris, debet ſecūm ius vestrngi.*
4 *Iurans non alienare bona ecclesiæ sine licentia superioris, qualiter intelligatur.*
5 *Iurans aliquā ducere, an subintelligatur, nisi intret religionē.*
6 *Iuramentum an interpretari possit, vt habeat locum in casu ficto.*
7 *Iuramentum interpretari an possit inferior à papa.*

IVRAMENTVM rursus tertiò indiget consideratione, quantum ad aliqua in eo subintellecta & præsuppositā. Vnde tunc de eius intellectu vel interpretatione agendū est quæ interpretatio valet & locum habet quando iurans non habet expresè & specificè animum obligandi se super aliquo determinato contra ipsam interpretationem: aliter autem nō valeret, vt no. Pan. in c. veniens. de iureiu. & facit c. iuramenti. xxij. q. j. ¶ Primò verò quæritur, † vtrum in omni iuramento etiam simpliciter facto subintelligendæ sint multæ conditiones? Et dicit glo. in c. quemadmodum. de iureiur. quòd in assertorio nulla conditio subintelligitur, sed in promissorio subintelliguntur multæ: nec tamen illud erit conditionatum, etiam si ipsæ exprimantur, secundum Pan. ibi: vt in c. significasti. & quod ibi no. de elect. & in l. iij. ff. de leg. j. & l. aliquando. ff. de condi. & demon. de quo dicvt infrà Matrimonium. § j. ¶ Subintelligitur autem primò si Deo placuerit: xxij. q. ij. beatus. §. j. Et secundò si placuerit papæ: vt in d. c. venientes. de iureiu. imò in omni iuramento excipitur authoritas superioris cuiuscunq;, extra eo. ea te. In rebus tamen vel iuribus papę non subiectis, secundum Pan. in c. constituimus. de reseri. non subintelligitur illa clausula. d. c. venientes. Vñ sine causa rationabili absoluere non potest à iuramento præstito super rebus non spectātibus ad eū: vt no. gl. in c. quinto. de iureiu. & Inno. in c. cùm inter P. de renun. Ex his Fed. consecj. formar hanc quæstionem. Quidam clericus in minoribus scholaris filiustam. existens in studio de voluntate patris obligatus est iuramento non exire districtum Bonomen. nisi prius solueret debitū: sed reuocatus à patre ad certam diem perita & obtenta licentia à creditore, redijt ad patrem vel episcopum. Nunquid est periurus. Et concludit quòd primò excusatur propter præceptum patris, ad quod multipliciter ex lege est obligatus: & consequenter videtur quòd omnis obligatio facta per filium, etiā cum iuramento, intelligitur salvo iure patris: & inter alias conditiones, quas habet iuramentum, ista est potior, quòd in eo intelligitur salvum ius alterius, extra eo. cùm contingat. &. c. quanto & d. c. venientes. Et hinc est quòd filius fa. non potest vouere sine consensu patris: excepto voto religiōis, per quod soluitur patria potestas. xxij. q. v. pueri. Cōcludit etiam quòd iste excusaretur à periurio etiam propter iussum episcopi: addens quòd prædicta intelliguntēvera vbi filius nō procurauit se reuocari aliàs secus. Et ita tenet Sum. Rot. Ego verò dico quòd sine pater siue episcopus consenserit iuramento, & generaliter quicunq; superior, filius ex obedientia non excusatur: quia nulla est, cùm sit superior se spoliauerit iure suo. & de hoc vide j. Iuramentum. xxij. §. xvj. in fi. posset tamen excusari re aliqua alia conditione vna ex sequentibus. ¶ Nam tertiò subintelligitur si res in eodem statu permanserit, extra eo. quemadmodum. Vnde qui iurauit accipere Beriam in vxorem, si fuerit illa fornicaria, aut efficta lepro[illegible], vel incurabiliter aliàs infirma, non tenetur obseruare iuramentum. d. c. quemadmodum. Et secundū Archi. qui iurauit reddere gladium, non tenetur si reperatur in furia: nec erit periurus, quia cùm promisit, non cogitabat de furia, quæ superuenit: de qua si cogitasset, non promisisset. Et ob hoc Bar. in l. qui seruum. de verb. obli. determinat hanc quæstionem: Feci pactum cum inimico meo, & promisi non offendere illum. Demum ipse fuit exbannitus: & ex forma statuti quis potest illum occidere, an occidendo eum videar frangere pacem? Oldr. determinauit quòd nō: ar. d. l. qui seruum. iuncta l. si seruum. de verb. obl. Et idem tenet Bart. probans hac ratiōe: quia illa promissio nō offendendi intelligitur, nisi lege permittente, vt l. quæro. §. inter locatorem. ff. locat. Item quia ita videtur facta pax, id est, rebus sic stantibus. d. c. quemadmodum. Item videtur tenere Io. And. in c. frustra. in mer. de re. iur. lib. vj. & ista rerum permutatio excusans à iuramento dupliciter intelligitur. Primò, quòd casus nouiter emergens est talis, quòd si fuisset à principio, iuramentum fuisset temerarium. & hoc per se pater. Secundò, quando est talis quòd si fuisset à principio iurans non iurasset, secundum multos Doct. & bene: quoniam iuramentum interpretandū est secundum intentionem iurantis: quia in tali casu non intendebat se obligare actu, vt patet: nec habitu, quia si de eo cogitasset, non se obligasset. ¶ Et quartò intelligitur, si seruetur mihi fides seu promissum. extra eo. peruenit. Et ob hoc dicit Bar. in l. si cùm venerit. ff. pro soc. quòd si promisi nō dividere societatem, intelligitur si seruetur mihi promissum. Et addit quòd ista conuentio habet etiā istam conditionem, nisi socius sit rixosus vel molestus: quod est vtile ad. q. quòd pupillus prouocare nō potest sociū ad diuisionem. l. si pupillorū. ff. de reb. eo. quod intelligit, nisi habeat socia odiosum vel molestū. Et hoc etiā facit ad testatores, qui sæpe apponunt in testamento quòd fratres dividere nō possint: quia intelligit sub dictis cōditionibus. Qū aūt huiusmodi pmissiones obligent, vide Iuramentū. iiij. §. xiij. ¶ Et quintò intelligitur, si res sit honesta & possibilis. d. c. quēadmodum. c. Quintauallis. extra eo. ¶ Et sextò, si facultas subsit. vide eo. querelam. & c. breui. vbi habet quòd difficultas exēn. c. coterum: licet sedm gl. ibi nō liberet à pœna cōuentionali. Sexto, si septimò, si iurauerit mihi reddere pecuniā spe futuræ numerationis: subintelligit, si ego tibi numerauero. C. de nō nu. pe. l. indubitati. ¶ Et octauò, si iurauī dare dotem intelligit, si nuptiæ fuerint subsecutæ. ff. de iu. do. l. stipulationem. ¶ Et nonò si iurauī stare præceptis alicuius, intelligit si nō præcipiat quid immoderatū à superiore vel arbitro: vt exheredare filios, vel vxorem repellere. d. c. Quintauallis. vel contra principis nō intrare, si erat cōfiliarius vel aduocatus. extra eo. veniens. Pro hoc facit, qa iuramentū nō extendit ad vsimiliter nō cogitata: vt in d. c. quemadmodum. nec obligat vltra cōtentum. facit d. c. Quintauallis & d. c. veniens. & no. Pan. in c. cùm gratia. de cōmo. ¶ Et decimò, si iurauī tibi reddere centū libras vsq; ad certū tempus: subintelligitur nisi iudex interdicatur. extra de censi. sigoicauit. ¶ Et vndecimò, si iurauī tibi reddere granum aut vnum & huiusmodi, intelligitur eiusdem bonitatis. ff. si cer. pe. l. cùm quid. ¶ Et duodecimò, cùm quis iurat factum alterius: subintelligitur quòd ad hoc perficiendū bona fide laborabit. de spon. ex literis. el ij. ¶ Et decimotertiò si iurauī tibi fideliratem, aut quòd non ero tibi contrarius: subintelligitur, nisi ius meum vel meorum petendo vel defendendo. extra eo. petitio. ¶ Et decimoquartò, si vir & mulier iurent contrahere: subintelligitur, nisi alteri accidat quid turpe. & huiusmodi, vt dictum est: vel nisi ex mutuo consensu inimicē se absoluant de spon. c. ij. ¶ Et decimoquintò, si iuro tibi tanquam regi vel episcopo: intelligitur si non deponaris: quia te deposito non obligor. Et idem videtur si tu tanquam episcopus iures mihi restituere pecuniā quam mutuaui: quia depositus non tenebris. quod limita, si in vtilitatem ecclesiæ pecunia versa est. xv. qu. æst. vj. alius. ¶ Et decimosextò, si iuro facta

Universidad de Deusto
Biblioteca

facta pace cum aliquo de non offendendo: restringitur ad offensam ratione inimicitiæ præteritæ, non ad nouam ex post facto insurgentem, secundum Bart. in l. aut facta. ff. de pœ. & sequitur Pan. in cap. cùm inter. de renuntiatio. ¶ Decimoseptimò, si quis renuntiauit cum iuramento iuri quod habet, vel habere sperat, aut potest in aliqua re, non extenditur ad ius superueniens ex noua causa vel spe, secundum Pan. in d. cap. cùm inter. ¶ Et similiter decimooctauò, si quis iurat non expellere inquilinum: intelligitur, si soluerit pensionem, secundum Pan. in c. tua nos. de iureiu. ¶ Et decimononò, si pater iurauit non exhæredare filium: intelligitur, nisi crimen ingratitudinis commiserit. l. quidam cùm filium. ff. de verbo. obli. ¶ Et vicesimò, secundum Bar. in l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. vbi dicitur quòd si conductor præterit, id ad quod tenetur ex natura contractus, non teneri ei locatorem ex promissione locationis. Dictus §. facit ad omnes contractus, in quibus aliquid vltro citroq; promittitur: vt quilibet nõ teneatur seruare quòd promisit, si per aduersam partem non seruatur, id propter quod sunt promissa: de quo titu. sequenti. §. j. Vide si vir iurauit non dimittere vxorem: intelligitur, nisi faciat contra legem coniugum. & si promisit dotem dimittere potest si non soluit, iuxta no. in cap. vestras. de do. post diuor. restit. ¶ Sciendum tamen est quòd speciales conditiones non subintelliguntur in iuramento, si non exprimantur, quamuis mente concipiantur. xxxij. q. vlt. nisi vbi lex exprimit aliquid agi tacitè inter contrahentes: quia tunc pro expresso habetur. d. l. cùm quid. ¶ Secundò quæritur generaliter, † quomodo iuramentum interpretandum sit: Et pro fundamento additeo duo dicta Sancti Tho. nam ij. ij. q. lxxxix. ar. vij. ad quartum, dicit quòd iurans sine dolo, obligatur secundum intentionem iurantis: iurans verò cum dolo, secundum sanum intellectum eius cui iuratur. In tertio verò di. xxxix. q. j. art. iij. dicit quòd iurans sine dolo, in foro conscientiæ non tenetur, nisi secundum suam intentionem: sed in foro contentioso, vbi intentio ignoratur, obligatur secundũ quod verba communiter accipi solent. hæc ille: cuius verba intelliguntur de iuramento promissorio: quia in assertorio non cadit obligatio. ¶ Ad quæstionem igitur dicit Inno. in cap. veniens. de iureiu. quòd iuramentum generaliter prestitum pro obedientia præstanda mãdatis, interpretat sic vt nõ extendatur nisi ad ea, de quibus cogitatum est, vel debuit meritò cogitari: vt in c. Quint[illegible]lis. de iureiu. & de deci. ex multiplici. de restit. Ipo. audit[illegible]. q. ij. ne quis. Alij tamen dicunt quòd interpretatur generaliter, nisi sit contra prius iuramentum: vt in d. c. veniens. vel cõtra iura: vt in d. c. Quintauallis. vel contra præsumptionem cõmunem quòd si hoc mandati credidisset, nunquam iurasset, ar. c. petitio. de iureiu. Sed primũ est verum in foro animę: quia iuramentum promissorium factum bona fide & sine dolo, trahit obligationem ab intentione iurantis, & secundum illam debet interpretari. Secundum verò procedit in foro causarum. ¶ In iuramento verò determinato super aliquo particulari, secundum eundem Inn. vbi ſ. interpretatur in foro animę secundum intentionem iurantis extra eo. venientes. &. c. ad nostra. el ij. In iudicio verò interpretabitur secundum iura extra eo. venientes. facit c. humanæ aures. xxij. q. v. quod quidem dictum quantũ ad forũ animæ procedit, quantum ad personam priuatam exigentem in què, id est, vi, & quantum ad iudicem exigentem similiter inquè. Vnde secundum Ro. quem sequitur Asten. cùm vir exigit ab vxore iuramentum super adulterio: quia inquè agit, potest iurare quod est verum secundum suam intentionem, licet sit falsum secundum intellectum audientis, & secundum Ric. in iiij. dist. xviij. circa literam, obstetrices non peccassent, licet non restricta pace cum aliquo de non offendendo restringitur ad offensam ratione inimicitiæ præteritæ, non ad nouam ex post facto insurgentem, secundum Bart. in l. aut facta. ff. de pœ. & sequitur Pan. in cap. cùm inter. de renuntiatio. ¶ Decimoseptimò, si quis renuntiauit cum iuramento iuri quod habet, vel habere sperat, aut potest in aliqua re, non extenditur ad ius superueniens ex noua causa vel spe, secundum Pan. in d. cap. cùm inter. ¶ Et similiter decimooctauò, si quis iurat non expellere inquilinum: intelligitur, si soluerit pensionem, secundum Pan. in c. tua nos. de iureiu. ¶ Et decimononò, si pater iurauit non exhæredare filium: intelligitur, nisi crimen ingratitudinis commiserit. l. quidam cùm filium. ff. de verbo. obli. ¶ Et vicesimò, secundum Bar. in l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. vbi dicitur quòd si conductor præterit, id ad quod tenetur ex natura contractus, non teneri ei locatorem ex promissione locationis. Dictus §. facit ad omnes contractus, in quibus aliquid vltro citroq; promittitur: vt quilibet nõ teneatur seruare quòd promisit, si per aduersam partem non seruatur, id propter quod sunt promissa: de quo titu. sequenti. §. j. Vide si vir iurauit non dimittere vxorem: intelligitur, nisi faciat contra legem coniugum. & si promisit dotem dimittere potest si non soluit, iuxta no. in cap. vestras. de do. post diuor. restit. ¶ Sciendum tamen est quòd speciales conditiones non subintelliguntur in iuramento, si non exprimantur, quamuis mente concipiantur. xxxij. q. vlt. nisi vbi lex exprimit aliquid agi tacitè inter contrahentes: quia tunc pro expresso habetur. d. l. cùm quid. ¶ Secundò quæritur generaliter, † quomodo iuramentum interpretandum sit: Et pro fundamento additeo duo dicta Sancti Tho. nam ij. ij. q. lxxxix. ar. vij. ad quartum, dicit quòd iurans sine dolo, obligatur secundum intentionem iurantis: iurans verò cum dolo, secundum sanum intellectum eius cui iuratur. In tertio verò di. xxxix. q. j. art. iij. dicit quòd iurans sine dolo, in foro conscientiæ non tenetur, nisi secundum suam intentionem: sed in foro contentioso, vbi intentio ignoratur, obligatur secundũ quod verba communiter accipi solent. hæc ille: cuius verba intelliguntur de iuramento promissorio: quia in assertorio non cadit obligatio. ¶ Ad quæstionem igitur dicit Inno. in cap. veniens. de iureiu. quòd iuramentum generaliter prestitum pro obedientia præstanda mãdatis, interpretat sic vt nõ extendatur nisi ad ea, de quibus cogitatum est, vel debuit meritò cogitari: vt in c. Quint[illegible]lis. de iureiu. & de decima. ex multiplici. de restit. Ipo. audit[illegible]. q. ij. ne quis. Alij tamen dicunt quòd interpretatur generaliter, nisi sit contra prius iuramentum: vt in d. c. veniens. vel cõtra iura: vt in d. c. Quintauallis. vel contra præsumptionem cõmunem quòd si hoc mandati credidisset, nunquam iurasset, ar. c. petitio. de iureiu. Sed primũ est verum in foro animę: quia iuramentum promissorium factum bona fide & sine dolo, trahit obligationem ab intentione iurantis, & secundum illam debet interpretari. Secundum verò procedit in foro causarum. ¶ In iuramento verò determinato super aliquo particulari, secundum eundem Inn. vbi ſ. interpretatur in foro animę secundum intentionem iurantis extra eo. venientes. &. c. ad nostra. el ij. In iudicio verò interpretabitur secundum iura extra eo. venientes. facit c. humanæ aures. xxij. q. v. quod quidem dictum quantũ ad forũ animæ procedit, quantum ad personam priuatam exigentem in què, id est, vi, & quantum ad iudicem exigentem similiter inquè. Vnde secundum Ro. quem sequitur Asten. cùm vir exigit ab vxore iuramentum super adulterio: quia inquè agit, potest iurare quod est verum secundum suam intentionem, licet sit falsum secundum intellectum audientis, & secundum Ric. in iiij. dist. xviij. circa literam, obstetrices non peccassent, licet non restringitur, si quis iurat se ire ad aliquem locum, non tenetur ire, si ad illum locum non sit via, quia impossibilium nulla obligatio. ¶ Tertiò quæritur, † quomodo iuramentum interpretandum sit: Et pro fundamento additeo duo dicta Sancti Tho. nam ij. ij. q. lxxxix. ar. vij. ad quartum, dicit quòd iurans sine dolo, obligatur secundum intentionem iurantis: iurans verò cum dolo, secundum sanum intellectum eius cui iuratur. In tertio verò di. xxxix. q. j. art. iij. dicit quòd iurans sine dolo, in foro conscientiæ non tenetur, nisi secundum suam intentionem: sed in foro contentioso, vbi intentio ignoratur, obligatur secundũ quod verba communiter accipi solent. hæc ille: cuius verba intelliguntur de iuramento promissorio: quia in assertorio non cadit obligatio. ¶ Ad quæstionem igitur dicit Inno. in cap. veniens. de iureiu. quòd iuramentum generaliter prestitum pro obedientia præstanda mãdatis, interpretat sic vt nõ extendatur nisi ad ea, de quibus cogitatum est, vel debuit meritò cogitari: vt in c. Quint[illegible]lis. de iureiu. & de decima. ex multiplici. de restit. Ipo. audit[illegible]. q. ij. ne quis. Alij tamen dicunt quòd interpretatur generaliter, nisi sit contra prius iuramentum: vt in d. c. veniens. vel cõtra iura: vt in d. c. Quintauallis. vel contra præsumptionem cõmunem quòd si hoc mandati credidisset, nunquam iurasset, ar. c. petitio. de iureiu. Sed primũ est verum in foro animę: quia iuramentum promissorium factum bona fide & sine dolo, trahit obligationem ab intentione iurantis, & secundum illam debet interpretari. Secundum verò procedit in foro causarum. ¶ In iuramento verò determinato super aliquo particulari, secundum eundem Inn. vbi ſ. interpretatur in foro animę secundum intentionem iurantis extra eo. venientes. &. c. ad nostra. el ij. In iudicio verò interpretabitur secundum iura extra eo. venientes. facit c. humanæ aures. xxij. q. v. quod quidem dictum quantũ ad forũ animæ procedit, quantum ad personam priuatam exigentem in què, id est, vi, & quantum ad iudicem exigentem similiter inquè. Vnde secundum Ro. quem sequitur Asten. cùm vir exigit ab vxore iuramentum super adulterio: quia inquè agit, potest iurare quod est verum secundum suam intentionem, licet sit falsum secundum intellectum audientis, & secundum Ric. in iiij. dist. xviij. circa literam, obstetrices non peccassent, licet non restringitur, si quis iurat se ire ad aliquem locum, non tenetur ire, si ad illum locum non sit via, quia impossibilium nulla obligatio. ¶ Tertiò quæritur, † quomodo iuramentum

non est: quia tunc non credo periurare iurantem cautelosè: quia iurat ad intentionem prædictorũ remotam, quæ est scire an fuerit in tali loco infecto. Et idem si quis fuit quidẽ in tali loco infecto, sed nõ sic vt potuerit inficere: vt quia non erat aër corruptus, & transiuit celeriter in equo? Et generaliter idẽ est quoties tales officiales cõcederent, aut concedere deberent ingressum, si scirent veritatem. ¶ Tertiò quæritur, † vtrum iuramentũ præstitum in materia iuris ad iuris limites restringatur? Et dicit Panor. in c. tua nos. de eccl. ædi. quòd licita quòd recipit omnes limitationes & restrictiones quas recipit illud ius. Facit text. in l. fin. C. de condi. inde. & l. fin. C. qui satisd. cog. & not. per Innoc. & glos. in c. per tuas. de arbi. vbi dicit quòd cùm quis iurat stare sententiæ arbitri sub certa pœna, non obligatur nisi vel parere sententię vel soluere pœnam: ideoq; sufficit si pœnam soluit. Similiter si iurauit non sub pœna: quia tenetur vel seruare sententiã vel ad interesse. ff. de arbit. l. diem. §. fin. quia intelligitur ista clausula: ego parebo sententiæ, vel soluam pœnam: cùm iste intellectus sit sibi datus à iure. Panor. autem in c. Quintauallis. de iureiurã. dicit hoc verum in sententia arbitri, non autem arbitratoris: quia in tali sententia nõ est datus talis intellectus. Item pro hoc facit Innoc. in c. cùm omnes. de cõstit. dicens quòd prælatus qui iurauit non alienare bona ecclesiæ, põt nihilo minus alienare in causa necessaria: vt in c. ij. de ec. ædifi. & etiã vtili, cùm in hoc casu necessitas & vilitas æquiparentur à iure. xij. q. ij. fine exceptione. & sic iuramẽtum intelligitur de alienatione illicita solùm. Facit c. petitio. de iureiur. vbi iurans non esse cõtra aliquẽ, intelligitur illicitè: secus legitimè, etiã pro vtilitate propria. Facit etiã c. ex parte tua. de cler. nõ resi. vbi iurans residere in ecclesia, potest iuramento non obstante se absentare, p necessitate vel vtilitate ecclesiæ. Facit etiã quod not. in c. prout nobis. de dolo. vbi is qui iurauit parere mãdatis ecclesiæ vel iudicis: si se grauatũ sentit, potest appellare: quia iuramentum non se extendit ad hoc, quãdo est generaliter latum. Et quod not. in c. ex tenore. de senten. excom. vbi tenet idem Panor. quòd etiam ex causa noua superueniente: vel si erat prius, erat occulta: poterit ille, qui iurauit, respondere coram aliquo iudice, non obstante iuramẽto generali, illum recusare. Nec obstat prædictis quod iuramentũ habet clausulam aut vim clausulæ, si nõ valet quod ago vt ago, valeat quantum potest: vt in c. quanto. & in c. ad nostram. el iij. de iureiur. not. in l. cũ pater. §. filius matrẽ. ff. de leg. ij. & per Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuſ. & in l. sciendũ. ff. de verb. oblig. & cõsequenter debet aliquid operari: quod non faceret si prędicta essent vera. Dicitur enim quòd aliquid operatur: quia adijcit vinculum, & strictius ligat iurantem: & quãdoq; accumulat forum foro: vt in c. fin. de for. cõpet. lib. vj. In casu autem vbi nihil aut parum operaretur: verũ est quòd habet vim illius clausulæ: sed hoc non est in casibus prædictis: quia strictius stringit, & ideo sufficit. Facit etiã pro prędictis quod not. Ant. in c. ex literis. el ij. de spon. & sequitur ibidẽ Pan. quòd sicut æquitas prętoria facit vt in stipulationibus prętoris qui promittẽdo factum alienum in dubio interpretetur promisisse se facturum & curaturum, quantum in eo est: vt in l. quoties. ff. de verb. oblig. ita æquitas iuris canonici hoc inducit in materia canonica: vt paret in d. c. ex literis. & in gl. ibidem, vbi parentes qui iurant sponsalia pro filijs, non peccant, licet non sequãtur, nõ ex eorum defectu: quia illud iuramentum intelligitur, quantũ in eis est se facturos. Facit etiã quod not. Pan. in c. cùm clerici. de verb. sig. vbi dicit quòd iuramentum generaliter prestitum, debet restringi quãtum potest, vt minus obliget iurãtem: quia vbi tractatur de obligatione, est faciẽda stricta interpretatio. alleg. c. ad nostrã. el iij. de iureiur. & c. j. eod. tit. lib. vj. & l. quicquid adstringẽdæ. ff. de verb. oblig. Et in c. quemadmodum. dicit idem Panor. quòd iuramentum in aliquo contractu recipit omnes cõditiones & limitationes & subauditiões, quas habes ille cõtractus: & similiter si apponitur in alia dispositiõe vel obligatione: quia regulatur ab illa. & facit pro hoc l. fin. C. de non num. pec. & not. per Bart. in l. si societate. §. arbitrorũ. ff. pro soc. quæ not. quia faciũt ad multa, vt §. priori dictũ est. ¶ Quartò quęritur † quomodo interpretetur, si prelatus iurauit nõ alienare bona ecclesiæ sine licentia papæ, aut superioris? Et dicit Panor. in d. c. tua nos. quòd interpretabitur vt alienare nõ possit sine licentia: quia de significato huius verbi, licentia, est quòd debet primò peti etiam in casu licito, quasi prelatus reseruet in se cognitionem, vtrum casus sit licitus an non. Pro quo facit in simili cap. licet. de regula. Itẽ quia si intelligeretur de illicita alienatione solùm, iuramentum nihil valeret: quia nec cum licentia superioris fieri posset: & consequenter oportet quòd intelligatur de omni licita. concord. Ioan. And. post Hostiensẽ in c. j. de his quæ fiunt à prelat. Non obstãte tamen iuramento imminente necessitate vrgente posset alienare si superior adiri non posset, arg. in l. tutor qui repertorium. ff. de administ. tuto. vbi ex causa necessitatis potest tutor inuentario non facto administrare bona pupilli: quod aliàs necessitate cessante non potest. Facit quod not. Ioan. xij. q. ij. c. fine exceptione. & cap. placuit. Hugo. & Archid. ead. q. & Ioan. de Fanco. in clemẽ. j. de reb. eccles. non alienan. vbi dicit in casu illius element. alienationem posse fieri impunè, si necessitas non patitur tantam dilationem. & tenuit Panor. in dispuratione, quæ incipit, cõdemnatus. & sequitur Card. in d. elem. j. & Pan. in c. fin. de eccl. ædific. quod not. pro religiosis habẽtibus prælatos in remotis. ¶ Quintò quæritur, † vtrũ iuramentum illius qui iurauit aliquam accipere, interpretãdum sit vt possit intrare religionẽ? Et dicit Panor. in c. cõmissum. de spon. secũdum vnam lect. quæ sibi placet, quòd sic, & ideo interpretatur quòd eam accipiet, nisi ingrediatur religionem. Nec obstat quòd vt cõtrahat ibi consulitur, & postea ingrediatur: quia istud fit, ppter vulgi opinionẽ, ne appareat periurus, cum in veritate nõ sit. Si verò dicatur, quomodo inuenitur ista interpretatio? dico quòd subintelligitur, nisi moriatur cuiliter. vel dic quod habetur in c. peruenit. el ij. de iureiuran. vbi dicitur quòd promissum nõ infringit, qui in melius cõmutat. vel dic quòd sicut non valet iuramentũ nõ faciendi aliquod bonum, sic non valeat iuramentum faciendi bonum melioris impeditiuum. ¶ Sextò quæritur, † vtrum interpretabitur iuramentũ vt locum habeat in casu ficto? Et dicit Panor. in cap. ex parte. el ij. de cler. nõ resi. quòd si iuramentũ nõ cẽdit in aliquam lesionẽ illius qui iurauit, & facit ad bonũ illius cui præstitũ est tunc subest causa largè interpretandi vt in d. c. ex parte. vbi ille qui iurauit residere, si se absentat pro necessitate ecclesiæ, habetur pro residẽte. Si verò iuramẽti observantia tendit in damnũ illius cui fit, licet respiciat vtilitatem alterius tantùm, tunc non verificatur in casu ficto. quod probatur secundũ cõmunem lect. in c. ad nostrũ. el j. de iureiur. vbi dicitur quòd iuramentũ debet seruari in casu specifico, & nõ in casu ficto. Nam ibi tenet Inn. & Ioan. And. quòd si debitor iurauerat nõ molestare creditorẽ super pignore donec soluisset sibi debitum, nõ sufficit quòd creditori fit satisfactum ex fructibus pignoris: sed oportet primò quòd fiat realis solutio debiti, licet fictè soluerit, ex quo percepit debitum ex fructibus pignoris. Facit l. lucius. ff. de cõdi. & demõ. vbi not. quòd conditio fieri debet in forma specifica. Bar. tamen in l. amplius. ff. rem rat. hab. determinat cõtrariũ in isto casu: quia iussus dare seu soluere, impleт conditionem cõpendo

Universidad de Deusto
Biblioteca

fando.l.speculium.§.j.ff.de statu lib. Item impeditus iusta de causa facere quod promisit, non est periurus. l.ff.ff.qui satisd. cog. &c. significante. de pigno. Si autem tibi non soluo, quia tu mihi non soluis: facto tuo impedior: & consequenter non ero periurus. Et hæc opinio mihi videtur de iure verior: nec esse contra casum d.c.ad nostram. quia iste debitor certat de damno vitando, & creditor nullum damnum habet: & ideo habebit locum fictus intellectus in tali casu. Et sic procedit opinio Bart. & d.c.ad nostram non probat cõtrarium: quia secundum Ioan. And. ibi, ex forma iuramenti requirebatur numeratio pecuniæ. ¶ Septimò quæritur, vtrum inferior papa possit interpretari iramentũ? Et dicit Spec. tit. de leg. quòd sic, quãdo dubitatur de validitate eius. Quod autem in cap. venerabilem. de elect. videtur cõtrariũ dici: dicit dupliciter habere locum. primò quãdo proceditur in arduo negotio, & inter magnas personas. Secundò, quãdo vult dare licentiã cõtrauenienti sine cõmutatione in aliud. Et sic hoc potest episcopus, & qui eius habet authoritatem. De periurio infrà suo loco.

Rursus de Iuramento quartò quantum ad virtutem obligatoriam.

1 *Iuramentum promissorii priuati an sit semper obligatorium.*
2 *Iuramentum vniuersitatis an semper & quomodo liget.*
3 *Iurans alicui subiectionem, an successoribus teneatur, & an sui successores teneantur.*
4 *Iuramentum Pagani per falsos deos an obliget eum.*
5 *Obligatio quæ sit maior, voti aut iramenti.*
6 *Iurans in genere an obligetur ad speciem.*
7 *Iuramentum metu extortum an sit obligatorium.*
8 *Iuramentum dolo extortum an sit obligatorium.*
9 *Iuramentum factum ex impetu iracundiæ an obliget.*
10 *Iuramentum vergens in dispendium corporis an obliget.*
11 *Iuramentum contra bonos mores naturales an obligat.*
12 *Iuramentum secundum, contrarium primo, an obliget.*
13 *Iuramentum an sit frangendi fidem seruandum.*
14 *Iuramentum non obligat contra mandata legis vel superioris.*
15 *Iuramentum an obliget in alterius præiudicium.*
16 *Iuramentum contra legem positiuam aut statutum an obliget.*
17 *Iuramentum an obliget in contractu simulato.*
18 *Iuramentum an obliget, vbi supereuenit difficultas magna.*
19 *Iuramentum non obligat, vbi est dolus.*
20 *Iuramentum non obligat, quando in melius commutatur.*
21 *Iuramentum ad factum an obliget.*
22 *Iuramentum conditionale vel ob causam, an obliget.*
23 *Iurans seruare statuta, an teneatur ad futura.*
24 *Iurans se certo loco obsidem fore, si ibi non habet victum, an teneatur.*
25 *Iurans se soluere certo termino vel loco, an impedimento excusetur.*
26 *Iurans redire ad carceres, an teneatur.*
27 *Iurans soluere an obijcias compensationem.*
28 *Iuramentum an impediat secretæ reuelationem*
29 *Iurãs non fidembere, quando fideubeat.*
30 *Iuramentum puellæ quod dote contenta non habebit regressum ad bona paterna an obliget.*
31 *Iuramenta & simplices loquelæ an sit coram Deo differentia.*

IVRAMENTVM quartò considerandum est, inquãtum est promissorũ, habens vim obligãdi ad aliquid faciendũ aut omittendũ, quæ quidẽ obligatio, secundum Sanctum Thom. vbi suprà non habet locum in iuramento, quod non est de fiendo per nos vel omittẽdo, sed de præterito aut præsenti: neque in assertorio de futuro per aliàs causas fiendo, vt quòd cras erit pluuia: sed solùm in his quæ sunt fienda per iurantem. ¶ Primò igitur, quæritur, ṫ vtrum iuramẽtum promissorium priuati sit semper obligatorium? Et dicit Sanctus Thom. secunda secũdæ, q. lxxxix. quòd sicut si vergat in peiorem exitum, quod quidem tripliciter in genere contingit, vt colligitur ab eo ibi. artic. vij. ad secundum. Primò quia iurat quis facere aliquid secundum se malum, puta fornicari: quo casu malum est iurare & seruare iuramentum. Secundò quia iuratur aliquid maioris boni impeditiuum: puta non ingredi religionem: quo casu peccatum est iurare, quia ponitur obex Spiritui sancto: sed non est peccatum seruare iuramẽtum, licet sit melius non seruare. Tertiò, quia nouiter aliquid emergit faciens esse illicitum seruare iuramentum, quod à principio sanè intellectum potuit esse licitum, vt patet in iuramẽto hæredis. Sed Archid. in cap. si aliquid. xxij. q. iiij. & Panor. in cap. si verò. de iureiur. an. magis particularizant. Ex quibus habetur quòd iurans aliquid se facturum, obligatur ad illud, nisi primò vergat in interitum salutis spiritualis: quia scilicet est aliquid mortale animæ, vel secundò nisi vergat in interitum salutis corporalis: quia scilicet est aliquid mortale corpori. vel tertiò nisi vergat in dispendium salutis æternæ seu spiritualis: quia scilicet est aliquid veniale quasi disponens ad mortale & consequentes ad interitum. vel quartò nisi vergat in peiorem exitum. ¶ Et hic quartus casus est multum generalis, sub quo Sanct. Thom. omnes comprehẽdit, & illum diuidit in tres, vt dictum est. Sed secundum Archid. in dicto cap. si aliquid. & glos. Rayn. hoc est sex modis. ¶ Primò quando iuratur aliquid quod est mortale. ¶ Secundò, quando iuratur aliquid in se veniale. ¶ Tertiò, quãdo iuratur aliquid ex se indifferens: quod tamẽ ex circumstantia efficitur veniale aut mortale: vt non esse negotiatorem, vel militẽ, vel non recipere fundum à tali domino: quia dato casu, in quo quis viuere nequeat, nisi veniat contra iuramentum: illud seruare non tenetur: quia si à principio fuisset iste casus, iuramentum fuisset temerarium. vnde contrauenire potest propria authoritate. ¶ Quartò, cum iuramentum excludit opus faciendum ex charitate: vt quãdo quis iurat quòd nihil ex charitate dabit. taliquia non est verisimile quòd Deus, qui mandat opera charitatis, acceptet talia iuramenta, quæ non debẽt esse vinculum iniquitatis, extra eod. quanto. ¶ Quinto, cùm excludit opus de genere bonorũ, vt cùm quis iurat quòd non erit episcopus vel religiosus, vel non ieiunabit pro iure peccati, & huiusmodi. quę quidem iuramenta, cum scilicet non iurantur, veniale aut mortale. Hug. xxij. q. xliij. in prin. notauit esse seruanda: & idem Gratianus eadẽ q. §. vlt. sed Archi. in c. Florentinum. dist. lxxxv. post beat. Thom. ij. ij. q. lxxix. hoc reprobat nõ obstante dicto tex. per quem ab episcopatu repellitur qui iurauit quòd non erit episcopus, quia hoc non est quia teneat iuramentũ, sed quia peccant mortaliter iurando cõtra secũdam partẽ iustitiæ, scilicet hæc bonũ: sicut si iurasset cõtra primã, scilicet declina à malo. ¶ Sextò, cum excludit opus indifferens pro Deo vel proximo pia intentione faciendum: vt quòd nõ loquetur Martino: vel nõ intrabit domũ eius, & huiusmodi. vnde secundũ San. Thom. in quol. xij. iurans quòd nõ cõmunicabit aliquod experimentũ, peccat, nec tenetur seruare iuramentum, nisi quãdo docens est præsens, & vult illo vti. ¶ Sed pro his sciendum est quòd primus quidem, id est, intrãs de mortali, peccat mortaliter iurãdo & seruãdo: secũdus autẽ id est, iurãs de veniali peccat venialiter iurãdo, vt 1. Iuramentum ij. §. vij. seruando autẽ iuramentũ secũdum Hug. peccat mortaliter, quia tacit contra c. in malis. xxij. q. iij. Sed melius dicta Ro. quòd solùm vanialiter. & ratio, quia nõ est hoc tale ratione operis vt patet: nec ratione obseruationis iramenti: quia illa non est de se mala, nec consequẽter aggratiat. Sumautem

autem Ang. dicit esse veniale, quando simpliciter committitur veniale: mortaleverò quando quis ideo committeretur veniale: quia iurauit, quia nomen Dei assumit in malum: sed male: quia illa intentio nõ aggrauat, sed alleuiat: cùm veniat ex reuerentia Dei: nec tunc assumit nomen ad malum, sed quando iurauit. & tamen etiam tunc non peccauit mortaliter, vt dictũ est: quia res est modica. ¶ Circa hoc autem sic dicit Arch. Si quod iuratur est illicitũ & veniale de se, vt bibere quater, quod est nimis iuranti, seruare iuramentum est venia le: & similiter si quod iuratur est aliquid indifferens, vt ire ad villã, vel aliquod licitum in se vel vtile alteri: nullius tamen vel paruissimæ importantiæ, vt verberare filium, vel dare aliquid paruum, vt pomum, & huiusmodi: non seruare tale iuramentum non videtur mortale, quanuis iurans intenderet seruare. Si autem quod iuratur est licitũ, & alicuius importãtiæ, vt dare pecuniã ex cõtractu vel dono, vel ingredi religionem si iurans intendebat non seruare, est mortale: quia mentitur, & tenetur implere, si potest in foro iudiciali tantum secundum aliquos, vel etiam in conscientia secundum alios, quod est mitius. & consulendum, secundum Arch. Si verò intendebat seruare, obligatur, sed implere non tenetur, si non potest vel eo modò quo nõ potest. ¶ Secundò quæritur, ṫ vtrũ semper & quomodo obliget iuramentũ collegij vel vniuersitatis vel societatis? Et dico multa. ¶ Primum. Quando vniuersitas alicuius ciuitatis vel collegij iuramento se obligauit, & iurantes iam sunt mortui: successores illud iuramentum non seruãtes non sunt periuri, secundũ Ray. & S. Tho. ij. ij. q. xcviij. quia obligatio iuramenti est personalis, & nõ transit ex parte iurantis ad successores: quantum ad periurium. ?. §. seq. tenentur tamen ex quadam fidelitate illud implere. extra eo. veritatis. & de vsur. tua. Ex parte verò eius, cui iuratur, transgreditur personam. vnde promittens obedientiam prælato & successoribus, non tenetur denuò promittere successori: quia est ei obligatus sicut antecessori cui promisit. Quod tamen fallit in liberto, qui tenetur professionem facere intra annum nouo patrono. xij. q. ij. longinquitate. &c. fæpe fir. no. Inn. & Ber. in d.c. veritatis. ¶ Secundum. Si multitudo iurauit aliquid facere vel non facere, secundum Veruec. tenetur quilibet obseruare: si absolutè & in omnem eorum iuratum est. Si verò sub conditione ob determinatam causam, puta si alij seruarent, & huiusmodi: non tenetur quis nisi extante conditione, arg. de condi. appos. verum extra eo. peruenit. Vnde si omnes alij vel plures non seruant: hoc casu alij videntur absolui. Si verò pauci sunt qui nõ seruant, tecundum est ad intentionem iurantium. Videlicet quòd si intendebãt quòd quocũq; non obseruante ipsi nõ tenerentur. aut solum si multi essent illi qui non seruarent: & de intentione nescitur, tutius est seruare. vbi autem nullam conditionem habebat in mente, vel dubitatur an fuerit simplex vel sub conditione, distinguit. Nam si iuramentum spectet tãtum ad cõmodum iurantiũ & medietas vel maior pars non seruat, & hoc vergit in damnum seruantium & lucrum nõ seruantium, benignè interpretandum est quòd alij non tenentur. sed si seruantes nullũ damnum patiuntur, non est tutum contrauenire: sed denuntient prælato, vt cogat seruare, vel sibi inuicem remittere. Si verò concernit commodum aliorum non possunt sibi remittere, aut alijs non seruantibus non seruare, sine periurio, si simpliciter iurarunt: & si dubitant an simpliciter vel sub cõditione iurarũt, dimittant incertũ, scilicet nõ seruare, & clement quod certum est. hæc ex illo. Sed adde quòd si ista non obseruatio aliquorum talem reddit casum, quòd si à principio talis fuisset, nõ iurassent, nõ tenenturvt patet ex dictis ti. prio. re. §. j. conditione tertia. infrà Iuramentum. v. §. x. ¶ Tertium.

Quando singulares personæ firmant iuramento statuta collegij, sublatis statutis per ipsam vniuersitatem non obligat iuramentum, secundum Io. And. in c. de his quæ fiã ma. par. ca. Sed Pan. in c. dilecto. de præbẽ egregiè distinguit. Nam si singulares de collegio iurant vt singulares, vera est opi. Ioã. And. sicut si statuto cauetur vt nullus detvocem oiisi matricu latus: aut q̃ nullus vadat de nocte: & iurauerũt singuli seruare: quia hoc cõcernit obseruantiam singulorũ, si collegium tollat statutũ, nõ peccabunt contrauenientes: quia iuramentum erat statuto accessorium: & remoto principali, ramouetur accessorium. Si verò iuramentũ additogit eos ad obseruantiam, vt collegialiter: sic sine periurio contrauenire non possunt etiam collegialiter, causa rationabili nõ subsistente. Exemplum, vt in d.c. dilecto. de canonicis iurantibus vt etiã collegialiter non recipiant canonicos: quia non est dubium quòd vt singuli non possunt. Aduerte tamen quòd si statuentes vel eorum successores veniunt scienter contra statutum, videntur illud tollere etiam voico actu, scilicet collegiali, secundum Pan. & Host. & Io. And. Aduerte etiam quòd eo casu quo non possunt contrauenire collegialiter: intelligitur nisi propter fauorem publicum: quia hoc intelligitur exceptum, vt no. Pan. ibi. Et secundum prædicta intellige glo. in c. in his. xj. dist. Aduerte etiam quòd in casu eodem ex causa possent contrauenire aliquando authoritate propria vel superioris, iuxta dicenda infrà titulo seq. per totum. ¶ Quartò. Singuli de collegio vel vniuersitate qui iurarunt seruare multa contenta in suis statutis, an sint periuri contraueniendo. Pan. in cle. j. de reg. distinguit. Nam si iurarunt seruare statuta, si contrauenunt collegialiter, non incidunt in periurium, quia tollunt statutum, & consequenter tollitur iuramentum statuto accessorium. quod limita vt particula prime dictum est. Si verò iurauerunt seruare contenta in statuto, incidunt in periurium veniendo contra sine causa rationabili. Quod quidem Pan. in d.c. dilecto. intelligit quando iurauerunt seruare contenta in statuto nulla habita mentione de statuto: vt puta, si dixerunt: iuramus non recipere aliquem, qui non sit graduatus: secus si addidissent, sicut continetur in statuto: quia hoc casu videntur iurasse seruare statutum. Et idem sentit Car. in d.cle. j. Io. autem de Lig. in d.cle. j. dicit quòd in primo membro, id est, quando iurauerunt seruare statuta, contraueniendo etiam collegialiter incidunt in periurium. Tu verò dic distinguendo cum Pan. vt particula priore. ¶ Quintum. Si autem talia statuta essent cõfirmata ab episcopis aut principibus ciuitatum vel terrarum, possunt inferiores indistincte contrauenire dicto modo, secundum Bar. in l. omnes. C. de testa. & in l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. Sed Bal. in d.l. omnium. tenet quòd non. Pan. autem in c. cùm accessissent. de constitu. concordat, quia primum est verum si statutum concernit principaliter fauorem statuentium. facit c. pro illorum. de præb. etiam si statutum contineat talem materiã, quod non valuisset sine superiore. vt idem Pan. notat. in c. cũ M. de consti. quia cõfirmatio habet vim priuilegij, cui statuentes tanquam priuilegio possunt renuntiare. Si verò concernat fauorem aliorum vel bonum publicum sic. versũ est secundã: qa superior cõfirmãdo videtur suã facere dispositionem: quia omnia nostra facimus, quibus authoritatẽ impartimur. de præb. si apostolicæ. libro vj. & l. j. C. de veteri iure enucle. ¶ Sextum. Statuta terrarum non permittentia vinũ aliunde allatum vendi in suo territorio, id est, quandiu vinum illius terræ inueniatur tanto vel tanto pretio venale: etiam si sint iuramento firmata, non sunt obseruanda, secundum Monal. quia illicita sunt ipsa, & iuramenta: cum etiam circunscripto statuto & iuramento talia facere intentione corrupta, illicitum

Universidad de Deusto
Biblioteca

illicitum sit. Secus si aliqua bona intentione ad bonum reipublicæ, puta quia ibi sunt vina corruptioni obnoxia, quæ in lõgum tempus seruari nõ possunt: quæ vendi nõ possent, si aliũde portaretur vinũ: & sic terra illa pateretur grauem iacturam. Quomodo autem intelligendum sit quando quis iurat seruare statuta vniuersitatis, vide infrà. §. xxiij. ¶ Tertiò quæritur, †vtrum iuramentum factum ab aliquo subdito alicui, obliget eum ad successores eius cui iuratur, aut successorem iurantis. Et ad primũ Arch. post Pan. in c. veritatis. extra eod. dicit quòd aut in iuramento facta est mentio de successoribus: & tunc non cogitur amplius iurare, licet teneatur se recognoscere libertum seu vasallum vel subditum: de qua recognitione loquitur c. de longinquitate. xij. q. ij. Aut simpliciter fuit præstitum nulla facta mentione de successoribus: & tunc aut fuit præstitum simpliciter personaliter: & tunc secũdum Gof. & Hos. cuilibet successori iurare tenetur. facit l. imperialem. de prohi. feu. ali. Sed contra hoc est d. c. veritatis. & Pan. limitat hoc verum, si fuit præstitum sub nomine proprio vel appositio aliquo verbo personali: vt promitto tibi. si tamen is, cui fuit iuratum, remouetur à dignitate, nõ tenetur iurans illi amplius ad iuramenti obseruantiam: quia intelligitur præstitum personæ ratione dignitatis. & de hoc est text. in c. venerabilem. in fi. de elec. Aut fuit præstitũ simpliciter sub nomine dignitatis: & tunc transit ad successores quantũcunque non fuerit facta mentio de successoribus: vt si dixit promitto obedire episcopo Senensi vel Romano pontifici: quia dignitas ex diuersitate præsidentium non variatur. xij. q. ij. liberti. de rescri. si gratiosè. lib. vj. & facit c. quoniam abbas. de offi. dele. & quod no. Bar. in l. centesimis. ff. de ver. obli. Ad secundum dicit idem Pan. quòd Host. & comminiter Doc. dicunt iuramentum non transire in hæredem vel successorem iurantis, etiam si iurasset pro se & suis successoribus vel hæredibus: quia licet possit quis hæredem obligare temporaliter, imò etiam non faciendo mentionem de hæredibus, pactum regulariter trãsit in eos: spiritualiter tamen nõ potest: quia licet sit honestum vt in spiritualibus obligationibus filius sequatur voluntatem patris, non tamen est necessarium, vt in c. j. de despon. impu. & in c. ex literis. de spon. ¶ Quarto, quæritur, †vtrum paganus iurans per falsos deos non coles tos teneatur? Et dicit Ray. quòd cùm iurauit, peccatum commisit in iurando: sed si modo nõ obseruat fidem promissam, addit peccatum peccato. Et concordat Sanctus Thomas. addens quod licitum est recipere iramentum eius qui paratus est per falsos deos iurare, nõ tamen licet eũ ad hoc inducere. 4 5

¶ Quintò quæritur, †quæ obligatio sit maior, voti, vel iuramenti? Et dicit Sanctus Tho. ij. ij. q. lxxxix. quòd votum ex sui ratione est magis obligatorium: quia eius obligatio ex fidelitate causatur, quam debemus Deo: cuius transgressio infidelitatem, & consequenter irreuerentiam continet: obligatio verò iuramenti causatur ex reuerentia, quam debemus ei: ex qua tenemur quòd verificemus id quod per nomen eius promittimus: cuius transgressio continet irreuerentiam tantum 6

¶ Sextò quæritur, †vtrum iurans aliquid in genere, obligetur ad speciem? Et dicit Hosti. quòd cum generalitas obscuritatem pariat, non video: cogitasse de his, super quibus specialiter iraturus non fuissem. Et sic interpretãdum est iuramentum secundum intentionem iurantis, quando sine dolo quis iurat. Secus autem quando ipse cum dolo est: & ille, cui iuratur, est sine dolo. Igitur si emergat casus inopinatus, de quo si cogitassem, nullo modo iurassem, non teneor. Satis concor. Ray. & Veruec. Sed adde ex Pan. in c. veniens. extra eod. vbi habetur secundum Inno. quòd si iuramentum fuit generaliter præstitum, non extenditur nisi ad ea, de quibus cogitatum est, vel debuit meritò cogitari: extra eo. Quintauallis. vt suprà Iuramentum. iij. §. ij. dictum est. Si verò fuit specialiter præstitum, recipit interpretationem secundum ius in foro contentioso: in pœnitentiali verò secundum intentionem iurantis. & de hoc suprà Iuramentum. iij. §. ij. Per hoc autem absolutur ista quæstio: Quidam clericus iurauit stare mandato episcopi: qui præcepit vt renuntiaret beneficio, & non appellaret. Certè ex quo non erat verisimile quòd de his cogitasset, poterat præcepto non obstante appellare. & ita terminatum fuit per Docto. de Rota. ¶ Septimò quæritur, †vtrum iuramentum per metum extortum sit obligatorium: puta si deprehensus à latronibus iurauit se daturum pecuniam? Et dico multa. ¶ Primum. Secundum Ray. si fuit de re licita, est obligatorium: secus de illicita. & idem Sanctus Thom. addens quòd poterit tamen in iudicio repetere quod soluit, vel denuntiare prælato, qui ex iusta causa huiusmodi obligationem poterit relaxare: etiam si contrarium iurasset: quia tale iuramentum vergeret in deteriorem exitum: cùm sit contra iustitiam publicam. Intelligunt autem quidam, vt Io. Cal. & glo. xv. q. vj. authoritatem quòd in foro conscientiæ sit hoc iuramentum obligatorium indistinctè. quidam verò, vt Io. And. tenent melius, quòd sit obligatorium in foro conscientiæ solum si intendebat se obligare: sed in foro iudiciali hoc sibi non crederetur. Et hoc sequitur Pan. in c. si verò. eo. tit. & est verius. & quòd talis quo ad Deum non indiget absolutione, si non intendebat se obligare: quia Deus iramentum accipit prout ex corde procedit. xxij. q. v. humanæ aures. In foro autem contentioso ecclesiæ, secundum S. Bona. iramentum coactum non est obligatorium: quia præsumitur quòd quis non iurauerit voluntate implendi. Et ista est communis opinio S. Tho. scilicet quòd obliget in conscientia iuramentum coactum, scilicet si erat intentio se obligãdi: non autem in foro contentioso, vt patet in iij. di. xxxix. & iiij. di. xxix. ij. ij. q. lxxxix. ar. vij. ad tertiũ. q. xcviij. iij. ad primũ. Oppositũ videtur tenere Io. And. & tenet Pan. ibi, dicens quòd iuramentum nõ debet esse obligatorium, si quis non habuit animũ obligandi se: & sic deberet præsumi: sed ecclesia aliter statuit, ne detur materia allegandi metum, & sic deierandi: cùm frequenter iramentum interueniat in actibus hominum. Sed hoc non bene dicitur: quia si iurauit dare latroni centum aureos intentione non dandi, sed euadendi in conscientia nõ teneor, secundum eundem Panor. in foro contentioso præsumitur quòd eo animo iurauerit, vt ipse met dicit: & consequenter si ecclesia statuit me dare centum: iniquè agit contra me ob reuerentiam iramenti: & sic facit malum vt veniat bonum, contra apostolum Ro. iij. Et præterea, vt dicit Sanctus Thomas in tertio, ei qui vim intulit, scilicet cadentem in constantem virum, non competit actio ex obligatione talis iramenti. Nec valet dicere possibile esse quòd non eo animo iurauit, sed animo dandi: quia cùm hoc non constet, si statuisset vt darem, exponeret se periculo faciẽdi iniuriam. Capitulum autem, si verò. & c. verum. quæ adducit Pan. non probat in oppositum: quia loquuntur in casu quo iuramentum tenebat ex intentione iurantis, vel saltem cum hoc erat dubium. Caietan. qui adducit Sanctum Thomam pro opinione contraria, eum non vidit in tertio, vbi clarè loquitur. & in ij. ij. vbi eum allegat, non intellexit ad plenum. ¶ Secundum. Iurando verò talis cum tali animo, scilicet se non obligandi, secundum eundem Pan. ibi peccauit: quia assumpsit nomen Dei sine effectu: sed venialiter si erat homo perfectus. aliàs non peccauit. pro quo facit quod habetur in simili. xxij. quæstione. ij. ne quis. Sed ego distinguo: quia si in nullo sensu intendebat facere quod iurabat: verè & formaliter deierauit, & peccauit formaliter. Et sic intellige Arch. dicentem quòd peccauit mortaliter. facit quæ relam. de iurem. & c. illud. ij. q. v. & quod no. gl. in d. c. authoritatem. Si verò in aliquo sensu intendebat facere quod iurabat, licet non in sensu eius cui iurabat: vt quia iurauit dare centum, subaudiẽdo in animo suo, si deuero: tunc non peccat: quia non tenetur iurare secundũ intentionem eius, cùm non sit iuus iudex: sed vtitur simulatiõe licita, quæ licet: vt in c. vtilem. xxij. q. ij. ¶ Tertium. Eo casu quo iuramentũ hoc est obligatorium, si cõtraueniat qui iurauit ante absolutionem à iuramento peccat: & secundũ aliquos venialiter tantum, pro eo quod c. verum. eo. tit. dicit, pro tali transgressione nõ esse imponendam pœnitentiã vt pro mortali. & hoc sequitur Sum. Ang. etiam quando habuit animum se obligandi: sed Io. Cal. S. Tho. Archi. & Arch. & Pan. & Sum. Ros. tenent quòd peccet mortaliter. & hoc est indubitatum: quia deierat. Ad c. autem, verum. Io. Cal. respõdet tripliciter. Primò quòd loquitur post absolutionem à iuramento. sed hoc non placet Io. And. & bene: quia tunc cum nõ peccet, nulla est illi imponenda pœnitentia. Secundò quòd procedit in foro iudiciali: secus in pœnitentiali. Tertiò, quòd non dicit istum non peccare mortaliter: sed non puniendum tanquam pro mortali, scilicet voluntariè commisso: quia metus allegatus excusat culpam. Et eodem modo videtur respõdere Pan. dicens quòd si constaret ipsum habuisse animum se obligandi, deberet puniri pro mortali, licet non ita acriter, sicut si iurasset contra iuramentũ libere præstitum. & ita restringit d. c. verũ. §. cæterum. ¶ Quartum. Si sumus in dubio vtrum habuerit animum se obligandi nec ne. dicit Sum. Ang. quòd non obligatur ad seruandum: vt est text. in c. j. quod me. cau. sed illud c. non loquitur quando interuenit iuramentum in quo, sicut dicit S. Tho. est duplex promissio, scilicet facta hominiquæ nõ est efficax, & facta Deo quæ ligat, quando quis intendebat ligari. vñ melius Sum. Ros. post Archi. & Pan. dicit quòd tunc propriè loquitur d. c. verũ. quia in dubio præsumendum esset quòd non habuit animũ se obligandi: sed quia posset accidere contrariũ, ne ecclesia daret materia deliberandi, volunt quod in dubio iuramentum obseruaretur. Sed post factum respectu pœnæ est restringendum in mitiorem partem, vt non puniatur tanquã pro mortali. ¶ Quintum. Prædicta intelligenda sunt primò in iuramento promissorio, nõ autem in assertorio: quia in hoc nullus metus excusaret à mortali iurãtem falsum. xxij. q. v. ita ne. & S. Tho. iij. dist. xxxix. Et secundò intellige de metu cadente in constantem virũ, secundum gl. in d. c. verum. & S. Th. in iij. dist. xxx. q. j. arti. iij. q. ij. Iouis autem metus non excusat. ¶ Octauò quæritur, † vtrũ iuramentum extortum dolo, sit obligatorium? Et dicit Arch. post Panor. quòd si cõtractus super quo præstatur, est aliàs reprobatus, fauore ipsius iurantis tale iuramentum non est obligatorium. & casus est in c. cùm contingat. à contrario literæ: vbi dicitur quòd mulier consentiens alienationi rei dotalis, & iurans nõ contrauenire, vbi non superuenit dolus nec metus, nõ est audienda, scilicet quo ad relaxationem iuramẽti, vel annullatio nem contractus. Ergo si interuenit dolus, secus est: quia text. excipit dolum: & sic etiam in c. ij. de pac. lib. vj. & c. licet. eod. tit. & lib. & in auth. sacramenta puberum. Et idem dicendum cum interuenit metus. Ex quo enim talia iuramenta contra legem sunt, non ligant, nisi sint voluntaria omnino, quod etiã tenet Bar. tutius tamen est si petatur absolutio: sed primum verius. Si verò iuramentum non venit contra dispositum à iure, & interuenit dolus: subdistingue. Nam aut tantus est dolus quòd excipit mentem iurantis: puta, quia cessante dolo nullo modo se obligasset: & tunc non ligat iuramentum: & potest cõtrauenire nulla obstãte absolutione. argu: per id quod not. Io. And. in c. vnico. de commo. Et sic intellige Fed. cons. cxciij. vbi hoc expresse sentit, ponendo terminos in minore xxv. annis. & in muliere seducta à fratribus hæreditati paternæ renuntiando, quæ valebat longè plus quàm habuit in dote. quod est notandum pro limitatione c. ij. de pac. lic. vj. scilicet quòd non procedat, quando dolus dedit causam contractui: quia vbi dolus dat causam contractui, excluditur voluntas. l. j. ff. de dolo. & iuramentum non obligat vltra intentionem iurantis. extra eo. veniens. ¶ Nonò quæritur, †vtrum obliget iuramentum factum ex impetu iracũdiæ? Et dico q̃ Pan. in c. sicut ex literis. de iureiur. & Sum. Ang. ac Ros. attribuunt Io. And in d. c. quòd iuramentum factũ calore iracundiæ non obligat. quod quidem dictũ d. Aut. & omnes prædicti limitant, quando calor fuit tantus, quòd quis deliberatè illud iuramentum non fecisset: quia cùm procedãt de pari votũ & iramentũ, vt no. in c. j. & ij. de iureiu. sicut in voto, secundum S. Tho. deliberatio requiritur, ita & in iramento. Sed ego dico quòd Io. Andr. ibi loquitur de iramento monachi iurans nõ redire ad claustrum. quod non solùm fuit ex iracundia, sed etiam de se temerarium & illicitũ, vt ibi patet ex text. Et quòd prædicta limitatio est contra mentem eiusdem Io. And. qui in c. dudum. de conuer. coniu. videtur limitare quando rãtus est calor quòd homo nõ aduertit plenè, dicens quòd votum emissum calore iracundiæ non obligare, verum est, quando est talis & tãta turbatio, quòd sapiẽ quandã mentis alienationem ex multo furore: aliàs votũ ex iracundia obligat: quia ea, quæ in se sunt bona, non indigent deliberatione: intellige lõga & multa: vt in dubijs, cùm hæc subitò fieri possint. Est etiã dicta limitatio cõtra Veruec. dicentem quòd qui ex impetu iurauerit, quod deliberatè nõ iurasset, seruare teneatur, si licitũ est. & sic etiã sentit Sum. Confes. & Sum. Pis. & Arch. Nec valet prædictorum fundamentum: quia deliberatio dupliciter sumitur, aliquando scilicet pro conclusione cõsilij, quæ aliquando penè repentè etiam in homine passionato fit: & ista est, quæ in voto & iuramento requiritur. Aliquãdo verò sumitur pro cõclusione prædicta facta animo quieto: & ista in prædictis nõ requiritur: vt patebit ex dicendis infrà Votum. ij. §. xiij. Et iuxta hęc intellige quòd iuramentum ex abrupto, id est, sine deliberatione factum, non obligat, secundum Arch. post Pan. quem refert: quia nõ habet in se consensum: licet pen posit absolutio ad cautelam. ¶ Decimò quæritur, †vtrum obliget iuramentum vergens in dispendiũ propriæ salutis corporalis? Et dicit Pan. in c. si verò. eod. titu. quòd non: quia sicut non valet iuramentum tendens in mortem alterius. xxij. q. iij. c. j. ita & fortius valere non debet, si tendit in propriamine in c. si non licet. xxiij q. v. Hoc limitat gl. in d. c. si verò, qñ directè vergit in mortem. secus si occasionaliter: sicut qui iurauit stare Romæ de mense Augusto, tenetur ibi stare: quia licet multi moriantur, non tamen semper. Hanc etiam limitationem limitat Io. And. verum, nisi ex imminenti infirmitate vel complexione iudicaretur sic iurãs ex tali mora moriturus. Et sic collige ex dictis eius quòd si ex qualitatibus verisimiliter præsumitur de morte, nõ obligat. Et similiter dico quòd non obligat iuramentum, quando cedit in mutilationem: quia nemo membrorum suorum est dominus. lege, liber homo. la. j. in principio. ff. ad l. Aquiliã. Item quia si à principio talis casus affuisset, iuramentum fuisset temerarium. vnde tali casu emergente temerarium esset illud obseruare. Prædicta tamen limita, nisi mors aut mutilatio infligenda esset ex iustitia: quia tunc non posset quis fugere contra iuramentum. vt suprà Accusatio. §. vltimo. Ex præfatis inuehit Pan. contra Cartusienses dicens quòd si à peritis medicis diceretur fratrem Cartusiensis ordinis non posse

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliter mortem euadere nisi per esum carnium,non obstante regula aut voto deberet carnes comedere:quia sicut iuramẽtum,ita & votum nõ ligat propter periculum mortis,& cum patribus passibus ambulectiet not.in c.j.& cap.debitores.extra eo.&.c.licet.&.c.magnæ.de vo.Ferrur tamen quòd magister Ray.de villa nouа fecit tractatum.in quo cõcludit vitam posse restaurari sine esu carniumdicens quòd vinum mediocre maximè aromaticum & vitella ouorũ mediocriter mollia, quæ acutissima digestbone couertuntur in laudabilẽ & multum sanguinem,sunt ad hæc magis competentia quàm carnes.Et certè si hoc est verum,cessat primum dictum : sed vbi ex circumstantijs medici dicerent contrarium,procederet dictum meum.Itẽ posset contingere quòd infirmo ouа essent fastidio & horrori,& quòd nõ posset illa capere.quo casu indubiè illud esset tenendum:quia necessitas excusat ab omni peccato:vt in c.ij.de obser.ieiu.hęc ille.Vnde Cartusiẽses indistinctè nõ reprobat,sed tantùm in casu:& meo iudicio,be-
11 ne dicit.¶ Vndecimò quæritur, †vtrũ obliget iuramentum factum contra bonos mores naturales:puta quia præbet occasionem delinquẽdi?Et dico quòd non:vt in c.quemadmodum.de iureiur.& in regu,non est obligatorium.de regu.iur. lib.vj.Sicut si vir iurat non agere contra vxorem rerum amotarum,non valet:vt ff.de pact.do.l.conuenire.quia præbetur mulieribus occasio furandi.Similiter qui iurauit non denuntiare aliquem,non tenetur:quia est cõtra bonum animæ delinquẽtis,& charitatis.ij.q.j.si peccauerit.& de iudi.nouit,&facit l.si vnus.§.pacta.ff.de pac.Hoc tamen exemplum limitat Host.verum esse,scilicet quòd non teneatur,nisi quando vellet denuntiare solùm propter commodum proprium : quod non licet.Et facit c.ad nostram.el j.de iureiur.sed oportet denuntiare vel agere ꝓpter bonum commune principaliter:& sic secũdariò propter propriũ.quod intellige in iniurijs:quia ad vitãdum interesse rerum,nõ est peccatum quærere suum in iudicio:argu.dictorũ suprà Accusatio.§.vj.¶ Duodecimò
12 quæritur,†vtrum obliget iuramentum contra iuramentum prius factum? Et dico primò quòd non:vt in c.sicut ex literis. de spõ.& in c.quanto.de iureiu.& in c.intellecto.eo.tit.quod Host.Inno.& Pan.in d.c.sicut.intelligunt etiam si sit promissio.quamuis postmodum Inn.videatur tenere contrarium in c.veniens.de iureiu.sed non est verum per c.iuramẽti.xxij.q. v.Dico secundò quòd actus gestus contra primum iuramentum non est ipso iure nullus indistinctè:sed secundũ Pan.d. c.intellecto,si actus dependet à mera voluntate iurãtis:puta, quia nullo iure prohibetur:sic tenet.Vnde secundum Inn.in c.dilecto,de præben.si quis iurauit non alienare librum,& tamen alienauit,tenet alienatio,licet sit periurus.& facit c.vlti ma voluntas.xiij.quæst.ij.in gl.vbi tangitur quòd qui iurauit non mutare testamentũ,& mutat,tenet secundũ,licet sit periurus:nisi in casu alicuius conditionis subintellectæ excusantis.Hostien.tamen in c.cum Matthæ.de cele.miss.tenet nõ valere secundum testamentum.Sed Ioan.And.in regu.quod semel.lib.vj.tenet illud valere:quia nullo iure cauetur quòd sit nullum factum,per quod sit contra iuramentũ:quod verum est quãdo actus dependet à mera facultate iurãtis.Si verò ab ea nõ depẽdeat,puta quia interdicitur à lege fauore ipsius iurantis.Exemplum in muliere & minore,qui alienare nõ possunt,vel alium contractum facere sine certa solemnitate:tũc actus etiam iuratus contra primum iuramentum non valet ipso iure.& sic intelligo glos.in c.licet.de iureiu.lib.vj. Et ratio est,quia actus sine iuramento erat ipso iure nullus,obstãte legis prohibitione:ratione autem iuramenti sustineri non potest:quia iam obligauerat se Deo per prius iuramentum: & secundum fuit illicitum. Et idem dic quãdo actus prohibetur ratiõe publicę vtilitatis.& iste est casus cap.intellecto.ligitur dic quòd si lex seu statutum non resilit actui iurato : si contrarium fiat,actus non est ipso iure nullus:secus si resilit. Et ita tenet Archi.in c.si à sede.de præben.libr.vj.Gaspar de Cal.in capit.cum contingat.de iureiurãdo.& Spe.de emptione & venditione.Quod nota pro cautela mulierũ tumentium ne inducantur ad aliqua facienda in suum præiudicium. Iurent enim prius in manibus alicuius coram testibus se nollie tales alienationes vel renuntiationes facere:dummodo quando contrarium faciunt,intendant non facere contra iuramentum primum,id est,non effectualiter renuntiare, sed solùm verbaliter:quia sic non erunt periurę eo casu quo non tenentur iurare secundùm intentionem exigentis iuramentum.de quo suprà Iuramentum.iij.§.ij.dictum est.¶ Decimoterzio quæritur,†vtrum obliget iuramentum,quando is,cui fit,frãgit fidem iuranti? Et dicit Panor.in c.peruenit.el ij.de iurẽiurãdo.qꝫ quãdoqꝫ duæ obligationes respiciunt se adinuicem puta,promisi equum,propter quod alius promisit mihi centum:& si ego non seruo promissum,nec ille tenebitur mihi de centum.Et sic intellige illud,frangenti fidem.ff.prosocio.lege,si cõuenerit.xxviij.quæst.ij.si infidelis.ff.de inof.te.lege. instituta.C.de pactis.l.cum proponas.la ij.& sic intelligit d.c. peruenit.& cap.constitutus.de pœnit. Et idem dico quando conditionaliter promisi:puta iuraui ire Romam,si dederis centum.si non das,non teneor:quia promissio mea non purificatur nisi à tempore existentis conditionis.l.credere diem ff.de verborum signi.Insti.de verb.obligat.§.ex conditionali.Et si is,cui iuraui,non implet promissum ex aliqua necessitate,puta,quia non potest,nihilo minus ego non teneor ad iuramentum factum propter illud.& hoc tenet do.Ant.& Pan.in.c. cum el iij.de iureiur.& placet,licet alij teneant solum me cum teneri,quando alius ex negligentia aut voluntate non attendit.Quandoque autem obligationes non referuntur alicui cem,sed ad diuersa:puta promisi tibi simpliciter cẽtum:& non ex hoc,sed simpliciter promisisti mihi aliquid facere:& tunc licet ego nõ impleam promissum,tamen tu teneris:quia promisisti mihi ratione meæ promissionis,sed simpliciter & de specie ad speciẽ nõ fit compensatio:vt not.in cap.ij.de decimis.Et hoc tenuit Cyn.in d.l.cùm proponas.& sic intellige.Nec nolì.xxiij.q.j.vbi dicitur quòd hosti seruanda est fides.Nec obstat.c.quod Deo patri.xxxiij.q.v.de voto viri & mulieris:vbi licet alter frangat,alter tenetur seruare:quia ibi quilibet contrarium simpliciter vouerat Deo, non conditionaliter : & ex hoc cogitasset,non vouisset:quia sic non tenetur,per ea quæ dicta sunt suprà iuramentum , tertio.§.ij. ¶ Decimoquarto quæritur,†vtrum obliget iuramentum quando mandatum legis aut superioris contrarium vult? Et dico quòd non : Exemplum:si iuraui dare tibi decem,& iudex ex aliqua legitima causa hoc inhibet:vtiq; non teneor:de censi.significauit lege fin.ff.qui satisd.cog.Item si fuisti excommunicatus post iuramentum tibi factum de aliquo tibi dando:non teneor:vt suprà,Excommunicatio.iij.in princip.effec.xiij. Item Excommunicatio.v.§.iiij.dub.xij.Vnde in omni iuramento subintelligitur,saluo iure superioris vel alterius,secundum Ioannem Andr.in d.c.quemadmodũ. extra eo.& facit c.veniens.eo.tit. ¶ Decimoquintò quæritur,†vtrũ obliget iuramentũ in alterius præiudicium?vt puta si iurent canonici quòd si quis eorum efficiatur episcopus seruabit quędã in præiudicium episcopalis dignitatis?Et dico quòd nõ,vt in c.sicut ex nostris.de iureiur. Et idem si cardinales iurassent in præiudicium sedis apostolicæ,quia assumptus in papam non teneretur.Et idem si vir iurauit non stare cum propria vxore propter odium:quia non

teneatur:imò nec etiam si propter continentiam:sed eo casu tenetur reddere,licet exigere nõ possit: quia illud est solùm in præiudicium suum.Et hoc videtur tenere Hostie.Tanc. Gofr.& Ioan.And.pro quo vide glos. in cap.tua nos. de iureiurand.Et si iurauit in præiudicium alterius, cuius potestati subijcitur:puta,si vxor iurauit peregrinationem vel abstinẽre non possunt,cum eis à superiori contradicitur:de quo infrà Votum.iij.§.iij.Et idem cum quis promisit tenere secretum:quia non tenetur quando est alteri nociuum , quin possit & debeat reuelare his qui possent prodesse, & nõ obesse. xxij.qu.est.v.hoc videtur.& sentit glos. in cap.ego,de iureiurand.Aut si producatur in testem : quia secundum Inno.in c. qualiter & quãdo.el j.de accus.tenetur dicere,etiam si cogitasset de hoc quando iurauit.& facit cap.quia plerique.de offi. ord.lib.vj.& cap.constitutus.el j.de testib.& cap.olim.de accu.Si tamen is,qui exigit iuramentum ab aliquo de veritate dicẽda,sit homo ferus,de quo verisimiliter pręsumitur quòd procederet ordine iustitię non seruato:sic non tenetur reuelare quòd scit , etiam si posset probare. Et similiter quamuis non sit crudelis,sed qui procedet ordine debito: nõ debet et reuelare,si probare nõ potest,scilicet in iudicio arg.c.si peccauerit.ij.qu.est.j.& xx.quæst.vij.plerunq;. secundum Rodo. Illis tamẽ qui possunt prodesse,nõ obesse, tenetur si iurauit.xx.quæst.v.hoc videtur.Et idem de eo qui iurauit nõ pręstare auxilium tali:quia intelligitur iniustè,secundum Ioan. all.c.petitio.de iureiur.& cap.j.de his quę fiũt à ma.par.ca.& cap.grauem.de excess.prælat. & si etiã iurasset de iusto auxilio non dando,non tenetur:quia iuramentum nõ ligat ad illicita,& contra iur.d.c.quanto.eod.tit.Et idem de eo,qui existẽs in dignitate,& alienãs bona, iurat nõ reuocare: quia non tenetur:vt in d.c.intellecto.eo.tit.quia est in præiudicium alterius,scilicet dignitatis.c.cum contingat.in fi.eo.tit.& c.ij. de Pac.lib.vj.Et hoc tene etiam si nõ iurasset prius nõ alienare. licet glos. sentiat oppositum.d.c.intellecto.per prędicta.Sed limita in notabili alienatione , per quã dignitas notabiliter lædi:tur:secus in re modica:quia propriũ est principũ donare: de dona.c.j.& in iuramento facto à prælato de nõ alienãdo nisi cõsulto papa.non debet fieri relatio ad alienatione modicam:quia iuramẽtum non extenditur ad verisimiliter nõ cogitata.cap.veniẽs.eod.titu.& consentit Feder.consil. cciij. ¶ Decimosexto quæritur,†vtrum obliget iuramẽtum factũ contra legem positiuã aut contra statutũ?Et dico multas de hoc fuisse opiniones,vt recitat Pan.in c.cum cõtingat de iureiurand.tamẽ hoc videtur verius. Nam aut lex positiua seu statutum aliquid prohibet propter bonos mores naturales conseruandos: & tunc non valet iuramentum: vt in reg.non est obligatorium.de reg.iur.lib.vj.sicut iuramenti mulieris, quæ viuente viro dedit fidem adultero de contrahendo post mortẽ viri:quia sic lex est indispẽsabilis & inuariabilis.v.dist. in princ.& vij.dist.quæ contra.Secus in bonis moribus ciuitatibus:quia iuramentum valet contra eos.de pign.significante.vbi valet iuramentum contra pactum legis comissoriæ. Aut lex seu statutum fundatur super bono publico principaliter:& sic non tenet iuramentum: quia pactis vel iuramẽtis priuatorum ius publicum remitti non potest : ad quod Ius publicum.ff.de pact.Aut lex seu statutum nõ fundatur in bonis moribus naturalibus,nec super bono publico principaliter,sed in odiũ aliquorum: & sic tenet iuramentum quando potest sine dispendio salutis impleri licet non sine dispẽdio rerum corporalium:vt in d.cap.significãte.& in cap. debitores.de iureiurand.Idem dicendum est quãdo lex est fundata principaliter super fauore priuato:licet cõsequẽter & secundò super publica vtilitate:quia iuramentum ligat. & est ille casus propriè.c.si.de pact.lib.vj.& hoc quando non cõtinet aliquam turpitudinem cõtra bones mores naturales nec ex parte iurantis,nec ex parte materiæ super qua iuramentũ præstatur,nec contra bonũ publicum principaliter.Et ratio quare teneat iuramentum in istis duobus casibus,est,quia iurando non peccauit : quia talis lex est potius priuilegiatiua, quàm præceptiua:ideoq; eius contrarium nõ est in dispendio salutis æternæ,sed solùm rerum temporalium:aut si peccat transgrediẽdo,tamẽ potest seruari sine peccato,ideoq; tenet iuramentum:de iureiur.& si Christus.aũcto §.illicitũ.xxij.q. iij.Secus autem quando esset cõtra bonos mores naturales, vel ius publicũ principaliter:quia sine peccato seruari nõ potest.Actus aute gestus cõtra legẽ vel statutum principaliter fundatum super fauore vel odio priuato,iuramẽto ita firmatur quòd etiã obligat hęredes,secundũ cõmunem opinionẽ, vt dicit Pan.in d.c.cùm cõtingat.quia iuramẽtum cõfirmatoriũ validat actũ inualidũ:& ex illo oritur actio:vt in auth. sacramenta puberũ.C.si aduer.vend. quod limita , nisi dolo, vi,aut metu sit iuramentum extortum:vt in c.cum cõtingat. eo.titu.& c.licet.eo.lib.vj.& in c.ij.de pact.lib.vj.& dic.auth. sacramenta.Secus autẽ in sacramẽto introductorio obligationis:puta,iuro dare tibi centũ,nulla causa præcedẽte : quia iste nõ est modus inducendæ obligationis,nisi in liberto : vt in Iuris iurandi in prin.ff.de oper.lib.& l.fi.ff.de lib.causa.& ibi Gul.de Cu.& Bar in Iusiurandum. Ia ij.ff.de iuiur. Et ideo nõ ligaret hæredẽ de iure ciuili,sed de iure canonico si fuit in culpa non implendi,& iuramentum erat simplex, puta iurauit dare decem,& pœnituit de pactis fuit: vnde credo quòd teneatur per id quod dixi suprà Hæreditas.iij.§.vij. Si autem in dicta lege vel statuto fundato super priuato bono vel odio dicatur qꝫ nõ valeat cõtractus, nihilominus valebit si interponatur iuramẽtũ,& facit qđ notat Inn.in c.ij.de reg. vbi dicit qꝫ in istis spiritualibus ius naturale pręfertur positiuo.Si verò in statuto addatur, qꝫ si seruata non fuit solẽnitas debita,præsumitur dolus vel alia illicita causa:adhuc tamen ligat iuramentũ,si cõstat contractum esse verũ,& nõ fictitiũ aut dolosum quo ad ipsum minorẽ,& huiusmodi,ꝫ quo fit: & hoc tam in foro animę,vbi creditur pro te,& cõtra te,vt in c.significasti.el j.de homi.& no.in ele.j.de pœn.quàm etiã in foro cõtentioso:qa cessat ratio statuti.Si verò fuerit dolus vel fraus:tunc si statuto fuberat causa pręsumẽdi dolũ:vt qa cõmuniter in loco decipiebãtur dolosè minores:tũc saluabitur opinio Bar.& Bal.& aliorũ tenentiũ iuramẽtũ nõ valere:quia non tollit pręsumptionẽ statuti legitimè inductã?sed cessante statuto nõ fuberat causa præsumẽdi dolũ:quia tũc ligat iuramentũ.¶ Sed pone qꝫ episcopus statuerit quòlibet clericũ absentẽ intra certã diẽ reuerti sub pœna excõmunicationis:clericus autẽ de licẽtia episcopi iuerat ad studiũ , & iurauerat creditori suo nõ recedere ante eius solutionẽ . Quæritur an obliget iuramentũ vel præceptũ superioris aut legis Et dico videri quidẽ iuramentũ esse nullũ:quia cõtra obedientiã superioris,seruari nõ potest sine interitu salutis.d.c.cum cõtingat.&.c.ij.de pact.lib.vj.Sed tamẽ in rei veritate tenet: quia dicit Pan.in c.veniẽtes.de iureiur.& est dictum Ioan.And.in merc.in regula.in malis promissis.lib.vj.quod ex quo cũ licẽtia episcopi fuit in studio,& pro necessitate studij debitũ cõtraxit videtur se obligasse cum licẽtia episcopi:quia vno cõcesso cõceduntur omnia,sine quibus illud nõ habet effectũ. de off.deleg.c.præterea.&.c.prudẽtiã.& l.ad rem mobile.& l.ad legatũ.ff.de procu.& sic recedere non debet , sed seruare iuramentum. Secus verò si sine licẽtia episcopi adiuit studium:vel non pro necessitate studij,sed pro lasciuia debitum

Universidad de Deusto
Biblioteca

contraxit: quia tunc non valet iuramentum contra obedientiam superioris. Idem dico in patre reuocante filium, qui prædicto modo iurauerat: & idē de quolibet subdito. Et facit pro mercatoribus, qui contra prohibitionem suorum dominorum vadunt ad certa loca prohibita, secundū quod prohibere possunt: vt in l.fi.& quod ibi not.ff. de decre.ab or. fa.& l.mercatores.C.de comer.&mer.l.relegatorum.ff.de interd. & re.& quod ibi not.quia ad standum ibi te obligare nō poterunt, niſi superiores tacitè vel expressè consentiant. ¶ De-
17 cimoseptimò quæritur, †vtrum obliget iuramentum positū super contractu simulato? Et dico quòd Panor. in d.c. cùm cōtingat distinguit. ¶ Nā aut simulatio est de cōsensu vtriusq; partis tam super cōtractu quàm super iuramēto: & tunc si ex iusta causa, puta ex iusto timore, vel quia indigebat mutuo, concepit pugnus in forma venditionis, vt creditor lucraretur fructus: & sic non obligat iuramentum: quia defuit consensus & fuit iusta causa simulandi. ad quod cap.j. quod met. cau.& l.fin.C.de non nume.pecu. Si verò fit ex causa iniusta, puta causa fraudādi gabellas, vel aliter ad deceptionē proximi simulauit vnum contractū esse alium, & iurauit singula contenta in instrumēto vera: tunc eo ipso est periurus: quia simulatio intentionis ex iniusta causa non excusat: vt not. in cap. interrogasti. xxvij. distinct. sicut ille qui prece vel pretio depositum falsum. capitu. j. de crimi. fal. & voluens contrauenire non debet audiri: sed si iurasset solùm non cōtrauenire illi cōtractui quem simulabat in deceptionem populi: licet grauiter peccauerit iurando in damnum proximi, tamen non obligatur, quia defuit cōsensus: vnde respectu Dei non exigitur absolutio à iuramento, arg. cap. tua de sponsi. sed in foro contentioso compellitur obseruare. nec auditur volēs allegare turpitudinem suam: & hoc verum inquantum est solùm in præiudicium suum, & non imminet periculum animæ. ¶ Aut simulatio solùm erat super contractu ex parte vtriusque: sed intrā mētum mterueniet ne agatur cōtra tacitè vel expressè: & hoc ne contractus fœneratitius detegerētur: sicut pignorauit quis res, & tamen simulauit vendere: vt mutuans faciat fructus suos, & iurauit non detegere, sed seruare pignoratitium contractum: & tunc obligat iuramentum: & perinde est ac si iurasset soluere vsuras. & facit quod not. Cyn. in l. ex cautione. C. de non nume. pec. vbi cōcludit quòd iurans non opponere exceptionem de non nu. pec. obligatur: licet simpliciter renūtiatio non valeret. In foro tamen animæ si non habuit intentionē obligandi se non tenetur, vt dictum est suprà Iuramentū. iij. §. ij. ¶ Aut simulatio est de vno cōtractu ad aliū contractum. qui sine peccato seruari nō potest, vt contractus simoniacus, licet concipiatur sub alio contractu: & tunc iurans scienter peccat mortaliter: & tenetur non seruare. xxij. quæs. iiij. per totū. Aut simulatio fuit ex parte iurantis tātum, super cōtractu solùm ab eo simulato: vt quia aliud gerebat in corde, aliud in verbis: vel vsus est verbis duplicibus callidè iurando: & tunc secundum Panorm. ibi intelligitur secūdum intentionē recipientis: & sic Deus videtur recipere. ij. quæst. v. quacunque. & §. ex his omnibus. & sic ligat iuramentum, secundum distinctionem de qua suprà Iuramētum. iij. in prin-
18 cipio. & §. ij. ¶ Decimooctauò quæritur, † vtrum obliget iuramentum, si superueniat impossibilitas, vel necessitas, aut magna difficultas? Et dico quòd non. Nam de impossibilitate dicitur, impossibilium nulla est obligatio. ff. de reg. iur. de necessitate verò & magna difficultate dicunt doctores in c. querelam. de iureiurand. & in cap. breui. eod. tit. quòd excusat à periculo. Ratio: quia Deus respicit animum, nō manum. xiiij. quæst. v. si quid inueniſti. & facit l. fi. ff. qui satisd. cogan. Vnde dicit Ionnoc. in c. venerabilem. de elect. quòd vrgente necessitate potest quis propria authoritate frangere iuramentum. si non potest haberi superior, à quo petatur absolutio xj. q. iij. antecessor. Et si tēpore iurameti credebat se iurās nō posse implere, vel nō habebat probabile causam credendi quòd posset implere, secundum Hostien. peccauit mortaliter iurādo: quia defuit in primo veritas: in secundo iudicium: & sic est periurus. secus si probabiliter credidit se facere posse. infrà Votū. ij. §. j. ¶ Decimonono quæritur, † vtrum obliget iuramentum quando quis non habuit animum obligandi se cum iurauit: puta quis dolo inductus iurauit, quòd omnino nō iurasset nisi dolus fuisset? Et dico quòd non, etiā si dolus veniret re ipsa. facit l. tres fratres. ff. de pact. & l. si sor. C. de col. & Feder. consil. cxv. vbi determinat filiam minorem seductā à fratribus, quæ renuntiauit bonis paternis, credens quòd non valeant multo plus quàm sua dos, non obligari iuramento, quando multo plus valebant: quia vbi dolus est, excluditur voluntas. l. j. ff. de dolo. Tenet etiam Sanc. Bon. vbi ī. q. iij. ar. j. quòd vniuersaliter non obligat iuramentum, si iurans animum se obligandi non habuit: debet tamē indemnitati proximi satisfacere, si eum dolosè decepit, secundum Richar. ead. dist. ar. j. q. ij. An autem peccet mortaliter iurando: die vt ī. §. vij. facit c. veniens. &. c. Quintauallis. extra eod. ¶ Vicesimò quæritur, † vtrū obliget iuramentū quando in melius cōmutatur? Et dico quòd non. vt in c. peruenit. ei ide ireiur, Sed hoc habet duas limitationes. Primam, quando vtrūq; nō potest impleri, secundum do. Anto. in d.c. peruenit. quia tūc quādo iuramētū est impeditiuū vel turbatiuū maioris boni licet sit tutū habere licentiā à superiore, tamē nō est necessaria: quia pōt cōtrauenire iuramēto. all. c. cōmissum. de spon. &. c. licet. de reg. allego etiā c. scripturæ. de voto. vbi hoc tenet Innoc. aperte. facit gl. in c. monachum. xx. quæst. iij. & xxxiij. q. v. noluit. Secus si bonū iuratū non esset impeditiuum maioris boni, sed vtrūq; fieri posset: quia cōtrauenire nō posset iuramēto sine authoritate superioris: licet episcopus posset dispensare vt cōtrauenat ratione maioris boni, secundum Inn. in c. debitores. eo. ti. Et similiter dic si esset dubiū an esset maioris boni impeditiuū, necessariò requiri dispensationem episcopi. ar. c. j. de voto. Secundā, quādo iuramentū non concernit propriā vtilitatē alicuius: quia si concerneret, nō esset vera dicta regula: etiā si vnum sit totaliter impeditiuum alterius: nec prodest in hoc superioris authoritas. & facit quod nota. in cap. quanto. eod. titu. & in cap. cum inter P. de restitu. & Ioan. Andr. in mercu. in regula, in malis. de reg. iur. libr. vi. quia debitor, qui iurauit dare vnam rem, non potest dare meliorem aliam pro illa multo creditore. l. ij. §. j. ff. si certum pe. & Institu. quib. mod. tol. oblig. in princ. nisi velit in propriam religionis obseruātiam commutare, & vnum est impeditiuum alterius. quod placet fauore religionis. & etiam sequitur Panormitan. in dicto ea. peruenit. ¶ Vicesimoprimò quæritur, † vtrum obliget iuramentum, quando id, quod iuratur, constitit in facto? Et dico secundum aliquos quòd non obligat sic, vt iurans teneatur præcise ad factum: quia, secūdum aliquos, obligatus ad factum sufficit si soluat interesse: vt in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verborum obligat. & in l. si quis ab alio. in fi. ff. de reg. iur. quia secūdum communiter doctores vel ad factum vel ad interesse, & non præcise ad factum. vt no. Bart. in dicta l. stipulationes. Sed ego dico quòd diuino & canonico iure tenetur ad factum præcise, si potest implere, & non sit contra bonos mores, aut aliquod prædictorum, propter quo non obligat iuramentum. & hoc probatur per c. j. & cap. qualiter. de pact. & cap. iuramentum. xxij. quæst. v. & facit c. licet. de voto. & cap. ex literis. el ij. de sponsa. & capit. nouit. de iudic. & hoc etiam videtur sensisse Bartol. vbi suprà. Quando autem

antem factum est alienum, nō tenetur quis facere nisi quantū in ipso est bona fide. de spon. ex literis. ¶ Vicesimosecundò quæritur, † vtrum obliget iuramentum conditionale vel propter causam? Et dico quòd non, nisi extet cōditio vel causa. de condi. appo. c. verum. & de iureiur. c. peruenit. quod intellige quando tota obligatio ponebatur in conditionis euē tu, vel propter causam: aliàs teneretur. Vnde iurans adire S. Iacobum vt fratrē suum videat, & redimat sua peccata: licet frater suus decesserit, tenetur nihilominus ire propter aliam
23 causam. ¶ Vicesimotertiò quæritur, † vtrū iurans seruare statuta alicui* ecclesiæ vel ciuitatis aut vniuersitatis, si aliquod fiat nouum, aut sit illicitum, teneatur ad illud? Et tenent cōmuniter doct. in c. clericus. extra eo. quòd si iurauit seruare statuta edita, nō extenditur iuramentum ad futura: quia non extenditur ad ea, de quibus nō fuit verisimiliter cogitatum. & hoc est indubitatum ex mente S. Tho. ij. q. xcviij. arti. ij. ad quartum. Si verò non fuit appositum hoc verbum, edita, sed simpliciter iurauit seruasse statuta, extenditur etiam ad edenda, secundum Io. And. & Car. indistinctē: secundum alios verò indistinctè ad futura nō extenditur. quod melius Sum. Ang. asserit, quàm Sum. Ros. distinguat, vt extendatur ad futura quæ sunt modici præiudicij: non autem ad ea quæ sunt magni: quia hoc sentit S. Thom. vbi ī. dicens quòd talis non tenetur ex iuramēto seruare futura, nisi intenderet se ad hęc obligare. & bene hoc probat Panor. quia propter periculum periurij iuramētum est grauis præiudicij, & strictæ interpretationis: ideoq; non extendēdum, sed potius restringendum, vt non comprehendat etiam quod ex lata verborum significatione posset cōprehendere: quod vult Archi. in c. ne quis. xxij. q. ij. Et si dictus iurans addidit quòd per prius præstitū iuramentum seruabit etiam futura: non est obligatus ex iuramēto illa seruare: ita quòd sit periurus nō seruādo, sed ex promissione: vt in c. clericus. eod. tit. quod limita secundum Pan. nisi constaret in foro animæ: vel indiciali quòd intēdebat nouiter iurare: quia obligaretur de iuramēto. arg. extra eo. & si Christus. Quòd si interdicta statuta vel cōsuetudines cōtinet aliqua illicita vel impossibilia aut ecclesiasticę libertati contraria, si iurans hoc scivit, non debuit sic generaliter iurare, nec sunt huiusmodi statuta aliquatenus seruanda, sed alia solùm: sed iurando peccauit mortaliter, iuxta prædicta. Si verò nescivit, similiter nō sunt seruāda. extra eod. contingit. lib. vj. sed non similiter peccauit. sed plus vel minus secūdum qualitatem ignorantiæ. Sciendum est etiam quòd talis non tenetur seruare statuta abrogata per consuetudinem rationabilem & prescriptā. de consue. c. ti. quia iam nō habent
24 vim statuti. arg. disti. ij. §. leges. ¶ Vicesimoquartò quęritur, † quid si quis iurauit tenere obstagia in certo loco, & nō habet ibi quid comedat, vel vnde soluat? Et dicit Host. quòd si tempore obligationis iam erat non soluendo, tenetur obstagia seruare: quia videtur ad hoc se obligasse, vt victum quærat manibus suis vel mendicando: sed si tunc erat soluendo, & nunc deuenit ad paupertatē: distingue: quia si est talis qui posset sine verecūdia mēdicare: idem dicitur quod prius. sed si est nobilis, & in dignitate, tali subueniendū est iuris beneficio. extra eo. querelam. &. c. breui. ¶ Vicesimoquintò quęri
25 tur, † quid si debitor iurauit creditori se soluturum in certo termino, & impeditus non potest? Et dicit Host. quòd si cum iurauit credebat se non posse soluere, vel non habebat probabile causam credendi: vtroq; casu periurat, quia in primo deerat veritas in secūdo iudicium. Si verò ab initio probabiliter credebat se posse soluere: non periurauit: & si postea fecit posse suum, nō est periurus. Et multo magis excusatur, si pecuniam misit tēpore debito: sed casu fuit perdita: de ireiuran. quærela. Et si postea lapso termino posset, & nō soluere, efficeretur periurus: quia lapsus termini nō sustulit obligationē iurameti. de do. & cōtu. cū dilecti. ¶ Vicesimosextò
26 quærit, † qd si qs iurauit redire ad carcerē? Et dico q̄ ad hoc nō tenetur, si carcer erat iniuriosus, id est, cōtra iura. qđ met. causa. c. j. secus si nō erat iniuriosus: quia tenet, etiā si immineret periculū mortis, secūdum gl. in cle. paſſtoralis. de re iu. & Bar. in l. relegati. ff. de pœ. & Pan. vt ī. Accusatio. §. vlt. hoc autē limita vt nō teneatur, si iurauit animo euadendi: secus si animo se obligandi, iuxta ea quæ dicta sunt ī. eod. titu. §. vij.
27 ¶ Vicesimoseptimò quæritur, † vtrū possim cōpensare si iurauit dare tibi decem, & tu mihi debes alia decem? Et dicit Pan. in c. ad nostram. el j. extra eo. quòd non: quia iuramentum est obseruandum in forma specifica: nec sufficit illud adimplere in effectu. quod ibi patet per tex. illū: quia iurās tenetur prius actualiter soluere: nec sufficit cōpensare, quāquam compensatio sit ficta solutio. l. si peculiū. §. j. ff. de ita. li. Et dicit idem quòd nostri doct. communiter sentiūt quod dictum est: sed contrarium sentit Bar. in l. amplius. ff. rem ra. ha. vbi concludit quòd compensans nō ero periurus. Nam conditiones debent quidem impleri in forma specifica, sicut iuramentum: vt in l. qui heredi. & l. Meuius. ff. de cōdi. & dem. sed iussus stare implet conditionem compensando: vt in d. l. si peculium. Ergo &c. Præterea si ego impedior iusta de causa facere qđ promisi, nō sum periurus: vt in l. fi. ff. qui satisda. cogan. sed si ego non soluo tibi, quoniam tu debes mihi tantundem: ego impedior à te. vnde quasi facto tuo impeditus non debeo esse periurus. Hāc rationē facit tex. in l. iij. ver. item quæritur. ff. de sta. hb. Et cōcludit Panor. ob rationes Bar. quòd ante factum sequēda est opinio prima, quam tenet Ioan. And. & Inno. sed post factū vt quis excuſetur à periurio, sequēda est opinio Bar. Ego verò dico quòd si ideo nō possum soluere tibi, quia tu mihi nō solvis, indubitāter & ante factum opinio Barto. est tenenda: quia si impotentia me excusat à periurio, vt patet ex dictis: multo magis impotentia quam ex tuo defectu patior. Si verò possum soluere, etiā si mihi non soluas, adhuc est vera, saltem in cōscientia, nisi iurans intendisset se obligare ad dandum decem formaliter, vel ad dandum etiā si alius sibi non soluisset, modò liquida sint decem quæ mihi debes: quia recōpensans soluit, licet nō soluat formaliter, sed virtualiter. & sic intelligitur d. l. si peculiū. ex iuramēto aūt nō teneor soluere formaliter, nisi expressērim vel intēderim soluere decē, etiā alio mihi nihil soluente. quo casu loquit d. c. ad nostrā. vbi erat reddēda pecunia mutuata super pignore nō cōputatis fructibus. & in d. c. debitores. eod. tit. vbi erāt promissæ vsuræ. ¶ Vicesimooctauò quæritur, † vtrum is, qui
28 iurauit nō reuelare secretum, indistinctē teneatur illud celare? Et dicit Pan. de mēte gl. in c. ego. extra eo. quòd si quis iurauit nō reuelare secretum, intelligitur de honesto, & nō de alteri nociuo: sed illud possum reuelare, nō omnibus, sed his, qui possunt, pdesse pro quo vide tex. iuncta glossa in canon. distin. xiij. ¶ Vicesimononò quæritur, † quid si quis iurauit
29 non fideiubere? Et dicit Ioan. And. quòd obseruare non tenetur, vbi periclitatur salus proximi nisi fideiubeatur: quia iramentum nō extenditur ad hunc casum incogitatum: de quo si tunc cogitasset, iuramētum fuisset temerarium. & hoc Panor. in c. si verò, eo. tit. habet pro indubitato: quia in tāta necessitate tenetur quis proximo subuenire. disti. lxxxvj. palee. Imò sentit idem Panor. & valde bene, quòd tale iuramētum non obligat, vbicunq; proximus verē indiget fideiussione, licet nō periclitetur eius salus, nec eleemosyna sit de necessitate, nisi in necessitate extrema: qa licet hoc casu fideiussio nō sit de præcepto, est tamē de consilio, & opus ex pietate fa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciendum propter Deum & proximum:non potest autē quis obligari vt nō faciat opera pietatis & perfectionis:quia non est verisimile quòd Deus talia iuramēta suscipiat cōtra cōsiliū sūū. ¶ Tricesimò quæritˢ, ſan obliget iuramētum puellæ quòd dote cōtenta nō habebit regressum ad bona paterna? Et dico quòd sic, vt suprà dictū est in ti. Dos.in prin.Si tñ dolus interuenit,ita quòd non iurāsset nisi dolus assuisset,tunc secus,vt §.eod.§.xix. Adde tñ quod singulariter no.Pan.in c. nō sine.de arbit.vbi ponit regulā quòd quātumcūq; iuramentū prohibeatur quacūq; lege.etiā canonicavel diuina,tamen si nō continet in se peccatū,tenetur iurās obseruare illud,licet peccauerit iurādo.Et facit pro hoc e.etsi Christus.Vtrū autē mulier quæ facit donationē,& iurauit nō cōtrauenire. possit reuocare superueniētibus liberis,suprà Donatio.j.§.xviij. ¶ Tricesimoprimò quæritur,ſquomodo intelligitur illa authoritas.xxij.q.v.c.iuramēti. quòd Deus nō facit differentiā inter iuramentū & simplice loquelā?Et dicit Pan.in,pœmio Decretaliū,prope finē,hoc esse quādo simplex loquela cōtinet perfidiā vel mendacium:vt quia venit ad decipiendū. & intellige mēdacium perniciosum.& sic etiam sentit gl.ibi quia,inquit,vtrūq; est mortale,licet alterum altero grauius. Sed ramē aduerte quòd textus non dicit illud,sed dicit quòd Deus inter iuramētum & loquelam nostram nullam vult esse differentiā:quia scilicet in vtroq; vult esse veritatem,vt pater inuicti. ¶ Vtrum etiam is,qui iurauit stare sententiæ arbitri,possit petere reductionem ad arbitrium boni viriˢ.Arbiter.§.v. Vide etiam suprà Familia.§.viij.de famulo qui iurauit reuelare domino fures.De Periurio,infrà suo loco.

Rursus de Iuramento quintò quātum ad relaxationem vel abolitionem.

1 *Iuramento quando liceat propria authoritate contrauenire.*
2 *Iuramentū an possit semper dispensari,vel absolutio impēdi.*
3 *Episcopus an possit in iuramentis dispensare.*
4 *Papa qualiter ab episcopo differat in iuramēti dispensatione.*
5 *Iuramento quòd tenet,quando quis absoluatur.*
6 *Iuramenti commutatio à quo & quando fiat.*
7 *Iuramentum à quo possit irritari.*
8 *Iuramentum an tollere possit ille,cui promissum est.*
9 *Iurantes inuitem,an sibi iuramentum relaxent & nu.10.*
11 *Iuras nō contrauenire vēditioni,an dicere possit se deceptū.*
12 *Iuramento per dolum extorto an liceat propria authoritate contrauenire.*
13 *Iuramenti absolutio an petatur post periurium.*
14 *Iurāt soluere vsuras an petere possit absolutionē ante quām soluat.*
15 *Iuramenti relaxatio an fieri debeat parte vocata.*

IVRAMENTVM quintò cōsiderari pōt quātū ad eius ablitionem,quæ quidem locum non habet vbi manifeste iuramētum nō obligat:quia tunc potest,qui iurauit,propria authoritate contrauenire,vt patebit:sed solum vbi per iuramētum cōtrahit vere vel apparenter obligatio:quæ alicuius authoritate aut voluntate aboleri aut relaxari potest. Hoc autem fit quatuor modis,primò scilicet absolutione superioris.puta episcopi vel papæ:& secundò,cōmutatione boni melioris:& tertiò,irritatione gubernatoris:& quartò,relaxatione creditoris.de quibus omnibus statim patebit. ¶ Primò igitur quæritur,†vtrū & quādo possit quis contra suum iuramentum propria authoritate cōtrauenire? dico duo:vnū scilicet in genere,aliud in specie. ¶ Quantum ad primum vt colligo ex Inn.in c.cū quidā.de iureiu.dico quòd quando dubium est an iuramentū sit obligatorium necne,nemo cōtrauenire potest sine authoritate superioris:nec iudex secularis eo casu potest se intromittere,sed remittere debet ad ecclesiasticum.ita no.Pan.in c.cum contingat.eo.ti. Quando verò nō est dubiū de eius obligatione,sed certum est quòd nō obligat:tunc si seruari potest absq; aliquo dispendio salutis: debet peti absolutio ,ppter reuerentiā sacramēti.quod Pan. in c.cum quidam.eod.tit.dicit verum,non quantū ad necessitatē,sed solū ne notetur de trāsgressione iuramēti,id est,ratione scādali.& ita teneo.Si verò sit in dispendiū salutis:vt quia derogat charitati vel eius perfectioni,vel disponētibus ad illa,potest homo propria authoritate cōtrauenire. Consonat autē S.Tho.ij.ij.q.lxxxix.ar.ix.ad tertiū,dicēs quòd in dubio debet peti absolutio,quam episcopus potest impendere:sed quando manifestē iuramentū repugnat iustitiæ:vt quia iuratum est illicitū,puta homicidiū:vel impeditiuū maioris boni,puta nō intrare religionē:nō est opus dispensatiōe:sed in primo casu tenetur quis nō seruare iuramētū:in secūdo seruare potest,& non seruare. ¶ Quantū ad secundū,cum dictū sit iuramentū vergere in peiorē exitū sex modis.primò,si iuratur aliqd mortale.secundò,si veniale.tertiò,si indifferēs,quia ex circūstantia potest fieri mortale aut veniale.quartò,si excludit aliquid fiendum ex charitate.quintò,si excludit opus de genere bonorū.sextò,si excludit qd indifferēs pia intētione faciēdū:vt suprà Iuramētū.iiij.§.j. Cū inquātū sic dictum sit,dicit Monal.quòd in tribus primis casibus pōt quis ,ppria authoritate cōtrauenire:sed imponēda est tali pœnitentia ,p temerario iuramēto.in reliquis autē tribus quāuis huiusmodi iuramēta nō sint obligatoria,nec imponēda sit pœnitētia ,p trāsgressione eorū tanquā pro mortali:non expedit tamē propria authoritate cōtrauenire:nisi propter vrgentem necessitatem,tum propter reuerentiā iuramēti:tum ſpter scādalū.hæc ex illo.Quē tñ intellige iuxta distinctionē primi dicti,id est,in generali,scilicet de certo & dubio: quia in omnibus his sex casibus potest quis authoritate ,ppria cōtrauenire,si certū est quòd iuramentū nō liger.Adde etiam quòd secundū Inn.in licitis licet ex iusta causa,ppria authorite cōtrauenire vrgēte necessitate,si non potest haberi superior,à quo petatur absolutio.§.Iuramēti.iiij.§.viij. ¶ Secūdò quæritur,†vtrū in iuramentis possit dispēsari semper vel impendi absolutio? Et dico secundū S.Tho.ij.ij.q.lxxxix.& omnes doctores,ꝙ in iuramento promissorio aliquando,in assertorio verò nunquā dispēsari potest.quorū omniū rationē vide ibi.Vtrū aūt semper dispensari possit in promissorio per aliquē hominē.Sum.Ros.recitās Dic.in li.ij.dicit quòd si quis iurat aliqd licitē & honestē seruabile,nec subest causa: papa illud mutare nō debet.si tamē absoluat aliquem,tenet absolutio:quia est supra ius positiuum.etiam cōtra ius diuinum potest dispēsare,dum tamen contra Euāgeliū vel articulos fidei nō dispēsat.hæc ille.Et sic secūdū hoc semper fieri posset absolutio à iuramēto ,pmissorio de plenitudine potestatis papalis.In quibus paucis verbis sunt multæ falsitates. Prima scilicet quòd papa possit dispēsare,licet nō debeat,in iuramēto licitē & honestē seruabili,sine causa.Secūda,quòd obseruatio talis iuramēti sit de iure positiuo. Tertia ꝙ plus possit papa dispēsare cōtra vetus quām cōtra nouū testamētū.Quarta,quòd plus possit dispēsare circa omnia sacramēta,quām circa articulos fidei.Sed cōtra primam & secūdam adduco Sanct.Thom.ij.ij.vbi suprà,sic dicentem: Dispensatio in iuramento nō se extendit ad hoc quòd aliquid contra iuramentum fiat:quia hoc est impossibile, cum obseruatio iuramenti cadat sub præcepto diuino, quod est indispensabile:sed ad hoc vt id, quod sub iuramento cadebat, sub eo non cadat,quasi non existens debita materia iuramēti:sicut de voto dictum est.hæc ex illo.Nec est verum quòd in ca.ve

rientes.eod.titul. dicatur in omni iuramento authoritas superioris excepta:sed superioris iuris. Et ideo Panorm.in cap. quanto.extra eod.quando iuramentum ex omni parte licitum est,scilicet tam ex parte iurantis quàm iuramentum recipientis,& materiæ:respondet cum distinctione dicens:Aut tale iuramentum fuit præstitum per inferiorem in materia spectante principaliter ad papā: vt si iurauerint canonici nō recipere aliquem in canonicū vltra numerum talē: & tunc potest papa absoluere à tali iuramento sine causa: quia in tali iuramēto intelligitur excepta authoritas papæ: vt in cap. venientes.eodē titul.& hoc ibi not.Hostien. Aut fuit præstitum in alia materia:& tūc aut materia,in qua præstatur,est ad honorem Dei principaliter: puta ,p fabrica ecclesiæ vel religionis ingressu:& sic sine causa nullus potest absoluere nisi Deus.Et sic intellige Ioan.Andr.post Vincent.in cap.ij. de sponsa. quia papa nō potest remittere obligationē Deo quæsitā sine causa.xxiij.q.j.manet.xxij.q.iij.si is qui.& multo minus potest absoluere seipsum. de iure patro.p vestras. Si tamē aliū absoluit ,præsumiē in dubio absolutus quo ad ecclesiā militantē. Si autē subest causa:papa potest absolure.vt in c.si verò.eo.tit.imò & episcopus.sicut & votū cōmutare:vt dicit Inn. & in c.debitores. & Pan.in c.cū contingat. eo.tit.qui eriā potest interpretari secundū dom. Ant.in d.c. quāto.& Spe.in tit.de delegato.quādo scilicet dubitatur de eius validitate,& alijs dubijs.Quæ autem sit inter papam & episcopum differētia,dicetur §.iij.& iiij.Est autē iusta causa scandalum vitādum, secundum Innocent.in cap. venerabilem.de elect.& glos.ibi.in cap.quanto.de iureiuran. vel cum maior vtilitas imminet in commutatione:vt no-Innocen,in dicto cap.debitores.& est tex.in c.pertuenit.el ij.eo.tit.vel secundum Dinoct.si malum exemplū prorogetur in multos: vel quæcunque alia eorum arbitrio iudicanda,meo iudicio. de quibus causis in cap.nos sanctorum.xv.quæst.vj.& cap.authoritatē.Aut materia,in qua est præstitum, nō pertinet ad papam,nec ad honorem Dei,sed cōmodum hominis: & sic Papa sine causa remittere non potest:vt not. Archid.in cap. to.extra eo.& in cap.ij.de voto. ¶ Tertiò quæritur, † vtrum episcopus possit in iuramentis dispensare? Et dicit Rayn. quòd idem iudicandum est de absolutione à iuramento & à voto.& glo.Eius dicit quòd non solùm papa,sed etiam episcopus dispensare potest in iuramēto,sicut & in voto.Et secundum Sanct.Tho.secunda secundæ.q.lxxxix.art.ix ad tertium, dispensare potest quando dubium est,vtrum id,quod sub iuramento cadit,sit licitum vel illicitum,proficuum vel nociuū,aut simpliciter,aut in aliquo casu:& intellige à fortiori si sit manifestum.Si autem sit manifestē licitū & vtile: non videtur ,inquit,habere locum dispensatio vel commutatio:nisi aliquid melius occurrat ad communē vtilitatem faciendum,quod maximē videtur pertinere ad potestatē papæ:qui habet curā vniuersalis ecclesiæ. hæc ille cuius mens est quòd iuramentum licitum ex omni parte,scilicet iuranti est eius cui iuratur,& materiæ,sit in dispensabile: & vtile sit incōmutabile,nisi occurrat vtilius ad commune bonum: quod si sit bonum diœcesis,commutabit episcopus alioquin papa.vt innuit illud verbum,maximē. Igitur in iuramento manifestē licito,scilicet ex omni parte,episcopus non dispensat,sed papa: & hoc ex causa.Sed si sit turpe ex parte iurātis vel materiæ,vel ex parte recipientis,poterit dispēsare. vnde secundum Innocent.dispensat in iuramētis,si sunt dolo,metu,aut vi extorta.Et secundum Panormit. in cap. j. de iurejurand.si notoriè constat de turpi receptione,poterit dispensare absque hoc quod citet suscipientem, vel cogat relaxare: puta si quis metu exegit iuramentum super eo,de quo alias etiam de iure tenetur: vt exemplificat idem Panor. in cap.ad nostrā.el iij.eod. titul. ¶ Quartò quæritur,† quæ differentia in dispensando sit inter papam & episcopum? Et dicit Archid.post Pan. ꝙ papa hoc pōt respectu totius orbis: episcopus verò respectu suæ diœcesis. Ite ille potest respectu magnarū personarū,& in multum dubijs: quomodo potest intelligi c.venerabilē.eo.tit.Ite verò hoc potest in alijs. Item,vt dicit Panor. in c.proposuit.de concel.præbē.episcopus non liberat ex toto à voto,sed cōmutat in causam magis acceptam.extra de voto.cap.j.quod intellige quando votum tenet, & ligat:papa autē pōt ex toto liberare, quemadmodum ipse Deus.Sed de hoc tertio infrà Votū.iiij.§.iij. Inferior autem episcopo nō habēs episcopalem iurisdictionem,non potest à iuramēto absoluere,sicut nec in voto dispensare:vt not.in c.j.de voto. ¶ Quintò quæritur,† vtrum licitē quis possit petere absolutionem à iuramēto in casu in quo tener.Et Panor.in c.cum contingat.eo.tit.respondet cū distinctiōe.Nam aut iuramentū cōtinet turpitudinē ex parte suscipientis,maximē concurrēte materia turpi,super qua præstatum:ex parte iurātis nullo imminēte peccato:& sic potest peti absolutio nō obstante cōtradictione aduersarij.& casus est in c.debitores.eod.tit. Aut iuramentū nullam aliā turpitudinem habet,nisi quia est cōtra legē præstitum: & in hoc distingue.Aut enim lex resistit propter fauorē Reipublice principaliter: & non est necessaria absolutio:quia iuramentum nō valuit de foro comp.si diligenti.Aut resistit principaliter propter fauorē iurantis,licet secundariò,in fauorē publicū,vt in muliere,minore,&huiusmodi:& tūc si seruari potest sine dispēdio salutis,absolutio peti nō potest. c.si verò.eū similibus.eo.tit.quod intellige quādo sine dolo, vi, aut metu,sed sponte & scienter est iuratum.Si verò iuramētum sit in contractu,& datur enormis læsio: licet iurauerit nō cōtrauenire,petere tamē poterit absolutionem:quia præsumitur dolus.l.omnes.§.Lucius ff.de his quæ in fraud cred. & l.qui testium.ff.de probat.& quia nihil interest vtrū interueniat dolus à proposito,vel re ipsa.l.si quis cum alter.ff.de verb.oblig.& quia verba iuramenti ,debent intelligi ciuili modo,scilicet quòd nō contraueniat vlla ratione vel causa. exceptis grauibus læsionibus.ar.l.creditor.§.Lucius.ff.manda.intellige nisi sciēter iurasset:quia cessat dolus,& re ipsa, & ex proposito:ideoq; nō poterit.Sic etiam si non intellexit enormem læsionem:licet dixerit nō cōtrauenire neq; paruæ neque magnæ,vt ponunt notarij:nō propterea prohibetur quin possit petere absolutionem.de quo vide suprà Arbiter.§.vij.circa finem. ¶ Sextò queritur,†vtrum & à quo in iuramento possit fieri commutatio.Et dico quòd de hoc in c.peruenit.summatim dicitur quòd nō debet ar qui iuramenti complementū in melius commutat Circa quod Pan. ibi sic distinguit.Nam iuramentū aut concernit vtilitatem priuatam,aut honorem Dei.Si cōcernit vtilitatem priuatam cōmutari non potest,etiam in melius,sine consensu eius, cui præstitum fuit:nec in hoc prodest superioris authoritas. ex hoc quod not.in c.quanto.eo.tit.& per Inno.in cap.cum inter.de renunt.Pro quo etiā facit,quia debitor vnā rem etiā meliorem pro alia inuito creditore soluere non potest.Instit.quibus mod.tol.ob.in prin.Si verò cōcernit honorē Dei, requiritur superioris authoritas in commutatione, secundū Ant.si dubium est vtrū illud,in quod vult quis cōmutare,sit maius bonū.Et idem si euidēter est maius bonū:sed obseruatio eius quod iurauit non impedit illud vel turbat: puta, quia iurauit adire S.Antonii.& nūc vult adire Sepulcrū,pōt enim implere primum.& postea secundū:quia requiritur su

Universidad de Deusto
Biblioteca

perioris authoritas ſaltē epiſcopi:qui ſicut vonū,ita & iuramentū poteſt cōmutare,ſecundū Inn.in c.debitores.e.tit.Si verò ſeruari non poteſt iuramentū ſine perturbatione vel deſertione maioris boni,,ppria authoritate cōtrauenire poteſt,ſecundū d. Ant.ſicut ſi iurauit adire Sepulcrū,aut cotra here cum aliqua:poteſt,ppria authoritate intrare religionem:quia pro tēporali obſequio impēdit domino perpetuā ſeruitutē.ar.de vot.ſcripturæ.Sed not.q̄ ſi nō ſit ad honorē Dei,nec priuatā vtilitatē,ſed ,ppter bonū cōe:idem videtur ſicut ſi eſſet ad priuatā vtilitate: quia cōmutari non poterit ſine cōſenſu eius qui habet curā boni cōmunis. ¶Septimò
7 quæritur,† vtrū aboleri poſſit iuramētū per irritationē gubernatoris ſeu dominiEt dicit S.Tho.ij.ij.q.lxxxix.q̄ ad vnumquēq; pertinet irritare,id eſt,annullare iuramentū à ſibi ſubditis factū,circa ea quæ eius poteſtati ſubduntur: ſicut poteſt pater irritare iuramētū puellę,& vir vxoris,vt dicitur Numer.xxx quod ſecundū Vernec. videtur intelligendū in his quę nō p̄nt fieri ſine ſcādalo & p̄iudicio virorū. Et idē ſecundū Arch.de filijs & ſeruis videtur.¶Octauò quæritur,
8 † vtrū ille,cui iurādo aliquid promittitur,poſſit abolere iuramentū relaxādo illud.Et dicit S.Tho.ij.ij.q.lxxxix.q̄ ſi,p̄miſſum erat aliquid pertinēs ad eius vtilitatē: puta ſeruitū vel pecunia:qa intelligitur ei ſoluiſſe ,p̄miſſum, quādo fecit Deo ſecundū eius voluntatē.Siverò promiſſum pertinet ad honorē Dei vel vtilitatē aliorū:vt religionis ingreſſus,vel opus pietatis:tunc abſoluere nō poteſt ille cui promittit:qa promiſsio nō eſt facta illi principaliter,ſed Deo:niſi forte ſit interpoſita cōditio,ſi illi videbitur cui promittit:vel aliquid
9 aliud tale cōcor.Hoſ.&R.ay.¶Nonò quæritur,† quid ſi duo vel plures ſibi inuicē aliquid ſub iuramēto promittūt:Et dicit Io.An.in c.ij.de ſpō.& Ioā.de Lig.in cle.j.de vſur. q̄ p̄nt ſibijnuicē relaxare iuramētū quod cōcernit vtilitatē iurantiū tantū:ſecus ſi cōcerneret cultū Dei,vel religionē,aut pietatē:puta,quia iurauerūt ingredi religionē,dicere duo p̄ſalteria ,p inuicē,vel quòd de ſuo lucro dabūt certā partē pauperibus:quia hmōi ſib i remittere nō poſſunt.Similiter nec ſi iurauerūt id,ad q̄d tenebātur:puta , quòd nō faciāt furtum quòd nō falſificabūt merces.Similiter nec ſi iurauerūt facere non facere aliquid ſimpliciter, quod nō pertinet ad eum cui iuratur:vt quòd nō negotiabūtur,vel nō facient talē artē:ſi tamē tale iuramentū reſpiciat incōmodū alterius,puta cōmunitatis vel aliorū,nō valeret, vt dictū eſt.Similiter nō tenetur quādo iurādo de aliquo faciendo vel nō faciēdo intēdebat quòd ille,cui iuratur,ſimiliter faceret,quia ſi ille nō ſeruat:nec ille tenetur,ecōcor.per omnia Direc. facit qā no. Ho.Ion.& Ber.in c.peruenit.el ij.& facit c.ſicut.el iij.de
10 iureiu.¶Decimò,† quid ſi duo habēzet mēſurā vel ſtateram cōmunitatis,quā conſueuerāt portare ad vendentes,& inde mercedē recipere,iurauerūt ſibijnuicē eā de cętero nō portare?Et dicit Vernec.q̄ ſi ex hoc multū damnificati ſunt,vt qa ,p̄miſum eſt de alia mēſura , nō poſſent authoritate propria venire cōtra iuramentū,ſi forte ex hoc ad extremā neceſſitatē deuenirēt,vel nullo modo habere poſſent vīviuerēt: epiſcopus tamē abſq; tāta neceſsitate poſſet iuramentū in melius cōmutare,cū nulli ſit vtile , ſed aliquibus dānoſum. Et ſi alter eorū periurat portādo,reliquus nō tenebitur iuramēto,ſi intēdebat iurare ſub cōditione q̄ alter ſeruaret iuramentū:tenebitur verò,ſi iurauit abſolutè:& ſi neſcit quomodo iurauit vel intēderit,tunc ſi emolumentū erat cōmune,nihilominus tenetur:quia nullū ex hoc ſit ei p̄iudiciū. Si verò emolumentū eſt ſolùm portātis,tunc benignius eſt interpretandū,ſcilicet quòd fidem nō ſeruanti nō promiſerit cum dāno ſuo & lucro alterius:quia generaliter ſecūdū Hoſtien.&Ber.ſi duo aliquid inuicem ſibi iuraruntvno non ſeruante,alius non tenetur.extra eod.ſicut.el iij.niſi illud eſſet in honorē Dei,puta dicere p̄ſalterium pro inuice,vel certam eleemoſynā elargiri, ſuprà Iuramentū.iij.§.ij.¶Vnde cumò quæritur, † vtrum venditor iurans non contrauenire venditioni,& nunc dicens ſe deceptum vltra dimidiam,debeat audiri?Et dicit gloſſ.in cap.cū cauſa.de empt. & vend. q̄ nō,ſi eſt maior:ſecus autē ſi minor:quia per tale iuramētum non excluditur niſi beneficium ætatis , non autem q̄ renuntiet iuri communi:vnde poſſunt agere ad ſupplementum pretij,aut venditionis reſciſionē,niſi iuraſſet rem aut pretium nō repetere,eo quòd vltra dimidiā eſſet deceptus: quia tunc vtraq; via eſſet illi p̄cluſa propter iuramētum. Addit tamen Panor.ibi quòd ſi minor eſſet enormiter læſus,poſſet petere abſolutionē à iuramēto,etiam ſi interuenſſent verba magis ſpecifica,vt quia dixit ſe velle donare totum quod plus valebat etiā in magna quantitate: quia in minore p̄ſumitur deceptio:arg. c. ſi quis cū ſciret. ff.pro emp. Et idē credit de maiore,vt poſsit petere abſolutione ratione enormiſsimæ læſionis,intelligendo quòd nō donauerit quod plus valebit:quia non p̄ſumitur in tanta quantitate donatio,ſed deceptio.hæc ille ibi.ſi tamē p̄ſumēt tur donatio,ſecus. ¶Duodecimò quæritur, † vtrum poſsit quis propria authoritate venire contra iuramentum extortū dolo?Et Archid.poſt Panorm.diſtinguit.Nam ſi iuramentum venit ſuper contractu reprobato,poteſtvt 3.Iuramentū.inp. §.viij.Si verò iuramentum non venit contra diſpoſitū à iure:diſtinguendum eſt:quia ſi tantus eſt dolus quòd excedit mentem iurantis.pura quia eo ceſſante non iuraſſet:ſimiliter poteſt:arg.per id quod not.Ioan.And.in cap. vnico. de commo.de quo etiā vide in d.§.viij.Si verò dolus non excludit conſenſum,vt quia non dat cauſam cōtractui.re quæritur abſolutio,quę p̄ſtari debet nō obſtante cōtradictione aduerſarij,propter eius turpitudinem & dolum.Et ſimiliter requiritur vbi interuenit metus,qui in odium aduerſarij metū inferentis faciliter debet impendivt in c.verum.eo.tit.nō ſolùm ſi metus eadebat in conſtantem virumvt vult ibi gloſ. ſed etiā ſi metus fuit vanus,ſecundū Hoſt.quod magis placet Panor.in odium cogentis,ne commodū ex ſuo dolo reportet.Sed intellige quando iurans intendebat ſe obligare, alias propria authoritate conuenire poteſt, iuxta p̄dicta. 11
¶Decimotertiò,† quādo turpitudo reperitur ex parte recipientis iuramentū,ita quòd locus eſt pentiori aſolutionis,ſed iurans antequā abſolueretur incidit in periurium,quæritur vtrū poſsit abſolutione petere ſicut ante periurium? Et dicit Arch.poſt Pan.extra eo.c.j.quod aut iam eſt elapſus terminus ſolutionis:& nō debet audiri:qa fruſtra implorat legis auxiliū qui cōmittit in legē. de vſuc.quia fruſtra.Et hoc tenuit Feder.cōſil.cclxxxviij.& hoc nō p̄ſeueret in periurio:ſed debet ſoluere vſuras.& poſtea repetere:vt in c.debitores.extrà eod.ſi verò nō eſt elapſus terminus,ſed mora cōmittē ex ſola interpellatione:ſic inſtante termino ſolutionis peri nō poteſt relaxatio à iuramento , ne in termino incidat in periurij ſecundū Io.And.& ſic ſolùm poteſt petere relaxationem antequā cōſtituatur in mora ſolutionis.Sed non placet do.Anto.dictum Feder .ſcilicet quòd audiri nō debeat periurus relaxationem petens:quia cum eſſet obligatus ad ſoluendū in termino,&ad ſoluendū ſimpliciter,qu:tenus teneat obligatur poſt terminū poteſt petere relaxationem. quod Pan.putat verū ſi nō perſeueret in peccato:licet inciderit in periurij,de quo eſt ſibi pœnitētia imponenda:ſecus ſi in peccato perſeueret. ¶Decimoquartò quæritur,† vtrum 14
iurans.ſoluere quod aleer turpiter accipit,putavſuras,poſsit petere abſolutionem ante ſolutionem?Et dicit Archid.poſt Panor.in c.j.eod.tit.quòd ſi ſimpliciter iurauit ſoluere vſuras,tunc habet plura remedia.¶Primū, vt ſoluēdo impleat iuramentū,deinde repetat.extra eod.debitores. ¶Secūdum vt petat creditorē compelli ad relaxationem iuramenti: vt in d.c.j.& hoc niſi inſtaret terminus ſolutionis , ita quòd ex mora incideret in periurij:quia tunc nō audiretur:ſed prius ſoluat,& poſtea repetat.& idē ſi terminus eſt elapſus.¶Tertium,vt petat abſolutionem ab epiſcopo.quod quidē remedium Innocen.putat eſſe ſubſidium ſubſidiarium,id eſt,non valens niſi ſeruato ſecundo remedio.& conſentit Ioan.And. ſed do.Anr.tenet quòd ſit ſubſidiū,id eſt,valens per ſe. quod magis placet Panor.quia ſi epiſcopus abſoluit à iuramento metu p̄ſtito,nec eſt neceſſe recurrere ad iuramentum recipietę,vt in ca.ad aures.extra de his quæ vi metūſue cauſi.multo magis in caſu iſto. ¶Quartum, vt conuentus exciat,ſe non teneri ad obſeruantiam iuramenti,cum ipſe ere ditor propter ſuam turpitudinem illud relaxare teneatur,& illud relaxari petit quod tamen facere debet ante terminū ſolutionis elapſum.¶Quintum:vt iudex ex officio ſuo compellat creditorem,reſiſtere ab vſurarum exactione. Si verò iuraſſet ſoluere,& nullam ſuper hoc querimoniam mouere, vel iudici denuntiare,tunc habet etiam plura remedia.¶Primum,vt ſoluat,& poſtea repetat:quia non iurauit nō repetere:& hoc iuramentum eſt ſtrictè intelligendum:vt in cap. ad audientiam.de his quæ vi met.&c.ſed hoc ego non approbo,quia virtualiter,& ſecundum ſuam mentem iurauit non repetere,ſi non mētiebatur.¶Secundum,vt denuntiet eccle ſiæ:quia nullum iuramentum obligare poteſt , quin poſsit quis eccleſiæ denuntiare criminoſum:vt in cap. quemadmodum.eod.tit.quod Panor.poſt Hoſtienſ. videtur limitare vt denuntiet, ſi videt intentionem ſuam ſuper ſalute proximi fundatam,& nō ſuper intereſſe ſuo principaliter:quia obſtaret illi iuramentum.Sed ego dico de mente Sācti Tho.eſſe, quòd hoc poſsit intendens principaliter ſuum intereſſe:quia ex quo iuramentum nullum eſt, illud me non adſtringit ad hanc intentionem vel illam. ¶Tertium eſt vt faciat ſe abſolui ſine citatione creditoris,ſecundū Ioā.And. quod Pan. non placet:quia hoc implicitē querela continet,quam abiurauit.Sed ego dico quòd iuramentum non querulandi non valuit,cùm ſit contra publicam iuſtitiam.Quartum eſt , vt iudex ex officio ſuo compellat creditorem relaxare iuramē tum,vel ab exactione deſiſtere.Si verò iam ſoluit vſuras,poteſt repetere:quòd ſi iurauit nō repetere vel querulari,tem
15 per remanet ſibi via denunciandi,quæ per iuramentū excludi non poteſt.¶Decimoquintò quæritur,† vtrū vocanda ſit pars aduerſa,cum quis petit relaxari ſibi iuramentum factū ad inſtantiam eius?Et dicit Archid.poſt Panor.quòd ſi iuramentum continet aliquam vtilitatē ex parte recipientis:relaxari non debet , niſi vocata parte: quia nihil fieri debet in p̄iudiciū abſentis.de cauſ.poſſeſ.c.j.& ſi aliter fiat,abſolutio non valet.quod tamen limitat,niſi notorie conſtet iuramentum cōtinere turpitudinē ex parte recipientis,ita quòd parti abſenti certum ſit nullam defenſionē cōpetere in hoc quo caſu valet abſolutio parte non vocata.ad quod c.bonę. de elect.Sed ſi non conſtet manifeſtè de turpitudine:vt quia nō cōſtat quòd iurauerit ſoluere vſuras:puta quia cōtractus erat ſub forma licita conceptus.& ſic non poteſt conſtare de turpitudine ante finem termini: vel propter abſentiā partis vel quia terminus inſtabat: tunc non fiet abſolutio parte nō vocata:vt in c.debitores.eod.tit.do.autem Ant.dicit quòd ſi tanta ſit turpitudo ex parte recipientis iuramētum, quòd ei nulla actio acquiratur , nec contractus iuramēto firmetur,

non eſt neceſſe partem vocari:quia nullum poteſt intereſſe p̄tendere:ſed ſuppoſito quòd debeat pars vocari,ſi tamen abſolutio fiat parte nō vocata,tenet:ſicut dicitur de abſolutione ab excōmunicatione.quod ego verū puto quādo iuramentū iuſtè petebatur relaxari:aliās ſecus , niſi eo caſu quo relaxans poſſet de iure partis auferre,& dare alteri parti.

1 *Iuriſdictio quid & quemplex ſit.*
2 *Ordinariam iuriſdictionem quæ donent.*

IVRISDICTIO ſecundū Azo.† eſt poteſtas de publico introducta cum neceſsitate iuridicendi vel æquitatis ſtatuēdæ. & dicitur iuriſdictio quaſi iuris dictio à iure dicendo:& eſt facultas quæda cōceſſa ei qui iuri dicendo p̄eſt,qua commiſſa, intelligūtur omnia conceſſa,ſine quibus explicari nō poteſt.ff.de iuriſd.om.iud.l.ij.Secundū Hetueū ſic deſcribitur:Iuriſdictio eſt,qua p̄ſidēs alicui reipublicę poteſt dicere ius ſtatuēdo,ſententiādo vel cum obligatione ſubditorum ad habendum id,quod dicitur pro iuſto. Iuriſdictionum quædam eſt ordinaria,& quædam delegata.† Ordinariam dant quatuor.Primò lex inanimata vel canon : & 3
hoc in dubio:ſecus ſi appareat quòd velit delegatā.Secūdò lex animata:vt papa vel Imperator,& nō inferior : niſi epiſcopus ſuo vicario.Tertiò,conſuetudo.Quartò, vniuerſitas approbata,vt mercatorū,cerdonū,& aliorū artificū,qui poſſunt de ſuo corpore creare & eligere iudicē ordinarium:& ſimiliter vniuerſitas facultatū artiū vel legiſtarū:de quo no. in c.cum ab eccleſiarū.de offic.ord.Item alia eſt plena,ſcilicet ſoliut principis:alia ſemiplena,ſcilicet aliorū à principe. de quo vide C.eod.tit.l.ij.Item quædam eſt volūtaria,quādo ſcilicet nemo ſe opponit:quæ exerceri poteſt omni tempore & loco.ff.de adop.l.emancipari.quædā contentioſa,ſcilicet quādo litigatur,quæ expediri non poteſt à iudice p̄cedente ſeu ſedente nō pro tribunali,nec diebus feriatis,nec de nocte.iij.q.ij.ſpatium.de offic.deleg.conſuluit.

1 *Ius quid.*
2 *Æquitas quid.*

IVS dictum eſt† quaſi iuſtum.diſt.vij.c.ius autem.& ſecūdum Iſid.v.Etym.cuius multas ſignificationes ponit Io. 1
And.de re iud.in princ.lib.vj.& Sanc. Tho. ij.ij.q.vij. art. j.& in propoſito ſumitur prout eſt pars boni & æqui: cuius merito quis nos ſacerdotes appellat, id eſt, ſua iura cuilibet miniſtrantes,ſeu ſacrorū p̄ceptorū miniſtros.ff.de iuſtit. & iur.l.j.ij.reſpōio.& eſt quid medū inter æquitatem. & rigorē. Eſt autē rigor exceſſus ſiue auſteritas iuris aliquoties ad terrorem ſcripta , qui ſeruandus nō eſt niſi vbi timetur exemplū mali.diſtiu.xlv.ſed & illud.quandoq; tamen lumitur aliis modis:vt j.Rigor.† Aequitasverò eſt iuſtitia dulco- 2
re miſericordiæ temperata:& hanc iudex ſemper debet habere p̄æ oculis.ff.de eo quod certo loc.l.quod ſi Epheſi. & dict.xlv.diſciplina.& diſt. 50.ponderet.quia melius eſt de miſericordia quām de ſeueritate reddere rationē.xxvj.q.vij.allegāt.quod Ray.intelligit niſi ex cauſa iuſta ſeruetur rigor, aut fiat diſpenſatio .Et quia iura humana ſemper intendunt cum miſericordia punire:quia derivātur à diuinotideo æquitas etiam in ipſo rigore ſeruanda eſt,quando expedit : vnde proprium eius eſt diſcedere à verbis legis ſeruata eius intentione:vt ſuprà Aequitas,dictum eſt.Vide autē multa de iure canonico & ciuili infrà Lex . Dividitur autem ius naturale, gentium,ciuile,& publicum:de quo vide diſt.j . per totum. & ff.de iuſtit.& iure.per totum. Vtrum autem valeant ea, quæ fiunt contra ius,vide infrà Lex.§.vlt.

IVSIVRANDVM vt dicit Pan.extra eo.in rub.& Iuramentū & Sacramentū ſunt ſynonyma, id eſt,idē ſignificantia,vt ibi probat.Dicitur verò iuſiurandū , ſecundum

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliquos, vt not. in authen. sacramenta. C. si aduer. vendi. quia ius ponitur pro expressione verborum. quod non placet ibi Petro & Cyno: & dicũt quòd multa sunt necessaria vt iuridice iuretur: vt sit sensus cum dicitur de iurando ime, id est, iuramento iure facto. & dicit Hostien. in Summa eod. tit. §. j. quòd melius diceretur de facto iurato, vel de iure, iurato. Est autem multiplex, iuxta dicta suprà Iuramentum. j. §. ij.

De Iure patronatus & Patrono.

1 *Ius patronatus quid.*
2 *Patronus quibus modis quis fiat.*
3 *Patrono quale & quotuplex ius acquiratur*
4 *Patronus an possit aliquid exigere in recognitionem.*
5 *Ius patronatus quomodo transeat ad heredes vel legatarios.*
6 *Ius patronatus quomodo vendatur & confiscetur.*
7 *Præsentatio & institutio qualiter & quando fieri debeant.*
8 *Patronus qualem præsentare debeat.*
9 *Patronus quando possit præsentando variare & quis præsentatorum præferatur*
10 *Patronatum si duo contendant, qualiter instituet episcopus.*
11 *Patronus qualiter debeat præsentare.*
12 *Patroni vnius contemptus an impediat institutionem.*
13 *Patroni plures si in præsentando discordent, quis præferatur.*
14 *Patronorum maior pars qualiter sit accipienda.*
15 *Præsentare qui sint idonei.*

1 IVS patronatus † à iure & Patrono dictũ multipliciter in iure nominatur. Dicitur enim quandoq; aduocatio. extra eod. quia clericus, quandoq; vicedominatus vel custodia seu guardia: extra eod. præterea. quãdoq; ius frequentationis vel cõfessionis. xvj. q. vij. pix mentis. & cap. Frigentius. quæ nomina pro eodem supponunt. de statu monac. in singulit. §. fin. Est igitur ius patronatus, secundum Hostien. potestas præsentandi instituendum ad beneficium ecclesiasticũ. intelige simplex & vacans secundum Ray. Gofred. Innocent. & Bern. Vel est ius honorificum, onerosum, & vtile, alicui cõpetens in ecclesia: pro eo quod de consensu diœcesani eam fundauit, construxit, vel dotauit ipse, vel is, à quo causam habuit secundum Ioan. And. & Panorm. in rubr. de iure patro. Quomodo autem sit honorificum, onerosum, & vtile, vide infrà, §. ij. per totum. Patronus quoque dupliciter sumitur loquendo iuridicè, scilicet ciuiliter, seu secundum iura ciuilia: & sic patronus est, qui seruum manumisit: & aduocatus qui patrocinatur in causis: & canonicè, seu secundum iura canonica: & est is, qui habet dictam potestatem præsentãdi.

2 ¶ Primò verò quæritur, † quomodo quis] possit esse patronus, seu acquirere ius patronatus? Et dico multa. ¶ Primum, quòd tribus modis sit quis ecclesiæ patronus: quia patronũ faciunt dos. ædificatio, fundus: vt dicit 'versus': & intellige quòd per quodlibet horum efficitur quis patronus, secundum Ioann. Andr. quod Archidiac. limitat, si fiat authoritate episcopi. Et sic patet quod multi possunt esse patroni: vt quia vnus dedit fundum: alius ædificauit, alius dotauit: vel etiam si plures fundauerunt aut ædificauerunt aut dotauerunt, vt infra particula tertia. circa princip. Primò ergo est quis patronus, quia ecclesiam fundauit, id est, fundum ad ædificationem dedit: de iure patron. cap. à nobis. & c. abbatem. xvj. quæst. ij. sed si fundus pereat ecclesia facta vel fiẽda, perditur hoc ius. Secundò, quia ecclesiam construxit. xvj. q. ij. monasterium. quod intellige si de consensu episcopi fiat: cùm alio modo ecclesia fieri non debeat. de consecr. distin. j. nemo. de iure patron. cap. quoniam. & cap. nobis fuit. xvj. quæst. vij. filijs Et idem est etiam si mulier sit quę construxit, secundum Archidiac. & idem secundum Hostien. & si quis funditus destructam de consensu episcopi reparauit, & intelige etiam de eadem materia: quia perindè est, ac si de nouo fecisset. de Iudę. consuluit. & in authent. vt nullus fab. orato. dom. §. j. Iecus si solum relecit, secundum Laurent. & primus ædificator perdit ius patronatus: nisi fundum destruxerit, secundum Gloss. in c. quoniam eod. tit. vel dotem. æquum tamen esset secundum Hostiens. vt antequam reædificationi episcopus cõsentiat, antiquus patronus requiratur: & ipse in reædificando, si voluerit, cæteris præferatur. Tertiò, quia ecclesiam dotauit. d. cap. filijs & cap. quicunq;. ibidem. quod quidam intelligunt de dote ante consecrationem data: quia nulla seruitus rei sacræ potest imponi. l. seruitutes. ff. de seruit. l. ij. §. vltim, & quod humani iuris definit esse, seruitute sibi recipit. ff. commun. prædi. l. caueri. Sed quia habere bonum patronum non videtur seruitus, sed beneficium, cùm non gratia sui sed ecclesiæ patrocinetur quo ad temporalia: ideo melius Innocen. & Hostiens. hoc intelligunt de data etiam post consecrationem: quia sine substantia rerum non potest ecclesiæ deseruiri. j. quæst. iij. si quis obiecerit. & eo casu secundum Ioann. And. efficitur dotans patronus cum ædificante. quod Panorm. in cap. quoniam. eod. tit. limitat verum, quando fundator ad dotationem compelli non potest, vt sit in istis capellis. Archidiac. verò limitat primò, si fiat authoritate diœcesani, & à consecrari faciente, vel ipso episcopo consecratore dos haberi non potest: limita etiam si detur nomine dotis: quia si quis aliquid magnum dederit ecclesiæ ante consecrationem vel post non dotis nomine: erit quidem benefactor, sed non patronus, secundum Innocent. & Panorm. in dicto cap. quoniam. & Archidiac. ¶ Secundum. Quòd ad fundationem & consecrationem ecclesiæ remanent multę quæstiones, quas Archidiac. post aliquos Doctores sic determinat: Si vnus materiam in construcdo, alius gratis operas ponit, vt faber, aut soluit ponenti: ambo erunt patroni. si de hoc cum authoritate episcopi conuenerunt: aliàs nouissimo supple erit solus ille, qui materiam posuit. Si tutor nomine pupilli, vel de eius pecunia aut in eius fundo ecclesiam fundet, construat, vel dotet, ius patronatus acquiritur pupillo, & non tutori: quia omnia acquisita per tutorem ex rebus pupilli, acquiruntur pupillo. de pecul. cleric. cap. secundo. Si clericus de pecunia propria ecclesiam construxit in fundo ecclesiæ, vtriq;, id est, clerico & ecclesiæ acquiritur hoc ius: quia ecclesiæ suæ conditionẽ deteriorẽ facere non potuit. de donat. cap. ij. & idem si in fundo proprio ex pecunia ecclesiæ, vt sentire videtur Ioan. Andr. Sed si ex pecunia ecclesiæ emptus est fundus, & facta constructio: licet non eius nomine, ecclesiæ tantùm acquiritur hoc ius. arg. xij. quæst. ij. apostolicos. Et ex his patet quòd si laicus capellam in ecclesia construat & dotet, non acquiritur hoc ius illi solitel eriam ecclesiæ simul, secundum Panorm. in capit. ad audientiam. de eccles. ædifican. quia ecclesia fundum ponit. Si ex pecunia militis non eo sciente nec eius nomine alius ecclesiam construat, non acquiritur hoc ius militi: quia non fuit consensus episcopi ad militem. d. capit. quoniam. nec etiam forte expedit ecclesiæ militem habere patronum, nec etiam constructori: quia fraus & dolus nemini debent patrocinari. de rescrip. c. sedes. sed remanebit ecclesia libera. Si de pecunia fœnebri vsurarij ecclesia constructa est, licet de talibus non sit ecclesia construenda, de vsur. c. quia fustra. nec eleemosyna facienda. j. q. j. non est putanda. sed restituenda sint. propter hoc tamen non est ecclesia illa demolienda. xiiij. quæst. vj. c. compertum. & ius patronatus acquiritur ipsi vsurario: quia dominium pecuniæ erat ipsius, imò & res empta ex ea: vt notatur per Modernos in cap. cùm in decretis. de vsur.

vsur. quod limitant, si aliunde habet vnde soluat hs, à quibus extorsit: aliàs ecclesia sit libera. arg. eorum quæ no. j. q. j. non est putanda. Et idem dicendum de ecclesia ędificata ex pecunia furis, aut simoniaca, vel acquisita per meretricium, vel alium illicitum modum. In vltimo tamen casu non est pecunia restituenda vel eroganda pauperibus, vt in alijs. ¶ Tertium. Quantum etiam ad omnes actus inducentes hoc ius, remanent multæ quæstiones. quas Archi. post aliquos solennes Docto. sic determinat: Si plures inæqualiter tribuunt ad actum inducentem ius patronatus, hoc non impedit æqualẽ æquisitionem illius iuris. ar. de consue. c. fi. libr. vj. Non enim requiritur quòd quilibet det sufficiẽtem dotem, ex quo sunt plures. Vnde secundum Inn. possunt esse plures in constituẽda dote, & quilibet erit patronus. & idẽ gl. lxiij. dist. in Sum. & sic glo. in c. quicunque. xvj. q. vj. quæ vult quòd dans modicam dotem non sit patronus: limitatur. quando vnus solus dat secus si plures dant sufficiẽtem. Et idem dic in ędificatione & fundatione. Et si vnus habuit licentiam à diœcesano, alij non ille solus erit patronus. & intellige à diœcesano, nõ quidem ædificantis, sed diœcesis in qua est fundus. eo. tit. nobis. de for. compe. sanè. Si episcopus licentiam dare non vult, ve quia vult pecuniam, vel alia de causa: referatur hoc papæ, qui eum compellet. eo. ti. nullus. vel licentiam dabit. nisi sub fit iusta causa negandi. Verum autẽ hoc casu recursus haberi posset ad metropolitanum. Tãc. Vin. & Gof. videntur senserẽ quòd sic. contrarium sensit Host. Sed alij dicunt si episcopus monitus licentiam dare recusauerit vel neglexerit sine iusta causa: eã dare poterit archiepiscopus: quia negligentiã suffraganei supplet. ix. q. iij. cum simus. negligentia autẽ est ipso tempore monitionis nulla causa assignata. Si vacauerit sedes, capitulum poterit dare licentiam ædificandi ecclesiã: quia in his quæ sunt iurisdictionis non ordinis, vt est hoc, capitulũ succedit de maio. & obed. cum olim. ¶ Secundò quæritur, † quotuplex & quale ius acquiratur patrono? Et dico quòd quadruplex, iuxta illud, Patrono debetur honor, onus, emolumentum: Præsenset, præsit, defendat, alatur egenus. ¶ Primum ergo est, quòd habet hunc honorem vt præsentet instituendum ad præbendas, siue ecclesias nõ collegiatas, extra eo. ferè per totum. in collegiatis autem in electione iam facta non fienda postulatur assensus patroni. eod. tit. à nobis. vel etiam in fienda, si in fundatione hoc concesserit episcopus patrono clerico, & papa laico: vt in d. c. à nobis iũcta glos. Et si episcopus vel alius prælatus sine patroni præsentatione rectorem instituit: institutio ipso iure nulla est, per c. decernimus. xvj. q. vij secundum Ioann. Andr. in c. ij. de of. vica. lib. vj. Quod fallit primò, si patronus fuisset negligens in præsentando: quia elapso tempore episcopus bene instituit: & secundò si instituens sit papa: quia instituere potest sine præsentatione patroni: licet secus sit in alijs prælatis citra papã: extra eo. cũ dilectus. & similiter potest legatus de latere, si patronus sit ecclesiasticus: secus si secularis. pro quo vide gl. in clementina dilectus. de pœn. & Pan. in c. quoniam. extra eo. & est eatenus. cum dilectus. ¶ Secundum est, quòd habet hũc honorem, quòd quasi principalis & primus in processionibus incedit. xvj. q. vij. pix mentis. &. c. Frigentius. ¶ Tertium est, quòd habet hoc onus, quòd sit defensor præcipuus ecclesiæ: ideo quòd tenetur eam defendere ab omnibus oppressoribus. xvj. q. vij. filijs. vnde ei tenetur de administratione rationem reddere præsentatus. intellige, si patronus sit ecclesiasticus, vt no. Hostien. eo. tit. non tamen valde strictè dicendo quid expẽdat quotidie. sed in genere: vt no. Panor. in c. ex literis. extra eo. ¶ Quartum, vt habeat hanc vtilitatem, quòd si vergat ad inopiã, alatur de bonis ipsius ecclesiæ. d. c. filij, ita scilicet quòd ex reditibus vltra necessaria remanentibus ecclesia tenetur alimentare patronum pinguius quàm alios pauperes. xvj. q. vij. quicunque. el ij. & c. nobis. in fine. de iure patro. ¶ Tertiò quæritur, † vtrũ patronus aliquid possit exigere in recognitionem iuris patronatus? Et dico quòd non, secundum Pan. in c. prærerea. el ij. eo. ti. nisi in fundatione hoc à diœcesano fuisset sibi reseruatum. Nam in ipsa fundatione potest patronus laicus de consensu episcopi certum retinere cęsum. d. c. præterea. non tamen potest seruitium aliquod exigere post fundationem: vt dicit ibi Pan. nisi reseruatum fuerit per episcopum tempore fundationis, vel aliàs iure cautum. Vnde si episcopus authoritatem præstitisset, posset tale ius vendere, titulo apud ipsum remanente. ¶ Et dicit primò per illũ text. se aliàs consuluisse quòd populus patronus exigere non potest à presbytero certos cereos in recognitionẽ iuris patronatus, ex quo illud non fuit reseruatum tempore fundationis: nec potest patronus propria authoritate aliquod seruitium vel aliud temporale sibi reseruare: sed hoc facere debet episcopus ad eius petitionẽ. Infert etiam secundò quòd si patronus in testamento mandauit ecclesiam cõstrui & reseruauit aliquam pensionem annuatim filijs soluendam, quòd eã exigere nõ poteruat, nisi episcopus illud reseruet patrono per statutum. ¶ Et tertiò quòd patronus donare non potest ius patronatus sine consensu episcopi: & intellige laico vel clerico ratiõe patrimonij. Secus si vult donare ecclesiæ. extra eo. illud. Imò secundum Doc. si episcopus statuisset pensionẽ patrono immoderatam respectu reditum ecclesiæ, vel quæ ex post facto incipiat multũ grauare: reduci poterit ad moderationẽ debitã. ¶ Fallit qd dictũ est de reseruatione eũ authoritate episcopi, primò quando patronus nõ dedit dotem pinguẽ & abundãtẽ, sed solũ necessariã ad sustentationẽ ministrorũ: quia tũc nullũ seruitiũ poterit sibi retinere: vt not. Pan. in c. j. de cen. ¶ Secũdò, qñ locus religiosus, puta monasteriũ, in proprio solo propriis expensis ecclesiam cõstruxit: qa talis locus habet in ea omnia tẽporalia bona, sicut episcopus omnia spiritualia. de priuile. cũ & plãtare. §. in ecclesijs. & de capel. mo. c. j. & nihilo minus habet dictus locus ius præsentandi. de supp. neg. pla. c. sicut. ¶ Quartò quæriẽ specialiter, † vtrũ & quomodo ius patronatus trãsire possit ad hæredes vel legatarios. Et dico multa. ¶ Primũ. Pro intellectu dicendorũ aduertẽ quòd dupliciter hoc ius trãsit in aliũ. Primò secundũ fieri cũ permutat cũ alio spirituali. Secũdò gratia eius cui est annexũ: vt cũ vẽditur vel donatur, aut aliter trãsit in aliũ villa, vel huiusmodi vñ & dicitur trãsire in aliũ cum vniuersitate bonorũ: vt xvj. q. vij. nemini. & extra e. ex literis. & e. cũ seculũ. nisi specialiter de ipso excipiatur secũdũ Host. sic etiã trãsit ius sepulcri. ff. de cõtra. emp. l. in modicis. & simiter omnia iura quę possunt per laicos possideri. Sed sec[a] de decimis & ecclesijs & alijs iuribus merè spiritualib[a] secũdũ Inn. qa illa cũ vniuersitate nõ transeunt. quod Host. limitat, nisi vniuersitas trãsiret in ecclesiã vel locũ religiosum: qa tũc etiã illa trãseũt. Non põt autẽ secundũ Arc. & Io. An. tolli à patronis etiã à legato de latere, sed solũ à papa: qui etiã de hoc nõ facit, nisi ex causa vrgẽti: ne laici retrahãtur à cõstructiõe & dotatiõe ecclesiarũ. Ius igitur patronatus trãsit ad hẽdes secũdũ Pan. in c. j. de iure par. & omnes Doct. Et *erit* hoc ius apud quẽlibet hęredũ insolidũ, etiã si ex inęqualib[a] partibus sint hęredes, secundũ gl. an c. j. e. ti. modò nõ sit aliquis hæres constituꝰ in certa re. & cuilibet patronorũ cõpetit quo ad oẽs effectus pręter sacerdotis plentationẽ, quæ ita est apud oẽs cõmuniter, quòd non est apud aliquẽ singulariter: extra eo. c. j. & ij. vt cõmuniter tenẽt Doc. licet forsan, vt dicit Inn.

pingu

Universidad de Deusto
Biblioteca

pinguior sit vox illius qui plus habet in hæreditate? Et ratio est secundum glossā: quia cum hoc ius sit indiuisibile, nō possumus dicere vnū habere duas partes in eo sicut in hæreditate. ¶ Secundum. Nec potest diuidi hoc ius inter hæredes, secundum Panorm. in d.c.j. qualitercunque intelligatur ista diuisio, cùm ipsum ius sit incorporale: possent tamen cōuenire patroni vt alternatis vicibus præsenter. d. cle. fi. & de hoc possunt pacisci secundum Host. & Ber. licet contrarium senserit Inno. quod intelligi potest vt honestius sit si temper concordent. & similiter si habent plures ecclesias, possent conuenire vt vnus in vna, & alius in alia præsentet: quia sicut in tempore, ita & respectu locorū est permissa diuisio: & hæc non est ea quæ prohibetur in d.c.j. de iure pa. ¶ Tertium. Et non solùm ad suos, sed etiā ad extraneos hæredes transit secūdum Panorm in c.cum seculum. eod. tit. de mente Ioan. Andr. & Inno. quia si filij solum succederēt, nō posset patronus illud trāsferre in aliam personā etiā cum vniuersitate. quod patet falsum in d.c.cum seculum. & in c.illud. eo. tit. Vnde transfertur in quoscunque hæredes, & non solū in mares, sed etiā in fœminas. arg. cle. fi. de concess. præben. & sentit glos. in c. quoniam inuestituram. xvj.q.vj. & ideo secundum Fede. cōsil. ij. filius, qui repudiauit hæreditatem paternam, non erit patronus. similiter nec filia dotata non succedens patri: quia renuntiat hæreditati. Ex his collige duo. Primū, quòd si filia est hæres, succedit sicut masculus, vt dictum est. Secundum, quòd ius patronatus regulatur ab hęredirate etiam inter filios: & sic filius, qui non est hæres, non succedit in hoc iure. quod sentit Ioann. Andr. in c.si vero. eod. tit. dicens quòd vbi est consuetudo quòd solus primogenitus succedat, vt in Anglia, alij filij nō succedent in iure patronatus: imò secūdum Panorm. in d.c.j. eo. tit. si pater instituit filium in certa re, & extraneum hæredem vniuersalem: ius patronatus in extraneum transibit, & non in filium: vt d.c.j. ¶ Quartum. Succedunt autem hæredes per stirpes, & non in capita, secundum Panor. in d.c.j. & hodie determinatum est in cle. fi. extra eo. vnde si plures succedūt vni ex duobus patronis ecclesiæ, omnes habentur loco vnius. ¶ Quintum. Nec potest hoc ius adiudicari vni ex hæredibus, secundū Panor, in c.quærimonia. eod. tit. quia si æqualiter diuidunt: tunc si datur habenti minus pro restauratione, illicitum est, & simoniacum. eo. tit. præter ea. ¶ Sextum. Panor. in d.c. cum seculum. refert Ioā. And. dicere quòd quemadmodum ius patronatus potest donari, ita & legari: quia legatum est donatio quædam facta à testatore: vt Instituit. de lega. in prin. ideoq; infert quòd si donatur ecclesię, nō est necesse interuenire consensum episcopi, sicut in donatione inter vivos. Si autem legatur laico vel etiam clerico nomine proprio: tunc debet interuenire cōsensus episcopi, sicut in donatione. Dicit tamen hoc speciale fauore vltimæ voluntatis vt consensus episcopi possit interuenire etiam ex post facto: licet sit consilium vt habeatur consensus tēpore testamenti vel ante mortem testatoris. Et idē sentit Ioā. Andr. in dicto capitulo, cum seculum. eodem tit. dicens quòd sine licentia episcopi tenet legatū factū de eo ecclesiæ: sed nō priuatæ personæ. Fede. autē fuit in singulari opinione quòd titulo legati transferri possit sine consensu episcopi. Sed moderni communiter tenent quod dictum est. maximè Cal. dicens quòd ante cōsensum episcopi ius patronatus confistit apud hæredem: quia ex ordinatione laici iur hoc non potest in alium trāsferri: & hoc plus placet Panor. quia ratra communiter loquuntur de filijs vel hæredibus, nō autē de legatarijs: vt in c.filijs. xvj.q.vij. extra eo.c.j. ¶ Quintò quæritur, † quomodo generaliter transeat in aliū etiam in fiscum? Et dico multa. ¶ Primum. Hoc ius dicētè non dicitur spirituale: quia cadit in laicum, sed secundum quid ideo quantum per ipsum præstatur via ad cōsequendum spirituale beneficium: vnde etiā vocatur annexum spirituali. extra eo. de iure. ¶ Secundum. Summariè loquendo secundū Host. hoc ius transfertur in alium quatuor modis. Primò, scilicet successione, vt dictum est: & secūdò, permutatione ad aliud spirituale, de re. permu. ad quæstiones. & c.fi. & tertiò, donatione, extra eo. præterea. & quartò, venditione: quia licet specialiter vendi nō possit, extra eo. de iure tamen transit cum vniuersitate, nisi de ipso excipiatur, vt dictū est, extra eod. ex literis. & c.cum seculum. Adde quòd similiter trāsit cum vniuersitate in conductione ad firmam seu ad pensionē. d.c. ex literis. & similiter secundū Ioan. An. in legatione, quæ est quædam donatio. ¶ Tertium. Donatione hoc ius sic transit in alium, quòd donari non potest cuicunque laico sine licentia episcopi. extra eod. præterea. maximè vbi dubitat ne fiat in fraudem, & in potentiorem transferatur, vt ibi innuitur: clerico autem sine tali licētia donari potest. quod Panorm. in d.c.cum seculū. videtur limitare si clericus recipiat nomine ecclesiæ suæ. si verò nomine ꝓprio, requiritur dicta licētia. & idem sentit Ioann. Andr. in d.c.cum seculum. vt patuit §. priore, particula. vj. Ecclesiæ verò & loco religioso, secundum Doct. communiter, siue licētia episcopi donari potest. vt no. in c.nullus. & c.ex infinuatiõe. & c.illud. & c. vnico. eo. ti. lib. vj. ¶ Quartum. Si autem vendatur specialiter, est simonia: si verò ematur intentiõe priuandi aut præsentādi quem velit, spoliari debet emptor, & ecclesia esse libera, secūdum Inno. Sed si ematur cum vniuersitate temporalium, cū qua & ipsum transit, non est simonia, secundum Hostie. & Cald. & patet ex c.ex literis. eod. tit. Quod in c.quia clerici. limitat Panorm. nisi illa temporalia principaliter emantur propter hoc ius consequendum: quia esset simonia, scilicet ex parte emptoris. Limita etiam, nisi & ipsum cū talibus in venditione exprimatur: quia secundum Ioann. Andr. in c.vnico. eod. tit. lib. vj. si dicatur, vendo tibi villam & ius patronatus quod habeo in villa: non valet venditio: sed secus si simpliciter villam vendit. vt in clemen. pastoralis. de re. iudi. Et idem si vendatur palatium, in quo est capella: qa licet contrariū noncr. Innocen. & Hostien. in d.c. ex literis. tamē verior est opinio dicentium quòd transit illud ius patronatus cū palatio, ar. l. si mercede. §. si eum fundū. ff. de actio. emp. Et ideo emptor & feudatarius cum acquirant directum vel vtile dominium rerum, similiter acquirūt ius patronatus licitè, sicut alios fructus habent. ff. de contra. emp. l. in lege. §. alia. ¶ Quintum. In feudum hoc ius dari potest cum vniuersitate: vt in d.c.cū seculum. nō autem specialiter & expresse, secundum Host. quia feudum requirit homagium, quod est rei tēporalis: quorum autem dari non potest simpliciter, vt planum est, nec cum vniuersitate secūdum Inno. licet alij sint in cōtrarium. Et ratio potest esse: qa dato oppositio, scilicet quòd esset pignoratum cum vniuersitate, no posset præsentare creditori: quia non potest vti re pignorata. nec debitori: quia transiuit in creditorem. & sic fieret detrimentū ecclesiæ. quod esse nō debet. d.c.cū seculum. ¶ Sextum. Publicatis bonis omnibus patris nō confiscatur hoc ius, nec eo priuatur filius, si publicatio fiat ab imperatore vel iudice seculari, etiā ꝓp crimen læsæ maiestatis: quia Imperator priuare hoc iure laicū non potest, cum habeat illud à papa, vt no. gloss. Archid. in c.filij. xvj.q.vij. quod intelligē verū, nisi hoc ius esset in aliqua vniuersitate secularī: quia cum ea transiret. Vide etiā gloss. in c. satis peruertum. dist. lvj. quæ dicit quòd licet pater cōmiserit crimē læsæ maie. ex quo filij efficiunt infames. l. quisquis. C. ad l. Iul. mā. infames autem etiam promoti deijciuntur. vj. q.j. infames; filij tamen clerici nō perdūt beneficia: quia non efficiuntur infames: & sic nec ius patronatus, imò etiam si nō sint clerici, nisi cum vniuersitate, vt dictū est. ¶ Septimum. Secundum Archid. dist. lxxj. hortamur. ius patronatus præscribi non potest à laicis etiam parochianis. Sed Ioan. And. in Nouel. super regula, quod alicui gratiosè. in vj. diffuse disputans efficaciter destruit rationes Archid. & concludit contrarium. vide ibi. ¶ Sextò, cum patronus habeat præsentare episcopo rectorem instituendum in ecclesia, cuius est patronus. xvj.q.vij. decernimus. quæritur quādo debeat præsentare, vel episcopus instituere? Et dico multa. ¶ Primum patronus, si est laicus, præsentare tenetur intra quatuor menses à tempore vacationis. Si verò est ecclesia, monasteriū, vel clericus, intra sex, etiā si ius patronatus habuit ex collatiõe laici. extra eod. si laicus. lib. vj. aliter episcopus ordinabit de ecclesia. arg. extra eod. quoniā. & c.cūm ꝓpter. Sed intellige si patronus scienter omiserit præsentare: quia ei ignoranti non currit dictum tempus, secundū Fede. & Ioan. Aud. in c.ij. de sup. neg. prælat. & Pan. in c.cùm propter. extra eod. tit. ¶ Secundum. Si autem patroni sint simul laicus & clericus, vel ecclesia seu monasterium habebunt similiter tempus sex mensium ad præsentandum, secūdum Ioan. Aud. & Arch. in c.vnico. eod. tit. lib. vj. & glos. in d.c.fi laicus. cōtra Host. ita quòd ratione cōmunionis priuilegii ecclesiæ transibit ad laicum, ad instar eius quod dicitur de eo qui habet rem cōmunem cū pupillo: quæ vsucapi nō potest vel præscribi ꝓpter pupillum: vt in l.si communem. ff. quemad. ser. amit. & ita per ecclesiā consequitur quod per se non posset. Et idem Panor. in c.eum te. eod. tit. quia magis digenum trahit ad se minus digenum: de cōsec. eccle. vel alta. c. quod in dubijs. Sed intellige de patrono ecclesiastico habēte hoc ius ratione ecclesiæ: quia si haberet ratione patrimonij, esset idē per omnia sicut in laico. eod. tit. cùm dilectus. & gl. in cle. fin. eod. tit. & not. Pan. in d.c.eam te. ¶ Tertium. Si patroni ex contētione de patronatu occupati intra dictum tempus non præsentant: nihilominus episcopus prouidebit. Nam duo sunt casus, vt not. Pan. in d.c. quoniam. in quibus episcopus sine præsentatione patroni rectorem instituit. Primus: quādo præsentatus sine scandalo instituī nō potest. Secūdus, quando cōtentio super patronatu non decidit intra tēpus præfixum patronis ad præsentandum. Ex hoc vltimo habes casum in quo non valenti agere currit tempus. Nec tamē est simile de electoribus & præsentatoribus: quia ſt nō decidit quæstio inter electores intra tempus ad eligendū præfixum. non deuoluitur propter hoc ad superiorē potestas liberè ordinandi ecclesiam, secundū Host. & Ioan. And. quia nō est quod imputetur habētibus ius eligēdi, cùm per eos nō steterit, sed per litē sibi motam, vnde cum contrariū fiatur non sit nisi in præsentatione, nō debemus hoc ius extēdere ad electionē, vbi habetur pinguius ius, & esset præiudiciū maius: cum fortè daretur superior non gratus vel non expediens, pro quo vide tur text. e.ij. de in integ. resti. vbi longo tēpore fuit certatum super iure eligendi: nec tamen fuit ad superiorē deuoluta potestas. ¶ Quarcū. Semeltre, quod in c.nulla. de cōcess. præben. conferendo, nō habet locū in habente instituere præsentatū per patronū. secundum dominos de Rotatu refert Pan. in d. c.nulla. quia ille text. loquitur in eo qui habet cōferre nō aūt extēditur ad habentē instituere: quia in institutiõe nō debet esse tempus ita prolixum: cū institutor habeat solùm examinare præsentatū: alioquin longo tēpore posset vacare beneficiū: id, est per annū, si institutor haberet sex menses, sicut & ecclesiasticus patronus. Et quia respectu institutionis non habetur tempus à iure præfixum, remedium est ad superiorē recurrere, qui præfigat tempus instituto. Et idem in eo qui habet cōfirmare electionē, vt scilicet tempus sibi per superiorē præfigatur, si differt intra tempus debitū confirmare. hæc ex illo. ¶ Septimò quæritur. † quales possit vel teneatur patronus præsentare? Et dico multa. ¶ Primū. Patronus tenetur præsentare alium à se, & quantūcunq; idoneus seipsum præsentare non potest. extra eod. per vestras. potest tamen patet præsentare filium suum vel neporem, si sit idoneus, secūdum Hostiens. Gof. & Ber. quin potius videtur præsentandus quàm alius, scilicet cæteris paribus. de cohab. cler. c.j. Si etiā sint plures patroni, possunt præsentare vnum de seipsis. arg. de elect. c.cum in iure. Similiter vacāte ecclesia, potest episcopus vocare patronū, & illi motu proprio cōferre, secūdum Host. ar. d. c.eum in iure. & idem Panor. in dic. per vestras. & cōmuniter Doct. Et si obijciatur, quia institutio facta sine præsentatiõe patroni est irrita vel irritanda: vt in c.illud. eod. tit. respondet idem Pan. quòd patronus acceptando collationē, videtur cōsentire, nec tamē se ingerere: cùm hoc nō habuerit originem à se, sed à superiore. Item præsentatio interueniēs aliquādo ex post facto: vt in c.fi verò. extra eod. ¶ Secundum. Si patronus præsenter non idoneum seu indignū, si ipse est collegium vel persona ecclesiastica, priuatus est pro ea vice iure præsentādi, & deuoluitur ad superiorem. extra eod. cùm in cunctis. & de supplen. neg. præla. sicut. Et idem, secūdum quosdam, si sit laicus, saltem est priuandus: licet secūdum Inno. bene faciat episcopus si iterum remittat prouisionem patrono laico. Et hoc sequit Sum. Ros. sed Supple. & Sum. Ang. melius tenēt quòd nō sit priuatus. quod etiam tenet Archi. in c. sulpecti. de præb. lib. vj. & Innoc. & Ber. in c.cùm vos. de offic. ordi. vbi dicit gl. quòd non est priuatus vel priuandus: quia laicus est minus expertus circa ecclesiastica, & minus habet tēpus ad præsentandum, quàm clericus: vnde & variare potest non clericus, extra eod. cū autē. Et hoc elicitur subtiliter ex d.c.cùm vos. & hoc sequitur Archid. addens quòd potest priuari. Peccaret tamē mortaliter patronus etiā laicus sciēter præsentādo indignum, quia infideliter agit in officio sibi cōmisso. ¶ Octauò quæritur, † posito quòd multi possint variando præsentari, quis eorum sit præferēdus. Et dico multa. ¶ Primum. Potest patronus laicus duos successiuè præsentare: ita quòd variare potest antequam episcopus confirmet? Et iudicio episcopi requiritur quem velit instituere: extra eod. cùm autē. Ex quo patet, vt ibi elicit Pan. quòd variare potest accumulariuè: sed non ex toto recedendo à primo. aliàs episcopus non haberet illam facultatem. Si verò patronus sit collegiū vel ecclesiastica persona, variare non potest? Sed primus est præferendus: extra eod. cùm aduocat. & Panor. addit de mēte Innoc. quòd eius præsentatio habet vim electiõis: quia sicut electores variare nequeūt, de elec. publicato. ita nec præsentātes. & idem sentit Archi. ita quòd posset appellare acquisito sibi iam iure, si sine causa repelleretur, secūdum Gof. arg. extra eod. pastoralis. Et intellige de patrono ecclesiastico, cui cōperit præsentatio iure ecclesiæ: secus iure patrimonij: quia idem est per omnia in eo quod in laico. pro quo vide glos. in cle. ij. eod. tit. ¶ Secundum. Si duo sint patroni laicus & clericus, qui primò præsentauerūt vnū, & deinde variādo laicus præsentauit aliū. Pan. in c.cùm autē. eod. tit. dicit quòd nō habebit locū dispositio d.c.cùm aūt. vt scilicet episcopus possit gratificare: quia primus est potior, cùm præsentatus fuerit ab vtroq;: secūdus verò à laico tantùm. Itē quia licet patronus variare possit in præiudiciū præsentati: nō tamen compatroni. ¶ Tertiū. Et si præsentatus secūdò sit idoneus magis, secundū Panor. in d.c. cùm autē. episcopus nō habebit optionem, licet Ioan. And. videatur sentire contrarium per c.si fortè. lxiij. vbi dicitur quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

vbi vota sunt paria, præferendus est qui maioribus iuuatur meritis.& facit.d.c.cùm autem.dum ponderat quòd secũdus erat æquè idoneus.secus ergo si idoneus magis. Imò putat Pan. quòd si magis idoneus postergaretur,posset appellare qu à id committitur iudicio episcopi tanquam boni viri: quia verbum,iudicium.sapit discretionem & arbitrium boni viri. ¶ Quartũ.Si autem patroni variant in pari numero: vt quia vnus vnũ & alius alium præsentat:quidam dicũt episcopum non habere optionẽ.Ioan.And.verò dicit quòd sic: adducens d.c quod aute. Sed Pan.ibi tenet primũ.alleg.gl.xvj.q. vj.ſi plures.& Imo.in c.j.eo.tit.& sequitur Gaſ.de Cal.& do.Car. quinimò de iuris rigore posset attentari quòd episcopus instituere potest extraneũ,ex quo patroni non cõcordãt secundum eundem Pan. ¶ Quintũ.Si pupillus sine puer,qui est patronus,habẽs septẽ annos & vltra,præsentet idoneũ, & eius tutor aliũ quamuis æqualem, secundũ Archi. præferẽdus est is,quem præsentauit pupillus:quia pupillus est dominus,& idem Bar.Brix. ¶ Sextũ episcopus, qui præsentatũ idoneum malitiosè recusauit admittere:ad prouidendum ei in cõpetenti beneficio cõpellatur.extra eo.pastoralis: quod quidem c.secundum Arch.loquitur quando primò præsentatus erat dignior secundò:secus si secundus erat æquè idoneus,&varia re patrono cõceditur:& episcopus in hoc habet liberum arbitrium:vt in c.cùm autẽ.eod.tit.& sic puniri non debet. qd etiam not.Gof.in Sum.imo secundum Ioan.And.post Hoſt. si non erat æquè idoneus,dummodo idoneus. Dicit eriã Pan. in d.c.cùm autem.quòd episcopus incidit in dictam pœnam postergando primum sine causa. Secus si non spretuit instituere primum,sed distulit vt haberet causam examinãdi:& ante institutionẽ patronus aliam præsentauit:quia nõ debet puniri aliqua pœna:quia vsus est legis authoritate.quod intelige si secundus fuit æquè dignus,vel saltem dignus,& patro-
10 no licebat variare. ¶ Nonò quæritur,† quid iuris si dubitatur qui præsentantiũ sit patronus? Et dico quòd si quæstio ante prædictum tempus quatuor mensium quo ad laicum, & sex quo ad ecclesiasticũ,finita nõ fuerit:episcopus instituet sãluo iure eius qui vicerit.extra eod.si verò.&.c.quoniã in quibusdam.qui institutũ ab episcopo debet repræsentare: vt in d.c. si verò. ¶ Decimò quæritur,† quomodo debeãt patroni præ-
11 sentare? Et dicit Arch post Archiep.super c.decernimus.xvj. q.vij.quod fieri solet:vt patroni siue parochiani,si sunt patroni conueniant in ecclesia,sicut monachi in capitulo, & cõueniunt in aliquẽ vt præsententur,& illum eligũt vt præsentandum:quod fieri cõsueuit per scripturam. Possunt etiam compromittere in aliquem,vt nomine eorũ eligat vel præsentet vt sibi videtur.Sed per talem electionem non acquiritur ius electo.de iureiuran.c.fin.& ea non obstante possunt patroni variare:quia illa electio,non est nisi quædam postulatio.quæ antequam superiori præsentetur nõ impedit aliã.de postul. c.bonæ.el j. Vtrũ autem sit necessariũ quòd sic cõueniãt,vel
12 debent esse.vide §.seq. ¶ Vndecimò quæritur,† vtrũ contemptus alicuius patroni impediat institutionẽ alicuius præsentati ab alijs? Et dico multa. ¶ Primũ. Secundum Archi. in d. c.decernimus.tribus modis spernitur patronus: vel quia nõ vocatur,cum expectari & vocari cõmodè potest:vel si adest, sed repellitur vel nõ auditur siue admittitur ad cõsiliũ. ¶ Secundum,Io.m.And.in nouel.super cap.quoniam.eod.tit.dicit quòd si patroni habeant præsentare vt collegium,contẽptus alicuius patroni impedit institutionẽ præsentati ab alijs,sicut in electionibus:vt extra de prẽben.cum in ecclesijs.lib.vj.Et ratio est quia nõ singuli,vt singuli,sed vt corpus habent præsentare:& cõsequenter necesse est vocari existẽtes de corpore.& ita seruatur.Si verò præsententur singuli,dato quòd aliqui præsentationẽ suam faciant alijs nõ vocatis,tenet:& illis nõ veratur quin posset eundem vel aliũ præsentare: & ideo institutione seruabitur quod dicitur in d.c.quoniã.vt scilicet instituatur habẽs plures voces,si est idoneus. Et hoc sequitur etiã Feder.Pan.autem dubitat an hoc sit verũ per theoricã Bar. in l.omnes populi.ff.de iust.& iure. vbi dicit quòd siue à collegio consensus sit explicadus,siue à pluribus, vt sunt singulares,dummodo in actu maior pars præiudicet minori,semper debet simul esse,per l.iuris gentiũ.ff.de pact. & hoc plus placet Pan.quia ex contrario dicto maior pars patronorum posset negligere minorẽ:quę si fuisset præsens, potuisset inducere aliam ad consensum alterius.pro quo facit c ij. & quæ ibi not.de arbit.lib.vj. ¶ Duodecimò quæritur,† quid si patroni sint plures,& in præsentando discordent? Et dicit Sum.Pisa.post Summam Confes.quòd ille debet præfici qui maioribus iuuatur meritis,& à pluribus eligitur.extra eo.tit.quoniam.Et si numerus est æqualis:ad merita recurrendum est. dist.lxiij.si fortè.Si verò omnia sunt æqualia, potest episcopus dicere quòd concordent,& iterũ præsententur.dist. lxxxv.si duo.& si nõ cõcordãt, locus est gratificationi.de ele.c.veneràbilem.§.obiectioni.Si tamen neuter potest poni sine scandalo:tunc episcopus ecclesiam ordinabit vt melius videbit expedire:vt in d.c.quoniam.& cõcordat Hostiens.addens quòd si episcopus talem ecclesiam ordinare nõ potest, eam interdicat extrahens reliquas in patronorũ ruborem. extra eod. c.j.& ij.quod secundum Innocent.Ber.& eundem Host.intelligẽdum est de reliquijs,quæ sunt extra altare in capitalibus non liceret.Quod si nec sic possunt compesci vel ad concordiam reuocari: putat recurrendum ad brachium secularẽ.de offic.ordi.c.j. Et hæc intelligenda sunt, nisi inde maius scandalum oriretur.quia tunc essent omittenda.dist. 50. vt constitueretur. Et interim durante discordia ponetur ab episcopo in ecclesia œconomus,appellatione cessante:qui eius fructus aut expẽdet in vtilitatẽ ecclesiæ,aut fideliter institutũ reseruabit.de off.ord.cùm vos.Arch.vide si oportet iij.part. tit.xij.c.vl.§.vlt. ¶ Decimotertiò quæritur,† vtrũ maior pars patronorũ,quæ in institutione alicuius requiritur intelligenda sit respectu omnium patronorũ,vt ex decẽ vocibus habeat sex:vel respectu minorum partiũ, vt ex decẽ vocibus habeat quatuor,si nullus alius habet plures quàm tres? Et dicit Pan. in c.quoniã,extra eod.post Ioan.And.quòd si præsentatio fit ab istis vt à collegio,requirit maior pars respectu totius collegij:& videtur tex.in cap.ecclesia.el j.de elect.Aut præsentant tanquam singuli:& tũc sufficit maior pars respectu alia rum partiũ.& sic intellige d.c.quoniã. Hoc autẽ dictũ nocẽdũ est:quia facit ad multa. Vbi enim plures habent explicare aliquẽ actum,aduertendum est vtrũ habeãt hãc potestatem vt collegiũ,vel vt singuli: vt primò casu requiratur maior pars totius collegij:secundò verò sufficiat maior respectu minoris. Aduerte tamen pro prædictis secundum Innoc. & Host. quòd in huiusmodi licet tantã vocẽ habeat vnus ex patronis quantum alius:tamẽ attendẽda sunt merita personarũ, sicut & in electionibus ecclesiasticis.de ele.dudum. & io testibus vt de testib.In nostra. ¶ Decimòquartò quæritur,† cuius status vel conditionis debeant esse qui vocãtur, quãdo seculares vniuersitas habet præsentare? Et dicit Archi post Archiep. & Hugo.quos refert,quòd cum vniuersitas secularis vocari debet ad eligendum seu nominandum rectorẽ ecclesiæ omnes maiores.xiiij.anno,vocari debent.siue sint mares siue fœminæ:siue virgines,siue coniugatæ:siue viduæ,& minores rectores.ff.ad municipales.l filiusa.§.si vidua.& similiter filiifamiliàs, si alibi quàm in iudicio patris habent domicilium. istud tamen,vt dicit Archidiac. quòd vocentur fœminæ viduæ

populo ad eligendum,communiter non seruatur: & in hoc consuetudini standum est:si tamen aliqua in particulari haberet hoc ius in aliqua ecclesia,ad ipsam bene spectat præsentatio,sicut ad viros.hæc ille.

IVSTITIA,secundũ quod sonat habitum virtutis,vt colligitur à Sanc.Tho.j.ij.q.lx.ij.ij.q.lviij.& lxj.ij.distin.xx.& xxvj.iij.dist.ix.& xxxiij.hic diuiditur.Nam quædã est infusa,& quædam acquisita: & vtraque eodem modo diuiditur. Acquisita est duplex:scilicet generalis, quæ est ordinans ad bonũ commune:& particularis ordinans ad singulares personas.Generalis est duplex:scilicet per casualitatem:quæ est iustitia legalis,ordinans omnes virtutes ad bonũ cõmune,differens realiter à qualibet alia virtute:& per prædicationẽ quæ est virtus in communi:vt imperata à legali seu vt ordinata ad commune bonum,differens ab alijs virtutibus secundum rationem tantũ.Iustitia etiam particularis similiter est duplex, scilicet commutatiua,quæ dirigit vnam priuatam personam ad aliam:in his,quæ inter eas consistunt:& distributiua,quæ est directiua ordinis eius quod est cõmune ad singulares personas,distribuens singulis vt decet.

De Laicis.

1 *Laicus an possit esse procurator vel syndicus ecclesiæ.*
2 *Laicus an possit esse procurator clerici ad eligendum.*
3 *Laicus an possit esse vicarius episcopi.*
4 *Laicus an possit accusare clericum.*

LAICVS λαὸς Græcè,Latinè populus dictus est,quasi popularis,id est,de populo, non de clero.Sicut enim patet per Hier.xij.q.j.duo sunt Christianorũ gña,scilicet clerus electus in sorte dñi,diuinis officijs mãcipatus, à cleros sors & laici,id est,populus,quãuis quidã de vtroq; partici pent,vt Deo deuoti,id est,cõuersi,quia sunt de clero,& tamẽ laici dicũtur,fortè à laos quod est lapis,quasi lapidei & duri, non facilè susceptiui impressionis literariæ.Vñ ꝓpriè ad clerũ spectant clerici,id est,qui per primã tonsurã ordinãtur tã dem ad horas canonicas & sacrificiũ altaris:ad populũ verò, seculares:medij autem sunt cõuersi & oblati. ¶ Primò verò 1
quæritur,† vtrũ laicus possit esse ꝓcurator vel syndicus rerũ ecclesiasticarũ. Et dicit Colle.vt refert Pan.in c.decernimus. de iudi.quòd gñalis administrator esse non põt loco prælati absentis:vel qui reputatur absens sicut minor:vt de ætate & qual.c.ij. Sed si prælatus præsit spiritualibus:bene põt cõmitti laico reporalium cura,maximè vbi clericus nõ reperitur idoneus. Allegat no,per Inno.dicentem quòd laicis gñalis administratio committi non potest,vt super omnes dominentur: sed specialis quarundam rerum,ita vt superiori administrato ri respondeat,quod placet Panorm.qui alleg.gloſſ.in c.iudicatum.lxxxix.dist.Et ideo d.c.decernimus.dicit quòd non potest esse œconomus,nec habere generalem administrationẽ omnium bonorum ecclesiasticorum tam temporaliũ quàm spiritualium,& sic præsit omnibus:sed bene potest esse œconomus ecclesiæ in temporalibus.xvj.q.vij.in noua.Et hoc idẽ 2
tenet Gaſp.de Col.& Hoſt.& Ioan.Andr.in c.vnico.de synd. ¶ Secundò quæritur,† verum Laicus possit esse procurator clerici ad eligendum? Et dico quòd non,vt no.Doc.in d.c.decernimus.quia vbi habet exercere actum spiritualem iudicio suo,non potest constitui laicus:vt no.Io.And.in regula,quod cui.lib.vj.& solum habeat locum in iudicialibus:vbi etiam in cautis spiritualibus admittitur ad agendum & defendendum. 3
¶ Tertiò quæritur,† verum laicus possit esse vicarius episcopi? Et dico quòd non:vt not.Doct.in d.c.in noua.& in c.contingit.de arbitr.& in cap.vno.de synd.& facit glosſin d.cap. decernimus.dicens quòd causæ spirituales non possunt committi laicis,etiam tanquam delegatis per episcopum. Quod intellige in spiritualibus: quia si episcopus habet iurisdictionem temporalem in loco:potest laicum facere vicariũ sium: vt in c.fina.ne clerici vel mona.lib.vj.sed in spiritualibus nõ: imò nec clericum coniugatum,secundum Doct.de cler.coniu.cap.vno.lib.vj.

¶ Quartò quæritur,† vtrum laicus possit clericum accusare? 4
Et dicit Bartho.Brix.ij.q.vij.in princip.quòd sic,si est bonæ famæ.ij.q.vij.clericos.& idem Gratianus,vt patet per totam quæstionem.& secundùm aliquos accusare potest proprium prælatum propter delictum:quia sua interest habere bonum prælatum:vt xxiij.distinct.illud.Sed certior est opinio quòd non possit,nisi prosequendo iniuriam suam.iiij.quæst.vj.omnibus.de testi.de extero.& in crimine hæresis.& simoniæ,& læsæ maiestatis.xv.q.iij.sanè.de simo.tanta.& in crimine sacrilegij secundum quosdam.xvij.q.iij.§.qui autem.In his autem omnibus ita demum admittuntur laici,si bono zelo denuntiet crimẽ.de simo.licet autem.Et si accusatus fuerit vitę suspectæ,admittuntur laici malæ vitæ.Si verò fuerit bonæ vitæ,admittuntur solum laici bonæ vitæ:de simo.per tuas.Clerici verò admittuntur contra clericos, nisi fuerint criminosi vel irregulares.ij.quæstio.vlj.præsumunt.& ca.ipsi apostoli. Imò & si sint irregulares, admittuntur ad accusationem eorum qui sunt eiusdem ordinis,vel inferioris:vt in dicto c. ipsi apostoli.Et hæc intellige de solenni accusatione, Vtrum laicus possit prædicare,infrà Prædicator.Vtrum verò ei possit committi verberatio clerici,suprà Excommunicatio.vj.§.iiij. casu xj.

De Latria & omni Adoratione.

1 *Latria,dulia & hyperdulia quomodo differant.*
2 *Adoratio latria quibus debeatur.*
3 *Adoratio hyperdulia quibus conueniat.*
4 *Adoratio dulia in quibus locum habeat.*
5 *Adorare an possit quis aduersarium,quando credit eum esse Christum.*

LATRIA Græcè,Latinè dicitur religio,secundũ Aug. x.de ciui.Dei.c.iij.& est virtus moralis,qua Deum adoramus & colimus:& secundũ Aug.habet quatuor nomina:qa apud Græcos dicit latria,id est,cultus:& theosebia, id est, diuinus vel bonus cultus:apud latinos verò dicit religio & pietas.Huius virtutis actus imperati,mediante alia virtute eliciti sunt actus omnium virtutum,quos omnes ordinat in reuerentiam Dei:vt visitare viduas.Ia.j.eliciti verò immediatè ab illa interiores & principales sunt deuotio & oratio:exteriores verò & secundarij ordinati ad interiores,quibus ipla veluti signis vtitur ad mentem excitandam & mouendam in spiritualia,sunt adoratio quæ corpus exhibet ad reuerendum Deum:& alij quibus Deum rebus exterioribus colit: vel promittendo,vt in voto,vt in sacrificijs,decimis,primitijs,& huiusmodi:de quibus omnibus Sanct.Tho.agit ij.ij.q.lxxxiij.& sequentibus multis.significat etiam actum ipsius virtutis.

¶ Primò verò quæritur,† quomodo conueniant & differant 1
latria,dulia,& hyperdulia? Et dico quòd in hoc conueniunt, quia sunt virtutes,quibus honoramus honoranda differunt verò sic.Nã latria Deum honoramus & colimus: vt patet ex dictis:& est seruitus,quæ soli Deo per se debetur.& hoc ratione principij,creationis,& gubernationis.iij.dist.ix. & ij. ij. quæst.lxxxj.aliquibus verò alijs ratione Dei: vt infrà.§.seq. Dulia verò honoramus creaturam:& est seruitus,quæ debetur creaturæ.iij.distinct.ix.& ij.ij.q.cv. Hyperdulia verò est

potiſ

Universidad de Deusto
Biblioteca

potissima species duliæ conueniens creaturæ ex vnione ad Deum.ij.ij.q.cij.articu.iiij.ad secundum.iij.dist.ix.q.ij.ij.cor.

2 ¶ Secundò quæritur,†quę adoranda sint latria? Et dico quòd primò tota trinitas:& hoc vna adoratione.iij.dist.ix.ij.ij.q.lxxxj. ¶ Et secundò humanitas Christi.j.ij.q.xxv.& hoc vt est vnita verbo,scilicet in persona,non autem secundum se:sed hyperdulia,vt ibidem. ¶ Et tertiò caro Christi.iij.di.ix.& j.ij.q.xxv. ¶ Et quartò imago Christi.ij.ij.q.lxxxj.& j.ij.q.xxv. ¶ Et quintò diuinæ relationes.i.ij.q.xxviij. ¶ Et sextò hostia,sub conditione tamen habituali,si sit ritè consecrata.iij.dist.ix.q.j.ar.ij.q.vlti.ad secundum. ¶ Et septimò crux Christi vt repræsentans Christum exteriorum,& tangens ipsum, & eius sanguine perfusa.sed crux in alia materia debet adorari latria, vt imago tantum.ij.ij.q.xxv.ij.ij.ciij.iiij.tertium. vt res autem quædam adoratur hyperdulia.iij.dist.ix. ¶ Et octauò omnia talia quæ fuerunt Christi,vt clauꝰ,lancea,corona,vestes,& huiusmodi,ratione contactus tantum.j.ij.q.xxv. In prædictis tamen sunt aliquæ difficultates, quas differe tetigi in additionibus ad porta.iij.di.ix.& in Rosa aurea casu xij.& lix. ¶ Tertiò quæritur,†quæ adoranda sint hyperdulia? Et dico primò quòd humanitas Christi secundum se,vt dictum est. Et secundò erit Christi vt res quædam,vt dictum est:quod non intelligitur vt in se nec secundum se præcisè:quia rei irrationalis vt sic nullus honor debetur,vt patet iij.par.xxv.neq; vt tangens vel repræsentans Christum seu illi actu coniuncta: quia sic adoratur latria:sed vt res Christi separata à Christo.vide vbi supra. Et tertiò mater Christi,quæ ratione sui licet adoretur 3 dulia, tamen vt mater Christi adoratur hyperdulia iij.dist.ix.

facerus adora. vt mam. mu. p. pa. consid. 37. conc. 99.

¶ Quartò quæritur,†quæ adoranda sint dulia? Et dico quòd primò mater Dei in se,vt dictum est:& secundò,reliquiæ sanctorum.j.ij.q.xxv.& tertiò viri sancti.iij.distinc.ix.& intellige sancti,secundum nostram opinionem. ¶ Quintò quæritur, 5 †vtrum possit quis adorare aduersarium sine peccato,quando creditur esse Christus? Et dico quòd non, nisi sub conditione si ita est actu voce aut mente expressa:quia ipsa nouitas insolitæ rei considerationem & discussionem requirit.si eum beata virgo cogitabat qualis esset angelica salutatio.

LATRO publicus dicitur,qui insidiatur& aggreditur in publicis stratis:nocturnus:verò populator agrorũ,qui nocte agros incendit& vastat.de quo ff. Fur.§ j.& Excõmunicatio.vij.§ ij. hos secundum leges impunè licet occidere. de quo suprà Homicidium.j.§.ij.particula vj.ne gaudent immunitate ecclesiastica si configunt ad ecclesiam : vt suprà Immunitas.vij.§.ij. Vide etiam infrà Prædo & Raptor.

LAVDEMIVM est solutio quinquagesimæ partis vel æstimationis rei fiendæ domino ab eo, qui de novo acquirit emphyteusim. Vide suprà Emphyteusis.§.xx.

De Legatis primo in genere & absolutè.

1 *Legatum quid.*
2 *Legatum quot modis fiat.*
3 *Si,an & quando sit conditionalis.*
4 *Cum dicitur, quid importet.*
5 *Si,& cum, qualiter differant.*
6 *Fructus medio tempore an debeantur ex legato in diem.*
7 *Legatum conditionale quando valeat,non impleta conditione.*
8 *Legatum sub conditione impossibili vel inhonesta an valeat.*
9 *Legatum vxori si caste & honeste vixerit, an prohibeat secundas nuptias.*
10 *Legatum factum ecclesiæ sub conditione sepulturæ, an valeat.*
11 *Legata sub cadauere vt fiat aliquid qđ in fictũ est, an valeat.*
12 *Legatum an teneat, si legatarius premoriatur.*
13 *Legatum si nupserit, an debeatur ingredienti religionem.*
14 *Legatũ an valeat.si legatarius moriat ante euentũ cõditionis.*
15 *Legatum conditionale an expiret, si pure fuerit concepta ante mortem testatoris.*
16 *Legatum an vitietur falsa demonstratione, vel falsa causa.*
17 *Legatum si voluerit, an transeat ad hæredes.*
18 *Legata qua actione petantur.*
19 *Legata quando peti debeant.*
20 *Legatarij quo ordine petant.*
21 *Legatum quibus modis effuitur caducum.*

LEGATVM est† donatio quędam à testatore relicta & ab hæredes præstãda. Debetur enim post mortem testatoris,& post adita hæreditatem ab hærede: vt colligitur ex stit.de lega.§.j.Et hodie legatũ & fideicommissum sunt ferè idem:& quicquid iuris est in vno,est etiam in alio.ff.de leg.j.l.j.sed fideicommissum dictum est,quia olim pendebat ex fide hæredum.Et ideo fideicommissarij dicuntur,quorum fidei legata soluenda committuntur:qui etiam dicuntur testamentorum executores. ¶ Primò verò quæritur, † quomodo possit fieri legatũ ? Et dico quòd omne legatum fieri potest quibuscunq; verbis aptis & idoneis:vt si dicatur,lego,do,dari iubeo,volo,rogo,peto,opto vt des.l.ij.C.communi. dele.ij tamen verba demonstratiua sint annexa,vide suprà Conditio. §.iiij.Et hoc multipliciter fit. ¶ Primò quidem pure:vt cùm dicitur,lego tali centum:& tunc statim mortuo testatore legatum cedit legatario:vt infrà.§.xv. ¶ Secundò verò in diem, vt,lego tali ad paschа.Et tunc si dies est omnino incerta : vt, lego tibi centum die qua inimicum vicero:legatum est conditionale.l.dies.ff.de condi.& demon.& l.stipulatio ista.§.inter certam.ff.de verb.obli.& not.gl.in l.Seius Saturninus.ff. ad Treb.Si verò est certa omnino:vt,lego Titio in paschа futuro,vel qñ curret m.ccccv.& huiusmodi:vel est certa ad minus in se,licet sit incerta in proprio subiecto:vt,lego Titio quãdo erit xxv.annorum.quod scilicet tempus certò euenturũ sed fortè tunc non viuet Titius : tunc legatum factum tali tempore vel die, statim à die mortis testatoris cedit legatario quo ad transmissionẽ : quia si legatarius moreretur post mortem testatoris,&ante illum diem,nihilo minus legatum deberur hæredibus eius: vt patet in l.vnica.§.cum igitur.C. de cad.tol.Et idem dic quando legantur fructus, qui nascentur ex tali fundo : quia licet moriatur legatarius , tamen ad suos hæredes transmittit : vt no.gloss.in l.ité quia.ff.de pact. Sed intellige nisi aliud impediat.l.si ea quæstio.C.de his quæ vt indig. Patet quod dictũ est l.si cùm hæres. ff. quando dies le.ce-& l.hæres. in prin.ff.de condi. & demõ. vbi patet quòd quando quis legat Titio possessionem cum morietur , licet sit incertum quando morietur: quia tamen certum est quòd morietur,legatum est ad diem certum: & sic debebitur eius hæredibus:sed si legaret sic, hæres dato possessionem Titio cùm morieris : secus est : qui sic est conditionale : quia est in diem incertum:quia ignoratur quis prior sit moriturus , hæres scilicet vel Titius. ¶ Et tertiò,ex die:vt,lego tali à paschа te antea:& tunc distingue,vt de legato in diem. ¶ Et quartò, sub conditione per ly si:vt,lego tibi centum,si filiam meam acceperis. vel per cumvt , lego tibi centum cum ingressus fuerit annorum : & tunc inest conditio hæc; dum complecus fuerit xiiij.annus, & non aliter.C.de leg.l.fi. Hoc tamen fallit in libertate:vt dicendo,si unum liberum esse iubeo , cum filius meus fuerit quatuor.(enim annorum:vt videatur ponius relicta esse in diem,quam sub conditione.C.de fideicommiss. lib.l. fideicommissaria. ¶ Et quintò , pure & sub conditione simul:vnde si in singulos annos aliquid alicui legatũ sic,plura sunt legata:& primi anni erit purum: sequentium verò con-

ditionale,scilicet si viuat:vnde eo mortuo nõ transmittitur ad hæredes.l.ij in singulos.§.de aõnu.leg.Quando igitur fit sub conditione,legatum ante conditionis euentum non cedit legatario:vnde si moriatur ante cõditionis implerionẽ, remanebit apud grauatum,& non transmittet ad suos hæredes 3 sed si tamen limita,vt infrà.§.iiij.&.x. ¶ † Sed pro notitia Præmissorum sciendum est primò quòd ly si,nõ semper cõditionem facit. Nam quando apponitur tempori præterito vel præsenti,nõ facit conditionem propriè.l.institutio talis. in fi.ff.de condi.instit.& l.eas.in principio.& l.si ita stipulatus fuero hanc summam.ff.de verb.obli.nec obstat l.si ita.ff.de le.j.quia impropriè loquitur.Similiter ly si,non facit conditionem:quãdo respicit euentum futuri temporis certum omni certitudine,secundum Bart.in l.prima.ff.de cõd.& demonstra.& idem dic quando conditio est impossibilis.l.j.ff. de cõdi.instit. Quãdo autẽ euentus est certus,sed incertũ est quãdo,vt mortis:sic facit conditionem,secundum Bart.vbi supra,& gl.in l.in omnibus obligationibus.ff.de reg.iu.& similiter conditionem fecit,quãdo euentus est omnino incertus. Quãdoq; etiam ly si,ponitur ꝓ quia.l.videamus.in prin.ff. de in.iur.& l.Titius & Meuius.ff.de admini.tuto.quandoq; etiam ꝓ quanuis.l.fina.C.de libe.& eorum lib.& quandoq; simul cũ ly &,hoc modo:& si negotijs familiaribꝰ prepeditus,& stat ꝓ quanuis.l.j.§.nuntiatio.ff.de no.ope.nũtia.& diffuse Bartol.vbi 5 ¶ † Sciendum est secundò,quòd ly cum , aliquãdo habet vim copul.e.l.illi cum illo.ff.de vsufr.leg.& sic nõ facit conditionem,nisi ante appareat voluntas disponentis.l.si ita fuerit.§.fi.ff.de testa.manu.& l.si ancilla.ff.de le.j. Aliquando verò est coniunctio,videlicet quando apponitur verbo præteriti vel præsentis temporis:& sic etiam nõ facit conditionem:sed ponitur causatiuè cum pro quia:vel aduerbialiter ꝓ quanuis.l.demonstratio.§.j.ff.de condi.& demonstra.& ibi Bar.Aliquando reperitur aduerbium,scilicet cum ꝓ quando?quod est cum apponitur verbo futuri tẽporis:& sic tunc videtur quod non sit differentia inter si : & cum,& quod vtrumq; faciat conditionem.l.qui promisit.ff.de condi. inde.cum multis aliis in gloss.d.l.demonstratio. ¶ † Sed quia multæ leges videntur contrariæ:scieđũ est tertiò quòd Bar. ibidem dicit,quod est triplex differentia . ¶ Prima , quia si principaliter denotat conditionem,secũdariò verò tempus: quia nulla est conditio quæ non habeat in se futurũ tempus: cum verò principaliter tempus,quia est aduerbium tẽporis; secundariò verò conditionem:quod ꝓbatur in l. si Titio.ff. quando dies leg.ce.Et ideo quando ponitur circa substantiã obligationis,vel circa voluntatem quæ exprimitur per verbum futuri subiunctiui:si ponitur per si,non valet , sed bene per cũ.verbi gratia.Stipulatio quæ fit sic:promitto tibi centũ,cũ volueris:non valet.secus dicendo, promitto tibi centũ,cũ volueris.l.centesimis.§.fin.ff.de verb.oblihat.quia in primo conditio est expressa per si:in secundo est tacita per cum,& expressa nocent.l.nonnunquam.ff.de condi.& demon. ¶ Secunda differentia est,quia si legas mihi decem cum petiero: non facio conditionem.l.si decem cum petiero.ff.de ver.ob. & l.Titia.ff.de condi.& demonst.sed bene si legas decem si petiero:vt no.in d.l.si decem.quia per si,est conditio expressa:per cum,tempus principaliter:& consequenter cùm talis expressio temporis ſapiat exactionem de præsenti,siue executionẽ, nullam suspensionem inducit:ideoq; licet moriatur antequam petat,non deficit conditio.l.liber homo.§.decem. ff.de verb.obligationibus. ¶ Tertia differentia:quia ly si,sine apponatur circa dispositionem,siue circa executionẽ.facit dispositionem conditionalem.l.quibus diebus.§ . quidam Titio.ff.de condi.& demonstratio.sed cum,facit dispositionem conditionalem in vltimis voluntatibus: vt in d.§. quidam Titio.vbi nota.secus in contractibus:sed bene dispositionẽ resoluendam sub conditione:vt.ff.de in diem addict.l. ij.& ibi bona glossa.Cùm,tamen facere dispositionem cõditionalem in vltimis volũtaribus,limita verum quando additur dispositioni vltimæ,quæ concernit voluntatem disponẽdi siue dispositionem.lege,si cui legetur.ff.de legatis primo. nisi quando relinquitur coniunctæ personæ:quia tunc in dubio tacit diẽ.d.l.Seius Saturninus.ff.ad Trebellia. Sed secus quando dispositio concernit præceptum soluendi siue executionem,& tempus certum, saltem in se,sicut est tempus certæ ætatis:quia tunc nõ facit cõditionem,sed dilationem : qa de natura ly cum,est facere tempus.l.his verbis.& ibi Bald. C.quãdo di.leg.ced.Aduerte etiam quòd licet dicatur,lego tibi centum ea conditione vt facias tale quid : legatum non est cõditionale,sed modale.l.Mevia.ff.de manu.test.& l.ij.ff. de dona.Et sic verbum,ea cõditione,accipitur impropriè,secundum Bar.in d.l.quibus diebus.Secundò quæritur,† vtrum relictum in diem debeatur cum fructibus intermedij tẽporis? Et distinguo,Nam si dies fuit appositus gratia legatarij puta quia puer.sic debentur.si verò fuit appositus grauis hæredis:sic non debentur.Et sic concorda.l.in fideicommissaria.ff.ad Treb.& l.in fideicõmissi.§.cũ Pollidius.ff.de vsuris. & l.cum.de ann.leg.& est glos.in l.his verbis.C.quando di. leg.ce.Tertiò quæritur,† vtrum valeat legatum conditionale non implera conditione ex defectu legatarij vel alio modo? Et distinguo.Aut enim conditio respicit factum cuius relinquitur solum:puta si manumiserit seruũ suũ:& tũc si cõdirio deficit per casum,vt quia seruus naturali moritur mortẽ:sic consequenter legatum.ff.de conditio.instit.l.qui sub cõditione.§.quoties.nisi fuerit in mora.ff.de condi.& demonstra.l.penultima.Si verò deficit per alium,puta quia fuit interfectus:tunc ager contra interfectorem lege Aquilia.l.inde Neratius.§.ide Iulianus.ff.ad l.Aquiliam.& si occisor est non soluendo,de æquitate admitti debet ad legatum.lege Titio.§.finali.ff.de condi.& demonstr.& in fine.ff.de eo per quem fa.est.Aut cõsistit in facto eius cui relictum est,& etiã alterius:& tũc si per casum fortuitum euenit ne impleat:admitteret legatum,nisi fauore alimentorũ.l.annua. ff. de ann. lega.Si verò non per casum,sed per factum alterius:sic non amittet,sed habebit.Probatur hęc distinctio in lege,in testamento.ff.de cond.& demon.& in glossa & in l. prima.C.de instit.& substi.& est æqua,nisi aliud in aliquo casu dicatur fauore libertatis.l.cum ita legatũ.ff.de condi.& demonst.vel etiam nisi conditio esset inhonesta:quia sic habetur pro non adiecta.l.cum ita legatũ fit.ff.de condi.& demon. ¶ Quartò quæritur,† vtrum expirer legatũ factum sub conditione impossibili vel inhonesta? Et dico quòd si conditio sit impossibilis,nõ vitiat legatum:vt l.obtinuit.ff.de condi.& demonst. imò nec si sit possibilis,sed per legatarium fieri nõ potest:vt si legatur aliquid alicui,& eius fidei committitur vt emptũ alienum seruum manumittat,& dominus eum vendere nõ vult.Habebit enim legatum:quia per eum nõ stetit quo minus fideicommissum præstiterit:vnde & si seruus mortuus fuisset,à legato non submouereturl.si Titio.ff.de lega.j. Et idem dico de conditione inhonesta:quia habẽda est ꝓ non adiecta. Vnde legatum factum sub conditione , si nupserit Sempronio:si non nupserit illi , non expirat , si sit indignus eius nuptijs:secus si possit illi honestè nubere.ar.d.l.cum ita legatum sit.& l.cum tale legatum.§.Meuiæ.ff.de condit.& demon.Et idem si legatum sit vt nubat secundum arbitrium Sempronij,quia periode est ac si hæc cõditio nõ sit adiecta.l. filiæ iuæ.ff.de condi.& demonstr. ¶ † Quitò quæritur,quid si

Universidad de Deusto
Biblioteca

legetur vxori sub conditione, si castè & honestè vixerit, & illa transfert se ad secũdã votã: Et dicit Bar. in l. mulier. §. eum proponeretur. ff. ad Treb. quòd legatum non amittet: quia hoc est castè & honestè viuere. xxxj. distin. Nicena. Sed limita, nisi aliud senserit testator, vel habeat vsus loquendi. Pro quo facit quod no. idem in l. labeo. ff. de supe. lega. & in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. & Inn. in c. olim. de verborum significatione. & glossa in cap. nõnulli. de rescrip. quia communis vsus loquendi præfertur propriæ significationi verborum in quacunque materia. Et idem tenet Panor. in cap. vt clericorum. de vita & hone. clericorum. addens quòd cautè addendum esset. si castè vixerit, & in viduitate. Oldradus autem dicit standum communi intellectui testatoris, qui intendit quòd alteri non nubat: quod quidam verum dicunt, si talis sit simplex & idiota: quia potest ignorare in matrimonio esse castitatem: secus si doctus esset. Aog. autem de Ate. in §. iuris præcepta. Iusti. de iust. & iure. dicit q; intelligitur do nec alteri nõ nupserit, vel corpus suũ corruperit: si talia verba, plata sint à marito vel filijs vel heredibus qui læduntur per transitũ ad secũda vota vt no. glo. in l. fi. & ibi Docto. C. de indic. vidui. tol. secus si proferantur à lege, vel à patre, matre, vel alijs cõiunctis mulieris vel penitus extraneis: quia nubendo legatum non perdet: vt §. cum proponeretur. l. mulier. ff. ad Trebellia. nisi fortè mihat tali, qui esset dedecori agnationi suæ & relinquenti. arg. l. iij. §. si emancipatus. ff. de contra tab. secus si corpus suum corruperit. Intelligit tamen Ang. in auth. quomodo opor. epi. §. hæc de Deo. si nubat tantum semel. pro quo tex. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verborum significatione. per quem textum. quidam dicũt quòd si quis mandauit bona sua distribui in dotandis mulieribus, in distinctè intelligitur de primis vel secundis nuptijs, non de tertijs. Ego autẽ dico prædicta omnia vera esse, si voluntas testatoris ignoretur: sed si sciatur aut ꝓbabiliter coniecturẽ, in vtroq; loco seruabitur sine prædictis distinctionibus, quia vltima voluntas testatoris pro lege seruanda est. xiij. q. ij. ca. vltimo. ¶ Sextò quæritur, † an teneat legatum factum alicui ecclesiæ sub conditione quòd ibi sepeliatur: si quid accidat propter quod ibi non debeat sepelirí: vt quia se occidit, vel moritur excommunicatus, & huiusmodi? Et dicit Bart. post Dy. in l. miles. §. ream. ff. de adul. quòd nihilo minus soluetur legatum ecclesiæ: cùm facto legantis & eius culpa hoc acciderit. & sequitur Bal. in l. si quis ad declinandam. C. de epis. & cler. & l. j. C. de his quę pœn. no. Ratio, quia in legato ad pias causas attenditur duplex fauor, scilicet legantis, & cui legatur: & consequenter licet hoc casu esset fauor alicuius legantis, non tamen cessat fauor ecclesiæ cui legatur. Nec obstat quòd nõ sit impleta cõditio: quia est impossibilis: & cõsequẽter non vitiat legatum: vt l. obtinuit. ff. de condi. & demon.

11 ¶ Septimò quæritur, † vtrum valeat legatum factum sub cõditione quòd fiat aliquid quod iam factum est: puta, quòd fiat altare in tali loco ad honorem talis sancti, & hoc iam legatarius fecerat? Et dico quòd nõ, sed efficitur caducum, per l. conditionem. ff. de condi. & demonst. Et hoc videtur ibi tenuisse Bar. vbi dicit quòd ad actionem consequendam non sufficit aliquid fieri fato. & videtur esse tex. ibi in fine. dicens si fato fecerit, nõ videtur obtemperasse voluntati, sed ad pœnam euitandam dicit de mente Dyn. nõ referri qualiter fiat vt l. ea quidem. C. si mar. ita alie. Et sic patet quòd non debetur prædictum legatum: nec ligaretur talis si fieret excõmunicatio contra nõ soluẽtes legata: nec incurreret alienã pœnam si esset apposita. pro quo facit quod no. Lud. de Roma. & Bar. in l. cũ seruus. ff. de verborum obligationibus. & l. forma. §. si cum ego. ff. de cẽsi. Et valet ad multa, prędicta Bartoli distinctio. ¶ Octauò quæritur, † vtrũ teneat legatum, si legatarius præmoriatur legantí? Et dico quòd nõ, sed remanebit hæredibus legantis? secus autẽ si moreretur post mortem quidem testantis, sed antequam hæres adiret hæreditatem: quia tunc deberur hæredibus legatarij. l. vnica. §. sed vt manifestetur. C. de cad. tol. Limita tamen ista, vt infrà Legatum. ij. §. v. particula prima.

¶ Nonò, † quid si legetur aliquid alicui sub conditione, si liberos habuerit, vel nupserit, & ille religionem ingrediatur? Et dico ꝙ nihilominus debet habere legatũ: vt supra Heredi tas. iiij. §. vltimo. Vnde & si puellæ relinquantur mille, si nupserit, & si religionem intrauerit, centum: nihilominus si intrabit, habebit mille, vt dictũ est ibidẽ. ¶ † Decimò quæritur, quid fiet si legatarius moritur ante euentum conditiõis, sub qua factum est legatum? Et dicit Panorm. in capite, nos quidem. de testa. quòd aut legatum est factum personæ intuitu animæ: puta quia alij personæ fuisset testator relicturus: & tunc deficiente illa persona conuerti debet in alium vsum piũ, vt voluntas defuncti vel effectus impleatur. sicut dicimus in legato facto in ciuitate propter perpetuam memoriã defuncti, quod alibi fieri, si fieri non possit vbi ordinauerat. vt de lege, legatum. ff. de vsufr. leg. Si verò relictum fuit contemplatione personæ vel collegij certi, non habito respectu ad piã causam: tunc deficiente legatario, expirat legatum, & remanet apud grauatũ: vt l. pater. §. Tusculanus. ff. de leg. iij. C. de cad. tol. l. vnica. §. si autem aliquid sub conditione. Si autem dubitatur an habuerit respectum ad animam vel personam: tunc in dubio fauore animæ vel religionis præsumere debemus ꝙ ad piã causam reliquerit. arg. legis, finit ꝑsonæ. ff. de reli. & sum. fu. Et hoc notat & sequitur Barto. in dicto §. Tusculanus. Et hæc deputatio ad alium pium vsum fieri debet de cõsensu episcopi & hæredis simul: dicta l. legatum. & de in clemen. quia contingit. de re. do. ¶ Et faciunt ista ad quæstionem, si relinquitur aliquid puellæ maritandę, ea moritur antequam relictum assequeretur vtrum expiret, vel fit conuertendũ in aliam puellã maritandam? Et dicit Pan. in dicta ca. nos quidem. quòd ex variis coniecturis iudex coniecturabit an testator respectum habuerit ad animam vel ad fauorem puellæ, fortè quia sibi diu seruierat. Nam tunc præsumptio est quòd voluerit eam potius remunerare. Secus ergo si ex coniecturis hoc non poterit constare: quia tunc debet conuerti ad aliam puellam maritandam: quia videtur factum contemplatione animæ. Et idem de omni legato quod debitum qui non potest sum effectum. ¶ Vndecimò quæritur, † an expiret legatum conditionale, si purificetur conditio antequam legatum firmetur morte testatoris? Et dico quòd distinguendum: puta quia legauit quidam centum puellæ maritandæ, ad eũ si vel quãdo maritabitur: & ante eius mortem illa nupsit. Nõ enim post eius mortem poterit hoc petere, si testamentum non reuocetur: quia sicut expirat legatum absolutè facti si legatarius præmoriatur absolutè, ita expirat factum sub aliqua conditione, si legatarius quantum ad illam conditionem moriatur. quod fit cùm illa conditio iam esse non potest. præterea idem est ac si relictum esset aliquid vt fieret, quod iam erat factum. Si tamen aliter constaret de volũtate legantis, seruanda esset. ¶ † Duodecimò quæritur, verum falsa demonstratio vel causa vitiet legatum? Et dico quòd falsa demonstratio non officit: quia ibi constat de re & voluntate: vt dicẽdo, lego tibi seruũ meũ empt̃ à Titio, cũ sit emptus ab alio, modò cõstet de seruo. Insti. e. §. huic ꝓxima. vide ff. Condition. Similiter nõ vitiat falsa causa: vt, lego Petro seruũ, quia mihi tale seruitiũ fecit: cum tñ non fecerit. Instit. eod. §. leges. secus si conditionaliter, & ibidẽ. ¶ Decimoterciò quæri-

17 tur, † quid si legẽtur cẽtum Titio sub cõditione, si voluerit? Et dico quòd legatũ non transibit ad hæredes Titij, nisi ille expresserit se velle. l. si ita legatum fit. §. illi si volet. ff. de
18 legat. j. ¶ Decimoquartò quæritur, † qua actione petatur legatum? Et dico quòd nõ solùm per actionem personalem, sed etiã per in rem, & hypothecariam in res mortui: & idem dico in fideicõmissis: vt Instit. de leg. §. nostra. & C. cõmunia
19 de leg. l. j. ¶ Decimoquintò quæritur, † quãdo possint peti legata? Et dico quòd solùm post aditã hæreditatẽ, nisi sint ad piam causam. Vnde scito quòd rei legatæ dominium, postquã adita est hæreditas, ipso iure transit ab eo qui legauit ad legatariũ recta via. ff. de fure. l. à Titio. not. gl. in c. Raynaldus de testa. Et ideo ex tũc pertinet ad legatarũ fructus rei legatæ. not. glo. in l. legatis. C. de vsur. l. à Titio. ff. de fur. l. legatũ. la ij. ff. de leg. ij. & l. si tibi homo. §. cũ seruus. ff. de leg. j. Fallit hoc quando legatur res aliena. l. cum alienã. C. de legat. & l. non dubiũ. ff. de leg. iij. Et in legato relicto in genere. l. apud Oldidiũ. ff. de op. leg. Et in relicto alternatiuè. l. hui usmodi. §. Stichũ. ff. de leg. j. & l. statuliberũ. §. Stichũ. ff. de lega. ij. Et in relicto in die: quia nisi adueniente die non trãsfit. l. Sempronius. ff. de vsufruct. leg. Et quando aggrauat hę redẽ ad vendendã rem. l. vxorem. ff. de leg. iij. Ad quem autẽ pertineat soluere legata: ad hæredẽ videlicet vel ad ꝓprietarium, an magis ad vsumfructuarium omniũ bonorũ, vide in frã Vsus & Vsusfructus. §. ix. particula v. ¶ Decimosextò
20 quæritur, † quo ordine capient legatarij? Et dico quòd nullum ordinem obseruamus, sed simul æqualiter tuemur. l. si cui. §. si plures. ff. vt in possess. legat. ¶ Decimoseptimò quæ-
21 ritur, † quibus modis legatũ efficitur caducũ? Et dico quòd tribus in genere. ¶ Primò, quando id quod legatur in testamento, habetur pro non scripto. quod tripliciter contingit. Aut scilicet quia decessit legatarius, quẽ testator viuere credebat. Aut quia id quod legatur, nec est nec esse potest in rerum natura: vt equus mortuus, quem testator viuere credit. Aut quia rei legatæ nullum est cõmerciũ vel quæ aliena ri prohibentur. & dicit Azo quòd etiã si sit cõmercium, sed cum difficultate, vt in prædijs necessarijs Cæsaris, non valet legatum, nec etiã æstimatio dabitur. Instit. de legat. §. sed si talis res. nec voluntas testatoris appareret velle æstimationem dari, quãdo æstimari possent. ff. de legat. j. d. si qs inquilinos. Excipitur, secũdũ eundẽ, casus quãdo redemit hominẽ liberũ ab hostibus: qa potest liberari à pignore quod tacite habeo in eo, donec soluatur prætiũ, vel seruierit per quinquẽnium. l. fenatus. ff. de leg. j. Itẽ aduerte ꝙ si commerciũ rei legatæ sit in communi sed nõ hæredi: sic damnato ad dandũ tamẽ valebit legatũ. & præstabit talis dãnatus. Si verò commerciũ nõ sit ei cui præstari debet, aut propter eius delictũ puta, quia hæreticus, aut propter sectã: puta, quia Iudæus, qui nõ potest habere mancipiũ Christianũ: tunc nec res nec æstimatio debetur. Aut propter conditionem status: vt quia est seruus, cui malitia nõ debetur. Aut pervitium corporis: quia est claudus, & legatur stipendium cursorit: & sic si testator sciebat, dabitur æstimatio: aliàs non. vt not. gloss. in lege, sed vbs deformetur, non sunt in commercium. ff. de legatis. j. L. cætera. Item nec res sacræ. ¶ Secundò, dicitur legatum caditucũ in casu caduco tripliciter: aut quia legatarius præmoritũ improbè inofficiosum dicit. ff. de inoffi. testam. l. Papinianus. §. meminisse. aut etiam propter grauer inimicitias exortas inter legantẽ & legatariũ: si tamẽ redeãt ad amicitiã, reintegrat legatũ: sed propter leues inimicitias nõ efficit caducum. ff. de adi. leg. l. iij. in fin. & ff. de his quib. vt indi. l. si inimicitiæ. ¶ Tertiò dicitur propriè caducum, quod post mortem testatoris deficit quacũque ratione: vt si legatarius spernat, vel conditio sub qua legatũ est, deficiat. C. de caduc. tollend. l. vnica.

✠ Rursus de Legatis secundò, à quo & fieri possint, aut cui facta esse intelligantur.

1 *Legare quis possit.*
2 *Legari cui possit.*
3 *Legari an possit fratribus mendicantibus.*
4 *Annuus reditus an liceat habere fratribus minoribus.*
5 *Legatum factum duabus ve coniunctis, quando accrescat vni.*
6 *Legatum factum episcopo an censeatur factum contemplatione ecclesiæ.*
7 *Legatum factum ecclesiastico non habenti administrationem an censeatur factum fauore ecclesiæ.*
8 *Legatum factum ecclesiæ sanctæ Mariæ, cuius erit, si multæ sint tales ecclesiæ.*
9 *Legatum factum filio familias an censeatur factum contemplatione patris.*
10 *Legatum factum canonicis an censeatur factum contemplatione ecclesiæ.*
11 *Legatum vtr. ad ecclesiam an censeatur factum contemplatione ecclesiæ.*
12 *Legans Titio & filijs eius, censetur mediatam patri legare.*
13 *Legatum cadendi lapides an transeat ad hæredes.*
14 *Legatũ si quis faciat alicui ad mis, & sibi relinqui, an tentatur*
15 *Legatum non vitiatur errore nominis.*
16 *Legatum an vitietur ob vitium legatarij, quod si testator sci uisset, non legasset.*

LEGATVM secundò considerandum est quantum ad eum, qui legare potest: & cui legare intelligitur. ¶ Primò ergo quæritur, † quis possit legare? Et dico multa. ¶ Primum Legare potest omnis, & solus ille, qui potest testari. ff. 1
de legatis. j. d. ij. Et ratio est quia legatum relinqui nõ potest nisi in testamẽto vel codicillo: vñ testari, codicillare, & legare, quantum ad hoc æquipollẽt: vt qui vnũ potest, possit & reliqua. ff. de iure cod. l. dini. §. codicillos is demũ. Fallit hoc in legatis ad pias causas, vt j. Legatũ iij. §. x. Qui autẽ possint testari j. Testamentũ. §. j. ¶ Secundò. Minor tamen prodigus aut furiosus ingredies religionẽ testari, legare, & disponere potest de rebus suis, etiã sine authoritate curatoris, secundũ communiter doct. vt dicit Panorm. in c. in præsentia. de probat. dũmodo tempore dispositionis & ingressus non sit furiosus. Et hoc aperte sentit Io. An. ibi: quia in istis spiritualibus nõ curamus de patria vel curatoris authoritate: vt in c. si annũ. de iudic. lib. vj. ¶ Tertium. De filio autem familias quãtũ ad bona castrensia vel quasi nõ est dubiũ ꝙ de his potest testari, secundum Cy. in auth. ingressi. C. de sacrosan. ecclesijs. nec quãtum ad profectitia quòd de his nõ potest testari sed dubiũ remanet in bonis aduentitijs. & Pan. ibidem putat bona aduẽtitia ingressu, indistinctè acquirí monasterio: cum amplius no est filius in potestate patris: & sic nõ acquiritur vsusfructus patri: cum quia clerici & personæ religiosæ sunt priuilegiati super bonis aduentitijs, itavt plenam habeant ipsorũ administrationem: ita quòd illud quod laicis est aduentitium, clericis reputatur castrense vel quasi. Et hac ratione fortè idẽ dici potest de bonis acquisitis prius, vt statim per ingressum gaudeant illo priuilegio: de quo vide ż. Clericus. iij. §. xiiij. ¶ Secũdò quæritur, † cui possit aliquid legari? Et dico multa. ¶ Primũ. Regulariter illi soli põt 2
legari, qui potest hæres instituí. de quo vide suprà Hereditas

Universidad de Deusto
Biblioteca

iij.§.ij.& quæ sit persona certa taliter non valet. l. vulgo. ff. de ſta. ho. tollit tamen hoc in aliquibus casibus, de quibus in §. seq. & infrà L. Legatum. iiij §. ij. ¶ Secundum. Potest tamen pater legare filijs spurijs ratione alimentorū: vel relinquere dotes filiabus spurijs: cum dos succedat loco alimentorū secundum Bart. in auth. ex complexu. C. de incest. nup. licet spurij nō possint hæredes instituī. ¶ Tertium. Ecclesiæ construendæ, secundū Panor. in c. nos quidem. de testa. potest aliquid legari, sed nō donari: quia nō valet donatio facta loco construendo: vt in cap. abbate sane, de re iud. lib. vj. Rationem diuersitatis ponit Bart. in l. forinos ad custodia. ff. de alie. & eib. leg. quia donatio requirit personam & scientiam. ideo absenti licet possit donari: nō tamen fit dominus antequam sciat & consentiat. l. absenti. ff. de donat. & de præben. si tibi absenti. lib. vj. Incertę etiam personæ legari potest, dummodo ex euētu possit certificari. l. cum pater. §. Iurdo. ff. de leg. ij. secus si certificari nō posset euētu: vt not. glos. in d. c. nos quidē. ¶ Quartum. Fratribus minoribus, qui scilicet annuos reditus, habere nō possunt, per cle. exiui. §. quicūq; annui. de verborum sign. potest aliquid legari vel in d. clem. §. cupientes. modò non fit valor hæreditatis, vel tāta eius pars quòd præsumatur fieri in modo & forma legati fraudulenter pro successione hæreditatis de qua non sunt capaces. ¶ Tertiò quæritur, † vtrum legari possit aliquid fratribus mendicātibus: Et dico multa. ¶ Primum. † Fratribus minoribus non licet habere annuos reditus: vt §. priore dictum est: tamē hoc debet intelligi pro victu aut vestitu & ad tempus nō modicum. vnde secundū Card. in d. clem. exiui. post Fede. eos possunt habere, si relicti sunt ad certū vsum diuini cultus: puta vinum pro sacrificio: frumentum pro hostijs: & cōuentus est capax. & similiter si relicti sunt pro victu aut vestitu: vel indistinctè nō perpetuum, sed ad modicū tempus: quia videtur legatum vinum, cuius summa quo ad solutionem dimissa est: nec per hoc tollitur mendicitas, sed subleuatur: sed si relinquuntur ad tempus non modicum, non valet: quia cōputantur inter immobilia: vt in d. §. quicunq; annui. Dicitur autem tempus non modicum, secūdum Sum. Ang. id quod est vltra decennium: sed melius dicitur secundum Sum. Rosel. decenniū, vel vltra: vt not. in clem. j. de rebus eccle. nō alie. in glos. Addit etiam ipse Car. quòd nō repugnat mendicitati seruare victualia, quādo timetur quòd alio modo haberi non poterunt. ¶ Secūdum. Legata autem quæ fiunt eisdē fratribus minoribus, dum quidā indirectè relinquūt hospitalibus aut collegijs cum onere soluēdi singulis annis duas petias pāni, vel huiusmodi, secundū Pan. in c. in præsentia. de probatio. & in c. j. nimis prava. de excel. præla. nō valēt: quia esset habere quandā proprietatē: & possem esse tot annui reditus, quòd eos non oporteret mendicare. quod est contra eorū regulā. Prædicatores tamē nō sunt incapaces ex eorum regula: sed ex constitutionibus. Sed intellige ista non licere, non quidē indistinctè, vt tenuit. Summa Rosel. sed quando possideātur quasi reditus & proprietates exigēdo etiam in iudicio: secus eleemosynaliter extra iudiciū petendo, vt §. sequenti. ¶ Tertium. Petrus de Palu. ordi. prædic. in epistola ad magistrum ordinis eiusdem, loquens de dicto ordine, & consequēter de omnibus mendicantibus, de anniuersarijs perpetuis sic dicit: Sicut non est contra ordinē, imò de ordine, recipere quotidianas eleemosynas: ita etiā anniuersaria perpetua. nec hoc est habere reditus recipiendo gratis, & petendo extra iudicium: nec est in hoc necessaria dispensatio, sicut nec in quotidie mendicando: sed repetere illa in iudicio, tanquam reditus sibi debitos, non licet absq; dispensatione: quæ fieri non deber, nec illud dissimulari, nisi ex causa necessitatis: puta, in locis vbi ita charitas refriguit, quòd fratres seminantes spiritualia non possunt aliter metere corporalia. hæc ille: addens idē esse de censibus annuis & reditibus fratrum ad vitam. & concord. Archid. & Farinerius ordi. in. generalis in constit. dicens quòd nō licet fratribus inducere aliquem ad talia legata facienda, quòd si facta fuerint, in iudicio nō petant: quasi immens quòd extra iudiciū per modum eleemosynæ peti possint. Ex his. Sum. Ro. infert quòd annui prouentum locorum possessionis vel huiusmodi, non licet minoribus etiā extra iudiciū exigere: sed recipere sponte oblatum. Sed per exactionem si intelligit compulsionem ad dandum: nihil est quod dicitur: quia hoc extra iudiciū non fit nisi per violentiam. Si verò intelligit petitionem, dico quòd hoc possunt secundū Sum. Angel. licet is qui est datarius, ad hoc conscientia teneatur: sicut possunt petere eleemosynā abeo, q; ad eā tenetur ratione superfluitatis. Prædicta limita de reditibus & prouentibus ad magnum tempus: quia si sint ad modicū possunt mēdicantes illos petere in iudicio exceptis minoribus, quibus non licet, per dictam clem. §. verū de verb. sig. Pro prædictis etiā aduerte sequi ex dictis Pet. quòd idem prouetus respectu vnius fratris potest repugnare mendicitati, non respectu alterius: vt quia vnus intendit in iudicio repetere, & non alius. ¶ Quartū. Quod dictū est de perpetuis anniuersarijs, idem à fortiori dici potest de quotidianis: quos aliquando domini ordinant annuatim fratribus dari super datijs vel gabellis iustis: quia sunt eleemosynæ, cum spōte & ad beneplacitū dētur & reuocētur. ¶ Quārto quæritur, † vtrum legatū factū duobus re coniunctis, si vnus repudiat, aut viuo testatore moriatur, aut deportet, vel huiusmodi, accrescat alteri? Et dicit Pet. de peru. in tract. de deportti. episcopi. quòd sic. l. re cōiuncti. ff. de leg. iij. & l. vnico. §. his ita. C. de cad. tollen. non autem accrescit cognitione legali cōiunctis. l. mulieri & Titio. ff. de condit. & demōstrat. Est autem notandum quòd legatarij dicuntur coniuncti re & verbis, quando vna res legatur eis copulatim: vt, lego Stichum meum Petro & Martino. & re tantum, quādo legatur diuisim: vt lego Petro Stichum meum: item lego Martino Stichum meū: vt Instituc. de leg. §. si eadem res in text. & gl. & verbis tātum: vt quādo Petro & Martino legatur sine æquis portionibus. Præfertur autem cōiunctus re & verbis, alijs cōjunctis re tenuī: an verò coniunctus verbis tantum, præferatur coniūctis re tantūm: est opinio diuersa. Sed ita q; non æqualiter veniunt: vt not. in dicta l. re cōiuncti. Vnde dicit Angel. Arer. Instituit de pupil. substituit. §. singulis. quod quando testator dicit, lego filiabus meis centum pro quatuor: licet sint verbaliter coniunctæ: tamē quia quælibet habet sua centum, & sic ad rem diuersam vocātur, nō est inter eas ius accrescendi. & casus est, & ibi Bartol. in huiusmodi. §. j. de legat. j. ¶ Quintò quæritur, † vtrum legatum factū episcopo, in dubio præsumatur factum contemplatione ecclesiæ? Et dico duo. ¶ Primum. Cum aliquid relinquitur conditorio in dignitate non ratione dignitatis, sed ratione suæ personæ, illud est suum: & si ante diem cadentem legari moritur, expirat legatum: vt suprà dictum est legatum j. §. vsq; & arg. l. cum princip. & sequent. ff. de legat. ij. Sed si legatum assequatur, erit suum: & ab intestato succedūt propinqui. arg. cap. quia nos. de testam. Si verò relinquitur ei ratione dignitatis, vel loci, in quo habet dignitatem: etiam si moritur ante diem cadentem legati, debetur successori: quia dignitas non moritur. xij. quæst. j. liberti. ¶ Secundum. Ad quæstionem igitur morā dicunt aliqui quòd cum aliquid relinquitur principi, videtur legatum esse dignitati, ex hoc quod relictum est sub nomine dignitatis: vnde successori debe-

debetur si ille moriatur ante diē legati cadentē: quia dignitas nō moritur. d. c. liberti. Sed vbi relinquitur aliquid Augustæ, si illa moritur ante diem legati cadentem, legatū perijt. l. cum principi. & seq. ff. de le. ij. quia cum dignitatē habeat, nō ex se, sed ex Augusto, nō videtur ei relinqui sub nomine dignitatis, sed sub nomine proprio: vnde non debetur Augustæ succedenti, nisi alio medio probabili concludatur testatoris voluntas. Et ex his de mente Bart. faciunt theorica, q; si quid relinquatur expresso nomine proprio tātùm, videtur relictum personæ. expresso verò appellatiuo tantùm, relinquo principi vel episcopo: videtur relictum dignitati: expresso verò vtroq;, si præcedit proprium, videtur cedere persone: si appellatiuū dignitatis vel ecclesiæ, cedit dignitati. & de hoc per Cardin. l. cuibus. ff. de reb. du. Pan. aūt in c. requisisti. de testa. dicit q; in dubio ad coniecturas est recurrendum: vt si factum à persona cōiūcta, non præsumatur factum contēplatione ecclesiæ quamus dixerit, relinquo hoc episcopo vel domino Ioanni, nō expresso episcopo: & sic erit suum, & succedent propinqui ab intestato. c. quia nos. de testa. Si verò legetur ab extraneo: præsumitur factū contemplatione ecclesiæ. & idem per omnia dic de quocūq; habēte administrationem seu prælationē in ecclesia. Sed ego dico quòd potest cōiunctus nō amare coniunctum, & econtra extraneus extraneum amare: & similiter nomine proprio possumus significare dignitatē, Imperatore vocando Cæsarem: & econtra nomine appellatiuo certam personā: sicut cum rusticus cognominatur rex: ideo volunt assessoris in dubio ex eo dicitur exploranda est probabilibus, primò quidē ex realibus & verbalibus simul, si possibile est, vt innuit tex. in d. c. requisisti. deinde verò ex sumptis à rebus, vt facit Pan. deinde verò ex sumptis à nomine si reales deficiunt, vt facit Bar. Est autem notandum quòd verbū administratio hic verificatur in habente dignitatem seu ministerium in ecclesia separatū à cōgregatione. & secundū Ion. in d. c. requisisti. administrationē habet qui potest absoluere: prælatio etiam hic sumitur largè: vt comprehendat etiā habentes ecclesiam curatam. Extraneus etiam dicitur, qui non est coniunctus in quarto gradu consanguinitatis vel affinitatis, vt est text. in auth. licet iuxta. C. de epis. & cle. & in auth. de eccl. ti. §. inter dicimus. & ide gl. xij. q. ij. c. j. & est cōmunis opinio, quamus aliqui aliter teneant. ¶ Sextò quæritur, † cuius contemplatione præsumatur factum legatū ecclesiastico nō haberi tamē administrationē in ecclesia? Et dico q; de habente administrationē dictū est §. priore, de non habente verò, qui tamen est ecclesiasticus dicit. Pan. in d. c. requisisti. de testa. q; in dubio præsumetur factum intuitu personæ, si proprium potest habere: si verò habere nō potest proprīū, puta quia religiosus, sic præsumitur factum intuitu monasterij vel ecclesiæ. Facit l. Deo nobis. C. de epis. & cle. & xvij. q. j. c. vnico. Et sic quādo factū est intuitu ecclesiæ, disponere nō poterit, nisi sicut de rebus ecclesiæ. ¶ Septimò quæritur, † cuius erit legatū factū ecclesiæ sanctæ Mariæ indistinctè, cum in loco sint multæ? Et dicit Pan. in candicāte. de testa. q; in dubio dabitur ecclesiæ paro chiali, si vocatur illo nomine: alioquin dabitur pauperiori, secundū cōmuniter doc. & si sint æquales, secundū communem opinionē dabitur episcopo, vt distribuat vel gratificet alteri. & si nulla sic vocetur in loco illo, secūdū gl. in d. c. nos quidē. de testa. dabitur ecclesiæ cathedrali: vt not. in gl. præfati c. nō dicāte. & facit l. quæ cōditio. ff. de cōdi. & demon. vbi si testator mādauit aliquid fieri in foro: & nō dixit in quo, intelligit de foro illius municipij, vbi habitat: & hoc de authoritate episcopi & executoris. Similiter quādo legat aliquid ecclesiæ faciendæ: & non dicitur de loco episcopus & executor per prouidebit de loco cōstructionis: & hoc fauore piæ causæ, nisi aliter constet de mēte testatoris. ¶ Octauò quæritur, † vtrum legatum factu filiofamilias in dubio præsumatur factum intuitu patris? Et dicit Bart. in lege, cum aliquis. C. de in. deli. & refert Pan. in c. Raynutius. de testa. quòd si fit per ista verba, lego filio Martini: intelligitur cōtemplatione patris: maximè si exprimatur nomen filij: puta Titio filio Martini: & nominatio patris intelligitur facta causa demonstrationis. nō obst. d. l. cum aliquis, quę loquitur in seruo: quia ex primitur qualitas, quæ si esset vera, legatum de iure acquireretur domino. & sic videtur contemplatione domini factū. sed secus in filio: quia filiatio non facit relictū acquiri patri: quia posset esse emācipatus. & maximè hodie, cùm in aduentitijs acquiratur filio proprietas. Si verò fieret de patre mentio, & de patria potestate: idē esset sicut de seruo: de quo tamē dubitat Pan. quia filiationis qualitas nō impedit proprietatem acquiri filio: & ideo videtur quòd solum vsusfructus acquiratur patri. ¶ Nonò quæritur, † vtrum legatum Ecclī omnibus canonicis talis ecclesiæ, etiam expressis nominibus, præsumatur ecclesiæ contemplatione factum? Et dico quòd sic, per l. cuibus. ff. de reb. dubijs. vbi dicit tex. quòd ciuibus ciuitatis legatū vel fideicōmissum, datum ciuitati relictum videtur. quod verum est secundum glo. nisi sit datum vt singulis: quia nō ciuitati, sed ipsis ciuibus acquiritur. Facit l. annua. §. à Titia. ff. de annu. lega. Secus si vni nō habēti administrationem vel prælationē, qui est simplex canonicus: quia sibi, nō ecclesiæ acquiritur, vt dictum est, nisi probaretur legatum factum fuisse intuitu ecclesiæ: vel nisi legatarius fraudē adhibuisset. d. c. requisisti. in fi. de testa. & facit l. nonnunquam ff. ad Treb. ¶ Decimò quæritur, † cum legatarius vti non potest legato nisi respectu ecclesiæ: quia legauit quis clerico viam per suum fundum, qua vadat ad ecclesiam? vtrum in dubio intelligatur factum intuitu ecclesiæ? Et dico quòd sic. & sic acquiritur ecclesiæ. & ita intelligo quòd notat gl. in l. nō plures, C. de sacrosan. eccles. ne legatum sit inutile. Vide etiā quod notant doctores in l. j. C. eodem. ¶ Vndecimò quæritur, † quid si quis legat sic: lego Petro & filijs eius possessionem vel aliud? Et dico quòd Petrus habebit medietatem, & filij eius aliam medietatem consequētur. ff. de vsufru. accre. l. si quis Titio. & de testa. c. Raynaldus. in glos. ¶ Duodecimò quæritur, † vtrū legatū quo mihi licet cædere lapides in solo testatoris, transeat ad meos hæredes? Et dico quòd nō. & est text. in l. apud Iulianum. §. ti quis. ff. de legatis. j. Et ratio secūdum glo. est, quia est ius personale. ¶ Decimotertiò quæritur, † vtrum faciens legatum alicui admi & sibi relinqui per suggestionem, solicitudinem vel importunitatē, teneatur? Et dicit dominus Bar. Cepo. in suis cautelis, quod tenetur actione de dolo vel in factum subsidiaria ei, cui ademptū est, vel cui ideo nō est relictus. ff. de dol. excep. l. prima. not. Ang. in l. fi. C. si quis ali. testari prohi. & facit l. j. & ibi not. C. de pe. bo. subla. lib. x. Sed melius dic vt infrà, Restitutio. ij. §. vj. qui incipit, aliquando. ¶ Decimoquartò quæritur, † quid si testator erret in nomine? Et dico non officere, modò constet de quo sentit. l. si in nomine. C. de testa. Facit ff. de leg. j. l. iij. Insti. de lega. §. si. quis in nomine. ¶ Decimoquinto quæritur, de quotidiana quæstione: † Pone quòd legatarius cōmiserit aliquid qđ si testator sciuisset, vt quia vxorē eius corrupit: quæritur an legatarius repellatur exceptione? Et videtur dicere glos. in lege, fideicommissum. C. de fideicom. quod sic quod Bar. dicit procedere sine scrupulo, si hoc cōmisit viuo testatore: si verò commisit post mortem eius, est dubium: quia dici non potest quòd testator tacitè reuocauerit, & ideo tunc putat dicendum quòd legatū non extinguitur: sed ♁ legata-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rio auferetur tanquam ab indignovt not.in l.sorore.C.de his qui.vt in di.hęc ex illo.Et sic ex prædictis videtur dicendum quòd talis legatarius possit tenere cum bona conscientia dictum legatum,donec per iudicem aliter fuerit iudicatū. Secus tamen videtur dicendum, si testator diceret,relinquo vxori meæ centum si castè vixerit:quia si fornicetur,non poterit in conscientia illa habere seu vsumfructum.

Rursus de Legatis tertiò,quantum ad rem legatam,quid scilicet possit,aut quid intelligatur legari.

1 *Legari quid possit.*
2 *Legari an possit res aliena,etiam in foro conscientiæ.*
3 *Legata vna re an intelligantur legari ei annexa.*
4 *Legatum in genere an valeat.*
5 *Legata quatuor mensuræ olei quæ sunt in tali vase,an debeantur,si ibi non reperiantur nisi duæ.*
6 *Legato omnium bonorum mobilium an contineantur fructus & debita.*
7 *Legans lancem minorem,qualem debeat.*
8 *Legans vsu fundum & alteri vsumfructum,quid intelligat.*
9 *Legato alimentorum quid debeatur.*
10 *Legatum annuum an singulis annis debeat peti.*
11 *Legatum datis quid valeat.*
12 *Legans creditori an videatur velle compensare.*
13 *Legato si sit annexū onus,an ratione eius detrahat de gabella.*
14 *Legans ancillam nomine Bertam,si eam vendat,& aliam Bertam emat,an debeatur secunda.*
15 *Legatum rem si vendat testator,an postea teneatur hęres.*
16 *Legatis Titio centum,quæ si perdat,iterum lego alia centum an semel tantum debeantur.*

LEGATVM tertiò cõsiderari potest quo ad rẽ legatã: quid scilicet possit,aut quid intelligatur legari,p quo etiã vide ff.l.ex.§.xvj.ad fine. ¶ Primò igitur quæritur
2 †quid legari possit ex bonis nõ alienis? Et dico multa. ¶ Primum. Legari põt quod nondũ est in rerũ natura,modò sit futurũ:vt fructus futuri in tali fundo,aut qđ nascetur ex ancilla,&c hmõi. Insti. de lega.§.ea quoq; res. ¶ Secundũ. Quilibet testes testatoris & hęredis similiter legari põt:nec refert an sciuerit vel ignoauerit esse suã,vel hęredis. Insti.e.§.si quis rẽ suã. Et ratio huius patebit §.siquidẽ. ¶ Tertiũ. Iura, actiones & seruitutes,& hmõi incorporea,similiter legari possunt,nisi viuẽs testator debitum exegerit vel remiserit. Et in dubio præsumit legatũ voluisse adimere exigẽdo vel remittẽdo Insti.de leg.§.cũ autẽ.in tex.& in gl. ¶ Quartũ. Debitori sua liberatio legari põt. Insti.eo.§.si quis debitori.nisi testator viuus exegerit. Insti.ibidem.§.cautam. ¶ Secundò quæritur,
3 †vtrum testator legare possit rem alienã ertã in foro conscientiæ:& dico quòd sic,si sciebat legatus & hęres teneretur eã emere & præstare,vel soluere æstimationẽ,si eã habere non põt,& possit æstimari. Insti.de lega.§.nõ solũ.& §.quod autẽ. Sed,p intellectu prædictorum dico multa. ¶ Primum. Quantũ ex Pan.extra de test.in c.filius.colligit,intellige qđ dictũ est cum tali distinctione:Aut enim res legata sciebat testatori pignorata,vel in ea habebat aliquod aliud ius: & tunc non præsumitur legasse nisi ius quod habebat:& sic non debitur æstimatio,vt in l.serui electione.ff.de leg.j.& sic si legauit fundũ,quem conduxerat per quinquennium:hęres soluet pensionem:& legatarius habebit vsum fundi sine aliqua solutione.l.qui concubinam.§.qui horreo.ff.de lega.iij. Aut res legata erat simul communis testatori & alteri:& sic intelligitur legasse partẽ suã solãm,nisi diuisset rotã talem rẽ,vel aliquid æquivalens:quia sic æstimatio deberetur vt no.Bar.in l.cum alienã.C.de leg. Aut res omnino est aliena:& tũc si est hęredis,debet res omnino.& est tex in l.vnic ex familia.§.si rẽ.ff.de leg.ij. Siverò nõ est hęredis,sed alterius:si legauit sciens,debet res vel æstimatio,si æstimari potest.d.l.cum alienã sed si alterius rei commerciũ habeat nõ potest,legatum est inutile:vt quia legauit rem sacra vel principis.l.apud Iulianũ.ff.ale leg.j. Si verò legauit ignorãter mihi aut extraneo:& nõ valet indistinctè,secundũ Sum.Ang. vel melius secundũ Sum.Pisa.nõ valet,nisi res esset hęredis:quo casu tenetur eam præstare.d.l.vnã.§.si rem tuam.aut nisi requirit persona coniunctæ,cui aliàs tantũ de suo erat relicturus si sciuisset.d.l.cum alienã. Et Bal.in l.j.C.de sacrosanc. eccles.tenet ecclesia esse cõiunctã personã,cum sit omnibi fi.leliũ mater.xij.q.ij.qui abstulerit. Sed Pan. in c.filius de testa.tenet quòd non,sed solum cõiunctum sanguine esse huic coniunctam personam:vt in c.nonulli. de relict. Ego autem dico quòd coniunctam personam vel extraneam per accessionẽ se habet:sed per sic cõsiderandũ est si ei aliàs erat relicturus & tenetur hęres etiã extraneo:tum quia si aliàs erat relicturus,est ratio legis:tum voluntas eius pro lege seruanda est. xiij.q.ij.c.vlt. ¶ Secundum. Quæ decisa sunt particula communiter docti.tenẽt esse vera,etiam in foro canonico & cõscientiæ:vt refert Pan.in d.c.filius.de testa. ipse verò ibi tenet contrarium propter tex.dicentẽ quòd secundũ leges secundi hęres cogitur soluere rem alienã legatãsed quia lege Dei, nõ lege huius seculi viuimus:o alde inuitũ videtur vt res alterius legare quę eiusdem ecclesię esse perhibetur, à te teneatur sed suũ mocium est ineffica:quia secũdũ Ian.tex. loquitur in rebus ecclesię,legatis alteri ecclesiæ,in quibus legatarius nõ tenetur,vnde inhibitanter in omni foro tenẽda sunt prædicta quia processit in virtute huius quòd voluntas testatoris interpretanda est,si scitur aut probabiliter deprehenditur per coniecturam:& eo casu idẽ est ac si legasset alternatiuè rem principaliter,aut saltẽ pretiũ eius. ¶ Tertiũ. Per prædicta soluitur quæstio,quę de facto accidit: scilicet vt cũ muliere legenter monasterio,p salute animæ vestẽ alienã,id est,loceri,pannos legatũ? Et dico quòd sic,iuxta prædictã distinctionem.nam obstat.d.c.filius,quia cõmunior est lectura Inn.quòd loquatur in rebus ecclesiæ:quem etiam intellectũ tenet gl.in c.fi.quæstiones.xij.q.v.vbi Arch.videtur dicere quòd hoc casu legatarius agere poterit ad æstimationẽ. Et hoc scilicet legatum valere,& saltẽ æstimatione deberi,cõmuniter tenẽ doctores in d.l.cum alienã. ¶ Tertiò quæritur,†vtrũ legata vna re aliquãdo debeat intelligi legata esse etiam alia in dubio. & dico multa. ¶ Primũ. Legata domo,debentur etiã hortus eius hęredis,secundũ Pan.in c.Raymundus de testa.ff.si fertili.vbi l.testatrix,& ff.de act.empt.& vend.l.si creditor in fi. quod limita primò in dubio:quia si aliter cõstaret de voluntate legantis,secus esset.& secundò quando eadẽ fama claudit domum & hortũ.secus si sic nõ cohæret:quia nõ debetur. Et sic intelligo gl.in c.fi.xij.q.ij.& Pan.vbi. ¶ De hoc in c.fanciũ.de eccl.
4 vest.vbi domus ac hortus ponitur vt diuersa. ¶ Secũdò. Legatis vestibus vxori,ornamẽta aurea vel argẽtea earũ nõ videntur legata:quia accessoria pretiosiora suo principali nõ accedunt. Sed tñ Lud.Ro.tenet qp veoliat eriã pretiosiora,& accedant principaliter l.& si nõ sunt.§.puto.iamus.ff.de aur.& ar. leg. & Bar.ibi in l.cum aurũ.dicit gl.fallam in l.ij.ff.de pecu.leg. qui vult quòd accessoria pretiosiora nõ extinguãt testatorẽ principali. Est autẽ aduertendũ quod Bart.in l.mulieribus non esse de iure prohibita, ea quæ spectant ad ornatum:C.nulli licere in fra.& equa.fol.lib.vndecimo.vxori mulieribus non esse de iure prohibita, ea quæ spectant ad ornatum ornatum: sed hodie in multis ciuitatibus est statutum quòd aliqua ornamenta eis portare nõ liceat. Propter quod dicit eo casu quo sunt prohibita, non possunt dici accessiones vestium.ac.dictæ l.Et eodem modo non possent dici mueris causa empta ea quę gratia eius sunt prohibita. Hæc ex illo. ¶ Tertium. Legato chirographo, intelliguntur legatæ actiones quæ sunt in eo.l.qui chirographum.ff.de legat.iij.
5 ¶ Quartum. Legato lecto venit ornamentum eius:vt in l.librorum.§.fi.ff.de leg.iij. ¶ Quartò quæritur,†quid debeatur quando legatum sit in genere? Et dico quòd legatum nullum est,si genus illud sit generalissimum: vt,lego substantiam vel rem. Si verò est subalternum:vt,lego animal, corpus,&huiusmodi,similiter est nullum:quia data musca esset quis liber. Si verò est genus inferius,quod impropriè dicitur genus,sed est species specialissima:tunc distinguendum est. Nam si res huiusmodi generis habet certos fines à natura designatos,vt bos,equus,& huiusmodi: est varia opinio,sed placet mihi opinio Io.quam sequitur Accur. in l.legato generaliter.ff.de leg.j.scilicet quòd aut testator quos reliquit seruos vel boues incertos & de incertis sunt in suo patrimonio: & tunc eligit legatarius:vt Iustitu.eod.§.si generaliter. dum tamen non eligat optimum.dic.l.legato.Aut non sunt in suo patrimonio.& sic electio erit hęredis:vt ff.de tritico leg.l.iij.in princ.& l.iiij.Et similiter vbi testator de certis seruis sensit incertum:puta,quia legauit vnum de seruis suis:sic electio erit legatarij.l.qui duos.ff.de legat.j. Si verò habet certos fines ex sola distinctione hominis:vt fundus.ff.de legatis.primo.l.quod in rerum.§.si quis.sic non valet:quia vsietur deteriorium:quia hęres præstando fundum vnius digiti vel vnguis liberaretur,dicta lege,quod in rerum. §.si quis autem.Si verò habet facto hominis:vt domus, quæ per factum hominis de duabus sit vna,diruendo parietem, & huiusmodi:vt ff.communia prædio.l.si quis duas.§.j. sic aut legat domum in genere reliquæ domos aliquas: & electio erit legatarij.aut non reliquit:& legatum erit deteriorium.ff. de legatis primo.l.si domus. Aduertendum est tamen quòd quando electio datur hęredi in rebus legatis in genere, & illud genus est talis qualitatis,quòd in ipso sunt quædam oiosa lentia,& quæ non habere magis expedit quàm habere:tunc non potest talia dare:sed debet rem mediocrem:vt in dicta l.legato.& C.de don.l.si quis argentum.§.j.& C.communia de leg.l.fi.§.j. Si verò sumus extra talia, poterit hęres dare numum in tali genere.l.si ita scriptum sit.in fine.&l.apud Iulianum.§.Scio.ff.de leg.j.& ff.de reg.iur.l. semper in obscuris.ff. de verbo.obli.l.si ita stipulatus. Fallit hoc in legatis ad pias causas:quia debetur id quod melius est fauore piæ causæ:vel saltem mediocre:puta, legatum est vas: dabitur argentum,inter aurum & auricalchum vel stannum: vt habetur & nota.in l.Titia.§.Seia.ff.de auro & argento legato. vbi dicit Bar.quòd si legatur calix,intelligitur argenteus:si planeta,intelligitur de serico.& sic de similibus. ¶ Quintò
6 quæritur,†quid iuris si quis legauit quatuor lagenas olei,quę sunt in tali vase,quæ scilicet non sunt nisi duæ:vel si de pecunia quæ est in tali capsa legauit vnã xxx.aliã xx.aliã x.&nõ sunt nisi triginta? Et dico solũm deberi id quod inuenitur.l. si quis testamento.ff.de leg.j.& vnicuiq; pro rata defalcabitur,vt scilicet is cui xxx.legauerat,non habeat nisi xv.alius x. alius v. Facit l.cũm certum numerum ff.de tri.vi.& oleo lega.
7 & de lagenis est casus in l.si quis ferum.ff.de leg.iij. ¶ Sextò quæritur,†vtrum legans mihi omnia bona sua mobilia,in dubio intelligatur etiam omnes fructus & debitores legasse? Et dico quòd sic,omnes fructus qui tempore mortis testatoris erant à solo separati.ff.de rei vendi.l.fructus sed non habeo de tali legato nomina debitorũ suorũ,nisi aliter de mente constiterit:quia nomina debitorum non sunt mobilia nec immobilia,sed in tertia specie.ff.de re iudi.l.à diuo Pio.§.in venditione. Item quia non est nostrum quod nobis debetur: sed tantùm illud quod possumus vendicare.ff.de auro & arg. leg.l.ij. Sed de hoc die vt 5. Alienatio.§.ix. Et idem die de lignis & lapidibus ad ædificium præparatis,quòd non veniunt, ar.ff.de leg.iij.l.lrgui appellatione.§.fi. ¶ Septimò quæritur, †quid si habens lancem maximam,minorem,& minimam, 7
legat lacem minorem. Et dico quòd debetur mediæ magnitudinis in dubio.ff.de auro & arg.leg.l.qui lancem. ¶ Octauò quæritur,†vtrum is qui legauit vni fundum, alij vsumfructum fundi,in dubio debeat intelligi legasse vnicuiq; ipsorum dimidium vsusfructus dicti fundi? Et dicit Lud.de Ro. quòd sic.l.si alij.ff.de vsufru.leg.secun in iudicis sententia:vt l.& puto.§.j.ff.simil.ereise. ¶ Nonò quæritur,†quid habebit 9
is cui legatur victus & vestitus seu alimenta, quòd idem est? Et dico quòd habere debet cibum,potum,vestes,lectum,habitationem,& ea,sine quibus viuere non potest.ff.de alim.& cibo.lega.l.legatus.ff.de verbo.signi.l.victus. non tamen ea quæ pertinent ad disciplinam.d.l.legatus. intellige non necessaria,vt §.Alimenta.in principio. ¶ Decimò,†si testator 10
legauit filiæ suæ nuptæ quotannis aureos decem pro indumentis,& illa per quatuor annos dictam summam à fratribus non petiit,quæritur an petere possit summam præteritorum annorum? Et dico quòd non, arg.l.quidam.ff. de vsufru.leg. ¶ Vndecimò quæritur,†quid vxori valeat legatum quo legatur ei sua dos? Et dicit Asten. quòd plenior est 11
actio ex legato quàm ex dote,Iusti.de leg.§.& si vxori.quia vt ibi dicit gl.legatum statim debentur:dos verò, si constituta in mobilibus,debetur post annum. Item valet quia non habet probare dotem fuisse tantæ quantitatis si exprimatur: aliàs sic.C.de fals causa adiec.l.iij. ¶ Duodecimò quæritur, †vtrum legans creditori suo,in dubio videatur voluisse eum 12
pensare? Et dicit Pan.in cap.officij.de testa.quòd sic, per l.si cum dotem.§.si parer.ff.solut.mat.vbi dicitur quòd filia,cui debebatur dos,& factum est legatum, non potest repetere vtrunque:quia videtur testator legasse animo compensandi eum dote.& ibi Bar.& communiter moderni hoc limitant verum,quando relictum est per debitorem necessarium, qui ex necessitate iuris tenebatur ad debitum. Secus per debitorem voluntarium,qui scilicet sua voluntate se obligauit ad debitum:quia hoc casu nõ videtur factũ animo cõpensandi, nisi fit expressum:vt probatur in l.vnica.§. sciendũ.C.de rei vxo.actu.vbi habetur quòd si maritus,qui tenetur scilicet ex volũtario cõtractu matrimonij restituere dotem post mortem,aliquid vxori simpliciter legauerit: illa poterit petere, vtrunq;. Et similiter die de legato facto cuicũq; creditori à debitore. Ad qđ.C.de hære.insti.l.si cõpensandi.ff.de leg.j.l. Lucius.& ff.de leg.iij.l.vlt.§.pe.& in d.c.officij. vbi legatum episcopo simpliciter factũ,nõ minuit portionem sibi debitã ex alijs legatis factis ecclesijs:quãuis,vt dicit ibi Pan. legator nõ est debitor episcopi necessarius aut volũtarius,sed ecclesiæ ipsæ quibus reliquit. ¶ Decimoterciò quærẽ,†si lega- 13
to sit annexũ certũ onus,an ratione dicti oneris sit legatarius absolutus à soluenda gabella,qua ex statuto debet solidus pro libra,vel hmõi? Et dico quòd tanò minus soluere tenetur quãta est onera æstimatione videtur voluisse Dy.& Bal. per l.sed si hoc.ff.de condi.& demonst. Et hoc facit secundũ Sum.R. of.cõtra gabellarios, quibus pro sacco frumenti debentur quatuor solidi,vel huiusmodi:vt solui non debeat de eo quod accepit molens quod rationabiliter diceretur si per portam transiret frumentum solũm dum fertur ad molendi nimirũ sed vbi transit propter multas causas,de his non habet iudicare dataarius, sed accipere quod statutum est. ¶ De-

Universidad de Deusto
Biblioteca

14 cimoquartò quæritur,†si legans ancillam nomine Bertam eam vendiderit,& emerit aliam vocans eam similiter Bertam,an debeatur Berta secunda? Et dico quòd sic.ff.de condi.& demon.l.filiæ suæ.quod limita nisi testator vendendo habuerit animum adimendi legatum.de quo dicit §.sequenti.¶ Decimoquintò quæritur,†vtrum legatis aliquibus rebus & postea venditis per testatorem, teneatur hæres? Et dico quòd sic,nisi vendendo testator habuerit animum adimendi legatum.Insti.eo.§.si rem.& in dubio probabit hæres voluntatem defuncti esse mutatam:vt no.glo.in d.§.si rem.Et idem dicendum si rem legatam pignori tradidit:quia nisi habuerit animum adimendi legatum,tenetur hæres eam redimere & tradere legatario.d.§.si rem.Instit.eo.¶ Decimosextò,†Quid si testator dicit,lego centum Titio: & si ea perdiderit,iterum lego alia centum? Et dico quòd hæres semel tantùm restituere tenetur.ff.de leg.iij.l.fideicommissa.§.si quis decem.Quomodo legari possit vsusfructus,& quomodo intelligantur talia legata:relinquo vxorem meam dominam & vsumfructuariam, vide infrà Vsus.§.xiij.

Rursus de Legatis quarto ad pias causas.

1 *Legatum quod dicatur esse ad pias causas.*
2 *Legatum pro male ablatis incertis an dicatur ad pias causas.*
3 *Legatum incertum an censeatur esse ad pias causas.*
4 *Legatum consanguineo pauperi an sit ad piam causam.*
5 *Legata ad pias causas an gaudeant eodem priuilegio cum legato ecclesiæ.*
6 *Legato ad pias causas facto an detrahatur Falcidia vel Trebellianica.*
7 *Legatum ad pias causas vt valeat,quot testes requirantur.*
8 *Legata ad pias causas an valeant sine institutione hæredis.*
9 *Legata ad pias causas an valeant in testamento minus solenni.*
10 *Legata ad pias causas an vitientur vitiato testamento.*
11 *Legatum ad certum vsum an possit ad alium vsum conuerti, aquo fiat talis commutatio, & an requiratur consensus hæredis.n.12.13.& 14.*
15 *Legata prælati quis iudex compellat.*

1 LEGATVM quartò considerandum est quàtũ ad pias causas.¶ Primòverò queritur,†quod legatum dicatur esse ad pias causas? Et dico quòd tale est omne qđ relinquitur pro anima:vt sentit gl.& clarius Bar.in l.si quis Titio.ff.de lega.ij.Et quod relinquitur miserabilibus personis, vt pupillis,viduis,peregrinis,pauperibus, & huiusmodi auxilio proprio destitutis,secundum Pet.de Peru in trac.de canonica portione episcopi.alleg.lxxxvij.dist.c.j.quia huiusmodi personæ in iudicio & extra quadam prærogatiua lætantur. C quando Imperat.inter pu.& vi.per totum.& in l.si quis ad declinandam.C.de epis.& cle.& in auth.de eccl.tit.§.ii.& de verbo.signi.c.super quibusdam.in fi. quod verum limita de pupillis & viduis pauperibus.de fo.comp.ex tenore.de offic.dele.z.significantibus.Et quod relinquitur ecclesiæ,vel alijs pijs locis.de testi.c.fi. Pia autem loca sunt hospitalia,monasteria,& quælibet alia loca,in quibus senes,pauperes,& languidæ personæ aluntur,& alia opera charitatis exercentur. d.l.si quis ad declinandam.& l.orphanotrophos.ibidem.&de relig.do.de xenodochijs. Et secundam quosdam quod relinquitur ad custodiam ciuitatis,vel aliorum locorum communium seu publicorum.arg.c.ij.de immu.eccle.& C. de do.l. penul.§.ij.sed clarè l.illud.C.de sacrosan.eccl. & quæ ibi no. & quod relinquitur ad refectionem pontium, & viarum,vt dicit glo.ff.l.j.§.ad municipium.ff.ad legem falcid. similiter murorum & fossatorum vrbis aut castri & similium: & hoc si necessitas immineat,aliàs non:arg.l.ad instructiones.C.de sacrosan.eccle.& l.omnes prouinciarum.& l.ad portus.C.de oper.pu.& l.vnica.C.de quibus mu.& l.pe.C.de priuileg.do. Aug.&.c.ij.&.c.non minus.&.c.aduersus.de immu.eccle.Et quod legatur in ornamentis ecclesiæ,pro luminaribus,fabrica,libris,&alijs ad cultum diuinum pertinentibus,siue sit ad temporalem siue ad perpetuum cultum.de testa.c.fi.& facit glo.C.ad l.Falc.auth.similiter.Et quod relinquitur pro redimendis captiuis.l.nulli.C.de epis.& cle.in auth.de eccl.tit.§. si quis.Et quod relinquitur pro maritandis puellis, secundũ Bar.in l.j.ff.sol.mat.& in l.si ego.in prin.ff.de iure dot.& in l.ij.ff.de don.& arg.c.fi.de fer.vbi dicunt doctores quòd dos est pia causa:& consequenter relictum pro dote,est ad piam causam.Et quod relinquitur pro alimentis: intellige egrotium.xij.q.ij.aurum. Et generaliter quod Deo relinquitur, pro anima censetur relinqui.Et ideo concludo quòd propriè dicitur relictum ad pias causas,quando relinquitur pro Dei honore aut sanctorum:vel pro salute animæ,quibuscunque personis aut locis relinquatur:quia piũ est quod fit propter cultũ diuinũ.secus,p honore mũdi,aut perpetua fama: quia nõ dicitur piũ.In foro tamen causarũ, si dubiũ fuerit pronunciatur omne relictũ supradictis,ad piã causam esse relictũ, id est,pro Deo & animæ salute.¶ Secũdo quæro,†vtrum dicatur ad pias causas legatum pro male ablatis incertis?Et dicit Io.And.in addit.ad Spec.de instru.edit.quòd sic, si relinquatur pauperibus,vel ecclesijs,& huiusmodi:aliàs nõ,vnde dicit potius considerari cui,quàm quare legat.l. illud.C.de sacrosan.eccl.vbi dicit gl.quòd qñ legatur diuini pro anima, non est ad pias causas:secus si non diuini.d.l.si quis Titio.sed verum est quo ad præsumptionem:secus quo ad veritatem, quæ principaliter respicit intentionem.¶ Tertio quæritur, † quid si legetur centum,nõ expressa causa propter quam,nec persona cui legat?Et dicit Io.Andr.vbi ŝ.illud esse legatũ ad pias causas.Et vt no.Albe.in d.l.ad instructiones.C.de sacrosanc.ecc.legatum incertum ad pium vel publicum vsum,puta viarum & pontium refectionem,valet:vt ff.de le.ij.l.quidam in testamento.¶ Quartò quæritur, †vtrũ relictũ consanguineo pauperi,sit ad piã causam?Et dicit Bal.in l.j.C.de fact.san.eccl.quòd non,nisi dicat pro anima & pro Deo hoc se facere.Et facit quod no.Card.in d.l.j.sed intellige quo ad præsumptionem.¶ Quintò quæritur, †vtrũ legata ad pias causas gaudeant eodem priuilegio cum relicto ecclesiæ?Et dicit Pan.in cap.relatum.el j.de testa.quòd sic:quia ecclesia priuilegiatur propter animam contemplatione Dei.facit quod no.Io.And.in c.j.de in integ.rest.lib.vj.vbi voluit quòd sicut ecclesia,ita & alia pia loca possint petere restitutionem in integrũ.¶ Sextò quæritur,†vtrum de legatis ad pias causas possit Falcidia vel Trebellianica detrahi? Et dicit Pan.in c.Raynaldus.de testa.cõmoiter. teneri qđ non quòd ad Falcidiã quo verò ad Trebellianicã: Bar.in l.Marcellus.ff.ad Trebel.& Bal.in l.id quod pauperibus.C.de epis.& cle. & multi alij tenent etiã qđ nõ detrahatur:sed Io.And. tenet contrariũ in gl.fin.& multi alij,vt no.Albe.in l.si quis.ad declinandã.C.de epis.& cle.Prima autem opinio est magis pia & tenenda:quia rationabilius est hoc de Trebellianica quam de Falcidia:sicut potior est in hæreditate hæres, cui addita tè relinquitur,quàm hæres cui relinquit vt restituenda alteri:vnde testator sicut potest,plibere Falcidiã,ita & Trebellianicã:vt ĩ Legitima,§.xij.¶ Septimò quæritur,†quot testes requirantur aut valeant ad legata pia?Et dico vtĩ. Testamentum.j.§.v.& vij.¶ Octauò quæritur,†vtrum valeant legata ad pias causas sine institutione hæredis?Et dicit Pan.in c.indicante.de testa.quòd si testator noluit mori intestatus:non valent.Institut.eod.§.ante hæredis.quod intellige in foro

causarum:vt patet ex dicendis §.sequenti.sed vbi quis eligit mori intestatus:valent nedum legata ad pias causas, sed & quæcunq; alia.Qui autem talia legata facit, in dubio videt voluisse mori intestatus:vt probatur tex.in d.c. indicante.& facit quod legit & no.in l.ij.ff.de iure codic.¶ Nonò quæritur,†vtrũ legata ad pias causas valeant in testamento etiam minus solenni voluntate facto?Et dico quòd sic.extra de testa. cùm esses. quia in tali legato sufficiunt duo vel tres testes: cùm tñ dicat ibi do.Aut.de Bu.q̃ de iure ciuili in testam.ẽto requirunt septem nisi sit rusticorũ,in quo sufficiũt quinq;,sicut & in codicillis.C.de testa.l.fi. Sed quia d.c.cùm esses.videtur cum duobus aut tribus testibus requirere etiã presbyteri præsentiã:quærit an valeat testamentũ nõ assistente presbytero parochiali?Et dicit quòd sic, quãtũ ad legatũ ad pias causas,secundũ cõmuniter Doct.nõ autem in alijs,nisi adsit presbyter cùm duobus testibus: & sic d.c.debet intelligi secundũ c.sequens,scilicet c.relatũ.quod de duobus testibus nõ de presbytero mentionem facit.Et dicit Spec.q̃ si adessent tres alij testes,& non presbyter,non valeret.& idem si alius presbyter & nõ suus:quia ĩ solemnitate legali recedi nõ debet,nisi quantũ expressum est in iure canonico. vbi cùm tex. requirat presbyterũ suum:dempto presbytero suo remanentes in dispositione iuris ciuilis & ista est cõis opinio.Ipse tñ aliter determinat,vt j. Testamentum.j.§.v. ¶ Decimò quæritur,†vtrum ex defectu testamenti vitientur legata ad pias causas?Et dicit Pan.in c.indicante.de testa.quòd nõ,secũdum veram opinionem:vt no.in l.j.C.de sacrosan.eccl.& in l.eam quam.C.de fideicõ.pro quo facit quod no.Bar.in l.j.& Bal.in l.illa institutio.ff.de hære.instit.qui tenent quòd cùm quis relinquit sua respectu piæ causæ dispositioni Titij valet: licet non valeat testamentũ quãdo hæres ponitur in volũtate alterius:de quo ĵ. Testamentũ.j.§.ix.Ratio diuersitatis est:quia talis,cuius arbitrio cõmittitur,habet regulã iuris diuini,humani & gentiũ,limitantem eius volũtatem: quæ est vt præ omnibus Deo & religioni debeantur, & ad redimenda peccata.xiij.q.ij.animæ.de pœ.dist.j. medicina.ideo quòd aliud facere nõ potest.In profanis autem nulla est regula limitãs: ideoq; posset aliud velle quàm testator:& propterea cùm voluntas testatoris sit incerta:ideo est captatoria,id est, adulatoria,seu deceptoria,sẽm Glo.in c.cùm tibi.de testa.Aduertendum est hic sẽm Bar.de Sayofer.in sua minorica,q̃ aut testator voluit quòd testamentũ valeret iure directo testamenti,& nõ aliter:&sic si testamentũ est nullũ,quia instituit hæredem incapacem:hæres,ad quem veniũt bona,nõ tenet' in cõscientia:aut voluit quòd si nõ iure testamenti, saltem valeret iure codicillorum,& omni alio modo quo posset:& tunc ille,ad quem bona pervenerũt,tenetur implere legata defuncti:& sic est præsumendum:nisi quando testator proui dit sibi:puta alium substituendo:vel quando ordinauit quid faciendum sit,quod ordinanerat nõ habebit effectũ. & facit l.cùm proponas.C.de hære.instit.Item dic secundũ Bar. in l. in testamento.ff.de fideicom.liber.& Pan. in c.j.de succes.ab intesta.quòd licet voluntas defuncti nõ fuerit perfecta ratione publicationis:vt puta ,quia testamentũ manu sua cõscriptum,volens postea redigi in publicã formã:sed morte vel furore præuentus nõ potuit:quòd nihilominus hæres tenetur. Item si testamentũ facere cœpit,sed cõplere nõ potuit:legata facta valent:quia negari nõ potest quin sit perfectus consensus rationevoluntatis,licet nõ ratione operis.Item Bar.in l.cùm quis.C.de iure & facti igno.tenet quòd si testamentũ est nullum,vel quia deficit voluntas defuncti,vel ex prætermissione hæredis,ignorando quòd eum habeat, sic legata nõ valent.quod limita,nisi sint talia,quòd etiam si filium se habere sciuisset,nihilominus fecisset.arg.xvij.q.iiij.cap.fi. Sed quando est irritum ex præteritione vel exhæredatione nominis,debentur omnia legata:vt in auth.ex causa.C.de libe. præteri.Quando etiã est nullũ,quia nõ sunt testes sufficientes,vel deficit solennitas aliqua iuris ciuilis:si constat hæredi de volũtate defuncti,vel per duos testes probari potest:obligatur naturaliter iure gentiũ ad illã implendã.¶ Vndecimò quæritur,†vtrũ legatũ ad certũ vsum,possit ad aliũ cõuerti? 11
Et dicit Arch.post Lap.in cle.quia cõtingit.de reli.do. quòd ea quæ ad certũ vsum largitione sunt deputata fideliũ ad illum debent,& non ad alium,salua sedis apostolicæ authoritate,conuerti.de relig.do.quia cõtingit.Et sicut hoc, scilicet mutare legata,non licet in facto:ita nec in modo,nec in loco.de resti.spol.Pisanis.Ex causa tamen,puta quia in loco illo fieri nõ pot vbi est legatũ,licet mutare.de testa. nos quidem.& hoc etiã per episcopũ vel aliũ inferiorem à papa.Sed Petrus de Per.vbi ŝ.distinguit.Nam si ipse vltus impleri põt de iure & de facto:puta,quia legauit quis vt monasteriũ fiat in tali diœcesi episcopus est cõtentus:& sic de iure tenet. de consec.dist.j.nemo.& nullum est impedimentũ in facto:quia pecunia est parata,& cætera necessaria: nec est qui aduersetur,& potest fieri de facto:tunc dicit quòd in aliũ vsum conuerti non potest.& est casus c.nos quidem. de testa. & ff.de admi.re.ad ciui.peru.l.j.de quo etiã est casus in l.nulli. C.de epi.& cle.Imò si per legatariũ non impletur,tale legatũ redit ad hæredem.& pro hoc est casus in c.cùm dilecti.de do. & facit quod no.de condi appo.c.verum. Et hæc intelligeverã,nisi in legatis ad pias causas,si interueniat dispensatio papæ.Si verò ille vsus potest impleri de iure, sed non de facto, puta propter guerras,vel quia pecunia est modica,vel nõ est locus in ecclesia vbi legauit pro capella fienda,& huiusmodi:tunc iste casus est in l.legatam.ff.de admi.re.ad ci. perti. &in d.c.nos quidem.ibi,impleri non potest.quodverbum intelligitur etiam de potentia.facit de rescrip.sci scitatus.& potest fieri commutatio authoritate superioris, etiam si in testamento sit clausula quòd ad alium vsum conuerti non possit:quàm deputatum.Ratio est, quia voluntas testatoris interpretanda est secundum ius commune,vt res magis valeat quàm pereat:de ver.sig.abbate.ideoq; cum de iure communi possit in alium vsum conuerti,talis clausula non obstabit. Et ex his dicit Spe.quòd si mihi legatur vt vadam vltra mare,& nullus audet ire:quòd assequar legatum licet non vadam,modõ vadam ad similem locum.Similiter si testator legat pro labore itineris vel pœnitentiæ sibi iniunctæ vt vadam Romam,& propter impedimenta non possum:quòd assequar legatum,modò vadam ad locum similem.d.l.legatum.Excipitur tamen quod legatur pro subsidio terræ sanctæ:quia si non possum modò expectabitur tempus,& seruabitur legatũ:de vo.magnæ.Si verò talis vsus potest impleri de facto,sed non de iure:tunc aut hoc est quia non est ad alium finem honestum:puta quia legauit quis centum vt fiat ludus theatralis in ecclesia,qui est illicitus de iure. de vita & ho.cle.cùm decorem.& sic legatum mutuie est,nec fit conuersio,ar.eorum quę no.gl.in l.j.ff.de condi.inst. aut hoc est non quia non fit ad finem honestũ,sed quia ius habet:ẽ tũc fieri conuersio in alium vsum honestum:vt est casus in l.legatum ciuitati.ff.de vsufr.leg.& sic intellige d.c. nos quidem. in verbo,non potest impleri,scilicet de iure.Exemplum:Testator legat quòd præd'cator ex aut minores se cõferant ad habitandũ in suis domibus:& ibi diuina celebrent pro salute animæ sux:quod de iure fieri nõ potest,per c.vnicũ de excess. præl.li.vj.tñ sus est honestus:qa pro anima & cultu diuino.
¶ Similiter legat quòd fiat ecclesia in tali loco,quòd fieri nõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

potest propter priuilegium quod habent Prædicatores & Minores, vel hautsmontideoque fiet in loco congruo & honesto. ¶ Duodecimò quæritur, ſcuius authoritate talis commutatio fiet? Et dicit Pet.de Per.vbi3. quòd ſi non ſubeſt causa intelligere ex parte rei vel legati: puta, quia potest de iure & de facto impleri. adde, & nihil apparet in quod ſit bonum mutare nunc inquit, ſolus papa poteſt. l. legatum. ff. de admi. rer. ad ci. perti. & cle. quia contingit. de reli. do. Si verò ſubeſt causa legitima: poteſt diœcesanus, etiam ſi poteſt impleri de facto & de iure: niſi teſtator prouidiſſet quid ſecundum de legato, viz. non impleto: quo caſu fieri non poteſt commutatio: vt no. Bar. in l. liberto. §. Lucius. & ibi Sex. ff. de annu. leg. intellige ſaltem per diœceſanum. Bar. autem in dd. legatum aliter diſtingui per illam. d. Quãdo enim relinquitur, vt fiat opus non licitum intelligo no quia ſit in ſe inhoneſtum: ſed quia ius prohibet: vt §. priore. tunc conuertitur in aliud authoritate proximi ſuperioris cauſa cognita: & vocatis his quorum intereſſe poteſt: vt l. legatum. ii. de vſufr. leg. Quando verò poteſt licitè fieri nunc ſi pecunia pro hoc relicta ſufficit, non poteſt in aliam vſum conuerti, niſi authoritate principis: vt d. l. legatum. in princ. ſi verò non ſufficit, conuerti poteſt abſq; principis authoritate: vt d. l. legatum hęc ex illo. Vide pro his etiam no. per Bal. Ang. & San. in l. ſi teſtamentũ. C. de teſta. vbi ſtrictius dicunt, quòd non licet papæ alterare vſum illarum rerum, quæ per fideles ſunt relictę: quod intelligo de poteſtate ordinaria & in non pijs: ſecus de abſoluta, vel in pijs legatis. Ex quibus omnibus concludo quòd voluntas ac legata teſtatoris circa pias cauſas poſſent per papam mutari in alium pium vſum, etiam ſine cauſa ſe tenente ex parte rei: non autem ſine cauſa ſe tenente ex parte ipſius papæ: quia oportet quòd faciat bono fine, quæ eſt cauſa. Vnde ſecundum Bal. in l. reſcripta. C. de preci. Impe. offe. omnis ratio motiua principis, habetur pro cauſa. Per epiſcopum verò ſecundum aliquos, indiſtinctè mutari nõ poſſunt: quod Sum. Ros. videtur tenere in titu. Legatum. §. vij. alleg. cle. quia contingit. de reli. do. licet ibidem §. ix. ſentiat oppoſitum: ſecundum alios verò poſſunt per epiſcopum mutari: primò ex cauſa legitima, ſcilicet ſe tenente ex parte rei: non autem ſine cauſa. & ſecundò in dubio an cauſa ſit legitima nec ne. & hoc tenet Pet. de Peru. & Arch. poſt Lap. vbi ſ. & Bar. de Saxofer. vbi ſ. & facit dictum Lu. de Ro. in no. quòd legatum factum pro calice vel reparatione eccleſiæ, ſi eccleſia non habet opus, poteſt per epiſcopum ſolũm fieri conuerſio in alium vſum pium. Ad d. verò cle. dico quòd limitatur communiter maximè ſecundum Lap. vt epiſcopus hoc nõ poſſit ſine cauſa. Et idem eſt ſecundum Glo. ordinariam & Lap. in d. cle. de legato ſedis apoſtolicæ: quia ſcilicet hoc non poteſt ſine cauſa. Et idem videtur tenere Zab. ibi, dicens quòd legatos de latere hoc poteſt quando conuerti non poteſt ad vſum deſtinatum. ¶ Decimotertiò quæritur, ſ vtrum in tali commutatione requiratur conſenſus hæredis grauati? Et dicit Pet. vbi ſ. quòd ſi impleri non poteſt de iure vel de facto, requiritur conſenſus hæredis grauati, & eccleſiæ cui legatum eſt. & ita loquitur l. legatum ii. de vſufr. leg. Et idem dic quandocunq; ex cauſa legitima debet fieri mutatio. Et ſi eccleſia, cui legatur, conſentit commutationi, hæredes verò diſſentiunt: epiſcopus faue'bit eccleſiæ legatarię fauore voluntatis defuncti adimplendæ, & non hæredi. & eſt caſus in d.l. legatum. Quod tamen fallit in legato pro monaſterio fiendo, quod ſine conſenſu hæredis commutari non poteſt, niſi fuerit negligens: quo caſu epiſcopus elapſo termino hoc poteſt ſine eius conſenſu. d. cap. nos quidem. Prædicta autem faciunt ad quæſtionem quam notauit Spec. & Io. And. de eo qui relicto hærede & tribus commiſſarijs iuſsit ædificari & dotari eccleſiam: quo mortuo duo commiſſarij voluerunt legatum conuertere in transferendo vnum monaſterium male ſituatum, ſed tertius & hæres diſſenſit: & tenent quòd nedum duo ex his: ſed nec omnes contra voluntatem hęredis potuerunt: quia in eccleſia nouiter conſtructa ius debet acquiri patronatus: & per id memoria defuncti conſeruatur. Et remittit Io. And. ad ea quę no. in c. nos quidem. de teſta. Verumtamen in prædictis excluditur authoritas ſedis apoſtolicæ: quia vt dicit Gul. de monte Laud. papa poteſt in legatis ad pias cauſas quicquid voluerit facere. ¶ Decimoquartò quæritur, ſ vtrum legatum factum pro conſtruendo hoſpitali, in quo poneretur rector ad arbitrium certi prælati, poſsit per hæredes mutari in ædificationem monaſterij religioſorum? Et dicit Lap. in dicta cle. quia contingit. & refert eo. Ant. ibi. & nos quidem. quòd Io. And. cum quibuſdam iuriſtis conſuluit quòd ſic, cum licentia epiſcopi, etiam contradicente illo prælato: quia qui melius facit, nõ aliud, ſed idem facit. de iure. peruenit. el ij. & facit c. ſcripturæ. de vot. & regula, plus ſemper. de reg. iur. lib. vj. Sed contra, quia voluntas defuncti prolege ſeruari debet: vt patet: xiij. q. ij. c. vltima voluntas. de cele. miſ. c. cùm Matthæ. & conſequenter forma mãdati debet diligentiſſima accuratione ſeruari: nec eo caſu plus committur in ſe quod eſt minus vel e contrario, de præb. c. cùm de beneficio. lib. vj. & in hoc videtur reſidere Lap. & Zaba. & dicunt illud non eſſe ſimpliciter majus quàm hoc, ſed ſunt diuerſa opera pietatis, quæ ſe habent ſecundum excedens & excedſum. Dicit autem ad hoc do. Ant. quòd iſta ſunt vera in materia odioſa vel ambitioſa, & conſequenter reſtringibili. de præb. c. quanuis. lib. vj. Opinio verò Io. And. loquitur in materia fauorabili, maximè animæ defuncti, in qua ſit plena interpretatio, de don. c. cùm dilecti. Vnde veriſimiliter præſumitur quòd defunctus non contradiciſſet demonſtrando ſibi vſum vtiliorem. Facit ad hæc quod no. Bar. in l. ſi. de epiſcopis. ¶ Decimoquintò quæritur, ſ quis poſsit ſuum officium impaadere, vt legata conſequantur ſuum effectum? Et dico. ¶ Primum. Secundum Pan. in c. nos quidem. de teſtam. hoc poteſt etiam iudex ſecularis, etiam in legatis ad pias cauſas. text. eſt in auth. de eccle. tit. §. ſi quis ædificationem. Similiter tam ſecularis quàm eccleſiaſticus poteſt compellere vt legata ſoluantur, quæ ſunt non certæ perſonæ: vel ſi certæ, tamen eſt talis quòd nõ poteſt in iudicio petere: vt ſunt fratres minores. d. §. ſi quis. Secus ſi legatum ſit factum certæ perſonæ non ad piam cauſam: quia tunc oportet quòd ſolùm ad inſtantiam partis compellat. ¶ Secundum. Secundũ eundem Pan. in c. ſi hæredes. de teſta. ſi teſtator prouidit ibi de executore: epiſcopus non ſe poteſt intromittere in legatis ad pias cauſas, niſi in defectum: vt ſ. Teſtamentum. ij. §. iij. & viij. & io c. tua nos. de teſta. & in auth. de eccle. tit. §. ſi quis pro redemptione. Si verò de executore ſibi non prouidit: tunc in legatis pro redemptione captiuorum & alimonijs pauperum, prouidebit epiſcopus: vt in d. §. ſi quis pro re. & l. nullis. C. de epiſ. & cle. In alijs autem hæres: vt in d. c. ſi hæredes. & c. tua. & c. nos quidem. de teſta. niſi in negligentiam: vt ſ. Teſtamentum. ij. §. vj. De cautela danda volenti legare pro anima, ſed timenti parentes, vide infrà Pactum. §. vij.

LEGATVS, vide 3. De legatus. §. x. Et adde quòd impedientes legatos vel nuntios apoſtolicos ne exerceat ſua officia, ipſo facto ſunt excõicati, & terræ, regna, vel loca eorum ſunt interdicta tandiu, quandiu in contumacia perſtiterint eorum domini. c. ſuper gentes. & regula. de offi. le. lib. vj.

De Legitimo & Legitimatione.

1 *Legitimus filius quis ſit.*

2 *Legitimare quid ſit.*
3 *Legitimatio triplex.*
4 *Legitimatio facta à iure quotuplex ſit.*
5 *Legitimatio iure ciuili quot modis fiat.*
6 *Legitimatio iuris ciuilis an valeat quo ad ſpiritualia.*
7 *Legitimatio facta ab homine quotuplex ſit.*
8 *Legitimatio qualiter fiat.*
9 *Legitimatio papæ quo ad ſponſalia an valeat in terris Imper.*
10 *Imperator vbi poſſit legitimare.*
11 *Comites palatini an legitimare poſſint in fraudem agnatorũ.*
12 *Legitimatio quatenus extendatur ex parte legitimati.*
13 *Legitimatio per ſequens matrimonium an fiat in filio clerici in quatuor minoribus conſtituto.*
14 *Legitimum ſe pronunciari an quis petat.*

1 LEGITIMVS † filius eſt, ſecundum Ray, qui de legitimo matrimonio natus eſt, vel de eo, quod legitimũ reputabatur, ſupple, licet intereſſet impedimẽtũ extra qui ſil. ſunt leg. cũ inter Ioannẽ & hoc ſine ambo in facie eccleſiæ conjuncti ſunt bona fide, credẽtes ſe legitimare copulatos: cùm tamẽ non eſſent, ſine alter tantũ hoc credebat quia ſic etiã legitimus eſt filius, & vtrici; parẽti ſuccedet: extra eodem. ex tenore. Secus ſi clandeſtinæ cõtraxiſſent: quia videtur fiſſe ignorantia affectata: & multo magis ſi ambo impedimẽtum ſcientes publicè cõtraxerunt. de clã. deſponſ. cum inhibitio. Conſentit ſanct. Tho. & Per. Sed adde q; etiã ſunt legitimi qui nati ſunt de ſponſ. ſi ſponſalia fuerunt contracta in faciẽ eccleſiæ, & ibi non fuit impedimentũ nec copula fornicaria. Et ſic intelligo Panor. in c. per tuas qui ſil. ſint leg. imò etiã ſi copula fuit fornicaria: vt videtur caſus in c. ii. qui de ſponſa. & ibi hoc videtur tenere Panor. Si verò ſponſalia fuerunt clandeſtina, non tamẽ fuit impedimẽtum, nec copula fornicaria: ad eit gloſ. ſi. in c. lator. qui ſil. ſint legi. q; clandeſtinè contrahẽtes non dicuntur coniuges. Sed Ala. dicit hoc procedere reſpectu nubentium, nõ reſpectu filiorũ, ſed dicuntur coniuges. & placet Pan. Ex quo infertur quòd natus ex maſculo & fœmina ſimul habitantibus, præſumitur legitimus, quaſi fauore legitimationis, maximè ſecundũ Inno. ſi ſe vocabant cõiuges. de quo vide ibi Panorm. & idem in caſu noſtro fauore matrimonij. Si autem ſponſalia fuerũt clandeſtina, & copula fornicaria, ſed nullum erat impedimẽtum: videt quòd filij ſint illegitimi: niſi ex diuturna cohabitatione præſumatur matrimonium: vt ſ. Filius. §. viij. quia non eſt matrimonium verum nec præſumptum. ¶ Ligitimare autẽ, † eſt habilitãdo de illegitimo legitimũ ex gratia facere. & legitimatio, eſt habilitatio illegitimi ad actus legitimos ad quos ex illegitimitate erat inhabilis: de quib⁹ in 3 ſra eod. fere per totum. ¶ Licet autẽ † legitimatio in ordine ad legitimantem diſtinguatur, vt ſ. §. i. & ij. tamen in ſe & in ordine ad ſuum effectum eſt triplex, vt colligitur ex Anto. de But. in c. per venerabilẽ. qui filij ſint legi. dicentem q; legitimatio eſt triplex. Quædã eſt pleniſſima, per quã deletur fundamentũ vitij à quo legitimationis & illegitimationis differẽtia cõſurgit, quã ſolus papa facere poteſt quia ſolus diſpenſare põt ſuper matrimonio. Quædã verò eſt plenior, quę integrat ad iura primæuæ naturę nõ diſponẽdo in vitiũ quã poteſt & papa & imperator, ſecũdũ ea quæ ſpectãt ad illos. Quædã verò eſt plenaria diſpẽſatio, cum illegitimo in aliquo effectu legitimationis nõ integrando ex toto quã etiam facere poteſt eorum vterq; hæc ex illo. Sed intellige quòd diſponere in vitiũ, & facere quòd illicitè coeuntes licitè cõiũgantur: puta concedendo matrimonium in quarto 4 gr. lu. ¶ Primò verò quæritſ, † quotuplex ſit legitimatio facta à iure? Et dico ſecundum Petrum de Pal. in iiij. diſtin. xlj. quæſt. xxxvij. quòd eſt triplex. Quędam enim eſt cõmunis iuri canonico & ciuili: vt quãdo in vxorẽ ducitur concubina, ex qua priùs nati ſunt filij quia tunc per ſequens matrimonium filij prius ex illa ſuſcepti fuit legitimi quo ad omnia illi tempore conceptionis poterat eſſe vxor legitima, quamuis alijs meretrix communis ſiue mediatè ſiue immediatè ducta fuerit, alias, nãquam de quo ſuprà illegitimus. §. iij. ¶ Quædam verò eſt iuri canonico propria, quæ eſt per religionis ingreſſum, ſcilicet cum effectu profitendo, quo legitimatur ingrediẽs quo ad omnes ordines & nullam dignitatem propriè dictam: vt quòd ſit prælatus per electionẽ. de ſi presby. c. j. quia cuiram animarum iure ordinario, ſiue per electionem, ſiue per commiſſionem, habere non poteſt. Et quod dicunt alij qui, epiſcopum poſſe diſpenſare cum ſpurio religioſo ad curam & abbatiam, non legi, iuquit: ſimiliter quod poſsit ex hoc ſuccedere, vel ordo, p eo, qui ſuccederet ſi eſſet legitimus. C. de ſacrolan. eccle. l. Deo nobis. non credo, quia eſt ſtricti iuris. Vnde ſi eſt legitimatus quo ad ordines nõ propter hoc eſt quo ad ſucceſsionẽ. ¶ Quædam verò eſt † propria iuri ciuili, cuæ ſit multis modis, de quibus expreſſe habẽtur iura ciuilia in diuerſis locis. ¶ Primus eſt quãdo pater (intellige nõ habẽs filios legitimos) ſuum naturalem tradit curiæ ciuitatis ſuæ vnde eſt oriundus: vel ſi eſt oriundus de vetteri aut noua Roma, offert eum curiæ cuiuſq; ciuitatis metropolitanæ: & ſic officialis in ex. Inſti. de nup. §. vlti. ¶ Secundus eſt quãdo pater offert illum Imperatori: & ſit curialis. in auth. qui. mo. na. eſſi. diu. §. ſi quis igitur. Sed tamen iſte non ſuccedit agnatis aſcendẽtibus vel deſcendentibus: vt ibidem. ¶ Tertius eſt, quando pater filiam naturalẽ matrimonio copulauerit officiali ciuitatis vnde eſt oriũdus: vel ſi eſt pater oriundus de veteri aut noua Roma, copulet officiali ciuitatis metropolis. C. de nat. lib. l. iij & l. ſi. ¶ Quartus eſt, quia nullo alio legitimo exiſtẽte, vel ſi exiſtit, nõ contradicit, ſed conſentit, filius naturalis patre defuncto offert ſeipſum curiæ in officialẽ, & illa eum recipit: vt in d. §. ſi igitur. Et ex enim legitimus, vt ſuccedat patri ab inteſtato, non tamen alijs cognatis ex parte patris nec ipſi illi, vt in d. auth. §. filiũ verò. ¶ Quintus, quãdo pater, deficiente prole legitima, offert principi preces, p filijs naturalibus, vt ſint legitimi ſucceſſores, etiam ſine matrimonio, dum tamẽ principi preces admittat. d. auth. §. illud tamen. ¶ Sextus, quando pater in teſtamento dicit eũ ſibi velle ſuccedere: ſi tamen filius poſt mortem patris principi ſupplicauerit, & teſtamentum oſtenderit: quia tunc dono principis & legis erit hæres legitimus, modò ſequatur voluntatem patris: vt in d. auth. §. ſi vero is qui. ¶ Septimus: quando pater in vltima voluntate nominat filium, & hęredẽ inſtituit. C. de na. lib. auth. item ſi quis. quod limita ſecundum quod in caſu ſequenti. ¶ Octauus, quando in publico inſtrumento, id eſt, ſcripto per notarium, aut etiã ſi ſit ſcriptum propria manu cum ſubſcriptione trium teſtium, nominauerit eum filiũ, nec adiecerit naturalẽ, quod Bald. in c. innotuit. de electio. limitat, ſi addat ſuum, quaſi dicat, in ſua poteſtate, & ſic legitimum: nec ſufficeret ſola nominatio, ſecundũ eundem. Et hoc caſu ſi ſunt plures filij naturales ex eadẽ matre nati: licet teſtimoniũ dederit vni tantum, omnes tamen erunt legitimi. Et hoc intellige, quando non ſuperẽſt proles legitima ſecundum gl. in c. per tuas. qui ſi. ſint leg. quam ſequũtur communiter Doc. ¶ Eſt autẽ † notandum quòd prædicta legitimatio iuris ciuilis propria ſecũdum Pet. de pal. nõ tenet quo ad ſpiritualia, nec etiã quo ad alias a leges, inquit, Imperatoris in his quæ nec eccleſiaſtica nec ſpiritualia ſunt, ligant, niſi per papam reprobentur: in eccleſ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ecclesiasticis autem & spiritualibus, cuiusmodi est causa legitimationis & matrimonialis, no ligat, nisi per canones approbetur, etiam si non reprobentur specialiter. Sūma verò Angeli videtur aliud extremū tenere, scilicet quòd indistinctè dicta legitimatio valeat. Ego verò dico q̄ melius dicit Sum. Rote, cum Inn. & Ber. eam valere ad secularia & temporalia, quo ad successionē & dignitates in terris subiectis potestati legitimantis: & in alijs, vbi nō fit alteri præiudiciū: no autem ad ordinem vel dignitatem ecclesiasticam. Et ad Petrum dico quod legitimatio, quo ad secularia & temporalia, non est causa ecclesiastica vel spiritualis merè: alioquin quo ad hæc conditor legū Imperator nō posset legitimare. quod falsum patebit. Contra Sum. verò Ang. dico quòd legū potestas nō potest se plus extēdere, quā Imperatoria, à qua habent efficaciam: quæ potestas Imperatoria nō se extēdit ad legitimandum quo ad omnia indistinctè, vt etiā patebit. Spurij verò, quātum est per leges, legitimari nō possunt, sed solùm per papam vel Imperatorē, aut alium eius authoritate, secundum Ray. Per. & Al. ¶ Secundò quæritur, † quotuplex sit legitimatio facta ab homine? Et dico q̄ est triplex secundum eūdem Petrum, vbi suprà. Quędam enim fit per episcopum, quem certum est posse legitimare quantum ad minores ordines & simplicia beneficia, id est, quæ nec curæ sunt, nec dignitatis. de filijs presbyt. c. j. & de facto dispēsare videt, si ordines vel beneficiū illegitimo cōferat sciēter. qđ de subditis intelligendū q̄tenus non subditum solvere non possit à pœna legis, sicut nec ligare: vnde ei nec beneficium nec minorum ordinum executionem dare potest, nisi à suo episcopo fuerit legitimatus. Ad antecedentia autem legitimatus, videtur etiam & ad sequentia legitimatus esse. Vnde quia canonici, maximè cathedralium ecclesiarū, in iudices impetrantur, videtur quòd si alias illegitimi iudices esse non possint: quia de hoc sunt opiniones. tamen eo ipso quòd canonici sunt, in iudices, sicut & cæteri, possent impetrari: quia cui licet quod maius est, nō debet quod minus est nō licere. Ad successionem verò hæreditatis nec episcopus nec aliquis prælatus papa inferior potest legitimare: quia nō est ei permissum. ¶ Quædam verò fit per papam: extra eo. per venerabilem. quem certum est legitimare posse ad omnē ordinem, beneficium, dignitate ecclesiasticam: cùm hoc nihil sit aliud quā impedimenta iuris canonici amouere: & ad omnes actus seculares & spirituales, & ad successionē hæreditariā in terra sibi subiecta, si sit illegitimus iure positiuo: qa omne tale potest remouere nō solùm à principio sed etiā ex post facto nō facte. do quòd legitimatus sit natus legitimè sed faciendo quòd à successione nō repellatur ratione illegitimitatis, imò secundū Pet. de Pal. etiā si sit illegitimus iure diuino aut naturali: quia cùm no priuetur per hoc quòd natus est illegitimè: alioquin à quocunq; legitimatus priuaretur: sed per hoc quòd nunc iudicatur illegitimus, ecclesia, cuius est iudicare an sit illegitimus. etiā ad successionē potest eū facere haberi pro legitimo. hęc ex illo, qui intēdit quòd licet illegitimitas sit de iure diuino aut naturali, tamen inhabilitas illegitimi ad succedendum est de iure positiuo, & consequenter tolli potest ab eo. De terra verò nō subiecta illi, patebit infrà. §. iij. ¶ Quædam verò fit per principē secularē, Imperatorem, aut alium principē eius authoritate, aut alterius non recognoscentem superiorem in temporalibus, de quo vide per Doct. in c. per tuas. qui fi. sint le. Quem quidem imperatorem certum est posse legitimare super prole præsenti in temporalibus: puta in successionibus & honoribus seculi in terris sibi mediatè vel immediatè subiectis: non autem in terris ecclesiæ. cùm absurdum sit, eū maioris esse potestatis in terris ecclesię, quàm papa, secundum multos, in terris imperij. Item quia in illis nō habet iurisdictionē temporalem sed papa. similiter nec in spiritualibus: puta in promotione ad ordines, etiā in terris suis, vnde legitimatus ab eo simpliciter, vel ab alio eius authoritate, indiget dispensatione, si vult promoueri. Vide glos. x. dist. c. lege nec erit legitimus in dominio eorū, qui Imperatorē non recognoscunt, quantum ad ea, per quæ lieret alteri præiudicium: puta, quantum ad successionem bonorum ab intestato: vt no. in d. c. per venerabilem. Similiter nec super prole futura: quia non potest sine lege tollere gradus cōsanguinitatis & affinitatis. Fit hęc procedunt de Imperatore iam coronato. de non coronato autē magis est dubium. tamē Ia. de Are. & Io. And. tenēt quòd potest. ¶ Quantum verò ad alios principes, legitimare potest subditum suum quicunque in temporalibus nō habet dominum temporalem superiorē: quia ex hoc potest pœnas temporales suorum subditorum statuere vel destituere: vt vult secundum Arch. & Pet. de Palu. Vnde si lex ciuilis dicit spurium non succedere: non ligat spurium Franciæ nisi inquantum placet regi Francorum. hæc omnia ex achi. post Pet. de Pal. Sed intellige de non recognoscente superiorē licitè & iuridicè propter concessionem ecclesiæ, vel consuetudinem rationabilem & præscriptam, vel huiusmodi. ¶ Tertiò quæritur † de qualitate vel modo legitimationis ab homine. Et dico multa. ¶ Primū. Secundum Panor. in d. c. per venerabilem. quatuor requiruntur vt valeat legitimatio. Primò vt exprimatur qualitas legitimationis, scilicet an sit spurius vel incestuosus vel naturalis tantùm. Secundò, vt exprimatur an habeat fratres legitimos aut naturales. Tertiò quòd pater & filius legitimandus consentiant. Vnde Bart. in l. inuitis. ff. de ijs qui sunt sui vel alie. iur. concludit quòd pater legitimare non potest filios bastardos ipsis inuitis. & idem dicit de naturalibus natis ex concubinis: nisi filius sit infans: vt l. iubemus. C. de eman. lib. Et est ratio, secundū Iud de Ro. q̄a liber homo nō potest nolēs alterius subijci potestati. dicuntur tamē consentire, si sciant suam legitimationē impetrari, & non contradicunt. & est gloss. fing. in l. adoptionibus. ff. de adopt. aliquando tamen communiter contrarium tenebatur: quia in præiudicialibus taciturnitas non habetur pro consensu. Quartò, quòd si pater mortuus fuerit, vocētur agnati vt consentiant: nisi princeps legitimare vellet ex certa scientia ipsis nō vocatis: quia potest ex certa sciētia restituere in integrū cū præiudicio alteri": vt no. in l. j. C. de sen. paf. & in l. in eam. ff. de minorib. Si tamē pater viuit, sufficit si ipse cōsentiat & similiter si est mortuus, & disponit vt legitimaretur post mortem suam nec tunc esset necesse quòd agnati vocarentur: quia tunc etiā ipsis inuitis posset legitimari, adeo quòd etiā succedet ab intestato ipsis agnatis. ¶ Secundū. Adde quod ad primum prædictorum quòd secundum. Ioa. And. in addi. ad Spe. in tit. qui fil. sint legi. si quis impetrando legitimationem dicit se spurium: & sit spurius duplicatus: vt quia ex vxorato & vxorata, si hoc nō exprimatur, impetratio non valet, sed reputatur subreptitia. facit in simili cle. j. de prēben. & dignit. fil. presby. c. fin. ¶ Tertiū. Adde quo ad secundum & tertiū quòd secūdum Anto de But. dilegitimatio fiat in vita patris, potest disponere de hæreditate quod vult in præiudicio spērantis hæreditatem: & valet legitimatio nō citata parte: licet tamen exigitur quod mentio fiat agnatorum. & idem si fiat ad instantiam filij intuitu patris. sed tamen requiritur assensus patris à principio vel ex post facto. ¶ Quartum. Dicit autem generaliter quòd omne tacitum, quo expresso princeps nō legitimasset, habet vitiare legitimationem, & eam facit subreptitiam imò secundum Panor. in d. c. per venerabilem, etiam

etiam si nō ita de facili legitimasset. ad quod de rescript. posulasti, sed falsum primum est verum. ¶ Quintū. Adde proquartò quòd secundum Anto. de But. quando legitimatio fit Post mortem patris, si fiat per verba restrictiua: vt dicendo, confirmamus tibi legitimationem: tunc nō retro trahatur. Si verò fiat per verba restrictiua: vt dicendo, integramus te ad omnia primæua naturę, ac si legitimè natus esset. quod fieri debet quādo legitimans vult coraliter integrare: tūc retro trahitur, sed diuersimodè secundū diuersos. Nam secundum aliquos sic retro trahitur, quod tollit ius alijs medio tēpore quæsitum. secundū Bar. autem in l. Gallus. ff. de lib. & posth. nō tollit, nisi aliud legitimato specificetur restitutū. Et hoc tenet Ioan. And. in addit. Specul. & Ant. de But. dicēs quòd si non appareat de expressa voluntate principis quòd voluerit alteri præiudicare, nec exprimat aliud de iure alteri quæsito, valet legitimatio, sed non ad præiudiciū alterius. Et hæc intellige de legitimatione, quā quis facit in terris suis: alibi autē non posset, etiam citatis illis, quibus ius est quæsitum, nisi consentiant. ¶ Quartò quæritur specialiter, † vtrum papa legitimare possit quo ad successionē hæreditariā & alia temporalia in terris imperij. & dico quòd sicut Arch. recitat, in hoc duę sunt opiniones. Quida enim dicūt quòd ex quo ali quis legitimatur à papa in spiritualibus, videt per cōsequtiā legitimatus in temporalibus, quo ad successionem scilicet & dignitates, ne sit absurdum & quasi monstrosum, vt legitimatus ad spiritualia, illegitimus ad temporalia censeatur. quam opinionem tenet Gosr. in Sum. & concordat d. c. per venerabilem. Alii verò dicunt quòd hoc non potest quo ad successionem, quæ esset præiudicialis hæredi: sed quo ad actus spirituales & dignitates seculares. quod de facto remulit in regno Franciæ: quia primogenitus comitis Flandriæ legitimatus non successit in comitatu, sed alius minor legitimus. Veritas autem quantum ex Archidi. post Petrum de Pal. colligitur, est vt in terris sibi temporaliter nō subiectis legitimare possit, primò quantum ad actus spirituales. & secundò quantum ad dignitates vel officia publica non præiudicantia alteri puta, esse iudicem ordinarium, vel delegatū: & tertiò quantum ad successionem respectu iuris quærēdi: puta viuente patre: quando constat de mente papæ exprimentis quasi ad successionem: vt iuxta dicenda infrà §. vij. quia hoc spectat ad ius positiuum, vt suprà §. ij. dictum est. quartò verò respectu iuris iam quæsiti, vt quia legitimatur post mortem patris iam acquisito alijs iure in hæreditate paterna, aliud est: quia obstat non solum ius positiuum, dicens ipsum non debere succedere: sed etiam naturale, dicens rem iustè quæsitam, sine culpa & facto suo perdi nō debere. Vnde papa facere non potest, nisi sit dominus temporalium, in casu, in quo hoc Princeps posset. hæc ex illis. Adde quintò quantum ad prolem futuram secundum Anto. de But. scilicet faciendo quòd legitimè nascatur. qui aliàs illegitimè nasceretur, scilicet remouendo aliquem gradum consanguinitatis vel affinitatis generaliter: sicut Gregorius ix. remouit quintum & sextum. vnde hodie in his gradibus nascuntur legitimi. Vel particulariter cum aliquibus dispensando vt contrahant in gradibus stantibus, puta, tertio vel quarto: & generaliter remouendo omne impedimentum matrimonij in quo ad tria prima & quintum: sed in quarto est tota diuersitas. & tenent multi Canonistæ quòd non potest in terra nō sua sine consensu temporalis domini non recognoscentis superiorem legitimare prolē præsentē cum præiudicio iuris quæsiti alijs vel Ioan. & Ber. & Pan. vt illi imponit Sum. Ang. quæ hoc sequitur. Alij verò, quos sequitur Sum. Ros. contra Ang. hoc limitant, & melius, sicut Ant. de But. qui limitando excipit quando legitimat sibi suppositū, vel de proximo supponendum: puta clericū factū, vel de proximo clericādum: quia tunc legitimando simpliciter, intelligitur legitimatus quo ad successionē & honores. & simpliciter Pan. qui in d. c. per venerabilē simpliciter excipit quādo hoc facit ex maxima & ardua causa: puta, quia inde sequitur maxima fidei dilatatio, vel huiusmodi: quia tunc papa exercere potest iurisdictionem temporalem: vt in d. cap. per venerabilem. & in c. pro humani. de homicid. lib. vj. & quando dominus temporalis non recognoscens superiorem cōsentit: & quando ipm non recognoscendum superiorem legitimat, aut filios eius: & quando vult incipere à radicē matrimonij: vt in ca. ranta. qui filij sint legiti. & in cap. quia circa. de consanguin. & affinit. Alij verò adhuc magis appropinquantes veritati, dicūt duo. Primum, quòd papa in hoc absolutè & sine distinctione potest: & secundum quòd hoc non potest directè, sed indirectè tantum, per hoc quod legitimare potest in maioribus, id est, spiritualibus, vel per hoc quòd potest in radicem matrimonij, id est, per hoc quòd illud matrimonium potuisset facere legitimum. Et quantum ad primum verum dicūt, vt patet per dictum cap. per venerabilem. in princip. vbi papa virtualiter sic arguit, & dicit: Sedes apostolica legitimat non solùm naturales, sed etiam adulterinos filios ad actus spirituales, etiam ad episcopalem dignitatem, in quibus maior prouidentia, authoritas, & idoneitas requiritur: ergo legitimare potest ad seculares: quia qđ in maiori conceditur, licitum esse videtur & in minori, præsertim si præter Romanum pontificem inter homines superiorem alium nō recognoscat. quod etiam videtur posse probari per simile: quia eo ipso quòd aliquis ad apicē episcopalis dignitatis attollitur, eximitur à patria potestate. hæc ibi. vbi clarè patet propositum. Et si dicatur quòd intelligitur in terris ecclesiæ tātum, siue in patrimonio beati Petri: contra primò: quia hoc excluditur per ly præsertim. quod Io. glossat, id est, maximè quanuis alij contra intellectū dictionis glossent, id est, tantum. Secundò, quia probatio adducta, scilicet quia spiritualia sunt maiora, vbiq; probat, cum vbiq. sint maiora, etiam in terris Imperij. Si etiā dicatur quòd intelligitur de actibus secularibus non præiudicantibus iuri quæsito alicuius: cōtra primò, quia hunc sensum dicta probatio excludit: cum & illi sint spiritualibus minores: secundò, quia etiam excludit illū, simile adductum: quia episcopalis dignitas confertur cū præiudicio patris. Secundū verò dictum, scilicet quòd hoc possit solùm indirectè, esse falsum: quia qui directè potest maius directè potest & minus. Vnde decepti sunt in textu non distinguentes inter posse & facere: quia text. nō dicit quòd dispensans in spiritualibus, cōsequenter possit dispensare in secularibus: sed quòd consequēter dispeiat, scilicet etiam si nihil aliud exprimatur: quod in nō præiudicantibus indubitāter est verū: & similiter in alijs, si conster de voluntate pontificis. Sed contra prædicta arguo per text. ibi dicentem: Id autem scilicet legitimare quo ad secularia in patrimonio beati Petri liberè potest apostolica sedes: ex quo videtur q̄ alibi hoc liberè nō possit. Sed dico quòd vtriq; in terris sibi non subditis tēporaliter hoc papa liberè non potest: sed requiritur causa non solùm ex parte legitimandi: vt in dicto patrimonio: sed etiam ex parte Imperatoris vel principis, cui præiudicare non potest, dispensando cum subditis eius eo modo quo sunt subditi, id est, quo ad temporalia, sine causa vel licentia eius: ex causa tamen potest: puta, quia ille deberet legitimare, & non vult, vel non potest de facto aut de iure, vel huiusmodi. Concludo igitur, & dico quòd cùm

pote

Universidad de Deusto
Biblioteca

potestas Imperatoris, & à fortiori aliorum principum, vt probant Henue. & augu.de Ancho.& recitat Archid.tertia parte,tit.xxiij.sit subdelegata respectu papæ.ij.quæst.j.cap. quicunque liteem. & sit derivata à Deo mediante papa.qui secundum Sanctum Tho.in ij.distin.xliij.in lege tenet apicem in potestate spirituali & temporali, & tota iurisdictio Imperatoris à papa dependeat,qui illum instituit & destituit vt infrà in tutul. Papa.Istulcum est dicere quòd non possit circa subditos eius,quicquid ille potest, vel vltra,maximè de plenitudine potestatis:quicquid sit de potestate iurium: quæ tamen non legi aliquid contra hoc apertè dixisse: imò expressè d.cap per venerabilem. concludit quòd ex causa hoc potest, etiam extra patrimonium beati Petri: & hoc non solùm,si ad ipsum recurratur,vt videtur velle glossa.sed simpliciter,modò subsit causa ex parte domini temporalis: quia non extante,hoc non posset immediate de iure:quia præiudicaret domino sine causa.Et si de facto contrarium tenuit in regno Franciæ,hoc non fuit quia papa hoc non potuerit: sed quia non expressit suam voluntatem quantum ad successionem, vel ex alia causa. Quod etiam hoc non seruetur in practica, non est quia papa non possit, sed quia non vult
10 vel certè non expedit. ¶Quintò †specialiter quæritur de Imperatore, vbi possit legitimare? Et dico quòd in sibi terris subiectis mediatè vel immediatè: imò de iure ipse solus potest in toto Imperio: non autem alij reges vel principes recognoscentes eum in dominum: quia legitimatio,sicut & famæ restitutio, & similia, reservata videntur principi, cuius est proprium dispensare circa suam legem. Secus si essent principes vel ciuitates non recognoscentes in temporalibus superiorem:quia isti tantam habent potestatem, quantam Imperator in suo Imperio.vnde & in cap. per venerabilem.dicitur quòd videtur aliquibus, regem Franciæ ex hoc quòd superiorem non recognoscit, posse legitimare filium suum, non inquantum est patet, sed inquantum est princeps.In terris autem ecclesiæ non potest legitimare per rescriptum,maximè quantum ad ea quæ præiudicant iuri quærito vel quærendo: quia in eis nullam habent iurisdictionem:potest tamen in eis legitimare per legem generalem,secundum Anto.de Butr.quia virtus legis eius se extendit ad existentes in terris ecclesiæ,non ex virtute legis solùm sed ex generali approbatione ecclesiæ.distinct.x. ij in adiutorium.& papa approbare censetur,eò quòd non reprobat. Similiter legitimare non potest in terris eorum, qui superiorem in temporalibus licitè non recognoscunt,eadem ratione: & multo minus hoc potest,qui eius authoritate legitimat:sed hoc potest solùm vbi & Imperator. Pro hoc autem sciendum est quòd vt patet in d.cap.per venerabilem. rex Francorum superiorem in temporalibus non recognoscit.quod glossa dicit verum de facto: de iure tamen subest inquit,Imperio Romano.vij.quæst.j.in apibus.ad quod etiam de elect.cap.per venerabilem.multa adducit, & idem tenet Hostiens.contra Innocent.dicentè quòd de iure tamen subest papæ, & non imperio: quia omnes principes seculares Imperatorem recognoscere debent in dominum.lxviij. distinct.Adrianus.Ex quo dicit quòd reges Hispaniæ,Angliæ & Franciæ tenentur de iure obedire Imperatori:licet de facto non obediant. & sentit quòd contra Imperium præscribere non potuerit nisi præscripsissent patiendo,id est, nomine ecclesiæ Romanæ:fortè tamè,inquit,interim excusantur à peccato,dum Imperator nō exigit ab eis obedientiā:sicut in simili notatur de decimis.& consentit Ioā.And. Panor.autē in d.c.per venerabilem dicit quod præscribere nō potuerūt, vt ipsi non subsint Imperio:quia sine possessione præscriptio non procedit.non potest autem quis possidere seipsum iura autem Imperij in suis regnis præscribere potuerūt. Ad quod facit quod not.Ioan.And. in c.cùm episcopus.de offic. ordin.lib.vj.& cum hoc transit Sum.Ros.Sed dominus And. dicit posse defendi quòd isti cōtra Imperium præscripserūt: quia plures possunt esse Imperatores: quemadmodā quando plures eliguntur in discordia,de consuetudine vterq; ministrat,vt not.glos.in clem.Romani.de iureiur.& hoc tenet etiam quantum ad nō subijci:quia licet nemo possit esse in possessione sui eo modo quo dominus seruī: secus eo modo quo liber homo est in possessione libertatis. ¶Sextò quæritur,†vtrum comites Palatini,vel alij habētes authoritatem legitimādi ab Imperatore,legitimare possint in præiudicium agnatorū? Et dicit do.Ant.in d.c per venerabilem. quòd non & similiter si habeāt illam à papa:quia huiusmodi cōcessiones,tāquam præiudiciales alijs,sunt restringendæ:vt l.j.ff. quis à principe.ff.ne quid in loco publ. & intelliguntur sine aliorum præiudicio.de offi.deleg.super eo.Bal.autem in rubrica.C.est in contrarium,quādo simpliciter est cōcessa authoritas legitimandi.Panor.autem in d.c.per venerabilem. dicit inspiciēda fore verba potestatis collatæ: & vbi esset data simpliciter,credit quòd possint legitimare in præiudicium agnatorum,quemadmodum & Imperator:quia in hac legitimatione iura nō loquuntur nisi de patre:cum agnatis non præiudicetur,nisi respectu speciei. Posset autem dici quod dictum Bald.& Panor.est verum quo ad filios naturales tantum,maximè cùm præiudicatur solùm in spe:non autem in spurijs & alijs natis ex coitu legibus damnato: nisi expressè concedatur.& facit quod not. Ioan.And. in additio.ad Spec. in tit.qui filij sint legit.dicēs,si spurius dupliciter, scilicet ex patre vxorato & matre maritata,impetrat rescriptum legitimationis,non valet,si non fit expressum vtrunq;.facit etiā quod dictum est supra.§.tertio.dicto tertio,facit etiam quod dicetur §.sequenti. ¶Septimò quæritur,† quomodo intelligenda sit legitimatus ex parte legitimati? Et dico multa. ¶Primum.Legitimatus quo ad ordinem & beneficiū ecclesiasticum:si quidem hoc fiat ab episcopo, non intelligitur legitimatus nisi ad ea,ad quæ episcopus potest, scilicet ad ordines minores,& beneficium sine cura & dignitate:& poterit etiam in alia diœcesi promoueri:quia hoc est de iurisdictione ecclesiastica, & in nullius præiudicium: non tamen erit legitimatus ad actus seculares,secundum Summam Pisa.nisi in terris subditis temporaliter papę quod non intelligas quantem ad successionem, quæ summo pontifici reservatur, vt dictum est:sed quantum ad dignitates seculares, & alia nulli præiudicantia. Si verò hoc fiat à papa: poterit promoueri ad parochialem ecclesiam: non ad personatum vel rectoriam,ad quam per electionē procedi consuevit.de prębend.cap.vlti.& consentit Raynal.Gofred.& Hostiens. ¶Secundū.Si papa aliqua exprimat,ad quæ aliquem legitimat,secundum Anto.de Bur. non propter hoc intelligitur legitimare ad alia:nisi quando sunt minora & non præiudicantia alijs:sicut si legitimat ad dignitates, non legitimatur propter hoc ad successionem,sed ad posse esse consecratorem,& huiusmodi.¶Tertium.Legitimatus à papa simpliciter in foro cōmuni,secundum Anto.de Bur.non intelligitur legitimatus ad successionem nisi exprimatur:etiā si legitimetur quo ad omnia:nec secundum Gofr.est legitimatus quo ad dignitates:sed verius secūdum Hostiens.est quòd sic quia talis est perinde,ac si ex legitimo matrimonio esset natus:cum hoc faciat lex mortua.cap.tāta.qui filij sint legit.& multo magis viua.ff.de constitu.prin.Beneficium. & sicut simpliciter restitutus,ad omnia restituit.C.de sen. præf.l.j. de

simpliciter legitimatus,intelligi debet ad omnia legitimatus.extra de priuile.quia circa.& idē Asten.lib.viij.Sed intelige semper excepta præiudicialia,vt dictū est.¶Quartū. Legitimatus à papa ad dignitates secundum Gofre.in Sum.& Hostien.non intelligitur legitimatus ad episcopatū,& alias dignitates maiores:sed tantum quo ad inferiores.de concess. præben.dilectus.quia cum hæc indulgentia sit odiosa,est restringenda:extra de consang.quod dilectio. ¶Quintum. Si papa dispensat in matrimonio contracto in gradibus prohibitis iure canonico:non propter hoc legitimat filios ante cōceptos:sed conceptos post legitimat quo ad omnia:& si expresse legitimet ante conceptos,non erunt quo ad omnia,id est,quo ad temporalia in terris papæ non subditis,secūdum dominum Anton.Sed verius secundum Ioan.And.& Panor. in d.c.venerabilem.legitimādo matrimoniūm ex tunc erūt legitimi per omnia,modò,ples fuerit generata ex coitu matrimoniali saltem effectu.licet de iure positiuo nō tenuerit. ¶Sextum.Legitimatus ab aliquo principe seculari vel ciuitate,secundum Innocentium,intelligitur legitimatus quo ad omnes actus seculares in terris subditis legitimantis:sed non intelligas de præiudicantibus,nisi specialiter exprimantur, iuxta prædicta:in alijs autem terris quo ad præiudicantia tantum.& intellige,etiam si expresse fuisset legitimatus ad præiudicantia:sed propter hoc non erit legitimatus ad spiritualia. ¶Septimū.Legitimatus ab Imperatore cū clausula ista, sine præiudicio filiorū legitimorum:secundum Ludouicum, de Bolog.in additio.cōsilij xxix.Ioannis de Ana.incipientis in Christi nomine:debet intelligi quòd æqua lāce succedat: non autem quòd in totum ab hæreditate excludatur:quia in omnibus literis,maximè gratiosis,debet euitari maligna & callida interpretatio,& eligi sana.de decimis.ad audiētiam. & de clericis nō residen.interpretatio autem quòd iste in totum excludatur à successione,parum aut nihil pdest: quod esse nō debet:vt in capitulo,si papa.de priuilegijs.libro sexto.& esset contra mentem & verba legitimantis:& produceret effectum contrarium,contra omnia iura manifestè patet in lege,legata inuiciter.ff.de le.j.Et præterea quòd tale præiudicium nō attenditur virtute dictæ clausulæ,expresse probatur per text.iuncta glos.final.in cap.ij.de pactis.libro vj.
14 ¶Octauò quæritur.†vtrum filij nati ex clerico non existente in sacris,sed in minoribus,& concubina, legitimentur per sequens matrimonium? Et tenuit Richar.Mal.quòd nō:quia coitus concubinarius in clericis est totaliter reprobatus à lege:vt in auth.de san.episco.§.clericos.vnde non possunt dici filij naturales nec consequenter legitimari per sequens matrimonium.Sed Ioan.And.in mercu.in reg.sine culpa,recitato dicto Richar.determinat contrarium,per regulam quòd ex quocunque coitu sint nati,modò potuerit esse vxorius si cōsensus affuisset,legitimantur per sequens matrimonium:secus si tunc nō poterat esse vxorius.Bar.autem in.l.cōcubinā. ff.de cōcu.distinguit an ille clericus fuerit beneficiatus necne.sed hoc nihil facit cōtra Ioan.Andr.quia dato quòd esset beneficiatus:nihilo minus si contraheret matrimonium,teneret:& cōsequēter legitimarentur:per d.c.tanta.Et per distinctam regulam patet quòd si Saracenus habuit filiū ex Christiana:& postea effectus Christianus cum illa,nō propter hoc filius legitimatur: quia tempore conceptionis non poterat esse matrimonium:vt in c.caue.xxviij.q.j.Et idē dic de nato ex coitu incestuoso.licet postmodum ex dispensatione ecclesiæ cōtrahatur matrimonium:nisi aliud in dispensatione dicatur:quia tempore conceptionis non poterat esse matrimonium,obstante impedimento consanguinitatis & affinitatis.Et sic Panormin d.c.tanta concludit quòd vbi coitus nō poterat esse vxorius, obstante impedimento perpetuo,non remouibili sine dispensatione ecclesiæ:filij per le quens matrimonium non legitimantur. ¶Nonò quæritur, †vtrum possit quis petere se pronuntiari legitimum? Et di- 14
cit Innocen.quòd non,nisi ad aliquem effectum:puta,si agitur de successione:& imputatur sibi quòd nō est legitimus: quia tunc hoc potest petere:vt in cap.j.qui filij sint legiti.vel si diffamantur de illegitimitate.Et idem Panormi.in ea.causam.eod.tit.

De Legitima pōrtione.

1 *Legitima portio quotuplex sit, & quid in ea computetur. & num.2.*
3 *Legitima debita iure naturæ an possit statuto vel consuetudine tolli.*
4 *Legitima an perdatur per non confectionem inventarij.*
5 *Legitima filij an perdatur per crimen patris in læsam maiestatem.*
6 *Legitima an priuari possit filius non implens voluntatem pij patris.*
7 *Heres institutus an possit repudiare hæreditatem relicta legitima.*
8 *Legitimæ supplementū potest qui est institutus in minori parte.*
9 *Falcidia in quibus casibus cessat.*
10 *Falcidia an detrahatur etiam de legatis ad pias causas vnà cum aliis.*
11 *Falcidia quæ cessat in legatis ad pias causas an pertineat ad onus hæredis, vel aliorum legatariorum.*
12 *Trebellianica in quibus casibus cessat.*
13 *Legitimam & Trebellianicam an quis simul deducat.*
14 *Institutus in re certa an per omnia habeatur loco legatarij.*
15 *Ecclesia hæres adiens sine inuentario an teneatur in solidum.*
16 *Legitimam an sufficiat habere quoquo titulo relictam.*
17 *Legitimam an debeant habere parentes iure institutionis.*
18 *Legitima an sit aucta in ascendentibus sicut in descendentibus ad trientem vel semissem.*

LEGITIMA portio,est pars hereditatis aliquibus à lege decreta.Cum em olim posset testator totā hæreditatē suā alteri relinquere,lex statuit aliquid relinqui legitimis hæredibus,vt patebit.¶Primò ergo quęritur, †quotuplex est legitima portio? Et dico quòd est triplex.¶Prima 1
dicit legitima:vt C.de inoffici.testamēto.l.omni modo.dicitur etiā aliquādo debita pars:vt in l.seimus.C.eodē. aliquando debitū simpliciter:vt in authentico, de triente & semisse. §.j.aliquādo debitū bonorū subsidiū:vt C.de inoffici.donationi.l.ij totas.aliquando dicitur pars debita iure naturæ: vt in authentico,de triente & semisse.§.hoc nos. Hæc debentur iure naturæ filijs,q sine causa exhæredari nō possunt: & eis mortuis debentur nepotibus ex eis legitimè natis:& huic nullum gratiamen potest imponi per lagara aut fideicōmissa: sed per debita tantum non potest etiā ei imponi dilatio vel cōditio aut modus:& si apponantur, habentur pro nō adiectis:dicta l.omnimodo.& duabus sequentibus. Et hæc est talis:Si filij sint quatuor vel infrà, debent habere tertiam partem:si quinque vel vltra,debent habere medietatem. C.de inofficio.testamen. authent. nouissima. Et intellige etiam partem vel medietatem eius quod eis deferebatur ab intestato:vt not.glossa.in l.si arrogator.de adoptio. & ibi Barto. pro hoc allegat l.Papinianus.§.quoniam autem. ff.de inofficio.testamen. Et intellige detractis debitis, si qui essent. Pro quo facit l. venisse.ff.de verbo.sig. ¶Secunda, dicitur Falcidia à Falcidio authore,quæ debet iure institutionis. & est quarta pars totius hereditatis,quā institutus hęres retinet

& detrah

Universidad de Deusto
Biblioteca

& detrahit sibi de singulis legatis nisi ad pias causas:si hæreditas est exhausta legatis:vt quia supra dodrante in tres partes hæreditatis est aliquid legatum vel fideicommissum.de testa.Raynaldus.auth,similiter.C.ad legē fal.Instic.eo.j.respon.¶ Tertia,dicitur Trebellianica,à Trebellio author: quæ debetur iure institutionis:& est quarta pars totius hæreditatis:sicut cum institutus hæres vniuersaliter,vel in certa quota hæreditatis,rogatur vt alteri restituat hereditatem sine liberis moriēdo:potest sic institutus retinere quartā partem totius hæreditatis.Insti.de fideicomm.hære.§.sed quia. & C.ad Treb.per totum.etiam si plures fuerint hæredes:tamen institutus hæres in certa parte eam non habebit,secundum Bald.in l.j.ff.ad legem fal.Vnde no.secundum Panor. in c.Raynutius.de testa.quòd hæc quarta Trebellianica nō detrahitur per hæredem constitutum in re certa,sed per vniuersalem:vt consuluit Bal.per l.j.ff.ad l.fal.id est,per cōstitutum hæredem insolidum,vel in quota hæreditatis:sicut Falcidia detrahi potest per institutum in dimidia:vt ,pbatur in c.Raynaldus.de testa.Et hæc detrahitur de tota hereditate, sicut Falcidia deducitur non ex tota hæreditate,sed ex singularibus relictis. ¶Secundò quæritur,† quid computetur in istis legitimis? Et dicit Panor.in c.Raynutius. de testa.quòd in Falcidia non computantur nisi ea,quæ obuenerunt hæredi iure institutionis:nō autē legata,vel alio titulo ,pueniētia.in Trebellianica verò computantur non solùm quæ obuenerunt illi iure institutionis,sed etiam quæ ex testamēto: puta,iure legati vel donationis:non autem alia obuenientia extra testamentū:& de prædictis est casus,vt ibi Bar.& Ang. & Imol.in l.in quartam.ff.ad legē falci.& ibi ponunt rationem differentiæ:cum gloss.quæ dicit quòd ideo est,quia in falcidia plus grauat hæres,cùm onera hereditaria remaneāt pene: eum insolidū:ideoq; releuatur in hoc , vt illud solùm computetur in falcidiā,quod iure hæreditario capit:in Trebelliamea autem non sustinet onera,nisi pro parte:ideoque plus grauatur.In legitima verò,seu in portione debita iure naturæ computantur nō solum prouenientia ex testamento quocūque titulo,sed etiam vndecunque sint profecta,scilicet à defuncto:secus si quid caperetur extra patrimoniū defuncti,quia illud in quartam non imputatur:vt l.scimus.§.repletionem.C.de inoff.testa.quod etiam vult Bar.in d.l.in quartam.Et sic patet quod captum extra testamentum,nō computatur in quartam Trebellianicam:vt l.pater filium.ff.ad Trebellia.& tamen computantur in legitimam debitam in re naturæ.Cuius ratio est secundum Bart.in d.l.in quartam. quia Falcidia & Trebellianica debetur occasiōe testamēti: ideo in eam non computatur, nisi quod venit ex testamēto: debita verò iure naturæ venit alimode:cū non propriè proueniat ex voluntate patris,sed ex legis dispositione:quia,velit,nolit pater,oportet filium habere legitimam suam. ¶Et ex his paret quòd in alijs quartis,quæ deberentur ex alijs dispositionibus,vt mulieri,vel viro ex forma statuti computatur quicquid extrinsecus venit:vt in authen.præterea.C. vñ vir& vxor.¶Aduertendum est tamen circa hoc vltimum,secundum Panorm.in dicto capitulo,Raynutius.quòd aut pater donauit filio ob causam,puta dotis vel donationis propter nuptias:& illud imputatur in suam legitimā:vt in auth. ex testaméto.C.de collati.aut fuit donatio facta simpliciter: & tunc si tenuit:vt quia facta fuit filio emancipato,vel filio vt benemerito,illud non cōputatur:quia valet hæc donatio, ac si fuisset facta extraneo.Aut donatio non tenuit in vita:& tunc computatur in legitimam,etiam si morte cōfirmetur. Et ex his infert Panorm.in dicto capitulo, Raynutius, quòd Falcidia magis est priuilegiata,quàm Trebellianica , & ista est magis,quàm legitima.¶Aduertendum est etiam secundum Aiten.quantū ad modum inchoādi huiusmodi quartā, si hæres institutus sit de liberis testatoris. ad quem pertinet portio naturalis:primò ex tota hæreditate deducet legitima portionē,scilicet tertiam,id est,quatuor vncias:ex reliqua verò octo vncijs defalcabit per legem Falcidiam iure institutionis,quartā,id est,duas vncias:reliquas verò sex,id est,medietatem hæreditatis diuidet inter legatarios pro rata. Instit.ad legem Falcidiam.§.cum autem . ¶Tertiò quæritur, †vtrum legitima debita iure naturæ ponit per statutum vel consuetudinem tolli in totum? Et dicit Alberi.in l.quoniam in prioribus.C.de inoff.testamen.quòd Doctores communiter,& etiam vltramontani tenent quòd nō:alij verò magis tenent quòd sic.Sed prima opinio videtur esse verior,scilicet quòd non in totū:licet ponit per statutum vel consuetudinem minui aut distingui:quia sicut à natura depēdet alimētatio filij à patre.ff.de iust.& iu.l.j.§.hinc descēdit.ita post mortē patris alimentatio filij ab hac portione inter naturæ depēdere videt:vt innuitur in auth.de trie.& semi.§.j.ad fi. & §.prohibemus autē.ubi:si vult filiorū,&c.Pro hoc facit Insti.de iure natura.§.j.ff.de pac.l.ius agnationis.Cy.autem in.l.Marcus.C.de muptijs.& Dy.in regula, indultum.& Bart.in l.Titio,§.fin.ff.de condi.& demon.tenet quòd tolli potest in totum:quia ista portio est de iure ciuili,cùm olim nō esset.Sed hæc ratio nō concludit:quia est de iure ciuili solùm quantū ad taxationem talis quantitatis,non autem absolutè. Potest tamen io d.c.Raynutius.distingui,& bene.Nā aut filius non habet vnde viuat aliunde:& sic vera est opinio prima.& annuetur:quia iure ciuili spurio nihil debetur:vt in auth.ex complexu.C.de incest.nup.& tamen ius canonicum sequendo naturalem æquitatem disponit vt habeat alimenta.de eo quod duxit in mat.e.cū haberet.ergo forti? in legitimo,si bonum ius ciuile,posset ius canonicum hoc tollere.Aut habet vnde viuat:& sic est vera secunda.Aduertendum est tamē quòd licet in legitima ista filius grauari non possit per fideicommissum,secundum opinionem communem,per l.quoniā in prioribus.C.de inoff.testa.& l.cùm patronus.ff.de leg.ij. de quo Bar.& Dyn.dubitauerunt in l.j.ff.de vulga.& pupilla.substitutio.tamen succedentes ab intestato ipsi filio,si illum decedere contingat impuberē,possunt grauari.& est casus in l.j. fundum per fideicommissum cum l.sequēti.ff.de legatis primo.Vnde dicit Bal.in l.cum virum.C.de fideicom quòd substitutus filio impuberi,poterit grauari vt restituat legitimam filio debitam.Et si verba sunt dubia:puta,testator dixit,post mortē filij mei impuberis hæreditas integra restituat.Solet nec expressit,per filiū vel succedentes ab intestato filio meo vel per substitutum datum filio meo:fideicommissum videbitur in legitima,etiā secundum Bart.in l.qui duos.ff.de vulga.& pupilla.substitu.& communiter sequuntur scribentes ibi.& refert Panorm.fuisse consultum per Ioan.de Imol.& Fulgo.in c.Raynutius.de testa.licet Bar.in l.cohæredi.ff.& vulg.& pupil.sub.aliter dixerit.¶Quartò quæritur, †vtrum per non confectionē inuentarij perdatur legitima debita iure naturæ? Et dico quòd Bart.in authen.sed cum testator.C. eod.refert gloss.tenere quod non.in auth.hoc amplius.C.de fideicom.¶Quintò quæritur,† vtrum legitima debita iure naturæ amittatur per crimen patris in l.s.fam maiestatem? Et dico quòd Card.in cle.pastoralis.de re iud.refert Landul.tenere quòd non.& filios audita cōdemnatiōe patris,si furiose subripiant legitimam,non teneri ad restitutionem principi: saltē in foro animæ:quia possunt tenere de iure naturæ quæ per ius positiuum tolli non potest. Ad hoc de testam.Raynutius.quia pater non potest priuare filium legitima,nisi in casibus

ingratitudinis.C.de inof.test.l.quoniam in prioribus.& facit ea,aut dictū.de verb.sig.& auth.de hære.& falci.§.si quis autem non impleuerit.vbi dicitur quòd etiam propter reatum inobedientiæ filius priuari nō pōt legitima . Sed Zen.tenet contrarium:quia per contractum potest tolli legitima: cùm debeatur deducto ære alieno:vt l.Papinian.§.nij.ff.de inof. test.In delictis autem quasi cōtrahimus: quia per quasi contractum quis se obligat ad pœnam. ff.de iure fis.l.Imperato res. Hanc opinionē tenet Ioan.de Lig.& dicit verior : quia legitima,est quota bonorum , quā pater habet tempore mortis:nihil autem habet quando sunt confiscata.ff.de inter. & rele.l.ij.Et pro ista opinione dicit quod not.Bar. in auth. si qua mulier.C.de sacrosan. eccle. vbi dicit quòd portio legitima filio debita,nō debetur,nisi post mortem naturalem:vt lege prima.§.si impuberi.ff.de coi.bo.vbi dicit Bar.quòd ille §.habet ad quæstionem,an pater debeat soluere condemnationē vsq; ad legitimā , si filius cōdemnetur pro maleficio? Et dicit quòd videtur tex.ibi,quòd nō : quia in vita patris non debet legitima separari:vt in d.§.si impuberi.& in l.fi.ff.de lib. agno.dicit quòd filius nullum ius habet in debito bonorum subsidio viuēte patre.Et de hoc vide casum in d.l.fin.quia patronus nullū ius habet in bonis liberti. pro quo l.ij.ff.si à patris fue. manu. Sed quod dicit Brto. legitimā nō deberi nisi post mortem naturalem:intellige,vel tibi æquiualentē, scilicet mortē ciuilem:puta,religionis ingressum, quando hęc habet quo ad bona temporalia omnino eundē effectū quē habet mos naturalis: puta , si ingrediatur religionē fratrum Minorū : vt not.Bar.in dicta authen. si qua mulier.Pro quo etiā facit c.cum simus.de regular. & idem est de quacunque religione , in qua ingressus bona sibi retinere nō potest,etiā in communi. Prima opinionem Landul. Summa Angelica tenet tanquā magis piam,licet de rigore iuris minus veram: quia per titulum lucratiuum & donationem pater in præiudicium filij alienare nō potest.C.de inoff.do. per totum.& de dona.& quod ibi not.e.fin.fiscus autem hoc capit ex titu. lucratiuo:ideoq; non potest in præiudiciū filij. ad Zen.dicit verum dicere quādo ex quasi contractu damnificant principem in bonis:alitis non est ęs alienum: nec propriè pater tenetur ex quasi cōtractu,sed simpliciter ex delicto. Ad Ioā.de Lig.dicit patere:quia alienatio facta titulo lucratiuo in fraudem filij,nō valet. Ad Bart. nihil dicit , nec illū adducit. Summa autem Ros.tenet opinionē secundam : & ita tenendum est:quia Summa Angel.male ,pbat,& malè soluit. Patet primo:quia quod dicitur,patrem alienare nō posse titulo lucratiuo in præiudicium filij,verum est sponte facta.quod non est hic,vbi cogitur:& præterea hic ipse nō alienat, sed ius. Pater etiā secundum quo ad Zen. quia princeps damnum patitur, in honore saltem:& est æs alienum, nō ex sublatione,sed ex legis cōdemnatione. Et quo ad Ioannē de Lig quia valet tacita alienatio quando est coacta, & à lege.

¶Sextò quæritur , †cùm dicitur in testamento , quòd si filij non fuerint executi voluntate testatoris , sint exhæredati & primati legitima debita iure naturę:an incurrat dictam pœnam non exequendo , maximè ad pias causas? Et dico quòd glossa in cap.si hæredes.de testament. limitat auth.hoc amplius voluntate in relictis ad non pias causas , solùm prima successione defuncti,no autem debito iure naturæ:sed si relicta sint ad pias causas, primam etiam debito iure naturæ.Et licet glossa in fine non videatur istam opinionem firmare,eam tamen sequitur Host. licet fateatur quòd si filiū pœniteret,ecclesia posset illi facere aliquam eleemosynam. Panormitanus autem dubitat de hoc: quia nra loquuntur de relictis in testamento: hæc autem portio filio debetur extra omne testamentum :cùm sit quasi debitum naturæ. Vnde iura solùm voluerūt excludere à commodo habito per defectū quia ex quo noluit onus,nō debet habere honore seu emolumentū. Quę ratio cessat in debito iure naturæ,quod debetur siue aliquo onere:vt lege,quoniam in prioribus.de inoff. test.Item negare non possumus quin res sit dubia:& in dubijs sequi debemus partem benigniorem:vt in reg.odia.de regu.iur.lib.vj.vide etiam §.ix.eatus iij.¶Septimò quæritur, †vtrum filius institutus hæres possit repudiare paternā hæreditatem retenta sibi legitima? Et dicendum est quòd non: quia cum etiam in legitima fuerit institutus,non potest pro parte acceptare & pro parte repudiare,secundū Bar.in lege, gerit.ff.de acquiren.hæredi.& Baldum in l.vnica.C.quando non petent.par.Et eadem ratione idem dicendum est patre decedente ab intestato:quia non potest agnoscere hæreditatem paternam pro parte,& pro parte abstinere. ¶Octauò quæritur,† quid si filius institutus sit in minori parte? Et dico quòd nihilominus aget vsq; ad supplementum d.l.omnimodo.qa hæc legitima dat in bonorū iubsidiū de iure naturæ.

¶Nonò quæritur,† in quibus casibus cesset Falcidia? Et dico quòd in multis.¶Primò,in his,quæ sic legātur quòd aliena ri nō possint,vt perueniāt ad successores ei?,cui relicta sunt C.ad leg.fal.auth.sed in ea re.¶Secundò,in his,quæ ad pias causas relinquūtur,vt in auth.similiter.C.ad leg.fal.& Bal.in l.à iure.§.Titio.ff.de condi.& demonst.Si tamen ecclesia vel pius locus instituerē hæres : tūc detraheretur falcidia de legatis factis alteri ecclesię vel pio loco:quia currit priuilegiū cum priuilegio.& sic concurrentibus priuilegijs vtuntur iure cōmun.Pro quo facit l.assiduis.C.qui po.in pigno.hab.& no.Pan.in c.in præsentia.de proba.& idem tenes Dyn.& sequitur Alber.in l.si quis ad declinandam.C.de episco.& clericis.Et quod dictum est,Falcidiam non deberi de legatis ad pias causas:Bal.in d.l.alia.dicit verum,etiam si indirectē relinquātur:puta,cū legatur mihi fundus, cùm pacto quòd restituatur ecclesiæ.¶Tertiò,in testameto militis.C.ad l.Fal. l.in testaméto.Sed hodie corrigitur per auth.de hære.& fal. §.fi.ideoq; nō cessat.¶Quartò,in malè ablati certis vel incertis legatis:& similiter in alijs alienis.l.imponenda.C.ad l. Fal.& ita tenet Sum.Ang.sed melius Sum.Ros.cui Bart.in l.j. C.de lac.san.ecc.distinguit:quia si sunt incerta, cessat falcidia. quia sunt ad pias causas,id est,pro anima illius,cuius erant.Si verò sint certa relicta his,quibus debentur, non sunt ad pias causas:quia proxima causa relinquendi, est debitum, & non causa pia:quæ est solum,quando nulla necessitas subest: sed sola religio & liberalitas in Deū.Vnde in his videtur cōcludere quòd falcidia possit detrahi.si probari nequeūt:si verò is,cui relinquūtur probaret sibi debita esse alunde,quàm ex testamento:detrahi non posset,sed cessaret.ff.de auro & argen.leg.l.qui vxori.Hæc ex Bar.quē sequitur Sum.Ro.indistincte.Sed melius dicitur quòd Barto loquitur in foro causarum: in foro autem animæ etiā si probari nequeūt, modò habeat,vel probabiliter credat esse aliena,nō potest Falcidiā subtrahere: quia esset subripere aliena.Et si pater pro malè ablatis tantùm leget,quòd legitima iure naturę debita minuatur:dicit Aiten.libro tertio,tract. xxv. post Monal. quòd si talia malè ablata probari nō possunt:hæres soluere non tenetur vt debitum,id est,vt æs alienū, sed vt legatum. Vnde si legitimam iure naturæ debitam minuit,soluere nō tenetur:intellige in foro causarum,etiam in foro cōscientię, nisi sciat,vel probabiliter credat ita esse.Secus in illo,cui falcidia cōperit: quia cùm talia legata sint ad pias causas, cessat hodie,vt dictum est:ideoq; illam nō detrahet.Cōsilium au-

Universidad de Deusto Biblioteca

tem datur tali patri à Monal. si filiū inducere non potest vt velit ea restituere male ablata, quæ quasi totam hæreditatē exhauriūt, vel ad hoc se obligare, legitima non detracta: vt restituat ipse dum viuit, vel faciat codicillū, in quo ordinet omnia bona sua distribui pauperibus ꝓ male ablatis incertis: asserēs quòd plura sunt male ablata, quàm sua bona: & similiter quæ ꝓbari nequeūt relinquat his, quibus debētur. ¶ Quintò, si testator certus de quātitate sui patrimonij prohibeat expresse deduci falcidiam: in auth. sed cū testator. C. ad l. falcid. ¶ Sextò, si hæres non fecerit inuentarium secundum modum & tempus statutum à iure: vt in dicta auth. sed cum testator. ¶ Septimò, si hæres intra legitimum tēpus voluntati non paruerit testatoris: de testa. Raynaldus. ad finē. vbi dicit glo. tempus legitimum esse, tempus anni à iussu iudicis computandum, intra quod si non paruerit, dicit etiam quòd perdit omnia, excepto eo quod sibi debetur ex fideicōmisso. ¶ Octauò, de legato dotis: vt l. secunda. §. idem quæsiuit. ff. de dote præleg. ¶ Nonò in libertate legata. l. Papinianus. ff. de inofficio. testamento. ¶ Decimò, quādo legatur instrumentum rei alterius.

¶ Vndecimò, in casu legis beneficio, quando scilicet occultauit vel negauit res hæreditatis. ff. ad leg. falcid. vide etiam
10 infra. §. xij. casu. ¶ Decimò quæritur, † vtrum factis multis legatis tam ad pias causas, quàm non pias, excedētibus facultatem hæreditatis, debeat fieri detractio de vtrisq;, an solū de his quæ non ad pias? Et dicit Alberic. in l. si quis ad declinandam. C. de episco. & cler. & quod fit communiter de vtrisq;: non obstante quòd cesset falcidia in his quæ ad pias causas: quia non est falcidia, sed declaratio legati inaniter facti ab
11 initio. ff. ad Treb. l. j. §. si is qui quadraginta. ¶ Vndecimò quæritur, cum in legatis ad pias causas cesset falcidia: vtrum hoc pertineat ad onus heredis, an aliorū legatariorum? Et dicit Bartolus in auth. sed & in ea. C. ad legem falcidiam. quòd onerātur heredes & legatarij: q̄a ista legata debēt ante oīa detrahi vt æs alienum. ff. ad l. Falci. l. æris alieni. & sic ex hoc hæres minorē quartam. & alij legatarij minus habebunt de
12 legatis. ¶ Duodecimò quæritur, † in quibus casibus cesset Trebellianica? Et dico quòd in multis. ¶ Primo, in legatis ad pias causas: vt dictum est suprà Legatum. iiij. §. vj. ¶ Secundò si testator prohibuit, vt in authen. de hæred. & falcid. §. si verò expresse. ¶ Nam si potest tollere falcidiam, multo magis Trebellianicam, quæ minus est priuilegiata: vt ff. ad l. falc. l. in quartam. Et licet contrarium teneat gl. in authē. sed cum testator. C. ad l. Falcid. tamen Bart. in l. Marcellus. ff. ad Trebel. concludit quod potest: dicēs idem tenere Odoffr. Iacob. de Are. & Cyn. & est opinio communis & verior: vt in d. §. si vero. ¶ Tertiò, quādo substitutio euanescit: vt puta, quia restituere rogatus si decederet sine liberis, vel nō maritaret, & huiusmodi, ingreditur religionē: vt in auth. nisi rogati. C. ad Trebellia. ¶ Quartò, quando solo iudicis officio compulsus adijt hereditatem: quia totum restituet. Insti. de fideicōmiss. hæred. §. in primis. ¶ Quintò, in fideicōmisso vniuersali relicto ad pias causas: quod vniuersale dicitur, quando tota hæreditas venit restituenda: sicut dicitur particulare quando restituenda veniunt solum quædam particularia bona. Hoc enim tenet Bartol. in authen. sed in ea. C. ad legē falcid. contra gloss. in ca. j. de testa. lib. vj. non obstāte ratione in cōtrarium, scilicet quia si in fideicommisso vniuersali nō detrahatur, frustra erit hæres. Dicit enim in lege, Marcellus. ff. ad Trebellianum. hoc esse contra textū in corpore vnde sumitur authentica, similiter. C. ad leg. falcid. vbi loquitur quandò tota substantia est exhausta. Nec est in vacuum hæres: q̄a text. in dicto authen. de hæred. & falcid. §. si verò expressum.

dicit quòd habet meritum quo ad Deum: quia exercuit actum pietatis. ¶ Sextò, admittitur tam ipsa quàm falcidia, secundum Bald. in l. scimus. §. licentia. C. de iure delibe. per negationem fideicommissi in qualitate vel quantitate facta: si ille: cui fideicōmissum est factum, probauerit qualitatē vel quantitatem fideicommissi: nec aliquam ex ipsis poterit detrahere. ¶ Septimò, secundum aliquos, per non confectionem inuentarij. Sed verius est secundum Bartolum in d. authen. sed cum testator. quòd non debent induci correctio legis corrigentis: vt l. præcipimus. C. de adop. & idē tenet Lu. de Bel. & Cy. ¶ Decimotertiò quæritur, † vtrum quis possit deducere duas legitimas portiones, scilicet debitam iure naturę. & Trebellianicā? Et dico de hoc olim fuisse opiniones: vt patet in l. quanquam. C. ad leg. falci. hodie verò distinguendum est cum Bart. in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. & Bal. in l. filium quem habentem. C. fami. ercis. & Canonistis in ca. Raynutius. & in cap. Raynaldus. de test. Nam si substitutio aut rogatio sit facta purè, aut ad certum diem, intellige de præsenti, quod perinde est ac si sit purè facta: tūc detrahere non poterit, nisi vnam quam voluerit. Sed si sit facta sub conditione: puta, si decedat sine liberis: vel ad incertum diem: tunc poterit deducere ambas. Et sic concordat ius canonicum & ciuile. & hæc est opinio communis, secundum Panor. in dicto ca. Raynutius. vbi etiam approbatur, sicut & dicto ca. Raynaldus. licet contrarium videatur de iure ciuili: vt in auth. de resti. §. quam ob rem. Vnde dicit Barto. quòd vbi quis esset rogatus de restituendo incontinenti vel purè non obseruaretur illa decretalis de duplici portione deducenda, vt sæpe cōsuluit. Quod quidem sæpe accidit, quando dispositio non valet iure testamenti: & est apposita clausula quòd valeat saltem iure codicillorum, de qua vide infra, Testamentum, primò. §. xj. Tunc enim si testamentum non valeat aliqua ratione, vt quia in eo non sunt testes debiti vel alia causa: testator videtur voluisse quòd hæreditas restituatur venientibus ab intestato statim, vt not. in authen. ex causa. C. de liber. præterit. & sic non detrahetur nisi vna quarta hęc ex illo. Ratio autem diuersitatis secundum doc. vt refert Asten. lib. tertio titu. xxv. & Panorm. in dicto ca. Raynutius est, quia in restitutiōe fienda purè de præsenti cōcurrerent eodem tempore duæ deductiōes: quod regula iuris ciuilis non patitur: vt l. in ratione. §. quod vulgo. ff. ad l. falci. & in l. scimus. C. ad Trebel. & in dicta l. filiū quem habentem. Vbi verò nō est fienda purè vel ad certā diem de pręsenti: sed ad incertā, possēt incōtinenti deduci quarta debita iure naturæ: quia eā sine omni grauamine debet habere: in processu vero temporis deducet Trebellianicā, in qua cùm fructus percepti computantur, minus diminuitur substantia hæreditatis, quàm si fieret restitutio incōtinēti, vbi substātia eius minueretur. Et per hoc videtur quòd si dies illa incerta vel conditio emergeret ante perceptionē fructuū, detraheret altera portio tantū. ¶ Decimoquartò quæritur, † vtrū institutus in re certa habeat per omnia loco legatarij? Et dicit Pan. post gl. in d. c. Raynutius ꝙ habetur loco legatarij quo ad quędā & quo ad quædā loco hæredis. de quo dicendū vt in l. quoties. C. de hære. insti. Et inter cæteros effectus operatur hoc valde notabile in instituto in re certa: quia cohærede nō potente vel nolente adire hæreditatem, iste habebit illā in totū, quia nō pōt testator decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus. l. j. §. si ex fundo. ff. de hære. insti. quā vtilitatem ille nō assequeretur, si esset purus legatarius quinimo perderet legatū, ex quo nō adit hereditas ex testamento. C. si quis omissa causa testa. quasi ꝑ totū, nisi ad piā causam: quia talia debentur etiā non adita hæreditate: vt voluit Bar. in l. j. C. de sacrosanc. eccle.

eccl. De quo vide s. Legatū. iiij. §. viij. ix. & x. ¶ Decimoquintò quæritur, quid si ecclesia vel hospitale instituitur hæres, & adeat absque beneficio inuentarij: an teneatur in solidū? Et Bart. in dicta authent. sed cum testator. respōdet per verbū cogitabitis: sed in l. j. C de sacrosanctis ecclesi. tenet quòd non quia iura ciuilia non possunt obligare ecclesiam, & pia loca, vltra vires hæredatis: cum talis obligatio non sit de iure naturali: vt in legatis ad pias causas cessat omnis solennitas iuris ciuilis. Si tamen aliquis sacerdos instituatur hæres ratione consanguinitatis vel amicitiæ, nō intuitu diuinæ religionis: tunc putat teneri in solidum: vt in authentic. de hæred. & Falcid. §. penul. Secus si amore Dei, vel pro anima sua.
16 ¶ Decimosextò quæritur, † an filio sufficiat habere legitimam, quocunq; titul. relicti, & dicit Bartol. in authen. nouissima. C. de inof. testa. quòd hodie habere debet iure institutionis: vt in auth. vt cum de appe. cogno. §. aliud. Ratio, quia est titulus magis honorabilis. Item, quia habet ius accrescēdi in hæreditate: vt not. in l. quoties. C. de hæred. instit. Et debet eum habere cum vsufructu: vt in auth. de trien. & semis. §. prohibemus. Et sic l. vxori meæ. de vsufructu leg. est correcta in filijs. Dicit etiā glos. in d. §. aliud. quòd in minimo facta institutio excludit querelam, vt in dicta authent. vt cum de appel. cogno. §. cæterum si qui. aget tamē ad supplementum. vt C. de inoff. testa. l. omnimodo. Nec sufficeret si filio relinqueretur fideicōmissum vniuersale: vt vult Bartol. in l. ita tamē. §. qui rogatus. ff. ad Trebel. & in l. scimus. §. cum autē. C. de inoffi. testam. vbi glos. reprobat: quia tex. in corpore vnde sumitur authent. nouissima. præallegata, expressam mentionem facit quòd nō valet iure fideicōmissi: quod etiam videtur expressum in dicto §. qui rogatus. Glos. tamē singularis in dicta authent. nouissima. de qua ibi Alexander de Imol. facit magnum festum, distinguit: quia si testamentum fiat solenne, debet institui. Si verò minus solenne: puta inter liberos, sufficit quocunq; relicti titulo, dummodo aliquid relinquatur: qui defectus alicuius solennitatis iuris positiui, illud non vitiat: vt in §. ex imperfecto. l. hac consultissima. C. de testam. & aget vsque ad supplementū. Secus si præteriti fuerint aliqui ex ipsis filijs: quia testamentum esset nullum. l. filio præterito. ff. de iniusto ruptóque testa. Item limita quòd debet habere iure institutionis: nisi institutio omitteretur in fauorem filij: vt in casu l. multi. de liber. & posthu. vt notabiliter videtur cōcludere Bartol. & Imol. in l. cum ex filio. de vulgari & pupilla. sub. Item fallit si statutum hoc nō sic diceret: secundum Bald. in l. si. C. de bonis quę lib. Et not. quòd mater non debet habere legitimam filij, nisi quando filius facit testamētū, vel moritur ab intestato: secus si pater facit testamentū filio impuberi: vt in c. si pater. de test. lib. vj.
17 ¶ Decimoseptimò quæritur, † vtrum hodie parētes debeāt habere legitimam iure institutionis? Et dicit Bart. in dicta authent. nouissima. quòd gloss. in l. j. §. j. ff. si à pa. quis fuer. manu. tangit istam quæstionem in patrono: & concludit quòd patronus potest habere quocunque relicti titulo. Pater autem & patronus æquiparantur ad omnia, exceptis quibusdam, quæ notantur in dicta l. j. inter quæ nō reperitur ista diuersitas. ergo &c. Præterea, quod non mutatur expresse, remanet incorrectum: vt l. præcipimus. C. de appellat. hæc Bartol. Bald. autem in l. j. C. de bonorum possession. contra tab. lib. tenet contrarium: vbi dicit quòd filios debet relinquere parentibus iure institutionis, & fundat se per tex. expressum in dicta l. omnimodo. circa principiū. & idem Iacob. de Belui. Et hæc opinio est tenenda, vbi filius testans nullos filios relinquit: quoniam vbi filij superessent, nulla legitima videtur debita patrimō in nihilū succedit, vt est glos. valde nota Instit. quibus modis ius patriæ potest. sol. §. nostra autē. in verbo, paterno. Et nō mirū: quia in successione prima causa est liberorū: vt in auth. de heredi. ab intesta. circa princ. Glossa tamē in l. pater filiū. ff. de inoffi. testam. tenet debere institui patrē, etiā extātibus liberis: sed primū est verius. ¶ Decimooctauò quęritur, † vtrū in ascendētibus sit aucta portio 18
legitima, sicut est aucta in filijs, vsq; ad trientē & semissem? Et dicit Bartol. in dicta authent. nouissima. de mente gloss. & docto. quòd sic, vt in authent. de trien. & semis. §. j.

LENO, secundum glo. in §. quod si in adulterio. xxiij. q. j. est qui damnatam adulteram ducit: vel qui eam sibi reconciliat. C. de adul. l. castitati. vel qui scienter adulteram tenet: vt in dicto. §. quod si. vel qui recipit pecuniam ꝓ adulterio. ff. de adult. l. ij. §. lenocinij. Sed limita prędicta in tribus primis casibus vera, nisi e[illegible] emendata. Item lenocinium committit, qui habet mancipia quæstuaria: quia hoc non est minus quàm proprio corpore facere quæstum. l. palam. §. lenocinium. ff. de ritu nupt.

De Lepra & Leproso.

1 *Lepra superueniens soluit sponsalia de futuro, sed non matrimonium. & nu. 2.*
3 *Lepra an excuset ab obligatione reddendi debitum vel cohabitatione.*
4 *Leprosi an teneantur ad decimas.*
5 *Leprosi an habere possint ecclesiam & presbyterum.*
6 *Leprosus factus an tollatur à prælatione ecclesiæ, & an celebret.*

LEPRA inter morbos contagiosos computatur: vnde secūdum iura leprosi ab hominum habitatione separantur. de cōiug. lepro. c. j. ¶ Primò verò quæritur, † v- 1
trū lepra superueniens soluat sponsalia, scilicet de futuro ad instantiā sani? Et dico quòd sic: extra eod. literas. & idem de qualibet alia enormitate superueniēte: quia in obligatione generali de contrahendo matrimonio subintelligitur, nisi quicquā turpe superueniat: vt in c. quemadmodū. de iureiur.
¶ Secundò quæritur, † vtrum lepra superueniens soluat ma- 2
trimonium, vel impediat contrahendum? Et dico quòd non soluit matrimonium. extra eodem. cap. j. & c. literas in quo licet dicatur consummatum, tamen secundum Host. & Pan. debet intelligi, id est, contractū. Similiter nec impedit: quia potest contrahere leprosus si inueniat volentem. extra eodē.
cap. ij. ¶ Tertio quæritur, † vtrum absoluat coniugem sanū 3
ab obligatione reddendi debitum coniugale vel seruitij aut cohabitationis? Et dico quo ad debitum coniugale quod nō secundum glos. in dicto c. j. nisi eo modo quo dictū est suprà Debitum. §. j. scilicet propter periculum infectionis ꝓbabilem: non obstante quod in cap. ij. eod. tit. in hoc casu nulla exceptio inuenitur, quia intelligitur propria: secus de cōmuni & generali quæ in multis casibus inuenitur, scilicet ratione dicti periculi, vel etiā ratiōe impossibilitatis: sicut fortè quis ex horrore reddere non potest, sicut nec moueri: qui & si ob hoc excōmunicaretur, haberetur pro excōmunicato apud ecclesiā, nō tamē quo ad Deū, secundū Pan. ar. c. literas. de restit. spol. & in c. inquisitioni. de sent. excomm. Similiter non absoluit à debito seruiendi in necessarijs: cum hoc sit minus periculosum quàm debitum cōiugale. Absoluit autē secundum Sanct. Tho. in iiij. dist. xxxij. à debito cohabitādi in eodem lecto vel in eadem domo: quia nō ita inficitur ex coitu, sicut ex frequenti cohabitatione. & idē glos. in d. cap. j. Filij quoque leprosorum debent manere cum sano ne inficiatur,
secundū omnes. ¶ Quartò quęritur, † vtrū leprosi teneātur 4
ad decimas? Et dicit glo. in cap. de ec. ædi. q sic, nisi de hor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis & nutrimentis animaliū suorum,quæ solæ ibi excipiuntur:sed intellige quādo cōmuniter viuūt:vt ibi.alijs de omnibus simpliciter dare tenetur vt alij Christiani. ¶ Quintò quæritur† vtrū leprosi habere possint ecclesiā & presbyterū qui celebret eis? Et dico quòd sic,si tot sunt simul cōmuniter vinētes quòd eam cū cœmeterio possint cōstituere:modò veteribus ecclesijs de iure parochiali nō fiat iniuria.d.c.ij. Sextò quæritur,† vtrū sacerdos factus leprosus possit in ecclesia parochiali prælatiōs officio fungi? Et dico quòd si sine scandalo & abominatione populi nō potest illud exercere,debet ab officio remoueri:ita tñ q̄ secūdū facultates ecclesiæ administrētur illi necessaria quoutq; vixerit:vt in c. tua nos.de cleric.egro. Rectoribusverò ecclesiarū qui sine scādalo eorū qui sunt,altari seruire nō p̄nt,dādus est coadiutor, q̄ curā habeat animarū:cui a rectori ad sustentationē cōgrua portio de facultate ecclesiæ eiusdē assignetur:vt in c.de rectoribus.de cler.egro. Ex quo etiā patet quòd nō prohibētur celebrare,quādo hoc sine scādalo potest,vt in secreto,& hmōi: ar.d.c.de rectoribus.vide de hoc ꝫ Corpore vitiatus.§.vij.

Lex.

1 Legis septem species.
2 Lex naturalis,canonica & ciuilis,quæ sunt partes.
3 Legis naturalis quæ sint peculiaria.
4 Legem quis possit facere.
5 Lex esse iusta ex quibus dicatur.
6 Lex vt obliget,quæ requirantur.& nu.7.
8 Lex omnis an transgressores obliget ad mortale & nu.9.
10 Leges ciuiles iniuste enumerantur multæ,nec ligantes laicos. & nu.11.
12 Leges iniustæ statuentium quæ sit pœna.
13 Canonicæ leges an mentiantur aliquæ non obseruandæ.
14 Lege an omnes ligentur.
15 Leges & statuta laicorum an ligent clericos.
16 Lex quomodo sit interpretanda & extendenda etiam in odiosis ac pœnalibus.vsque ad nu.19.
20 Legis mens cōprehensiua & extensiua quomodo demōstretur.
21 Prohibitum an intelligatur quicquid non est lege concessum.
22 Legis indulgentia an intelligatur salvo iure partis.
23 Constitutio an respiciat præterita.
24 Lex loquens per verba præterita an extendatur ad futura.
25 Leges humanæ an sint mutandæ faciliter.
26 Lex quibus modis tollatur.
27 Lex quid tollat.
28 Legi contrarius actus an sit nullus ipso iure.
29 Fraus si fiat legi an valeat factum.

LEX dicta est,secundū B Tho.j.ij.q.xc.à ligādo quia obligat: quod omni legi est commune: vel à legendo:quia scripta est quod omni nō conuenit,sed ei primò quæ apud nos legis nomē habuit, id est,humanæ cōstitutiōi:deinde etiā diuinę.Sūt verò quatuor generalia nomina ex diuersis sumpta ad significandū idē,scilicet lex,eo q̄ liget vel legatur:ius redactū maximè in scriptis,eo q̄ per hoc iustū cognoscatur & reddat statutū eo quòd firmetur deliberatiōe, quasi in statu,id est, in gradu immobili firū vel positū:& cōstitutio,quasi simul statuitio : eò q̄ ad eā deliberandā multi,id est,populus conueniret. Nec tamē significat cōstitutio solūm id q̄d populus statuit:sed ampliatur ad omne statutū & legē. Est igitur lex,secundū eundē ibi , ordinatio, scilicet actiua rationis,scilicet practicæ:ad bonū commune,scilicet terræ ciuitatis,prouinciæ,regni,aut mundi,ab eo qui curam habet cōmunitatis de iure nō de facto promulgata. Ex qua diffinitiōe sic intellecta sequitur primò quòd lex sit aliquid rationis,scilicet propositiones vniuersales rationis practicę actu vel habitu cōsideratę:vt dicitur j.ij.q.xc.ar.j. siue dictamē practicę rationis,vt ibi q.xcj.art.j. Et secūdò quòd voluntas principis nō habet vim legis,sed iniquitatis, nisi vt regulatur aliqua ratione,vt etiā dicit ibi art.j.ad tertiū. Et tertiò quòd nullū præceptū habet vim legis nisi secundū ordinem ad bonū,scilicet commune,ad quod omnis lex,vt ad finem, ordinatur,vt ibi ar.ij. Et quartò q̄ nullū præceptum vel ordinatio iniustè præfidētis est lex,nec obligat in aliquo foro. ¶ Primò verò quæritur† quot,& quę sint propinquę partes seu species legis in cōmuni? Et dico quòd quantū ex S. Tho. j.ij.q.xcj.& Thomistis colligitur,sunt septem. ¶ Quarum prima est lex ęterna,quæ est ordinatio rationis Dei ad bonum commune totius mundi:seu sub alijs verbis,est cōceptus gubernationis rerū in Deo.j.ij.q.xcj.arti.j.quā legē seu præceptū Deus dedit cœlis:& consequenter alijs, iuxta illud Psal. Præceptū posuit,& nō præteribit. Secunda est lex naturalis quæ est participatio quędā legis ęternæ, & impressio diuini luminis in creatura rationali:qua inclinat ad debitū actū & finē j.ij.q.xcj.ar.ij.siue sub alijs verbis,est ordinatio rationis in homine impressa à Deo in ordine ad finē debitū. ¶ Tertia est lex Mosaica. ¶ Quarta,est lex Euāgelica. Omnes hæ quatuor sunt leges diuinæ. ¶ Quinta est cōsuetudo,quę est quædam lex humana,inquantū habet vim legis ex principis seu populi volūtate:quæ quid sit,dictū est suprà,sicut & de omnibus spectātibus ad illā. ¶ Sexta est lex canonica,quę applicando diffinitionē legis in cōmuni ꝫ.posita ex mēte S. Tho. si nō sit vniuersalis,est ordinatio rationis ad bonū commune ecclesiasticū.ab eo qui habet authoritatē promulgatā.si verò sit vniuersalis,est ordinatio rationis ad bonū cōe ecclesiasticū totius orbis à summo pōtifice promulgata. Si verò sit particularis,est ordinatio rationis ad prouincię vel loci commune bonū ecclesiasticum à metropolitano vel diœcesano aut ecclesiastico collegio habēte authoritatē ꝓmulgata: & tunc propriè dicitur lex municipalis,quæ videt appropriatus sibi nomē statuti. ¶ Septima est lex ciuilis siue politica, quæ si diffiniatur cōmuniter ad iustā & iniustā,vniuersalē & municipalē,sic lex est cōstitutio populi,qua maiores natu simul cū plebe aliquid sanxerūt.dist.ij. lex. Sed si diffiniatur,ad mentē S.Tho.si sit vniuersalis & iusta,est ordinatio rationis ad bonū cōmune ciuile totius orbis à tota multitudine gerēte vices eius promulgata. Si verò sit particularis,est ordinatio rationis ad bonū cōe prouinciæ,vel loci à tota multitudine aut gerēte vices eius ꝓmulgata. Est etiā quædā lex specialis conformis gñali,id est, reſcriptū:& quędā privata, quasi generali aduersa,id est,priuilegiū,de quibus ꝫ. in legis fine. Cū autē sint septē genera legū vniuersaliū,de eis vna intēdimus,cum spectet ad Theologos,nisi quatenus infrà attingit. Volūtas,§.vnico.dicetur de cōformitate veluntatū similiter nec de Mosaica:quia hodie nō viget,nisi quatenus continet naturalē.similiter nec de Euāgelica, nisi quatenus continet præcepta,de quibus infrà Præceptū,per totū . & consilia,de quibus infrà Religione:nec de cōsuetudinaria, quia de hac dictū est ꝫ.Cōsuetudo sed solūm de naturali ex parte:& de canonica,inquantū habet aliquid cōmune cum ciuili:& de ciuili principaliter:& de vtraq; principaliter,inquantū est vniuersalis:inquantū verò est particularis vel municipalis secundariò,inquantū in ea saluantur quæ de lege in cōmuni dicuntur. ¶ Secūdò quæritur,† quæ sint partes harum trium legū,naturalis,canonicæ,& ciuilis : & quomodo allegetur. ¶ Et dico quantum ad naturalem quòd cum partes eius accipiantur solūm penes cōtēta in illa,licet numeraliter sint innumerabilia : in genere tamen sunt tria, scilicet principia.

colligitur ex Inno.in cap.quia plerique.de immun.eccl.&de homic.in c.sicut dignum.& ex cōsil.xxj.&Feder.& Ioā.Cal. & Pan.in prolo.Decretalium.& Ioā.And.in c.quaquam. de vsur. & multis alijs.in casibus vndecim,lex canonica,ciuilis, aut etiam præceptiua,in foro conscientiæ non est seruanda. ¶ Primò quādo lex positiua distinguit inter forū cōscientiæ & contētionis:quia non seruabitur in foro cōscientiæ autho ritate ipsius legis.c.tua.& quod ibi not.de sponſ. ¶ Secundò, quando ius se fundat super præsumptione, & nō super veritate,quia in foro conscientiæ attēdimus ad veritatem,vt credamus confitenti de omnibus:quia solùm agitur de prætudicio animæ eius.de homic.significasti.vnde si veritas sit cōtra præsumptionem,nō seruabitur. Vnde licet hæres nō fecerit inuentarium:tamē in conscientia nō tenebitur,nisi inquantū veritas se extēdit,quāuis ius aliter velit:qa præsumitur plus esse in hæreditate:vt in authē.de hæred.& fal.nor.& probatur in d.c.tua.& in c.literis.in fi.de restit.spol.& in c.à nobis. el j.de ſeu excom.ꝓ quo vide Bald.in l.j.C.de sacrosan.eccl. Si autē iuꝫ hoc faceret in pœnā: vide infrà Pœna. ¶ Tertiò, quando lex non est ad vtilitatē cōmunem.sed principis propter vtilitatem propriam edidit.facit c.erit autē lex . dist.iij. quo casu dicitur lex iniusta ex fine,secundū Pan.in c.canonū. de cōstit.& Sanct.Tho.j.ij.q.xcvj.art. iiij. Adde idem esse si semel instituta sit ad bonū cōmune, sed iam ad illud nō militat:puta cum institutum est pedagiū ad securitatem & cōmoditatem viarum:& non custodiuntur viæ,vel nō reficiuntur pontes,& huiusmodi. ¶ Quarto,quando lex nō distribuit ęque onera subditis:quia est iniusta ex forma,secūdū eosdē. ¶ Quintò,quando excedit authoritatē statuentis:vt patet in statuto episcopi,quod nō ligat delinquentes extra suā diœcesim etiā subditos suos:vt in c.vt animarū.de cōstit.lib.vj. qa est iniusta ex authoritate siue causa efficiēte. ¶ Sextò quādo inducit ad peccatū cōtra legem Dei vel naturæ vel iuris canonici:quia est iniusta ex materia,cuius sunt multæ , de quibus ꝫ.§.seq.quod limita nisi in pœnā deneget aliquid ꝓpter ęquū bonū publicū: vt quòd nō soluens gabellā nō audiatur:vel instrumentū nō registratū in libris cōmunis nō reputetur authenticū,sed falsum:quia locum habebit etiā in foro cōsciētiæ,secūdum Bald.in c.fi quis triginta.fi de feud.cōtro.sue.& idem exemplificat Bart.in extrau.ad reprimēdum in verbo.denuntiationē in Macedoniano & Velleiano. ¶ Septimò,quando est pœnalis:quia ante condēnationem nō tenetur quis soluere pœnā in foro animæ,vt est gl.in c fraternitas.xij.q.ij.de quo dic vt ꝫ. Pœna.§.xxvj. ¶ Octauò,quando ratio legis cessat in foro animæ: quia licet lex , causam vel rationē nō exprimat , eam tamē nō debemus coniectari, & ad limites eius legē limitare vel ampliare, iuxta theoricam Doc.in l.nō dubiū.C.de legib.cuius exēplū vnū est in clausione porrarū , de qua suprà, §.viij.prope medijū. Aliud verò si statuto caueatur quòd vir lucretur dimidiā dotis vxore mortiente,causa nō expressa,cuius causam debemus coniectari ter si eā nō deducit,nō lucratur:secus si æquè lucraretur mulier vt virtquia sūe causa æstimarę affectus maritalis:ideoq; etiā si nō duxisset,lucraretur. Et hoc not.Pan.in c. ex publico.de cōuer.cōiug.& facit qd idē not.in c. quia in insulis. de ſta.mon.de quo ꝫ.§.xvij. ¶ Nonò quādo verba legis non adaptantur ad aliquē casum:quia nec eius dispositio adaptabitur,si de mēte aliter nō constiterit:vt est notabile dictum Bar.in l.iiij.§.toties.ff.de dam.infec.& in Lita autē.ff.de admi.tut.vbi dicit quòd si statuto caueatur quòd soluatur pro gabella de quolibet contractu sex denarij, pro libra istud nō habebit locū in re inæstimabili:quia cùm verba nō adaptentur,nec dispositio.& facit c.indēnitatibus.§. sed cum eas . & ibi Gem.de elec.lib.vj.& Bar.in l.constituti.ff.de testa.mil. ¶ Decimò,quādo lex ciuilis,licet nō sit improbata iure canonico tamē fouet lucrū odiosum proximo,vel rigore quādam:cuius exemplum est in c.filius nosler.de testa.vbi licet lex ciuilis disponat valere legatū rei alienę: nō est tamē fouenda in foro animæ:quia fouet lucrū odiosum hęredi : nec est fundata super naturali æquitate aperte non constito de volūtate defuncti.& facit in simili c.ex parte in fin.cen. & c. dilecti.de iud.& c.j.de dolo & cōtu.de quo dic vt suprà Legatum.iij.§.ij. ¶ Vndecimò,quando lex ciuilis non fuit moribus vtentium recepta,& canon aliter nō dispōnit expresse quia nō obligat de necessitate:et vt not.Pan.in cap. literas. de iura.calum. De lege autem canonica vel statuto, dic vt suprà.§.sexto.ad fin. ¶ Decimò quæritur, † quæ sint leges imperiales iniustæ ex materia , vel secundum animam non ligantes,& non seruādæ? Et dico quòd sunt multę. ¶ Primò, illæ,quæ concedunt filiū germani vnius posse copulare matrimoniū cum filia alterius germani:vt instit.de rap.§.inter eas.& C.de nup.l.nemini.quia secundum Deum tales illebent penitus separari.de consang. & affin.nō debet. & xxxv.q.iij. progeniem. ¶ Secundò,illæ quæ dicunt puellam raptam nō posse cōtrahere matrimonium cum suo raptore.C.de rapt. virg.l.vnica.quia hodie secundā Canones potest.de rap.c. fi. licet secundum antiquos Canones non posset. ¶ Tertiò,illæ quæ cōcedunt homini soluto tenere mulierem solutam in cōcubinam:vt in authent.quib.mo.nat.effi.sui.§.si quis.quia secūdum Deum etiam simpliciter fornicatio est peccatū:& excludit à regno Dei.j.Cor.vj. ¶ Quartò,illæ quæ cōcedunt viro occidere adulterum vxoris deprehensum in adulterio,si est persona vilis,& cui nō debeatur reuerentia.ff.de adulr.l. marito.la.j.& l.fi adulteriū.& C.de adul.l. Gracchus . hodie autem iure nouo non solum deprehensum in adulterio , sed etiam vbiq; post trinam denuntiationem potest occidere:vt in authent.vt liceat matri & auiæ.§.peu.& vlti. & quæ cōcedunt patri habēti filiam in sua potestate occidere adulterū filiæ in domo sua vel generi fornicantē,& ipsam filiam.ff. de adult.l.pater.& l.non in ea.& etiā inuentū in rebus venereis,per l.quod ait.ff de adul.quæ secundum gl.sunt antecedentia scelus,scilicet apparatus,colloquia,locus constitutus, cōmixtio,basia,tactus.& idem Bart. & similiter de latrone & populatore agrorū:quia secūdum Deum nihil horum licet, secundum illud Exod.xx.Nō occides.de quo etiā vide suprà Homicidium.j.§.ij.partic.v. ¶ Quintò, qui damnant tentem in vxorē deprehēsam in adulterio.C.de adult.l.crimen. & l.castitati.quia secūdum Deū & iura canonica potest illā tenere sine pœna,modò velit ab adulterio recedere.xxxj.q. j.§.obiiciunt. ¶ Sextò,qnę cōcedunt in multis casibus repudium vxoris,& dissolutionem matrimonij ritè contracti: & maximè in casu qui not.in c.lege.dist.x.& xxvij.q.ij.sunt qui dicunt,quia hoc in eisdem cap.prohibetur. ¶ Septimò , illæ quæ vxorē nubentē intra tempus luctus mariti,id est, vnius anni,damnant infamia,& multis pœnis.C.de secun.nupt.l.j & ij.quia dicit Apostolus,quòd nubat mulier cui vult.de secun.nup.c.j.in fi.vbi not.Inn.quòd ei remittuntur oēs pœnę quæ sunt tantum ad pœnam ipsius: secus si inde proueniat aliquid ad alios.quod dominus Anto.de But.magis ibidem declarat,dicens quòd pœnę fundatæ super odio secūdarum nuptiarum,vel festinatione transitus,sunt correctæ:vt in d.c. fin.quia contrahere matrimonium non est odiosum neque prohibitū,sed ab Apostolo permissum,quæ verò fundantur super fauore primi matrimonij,adhuc durant:sicut si mater consequitur aliquid ab intestato vel ex testamento alicuius

Universidad de Deusto
Biblioteca

filiorum prioris matrimonij:habet solùm super eo vsumfructum dum viuit,remanēte proprietate apud filios eiusdem matrimonij,si extant:quibus non extantibus cōsequitur plenium ius:vt l.fœminæ.§.fi.de secun.nup. Adde quòd restant pœne positę in fauorem filiorum, & propter culpā matris: sicut lex imponit pœnam matri,quæ agnouit tutelā filij, & transijt ad secūda vota,nō petito tutore filio:vt in l.omnē matri.C.ad Tertul. ¶ Octauò,illę quę filium spurium dicūt non esse alendum,vt suprà Filius.§.utj. ¶ Nonò,illæ quę dicunt hæredem,si non fecerit inuentarium,teneri ad omnia debita defunctī:cuius contrarium dictum est suprà Hæreditas,iij.§.v. ¶ Decimò,illæ quæ in certis casibus dicunt hæredem nō teneri de maleficio defunctī:quia,vt ibi suprà patet tenetur ad omnia eius debita etiam ex maleficio, inquantū hæreditas sufficit. ¶ Vndecimò,illæ quæ volunt relictum in vltima voluntate nō valere,nisi habeat septem vel quinque testes.C.de testa.l.fi.vnus.& l.fin.quia secundū Deum in relictis ad pias causas sufficiūt tres aut etiā duo testes. de testa. cum esset.& cap.relatum. ¶ Duodecimò,illæ quæ dicūt hominem nō teneri ex promissione nudo pacto sine alia iuris solennitate, cum non oriatur inde actio.ff.de pactis.l.iuris gentium,quia secundum Deum & Canones mortaliter peccat recedēs à pacto.extra de pacī.c.j.xxij.q.v.itrameti.cum his quæ ibi not. & idem si promitto vni recipienti pro alio: quia secundum Deum teneor: non autem secundum leges, nisi promissio facta fuerit personæ existēti sub alterius potestate:vt seruo,seu filiofamilias,vel procuratori.seu negotiorum gestori:quia per hos bene acquiritur patri & domino. Inst.de per quas perso.nob.acquir.oblig.per totum.& ff.& C. de .pcu.& de neg.gest. ¶ Decimotertiò,illæ quæ inter ementes & vendentes cōcedunt vel permittunt deceptionē,iuxta dicta suprà Emptio.vij. ¶ Decimoquartò, illæ secundū quas non licet emere seu vendere ea iura & actiones,quæ quis habet contra alium pro minori pretio quàm sit debitum principaliter nō valet emptio,nec peti potest,nisi vsq; ad id quod solutū est,nec etiam possunt talia iura pro parte vendi & p parte donari. C.mā.l.per diuersas.& l.ab Anastasio.sed secū dum Deum talis emptio licet,modò non fiat in fraudē vsurarum:sed propter interesse,aut laborem qui forsitā erit in rehabendo. seu quia dubitatur ne debitor fugiat aut veniat ad paupertatem.Sed de hoc vide infrà Vsura. ij.§.j. ¶ Decimoquintò,illę secundum quas possessor malæ fidei longissimo tēpore,id est.xxx.vel xl.ann,præscribit, quia hoc est falsum secundū iura canonica.extra de reg.iur.c.possessor. lib. vj.vide infrà Præscriptio. ¶ Decimosextò,illæ quæ maleficia cogitationū regulariter nō puniunt. ff. de pœn.l.cogitationis.quia omnis mala cogitatio vel à Deo vel per pœnitentiā punienda est.xxxij.q.ij.omnis. ¶ Decimoseptimò, illæ quæ sice puniant magos &veneficos,tamē qui hęc fecerint cōtra imbres,ventos,& grandines,secundū eas præmiantur. C.de malē.l.eorū.quia secundū Deū talia etiam sic facere est grauissimum peccatū,vt probat Sanct.Tho.ij.ij.q.xcvj. ¶ Decimooctauò,illæ secūdū quas licitū est in causa sanguinis corrumpere accusatorem.ff.de præuari.l.fi.quia hoc secundum Deū nō licet ij.ij.q.lxix. ¶ Decimononò,illæ quæ vsuras permittunt,sed hodie etiā per leges omnes abrogatæ sunt:vt infrà Vsura. §.i.q.j.sicut quæ puniebāt mulierē in lupinari:vt dicit Sanct.Tho. ¶ Vndecimò quæritur,† quæ sint leges iniustæ nō ligantes etiā laicos,nec seruandæ in foro contentioso, ecclesiastico,vel ciuili Et dicit Innoc.in c.fi.de reb.eccl.non alie.& sequitur Pan.in c.j.de resti.in integ.quòd vbi sus canonicum in aliqua materia dat regulam specialē,nō debemus illam distinguere per ius ciuile: verbi gratia, canon inducit

quod lucrum cit vel alijs damnum ex talibus legibus iniustis sequitum est,coadiutores &hæredes eorum,& qui eos ad condendum induxerunt,tenentur insolidum:& similiter seruantes tenentur de omni lucro quod eis earū occasione pertenit, & de omni dāno quod intulerūt:sicut in simili dicā de participantibus cum raptoribus.Et vltra prædictū casum etiam alijs irrogatur excōmunicatio:vt patet si cōderent iudices vtiles faciendis,vel nō restituendis:vt in cle.ex graui.de vsur.&idem videtur Supplemento,si super simonia facienda: cum hodie simonia cadat sub excommunicatiōe papali per extrauagantem Eugenij iiij.cūm detestabile.Sed quia excō municantur simoniaci,& nō statuentes aut deliberātes de simonia:& pœnæ sunt restringendæ:hoc nō credoverū. ¶ Decimotertiò quæritur,† vtrū in iure canonico sint aliqua non ligantia,& no tenenda,quantū ad text.aut gl.aut Doctores ecclesiasticos in genere,licet ecclesia nō possit errare determinando de fide& moribus:vt ś.dictū est ś.Ecclesia.j.§.ij.similiter nec papa vt papa:vt ʒ. papa.§.v.& dico tria,iuxta tria quæsita. ¶ Primū,quantū ad textū iuris canonici ateinet,in decretis sunt multa per cōtrariam cōsuetudinem abrogata seu temocata:sicut quòd clerici incohent ieiunū quadragesimale immediatè post seragesimā.di.iiij.statuimus.cūm duobus seq.& tamē contrarium facere non est peccatum:vt di. ea.§.vlt.Et quòd dies rogationum ante Ascensionē feriētur. de cōsi.di.iij.pronūtiandum.& ieiuuentur.ea.di.rogationes. Et quòd hebdomoda sancta ac paschæ ferietur.d.c pronūtiandum.Et quòd certa forma seruetur in literis dimissōrijs clericorum transeuntium ad officiandū in alia diœcesi. dist. lxiij.quod secundū gl.abijt in dissuetudinē.sed licet illa forma nō seruetur,seruandū tamē est,secundū Archi.quod tradit.di.lxxij.scilicet,quòd clericus alienæ diœcesis nō recipiatur ad officiandū sine literis dimissōrijs,id est,testimonialibus sui episcopi:quod quia nō obseruatur, & nō sine peccato:sequitur quòd scelerati sint iudicē fugiētes nō cogniti ad mittitur:imò aliquādo nullā ordinē penit^a habētes.Et quòd iuramentū fiat à ieiuno. xxij.q.v.honestū. & quòd nō exigatur solenne,id est,in iudicio,& huiusmodi,in quadragesima, aut aduētu,vel diebus dūtaxat vbi in c.decernit:quorū vtrū que p cōsuetudinē abrogatū est,ſcdm gl.ibi.Et quòd repertō furto in monasterio ignoratore,hore,sic fiat purgatio.vt abbas vel alius ex monachis celebrata missa omnibus Dei cōmunionem sub hac obtestatione,corpus dñi sit tibi ad probationem.qđ ſcdm gl.ibi,hodie est abrogatū:quia indebitè fieret,cūm qua cōcordat S.Tho.in iij.Et q̄ sacramēta,scili cet altaris,nō debent nisi à ieiunis celebrari,id est,cōficiī.excepto die cœnæ dñi:de cōsē.di.j.quod ſcdm gl.est abrogatum quantū ad illā exceptionem.Et qđ dicitur de cōse.di.ij. in c.trifariam.de vna ex tribus partibus hostiæ reseruāda in sine missæ:qđ hodie nō seruatur,sed simul duæ siccæ sumūtur.& quod dicit in c.tribus gradibus.de ieiunio seruādo per aliquas horas,scilicet.post sumptū sacramentū, quod hodie nō seruatur,sed paulo post comedi potest, secundū S.Tho. Et quod dicitur in c.omnis.de cōtinendo ab actu cōiugali per tres,quatuor,vel quinque dies ante cōunionem qđ gl.di cit esse de cōsilio:& cōsequenter est debitū honestatis,nō necessitatis. ¶ Multa etiā e dita antiquo iure in eisdem decretis sunt immutata:vt quòd electio papæ fieret nō solū à Cardinalibus,sed etiā ab alijs religiosis & clericis.di.xxiij.in nomine.quæ hodie fit per cardinales:extra de elec.per totum. & c.vbi periculum.eo.tit.lib.vj.& quòd electio episcoporū fieret non à canonicis tantum,scilicet maioris ecclesiæ: sed etiam ab alijs religiosis clericis,dist.lxiij. obeuntibus.quæ dudum secundum iura communia sic fiebat à canonicis cathedralium ecclesiarum,& confirmabatur à metropolitanis:hodie verò quando ambitio & lasciuia totam ecclesiam deturpauit,papa reseruat sibi collationem omnium dignitatum, secundum Arch.id est patriarchatū,metropolitanorū,episcoporum,abbatū,præpositurarū,& plebanatuum seu prioratuū ecclesiarum collegiatarum: & capitula in his se non habent intromittere. ¶ O quis det illa tempora redire, quibus populi sibi eligant & acclament antistites:qui ideo huc raro sunt sanctiquia crebro instituuntur iniqui,& omnium clericorū peiores. Et quòd certa tempora circa grates ordinandorum: puta anni xx.ad subdiaconatum,ad diaconatum xxv.xxx.verò ad sacerdotium:& certa interstitia seu interualla seruent. dist.lxxvij.& lxxviij.per totum.quæ hodie per cle.de æt.& qualit.ord.sunt immutata iuxta dicenda ʒ. Ordo.iiij.§.ij. Et quòd certi gradus,id est,sex cōsanguinitatis & affinitatis ad contrahendum obseruarentur.xxxv.q.ij.iij.& iiij.quæ hodie immutata sunt per decretalem,non debet.de consan.& affi. & reducta ad quartum consang.& affini.inclusiuē. Et quòd omnes in cœna domini,& per in anno communicent,scilicet Natiuitate,Resurrectione,& Pentecoste.de cōse.di.ij.in cœna.& in c.seculares.& in alijs tribus capitulis.quod ex modo loquendi videtur esse sub præcepto,quod hodie est sub cōsilio,excepto die Resurrectionis,qui solus est de precepto,per c.omnis.de pœ.& re. ¶ Multa etiā Gratianus monachus author illius libri ex suo sensu in illo loquitur,quæ non tenentur. ¶ Primò.Nam in di.xij.§.j.dicit quòd ei,qui vrgetur inter duo mala,licitum est minus eligere: vnde videtur quòd quis possit esse perplexus inter duo peccata,ita quòd necesse sit alterum cōmittere.quod ibi gl.sum.reprobat.cui concordat S.Tho. ¶ Secūdò.Nam di.xcv.§.sed illud,post c.presbyteros.dicit q̄ fortè necessitate vrgente in absentia episcoporum,vbi est cōsuetudo,presbyteri possunt in fronte christmare:qđ est falsum,in quacunq; necessitate.& cōsuetudo in hoc est corrupte la,nihil faciens.de cōsue.quātō. & sic tenet S.Tho.& alij Theologi:& videtur gl.firmare.nec episcopus in hoc potest dispensare:sed papa hoc potest,ſcdm S.Tho.& alios Theologos:licet aliqui hoc negent. quod patet; quia Gregorius aliquando in hoc dispensauit:vt patet di. ea.peruenit. ¶ Tertiò.Nam ij.q.j.c.de manifesta.sentit quòd in notorijs,quę ibi vocat manifesta,non requiritur iudiciarius ordo.quod simpliciter non est verum : sed loquitur duminute. vnde & gl.super c.de manifesta.notanter ponit triplex notorium,scilicet facti,iuris & præsumptionis:& quæ & qualis in eis requiratur probatio,vide ibi:& ʒ.Notorium.§.v. ¶ Quartò.Nam q.ea.in c.Deus omnipotens.in §.quādo. dicit quòd qui probatus est notorius peccator, post secundam & tertiā correctionem,id est,monitionem,si incorrigibilis inueniat. est damnatus per sententiam.nō tenetur: quia in huiusmodi notorijs nō requiritur monitio præcedens. ¶ Quintò.Nam xj.q.iij.§.euidenter itaque.post c.ad inensam.dicit quòd imponens manus violentas in personam ecclesiasticam, incurrit anathema,secundum illud xvij.q.iij. , si quis suadente.& exponit anathema,id est,separationem à sacramentis,& ingressū ecclesiæ:non autem cōmunione fidelium.quod ecclesia nō tenet,secundū gl.ibi:quia in contrarium est c. peruenit. de app.Nec valet correctio Io. , vt dicatur quòd talis nō est vitandus antequā denūtietur.qa est expresse cōtra c.cūm nō ab homine.de sen.excō. ¶ Sextò.Nā ea.q.§.cūm ergo sententia.post c.nō solū reus.illud Greg. sententia pastoris siue iusta siue iniusta timēda est,id est,seruāda,exponit iusta,id est, lata p crimine:quod verē est in illo homine.iniusta verò cū non est in eo illud crimen pro quo fertur: puta furtum , sed aliud,puta adulterium:& malē,deceptus secundum glos. ex eo quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

eo quòd Grego. subintulit, ne ipsam sententiam ex alia culpa mereatur, qui Grego. aliam culpam vocat ipsum contemptum sententiæ. De hoc 5. Excommunicatio. ij. § iiij. ¶ Septimò. Nam xij. q. j. quærit vtrum liceat clericis habere propria bona arguens pro & contra. & demum in c. præcepimus. § cùm ergo. soluit q̃ hoc licet clericis orientalibus, quibus licet vti matrimonio: & occidentalibus, quæ ante sua ordinationem legitimè habuerunt vxores & filios: alijs aũt nõ, q̃d est falsum: ideꝫ gl. sumnariam: quia omnibus clericis licet, nisi renuntiauerint proprijs, vt religiosi, vel se voto ad hoc adtrinxerint, vel tempore ecclesiæ primitiuæ. & concor. S. Tho. ¶ Octauò. Nã xiiij. q. j. quæritur vtrũ clericis in iudicio liceat iura repetere. Respondet dupliciter. primò licere clericis etiam perfectis, in iudicio contendere, non pro captando lucro, sed pro dãno vitãdo. secundò, quòd & si non pro suis rebus, tamen pro cõmunibus ecclesiarũ suarum defendendis licet stare in iudicio. Sed imperfecta est ista solutio: & glosſ. sum. perfectius solut, dicens hoc posse omnes clericos, qui possunt habere proprium: & si non habent, vt religiosi possunt repetere bona ecclesiarum vel monasteriorũ suorum, si sunt prælati, vel de mandato prælatorum, si prælati non sunt: omnes etiam clerici possunt agere in iudicio pro miserabilibus personis de mandato superioris. xv j. q. j. peruenit. quãuis magis deceat per alios, id est, laicos litigare. ¶ Nonò. Nam xv j. q. j. dilectio. § potest etiam aliter dici quòd ad prę scribendum, sufficit habuisse bonam fidem cùm quis cœpit possidere, licet medio tempore habuerit cõscientiam rei alienę: sed licet hoc sit contra iura ciuilia, tamen gl. dicit hoc non tenere secundum ius canonicum cui in hoc standũ est: sed oportet habere bonã fidem, id est, credere se iuste possidere omni tempore quo præscriptio currit. de re. iur. possessor. lib. vj. ¶ Decimò. Nam xxij. q. iiij. § vlti. dicit quòd iurans aliquam ducere in vxorem post votum castitatis non prohibetur seruare hoc iuramentum: sed infungenda est ei pœnitentia de violatione voti. quod quidem licet sit verum consummato matrimonio: qui eam dimittere non potest, non obligatione iuramenti, sed maiori vinculo sacramenti: tamen si non cõsumauit, prohiberur sub mortali nõ seruare iuramẽtũ: quia maius & prius, & consequenter obligatius est vinculum voti quàm illius iuramenti. Ibi etiam subdit quòd iurans se non fieri clericum vel religiosum, iurat illicitè, nõ secundum se, sed solũ ex modo: pura quia incõsideratè: quia non adimitur per hoc salus animæ vel corporis: sed secundũ S. Tho. hoc iuramentum est illicitum secundum se, quod est non solum quando adimitur salus animæ vel corporis: sed etiam quando minuitur, vel impeditur profectus animæ per obseruantiam iuramenti. ¶ Vndecimò. Nam xxiij. q. v. §. j. dicit quòd cogens aliquem ad iurandum, peccat mortaliter, si periurat. quod & gl. affirmat: sed intelligitur si scit, aut verisimiliter credit quòd iurabit falsum: vt declarat Aug. in c. ille qui. ea. q. de hoc tamen 5. Iuramentum. ij. §. viij. ¶ Duodecimò. Nam xiiij. q. j. audiuimus. § si autem post. dicit quòd lapsus in veterem hæresim, est excommunicatus, & consequenter suspensus ab executione ordinis & iurisdictionis, & consequenter excommunicare non potest: sed si nouam confingat, non est excommunicatus: & cùm toleretur ab ecclesia, scilicet cùm est occultus, potest excommunicare, & alia agere. sed gl. dicit indistinctè quòd est excommunicatus nec potest excommunicare, siue sequatur veterem, siue noua confingat, scilicet nisi sit omnino occultus, iuxta illud quod dictum est 5. Excommunicatio. iij. §. xj. Valent tamen alia quæ facit dum toleratur. Et idem dicit de schismaticis: nisi fortè in summo pontifice cùm duo creantur, & quilibet credit se esse papam. quod intellige quando haberent causam credendi, & pro vtraq; parte essent rationes vehementes; secundũ Arch. vt accidit inter Vrbanum & Clementem. ¶ Decimotertiò. Nam etiam dist. 50. quærens vtrum lapsi post baptismum, sed pœnitentes possint promoueri ad ordines, dignitates, vel curas, vel iam promoti in eis permanere: soluit dupliciter. Primò in c. sacerdotes. §. quo modo. quòd sic si verè pœnitent: non si fictè, id est, non in odium criminis, sed alio respectu. secundò in c. presbyteros. §. possunt & aliter. quòd sic si peccata sunt occulta: sed si sunt manifesta, quia scandalizãt: sic nec promoueri possunt, nec exequi in suscepto. Sed vtraq; solutio est imperfecta & confusa: necvera simpliciter, licet saluabilis cum additione, secundum Arch. iiij. parte, titxj. c. viij. §. ij. Quantum enim ad primam dicendum est quòd si crimina inducunt irregularitatem, non possunt hus irretiri, quantuncunq; pœniteant, sine dispensatione ordinari vel beneficiari, vel vti suscepti. Exemplum in enormibus, vt in homicidio, mutilatione, hæresi, schismate, simonia in ordine suscepto, dignitate, & beneficio curato, etiã occultis in quibus solus papa dispensat: & in mediocribus cùm sunt notoria: vt in adulterio, sacrilegio, incestu, & huiusmodi, in quibus etiã episcopi aliquãdo dispensant. Si verò non inducunt irregularitatem, possunt peracta interiori pœnitentia, & promoueri, & exequi in prædictis. Quantũ tamen ad debere vel non debere dispensare cum prædictis, procedit prima solutio vt fiat, si verè pœnitent, non autem si fictè. Quantũ verò ad solutionem secundam, supplendũ est: quia si talia occulta sint enormia, necessaria est dispensatio. Si verò nõ sunt enormia, per secretã pœnitentiã purgata nõ impediũt. Manifesta verò seu notoria per confessionem in iudicio vel conuictionem vel euidentiã facti, quæ nulla possit tergiuersatione celari, siue sint enormia, siue mediocria, indigent dispensatione: si tamen sint mediocria & nõ notoria, sed tñ à multis licita, non indigent dispensatione, sed priuata pœnitentia purgantur. Et hæc satis possunt elici ibi ex glo. ium. ¶ Decimoquartò. Nam de pœ. dist. j. quærens vtrum sola contritione & secreta satisfactione absq; confessione sacramentali, cùm tamen adsit facultas, possint peccata deleri: arguit pro & contra. & demum in §. vlt. non determinat, sed relinquit iudicio lectoris quam sequatur opinionem. licet secundum gl. sum. videatur ad hoc declinare quòd sit necessaria confessio, ad quod facit c. fi. Et eodem modo magister Sent. hãc quæstionem moram in quarto indeterminatam relinquit. Sed beatus Tho. ibi in expositione literæ dicit quòd tunc sine proprio dicio salutis potuit vtraq; opinio teneri: sed postquam ecclesia per Innocentium tertium hoc determinauit. secus est: & concor. glo. sum. in fi. post multas falsas opiniones recitatas. ¶ Secundum dictum principale est hoc. Quantum ad glosſas Decretorum dico quòd sunt satis bonæ & necessariæ. & similiter gl. summariæ quæ ponuntur in principio distinctionum vel quæstionum, in quibus cùm multæ recitentur opiniones, vltima est melior. Sunt tamen in diuersis capitulis aliquæ glo. non veræ aliquando. ¶ Primò. Nam xiij. q. ij. in c. tempus. glo. videtur tenere quòd hus, qui sunt in inferno mediocriter mali, valent suffragia facta pro eis ad diminutionem pœnæ, licet nunquam liberentur. quod S. Thom. in iij. improbat. Decepta est autem malè intelligens ibi Aug. qui dicit mediocriter malos eos, qui descendunt ad purgatorium, quibus dicit valere suffragia, vt tolerabilior fit ipsa damnatio, id est condemnatio ad pœnam purgatoriam, vt scilicet alleuietur. ¶ Secundò. Nam de conf. dist. j. super c. tribus. ponit multas opiniones de speciebus eucharistiæ cùm sumuntur, scilicet quòd non descendunt in stomachum mistæ alijs cibis,

cipia, conclusiones, & particula res determinationes. de quibus 1. Consuetudo. §. ix. quæ tamen tria disperſa sunt per totum ius Canonicum ac ciuiles: vnde particulariter non allegantur. ¶ Quantum verò ad ius canonicum, dico quòd partes eius dupliciter sumuntur. ¶ Primò quantũ ad conditores vel modum condendi tales leges: & sic distinguuntur secundum nomina significantia huiusmodi legis præcepta, quæ sunt canon, decretũ, decretalis. Canon autem Græcè, Latinè dicitur regula. iiij. dist. canon. quomodo in medicina sunt canones regulares in medicando. & scriptura dicitur canonica: quia regulat in credendo & agendo: & omne quod habetur in corpore iuris canonici, etiam si non sit constitutio ecclesiastica, sed dictum alicuius doctoris: sed stricte & in proprio dicitur canon cõstitutio ecclesiastica facta in cõcilio vniuersali vel prouinciali: & sic capitur de consti-canonum. Decretum verò secundũ Spe. dicitur quandoq; sententia definitiua. ff. de re iudi. l. decretũ. vel interlocutoria ff. de assess. l. j. in fi. Quandoq; est cõsensus eligentiũ in scriptis redactus. ij. q. j. legum. de elec. innotuit. Quadoq; illud quod capitulũ vel ordo, vel vniuersitas, vel maior pars ordinauit. ff. q̃d cuiusl. vni. l. planè. & quasi per totũ. Quãdoq; authoritas iudicis in alienationibus rerum præcipuè minorum interpositа: vt C. de prædi. mi. l. interpositа. & per totum. Quãdoq; authoritas principis in rescriptis beneficialib. interpositа. Quãdoq; vt in proposito dicitur id quod papa statuit de cõsilio cardinalium nulla facta cõsultatione: quod & in rescripteis redigit: vt de referi. c. præsenti. xx. dist. decreta. & .e. sequenti. Decretalis verò epistola est, in qua papa ad cõsultationem alicuius respõdet. de rescrip. c. j. siue solus siue de fratrũ cõsilio: vt de elec. bonæ memoriæ. Inueniunt & alia nomina significatia iuris canonici præcepta: sed semper significant aliqd prædictorũ ex alia ratiõe: vt dogma q̃d cõstitit in doctrina fidei: mandatũ in doctrina morum interdictũ, in quo nulla pœna adijcitur: sanctio, vbi addijcit pœna. tñ vnũ pro alio frequenter ponitur. xxv. q. iij. si quis. ¶ Secũdò sumunt partes iuris canonici ſedm libros in quibus cõtinetur, quæ sunt quatuor, scilicet Decretũ, Decretalis, Sextus, sic dictus q̃ post quinq; libros Decretalũ fit editus: & Clementinæ, sic dictus quia cõstitutiões cõtineat Clementis quinti. Aliæ autem cõstitutiones papales quæ emanarũt post cõpilationem Decretalium, nõ habent vim, nisi de eis mentio fiat in vj. vel nisi fint editæ post sextum: vt probat in prologo dicti sexti. Decretũ diuiditur in tres partes. primò scilicet in distinctiões centũ, vel centũ & vnã ſedm eos qui vltimã distinguũt. Allegatur autem sic, xxvj. dist. acutius. ita quòd ly. acutius, est principiũ capituli. Et secũdò in causas xxxvj. distinctas per quæstiones distinctas per capitula, excepta ij. q. xxxiij. causæ, quæ distinguitur per septem distinctiones, & vocatur tractatus de pœnitentia: & allegatur sic, xv j. q. j. decimæ. quæstio tamen de pœnitentia allegatur sic. de pœn. dist. iij. septies. Et tertiò in tractatum de consecratione, distinctum per quinq; distinctiones: & sic allegatur. de cons. di. j. vasa. Liber verò Decretaliũ in quinq; libros diuiditur diuisos per rubricas & capitula. & sic allegatur, extra de Iudæ. & si Iudæos imò melius ostenditur ly extra, id est, extra decretum secundum Pan. in p̃mio Decretaliũ: quia allegatio quantò breuior, tantò melior, modò intelligatur. Sextus verò & Clementinæ eodem modo per eadem rubricas distinguuntˢ sicut & Decretales. & eodem modo allegant excepto q̃d addit. lib. vj. vel in cle. sic, de sen. excom. ſi iudex. lib. vj. de ver. sig. sæpe. in cle. Quãtum verò ad ius ciuile dico q̃ partes multis modis sumunt, de quibus prosequit. S. Tho. j. ij. q. xcv. ar. iiij. & ibi vide si vis: sed quantum pertinet ad præsentem considerationem dupliciter sumuntur. ¶ Et primò quantum ad modum descendendi à iure naturali: & sic diuiditur in ius natule, id est, gentium, quod scilicet à natura, etiam sine lege habet authoritatem: & ius legale, id est, lege positũ: vt patet v. Et hic. & ius gentiũ deriuatur à naturali, vt cõsuetudo. vnde & ipsum est aliquo modo naturale. ius verò legale deriuatur vt particularis determinatio: de quo vide §. xeq. parti. ij. Pro quo sciendum est quòd ius siue iustũ naturale dicitur qđ ex sui natura est alteri adæquatum: quod dupliciter contingit scilicet secũdum suam absolutã rationem: sicut fœmina adæquatur masculo: vt inde fiat generatio, & secundum aliquid inde cõsequens: sicut ager adæquatur isti vel illi, vt sit suus proprius, non secundũ suam rationem absolutè: sed secundũ opportunitatem colendi: & similiter hic homo illi, vt sit eius seruus, non ſedm suã rationem absolutè, sed inquantũ vtile est huic regi ab illo, & illi iuuari per illũ. naturale autem primo modo conuenit omnibus animalibus. sicut & apprehendere aliquid absolutè: sed naturale secundo modo est, hominis proprium, quia propriũ est rationis considerare aliquid cõparatiuè ad illud quod inde sequitur. Et hoc est ius gentiũ. Vnde dicit Iurisconsultus, quòd naturalis ratio inter homines constituit id quod apud omnes gentes custoditur, vocaturq; ius gentiũ. ¶ Secũdò diuiditur quantũ ad libros, in quibus cõtinetur: & sic diuiditur in tres ptes principales, quarũ prima dicitur Digestũ: & sic scribitur, ff. & cõtinet 50. libros diuisos in triavolumina. Digestũ vetus, & Infortiatũ, & Digestũ nouũ: quorum quodlibet diuiditur per libros: & libri per rubricas: & rubricæ per leges seu capitula: & hæc aliqñ per paragraphos: vnde Digestũ vetus cõtinet xxiij. libros & partem xxiiij. id est, dictas rubricas: Infortiatũ verò cõtinet xiiij. libros, & rubricã vnã. Digestũ autem nouũ cõtinet libros xij. vnde totũ ff. cõtinet 50. libros. Secũda dicitur Codex, & scribitur sic, C. vel sic, Co. & cõtinet nouem libros vt ſ. Tertia verò dicitur Volumen, quod in se continet quatuor volumina seu opera: primum dicitur Institutа. secundum tres libri Codicis numerati cum nouem prioribus, licet sint in alio volumine. tertium Authenticũ, quartum liber seu vsus feudorũ. Quidam tamen ius ciuile diuidunt in quatuor partes principales: scilicet ff. C. authen. Insti. ¶ Allegatur autem ius ciuile septem modis. Primò sic, ff. de eden. l. si quis ex argentarijs. §. j. id est, Digestis de edendo. l. si quis. §. tali vel tali. & significatur hoc esse in aliquo 50 librorũ ff. secundo sic, C. de epis. audi. Laminimè. id est, Codice de episcopali audientia. lege tali vel tali. tertio sic, C. de agrico. & centi. l. cùm scimus. lib. xj. & patet totũ, excepto quod additur lib. xj. ad denotandũ dictam legem non esse in nouem primis libris Codicis, sed in tribus qui sunt in volumine quorum primus est decimus: secundus undecimus: tertius duodecimus. quarto sic, C. de epis. & cle. auth. statuimus. id est, Codice de episcopis & clericis. authentica, statuimus. Pro quo aduerte quòd quædã sententiæ sunt extractę de libro Authenticorũ, & denotare in margine Codicis vel etiam in aliquibus codicibus inserũ textui ſedm cõuenientiã rubricarũ, quæ nõ sunt quærendæ in Authentico: sed in Codice sub rubrica allegata. Quintò sic, Authen. de leno. §. sancimus. id est, authentico, de lenonibus. §. tali. & alia ponit collatiõe tali: & designat allegata esse in libro Authenticorũ qui cõtinet nouem collationes: vñ ly authentica in gñe fœminino importat legem: in neutro verò librũ Authenticorũ. Sextò sic, In libro vel in vſi. feu. de phi. feu. alie. c. qñ. id est, in lib. vel vſibus feudorũ, de prohibita feudi alienatione. c. tali & patet totũ. Septimò sic, Insti. de re. di. §. item ea. & patet totũ ex dictis. Et sic patet q̃ quãtũ ad allegationes diuiditur in quinque lib. scilicet Digestum, Co-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicem, Authenticum, librum feudorum, & Institutum:
3 quia Codex tribus modis allegatur. ¶ Tertiò quæritur, † quę
sunt tradita per doctores de lege naturali: quæ expedit no-
strę intentioni esse scita? Et dico quòd sunt multa. ¶ Primũ.
Secundum S. Tho. j. ij. q. xciij. ar. ij. lex naturalis nõ est essen-
tialiter habitus rationis, quo scilicet ratio agit: quia ipsa est
quoddam actũ siue costitutũ per rationem: sed est habitus,
id est, aliquid habitualiter tantùm: inquantũ principia eius ali-
qñ habitu tãtũ cõsiderant, id est ipsa principia humanorum
actuũ coterota in habitu, qui est synteresis: puta, nõ inferre
iniuriã, reddere depositũ, vim vi repellere, & hmõi: quæ o-
mnia habent rationem mvnius legis naturalis, inquantũ omnia
referuntur ad vnũ principiũ, scilicet bonũ est faciendũ & ma-
lum vitandũ: qđ est primum præceptũ legis naturalis: vt ibi
subtiliter probat: super quo, inquit, fundant omnia alia pre-
cepta vt scilicet omnia alia facienda aut vitanda pertineãt
ad præcepta legis naturalis, quæ ratio practica naturaliter
apprehendit esse bona. Hæc ex illo. ¶ Secundum. Sicut dicit
S. Th. j. ij. q. xciij. ar. v. aliquid dupliciter potest intelligi esse
de iure naturæ. primò, quia ad illud natura inclinat. vt quòd
nemini faciendo est iniuria. Secũdò, quia natura cõtrariũ nõ
induxit: sicut dicere possumus de lege naturæ esse q̃ homo
sit nudus: qa natura illi vestimenta nõ dedit: & sic est etiã de
lege naturæ communis omnium possessio: quia scilicet di-
stinctio possessionum, proprietas & seruitus non sunt indu-
cta à natura: sed per hominum rationem inuenta ad vitæ vti-
litatem. ¶ Tertium. Sicut dictum est 3. Consuetudo. ff. ix. in
lege naturali tria sunt, scilicet prima eius principia: vt decli-
na à malo & fac bonũ, nulli nocendũ, secundũ rationem vi-
uendum, & hujusmodi. & quædam conclusiones principiorũ
communium, quæ sunt quasi secuodaria præcepta: vt nõ oc-
cides, depositum reddes, iniquũ punies. & omnia præcepta
decalogi: vt j. ij. q. 100. ar. iij. & art. v. ad primum: & quædam
pticulares determinatiões: vt, iniquũ punies hoc vel illo mo-
do. ¶ Quartũ. Ius naturale tẽpore nõ variatur, sed pmanet
immutabile, vt dicit Grati. di. 50. §. j. quod S. Th. j. ij. q. xciij.
ar. v. sic exponit: quia cùm dupliciter hęc lex intelligatur mu-
tari, scilicet per subtractionem, vt iam non sit de lege natu-
ræ quod prius erat: & per additionem. primo modo quantũ
ad sua prima principia est omnino immutabilis: quantumve
rò ad secunda præcepta quæ sunt quasi propinquæ primoũ
conclusiones, est immutabilis in pluribus, sed in pauciori bus
potest mutari, vt dicetur in sequenti particula. Secundòverò
modo mutari potest: quia multa ad naturalem legem super
addita sunt tam per leges diuinas quàm humanas pertinen-
tia ad vtilitatem humanæ vitæ. Tu verò adde quòd etiã pri-
mo modo mutari potest quo ad particulares determinatio-
nes: sicut & lex humana, à qua habent vigorem. ¶ Quintum.
Ius naturale, secundum Ysid. in lib. Etym. est cõmune omniũ
nationum: quod S. Tho. j. ij. q. xciij. ar. iij. dicit esse verũ quã-
tum ad prima principia secundum rectitudinem: quia scili-
cet semper sunt recta & obseruanda: & secundum notitiam,
quia scilicet semper & ab omnibus cognoscuntur esse recta
& seruanda. Et similiter est verum quantũ ad conclusiones
secundũ rectitudinem & notitiam, vt in pluribus: sed in pau-
cioribus deficit quantum ad rectitudinem propter particu-
laria impedimenta: sicut depositum in casu non est reddẽ-
dum, quia esset dãnosum: & cõsequenter irrationabile: vt si
repetatur ad impugnãdã patriam: & similiter deficit in pau
cioribus quantũ ad notitiam, ex hoc quòd aliqui habent ra-
tionem passionibus depraua tam: vel malam consuetudinem
seu mala habitudinẽ naturæ: sicut Germani olim nõ reputa-
bant latrocin ia esse peccata: vt refert Iulius Cæsar. Nec ob
stat quòd dicit Gratia in prin. Decretorum, ius naturale esse
quod in lege, & Euangelio continetur: quæ non sunt omnib.
communia: quia, vt dicit S. Tho. non ideo sic dicitur quasi o-
mnia cõtenta in illis sint de iuræ naturæ, cum ibi quædã tra
dantur supra naturã, vt spectãtia ad fidem: sed quia ea quæ
sunt de iure naturæ ibi plenè continent: vt qđ fiat vel nõ fiat
alteri qđ quis sibi vult fieri vel nõ fieri. Quintũ verò ad par-
ticulares determinationes nõ est omnibus cõmune: quia ve
patet vbi ẽ. q. xcv. illæ nõ habent vigorem nisi ex humana le
ge, quæ scilicet nõ est eadem apud omnes. ¶ Sextũ. Ius natu-
rale prius est omni lege creata: qa cœpit ab exordio creatu-
ræ rationalis: vt dicit Grati. dist. vj. in fi. & post hoc exercitium
habuit ius consuetudinis. ¶ Quartò quæritur, † quis possit fa
cere legem, & dico quòd secdm Host. canonem, id est, eccle-
siasticam constitutionem facere potest papa generalem in
omnibus spiritualibus, & ecclesiasticeis. de coniti. c. fi. & gene
rale concilium eius authoritate factum. di. iij. regula. & legi
tus in prouincia sua. de offi. le. c. fi. de loca. & condi. ex relatis
& conciliũ prouinciale, siue legatus ad faciendũ illud specia
liter destinatus. dist. xvj. quod dicitur. & metropolitanus cum
suo cõcilio prouinciali de parvis negotijs & spectantibus ad
onus suũmo autem de magnis, vt spectãtibus ad fidem. xvij.
di. multis. sed sui canones obligãt solũ sibi subditos, id est, p
uinciales, & secundum Arch. di. iij. §. j. durãt etiã eo recedẽ
re. de offi. le. nemini. de aljs autem præceptis, inhibitionibus
& interdictis, dicit quòd si prohibeat aliquem aduocare potẽ
tempus suæ administrationis: ille aduocare poterit. ff. de pœ.
l. vlt. secundũ Vin. & similiter, si ad tempus prohibet illud. ff.
de pœ. l. moris. Si verò sententialiter cum causæ cognitione,
suo officio fuito nihil minus tenet statutũ. & ita intelligitur
C. de postu. l. j. Et similiter canonem facere potest episcopus
in sua diœcesi. de maio. & obe. si quis. & hoc saltem in suo cõ
cilio synodali, secdm gl. di. xviij. §. j. licet propriè nõ cõsueuit
dici canõ, sed cõstitutio synodalis. Et similiter capitulum
põt sibi cõstitutionem facere, extra eo. c. cùm accessissent. &
vniuersitas clericorũ ac magistrorũ, extra eo. ex literis. & si-
militer statuere aliqd ius, di. xj. catholica. vbi dicit Arc. quod
nullum statutũ facere potest ecclesia cathedralis vel alia si-
ne cõsensu episcopi. de cõsue. cũ cõsuetudinis. & de his quæ fi-
à præla. nouit, nisi sint aliqua minima. Et ratio est: quia epi-
scopus est caput cathedralis ecclesiæ & aliarũ, de testi. requi-
siti. & sine capite nihil est faciendũ, scdm Inno. qui sic no. de
cõst. cùm accessissent. Et qđ videt cõtradicere, extra de cõst.
cùm oẽs. & de cle. nõre. cùm dilect⁹. Dic q̃ illa iura possunt
intelligi qñ illa cõstitutio facta fuit authoritate episcopi vel
nõ erat qui illã impugnaret aliàs nõ valeret, nisi papa ex certa scientia illã cõfirmasset, scdm Bar. Cõpost. qui ita no. in
c. cùm omnis. ¶ Legem verò ciuilẽ gñalẽ facere põt in tem-
poralibus Imperator. C. de legi. l. ij. & l. fi. & præfectus prę-
torio. & oñes quibus Imperator hoc mãdat, & populus Ro
ma. & Romanus senatus, & omnis ciuitas seu populus põt si-
bi legem facere, pbant hæc omnia Insti. de iur. nat. §. j. & ibi
Dicit aũt Bal. in Lõnes populi. ff. de iusti. & iu. q̃ quantũ quis
habet de iurisdictione, tantum habet de authoritate condẽ
di legem vel statutum, nec vlgerius extendit: nisi in quo
rum interest, consentiant, vel ad minus sint præsentes, secun
dum Inno. in c. j. de loca. & in c. à nobis. el j. de sent. excom. &
allegat cap. finali. de his quæ fiunt à præla. Ratio secundũ
do. Anto. in c. cùm laicis. de reb. eccle. non alie. quia potestas
statuendi dependet à iurisdictione & imperio in statuente, &
subiectione quo ad eum in quem statuitur. de constit. eccle-
sia. xcvj. distin. bene quidem. glo. & Bar. in l. j. ff. de iurisdictio.
omn. iudic. ¶ Omnium autem dictorum, in hoc §. quo ad ca-

nones & leges rationem assignat Sanct. Tho. j. ij. q. xc. quia,
inquit, ordinare aliquid ad bonum cõmune, quod facit lex,
est vel totius multitudinis, vel alicuius gerentis vices eius. vn-
de legem cõdere pertinet ad totã multitudinẽ, vel ad perso
nam publicam, quæ habet curã totius multitudinis. Et dicit
etiam idem in ij. dist. xliij. in lit. quòd potestatis spiritualis &
secularis papa apicẽ tenet. Vnde dico quòd ipse potest quo
ad omnia ex causa facere legẽ vbiq; melius quàm Impera-
3 tor. vide ẽ. Legitimatio. §. iij. ¶ Quintò quæritur, † quę vel
quot requiruntur ad legẽ esse iustam? Et dico secundũ Archi.
post Sanc. Tho. j. ij. xcvj. ar. iiij. quòd leges dicuntur iustę vel
iniustæ secundũ quadruplex genus causarũ. quod sic intelli-
ge, quia requiritur ad iustitiã earum iustitia secundũ omnes
causas simul. ad iniustitiam verò sufficit iniustitia secũdum
vnam: quia secundũ Dio. bonum est ex totali & integra cau
sa. malum ex singulis defectibus. ¶ Ex fine igitur dicitur lex
iusta, quando ordinatur ad bonum commune. quod est finis
eius: iniusta verò quando est contraria bono cõmuni: sicut
quando imponitur ad priuatam vtilitatem imponẽtis vel ex
piditatem aut gloriam iniusta est. ¶ Ex causa verò efficiente
iusta est, si statuẽs nõ excedit suam potestatem: quia scilicet
eam facit subditis: sed iniusta verò si fert eam super eos, in
quibus non habet potestatem: puta si laicus quicunq; etiam
Imperator, faciat legẽ etiã super clericos: vt qđ respondeant
in foro suo, vt soluant talias, & hmõi. ¶ Ex forma ve-
rò iusta est quando secũdum æqualitatem proportionis im-
ponuntur onera subditis in ordine ad bonum cõmune: quia
cum vnus homo sit pars multitudinis, quilibet homo quod
est & quod habet est multitudinis, sicut & quælibet pars
quod est, totius est. vnde ex causa iusta à rectoribus imponũ
tur, collectę, secundũ proportionẽ: puta ad se defendendũ in
bello iusto: iniusta verò quãdo nõ imponũtur onera propor
tionaliter: sed aliqui alleuiantur: aliqui nimis notabiliter ag
grauantur. ¶ Ex natura verò iusta est, quando est de rebus in
te instis: iniusta verò quando est de illicitis: puta cõtra ius di-
c vinum aut naturale. ¶ Sextò quæritur, † quæ & quot requi-
rãtur ad hoc quòd lex habeat vim obligatiuam in se siue in
communi? Et dico quòd multa. ¶ Primò quòd sit iusta: quia
aliàs non habet rationem legis, secũdum Sanct. Thom. vt di
ctum est. ¶ Secũdò, quòd sit publicè promulgata, aut solem-
niter edita: puta, in consilio populi, secundum Pau. de postul.
præla. o. j. ¶ Tertio, quod elapsum sit tempus post quod in
cœpit obligare: circa quod sciendum est quòd Host. & simili
ter Ber. quos sequitur Supple. dicit indistinctè cõstitutionẽ
generalẽ incipere arctare post duos mẽses à publicatione: et
vt in auth. et hoc no. constit. in rubro & nigro. colla. v. & idẽ
Io. And. nisi aliud in cõstitutione caueatur: quia, inquit, cum
hoc sit iure ciuili expressum, & iure canonico contrariũ nõ
sit cautum, illud seruabimus: quoniam etiam roboratum vi
detur extra ne cler. vel mon. c. vl. & de senten. excõ. nouerit.
inferiorum autem constitutio secundum eũdem Host. puta,
capitulorũ & vniuersitatũ, vel episcopi, & hmõi modi ligat in
continenti facta promulgatione, nisi fortè absentes & igno
rantes, quibus neq; tempus dabitur, neq; limitabitur, sed re-
quiritur iudicis arbitrio extra qui ma. accu. pol. c. fi. Sum. ve
rò Ang. indistinctè dicit legẽ postquã est solenniter edita li
cet scientes sine expectatione temporis alterius. Sum. verò
Ros. medius distinguit Panor. in c. cognoscentes. extra eod.
Nam aut constitutio ponit tempus, post cuius lapsum vult li
gare: & standum est tempori. & sic intelligendum c. cum sin
gula. de præben. lib. vj. adeò quòd si constitutio dicat, quòd
ex nũc vult ligare, immediatè ligat. quod intellige respectu
retractationis actus: non autem respectu pœnæ: quia absur-
dum esset ad pœnam obligari ignorantes: vt in d. c. cognoscentes. nam verba generalia debẽt restringi ad hoc vt ab-
surditatẽ nõ includant. Aut cõstitutio non apponit tempus,
sed loquitur simpliciter: & tũc si est inferioris à principe, im
mediatè ligat omnes facta promulgatione nisi fortè absen-
tes & ignorates, quibus nec tempus dabo nec limitabo, sed
iudicis arbitrio relinquo: in constitutionibus tamẽ inferio-
rum à principe opinio est determinata quòd non ligãt ignо
rantes. extra eod. vt animarum. lib vj. Si verò est constitutio
principis, secundum omnes dantur duo mẽses: vt in dicta au-
thẽ. vt fac. no. constit. quod quidem tempus incipit currere
secundum aliquos à publicatione facta in prouincia: vt vide-
tur velle dicta authen. secũdum alios verò à publicatione fa
cta in curia Romana pro quo vide glo. super data lib. vj. vbi
dicit Ioan. And. primum esse verum in cõstitutione Impera
toris qui discurrit per prouincias. secundum verò in cõstitu-
tione papę qui sic non discurrit. Et ita expressẽ tenet Pan. in
c. nouerit. de sent. excom. dicens non esse necesse constitutio
nem papæ publicari in qualibet prouincia: sed satis esse si in
curia Romana. Et ita tenet Sum. Ro. & tenẽdũ est, cum eius
statuta nõ sint singulorum auribus inculcanda. de po. præla.
c. j. licet ipse Panor. in d. c. cognoscentes. dicat se de hac opi-
nione Io. And. dubitare. Sum. ramen Angel. idem tenet esse
de vtraq; cõstitutione, contra illud quod seruatur in practi-
ca: & præterea cũ nulla fortè decretalis publicata sit in om-
nibus prouincijs, nulla vbiq. ligaret. Si verò ante terminũ
dicti temporis cõstitutio veniat ad notitiã, immediatè ligat,
secundũ gl. in c. j. de reb. eccl. nõ alie. lib. vj. & idẽ Paul. ibi:
& idẽ Host. & idem Pan. in c. j. de post. prælat. & placet Io.
de Lig. quia frustra expectatur euentus, cuius nullus est effe
ctus. de offi. deleg. cũ cõtingat. ¶ Quartò, quòd per infe-io-
res sit suscepta & approbata. dist. iij. in istis. §. leges. vbi & vir
tualiter hæc ratio assignatur: qa si minores vtentiũ possunt
legem confirmatam abrogare, possunt etiam facere ne firmetur & accipiat vim obligatiuã. Et si opponatur quòd hoc
sit absurdum: quia potestas condentis legem penderet à sub
ditorũ arbitrio: dico primò hoc nõ esse inconueniẽs in prin-
cipe seculari, id est, Imperatore. quia, vt recitat & sequit vide
tur Archid. distinctione. iij. lex quidam, vt Landu. dicit popu
lum posse auferre Imperatori authoritatem quam in eum
transtulerunt, iuxta §. sed quod principi Institut. de iur. natu,
sicut iudex qui delegauit. sed omnes ecclesiæ nõ possunt au
ferre authoritatem à papa: quia eam habet à domino. Vide
si vis Archid. tertia parte, titu. xviij. cap. vnico. col. iij. Esto ta-
men quòd illud sit inconueniẽs in Imperatore, sicut in papa
dico quòd hoc non sequitur: quia potest princeps deputare
executorem compellentem ad obseruantiam legis: quo ca-
su necessaria erit susceptio legis subditis compulsiua. Et dato
quòd compelli nõ possint: adhuc non sequitur illud inconue-
niens: quia eo casu, quo princeps vult compellere, sed ne-
quit non receptio non impedit vim legis: cum eo modo eã
impediat quo consuetudo tollit, scilicet quia princeps scit &
tolerat. ¶ Circa hoc Car. in proœ. clement. duo dicit, primũ
quòd non receptio tunc excusat, quando lex per consuetu-
dinem contrariam est non recepta, quã princeps scit & tole-
rat. quod intelligo qa alibi vel à maiori parte est recepta: &
sic intelligitur illẽtũ cap. in hos. & cap. seq. secũdũ, quod aliàs
non receptio nihil operatur. Ego autem approbo primũ dic-
tum & secundum, quando maior pars recipit, vel princeps
non receptionẽ non tolerat. secus si eam scit & tolerat: pu-
ta si condita lege antequam veniat tẽpus receptionis actus
lis seu vsus, propositum mutat, & tolerat, non vsum. ¶ Pro
maiori autem horum notitia sciendum est quòd gl. singula-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris in cap.quia circa,de consang.& affin.dicit quod tolerantia & dissimulatio principis in actu de iure prohibito inducit dispensationē.quod do. Aut intelligit quādo cōstitutio papæ à principio nō recipitur,papa sciente & tolerāte quo casu tolerantia excusat à peccato.nō autem si à principio recipitur ab aliquibus,& ab aliquibus non hoc autem Pan.limitat,quando maior pars populi recipit rem: quia tunc minor peccat:secus ecōtra.Et ex hoc nota pulchrā theoricā,q̄ vbicūq; lex generalis recipitur in vsu à certo genere personarū ab alioverò nō:nō recipiētes nō peccant,saltē per lōga tēpora:ad quod di.iij.leges.Secus si in eodē genere personarum maior pars recipit:q̄a minor nō excusatur: sed potest habere locum illud de præben.cū tandudū.scilicet,multa per patientiā tolerātur, &c.Et ex his etiā colligi potest alia theorica,scilicet quòd etiā lex præceptiua tollitur,si moribus v. tentiū nō recipit:licet aliud cēseat Host.cuius dictū est verū,quādo lex est principis inducēs ex natura sua peccatū ex cōtrauētione:vt q̄a cōcurrit cū lege diuina. 3. Cōsuetudo.§. vij. ¶ Septimò quæritur,†quot & quæ requirātur ad hoc vt 7
lex obliget,& liget illū hominēvel illū in particulari?Et dico q̄ requirūtur quatuor,requisita ad hoc q̄ in se habeat virtutē obligatiuā,de quibus in §.priore dictū est: & vlterius requ ritur quòd nō ignoret legē sine culpa, sed eā sciat,aut ignoret suā culpariuxta ea quæ dicta sunt 3.Ignorātia. §.viij.Et q voluerit ignorantiā probare,postquā scientia præsumitur,id est,post tēpus quo lex cæpit arctare,indubitāter admittēdus est,secundū. Pan in d.c.cognoscētes.vt in c.fi qui ma.accus. pos.& in l.fi.ff.de decre.ab ord.& in c.j.de post.præla.vbi dicitur q̄ nō facilè admittitur:ex quo sequitur quòd admitti pōt. Ex quo etiā patet quòd in cōscientia nō ligatur ignorās sine culpa sua:alioquin frustratoriè admitteretur ad pbandū suā ignorantiā.Admittitur autē secundū Dire.& Io.And. proprio iuramēto.de sen.excō.si verò.el ij.vel alio modo si probare pōt:quia fuit in alio loco vel extra diœcesim,secundum Ber. Inn. & Host.in c.cū in tua.qui ma.acc. pot.Si tamē præsumptio aliqua esset cōtra eum,nō crederet iuramento: quia in dependētibus à conscientia aliorum nō statur iuramento eius,vbi sunt cōiecturę aliquę in cōtrariū:vt dicit Pan.in c.vidua de reg.qd intellige in foro contentioso secus in foro
2 animę vbi conscientię suæ stat.ur.¶ Octauò quæritur,† vtrū lex canonica vel ciuilis aut quæcūq; cōstitutio vel statutum obliget ex sua transgressione ad mortale semper & in omni casu?Et dico quòd lex vel statutū quādoq; præcipit,quādoq; mādat,quādoq; consulit.quod quādo fiat,vide infrà, Præceptū.§.ij.Omnis igitur transgressio præcepti,mādati, vel cōsilij.si fit ex contēptu,est pctm mortale eo modo, quo dictū est 3.Contēptus.§.ij. Trāsgressio verò mādati cessante cōtēptu est venialis tantū,secundū doc. quod intelligo etiā in cōstitutionibus ciuilibus:quia secūdū Archi.post Ang. leges Imperiales iustæ obseruationis necessitatem imponūt etiā in foro cōscientiæ. Trāsgressio verò præcepti seu statuti præceptiui,humani,canonici,vel ciuilis,cessante cōtemptu,de se & regulariter est peccatum mortale,nisi fiat ex rationabili causa,secus si fiat ex causa rationabili.vera vel saltē,pbabiliter credita.Hoc enim sentit S.Tho.quo ad ius canonicū.ij. ij.quæst.cxlvij.arti.iij.ad secundum. vbi dicit quòd transgrediens præceptū de ieiunio ex contēptu , vel impediēdo sinē legislatoris, peccat mortaliter,nisi ex causa rationabili . Et similiter quantum ad ius ciuile. ij.ij.quæst.xcvj.artic.vj . vbi dicit quòd omnis lex ordinatur ad bonū cōmune:sed contingit quòd aliquid seruari communi saluti sit vtile in pluribus : quod tamen in casu est nociuum: & tunc lex non est seruanda:vt si lex mādet non aperiri portas dum ciuitas est obsessa:nihilominus aperientur contra verba , & secundum mentem legis,ea casu quo hostes insequerentur aliquos,per quos ciuitas conseruatur.Hoc tamen cōsiderandū est quòd si obseruatio legis secundum verba nō habeat subitum periculum,cui oporteat statim occurri, non pertinet ad quemliber interpretari quid sit vtile: sed est solius principis , qui propter huiusmodi casus habet authoritatem dispensandi in legibus. Si verò sit subitum periculum non patiens tantam moram vt ad superiorē possit recursus haberi , ipsā necessitas dispensationem habet annexam,quia necessitas non subditur legi.Hæc ex illo.& sic verum est illud,Necessitas non habet legem,sed ipsa sibi facit legem.j.quæst.j.remissionem §.sed notandum.Idem etiam sentit Archidia.in cap.veniam. distinctio.lxxvj.dicens quod præcepta quę per modum statuti vel constitutionis proponuntur, non eodem modo obligant omnes,sed secundum quod requiritur ad finem, quem legislator intendit,cuius authoritatem si quis transgrediendo contemnat,vel alio modo transgrediatur quòd impeditur finis quem intēdit peccat mortaliter.Sed si ex rationabili causa non seruet,& præcipuè si non decerneret esse seruādū legislator si adesset,nō est mortale.Et si obijciatur quòd præcepta ecclesiæ obligant sicut præcepta Dei,secūdum illud Lucæ x.Qui vos audit,me audit:dic quòd præcepta Dei sunt iuris naturalis,& secundū se necessaria ad salutē:sed ista tenetur,secundum Sanct.Tho.Hæc ex illo.Et consentit Panorm.super rub.de ob.ieiu.dicēs quòd in omni præcepto legis positiuæ admittitur exceptio causæ rationabilis: vt si quando.de rescrip.aliàs transgressio esset mortale,etiam sine contemptu.Nec est facienda distinctio an transgressio fiat ex consuetudine vel ne:quia iterario actuū de se veniali non facit mortale.Et si obijciatur,quia ebrietas,si est aliqua est mortalis.xxv.dist.§.alias ea demū.dic vt 3.Ebrietas. §.j.Opinio autem Sum.Ang.est quòd non sit'mortale facere cōtra præceptum legis humanæ,nisi ex contemptu vel consuetudine.De hoc etiam supra ieiunium.§. viij . & ligeā. Inobedietia. ¶ Nonò quæritur,† vtrum leges humanę,canonicæ vel ciuiles obligent in foro conscientiæ,sic quòd teneāt seruandæ?Et dico quòd secūdū S.Tho.j.ij.q.xcvj.& ij.ij. q.lx.leges humanę,si sunt iustæ habēt vim obligandi in foro cōscientiæ à lege ęterna,à qua deriuātur:secundū illud Prouerb.viij. Per me reges regnāt,&c.nō aūt si sunt iniustę,nisi ratione scādali vitādi in his,quæ sunt contra Deū.Sed hæc dicta sunt vera regulariter,in casu tamen aliter est.Vñ Pan.in c.quia pleriq;.de immun. eccl.ex mente doctorū ponit duas regulas ad cognoscēdum quādo ligāt in foro cōscientię.¶ Prima est,q̄ vbicūq; ius positiuū habēs cōcursum legis seu iuris naturalis,disponit super restitutiōe vel retētione,seruanda est talis lex etiā in foro cōscientiæ.& probatur regula:q̄a lex positiua peccati nō nutritiua,est seruāda etiā in foro cōscientiæ:ex quo nulla alia lex distinguit eo casu inter forū iudiciale & pœnitētiale:nec subest causa distinguendi.¶ Secūda.Vbicunq; inter legem positiuā & naturalē datur dilectio pantia,seruanda est lex seu æquitas naturalis in foro animę, nisi lex positiua ex aliqua iusta & vera causa disponat cōtra illā.quod quomodo fieri possit , vide suprà Cōsuetudo.§.in. ¶ Adde tertiā,quādo ius ciuile nō cōtinet in se peccatū, nec ab ecclesia reprobatur:quia seruari debet in foro cōscientiæ: quia vbi Euangelicis & canonicis decretis non obtemperauerint, omni reuerentia digoę habeātur,scilicet leges ciuiles.di.x.§. ecce.nisi vt infrà §.codē,casu x.& §.xv.per totū.Et quantum colligi

cibis, vel descendunt quidem, sed per sudores aut occultos meatus exeunt seu resoluuntur:vel quòd quàm citò atterantur dentibus,definit ibi esse corpus Christi. quæ omnes sunt falsæ per San.Thom.& alios Theologos,secūdum quos est idem iudiciū de eis vt de alijs cibis quātum ad digestionē & nutrimentū:& tandiu sub eis est corpus Christi,quadiu durāt in stomacho,etiā si sumātur à mure: cōtra aliam gl.ea dicit c.qui bene dicentē quòd statim ibi desinit esse, cum à mure species sumuntur,de quo vide suprà Eucharistia. iij. §. iij. & Eucharistia.iiij. §.j.in fin. ¶ Tertiò Nam ead.dist. super c.timorem.videntur dicere quòd post institutionē eucharistię,& ante resurrectionem Christi,tolusChristus poterat cōficere, & quòd si in triduo mortis aliquis apostolorum cōsecrasset, nō fuisset ibi corpus Christi sine anima:& quædam alia quæ cōmuniter nō tenēntur:licet secundū Capreo. dici possit hoc sacramentū sic institutū fuisse,vt solùm Christo viuente conficeretur.¶ Quartò. Nam dist.xl.super c.si papa tenet quòd non solum pro hæresi,sed pro quolibet notorio crimine , ex quo scandalizatur ecclesia,posset deponi papa,si post monitionem esset incorrigibilis.quod est falsum:vt suprà Concilium. §. iij. ¶ Quintò.Nam xxij.q.ij.super c.ne quis arbitretur.tenet mandatū officiosum,quòd alicui prodest, & nulli nocet,esse peccatū mortale in viris perfectis,id est,perfectè abrenuntiantibus omnibus temporalibus . quod secundum San. Tho.ij.ij.q.cx. est falsum:quia perfectio personalis aut status perfectionis non facit venialе de se esse morrale , nisi ratione scandali:quod tamen in huiusmodi nō semper esset mortale , sed rarò. quod determinare difficile est. ¶ Sextò. Nam ij.q.j.super c.si peccauerit.quæritur primò,vtrū fraterna correctio intelligatur de occultis vel manifestis. Et videtur tenere secundum Io.quòd de occultis,quæ tamen sciuntur à paucis,& probari possunt.sed Sanct. Tho.dicit simpliciter de occultis mortalibus.¶ Secundò quæritur , vtrum ad eam teneātur omnes ex præcepto?Et dicit quòd quantū ad peccatum perpetrandum tenentur omnes:quātum ad perpetratū prælati solum ex præcepto:subditi verò ex consilio.sed bea. Tho.probat simpliciter ad hoc omnes teneri.¶ Tertiò quæritur vtrum ad denuntiationem admittātur omnes,vt crimi nosi & infames?Et dicit quòd admittitur omnes,modò bono zelo denuntient:quod de criminosis nō præsumitur:quia sua vitia nō correxerunt.Sed veritas est secundū Arch.quòd ad denūtiationē euangelicam,id est,charitatiuam,vbi intendit solùm emendatio,omnes admittūtur,nisi præsumatur quòd hoc nō intēdant:sed ad iudicialem, vbi etiā intenditur punitio,seruādum est quod dicitur extra de accusa. qualiter & quando.& c.inquisitionis.vide suprà Denuntiatio. ¶ Tertium dictū principale est hoc.Quantū ad doctrinas ecclesiasticas triplex est genus.Quædam enim sunt reprobatæ tanquam falsę & hæreticę.xxiij.q.iij.c pen.& dist.xv.sancta Romana.in palea, extra de sum.tri.& fi.cath.dānamus.Quædā verò in d.cap.sancta Romana.declarātur apocryphæ,id est, quasi occultæ seu secretæ secundum Archid.dist.xvi.in prin. q̄,scilicet nō in ecclesia,sed remotè & secretè sunt legēdæ. quod intellige de apocryphis ex dubietate veritatis,de quibus loquię.d.c. sancta Romana.de quibus quisq; liber est ad credendū quod vult vel nō credendū.nō autē intelligitur de apocryphis solùm ex dubietate authoris,cuiusmodi sunt alii qui libri in biblia,qui tamē publicè leguntur.Quædamverò sunt' approbatæ,de quibus vide in d. sancta Romana.& addē q̄ inter doctrinas Doctorum solenniter approbatas, est etiā hodie doctrina Sancti Doctoris:vt patet per extrauagā tem Ioā.xxij.& per bullam Vrbani v.directā archiepiscopo & cācellario & magistris & vniuersis in ciuitate Tholosana, cuius vltima verba sunt hæc: Volumus insuper & tenore præsentiū vobis iniungimus,vt dicti bea. Tho.doctrinā tanquā vetidicā & catholicā sectemini, eamq; studeatis totis viribus ampliare.Adde etiā quòd secundū & Ang. Archi.in c. noli dist.ix.in doctrinis Doctorū approbatis aliquid potest reprehēdi.quod hinc patet q̄ inuice aliquādo contraria scripserunt,sicut Hieron.tenuit nō esse bigamū eum,qui vnā vxorē habuit ante baptismū,& alia posti & Aug.tenuit cōtrarium,cuius etiā sententia præfert dist.xxvj.acutus.in spectatibus tamē ad fidē & mores necessarios ad salutē nullo modo discordāt Sācti Doct.realiter secundū Arch.Adde etiam secundū Arch.super c.quis nesciat.dist.ix.quòd rubricæ Decretaliū authenticātur in Proœmio Decretaliū, vbi dicitur, vrātur.& extra vt lit.pend.nihil.inno.in gl.rubricæ:& simili ter rubricæ vel tituli legales sunt authētici.ff.de in integ.resti.l.j.nō autē rubricę Decretorū,vnde aliquādo inuenūtur falsæ.xvj.q.j.placuit.secundum Inno.qui ita not.in proœm. Decret.quæ tamē ponūtur ibi dicta coetiorū vel summorum pōtificū vel Doctorū approbata sunt:sed nō dicta Gratiani,secūdum Io.And.¶ Decimoquartò quæritur, †vtrū omnes ligētur lege,quasi legi subiecti?Et dico ex Arch. & S. Tho.j.ij.q.xcvj.art.v.quòd cum lex habeat duo , scilicet q̄ sit regula, & habeat vim coactiuā: dupliciter aliquis subdit humanæ legi primò scilicet vt regulatus regulæ: & secundò sicut coactus cogēti.Primò modo humanæ legi oēs subijciuntur,qui subdūtur potestati eius qui fecit legem : nō autē alij,siue simpliciter sint absoluti à subiectione potestatis:vt si qui sunt de vna ciuitatevel regno,nō subdūtur legibus principis alterius ciuitatis aut regni,siue sint absoluti quantum ad aliqua solùm:sicut subiectus procōsuli regulatur eius mādatis:sed nō in his quæ dispēsantur ab Imperatore.Secūdò aūt modo subdūtur mali,quorū volūtas à lege discordat nō boni,quorū volūtas legi cōsonat: quia quod est coactū, est violentū & cōtrariū voluntati: vnde isto modo lex iusto posita nō est.j.ad Tim.j.sed impijs.Igiturvi dicitur xxx.q.iij. in c.duæ.qui lege priuata,id est, Spiritus Sancti ducitur,non adstringitur lege publicæ:quia scilicet illa lex est sup omnē lege humanā.vnde secūdū quod ea ducūtur viri spirituales, non subdūtur humanæ legi, quātū ad ea quæ sunt contraria ductiom Spiritus sanctiad quam tamē ductione pertinet vt viri spirituales subdatur humanæ legi, secundū illud 1.Petri ij.Subiecti,&c.&,Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.xj.q.j.magnū.Princeps etiā,vt dicit Iuris:cōsultus solutus est legibus suis,scilicet quātū ad vim coactiuā : quia nullus seipsum cogit:nec alius in eum potest ferre sententiā & sic dixit Dauid,tibi soli peccaui,id est,à te solo sum puniē dus:vt patet de pœn.dist.iij.totā. nō autē quātū ad directiuā: sed est subiectus secūdū iudiciū Dei:vnde debet eā seruare propria volūtate:vt de cōsti.cūm oēs. Est etiā suprà legem, inquantū potest eam mutare,& in ea pro loco & tēpore dispēsare.hęc ex illis.Igitur potest dispēsare secū ex causa,sicut cum alijs:sine causa verò non seruando peccaret.¶ Decimoquintò quæritur,†vtrū leges aut statuta laicorū ligēt clericos,& alias ecclesiasticas pſonas,vt teneātur hęc obseruare? Et dicit Pan.in c ecclesia sanctæ Mariæ.de cōstit. q̄ aut lex disponit specificè sup rebus ecclesiasticis & bonis earū:& sic est nulla, & nō seruāda,tanquā condita ab eo qui non habet potestatē:quia nec Imperator nec alius secularis habet potestatē super ecclesias aut ecclesiasticas pſonas:vt in d.c.ecclesia:Et hoc verum est,nisi in duobus casibus primò quādo est priuilegiatiua: q̄a potest quis priuilegiare etiā nō suū subditum,& sic intelligitur c.nouit.de iudi.vbi allegat' lex Theodosij.Secūdò quādo est fundata super naturali ratione: qua

tunc

Universidad de Deusto
Biblioteca

tunc seruari debet non ratione legis,sed ratione iustitiæ naturalis.Iscire oportet.ff.de excus.tut.§.qui nō iustè. Aut lex disponit generaliter non faciendo mentionē de clericis & ecclesiasticis:& nūc si nō pōt seruari sine peccato:vt in præscriptione malæ fidei,nō est seruāda à quocūq;de præscrip. c.fi.& c.licet mulieres.de iureiu.lib.vj.Si verò est rationabilis,& non contradicēs Canonibus,seruāda est,etiam quo ad clericos & ecclesiasticas personas,si est fauorabilis:vt in ca. requiris.el ij.de appel. Vnde statutū disponēs vt existentibus masculis mulier non succedat,porrigitur etiā ad clericos:vt not. Pan in c.cōstitutus.de restit.in integ.Et similiter priuilegiū cōcessum hominibus alicuius loci,cōprehēdit etiā clericos illius loci,licet nō exprimat.Ad quod facit c.dilecti.de foro cōpet.& not.per Ioan.de Lig.in c.quod clericis.de foro cōp.Bal.in l.cunctos populos.C.de sum.trin. Vbi etiam notandū est quod quādo talis lex generaliter disponens,potest se habere ad cōmodū & incōmodum, nō potest dici præiudicialis: sicut si statutū disponit quòd primogenitus succedat,secūdogenitus.licet sit clericus,nō succedet.Similiter in statuto,quo masculi excludūt mulieres,nō succedet mulier, licet sit effacta religiosa:vnde omnes leges disponētes sup cōtractibus emptionis,vēditio.locatio.comoda.& huiusmodi,si nō contradicunt canonibus vel legi naturæ,sunt seruāde,etiā quo ad ecclesiasticas psonas.Pro quo facit.e.j.de no. oper.nunt.& est de mēte Hol.& Io.And.in c.ecclesia.vt litepend.Sed si afferatur præiudiciū simpliciter,secus est:vt qui nō facit inuentariū,vel intra tale tēpus non adiuit hæreditatem,sit priuatus,& huiusmodi quia nunquā potest esse ad cōmodū ecclesiasticorū ideoq; nō tenetur similiter quādo statuitur ne possit aliquid vendi nō subditis.Si verò lex ciuilis est generalis & rationabilis,sed deuiās à canonibus:seu exemplū est in c.ij.de arbi.lib.vj.tunc in foro seculari seruabitur,sed nō in ecclesiastico,neq; in terris subiectis dominio ecclesiæ:quia debet seruari tūc lex Canonica in vtroq; foro. pro quo facit c.fi.duobus.de app.& quod no.in c.quod clericis.de foro cōpet.Aut lex ciuilis disponit super materia ad ecclesiā pertinente,non disponēdo de ipsa materia,sed tollendo lucrū,quod aliàs declarat:vel imponēdo pœnā actū explicanti. Exemplū primi de raptore contrahente matrimonium cum rapta,in quo casu lex priuat omnibus bonis datis sibi à raptore,& sic nō valet:vt vult glos. not.in c.de puellis xxxvj.q.j.& eā sequi videtur Feder.consil.xxxv.& mihi placet:quia videtur intimidare matrimoniū:& sic nō est seruāda,etiam quo ad nō ecclesiasticos.Exemplum secundi.Statutum punit contrahentē sine cōsensu patrisvel agnatorum & nō valet secundum Panor.vbi suprà.Item aliud exemplum. Lex punit mulierem cōtrahentē intra annū luctus:vt C.de secund.nup.quasi per totum,& non valet,ratione prædicta: quod limitat vt suprà §.x.casu vij.Aut lex ciuilis disponit circa accidētia tēporalia ad actū spirituale,vt in dote: & tunc si nō cōtradicit canoni,valet c. Raynutius.& c. Raynaldus. de restit.& quod no.in c.ij.de dote post diuor.re.& hoc verū, nisi intimidet cōtractionem matrimonij. Si verò cōtradicit canonitunc pēdet ab illa quæstione,cuius fori sit causa dotis.& Ioā.in c de prudentia.de dote post diuor.re.& Panor. tenuit quòd est missi fori.& sic lex seruabitur in foro suo:& locus erit præsumptioni cap.cum sit generale.de foro compet. Aut lex ciuilis procedit circa actum specialem præsumēdo, & lex canonica inuenitur cōtraria:puta,lex presumit matrimonium si masculus & fœmina simul habitāt.Ian libere.ff. de rit.nup.si sit libera, & nō facit quæstū de corpore,vt ibi: lex verò canonica præsumit adulteriū siue fornicationem. xxx.q.v.aliter.& sic standum est in vtroq; foro iuri Canonico:quia lex imitatur canones.de iudi.c.clerici.Et secundum hæc limitatur dicentia leges seruādas,quæ Canonibus nō contradicunt.¶ †Decimotextò, circa legis intellectū quæritur,quomodo lex sit interpretanda:Et dico quòd quid,& quotuplex sit,& à quo fiat interpretatio legis,dictum est suprà Interpretatio.quomodo aūt debeat se habere interpres interpretando,vt veniat ad legis intellectum, dico ex Pan. in c.ad audientiam.de decī.quòd diuersitas vocabulorū inducit diuersitatem rerum:& rarò contingit quòd duo vocabula idem per omnia importent:alias ars induceret superfluitatē. Et de hoc est pulcher tex.in l.si ijdem codicilli.C.de cod.& ad hoc d.c.ad audientiā.Et ibi dicit Io.de Lig.quòd si apparet de mente legis,est standum etiam cōtra proprū verborū significatū:vt in l.cū pater.§.dulcissimis.ff.de leg.ij.vbi verba restringūtur per rationem expressam.Ratio est quia verba deficiunt intētioni,nō ecōtrario:cum se habeāt verba & intētio seu ratio vt corpus & anima:quia sicut anima corpori,ita ratio legis verbis dominatur.ad quod l.non dubiū. C. de legi.Si verò de mente nō costat nunc si verba sunt clara, non est ab eis recedendum:vt in c.fi.de verb.sig. Quod intelligo vbi ratio nō est expressa in lege:nec cōiecturari potest ratio naturalis eius: quia vt singulariter dicit Cyn.& alij post eum in d.l.non dubiū.vbi ratio nō est expressa in lege,debemus cōiecturari per similia ratione naturalē, quæ movere potuit legislatorem,qui sine ratiōe nō fuit motus: cum sine ratione condita lex.inquit.erit autē.& secūdum illam rationē conjectatā possum restringere & extendere legē etiā odiosam:vt §.leq.Sed vbi dictam ratione cōjecturari no possumus, procedit dictum Io.de Lig.videlicet quòd recurratur ad verba, si clara sunt. Si verò sunt dubia: tunc facienda est interpretatio per alias leges.si fieri potest:quia iura debent inter se sic concordare:vt in cap.cum expediat.de elect. libro vj.Si verò per alia iura apparet nō potest intellectus:sic recurrendum est ad consuetudinē ciuitatis:vt l.minimē.& l.fi.de interpretatione.ff.de legi.& in cap.cūm dilectus. de cōsuet. Si verò non apparet de consuetudine loci:recurrendum est ad similia:vt in l.non possunt.ff.de legib.In defectu verò omnium,recurrendum est ad principem: quia eius est interpretari,cuius est condere.Quod debet intelligi quando per remedia suprædicta vel similia haberi nō potest legis exercendo.& sic intellige legem voiciam.C.de profect.quin vbi.Constant.lib.xij.vbi datur Doctoribus potestas interpretandi:& idem in iudicibus,iuxta not.in cap.cūm speciali.de appel. Vide tamen quod not.Bar.in l.non aliter. ff. de leg. iij vbi dicit quòd primò debemus inspicere qd senserit testator:quia ante omnia voluntas testatoris dominatur.l.cūm virum. C. de fideicom.Quod si non apparet,debemus deinde inspicere qd'est verisimile.l.fi mater.C.de instit.& substit.sub cond. fa.& l.mulier.ff.ad Trebellia.Et si nō appareat quid sit verisimile: tunc inspicimus propriam significationem verborū, & ita loquitur dicta l.non aliter. Vide etiā glos.singularē, quam omnes sequuntur,in l.tale pactum. §. fin.ff.de pactis, quæ dicit quòd dispositio facta in vnum casum, trahitur ad alium:de quo si disponentes cogitassent, verisimiliter idē disposuissent.Quod notat quia facit ad multa. De prædictis autem dominus Bap. à Plisco in quodam opusculo sic dicit. Quantum ad interpretationem legum & canonum, quod quantū ad hoc vniuersale est, conclusio est quòd vnius dispositionis vnus est intellectus,& nō plures:nam intellectus sumitur à ratiōe,nō à cortice verborū.l.scire leges.ff.de legat. & ideo in illa lege dicit Bald.quòd cuius est multiplex intellectus,cuius veritas ignoratᵉ.Et ideo Barr.in l.in ambiguo.ff. de rebus dub.dicit quòd quādo vna lex habet plures rationes

eius,qui omnes possunt esse veri:illa lex reputatur inutilis, nisi probentur per alias leges. In hoc autem aduertendum est quòd illa lectura,seu ille intellectus,est magis tenendus, qui vitio careat,si alij vitio non careant:quod probatur per reg. Iam ambiguo.ff.de legi.& in l.capienda.ff.de re.iu. Præterea ille intellectus est magis tenendus, qui est magis dubitabilis:per reg.l.quod Labeo.& ibi no.ff.ad Curb.&declarat do. Abbas in c.cūm in iure.de elec. Bar.tamē in dd.in ambiguo. vult quòd ille intellectus sit magis tenendus, qui probatur per meliores rationes &leges. Præterea quando ex proprietate sermonis duo intellectus includuntur:ille est magis tenendus qui colligitur magis propriè.Ita probat l.nepos. Proculo.ff.de verb.sig.¶ Decimoseptimò quæritur †specialiter, quomodo lex sit interpretanda ex sua ratione seu causa finali?Et dico quòd quid sit ratio vel dicta causa,& quomodo importetur & cognoscatur,dictum est suprà Causa.quomodo verò ex ea debeamus legem interpretari,& duci in mentem eius, patet ex statim dicendis hic,& §.seq.nam ratio legis plus debet attendi,quàm lex ipsa,id est,quàm legis verba. l.j.C.quæ sit longa cōsuetu.& distinc.j.consuetudo.vbi dicitur quòd lex est quicquid ratione constitit. Vnde Bald.in c.j.de constit.dicit quòd lex constitit in substantia rationis.& Bar.in l.cum mulier.ff.sol.mat.dicit quòd ratio legis &mens legis idem est.quod intellige causaliter,&de ratione finali;quę dicitur ipsa lex,secundum Bal.in c.dilectur.el ij.de rescrip.qui etiam dicit in l.fi quis seruo.C.de fur.quòd ratio finalis est anima legis.Et ideo vbicunque habet locum ratio legis habet locum etiam lex.C.de interdi.l.j.secundum Archi.& sequitur Gem.in c.vbi periculum.de elec.lib.vj.& hoc etiam si verba contradicant:vt l.scire oportet. §.aliud.in verbo,sed & si maximè verba legis.ff.de excu.tu.quia non in foliis,sed in sensu consistit Euangelium.j.q.j.Marcion.&.c.intelligentia.de ver.sig.& facit tex.in l.iij.C.de liber.præteri.quia vbi, inquit,manifestissimus est sensus testatoris,interpretatio verborum nusquam tantum valet,vt melior sensu existat.Bald. etiam in l.commissoriæ.C.de pac.inter emp. & vendi.dicit quòd licet iudici sit imposita necessitas seruandi statutum secundum formam,prout iacet ad literam,arg.l.j.§.si is qui nauem.ff.de exercito.tamen non habebit locum hæc necessitas,nisi saluo intellectu:quia litera occidit, & spiritus viuificat.Pro quo facit glo.in cap.illo vos.in ver.pignus.de pigno. Vnde si qua iura dicunt legem seruandam etiam in foro animæ verum dicunt, quando eadem est ratio in vtroq; foro: quia sic in foro animæ non cessat,secundum Pan.in c.cua.de visit.in fi.Sed tamen prædicta intellige iuxta dicenda §. seq.

12 ¶Decimooctauò quæritur,†vtrum ex ratione legis sic debeamus interpretari & intelligere legem,vt eam in similibus&odiosis ac pœnalibus extendamus?Et dico quòd de extensione legis ad similia,dictum est ?. Argumentatio. §.j. Quantum verò ad odiosa & pœnalia, dictum est etiam ibi aliqualiter:sed plenius patet ex statim dicendis. ¶Nam secundum Io.de Imo.& Gem.in c.fi post quam.de elec.lib.vj. duplex est mens legis, scilicet cōprehensiua & extensiua.de quibus §.§.xx.quæ duo sic intellige.nō quia dicant duas mentes,sed eandem comparatam dupliciter vel ad duo, scilicet ad rem de qua agitur in lege,cuius est ratio:siue ad casum in ea cōprehensum:& sic dicitur cōprehensiua:& ad aliā rē similem siue ad alium casum:& sic dicit extensiua.¶ Igitur secundum mentem cōprehensiuam fit extensio legis in pœnalibus:& à fortiori in fauorabilibus,secundū Io. de Imo.& Gem.vbi?.Sed propriè nō est extensio.Et sic intelligo quod dicit Pan.in c.quia in insulis.de sta.mo.quòd lex. debet ampliari,& restringi ad limites rationis expressæ, etiam si verba non patiantur:vt in l.adigere.§.quamuis. ff.de iure patro. & in l.cūm pater.§.dulcissimis.ff.de leg.ij.& in l.pater.§.fundum.ff.de leg.iij.& facit c.cūm dilecta.de confir.vti.vel inuti.& bonus tex.in reg.fi.de reg.iur.lib.vj.& quod no.Bar.in l. item quæritur.§.qui impleto.ff.loca. Et idem Pan.in c.j.de iura.cal.dicit quòd etiam in pœnalibus seu odiosis quando ratio est expressa,extenditur & ampliatur dispositio legis ad limites rationis expressæ:no.gl.in cle.j.in verbo,eligatur.de elec.& in cle.ij.in verbo,pileum.de vita & ho.cle.& in d.reg. fi.& quod no.ibi Dy.& Io.And.in mercu.& quod no. in d.§. dulcissimis.Secus autem esset in dictis pœnalibus,secundum eundem Pan.in c.j.de sent.& re.iudi. vbi allegaretur simile sub terminis facilioribus vel paribus:vt no. Inno.in c.cūm speciali.de appella.Secundum mentem verò legis extensiuam non sit extensio legis in pœnalibus ex identitate rationis:sed solùm in non pœnalibus,secundum eundem Io.de Imo. & Gem.& de elec.c.statutum.libro.vj. ¶ Pro quo sciendum est quòd in hoc est magna difficultas inter Canonistas. Nam Io.And.fuit sibi multum contrarius in glosis suis:quia in c. dilpendia.de rescriptis.lib.vj. dicit quòd per identitatem rationis habet locum dispositio,sed non pœna.sed in clemen. j.de electio.aliter sentit.Glossa verò dicti capituli,sæpe.dicit quòd constitutio pœnalis extenditur ad alium casum quàm comprehensum,quando est eadem ratio,& omnimoda similitudo:& tunc propriè non dicitur extensio:quia scilicet quod est ex ratione legis est ipsa lex. & dominus Per. dicit istam glossā esse singularem. Sed To.de Imol.& Io.Andr. dicunt non fieri extensionem legis seu constitutionis pœnalis,etiam si sit omnimoda similitudo, & subsit eadem ratio, vt etiam no.Io.And.in regu.odia.de reg.iur.libro vj. Et hoc communiter tenetur pro conclusione & regula vera:& probat cap.constitutionem, de regul.libro vj . vbi patet quòd constitutio loquens de Prædicatoribus & Minoribus, non habeat locum in alijs mendicantibus , licet subesset eadem ratio:vnde propter identitatem rationis lex eam prorogauit ad alios mendicantes.Fallit tamen hæc regula in multis secundum Gem.in d.c.sæpe.quam ibi vide si vis.Ego autem teneo opinionem dictæ glossæ.in cap. sæpe.cum limitatione quòd ratio sit expressa saltem indubitatè præsumpta? Et dico quòd constitutio pœnalis,cuius ratio est expressa per legem,extenditur ad casum alium non expressum , si ratio sit par simpliciter,seu eadem,aut certè maior:& legislator particulariter non disponat in contrarium declinando à ratione legis propter aliquam particularem aut priuatam consideratione:quia sicut,philosophicè loquendo , est impossibile esse eandem causam, quin sequatur idem effectus : ita, loquendo iuridicè,impossibile est esse eandem rationem,& non esse idem ius:cum ratio ipsa sit formaliter ius& lex:nisi hoc sit ex voluntate legislatoris, vt dictum est : quam tamen sequi non tenemur nisi exprimatur : vt patet per Sanctum Thomam,de virtu.quæstione xxiij.artic.vij . & infrà Obedientia.§.vltimo.vnde nisi ipse specialiter disponat contra vel præter rationem legis , semper fiet dicta extensio in pœnalibus,vbi ratio est expressa in lege & est eadem : vt l. his solis.C.de reuocandis donationibus. ad quod etiam textus optimus in l.ij.§.quid si curatores.& §.quid si decesserint ff.ad Tertull.& l.palam,in §. tenatus.ff.de ritu nuptiarum. Nec potest dici propriè quòd sit interpretatio extensiua,sed potius intensiua seu intellectiua : quia lex non est aliud quàm ratio legis:vt probatur in l.non dubium . C.de legib. & quod lex pœnalis extendatur,si in ea est scripta ratio naturalis aut ciuilis,tenet Bald . post Bart.ol . & similiter Panormit.etiam si ratio non sit expressa , modò sit indubitatè

præsump

Universidad de Deusto
Biblioteca

præsumpta:vt ꝛ. Argumentatio. §. j. Sed, vt dici, limita nisi legislator specialiter & expresse disponat in contrariũ dictæ rationis declinando ab ea. Vnde gl. j. in c. cõstitutio, de elect. lib. vj. vult constitutionem pœnalem non extendi ad casum alium, etiam si ratio legis sit expressa: quãdo ipsa cõstitutio est exorbitãs. Vide etiam infrà, Pœna §. iiij. ¶ Decimononò
19 quæritur, †vtrum lex vel constitutio pœnalis debeat aliquo casu latè interpretari. & no. Bart. vnum singulare in l. quem admodũ. C. de agri. & cen. lib. xj. quòd licet lex pœnalis & odiosa extra propriũ significatum nullatenus extendatur, vt in regula, odia. tamen vbi extensio tendit in fauorẽ reipublicæ: ita debemus ipsam extendere sicut legẽ fauorabilem: vnde cùm pertineat ad fauorẽ reipublicæ puniri maleficta, vt quincia quieta permaneat. l. congruit. ff. de offi. præsid. si per statutum punitur facies: punitur etiam fieri faciẽs. Huius ratio, licet Bart. non dicat, est: quia pars totũ quod est, totius est, vnde cum stricta interpretatio in pœnalibus sit in fauorem alicuius hominis, qui est pars totius multitudinis: cõtemni debet ille fauor propter fauorem totius communitatis. Panor. quoque in c. ex tenore. qui fil. sint leg. dicit quòd constitutio pœnalis debet & potest extendi, & largo modo interpretari, quando emanat, vt euitentur pericula animarũ. cuius ratione intellige esse, quia pro salute animæ cõtẽnenda est corporis salus. Sed limita quando etiã ipsa larga interpretatio expedit saluti animarũ. Et ex his fieri potest regula generalis philosophica, quòd quoties illud, in cuius fauorem tendit larga interpretatio cõstitutiõis pœnalis, est fauorabilius eo, in cuius fauorẽ tendit interpretatio stricta, largè interpretandum est: quia eius, quod magis diligimus, oppositum magis odimus regulariter, secundum Philosophum. ¶ Vicesimò quæritur, †quomodo mõstretur & deprehẽdatur mẽs
20 legis comprehensiua & extensiua? Et dico secundum Ioann. de Imo. & Gemi. in d. c. fi postquam. de ele. lib. vj. quòd comprehensiua monstratur ex quatuor. ¶ Primò, ex cõmuni vsu verborum: quia præualet omni rigori & significationi verborum. ff. de le. ij. l. librorũ. §. quod tamen Cassius. & de consue. cum dilectus. ¶ Secundò, si aliter intelligendo sequeretur absurdus intellectus: cum lex debeat esse possibilis & honesta. iiij. dist. erit autẽ. & no. Bartol. in Omnes populi. ff. de iusti. & iure. Exemplũ: Lex dicit, qui occiderit hominem, capite puniatur. Si ad insaniam debet intelligi, sequitur quòd occidens seipsum defendendo, vel furiosus, deberet occidi. cõtra cle. si furiosus. de homi. quòd est absonum. ¶ Tertiò, quãdo in lege est expressa ratio legis: quia ex illa, vt dictũ est, colligitur mẽs legis. & facit cle. j. de elec. Exemplũ in c. ex parte. de postulan. vbi prohibitio de aduocãdo facta monachis, extenditur ad canonicos: quia licet sint diuersi, tamen quia constituto fundat se super religione, extenditur etiam ad canonicos. Et ideo omnis constitutio quæ habet respectũ ad religionem, licet loquatur de monachis, cõprehendit etiã canonicos, & omnes quitria vota promittũt. Secus si loqueretur de religione cum aliqua qualificatione: puta monachus niger, & huiusmodi. ¶ Quartò, quando per eandem constitutionem vel per aliam apparet ad quod ibi est positum, gratia exempli fuisse positũ. ticut l. j. ff. vti possi. dicitur quòd licet verba edicti loquatur de æde: tamen in fundo etiam habent locum. vt in §. hoc interdictum omnibus. ibidem. mens autem extensiua secũdum eosdem comprehẽditur ex identitate rationis non scriptæ, vt in l. j. C. de interdi. & rele. facit c. inter cætera. de rele. & c. ij. de transla. præla. quia de similibus ad similia idem iudicium est: vt dicitur in d. c. ¶ Vicesimoprimò quæritur, †vtrum si lex aliquid non prohibet, in
21 telligatur esse concessum? Et dico quòd in c. inter corporalia. de transla. habetur duplex argumentum: vnum scilicet quòd prohibita intelligantur omnia quæ non sunt cõcessa. dicente tex. quòd nõnunquam intelligitur prohibitum quod non est concessum: aliud quòd cõcessa intelligantur omnia, quæ non sunt prohibita: & vtrunque argumentum habetur ibi in glos. quæ & soluit, dicẽs primum habere locum in iudicijs: addẽ & contractibus stricti iuris: vt in arbitrijs, & priuilegijs, & rescriptis licitis: secundum verò in iudicijs & cõtractibus bonæ fidei, in beneficijs, absolutionibus, & in edictis prohibitorijs, in quibus quilibet admittitur qui non prohibetur. Dicit autem Hostien. quòd si cõstitutio promulgata est affirmatiuè, omnia quæ continet, & ex eis sequentia videntur cõcessa, nisi reperiantur prohibita: puta concessum est contrahere matrimonium ergo cuilibet, & semper, nisi reperiatur prohibitũ. Si verò promulgata sit negatiua, omnia ex eis sequentia intelliguntur prohibita, nisi reperiantur cõcessa: sicut prohibetur ne quis occidat: ergo semper & omnibus prohibetur. nisi quando inuenitur concessum. ¶ Vicesimosecundò quæritur, †vtrum lex indulgens aliquid quod potest tendere in alterius præiudicium, intelligatur saluo interesse partis? Et dico quòd sicut tenet Bal. de pa. iura. fir. & Panor. in c. j. de iudi. ¶ Vicesimotertiò quæritur, † verum cõstitutio intelligatur respicere præterita vel futura? Et dico quòd futura solum. de constit. c. cognoscentes. & ibi Panorm. & hoc nisi in ea nominatim de præteritis caueatur. eo. ti. c. fi. Sed adde singulare dictum Panor. in c. quoniã simoniaca. de simo. quòd constitutio iuris antiqui declaratoria addens nouam pœnam, non extenditur respectu pœnæ ad præterita: & sic respectu illius pœnæ censetur cõstitutio noua: quod optime probatur ibi. Nam licet ante illam cõstitutionem concilij simonia cõmitteretur in receptione monialium pretio dato, tamen ista pœna non erat sic statuta, scilicet quòd monasteria committentes simoniam in earũ receptione de monasterijs pellerentur, in arctiore ad agendum pœnitentiam detrudẽdæ: quæ pœna nõ extenditur ad moniales ante dictã cõstitutionem per simoniam receptas. Hanc opinionem tenet Panor. de Elea. in proœmio Clementi. & idem Card. per. gl. in cle. graui. de vsur. & idẽ Land. Et dicit idem Panorm. in d. c. fina. quòd vbi cõstitutio est declaratoria iuris naturalis, extenditur ad præterita: quia is qui declarat, nihil de nouo inducit. hæredes palam. ff. de testamen. Vnde potius ligat cõstitutio antiqua, quàm noua declinatoria. Sed vbi cõstitutio est partim declaratoria, & partim noui iuris editoria. Exemplum: Dicit cõstitutio quòd nemo audeat vsuras exercere: & quicunque exercuerit, punitur publicatiõe omnium bonorum. Nam certè licet factum sit damnatum de præterito: tamen pœna publicatiõis cõmissa fit de nouo, non extenditur ad eos, qui vsuras exercuerunt ante istam cõstitutionem. ¶ Et per hæc soluitur quæstio subsequens: gabellarij exigentes pedagia à clericis sunt intrecti
22 muni excommunicati episcopaliter solum, vt in c. quisquam de cen. lib. vj. sed deinde per extrauagantes, & præcipuè in cria à tempore Pauli secũdi sunt excommunicati papaliter. Quæritur ergo, vtrum illi qui inciderint in antedictas extrauagantes sint excommunicati episcopaliter tantùm, vel etiã papaliter? Et dico quòd episcopaliter tantùm: quia licet istæ posteriores cõstitutiones sint iuris veteris declinatoriæ, pœnæ tamen in eis contentæ sint nouæ, & ad præterita nõ extenduntur: & idem in similibus dicito. ¶ Vicesimoquarto quæritur, †vtrum lex vel statutum loquens per verba præteriti temporis indulgẽdo aliquid, extendatur ad futura? Et dicit panorm. in d. c. cognoscentes. de consti. quòd nõ, nec dicitur

materia

materia delinquendi vt est tex. limitans hanc materiam in l. cum lex. ff. de legi. per quam dicit Bar. quòd si statuto cauetur quod quilibet bannitus soluens decem, existimatur de banno: non habet locũ respectu eorũ qui bannientur de futuro: quia daretur materia delinquendi. Secus aũt si cessaret hæc ratio: quia licet loquatur per verba præterita vel præsentia, extenditur ad futura: quia lex semper loquitur. l. Arriani. C.
23 de hære. ¶ Vicesimoquintò quæritꝰ, †vtrũ leges humanę sint mutãdæ faciliter? Et dicit Aug. in primo de lib. arb. quòd lex temporalis quãuis iusta sit, mutari tamen per tempora iustè potest. quod ꝛdm S. Th. j. ij. q. xcvij. ar. j. dupliciter cõtingit, lex sit quid directiuũ actuũ humanorum. Primò scilicet ex parte rationis, cui naturale videtur gradatim ab imperfecto ad perfectũ venire. vnde sicut primi philosophantes tradiderunt imperfecta quædam per posteriores magis perficienda: ita in operabilibus primi intendentes inuenire aliquid vile hominũ cõmunitati, instituerunt imperfecta quæda in multis deficientia, quæ posteriores mutauerũt, instituẽtes aliqua quæ à cõmuni vtilitate deficere possent in paucioribus. ¶ Secundò, ex parte hominis per mutationem conditionis homi
24 nũ: quibus ꝛdm in diuersas eorũ cõditiões diuersa expediũt. sicut ꝛdm Aug. vbi ꝛ. si populus sit moderatus & grauis, & communis vtilitatis diligentissimus custos: rectè fertur lex, qua sibi liceat creare magistratus: quæ potestas sibi rectè adhibitur, si paulatim deprauatus, flagitiosis regimen cõmittatur. Vnde sicut ciuilia, ita & canonica iura aliquando mutata sunt: sicut patet di. lxiij. c. vota. circa electionem pontificum, quæ principibus catholicis vsu & constitutione præsentabatur, vt illa eorum authoritate roborata nullus hæreticorũ aut schismaticorũ auderet cõtraire. sed quia Imperatores suũ modũ ignorãtes aliquãdo nõ in numero cõsentiendum, sed distribuentiũ, imò exterminantiũ esse voluerũt, frequenter etiã in hæresim lapsi vniuersitatem ecclesiæ impugnare conati sunt: sanctorum patrũ cõtra eos instituta prodierunt, vt se electioni non ingererent: & qui eorum suffragio ecclesiã obtineret, anathematis vinculo innodaretur. Nõ tamen debent leges sine causa multũ vtili vel necessaria mutari, di. xij. ridiculum. quia vt dicit S. Tho. cum ipsa legis mutatio, quantum in se est, habeat detrimentũ communis saluti sine vtilitatis, eò quòd consuetudo iuuat ad obseruantiam legis, quæ ab ea habet maximam virtutem secũdum Philosophũ, secundo Pol. nunquã debet lex mutari, nisi ex alia parte tantum recõpensentur cõmuni saluti quantum ex ista derogatur: quia interum rectè mutatur, inquantũ per eius mutationem prouidetur bono cõmuni: hoc aũt contingit ex aliqua maxima & euidenti vtilitate prouenient ex nouo statuto, vel ex eo qđ est maxima necessitas: quia lex aut grauamen,
25 aut iniquitatem, aut nocumentum continet. ¶ Vicesimosextò quæritur, †quibus & quotupliciter lex tollatur? Et dico q̃ multis & multipliciter. ¶ Primò, per consuetudinem contrariam, vt dictum est ꝛ. Consuetudo. §. vj. & ꝛ. Statutum. §. iij. ¶ Secundò, tollitur etiam per non vsum aliquo modo: pro quo scito quòd, vt colligitur ex Pan. in c. Ioannes. de ele. con
ing. si non vsus habet in se actũ tacitũ cõtra dispositionem iuris, inducit cõsuetudinem derogatoriã legis. Exemplũ: lex defert hæreditatem cõmuniter & æqualiter filijs tam masculis quàm fœminis. Lmaximũ vitiũ. C. de liber. præ. sed cõsuetudo defert solũ primogenito, vel solũ masculis. Licet igitur secundogenito vel fœminæ nunquã sint vsi illa lege cõmuni, tamen consuetudo inducitur propter actũ tacitũ contrariũ legi. Si verò non vsus non habet actum contrarium legi tacitum vel expressum, non inducitur consuetudo contra legem per non vsum: sicut: verbi gratia: licet sint plus quàm
ceutum anni quòd nullus vendidit hermaphroditum: non tamen non est abrogata lex, quæritur. ff. de stat. ho. quæritur vt æstimetur secundum statum præsentem. Similiter licet non agam contra eum, qui mihi damnum dedit, actione legis Aquiliæ, nõ tamen per hoc abrogatur illa lex: quia ipsa nõ necessitat ad agendum, sed dat facultatem. ¶ Tertiò tollitur per legem siue cõstitutionem cõtrariã pro quo no. quòd Pan. in c. cùm accessissent. de consti. & Bar. post Cy. in d. l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. dicit quòd prior lex vel constitutio tollitur per legem contrariam posteriorem: licet non fiat mentio de prima. de cogna. spir. c. j. nisi habeat clausulam derogatoriam ad secundam: quo casu opus esset facere mentionem de prima. arg. l. si quis in principio. ff. de lega. iij. & in c. nonnulli. de rescriptis. aliqui tamen dicunt oportere facere mentionem de prima habente dictam clausulam derogatoriam ad secundam, si loquamur de priuilegio, & rescripto, quæ sunt priuatæ leges: non autem si de legibus & statutis: per cle. dudum. de sepul. quia cum princeps præsumatur omnia scire, videtur velle reuocare scienter statuendo in contrarium: sed secus in priuata, quæ est in facto, & placet hæc opinio etiã si lex prior priuata non habeat dictam clausulã: quia dicit Arch. simpliciter quòd posterior constitutio priorem tollit, etiam si de illa non faciat mentionem: nisi prior sit rescriptum. de rescri. cæterum. vel priuilegium. vt no. dis. xviij. quoniam. in gl. vel niti sit consuetudo: quia non tollitur per sequentem constitutionem: nisi fiat mentio de ea. de cõsti. licet. lib. vj. Vnde etiam si non habeant dictam clausulã, adhuc posteriori lege non tolluntur: nisi de his fiat mentio.
¶ Vicesimoseptimò quæritur, †quid lex tollat? Et dico quòd 27
tollit multa. ¶ Primò legem, vt dictum est §. priori. & secundò consuetudinem generalem, iuxta dicta ꝛ. Consuetudo. §. vj. Consuetudines autem & statuta particularia locorum vel personarum singularium, constitutio noua principis non tollit, modò sint rationabilia, cùm sint facti, & in facto cõsistãt: & ea posset papa rationabiliter ignorare: nisi de hoc constitutio expressam fecerit mentionem, de cõsti. licet. lib. vj. Vnde tertio tollit consuetudines & statuta specialia, si de eis fiat mentionem. ¶ Quartò etiam tollit statuta specialia, etiam si de eis non fiat mentio specialis quãdo illa continent solùm ius commune: quomodo intelligo dictum Dire. Nã si episcopus fecit statutum, quo solùm cauetur ius cõmune: & papa deinde fecerit nouam constitutionem cõtrariam illi statuto: vt extra de æta. & qual. præterea. quę quãtũ ad præsentationes patronorũ est hodie reuocata, de insti. si is. lib. vj. dicit idem quòd sicut sublatum est ius commune, ita & statutũ episcopi quod simpliciter continebat id, quod & dicta decretalis: quia illud nõ est facti, nec consistit in facto. imò est iuris, & consistit in iure: quia hoc loco cessat ratio d. c. licet. secundum Inno. & Host. Et si contrariũ diceretur, sã episcopi possent tollere authoritatem summo pontifici faciendi iura in suis diœcesibus statuendo simpliciter, quæ iure cauent. hæc no. Arch. & Io. And. in d. c. licet. ¶ Vicesimooctauò quæritur, †vtrũ actus gestus cõtra legem, sit nullus ipso iure? Et 28
dicit regula iuris quòd quæ contra ius fiunt, debent pro infectis haberi. ¶ Quam regulam quidam, vt refert Io. And. dicunt habere locum solùm quando ius prohibet aliquid non simpliciter, sed addit, & si contrariũ fiat, non valeat. Sed hoc, inquit, reprobatur per l. non dubiũ. C. de legi. vbi habetur expressè quòd sufficit legislatorem aliquid ꝛ, phibuisse: licet nõ adiecerit, si contra factum, fuerit, nõ valere. ¶ Quidamverò, vt Sum. Pis. & Supple. tenent regulam sine illa limitatione, dicentes quòd indubitanter tenendum est quæcunque lex prohibet nullo alio addito: quæ contra fiunt ipso iure non

Universidad de Deusto
Biblioteca

valere, nisi sint talia, quòd eorum effectus reuocari non possit, vt homicidii, quod scilicet tenet de facto. Et si quid aliud lex addit, hoc pòt esse tripliciter. Primò addendo verba annullantia: vt dicendo, si contra factũ fuerit, sit irritũ & inane: & tunc est planum. ff. de iure. l. mutuo. §. sub condione. Secundò addendo verba exprimentia modũ, per quem illud factũ annullatur: vt dicendo, qui contrafecerit, remoueatur exceptione tali vel tali, vt Macedoniani aut Velleiani, de dolo, & huiusmodi: & tunc valet factum contra legem prima facie, sed remouetur exceptione apposita. Tertiò addendo verba cõfirmatiua: vt, si contra factũ fuerit, valebit qdem &c. & tũc valet. ff. de ſt. Ieiu. l. Græcè. §. à tutore. & interdi. & releg. l. re legatorum. §. ad tempus. ff. quando appellã. sit. l. j. §. biduum. Et hæc est sententia Dy. & Cy. Sed contra hanc opinionem obijci potest eo modo quo Io. And. obijcit in gl. contra regulam prædictam, de matrimonio contracto post simplex votum, quod tenet vt de vot. cap. vno. lib. vj. & contracto contra interdictum ecclesiæ. extra eo. per totum. & inter compatres ex catechismo. de cog. spi. c. ij. libr. vj. & de sententia sub condition data, quæ tenet. ij. q. vj. biduum. & de ecclesia consecrata per alienum episcopum, & de omnibus quæ fieri prohibentur, tamen facta tenent: vt in d. §. ad tempus. & de his quæ fiunt contra ius, & postea confirmantur. quæ idem allegat in regula, non firmatur. de re iu. lib. vj. Et soluit ipse primò secundum Io. Ber. & Accur. hanc regulam habere veritatem in his quæ habent perpetuam prohibitionis causam: cõtraria verò in his quæ temporalem. Vel secundò, inquit, dic quòd illa non sunt contra ius: quia licet ius non assistat, non tamen plenè resistit. hæc ex illo. Sed tu si vis tenere primam opinionem, solue per secundam responsionem Io. An. quòd omnia illa iura tollerentur, quia adduntur prohibitioni verba confirmatiua vel per tertiam quæ redit in secundam. ¶ Pau. autem videtur opinionem Sum. Pis. distinguendo limitare: quia in cap. in nomine Domini. de testa. ad quæstionem principalem respondet distinguendo. Nam si dispositio, id est, constitutio non est pœnalis, regulariter actus est nullus: vt in regula, quæ contra ius. & in l. non dubium. C. de legib. quod intelligo quando lex habet perpetuam causam prohibitionis, id est, ratio prohibendi est perpetua. secus si temporalis: de quo vide j. Matrimonium. vtij. impedimento xvj. & in c. vides. x. dist. vbi est bona glossa. Si verò dispositio est pœnalis: quidam dicunt quòd per appositionem pœnæ sustinetur actus: quia lex tunc non videtur simpliciter prohibere: sed vltrà processit apponendo pœnam. quod verum est, nisi lex vltra pœnam induceat actus nullitatem: vt in l. iubemus. C. de sacrosan. eccl. & in c. quia propter. de elec. Et licet hæc opinio non videatur placere Bar. in l. prætor. ff. de no. ope. nun. quia allegat d. l. iubemus. & multa iura quæ vltra pœnam induxerunt actus nullitatem: tamen responderi potest quòd in iuribus illis lex non fuit contenta pœna, sed etiam voluit inducere actus nullitatem. ¶ Ego verò suppositò quòd regula non intelligatur in maleficijs, quæ scilicet tenent de facto, sicut occisus reuiniscere non potest: sed, vt dicit Io. And. tenet in his quæ de iure sortiuntur effectum id est, aliàs sortiri possent nec in habentibus temporalem causam prohibitionis, sed in habentibus perpetuam. Colligendo omnia prædicta, quæ vera sunt ad rectum sensum, dico quòd contra ius sit aliquid duobus modis. Primò simpliciter, quando scilicet iuprohibet nullo addito vel addita actus nullitate: & tunc indubitanter non valet. & secundò secundum quid, id est, aliquo addito, quod est prohibere ex parte & ex parte concedere: vt patebit. & hi tribus modis. & quidem ti prohibetur addatur pœna extra ea quæ secundum se sunt illicita, id est, maleficia, factum tenet nisi expressè annulletur aptatie prohiberur: puta dicendo, nullus emat à tali sub pœna decem est prohibere vno modo, & alio modo concedere: quia est dicere, nullus emat ab illo: & si quis vult emere, soluat decem: vnde tenet emptio. Si verò addatur confirmatio actus prohibiti & contra legem facti, etiam est prohibere aliquo modo, id est, ante factum, & aliquo modo nondũ est, post factum. & sic etiam tenet, licet interueneris peccatis. Si verò addatur modus annullandi, etiam est prohibere aliquo modo, id est, ante factum, & aliquo modo concedere, scilicet post factum, donec irritetur: vnde tenet in re prima facie, sed non considerato effectu. & sic patet quòd factum contra ius, eo modo quo est factum contra ius, nunquam tenet de iure, licet teneat alio modo quo à iure toleratur. ¶ Sed tamen aduertendum est, & iam aliqualiter patet ex dictis, quòd secundum Pan. non semper ex non obseruantia legis inducitur ipso iure nullitas: sed aliquando irritat ipso facto: aliquando præstat causam irritandi. Si enim lex iubet aliquam solemnitatem adhiberi tempore contractus: si aliter fiat, actus est nullus ipso iure: vt in c. fine ex. xij. q. ij. & c. auditis. de elec. & in d. l. non dubium. & C. de test. l. hac consultissima. Si verò iubet aliquam solemnitatem adhiberi post contractum vel alium actum perfectum: tunc si solemnitas illa non intercenit, non inducitur nullitas actus ipso iure: sed non valet effectus: quia debet annullari, nisi aliud expressè caueatur in ipsa positione. & hoc videtur probari in l. vniuersa. C. de Imper. offe. Exemplum: statutum dicit, de quolibet contractu soluatur gabella in decem solidis pro libra: certè si non soluitur, contractus remanet validus, licet possit annullari. quod procedit etiam si lex dicat, aliàs non valeat: quia debet intelligi non valet, scilicet in effectu, vt in d. l. vniuersa. secus si diceret, non valeat ipso iure, vel ipso facto. Ex prædictis potest colligi ratio quare aliqui actus contra legem facti dicuntur, & non sunt nulli ipso iure. & iura quæ dicuntur. ¶ Primus est secundum glossi. in cap. tua fraternitas. de ſpon. duo. & Ioan. Andr. & Bernard. & Accur. quando cautæ prohibitionis est temporalis, & non perpetua: vt in c. primo. de nouitri. con. contra inter. eccle. quæ dicitur temporalis, quando est restricta ad certum tempus. puta si prohibetur matrimonium propter venerationem certæ diei: vel si prohibetur professio fieri intra annum: vt in cap. ad apostolicam. de reg. iuris. libro sexto. Secus si prohibitionis causa est perpetua: puta cùm prohibetur aliquid secundum se propter malum, quod inde sequi potest: vel bonum quod posset impediri, vt matrimonium in certo gradu. & sic intellige dictam legem, non dubium. & cap. vides. distinctione x. & cap. quæstionem. xxxv. quæst. iij. & cap. non oportet. xxxiij. quæst. iij. ¶ Secundò secundum Card. in clem. prima. de rescrip. quando lex punit contra facientem: quia tenet, si expresse non annulletur factum contra: secus quando punit, sed solùm prohibet: & sic loquitur dicta l. non dubium. ¶ Tertiò tenendum Panormitanum in cap. ad apostolicam. de regu. quoniam prohibitio legis concernit principaliter faciem actus cuius: quia talis prohibitio habet potius vim exhortationis respectu illius, pro cuius fauore principaliter fit: qui recusare potest. Pro quo facit iiij. di. §. hæc. & si legibus. & notant quòd posse per hoc interpretatur licet statuto caueatur ne quis possit contractum facere sine præsentia duorum aut quòd

quòd valeat contractus sine præsentia eorum, si statutum expresse actum factum non annuller. facit l. si quis in conscribendo. C. de pactis. & dicto cap. ad apostolicã. vbi patet obligationem acquiri Deo, licet actus sit prohibitus à lege fauore volentis proficeri. ¶ Quartò secundum Card. in clem. j. de iure patron. concordant glos. ibi & Paul. quando lex dat certam formam super eodem, quod alicui cõuenit ex sua potestate: sicut si episcopo qui absoluere potest ex sua iurisdictione ab excommunicatione quã sibi coudictor canonis nõ reseruauit, lex mandat quòd non absoluat, nisi faciat sic vel sic: quia si contrarium faciat, absolutio tenet. Secus quando lex dat talem potestatem ei, qui alijs eam nõ habebat cum 17 taliforma aquia forma non seruata nihil facit. ¶ †† Vicesimo nonò quæritur, vtrum teneãt facta in fraudem legis? Et dico quòd in fraudem legis nihil agendum est. ff. de legibus. l. contra legẽ. quia cum quid prohibetur vna via, intelligitur prohiberi & alia. de regulis iuris. c. cum quid. lib. vj. Vnde facta in fraudem legis, non tenent: vt not. Bartol. in Lamplius. ff. rem ra. habe. alleg. l. si libertus minorem: & ibi text. ff. de iure patro. Secus autem si quid fieret in fraudem hominis, etiam principis. Vide Panor. in cap. dilectus. el ij. de præben. & quod not. in d. l. si libertus. Quomodo autem fiat fraus legi, vide suprà Praus. §. j.

¶ De materia etiam Legis, vidè suprà Consuetudo, & infrà Statutum.

De Libello actoris & Famoso.

1 *Libellus quid & quotuplex sit.*
2 *Libellus quid continere debeat.*
3 *Libelli oblatio an sit de substantia ordinis iudiciarij.*
4 *Libellus famosus quid, & quæ sit pœna componentis.*
5 *Libellum famosum componens qua pœna feriatur.*

LIBELLVS diminutiuè quasi parvus liber dictus, iuridicè dicitur multis modis. potest enim hoc diminutiuũ descendere à liba lib. r: vel à libũ libi. & est panis azymus sine iubei nericius, de quo in l. iudices. C. de epis. audi. [illegible] quod incarceratis debet tradi libellus duobus aut tribus diurnis. glo. id est, panibus. potest etiam descendere à liber liberi. & significat primò generaliter, omne parvũ librum quicquid contineat: sicut & codicillus paruuli codicem. Secundò sumitur pro scriptura demadatoris vel tertiò pro scriptura recusationis: vel quartò pro ea quam dat vir vxori repudiatæ, qui etiam dicitur libellus repudij: vel quintò pro scriptura appellationis. ff. de appel. l. j. sextò pro scriptura, quam iudex dat appellanti apostolos. de appellatio. cordi. lib. vj. septimò pro scriptura continente preces oblatas principi C. quando libel. princip. ob. fa. lit. contesta. octauò pro scriptura infamatoria: quæ dicitur libellus famosus. & futuram actionẽ. ¶ Primò igitur quæritur, † quid & quotuplex, & qualis sit libellus agentis? Et dicit Cyn. quòd est breuis scriptura intentionẽ actoris vel accusatoris cõtra reũ clarè deponens: vel est breuis scriptura actoris petitione & causam continens, & actione complectẽs. Est autem duplex scilicet accusationis, qui in criminalibus: & conuentionis, qui in ciuilibus locum habet: vt est glos. in princ. cap. j. de libell. oblatione. & vt patet ex descriptione, nõ debet libellus esse verbosus vel vtens superfluis, nec obscurus, vel alternatiuus: quia alternatiua obscuritate ponitur no. in glos. iij. l. si rẽ. ff. de rei ven. est tamẽ libellus incertus admittẽdus: vbi incertitudo venit ex facto aduersarij, iuxta notata significantibus. de lib. oblat. de quo vide ibi, & glo. aurea. in cap. abbate ia ne de regul. iur. in verbo, dominij. lib. vj. ¶ Secundò quæritur, † quę & quot debeat continere dictus libellus? Et dico quòd 2 pluralvt in his versibus: Quis, quid, coram quo, quo iure petatur, & à quo, Rectè cõpositus quisque libellus erit. nam libellum conuentionis oportet continere quis scilicet sit, qui conuenit alium, id est, nomen actoris. & quid petatur, id est, rem petitam. & corã quo agitur, id est, nomẽ iudicis. & quo iure quis petit. & sic causam petendi, & à quo petitorũ, id est, nomen rei. debet etiam cõtinere diem, in quo libellus datur sed in libello accusationis contineri debet nomen accusatoris, rei, & iudicis, & crimen de quo agitur: & quandoque persona, cum qua crimẽ dicitur commissum: locus, & dies accusationis, & mensis, in quo crimen est cõmissum: sed diem & horam ponere non est necesse, secundum Gofr. vide Panor. in rub. de libel. oblat. ¶ Tertiò quæritur, † vtrum oblatio libelli sit de substãtia ordinis iudiciarij? Et dico quòd Bernar. 3 cap. j. de libel. ob. ponit opiniones pro & contra: & concludit quòd sic. Vnde semper offerendus est iudici in principio litis, & in scriptis: & per eum reo, vt deliberare possit. ij. quæstio. iij. offeratur. in modicis tamen causis scriptura nõ requiritur. xj. quæst. j. si quis cũ clerico. ¶ Quartò quæritur, † quid 4 sit libellus famosus? Et dico quòd secũdum doct. est compositio in scriptis facta in infamiã alicuius, eius quod probare non vult, & in publico iactata, vel in loco vbi inueniatur. ¶ Quintò quæritur, † quæ sit pœna componẽtis libellum fa 5 mosum? Et dico quòd est quadruplex, secundum quòd quatuor modis potest agi contra eum. Si enim agatur criminaliter, & secundum leges, & sit certũ de authore, si sic cõiectus, secundum glo. sum. v. quæstio. j. secũdum leges decapitatur siue deportatur. v. quæstio. j. hi qui inuenti. & l. vnica. C. de fa. libel. & sit intestabilis. iij. quæst. iij. ob carmẽ. ff. qui testam. fac. non possunt. l. qui. Si verò agatur secundum canones, verberandus est. v. quæsti. j. cap. j. & ibi hematizandus: vt in dicto capit. lii qui. & cap. ij. ead. quæstio. Sed si sponte confitetur, cùm non possit probare nisi tus agitur cum eo. v. quæst. j. cap. ij. & sic intellige quòd punitur ad arbitrium iudicis: de officio, delegati, de causis. in fin. Si verò de authore certum nõ est, debet moneri vt prodeat in publicum, & probet quod scripsit: quod si non fecerit, primò priuabitur sacramentis, postea excommunicabitur: & hoc est, cum innocens aliquis infamatur: secus si fuerit reus qui accusatur: quia expedit peccata nocentium nota esse. ff. de muur. l. cum qui. in princ. hæc glos. quæ videtur tota contineri ibi in cap. ij. & addè quòd etiam poterit deponi, cùm illud crimen sit graue, & damnatione dignissimum. xxv. distinct. §. nunc autem. Circa quã glos. aduerte quòd Sum. Angel. multipliciter defecit: primò quia eam tenet indistinctè, cum tame Sum. Rosel. sequens Azo. dicat talem glos. locum habere in iudicio: quia extra nemo debet alium prodere. vj. quæ. j. summa. de j cendist. j. homicidiorum. & de hoc vide infrà R. ra. §. per totum. Secundò quia deprauat glos. quantem ad illud, si verò sponte confitetur, cum non possit probare locum, cui us de tum. habet: sed si sponte confitetur non timore probationum, minus cum eo agitur. in quo habet tenum, scilicet quòd non minus agatur cum eo, si sponte quidẽ fateatur, sed tamẽ ne communicetur: quia cum etiam minor culpa sit cõfiteri, quàm obstinatè persistere vsque dum conuincatur, debet esse minor pœna. Aduertendum est etiam secundò de mente dictæ glossæ & textus in dicto cap. ij. quòd si author huius rei occulte prodeat in publicum probaturus quæ continentur in libello, liber est à dicta pœna. Aduertendũ est tertiò quòd secundum iura ciuilia, qui hunc libellum inueneris ignarus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& non statim destruxerit vel occultauerit, sed vim eius manifestauerit, scilicet dolo, quasi author huiusmodi delicti capitali sententiæ subiugatur: vt in d.l.vnica. Et sic etiã secũdm canones punietur vt author. Si verò agit ciuiliter, scilicet actione iniuriarũ, quæ nõ publici iudicij, sed priuati cõtinet quærelam. C. de iniur. l. iniuriarũ. pœna erit secũdm iuramẽtũ actoris, & iudicis taxationẽ. Insti. de inin. §. pœna. Siverò agatur in foro pœnitentiali, tenetur, sicut & alij detractores ad restitutionem famæ, scilicet alium libellum in contrarium faciendo: & vltra hoc tenetur de omni damno satisfacere.

De Libero, libera, & liberè.

LIBER dicitur is, qui nullius subest potestati. ff. de captiu. & postlimin. reuer. l. non dubito. §. liber autẽ populus. sine liber est, qui ex ingenuis nascitur, & à libertate dicitur. Et sunt liberi filij, filiæ, & cęteri omnes in recta linea descendẽtes vsq; ad trinepotes: & vlterius dicuntur inferiores seu posteriores: licet etiam parẽtes dicuntur omnes ascendẽtes per paternam seu maternam cognationẽ nobis coniuncti vsq; ad tritauum: & vlterius dicitur superiores seu maiores. ff. de verborum significatione. l. liberorum. videtur autem quod appellatione liberorum veniant legitimi tantum, aut etiam naturales. Vide Panormitanum in c. in præsentia. de probatio. intricantem. & eo viso, die cum glos. in clementin. vnica. de baptis. quòd nomine liberorum nonveniunt naturales domini quo ad liberorum commodum vel honorem: licet veniant quo ad parentum reuerentiam. Appellatione autem filiorum regulariter non comprehenduntur nepotes. Instit. qui da. tuto. possint. in fine. & est glos. super verbo, liberi. in clemen. vnica. de baptis. & facit glo. in capite, in præsentia. de probationi. ¶ Hoc autem verbum, libera, adiunctum potestati, videtur excludere alterius consensum: vt dicatur libera potestas, quando potest quis sine alterius consensu disponere. de postulatione præla. capite fina. Non tamen significat vltra mandatum generale, cùm datur libera potestas aliquid faciendi: & consequenter non videntur concessa quæ requirunt mandatum speciale de communi vsu licet secus ex significato attento de iure scripto: quia tunc significat posse fieri quod sine mandato speciali nõ fieret, excepta donatione. l. procurator cui generaliter. ff. de procurato, iũcta l. filius. ff. de donationibus. Significat ergo quòd possit alienare: quod non posset procurator, cui concessa est generalis administratio, non expresso verbo, libera: cuius significatum additur & operatur: non autem significat donationem, quæ ex sua natura est gratuita. Vide Barto. in l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de verborum obligationi.

Libera.

Liberè. ¶ Hoc autem verbum, liberè, excludit omnem moram & conditionem de præbendis extirpandæ. §. penultim. & capite. si beneficia. eodem titu. libro sexto. & de offic. ordinar. cap. ordinarij. §. quod si forte. libr. vj. ibi per Io. And. & Archi. de homici. pro humani. lib. vj. imò secundum multos denotat quandam prærogatiuam absolutam, seu dominium super actum cui adijcitur: vt l. procurator cui libera. ff. de procurat. l. iusiurandum quod ex conuentione. §. ff. de iureiur. de electi. cùm nobis olim. in fi. vide per Bar. in l. alio. ff. de alimen. & ciba. leg. & Pan. in c. cùm liberum. de sepult. & in c. vestra. de loca. Vnde liberum dominium non habet quis super actum circa quem, cum illum vult exercere, impeditur aliqualiter. Omnis enim prohibitio siue temporalis siue perpetua contradicit liberrati. l. libertas. ff. de statu homi. quod notasquia facit ad multa.

LIBERTVS, est seruus manumissus de quo infrà Manumissio.

De Lite & Litigiosis.

1 *Lis quid, & quod sit eius principium.*
2 *Litis contestatio quid sit.*
3 *Litis quasi contestatio quid sit.*
4 *Litem pendere quid sit.*
5 *Litigiosa res quæ sit.*
6 *Litigiosus quis dicatur.*
7 *Litigiosi quæ sit pœna. & nu. 11.*
8 *Cedere quando quis possit actionem litigiosam.*
9 *Cessio actionis an possit fieri in clericum.*
10 *Litigãs an teneatur ad restitutionẽ expẽsarũ & damnorum.*

13 non impedico fit facienda remissio propter sterilitatem in fructibus? Et dico quòd sic aliquando: sed nota quòd quando sit tanta sterilitas vt fiat remissio sunt opiniones, vt recitat Pan. in d. c. propter. ¶ Prima est, vt tunc sit quando fructus seminis non potuerunt colligi: sed hæc non tenetur communiter. ¶ Secunda est, vt in hoc stetur opinioni vulgari. ar. in l. cùm delationis. §. afinam. ff. de fundo instructo. & latius est ista sustentabilis, ex quo lex non determinat. ¶ Tertia est, vt si vltra dimidiam iusti pretij læsus est conductor, fiat remissio pro rata, quam tenuit Cyo. in l. licet. C. eod. & expressius ibi Bar. quia iste contractus est bonæ fidei, quæ in conducto re non patitur taotum damnum sine culpa tua. ¶ Quarta est quam posuit Bar. in l. si merces. §. vis maior. ff. locati. hoc esse quando deductis sumptibus nihil percipit colonus. sed hanc Panor. ibi meritò improbat. ¶ Quinta est, quam idem Bartol. in eadem l. licet. posuit, vt hoc sit quando vix colligit duas ex tribus partibus eius quod solebat colligi. Quam opinionem Io. Andr. videtur sonere, dum ponit exemplum in eo qui pro tribus sextarijs terræ solitus erat colligere quindecim: & soluebat domino tres aureos: si colligit decem, sol vat duos: sed si anno sequenti colligit xxx. fit compensatio. Et hanc opinionem sequitur Summa Angelica. Ego autem dico standum conuentioni: quasi in hoc nulla sit, approbo secundam opinionem quæ est Gosr. secundum quod vulgaris, id est, communis opinio est informata consuetudine patriæ, ita quòd in hoc certa regula dari non potest. Sed cùm locatio & conductio sint contractus bonæ fidei. Instit. de actio. §. actionum. merces debet conuenire arbitrio boni viri. l. si in lege. ff. locati. Quando igitur propter dictam sterilitatem fiat recompensatio pro rata? dico hoc esse, quando euenit præter consuetudinem casu fortuito sine culpa coloni: puta ex grandine vel alia aëris intemperie. quod limita secundum Host. & Pan. quando non potest fieri compensatio cum fertilitate anni præcedentis vel sequentis immediatè durante eadem locatione. Si verò hoc non contingat casu fortuito, sed vitio & debilitate terræ, secundum Dir. nulla sit remissio: vt quia vinum coacuit, vel herbis segetes sunt corruptæ: quia hoc potest imputari colono, qui herbas non remouit. Et idem dicit, etiam si soluatur certa species: quia licet non sit propriè locatio: tamen quo ad hoc idem est iudicium. ¶ Sed aduerte quòd ista de partiario non intelliguntur: qui luerum & damnum patitur cum domino: quia non fit illi remissio: vt pot. glossa dict. cap. propter. ¶ Aduerte etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiã quòd si fructus affuisset, sed post collectionem emarcuerint, vel exercitus eos cõsumpsit, & huiusmodi, non dicetur sterilitas, nec fieret remissio: secus si erãt colligendi vt in l. ex conducto. §. si via. ff. loc. & l. damnum. C. eo. ¶ Decimoquartò quæritur, †vtrum augenda sit pensio propter fertilitatem? Et dicit Pan. vbi ã. quòd non. primò si hoc sit quia fructus valent plus solito: sicut nec fieret minutio, si minus valerent. nec secundò, si sit propter industriam coloni, ne tua industria sit sibi damnosa: vt ff. eo. l. ex conducto. & l. fi. C. de al luui. nec tertiò, si contingat propter bonitatem reiquia bonitatem dominus locauit meliori pretio quã potuit: sed fit si contingat casu fortuito: puta si locaui molendinum ex quo conductor percipiebat solum 50. sed propter alia molendina nunc destructa hoc anno percepit centum: fiet pensionis augmentum pro rata, sicut fit remissio propter sterilitatem casu fortuito contingentem: quia contractorum eadem est disciplina. xxxj. di. c. hospitiolum. & l. j. ff. de his qui sunt suivel alie. iur. & idem gl. in l. fi merces. ff. eo. ¶ Decimoquintò quæritur, †quibus casibus generaliter sit facienda remissio censusvel pensionis? Et dico quòd fit primò, si conductor expellitur, iuxta dicta ã. §. xij. & secundò propter vim maiorem, cui resisti non potuit: & tertiò propter id quod præter consuetudinem à casu euenit, puta tempestatem vel aliam intemperiem aëris in demastatione fructuum: vt in d. l. ex conducto. & quartò specialiter propter sterilitatem: vt ã. §. xiij. ¶ Decimosextò quæritur, †quid iuris si conductor aliquid expendit in re conducta? Et dicit Host. quòd si expendit necessariò vel vtiliter auxit, ædificauit vel instituit, aget contra locatorem, vt restituat expensas. ff. loca. l. dominus. & in d. §. fi addes. §. inquilinus. & ibi gl. Sed clarior tex. est in l. colonus. primo responso. ff. eo. Si tamen posset tollere impensas sine læsione rei, non tenetur locator: sed conductor eas tollere potest. vt in d. §. fi inquilinus. Prædicta autẽ non intelligas de expensis factis pro animali locato pascendo, vel colenda possessione, & huiusmodi: sed de alijs, puta curatione morbi, reparatione ruinæ, plantationes inearum, & huiusmodi. de quo etiam vide Aedificium, in prin. ¶ Decimoseptimò quæritur, †vtrum conductor teneatur locatori de damno, quod in re locata contingit: & ex qua culpa? Et dicit Host. quòd teneat si contigit sua culpa, vel eorum, quorum operas vtitur. Et tenetur de dolo & lata & leui culpa: quia gratia vtriusq; celebratur iste contractus. Insti. qui. mo. contrah. ob. §. vlti. & ita communiter tenent gl. & Doc. in l. fi quis domum. §. Celsus. & in l. si mercet. §. qui columnam. ff. loca. de damno verò illato ab alio, non tenetur si obuiare non potuit. ff. eod. sed de dãno: similiter nec de casu fortuito, nisi eo modo quo dictũ est ã. Commodatum. §. ix. tenetur tamen de custodia. d. l. qui mercedem. quia & mercedem pro sola custodia accipiens, tenetur etiam de leuissima. extra de depo. bona fides. Et idem intelligas de locatore operarum. Quidam autem, vt Mar. in d. § qui columnam. dicunt locatorem operarum ad transuehendas columnas, & similia, quæ facilitèr franguntur, teneri etiam de leuissima, propter text. dicentem, culpa abest, si omnia facta sunt quæ diligentissimus quisq; obtemperasset. Sed concordia sit sic, vt teneatur de leuissima, si locauit operas in re quæ curam diligentissimã requirit: vt in adamante expoliendo, veste aurea incidẽda. alias vera erit opinio gl. quòd teneatur solum de leui. Nec obstat gl. in l. qui mercedem. in l. dominus. ff. eo. vbi dicit quòd si specialiter mercedem accipit pro custodia, tenetur de leuissima: quia pro hoc sciendũ est quòd ti sumus in contractu, in quo quis tenebatur solum de lata culpa, vt in deposito, acceptio mercedis pro custodia facit vt teneatur etiam de leui. & sic intellige c. bona fides. de depo. & l. j. §. si vestimenta. ff. depo. Si verò quis tenebatur de leui culpa, vt in locato: acceptio mercedis pro custodia rei locatæ facit vt teneatur etiam de leuissima. & sic loquitur & intelligitur d. l. qui mercedem. & d. l. dominus. Et hoc quidem Sum. Ang. & Ros. tenent indistinctè. Supple. autem limitat qñ quis obtulit se custodiæ. ar. l. j. §. pe. ff. depot. & hoc tene: quia est regula doctorum, vt patet ex Pan. in d. c. bona fides. iuncto c. vnico. de commo. quòd in cõtractu celebrato gratia vtriusq;, nisi aliud addatur: sed tantum leuis. modò etiam ipsa acceptio mercedis pro custodia, est quidam contractus, & fit gratia vtriusq;. Vnde nisi aliud addatur limitans, nouit leuissima. ¶ Ex his patet quòd multi conductores rerum & locatores tenentur de damno. Qui enim recipit pallium meum, & per errorem dedit alteri, tenetur: quia error in facto proprio non toleratur. l. item quæritur. §. item si pallio. ff. eo. qui etiam vestimenta polienda accepit, tenetur si mea corrodit. d. l. item quæritur. §. si fullo. Si etiam nauta meo inuito ponat res meas in alia naui quàm ego posuerim, tenetur si perierunt. d. l. item quæritur. §. j. vbi patet quòd nõ tenetur si transtulit nõ inuito domino, sed bona fide, & sine culpa, etiã si mala fide transtulit: sed eadem nauigatione vtra nauis perijt. ff. ad l. Rho. de iac. l. fi. §. j. quia licet fuerit in culpa rem meam infideliter pertractando, ex illa tamen culpa nõ perit: ex quo ommno erat peritura. qđ est valde notandũ. ¶ Decimooctauò quæritur, †vtrum locãs vasa vitiosa ignoranter, propter quod emarcuit vinum, aut effusum est, teneatur? Et dico quòd sic ad restitutionem in interesse & vini nec ignorantia eũ excusat. Secus autem in pascuis locatis, vbi locatore ignorãte fuit herba pestifera, & interierunt animalia conductoris: quia nõ tenetur: vt in d. l. sed addes. §. j. vbi dicit glo. hoc esse speciale in locato: vt interesse extra rem lucretur. Ratio diuersitatis esse potest: quia dicta ignorantia ibi non præsumitur sine negligentia sciendi qđ scire debuit: cum in herbis. In cõscientia tamen nõ haberet locũ dicta lex, nisi quando locasset talia vasa pro bonis. secus si simpliciter exhibuisset videnda per cõductorem, ignoranos an essent bona vel ne: quia tunc cùm nõ sit in aliqua culpa, nõ tenetur. Et qđ dictũ est in vasis, intellige in omni re vitiosa, ex qua damnum prouenire potest nisi vitiũ siue culpa ignoretur cùm locatur. A fortiori autem tenetur ad restitutionem interesse, qui locat rem vitiosam scienter: arg. d. l. sed addes. qđ no. pro his qui locant equos se demergentes in aqua: quia tenentur si vestes destruantur: secus in commodato. ¶ Decimonono quæritur, †cui incumbet probatio, vbi in locato vnus affirmat dolum aut latam culpam interuenisse, & alius negat: puta pastor qui locauit operas? Et dicit Sum. Ange. quòd vbi quis tenetur de dolo & lata culpa, probatio incumbit dicenti interuenisse dolum vel latam culpã. Sed vbi tenetur de leui aut leuissima: tunc tenetur conductor probare se casu amisisse. Sed Sum. Ros. & Sup. dicũt, pbationem incumbere pastori. & bene, quia cõsuetudo legũ interpres obseruatur. & Host. hoc, pbat, dicens q; cũ ipse ratione officij debeat habere custodiam: si dicit amissam ouem, pbet absque dolũ siue culpam: sicut argentarius probare debet se amisisse rationes cum ruina vel incendio. ff. de eden. l. si quis ex argentarijs. §. fi. & idem videt Dñs in lege veteri determinasse: vt patet Exo. xxij. & idem in custode carceris. ff. de custo. reo. l. fi. Aliàs autem, qui dolũ allegat. l. quoties. §. qui dolo. ff. de proba. Vide etiam suprà Custos. §. iiij. an liberetur conductor à custodia, si dominus aliam custodiam ponat. vide autem multa suprà in verbo Familia. Iucrum non dicitur, nisi deductis expensis. l. illud. in glo. C. de col. & ff. pro socio. l. Mutius.

20 De

20 De Ludo seu Loco in genere, & in specie.

1 Ludus quid & quotuplex sit.
2 Ludus humanus an sit peccatum.
3 Ludus ludibriosus alearis. & quasi alearis, an & quomodo sit peccatum. & num. 4. & 5. & 6.
7 Habitum religiosorum an sumere liceat in ludo.
8 Ludorum inspectores an & quantum peccent.
9 Ludum prohibitum publice tenens qualiter puniatur.
10 Clericus ludens ad aleas qualiter puniatur.
11 Ludens quãdo & cui restituere teneatur. & n. 12. & 13. & 14.
15 Ludi particeps an teneatur restituere.
16 Lucrata in torneamentis an debeant restitui.
17 Compensatio in Ludo quando fiat.
18 Ludens cum pluribus successiue an dicatur pluries lusisse.

1 LVDVS †vel locus est loquutio vel operatio, in qua nihil quæritur, nisi delectatio animalis. ij. ij. q. clxxiij. art. ij. Vnde est in remediũ contra fatigationẽ animalem, dans animæ quietẽ, id est, delectationẽ. ibidẽ. & j. ij. q. j. ar. vj. ad primũ & iij. cõtra. c. xxv. pro quo aduerte quòd sicut etiã quærũ ad appetitũ sensitiuũ est duplex cõcupiscentia scilicet naturalis & animalis. j. ij. q. xxxij. ita est duplex delectatio. scilicet naturalis: quæ est de eo quod absens apprehẽditur vt naturæ cõueniens: cuiusmodi scilicet sunt omnia pertinẽtia ad cõseruationẽ indiuidui: vt cibus, potus: & pertinẽtia ad potẽtias vegetatiuas: & animalis quę est de eo qđ apprehẽditur vt conueniẽs ex discursu, id est, operatione rationis particularis seu cogitatiuæ. ¶ Primò verò quæritur in genere & summatim, quid de ludo scripserit San. Tho. Et dico eum scripsisse fundamẽta totius materiæ ludicræ: vnde supposita diffinitione de qua tatim dictũ est, sic dicit Triplex est ludus, scilicet turpis, vt theatralis ad luxuriã prouocans: recreatiuus, scilicet qui honeste ad recreationẽ fit: & deuotus, q; venit ex vbertate deuotiõis: de quo Dixit Dauid, Ludam & vilior fiã. ij. Reg. vj. Quorũ primus à quolibet debet euitari: tertius debet à quolibet assumi: secũdus debet sumi, sed à pœnitẽte tẽperatus. iiij. dist. xvj. qđ ij. arti ij. q. i. ¶ In ludis aut, intellige recreatiuis, cauẽda sunt tria. primò scilicet dicta ac facta turpia vel nociua. secũdò resolutio grauitatis. Vñ dicit Tullius in primo. de Offic. q; sicut pueris nõ omnẽ ludẽdi licentiã damus, sed eam quæ ab honestis actionibus nõ sit aliena: sic vt in ipso ioco aliquid probi ingenij eluceat. tertiò indebitæ circumstãtię secundũ personã, tẽpus, locum, & huiusmodi. ij. ij. q. clxviij. art. ij. Et si quis ad recreationem debite ludat est meritoriũ in habẽte charitatẽ. ij. dist. xl. ar. v. in cor. si verò ludat indebite ad recreationẽ, opponitur eutrapelię: ad quietẽ verò inordinatè ludere pertinet ad molliciem. ij. ij. q. cxviij. ar. j. ad tertiũ. ¶ Excessus autẽ in ludo, sci licet recreatiuo, est duplex, scilicet ratione turpitudinis vel nocumẽti: & ratione circũstantiæ indebitæ: quorum primus est peccatũ mortale. intellige in re notabili. secũdus est veniale, nisi in eo ponatur finis. ij. ij. q. clviij. ar. iij. & si obijciat q; potest esse tertius excessus, nimis resoluẽdo grauitatem: dico hoc esse nõ posse, nisi vno horũ duorũ modorũ: vnde ille modus reducitur ad alios. ¶ Defectus etiam ludi est peccatum: sed minus quàm excessus. ibidẽ. ar. iiij. hæc sunt quæ illesummatim docuit: quæ diffuse videbi. ã. ¶ Et si quæritur de alea, ad quæ ludũ pertinet. Et dico q; secũdũ se pertinet ad recreatiuũ: quia de se nõ est peccatũ. etiã ea ratione qua inuitatur fortunæ: alioquin in nullo casu liceret, eo tamen modo quo diuina aut humana lege prohibetur. de quo infrà §. ix. dico quòd pertinet ad turpem, inquantũ est cum peccato inobedientiæ. & sic etiam pater quomodo sit intelligẽda quorundam diuisio dicentiũ ludũ diuidi per diuinum, id est, deuotũ: & humanũ, id est, recreatiũ: & diabolicũ, id est turpẽ, qui est triplex, scilicet ludibriosus, id est, cõsistẽs in ludibrijs qui secundũ se est turpis: alearis ab alea: cuiusmodi secundũ Vernec. est omnis, qui fortunæ innititur: & quasi alearis, id est, mistus ex fortuna & ingenio: vt ludus tabularũ cum taxillis: quia respectu taxillorũ viget fortuna: ingeniũ verò respectu tabularũ ducendarũ: & ide de chartis. & illi sunt turpes, vel secundũ se, vel ex humana prohibitione. Quidam dicitur vulgariter ludus, qui nõ est ludus: vt qui fit sup aliquo euẽtu, & huiusmodi: de quo infrà §. vj. ¶ †Secundò omissò ludo diuino, quæritur de humano vtrũ sit peccatũ? Et dico quòd ludus humanus est, qui fit ad recreationẽ propriã vel aliorum: ad quod reducitur si fiat causa virtutis experiẽdæ. Et iste aliquãdo dicitur theatralis à loco apto ad theorandũ, id est, spectãdum: aliquãdo larualis, ab impositione laruarũ, quæ vulgo dicuntur mascare: aliquãdo histrionalis, quando quis de sua persona facit ludũ, vt bagatellator: & qui inseruiũt exercitio prouocandi homines ad ridendum: ad quod reducitur si quis fit stragitator suæ vitę periculo. nam cum periculo vitę iam ludus nõ est humanus, sed diabolicus. aliquãdo hastiludialis: vt quãdo lanceis cerratur: & vulgariter dicitur giostra. Aliquando dicitur torneamẽtalis: in quo olim se milites intra circulũ ad pugnandũ concludebãt: sed hodie non est in vsu. Aliquãdo pilealis, balistalis, schacalis, chorealis & huiusmodi, qui sunt vocabulis plures: vt l. natura. ff. de præscri. verb. iste igitur ludus de se nõ est malus, sed potius est virtuosus, pertinẽs ad materiã virtutis eutrapelię: vt patet ij. ij. q. clxviij. ar. ij. aliquãdo est prohibitus: & hoc aliquãdo etiã sub præcepto ratione materię in qua fit: quia scilicet est turpis vel nociua: aut ratione circũstantiæ. Vnde est prohibitus primò quoties sibi vel alij imminet ex ludo probabiliter periculum mortis corporalis aut mutilationis vel grauis debilitatis mẽbri alicuius, vt in torneamẽto, extra eod. per totũ. & hoc est mortale: quia est contra præceptũ illud Matt. xx. Diliges proximũ tuum. & te à fortiori. & facit l. cruenta. iuncta glo. C. de gladi. & l. nam ludus. ff. ad leg. Aquil. Secus quãdo non immineret probabiliter, licet aliquãdo rarò accidisset: vt in hastiludio. ¶ Secundò est prohibitus ratione probabili periculi animæ suæ vel alterius: & hoc etiã est mortale: vt crebro accidit in choreis: & generaliter quoties continet in se turpitudinem. ¶ Tertiò ratione circumstantiæ loci: & erit mortale si fiat in ecclesia cum irreuerẽtia magna, quæ tamẽ arte diffiniri nõ pot, sed prudẽtis arbitrio. De hoc Sum. Ang. sic dicit: Tales ludi, qui de se nõ sunt mali, nullo modo fieri possunt in ecclesia aut loco sacro. de vi & hon. cler. c. cũ decoré. & d. c. decet. de immun. eccl. lib. vj. Vnde nõ excusarem a mortali, qui talem faceret in ecclesia, nisi foret quid modicũ: cũ videatur inter diuino, phibitus ibi, Domus mea domus oratiõis vocabitur. hęc ibi. Sed sua cõclusio nõ videtur vera: quia nõ est rationabile quòd ludẽs ad schacos in loco sacro sine contemptu peccet mortaliter. Sua etiã probatio est inualida: quia c. cùm decoré loquetur de ludis theatralibus, quia erãs cum quodam ludibrio & turpitudine. c. autẽ, decet. nõ est præceptiũ, cum phibeat in ecclesia etiã fabulationes, de quibus nullus sapiẽs diceret quòd sint mortalia. Nõ etiã est mortale omne quod est cõtra iustitiã: alioquin mortale esset omne mendaciũ, cũ sit cõtra illud, Pacẽ & veritatẽ diligite Zach. viij. Dico ergo q; esset mortale ibi choreizare, aut per laruas repræsentare vana, & huiusmodi importantia irreuerẽtiam magnã: nõ autẽ vniuersaliter est mortale ibi ludere: nec etiã est veniale repręsentare ibi deuota, puta præsepe domini, & huiusmodi, secundũ Gl. in c. cùm decorem. ¶ Quartò est aliquan

Universidad de Deusto
Biblioteca

quando prohibitus ratione personæ. nam clericis, & multo magis religiosis prohibitus est omnis ludus cum armis, vt in c. cotinebatur. de homi. qua & arma portare prohibetur & sub præcepto, cum inde excommunicetur: vt in c. clerici arma. de vita & hon. cler. nisi ex causa iusta, quę secũdũ Gl. intelligitur si ꝙ loca periculosa trãsierint: quia licet eis illa portare ad terrorẽ latronũ: sed percutere nõ debent. qđ intelligę nisi eo casu quo oporteret eos aut percutere aut perecuti, vel spoliari. Similiter prohibetur illis ludus histrionalis: vt not. in c. donare. dist. lxxxvj. de quo die vt suprà, Arz. §. vij. & suprà, Clericus. iij §. viij. & generaliter ratione honestatis clericalis omnis ludus, in quo ex propria persona faceret ludum in publico: vt saltatio, choreizatio, & huiusmodi: vnde essent eis huiusmodi mortale. ar. c. pro dilectiõe. in fin. de cõsec. dist. ij. & quod not. Doct. in d. c. cùm decorẽ. Secus in secreto cum aliquibus domesticis. Et similiter interdictus est eis ludus larualis: quia habiũ mutare non possunt, nisi ex causa rationabili: vt suprà, Excõmunicatio. vj. §. v. Prohibet etiã eis ludus schacorum, secũdum Iac. de Aret. in l. si quis eũ iciret. ff. pro emptore. & Cyn. & Pet. in authe. de san. epis. & cler. §. interdicimus. eod. Et ratio est secũdũ Mar. in d. §. interdicimus. quia à diuino officio, cui debẽt insistere: vt l. generaliter. C. de epis. & cler. non minus deuiare facit ludus schacorũ, quàm ludus alearũ, qui est eis ibidẽ ꝓhibitus. Et hoc sequitur Sum. Ros. cõtra Sum. Ang. præsertim in religiosis. Sed ista ꝓbatio non est bona, alioquin esset illis interdictum omne exercitiũ mẽtis implicatiuum: puta studiũ Musicę vel Astrologię, aut pisca tio, vel huiusmodi. Vnde dico cum glos. in authe. interdicimus. C. de epis. & cler. quòd dicta opinio nõ est vera, nisi vbi propter hunc ludum omitterent officia diuina, ad quæ tenẽtur. alias licitũ est eis, sicut & secularibus ludere ad schacos, secũdũ Richard. in iiij. dist. xv. & Landu. nisi ratione scandali vel inhonestatis clericalis: puta ludendo publicè. vel etiã nisi ludendo cũ secularibus. ij. q. vij. laicos. xxiij. dist. his igitur. & idem dic de cantu seculari in cithara & huiusmodi. ¶ Quintò. est prohibitus ludus humanas ratiõe scãdalitve si clericus vel religiosus aliquę ludũ exerceret in publico, ex quo seculares scandalizarentur: quod posset esse mortale, iuxta dicẽda infrà Scãdalum. §. iij. ¶ Sextò ratione cupiditatis. vnde tenet Mat. vt not. Card. in cle. j. de vita & hon. cler. quòd ludẽs ad schacos causa cupiditatis peccat mortaliter. quòdquidem verũ est quãdo ipsa cupiditas esset peccatũ mortale, de quo suprà Auaritia. §. j. sicut & quoties quis ludit ex intentione alicuius quod sit mortale aliàs autẽ nõs licet semper sit illicitũ ludere ex cupiditate quia ludus nõ est cõcessus nisi gratia ne cessatiæ recreatiõis luæ vel socij. Sed aduerte quòd ludus dicit fieri ex cupiditate lucrãdi, quãdo quis nõ luderet cessante ipe lucri: secus quãdo luderet, etiã si crederet nec perdere nec lucrari. ¶ Septimò ratione tẽporis: puta si quis vellet ludere ad pila in parasceue, quãdo nõ est tempus recreationis, sed doloris. & posset esse mortale ꝓpter magnitudinẽ irreuerentiæ quæ arte diffinitur non potest: sed arbitrio boni viri. Sam. alii: Aug. hic tenet quòd sit mortale in die festo, in quo ꝓhibetur opus seruile: Ludus vnus, in quo requiritur multa seruitus, vt hastiludiũ. quod etiã Richard. in iij. dist. xxxvij. dicit esse mortale. nõ autẽ est mortale in aliis requirẽtibus modicã seruitutẽ: nisi quis in eis tota die occuperet omissis diuinis. Sed ista coclusio non est vera. alioquin nõ liceret die festo ludere ad pilã, in quo etiã requiritur magnũ exercitiũ corporale. & similiter nõ esset possibile sine mortali chorea re in die festo quatẽnus honestate vel cautela data. q. nullus sapiẽs diceret nõ esse etiã peccatũ maximè mortale, hastiludiũ, quando sit sine periculo ꝓbabili: quia si licet exercere militiam, licet etiam illam addiscere, quod illò exercitio sit. de quo infrà §. viij. in fin. & infrà Torneamenti. Probatio enam sua nõ est bona: quia opus corporale ordinatũ immediatè ad spirituale vel animale, nõ est seruile, nec illicitũ in die festo. vt qui studet ad intelligendũ, licitè libros describit, mutat, & reuoluit: & si quis ludit ad recreationẽ, imò & si quæraret ludo & ioco, nõ esset opus seruile: vnde idem exercitium, puta piscari: ex fine est seruile & nõ seruile: sicut & licitum ac illicitũ. Dicit ante eadẽ Sum. Ang. quod in ludis qui fiunt gratia ingenij aut virtutis exercendæ, id est, in quibus ista exercentur, aliàs non esset ludus si fieret solùm illo fine, vt patet ex dictis §. in princ. nõ licet ludere vno ludo nisi per vnum solidũ, id est, aureũ: vt in auth. alearũ. C. de relig. & sump. fun. & dicitur ludus vnus secundũ Bart. in l. ad ludo. §. inlanus. ff. de iur. pro toto illo tempore cõtinuato quo aliqui inuicẽ ludũt. Ex quo infert d. Sum. linitando quod magnis in ludo nõ cõceditur nisi solidus, paruis non concedẽ nisi grossus. Sed ista nõ sunt de mente illius legis quę solùm intendit prohibere dissipationem patrimonij: & si essent hodie, nõ tenẽt ob contrariã consuetudinẽ: quia etiã militibus in hastiludijs prẽmia magna ꝓponũtur. ¶ Tertiò quæritur, ṫ vtrũ & quomodo primus ludus diabolicus, id est, ludibrium sus sit peccatũ? Et dico quòd ludibriosus à ludibrio, quod est derisio, dictus est. vnde aut est ludibriosus: qa est in derisum proximi. & sic dicovt suprà Derisio. vel est ludibriosus: quia est de lus, per quę quis venit in ludibriũ, id est, derisum: quod si est, quia per hæc ludẽs deridetur, tãquam deficiẽs in intellectu seu stolidus: nõ videtur mortale nisi ratione scãdali. Si verò deridetur quãtũ ad voluntatẽ, quia scilicet per hoc reputatur vitiosus vel ꝓuocatiuus ad vitia: vt quia ludẽdo vitatur verbis, actibus aut rebus prouocãtibus ad lasciuiã. sic est peccatũ mortale. ¶ Quæritur, ṫ vtrũ & quomodo ludus diabolicus alearis sit pẽ sit? Et dico ꝙ hic ludus non est peccatũ vel est veniale, quãdo luditur aliquid modicũ causa recreationis vel cõuiuij: & in hoc omnes Doc. cõueniũt quod ad laicos saltẽ: quia hoc permittitur. ff. de alea. l. quod in conuiuio. Et intellige modicũ respectu personæ ludentis: & tale modicũ qđ qz faciliter donaret: in quo cessat ratio prohibitiõis huiusmodi ludi, quæ est multitudo malorũ ex ludo sequẽtiũ. Hoc tñ intellige esse licitũ nisi interueniat aliquid eorum quę ludũ humanũ faciũt esse peccatũ, de quibus. §. præcedente dictũ est quantũ ad clericos verò gl. in auth. de san. epis. §. interdicimus. videtur tenere quòd sit eis mortale, etiã si modico, ex recreatione: sed inspecta ratione allegandarũ legũ & cõsiderato qꝺ legũ correctione debemus eurare. de elect. cum expediat. lib. vj. dico hoc nõ esse verũ: quia hoc nõ prohibuit eis papa: nec Imperator potest ꝓhibere: quia illi non subdũntur. Si verò ludatur, sed nõ ex recreatione aliquid modicũ, eo modo quo dictũ est. sic semp hic ludus est pẽ sit ludenti, participãti, & inspiciẽti: quia prohibetur lege comũi. ff. de alea. per totũ. & C. eo. in cõstitutiõe Græca, & C. de relig. & sump. fu. auth. alearũ, & maximè si sunt clerici. & in auth. de san. epi. §. interdicimus. & similiter iure canonico: vt dicit. & ho. cle. vbi ꝓhibetur clericis. & tamẽ vacat ibi argumẽtũ à cõtrario sensu: qa alibi ꝓhibetur etiã laicis: vt di. xxxv. c. j. & est mortale secũm Ray. qđ patet ex pœna quę est excõmunicatio vel depositio: vt di. xxxv. episcopus. imò dicit ibi Hug. ꝙ est mortale semp: quod tamẽ nõ est verũ, nec illud c. hoc. ꝓ hanc qa dicit deseruire. & lu. de auget: vt ff. depo. l. j. in prin. & ideo est mortale primò secũm Gl. ibi, & Rod. ei qui valde seruit ludo, id est, in consuetudinẽ ducit. & hoc sequit Sũ. Ang. sed qa secundũ Arc. post. hex. Tho. cõsuetudo & si aggrauat pcm, specie tñ eius nõ mutat, vt de veniali fiat mortale ideo melius

melius Sum. Ros. & Sup. sequendo doctrinam ordinis nostri, dicunt hoc esse mortale laicis quando luditur ex auaritia. quod secundum Archi. est quando quis ludit non ob recreationem, sed ad acquirendũ aliquid notabile per ludũ. Vñ intelligo quòd ludus sit ex auaritia qñ ludens non luderet nisi cum ꝑe lucrandi. Ex solatio verò qñ ludens luderet, etiã si ne at ram partem crederet lucraturã, licet desideret & speret lucrari. Et ratio est: quia qñ aliqua duo, puta ludus & ꝑes lucrandi, ita se habent quòd posito vel remotovno, puta ꝑe, alterum ponitur vel remouetur, oportet alterũ esse causam alterius: sed si nota ꝑe stat ludus, illa nõ erat causa ludi. Vñ non omnis qui apperit lucrari, ludit propter lucrũ. & ista auaritia ꝓsupposita ludi prohibitione, est mortale in re notabili: quia intendit spoliare ꝓximũ modo indebito: & hoc etiã clericis, cùm prohibeatur iure canonico est multo magis quàm laicis. ¶ Quintò quæritur, ṫ vtrum & quomodo sit peccatum ludus quasi alearis, vt charrarũ, & huiusmodi? Et dico secundum Arch. idem esse iudiciũ qđ de aleari. quia in ludo chartarũ principaliter valet fortuna: & idem dicẽ ludo tabularum. & idem in omnibus, in quibus principaliter fortuna vi- 6 ctoriam parat: quia omnes isti secundũ mentem Veruec. veniunt nomine ludi alearum. ¶ Sextò quæritur, ṫ quid iuris de eo ludo qui vsitatur crebro apud omnes, dũ duo litigant super veritate alicuius sententiæ sub aliqua pœna, puta vno dicente, talis princeps est mortuus: alio verò dicente, quòd nõ, ludunt aureũ lucrandũ à verdico, & à falsidico soluendũ? Et dico hoc non esse propriè ludũ: cùm hoc inuentum nõ sit ad recreandum vires animales, sed potius cùm sit idem ac si decretur, do si dixeris verũ. reductiuè est cõtractus innominatus scilicet do vt facias, siue si feceris: quia ad facere reducitur dicere? Et dico scdm mentem Archid. hoc esse peccatũ: quia dicit hoc lucrũ nõ esse licitum, sed turpe ex auaritia descendens, & nulli vtilitati, sed vanitati deseruiens & prodigalitati. Non tamen tenetur restituere necessariò qui lucratur: sed pauperibus debet erogare magis ex cõsilio quàm ex præcepto, arg. xiiij. q. v. non sanè. & c. qui habetis. Et si cũ lex diuina vel naturalis prohibeat omnem actum auaritiæ & illicitæ acquisitionis, vt meretricij, torneamenti, & hmõi nulla tamen lex in hmõi restitutionem mandat. Est autem quædã 7 similitudo quantum ad futurum euentum, inquantum scilicet ibi aliquid valet fortuna: tamen ludentes principaliùs fiduntse in ingenio cõiectãdo quàm fortunæ. ¶ Septimò qnę ritur, ṫ vtrum in ludo aliàs licito licitum sit vti habitu religiosorum? Et dico quòd nõ, sed grauiter punitur hoc faciens vt in auth. de san. epi. §. fi. & pe. & ar. C. de epi. audi. l. mmimè. Sed, si ibi pateat, vtraq; lex de secularibus loquitur. & prima loquitur maximè de theatralia exercentibus. secunda verò de turpibus mulieribus, & in publico. vnde secus est in religioso secretè: sicut si ex recreatione frater minor induat habitum prædicatoris, vel econtrario. & idem in similibus. de hoc ẽ. Apostasia. §. iij. ¶ Octauò quæritur, ṫ vtrũ & quantum peccent inspectores ludorum, spectaculorum, & huiusmodi? Et dicit Mona. quòd inspectores & participes ludorum, intelligę prohibitorum saltem venialiter peccant maximè si sint clerici. auth. de san. epi. §. interdicimus. de vi. & ho. cle. clerici. sit idem dicerer de spectaculis, cùm sit ratio pariter. vtrũ peccent mortaliter inspectores qñ ludus exercetur cum mortali gl. in d. §. interdicimus. videt tenere quòd sic, si sint clerici. Sed hoc nõ bene dicitur: quia hoc peccatũ consistens inuidendo pũ prouenit ex aliqua prohibitione legis positiuę quæ clericos plus quàm laicos in hoc cõcreat. vnde prouenit solũ ex ꝓhibitiõe legis naturalis, ex hoc scilicet quòd aspiciendo faciunt aliquid secundum se malum: quæ lex naturalis non distinguit inter clericos & laicos. Sum. verò Ange. contra id quod ñ. Curiositas. §. iij. dictũ est, dicit hoc esse mortale solùm si ex isto aspectu aliqui inducantur efficaciter ad ludendũ vel ad ludũ cõtinuandũ. Si verò nõ inducũt, non est mortale: nisi aliquid mali miscaẽ: vel no essent tales qui corrigendo possent facere cessare: quia tales peccarent minor taliter. cùm videant cõsentire errãti. lxxxiij. di. error. Sed ista non dicunt sufficienter: quia cùm tales nõ videat, nisi ex delectatione: si essent cõcenti talia fieri, vt ipsi viderent, etiã cõ sentirent in peccatũ mortale: qđ est mortale. ¶ De his Arc. virtualiter in ſcda parte, tit. iij. c. vij. §. xj. sic dicit: Si ſpectacula repræsentant pias vel adoratio magorũ, & hmõi: licet licitũ est ea exercere, ita & videre: licet in eis resecanda sint vana & turpia. Si verò nõ sunt talia: tũc aut sunt expressè prohibita à iure, vt torneamẽta & duella. extra de tor. per totũ. & ij. q. iiij. monomachiã. vel etiã si ibi probabiliter imminet periculum vitæ aut notabilis læsionis: horũ exercitiũ est mortale, non aũt inſpectio: nisi quis ita esset affectus vt etiã vellet videre si præciperet cõtrariũ: vel nisi propter hoc omittantur diuina in diebus festis. intellige diuina de præcepto. & sic intellige c. qui die solenni. de cõse. di. j. vel nisi dent operã efficacem ad hæc facienda. Si aũt nõ sunt expresse ꝓhibita tũc si repræsentant multũ turpia: mortale est exercere & volũtarie videre: cùm sit de lectari de turpibus: tũ etiã qa est exponere se periculo tentationis. Et sic intellige illud Aug. di. lxxxvj. qui venatoribus. de videntibus venatorem qui delectãtur, væ miseris. quia loquitur de histrionibus & venatoribus cum bestia de tata: respiciens verò à casu nesciens talia fieri, non videtur de facili cõdemnandus pro leui & incauto aspectu. Si autem alia vana & solatiosa repræsententur nõ in opprobrium ecclesiæ vel cleri aut religionis, de se nõ est mortale exercere aut videre: vt facere laruas aspicere choreizãtes, currentes ad brauiũ, se exercentes in palæstra, vel hastiludijs, aut alijs ludis: licet per accidens possit esse ibi mortale ratiõe intentiõis, aut periculi, aut scãdali. Hæc ex illo. Ex quo & omnibus præmissis infero duo. Primũ ꝙ hastiludium nõ est torneamentũ, nec de se mortale: secũm qđ ꝑ se loquendo inspectio spectaculorũ nõ est mortale pẽ sit nisi ratione efficacis inductiõis ad mortale, aut cõplacentiæ in illud, volendo tale qđ fieri vt videat: aut cessationis à corrigendo: per accidens verò est mortale ratiõe intentionis aut periculi animæ vel corporis vel scandali: vide etiam ꝛ. Curiosus. §. iij. ¶ Nonò quæritꝰ, ṫ quæ sit pœna cõtra tenentes ludũ alearũ prohibitũ? Et dico quòd est multiplex. ¶ Primò eñ domus, 9 in qua ludiꝰ, debet publicari: vt in d. auth. alearũ. in verbo, domibus eorũ publicatis. ¶ Secũdò, quia si tenens ludũ verbere tur, ex tali iniuria actio nulla oritur, nec punitur verberãs aut damnũ illi dãs, qñcunq; & vbicunq; factũ fuerit, siue rpe quo luditur, siue alio, secũm Bal. in d. rub. & Bar. & etiã tex. in l. j. §. notandũ. ff. de alea. ¶ Tertiò, quia si fuerit ei aliquid subtractum tẽpore quo in domo eius luditur, siue à ludentibus, siue ab alio, repetere nõ poterit. nec habet rei prosequtionẽ, nec etiam pœnale furtum: vt est tex. in d. l. j. §. ff. de alea. in cõscientia tamẽ illud retinere nõ potest, nec illi restituere: dum quia lex eũ priuat in pœnã, sed pauperibus erogandũ est. ar. c. cũ tu. de vsuris. ¶ Quarrò, quia si aliũ cõpulit ad ludendũ, etiã ex metu nõ cadente in cõstantẽ virũ, punitꝰ potest iudicis arbitrio, & carceribus tradi: vt in d. tex. §. j. ibi qui cõpulit. & ista cõpulsio intelligenda est etiã eo modo quo grauis tẽtatio vel persuasio, hominem impellere vel cõpellere dicitur eo ipso quòd stat cũ altari parato, hoc est, præstat domũ, taxillos, scamnum, lumina, & huiusmodi: quia istis suasionibus & illecebris dicitur cõpellere iuuenes nõ valentes refrenare

calores

Universidad de Deusto
Biblioteca

calores iuueniles.l.fi.§.filij autem.C.de bo. quæ liber.Sicut dicimus in materia Macedoniani.l.j.& iij.ff.ad Mace. & per totum.Aliter nisi ita acriter dicta lex intelligeretur, non haberet effectum:quod non est dicendum.l.si prætor.in princ. ff.de iudi.quæ lex prædicta potest etiam intelligi in omnibus alijs blanditijs & suasionibus inducentibus homines ad ludum,vt dicantur cõpellere ad ludum:sicut dicimus deuirginum raptoribus:quòd nisi esset qui solicitaret,qui dolosis artibus circũueniret,nõ faceret eam puellam in tantum dedecus sese prodere.text.est in l.vnica.§ ij.C.de rapto.virgin. ¶ Quintò,quia omnis contractus celebratus inter inuicem ludentes non tenet:vt no.Bart.in l.fi quis cùm sciret. in fine. ff.pro empto.Vnde etiam nõ valet transactio in ludo facta, secundum Pan.in c.clerici.de vi.& ho.cle.Nec vendens in ludo tenetur de euictione:vt in l.si filiofamilias.§.j.ff.quarum rer.act.non da. ¶ Sextò,quia mutuãs pecuniam lusoribus,vt secum ludant,eam repetere non potest:vt est gl.ordinaria in l.j in prin.& in l.fi.ff.de aleato.quodverum credo,non solùm si mutuans sit ludens,sed etiam si nõ ludat,modò mutuet ludenti scienter,vel ludere volenti:quia videtur casus in l.verum.§.pe.ff.de mino.non obstante quòd lòquatur de minore,sicut& l.si verò non remunerandi.§.si adolescens.ff.manda.quia idem est de maiore:tum quia hoc dicit glo. in d.§.si adolescens.tamen quia d.l. verum . loquitur quando minor priuilegiatus mutuat minori etiam priuilegiato : & tamen ibi licet sint in pari priuilegio,potior est conditio perdentis pecuniam. Et facit quod no.Bar.in d.l.si quis cùm sciret.si autem mutuaret alteri quàm colludenti,licet in ludo,secundũ Pan.vbi s.competit repetitio.Ad quod vide tex.cum gl.in l. j.ff.de alea.& io.l.pe.& vlt.C.eo.vide etiam §.seq. ¶ Decimò
10 quæritur,† quæ sit pœna clerici ludentis ad aleas? Et dico q̃ de hoc sic legitur dist.xxxv.c.j. Episcopus aut presbyter aut diaconus aleæ aut ebrietati deseruiens,aut detinat,aut certè damnetur subdiaconus autem aut lector aut cantor,aut desinat,aut cõmunione priuetur.Et,vt ibi patet,idem est in laico,quod in clerico in minoribus . Hodie etiam idem est in subdiacono quod in diacono,secundum Hol.extra de ser.nõ or.mutanf. Ad hoc tamen vt dictas pœnas,scilicet depositionis vel excõmunicationis incurrant,duo requiruntur,vt colligitur ex doctoribus. Primò quòd habeant ludum in consuetudine,secundum Ray.Vnde dicitur,deseruiens. Secundò,q̃ prius moneantur,& non corrigantur: quia etiã pro mortali nullus est excommunicandus,nisi sit contumax,secundũ beatum Tho.in iiij.vnde dicit,aut desinat.debet tamen invtroq; casu pœnitentiam agere de peccato.Sed prædicta intellige de ludente cum mortali peccato:secus de ludente licitè aut cum veniali:puta ex recreatione quid modicum:quia secundum Ray.dictæ pœnæ nõ inferuntur,nisi pro mortali. ¶ Vn
11 decimò quæritur,† vtrum aliquo casu restituere teneatur qui vicit per aleæ ludum? Et dicit beatus Tho.ij.ij.q.xxxij.ar.vij. quòd in tribus casibus tenetur quis diuino iure restituere illi,à quo est lucratus,nec sufficit dare pauperibus . ¶ Primò, quando lucratus est ei qui rem suam alienare non potuit.Et huiusmodi secundum Arch.post Ray.sunt furiosi& prodigi, id est,quibus ratione prodigalitatis dati sunt tutores : vt exponit Archi.& minores xxv.anno maximè pupilli,& mente capti,& surdi,& exæi,& perpetuo morbo laborantes:quia hi cum rebus suis superesse,id est,prouidere non possunt:dandi sunt tutores vel curatores. Iuisti.de cura.per totum.& serui & filij non emancipati : nisi habeant peculium castrense vel quasi : & clerici quo ad bona ecclesiastica,quæ pauperũ sunt xvj.q.j.quoniam.& religiosi & vxores.Cur enim lucratur,his tenetur restituere,secundum Sanctum Tho. Ray.& Pet.& alios,nisi sit quid modicum,de quo præsumitur quòd curator non curat. ¶ Secundò,quando quis lucratur fraudem quia hoc vt furtum reputatur,secundum S.Tho. & Ray.ar. xiiij.q.j.non sanè.& secundum Pis.intellige fraudem etiam ante ludum:vt quia finxit se insciũ ludi . ¶ Tertiò,quando quis traxit aliàs non luturum per vim aut nimiam importunitatem,siue in principio ludi,siue in medio,secundum beatum Tho.& Azo.& Rayn.qui adducit ad hoc d.c. non sanè. ¶ Duodecimò quæritur , † vtrum is qui lucratur per aleam præter tres casus de quibus in §.priore dictũ est:vt qui lucratur,ei qui põt alienare sine fraude,& sine attractu,teneatur restituere,vbi non viuitur legibus imperialibus : aut si viuitur per contrariam consuetudinem abrogatæ? Et dico secundum Rich.quòd licet ludus fortunæ,vtroq; iure sit prohibitus:tamen restitutio non mandatur fieri nisi per ciuiles: imò leges non mandant restitutionem,sed cõcedunt repetitionem vsq; ad 50.annos:vt l.fi.C.eo.& in d anth . alearum. Igitur vbi nõ viuitur legibus imperialibus,aut viuitur,sunt abrogatæ ipsæ & statuta municipalia,si qua sunt: qui lucratur,restituere nõ tenetur,secundum communem sententiam: quia solo iure ciuili ista restitutio mãdat,q̃ abrogatũ supponitur:lucrũ tamen ipsum erogandũ est pauperibus secundum penè omnes:quia est turpe:vt ĩ. Turpe lucrũ.quod quidem dicunt aliqui esse verum ex necessitate præceptialyter: rò melius dicunt hoc esse cõsiliũ,ne scilicet pateat via ludis. Et ista est opinio Mo.Asca.Ange.Arch.Fran.Zab.Pet.de Palu.Ray.qui dicunt quòd consuetudo potuit dominum transferre in vincentem.& Io.de Imo qui allegat ista,nec reprobat:& Io.Aud.& Io.Cald.qui in d.c.clerici.dicunt tutum esse dari pauperibus,non autem necessarium.& Aften.& vr ibi videtur etiam S.Tho.& Ric.qui dicunt quòd talis restituere non tenetur:& tamen nihil dicunt de dando pauperibus. Et pro hoc facit theorica Veruec.quòd vbi restitutio non est facienda certæ personę sed pauperibus:talis restitutio est de consilio : exceptis tamen quibusdam casibus , in quibus non præcepit expresse fieri restitutionem:vt ĩ. Restitutio.viij.§. ij.& ideo ista opinio tenenda est:vt non negetur absolutio nolenti erogare pauperibus:sed alia tanquam magis meritoria & secura est consulenda. Nec obstat prædictis quòd episcopus auxilio præsidis potest talia lucra,si non reperiuntur,exigere,& paupertribus distribuere:vt dicit tex.in d.anthen.alearum.& sic videtur esse pauperum:tum quia hoc est abrogatum,vt supponitur:tum quia licet in pœnam illa pos sit auferre:non sequitur tamen quòd ipsi dare teneantur,sicut nec in alijs casibus , in quibus fiscus turpiter acquisita tollere potest:vt in l.j.C.ad legem Iul.repet.& in l.j.ff.de iure fisci.Est tamen hic notandum quòd Sum.Ang.tenet huiusmodi leges Imperiales non esse abrogatas quòd verum est eo modo quo dicit,scilicet per nõ vsum:vt patet ex dictis ĩ. l.ex.§.xvj.sed sunt abrogatæ per contrariũ vsum , inquantũ aliquando repetentibus nõ fit ius.Vnde dicit Alex . Lomb. tit.de vsur.quòd sunt abrogatæ per consuetudinem contrariam:quod patet,inquit,quia repetenti ludo perdita in foro ciuili & iudiciali non datur actio,nec sententia restitutionis fiendæ.& idem tenet Sco.in iiij.dist.xvj.& sequitur Sum. Rof.& est verum in mulcis locis. ¶ Decimotertiò quæritur, † vtrum is qui lucratur potenti alienare sine fraude & tractu vbi viuit legibus Imperialibus vel municipalibus non abrogatis quo,ad restitutionẽ,teneat restituere ? Et dico de hoc esse multas opiniones. ¶ Prima dicit indistinctè quòd talis restituere non tenetur , sed de necessitate tenetur erogare pauperibus.& sic tenuit Hug. & Placen . hac ratione : quia cùm turpitudo vertitur ex parte vtriusque , melior est cond-

conditio possidentis ff.de condi. ob tur . cau.l.iij . & iiij.Sed hæc opinio est falsa quantum ad primum dictum & secundum,vt patebit.Ad rationem vero dicit Azo hoc esse verũ sotte cùm dedi aliquid vt turpe qd faceres. secus si dedi contrahendo,vbi lex contractũ prohibet.C.de agri.&cen.l. quemadmodum. ¶ Secũda distinguit dicens q̃ tenetur restituere, si per sententiã iudicis ad hoc fuerit arctatus seu cõdemnatus,aliàs nõ:quia iura nõ mãdant fieri restitutionem,sed cõcedunt posse fieri repetitionem.tenetur autem dare pauperibus,sic quòd si prius dedisset,& posterius fieret repetitio, excipere posset cõrã iudice,si posset probare erogationem factam pauperibus.& sic tenuit Pet.de Pal.in iij.&Sum.Ange.quantũ ad hoc quòd restituere nõ tenetur,nisi fiat repetitio.qd patebit falsum.licet dicat nõ esse necessariò lucrum erogandũ pauperibus.qđ patebit verũ.& addit quòd vbi lex imperialis,quam scilicet nullibi credit abrogatã nõ ligat,vt in terris ecclesiæ,& similium, non potest fieri repetitio. qđ etiam est falsum:quia huiusmodi leges si non sunt abrogatæ ligant etiam in terris ecclesiæ:vt patet ex dictis ĩ.Lex.§. ix. ¶ Tertia autem opinio dicit quòd tali iure durante sic acquisitum est simpliciter restituendum ei , à quo acquisitum est ex iure positiuo:quia iura prohibent non solùm ludũ,sed etiam acquisitionem per ipsum:& malæ fidei possessor dicitur,qui contra legũ iura meretur,de agri.& cen.l.quemadmodum.& hæc est opinio Azo.& gl. super c. episcopus.dist. xxv.&c.clerici.de vi.& ho.cle.& S.Tho.vbi ĩ.& in iiij.dist. xv.& Rich.in iiij.& Rayn.& Bern.in d.c. clerici.& breuiter Host.dicit,vt refert Archi.& ferè omnes doct.sic sentire.Fallit tamen quod dictũ est secundũ Arch.in eo,qui lucratus est ei,qui traxerat ad ludum:qui non tenetur restituere ei , qui amisit,sed erogare pauperibus,secundũ Ray.& Inno.in cap. quia plerique.de immu.eccl.quod intellige de consilio,& nõ præcepto.Fallit etiã in eo qui modicũ ex recreatione lusit:
14 quia restituere non tenetur,si ludus fuit licitus & honestus. ¶† Decimoquartò quæritur,vtrũvincens per ludum humanum,qui scilicet innititur viribus aut ingenio,teneatur restituere,sicut per ludũ pilæ & balistæ,schacorum,& huiusmodi? Et dico huiusmodi ludos non esse prohibitos,vt dictũ est. & est tex in l.pe.& vl.ff.de alea.vbi concessus videtur omnis ludus,qui fit gratia virtutis experiendæ:intellige nisi aliter suis naturale vel ecclesia ,phibuerit:vt torneamentũ & dicũt quidam,vt recitat Pan.in d.c.clerici.quòd hoc casu quod vincitur,nõ subiacet restitutiõi,cùm nõ submittãt se homines fortunæ,sed exinde proueniat bonum.cùm exerceantur ingenia:non tamen debet ludi in magna quantitate:quia iam non fieret ex recreatione,sed cupiditate.Pan.etiã dicit quòd
15 vbi quis luderet ,ppter lucrũ,esset idem qđ de ludo fortunę. ¶ Decimoquintò quæritur , † quomodo teneatur particeps in ludo illicito? Et dicit Arc.de dante pecuniã ad partem lucri,quòd renet de eo quod ad illũ peruenit:& idem videt de alijs,qui conce.dunt domos vel taxillos,vel consulunt : quia ista dãnificatio fit volente dãnificato exponere se tali periculo:sicut in furto & rapina.& de hoc ĩ. Restitutio.iij.§.vj.
16 Partitas. ¶ Decimosextò quæritˀ,† vtrũ possit quis licitè retinere q̃ lucratus est in torneamentis? Et dicit Ric.vbi ĩ quòd ficiquia ecclesia & si prohibuit torneamentũ nõ tñ acquisitionem per ipsum:vñ peccat quidem, sed restituere non tenetur:vnde debet pauperibus erogare , de cõsilio tñ magis quàm de præcepto,dicit Archi. ¶ Decimoseptimò quæritur,
17 † vtrum possit fieri compensatio , si is , qui lucratus est cum obligatione restituendi,perdat cum eo qui & ipse restituere tenetur? Et dico multa. ¶ Primum.Non fit compensatio, si persona sit alia:quia staret inæqualitas iustitiæ, cum is nõ recipiat qui amisit. ¶ Secundum. Si verò persona sit eadem sed ludus alius genere:puta,quia vnus erat licitus & nõ alius: non fit etiã compensatio:quia vnũ lucrum,scilicet ludi illiciti,est obnoxiũ restitutioni,& nõ aliud: ideo qui perdit ad pilam decem,& lucratus est ad aleas alia decem,nihilo minus tenetur soluere decem,quæ ipse inveritate debet:nec potest cõponere alia decem:quia sibi in veritate nõ debent,cùm ea restituere teneat si accepit . ¶ Tertiũ. Si verò persona sit eadem,& ludus idem in genere,& specie diuersus : vt vterq; licitus,vel vterq; illicitus:& multo fortius si sit idem specie, numero diuersus:puta quia vterq; est alearis vel pilaris: aut si sit idem numero,quod est qñ ad alia nõ diuertit,scilicet p notabile spatiũ,ar.l.continuus.in princ.ff.de verb.obl.tunc si vterq; ludentium perdere potest,fit compensatio tripliciter primò si ludus sit vnus numero,vt planũ est:quia in his quæ sunt eiusdem rationis consistentia in numero,põdere,& mensura,& eiusdem liquiditatis,tenet compensatio,vt ĩ.eo.tit.§. j.& facit quod no.Bar.in l.iuficiando.§.infans.ff.de fur.Secũdò si sit vnus specie eadem ratione:quia semper vterque erit licitus vel illicitus,& eadem erit ratio obligationis hinc inde Tertiò si sit vnus genere:quia eadem est ratio.Nec obstat si vterq; sit illicitus: tum quia si hac ratione quia ludus est illicitus,ille cui vici, non tenetur mihi,eadẽ ratione nec ego illi: & sic fit compẽsatio saltem impropria falso credito extinguendo falsum debitum:tum etiam quia&si dare sit casum, in quo quis non teneatur ei cui vicit ratione paris turpitudinis,potest tamen illi restituere:& restituendo liberat:vt no. in Sum.Con.lib.ij.tit.viij.q.xxv.ad finem.Si verò vterq; perdere nõ põt,iterũ fit cõpensatio tripliciter,vt ĩ. qa ratio par est,& neuter eorum debet etiã in ludo licito pro tũc : quia nõ habet vnde perdat.Si verò alter tantũ perdere nõ põt:si ludus sit vnus numero,fiet compensatio saltem impropria quantũ ad tonũ,si vterq; æqualiter vincit aut perdit:qa nullus lucratur,cùm lucrũ sit quod reportatur in fine : vel prorata.si alter altero plus vincit:quia nõ est alter lucratus,nisi quod excedit partem illã.Si verò ludus sit alius & alius numero vel specie,non poterit cõpensare de subtilitate iuris is,qui vicit,perdere non valenti:quia acquirit patri vel dño: non autem perdit. De æquitate tamen conscientiæ credo quòd fieri possit.ar.eius quod no.Pan.in c.filius . de testa.& c.ex parte.de censi. ¶ Quartũ.Circa istã materiã Sum. Ros. tenet vnũ falsum cõtra prædicta,& cõtra mentem Summistarum sui ordinis,id est,Sum.Ange.& Sup.& hoc ex friuola ratione,dicens.Si ludus sit cum eadem persona,sed alio & alio tempore,nõ fit cõpensatio:quia per interitũ rei morosus debitor non liberatur.l.in re furtiua.ff.de cond.fur.tangit etiam aliud fundamentum:quia quæ prius vicerat danda erat pauperibus:ludẽdo aũt nõ pauperũ bona,sed sua amisit.Sed dico ad primũ motiuũ q̃ ista lex intelligitur in re certa & determinata:sicut si debeo istũ equũ aut summã decem librarum in ista moneta numero vel specie : nõ liberor si pereat equus vel ista moneta.Secus in re incerta,cuiusmodi est aliqua summa,puta decem librarũ:quia ista nõ interit quandiu stant aliqua bona ludentis:quia si perdit aurũ,quærat argentum,& soluat.& ecõtrario.Ad secũm dico quòd illa non erant pauperũ,quæ prius lucratus erat etiã cõtra legem: vt istemet doctor prius dixerat,sed etiã ipsius lucratoris. ¶ Decimoseptimò quæritˀ occasione prædictorũ de visitata cõe. 18
episcopus enim statuit vt ludens ad azarum sit excommunicatus,vel puniatur in tantum:modò vous vno sero lusit cum pluribus,& pluriesvicit ac perdidit.Quæritur an fiat hic plures ludi,& plura delicta,& plures excommunicatiões nẽne? Et dicit Bartol.in l.inficiando.ff.de fur.quòd totum illud vi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

detur vnus ludus donec sit habitus pro completo & soluto recedentibus luforibus: vt l. contractus. C. de fi. instru. nec potest dici perfectè vicisse, donec ludus non sit perfectè completus: quia adhuc superest spes perditionis. Item circa luctū dico quòd pluralitas personarū, cū quibus vnā simul ille lusit, no dicit taceve plura delicta: quia illæ nō dicunt offensæ ab illo, sed magis respublica: ideo vnū est delictū: vt l. si plures. ff. arb. fur. cæ. Sed prædicta intellige, nisi ille sero magno spatio diuertat ad alia: quia eo casu diuideret actus, vt patet ex v. Phyf. & cōsequenter delictū: qđ est actus humanus malus, diuersæ etiā personæ colludentes simul cōtinuē vel quasi nō multiplicant delicta: quia oēs tenent locū vnius colludentis. Siverò colluderent successiuè, videret ludus diuidi, & multiplicari: sicut multa facit peccata, sedm doc. qui successiuè cōtinuē vel quasi multas fœminas cōcupiscit. Et per hoc dici solet ad illud statutū dicens q̄ nullus possit ducere vltra tres famulos: & vnus duxit viginti. dicit ergo Bar. quòd est vnum tantū delictū, & nō vnū pro quolibet famulo vltra dictum numerū: cum ipsi ex tali deductione nō offendant, sed respublica quæ est vna. Et idem si mandet sub certa pœna, vt ad conuiuiū nullus habeat plus quàm decem: quia vnū est delictum si quis habuerit xxx. vel xl. ¶ Decimononò quæritur iterum occasione prædictorū de hac qõe. dicit statutū ad nuptias non posse inuitari vltra xij. dominas: modò quidam vxorem docebat ipse & filius suus: quæritur vtrum inuitari possint xviij. dominæ, tanquam sint duæ nuptiæ, an xij. tantum. Et dicit Bar. quòd licet sint duo matrimonia, & ex hoc respectu dici possint duæ nuptiæ: tamen quia hoc fit vnā simul, quo ad solemnitatem vniceæ nuptiæ dicuntur: vt l. patris & filij. ff. de vul. & pupi. Sed Ang. hoc non admittit: quia d. l. nihil ad hoc facit, quia ibi testamentum filij sine paterno esse non potest: vnde filiale à paterno dependet: ideo q̄. dicuntur vnū: sed nuptiæ patris & filij nō sunt dependentes vel inseparabiles: ideo q̄ fortè cōtrariū esset dicendū. Et hoc indubitatè tenendū est: vt patet ex ratione statuti, quæ est vt nō multiplicentur nimis expensæ: & competenter honorentur propinqui sponsi & sponsæ: qui hic ex parte spōsarum duplicantur.

De Luxuria in genere & in specie.

1 *Luxuria quot sint species.*
2 *Luxuria quomodo & quando sit peccatum mortale.*
3 *Fornicatio quando sit peccatum mortale.*
4 *Incestus quæ sint pœnæ.*
5 *Stupri quæ sint pœnæ.*
6 *Raptoris quæ sint pœnæ.*
7 *Sodomita quæ sint pœnæ.*
8 *Sacrilega luxuria quæ sit pœna.*

LVXVRIA a luxu, id est, solutione seu fluxu dicta, importat quandā solutionem in voluptate. Vnde & secūdum Isid in lib. Ety. luxuriosus dicitur quasi solutus in voluptates. Et quia voluptates venereæ maximè hominem soluunt: ideo sedm S. Tho. ij. ij. q. cliij. luxuria primò & principaliter est circa voluptates venereas: secundariò etiā excessum dicit in alijs. & sic luxuria dupliciter sumit. Primò scilicet largè: & est abūdantia ac superfluitas rerū corporalium: quo modo dicit Ambr. in c. pōt fieri. de pœ. dist. j. quòd egritudo corporis pctū repellit, luxuria carnis, id est, abundātia deliciarum peccatum adolet, id est, nutrit, & secundò strictè & ꝓprie: & est inordinatus appetitus venereorū. ¶ Primò verò quæritur, 1 quot sint species luxuriæ? Et dico quòd sex, de quibus xxvij. q. j. §. cùm ergo. aliàs incipit, lex. & S. Tho. ij. ij. q. cliij. & iij. dist. xlj. si fornicatio scilicet simplex, adulterium, incestus, stuprum, raptus, & vitium contra naturam: additur etiam sacrilegium: vt cùm quis abutitur persona sacra: sed ista species non est luxurię propriè: sed reperiri potest etiam in alio genere: puta furti, homicidij, vel huiusmodi: de quo dicit vt S. Tho. ij. ij. q. cliij. ar. x. Quantus Sum. Rof. dicat additum monialium ad incestum pertinere: quod etiam patet ex c. hi ergo. xxvij. q. j. iuncta gl. ¶ Fornicatio propriè est coitus soluti cum soluta: secundum S. Tho. iij. dist. xlj. & dicitur fornicatio simplex. licet largè sit omnis illicitus coitus viri ad fœminam: imò largissimè est omne peccatum. ij. ij. q. clj. ar. ij. & iiij. dist. xxxix. ar. vj. secundum. sed intellige soluti quilibet vinculo, scilicet coniugij, consanguinitatis, affinitatis, ordinis, & religionis, seu voti. ¶ Adulterium autem est alieni thori violatio. xxxij. q. vj. non mœchaberis. vt dictum est. ¶ Incestus autem est coitus cum persona consanguinea vel affine. vnde incestuosi dicuntur, qui consanguinei vel affinibus abuntur. xxxvj. q. j. §. cùm ergò. ¶ Stuprum verò [illegible] est illicita virginum defloratio sub cura parentū existentium. ij. ij. q. cliij. ar. vj. & dist. xlj. aliquando tñ largè dicitur stuprum quælibet alia species luxuriæ, sicut adulterium dicitur stuprum. xxxij. q. iiij. nemo. & Numeri v. ¶ Raptus verò secundū Ray. in tit. de rapto. §. hoc. est cùm puella violenter, & contra eius vel parentum voluntatem educitur, vt corrupta habeatur in vxorem. xxxvj. q. j. §. cùm ergo. vel etiam vt habeatur in concubinam. extra de raptoribus. cùm causa. & gl. eius in verbo, vxorem. dicit quòd raptus quoq; cōmittit si qs rapiat aut etiam semel abutatur muliere renitente. xxxvj. q. j. §. ex hoc. secundum S. Tho. autem ij. ij. q. cliiij. arti. vj. raptus sic potest describi: Raptus est violentia facta mulieri vel parenti propter coitum assequendum etiam matrimonialem: vnde est raptus si violentia adhibeatur mulieri, non patri: vt quando non ipsa, sed vsus eius violenter rapitur. xxxvj. q. j. §. ex hoc vel econtrario patri, & non mulieri: puta quia consensit interatur virgini, siue puellæ corruptæ aut viduæ. vel mutatæ. adde ex Sancto Tho. vel etiam sanctimoniali. xxxvj. q. ij. raptores. c. si quis non dicam. ¶ Vicium verò contra naturam secundum S. Tho. vbi ꝛ. ar. xj. est actus venereus repugnans non solùm rationi rectę: quod est commune in omni vitio luxuriæ, sed etiam ipsi ordini naturali actus venerei, qui conuenit humanæ speciei, qui scilicet est, vt sit inter masculum & fœminam eiusdem speciei in vase & situ debito. Quod quia pluribus modis potest contingere, ideo ista species luxuriæ tanquam subalterna continet sub se multas & specialissimas. ¶ Prima dicitur mollities vel immunditia: quæ est cùm quis sine coitu sponte polluitur. ¶ Secunda dicitur Sodomia: quæ est, secundum S. Tho. quando coitus est inter masculum & masculum, vel fœminam & fœminam, ita quòd sexus debitus non seruatur. vnde malè Sum. Ang. dicit Sodomiam quòd est turpitudo in masculum facta. & cōsuus. quod adducit. xxxij. q. vij. est expresse cōtra eum. ¶ Tertia dicitur bestialitas: quæ est quando coitus est cum re alterius speciei. ¶ Quarta retinet sibi nomen contra naturam, & dicitur vitium contra naturam: & est quando quis coit cū sexu fœmineo & eiusdem speciei: sed non seruatur modus naturalis coeundi quantum ad instrumentum non debitum aut alios monstruosos & bestiales concumbendi modos: vt dicit S. Tho. qui videtur velle quòd vbi sexus est debitus licet vas seu locus sit indebitus, quod non sit Sodomia, sed peccatum contra naturam tantum, qui scilicet est vbi coitus sequi non potest generatio. quod intelligo nisi raro: vt si mulier præbeat terga, vel fortè etiā si supergrediatur. & ille [illegible] ꝛ. Debitum. §. iiij. per totum. ¶ Secundò queritur, 2 quomodo & quando in luxuria sit peccatum mortale? Et dico quòd omisso peccato contra naturam cum propria vxore seruato debito vasę, de quo suprà Debitum. §. iiij. omnis alius actus venereus omnium prædictarum specierum est de se peccatum mortale: & in huiusmodi est mortale multipliciter. ¶ Primò si opus ipsum perpetretur. ¶ Secundò, si deliberetur ipsa perpetratio, secundū illud Matthæi v. Qui viderit mulierem, &c. & in hoc omnes doct. cōueniunt quod hoc peccatum est eiusde speciei cum ipso opere exteriori, quod etiam Sum. Ang. concedit: sed tamen dicit nō esse necessārio contrahendam istam circumstantiam, scilicet an quis deliberauit de soluta an de coniugata: quia hoc est tantū contra vnam prohibitionem, scilicet non concupiscere vxorē proximi tui. ¶ Sed tamē hoc stultum est dictu tum quia pari ratione non tenebitur eam confiteri, qui actu perfecit opus, quia non egit cōtra plures prohibitiones plus, quàm is qui deliberauit: tum quia ista circumstātia, scilicet cōiugata, variat specie: & eo casu sit cōtra castitatē & cōtra iustitiam, propter iniuriā factā marito in persona cōiuncta: & consequeter sic contra duo præcepta. nec sua ratio aliquid valet, vt patuit. ¶ Tertiò, deliberando & cōsentiēdo circa delectationē operis: expressè vel tacitè, etiam sine intētione perficiēdi, iuxta ea quæ dicta sunt ꝛ. Delectatio. §. j. & iiij. ¶ Tertiò quæritur, 3 quid iura & doctores de fornicatione tradiderint? Et dico multa. ¶ Primum. Fornicatio simplex secundum omnes Doctores indubitatè est peccatū mortale: vt patet ex rationibus Sancti Tho. tertio cōtra c. cxix. & ex text. Apostoli Gal. v. vbi patet ꝙ excludit à regno Dei: & similiter Rom. j. Nec in hoc excusat ignorantia: quia est contra legē naturalem: nec potest esse sine lata culpa addiscendi quæ pertinent ad salutē, cùm pœnè ab omnibus prædicetur & sciatur. ¶ Secūdum. Qui accedunt ad publicas meretrices nescientes hoc esse prohibitum, non excusantur à mortali: & toties quoties: quia ignorantia iuris naturalis & diuini in casu tam claro nemine excusat. j. q. iiij. per totū. & similiter est mortale aliquē ad hoc inducere. de pœn. dist. j. noli. & ij. q. j. no. ¶ Tertium. Fornicatio simplex est peccatū grauius in viro quàm in fœmina: sed cōtra est de adulterio: quia grauius est in fœmina quàm in viro, secundū Sanct. Tho. iiij. dist. xxxv. & ibi vide rationem. ¶ Quartū. Simplex fornicatio in clerico publicè tenētę concubinam inducit depositionē, si monitus nolit corrigi: quia talis primò quidē debet monitus suspēdi à beneficijs: & si sedm correxerit, debet ab eis perpetuò remoueri: siue sit in sacris extra de coha. cle. & mu. sicut siue. nō: vt ibi in c. fi. aūt clericis. vbi videtur innui quòd requiratur monitio trina. quod si tale crimē sic notorijū: suspēsus est ipso iure vt dictum est ꝛ. Clericus. ij. §. iiij. & xxx. Si verò sit publicū ex fama tantùm ita ꝙ meritò talis habeatur suspicio quòd scandalū generetur, etiā si nō appareat accusator, erit purgatio indicenda: in qua si defeceri, aut se purgare noluerit, canonice punietur extra de coha. cle. tua. & interim nō debet in officijs exercitari. ¶ Quintū. Clericus in sacro ordine aliquā ducēs in vxore, priuari debet ordine & beneficio ecclesiastico: & mulier, si erat libera, redigi debet in seruitutē ecclesiæ dist. xxxij. eos qui. si ancilla, debet vedi di. lxxxj. quidā clerici. & filij inde nati redigūtur in seruitutē ecclesiæ. xv. q. vlt. mulæ. Itē talis clericus est excōmunicatus ipso facto: vt ꝛ. Excōmunicatio. ix. §. iiij. Et quādo ab ea separatur, debet illā abiurare, scilicet ꝙ de cetero ad illā nō accedet, nec comedet aut bibet cū illa, nec in eadē domo manebit, nec in alio loco, nisi tam publicō ꝙ mala suspicio esse nō possit: nec loquetur cum ea nisi coram idoneis testibus. & certa necessitate: & hoc in ecclesia, vel alio publico loco. xxxv. q. vj. ab illo die. qui cler. vel vo. extra. Si tamē habetur suspectus q; forsitan iuram ētum non seruabit, exigi nō debet: sed per sententiā interdicti aut

iuspēsionis, vel aliorū huiusmodi est compescēdus. extra de coha. cle. clericos. & concor. Ray. & Host. qui etiā addit ꝙ nihil per iuramētū iniungēdū est alicui, si de trasgressione verisimiliter timeat. Addit etiā Ray. quòd si ducta esset ancilla, & filij paruuli, nō vellet ur, ne filij propter eius absentiā perirēt: sed in monasterio truderentur. dist. xxxiij. fraternitatis. Sed ibi glo. dicit ꝙ pœnarū diuersitas, quę hic inducitur, dat episcopo optionē: vt scilicet eligat quā voluerit: imò innuit quòd in casu de. fraternitatis. no fuit cōtractū matrimonium. & idē Ray. ¶ Quartò quæritur, 4 quid iuris de incestu, omisso adulterio, de quo suo loco dictū est? Et dico multa. ¶ Primū. Incestuosus secundū Pan. in d. c. j. de eo qui cog. cōsan. vxo. fuæ duplicē pœnā incurrit. Prima est, quia priuat facultate cōtrahendi matrimoniū. Secunda, quia nec exigere potest debitū à propria vxore, quā prius habuit antequa commisit incestū. xxxvij. q. ij. qui domerit. nisi scilicet eū eo dispēsetur. & si exigit, mortaliter peccat, secundū Vinc. quia facit cōtra præceptū canonis, ar. c. ij. de maio. & obe. Sū. verò Angel. cōtra Rosel. hoc intelligit vniuersaliter de quocūq; incestuoso, & nō solū cū vxoris cōsanguinea: sed dic vt j. Matrimonium. vij. impedimēto vltimo. Secundū. Si autē incestuosus contrahat de facto, secundū Pan. in c. tr ānmissæ. de eo qui cog. cōsan. vxo. suæ. Matrimonia tenet, & reddet etenetur debitum: exigere tamē nō potest sine mortali, nisi cū eo dispēsetur. hoc tamē idē Pan. in c. literis. de præsum. videt velle hāc pœnā, scilicet ꝙ incestuosus cōtrahere vel exigere nō possit, habere locū solū quādo cōstat de incestu qualitercūq; ar. d. c. ex literis. & xxij. q. j. si quis spōsam. ¶ Tertiū. Si autē vxor cōmisit incestū cū mariti cōsanguineo de cōsensu mariti: si fuit violentata absolutè, secundū Richar. nulli ei præiudiciū generatur: vt in c. discretionē. de eo qui cogn. consang. vxo. suæ, vbi sine culpa suā nō debet suo iure priuari. Si verò per coactionē cadentē in cōstantē virum, mortaliter peccauit, & cōmisit incestū. credit tamē in detestatione criminis viri nō esse mulieri interdictū debitū petere à viro: & illi reddere tenetur. Si verò fuit inducta leui metu, nō licet ei debitum petere: sed tamē si vir petat, reddere nō tenetur: quia potest ei adulteriū illud obijcere: vir autē debitum petere non potest secundum eundem, propter affinitatē contractā sua voluntate & præcepto. ¶ Quartū. Marito incestuoso vxor pōt debitū negare, secundū Host. vt refert Panor. in c. tranmissæ. de eo qui cog. consang. vxo. Si tamē ipsa semel petierit, reddere tenetur, quasi sit reconciliata. Sed Panor. dicit melius tenere oppositū do. Ant. & Car. quia isto casu nō priuatur exactione contēplatione vxoris, sed atrocitate delicti: ideoq; nō potest sibi hāc pœnam remittere nec etiam exigendo debitum videretur sibi velle remittere. ¶ Quintum. Secundum Panormi. in d. c. j. incestus est verè commissus: puta cum propinqs, aut vxoris suæ, cum qua matrimonium consummauit, cōsanguinei: tunc episcopus dispensare non potest vt contrahat vel exigat nisi ex causa: puta ratione iuuentutis, & huiusmodi. quo casu bene poterit. xxxv. quæst. vj. si duo. & idem tenet & dicit communiter tenere doct. in cap. transmissæ. de eo qui cog. consang. vxo. suæ. Si verò incestus non est verè commissus: puta quia cognouit consanguineam sponsæ nondum cognitę: sic episcopus potest dispensare etiam sine causa, vt cōtrahat: nō tamen cum sponsa illa de futuro: si cōmissus est in vase, & ibi consummauit cum eius cōsanguinea, sed cū alia quæ sibi non fit affinis. quod etiam Sum. Aug. dicit posse fine dispensatione adducens. glos. in c. quidam. xxxvij. quæst. ij. sed nec glo. hoc dicit nec est verū: vt patet ex Panor. in d. c. j. in vltimis verbis iuncto cap. seq. vbi iuncta gloss. patet expresse hoc esse factum: quia is qui cognouit matrem spōsæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

gio.id est,de futuro;aliam ſponſam habere nõ poteſt niſi ex diſpenſatione.¶ Quinto quæritur, † quid de ſtupro iura tradiderint?Et dico vnã ſolum quęſtionẽ circa hoc decidendã, ſcilicet an ſtuprator virginis teneatur aũ aliquid? Et dico ꝙ Dominus determinauit Exo.xxij.quòd ſi eã ſeduxit,tenet'ha bere in vxorẽ,ſi pater voluerit,& dotare:vel ſaltẽ dotare.Et Deuter.xxij.dicit quòd tenetur patri in .l.ſiclis:ſed qa hæc pertinebat ad præcepta iudicialia,hodie nõ obligãt,niſi quatenus eccleſia vel aliqua ciuitas ea aſſumpſerit tanquã ꝓpria. vñ nec S.Tho.qui iſta recitat.ij.ij.q.cliij.intẽdit aſſerere ita ſeruandũ eſſe,vt patet j.ij.q.ciij.art.iij.ſed vult ꝙ hęc ꝓbare ꝙ ſtuprator ex naturali iure tenet virgini & patri ſatisfacere ſecundũ taxationẽ factã à iure poſitiuo:qui quantũ ad virginis dotationẽ eſt eadẽ,vt dicetur:quantũ verò ad patrẽ nõ eſt iure cõmuni poſitiuo determinatũ qd debeat. Circa hoc autẽ dicit eanõ ꝙ ſi eã ſeduxit, tenetur eã dotare,& ducere, aut ſaltẽ dotare,ſi pater eam dare noluerit,de adul.c.j.quod quidẽ gl.limitat verũ de iure antiquo : hodie verò aut ducit eã,aut verberatus & à ſacramẽtis excluſus detrudit in monaſterium:de adul.c.ij.Sed hæc limitatio ſtare nõ poteſt,vt patet intuẽti d.c.ſecundũ.quod loquitur quãdo nõ vult eã ducere, quo caſu dabit dotẽ,& vapulabit,vt ſuprà. Quidã verò alij, vt Ray.& Sum.Conſel.lib.ij.tit.v.q.vj.&quidã alij gloſſatores limitãt hoc verũ de raptore , vt intelligatur ſi ſeduxit, id eſt, ſeorſum duxit à domo paterna,extrahes eã ꝑ violẽtiam. Sed certè iſta limitatio cõmuniter non tenet:& de adul c.ii. patet quòd capitur ſeducere pro decipere,& nõ ꝓ rapere: & præterea bonus ſenſus nõ patitur,vt quæ in titulo de ſtupro dicuntur,per extortas expoſitiões trahãtur ad titulũ de raptoribus.Et ideo loquẽdo de ſtupratore,dicit Pa.in e.j.de adult. quòd ſi eã ſeduxit vel decepit,tenetur eã dotare , & vlterius accipere in vxorẽ,ſi pater vult eã ſibi dare,vt ibi.c.j.& ij.& ſi eam nõ vult accipere , debet coꝑoraliter caſtigari,nec ſola conſtitutio dotis eum liberat,ſi pater eã vult dare : & ſi eam non vult dare,nihilo minus tenetur ad dotẽ iuxta cõſuetudinem patriæ.& ſi ſit clericus,qui cõtrahere nõ poteſt , nihilo minus tenetur ad dotẽ,vt pater per Pan.ibidem.c.ij. Et ſi virneget eã virginẽ fuiſſe,non incũbit probatio patri aut virgini,ſecundũ Pan.in dicto c.j.& cõmuniter doctores:quia præſumitur virgo,ex quo habetur pro virgine:& impureturiſti qui abuſus eſt: quia ratione delicti probatio trãſtertur in illum.Si verò illa non ſeduxit,ſed ſponte acquieuit,ſecũdum Panorm.adhuc habet locum d.c.j.quod loquitur de ſeducẽte:quia virgo ſemper præſumitur ſeducta & decepta:quia ſi non eſſent hominis inſidiæ, tantum ſecinus non perpetraretur.C.de rap.vir.l.vnica.[†Prædicta autem vera ſunt, ſecundũ Sum.Ang.etiam in foro cõſcientiæ:ſed quia ad pœnas legales nullus tenetur niſi condemnatus:nisi intellige in foro cõtentioſo:ſcilicet ſi quis fuerit condemnatus ſecundũ Archid. & Roma.& Supp. ſed in foro conſcientiæ dicit Archid.poſt Veruec.ſic ſeruandũ quòd ſi eã defloruit volentem, nõ tenetur:quia nõ ſeduxit.ſi autẽ inuitã vel ſeductã, puta ꝓmiſſionibus & mẽdacijs,nõ viderut fuiſſe volũtarias:vnde ioiungendum eſt ei quòd ſatisfaciat ad arbitriũ boni viri , vel cũ ea cõponat. & ſi promiſit eã ducere vt copulã extorqueret, ſeruet ꝓmiſſum:& multo fortius ſi ruarit.Et hoc ſecũdum Archi.niſi eſſet nimis diſtans eorũ cõditio:puta ſi mulier eſt plebeia,vir nobilis & potẽs:quia nõ ꝓſumitur mulier fraudem ignorauiſſe.vel etiam ſi magnum aliquod ſcandalũ crediti ꝓueniret:& tunc poterit remiſsionem promiſiſi:& aliter ſatisfaciat ſecundũ ſuã facultatẽ & mulieris indigentiã. Quæ quidẽ notanda ſunt propter eos qui ſub deceptione accipiendi puellas in vxores eas trahunt ad copulam cũ intentione non accipiendi:quia tales ex quo eas accipere promiſerunt,vel à fortiori ſi eas acceperũt, tenentur eas accipere & dotare ſecundum aliquos , licet animũ habuerint decipiendi : & ſi eas accipere non poſſunt: vt quia iam contraxerunt cum alia,vel pater eam tradere nonvult,tenẽtur dotare,vel aliter ad arbitrium boni viri ſatisfacere. Vide etiã infra Matrimoniũ.iiij.§.viij.Secundum leges autem ſtuprator debet regulari,& dimidia pars bonorũ eius publicari: aut ſi eſt vilis perſona.debet verberari. Inſtitut.de publi.iudic.§.ij-Si autem ꝓ vim fecerit,capite plectitur. Inſtitut.vbi ſ.§. finaut.

¶ Sextò quæritur,† quid iuris de raptu?Et dico multa. ¶ Primum.Raptoris pœna vt nũc loquimur de raptore, ſecundũ leges eſt vt capite puniatur, & eius ſubſtantia raptæ applicetur,ſcilicet ſi ingenuam rapuit:ſecus ſi ancillam vel liberti. quia decapitatur quidem,ſed ſubſtantiam nõ perdit: nec diſtinguitur vtrum volentẽ quis rapiat vel inuitam , ſponſam propriam aut alienam,coniugatam vel non coniugatam,& ſimiliter omnes fautores raptorũ capite puniuntur.Probatur hæc omnia C.de rap.vir.l.raptores. Secundum canones autẽ raptor efficitur ſeruus raptæ:niſi velit ſe redimere:& ſi mulier voluntariè rapta eſt , obligatur raptor ſeruire patri aut ſe redimere.xxxvj quæſt.j.de raptoribus.quæ tamẽ pœna ſecundũ glo.Ray.imponi poteſt in foro iudiciali, nõ penitentiali : & ſimiliter ipſe raptor cum ſuis fautoribus debet excommunicari.xxxvj.q.ij.c.j.& iiij.¶ Secundum. Has tamẽ pœnas aliquando raptor non includit:primò ſecundum Panor.in cap.cum cauſa.de rapt.vbi præceſsit tractatus de ꝓpijs:& pro matrimonio cõtrahẽdo puella fuit abducta.quo caſu de iure canonico non committitur raptus : quia matrimoniũ debet eſſe liberũ,& puella fortè nõ poterat cõtrahere liberè in domo parentũ:vnde ius canonicũ libertatẽ matrimonij:ius verò ciuile delictum raptoris conſiderauit. Vbi verò tractatus nõ præceſsit,ſemper cõmittitur raptus. Secũdò quando quis rapuit ſponſam propriam.xxxvj.quæſt.j.lecta illa.& quæſt.ij.ſi quis virginem. & extra eo.cum cauſam.obſtat quòd l.vnica. C.de rap.vir.velit raptũ cõmitti etiã in ſponſa de futuro: quia,vt dicit Panorm.vbi ſ.potius iuri canonico in hoc ſtandum eſt,ar.c.vlti.& pen.de ſecũd.nupt.& quod not.in regula,poſſeſſor.de reg.iur.lib.vj. Dicit tamen Sanctus Thom.ij.ij.q.cliij.arti.vij.ad quartũ , quòd ſponſus peccat violentiã inferendo,licet excuſetur à crimine raptus: quia ex deſponſatione habet aliquod ius in ſponſa ſita:quod quantũ ad ſponſam de præſenti poſt debitũ tempus ad debitum reddendum intelligo,quãdo rapit non tentatis aliis viis pacificis:ſecus vbi omnia tentaſſet,& nõ proficeret.ar.gl.in d.c.lex illa.& c.ſi quis virginẽ.Adde ex Hoſt.quòd ſponſa de præſenti monaſterij intrare nõ poterit, ſi vir eam rapta cognouit carnaliter:quia vſus eſt re ſua, licet indebitè. Tertiò quãdo puella conſentit vt in d.c.cũ cauſam.intellige in matrimoniũ ,etiam contra voluntatẽ parentum:ſecus ſi cõſentiat ſolũm in rapinã:quia eſt verè raptus , & raptor punitur. d.c.de raptoribus. Quartò quando rapuit fœminã turpem: quia dictæ pœnæ ſecundum Goſi.intelliguntur infligendæ ſi rapuit mulierem honeſtã:ſecus ſi meretricẽ : quia ſecundum leges non punitur dicta pœna.C.de adulter.l.qui adulterij. ¶ Tertium.Si quis ſeruam ſcilicet ſuam inuitam violauerit, aut ſeruum, iniuriarũ actione tenetur.de pœnit. diſtinct.j.ſi quis.& ſi perſeuerat in vitio in petẽdo illam,nec poteſt refiſtere quin ſibi violentiam inferat:ſi aliter ſuæ pudicitiæ conſulere non poteſt,licitè poteſt inire fugam,ſecundũ Archid. & ſicut etiã licet vxori recedere à viro trahente ad mortale:& ecõtrario.xxviij.q.j.idololatria. tenetur etiã ſeruꝰ eorumpere ſecundũ glo.ibiue ff.de ſer.cor.l.j.§.vltimo.C.de fur.l.ſiquis ſeruo.¶ Quartum.Secundum Ray. ſi princeps committat iudici eccleſiaſtico poteſtatem puniendi tales:ipſe citra mortem vel mutilationem vel enormem ſanguinis effuſionem poterit iubere raptorem incarcerari & flagellari: ita tamen quòd flagella in vindictam ſanguinis tranſire non videatur: vel pœna pecuniaria mulctari.¶ Quintũ.Aduertendũ etiam quòd ſecundum leges raptores filiorum,ſeu filios ſeducentes à parentibus,ſi ſunt nobiles, damnantur in metallum:ſi verò non ſunt nobiles,aut ſi pluries hoc commiſerunt,damnantur ad mortem:& ſeruus vel libertus ſubijcitur beſtijs. C.de plagia.l.ſi.& ibi gl.Verum autem poſsit eſſe matrimonium inter raptã & raptorem:videꝫ. Matrimoniũ.viij.§.xj.

7 ¶ Septimò quæritur,† quid iuris de vitio contra naturam?Et dico quòd pœna Sodomitæ eſt quòd ſi clericus eſt,deponatur:vel ſi apparet corrigibilis,traditur religioni ad perpetuã pœnitentiam:ſi verò eſt laicus, debet excommunicari , & à cœtu fidelium vſq; ad condignam ſatisfactionem fieri alienus.de excel.pręl.clerici.& ſecundum leges vltimo ſupplicio cõdemnatur, auth.vt nõ lux. cõtra na.col.vj.Nec mirũ,quia eſt pctũ manus adulterio.xxxij.q.vij. vlus. & grauius quàm cum matre coire:vt ibidem in c.adulterij.Vnde propter ipſos actus Sodomitarũ,fames,terræmotus,&peſtilentiæ fiũt,

8 vbi ſ. ¶ Octauò quæritur,† quid iuris de ſacrilegio, vt eſt ſpecies luxuriæ?Et dico quòd ſacrilegium eſt ſi,quæcunq; luxuria in loco ſacro committatur:& ſimiliter ſi cum perſona ecclesiaſtica,vt ſunt moniales,beghinæ, clerici,& religioſi:& generaliter ſecundum S.Tho.ij.ij.q.cliiij.ar.x.quælibet ſpecies luxuriæ ſecundum quod violat aliquid pertinens ad cultum Dei,eſt ſacrilegiũ.Vnde,vt ibi dicit,cõcurrere põt cum diuerſis luxuriæ ſpeciebus.Si eam quis abutatur perſona cõiuncta ſibi ſcãm ſpiritualem cognationem , eſt ſacrilegium ad modum inceſtus:ſi verò abutatur virgine ſacrata,quãtum eſt ſpõſa Chriſti,eſt ſacrilegium per modum adulterij: quantumverò eſt ſub ſpiritualis patris cura conſtituta,erit quoddam ſpirituale ſtuprum: & ſi inferaturviolentia,erit ſpirituale raptus:qui etiam ſecundum leges ciuiles grauius punitur quàm alius raptus.Vnde Iuſtinianus Imperator dicit,ſi quis,nõ dicam rapere,ſed attentare tantummodo matrimonij iungendi cauſa ſacratiſſimas virgines auſus fuerit,capitali pœnã feriatur De pœna autem ſacrilegi , ſ. Sacrilegium. ¶ Nonò quæritur de comparatione ſpecierum luxuriæ,quæ ſcilicet ſit grauior peccatum?Et ſumendo dicta doctorũ.vt inter S.Tho.ij.ij.vbi ſ.dico ſic : Horũ prædictorũ maximum eſt quod ſit contra naturam, in quo infimum eſt mollities: ſupremum beſtialitas:medium,ſodomia : deinde maius, eſt inceſtus:deinde adulterium:deinde ſtuprum:quorumvtrumque aggrauatur violentia. Vnde raptus virginis aut vxoris alterius grauius eſt ſimplici ſtupro vel adulterio. omnia autem hæc aggrauantur ſacrilegio. infimum autem omnium eſt fornicatio. Verum autem in tactibus & oculis & huiuſmodi ſit peccatum,vide ſuprà Delectatio. §. quarto.

❧ De Magiſtro. ❧

MAGISTER dicitur dupliciter,ſcilicet appellatiuè:& de hoc ſ.Doctor:& antonomaſicè,& ſic eſt magiſter Sententiarum , qui non tenetur in multis:ſed reprobatur per S.Tho. & alios Theologos.¶ Primò nam dicit in primo,diſt.xvij.quòd charitas qua diligimus Deum &proximũ, nõ eſt aliquis habitus creatus,ſed eſt ſpiritus ſanctus. ¶ Secũdò nam in d.xxiiij.eiuſdem,dicit quòd termini numerales, vt trinus,vnus,& huiuſmodi,non dicunt poſitionem,ſed prinuationem:quod ſic intelligit,vt cùm dicitur, Deus eſt vnus:

ly vnus,nihil ponit,ſed priuat multitudinem deorum:& ſim iliter cùm dicitur,perſonæ ſunt tres: excluditur ſingularitas & ſolitudo.¶ Tertiò nam in d.xxj.eiuſdem , dicit quòd ſimilitudo & æqualitas nihil ponunt,ſed tantum priuant:ſicut & termini numerales:vt ſit ſenſus:Pater eſt æqualis filio,id eſt,nec maior nec minor:& ſimilis , id eſt, non diuerſus nec alienus.¶ Quartò nã in v.di.ij.dicit quòd præmium in angelis præceſsit meritum.¶ Quintò nam dil.xxx.eiuſdem,dicit quòd nihil de cibis trãſit in veritatem humanæ naturæ.¶ Sextò nam eadem di.dicit quòd ſemen eſt de ſubſtantia patris. ¶ Septimò nam in iij.di.dicit quòd humana anima ſeparata à corpore eſt perſona.¶ Octauò nam di.xxij.eiuſdem , dicit ꝙ Chriſtus in triduo mortis ſuæ homo.¶ Nonò nã in j.di.iiij.dicit quòd ſacramenta veteris legis nullo modo iuſtificabant,etiã ex charitate facta.¶ Decimò nã di.ij.eiuſdem, dicit quòd baptizati baptiſmo Ioannis nõ ponentes in eo, ſpem,nõ rebaptizabantur.¶ Vndecimò nã in v.di.eiuſdem, dicit quòd Deus potuit communicare creaturæ potentiam creatiuam.¶ Duodecimò nam xiij.di.eiuſdem,dicit quòd hęretici,præciſi,ſuſpenſi , ſchiſmatici & degradati conſecrare non poſſunt.¶ Decimotertiò nam diſt.xxvij. eiuſdem, dicit quòd maritus alicuius ſponſæ per conſenſum de præſenti, quam tamen non cognouit, bigamus vocatur : & ad ſacros ordines promoueri no poſſe.¶ Decimoquartò nam di.xxxiiij.eiuſdem,dicit quòd cognoſcens ſororem ſponſæ legitimæ poſtremò non poteſt vxori debitum reddere.De his vide S.Thom.in ſuis locis, & Archie.iij.parte.titu.xj.cap.viij.

❧ De Læſa Maieſtate. ❧

MAIESTAS dicta eſt à maioritate,quaſi maior poteſtas:& primò ac principaliter Deo.ſecundò Chriſtiano Imperatori:licet crimen læſæ maieſtatis cõmittatur etiã in his,qui Imperatorem repræſentãt. Nã hoc crimen eſt vbicunq; quis contra vrbem aliquid molitur.intelligę ſine ordine iuris:aut ꝓfugit ad hoſtes, vel eos iuuat qualicũq; cauſa,ſcilicet armis,cõſilio,vel pecunia:aut ſubiectas prouincias nititur facere rebellare:vel ſeditiones & bella mouet in ciuitate,vel prælatum,magiſtratũ, aut principem occidit:aut cõtra latus eius militat,vel arma fert,aut accipit cõtra Rempublicã.Et idem dicit crimen perduellionis:ad eſt, hoſtile.perduelliones enim hoſtes dicunt . ſecus ſi cõmittitur non cõtra rempublicã:quia nõ videt perduellionis, ſed ſimpliciter læſæ maieſtatis.Et nota quòd nõ ſubditus crimen læſæ maieſtatis nõ cõmittit:vt in §.rurſus.in cle. paſtoralis. de re.iu.vbi rex Siciliæ Robertus nõ eo modo ſubdit Henrico Imperatori quòd crimen læſæ maieſtatis in eum cõmiſerit. Notandum eſt etiã quòd in confiſcatione bonorũ propter læſam maieſtatem eccleſiaſticam eſt neceſsaria ſententia vt ſ.Excõmunicatio.vij.§.xj.dubio.iij. Et ſimiliter propter læſam maieſtatem diuinam:vt ſ.Hæreſis.j.§.viij.parti.iij.a: ulto magis hoc eſt neceſſarium propter læſam maieſtatem humanam ciuilem.vide vbi ſ.¶ Maior dicitur is,qui xxv.annorum impleuit ætatem,de quo no.Inſti.de cura. per totum.& per doctores extrà de reſti.in integ.c.j.vide etiam ſ.Minor. ¶ Maioritas non requiritur à ſeruo Dei, ſed minoritas, ſiue inferioritas.diſt.xl.multi.diſt.xciij.diacon ſunt.& ſecundum Rayne.principaliter conſiſtit in quatuor. & intellige de eccleſiaſtica.¶ Primò quidem in ordinis prærogatiua , ſicut presbyter maior eſt diacono.di.xciij.legimus.in ſi extra eo. ſtatuimus.¶ Secundò in prærogatiua conſecrationis:ſicut epiſcopus maior eſt presbytero.diſt.xcv.olim. & c. epiſcopus. ¶ Tertiò in prærogatiua adminiſtrationis:ſicut Archidiaconus eſt maior archipresbytero,& ei ſubeſt atque debet obedire.diſt.xxv.perlectis.¶ Quartò in, prærogatiua antiquita-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus secundum quod maior est vel qui prius init ordinatur, vel religionem prius intrauit. vel qui prior est ætate. di. lxxv. ordinationes. extra eo. c. j. de elec. dudum. el j. ¶ Quintò additur secundum Host. secundum prærogatiuam eius, qui ordinauit: quia ordinatus à superiore inter alios eiusdem ordinis magis est honorandus. extra eo. c. per mag. Adde quòd secundum glo. in c. lex in verbo, maiores. dist. ij. maiores natu dicuntur nobilitate, antiquitate, dignitate, scientia: vt ij. q. vij. quærendum. & c. criminatio. sed maioritas est ciuilis. ¶ Maior pars in collegijs prævalet regulariter. vnde quod fit à maiori parte capituli vel collegij regulariter vires obtinet. I cv. dist. c. j. & ij. & iij. nisi ex alia parte præponderet authoritas. de elec. dudum. de testi. in præsentia. Quandoq; tamen præualet minor pars, scilicet quando ab ea aliquid rationabiliter fuerit obiectum vel ostensum. extra eo. c. j. Nec oportet vocari absentes, nisi in electione: vt ẽ. Electio. j. §. v. & similiter in cessatione à diuinis: vt ẽ. Cessatio. §. j. & cõcordat Alb.

De Maledictione.

1 *Maledici quid p̃fert.*
2 *Maledictio quando sit licita.*
3 *Maledictio illicita an sit peccatum mortale.*

MALEDICTIO, vt ipsum nomen sonat, est prolatio mali siue p̃ linguã exterius, siue per intellectũ in corde, à qua descendit maledicere in vi vitius dictionis. quod importat malũ proferre, sicut in vi duarũ importat defectũ prolatiõis, sicut balbutiens male dicit siue loquitur. eriã si loquat de bonis. Tripliciter aũt cõtingit maledicere, sed m S. Tho. ij. ij. q. lxxvj. scilicet enuntiatiuè detrahendo. & cassaliter seu imperatiuè, iubendo scilicet vt alicui fiat malũ: puta quòd fur suspẽdat. & optatiuè seu imperatiuè optãdo alicui malũ. & hoc dupliciter, scilicet per accidens, id est, sub ratiõe boni, vel quia hoc est iustũ vel quia est vtile, vt scilicet melior fiat, aut alijs nõ noceat imitẽ. & per se, id est, sub ratiõe mali. & sic est pctũ. & de hoc hic loquit. ¶ Vñ maledictio propriè est imprecatio seu exoptatio mali alicui facta sub ratiõe mali, id est, intendendo ipsum malũ: vt colligit ibi ab eo. & xviij. q. iij. Deus. largè tñ accipit etiã pro blasphemia Dei vel sanctorũ. vt in c. statuimus. de malc. de qua dicta est ẽ. blasphemia. in fine principij. & §. vij. ¶ Primò verò quæritur, † quid possit vel nõ possit maledici de facto & oĩ effectu? Et dico sed m S. Tho. ij. ij. q. lxxvj. q. benedictio vel maledictio, ꝓpriè cõuenit ei solũ, cui põt bñ vel male cõtingere, id est, creaturæ rationabili: aut etiã alijs, nõ secundũ sequẽ est vanũ, cum eis malũ nõ eueniat, sed in ordine ad Deũ vel ad creaturã rationalem. & hoc tollendo subuentionem, sicut Deus maledixit terrã, vt per eius sterilitatem homo puniret. vel ad significationem: sicut Christus maledixit ficũ, in significationem ludæorũ. vel etiã gratia cõtristicut Iob maledixit diei suæ natiuitatis ꝓpter culpã originalem, quã nascendo cõtraxit. & Dauid motibus Gelboe ꝓpter cædem populi in ea facti. ¶ Secũdò quæritur, † quã maledictio sit licita vel illicita? Et dico ex S. Tho. vbi ẽ. q. quantum ad creaturas rationales, si loquamur de maledictione indicatiua, qua scilicet malũ alterius refert, est idem qđ detractio, intellige si malũ illud sit culpæ. & nõ pœnæ. quia nõ est detractio. si dico, ille est infirmus. nec pctm̃. eodem modo est licita vel illicita, sicut & detractio. Sed de ista hic non intendimus. Siverò loquamur de imperatiua & optatiua, eodẽ modo vtraq; est licita vel illicita: qa facere aliquid, & velle illud se cõsequi, in bonitate vel malitia. Vñ vtraq; est licita, si imperetur vel optet malũ per accidens, id est, sub ratione alicuius boni. eo modo quo in §. priore dictũ est. & vtraque illicita si imperetur vel optetur malũ per se quasi ipsum malum inteendendo. Ad se illud S. Tho. q. velle & facere se consequuntur in bonitate vel malitia, esse verũ, nihil illud facere spectet ad publicã potestatem. quia licet mihi optare ad bonum mortem alicuius, quam tñ mihi nõ licet imperare vel inferre. Adde etiã specialiter de diabolo, sedm eã sibi ar. j. ꝓ eius naturã, cùm bona sit à Deo, maledicere nõ licet culpa tamen eius est maledicenda, sedm illud Iob iij. Maledicant ei qui maledicũt diei. Nec obstat illud Ecclesiastici xxj. cùm maledicit impũt diabolũ, scilicet propter culpã, n maledicit ipse animã suã: quia intelligit quòd similit ratione ostendit se maledictione dignũ. Quantũ verò ad creaturas irrationabiles, si maledicant imperatiuè vel optatiuè in ordine ad Deũ inquantũ creaturæ Dei, est pctm blasphemiæ: in ordine verò ad creaturas rationales, dicit Sum. Ros. ꝙ nõ licet eas maledicere nisi ex speciali Dei reuelatiõe. Sed ego dico ꝙ est idem iudicium sicut de maledictione rationabilũ, sedm mentem S. Tho. vbi licet hoc expresse nõ dicat: quia tũc propriè creatura rationalis est quæ maledicitur: vñ nõ est licita, si tñ ꝓpter bonũ: illicita verò, si sit propter malũ. Et ita tenet Alex. de Ales xvij. trãct. de maledictione: sed si maledicitur secundum se est, vt dicit, vanũ & otiosum, & cõsequenter illicitum. quantum verò ad Deum, plane est quòd semper est illicita etiã indicatiua: quia ei nullũ malũ cõuenit. Et ide hoc ẽ. Blasphemia. in prin. & §. vij. ¶ Tertiò quæritur, † vtrum maledictio illicita sit pctm mortale? Et dicit S. Tho. ij. ij. vbi ẽ. art. iij. quòd maledictio sub ratiõe mali tã imperatiua quàm optatiua secundum suum genus est pctm mortale: quia repugnat charitati, qua proximũ diligentes volumus ei bonũ: vñ neque maledici regnum Dei possidebunt. j. Cor. vj. & tanto grauius, quantò personam, cui maledicimus, magis amare & reuereri tenemur. Vnde qui maledixerit patri suo & matri, morte moriatur. Leui. xx. Contingit tamen, inquit, quòd aliquando sit veniale vel propter mali paruitatem, qui quis imprecatur: vel propter affectum proferentis: dum ex leui motu vel ludo vel surreptione talia verba proferũtur: quia peccata verborũ ex affectu pensant. Quæ autem sit pœna vel

MALEFACTOR. an possit fugere, vel se defendere vide supra Accusatio. §. xvj.

De Maleficio & Maleficiatis.

1 *Maleficium quid & quot modis sumatur.*
1 *Diabolo scientia ad quid se extendat.*
2 *Diaboli potestas quo ad corpora & animas. & na.*
4 *Diaboli voluntas qualis.*
5 *Dæmoniacorum facta qualia.*
6 *Dæmones qualiter vexent homines circa copulam carnalem.*
7 *Maleficia quomodo possint auferri.*
8 *Maleficium vnũ an liceat tollere per aliud maleficũ & na.*

MALEFICIVM à maleficiendo dictũ, vt ex ipso nomine patet, importat malũ illatũ alicui, & cõsequenter damnũ iniustũ: quia dãnum iuste illatum nõ est malũ simpliciter licet sit malũ isti vel illi. ¶ Igit maleficiũ tripliciter sumit. ¶ Primò ꝓ dãno iniusto voluntario rerum. ¶ Sedò pro dãno iniusto personæ: vt si quis vulneret aut occidatur, & hoc similiter voluntariè: quia si nocumentũ præter propositũ inferatur vt cũ medr ꝓpter imperitiã medr iudicat, vel de domo aliquid ejectũ est qđ nocuit, nõ dicitur maleficiũ, sed quasi maleficiũ. Inst. de oblig. quæ ex quasi delicto. per totũ. ¶ Tertiò ꝓ dãno iniusto personæ illato à diabolo, quo qs sedm vsum cõmunem loquendi dicit maleficiatus: qa illud dãnũ patitur: & maleficus vel maleficæ dicitur, qui illud dannũ procurat fieri à diabolo pacto expresso vel tacito intercedente: & ad hoc tertium maleficium pertinet ligatũ fœderis: quod est inter diabolũ & maleficum: quod ligatum etiã maleficiũ dicitur: vt infixio gladij intra circulũ plumarum inuolutio, imago cerea cum acubus infixis, & huiusmodi. Ad hoc etiam maleficium reducitur omnis diuinatio & incantatio siue alligatura: quia, vt patet xxvj. quæst. v. nec mirum, ad hoc pertinet sortilegium, quod est diuinatio. & omnis incantatio. De isto aute tertio maleficio solũm hæc intenda speculatiue, declarãdo quomodo fieri possit aut desitui. Ad cuius intellectum oportet aliqua quærere de scientia & potestate diaboli. ¶ Primò ergo quæritur, † ad quid se extendat scientia diaboli? Et dico ex Sanct. Tho. j. q. lxiij. ar. vj. † ad quantum. & ij. dist. xviij. quæst. ij. ar. j. & iij. cõtra. c. cliij. quod dæmones tripliciter cognoscunt veritatem, scilicet per naturam, reuelationem & experientiam. Et per experientiã quidem præcipuè addiscit dæmon hominum inclinationes & modos superãdi illos, dicete Cypria, quod diabolus omnia tentãdi genera insidiasq; deijciendi vsu ipso vetustatis edidicit. quod quomodo fiat, cum nõ syllogizet, alibi aut dixi, aut Deo volente dicam. ¶ Per reuelationẽ aũt cognoscit quando Deo placuerit reuelãti. Per naturam verò, vt patet j. q. lxxix. ar. iij. & q. cix. ar. v. & veri. q. xx. ar. iiij. & ij. contra. cap. xcvij. à principio siue creationis statim cognouerũt dæmones omnes species rerum creatarum à Deo per species inditas: & per similitudinẽ specierum statim quilibet eorũ põt omnia individua sub una specie cõtenta cognoscere distinctè, vt patet j. q. lvij. ar. ij. & ij. dist. iij. q. iij. ar. iij. & ij. contra. cap. xcvij. Ex quibus patet quòd qualibet diabolus perfectè cognoscit virtutes omnium angelorum & cœlorum & stellarũ, & voluerum, & animaliũ, & pilcium, & arborũ, & herbarũ, & mineralium, & lapidũ, & elementorũ. vnde cognoscunt quę homini boni quocũq; modo prodesse possunt, aut etiã obesse. ¶ Secũdò quæritur, ad quid se extendat diabolica potestas quãtũ ad motũ corporũ? Et ex S. Tho. j. q. cv. ar. j. & q. cx. ar. ij. & iij. & iiij. q. cxiij. & q. cxvij. & ij. di. viij. q. iij. ar. j. & di viij. q. j. & iij. cõtra. c. cxj. dico tria. ¶ Primũ. Angeli mali, vt de bonis taceã nõ possunt naturaliter imprimere aliquã formã in aliqđ subiectum. quod intelligẽ primò de corporalibus, cuiusmodi sunt formæ substãtiales & accidẽtia corporum. secus de spiritualibus: qa possunt illustrare phãtasmata. imò & intellectũ absolutè, licet nõ ex suppositione sui iniqui finis: licet ibi nõ fiat ꝓpriè impressio levis, sed cõfortatio. & secũdò intelligẽdo formis habẽtibus esse p modũ quietis. sec" de hũtibus esse per modũ trãseũtis etiã corporalibus: quia possunt movere localiter, & cõsequẽter imprimere illã formã, ad quã se quitur motus localis violẽtus, quæ est quędã impressio non debita. ¶ Secundũ. Angelis malis obediũt omnia corpora inferiora ad nutũ quantũ ad motũ localẽ, vt probat S. Th. vbi ẽ. ita ꝙ sicut anima humana se habet ad mouendũ vnum solũ corpus sibi unitũ, ita illi spiritus tanquã eleuatiores se habẽt ad mouendũ omnia inferiora. vt dicit Aug. excepto quòd nõ possent mouere totã terrã aut vnũ aliud elemẽtum, vt dicit S. Tho. q. xvj. ar. x. ad octauũ. & in opus: quia hoc esset euertere ordinẽ naturæ: sed bene possent mouere turrim aut montem. ¶ Tertiũ. Angelus malus naturaliter tãta celeritate moueri potest, vt in tẽpore imperceptibili ab Oriente in Occidentẽ, & à cœlo ad terrã, & econtrario, moueri possit, nullo medio pertransito, & etiã motu cõtinuoteũ sibi moueri sit sibi opstari, quod est contrarius rerũ, circa quas mouetur eo modo quo mouentur nostra imaginatio, vt patet j. q. lij. & in multis alijs locis. & cõsequẽter potest aliquod corpus celeriter deferre. Ex his tribus sequit ꝙ Angelus malus facere potest omnia quæ fieri possunt per motũ localẽ aut per applicationẽ virtutũ actiuarũ naturaliũ: vt pluuias, ventos, & hmõi. & similiter cõdẽsare aerẽ, & illũ fugare, & in eo apparere in forma viri aut mulieris vel bestiæ & huiusmodi, vt experientiæ docent, & sancti tradiderũt. ¶ Tertiò quæritur, † ad quid se extendat diabolica potestas specialiter circa homine quãtũ ad animã & corpus, & res, ac tamã? Et dico multa quæ habẽtur à S. Tho. in diuersis locis ꝫ allegandis. ¶ Primũ. Boni angeli imprimere possunt in nostrũ intellectũ. ij. dist. lxxxv. sextũ. j. ij. q. lxx. sed o. ij. ij. q. clxxij. primũ. iij. c. cliij. sed hoc nõ est imprimendo lumẽ sed cõfortãdo. sed eo vbi ẽ. & veri. q. ij. ij. ex. tertiũ. angeliverò mali nõ possunt imprimere in intellectũ nostrũ: vt patet in locis præall. quod nõ intelligitur absolutè: quia cũ hoc cõsequatur naturalẽ ꝓprietatẽ angelica, cõuenit bonis: & malis. sed intelligitur ex suppositione sui iniqui finis: quia eũ intẽdat homine decipere: cũ hoc nõ stat ꝙ intẽdat eius lumẽ cõfortare: qa ꝓ hoc eum dicẽdecceptio: possunt autẽ priuare hominẽ vsu rationis. j. ij. q. lxxx. ar. ij. qa scilicet pñt localiter monere ocs humores hominis, & reducere ad caput: imò possent organa potentiarũ sensitiuarũ mouere & auferre de capite, si permitteretur. ¶ Secundũ. Potest dæmon nostrã immutare volũtatẽ, nõ directè mouẽdo, sed pñadẽdo & cõcitãdo passiões. j. q. iij. & j. ij. q. ix. art. vj. ma. q. xvj. ar. xj. ¶ Tertiũ. Tã boni quàm mali angeli agũt in nostra phãtasmata, applicãdo lumẽ suũ, & ea ordinãdo. ij. dist. ij. & j. ij. q. lxxx. ar. ij. quod angelus malus nõ facit, vt hõ illuminetur ad intelligẽdũ: sed vt sciat percipere dubitatiões quas soluere nesciat. vt accidit in scrupulosis, qui subtilissime dubitãt & inepti simè errãt ac fallũtur, nullũ penè habẽtes lumẽ aut iudiciũ intelligẽtes. ¶ Quartũ. Dæmones ad aliqđ pctm̃ hominẽ efficacissimè inclinãt. operãdo interiùs, scilicet in phãtasiã & appetitũ sensitiuũ. j. ij. q. lxxx. ar. ij. ma. q. xvj. ar. ij. qđ intellige quia possunt per motũ spirituũ, in quibus sunt phãtasmata reducere ad imaginationem illa phantasmata, quæ habẽt allicere cõcupiscẽtiã, vel irascibilẽ cõcitare, & inclinare intellectũ ad indicandũ, & volente ad volendũ qđ expedit ad perpetrandũ peccatũ. Et adde quòd spiritus, qui sunt in homine, possunt mouere, & per illos cõcupiscẽtiã excitare. Et similiter adde ꝙ etiã ꝓ exteriora ad idem inducunt tripliciter. Primò exterius suadendo, sicut Christo tẽtator apparuit in forma humana loquẽs, & aliquibus sanctis in forma inuẽcularũ blãdientiũ. Secũdò exterius aliquid ostẽdendo fictũ, sicut Antonio ostẽdit discũ argẽteũ: & eunibus ad ludũ ostẽdit viros & fœminas & solatia carnalia, aut aliquod verũ, sicut procurare potest quòd ecclesiã adeũti occurrat mulier: aut videat vel audiat aliquod lasciuũ & turpe. Tertiò aliquod corpus exterius intus mittẽdo: quia cum ad nutũ possint corpora mouere localiter, hominẽ dormiente, vel aliter, potest in nostro stomacho dæmon ponere inflamãtia irę aut cõcupiscẽtię: puta aromata, aut vinũ, vel huiusmodi. ¶ Quintũ. Dæmõ potest immutare omnes sensus hominis tam interiores quàm exteriores. j. q. iij. ar. iij. & iiij. veri. q. j. iij. q. xij. viij. po. q. vj. ij. decimumtertium. in a. q. xvj. j. sextum. decimũ, quod intellige vt etiã homo decipiatur aliter apprehẽdendo quàm sit: quod fieri posset multipliciter primò per hoc quòd diabolus ex aëre corpora formet ostendens quæ nõ sunt, sicut aliquos terruit sub forma draconis. & monialis credidit se manducare lactucam, & erat corpus aëreum. Secundò applicando per modum localem quædã actiua naturalia, quæ hoc facere possunt, sicut secundum Sanctum Thomam, quædam herba fumigans facit trabes apparere serpentes. Tertio reducẽdo spiritus, qui sunt in homine, ad phantasiã, & eam suo modo immutãdo, vt patet in phreneticis & arreptitijs & insanis. Quartò ꝓ actiuũ vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

aorasiā:quę est cęcitas,qua celātur nobis nō omnia,sed quędam,ficut oculi discipulorum euntiū in Emaus tenebantur ne Iesum agnoscerent.& de hoc diffuse dixi feria secūda Paschæ in aurea rosa.¶ Sextum.Diabolus potest in corpus humanum inducere infirmitates:vt patuit in Iob.& intelligentēs infirmitates inducibiles per corpora inferiora:quia nouit virtutes omniū eorum,& eas potest corporibus humanis applicare.¶ Septimū.Potest etiam nocere in rebus:vt patuit in Iob,quem subitò accepta licētia rebus omnibus spoliauit &similiter in forma:quia potest sumere formā humanam,& obloqui,& fingere ealis,in quibus videamur delinquere:sicut permisit se inuenirī sub lectulo cuiusdā sancti viri in forma puellæ.¶ Quartò quæritur,†quid appetat astuta & iniqua diaboli volūtas?Et dico multa ex Sancto Thom.¶ Primum,Liberū arbitriū dæmonum obstinatū est in malo:nec reuerti potest ad bonum.ma.q.xvj.ar.v.& ver.q.xxiiij.art.x. vnde omnis motus liberi arbitrij eorum est inordinatus.veri.vbi ?.ar.xj.quia scilicet omnia volūt in ordine ad suū malū finē:& in omnibus quæ agūt propria volūtate peccant mortaliter.j.q.lxiij ij.quintū.j.ij.q.lxxxix.arti.iij.& ij distinct.vij. ¶ Secundū.Dæmones fingunt se esse animas defunctorū,vt viuentes ducāt in errorem.j.q.lxxxix.viij. secundum.q.cxvij. iij.secundū ma.q.xvj.ar.j.¶ Tertium.Et similiter faciūt aliquas Ieniares,vt faciāt se hominibus familiares.quos decipere conantur.j.q.lxxxix.ar.iiij.tertium ma.lxxix.ad quartum ¶ Quartū.Et similiter inuocati per mędacia & vanas superstitiones aduenīunt,vt homines talia credāt:po.q.vj.ar.x.ad octauū.¶ Quintū.Et similiter alliciūtur diuersis generibus herbarum,animalium,carminum,& rituū,vt signis aliquorum sibi placentiū,nonve rebus.exv.ar.v.ad tertium.& po.q.vj.ar.x.¶ Sextum.Et similiter aduenīūt ad inuocationē dimę virtutis:ne omnino credantur exclusi à iustitia diuina:po.q.vj.ar.x.ad quintū.¶ Septimum.Et similiter vocati sub certa constellatione,licet non subsint cœlis,tamen aduenīūt:& hoc vt decipiāt & errare faciāt homines,vel coacti à superioribus dæmonibus.j.q.exv.ar.v.& po.q.vj.ar.x.& quolib.ij.q. vij.¶ Octauum.Et similiter vocati à virginibus venīūt vt ducant homines in opinionē suæ diuinitatis,quasi amēt mūditiam:po.q.vj.ar.x.ad quartū.¶ Nonum.Et similiter inuocati per necromāticos alligant alios inferiores aliquibus corporibus,puta annulis,vel ampullis:vt patet ij.quolib.q.ij.ar.j.& quolib.iij.q.j.ar.j.quod ideo faciunt,vel quia odiunt illos,vel vt lucrentur necromāticos.vnde etiam superiores expellunt inferiores à corpore, licet no ab anima:vt patet iij.q.xliij ar. ij.ad tertium.quod scilicet faciunt eadem ratiōe vt homines lucrentur,qui eos ad hoc inuocant,vel alios.¶ Decimum.Et similiter plus vexant lunaticos in augmēto lunæ,vt eā infamēt,scilicet quasi malam creaturam Dei:& rursus,quia tūc illorum cerebrū est ad patiendū dispositū magis.¶ Quintò quæritur,†quomodo reddi possit ex præmissis,ratio eorum quæ fieri videmus per homines diabolicos?Et dico ea reddi posse ex dictis dæmonibus:ad quorum intellectū dico multa.¶ Primū.Homines diabolici qui mirāda operantur virtute vel ope diabolica,omnes habet cum diabolo expresse vel tacitē pactū secundū Aug.scilicet vt eis expresse inuocātibus illū,vel tacitē scilicet dum quędā faciūt,ad quorū factionē cōsueuit operari,ipse illis,sūffragetur,in quo pacto diabolus expresse vel tacitē spondet sūffragium,& illi expresse vel tacitē spondet obsequium & famulatum eius voluntati simpliciter siue in omnibus,aut quantū ad aliquid.¶ Secundū.Huiusmodi effectus omnes,quātum mihi occurrit,reduci videntur ad quinq;:quia aut sunt primò diuinationes:aut secundò infirmitates:aut tertiò sanatiōes:aut quartò falsę apparitiones:aut quintò effectus mirabiles:& iudicio vulgi impossibiles.¶ Tertium.Quantum ad diuinationes dictum est.1.Diuinatio ,quomodo possint dæmones scire & docere futura: præsentia aut occulta omnia norunt,aut nocere possunt,secundū omnes Theologos,exceptis cordium cogitationibus: vnde sciunt omnia principum consilia,& tractatus hominū, & corporum dispositiones:& breuiter,exceptis cogitationibus,sciūt omnia,nisi à Deo prohibeantur:sicut prohibiti sunt secundum S.Thom.Ierutari virginitatem beatæ Mariæ.vt sciunt de his omnibus diuinare,etiam de his quæ à præsentibus deriuantur,licet cōiecturaliter:sicut si scit determinatū esse in consilio alicuius regis,quem scit non esse leuem nec mutabilem,probabiliter enuntiat quòd tale bellū erit.præsentia quoq; distantia omnia similiter norunt:& quia subitò mouentur,ea subito nuntiant.¶ Quartū.Quantum verò ad infirmitates & sanationes, patet quòd sciunt omnia,physica & nociua , & ea possunt subitò à longissimis partibus adferre,& visibiliter ac inuisibiliter locis opportunis applicare,nō solùm exterius,sed etiam interius inserendo per os.dum homo dormit,aut dū putat se bibere,vel quid aliud sumere:& hinc est qp vetula aut alio incātante sanātur infirmitates & malefico torquēte imaginem,torquetur homo multùm diūtās:quia hoc diabolus operatur ex pacto tacito vel expresso cū prædictis.¶ Quintum. Quantum verò ad apparitiones, patet quod per aēris cōdensationē possunt quam volunt informam oculis ostēdere,licet aliquando cogantur apparere aliter quàm velint per diuinā prouidentiā.Vnde dicit Sanct. Thom.super Iob, quòd frequēter apparent in figuris bestiarum,quæ designant conditiones eorū ex prouidētia diuina. & ij.dis.xxj.q.ij.art.j.& ij.ij.q.clxv.arti.ij.ad tertium.& super Iob dicit quòd tentatrix dæmon primos parentes non potuit quam voluit formā assumere:sed tātum serpētis. Quātum verò ad effectus mirabiles:vt q; quis euomat acus,clauos,pilos,ossa magna,vel quòd plumæ sint ingeniosissimę cōsertæ,& huiusmodi,patet quomodo ista fieri possunt,qa aut istæ sunt illusiones,ita quòd videntur ea quæ nō sunt:sicut per actiua naturalia hoc efficiētia,siue per acritiam,siue per aēris condensationem: aut si sunt verę res,ipse diabolus inuisibiliter huiusmodi stomacho intulit ,& inde visibiliter eduxit,non obstante quòd videantur ita magna:quia potest ea diuidere & integrare saltem apparēter, cum localiter huiusmodi corpora & partes eorum ad nutū moueātur ab eo, & inuicem conglutinentur. ¶ Sextò quæritur specialiter, quare,& quomodo dæmones possunt vexare homines circa copulam carnalem?Et dicit Sanct.Thom.in iij.dist.xxxiij. ar.iij.ad primū:quòd potestas maleficiorū permittitur dæmonibus à Deo in actu generatiuæ potētię magis quàm in aliis: quia per eam peccati originale trāsfunditur.Petrus autē de Pal.in iiij.dicit qp hunc actū seu copulā possunt multiplicter impedire.Primò ex hoc quòd possunt motū localē corporū facere aut prohibere:vnde possunt impedire corpora ne mutuò propinquēt,directē vel indirectē se interponēdo assumpto corpore.Secundò,quia possunt ad tactū illud infrigidare vel infrigidare adhibēdo occultè virtutes ad hoc aptas,Tertiò turbando imaginatiuā & æstimatiuam,quæ reddant mulierem evasim. Quartò prohibēdo directē ripotē membri,sicut & motum localē cuiuscunq; organi. Quintò, prohibendo missionem spirituum ad membra,in quibus est virtus motiua,quasi intercludendo vias semitis,ne deferātur ad vasa generationis,vel ne ab eis recedat, vel ne excitentur, aut ne emittatur.¶ Septimò quæritur,†quomodo maleficia possint auferri? Et dico qp solùm tribus modis.

Primò per supernaturalem virtutem soluendi:& hoc planum est:& sic sancti viri & fideles destruunt aliquādo per orationes & adiurationes.¶ Secūdò,virtute naturali angeli mali,si sit natura superior angelo malo authore maleficij: quia angeli mali natura superiores possunt inferiores alligare & soluere siue expellere de corporibus:& consequēter remouere possunt actiua naturalia, per quæ inferiores faciūt mala seu beneficia,vel nocumēta in corporibus maleficiatis.¶ Tertiò,virtute naturali angeli boni,si sit natura superior angelo malo authore maleficij: quia non est de eo ratio minor quàm de angelo malo superiore.Nō autē potest alio modo remouere maleficiū,si angelus author eius velit illud durare:quia si hoc fieri posset,esset maximē per hominē medicū applicantem actiua naturalia cōtraria ad sanandūquod tamen est impossibile:quia homo est minoris potestatis quàm diabolus, cui corpora inferiora obediunt ad nutū in motu localiivnde diabolus semper remouere pōt actiua applicata ab homine & cōseruare applicata à se in nocumētoiii tū diabolus cessaret à nocēdovel maleficiēdo,& homo sciret actiua naturalia,quibus illud nocumentū sanari posset.& ea posset applicare,posset homo soluere maleficiū.Et similiter si ad sanandum nō requirantur aliqua actiua posset homo soluere maleficiū destruēdo signum fœderis inter dæmonē & maleficū quo scilicet durante durat maleficiū.quod tamē, si diabolus nollet,homo facere nō posset:quia nunquam posset tale signū inuenire:aut si inueniret, destruere:puta plumas cōglutinatas.¶ †Octauò quæritur,vtrū licitū sit vti opere diaboli in soluēdis maleficijs.tollēdo,scilicet vnū per aliud.¶ Et dico primò quòd,vt suprà in principio huius tituli patuit,maleficium,à quo maleficus dicitur,sumitur dupliciter.primò pro iniusto nocumēto illato à diabolo ad requisitionē maleficiati. & secūdò pro signo fœderis inter diabolū. & maleficū:ficut maleficium dicitur imago,ad cuius tortura torquetur maleficiatus.¶ Dico secundò quòd secundū Sāct.Tho.ij.ij.q.xcij. superstitio est vitium oppositum religioni per excessum,inquantum diuinū cultum exhibet vel cui nō debet,vel eo modo quo nō debet.Huius vitij sunt duæ species subalternatæ: quarum prima cōsistit in exhibēdo diuinū cultum Deo vetò modo indebito.Secūdāverò in exhibēdo cultū diuinū ei, cui nō debet.Et hæc diuiditur in tres alias species quarū prima est idololatria.Secūda est diuinatiua,quæ & ipsa in multas species diuiditur,vel. Superstitio.§.iij . Tertia est observantia:ad quā pertinet ars notoria,]& omnes observationes ordinatæ ad corporum immutationes , puta ad sanitatē & ægritudinem,id est,omnes incātationes & ligaturæ. ¶ Dico tertiò quòd generaliter omnes diuinatores & incantatores dicūtur malefici,& specialiter magi,vt patet in d.c.nec mirū xxvj.q.v. ¶ His præmissis ad quæstionē dico quòd licitē maleficiū destrui potest per orationes & adiurationes:vt patet ex dictis suprà Admiratio.§.iij. Potest etiā quilibet sciens maleficiū,id est,signū fœderis prædictū destruere , quātūcunq; illud scit,si potest,diabolo scilicet nō impediente:sed tamen nulli licet hoc facere per aliud maleficiū, id est , per aliquā incantationem vel observantiā:quia hoc esset esse maleficum,& habere pactū cum diabolo.Similiter nulli licet aliquem inducere ad soluēdum maleficiū per maleficium:quia esset inducere ad peccatum.similiter nec licet vti parato solvere per maleficium, vt patebit.¶ In hoc tamē sunt opiniones inter Summistas:quia cum Sum.Ros.& Supple. sequentes doctrinam sanctæ Thomæ,Archid.& aliorum Theologorum dicunt aliquo pacto hoc non licere . Summa verò Angelo,suo more in determinando audax & periculosa,dicit hoc licitū esse,probans authoritate Petri Auteo.& ratione: quia malo alterius vti licet ad bonum nostrum.& exemplo, sicut secundum Augustinum licite vtitur iuramento infidelis iurantis in nomine Dei sui:& potest addi de parato fœnerari à quo licitè accipitur mutuū. ¶ Sed ista opinio est nefanda,& occasio infinitorum peccatorū,& maximè cōtrarius ad dilatandum regnū diaboli:quod sic patet ¶ Nam est cōtra legem naturalem requirentē reuerentiā & fidem ad dominū suū: quia suo domino non est fidelis, qui ab eius inimico certāte cum eo de statu,petit aut accipit auxilium,etiā parato auxiliari:quia hoc pertinet ad habere amicitiā cum illo:cum naturale sit amare benefactorem:diabolus autem est inimicus Dei,quærens vsurpare sibi dominium mūdi,& volēs adorari vt Deus, secundū Theologos & scripturas & experientiā. Est etiā cōtra legem Dei:quia magi sunt malefici,& parati exercere opera diaboli,cum arte istā exerceāt.& tamē dicitur Leui.xx.Anima quę declinauerit, id est accesserit ad magos & ariolos,ponā faciē meā contra illā,& interficiā illam. Nota.

¶ Est etiā cōtra ius canonicū quod nō solùm prohibet alicui suadere vt talia faciat , sed etiā ad domū taliū accedere.nec mihi dubium quin Aug.taliter determinātē appellaret apostatam à fide,qui in c.non obseruetis.xxvj.q.vij.enumeratis multis speciebus diuinationum,& alligaturis, ac incātationibus,concludit.Qui has,scilicet obseruantias, & quascunq; diuinationes obseruat,aut attendit,aut consentit obseruantibus,& qui talibus credunt,ad domū eorum eunteș,aut suis dominis introducunt,& interrogāt, sciant se fide Christianam & baptismum preuaricasse,& tanquam paganū & apostatantē,id est,retro abeūtem & Dei inimicū iram Dei grauiter in æternum incurrisse.hæc ibi.vbi nota non solùm prohiberi suasionem ad faciendum maleficium,sed etiam cōsensum Et etiam contra iura ciuilia,quæ prohibēt istos consulere vnde etiā iste compilator dicit infrà tit.Mathematicus. quòd diuini ad limen alterius accedere nō debent:alias concremātur.nec aliquis eos suscipere seu cōsulere:aliàs deportantur,& bona eorū confiscātur , & diuinator gladio vltore feriatur.vt C.de malef.& mathem.l.nullus.l.nemo.& l.culpa. Ecce ergo quod quantumcunq; sint parati,non licet eorum operibus vti. ¶ Est etiā ista opinio occasio innumerabilium peccatorum,quia aperit viam omnibus incātationibus,cum vbiq; sint viri & fœminæ parati incantare,& soluere maleficia per maleficia:& consequenter multi currēt ad huiusmodi,in quo diaboli regnum consistit:quia adire huiusmodi est ab eo expetere beneficia sanitatum. Ad authoritatem autē, quam iste adducit,dico quòd ille Doctor nullius est authoritatis:quia fundauit multas falsas opiniones, vtpote cuius studium fuit omnibus cōtradicere.Ad rationem dico quòd licitum est malo alterius vti ad bonum nostrum,quando ipse actus,quo vtimur,de se non importat aliquid illicitum,sicut Deus licitè vtitur peccatis ad sui gloriam, ea permittendo & puniendo, & inde bona eliciendo. quia ea permittere , non est aliquid in se illicitum. Secus autē si ipse noster vsus esset in se illicitus:sicut parato occidere inimicum meum non licet mihi vti ad homicidium quod credit in bonum meum:quia ipse vsus est aliquid in se malus,id est,confessus directus in homicidium.vnde Sanc.Doctor in de ma.xiij.q.iij.sic dicit: Aliud est consentire alicui in malitia:aliud est vti malitia alicuius ad bonum.ille enim alicui in malitia cōsentit,cui placet vt ille malitiam exerceat,& ad hoc fortè eum inducit & hoc est semper peccatum:vtitur autem malitia alterius.qui hoc malum, quod alijs facit , retorquet ad aliquod bonum. hæc ille.Et ita est in proposito , tum quia ipse vsus est,cum accesserit ad tales.quod iura prohibent.tum quia est cum consensu directo in aliquid:quod sine peccato fieri nō potest:&

Universidad de Deusto
Biblioteca

ideo est consensus in peccatum. Ad exemplum autem dico quòd non est simile: quia in tali iuramento ipse vsus est consensus in aliquid, quod de se non est malũ, & sine peccato fieri potest, id est, in hoc quod ille dictũ suum firmet iuramento, licet ipse ex tua malitia hoc faciat cum peccato: sicut à simili dicit S. Tho. quòd accipiens mutuum, sub vsuris non dat occasionem vsurario vsuras accipiendi, sed mutuãdo ille autem sumit occasionem peccandi ex malitia sui cordis. Et ita patet ratione dissimilitudinis stare in hoc quòd ibi directè cõsentitur in peccatum, nõ autẽ hic vt patet ex verbis Aug. ad Public. dicentis quòd qui fide vtitur per falsos deos iuratis ad bonũ, nõ pacto illius se sociat qui per dæmonia iurauit: sed pacto eius bono, quo fidem seruauit. Et similiter ex verbis Sancti Tho. ij. ij. q. lxxviij. ar. iiij. dicentis quòd accipiens mutuũ sub vsuris non cõsentit in peccatum vsurarij, sed vitat eo, nec placet ei vsurarũ acceptio, sed mutuatio, quæ est bona. Vide in iiij. distinc. xxxiij. ar. iiij. ad tertium, ibi. am opinionem damnat. ¶ Nouò quæritur, ſ vtrum in dissoluendis maleficijs licitum sit vel tolerabile retundere vana vanis, id est, aliquibus, de se non illicitis? vt dicit Hostie. in cap. literæ vestræ. §. mulier. de frigi. & malef. Et pro solutione quæstionij declaro quomodo sit illicitum credere maleficia: & dico hoc non esse quasi sit illicitũ credere quòd malefico faciente opera sua sequatur aliquis effectus, puta sanitatis: qa hoc aliquando est verũ ad sensum: sed peccatũ est credere quòd effectus, qui videtur, sint à maleficio virtute verborum Iuorum, aut eorum quæ facit, si talia sunt quæ de sui natura nõ sint nata sic efficere: qa talia sunt à diabolo mediãte aliquo pacto cum maleficio. Et ita est mes Hen. de Gan. quolib. v. & similiter Sco. & patet idem xxvj. q. v. nec mirum, iungẽdo finem principio. & ibidẽ q. ij. illud. Ad quæstionẽ igitur dico quòd illud dictũ habet veritatem. Primò, quando quis faceret illa vana, id est, indifferentia, & de se nõ illicita, credens aut volens experiri an per talia soluatur maleficiũ non per operationem diaboli, sed per eius cessationem: & operãdo: vtpote qui habebat pactũ cum maleficio vt à vexando desisteret, si fieret tale quid ablatiuũ signi prioris. talia enim aliquãdo diabolus aliquibus reuelat: & deinde veniunt in notitiam hominum. Secundò, quãdo quis talia facit nesciens esse illicita & peccata: quia tunc tolerari potest quasi nõ mortaliter peccans: & credo istã fuisse mentẽ Host. fuit autem falsum illud dictum, si quis talia indifferẽtia exerceat superstitiose, quasi credens talibus eo modo quo & alijs incantationibus, quia omnia remedia vana nõ naturalia sunt illicita & pernitiosa. xxvij. q. ij. illud. & multo magis est falsum, si quis credat quidem talia vana esse vana, sed tamẽ ad exercitium talium diabolum cooperari ad solutionem maleficij.

MALITIA, est priuatio abstractiuè significata à quo malus denominatur malus: sicut mors est malitia corporis, à qua dicitur mortuus: & cæcitas, malitia oculi à qua dicitur cæcus. Diuiditur autẽ malitia secundum priuationes formarũ & perfectionũ: sed tamẽ inquantũ ex malitia dicimur peccare, maria tripliciter dicit. j. ij. q. lxxviij. art. j. ad tertiũ. & ma. q. iij. ar. xij. ad octauũ. ¶ Primò habitus vitiosus, ex quo qui peccat, ex malitia dicit peccare. ¶ Secundò dicitur malitia ipsa mali electio actualis. ¶ Et tertiò culpa præcedens: sicut cum quis ex malitia impugnat gratiã fraternã. Sum autẽ Aug. dicit quòd malitia dicitur primo habitus vitiosus. secundò, contemptus & abominatio spiritualium. & tertio peccatũ in spiritũ Sanctum. addens quòd his duobus modis semper est mortale, secundũ Sanct. Tho. ij. ij. q. xxv. Sed quicqd sit de dictis hoc, quæ ex dictis patet satis tabilis tamen talium est quòd dicta abominatio semper sit peccatum mortale: vt ibi. ar. iij. ad secundum: argumentum, cuius solutionem iste non vidit, sed tenet corpus articuli. & de hoc supra Acedia. §. j. in fin.

De Mandato, Mandatore, & Mandatario.

1 *Mandati quæ actio competat mandatori vel mandatario.*
2 *Mandatum quatenus se extendat.*
3 *Mandatum quando expiret.*
4 *Mandans delictũ an puniatur pœna statuti facti committens.*
5 *Mandãs an teneatur de delicto post multũ tempus commisso.*
6 *Mandans an teneatur de casu fortuito.*
7 *Mãdatarius nõ seruans formã mãdati an faciat aliqd valida.*

MANDATVM dicitur quasi manu datum, quia per alium propriè fiat: & Theologicè loquendo est mutuo facta de bono meliori, id est, ad quod quis nõ obligatur ex necessitate: vt colligitur à S. Tho. ij. ij. q. xciv. art. v. Sed loquendo iuridicè mandatũ secundũ Azo. est officium, id est, obsequium seu ministerium ab eo qui gratuitum gratis suscipit exhibẽdum vel clarius, est imperium, quo quis aliquẽ iubet ad facti executionem suæ voluntatis: nulla data pecunia, vel alio quocunq; verba interueniãt, quod ideo dicitur, quia si mandetur aliquid alicui ad satisfactionem seu vtilitatem eius cui mandatur, dicitur persuasio & persuasor, nõ mandatorius: vt not. Bar. in l. uõ solum. §. si mandato. ff. de iniur. Si autem data pecunia, aut nõ est circa delictum: & mandatarius dicitur locator, & mãdans cõductor, & nõ est mandatũ propriè. Aut est circa delictum: & sic mandatũ accipiens dicitur assassinus, de quo in c. pro humani. de homic. lib. vj. mãdator verò est is, qui aliud mandat alicui. mandatarius verò est, qui mandatum suscipit ad implendum. ¶ Primò verò quæritur, vtrum inter mandatorem & mandatarium oriatur actio? Et dico quòd sic hinc inde. nam mandatori & eius hæredi cõtra mandatariũ cum primò cogi nõ posset quòd reciperet mãdatum, competit actio mandati directa, inquantum mandatoris interfuit factum fuisse quod mãdabatur. ff. eo. l. siverò. §. si. & l. si mandato Titij. & rursus ipsi mandatario, qui mãdatum suscepit, competit actio mandati contraria, si quas expensas fecit, vel impensas ratione mandati suscepti, inquantum non excesserit fines mandati. ff. eo. l. si verò non remunerandi. Si verò mandatũ excesserit, eas non reperet actione mãdati contraria, sed actione negotiorum gestorum, si vtiliter expendit, secundum Mar. l. x. & Accur. contra, prout legitur & not. Instit. eod. §. is qui. & ff. eod. l. sed Proculus. cum l. sequenti. & C. de nego. gest. l. fin. in glo. vlt. Si autem mandauit tibi fundum emere. & nondũ soluto precio ages mecũ mandati vt suscipiam obligationem qua teneris vẽditori quia & ego agere possim tecum vt cedas mihi actionẽ empti. ff. eo. l. si mandato meo. primo responso. vide etiam infrà §. vj.

¶ Secundò quæritur, ſ in genere, quomodo obliget vel intelligatur mandatum? Et dico multa. ¶ Primum. Si mandatum fiat posterius, nõ derogat primo, nisi de eo faciat mentionẽ: de offi. ord. grauẽ. ¶ Secundum. Similiter si mandatũ sit generale, nõ prohibet nisi illicita de verb. sig. super quibus dubitatur. & tantumvalet quo ad omnia quantũ speciale quo ad quædam. de vo. & so. re magnæ. §. rei. ¶ Tertiũ. Si autẽ mandatũ sit speciale, derogat generali, etiã si de eo nõ faciat mentionẽ. de rescript. pastoralis. secundũ Ber. quod tamẽ in quatuor casibus fallit. Primò in generali, quod effectũ est speciale. de offi. del. g. ex parte. Secundò, in priuilegijs. de rescrip. cũ ordinem. Tertiò, quando res nõ est integra. & quartò in legatis. de fepel. leg. l. iij. ¶ Quartũ. Mandati rei turpis, nullũ est effectus. mãd. l. iij. Quintum. Mandatũ qualificatum, secundum Pan.

in c. fi. de rest. spo. distributur in duo mandata: & si impleri non potest in facto seu in substantia, impleri debet in modo seu in qualitate. Ex quo infertur quòd si duo mandantur, etiam data certa forma, licet non possint simul impleri, debet tamen fieri quòd potest: & valebit actum. facit quod not. per gl. & Doc. in c. constituimus. de reseri. ¶ Tertiò quæritur, 3
quando expiret mandatum? Et dicunt quidam tam mandata tum quàm præceptum finiri morte mandantis & præcipientis, si nominibus expressis scribantur, secundum Io. An. xiij. q. j. quod præcipitur. Alij verò dicunt quòd præceptum non præcipitat mors præcipientis: mandatum autem mandatore cadente ea dicunt modo referri eam te. & cũ hic de verbo. sig. Sed communiter Doc. tenent in c. gratum. & in c. relatũ. de offi. deleg. quòd re integra expirat mandatum morte mãdatoris. C. manda. l. mandatum. aliàs non. Quòcirca autem dicatur integra: vide ibi per Doc. Sed prædicta intellige de præcepto & mandato iurisdictionali, id est, quo datur iurisdictio ad aliquid exequendum circa aliquam causam. ar. d. c. gratum. & c. relatum. nec aliter de obligatione præciat, quo quis obligatur ad aliquid faciendum, pura lex immutabilis quia talia præcepta expirant morte præcipientis, nisi fiant per modum constitutionis: vt constitutio interpretatur. ¶ Quæ- 4
rò quæritur, ſ vtrũ mandans delictũ, includatur sub dispositione iuris vel statuti puientis eũ qui fecerit tale delictũ? Et Pan. in c. mulieres. de sen. excom sic distinguit. Nam aut verba scripta sunt in remota, dicit ius siue statutum: Pro homicidio imponatur talis pœna: & sic includitur ex propria significatione verborũ: & de homicidio, quod mãdauit, tenetur. l. hæc verba. ff. de all. & l. aut qui aliter. §. hæc verba. ff. quod vi aut clam. & vtrobiq; per Bar. & per Cy. in l. nõ ideo minus. C. de accu. Aut verba sunt scripta in personã: vt quia dicitur, si quis cõmiserit homicidiũ, puniatur tali pœna: & sic si cõmittat per instrumentũ quod necessariò operatur necessitate facti: sicut vitrum sagittam: vel necessitate iuris, sicut procuratori: vel subdito aliquid mandatur licitum: sic includitur mandans: quia ipse vere facit: quoniam actus attribuitur principio. & facit. l. item Mela. §. j. ff. ad le. Aquil. & p hoc tex. in l. si pater. in fi. ff. de manu. vin. & l. ij. §. si procurator. ff. quod quisq; iur. Vnde si statutum punit proponentem exceptionem cõtra instrumentum: mandans procuratori, ponere tenetur pœna statuti. Si verò instrumentũ per quod explicatur, operatur voluntate propria, nõ necessitate facti vel iuris: puta, quia mandauit delictũ cõmitti, & mãdatarius non tenet obedire: sic in dispositione iuris cõmunis mãdator cõprehenditur, non ex propria significatione, sed iuris interpretatione: quod vult parũ interesse per se vel per alium facere: vt dicit tex. in l. j. §. de iocisse. ff. de vi & vi ar. sed nõ habebit locũ in statuto, in quo fictio nõ habet locũ. l. iij. §. hæc verba. ff. de neg. gest. & hoc tenet licet Bal. in d. l. nõ ideo minus aliter dixerit. Distinguo tamẽ sicut Bart. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. sic: nã aut statutũ indulget, puta homicidæ remittatur certa pars pœnæ: & sic cõprehenditur: quia cessat odiũ & favor est ampliandus. re. odia. lib. vj. ant punit. & sic aut in pœna regulari quæ nõ multũ exorbitat à iuris cõmunis dispositione: & sic includit: qa tũc statutũ debet interpretari secũm ius cõmune: vt in c. cũ dilectus. de cõsue. not. Inn. in c. causã quę. de reseri. & Bar. in d. l. omes populi. qua de pœna iuris cõmunis vult vt cõprehendat, vt dicta est. Exẽplũ. De iure communi nõ est expressa pœna: statutũ exprimit pœnã, & loquit de facientes: & sic includit. Aut punit pœna irregulari, & quæ exorbitat à iure cõi: & sic nõ includit. sed habẽt locũ in casu sito. & hoc senserũt Doc. antiqui in simili in l. quæcunque. C. de fer. fug. in illa quæstione, num quid maleficium concipiat fœmininum: quod in odio regulari comprehenditur dol. in irregulari, nõ. Nec ob. prædictis c. mulieres. de sen. exc. in verbo, vere. quod minime videtur quòd nõ interpretatiuè: quia illud verũ est sedm Bart. in l. sed si vnus. ff. de iniu. in peccato, sed non in pœna. Et quòd nõ verè cõprehendat, facit tex. vt fama. de sen. exc. vbi, inquiens, facere videantur. ergo interpretatiuè. Ad idem de cle. pug. in duel. c. ij. vbi pugil verè homicida dicitur, & mandans nõ, licet teneatur de homicidio. Item quia rex. potuit vt diuersa facere, & mandare. ff. eo. cũ quis viduã. & de homi. sicut dignũ. Ergo in pœnis à iure cõmuni irregularibus per statuta nõ habebit locum, vbi si dio nõ habet locũ, vt dixi. Item dic quòd quo ad effectus naturales, qui ex ipso facto proueniunt, vel requiruntur, nunquã sunt parta, facere per se, vel per aliũ. Et facit quod nõ. Bar. in d. §. decessse. vbivult quòd nõ est idem adulterium facere per aliũ, sicut per se: sed quo ad effectus ciuiles, qui cõsistunt in reprimendis iniurijs: tene quod ſ. dictum est: nisi qñ ius puait aliquem, qui personaliter fecerit: quia tunc nõ includitur in pœna facientes per aliũ. Et sic intelligo & limita glo. in c. sciant cuncti. de elec. libr. vj. & iura in ea allegata. ¶ Quinto quæritur, ſ quid si quis mãdauit delictum, & mãdatarius post multum tempus exequitur? Et cõcludit Inno. in c. ad audientiã. de homi. quòd tenet, si nõ revocauit expressè vel tacitè: pura, quia fecit pacem cum inimico vel parentelam. l. iij. §. fi. & ibi glo. & Bar. ff. de adimen. lega. & hoc sequitur Bal. in d. l. non ideo minus. ¶ Sextò quæritur, 5
ſ vtrum mandans teneatur mandatario de casu fortuito? Et 6
dicit Pan. in c. sicut. de iureiur. quòd si agens actione mandati perit damna, quæ verisimiliter contingere potuissent: quasi mandans ea cogitare debuerit à principio, secundum Innoc. in d. c. sicut. & sic perit expensas & damna ar. ff. de neg. gest. l. Nesennius. & sic dicit intelligendam l. inter causas. §. non omnia. & l. si quis alicui. §. impendia. ff. man. nisi dãna contigissent ex casu fortuito, qui verisimiliter non fuisset cogitatus. d. §. non omnia. Et hoc etiam tenet Io. And. in reg. damnum. in mer. lib. vj. Sed Accurs. dicit illum. §. non omnia. de curialitate non debere seruari: nec secundum aliquos, de iure, si in casum fortuitum incidat, non incursurus nisi propter implectionem mandati principaliter, vt vult Innoc. in c. sicut. el iij. de iureiu. Bar. autem in l. seruus communis. ff. de fur. videtur distinguere & concordare: vt prima opinio sit vera, si ambassiatã fuit procurata. Si verò non fuit procurata: tunc aut portabant res non necessarias: vt puta, propter pompam duxerunt plures equos quàm deberent, vel alias res: & tunc non debet sibi cineadarius: vt d. l. seruus. §. quod verò. quia est quod eis imputetur. Si verò portabant res necessarias: & tunc illæ debent eis emendari, scilicet si aliàs nõ erãt periturę naturaliter. l. cùm duobus. §. damna. ff. eod. & d. §. quidam sagariam. Et ita dicit determinasse quẽdã solemnem Doctorem. Et hoc tanquam æquissimũ tene quo ad omnia necessaria: etiam si cùm eis portassent superflua, modò nõ fuerint causa perdendi necessaria. Vide omnia decide & decermina sub hac maxima quòd quicquid abest, & aliàs non abesset mandatario ratione mandati etiam à casu fine omni sua culpa, refarciendum est à mandatore. Et intellige prædicta in eo qui gratis suscipit mandatum: nam mandatum debet esse gratuitum. l. j. ff. mãda. Vnde isti stipendiarij, qui pretio adducuntur ad bellum, agere non possunt ad damna: quia non sunt mandatarij, vt dictum est. similiter nec qui causa pietatis vel parentelæ & huiusmodi hoc faciunt. text. j. q. iij. non inferenda. nec qui ex debito tenetur. C. j. iij. si dominus. & c. lulianus. Vide quod not. in d. l. Nesennius. & etiam ſ Bellum. j. §. x. ¶ Septimò quæritur, ſ vtrum mandatarius non seruans 7
formam

11-93.

Universidad de Deusto
Biblioteca

formam mandati, faciat aliquid validum? Et dico quòd non: quia gesta contra formam mandati nulla sunt: & non solum quando fit expresse contra formam, sed etiam quando fit præter & extra formam: quia quando ad actum datur certa forma, parta iuat agere contra, præter, & extra illam. Pro quo vide text. cum glo. in c. si cui. de elec. lib. vj. & c. prudentiam. de offi. deleg. & facit l. diligenter. in princ. ff. manda. & not. Pan. in c. ii. de testi. ipo. quod limita, vt ij. Absolutio. iij. §. j. De mandatis Dei & ecclesiæ, vide j. Præceptum. per totum. Qui autem sint casus requirentes speciale mandatum, vide per gl. magnam in c. quid ad agendum de procu. lib. vj.

MANIFESTVM tripliciter præsumitur. ¶ Primò scilicet vt est idem quod notorium: & sic est id quod per confessionem vel probationem legitimè notum fuerit, aut rei euidentia, quæ nulla possit tergiuersatione celari. de ver. sig. cùm olim. & ibi dicit gl. quòd propriè manifestum dicitur, quod non indiget probatione. ¶ Secundò, vt est species diuisa contra notorium: & sic manifestum dicitur quæ semper ex scientia, & certo actore procedit possibile probari. C. de testa. l. hæredes. Sed intellige possibile probari sufficienter, sed non per omnes aut partem maiorem: quia esset notorium. Vnde manifestum, secùdum aliquos, dicitur quod probari potest de facili per multos testes vel authores, sed non per tot quòd fiat notorium, quod probatione non indiget. Vel secundum Spec. est quod patet plurib⁹, sed non omnibus, sicut notorium omnibus patet. & no. in l. cuius. C. de appel. per Bal. & Butr. & intellige omnibus, id est, maiori parti: & est idem cum priore dicto. & hoc modo intellige gl. ij. in fine. in c. constitutionem. de ver. sig. lib. vj. dicentem, euidens & manifestum est, cuius probatio est in euidenti & manifesto. quod intellige etiam si talis probatio colligatur ex coniecturis & verisimilibus præsumptionibus. pro quo est text. in l. licet. ff. de leg. j. vbi dicitur euidens voluntas testatoris, quæ coniecturis elicitur. & Abb. Sicu. in c. j. de cle. non re. manifestum autem hoc modo aliquando dicitur etiam occultum. C. de app. l. eas. quia occultum dicitur, quod quicunq; sciunt. de pœ. dist. j. §. hæc autem secreta. & gl. in c. manifesta. ij. q. j. ¶ Tertiò sumitur communiter ad notorium & manifestum propriè: & sic manifestum est idem quod patens omnibus, scilicet vel aliquibus. Est autem notandum secundum Pano. in d. c. cùm olim. quòd in dispositione, in qua fit simpliciter mentio de manifesto, ad sciendum an debeamus accipere manifestum propriè, id est, vt distinguitur à notorio, considerare debemus materiam subiectam, vt no. in c. Rom. j. q. ij. & etiam vsum loquendi. arg. c. quanuis. de ver. sig. Sed in dubio debemus capere propriè, ad quod l. non aliter. ff. de leg. iij. & in cap. fin. de verbo. signi. & maximè in pœnalibus.

De Manumissione & Manumissore & Manumissis.

1 *Manumissio quid, qualiter & quando fiat.*
2 *Manumissio quomodo reuocetur.*
3 *Manumissio facta in fraudem creditorum non valet.*
4 *Manumittere quis possit vel non possit.*
5 *Manumissor an possit in manumissione retinere aliquod seruitium spirituale.*
6 *Patronus quod ius habet in libertum.*
7 *Manumissi an possint qui propter delictum incidit in seruitutē.*
8 *Manumissus ab ecclesia & priuato in quibus differant.*

MANVMISSIO à manu & missione dicta est, quasi remissio rei ad manum vel extra manū, quæ prius manu detinebat. & in oppositō sumit à manu metaphoricè dicta, id est, potestate, quam dominus habet in seruum. vnde manumissio est datio seu collatio libertatis: manumissus verò dicitur seruus libertati donatus. Instit. de libertinis princip. post quam donationem dicitur libertus, id est, libertati donatus: manumissor verò est dominus donans libertatem, qui deinde dicitur patronus. ¶ Primoverò quæritur, †qualiter & quando fiat manumissio? Et dico quòd fit multis modis. Aliquando enim fit in ecclesia sub aspectu episcopi & plebis, de quo debet ad cautelam fieri scriptura. C. de his qui in eccle. ma. l. j. de ser. non or. c. j. Aliquando verò fit coram iudice: & dicitur manumissio vindictæ: quia vindicta appellabatur quæ prætoria, qua tangebantur à prætore qui manumittebatur. Instit. de liberti. §. in multis. & ibi gl. & quidem si ad hoc fiat vt manumissus ordinetur, potius coram ecclesiastico, quam coram seculari iudice fieri debet. arg. de ser. non or. c. j. Aliquando fieri potest in secreto: vt dicente domino, esto liber: vel inter amicos, vel per epistolam, vel per testamentum aut quancunq; vltimam voluntatem, etiam diebus feriatis, tam de die quàm de nocte: & iudice in via, id est, nō pro tribunali sedente. d. §. multis. & si fiat à principe, per sola voluntatem fieri potest. C. de com. ser. man. l. cum apud. Insuper serui fiunt liberi, aliter quàm per manumissionem: vt j. Sentent. §. v. ¶ Secundò quæritur, †quomodo manumissio reuocatur? Et dico quòd propter omnes causas, ex quibus reuocatur donatio. de qbus j. Donatio. j. §. xij. in auth. vt liber. de cæte. §. illud. & de do. c. fi. ¶ Tertiò quæritur, †vtrum valeat manumissio facta in fraudem creditorum? Et dico quòd no. C. qui manumit. nō poss. l. j. & Instit. ex q. cau. ma. §. j. ¶ Quartò quæritur, †quis possit vel non possit manumittere? Et dico quòd hoc potest dominus maior xx. annis, nisi careat alia administratione, vt furiosus, & prodigus. minor verò xx. annis manumittere non potest inter viuos, nisi ex causa: & tunc c. est maior xvij. anno. C. qui ma. non pos. l. si minor. sed in vltima voluntate potest, ex quo potest testari, id est, post xiij. annum. C. eo. auth. sed hodie. Item episcopus potest manumittere seruos eccles æ benemeritos. xij. q. ij. si quos. & alios non benemeritos, dum tamen det ecclesiæ p vno duos eiusdem meriti & peculij. xij. q. ij. episcopus qui mancipium. quod intelligit: Verum ec. si de suis bonis proprijs, nō de rebus ecclesiæ. Item potest manumittere causa miserationis. xij. q. ij. cùm redemptor. quod quidam dicūt posse intelligi de benemeritis. Sed tu intellige simpliciter: quia alia & alia ratio manumissionis est pietas, & benemeritū esse, vt patet in d. c. cùm redemptor. & d. c. episcopus. iunctis gl. Abbas autem nō potest manumittere seruum monasterij, nisi de consēsu episcopi, monachorum. dist. lxij. Abbates. Intellige nisi sit consuetudo contraria de his quæ fiunt à præla. c. nescitur. Intellige etiam de monasterijs non exemptis. Item seruus communis plurium manumitti potest ab vno: sed manumissor alios scire debet indemnes. C. de com. ser. ma. l. j. Sum. autem. Arg. simpliciter concedit quòd l. beatem inter viuos dare possit qui habet rerum suarum administrationem, & xvij. annum incœpit. allegatus Instit. qui ex cau. ma. non lic. §. pe. sed in Instit. Sum. Rol. & Sup. post Archi. & Pis. hoc limitant: facias ex causa, vt euitetur contradictio legum. ¶ Quintò quæritur, †vtrum manumissor in manumissione possit aliquod spirituale seruitium imponere, puta quòd sibi dicat horas, & huiusmodi? Et dico quòd si ita quòd si seruare noluerit, eā si fuerit ordinatus, degradatur, & pristinæ seruituti subiiciatur. de ser. non or. nullus. Et si obijciatur contra, arg. c. quicunq; di. lxiij. vbi non ordinantur qui manumittuntur, retento seruitio aliquo: dicit glo. in d. c. nullus. illud intelligi de obsequijs temporali, quod retinet in eo qui manumittitur non ad omnes, sed vt laicus remaneat. non autem in eo qui manumittitur ad

tur ad ordines. ¶ †Sextò quæritur, in quibus consistit ius patronatus, quod patronus habet in libertum? Et dico quòd in multis: vt not. in l. fi. C. de bon. lib. in glo. ¶ Primò scilicet vt non proponat turpem actionem aut exceptionem aduersus patronum. ¶ Secundò, vt ei reuerentiam exhibeat tam in faciendo quàm in non faciendo. ¶ Tertiò debet illi præstare alimenta: si aliàs non habet. ¶ Quartò, potest eum in seruitutem reuocare ratione offensæ in illum cōmissæ. ¶ Quintò, habet ius succedendi illi, scilicet liberto. nā libertus tenetur illi relinquere legitimam quæ est tertia pars suorū bonorū, si in bonis habet plus quàm centum aureos, & nullos habet liberos cum decedit. Si verò minus quàm centum aureos habet in substantia, non tenetur ei aliquid relinquere. quòd si mortuus fuerit ab intestato nullo liberorū relicto, succedit in totum: & nomine liberorum veniunt legitimi tantum: vt supra Liber. in princ. vide supra Hæreditas. j. §. iiij. vide etiā Instit. de succes. lib. §. sed nostra cōstitutione. Ad quid autem tenetur patronus liberto. glos. in. §. libertinorū. Instit. de lib.

7 ¶ †Septimò, quæritur, vtrum possit manumitti is, qui propter delictum incidit in seruitutem? Et dicit Panorm. in cap. ira quorundam. de Iudæis. quòd non, secundum Ioan. Andr.

8 ¶ †Octauò quæritur, in quo differunt, manumissus ab ecclesia & manumissus à priuato? Et dicit Host. quòd in multis. ¶ Primò, scilicet quia isti liberti ecclesiæ reuocātur in seruitutem propter operas non præstitas. xij. q. ij. diaconi. quod Inno. in c. de famulis. extra de ser. non or. intelligit de impositis, nō de alijs: quia ad ea nō tenentur: imò nec de impositis, nisi sint obsequia multùm necessaria: puta quia negāt alimenta. secus de illis scilicet libertis priuatorum. s. de lib. cap. solo. ¶ Secundò, quia istorum filij etiam nati post manumissionē honoris sunt ecclesiæ. xij. q. ij. de libertis. & c. liberti. el. ij. secus in illis. C. de liber. l. j. & ij. ¶ Tertio quia isti tenentur ecclesiæ seruire, etiam si eis nulla opera sint imposita. xij. q. ij. diaconi. in fin. & c. liberti. el ij. secus in illis C. eod. d. l. j. & ij. & nor. Inn. d. c. de famulis cōiunctis quæ not. secundū Rayn. in Sum Cōfes. lib. iij. tit. xvij. q. xiij. ¶ Quartò, quia isti si iniuriantur ecclesiæ, vel illam accusent, aut contra eam testificentur, reuocantur in seruitutem, etiam si fuerint ordinati. dist. liij. qui ex famulis. & in prædicto. c. diaconi. & d. c. de famulis. ¶ Quintò, quia isti manumissi ve ordinētur, nō possent de acquisitis quocunque modo ad alios transmittere secundum aliquos: quin potius, omnia ad ecclesiam pertinebunt: sed verius est vt hoc sit verum solùm, quādo in manumissione fuit dictum: aliàs etiam testamentum cōdere possunt de his quæ acquisierunt. xij. q. tij. c. j. & ij. Et idem tenet Ray. Vl. & Host.

MARTYRIVM est idē quod testificatio Christianæ veritatis aut doctrinæ: sicut & martyr Græcè, Latinè dicit testis. ad quā testificationem secundū San. Tho. ij. ij. q. cxxiiij. & Pet. de Pal. in iij. dist. xlix. tria requiruntur. Primò requiritur pœna quæcūq; sed quæ est mors, vel ex qua sequatur mors. ¶ Et secūda causa, id est, veritas fidei, vel opus virtutis, ita quòd dicta pœna sustineatur p confessione fidei, aut pro quocunq; bono opere faciendo, vel peccato vitando. Et tertiò volūtas, vt volūtariè dicta pœna sustineatur: licet innocētes sine vsu volūtatis fuerint martyres ex gratia: de quo, & de prædictis omnibus vide Sanct. Tho. vbi s. ¶ Ex quo etiā in diuersis locis multa de martyrio & martyribus colliguntur. ¶ Nam martyr nō baptizatus, si resurgat, debet baptizari. Hebr. vj. col. iij. ¶ Et in martyrio fit plena absolutio à pœna & culpa. iiij. dist. xiij. & iij. q. j. viij. Et martyres in tormētis percipiebāt aliquid de gloria Dei: essentiam tamen diuinam non videbant. veri. iiij. xiij. art. ij. ad nonum. ¶ Et martyrium est opus maximè perfectionis, non secundū se, sed vt imperatur à charitate, & eam ostēdit. ij. ij. vbi suprà. ¶ Et quo ad actum, id est, mortem potest esse sine charitate: sed quo ad modum, id est, prompte & delectabiliter esse nō potest sine magna charitate, quolib. iiij. q. x. ¶ Et martyrium oblatum tolerari debet patienter: sed quæri non debet, cum dari non debeat occasio agendi iniustè. ij. ij. vbi suprà, artic. j. ad tertium. Sed intellige quòd dicta occasio dari non debet sine necessitate: secus ex necessitate. q. sicut licitum est indigēti accipere mutuum ab vsurario, & mulieri pulchræ adire ecclesiam sub oculis lasciuorum, quos euitare non potest. ¶ Et est martyrium de præcepto secundum præparationem animi. ij. ij. vbi suprà. & iiij. distin. xlix. quod dictum San. Bonau. diffundit in iij. dist. xxxix. dicens, si adest necessitas, aut amittendi vitam aut iustitiā, quilibet tenetur magis dilecto Deo mori, quàm illo offenso viuere. Si quis etiam videt quòd per suam mortem potest seruari fides vel iustitia, & per sequutio non est personalis, sed vniuersalis, tenetur de præcepto mortem sustinere: sicut prælatus quādo videret quod ex sua, fuga sequeretur dispendium in fide vel iustitia in ecclesia: & similiter quilibet alius tenetur ex præcepto sustinere mortē: sicut fecit beatus Tho. Cantuariensis. Si verò adest solùm opportunitas manifestandi gloriam diuinā & ædificandi ecclesiam, martyrium est supererogationis, & nō necessitatis. Si verò homo daret se morti pro Christo eo quòd vitam haberet exosam, mortaliter peccaret, quod intellige extra casum necessitatis: & quando non fieret principaliter pro Christo, sed pro vita effugienda.

MAIVCVLINVM concipit aliquando fœminum. ff. de verb. sig. l. j. ff. de pact. l. tres fratres. & de elect. c. generali. lib. vj. sed distinguit, nam aut ipsum masculinum ast adiectiuū, vt quicūq, quisquis, quidam: & sic intelligitur homo vel persona, & cōcipit fœmininum in omni materia, in qua ratione, vel lege, aut statuto, vel vsu, nō est differentia inter virū & mulierē: quia tunc ad paria iudicātur sicut ibi, qui nocturnū pieceriit nocēs de fenestra, soluat decē-ve nīs, etiā mulier. l. quicūq. C. de ser. fugit. & sumit significatū ex paritate delicti: secus si dicat, quis potest postulare in ætate xvij. annorum, nec ibi intelligitur fœmina quia in contrariū est edictū de postulādo, quo fœminæ prohibētur postulare, saltem pro alijs. l. j. §. sexum. ff. de postul. & idē de esse procuratorem in iudicio. l. fœminæ. ff. de procur. & idem ad esse testem iure ciuili Romanorum: vt in §. testis. Instit. de testa. etiam si exprimatur nomē cōmunis generis. vbi tamen numerus testiū nō adhibetur, duo sufficiūt. l. vbi numerus. ff. de testi. & continetur etiam mulier. Si verò masculinū est nomen appellatiuum, vt filius: tunc distinguo. Si enim de fauore agitur, cōcipit: si de odio, non cōcipit, vt not. in l. quicunq;. C. de seruis fugit. & in l. j. ff. de verb. sig. vbi ponit exceptiones: & ita cōmuniter dicitur secundum Glo. in d. c. generali. vnde si dicitur: filijs meis do tutorem: etiā filiæ veniūt. ff. de testa. l. si ita. Ratio est, volūtas ex æquali affectiōe prouidendi eis: sed ibi filios meos exhæredo: fœminini nō concipitur. l. j. §. queritur. ff. de vent. in pos. mit. quia masculinum de se non significat fœmininū. nec est ibi coniectura probabilis, qua hoc concludatur: sed ibi est odium exhæredationis, quod dictat significatū verbi nō extendere in reg. odia. lib. vj. Sed hoc intellige, si verbum odiosum sit prolatum ab homine: & sic intelligitur. d. §. quæritur. sed si à lege, puta, fur, sit odiosum, siue nō fœmina cōtinetur. ff. de iurisd. om. iudi. l. si quis id quod. patet in crimine læsæ maiest. vbi ponitur criminosus cum filijs: vbi & filiæ cōprehenduntur: licet mitius puniātur. d. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest. Vnde indistinctè tā in odiosis quàm fauorabilibus & neutris, Ioan. And. in d. c. ge-

Universidad de Deusto
Biblioteca

netali.dicit secundum Gar.dicēdum quòd masculinum prolatum à lege cōprehēdit fœmininū, vt probatur exc.si quis suadente.xvij.q.iij.iuncto c.mulieres.de sen.excō. nisi eadē vel alia cōstitutione excipiat fœmina.de elec. indēnitatibus §.sed cum eo.Et licet Gar.secundū aliquos intellexerit de lege puniente aliquod delictū,tamē ut vniuersaliter intelligē,nisi vbi ratio,lex, vel statutū,vel cōsuetudo aliter sentit de fœmina quàm de masculo:nisi in materia cōtractuū:vt §. Emphyteuseos.in princ.econtrario autē fœmininū nō cōcipit masculinū.l.si qs in fundi vocabulo.ff.de leg.j.eum ibi nota.

MATHEMATICI à Matheſi dicti dupliciter dicēntur sicut &matheſis:quia ſi ſcribatur matheſis ſine aſpiratione,& proferatur media longa,eſt idē q̄ diuinatio,& mathematici ſunt diuinatiſi verò ſcribat cum aſpiratione,& pferatur media breuitſie eſt quadriuiū, & mathematici ſunt quadriuiales,iuxta illud,Scire facit matheſis:ſed diuinare matelis.De diuinis autem vide ſuprà Maleficium. & infrà Superſtitio.

De Matrimonio primò in ſe.

1 *Matrimonium quid.*
2 *Matrimonium à quo,quãdo,& propter quid fuerit inſtitutũ.*
3 *Matrimonij eſſentialia quæ ſint.*
4 *Copula carnis an ſit de eſſentia matrimonij.*
5 *Matrimonium quotuplex ſit.*
6 *Vir & vxor an dicantur ante copulam.*

MATRIMONIVM dictũ eſt quaſi matris munũ, id eſt,officiũ,vel matrem muniens aut moneꝰ,vel materymus,vel à matre & natoiij.diſ.xxvij,vbi etiã patet q̄ magis à matre dicitur quàm à patre:quia ad eam magis quàm ad patrem pertinet:cum ſit facta propter hoc, & magis ſit officiola circa prolem.& eſt matrimonij,cōiunctio legitima viri & mulieris,in indiuiduã vitæ cōſuetudinẽ retinẽs.cxvij.q.ij.c.j.extra de preſump.illud.& Inſtit.de nup.§. ij.item Inſtit.de patria poteſtate princ.vbi ſecundū Ray.dicitur viri & mulieris,nō vitorū & mulieris,nec viri & mulierū quia nec vnus vir plures vxores,nec vna mulier plures viros habere poteſt:licet aliquãdo Deo diſpẽſante vnus habuerit plures.de quo infrà Papa.§.xvij.Dicitur etiã cōmūcto, ſcilicet animorū,& matrimonialis,& indiuidua,&c.vel quia neuter ſine alterius cōſenſu poteſt cōtinentiã profiteri,vel orationi vacare,ſecundū Ray.nec ſe alteri copulare.Vel ſecūm Verue.intelligitur de cōſummato inter fideles,quod ſeparari nō poteſt:matrimonij autẽ infidelium nō eſt omnino firmũ,niſi ratificetur per fidẽ Chriſti:ſecūdū S.Tho.in iij.diſt. xxix.ideo diſſolui poteſt:vt infrà Matrimoniũ.viij.impedimento.x.& ſimiliter nō conſummatũ inter fideles:vt j.Matrimoniũ.viij.§.xij particula.iiij.q † Primò verò quæriꝰ, qd de matrimonio in ſe ſummariè tradiderit S.Tho.Et dico q̄ ex iij.diſt.xxvij.& ij.q.xxix. &alijs locis doctrinę ſuæ ſummariè & cōcluſiue præter ea quæ dicta ſunt ℣.Debitum, de actu cōiugali, & præter ea quæ nō ſpectãt ad hoc opus, colligũtur iſta.¶ Matrimoniũ formaliter & eſſentialiter eſt cōiunctio animorũ & coniugum relatio:& ratione eſſentiæ,id eſt,cōiunctionis dicitur coniugiũ ratione cauſæ,id eſt,deſpōſationis,vel cōſenſus:nuptiæ,ratione finis,id eſt.,plis,dicitur matrimoniũ. Eſt autẽ ſacramentũ,etiã ſi ſit ſecundũ,tertiũ, aut ſequẽs:finis forma ſunt verba exprimẽtia cōſenſum materia verò ſunt actus exteriores tantũ:vnde dicti actus ſunt ſacramẽtũ tantũ obligatio autẽ mutua eſt res & ſacramentũ:effectus autẽ eius ſunt tantum res cōtentas:ſed vnio Chriſti ad eccleſiã eſt res ſignificata,nō contẽta:& ſimiliter cōmiſtio carnalis,quę etiã eſt de ſecũda matrimonij perfectione,nō de prima.¶ Cauſa prima matrimonij,eſt diuina virtus illud inſtituens:inſtrumentalis autem eſt cõſenſus,etiam in occulto expreſſus per verba vel nutus in mutis,vel alia ſigna, vel per nō cõtradicere in deſpõſatione.Et ſi exprimatur cõſenſus per verba de futuro,nõ facit matrimoniũ,etiã addito iuramento:imò nec addita copula carnali, niſi in foro eccleſiæ.ſimiliter nec ſi exprimatur per verba de præſenti:& ipſe mutuus interior cõſenſus deſit:nec ſimiliter facit matrimonium cõſenſus ad tẽpus.¶ Quælibet perſona libera cõtrahere poteſt ſine parentũ cõſenſu,& religione intrare: ſed nec cogi poteſt ad matrimoniũ filius à patre: licet poſſit inducere cauſam rationabile:& tũc ad eius præceptũ obligatur ſicut ad cauſam.¶ Poteſt autẽ quis cõtrahere per nuntium vel ꝓcuratore:ſed ſi ante alterius cõſenſum pẽnitear,nõ eſt matrimoniũ,etiã in foro eccleſiæ,ſi probetur.¶ Finis matrimonij.per accidẽs eſt ille quem contrahens intendit:qui ſcilicet poteſt eſſe bonus & malus:vt diuitiæ,pulchritudo, virtus,& huiuſmodi.finis verò per ſe principaliter vel primò eſt ꝓles generanda & educãda:deinde vitatio fornicationis:mutuum obſequiũ:fides & ſacramẽtum.& propter horũ tria,quę ſunt de eius ratione,ſcilicet fidẽ,prolẽ,& ſacramẽtum,excuſatur actus eius,ne ſit malus ex hoc quòd habet annexã ſaltem rationis,& carnis tribulationẽ.¶ Tribuit aũt matrimoniũ tria remedia cõtra cõcupiſcentiã:primò reprimẽdo eam per gratiam,quã cauſat:ſecũdò honeſtãdo eam per bona ſuarum ꝓpriarum explẽdo actus eius per quod dum ſatisfit ei in actu cõiugali, nõ ita incitat ad alias corruptelas.Hæc ex illo.Ex quibus patet quòd matrimoniũ eſt officiũ naturæ ad generãdũ, & remediũ cõtra cõcupiſcentiã,& ſacramẽtũ.quod quomodo intelligatur,ſcilicet q̄ ſit ſacramentũ,vide ipſum: quia diuerſimodè à Doct.hic aſsignatur forma,materia,& huiuſmodi. ¶ Ex his tamẽ,ſcilicet ex hoc q̄ matrimoniũ eſt ſacramentũ, infert Arch.poſt Per.de Pal.q̄ cõtrahere matrimoniũ q̄ verbo de præſenti ei,qui eſt in mortali,cã viro quàm mulieri eſt mortale:imò videtur aliquãdo ipſe Per.tenere q̄ requiratur cõfeſſio:nec ſufficiat contrio ſola:vt in diſt.xvij.q.ij.& hoc ei adſcribit Sum.Ang.tñ in rei veritate hoc nõ tenet, vt patet ibi in fin.vbi dicit q̄ cõtritus,cum ſit iã Deo cõiunctus,non peccat mortaliter miniſtrãdo & ſuſcipiẽdo ſacramẽtũ,ſcilicet aliad ab euchariſtia.nec eſt verũ,vt ℣.Cõfeſſio.j.§.ij. Euchariſtia.ij.§.vij.¶ Secũdò quæritur,ſi quo & quãdo & propter quid matrimoniũ fuerit inſtitutũ.Et quãtũ ad primũ ſi eo q̄ fuit inſtitutũ primò à Deo dicẽte,Creſcite, & multiplicamini.& deinde etiã fuit inſtitutũ ab hominibus tenẽtibus locũ Dei,id eſt legiſlatoriꝫ?.Quãtũ verò ad ſcõm dicit Tho. in iij.di.xxvj.q̄ vt eſt in officiũ generãdi prolẽ,quę erat neceſſaria,etiã pẽtò nõ emittẽte,inſtitutũ fuit à Deo, etiã antepẽtm Adæ,dicẽte Gen.ij.Creſcite.&c.Sed vt eſt in remedium cõtra peccatũ,inſtitutũ fuit poſt peccatũ tẽpore legis naturę ſecundũ verò determinatiõnẽ perſonarũ cõtrahendũ inſtitutum fuit in lege Moyſi:ſecundũ verò quod eſt ſacramentũ repſentãs cõiunctionẽ Xpi & eccleſię, inſtitutũ eſt in noua lege:& ſecũdũ hoc eſt ſacramẽtũ nouę legis.hæc ex illo.De prima aũt & ſecũda inſtitutiõe,xxvij.q.ij.§.ij.his ita.& extra de diuor.gaudemus.Quãtũ verò ad tertiũ, patet ex dictis §. priore.¶ † Tertiò quęriꝫ quæ ſint de integritate ſeu ratione matrimonij,ſine qbus ſcilicet eſſe nõ poſſ? Et dico ex S. Tho. q̄ ſunt multa:vt patet ex dictis.¶ Primò cõ requiritur legitimitas cõtrahẽtes volentes:quia aliquorũ matrimonia etiã facta diriminũtur cãquã nulla,vt patebit.¶ Secũdò cõſenſus mutuus.iij.diſt.xxvij.q.j.art.ij.q.iij.¶ Et tertiò expreſſio cõſenſus per verba de præſenti,vel equiualẽtia ſigna ibi,quę ſtatim cauſa loci̇da.¶ Et quartò requiritur bona matrimonij ex intẽtione ſanctia:quia ſunt de eius ratione.iij.di.xxxj.q.j. ar.j.quæ ſcilicet dum

dum eundem & Ray.& xxvij.q.ij.omne.ſunt tria, ſcilicet fides me ſcilicet cõiunx cum aliarei cum alio miſceatur.proles,ſcilicet vt amanter ſuſcipiatur,& religioſe educetur:& ſacramentum,ſcilicet vt matrimoniũ nõ ſeparetur.& hæc tria adeò ſunt ſubſtãtialia coniugio quòd cõditio cõtra aliquod eorum appoſita vitiat cõtractũ matrimonij:extra de condi. appo.cũ.& de hoc plenè ℣.Matrimonium.iij.§.xj.¶ Quarò 4 quæritur,ſi verum concubitus ſeu copula carnalis ſit de integritate matrimonij? Et dico ſecundum S.Tho.& Rich.quòd duplex eſt matrimonij perfectio:prima ſcilicet eſſentialis,& ſecunda accidentalis:& quantum ad primam non eſt de eius integritate:quia ſine ea eſt ratum.eſt tamen de eius integritate quantũ ad ſecũdam:quia per eam matrimoniũ efficitur conſummatum:ſicut puer per deductionem ad quãritatem perfectã efficitur vir cõſummatus,qui cũ puer exiſtens habebat totam ſuã perfectionem in eſſe primo,quæ reſpicit hominis eſſentiã.¶ Quintò quæritur,ſi quotuplex ſit matrimo- 5 nium? Et dico ſecundum omnes quòd eſt duplex,ſcilicet non conſummatum:quod ſcilicet factũ eſt per verba de præſenti ſine copula:& conſummatũ per copulã. Primum,ſcãm glo. in c.ex publico.de couuer.coniu. ſignificat conformitatem fidelis animæ ad Chriſtum:& in paradiſo eſt inſtitutum: ſecundum verò coniunctionem eccleſiæ ad Chriſtum per incarnationem:& vtrunq; vel propriè nõ conſummatũ,ſecũdũ mentem Ray.eſt triplex:quorum primum dicitur legitimũ ſed non ratum,vt quod legali tantum inſtitutiõe vel prouinciæ moribus inter infideles cõtrahitur.quod ideo dicitur nõ ratum:quia ſine fide,dicente Aug.non eſt ratum cõiugium, quod ſine Deo eſt,Secundum verò eſt e conuerſo ratum,ſed non legitimũ,ſcilicet quod eſt inter fideles & legitimas perſonas,ſed ſine legitima ſolẽnitate contractũ. Tertiũ verò eſt legitimũ & ratũ,qđ ſcilicet inter fideles & legitimas perſonas & cũ legitima ſolemnitate cõtrahitur.,pbãtur hæc diſt. xxvij.q.j.§.illud.& extra de diuor.quanto.&.cap.gaudemus.

6 ¶ Sextò quæritur,ſi verum matrimonium non conſummatũ denominet virũ & vxorem,ſeu verũ appellatione viri & vxoris veniant ſponſi,qui contraxerunt per verba de præſenti ſine copula? Et dicit Pan.in c.ex publico.de conuer.coniu.per tex.illum quòd appellatione viri & vxoris intelliguntur illi qui matrimoniũ conſummauerunt, nõ autem qui ſolùm cõtraxerunt per verba de præſenti.&ita ſe cõluſſe Sens.Vnde quia ſtatuto cauebatur ibi quòd vxore decedente ſine filijs, marius lucraretur dimidiã partem dotis,& puella quædam quæ de præſenti cõtraxerat,incognita deceſſit: multi dicebant quòd ſpõſus luerari debeat mediã partem dotis:ſi quia interueniente conſenſu de præſenti matrimoniũ dicitur & coniuges appellãtur:quia cõſenſus matrimoniũ facit xxvij. q.ij.ſufficiat.tum quia tales ſponſi,id eſt,promiſſi,à ſpondeo dici nõ poſſunt:quia nõ eſt promiſſi,quę de præſenti cõtrahit,ſed in contrariũ & pro opiniõe Pan.facit ſingulariter ille tex.& c.ex publico.quia cum matrimoniũ conſummatum dicat magis firmũ in hac materia odioſa,vbi ſpõſa ſine cauſa peteret dimidiũ dotis,debemus intelligere verba in potiorẽ ſignificato,arg.§.ſed quoties.Inſti.de in.nat.Item ex communi vſu loquẽdi ſponſa nõ amittit nomen ſponſæ, niſi ſit coguita.Pro quo tex.an d.c.ex publico.ubi, à viro deſpõſata. Ad quod etiã facit,quia vbi in lege nõ exprimit cauſa legis, eam cõiectari debemus,& ad eius limites reſtringere & ampliare legis diſpoſitionem,iuxta theoriẽ doctorũ in l.nõ dubiũ.C.de legi.Cauſa aũt deferendi lucrũ tale marito,non potuit eſſe alia,niſi ꝓpter nimios ſumptus in ducendo vxorem ad domumq̄ cauſi ceſſat in ſponſa nondum traducta ad domum viri.Nam ſi hoc lucrum contingeret propter affectum coniugalem,ſtatutum dediſſet conſimile lucrum vxori ex morte mariti. Vnde ſi lucrum pariter eſſet vtriq; cõmune,bene crederem quòd ſub verbis ſtatuti cõprehenderentur ipſius & ipſa de præſenti nõ cognita. & ita intelligerem I.Deo nobis.C.de epiſ.& cle.ſicut & generaliter cõprehenduntur in materia larga ſub nomine viri & vxoris ipſi ſi de futuro:vt ſingulariter ꝓbatur in l.no ſine.C.de bo.quæ liber.Cy.quoq; in l.vnica.C.de rei vxo.actio.videtur tenere dictã opinionem Pan.addens tale ſtatutũ eſſe Ferrariæ,& ſi cum ꝓpter expenſas mariti in vxorem,etiã ꝓpter nuptias. & idem Salic.in l.cùm te.C.de do.ante nupt.dicens ita ſe cõſuluiſſe vnã cum multis apud Florentiã.Sed Bar.in l.nihil.ff. rerum amo.in terminis quæſtionis propoſitę cõtrariũ tenet, modò contractũ fuerit matrimonium per verba de præſenti,etiã ſi cum ea non habitauerit.allegans ad hoc d.l.nihil.& idem videtur ſentire Bal.in l.Deo nobis.C.de epi.& cle.licet contrarium teneat in l.nõ ſine.C.de bo.quæ lib.Ang.autem de Aretio Inſtit.de actio. dicit quòd licet opinio Salicetide mera ſubtilitate iuris ſit verior:tamen aliam partem gl.ord. in l.ea quæ.la ij.ff.ad munici.& Bar.& Bal.ſaluaret in practica,potiſsimè ſecundũ quod ait Rapha.in d.l.nihil.ſi iam maritus ante mortem vxoris cœperat ſuſtinere onera matrimonij in veſtibus,& alijs,vt docet experientia . Et quamvis iſta expenſa &damnũ mariti non ſit tantũ,quantũ lucrũ eſſet dotis tamen integram medietatem dotis lucrari & habere deber,ar.l.creditor.§.ſi inter maritum.ff.mãda.Sicut ecõtrario poſſet cõtingere marito,quòd fructus dotis, vel etiã media pars eius nõ ſufficeret ad onera matrimonij inchoãdi ſiue iã inchoati,&copula carnali cõſummati,ar.c.ſolubiter.de vſu. &tñ ipſe debet ſuſtinere integra onera matrimonij.l pro oneribus.C.de iure do.Vñ hoc pendet à fortuna:& cõſequenter videtur maritus emiſſe iſtum caſum ſiue alium.l.in venditione.& l.ſi.ff.de actio.emp.& vend.Si autem maritus iam nõ ſuſtinuit onera vel parua,attenta quantitate dotis ſtãe eſſet magis dubiũ an deberet lucrari partem dotis ex ſtatuto: quia ceſſat dicta ratio.&concludit Sum.Roſ.peſt multa hic, quòd eam lucretur:& ſic eſt cõtra Sum.Ang.tenentem opinionem Pan.in tit.Lex.Ego autem magis approbo opinionem Pan.& Cy.& Sali.&dico quòd dictam partem nõ lucratur,qui matrimoniũ non conſummauit,etiã ſi iã fecit expenſas aliquas:quia aut ſunt donationes,de quibus dicendũ eſt vt ℣.Donatio.ij. Aut ſunt circa res extantes,puta veſtes & iocalia,& huiuſmodi,quæ penes eũ remanebunt . Aut ſunt penè nullæ:& ſic non æſtimandæ.Quæ autem adducit Sum.Ro. in contrariũ,non procedũt imò aſſumunt id,quod falſum vel dubium eſt vt patet intuenti.¶ Septimò quæritur,ſi verum ſponſa de futuro dicatur maritata,quantũ ad ſtatutum,dicens quòd mulier maritata nõ admittatur cum fratribus ad ſucceſſionem fratrum? Et dicit Pan.ſuper rub.de ſpon.quòd non:quia ex quo agitur de odio,appellatione maritatę non venit ſponſa. Secus ſi ageretur de fauore.Pro quo eſt text.in l.ea.ſine.C. de bo.quæ liber.Pro quo etiam vide gloſſ.Inſtit.de nupt.§. ſi vxor.& idem Cyn.in dic.l.non ſine.& Iaco.de Are.& Per. 7

Rurſus de Matrimonio.ij.quomodo cõtrahatur quantum ad verba abſolutè.

1 *Conſuetudo & ſtatutum differunt in matrimoniis.*
2 *Statutum laicorum an poſſit aliquid circa matrimonium*
3 *Conſuetudo an poſſit aliquid circa matrimonium.*
4 *Conſuetudo loci mariti, an vxoris debeat attendi.*
5 *Matrimonium per quid contrahatur principaliter.*
6 *Conſenſus partium in matrimonium an debeat præſtari ſimul & eodem tempore.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

7 *Matrimonij consensus an debeat necessario exprimi per verba in valentibus loqui.*
8 *Consensus signa quomodo cognoscantur.*
9 *Consensum qua verba prolent.*
10 *Matrimonium ex quibus verbis colligatur. vsque ad numer.* 14.
15 *Sponsalia de futuro si sequatur copula, an sit matrimonium.*
16 *Sponsalia de futuro quando transeant in matrimonium absque copula carnali.*
17 *Matrimonium contrahentes sine iuris solemnitatibus quas pœnas incurrant.*

MATRIMONIVM secundò considerari pōt quātum ad modū quo cōtrahitur. quod dupliciter contingit, scilicet quantū ad verba, & signa, quæ in foro causarum considerātur: & quātū ad intentionem, quæ attenditur in foro animæ: & vtroq; modo cōtingit dupliciter, scilicet purè siue absolutè, & sub cōditione. Nūc igit cōsideremus de eo qūo contrahitur quantum ad verba & absolutè.

1 ¶Primò autem quæritur, †vtrum in disponendo de cōtractu matrimonij, sit differentia inter statutū laicorū, & cōsuetudinem regiōs? Et dico q̄ sic de mente Pan. in c.j. de spon. quia circa matrimoniū statutū laicorū est nullū: quia materia non pertinet ad eos. Secus de consuetudine: quia in ea interuenit cōsensus episcopi & clericorū. Vñ dicit Fede. quòd leges & statuta laicorū circa matrimoniū nullius sunt momenti: qa hæc materia nō est de foro seculari, nisi vt in §. seq.

2 ¶Secundò quæritur, †vtrū patriæ statutū possit aliquid disponere circa modū cōtrahendi matrimoniū? Et iuxta Pan. in c.j. de spon. Do. Ant. distinguit. Nā aut disponit circa substantialia matrimonij, puta inualidādo contractū aut personas: & nō valet: vt in d.c.j. de spon. & idem dic si habilitaret inhabiles. Aut disponit circa pœnā erga subſtantiabia: qd si facit imponendo pœnā de nouo: sic inferendo dānū, no tenet: vt disputat Io. And. in c. statutum. de hære. lib. vj. puta si disponit quòd contrahens cum filiofamiliās sine consensu patris, incurrat certam pœnam: aut quòd contrahens cum minore xxv. annis, nisi præsentibus agnatis similiter certam pœnā incurrat: quia intimidatur matrimonium, quod liberum esse debet. de spon. cùm locum. Et hæc opinio Pan. magis placet. & est cōmunior quàm opinio Gat. de Cal. dicentis in c.ij. de clan. despon. hoc casu valere statutū. de quo vide in d.c.j. per Do. Io. Ant. de sancto Geor. Si verò imponit pœnam auferendo lucrum quod lex secularis attulerat, valet secundū eundem d. Ant. & hoc sequendo gl. ordinariam Io. And. in c. cùm secundum leges. de hære. li. vj. Sed tamen Pan. plus placet gl. in c. de puellis. xxxvj. q. ij. quæ tenet cōtrariū. & idem sentit Federi. consi. xxxv. vbi tenet quòd generaliter statuta laicorum circa matrimonium sunt nulla: quia hæc materia non est de foro seculari, sed ecclesiastico: vt in c. tuam. de ordi. cog. & facit quod no. Bar. in l. Titia. ff. solu. mat. & per doc. in c. fi. de secun. nup. Si verò disponit non circa substantialia matrimonij, sed circa dependentia, puta circa dotem. valet, secundum Inno. argu. c. Raynutius. de testa. Si verò disponit circa solennitatem: dicit Do. Ant. valere statutum, & peccare non seruantes: sed Pan. dicit quòd Docto. loquuntur non de tali statuto laicorum, quod non valet: quia materia non pertinet ad eos: sed de consuetudine patriæ, quæ valet. cùm interuenit consensus episcopi & clericorum: vnde illam non seruantes, saltem quando est talis quòd ex eius præteritione ecclesia reddatur incerta de contractu, peccant mortaliter. Et sic intellige dicta Docto. in d.c.j. & ita dictum Pan. tenet Sum. Ros. indistinctè, & bene: licet Sum. Ange. velit concordare, dicens Pan. dicere verum in solennitatibus nihil facientibus ad honestatem matrimonij: do, autem Anto. & Barto. & Bal. in facientibus ad hęc: quia ista distinctio non euacuat rationem Pan. & si euacuat, potius dicendū erat econtrario, quòd laici disponere possunt circa solennitates matrimonij nihil facientes vel attinentes ad eius honestatem & certitudinem, sed solùm ad aliquid vtile bono comuni: puta ad reprehensione pomparū, vel huiusmodi: no aūt circa facientes ad illa, scilicet honestatē & certitudinem matrimonij: aliquum possent disponere quòd nō cōtraherentur corā testibus: quod ad eius certitudine, vel corā ꝑpinquis, ad eius pertinet honestatem: nisi daretur alia distinctio, quòd in istis possunt statuere solùm in fauore. qd tamē nō est verū: quia sic etiā statuendo possent minuere libertatem matrimonij. Est tamen notandum quòd licet sponsalia & matrimonium in ecclesia haberet de eo qui duxit in matrimonium æquiparentur: quod verum est quantum ad dispositionem: tamen quantum ad pœnam dispositam circa contractum matrimonij dicit glossa communiter approbata in cle. eos. in verb. contrahere. de consan. & affi. quod non habet locum in sponsalibus. Vide etiam ad prædicta s. Lex. §. x. particu. vij. ¶ Tertiò quæritur, †vtrum aliqua cōsuetudo possit aliquid circa matrimonium? Et dicit Host. quòd si est approbata per papam nē matrimonium contrahatur, & vt contractum ꝛ separatum impedit & dirimit, in quibuscunque casibus hoc posset facere canonica constitutio. de cog. ꝛpi. c.j. & c. super eo. de consan. & affi. c. quod dilectio, quia approbatio papæ habet vim constitutionis. Sed si ipsa nec approbata nec reprobata tunc ad euitandum scandalum impedit, sed non dirimit. Et idem Bern. & Inno. Sed Pan. in c. super eo. de cog ꝛpi. sic distinguit: Aut enim consuetudo habilitat aliās inhabiles per ius canonicum: puta quòd contrahatur in secundo vel tertio gradu consanguinitatis, & huiusmodi: & sic non valet: ex probatur in d.c. super eo. secundum veram significationem, contra c. quod super his. de cons. & affi. quod etiam tenet Host. quòd sit irrationabilis. Ex quo infero quòd consuetudo non approbata per papam, tollere non potest impedimentum publicæ honestatis: cùm non valeat consuetudo contra honestatem ecclesiæ. de vi. & ho. cle. cùm decorem. Aut solum inhabilitat aliās habiles: vt in filijs duorum comparum, per quorum neutrum ventum est ad cognationem spiritualem: & tunc valet vt non contrahatur facitver. cæterum. d. c. super eo. & c. olim. de cle. coniu. Aut non solùm inhabilitat vt non contrahatur, sed etiam habet vt dissoluatur ad tempus: sic valet, vt voluit Inno. quia peccauerunt contemnendo consuetudinem patriæ. xxv. q. v. aliter. Aut inhabilitat sic, vt contractum dissoluatur in perpetuum: tunc si est approbata per papam saltem tacitè, valet: vt probatur in d.c. super eo. secundum lecturam Hostiensis. Sed si de approbatione papæ non apparet: tunc non valet, secundum Host. ibi: & properat dicit casum d.c. non extendendum. Sed Panor. contrarium tenuit, vbi scandalum concurrit: quia sicut papa potest aliquid interpretari, & addere, & minuere, vt not. Inno. ca. cap. quæ in ecclesiarum. de constit. ita quòd consuetudo, vt tenet idem Inno. in c. fi. de consue. & notabis, inquit glo. licet glo. magnam in d.cap. super eo. quæ vult quòd vbi esset consuetudo quòd non contraherentur in quinto gradu: si ex contractu generatur scandalum, non valet matrimonium: licet c. non debet. de consan. & affi. hoc permittat. Et potest esse duplex ratio. Primò, quia hæc consuetudo concurrit cum iure antiquo, nec censetur sublata per ius nouum: ex quo per illud non reprobatur, & concurrit secum scandalum. Et hāc rationem sentit gloss. Secundò, quia consuetudo contingens in se

in se scandalum ex præteritione potest inhabilitare aliās habiles: sed vbi à principio nullum fuisset impedimentum, solum scandalum superueniens non potest matrimonium dissoluere: vt dicit d. glo. quia propter scandalum non est recedendum à veritate iuris diuini: vt in c.ij. de no. ope. nun. & regula, qui scandalizauerit. de re. iu. Et ideo concorditer ad Pa no. & d. gl. Ant. de Bu. in d.c. super eo. dicit quòd consuetudo habens concursum iuris antiqui, dirimit in perpetuum interueniente scandalo nisi dirimatur. Et similiter si nouo iure vel à papa approbatur, licet non habeat dictum concursum. Si verò non habet concursum iuris antiqui vel noui, aut approbationem papæ non potest creare nouum impedimentum ad dirimendum perpetuo, hæc ille. Ex quibus patet quòd Pan. approbat gl. cui cōsonat do. Ant. Sed idem Pan. vlterius vult quod scandalū cum impedimento cōsuetudinis dirimat per petuò: etiā sine cōcursu iuris. quod non est verū, nisi papa tacitè approbaret sciendo & tolerando: quia vt patuit s. Consuetudo. §. iij. & x. consuetudo non habet vim legis. nisi exhuntate potentis in illa re legem condere. quod in proposito est solus papa. Vide etiam quod no. Pan. post gl. in c. quod super. de constang. opin. tamen Host. quam Aften. dicit communiorem, videtur esse clauis & maxima ad decidendas huiusmodi quæstiones. ¶ Quartò quæritur, †quæ consuetudo attendi debet, vbi est diuersa mariti & vxoris? Et dicit Pan. in d.c.j. de spon. quòd aut consuetudo disponit super solennitate contrahendi: & debet semper seruari ea quæ est patriæ vbi matrimonium contrahitur, etiam si ambo contrahentes sint forenses: quia non debent peregrini patriæ consuetudinem violare cum scandalo aliorum. viij. dist. quæ contra. Aut disponit consuetudo vel statutum super executione vel alijs obseruandis post contractum: & debet attendi consuetudo domicilij mariti. l. fi. §. item relicpserunt. ff. ad munici. Vnde animi destinatione matrimonium contractum videtur in domicilio mariti. arg. in c. Romana. §. contrahentes. de fo. com. lib. vj. Vnde si consuetudo vel statutum domicilij mariti habet quòd si maritus superueniens lueretur dimidiam dotis, seruabitur ibi licet in loco vbi fuit contractum matrimonium sit alia consuetudo vel statutum. Et hæc sunt de mente Bar. in l. exigere. ff. de iud. Et idem sequitur in effectu do. Anto. in d.c. j. de spon. dicens se putare quòd si maritus domicilium mutaret post contractum matrimonium, attēderetur consuetudo domicilij tempore contractus, & non domicilij vbi dissoluitur matrimonium: quia debet attendi locus vbi orta est obligatio, & non vbi recipit purificationem. Et per prædicta patet ad quæstionem, vtrum iudex ecclesiasticus inhibere possit iudici laico, ne procedat ad pœnam contra eum qui cum filiafamiliās contraxit sine consensu patris cōtra statutum. Refert enim Gemi. in c. statutum. el j. de hære. lib. vj quæstionem istam disputatam Bononiæ: & multos tenuisse quòd non. sed ipse tenet ibi quòd sic: & quòd statutum non valet. Et facit quod no. Pan. in c.j. de spon. in simili quæstione de mente Io. And. quòd non valent huiusmodi statuta, quòd non contrahat quis cum puella ante xxv. annum sine consensu duorum agnatorum sub certa pœna: vel quòd non contrahat sine præsentia decem personarum, & huiusmodi: quia per hoc intimidatur matrimonium, quod debet esse liberum: licet Gaspar. de Cal. tenuerit contrarium.

1 ¶ Quintò quæritur, †per quid matrimonium contrahatur principaliter, an scilicet per consensum mutuum verbis aut signis expressum? Et dico quòd sic, secundum omnes docto. & per c. tua nos. de spon. & sine consensu mutuo secundum communiter doc. non contrahitur quo ad Deum & veritatem, quicquid exterius fiat. xxvij. q. ij. sufficiat etiam si interueniat copula carnalis. extra de spon. duo. tuas. & c. dudum. & de spon. si inter. & c. cùm apud. licet ecclesia in foro contentioso aliter quandoq; iudicet: vt in c. is qui. de spons. ¶ Sextò quæritur, †vtrum requiratur necessario consensum præstari simul eodem tempore? Et dicit Pan. in c. dilectus. de spon. quòd sic de subtilitate iuris: quia dicit gl. in l. consensu. ff. de act. & obli. & in l.j. de contrah. empt. quòd in contractibus qui perficiuntur iure gentium, debent consensum simul præstare. & Spe. in tit. de spon. dicit quòd responsio alterius debet sequi immediatè, per l. continuus actur. in prin. & l.j. ff. de ver. obli. Sed Host. in c. ex literis. de spon. quem sequitur Io. And. dicit sufficere quòd vnus consentiat per prius, & duret in suo proposito, & postea alterius consensus accedat ex post facto. & est verior opinio: vt est tex. in d.l.j. §. si verò præsens interrogauerit. Vbi dicitur quòd interuallum medij temporis non vitiauit obligationem. Secus si in primo ꝓposito nō perseuerat: quia vera esset prima opinio, etiā si alter postea cōsentiret. Et hoc tene indubitatè: quia sufficit quòd consensus vtriusq; pro eodem instanti cōcurrant, etiā si distarent cō trahentes. ¶ Septimò quæritˢ, †vtrū necessariū sit cōsensum exprimi per verba, in his qui loqui possunt? Et dico quòd in hoc cōtractu necessaria sunt aliqua signa expressiua cōsensus: nec sufficit solus consensus interior, secundū Magi. sen. & Pet. quia matrimonium est sacramentum, & consequenter res sensibilis: & cōsequenter in eo requiritur aliquid exterius expressiuum, nō obstante quòd contrahitur per legitimū viri & mulieris consensum. de spon. tuæ fraternitatis. quia ille mutuus consensus intelligitur esse expressius: quod non fit nisi per signa, quibus eis innotescit adinuicem. Vnde sicut dicit Pan. in c. tua nos. extra eo. si vir ignoret mentem mulieris, & econuerso, non est ibi consensus, id est, simul assensus, sed dissensus, & separatus assensus. Est autem conueniens q̄ huiusmodi signa sint verba: quia conuenientius exprimunt conceptus: imò in valentibus loqui, vt sunt non muti, nec distantes, verba sunt necessaria, secundum Sup. Sed in hoc non solùm sensit cōtra Sum. Ang. & Ros. sed etiā contra oēs penè do. Theologos in iiij. dist. xxvij. & moderniores Canonistas: vt not. Pan. in d.c. tuæ. & Summistas qui sentiunt quòd sunt necessaria verba vel signa æquipollentia. quod etiam patet: quia aliquando sufficit non contradicere: vt cùm puella ex verecundia tacens permittit se desponsare consentientibus parentibus: quia ipsum nō contradicere est signum sufficiens ad contrahendum: vt patet in c. honoratur. iuncta glo. xxxij. q. ij. & ita sentit S. Tho. secundum quem etiam scriptura sufficit: & Rich. & Arch. & Pis. & Host. & communiter Moderni, quos licet Sum. Angel. limiter, si illi, pro quibus contrahitur, aliquo signo annuant: tamen non est necesse: quia ipsum tacere in tali casu est sensibile signum sufficienter ostensiuum consensus: nisi aliud in contrarium appareat. Si tamen nullum appareret signum, de consensu eius, non esset præsumendum de matrimonio. Nec obstat prædictis d.c. tuæ fraternitatis. quod dicit verba requiri propter ecclesiam: quia sicut patet per glo. & summarium, per verba intelliguntur generaliter signa expressiua, in quibus verba tenent principatum. ¶ Octauò quæritur, †quomodo in dubio cognoscentur signa expressiua consensus de præsenti? Et dico quòd in foro animæ recurrendum est ad intentionem. Si verò de intentione constare non possit verè vel præsumptiuè: dicendum est quòd si aliqua verba præcesserūt, dicta ab aliquo contrahentium, vel ab aliquo alio in eorum præsentia, significantia cōsensum de præsenti: & sic postea signa secuta sunt: sic secundū verba prædicta iudicabitur & determinabitur de signis: vt puta si alter dixit, Ego te accipio in vxorem: & si tu similiter

Universidad de Deusto Biblioteca

consentis accipere me in virum,bibe,vel annue capite,& hu
iusmodi:sic iudicabitur consensus de præsenti & matrimo-
nium si illa biberit.Si verò præcedentia verba denotant cô-
sensum de futuro:idem iudicabitur de signis.Si autem nulla
verba præcesserunt,nô iudicabitur matrimoniû esse,ex quo
de intentione nô constat,nec de verbis , nec de signis.tutius
tamen est pro matrimonio præsumere :quia nullû periculû
imminet:aliâs sic,quod Sum.Ang.indistinctè verû credit.Sed
tu limita qñ speratur quòd vterq; assensum de nouo præsta
bit coniugio:quia aliter inciderent pericula magna,vt patet.
9 ¶Nonò quæritur † quomodo in dubio cognoscentur verba,
quando de intentione non constat?Et dico quòd verborum
quædam sunt clara,quæ demonstrant consensum de præsen
ti:vt cùm dicit quis,Accipio te in meam vxorem:& illa repli
cat,Et ego accipio te in meum virû:& similia.Quædâ verba
sunt dubia:& pro his nota quòd circa hoc sunt tres Theolo-
gi,scilicet Veruec.do.Ant.& Pan.nam Veruec.dicit quòd qñ
ly volo,coniungitur infinitiuo verbi substantiui, vt esse:vel
verbi non significantis actum,sed relationem,vt habere seu
tenere:tunc per ly volo,exprimi debet voluntas potius cô-
comitans,quàm præcedens.vnde præsumendû est matrimo
nium esse contractum.de spon.ex parte. præsertim qñ præ-
cessit interrogatio:vt,vis me habere:adhuc expressius si ad-
ditur,de cætero volo.Secus autem si iungeretur infinitiuo si-
gnificanti aliquem actum,vt volo comedere aut bibere,aut
te accipere,vel in te consentire tanquam in meam:quia im-
portatur potius voluntas præcedens quàm concomitans:vn-
de non erit matrimonium.Sed do.Ant.in c.ex literis.el j.de
spon.ponit theoricam aliam in verbis:sed eandem in senten-
tia,dicens quòd ly placet,& ly volo,denotant tempus præ-
sens:verbû autem infinitiuû nihil perfectè significat:sed se-
cundum præcedentia verba determinabitur ad præsens vel
futurum.Igitur si huic verbo placet,aut volo,addatur verbû
infinitiuum denotans actû non dependentem solùm à libera
voluntate proferentis,non inducitur dispositio de præsenti,
sed de futuro:vt cùm dicit quis,placet,aut volo arborem con
scendere.Si autem denotet actum dependentem solùm à vo
luntate proferentis:& tunc si denotat principium actus,non
inducitur similiter dispositio de præsenti:vt volo tecum con-
trahere aut te desponsare:sed si denotat executionem actus,
inducitur dispositio de præsenti:vt volo te habere in vxorem:
vel placet mihi te retinere pro vxore. & sic erit matrimoni-
um:quia qui vult consequens,vult & antecedens.de offi.de-
leg.præterea.& in c.prudentiam.Pano.autem in c.ex parte.
extra eod.dicit fortius,scilicet quòd si verba tunc essent de
futuro,quando important executionem, esset matrimoniû:
nam quando,inquit,in contractu verba proferuntur de præ-
senti indubiè contrahitur matrimonium illico:vt si dicatur,
accipio te in vxorem:& econuerso:vt in c.pe.extra eo.Quan
do verò sonant in futurum,si denotant principium actus,cô
trahuntur solùm sponsalia de futuro :vt promitto quòd te
ducam in vxorem,vel me ducturum talem:aut quid simile.
& iste est casus c.de illis.extra eo.Si verò denotant executio-
nem actus consummatiuè vel perfectiuè:vt,promitto quòd habe
bo te pro legitima vxore:& sic videtur quis de præsenti con
trahere tacitè:quia non potest haberi pro vxore,nisi præces
serit matrimonium,cuius executionem denotant verba simi
lia.Pro quo facit quod not.in c.cùm M.de constit.vbi dicunt
doctores quòd si præbenda quæ solùm canonico conferri so
let conferatur extraneo:videtur tacitè collatus canonicatus.
Et hoc maximè procedit,si apponatur ly verbû,ab hoc tem
pore,vel de cætero:quia immediatè quis se obligat ad exe-
cutionem matrimonij:& consequenter tunc tacitè contra-
hit de præsenti:sed & si non apponantur illa verba denotan-
tia extremitatem temporis,idem est: quoniam si in obliga-
tione non apponatur dies,videtur incontinenti obligatio cô
tracta.l.in omnibus.ff.de re.iu.& iste est propriè casus d.c.ex
parte.Et procedunt ista,nisi hæc verba denotantia executio
nem sequantur sponsalia de futuro:puta dicendo, promitto
quòd ducam te in vxorem,& tenebo te pro legitima coniu-
ge:quia per verba præcedentia sequentia restringuntur in
tempus matrimonij contracti,id est,quando matrimonium
erit contractum.¶Decimò quæritur,† quomodo intelligen
da sint quædam verba,quibus vt plurimum vtuntur contra-
hentes,aut de huiusmodi côtractu loquentes?Et dico multa.
¶Primum.Si dicat vir:Prouidebo tibi tanquâ vxori meæ:&
illa similiter idem respondeat:secundum Hos.in c.ex parte.
de spon.pro matrimonio est iudicandum,nisi aliud protesta
tur.¶Secundum.Si verò dicat,promitto tibi quòd habebo te
pro legitima vxore. & similiter respondet mulier:contrahi-
tur de præsenti:vt in d.c.ex parte.in tex.& in gl.& iij.q.v.nec
illud.§.sed obijcitur.quia verbum,habebo, referri potest ad
tempus præsens.de ma.con.contra.inter eccl. cap.ex literis.
ideoq; secundum Hos.Gof.subauditur,de cætero,vel ab hoc
tempore.¶Tertium.Si tantùm dixisset,Promitto tibi quòd
ducam te in vxorem:secundum Io.And.in d.c. nec illud. es-
sent sponsalia tantum:& de hoc s.§.priore.¶Quartum.Si au
tem vir dicat mulieri : Promitto tibi quòd non habebo aliâ
mulierem in vxorem,nisi te.secundum Io.And.& Spe.est ma
trimonium contractum,scilicet muliere econuerso sic dicen
te:quia dictio,nisi,cùm sequitur negatiua,facit positionem:
vt no.in regu.peccatum.de re.iu.lib.vj. Dom.autem Ant.vi
detur oppositum sentire dicens quòd dictio,nisi,facit quan
doq; positionem secundum habitum:quandoque secundum
actum. Vnde cùm illa verba sint de futuro,scilicet nô habe-
bo aliam nisi te:videtur se disponere quòd in futurû,si est cô
tracturus,contrahet cum ea.Si autem fuissent de præsenti:
vt,nolo aliam habere in vxorem nisi te:tunc dictio,nisi,deno
tat actum de præsenti,& sic tenet Sum.Ang.côtra Ros.Pan.
autem per dicta §.priori.dicit concludendû esse pro prima
opinione:nâ si dixisset,promitto quòd te habebo in vxorem:
statim esset matrimoniû.Ergo idem, si dico quòd nô habe-
bo aliâ nisi te:quia videtur velle quòd istâ habebit in vxorem:
ergo incôtinenti,cùm nô sit apposita dies.Et ita tenet e contra
tur Sum.Ang.quæ côcedit hîc esse matrimoniû , promitto
quòd habebo te pro vxore legitima.quod patet nô solùm ex
dictis:sed etiâ ex regula logicali:quia illa exceptiua,Promit
to quòd nô habebo aliâ nisi te,scdm omnes Dialecticos sic
exponitur,Promitto quòd te habebo,& aliâ à te nô habebo.
¶Quintum.Si autem dixerit,Promitto quòd nô dimittâ te
pro meliori vel peiori,scdm Hosti.in talibus dubijs est pro
matrimonio iudicandû.de sent.& re iud.c.fi.de testi.licet ex
quadam.¶Sextû.Si verò dicat quis,Vis aut placet tibi talis
& respondeat,volo,aut placet:scdm Io.in Sum.Conf.præsu
mitur matrimoniû.Si verò quis dicat:Promitto tibi quòd te
tinebo te perpetuò mecû.& respondeat similiter:nô est ma-
trimoniû,scdm ius ciuile:vt in aut.qui.mo.na.effi.legi.§.pe.
Sed Io.in c.j.xxx.q.v.& gl.in c.soler.xxij.q.ij. tenet contrariû
de iure canonico,& ita tenet in dubio.Sed tamen qñ de men
te vel intentiône côtrahentiû côstat:de verbis,quo ad Deû,&
in foro côscientiæ curâdû nô est:quia quoties intendût côtra
here,scilicet quocûq; signo côcomitâte,semp est matrimo-
niû,etiâ si verba sonent côsensum de futuro:ar.de ver.sig.in-
telligentia.In foro aût côtentioso standû est cômuni significa
tiôi verborû,seu iuris interpretatiôi:vt in c.j.eo.ti.Supple.
tamen limitat illud dictum quòd in conscientia intentioni
eorum

eorum standum est , scilicet si illud sine aliorû scandalo vel
præiudicio contingat : aliâs etiam in foro conscientiæ stan-
dum est communi significationi verborû seu iuris interpre
tationi:vt in cap. ex literis.el j.de spon.Sed neque illud cap.
hoc dicit vel probat:neque est in se verum: quia scandalû fa
cere non potest,quod qui non consensit, consenserit. Vnde
secundum omnes doct. standum est intentioni in côscientia
etiam expressè contra verba clara : vt in eo qui aliquam de
sponsat solùm intendens copulâ:de quo infrà.iiij.§.iij.& iiij.
in quo tamen est præiudicium alterius,& possibiliter scâda-
11 lum maximum ¶Vndecimò quæritur, † si quis dicat pluri-
bus sororibus , Promitto vel etiam iuro quòd vnâ ex vobis
ducam in vxorem:& omnes respondêt,placet:deinde vnam
ex eis cognoscit:vtrum sit contractum matrimonium cum
illa,sicut dicetur infrà eod.§.xv.& Matrimoniû iij.§.xj.par-
ticula xv.vbi post sponsalia de futuro sequitur copula.Et di-
cit glo.in c.ex literis.de spon.el ij.quòd nô,eo quòd spôsalia
fuerint nulla:quia cum non possint côsistere ex parte vnius
tantùm,côtracta fuerût cû omnibus sororibus:& sic nullam
ducere posset obstante publica honestate. Et hoc etiâ sequi
tur Ioâ.And.Sed Hostien.dicit ibi esse matrimoniû:& quòd
sponsalia à principio fuerint incerta : & sub quadam tacita
conditione accipiendi quam elegerit : & côsequenter nô est
nata publica honestas, sed copula subsequens operata est pu
rificationem illius tacitæ conditionis.c.de illis. de côdit. ap-
po.quia tunc ipso facto videtur consentire in istam, eligêdo
illam.Sum.autê Angel. distinguit quia prima opinio est te-
nenda post transitum ad secunda vota:secunda verò ante di
ctum transitum:sed quia transisse,aut nô trâsisse, nihil pro-
dest aut obest ad veritatem matrimonij in dicto casu : ideo
melius Sum.Ro.post Sum. Côfes.& Pis.& dom. Anto.in di-
cto cap.ex literis qui dicit ita cômuniter tenere docto.tenêt
indistinctè opinionê Host.quod etiam sequitur Panorm.in
d.c.ex literis.nam in dubio præsumi nô debet duplex pecca-
tum,stupri scilicet & periurij:sed potius in fauorê matrimo
nij præsumêdum est copulam fuisse licitâ, & illum voluisse
adimplere iuramentum suum:quia in dubio semper pro ma
trimonio iudicandum est:vt in cap. licet ex quadâ.de testib.
12 ¶† Duodecimò quæritur , si quis iurauit se ducturû vnâ de
certo loco:& deinde vnam cognoscit : vtrû sit ibi matrimo-
nium?Et dicit Host.quòd nô:nec est iste casus similis priori:
quia ibi propter copulam erat nata affinitas cû alijs sorori-
bus:ideoq; debuit cogi contrahere cum cognita.hic autê po
test cum alia contrahendo adimplere iuramentû suû. quod
etiam sequitur Panor.& Cardi. Vnde si quis promisit & iu-
rauit regi Frâcorû accipere vnam ex subditis eius : & vnam
ex eis cognoscit:nô est matrimoniû.¶Decimotertiò quæri-
13 tur,† quid si quis alicui promisit dicens,Promitto quòd nun
quam deficiam tibi in vita mea:& secuta est copula:Et dicit
Mon.quòd non debet pro matrimonio præsumi ex istis ver
bis nisi iudici côstaret quòd sponsalia côtrahere voluissent:
& per huiusmodi verba negatiua,nô deficiâ tibi:& huiusmo
di non consueuerunt sponsalia vel matrimonium contrahi.
14 ¶Decimoquartò quæritur, † vtrum contrahant matrimo-
nium illi qui post datam fidem de contrahendo dicunt:biba
mus,vel osculemur nos inuicê in nomine matrimonij?Et di
cit Veruec.se credere quòd nô , nisi hoc agêdo recedere vo
luerint à sponsalibus de futuro , & contrahere de præsenti:
quia quod dicunt nomine matrimonij, intelligendû est con
trahendi potius quàm contracti, cû ante actû non sit de ma
trimonio,sed de sponsalibus.& hoc nisi constet de intentio
ne côtraria:& multo minus est matrimonium , si nihil actû
esset etiâ de sponsalibus: sed simpliciter , quilibet dicit talia
verba,& sequitur osculum:nisi aliter de intêtiône constiterit,
vt idem dicit:ad quam indagandam recurrendum est ad cir
cunstâtias verborû præcedentium & subsequêtium,& huius
modi indicia.¶ Decimoquintò quæritur , † vtrû côtrahatur 15
vel sit matrimoniû,si post spôsalia de futuro sequatur copu
la carnalis?Et dico quòd S. Tho.in iiij.& in quolib.& cômu-
niter tâ Theologi,quàm Canonistæ distinguût vt distinguit
Panor.in c.is qui.extra eo.quòd si vir sponsam de futuro co
gnouit affectu maritali,id est,tanquam vxorem,intendês sci
licet côsummare matrimoniû:nô est dubiû quòd est matri-
monium.quod intellige,vt innuit Ric.in iiij.dist.xxviij.& ex
presse,dicit Monal.si & illa similiter intentionê habeat:& si
post hoc secundû matrimoniû côtrahatur,nullû est:quia pri
mû in veritate tenet ex côsensu,scilicet psenti tacitè præstito
in copula.quod tamen fallit si cognita à viro sit minor septê
nio,secundû Pan.in c.côtinebatur.de despô.impu.quia nô vi
detur habere côsensum aptû ad matrimoniû.Si verò cogno
uit eâ nô affectu vxorio,nec animo côsentiêdi in eâ tanquâ
in vxorê:quod secundû Mo.est,si ea vtitur intêtione fornica
ria,vel vt sua in futurû,& nô de præsenti: tûc quo ad forû iu
diciale matrimoniû est validû:& secundû pôst côtractû iudi
cabitur nullû.Vnde tûc filij erût legitimi.& p hoc tex.in d.
c.is qui.Quantû verò ad Deû & forû côsciêtiæ sunt opiniôes:
nâ Host.vt imponit illi Pan.qui primò tenuit sequentê opi-
nionê,dicit quòd in vtroq; foro parendû est papæ,qui in ma
trimonio nô côsummato statuere potuit quicquid voluit.Et
sic videtur velle q teneat primû.Pro quo sciêdû est q papa
scdm Gul.de Lau.in suo sacramêtali,statuere posset q post
carnalê copulâ spôsæ nô posset quis cû alia côtrahere,decer
nens irritû quod in côtrariû attêtaretur:& tûc matrimoniû
sequês nô tenetur.& esset causa iustior quàm cognatio lega
lis:aliâs nô est obediendû papæ,nisi in foro côtentioso:& nô
potest facere côsensum,quantû ad veritatê,vbi nô est:vt no.
Host.in d.c.is qui.Alij verò dicût q tenet secundû & nô pri-
mum:quia sine côsensu expresso vel tacito nô potest esse ve
rum matrimoniû in côsciêtia:licet sit præsumptû vbi est cô
sensus præsumptus.Vnde Vincêt.dicit q potius deberet quis
excômunicationê sustinere,quàm adhærere primæ spôsæ:cû
spôsalia prima sint soluta per matrimoniû sequês.Et hoc ap
probat dom.Ant.& videtur opinio verissima:quia papa non
potest supplere consensum, quo matrimonium contrahitur
& text.in d.c.is qui.annullat secundum matrimonium , non
dispositiuè,id est,non statuendo legem eo modo quo imagi
natus est Hostiê.sed illatiuè,scilicet si primum est præsum-
ptum de iure: ergo sequitur quòd scdm est nullû : ita quòd
illatio nullitatis est fundata super præsumptiône:quæ si sit fal
sa,corruit quicquid sequitur.Idê tenuit.Sanct,Tho.Richar.
Mon.& est communis opinio. Si autem sumus in dubio : vt
quia nihil de hoc cogitauit , scilicet an coiret,vt cum sua de
præsenti vel de futuro,iudicandum est quòd non habuit cô-
sensum actualem,qui ad matrimoniû requiritur : & copula
videtur fornicaria.Si verò cogitauit quidem,sed nesciit quid:
tunc si non constat ei de consensu alterius,iterum nô est ma
trimoniû,donec alius côsentiat: & interim eo vel altero dis
sentiente non erit matrimonium.Si verò innotuit ei consen
sus alterius de præsenti p signa têpore coitus , præsumetur
côsensisse.¶Decimosextò quæritur,† vtrû sponsalia de futu 16
ro alijs modis quàm per copulam carnalê trâsire possint in
matrimoniû?Et circa hoc dicam duo:quia primò ponâ fun-
damenta:deinde dicam ad quæstionem.¶Quantum ad pri-
mum,ex dictis.Franc.de Aretio in côsil.cxliiij.incip.ex facto
proponitur.elicitur duæ côclusiones.¶Prima.Spôsalia ver
bis & mête de futuro etiâ pura iurata nô transeunt in matri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

monium per cohabitationem vel traductionem ad domum, præsertim in virgine, nec per oscula, nec, quod his omnibus lõge fortius est, per nixũ ad copulã. Probatur conclusio per c.fi.de spõ.& ita plenè tradũt doc.ibi,& in c.j.de matri.cõtr. cõtra inter.eccl. ¶ Secũda. Spõsalia verbis & mẽte de presẽti, sed iuris interpretatione de futuro, propter minore ætatẽ veriusij:, vel alterius cõtrahentiũ: si perueniãt ad ætatẽ legitimã, & interueniãt oscula, amplexus, iocalia. & similia, transeũt in matrimoniũ. Et de hoc est tex. cũ gl. in c. vnico. de despõ. impu. li. vj. vbi gl. in ver. modũ aliũ exeplificat. vt quia simul habitauerũt, vel se cõiuges nominabãt, & amplexebant vt cõiuges. Ratio autẽ huius secũdæ cõclusionis secũdũ eundem do. Fran. est hæc. Nã ideo matrimoniũ cõtractũ inter inhabiles per verba de presẽti trãsit in matrimoniũ præsumptũ p actus supradictos post ætatẽ legitimã: quia exverbis & mẽte partiũ fuit matrimoniũ de presẽti: sed solũm iuris interpretatione fuerũt spõsalia de futuro. Vnde ,ppter mentẽ & verba partiũ, quæ est quantũ est in ipsis, verũ matrimoniũ cõtraxerũt, facilius talo matrimoniũ ratificatur: secus in spõsalibus verbis & mẽte de futuro: quia, vt dictũ est, etiã nixus ad copulã nõ facit illa in matrimoniũ trãsire: vt in d.c.fi. Et ita cõmuniter tenẽt Doct. reprehẽdentes Gaf. de Cal. Imò plus dicit. Inn. in d.c.fi. q; si spõsus deflorauit spõsam: ex quo tamẽ nõ fiat subsecuta feminis cõmistio, nõ est iudicandũ ,p matrimonio. Et ratione reddit ibi Pan. quia cùm copula sequens inducat matrimoniũ ex præsumptione iuris deuiantis à cõmunibus regulis, nõ debemus istam præsumptionẽ seu fictionẽ extẽdere ad casus nõ expressos. Et hęc opinio est cõmunissima: de qua videtur tex. cum gl. in d.c. vnico. & idẽ tenet Inn. in c. attestationes. de despõ. impu. & do. Anto. & Gemi. in d.c. vnico. & Pan. in d.c. fin. ¶ Quantũ ad secundũ, patet quòd si spõsalia sint de futuro verbis & mẽte, nõ aliter trãseunt in matrimoniũ, quàm per copulã carnalẽ, secũdum Gemi, vbi ẽ. & Pan. in c. adolescẽtes. de spõ. Si autẽ verbis & mente sunt de præsenti, sed iuris interpretatione de futuro, transeunt in matrimoniũ præter copulã, secundũ Gemi. in c. fi. infantes. de despõ. impu. li. vj. vt p signa supradicta, si post signa pubertatis euenerint. Et rationẽ assignat do. Ant. quia actus superueniẽs declarãs cõsensum, intelligitur declarare secundũ naturã verbo.. i præcedentiũ: vt si sint de præsenti, intelligatur de præsenti: si de futuro, intelligatur de futuro. ¶ Sed aduerte q; prædicta sunt dicta de sponsalibus de præsenti cõtractis per impuberes: si verò cõtrahantur per ambos infantes vel alterũ tãtùm: & post pubertatẽ appareãt dicta signa præter copulã: videtur quòd fit matrimoniũ, per rationẽ do. Ant. ẽ. positã. Itẽ si infantes post septẽniũ cõtrahãt huiusmodi signis spõsaliaiv: t in d.c. infantes. quare post pubertatẽ nõ cõtrahãt matrimoniũ: Tamẽ dico q; huiusmodi signis posset quidẽ cõtrahi matrimoniũ, iuxta dicta ẽ. §. vj. & vij. nõ tamen possent spõsalia de futuro iuris interpretatione, si nulla fuerunt, transire in matrimoniũ. Et ita tenet do. Io. And. in c.fi. de despon. impu. & dicit quòd est decisio Rotæ in decis. ccclxiij. quæ incipit, itẽ fuit dubitatum, duo infantes. Et horum ratio videtur: quia ab extremo in extremum non itur, nisi per medium. Cùm ergo iste sit ordo in his scilicet spõsalia nulla, spõsalia de futuro verbo & mẽte, sponsalia de præsenti verbo & mẽte, sed de futuro iuris interprætatiõe, & matrimoniũ: sicut dicta signa sponsalia de presẽti scilicet valida trahunt ad matrimoniũ: ita sponsalia nulla, etiam si sint de præsenti, trahunt solùm ad naturã sponsaliũ. Et ratio do. Ant. intelligitur quando verba præcedetia habuerũt effectum. Vide Matrimoniũ. v. §. viij. ¶ Decimoseptimò quæritur, ſquid iuris si in contrahendo omittantur iuris solennitates, & fiat matrimonium clandestinè siue occultè? Et dicendum multa. ¶ Primũ. Solemnitas in matrimonij contractu obseruãda multa requirit. Primò vt mulier petatur ab his qui habẽt curã eius. Secũdò, vt à propinquis spõsetur, & legibus doceatur. Tertiò, vt suo tẽpore à sacerdote benedicat. Quartò, vt à paranymphis secũdum consuetudinẽ custodita congruo tẽpore à proximis petita legibus doceatur, ac solenniter accipiatur: vt biduo vel triduo orationi vacãtes castitatẽ custodiant: quæ quatuor patent in c. aliter. xxx. q. v. & quintò, q; antè publicè in ecclesijs banna proponãtur per presbyterum præfinito termino cõperendi, vt legitimũ impedimentũ opponat quivoluerit: extra de clan. despõ. c. fi. ¶ Secũdũ. Clandestinũ matrimoniũ secundũ glo. in d.c.fi. hi tribus modis: quæ tamen reducũtur ad duos. Primò scilicet, quia nõ sunt testes: vel secundò, quia solennitas non seruatur. c. aliter. vel tertiò, quia nõ seruatur ea quæ est d.c.fi. secũdũ Host. autẽ fit melius alijs modis: & tandem dat regulã, vt sit clandestinũ, quando est, cõtra ecclesiæ prohibitionẽ generalẽ vel specialem, expressam vel tacitam: & habet locum dispositio d.c. finalis. Sed secundum Panor. ibi, dicendũ est, quãtum colligitur ex Ioan. Andr. in addit. ad specul. tit. de clan. despon. & Oldr. cõsil. celvj. & Inn. in d.c. fin. quòd modò fiat in faciem ecclesiæ matrimonium, ex alijs non potest clandestinũ appellari. Pro quo facit cap. constitutus. de relig. do. & cap. quod nobis. de cland. despon. Et in proposito sumitur ecclesia pro congregatione fidelium. facit de consec. dist. j. ecclesia. Et sic contrahens coram multitudine, secũdum consuetudinẽ patriæ, non dicitur contrahere clãdestinè. Hoc autem Panor. habet indubitatum, vbi edicta mitti non consueuerunt: sed vbi esset talis consuetudo, dubitat si quis cõtraxerit in faciem ecclesiæ bannis non præmissis: sed tamen potius credit, tunc nõ habere locum pœnam d.c.fi. quia pœna ponitur contra cõtrahentes clandestinè, & non contra contrahentes edictis non præmissis. Glo. autem cõtrarium tenuit: sed de hoc infrà, scilicet particula sequenti. ¶ Tertium. Si quis omissis cõsuetis solennitatibus clandestinè siue occultè cõtrahat, secundum Ray. non præsumitur contugium: sed adulterina fornicario. xxx. q. v. aliter. & si quis contrahat bannis nõ præmissis. intelligę vbi est consuetum, secundum Archi. post Per. de Pal. aut post prohibitionem in gradu prohibito, etiam ignorantes, filij erunt illegitimi. & idem est si præter omne interdictũ, etiã in facie ecclesiæ contraxerunt aliqui vtroq; se ete legitimi impedimentum: vt in d.c.fi. & insuper peccat mortaliter cõtrahens clandestinè secundum doct. arg. d.c. fin. & cap. rogo. xj. q. iij. quia materia est ponderosa, & consequẽter præceptiua. Vnde si nolunt publicare tempore cõgruo arbitrio boni viri, sunt in mortali: & similiter secundum Archi. post Petr. de Palu. contraheus sine bannis, vbi sunt consueta: quod intellige si fiat sine testibus: vel cum testibus, sed sine causa rationabili: quia vbi ex causa fieret coram testibus sine bãnis, maximè de licentia episcopi, si haberi commodè potest: vt quia timetur ne iniustè obijciatur impedimentum: vel quia est senex & erubescit, excusatur. arg. eorum quę notantur in § fina. & Hugo. xxx. quæstio. v. in princip. consulentis. quòd fiat de licentia episcopi: & Pis. post petr. dicentis quòd consensus clandestinus est duplex, scilicet coram testibus omissa ecclesiastica & publica solennitate: & siue testibus, quorum primus facit matrimonium verum & præsumptum. secundus verò facit verum, sed non præsumptum. vnde talibus consuluit Ray. cõtrahere denuò & publicè. ¶ Quartum. Si quis contrahat quidem publicè coram testibus, sed tamen sine bannis, vbi est cõsuetum præmittere banna: nõ incurrit dictã pœnã d.c.fi. vt scilicet filij sint illegitimi, si erat impedimentum, secundum Inno. & Panorm. licet glos. ibi teneat contrarium: quia isti non contraxerunt clandestinè, ex quo in faciem ecclesiæ nemine prohibente contraxerunt. Secus tamen si ambo sciuissent: impedimentum, vt ibi. Vtrum autem sit mortale contrahere matrimonium in peccato mortali: vide suprà Matrimonium. j. §. v. in fin.

Rursus de Matrimonio iij. quomodo contrahatur, quantum ad verba sub conditione, vel modo, & huiusmodi.

1 *Matrimonium factum sub conditione an teneat.*
2 *Conditio necessario futura an suspendat matrimonium.*
3 *Conditio necessario subintellecta non facit matrimonium conditionale.*
4 *Matrimonij sub ista cõditione si pater consentiat, an valeat.*
5 *Conditiones variæ in matrimonijs vsque ad nume. 10.*
11 *Conditio vt matrimonium suspendat, multa requiruntur.*
12 *Contrahere sub cõditione, modo, vel causa, qualiter differant.*

MATRIMONIVM tertiò considerari potest quo contrahat, quantũ adverba sub cõditione, quæ à modo & causa distinguit, iuxta dicta 5. Cõditio per totũ.

1 ¶ † Primo verò quæritur, vtrum matrimoniũ factũ sub conditione teneat. Et distinguo de conditionibus. Nã circa matrimoniũ possunt incidere multa genera cõditionũ. Quædam: eũ sunt generales: de quibus Iacob. iiij. vt, si Deus voluerit, si vixerimus. Quædam verò sunt necessariæ in cõtractu matrimonij, sine quibus impediret: vt si est Christiana, aut nõ affinis, vel consanguinea, & huiusmodi. Quædam verò sunt necessariæ in se: vt si sol oriet' eras, vel tali tempore eclipsabitur luna. Quædam verò sunt in se impossibiles: vt si cœlũ digito tetigeris. Quædam verò sunt cõtingentes inhonestæ tamẽ, id est, nõ cõtra substantiã matrimonij: vt si furtũ fecerit, vel occideris hominem. Quædam verò inhonestæ & cõtra substantiã & bona matrimonij, vt cõtraho tecum donec inueniã meliorem. quod est cõtra substantiã matrimonij, q̃d est inseparabile: vel, si generationem prolis euites, quod est contra bonũ prolis: vel si pro quæstu re adulterandã tradidetis. quod est contra bonũ fidei. Quædam verò sunt contigentes & honestæ, quæ in matrimonio apponi possunt & nõ apponi: vt, si pater meus voluerit aut, si dederis mihi centum. Igitur conditiones generales nullum cõtractũ suspendunt: necessariæ verò matrimonio semper intelliguntur appositæ: nec vitiant istum cõtractũ, siue apponant siue nõ apponant. Necessariæ verò in se si apponant, statim est matrimoniũ, secundũ S. Tho. in iiij. di. xxix. quia talia futura iam sunt præsentia in suis causis: impossibiles autem habentur pro nõ adiectis, nec vitiant cõtractũ: & similiter inhonestæ tantũ: vnde nec matrimonium vitiãt nec sponsalia. extra de coud. ap. ca. fi. sed inhonestæ contra substantiã vel bona si apponant, nihil agit, sed annullant cõtractũ. xxij. q. iij. inter cætera. xxxij. q. ij. aliquando. & c. solet quæri & d.c.fi. vbi etiam expresse patet de illa cõditione, si te adulterandã, &c. tamen si postea talis conditio remittatur, & sequatur copula carnalis: iudicabitur pro matrimonio. Et similiter pro matrimonio iudicabitur, si alter tantũ coniugum eam ponit, & reliquus contradicit, aut taceret vt in d.c. aliquando. Honestæ autem si apponantur, non vitiant contractum: sed suspendunt vsq; in euentum conditionis: ita si fuerit cõtractum per verba de præsenti: vt in c. super eo. extra de cond. ap. & interim si cùm alia contrahat absolutè, tenet, licet postea conditio eueniat. Quod autem dicit Sum. Pis. quòd suspendunt contractum vsq; in euentum conditionis, nisi interim consensus de præsenti aut carnalis copula fuerit subsequuta: quia videntur à conditione recessisse: vt in cap. de illis. & cap. super eo. & cap. per tuas. de condi. ap. intelligitur quando conditio fuit appolita in contractu sponsalium de futuro: vt in d.c. patet, vel de consensu absoluto. Sunt autem prædicta de mente S. Tho. Inno, Host. & Io. And. in Sum. Con. Sed tamen notandum est primò quòd ista dicta sunt de conditionibus proprè, id est, de futuro: quia si sint de præsenti, statim est matrimonium, si sint: vel non est si non sunt, siue sint honestæ siue non: nisi sint contra substantiam matrimonij, aut bona eius, secundum S. Tho. in iiij. dist. xxix. Notandum est secundò quo ad illud verbum, nisi carnalis copula fuerit subsequuta: quòd si sequatur carnalis copula fornicario animo, non est matrimonium verum in conscientia: sed præsumptum quo ad ecclesiam. & hoc verum est: quia sine consensu mutuo non est matrimonium. ¶ Secundò † verò dubitatur circa ea quæ dicta sunt de conditione in se necessaria? Et dico quantum ad conditionem futuram necessariò quòd glo. in d.c. per tuas. vult quòd suspendat matrimonium vsque ad conditionis euentum: & si interim cùm alio contrahatur, tenebit. & idem Io. And. & gloss. Ray. & Bern. & Gof. propter quod tenet. vt videtur Supple. quòd eo casu sponsalia contrahuntur, & non matrimonium. Sum. verò Rof. tenet fortè tutius esse dissimulandum, si interim transeatur ad secunda vota, aut ad religionem: allegans Mo. & Ro. Sum. verò Auge. audacior non dubitando, sed asserendo sequitur opinionem secundam. Sed contra omnes istos est suus doc. S. Bo. in iiij. dist. xxviij. & S. Tho. cuius doctrina nihil potest continere aduersum fidei aut bonis moribus, cùm fit per ecclesiam solenniter approbata, & per Christum ac beatam virginem: imò nunquam in dictis materijs dubius scripsit, nisi prius certificatus à Domino: cuius signum est quòd dubius in textu scripturæ noluit procedere, sed ieiunijs se afflixit, donec Dominus eum per apostolos Petrum & Paulum plenissimè docuit. & similiter contra est Host. & Car. & Pan. in d.c. per tuas. & text. apertus in l. si pupillus. §. j. ff. de noua. vbi stipulatio facta sub conditione quæ omnino extitura est, purè dicitur fieri: vnde nec propriè conditio dici debet. l. hæres meus. ff. de condi. & ratiò euidenter hoc ostendit: quia talia quæ omnino sunt extitura, iam sunt præsentia in suis causis. Vnde hoc deducto ad forum contentio sum, iudicabitur quòd sub tali conditione seriò contrahens. si sol erat orietur, intendebat contrahere statim, & nõ in diem crastinum: quia non est creditmile quòd suam mentem expressisset modo loquendi sic inconsueto: sed dixisset, contraho tecum pro instanti quo sol erat orietur: quo casu essent sponsalia de futuro, vt dixit Sup. In foro autem animę stabitur intentioni contrahentis. Sed contra obijcit Sum. Ange. quia licet stipulatio facta sub condit one omnino extitura non sit conditionalis, est tamen in diem. ita quòd non debetur aliquid antequam veniat: vt no. in d. § j. & facit l. hæres meus. ff. de condi. & demon. vbi licet legatum factum Titio cùm morietur: non sit conditionale: tamen hæres ante eius mortem soluere non tenetur. Sed dico, vt patet ibidem, hoc non esse verum quantum ad obligationem quæ nascitur ex contractu, & quantum ad contractum ipsum: quia statim & de præsenti fit: licet ipsa actio vel executio non statim competat: vt si legatur Titio vnus fundus, si moriatur, & alius purè sine conditione, eodem momento nascitur ius legati inutrisque: sed primum fundum nõ accipiet, nisi in morte: & tũc transibit ad hæredes. Igitur ipsa obligatio matrimonij & contractus non erit in diem, sed solùm executio, puta redditio debiti, vel huiusmodi: nisi tãtum tardetur quòd repugnet matrimonio vel bonis eius, aut etiam iuri canonico, quòd circa huiusmodi statuit determinatum tempus. ¶ Ter-

Universidad de Deusto
Biblioteca

3 tùm etiam dubitatur & quæritur, vtrum conditio necessariò subintellecta in contractu matrimonij, puta, si est Christiana: aut generaliter in alio contractu, faciat illum conditionalem si exprimatur? Et dico quòd non vt in l. hæc verba testatoris. ff. de leg. j. & l. conditiones. & l. aliquando. ff. de condi. & demonst. Nam legatum factum sub ista conditione, si hæres adierit hæreditatem: non est conditionale: quia necessariò subintelligitur: vt in dictis iuribus patet, sic ita tenet Arch. & Pis. & est communis doctrina. & est tex. in l. aliquando. ff. de condi. & demon. Sum. autem Ange. virtualiter distingunt de conditione necessariò subintellecta quòd est duplex: vna scilicet sine qua non potest fieri contractus: & alia, sine qua fieri potest: & ista, si apponatur, facit contractum conditionale. Sed idem est ac si diuideretur animal per hominem & lapidem: quia conditio, sine qua potest fieri contractus, non est necessariò subintellecta. Vide etiam ff. Matrimonium. viij. §. xiiij. parti. vij. Et sic patet quòd nō est conditionale matrimonium, vel sponsalia, dicendo, Contrahо cum tali, si cōsentiat illa in me, vel humoi. Secus dicendo, si Deo placuerit: quia potest esse matrimonium contra voluntatem Dei. quod Sum. Aug. indistinctè concedit. Sed m distingue: quia ista cōditio, si Deus voluerit, volūtate beneplaciti est generalis subintellecta necessariò in omni re, vt dictum est: quia illa volūtas semper impletur. & ita communiter loquuntur homines. Ista verò, si Deus voluerit, voluntate signi non est generalis: & aliquando ac sæpe non impletur talis voluntas: & ista, si exprimatur, facit contractū conditionalem & suspensum, quoulq; constiterit quòd displiceat Deo, vel non displiceat. Si verò sumus in dubio de voluntate præsumetur de ea quæ est signi, cum sit hoc animæ tutius. ¶ Quartò verò quæritur † q d
4 si quis cōtraxit sub ista cōditione, si patri suo placuerit: & antequam pater cōsentiat, ille pœnitet. Et dico multa. ¶ Primū. Si consentiat quidem pater, sed ante eius consensum filius mutatur: secundum Veruec. non est matrimonium: quia nō videtur quòd debeat dici consensus, nisi duret quousq; pater consentiat: tamen antequā transeat ad secunda vota, cōpelli debet, siue induci vt illā accipiat, ex quo semel in eam consensit: suis cōditione quæ extitit tar. de despon. impu. de ille. & idem Host. & Ber. & Io. in Sum. Con. ¶ Sed m. Siverò reperitur quòd pater eo tempore erat mortuus, secundū Vinn. non valet matrimonium: quia mortui non est cōsensus neque placitū de referi. si gratiosè. ff. vj. Sed Io. And. distinguit: quia si iste sciebat patrem suū esse mortuū, ista cōditio habet pro impossibili & nō adiecta. vnde tenet matrimoniū. de condi. ap. c. fi. Si verò hoc ignorabat: eū animus suus nō esset cōtrahere de presenti, sed tm arbitriū conferre in alienū, nō est matrimoniū. Tertiū. Si verò pater primò dissensit, & postea assentiuno erit matrimoniū, sed m Io. Andr. per l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. sig. & l. hæc cōditio. la pecola. ff. de cōd. & demō. quia prædicta cōditio verificari debet de primo consensu patris. qd Sum. Ro. c. indistinctè cōcedit. sed Sum. Ang. distinguit: dicens hoc tenendū post quā alia accepit licet do. Car. in d. c. super eo. dicat tenere matrimoniū, si taliter cōtrahentes perseuerabant in primo proposito. & hoc est melius. ¶ Quartū. Si pater expresse nō cōsentit, nec expresse dissentit cōtradicendo sicdm Card. in d. c. super eo. vt recitat d. Io. And. de mente Hos. est matrimoniū: quia tacitumitas habet pro cōsensu. fauore matrimonij. & sic erit speciale in matrimonio. Et ita tenet Sum. Ro. sed Sū. Ang. dicit se credere q̄ illi nō sit matrimoniū, per l. qui hæredi. §. j. & l. Mevius. ff. de cōdi. & demō. vbi patet quòd cōditio debet implori in forma specifica. & cōsequenter requirit quòd expresse cōsentiat. Ego autem dico quòd requiritur quòd expresse consentiat: quod quidem si tacendo facit, vt quia quantum videtur tacere: quia plenè tenet contractus. si tacendo non facit, vt quia tacet, quia sibi displiceret, quantum colligitur ex apparentibus non tenetur. dubium autem præsumitur pro matrimonio.

¶ Quintò, † quæritur, vtrū teneat ista cōditio, Accipio te in vxorem, si donaueris mihi centū? Et dicit tex. in l. si ita stipulatus fuero. §. si tibi mupiero. ff. de verb. obl. quòd nō. qd iurata, qñ talis stipulatio sit non causa dotis, vel non subest iusta causa petendi illud: aliàs sic: quia secdm Bar. nō est inhonestū si nobilis cōtrahens cum plebeia, in recōpensationem nobilitatis aliquid exigat. concor. Pan. in c. de illis. de condi. appo.

¶ Sextò † quæritur, quid si B. contraxit cum A. sub cōditione quòd det illi centū & ante conditionis euentum contraxit cum C. sub eadem conditione. & deinde A. & C. eodem tempore dent centū, & cōditionem purificent: quod matrimoniū præualebit? Et dico quòd do. Io. And. reiectis tribus opinionibus ponit quartam, quā tenet Gasp. Cal. & Iac. Zochus quia neutrum valet ratione incertitudinis. & facit c. ex literis. el ij. de spon. vbi communiter concluditur quòd incertitudo vitiat matrimonium. facit etiam l. si ita fuerit. in princ. ff. de re dub. & l. duo sunt. Titij. ff. de testa. tut. Item quia cōtractus conditionalis suscipit robur ab implemento. l. cedere diem. ff. de verb. sig. ideoq; perinde est ac si cum duobus contraheretur eodem tempore. Nec obstat l. potiōr. §. videamus. ff. qui pot. in pign. habe. d. l. nec empno. ff. de contrah. empt. vbi implementū cōditionis trahitur ad diem cōtractus celebrative perinde habeatur ac si à principio fuisset cōtractus, vt sic primū videatur valere: quia prædicta ista intelliguntur, quando non est in potestate gerentis secundum tollere: quia si esset in potestate eius tollere, vt in casu nostro, bene tollere retur: vt in d. l. potior. in princ. nec sedm potest primo prædicere, quia non est maius vinculum. Si autem aliquis esset ita malitiosus impleret conditionem, illud esset matrimoniū. ¶ Septimò quæri, † quid si quis sub hac cōditione, si coitū prius ferit, cōtrahat sponsalia cum aliqua: vel dicat, si coitū prius feris contraham tecum, & sequitur copula? Et dico quòd secundū Inno. Bern. & Veruec. pro matrimonio iudicandū est: quia si de fornicario coitu intelligit, turpis est cōditio, & habenda pro nō adiecta. extra eo. c. j. & vl. Vā secuta copula tum est matrimoniū, saltem præsumptū. Si verò intelligitur de coitu legitimo & matrimonialiter: multo fortius pro matrimonio præsumendū est: quod Sum. Ang. ita intelligit, vt ibi dicitur iudicandū esse pro matrimonio, sit matrimonium, & non sponsalia tantum. Et idem Sum. Ro. & Sup. Mihi autem videtur quòd si quis contraheret de præsenti sub ista cōditione vera sunt prædicta. Si verò quis cōtrahat sponsalia, vt est in omnibus prædictis casibus: vbi dicit, accipiā: & nō accipio: cōditio, si sit turpis, nō plus facit quàm si absolutè cōtractum fuisset per verba de futuro: quia habetur pro nō adiecta. Si verò sit honesta, suspendit solū contractū sponsaliū, & non matrimoniū: quia suspendit solū eū in quo ponit: & cōsequenter si purificet, nō perficit nisi sponsalia. Si tū cōstaret quòd copula esset matrimonialis, esset matrimonium, sed non ex virtute dictæ conditionis. Vnde in prædictis casibus dico esse solā sponsalia. quæ scilicet sunt dispositio ad matrimoniū. Et hac ratione dicunt doc. & Archie. & Sum. Pisa. indicandum esse pro matrimonio. Est autem idem iudicium, si dicit si permiseris cōtrum, contrahā tecum, si voluero am cōtrahere tecum. Inno. Ioannes. Et idem si dixit, ducam te post annum. Et multo magis si dixit, nisquam deficiam tibi vel tu à me. Matrimonium. §. xij. Si autem dixit, si permiseris coitum, cōtrahā tecum aut dabo tibi centum? tū sequatur copula, dicit Veruec. non esse matrimonium: quia sic dicens habet opinionem

se liberandi, vt tunc libet faciēdo mee est inducta præsumptio à iure quòd intelligatur recessisse ab opione propter copu-
8 lam carnalem. ¶ Octauò quæritur, † quid si quis dicat, accipiam vel accipio te, si virgine te inuenero: & secuta copula non inuenitur virgo? Et dicit Bernard. Innocent. & Hostien. iudicandum esse pro matrimonio, sicut & in. §. priore. quod primò debet intelligi referendo singula singulis: vt scilicet sint sponsalia, si verbum fuit futuri temporis: vel matrimonium, si præsentis: & secundò debet intelligi secundum Hostien. in foro iudiciali propter hoc quòd haberi non possent aliæ probationes: in iudicio tamen animæ non est matrimonium. extra de condi. appo. de illis. & cap. super eo. & cap. per tuas. Nam bene est quòd mulier, quę mētia fuit in fraudem, decepta permaneat, & viro subueniatur: qui fortè intēdebat viare bigamiam, & fuit honesta cōditio, licet actus inhonestus: & sic si probare posset per confessionem propriam vel alias quòd virgo non fuerit, etiam in foro iudiciali nō teneret matrimonium. Sed Card. in dicto cap. p tuas. dicit quòd si ista conditio, si te inuenero virginem, non referatur ad coitum, sed ad aspectum matronarum, vel huiusmodi, non est turpis, sed honesta: & suspendit actum. Si verò referatur ad coitum: est conditio turpis: quia præsupponeret rem cum tua vxore prius quàm esset vxor: & sic tanquam turpis reijcitur, & matrimonium tenet: licet nō fit virgo. Et sic intelligę glos. in dicto cap per tuas. & docto. communiter eam sequentes. Franc. autem de Aretio in suo consil. incipiente, in Christi nomine. idem tenet: limitans tamen quod de suspensione dicitur, esse verum, quando conditionis verba sunt concepta in futurum: vt, si te inuenero: sed si essent concepta de præsenti, vt accipio te in vxorem, si es virgo: incontinenti valet matrimonium, si tempore desponsationis est virgo: aut non valet, si non est: quia conditio de præterito vel præsenti habet esse naturaliter incontinenti valeat actus, si est vera: vel non valeat, si est falsa: per probatur in l. cum ad prælens. ff. si
9 certo par. ¶ Nonò quæritur, † si habentes legitimum impedimentum contrahant sub conditione, si papa dispēlabit: vtrū papa dispensante ut matrimonium sine alio consensu? Quæstio facit ad sciēdū an transire possint interim ad secunda vota. Et sicut refert Panor. in d. cap. super eo. quòd tenēt quòd sic, vt Calde. & dominus Anto. & quidam alij: quorum opinionem Sum. Angel. sequitur contra Rosel. & dicit verio rem, per l. si rem meam. ff. de verborū obli. vbi possum stipulari rem meam in tempus conditionis, quando mea nō erit, facere nunc, cum sit mea, nō possim. Et facit similiter l. ij. in fi. & pen. ff. de oper. pub. vbi valet mandatū priuati de opere publico faciendo principe annuente: quod tamen aliàs non valeret. Sed hæc non cōcludunt propositum: vt patet. maximè d. l. ij. vt patet intuenti. Vnde contrarū, scilicet quòd nō valeat sine nouo consensu, tenet ibi Innocēt. & quidam alij: quia primus cōsensus erat omninò à iure reprobatus. de quo Linner stipulanē. §. iuramentum. ff. de verb. oblig. vbi nō valet stipulatio de re sacra vel publica vel huiusmodi, de quibus non est commerciū. & l. continuus. §. cum quis. code. tit. & l. apud Iulianū. ff. de legatis primò. vbi nō valet stipulatio de prędis Cæsaris, vel huiusmodi, de quibus sine iussu principis nō est commerciū. Ad dictū aūt §. iuramentum. dicit Summa Angelica & non obstante quia ibi res nō erat in commercio, nec esse potest, quod non est hic: quia sublato impedimento per dispēsationē, sibi l. obstat. Sed hoc simile nō tollit: quia etiam sine publica sublato impedimento per publicam potestatē quæ vellet illam vendi priuato, etiam valebit stipulatio. Ad dictā autem l. apud Iulianum. dicit debere intelligi quòd condi tio sit impossibilis, quando pendet ex voluntate principis, in his, quæ princeps concedere nō solet. secus in solitis concedi dispensatiue: vt est textus in l. intercidit. ff. de condit. & demōstra. Sed dico quòd d. l. apud. loquitur in omnibus, in quibus sine consensu principis nō est commercium. Et hæc est ratio omnium exemplorum, quæ ibi ponuntur, vt patet in fine. Lautem, intercidit. nihil penitus loquitur ad intentionem allegantis. Hanc etiam opinionē sequitur ibi Cardin. dicens se sic in facto cōtigisse: quia illud quod dependet principaliter à potestate alterius, dicitur impossibile. l. apud Iulianū. ff. de lega. j. & quod fit per remedium extraordinarium, dicitur fieri non posse: vt notat Innocē. in cap. pastoralis. de eau sa posse. & proprie. & sic istud matrimonium videtur contractum sub conditione impossibili. Panor. quoq; idem sentit, assignās ibi aliam rationē: quia ad hoc vt actus retro trahatur, oportet quòd potuerit incidere à principio, vt no. in l. si quis pro emptore. ff. de vsuca. matrimonium autem nō poterat esse à principio tempore contractus obstante impedimento: & consequenter non poterat retro trahi. Richardus etiam in quarto, videtur idē sentire in simili de hit, qui ante concilium generale capituli, nō debet. de consanguinitate. & affinitate. in quo linea consanguinitatis restricta est ad quartum gradum, contraxerant in quinto vel sexto aut septimo gradu: de quibus concludit quòd cum dicta matrimonia fuerint nulla, nō debuerunt simul habitare carnaliter, nisi non ter cōtraxissent expresse vel tacitè. Dominus quoque Frāc. de Aret. idem tenet indubitatē in consil. cxliij. incipiente, ex facto proponitur. quia sicut non possunt contrahi sponsalia simpliciter vel nō potest fieri à parētibus promissio de sponsalibus faciendis inter personas prolubitas simpliciter: ita nō possunt fieri sub ista conditione, si summus pontifex dispensaret: quia videntur fieri sub conditione impossibili, cùm dependeat à voluntate solius principis. di. l. apud Iulianum. Addo quòd conditio impossibilis vitiat stipulationem seu contractum, non solùm si sit impossibilis natura, sed etiam de iure: vt in l. si stipuler. ff. de verborum obligatio. & hoc siue cōcipiatur affirmatiuè, siue negatiuè: vt patet p. Bart. in l. im possibilis. ff. eodem. Et si obijciatur quòd conditio impossibilis vitiat alios contractus, non autem matrimoniū, vt not. Panormitan. in dicto cap. final. dico verum esse si sit impossibilis per naturam: secus si sit impossibilis de iure stipulanti.

¶ Decimò quæritur, † quid si quis cum vna sub cōditione, & 10
postea eā alia purè contraxerit. Et dico quòd remanebit cū secūda, etiā si sit cōsanguinea primæ: q̄a nulla publica honestatis iustitia orta est ex istā. Matrimoniū. viij. impedimento xiiij. part. vij. ¶ Vndecimò quæritur † generaliter, quid requi 11
ritur ad hoc vt cōditio contractū istum suspēdat? Et dico requiri imitta. ¶ Primo, vt sic apposita in principio: quia si primò esset matrimoniū cōtractū, & postea cōditio apponeretur illū suspēdere aut reficindere nō posset. xxx. q. j. dicit. & sic: quod no. do. Ant. & Pan. in c. j. de condi. appo. ¶ Secundò quòd in conditionē vterq; expresse cōsentiat vnde si alter expresse non cōsentiat, etiā si taceat, erit matrimoniū purū: vt in c. fin. de cōd. appo. & teneret matrimoniū quamuis cōditio esset contra substantiā ejusdem vbi not. Innoc. & Panor. & facit cap. aliquando. xxxij. quæstio. ij. salte quo ad ecclesiā. ¶ Tertiò, quòd conditio non fit necessarij venturale quo die vt supra. Aut quòd non sit turpis vel impossibilis, quia habetur pro non adiecta: excepta ea quæ est contra substantiam aut bona matrimonij. ¶ Quartò, quòd non intercedat consensus ablolutus de præsenti post cōditionē & ante eius impletionē. ¶ Quicò, quòd ante eius euentū nō intercedat copula carnalis: quia statim erit matrimoniū, si foerit cōtractum per verba de præsenti sub illa cōditione: etiā si præcesserat

Universidad de Deusto
Biblioteca

conditionis defectus,modò alter esset ignorãs:puta quia cõtraxit,si patri placeret,& pater cõtradiceret:tamen alter ignorabat hoc,& consentit in copulam:vt notat dominus Antonius in cap.per tuas.de condi.app.adducẽs in simili not.in c. ex parte decani.de rescrip.& similiter Host.ibidem:quod tamen verum intellige quo ad præsumptionem fori cotentiosi.& esse in cõscientia:si ambo matrimonialiter intendebãt copulari:aliàs non:vt infrà Matrimonium.iiij.§.vj.¶ Sextò, quòd sit propriè conditio,non modus:de quo j.§. seq. ¶ Septimò,quòd cõditio nõ sit de præterito vel de præsenti: quia non esset propriè conditio:vt in Institutio talis.ff.de condinstit.licet vitiet si non fuit:vt dicit ibi glo.sed debet esse de
12 futuro.¶ Duodecimò quæritur,† quæ differẽtia sit inter cõtrahere sub cõditione vel modo aut causa vel demonstratione? Et dico horum differentiã in contractibus posse haberi plenè suprà Conditio,ferè per totum.& horũ exemplũ breuiter est,vt vendo tibi fundum istum,si hoc vel illud feceris, quo ad conditionẽ:aut vẽdo tibi vt hoc vel illud facias , quo ad modum,alioquin reuocetur : aut vendo quia hoc est vel fuit,quo ad causam:aut vendo tibi fundũ quem emtà Titio, quo ad demonstrationem. Et quidem contractus si fiat sub conditione,non tenet non extante cõditione,vt de matrimonio dictum est:si verò fiat sub modo,statim tenet:sed modo nõ seruato poterit reuocari. Dicit ergo Veruec. quòd licet matrimonium vel sponsalia sub conditione cõtrahi possint, non tamen sub modo ita scilicet quòd illo nõ seruato dissoluatur:quia si rite fiant non dissoluuntur.secũdum Pet. verò de Pal.in iiij.idem de modo sicut de cõditione dicendũ est, & secundum eandem distinctionem,excepto vt infrà. Nam si est contra ius matrimonij,& apponitur in ipso contractu, vitiat contractũ:vt accipio te vt procures venena sterilitatis: secus si apponatur statim post contractũ. Si verò sit impossibilis,habetur pro non adiecto,& purè tenet cõtractus,vt,accipio te vt missam celebres,vel cœlum digito tãgas. Si verò sit necessarius,habetur pro impleto:vt, accipio te vt moriaris. Si verò sit inhonestus, similiter habetur pro nõ adiecto: & matrimoniũ tenet:vt accipio te vt furaris. Si verò sit possibilis & honestus,nõ suspendit obligationẽ vt cõditio: quia de natura modi est vt posterius impleatur:tamẽ tenetur implere celebrato matrimonio,scilicet is cui imponit , nisi sit appositus solùm eius fauore:vt,accipio te cum decem libris, vt habeas vnde emas tibi fundum:quia non tenetur talis ante vel post emere.ff.de condi.l. Titio. Cum verò in cõtractu matrimonij sit appositio causæ:siue vera sit siue falsa,secũdum eundem Petr.habetur pro nõ adiecta, & purè intelligitur contrahi matrimonium & similiter sponsaliavt,accipio vel accipiam,quia pater tuus despõsauit te mihi vel me tibi: etiam si hoc non sit verum,est matrimonium vel sponsalia: etiam si causa ponatur in futurum:vt,accipio quia dabis decem pro dote.nisi esset necessaria siue cõtineret impedimẽtum:puta,contraho tecum,quia es libera:quia si esset serua, non valeret.similiter,contraho tecum:quia es Ioannes filius Titij,& huiusmodi:quia si esset error conditionis vel personæ,vitiaret matrimonium.Et idem est quãdo in tali contractu ponitur demonstratio:quia siue sit honesta,siue inhonesta,siue contraria matrimonio,siue non:siue de præsenti,siue de futuro,per se nũquam impedit matrimoniũ vel suspẽdit,sed habetur pro nõ adiecta:vt accipio vel accipiam filiã tuam,quę procurauit venena sterilitatis,vel quę est sterilis: aut quam audiui esse diuitẽ.& huiusmodi:quia si illa demonstratio non vitiat legatum.ff.de condition.& demonstrat. l. falsa.nec consequenter matrimoniũ:nisi interueniret error conditionis aut substãtiæ:vt,accipio filiam tuam,quæ est liberaquia si est ancilla,& hoc ignorabat,nõ valet matrimonium. Et idem si demonstratio feratur ad substantiam: quia error substantiæ & conditionis impedit,non autem error qualitatis. Vtrum autem matrimonium cõtractum sub hac conditione vt duret solùm vsque ad tempus, sit verum matrimonium.vide titul.sequenti.§.v.

Rursus de matrimonio.iiij.quomodo contrahatur quantum ad intentionem absolutè vel conditionaliter.

1 *Matrimonium an sit inter eos qui verbis contrahunt,& animo dissentiunt.& num.8.*
2 *Coniugi qualiter consulatur,cum alter affirmat se nũquam consensisse.& nu.9.& 10.*
3 *Matrimonium ob causam inhonestam an vitietur.& nu.seq. vsque ad nu.7.*
11 *Matrimonium an impediatur ob protestationem præcedentem.*

MATRIMONIVM iiij.considerari potest quomodo cõtrahatur absolutè vel cõditionaliter quantũ ad intentionẽ siue animũ.¶ Primò verò quæritˇ, † vtrũ 1
sit matrimoniũ inter eos qui cõtrahẽtes verbis animo dissentiebãt? Et dicit Veruec.quòd siue vterq;,siue alter animo dissentiat:nõ est matrimonium.Si tamẽ de verbis cõsiteris,ecclesia coget eos simul esse:cum de intentione constare non possit. Vnde nec crederetur dicenti se non intendisse cõtrahere.aliàs quilibet sic posset dicere,& separaret matrimoniũ quia,vt dicitur extra de probat.per tuas.nimis indignum est iuxta legitimas sanctiões,vt quod quisq; sua voce lucidè testatus est,in eum casum ,prio valeat testimonio infirmare. Si tamen signis euidentibus appareat de simulatiõe,ecclesia non iudicabit matrimonium esse:& consequenter is cũ cõsenserat,poterit denuò contrahere. Hoc autem Sum.Rosel.dicit posse intelligi quãdo vterque vel alter statim post contractum reclamaret se nõ consensisse:secus si post tempus notabile,etiam si iuraret se nunquam consensisse,secũdum Richar.in iiij.distinct.xxix.Sed melius dicendum videtur quòd totum iudicis arbitrio relinquatur:quia etiã si quis statim reclamaret,possent esse coniecturæ in oppositum:vt quia nouiter potest melius cũ alia cõtrahere, vel huiusmodi.¶ Secundò quæritur,† quid cõsulendum sit alteri coniugum cum reliquus affirmat se nunquam cõsensisse? Et dicit Richar.in iiij.distinct.xxvij.consulendum esse illi quòd hoc non credat:quia nec credere illi tenetur.dicto cap.per tuas. Si verò illi temerariè credit,durante ista credulitate non licet ei carnaliter cum illo miscerinec ad petitionẽ propriã quia credit quòd non sit coniunx , nec ad petitionem alterius:quia ille sibi in hoc præiudicat,quandiu affirmat se coniugem non esse. Si autem postea affirmet se esse mentitũ,& debitum petat,si reliquus permanet in pristina credulitate perplexus est quandiu durat illa credulitas:quia ea durante non credit alterum suum coniugem esse:& si redderet debitum,contra conscientiam faceret.si autem non redderet, etiam peccaret:quia quãuis alter coniunx in dicendo se non esse coniugem præiudicasset sibi quo ad potestatem exigẽdi debitũ,quãdiu hoc nõ reuocabat:tamẽ quãdo reuocat, credo quòd expiret illud præiudiciũ:qa reuocatio cõcordat verbis quibus in cõtractu expressit suũ cõsensum. Intelligeverò totũ hoc ,pcedere de credulitate temeraria:quia si prius illi probabiliter credidisset,nõ teneretur statim ad eius testimoniũ credere oppositũ,& reddere debitũ:sed posset expectare quòd euacuarẽtur indicia credendi quæ prius habuit,& alia inducerent.¶ Tertiò quæritur,† vtrũ cõtrahere ex intẽtione alicuius finis ad matrimoniũ se habentis nõ per se:vt proles,

les,si foeles,sacramentũ, vitatio fornicationis , & huiusmodi: sed per accidens, vt pulchritudo,diuitiæ,& huiusmodi,vitiet matrimonium? Et dicit Sanct. Bona.in iiij.dist.xxx.q.j si quis moueatur ex aliqua huiusmodi causa,sicut ex causa principali,esset minus honesta:& cõtra sacramenti vtilitatẽ:nõ tamen cõtra eius veritatẽ:nisi ita esset finis quòd nõ quæreret quis nisi libidinẽ aut diuitias,nõ vxorẽ:quia sic esset cõtra sacramenti veritatẽ. Et ita cũ ista limitatione vel distinctione tenet Sum.Ang.Sed quia est impossibile quòd quis quærat solam libidinẽ,vbi ad eam per matrimoniũ vult attingere: sed necessariò quærit matrimoniũ mediũ ,pter illã vt finẽ. ideo melius Sum.Ros.cum San.Thom.& Pet.& Ray. dicit quòd hoc nõ vitiat cõtractum,sed tenet matrimonium:quia sufficit quòd cõtrahere intẽdunt,& cõsentiunt per verba de
4 præsenti.xxxij.q.ij.solet.Deuter.xxj.Si videris mulierem pulchram.¶ Quartò quæritur,† vtrũ mortaliter peccet contrahens principaliter propter dictas causas? Et dicit Pet.de Pal. quòd contrahẽs propter finẽ matrimonij per se,sed secũdarium secũdariò,scilicet propter vitationẽ fornicationis,non peccat:quia nulla est deordinatio. Si verò cõtrahit principaliter propter secũdariũ,est veniale:quia scilicet deordinatio: & hoc quando est talis qui secundũ cõmunem speciẽ potest generare:aliàs nõ. Vñ licet finis matrimonij.primus & per se sit intentio generandi:tamen quando principale factũ est impossibile,sicut in sene vel sterili, licet de secundario fine, qui est vitatio fornicationis,facere principalem : aliàs senes sine peccato cõtrahere nõ possent:aliæ autẽ cõtrahendi causæ,vt reformatio pacis,acquisitio amicitiæ aut diuitiarũ,pulchritudo,& huiusmodi:& si secundariò ponãtur intendi cum veniali & fine:& si etiã in se sint honestæ,vt reformatio paciscõ tamẽ in matrimonio,si primò & per se intendãtur:ceu ad hoc matrimoniũ non sit principaliter ordinatũ. Sicut etiã peccat qui baptizatur vel cognoscit vxorẽ gratia sanitatis: nõ tamen esset mortale si hoc principaliter intenderet:sicut nec diuitias aut pulchritudinẽ principaliter intendere : aliàs nõ cõtracturus matrimoniũ:cum homo nolit talia nisi modo licito:sicut etiã nõ est mortale cognoscere vxorẽ propter delectationẽ infrà limites matrimonij,Quidã dicunt quòd cum matrimoniũ sit verũ sacramẽtũ,non potest in eo principaliter intendi finis extraneus & per accidens omnino insti tutioni matrimonij: sicut si quis principaliter baptizaretur propter sanitatẽ vel quæstũ.Sed hæc opinio est multũ dura quia multos inuoluit:& videtur esse cõtra illud iij R.eg. vbi Dauid in vxorẽ duxit Abisac nõ spe prolis aut timore fornicationis cum eã nõ cognouerit:sed solùm vt eũ calefaceret nec peccauit.hæc ex illo.¶ Circa ista autẽ Sum.Ang . deficit in duobus:primò quia dicit Pet.de Pal.tenere quòd sit mortale cõtrahere propter voluptatẽ principaliter.quod falsum patet ex dictis & dicẽdis statim.Secũdò,quia dicit quòd secundus est sic tenere:cum tñ hoc sit falsum & durũ & inducẽs desperationẽ multis.Vnde intẽdit ipse Pet.quòd cõtrahere propter huiusmodi fines per accidẽs & generaliter vti aliquo sacramento principaliter ad finẽ,ad quem non est institutũ: puta baptismo aut matrimonio ad sanitatẽ,est veniale,quãdo quis ideo hoc facit,quia ad illũ finẽ pertingit per mediũ in se licitũ,ad est,sacramentũ licet male huic fini vel effectui applicatũ:est verò mortale quãdo quis de iustitia medij nõ curat,paratus quocũq; modo talẽ finẽ assequi.Et idẽ sentit S.Tho.in iiij.dist.iij.dicẽs quòd sine peccato vel cum veniali potuit Iacob cõtrahere cum Rachele propter faciei pulchritudinẽ secundariò:si autẽ principalis causa esset libido pulchritudinis,nõ excusaretur à mortali, si esset effrenata libido,hæc ille.qui per libidinem effrenatam intendit eam quæ non sistit intra limites matrimonij:sed in ea cõstituitur finis vt bene exponit Archid.Et prædicta intellige & limita quãdo talis effectus, ad quem quis vtitur , competit naturaliter sacramẽto:vt sanitas in matrimonio.vel miraculose: vt sanitas in baptismo:& cũ hoc ipse vsus de se non est cum irreuerentia:sed si qua irreuerentia interueniat,est ex fine vel intentione veritatis. Addit autẽ idẽ Perrus dicens : Dato quòd cõtrahere propter voluptatem principaliter, esset mortale: non tamen cognoscere propter voluptatem esset mortale, dummodo nõ esset idem cum alia facturus:quia non est ita damnabilis abusus rei communis,id est,nõ sacræ,puta vxoris ad coitum propter voluptatẽ,sicut rei sacræ,puta matrimonij ad finẽ indebitum:sicut si biberet ex voluptate cum scypho communi,non est nisi veniale:nõ sequitur quin peccet mortaliter,qui calicem sacrũ ex voluptate defert bibiturus ad tabernã.hæc ex illo.qui in suis verbis vltimis decepit Sũmam Angel.vt imponeret illi prædictum falsum,nõ intelligens quòd iste vsus calicis ex se est cum irreuerẽtia eius etiã cessante omni mala intẽtione seu voluptate potandi. Et infert dictus Pet.esse ex dictis argumentum quòd si index pœna pecuniaria punit malefactores:qui tamẽ aliàs esset puniturus:licet quærat pecuniam nihil cogitans actu de iustitia: dum tamen non sit facturus iniustè,non est nisi veniale.hæc ex illo.Ex quibus patet quòd est veniale quando quis quærit huiusmodi fines per accidens:aliàs non facturus si deesset iustitia medij,per quòd acquirit. ¶ Quintò quæritur, † vtrum 5
intentio peruersa circa substantiam matrimonij:puta si quis contrahat cum intentione aliquando se separandi , seu cum consensu ad tempus,vitiet matrimonium? Et dicit Per.quòd sic:nec est matrimonium.de condi.ap.c.fin.quia inseparabilitas est essentialitas matrimonij.vnde requiritur consensus ad inseparabilitatem.Hoc tamẽ intellige & limita secundũ mentem Inno.do.Ant.& Panor.si talis cõditio deducatur in pactum expressum abvtroq; coniuge.Secus si talis conditio sit retenta in corde,aut etiã expressa per vnũ, reliquo cõtradicente aut tacente:hoc enim singulariter volunt Inn.vt refert Panor. in d.c.fin.vbi distinguit.Nam si vterq; cõiugum consensit cõditioni appositę,cõtra substantiam matrimonij. tunc matrimonium non tenet.Si autem contradixit alter,tenet matrimonium si processum fuit ad cõsummationẽ eius. Et idem dicit fauore matrimonij,si alter tacuit : & sic racẽs habebitur pro contradicente.arg.xxxij.q.ij.aliquãdo.vbi no. secundũ Pan.dictum Inn.quia videtur per hoc quòd in alijs cõtractibus racẽs videatur cõsentire contractui seeũdũ protestationem alterius,licet onerosam & odiosam.Et idẽ ibi tenuit Host.& similiter idem do.Ant.Et ratio, quia propter ea protestatio huiusmodi vel cõditio vitiat actum:quia partes agendo detrahere substantiã actus,nõ videtur cõsentire in actum,quòd cessat quãdo vnus solus agit detrahere,& alius racet,siue nõ exprimit:quia tunc desecẽdo postea ad actum qui perficitur mutuo cõsensu, & copulã cõsummando in matrimonio,ex quovtraq; parte turpitudiniˇ nõ cõsentit cõtra substantiã actus,videˇ recessum à cõditione vel protestatione. Et hoc cõmuniter approbatur.vide etiã §.seq. in fi. ¶ Sed nota primò quòd ista non solùm sunt vera quo ad forum cõtentiosum,sed etiam in foro animę secundũ mentẽ prędictorũ,& etiã S.Tho.qui in dist.xxxj.iiij.q.j.ar.iij.loquẽs de bonis matrimonij.quæ secũdum eum sunt de ratione matrimonij,dicit quòd non esset verũ matrimoniũ si quid contrarium eis exprimeretur in consensu faciente matrimoniũ: & etiam est de mẽte legis in d.c.fi.vt ibi patet. ¶ Nota secundò quòd consummatio matrimonij,de qua loquitur Innoc. secundũ do.Ant.intelligitur copula.tamẽ,vt patet ex ratiõe

Universidad de Deusto
Biblioteca

allegata,possimus intelligere per consummationem perfectionem matrimonij primam,quæ cõsistit in prolatione verborum de præsenti ab vtruno proferentes. ¶ Sextò quæritur, † verum intentio pertinens circa bona matrimonij puta intentio non seruandi fidem,aut non exigẽdi debitũ, vel prolem euitandi,vitiet contractum matrimonij? Et dicit Sum.Ang. ex opinione Rich.in iiij,di.xxxj.quòd ad hoc quòd cõsensus faciat matrimonium,oportet ibi esse tria bona matrimonij, siue cõiugẽtes in ea consentire saltem implicitè & in habitu: primò in vinculi inseparabilitate quo ad bonum sacramẽti. secundò in bonũ fidei quantum ad eius essentiale, quod est non negare debitum,nisi Deo absoluẽte ab hoc,licet hoc sit solum quo ad bene esse quàtum ad accidentale seu excellõrium bonũ fidei,quod est nõ exhibere alteri quàm suo coniugi vlum corporis suiterũ in bonũ,plus quantum ad eius essentiale,quod est eam suscipere cõditionaliter,si Deus eã dederit,vel nõ procurare ne eueniat,licet quantum ad eius accidentale,scilicet absolutè eã velle & educare nõ sit necessariũ.hæc illa.in quibus dicit duo,præcipuè contra Sã. Tho. qui in xxxj.dist.iij.vult quòd ad bonum fidei vtrunq; pertineat,debitum nõ negare coniugi,nec alteri commisceri;licet primum principalius,& ad bonũ prolis non solum suscẽptionem,sed etiam educationem eius. Ex quibus etiã infert multa,in quibus Suppl.& Ro.dissentiunt. Primum.Nam dicit non esse matrimonium,si quis contrahat cum intentiõe separabilitatis quo ad vinculũ.quod Ro.negat, nisi hoc deducatur in pactum ab vtroque,vt dictum est §.priore. ¶ Secundum.Nam dicit non esse matrimonium,si quis cõtrahat cum intentione negãdi debitum petenti sine reuelatione diuinà;quia est cõtra bonum fidei.Ro.autem & similiter Supple.dicerent hoc esse verum solùm si ista conditio deducatur in pactũ.quod patet;quia cùm ad bonũ fidei dicat pertinere ne cum alio commisceatur;dicit quòd secundum Verucc.tenet matrimonium contractum cum proposito nõ seruandi fidem,sed adulterãdi: dummodo hoc non deducatur in pactum.Si verò deducatur in pactũ quod liceat adulterari,vel prostituatur vxor,non tenet matrimoniũ.de condi.app,cap. fi. ¶ Tertium.Nam dicit non esse matrimonium si quis contrahat cum intentione non suscipiendi prolem,si Deus eam daret;aut non educãdi;aut procurandi venena sterilitatis ne proles concipetur,nasceretur vel educaretur.Ro. autem & Suppl. post Per.dicunt quòd firma intentio euitandi prolem excludit matrimonium:maximè si deducatur in pactum:sed intentio non educandi non excludit. Sic concordat Hug. & glosſa Ray.& Summa Conf.Ego autem dico quod secundum san.Thom.omnis conditio quæ est,non solùm contra substantiam,sed etiam contra bona matrimonij suprà exposita,illud vitiat si deducatur in pactum:quia dicta bona sunt de ratione matrimonij secundum eum.Si verò non deducatur in pactum, sic quòd exprimatur ab vtroque contrahentium,etiam si teneatur in mente, non vitiat matrimonium: vt patet ex dictis §.priore.& communi doctrina Canonistarum & Theologorum. Ratio etiam horum esse potest;quia causa matrimonij proxima & immediata est cõsensus signis sensibilibus expressus. Vnde nec signa sine consensu,nec consensus sine signis operantur.& ideo quæcunque conditio non annectitur dictis signis,nihil facit vel operatur;sicut communiter dicitur quòd conditio in mente retenta nihil operatur. vnde stat matrimonium,modò sit intentio contrahendi expressa.vide autem §.priore,quasi ad fin.aliam rationẽ. ¶ Septimò quæritur, † verum intentio non exigendi debitum vitiet matrimonium? Et dicit Panormi.in capitulo,communiter.extra eod.vt imponit illi Summa Ro.quòd non,modò

7

non deducatur in pactum. Sed ego dico quòd nõ vitiat,etiã si deducatur in pactum;quia non exigere non est contra bonum fidei,nec derogat proli quæ generari poterit,si tẽ altero petente.Dico etiam quòd male adducitur Panormi. quia non loquitur de intentione non exigendi debitum, sed non consummandi matrimonium,in quo includitur intentio negandi debitum,quæ matrimonii vitiat si exprimatur. Vnde Veruec.respondens ad istam quæstionem inter illas intentiones distinguit dicẽs,quòd si sit intentio non exigendi, cõtrahitur matrimonium;sicut inter beatam Virginem,& Ioſephũ.Ro etiam si sit intentio negandi, modò non deducatur in pactum. ¶ Octauò quæritur, † verum sit matrimonium si quis contraxit per verba de futuro vel etiã de præsenti nõ habens intentionem contrahendi,& sequuta est copula? Et dico secundum sanctum Thom.in iiij.dist. xxvij.& in quod. v.quæst.viij.& Rich.quòd presumi debet pro matrimonio in foro scilicet contentioso, extra eod.tua.& ita in dicto foro iudicaretur:sed in foro conscientiæ si ille non propositi illam ducere,nec vnquã assensit in eam, non debet ex illo facto matrimonium iudicari,quando ex altera parte dolus affuit,& defuit omnino consensus, sine quo nequeunt cæteri fœdus efficere coniugale.d.c.tua.Et ille ex parte cuius non fuit dolus, excusatur a peccato.Si autem alius interim cum alia contraxerit,tenet matrimonium secundum Doc.communiter:& probat Sanct. Thom.in dicto quod. qui licet loquatur in casu sponsalium de futuro : tamen sua ratio probat etiam si fuerant de præsenti;quia in primo matrimonio cessat consensus,qui est causa:& consequenter cessat effectus & in secundo ponitur causa,id est, consensus verbo expressus:ergo & effectus. Tenetur tamẽ decepror antequam contrahat cum secunda,eam ducere in vxorem,si est tibi æqualis vel maior,secundum Sanctum Thomam:vel etiam si est quasi æqualis, secũdum alios;quia modicum est quasi nihil. secundò Phylic.& postquam secundò nupserit,si illa ex hoc patitur notabile damnum in honore vel huiusmodi,tenetur ei necessariò satisfacere:& secundum Sanctum Thomam videre de nuptijs : id est, de dote nisi fuerit multò melioris conditionis,vel aliud euidens signum fraudis appareat:nisi quòd potest probabiliter præsumi eam non fuisse deceptam sed deceptam finxisse;quia tunc non tenetur ad prædicta.& secundum aliquos vt Sanct. Thom.in iiij.dist.xxvnj.restat.& videtur tenere.Si tamen mulier probare posset cõtractũ de præsenti vel futuro,& copulam sequentem,cogetur vir illa dicere:nec admitteretur probatio in contrarium: vt notatur cap.is qui.de sponsat.nisi vt infra.§.ix.& si cum alia contraxisset,cogeretur ad primam redire:licet ipse si non haburit consensum in primam,& illam habuit in secundam, etiam ad præceptum ecclesiæ redire non deberet ad primam.sed potius humiliter etiam excommunicationem pati, & cum secunda taliter habitare quòd inde scandalum non generetur.Et licet quidam dicãt secundũ non esse matrimonium, quia ecclesia talem inhabilitat ad contrahendum cum quacunq; alia à prima,in dicto cap.is qui.tamen tu dic vt supra quia est communis opinio:vt vot.ubi Panor,nec ecclesia talem inhabilitauit ad contrahendũ cum alia:licet forte bene faceret illum inhabilitando:quia prædicta ex indispositione multorum venerunt ad aures virorum,& non pauciorum in pacis:& sic multæ illaqueantur. ¶ Nonò quæritur, † quid consulendum sit istis mulieribus quæ exiguntur à coniugibus & earum voluptate tam crebro illaqueantur à contrahentibus cum eis clandestinè verbo,sed non animo? Et pater id quod dictum est suprà §.secundo.dico tria esse remedia. ¶ Primũ.Si enim vir statim reuocauit,& patefecit quòd

non

non consensit:& inde ad secunda vota transiit, tunc esset tolerabile,si & ipsa similiter ad secunda vota transiret. ¶ Secundum.Nam si inter eos erat magna disproportio viro existente multò melioris conditionis quàm sit mulier,ita quòd non est veritimile quòd ille istam accepisset in vxorem : vt dicit Rich.si aliquod aliud euidens signum fraudis appareat, per quod potest probabiliter præsumi quòd sponsa non fuerit decepta,sed se decipi finxerit:tunc si vir cùm alia contraxit,etiam mulier potest cum alio contrahere : vtro autem non contrahente non est tutum quòd ipsa contrahat:quia videmus sæpe multos diuites & nobiles propter pulchritudinem contraxisse cum vilibus:etiam si inter eos esset disproportio magna. ¶ Tertium.Dato quòd iste statim non dissenserit,nec inter eos sit distantia magna:tamen si post interuallum temporis hoc iurat,& ex iuæ vitæ qualitate potest sic præsumi:puta quia omni anno confitetur & communicat,& cum viris bonæ vitæ conuersatur:tunc eo transeunte ad secunda vota posset & ipsa transire. Et similiter si in aliquo trium prædictorum casuum transiret ille ad religionẽ, & ea profiteretur. Isti autem tres casus sub ista regula mitiicant,quòd mulier transire potest ad secunda vota viro alterente ire in eam non consensisse,quando est probabile & verisimile quòd verum dicat,arbitrio prudentum: si ipse de facto ad secunda vota transiuit:vel si eam omnino accipere recusat:alià tenetur viuere castè.Et si de facto sine tali probabilitate contraxit:quantum in se est,tenetur viuere castè:licet præiudicare non possit coniugi maximè ignoranti:unde non potest exigere:sed reddere tenetur,nisi probabiliter crederet quòd in rei veritate prior cõiunx consenserit:licet modà neget:quia tunc nec exigere nec reddere posset. arg.eorum quæ no.in c.inquisitioni.de sen.excom. ¶ Decimò † possit quòd iste qui cum aliqua contraxit animo extorquendi copulam,& non consentiendi:audiat à confessore quòd sit verum matrimonium propter copulam, & quòd cùm alia contrahere non possit,& sic credens dicto confessori habitat cum ea,& illam cognoscat tanquam coniugem:quæritur an propter hoc sit matrimonium? Et dico quòd non quo ad Deum:quia ex quo nullum vinculum præcesserat,talis copula non facit matrimonium quo ad Deum:vt no.in e.is qui.de spon.vbi dicunt Doc.quòd si sponsalibus solutis copula sequatur,non inducitur matrimonium,ex quo sponsalium vinculum solutum est.Idem dicunt vbi intervenerit promissio de contrahendis sponsalibus in futurum. Pro quo facit l.fi.de cond.ob causam.Item error iuris non inducit consensum matrimonialem:quia nihil tam contrarium consensui est quàm error.l.fi per errorem.ff.de intrl.omissi.Et facit quod not. Bar.in l.multum.ff.de condi.& demon,vbi dicit non valere processum si iudex erat in fundamento iurisdictionis: licet in veritate haberet iurisdictionem,& probatur in c. scisciatur. de reseri.iuncto c.prudentiam de offi.deleg.vbi si iudices delegati cum clausula,si non omnes,procedunt sine alio,ignorantes impedimentum & credentes se posse sine eo procedere,non valet processus:licet habeant iurisdictionem:quia erraut in fundamento iurisdictionis'. Similiter enim iste errauit in fundamento matrimonij,cùm consensus sit eius fundamentum,& de substantia eius:ut in c.cum de sponsi. Et si iste informatus à peritis quòd ibi sit matrimonium,de nouo consensit,quia putauit se ligatum,aliàs non consensurus si credidisset ibi non esse matrimonium,& sic faciens de necessitate virtutem:adhuc non est matrimonium quo ad Deum. Pro quo facit quod no.Do.ſ.in c.j.de reg.lib.vj.vbi no.quòd si quis ante annos pubertatis fecit votum religionis,non obligetur ad tale votum tpaior factus, nisi illud ratificauerit.

quod si faceret credens se obligatum,aliàs non ratificaturus, non tenetur ad illud. Vnde si talis aliam accepit, dimittere non potest in foro animæ,aut religionem exire,si quam professus est.& statur eius confessioni in hoc vtrumo.vt no.gl.in d.c.is qui.& ibi per Doc.& in c.significasti.de homi. & idem consuluit do.Alexan.de Neuo.in facto. ¶ Vndecimò † posito quòd quis coram pluribus protestetur, quòd quicquid faciet non facit animo contrahendi,postea verbo contraxit, & carnaliter eo gauisit:quæritur vtrum iudicabitur ibi matrimonium? Et dicit Veruec.quòd sic;quia recurrendum est ad communem intelligentiam verborum:quòd contra eum,qui dolum abhibuit,interpretatio facienda est.& quia licet sic protestetur,potuit tamen mutasse voluntatem. Et concor. Holt. & Sum.Confes.quod tamen limita, quando quis dolosè est protestatus:secus si ob iustam causam, puta virandum scandalum,& copula non est secuta:quia tunc non est matrimonium propter defectum consensus:nec iste ad aliquid tenetur:vt no.in Sum.Conf.eo.titu.q.xvij. Dicit tamen Veruec. quòd si quis animo decipiendi contrahens non vtitur forma consueta verborum,sed mutato suo nomine dicit, Ioannes vel Petrus desponsat tersicut contigit in casu e.tua nos.desponſ.tunc contra huiusmodi matrimonium præsumptum propter copulam carnalem subsequtam admitti potest probatio in contrarium ad probandam fraudem : qua probata pronunciabitur nullum fuisse matrimonium : & poterit ad secunda vota transire.Nec negatur in illo c. quin de fraude ista constare possit:sed dicitur tantùm,qualiter tibi constiterit non videmus:& non,qualiter constare poterit. Si autem esset vsus verbis consueris, non admitteretur probatio in contrarium dictæ præsumptionis : vt in dic.cap.is qui.

11

❧ Rufus de Matrimonio. V à quo, & per quem contrahi possit.

1 *Matrimonium qui contrahere possint.& nu.1.*
3 *Malitia quando suppleat ætatem.*
4 *Pubertati proximus quando quis dicatur.*
5 *Matrimonium an valeat vltima die anni decimiquarti vel duodecimi.*
6 *Matrimonium contrahentes ante legitimam ætatẽ,an pereant.*
7 *Matrimonium an valide contrahat qui est inhabilis ad inuẽ.*
8 *Matrimonium contractũ ante pubertatẽ an valeatur postea per oscula.*
9 *Matrimonium an cõtrahatur per procuratorem, & qualiter. num.14.*
10 *Matrimonium an contrahatur per procuratorem, si quis antea fuerit.ea.& nu.11.*
12 *Matrimonium qualiter contrahatur per literas & nuntios. & nume.13.*

MATRIMONIVM quintò considerari potest quãtum ad personas,à quibus &per quas cõtrahi potest. ¶ Primò ergo quæritur, † quis possit matrimonium contrahere? Et dico quòd quilibet qui est debitę ætatis sanus iogenio,& lege nõ prohibitus:quia edictum de matrimonio est prohibitorium,secundum Rayn. ita scilicet quòd omnis qui nõ prohibetur,cõtrahere potest.de spon.cùm apud. Ætas autem legitima secundum Do.est annorum xiij complero rum in puero,& xij.in fœmina.extra de despon.impu.c.impuberes.& c.continebatur. Vnde si ante contrahunt matrimonium,non erit matrimonium,sed sponsalia,iuris interpretatiõe.de despon.impu.c.vnico.li.vj nisi essent pubertati proxiani,& malitia suppleret ætatem,extra de despo.impub.c. de illis.el ij.Et concor.San.Tho.& Petr. Sanitas verò ingenij requiritur, vt quis possit consentire : vnde furiosus, nisi

habeat

Universidad de Deusto
Biblioteca

habeat lucida intervalla, contrahere non potest, sicut nec cõsentire. & idem est de ebrio. Quis aũt impediatur lege contrahere, patebit ſ. cùm de impedimentis agetur. ¶ Secundò
2 †cum cap. de illis. in his qui non sunt debitæ ætatis requirat quòd sint proximi pubertati, vel malitia suppleat ætatem. quæritur vtrum necessariò vtrunq; horum requiratur? Et dicit Pan. in d.c. de illis. quòd si incipitur à primo, id est, proximitate pubertatis, necessariò requiritur secundum: quia proximitas ætatis sola non sufficit ad contrahendum matrimonium: sed etiam requiritur secundum, id est, malitia, quę quo ad hoc exponitur, id est, vigor naturalis, seu potentia coëundi vt colligitur ex dicto tex. ibi, potuerint coniungi. Nõ enim sufficeret malitia in rebus agendis: vt in c. puberes. de despõsa. impu. Secundum autem bene sufficit sine primo, dũmodo sint doli capaces: ita quòd potuerint discernere vires matrimonij: sicut de illo puero nouem annorum, qui reddidit nutricem suã prægnantem: vt dicit glo. xx. q. j. in Sũma. & Albe. in iiij. dicit se vidisse puellam in nono anno concepisse, & perperisse in x. imò secundum Io. de Deo, si minor anni. vij. fuit cognita à maiore quatuordecim, erit matrimonium: qd tamen est verum solùm si erat multùm discreta & doli capax: aliter non, secundum Pan. in d.c. continebatur. quia non habet consensum aptum ad contrahendum. ¶ Tertiò quæri
3 tur, †quomodo deprehendatur potentia ista coëundi, quę habet supplere defectum ætatis? Et dicunt quidam requiri quverè inter eos copula intercesserit quod etiam sequitur Ho. sed Goſ. Inno. Abb. & Io. And. tenent oppositum, dicentes satis esse quòd potuerint coniungi: quia si masculus minor annis xiiij. alias mulieres cognouit, aut fœmina minor annis xij. ab alijs fuit cognita: nemò negabit matrimonium consistere inter istos, ex quo apparet eos potentes ad copulam. Et pro hac sententia ar. in c. vnico. de despon. impu. lib. vj. Si autem clarè hoc non constat, sed tantùm per signa: puta si ex aspectu corporis vel alijs signis extrinsecis fœmina aut masculus videtur aptus ad copulam: sentit Inno. hæc signa sufficere quod placet Pan. arg. c. attestationes. de despon. impub. vbi nixus ad copulam cum consensu adhibito prope ætatem legitimam sufficit ad matrimonium. Ad prædictà vide Nic. de Ly. Exod. xxj. vbi dicit secundum Rabbi Salo. quòd ortus pilorum & menstruorum sunt signa pubertatis: imò secundum medicos menstrua sola arguunt pubertatem in mulierem: quæ si incipit habere, est apta ad generationem: & si non habet, generare non posset: & cõsequenter tunc malitia ætatem nõ suppleret. Puer verò dicitur aptus ad contrahendũ,
4 si potest seminare. ¶ Quartò quæritur, †qualiter debet intelligi quòd quis sit proximus pubertati? Et dicit gl. in d.c. continebatur. quòd quando distat per sex menses. quod Pan. dicit facere ad statuta, vt dicatur aliquis proximus alicui ętati, cùm ab illa distat per sex menses, aut minus. Et bene facit l. non tantum. ff. de excu. tut. quæ probat quòd distans per sex menses, dicitur esse prope illam ætatem. & idem Innoc. ac Hoſt. Pan. autem dicit quòd hoc communiter non tenetur vt est gl. in §. furiosus. Instit. de inutili. stip. & in §. in summa. Insti. de oblig. quæ ex delic. nasc. quæ dicunt quòd masculus dicitur proximus pubertati: cum est decem annorum cum dimidio: fœmina verò cùm est in nono cum dimidio. Et est ratio: quia post puericiam, quæ contingit in septimo anno, restant septem anni vsq; ad pubertatem in masculo: vnde ex quo temporis huius medietatem excedit, videtur proximior pubertati quàm infantiæ. & idem dic in fœmina. ¶ Quintò
5 quęritur, †vtrum valeat matrimonium vltima die anni xiiij. vel xij. contractum? Et dicit Pan. in d.c. attestationes. se credere quòd sic, sicut dicimus in testamento. l. qua ætate. ff. de testa. & hoc fauore matrimonij. ¶ Sextò quæritur, †vtrum peccent mortaliter aut venialiter ante ætatem legitimam contrahentes? Et dicit glo. in c. vbi non est. de despon. impu. quòd ante ætatem legitimam non debent aliqui coniungi tam respectu matrimonij quàm sponsalium. Idem Inno. & expressius Hoſt. in Sum. dicens causam huiusmodi prohibitionis fuisse bonum publicum: quia ex sponsalibus, quæ tenent, oritur publicæ honestatis iustitia: & cùm de facili dissoluantur, si per minores contrahantur: iam non potest sponsa contrahere cum sponsi consanguineis, neque econuerso: vt in c. sponsam. de spon. Aliam rationem assignat glo. in d.c. vbi. quare prohibeantur sponsalia inter istos: quia ępe mutata voluntate oriuntur discordiæ, & diuertentes consanguineis copulantur. de sponsali. iuuenis. & dicit Pan. in d. cap. vbi hunc esse communem intellectum glo. & Doc. licet ipse intelligat dictum textum non de coniunctione verbali, sed de carnali. An verò sit mortale: Ioan. And. videtur tenere quòd non: quia illa decretalis loquitur de honestate: sed Pan. dicit huic obstare illud verbum, districtè prohibemus. & Archi. in cap. interdixit. xxxij. dist. dicit quòd in omni prohibitione intelligitur præcepto, & econuerso: & ideo hoc verbum prohibituum ponitur pro præceptiuo, secundum Hug. & Io. de fan. Et de hoc vide ſ. Lex. §. xxj. Vnde Pet. de Pal. dicit quòd peccant mortaliter, si sine iusta causa & licentia episcopi. ¶ Septimò quæritur, †vtrum habilis ætate, sed inhabilis corpu posit matrimonium validè contrahere? Et dicit gloſ. in cap. puberes. de despõsa. impube. quòd non: sed Doctores communiter tenent contrarium: vt Panor. refert glo. reprobando: quia ex quo ætas est legitima, nec apparet de perpetuo impedimento, matrimonium tenet: alias sequeretur quòd impotens ad coëundum propter infirmitatem matrimonium contrahere non posset. Vnde iste adolescens debet expectare vsque ad pubertatem plenam, quæ est xviij. annorum: qua adueniente si generare non posset, & mulier ista ret propter dissolutionem matrimonij, dissolutio fieri posset: quia tunc præsumeretur esse impedimentum perpetuum & hæc opinio Doctorum videtur æquior. ¶ Octauò quæritur, †vtrum matrimonium contractum post annum septimum, & ante pubertatem vtriusque vel alterius, quòd scilicet est sponsalia, vel habet vim sponsalium iuris interpretatione: vt in c. vnico. de despon. impu. libr. vj. efficiatur verum matrimonium, si in pubertate interueniunt oscula, amplexus, & munera? Et dico quòd si interuenit copula tex. est clarus in d.c. vnico. quòd efficitur matrimonium, scilicet verum aut præsumptum: si etiam interuenit consensus expressus per verba sine copula & nixu, est idem: quia hoc solum sufficit, etiam si aliud non præcessisset, vt patet ex dictis ſ. Matrimonium. j. & ij. Siverò nullum horum interueniat, Doctores variè loquuntur. Nam Ray. dicit quòd si intendebant contrahere matrimonium, non sunt ibi sponsalia: quia hoc non intendebant: nec matrimonium propter ætatem: & consequenter copula aduenies in pubertate non faciet matrimonium verum aut præsumptum. Si verò intendebant contrahere, si non vt agebant, saltem inquantum valere poterat: sic erunt sponsalia, scilicet non inducent matrimonium, nisi per copulam aut consensum euidenter expressum. Hoſt. autem variauit attestationes in c. attestationes. de despon. impu. Inno. verò inter actus tenet quòd ad hoc sufficiat copula laudabilis nixus, & non aliquis alius actus. Arch. autem in d.c. vnico, post multas opiniones concludere videtur quòd non fit matrimonium, nisi interueniat copula, vel traductio ad domum. quod sequi videtur Ala. Vincen. & Goſt. in cap. literæ. de despõsa. impu. Panor. verò in cap. fin. de despõsa. tenet quòd

quòd fit si interueniunt oscula, amplexus, iocalia, & huiusmodi. Ego autem omnibus visis & pensatis, dico quòd vt sit matrimonium requiritur nouus consensus expressius signis: quia aut præcesserunt sola sponsalia, aut nihil: vt patet ex dicto Ray. & vtroq; casu requiritur quod dictum est: quia ad hoc non est matrimonium quod solo consensu expresso per signa efficitur: vt autem sit matrimonium sufficit quodlibet signum, per quod consensum mutuũ cognoscit, siue sint verba siue aliud: vt patet ex dictis suprà Matrimonium. ij. §. v. vj. & vij. Vt autẽ sit matrimoniũ præsumptum in foro causarum requiritur consensus expressus signis vnuocis, id est, solitis fieri legitimè & irreprehẽsibiliter solùm cum vxoribus vel sponsis de præsenti: quia hæc videtur cõmunis opinio Theologorum in iiij. dist. xxviij. & patet arg. l. minorem. ff. de ritu nup. & d. cap. attestationes. & nota. eorum ibi huiusmodi autẽ signa sunt, copula, vt dictũ est, & nixus ad copulã. quod sufficit ratione publicæ honestatis & dubij: vt in cap. nuuenis. de sponſa. & cohabitatio mutua seorsum: traductio ad domum: item oscula & amplexus in aliquibus locis, & iocalia spõsalitia: & quæcunq; huiusmodi sunt arbitrio boni viri, id est, iudicis loci. Siverò signa talia sunt quòd soleant etiam sponsis de futuro exhiberi. vt in aliquibus locis oscula & amplexus, & huiusmodi, non faciunt matrimonium præsumptũ: quia hoc non probat esse, quod ab hoc contingit abesse. l. neq; natales. C. de proba. de trãsla. prælat. c. ij. & sic concordantur Doct. quam cõcordantiam videtur tenere do. Ant. in d. cap. attestationes. & d.c. vnicum. quod loquitur de primis, & non de istis vltimis signis, dum dicit, constiterit euidenter. & gloſ. quæ dicit, si se amplexantur, non simpliciter: sed addidit, vt coniuges. Vtrum autem iste nouus cõsensus requiratur ex parte vtriusq; vel alterius tantùm: dico quòd vtriusq; & vterq; erat impubes: vt in cap. vnico. de despon. impub. lib. vj. ibi contrahentes, in plurali. Si verò alter erat pubes: sufficit nouus consensus impuberis aduentis pubertatem: quia vsq; tunc durat cõsensus puberis, cum interim ab eo nequiuerit resilire seu dissentire: vt in cap. de illis. el primo, eod. ti. Nec obstat quod ibi sint sola sponsalia, secundum gloſ. in d. cap. de illis. quia nõ sunt sponsalia simpliciter, sed iuris interpretatione: quæ scilicet exvna parte sunt possibiliter consensus matrimonialis, siue matrimonium inchoatum. Non obstat etiam dictum verbum, cõtrahentes, in plurali. d. cap. vnico. quia cum præmisisset tex. de pubere & impubere & duobus impuberibus, loquitur de contrahentibus impuberibus: quia nominati sunt plures, nõ autem de pubere: quia ex quo durat consensus de se legitimus ad contractum matrimonij, per dictum cap. de illis. nõ oportet illum iterare. Et hoc tenendum videtur in fauorem matrimonij ranquam tutius: licet aliqui aliter sentiãt, volentes. quòd etiam puberem oporteat repetere suũ cõsensum: & ita vt dixi, tenendum, videtur tenere Sanct. Tho. in simili in iiij. distinct. xxx. q. j. art. iij. q. ij. ad secundum. vbi dicit quòd ex consensu libero illius qui fuit prius conuentus, nõ fit matrimonium, nisi inquantum consensus præcedens in altero adhuc manet in suo vigore. ¶ Nonò quæritur, vtrum absentes possint per procuratorem contrahere? Et dico quòd sic sicut Isaac cum Rebecca. xxxij. quæſt. ij. §. cum dicitur. sed non est idoneus procurator, nisi super hoc habeat specialissimum mandatum: & exprimatur persona, cum qua debeat matrimonium contrahi: vt in l. generali. ff. de ritu nupt. nec potest aliam substituere, nisi sit ei specialiter commissum: & si antequam contraxerit, fuerit reuocatus: licet ille vel illa cum qua contraxerat, hoc ignorauerit: tamen non tenet matrimonium postea cõtractum. extra de procur. cap. procurator. libr. vj. ¶ Decimò quæritur, † quid si quis consentit in absentem per verba de præsenti: deinde mittit procuratorem ad eam: & antequam illa similiter cõsentiat ipse dissentit: & illa postea consentit, credens illum in primo durare consensu? Et dicit Aſten. lib. viij. quòd si antequam illa consentiat, reuocatio venit ad procuratorem, nil actum est, vt pater. Sed si peruenit postquam iam illa consenserat, & de hoc potest fieri ecclesiæ fides, scilicet quòd ille prius dissensit, similiter nõ tenet matrimonium: quia necverè nec interpretatiuè concurrunt consensus: sed si non constaret de dissensu priuato, cogeretur vir propter defectum probationis matrimonium consummare: quia ecclesia non iudicat de occultis. Et sic secũdum hoc diuersimodè diuersa iura loquuntur de hoc: & aliqua loquuntur in primo casu, aliqua in secundò. Si autem postquam misit procuratorem, nec consensit nec dissensit: tradens fortè hoc factum oblitioni propter occupationes vel alias causas: videtur standum simpliciter pro matrimonio, tam eius fauore, de re iudicata. cap. duobus. tum quia non habet obicem contrariæ voluntatis: de baptis. maiores. in fine. & idem Rayn. ¶ Vndecimò quæritur, †quid si eum, qui consensit, pœniteat antequam absens consentiat: reuocatio tamen ad procuratorem vel absentem non peruenit eum quo contraxit: an scilicet tenebit factum procuratoris? Et dicit Aſten. vbi suprà, quòd non. intellige cora Deo & ecclesia, si constet de dissensu: quia ibi deficit consensus, sine quo matrimonium non tenet. xxvij. quæſt. ij. sufficit. Argumentum autem in contrarium est de procuratoribus. cap. in præsentia. Sed hoc esse credimus speciale in matrimonio, scilicet quòd non reueat, etiam si reuocatio ad procuratorem non peruenit: modò constet de dissensu contrahentis: vt dicit Innocent. in cap. iuuenis. de sponſ. & habetur extra de procurat. capi. fin. lib. vj ¶. Duodecimò quæritur, †vtrum & quomodo possit matrimonium contrahi per literas & nuntios? Et dico quòd secundum Ray. iuncta glo. sua contrahi potest per literas aut nuntiũ: sed si ille vel illa, cui mittuntur, nulli exprimat consensum suum: credit sine præiudicio quod quantumcunq; consentiat: non sit matrimonium, sed tunc demum erit, quando notificauit, significando illi, qui misit literas, vel etiam alij. Ratio autem est, quia ad matrimonium consensus non sufficit, nisi fuerit expressus. facit cap. cum apud. argu. xxxij. quæſt. ij. honorantur. Et idem Rodenſis & Aſten. & si ipsi nũtio procuratorio notificaret, non esset dubium quòd valet: quia, vt dicit Aſten. idem est ac si notificaret mittenti: si autem notificet ipsi mittenti, vel etiã alij, volunt prædicti quod valeat. ¶ Decimotertio quæritur, †vtrum teneat reuocatio, si dominus nuntij vel procuratoris iurauit non reuocare? Et dicit Dire. libro j. quòd sic, licet sit periurus. ¶ Decimoquartò quæritur, † quis sit modus cõtrahendi matrimonium vel sponsalia per procuratorem? Et dicit Ioannes Andreas. in cap. procurator. de procur. libro vj. quòd si contrahantur sponsalia, dicendum est sic: Promitto tibi de mandato talis domini mei, & nomine eiusdem quòd ipse te ducet in vxorem. & hoc in animam suã iuro. & versa vice puella respondebit: promitto tibi nomine domini mei recipienti, & tibi per te, quòd ego ducam ipsum in virum, nisi steterit per ipsum: & hoc iuro. In matrimonio verò de præsenti dicetur sic: Talis dominus meus mandat tibi quòd ipse per me, siue mediante me, & tibi nuntiante, accipiat te & consentit in te eanquã in vxorem suam. & econtrario respondet puella: & ego te mediante dominum tuum recipio in meum virum, cum ipse te mediante me in suam recipiat, & in eum consentio tanquam in dominum & maritum.

Rur

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rursus de Matrimonio.vj.quantum ad eius impedimenta in genere.

1 *Matrimonij impedimenta varia.& num seq.*
5 *Papa an dispenset in impedimentis matrimonij.*
6 *Episcopus quando dispenset de impedimentis matrimonij.*
7 *Impedimenta matrimonij qualiter inquirenda : & quid de scientes.& num.seq.*

MATRIMONIVM rursus sextò cõsiderari potest quantũ ad impedimenta impedientia illud siue impediãt & non dirimant, siue faciãt vtrunq; :& quantum ad vtraq; teorsum, & cõmuniter, siue in genere, vt modò facimus.¶ † Primò ergo quæritur quid circa impedimenta scripserit S. Tho. Et dico quòd, vt colligitur ex iiij. Sent. & iiij. contra Gentiles summariè & cõclusiuè scripsit sic. ¶ Impedimenta dirimẽtia matrimoniũ cõtractum sunt xvj. vt j. quòd tamen intelligitur si illud præcedant: quia matrimonium ritè cõtractum per nullũ impedimentũ sequẽs potest dirimi. Quicquid autẽ impedit matrimoniũ in uno coniugũ, impedit in alio: quia claudicare nõ potest. ¶ Vis tollit matrimonium, & similiter metus, si cadat in constantẽ virũ, & nõ aliter. Quælibet perpetua impotentia coeundi dirimit matrimoniũ contractũ, non autem tẽporalis: sed non potest impedimentum esse perpetuũ in viro respectu vnius personæ & nõ alterius: sed accidẽtale, vt abominatio mulieris. ¶ Quælibet frigiditas impedit matrimoniũ, si ignoratur, nõ autem si sciatur: & ad frigiditatẽ reducit calor perpetuò impediens coitum: & quilibet alius defectus naturalis: quia frigiditas magis & sæpius impedit. ¶ Ecclesia dat triennium ad expediendum efficaciter si impedimentũ impotentiæ sit perpetuum. ¶ Senes sunt callidi sufficienter ad coitũ, nõ ad generationẽ: ideo permittitur eis matrimoniũ, vt est in remediũ, nõ autẽ vt est in officium. ¶ Frigiditas in muliere nõ impedit matrimonium, sed arctitudo: cuius est indiciũ idem sicut de frigiditate in viro: similiter nec sterilitas: quia non caret fine maternitate in viro: similiter nec sterilitas: quia non caret fine matrimonij: vt est in remediũ, sed solùm vt est in officiũ. ¶ Statur iuramẽto viri asserẽtis se cognouisse vxorẽ, nisi ipsa probet oppositũ per aspectũ sui corporis. ¶ Lepra nec matrimonium impedit, nec actũ eius primũ: nec dirimit illud: sed dat aliqua grauamina quo ad actus seruãdos. ¶ Error personæ vel cõditionis impedit matrimoniũ iure naturali: & dirimit contractum. nõ autẽ error nobilitatis vel dignitatis: nisi inquantum redundat in errorẽ personæ. Furia & defectus ætatis reducuntur ad impedimẽtum erroris: & primum, id est, furia, si præcedit matrimonium, impedit illud, & dirimit, nisi habeatur lucidum interuallum quando contrahitur: reliqua verò, id est, defectus ætatis siue ante pubertatẽ, de qua titulo priore. §. j. similiter impedit & dirimit. Possent tamen pueri citius se obligare matrimonio quàm religioni & alijs cõtractibus: quia ad illud natura inclinat, & minus rationis requiritur. ¶ Seruitus ignorata impedit & dirimit matrimonium cum persona libera: nõ autẽ cum alia persona serua: siue sit ignorata siue scita, similiter nec libertas, siue sit ignorata siue scita. ¶ Seruus potest cõtrahere matrimonium, & vouere continentiam, nesciente aut etiam contradicẽte domino: & si volente domino cõtrahit, debet præterire dominum propter coniugẽ: sed ecõuerso si noluit. ¶ Infidelitas si præcedit, impedit matrimoniũ cum fideli, & dirimit: sed si fideles contrahit cum infideli hæretica baptizata, matrimoniũ tenet: cum fideli autẽ nõ baptizato, id est, catechumeno, non tenet. ¶ Tenet autem matrimonium infidelium in gradibus prohibitis ab ecclesia tantùm: non autẽ in prohibitis à Deo: quia subduntur statutis Dei, non autem ecclesiæ. ¶ Et si baptizetur infidelis habens plures vxores, debet stare cum prima tantùm etiam si sit repudiata, si est cõuersa. ¶ Si autem recedat fidelis à coniuge infideli nitente cõtra fidẽ, contrahere potest cum alia: non autem si cohabitare velit sine iniuria. Potest etiam ingredi religionẽ vel sumere ordines, nec restituetur infideli, si postea cõuertatur. modò prius moneatur. ¶ Secundò quæritur, † quæ & quot sunt impedimenta matrimonij? Et dico secundũ Sanc. Tho, iiij. distinct. xxxiiij. q. j. art. j. quòd quædam impedimenta impediũt matrimonium contrahendum, sed non dirimunt cõtractum, inquantũ scilicet faciunt vt contrahi non possit sine peccato: si tamen contrahat de facto, tenet: sicut interdictum ecclesiæ & tempus feriatum. vnde versus: Ecclesiæ vetitum, necnon tẽpus feriatum, Impediunt fieri, permittunt tuncta teneri. Quędã verò impediunt & dirimunt: quia scilicet si de facto contrahatur cum peccato vel sine, non tenet: quæ in his versibus continẽtur: Error, conditio, votum, cognatio, crimen, Cultus disparitas, ius, ordo, ligamen, honestas, Si sis affinis, si forte coire nequibis: Hæc iocanda vetãt cõnubia, facta retractant. hęc exillo. Et sic Thomistæ attribuũt illi quę prima impedimenta sunt duo. quod verũ est de impedimẽtis, quæ directe impediunt, & ad alia impedimenta nõ reducuntur: aliter sunt multo plura: quia impedit & nõ dirimit etiam vinculũ sponsalium, sed indirectè inquantũ ratione datæ fidei ad ista quis prohibetur contrahere cum alia: & quædam crimina, sed reducitur ad impedimentũ criminis: & catechismus, sed reducitur ad cognationẽ spiritualem: & votũ simplex, sed reducitur ad impedimentũ voti. Consuetudo verò etiã aliquando impedit solùm. aliquando etiã dirimit, vt suprà Matrimonij. §. iij. sed reducitur semper ad aliquod prædictorũ, vt ibi patet: vbi etiam patet de statutis ciuitatum ibi. §. iiij. Et similiter attribuunt ei quòd secunda sunt sexdecim. quod verũ est cognatione diuisa in tria: vel §. & crimine sumpto pro vno impedimẽto, quamuis sint plura: & errore diuiso in duo. Sed intellige, vt dictum est, quòd secunda dirimunt si præueniant matrimoniũ: nõ quia dirimant verum matrimoniũ, vt idem dicit, sed quia dirimũt illud quod cõtractũ est de facto & nõ de iure. Si verò sequatur, nõ dirimũt nisi votũ religiõis cum effectu, quãdo scilicet quis cõtracto & nõ consummato matrimonio religionẽ ingreditur: vt in c. verũ. de conuer. coniug. & c. ex publico. & c. ex parte. el ij. Et intellige profitẽdo secundum Tho. in iiij. distinct. xxj. id est, quousq; in religioni falsẽ tacita professione obligatus, intra quod tempus beneficium ingredientis non est alteri conferendum sine eius assensu. de regula. beneficium. lib. vj. quod Suppl. intelligit de religione etiam in genere: sed male, quia in genere nõ potest obligari professione, sed solo voto simplici, quod non dirimit. Et si obijciatur de eo qui voluit absolutè vitã mutare: dico quod hoc non est profiteri propriè, nisi aliquis suscipiat istam professionem: & tunc est tali religioni obligatus: sed est vouere aut profiteri impropiè, id est, quantum in se est & de hoc infrà Religio. v. §. viij. Ante professionem etiam, saltem tacitam, non dirimitur etiam secũdum Petrum. Quidam etiam dicere voluerunt quòd dirimitur per sacri ordinis susceptionem. Sed contrarium declaratũ est hodie per extrauag. Iohannem xxij. quæ incipit, antiquæ. vt dicit gl. in c. quod votum. de voto & voto. re. lib. vj. per c. ex parte. el ij. de conuer. coniu. ¶ Tertiò quæritur, † quid agẽdum quãdo Doctores discordant circa aliquod impedimentũ matrimonij? Et dicit Host. quòd tolerabilius est aliquos cõtra statuta hominũ copulatos dimittere simul, quàm sic coniunctos cõtra Dei statuta separare. ex tra de testib. c. licet ex quadã. & quod vbicunq; dicunt lolutra de testib. c. licet ex quadã. & quod vbicunq; dicunt solutum matrimoniũ, si nõ adducunt ius expressum, dicẽti contrariũ

allũ ere as. arg. d. cap. licet. in fi. Pro quo facit quod not. Pan. in cap. fi vir. de cogn. spi. dictum Host. esse verum: sed limitat illud, nisi opinio communis haberet quasi textum pro se. in alijs autem, vbi doctores in aliquo articulo sunt varij, sequenda est opinio humanior, id est, rationabilior & æquior: & si vtraque opinio est rationabilis, sequendum est iudicium plurimorum, secundum Host. & Ber. Ad quod bonus text. in simili xix. dist. j. canonicis. Idem ferè dicit in cap. fi. de sentẽ. & re iudi. & dicit confirmari dictum prædictum Hosti. per d. cap. fin. Sed limitat, nisi opinio illius Doctoris sit euidenter falsa, vel probabilibus rationibus conuincibilis. Limita etiam tertiò quando illud matrimonium potest habere suum effectum: aliàs non esset iudicandum pro eo ad dictum vnius contra communem opinionem: vt infrà Matrimonium. vij. impedimento xiij. scilicet de impotentia coeundi. in fin.

4 ¶ Quartò quæritur, † quid si ecclesia præcipiat, alicui coniugum cohabitare cum altero: & ille, cui præcipitur, sciat inter se impedimentum. Et dicit Hug. quòd hoc casu obedire debet quantum ad cohabitationem & necessariorum exhibitionem: quantumverò ad redditionem debiti, non tenetur. Nam obedire debet quantum potest sine peccato: vt in cap.

3 inquisitioni. de sent. excom. ¶ Quintò quæritur, † vtrum papa dispensare possit in omnibus prædictis impedimentis? Et dico tria. ¶ Primum. In impedimentis, quæ remouent consensum, sine quo non est matrimonium, cuiusmodi sunt impedimentum erroris, personæ, & metus: papa dispensare non potest: quia etiam non potest supplere consensum. ¶ Secundum. In illis similiter impedimentis quæ sunt diuini aut naturalis iuris, cuiusmodi est consanguinitatis & affinitatis vsq; ad secundum gradũ in linea inæqualis: non potest dispensare generaliter ea tollendo: vtrum autem hoc possit in particulari casu ex causa, sicut tenuit Ioan. Andr. & refert ac sequitur Panor. in cap. literas. de resti. spol. vide infrà Papa. §. xvij. & vlti. & per Canonistas in d. cap. literas. & in cap. per venerabilem. qui filij sint legi. & in cap. proposuit. de concess. præben. vbi variè loquuntur. Similiter etiam quantum ad impedimentum ligaminis, inquantum est de iure diuino, vide infrà Papa. §. xvj. In illis verò impedimentis quæ sunt ex statuto ecclesiæ, cuiusmodi est impedimentum interdicti ecclesiæ, feriarum, & conditionis seruilis secundum Richa. & Per. de Pa. & voti castitatis: nisi solemnizetur professione. de quo j. Votum iiij. §. v. & cognationis spiritualis ac legalis, & criminis, & disparitatis cultus, & ordinis, & publicæ honestatis, & consanguinitatis ac affinitatis, quantum ad aliquos gradus, puta in iiij. & iij. imò secundum Arch. post Petr. de Pal. quandoq; in ij, puta collateralium æqualiter, cuiusmodi sunt filij duorum fratrum. & consuetudinis papa dispensare potest. & si post matrimonium, quod nullum fuit propter aliquod impedimentum papa dispenset, non ratificatur propter hoc matrimonium quo ad Deum, etiam si interuenisset copula, secundum Arc. sed opus est nouo consensu: qui si copulam sequatur, sufficit etiam sine verbis: vt videtur dicere Rich. in iiij. dist. xl. in quodam simili. ¶ Tertium, de impotentia coeundi dicit Sum. Ang. quòd est ex ecclesiæ statutos quia posse generare non est de substantia matrimonij: alioquin senes contrahere non possent. Sed oppositum est de mente S. Tho. in iiij. dist. xxxiij. q. j. ar. ij. qui dicit quòd posse coire est de essentia matrimonij, in quo datur potestas in corpus vtriusq; quantum ad copulam carnalem: & quòd senes, licet nequeant generare, possunt tamen coire: & sic matrimonium competit eis vt est in remedium. & ita tenet Archi. licet aliter recitet, teneri à Petr. de Pal. ¶ Sextò quæritur, † vtrum episcopus possit similiter dispensare in aliquo prædictorum impedimentorum? Et dico quòd sic in interdicto ecclesiæ speciali facto à suo inferiori: & in impedimento criminis impedientis solùm, & non dirimentis: de quo j. Matrimonium. vij. impedimento vj. non autem in interdicto facto à superiori suo, neq; in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis, neque in crimimbus dirimentibus, de quibus j. Matrimonium. viij. impedimento ix. aut in alijs quibuscunque impedimentis matrimonij ne contrahatur, dispensare non potest, nisi in casibus, de quibus j. Dispensatio. §. ix. dictum est, episcopum posse dispensare contra canonem vel concilium. ¶ Septimò quæritur, † vtrum & quomodo ante matrimonium inquirendum sit de prædictis? Et dico multa. ¶ Primum. Ante matrimonium debent in ecclesijs banna publicè per presbyteros proponi: vt intra competentem terminum qui scit impedimentum proponat. & si apparuerit probabilis coniectura contra copulam futuram, interdicatur expresse, donec constet quid fieri debeat: aliter si contraherent sine bannis, aut post prohibitionem, & extiterit impedimentum, puta gradus prohibiti: tunc filij dicentur illegitimi: & non excusabuntur propter ignorantiam parentum: necnon sacerdos, qui tales cõiunctiones inhibere cõtempserit, vel regularis, qui interesse præsumpserit: per triennium ab officio suspendatur: qui verò falsum impedimentum malitiosè obiecerit, canonicã nõ effugiet vltionem extra de cland. despon. cùm inhibitio.

7 ¶ Secundum. Huiusmodi autem solemnizatio regulariter edit sub præcepto: sic quòd secundum Arc. post Pe. de Pa. vbi seruatur mortale esset illam omittere. quod limita secundũ eundem Pe. nisi tales essent iuris ignari, secundum Asten. de mente Rodentonis, si fiat sine causa: quia ex causa dimitti possent huiusmodi banna & consuetæ solemnitates, secundũ Hug. puta, quia fortè vir est senex & erubescit cõtrahere cũ tãta solemnitate: aut accepit ignobilem, cùm ipse sit nobilis: aut econtrario: & timet eius parentes: vel fortè quia diu mãserunt sicut vir & vxor: & modò erubescunt adhibere solennitatem. de hoc j. Matrimonium. ij. §. xvij parti. iij. Credit autem quòd in talibus ex causa per episcopum, & non per inferiorem prælatum, dispensari possit. ¶ Tertiũ m. Laici autem præstantes suam præsentiam matrimonijs clandestinis, comprehenduntur secundum Doc. ex mente literæ, licet non ex verbis: & sic est eis pœnitentia imponenda sicut & clericis.

¶ Quartum. Licet autem dicatur in ecclesijs: tamen secundũ Pan. vbi j. si antiqui eorum, qui volunt contrahere, moram traxerunt in certa parochia: satis est in ea edicta proponi. Si verò in diuersis, proponi debent in diuersis, vel in locis publicis: puta, in prædicationibus. Secũm Abba. autẽ quidã episcopi non admittunt forenses ad matrimonium sine literis testimonialibus: quod est optimum: quia aliquando alicubi vxorati alibi accipiunt vxores. ¶ Quintum. Dicit autem Pan. in d. cap. cùm inhibitio. quòd eius dispositio secundum Docto. ex mente literæ habet locum in sponsalibus de futuro: quia in multis casibus transeunt in matrimonium ipso facto: vt in capite, is qui. de sponsalibus. & facit lex, oratio. ff. de sponsalibus. vbi dicitur quòd prohibito matrimonio, prohibita videntur esse etiam sponsalia. ¶ Sextum. Ex quo elicit quòd contrahentes sponsalia clandestinè, peccant: & iudex loci potest illa interdicere. Vbi tamen est consuetudo quòd ista banna non fiunt, sed solùm contrahuntur sponsalia solenniter & publicè multum ante matrimonium: & interim manifestari possit an subsit impedimentum: dicit Archiep. post Petrum de Palude, quòd omissio bannorum ratione contrariæ consuetudinis non est peccatum. ¶ Septimum. Non peccant etiam mortaliter, secundum Astesem de mente Rod. reges & principes & milites sine bannis contrahentes, vbi non est

consuetum

Universidad de Deusto
Biblioteca

consuetum eorum matrimonia banniri:nec quod dicitur in d.c.inhibitio.extenditur ad matrimonia nobilium,qui in ecclesia banniri non consueuerunt:nec secundum Host.ad eum qui vxorem vocat à remotis,& publicè nuntios mittit: quia sic in faciem ecclesiæ contrahere dicuntur.¶ Octauò quærit
8 tur,†quid sit de illo qui audiuit perpetuum impedimentum esse inter se & vxorem suam? Et dico secundum Verue.quòd si audiuit à fide digno etiam iurato,aut compatre suo,aut à publica fama vel proprio sacerdote,non ita credere tenetur quòd non credendo peccet mortaliter:tenetur tamen inquirere,cùm non debeat esse negligens suæ salutis : aliàs esset ignorantia affectata,quæ non excusat. Et si de dicto alicuius probabiliter dubitat,debitum tenetur reddere : sed exigere non debet. Si verò inuenerit ita esse pro constanti:nec exige re nec reddere debet.facit de sen.excom.inquisitioni. Si verò inquirendo nihil inuenit,vel audit hoc non à fide dignis : sic
9 debet conscientiam deponere.¶ Nonò quæritur,†vtrum peccet sacerdos,vel alius sciens impedimentum indicando hoc alteri coniugum vel ambobus,vel alter alteri? Et dicit Verue.c.quòd si probari non potest,dicendo agit indiscretè, nisi credat quòd audiens paratus sit in hac parte peritorum consilijs obedire. Si verò probari potest, & sciat hoc sacerdos parochialis vel alter coniugum, tenetur solenniter diuortium agere,nisi de consensu velint cohabitare vt germa
10 ni. De hoc ℨ.Confessio.iij. §.xij. ¶ Decimò quæritur,†quas pœnas incurrat contrahens cum prædictis impedimentis? Et dico quòd aliquando peccat mortaliter, & est excommunicatus:vt in impedimento consanguinitatis vel affinitatis,vel ordinis,aut voti solennis:vt ℨ.dictum est Excommunicatio. ix.§.xl. Aliquando verò peccat mortaliter solùm:vt in impedimento interdicti & feriarum,& in omni impedimento dirimente,nisi sit impedimentum erroris:in quo tamen mortaliter peccat qui alium fallit scienter : aut impedimentum metus,in quo est mortale cogere ad contrahendum.

Rursus de Matrimonio vij. quātū ad impedimenta,quæ impediūt tātum & non dirimūt.

Impedimenta quæ impediunt,& non dirimunt, sunt septem.

1 *Interdictum qualiter impedit matrimonium.*
2 *Feriæ qualiter impediunt matrimonium.*
3 *Sponsalia qualiter impediunt matrimonium cum alia.*
4 *Catechismus impedit contrahi matrimonium.*
5 *Votum qualiter impediat matrimonium.*
7 *Crimen qualiter impediat matrimonium.*

MATRIMONIVM rursus vij. considerari potest quantū ad impedimenta quæ solùm impediunt, & nequaquā dirimūt,ita quòd si de facto cōtrahatur, peccatur quidem etiā mortaliter:sed tamen matrimoniū tenet.quæ in genere sunt septem:vt patet ex dictis tit.priore. §.ij.scilicet interdictū,feriæ,sponsalia,catechismus,votū simplex,consuetudo,de qua Matrimoniū.ij.§.iij.& crimen. Sed crimen nō dirimens,sed impediens,diuiditur in sex,quę sunt incestus,vxoricidium,raptus alienæ sponsæ, suscepto pprij filij per dolū de fonte,interfectio presbyteri, & pœnitentia solennis. ¶ Primò ergo quæriſ,†quid iuris circa impedimentum interdicti? Et dico multa. ¶ Primū. Dupliciter matrimonium est cōtra interdictum secundū Pet.de Pal. Primò quia est cōtra statutum iuris:siue quia prohibetur tali tempore fieri:vt dicetur §.sequenti. siue quia prohibetur fieri tali modo:vt de clandestino dictum est ℨ.tit.priore.§.vij.& ℨ.Matrimonium.ij.§.xvij. Secundò, quia est contra interdictum,id est,contra præceptum hominis ministri iuris & ecclesiæ,propter aliquam legitimam causam prohibentis contractum.

¶ Secundum. Dicit autem Sum.Ang. quòd tale interdictum facere non potest,nisi is,qui potest de causa matrimoniali cognoscere:sicut episcopus,vel alius ordinarius,& qui habeat peritiam canonum.de consang.& affi.c.j. Sed quia in dicto capitulo dicitur sic:Causæ matrimonij sunt tractandæ per iudices discretos,qui potestatem habeant iudicandi,& ita tuta canonum non ignorent:ideo dico quòd d.Sum. multipliciter deficit. Primò,quia putat idem esse practicare causam matrimonij,& illud interdicere: cùm tamen parochialis sacerdos possit secundum,& non primum. & secundò,quia innuit quòd delegatus hoc nō possit.cuius contrarium dicit ibi glo.iij.quia innuit quòd ordinarius non habens peritiam canonum hoc nō possit:cùm tamen tex.intelligat quòd habeat peritiam per se,si causa est ei delegata:& hoc innuit gl. Si autem est ordinarius,sufficit quòd habeat assessorem peritum:alioquin nullus posset esse episcopus, nisi canonista. Et ideo dicit Pet.de Pal.quòd minister ad interdicendū matrimonium est sacerdos parochialis, qui potest matrimonia dispensare,& si nō iudicare:quia ipse habet inquirere de impedimento,& inhibere. Aut est officialis episcopi nō sacerdos,qui solos benedicit nubentes:aut archidiaconus vel Abbas habentes hoc ex consuetudine vel priuilegio, & habent iudicare,& si nō dispensare,si nō sunt sacerdotes. Aut est episcopus,vel eo superior,qui habet iudicare ratiōe iurisdictionis,& dispensare ratione ordinis cum cura. ¶ Tertium. Contrahentes contra istud interdictum ecclesiæ vel ministri,secundum Doc. peccant mortaliter:nisi fuerit dispensatum ab eo qui potest:& si causa,propter quam factum est interdictum,est perpetua,id est,ad nullum tempus restricta : puta si prohibetur fieri propter malū quod inde sequi pōt, sed gl.in c.tua.de spon.probato impedimento data sententia diuortij omnino separabuntur.de matri.contra.cōtra inter.cle.c.vlt. Si verò erat temporalis,id est, restricta ad certum tempus:vt si prohibetur propter veneration em dici vel dic nec cognoscatur:tenebit matrimonium, sed in pœnam debent ad tempus separari.extra eod.c.j.& ij. Et addit Pet.de Pal.quòd si inhibitio facta fuit ab inferiore à papa,vt ab episcopo vel parochiali:quanuis sit peccatum, tamen si nō est aliud impedimentū,intellige perpetuū, tenet.& idem si à papa facta est simpliciter:secus si prohibuerit decernendo ritum & inanè si secus factū fuerit, quia nullū:cum per hoc reddat eos inhabiles:sicut & phibendo matrimoniū per cognationem legalem,spiritualem,vel carnalem in gradu nō prohibito lege diuina, huiusmodi reddit inhabiles. ¶ Quartum. Sponsalia legitimā de futuro non dirimunt matrimonium postea contractū per verba de præsenti cum alia contra interdictum ecclesiæ.extra eo.c.ij. Quid autem possit papa circa inhabilitationem personarū ad marrimoniū,videtur Papa.§.xvij. ¶ Secundò quæritur,†quid iuris circa impedimentum feriarum? Et dico multa. ¶ Primum. Tempus feriarum in proposito quantum ad nuptias secundum Sanctum Thomam in iiij.dist.xxxij.est ab Aduentu vsque ad Epiphaniam,propter communionem,quæ secundum antiquos canones fieri in Natiuitate communiter solet.& à Septuagesima vsque ad octauam Paschæ propter communionem Pascha lem:& à tribus diebus ante Ascensioem vsque ad octauam Pentecostes:propter præparationem ad communionem illo tempore sumendam. Et de primis duobus temporibus habetur xxxij.q.iiij.non oportet.& tribus c.seq. de ultimo verò extra de fer.capellanus.vbi etiam Verue.dicit.quòd contrarium faciens mortaliter peccat. ¶ Secundum. In prædictis temporibus non includitur octaua Epiphaniæ, cùm dicitur,vsque ad Epiphaniam:quia,vt dicit Io. And. licet

hoc multorum locorum approbet consuetudo, non tamen videtur iure probari : vnde putat quòd post primum diem Epiphaniæ contrahantur nuptiæ. Et hoc tenet cessante opposita consuetudine:quia in d.c.non oportet.nihil dicitur de octaua:nec inuenitur iure prohibitum. Et si canon hoc voluisset,certè expressisset,sicut expressit de octauis Paschæ in d.c.non oportet.& de octauis Pentecostes,in d.c.capellanus. Sed nec San.Tho.aut magister sententiarum de hoc aliquid dicunt:& aperta ratio hoc suadet:quia ille duæ octauę sub interdicto includuntur,vt sumpta communione aliquan to tempore vacetur diuinis. quod in communione Natalis sic satis.etiam remota octaua Epiphaniæ. Opinio tamen Host.& Pet.de Pal.tenentium contrarium seruanda est,vbi hoc habet consuetudo:quia in contrahendo matrimonio seruanda est consuetudo honesta.de cōsan.&affin.c.quod dilectio.& l.si de interpretatione.ff.de legibus. ¶ Tertium. Simiter in prædictis temporibus non includitur illa dominica, quæ est post Pentecosten,quæ est octaua dies à festo Pentecostes:sed in ea possunt nuptiæ celebrari: cum festum Pentecostes non habeat diem octauam : vt in d.c.capellanus. & ita tenet Sup.post Arch.& Pis.& Sum.Conf.Ray. & Pet.de Pal.& est textus clarus & apertus in d.c.capellanus.qui licet variè loquatur,modò alludens ad opiniones,quas ibi recitat modò ad consuetudinem aliquorum:tamen in decisione dicit quòd siue secundum canones à Septuagesima vsque post octauas Paschæ,siue iuxta consuetudinem ecclesiæ Ro.vsq; post septem dies festi Pentecostes,quod caret octauis,nuptię suspenduntur,in dominica quæ sequitur,& deinceps possunt licitè celebrari. Sed Sum.Ang.innixa nouæ expositioni Panorm.dicit interdici nuptias à primo die Rogationum vsque ad octauam Pentecostes inclusiue:quia dicit tex.in d.cap.capellanus.post septem dies post festum Pentecostes. nō enim essent septem,nisi dominica includeretur. & facit quòd ibi dicit tres septimanas,quæ non essent, nisi includeretur. Sed tam iste quam Panor.male adducit tex.qui non dicit post festum,sed festi Pētecostes,ita quòd ipse dies primus est vnus de septem:scipsæ tres hebdomadę sunt saltem per synecdochen. Et quia vterq; malè ponderauit tex.& consequenter ceciderunt in malam opinionem:ad saluandum literā cogunt dare expositiones extortas & ridiculosas:vt patet intuenti.Sum.etiam Rosel.consensit ei ex eodem motiuo. Illud tamen est aduertendum non esse idem de octaua die Paschæ in quo nuptiæ celebrari non possunt secundum omnes. Vnde notanter dicit tex.post octauas Paschæ,& post septem dies festi Pētecostes. Et ratio diuersitatis est tum quia festum Pentecostes non habet octauam:tum quia in octaua die occurrit festum solenne Trinitatis,in quo tamen non fit communio:vnde in eo conceduntur nuptiæ, quæ in die solenni fieri consueuerunt. ¶ Quartum. Secūdum Archi.autem post Pet.de Pal. ante septuagesimam vsque ad completorium licitè nuptiæ celebrantur:quia licet secundum veram & nouā legem à vespera ad vesperam festa celebrentur,tamen in Septuagesima officium sibi proprium,quod abdicat cātica lætitiæ,incipit in Cōpletorio,quado primò intermittitur halle luia. Officium verò Aduētus proprium perfectè incipit à vesperis sabbati præcedētis.vnde ex tunc contrahere nō licet. In alijs autem diebus non solùm vesperæ,sed etiam completorium sunt de tempore præcedente per se loquendo : licet per accidens superueniente maiori festo nihil fiat de illo cōpletorio:vel solùm memoria in vesperis. Vnde non à primis vesperis Trinitatis licet contrahere:sed à principio noctis vel media nocte,aut verius à mane in antea. Et licet ita sit de iure subtilitate:quia tamen consuetudo est optima legum interpres, sequenda est consuetudo terræ diu à prælatis scita & dissimulata.vnde in multis terris etiam nocte profunda in vigilia Aduentus & Septuagesimæ nuptias faciunt: sed si post mediam noctem facerent,esset corruptela:quia media nocte more Romano dies incipit.ff.de ferijs.l.more. Vnde sicut nulla consuetudo excusaret in dicto si nec post mediam noctem,sed certum esset contra canones esse. ¶ Quintum. Circa ea,quæ his temporibus prohibentur,S.Tho.in iiij.dist. xxxij.sic dicit:Quando nouæ sponsæ traduncuntur, animus coniugum magis ex ipsa nouitate ad curam carnalium occupatur:ideoque in nuptijs consueuerunt multa signa ostendi lætitiæ dissolutæ,propter quod in temporibus illis,in quibus præcipuè debent homines se ad spiritualia eleuare,prohibitum est nuptias celebrare:quæ sunt tempora prædicta. Hæc ex illo. Igitur secundum omnes dictis temporibus prohiberur traductio vxoris,& omnis celebratio nuptiarum:& secundum omnes etiam licitum est contrahere perverba de futuro. Sed de quibusdam est dubium. Primò de contractu per verba de præsenti. Nam Pe.de Pal.dicit hoc non licere: quia talis contractus non debet fieri clandestinè:sed in faciem ecclesiæ. In faciem autem ecclesiæ non videtur faciendum,sicut nec benedictio nuptialis. Et idem eadem ratione sensit Host.in Sum.dicens quòd his diebus ecclesia suam authoritatem non interponit.licet in d.ca capellanus. extra de fer.hoc non affirmet Rayne.autem dicit hoc licere:nisi fiat cum magnis solennitatibus conuiuiorum,& huiusmodi:quia fit solo consensu:prohibetur autem solùm traductio vxoris & omnis celebritas nuptiarum.extra de matri.cont. con.inter.ecc.per totum.xxxiij.q.iiij.non oportet.cum tribus c.seq. Soluit autem Arch.dicens standum esse consuetudini. Et bene dicit:& consequenter vtraque opinio est vera ex consuetudine in diuersis locis vel temporibus. Soluitur etiam & aliter,quòd prima opinio est vera,vbi celebritas interuenit: secunda verò,vbi sit sine celebritate per verba de præsenti in faciem ecclesiæ:quo modo potest omni tempore contrahi: vt expresse patet in d.c.capellanus.vbi istam solutionem intendit vel innuit Pan.vt ibi patet per multa. Ad rationem autem Pet.de Pal.dico quòd potest contrahi in faciem ecclesię id est,coram testibus absq; benedictione sine peccato: quia ipsa benedictio non datur in ipso contractu,sed in traductione vel propter traductionem. ¶ Dubitatur secundò de traductione sine solennitate conuiuij. Nam Sum.Ang.contra Ro. sentit quòd licitè fieri possit quando vir prius habuit aliam vxorem,& vxor alium virum. Sed oppositum tenuit Sum. Ros.& etiam Pan.vbi ℨ.& Mo. & Alten. & est de mente S. Tho.etiam cessante conuiuio ex ipsa nouitate traductionis animus circa carnalia & voluptuosa occupatur:vnde in c.nec vxorem.xxxiij.q.iiij.dicitur simpliciter,nec vxorem ducere. & sic non prohibetur ibi solennitas solùm.verum etiam traductio. ¶ Dubitatur tertiò de copula carnali consummante matrimonium. Nam Sum.Ang.sentit quòd liceat, si sponsi non sunt virgines,sed aliàs contraxerunt : vt patet ex dictis: sed Sum.Ros.tenet quòd consummatio matrimonij prima vice sit mortale:& consentit Arch.& Pet.de Pal. & Pan.vbi suprà.quod tamen fallit secundum Pet. de Palu. primò si vxor esset ritè benedicta:quia non esset mortale exigere. secundò post primam consummationem.& licet S.Tho.vbi ℨ. dicat non esse prohibitum his diebus debitum exigere : tamen loquitur quando iam sponsa est traducta. ¶ Sextum. Contra facientes autem prædictis sunt puniendi. nam contrahentes sunt separandi ad tempus. Et intelligitur secundum Panorm.donec durant feriæ.& idem gloss.in cap.non oportet.xxxiij.q.iiij.si tamen esset periculum incontinen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tix,secundum Per.de Pal.imponenda est alia pœnitentia & in ista dispensandum:sacerdos autem, qui dedit benedictionem huiusmodi temporibus, graui pœna, licet arbitraria, plectendus est.¶ Tertiò quæritur,† quid iuris de impedimento sponsalium? Et dico quòd qui sponsalia de futuro contraxit, nisi ipsa sponsalia aliquo licito modo soluantur, tenetur sub peccato mortali contrahere de præsenti cum eadem vel eodem: si tamen de facto facta fide contrahat de præsenti cum alio vel alia:tenebit secundus contractus. De his ff. Sponsalia.¶ † Quartò quæritur, quid iuris de catechismo? Et dico quòd ex catechismo contrahitur spiritualis cognatio:vt notatur in iiij.Sen.dis.iij.& habetur in c.quamuis.de cogna.spi. li.vj.Sed hæc cognatio impedit quidem matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum.extra eo.c.contracto.xxx.q.j.c.si quis filiastram.& eo.tit.li.vj.in c.per catechismū. Quomodo autem in catechismo computetur gradus: vide tit.seq.vbi agetur de cognatione spirituali.Quid etiam sit catechismus:vide ff. loco suo.¶ Quintò quæritur,† quid iuris de voto simplici:Et dico multa.¶ Primum.Votum de seruanda continentia simplex,id est,non solennizatum professione tacita vel expressa religionis approbatæ, nec sacri ordinis susceptione,impedit matrimonium contrahendum,sed non dirimit contractum.di. xxvij.per totum.in tex.& in gl. & secundum S.Tho.Ray.&no.Inno.c.ruſus.& c.consuluit. & c.insinuante.qui cle.vel vo.non obstante opinione Hugo. quam Ber.in d.c.ruſus.dicit rutiorem:quia licet vtrunq; votum æqualiter obliget quo ad Deum: tamen ecclesia per suam constitutionem noluit inhabilitare ad contrahendum vouentes simpliciter,sed solùm vouentes solenniter: vt patet per c.vnicum.de vot.libr.vj.& est communis opinio tam Canonistarum in tit.qui cle.vel vo.quàm Theologorum in iiij.di.xxxviij.Vnde dicit gl.in c.ruſus. quòd si non esset ecclesiæ constitutio,teneret matrimonium à religioso vel sacerdote seculari contractum.Sed de hoc ff.tit.seq.§.v.determinabitur.& ff. Votum.iiij.§.v.vttum ecclesia dispensare possit in voto solenni castitatis.¶ Secundum.Dicit autem Gasp. Cal.in d.c.ruſus.quòd habens tale votum mortaliter peccat contrahendo cum intentione consummandi: quia agit contra votum suum.xxvij.q.j.in multis.non autem si non habuit animum consummandi,sed intrandi religionem:quia in nullo facit contra votum suum.Et ita tenit Sum.Ange. contra Ros.sed tamen secundum S.Tho . agit implicitè contra votum suum: quia implicitè consentit in copulam carnalem, dando alteri potestatem sui corporis. Et licet non agatur contra votum,agitur tamen contra iura.di.xxij.si vir.& in c. consuluit.& in c.ruſus.qui cle.vel vo.& contra datam fidem deludendo alterum:& maximè secundum istum, secundum quem eo casu non esset matrimonium , cùm adsit intentio denegandi debitum.vnde eluditur sacramentum, exponendo etiam se periculo inconstantiæ carnis.Et ideo indistinctè dicendum est cum Arch.post mentem S.Tho.& Rich.quòd contrahendo mortaliter peccat , nisi certificetur per Spiritum sanctum quòd copula non sequatur:vt dicit Ric.& donec vxorem cognoscat,tenetur implere votum suum , eùm adhuc posit,scilicet intrando religionem , ea etiam inuita, Ea vero cognita religionem intrare non poterit ea inuita:& tenetur reddere debitum petenti,etiam interpretatiuè , secundum S.Tho.& Ric.petere verò sibi non licet,sed est mortale,secundum Ric.toties quoties:quia adhuc seruare debet votum suum quantum in ipso est quod etiam S.Tho . dicerer.¶ Tertium.Qui post tale votum simplex castitatis matrimonium contraxit,secundum Sum.Aug. sicut potuit sine mortali contrahere,pura cum intentione intrandi religionem:ita sine mortali potest consummare illud: vt si mutet propositum.quod potest facere sine peccato,cùm illud non sit voto firmatum:& deinde reddat debitum exactus , quod ad hoc tenetur.Sed Summa Rosel.hanc opinionem confutat per dicta Rich. dicens eam esse periculosam,& bene: & patet ex ratione Sancti Tho.quia talis adhuc tenetur ad votum suum impleudum, inquantum potest: & consequenter tenetur ad religionem.¶ Quartum.Quantum autem ad exactionem debiti,vtrum talis sine peccato possit exigere:dicunt sunt principales opiniones. vna quòd peccet solùm exigendo prima vice:vt recitatur in glos.in cap.si quis votum.xxvij. quæst.j.quia votum extinguitur per sequens matrimonium: vt notatur ibi in cap.de viduis.el ij.& sequitur Host.in dicto cap.ruſus.& vt dicit Summa Ang.& communiter doc. maximè Car.in d.cap.ruſus.dicens eam esse veriorem. Alia vero est quòd semper peccet mortaliter:quam tenet glosa in Agatosa.xxvij.q.ij.& in cap.quidam.& in cap.placet.de conuer.coniu.quam Ioann.And.Vincen.& communiter Theologi sequuntur.Sum.autem Ange.licet concordet vt prima sit vera, quando si nunquam peteret, redderet coniugium amis onerosum alteri : vnde petit gratia alterius,maximè si sit vir:secunda verò quando petit propter suum appetitum: tamen dicit quòd illa quæ dicit quòd exigere possit,non est minus verà quàm alia.Sed Summa Rosella,licet recitet Direc.dicentem.quòd si votum sequitur matrimonium,exigere non potest:si verò præcesit,peccat exigendo prima vice tantum:tamen tandem hanc opinionem meritò euertit per sententiam Richa.in iiij.dist.xxxviij.indistinctè tenens quòd exigere non potest qui ante vel post matrimonium fecit votum castitatis:& per rationem Sancti Tho.quia adhuc tenetur seruare votum suum quantum ad ea,in quibus non est facius impotens ad seruandum.Et adducit Sanct. Tho.pro ſundamento,quia mortua vxore contrahere non potest.quod etiam concedit Hugo.& Arch.xxx.q.j.de eo.& xxij.distinc. si vir.& xxxiij.quæstio.ij.antiqui.quia votum non erat ablatum,sed executio voti.Et hanc opinionem tenet Panormitanus tam sicns cum dictis glos.& Scot.& Ricar.Pet.San. Tho.& cæteri Theologi & Canonistæ.Iura autem allegata per alios concludunt tolùm quòd votum simplex impedit quidem sponsalia de futuro,sed non dirimit matrimonium sequens. Distinctio verò quam concordando adducit Summa Angel. est optima,& est Sanct.Tho.in iiij.dist.xxxviij.q.j.art.iij.q.ij. in fin.sed ipta concludit opinionem nostram:quia taliter potens gratia alterius,dicitur reddere,& non exigere:vt innuit S.Tho.vbi suprà.& expressè tenet glos.in d.cap.de viduis,& Aug.de Anchon.super Epistolis Pauli,dicens quod vxor tripliciter petit debitum,scilicet verbis,signis,& naturæ conditione:puta quia vir scit conditionem naturæ eius hoc debere petere:& tenetur vir etiam hoc tertio modo petenti reddere debitum,ne sit onerosus.¶ Quintum . Votum simplex sic impedit matrimonium contrahendum secundum Ro. quòd si talis,qui sic vouit,postea iurauit alicui quòd eam ducet,debet implere votum,& agere pœnitentiam de illicito iuramento.d.c.ruſus.& idem Host.Quod si primò iuratuit,& postea vouit,secundū Host.& Gof.prævalet iuramentum, licet possit intrare religionem.de spon.c.commissum. Vnde si votum esset de religione intranda,prævaleret.Nec tenetur prius exequi iuramentum secundum Paul.in d.c. missum.quia in contrahendo matrimonio intelligitur , si remaneat in eodē statu permanenti:vt in c.quemadmodum.de iureiu. quod nō est hic:quia si post matrimoniū contractū per verba de præsenti licitū est intrare religione sponsa inuita, vt in c.ij.&c.ex publico.de conuersi.coniuga.fortius post sponsalia de futuro:quia turpius ejicitur,quàm non admittitur hospes:vt in cap.quemadmodum.de iureiurād.Nec obst.d.cap. commissum.quod vult talem,si vult intrare religionem,priùs contrahere,vt iuramentum seruet:quia secundum Panorm.hoc est de consilio tantùm:quod ideo datur,ne noterentur periuri quo ad opinionē vulgi. ¶ Pro his aduerte quòd secundum dom.Anto.in cap.veniens.qui cler.vel vo.votum continentiæ post sponsalia de futuro,ea tollit,tanquam fortius.& idem sentit Gas.sed Hostien.sentit contrarium in dicto cap.ruſus,dicens quòd sponsalia non valent , si votum præcedit:sed si sequitur,compellitur voueus solēnizare,aut perficere spōsalia.& hoc est verius:quia cùm sponsæ sit orta obligatio,in præiudicium eius nō potuit vouere. Et hoc sentit Panormi.in dicto cap.veniens.& Dir.sed vide infrà Sponsalia.§.vij.¶ Sextum. Si ambo contrahentes habent votum simplex castitatis:matrimonium non tenet,secundum Ioā. xxvij.q.j.si quis votum.de viduis.el ij.Secundum alios autem communiter dicitur quòd tenet:sed neuter potest exigere nec reddere.& multo minus possunt exigere aut reddere,si ambo vouerunt post matrimonium.Et ita tenet Sum.Rosel.sed deficit secūdum aliquos:quia vterq; poterit reddere,sed neuter exigere,vt statim patebit.Sum.autem Ang.dicit quòd secundum Ioan.matrimonium tenet:sed re vera deficit : quia Ioā.malè allegatur,qui dicit quòd non tenet,vt melius allegat Sum.Ros.quia neuter potest exigere . & in hoc Io.malè dicit,& se impugnat subiungēdo casum,& dicēdo,Pone eos voluisse quòd nunquam exigerent:& dico quòd bene tenet matrimonium:quia vterque potest reddere : quia vterque scit alterum indigere nec posse exigere,reliquo debet commiseeri:& vterque reddere dicetur.Et ita in primo casu dicēdum est,secundum Sum.Ang.contra Ros.sed verior est opinio Rosel.vt neuter possit reddere sine dispensatiõe,de qua infrà par.vltim. Et ratio est : quia alter solus habens votum prædictum ideo potest reddere sine peccato:quia alteri obligatur ius petendi,cui personæ præiudicare non potuit.Vnde si alter non haberet ius petendi , quia etiam ipse vouit : iste non excusaretur reddendo : quia faceret contra votum suū sine causa necessaria.Et ita est in proposito in vtroque casu, scilicet siue votum præcedat matrimonium,siue sequatur: quia neuter habet ius exigendi expresse vel tacitè,nec ex inclinatione naturæ:quia talis inclinatio isto casu non est exactio debiti,sed tētatio fragilitatis,sicut & in soluto. Et hæc intelligē quando vterque scit impedimentum alterius.Si autem non habens votum contraheret scienter cum habente, peccat:quia participat cum eo in crimine:tamen matrimonium tenet:& poterit iste etiam exigere.¶ Septimū . Si quis vouit se nunquam redditurum debitum,si cum vxorem ducere contingat,secundum Ioan. vbi suprà , non obligat tale votum:quia est contra præceptum Apostoli de debito reddendo. xxiij.quæstio.iiij.§.his.¶ Octauum.Si quis vouerit castitatem respectu alicuius religionis:sed non omnia substantialia regulæ:dominus Antonius in capit.ruſus.qui cler.vel vo.vt refert Panorm.ibi,post multa concludit quòd aut vouit omnia substantialia religionis,sed non respectu certæ religionis:& tunc votum est simplex,nec matrimonium dirimit.Aut vouit omnia substantialia respectu certæ religiōis, ita quòd efficaciter est obligatus religioni:& tūc certum est matrimonium non tenere:vt in capite vnico.de voto . libro sexto.Aut vouit tantùm castitatem respectu certæ religiōis: & tunc dicit votum esse solennizatum & sequens matrimonium non tenere : licet iste non sit verè & strictè religiosus: vt quia se ad imperfectam & obedientiam non obligauit,& hoc per dictū caput vnicum.Sed quantum ad hoc Panormitanus tenet contrarium:quia illud caput vnicum , ad solennitatem voti requirit quòd fiat professio alicui probatæ religioni:& consequenter quòd profiteatur religionem probatam,ita vt verè sit religiosus illius religionis. Et si obijciatur de muliere,de qua in capite fina.qui cler.vel vouen.vide infrà Professio.§.j.¶ Nonum. Si habens votum simplex inquirat an possit contrahere matrimonium,secundum Host. respondendum est quòd non.Et si adijciat quærere,vtrum tenebit si contraxerit : non debet quis respondere: quia daret occasionem peccandi mortaliter,aut mentietur . Ego verò dico quòd nulli est illicitum,saltem sub pœna mortalis peccati,docere veritatem,vt dicendo quòd tenebit quidem,sed tamen mortaliter peccabit:nec est dare occasionem peccandi , sed sumere: alioquin occasionem darent,qui canones & lecturas exhibent oculis omnium ad legendum:debemus tamentales prudenter deludere , secundum Hostiē.quia non solùm non debemus dare occasionem peccati,sed etiam debemus ab eo,quantum possumus,auertere peccare paratos. Dicit autem Sum.Ang.quòd si votum non seruat,se non videre quomodo facere volenti maius malum non possit dici vt eo dimisso faciat minus.xiij.dist.nerui.cum similibus.Sed istud est verum,vt ibi dicitur,si sine peccato nullus patet aditus: quia eo casu essent eligenda minora : qui casus non est possibilis absolutè:alioquin necessario peccaremus : sed solùm ex suppositione alicuius iniquæ volitionis.Et ideo sicut non sunt facienda à nobis mala minora,vt alij euitent maiora:sic nec consulenda sunt. Alioquin licitum esset nobis cōplacere in eo,quod non licet facere.¶ Decimum.Idem iudicium quantum ad hoc & omnia prædicta est de muliere respectu viri,sicut de viro respectu mulieris:& similiter de iuramento,sicut de voto:vt si quis iurauit tenere castitatem, contrahere non possit,licet teneat contractus. De quo vide xxvij.q.j.si quis votum.in glossa.¶ Vndecimum. Vtrum autem dispensare possit episcopus in voto castitatis,aut non ubendi,infrà Votum.iiij.§.ij.&.iiij.Quantum autē ad posse exigere eum qui contraxit post simplex votum castitatis,cōmuniter tenent moderniores in d.c. ruſus. quòd episcopus possit dispensare ex causa legitima.quod verum est modo quo dictum est suprà Debitum.§.viij. Et causa legitima est periculum animæ aut ex mora aut ex impossibilitate omnino adeundi Romam:aliàs requiritur authoritas apostolica: vt dicit Sanc Tho.in iij.quolib.q.vij,arti.j.Et ratio ex doctrina eius sumitur,vt suprà dictum est:quia ista obligatio non exigendi venit ex obligatione voti : vnde ille solus potest hanc tollere,qui & illam.¶ Sextò quæritur,† quid iuris circa impedimentum criminis nō dirimentis? Et dico multa.¶ Primum.Sicut suprà dictum est,ex crimina matrimonium impediunt,sed non dirimunt.Primum est incestus,extra , de eo qui cog.consan.c.j.Secundum est vxoricidium.xxxiij.q.ij.admonere.& cap.inferiores.non tamen lego quòd econuerso mulier occidens maritum contrahere nō possit, niſi fecisset intentione habendi adulterum.Tertium,raptus sponsæ alterius.xxvij.q.ij.statutum.Quartum,lenatio propriæ filij de sacro fonte insidiando matrimonio,vt scilicet posset vxorem priuare debito coniugali xxx.quæst.j.de eo.de quo tit . seq. impedimento vj.Quintum,interfectio sacerdotis.de pœnit. & remissio.qui presbyterum.& ibi Panormitan . in verbo, coniunctus. dicit secundum vnam expositionem, hoc non habere locum , niſi prius interfector sit conuictus in foro contentioso. Sextum est id , propter quod quis solenniter pœnitet. xxxiij.quæstione.ij. de his & capit. antiqui. Septimum est , cum quis monialem scienter accipit in vxorem. xxvij. quæstio. j. hi verò.Sed istud reducitur ad incestum:vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

patet per glos.ibi. Hæc omnia crimina no.glo.in dicto cap. qui presbyterum.& xxxiij.quæst.ij.in cap.de pœnitētibus.& Sanct. Thom.& Ray.& Hostiē.¶ Secundum.Si tamē de incontinentia timeretur,secūdum Ray.debet episcopus cōcedere licentiam nubēdi.arg.xxxiij.quæst.ij.antiqui.& cap.in adolescentia.& extra de eo qui cog.consanguio.vxo. cap.ex literis.imò secundum Verue.sufficit licentia proprij sacerdotis:imò,secundum eundem,de consuetudine nō seruatur iste rigor petēdi licentiā.& idem Monal.& Roden.vnde & Io.in dicto cap.in adolescentia.tenet quòd inueniens incestuosus cō trahere potest sine dispensatione,sed non senex.& ita tenet Sum.Ange.Archidia.tamen post Pet.de Pal.dicit quòd sine dispensatione expressa non licet inuoluto aliquo prædictorum contrahere vel exigere:nec dicta consuetudo valet,nisi constet episcopos hoc diu scienter dissimulasse:aliter cōtrarium faciens peccat mortaliter.Et idem videtur sentire Sanctus Tho.in iiij.distinct.xxxiij.arti.vlt.& ita tene cum Sum. Ros.contra Angel.quia aliter consuedo dictas leges non tolleret,vt patet ex dictis suprà Consuetudo.§.vij. ¶ Tertium. Incestuosum non posse contrahere aut exigere,Sum.Angel. dicit verum nō solūm de incestuoso cum vxoris consanguinea,sed vniuersaliter.Sum.Rosel.verò dicit hoc verum esse & intelligi cùm quis cognoscit cōsanguineā vxoris,vel cognoscitur à consanguineo viri,si est mulier:vt addit Archid. & hæc est opinio Richardi & Archidia.& Sancti Thom.non obstante quòd non sit minus,sed maius peccatum cognoscere proprias consanguineas:vel permittēdo se cognosci à proprijs,si sunt mulieres:quia dicit Archidiac.quòd non reperitur in iure hoc de proprijs consanguineis,sicut de consanguineis coniugis.& Richar.dicit quòd non tantū iniuriatur matrimonio maritus per incestum cum consanguinea propria, quātum cum vxoris cōsanguinea. & Sanctus Thomas dicit quòd incestus ponit impedimentum non tam ratione culpæ quàm ratiōe affinitatis quam causat.Capitula autem quę allegat Sum.Ange.nihil faciūt ad oppositū:imò vbi dicit tex. esse clarū,est clarus in oppositū.Vide suprà Luxuria.§.iiij. multa ad hoc,ppositū.¶ Quartū. Viro licitū est vxorē adulterā occidere per viā iudicij ex zelo iustitiæ,nō liuore vindictæ.extra iudiciū verò nunquā hoc licet secundum legē diuinam:secundū ciuilem verò licet eo modo quo dictū est suprà Lex.§.x.vbi nihil habet de vxore,sed de filia & adultero.

Rursus de Matrimonio octauò,quantum ad impedimenta,quæ impediunt & dirimunt.

1 *Error qualiter impediat & dirimat matrimonium.*
2 *Conditio qualiter impediat & dirimat.& nu.seq.*
5 *Votum quando impediat & dirimat.*
6 *Cognatio qualiter impediat & dirimat.*
7 *Cognatio spiritualis qualiter impediat & dirimat.*
8 *Cognatio legalis qualiter impediat & dirimat.*
9 *Crimen qualiter impediat & dirimat.*
10 *Cultus disparitas qualiter impediat & dirimat.*
11 *Vis & violentia qualiter impediat & dirimat.*
12 *Ordo qualiter impediat & dirimat.*
13 *Allegatio qualiter impediat & dirimat.*
14 *Publica honestas qualiter impediat & dirimat.*
15 *Affinitas quando impediat & dirimat matrimonium.*
16 *Impotentia coēundi qualiter impediat & dirimat.*

MATRIMONIVM octauò cōsiderari pōt quantū ad impedimēta,quæ illud impediūt:inquantū scilicet,ppter illa est,phibitū,& dirimunt:inquantū si de facto contrahat,nullū est.huiusmodi autē impedimenta sunt sexdecim eo modo quo ī.Matrimonium.vj.§.ij.dictum est,contenta in dictis versibus:Error,conditio,&c.¶ Primò ergo cùm error dirimens sit duplex in proposito,scilicet personæ & conditionis,quæritur quid iuris de errore personæ? Et dico multa.¶ Primum.Error consensum remouet. Qui errat enim,non consentit.l.si per errorem.ff. de iurisdi.omnium iudicum.& errantis voluntas nulla est.l.cùm testamentum.C.de iur.& fac.igno.& errantis consensus nullus est: vt ibi dicitur in l.non idcirco.& facit xxix.q.j.iis.his ita respondetur.Et ratio horum est, quia error cognitionem remouet, quæ est causa consensus & omnium actuum voluntatis,dicente Augustino.de Trini.quòd inuita diligere possumus,incognita nequaquam. ¶ Secundum. Omnimoda ignorantia alicuius remouet errorem circa personam eius.Vnde secundum Rayner.ad errandum in personam alicuius requiritur aliqua eius notitia pervisum,vel auditum,vel famam,de persona absente,quæ creditur esse ista præsens:quia errare est alium pro alio accipere.xxij.quæstio.ij.in quibus. quod esse non potest,nisi de illo,loco cuius alium ponimus,aliqualem notitiam habeamus:quia,vt dictum est,in penitus ignotum nec affectum nec consensum possumus dirigere:argumen.l. cùm ab eo.§.massam.ff.de contrahen.emp.¶ Tertium.Circa matrimonium quadruplex est error,secundum Dir.scilicet fortunæ,qualitatis,personæ,& conditionis,scilicet seruilis.Igitur error conditionis matrimonium tollit & dirimit: de quo tamen,§.seq.& similiter error personæ:puta quia credit quis se contrahere cum Berta,& contrahit cum Margarita,quam credit esse Bertam.Cuius ratio iam patet ex dictis:quia non est consensus qui est causa matrimonij.Secus assignat Sanc.Tho.in iiij.dist xxx.dicens quòd errorem, qui matrimonium impedit, oportet esse alicuius eorum, quæ sunt de essentia matrimonij: quod quidem cùm duo inducat,scilicet personas,quę coniunguntur,& mutuam inuicem potestatem,in qua matrimonium consistit:primum tollitur per errorem personæ:&secundum per errorem conditionis. Error autem qualitatis,cùm putatur nobilis ille,qui est rusticus:vel casta illa,quæ est meretrix:aut virgo illa,quæ est corrupta,non tollit matrimonium.quinimo illud tenet.xxix.q.j.error.&.c.his ita.nisi secundum S.Thom.iste error redundaret in personam:vt parti.seq. Notauit tamen Hugo.xxxvij.quæs.ij.raptor.quòd qui de futuro desponsauit contrapram,quam virginem credebat:comperta postmodum veritate ante copulam non est compellendus consummare matrimonium cum ea:quia per hoc impediretur eius promotio ad ordines ecclesiasticos.Similiter nec error fortunæ:vt cùm quis putatur diues,& est pauper, matrimonium non tollit vt patet ex iuribus allegatis. ¶ Quartum.Si aliqua nobilis mulier Romana contrahat cum rustico Gallicano asserens se filium regis Angliæ,cum non sit, sicut aliquando accidit de facto,quidam,vt Rayn.secundum Supple.dicunt matrimonium tenere:quia fuit error qualitatis, & non personæ. Sed Hostiens.dicit contrarium:quia est error,inquit, personæ:cùm vbique habeatur notitia regis Angliæ:quia contingit in personam filij regis Angliæ, & non in personam præsentem.S.Tho.autem in iiij.dist.xx.virtualiter distinguit dicens:Si error nobilitatis vel dignitatis redundat in errorem personæ:tunc impedit matrimonium. Vnde si consensus mulieris feratur in istam personam directè,error de nobilitate ipsius non impedit matrimonium: si autem directè intendit consentire in filium regis,quicunque sit ille:tunc si alius præsentetur illi,quàm filius regis, est error personæ, & impedit matrimonium. Et notat quòd Sanct.Tho.non loquitur de rege in communi:quia dicit filium alicuius regis sed

sed de rege determinato,puta Franciæ vel Siciliæ: in cuius regno,forte erat quādo scribebat. ¶ Quintum.Si autem dictus rusticus in generali dixisset se esse filium regis vel comitis,& nō diceret cuius,vel si specificat,nulla habetur notitia filij nec; patris,nō tollit matrimoniū: quia nō est error personæ,sed fortunæ aut qualitatis. Et idem dicendū est si quis dicat se primogenitum magni comitis,& non sit.¶ Sextum. Si aliqua sciat aliquem multos habere filios, quorū nullum cognoscit:si aliquis eorū falsò dicat se primogenitum,& illa consentiat in eum,secundum Hug.xxix.q.j.in prin.est error fortunæ,& non impedit.Sed Cald.in c.ij de coniu.ser.& Io. xxix.q.j.& Host.in Sum.& Ray.dicūt quòd est error fortunę nec tenet matrimonium,quod verū est,si consensus ferebatur in eum,nō vt in præsentem,sed vt in primogenitū,iuxta distinctionem S.Tho.¶ Septimū. Si consensus sit in aliquem qui est mortuus,& loco cuius alius præsentatur : impeditur matrimonium,secundum Dir.& Io.quia est error personæ. ¶ Octauum.Matrimonium dolo contractū tenet, secundū gl.in c.cum dilectus.quod met.causa.licet dolus dederit causam contractui.Et idem Gof.in l.à diuo Pio.ff.de rit.nup.& in c.constituit,xx.q.iij.quod Pan.limitat in d.c.cū dilectus.ni si sic talis dolus qui consensum excludat:quia sic nō teneret. & facit quod no.Io.And.in c.vnico.de cōmo.facit etiā c.cum locum.de spon.& Inno.in c.cùm dilectus.post gl. illam singularem,quòd dolus,qui non cadit in constantem virum,nō impedit religiōis ingressum:secus de dolo,quo peritissimos falleret.Quod est bene notādū:quia facit ad multa:vt in votis,iuramentis,& huiusmodi spiritualibus:quia communiter tenetur quòd tenent,vt in dictis gl.¶ Secūdò quæritur,† quid iuris de impedimento erroris cōditiōis,scilicet seruilis,quātum ad ipsum vinculum matrimonij? Et dico multa. ¶ Primum.Error circa conditionem seruilem aliquando dirimit matrimonium ex sua natura:quia scilicet repugnat potestati,quæ traditur in matrimonio:cùm non possit liberę vti ancilla:& principaliter ex constitutione ecclesiæ inhabilitantis personas,& contractum irritantis:vt de coniu.ser.proposuit.¶ Secundū. Triplex est error circa conditionem secundum contrahentis.Primus scilicet circa meliorem quàm sit sua, uit quàm credat:vt cùm seruus aut liber contrahit cum libera,quàm credit ancillam,vel econtrario. & secundus circa parem:vt cùm seruus contrahit cum ancilla, quàm liberam credit:vel econtrario.& tertius circa deteriorem: vt cùm liber contrahit cum ancilla,quàm credit liberā,vel cōtrario. Primus & secundus error matrimonium nō dirimit:quia nō leditur errans,nec habet quod obijciat alteri: & ecclesia sic statuit,ar.eorum quæ no.de coniu.ser.c.proposuit.&.c.ad nostram.xxix.q.ij.per totū de diuor.significastī.consentit Ray. Pe.Al.Inno.Gof.& S.Tho.& est cōmunis doctrina Theologorū & Canonistarū:licet contrariū tenuerint quidā. Tertius autem dirimit matrimoniū:vnde nō tenet.xxix.q.ij.si qs ingenuus.&.c.si fœmina.Quod tamen limita, nisi defuisset error:quia si liber contrahit cum ancilla scienter vel libera cū seruo,tenet matrimoniū.xxix.q.ij.si quis liber.&.c. si quis ancillam.cum duobus sequenti.& sic liber tenetur sequi ancillam,secundum Pan.de coniu.ser.c.j.Et licet de iure ciuili non teneat matrimoniū,si ancilla vel libera contrahit scienter cum seruo.C.de incest.& inuti.nup.l.cum ancillis.tamen in hac materia spirituali standū est iuri canonico:vt in c.vlt. & pe.de secul.nup.& no.Bar.in l.priuilegia.C.de sacrosan.ec. & est gl.in c.ij.de re.iu.li.vj. Limita secūdò,nisi postquā liber sciuit cōditionem seruilem,cōsenserit verbo vel facto:vt per carnalem copulā:vt in d.c.si quis ingenuus . &.c.si fœmina. de coniu.ser.c.proposuit.&.c.ad nostram.quod tamen intelligi si pro certo sciuit seruitutem:vel ex auditis habuit de ea probabilem opinionem.Secus si leuem aut temerariam, cui credi non debet:quia consentiendo copulæ sibi non præiudicat.arg.de sent.excom.inquisitioni.cum etiam timbans pro ignorante habendus sit.C.de condi.indebi.l.vlti.& no.etiam glo.Ray.in titu.de impedimento conditionis.Limita tertiò nisi habens probabilem causam credendi,ad præceptum ecclesiæ debitum reddat:quia præiudicat sibi,secundum Tanc. Inno.& Io.And.& Pan.in d.c.proposuit.quia nihil velit cum ea esse tanquam cum vxore propria:non debet in hoc obedire.de hoc vide §.sequen.¶ Tertium.Si liber contrahat ignoranter cū ancilla,cui data est libertas in tempus,vel econtrario,matrimonium non tenet:quia vt dicit l.statu liber. ff.de statu liber.ea quæ interim facit,vt seruus,non vt liber facit. ¶ Quartum . Si autem tali ignorantia durante ipsa contraxit cum alio non ignorante condicionem eius,secundum Verue.tenet matrimonium.¶ Quintum.Si dominus tradit alicui libero ancillam suam in matrimonio vt liberam,vel scienter tacuit,quam tamen cōtrahens ignorabat ancillam, tenet matrimonium:quia statim efficitur libera,& intelligitur dominus ei libertatem dedisse:vt authentico,de nuptijs.§.si vero ab initio.Et hoc tenet Pan.& glo.in d.c.ad nostram.de coniu.ser.& Gof.& Host.& Bar.¶ Sextum.Liber contrahens cum ancilla ignoranter,quam dominus post latenter manumittit,& liber post hoc eam cognoscit , non tenetur stare cum ea:quia matrimonium nullum fuit:& semper ei se commiscuit ex primo consensu,qui nullus fuit,arg.C.ad Velle.l. quanuis.secundum Io.xxix.q.ij.si quis ingenuus.& Ber. in c. vlt.de coniu.ser.& Gof.& Dir.& ita tenet Sum.Ros.Dicit tamen Sum.Ang.verius esse quòd si illa post manumissionem cognouit eum intendens contrahere,matrimonium sit sublato impedimento,per ea quæ no gl.in d.c.ad nostram.quia videtur antiquus consensus perseuerare,nisi contrarium exprimatur.de hac.maiorem.in fi.Sed dico quòd glo.quam allegat,determinat expresse contra hoc: & similiter lua ratio valet ad oppositum:quia si durat antiquus consensus,virtute eius non contrahitur:quia nullus est.Si autem consensus antiquus fuisset de se sufficiens ad contrahendum,verum dicere:sicut in simili dictum est prius,§.Matrimonium.iij.§.iij. part.iiij. ¶ Septimum.Error conditionis libertinæ,vel adscriptitiæ,aut originariæ nō impedit matrimonium,sicut error conditionis seruilis,secundum Verue. . quia omnes illi sunt liberi:licet ad quædam opera plus cæteris teneantur.& idem Hug.xxix.q.ij.in prin.Qui autem sint originarij & adscripticij,videī.Serum. ¶ Octauum.Si consuetudo est in loco quòd partus sequatur conditionem patris,& non ventris,natus ex libero & ancilla,liber est,& vt liber matrimoniū cōtrahere potest:vt summat Pan.in c.licet.de coniu . ser. ¶ Nonū.Si liber ignoranter contraxit cum ancilla:& postea sciens conditionem ancillæ,vult cum ea esse,& illa non,sed vult discedere,secundum Ber.non erit matrimonium:sed tamen illa debet ab ecclesia compelli,nisi ad secunda vota transisset.Et similiter econuerso dicendum est de libera respectu serui. ¶ Decimum.Liber conperiens quòd illa,cùm qua contraxit ignoranter,sit serua potest eam propria authoritate dimittere quo ad thorum,secundum omnes,& planum est:sed non quo ad cohabitationem.secundum Rich. si contraxit in faciem ecclesię aut coram testibus:secus si clandestinè.Et hoc patet in cap.porro.de diuor.licet Hosti.& multi alij teneant contrarium,quādo seruitus est notoria,sicut & in adulterio, de quo habes suprà Diuortium.§.viij. ¶ Verum enim dicit Hostiens.quo ad copulam: & Richard. quo ad cohabitationem,de qua loquitur dictum capitu.porro.secundum glos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Vndecimum. Si liber, qui contraxit matrimonium, efficiatur seruus se vendendo, vel aliter, non dissoluitur matrimonium: hoc illa venditio valet, nisi conseatiente vxore: quia non habet potestatem sui corporis. xxxiij. quæ. v. quod Deo. quod S. Tho. in iij. dist. xxxvj. limitat quo ad seruitutem impedientem redditionem debiti. secus in alia non impediente. Vide ff. Seruitus. §. vij. ¶ Tertiò quæritur, † quid iuris circa actum coniugalem quando in contractu matrimonij interuenit error conditionis? Et dico multa. ¶ Primum. Alter coniugum, qui ignorat matrimonium esse nullum propter seruile in conditionem in reliquo, secundum Arch. quandiu hoc ignorat, licet nollet consentire si sciret, excusatur à peccato coëundo: sicut Iacob in facto Lię propter ignorantiam facti probabilem: & filij eruot legitimi, si in facie ecclesię fit contractum. Quid etiam si scit se esse seruum, si credat quòd reliquus coniunx, qui scilicet est liber, hoc sciat, aut quòd adeò affectuosè dilygat, quòd etiam consentiret si sciret esse talem, excusatur à peccato ex quo vxorio affectu cognoscit vel cognoscitur. Qui verò scit se seruum, & reliquũ esse liberum, & sic matrimonium nõ tenere: fornicatur quousque alius de sua seruilitate sit certioratus, & nihilo minus in eum consentiat: secus si ignoraret matrimonium non tenere ignorantia excusante, & idem dic de quocunq. sciente matrimonium non tenere ex quocunq. impedimento. ¶ Secundum. Quando de tali matrimonio ignoranter contracto dubitatiõ incipit oriri: ad sciendum quid agendum sit quantum ad Deum, secundum Arch. distinguendum est inter scientiam, quæ habet euidentiam, & non est nisi verorũ: & conscientiam, quæ est firma credulitas, quamis clarè non sciatur: quia scilicet potest ex causa non solùm leui, sed etiam falsa: & scrupulum, qui est dubietas, quæ scilicet est quoties homo hinc inde æqualiter pendet, vel quasi æqualiter, modico reputato pro nihilo. Adde ad Arch. quòd etiam distinguendum est de motiuo siue causa, quæ mouet ad scientiam, conscientiam, & scrupulum: quia quædam est certa & euidens de facto, vt quia video. vel de iure: vt quia quis convincitur aut confitetur iuridicè. quædam probabilis: vt quia audio à grauibus fide dignis: & quædam leuis siue temeraria: vt quia audio à leuibus. Qui ergo habet scientiam de hoc impedimento vel alio, aut etiam conscientiam procedentem ex leui aut probabili causa, coëundo moraliter peccat, nisi ille coitus esset matrimonialis: quia tunc secundum Richa. siue sequatur scientiam, siue probabilem præsumptionem, id est, conscientiam, coram Deo est ratificatiuus matrimonij: quiverò habet scrupulum: si est ex leui aut temeraria causa, debet illum deponere, & sic reddere & exigere poterit sine peccato. arg. c. inquisitioni. de sent. excom. Si verò est ex causa probabili, reddere potest, & debet exactus: quod est obedire saltem Deo præcipienti reddere vnicuique quod suum est: quia in dubijs obediendum est. xxiij. q. j. quid culpatur. & d. c. inquisitioni. Sed exigere non potest sine mortali: quia exponeret se periculo: nisi ille coitus esset matrimonialis, id est, affectu matrimoniali: quia etiam hoc casu coram Deo ratificaret matrimonium, si hoc esset in intentione. ¶ Tertium. Quando verò in tali impedimento oritur dubitatio, ad sciendum quid faciendum sit quo ad homines: dicit Rich. in xxxvj. dist. quarti. quod siue copula sequatur certam cognitionem in libero de seruitute alterius, siue probabilem præsumptionem, siue ad præceptum ecclesiæ siue non, semper ratificatur matrimonium in conspectu ecclesiæ, etiam si esset ex affectu fornicario. Si verò sequatur leuem & temerariam suspicionem, cui credi non debet, secundum omnes non præiudicat ei, etiam ad mandatum ecclesiæ: quia tunc tenebans pro ignorante habendus est. Hæc ille, valde bene. Sed intellige primò hæc vera esse, si ecclesiæ constaret de scientia vel præsumptione, aut leui suspicione: quæ quia ei constare non potest de affectu, ideo non distinguit inter matrimonialem & fornicarium. Intellige secundò quòd quo ad homines, vt patet ex mente istius doctoris, & ex d. cap. inquisitioni. & ex verbis S. Tho. infrà positis parti. v. non distinguitur inter conscientiam & scrupulum ex causa probabili: quia ecclesia ipsam conscientiam aut scrupulum non videt: sed solùm causam motiuam ad hæc, quæ vtrobique est eadem, scilicet causa probabilis, quando scrupulus non est ex causa leui vel temeraria. ¶ Quartum. Quando verò de tali impedimento oritur quæstio siue lis in iudicio, ad sciendum quid faciendum sit, dico quòd quo ad Deum, ne quis peccet, distinguendum est, vt suprà parti. ij. Et ecclesia præcipiente copulam, semper potest quis obedire sine peccato, si vult matrimonium ratificare: quia coitus erit matrimonialis. Si verò non vult ratificare ecclesia præcipiente copulam, si habet de impedimento scientiam vel conscientiam ex causa probabili, non tenetur obedire: quia non potest ecclesia facere, secundum Archie. vt non maritus fiat maritus contra suam voluntatem. quod faceret, si obediret. Sed neque obedire potest stante suppositio quòd nolit ratificare: quia coitus esset fornicarius. Si verò habet de impedimento scrupulum ex causa leui aut temeraria, deponat, & reddat: & , si vult, etiam exigat. d. cap. inquisitioni. Si verò ex causa probabili & discreta, reddat: quia in dubijs tenetur obedire: non autem exigat: quia exponeret se periculo fornicandi. ¶ Quintum. Ad sciendum verò quid agendum sit in iudicio quo ad homines, ne scilicet quis præiudicet iuri suo: distinguendum est, solùm ex parte causę vel motiui ad credendum impedimentum. Si enim sit leuis aut temeraria, debet obedire ecclesiæ præcipienti copulam, secundum omnes: quia sibi non præiudicaret, sed si sit euidens & certa, faciens scientiam: non debet obedire, secundum omnes: quia sibi præiudicaret, similiter si causa esset probabilis: quia etiam sibi præiudicaret, secundum Tanc. Inno. Io. And. Ric. & Pan. in d. cap. proposuit. non obst. quod teneat Host. in Sum. & glo. in d. c. proposuit, quòd debeat obedire, nisi sit certus: quia prior opinio est communior & verior. quia etiam S. Tho. probat in iij. dist. xxxvj. in expositione literæ dicens: Si antequam sit defecta seruitus vxoris, de qua dubitatur, ipsa petat debitum: si leui suspicione moueatur, debet reddere debitum: nec ex hoc ei aliquod præiudicium generatur. Si autem ex causa probabili dubitet, vel vehementer præsumat, aut certè cognoscat, non debet ei debitum reddere ecclesia præcipiente: quia vel sibi præiudicium faceret, si eam vxorio affectu cognosceret: aut aliàs fornicaretur. Hæc ille. quia sumit ly non debet, pro ly non tenetur. Supple autem contra opinionem Summæ Angelicæ & Rosellæ & Richardi & omnium Canonistarum: licit quòd debitum negare non debet ex causa probabili, sed tantum ex euidentia: allegans dictum caput, inquisitioni. sed illud cap. loquitur distinguendo non ex parte causæ, sed ex parte dubitantis, quando causa probabilis non dicit extra terminos scrupulitis: ita quòd hoc quis credit quidem, sed non firmiter, sed quasi titubans. Sanctus Thomas verò cum dicit, si ex causa probabili dubitet vel vehementer præsumat, non sumit dubitare propriè, sed largè pro fromidare, vt opponitur scientiæ vel euidentiæ eo modo quo opinans dicitur dubius quousque sciat: vnde ly vel, stat expositiue pro id est, potius quàm disiunctiuè: sicut patet ex allegatione Pisa. illum adducentis. De opinione autem Hostien. & de Panormitanum in dicto capite, proposuit. Dicit tamen Asten.

Asten. quòd Hostien. in dicto capitu. proposuit, correxit dictum suum. ¶ Quartò quæritur, † quid iuris circa actum coniugalem, quando in contractu matrimonij incidit conditio seruilis sine errore cõditionis, ita quòd matrimonium tenuit? Et dico vt infrà Seruus, per totum. ¶ Quintò quæritur, † quid iuris circa impedimentum voti? Et dico quòd votum non solenne castitatis matrimonium impedit, siue prohibet, sed non dirimit, vt dictum est ti. priore. §. v. sed solẽne, quod scilicet comitatur professio expressa vel tacita alicuius religionis approbatæ, vel susceptio ordinis sacri, matrimonium nõ solùm impedit, sed etiam dirimit, ita quòd matrimonium nullum est: imò incurritur excõmunicatio: vt in clemen. eos. de consang. & affi. Si tamen hoc fiat post professionem in aliqua regula non approbata, vel etiam in regula approbata tertij ordinis beati Dominici vel Francisci. teneret matrimonium, sicut dicit Archidiac.

¶ Sextò quæritur, † quid iuris de impedimento cognationis carnalis seu consanguinitatis? Ad cuius intellectum hic consanguinitatis arborem statuo, in qua numeri superiores gradus secũdũ canones, inferiores verò secũdũ leges significat.

ARBOR CONSANGVINITATIS.



Universidad de Deusto
Biblioteca

Arbore autē cōstituta, cuius intellectus habet̄ ex dicēdis, maximē patri.iij, dico multa. ¶ Primū. Triplex est cognatio, scilicet carnalis, quæ dicit̄ cōsanguineitas, vel causa euphoniæ cōsanguinitas, quæ cōuenientiā in sanguine importat: spiritualis, quæ dicit̄ compaternitas: & legalis, quæ dicit̄ adoptio. Cōsanguinitas igit̄ secundū S. Th. Pe. de Pal. Ray. Host. & omnes, est vinculū persōnarū ab eodē stipite, scilicet, ꝓximo descēdentiū, id est, ab eadē psona carnali propagatione cōtractum: per quod scilicet excludit̄ Eua à cōsanguinitate Adæ: nō autem Christus à cōsanguinitate virginis: quia eius ꝓpagatio fuit carnalis ex parte virginis. In hac cognatiōe, vt docet arbor, sunt lineæ, gradus, & psonæ: sic quōd in vna cognatione sunt plures lineæ: in vna linea plures gradus: in vno gradu plures personæ. ¶ Secūdū. Linea cōsanguinitatis dicitur methaphoricē: & secundū Pe. de Pal. est ordinata collectio personarū cōsanguinitate cōiunctarū: & est triplex secundū S. Th. & communiter doc. Prima ascēdentium: in qua sunt pater, auus, proauus, atauus &c. & similiter mater, auia, atauia, &c. Secūda descēdentiū: in qua est filius, nepos, ꝓnepos, abnepos: & similiter filia, neptis, &c. & hæ duæ lineæ reliter sunt vna, diuersæ solùm in modo cōputādi: incipiēdo scilicet à posterioribus, vt in prima, vel à prioribus, vt in secūda. Est & tertia, quę respicit eos, qui ab eodē qdē tertiò descendūt, sed nō abiunctē: & dicitur linea collateraliū: in qua sunt fratres & eorū filij, qui patrueles dicuntur, & filij patruorū: & idē in fœminis. Probātur autē hæc omnia xxxv. q. iiij. c. j. & per totū. ff. de grād. l. j. & l. Iurisconsultus. ¶ Tertium. Gradus autē secūdū Io. Andr. est habitudo quędā distantiū personarū, qua cognoscitur quota generationis distātia duæ personæ distāt inter se. & colligitur ex c. literis. & c. quod dilectio. de cōsan. Cōputātur autē gradus in linea ascendentiū & descendentiū vniformiter secundū leges & canones omissa cōputatione Isido. quæ habetur in di. iij. & xxv. q. iij. & iiij. & v. quæ nō est in vsu: hoc modo. Computandæ sunt enim personæ mediæ inter eas, & de quibus quęrit̄: & si nulla sit media, sunt in primo gradu, vt pater & filius descēdendo: & filius ac pater ascēdendo. Si verò sint aliæ personæ mediæ cōputatis eit cū extremis, quot sunt personæ vna minus, tot sunt gradus: sicut auus & nepos sunt in secūdo gradu ascendendo & descēdendo: quia ibi sunt tres personæ, duæ extremæ: scilicet auus & nepos: & vna media, scilicet pater respectu vnius, & filius respectu alterius: vnde quia remoto vno remanēt duo, nepos & auus sunt in secundo gradu, proauus & pronepos in quarto. Et ratio est: quia cum gradus sit distantia, nō est eiusdem ad se: vnde pater solus nō facit gradum: sed addito filio cōstituitur primus gradus ex duabus personis: & addito nepote cōstituitur secundus gradus ex tribus, & sic de alijs. In linea verò collaterali siue trāsuersali, quæ non est eorū quorum vnus descendit ab alio, sed eorum, qui descendūt à communi principio. aliter cōputantur gradus secundū canones, aliter secundū leges. de quo Sanct. Tho. in iiij. di. xl. ar. ij. Nā secundū canones ſi personæ de quibus quęritur, æqualiter distāt à cōmuni stipite: quoto gradu quelibet earū distat à cōmuni stipite, toto gradu distāt inter se: sicut duo fratres attinent sibi in primo gradu: horū filij in secūdo: & sic vlterius. Si verò distāt inæqualiter, quoto gradu remotior eorum distat à cōmuni stipite, toto gradu attinēt sibi. Vnde secūdum Sanct. Thom. sicut duo fratres attinent sibi primo gradu: ita filius vnius fratris distat à reliquo fratre in secundo gradu: quia tantùm distat à cōmuni radice. Et intellige quōd etiam ecōtrario frater, qui à communi principio distat solùm vno grado, à filio fratris distat secūdo gradu: cuius non potest esse viciniior alij descendenti à communi principio, quàm ipsum principiū, propter quod est ei vicinus: licet possit esse remotior à tali descēdēte quàm à communi principio: quia fortè ille alius descēdens plus distat quàm ipse: sicut filius alterius fratris plus quàm alius frater: & secundum remotiorē distantiam oportet consanguinitatem computari. Hæc ex illo. Et si cōsuetudo patriæ esset quòd cōputādo inciperet à propinquiori, illa seruāda esset, secūdū Aſten. propter scādalum eui tandūt vt in c. quod dilectio. de cōsan. & affi. Quod intellige & limita iuxta ea quę suprà Matrimonium. ij. §. iij. Secūdum leges verò aliter cōputantur gradus in linea trāsuersali: quia secūdum eas duo fratres sunt in secūdo gradu: filij duorum fratrum in quarto: nepotes in sexto. Diuersitatis autē rationem vide xxxv. q. v. in c. ad sedē. ¶ Quartū. Pro maiori notitia prædictorum sciendum est quòd Ioan. Andr. in explanatione prædictæ arboris sic virtualiter, & colligendo dicit: In arbore consanguinitatis est cellula vacua propter hoc quòd proprium nomen habere non potuit, cùm omnes aliæ excepris his quæ per genitiuum nominantur, sumant nomen ab ipsa: & dicitur filius patris, & pater filij, & frater fratris, & sic de alijs. sed eam à nomine sui bidelli Petrutiū vocauit. Supra ipsam & sub ipsa in recta linea sunt aliæ cellulæ ascēdentiū & descēdentiū, quę cōpetēter diuiderētur per medium, vt à latere dextero earū nomina mariū, à sinistro verò nomina ponerentur fœminarū: quia posiri à latere dextro descēdūt à maribus: & ecōuerso scilicet positi à sinistro descendūt à fœminis. Supra Petrutium sunt quatuor cellulæ, quæ cōtinēt istas quæ sunt pater mater, auus auia, proauus proauia, abauus, abauia: quarū ꝓxima habet punctū vnū duplicatū: secūda, 3. tertia, 4. quarta, 5. infra verò Petrutium sunt similiter cellulæ quatuor: quæ cōtinent istas, quæ sunt filius filia, nepos neptis, pronepos proneptis, abnepos abneptis: quarū prima habet vnū punctū duplicatū: & sic de alijs: vt de ascēdētibus dictū est. Ad cognoscēdū etiā gradus inter istos ascendētes & descēdentes, sciēdū est q. quot sunt personæ, de quibus quæritur, cōputatis intermedijs, vna dēpta, tot sunt gradus inter eas: sicut inter abauū & Petrutiū quatuor sunt gradus, cū sint quinq; personę: & similiter inter ipsum & abnepotē sunt quatuor: inter abauū aūt & abnepotē sunt viij. gradus: quia sunt nouē personæ. Nō habet tamē iste Petrutius torā suā cōputationem in arbore: quia quilibet habet duos parentes, vj. auos, viij. proauos, xvj. abauos: & sic semper ascendentes duplicantur. Accedendo verò ad collaterales faciendo stipitem de patre: inde ex parte dextera descendunt cellulæ quatuor continentes istas, quæ sunt, frater, fratris filius & filia: fratris nepos & neptis: quarum puncta superius sunt, i. ij. iij. iiij. significantia gradus eorum, quæ sunt in cellulis ad Petrutium secundum canones: inferius verò sunt, ij. iij. iiij. v. quæ deseruiunt legibus. Et hi omnes sunt collaterales ad Petrutium. Facto verò stipite de auo, ab eo descēdūt à dextris quatuor cellulæ continentes istas, quę sunt, patruus & amita: frater patruelis & soror patruelis: horum filius & filia: horum nepos & neptis, quarum puncta superius sunt, i. ij. iij. iiij. inferius verò, iij. iiij. v. vj. qui sunt gradus prædictorum ad Petrutium secundum canones & leges. Facto verò stipite de proauo, sub eo à dextris descendunt quatuor cellulæ continentes vt in arbore: quarum puncta superius sunt, ij. iij. iiij. inferius autem sunt, iiij. v. vj. vij. Facto verò stipite de abauo similiter habes iiij. cellulas: & superiora puncta sunt, iiij. iiij. iiij. iiij. inferius autem sunt, v. vj. vij. viij. Et sic habetur vna melietas arboris, per quam intelligitur reliqua. De prædictis autem lateralibus sunt regulæ. Prima. Secundum canones collateralium in linea æquali, quoto gradu aliquis distat à communi stipite, toto distāt inter ſeſi cuę Pe[illegible]

tius & pronepos propatrui sunt in quarto gradu abauo existente stipite, à quo vterq; distat quarto gradu: sed secūdum leges quoto gradu quis distat: à cōmuni stipite, toto duplicato distāt inter se. vnde, ꝓnepos, ꝓpatrui est Petrutio attinēs vel distās in octauo gradu. Secūda. In linea verò inęquali secundū Canones quoto gradu remotior distat à cōi stipite, toto distāt inter se: sicut facto abauo stipite Petrutius & filius propatrui, qui sunt in linea inæquali distāt quarto gradu: & similiter omnes descendentes vsq; ad lineā æqualitatis: quia Petrutius ab ipso abauo distat quarto gradu: sed secundum leges quot sunt personę collateraliū in linea inæquali, stipite dempto, tot sunt gradus. Vnde Petrutius à stipite distat quarto gradu, à propatruo quinto, à filio sexto, à nepote septimo, à pronepote octauo. Ex dictis pater ratio omniū punctorum arboris, & quòd Petrutius cōtrahere nō potest cum aliqua de arbore. ¶ Quintū. Prohibitio matrimonij ratione cōsanguinitatis, quantū ad legē naturæ secūdum San. Tho. & Rich. est inter patrē & filiam, matrē & filiū, ꝓpter reuerentiam, ne fit socius qui debet esse subiectus. Genes. j. Relinquet homo patrē & matrē, &c. est tamen magis contra talē legē quòd filius habeat matrē in tali turpitudine subiectā. Vnde quędam bruta horrent coitū cum matre, quādiu apud illa manet cognitio matris, & reuerētia quædam ad ipsam: vt recitat Philosophus in vnj. de Animalibus. de camelo qui coopertā cognouit matrē: & deinde hoc cōperto interfecit ingeniatorē: & de equo qui ob hoc se ꝓcipitauit. Quātùve rò ad legē humā propter cōcupiscentiam refrænandā, phibitum est matrimonij in lege Mosaica cum aliquibus psonis, quæ simul habebāt cohabitare: & numerantur Leu. xviij. & in his versibus continētur: Nata, soror, neptis, materrera, fratris & vxor, Et patrui coniunx, mater, priuigna, nouerca, Vxorisq; soror, priuigni nata vtriusq;. Atq; soror patris, coniungi lege verantur. Pro his nota quòd dictum de vxore fratris, non intelligitur præmortui sine liberis: quia eā debebat accipere ad suscitandū semen defuncto. de diuor. c. fin. Nota etiā quòd ibi prohibētur copulari consanguinei in primo gradu, & in secūdo in linea inæquali consanguinitatis. quod San. Tho. in iiij. dist. xl. & Nic. de Ly. Iosue xv. limitat verum, ne amitā nepos accipiat propter reuerentiā: vel melius secūdum San. Tho. quia non ita consueuit cohabitare: sed quod patruus accipiat neptē, conceditur: vt patet ibidem: quia frater Caleb accepit eius filiam Capra ciuitate. Quomodo autē in his papa dispensare posit, vide infrà Papa. §. xvij. & xviij. Quantum verò ad ius canonicū olim fuit prohibitū matrimonium vsq; ad septimū gradum: vt in d. c. ad sedem. sed ꝓper causas assignatas à sancto Tho. in iiij. dist. xl. hodie prohibetur solùm vsq; ad quartū gradū cōsanguinitatis & affinitatis præcise, vt in c. nō debet. de cōsang. & affi. Hoc autem Sam. Ang. & Ros. cū Gosi. dicit verum, etiam in ascendentibus & descēdentibus per lineam rectam: quia cùm, inquit, d. c. nō debet, loquat̄ indistinctē, nos distinguere nō debemus. Sed cōtrarium est verum. primò quia si nō licet filiæ cōtrahere cum patre propter reuerentiam: multo minus licet cū auo vel proauo aut abauo: quia ei debetur reuerētia maior, quanto est antiquior: ita quòd si Adam viueret, ei deberetur summa reuerētia. Vnde & ipse pater eum deber reuereri & ei subijci, & multo magis filia. Vnde & vulgo pater nō dicitur dominus, sed auus quādiu viuit. & idem de filio respectu auiæ: & sic de neponibus. Secundò, quia ius ciuile indistinctè Prohibet inter tales matrimonium: vt Instit. de nup. §. inter eas quoq;. & in l. nup. ff. de rit. nup. & hoc in infinitū: quod quidem ius nō inuenitur expresse correctum: & est fundatū super maxima honestate: & consequenter propter generalē canonum dispositionē cōtrariū dicere nō debemus. Et licet Sum. Ros. dicat quòd corrigitur per d. c. nō debet. tamē nō corrigitur expresse: quia nō loquit̄ in specie de ista linea recta, imò nec implicitè: quia loquitur solùm de his, quorū dispositio subiacet iuri politiuo: nō de linea recta, quæ subiicitur iuri naturali quantū ad omnes, sicut & quātum ad patrē & filiam: vt probatū est. Et hāc opinionē tenuit Pet. de Pal. Arch. Sum. Pis. Host. Ioan. And. Pet. Hug. & Azo. & Richar. quam etiam Pan. in d. c. nō debet. putat verisimam. Notandum est tamē secūdum Host. licet consanguinitas duret vsq; ad quartū gradū solùm quantū ad contrahere matrimonū, vt quis emiter incestū: tamē quantū ad successionē hæreditatis durat vsq; ad decimū: vt suprà Hæreditas. j. §. ij. partic. iiij. ¶ Sextum. Si duo cōtrahāt, quorū alter distat à stipite quinto gradu, reliquus verò ij. vel iij. tenet matrimoniū secūdum omnes: quia tales attinēt sibi in quinto gradu: & in cōsanguinitate semper standum est remotiori personæ. de cōsang. & affi. c. vlt. Sed si reliquus distaret solùm in primo, Host. est in singulari opiniōe quod non tenet. extra eod. quod dilectio. vbi sibi cauit litera, quæ nō fecit mētionem de primo gradu qui immediatè descēdit à stipite, & cū eo vna caro censetur: sed de secūdo & tertio, secūdum Dir. & Gof. tenet matrimonium. & ita tene cum Pis. quia licet ibi nō fiat mētio de primo: quia rarissimè contingit: tamē in regula prędicta, quę ibi probatur, hoc continetur. Ex hoc cōclude cum Panor. in d. c. quod dilectio. quòd impetrās dispensationem cōtrahendi in tertio vel quarto gradu cōsanguinitatis, quibus ex alio latere persona, cū qua vult cōtrahere, sit in secūdo gradu, & hoc nō exprimatur, nihilo minus valet dispēsatio: quia quauis dispēsatio cētera ius sit strictē interpretanda: tamē interpretari quis potest secundū dispositionē iuris cōmunis, quod vult vt cōputatio fiat à gradu remotiori. A fortiori poterit cum talibus dispēsare ille, cui generaliter cōcessa est authoritas dispēsandi in tertio vel quarto gradu. & sic cōsuluit Io. Cal. vt recitat do. Io. Ant. de san. Geor. in d. c. qđ dilectio. ¶ † Septimò quæritˀ, qd iuris de impedimēto cognationis ſpiritualis, quę cōmuniter est cōpaternitas? Et dico multa. ¶ Primū. Cognatio spiritualis est quædā personarum proximitas prouenies ex hoc quòd quis cōfert sacramētū baptismi vel confirmationis: seu tenet vel suscipit illum, cui tale sacramentū cōfertur. De qua cognatiōe habetur xxx. q. j. eos. & de cog. ſpi. c. ſi. & de ea. San. Th. in iiij. di. xlij. & quodlibet. vj. q. iij. conclusiue sic dicit: Hæc cognatio est vinculū contractū ex statuto ecclesiæ per baptismū & cōfirmationē per suscipientē & dātem & tenentē: non autē per plures tenentes adinuicē: quia per accidēs est quòd ibi sint multi, cū sufficiat vnus: & ex ea causatur in viro ſpiritualis affinitas cū qualibet muliere cognita matrimonialiter vel fornicariè: nō tū contrahitur hæc cognatio inter patrē ſpiritualē & matrē ſpiritualem: & non cōtrahitur in catechismo: licet, secūdum aliquos, cōtrahatur ibi impedimentū cōtrahēdi tantùm: nec similiter cōtrahitur à nō baptizato, quia est expers vitæ ſpiritualis: similiter nec in pœnitētia: alioquin filius sacerdotis vxorē nō inueniret in tota parochia. Est autē triplex, scilicet paternitas, cōpaternitas, & fraternitas: quarū quælibet impedit & dirimit, si præcedat matrimoniū: si verò sequat̄, nō dirimit quidē vinculum matrimonij: sed tamē quantum ad actum, distinguendū est: quia si inducitur ex necessitate: vt quia pater puerū in mortis articulo baptizat: sic ex neutra parte impedit actū matrimonij. Si verò inducitur extra casum necessitatis, ex ignorantia tamē tūc est eadem ratio, si ille, ex cuius actu inducitur, diligentiā adhibuit: ex industria autē extra casum necessitatis ille, ex cuius actu inducitur, amittit ius petēdi: sed tamē redde

7

Universidad de Deusto
Biblioteca

re debet:qtia alius ex culpa eius nõ debet incõmodũ reportare.Hæc ex illo.¶ Secũdum.Effectus huius cognationis est impedire & dirimere matrimoniũ,si illud præcedit: si verò illud sequitur,videtur innuere Ber.& Rod.in c.si vir.de cog. spi.quòd etiã si contrahatur scienter & sine necessitate,non impedit exactionem,quia nullo iure cauetur. Et idem tenet Card.ibi,quod videtur posse dici quando quis scit factum,& ignorat ius,& facit ex simplicitate.Sed gl. 50.q.j. in c.nosce, & Ioan.And.& do.Ant.in c.si vir.de cog.spi.& Pet.de Pal.& Hosti.& Gosr.& Sanct.Tho.tenent quod exigere nõ potest is,ex cuius actu scienter & sine necessitate cõtrahitur.& hoc tene,quia regulariter omne impedimentum,quod facit matrimoniũ esse nullum simpliciter,si illud præcedat,facit etiã illud esse nullum secũdum quid,ex parte eius,qui est in causa,si illud sequatur,inquantum impedit exactionẽ.Et si hoc fecit non ad complacendum amico,vel alia simili causa,sed insidiando matrimonio:vt quia tenuit propriũ filium,vt cõsortem posset debito coniugali priuare:primò nõ potest exigere,& secũdò mortuo cõiuge debet perpetuò sine spe coniugij remanere.xxx.q.j.de eo.& si vterq; sic fecit, secundum Hostien.neuter debet exigere,& neuter subtrahere, id est, debet exactus reddere:potest tamen super ista exactiõe episcopus dispensare:secundum Arch.post Pet.de Palu.¶ Tertium.Sunt autem tres species huius coguationis,secundũ S. Th.& Richar.Prima dicitur paternitas,quæ contrahitur,& est inter regeneratũ & regenerãtem,id est,ministrantem sacramentum,qui est sicut pater,secundum San.Th.& Ric.& tenẽtẽ ad illud,qui est sicut mater,etiã si tenẽtes sint plures: vt in c.quãuis.eod.tit.lib.vj.quod intellige si isti sunt baptizati:quia sicut sacramentorũ,ita & cognationũ per illa contractarũ baptismus est ianua:vt infra,partic.xij.Secũda dicitur compaternitas,quæ est inter regenerantẽ ministrãtem, vel tenentem seu tenentes,& genitores carnales regenerati. Qui etiam ministrãs & tenentes,si sunt coniugati,& matrimoniũ cõsumauerunt,transmittunt hanc compaternitatem ad vxores,si sunt viri:aut ad viros si sunt vxores: sic quod & hi,ad quos transmittitur,sunt compatres parentũ carnalium ipsius regenerati extra eo.Martinus.& lib.vj.eo.tit.necdum.& xxx.q.iij.si quis.Secus si vxor non esset cognita.xxx.q.iij. post vxoris.Vnde successiuè potest quis habere duas commatres vxores,Licet autẽ vir & vxor comunicẽt sibi isto modo actiones,ita quòd per actionem vnius alter efficitur compater:non tamẽ communicant sibi passiones:vt not.Panor.in d.c.Martinus.Vnde si quis teneat filium conceptum ex altero eorũ,nõ efficitur leuans cõpater vtriusq;,sed tantum eius cuius est filius,quamuis in matrimonio sit illi cõnectus.xxx. q.iiij.qui spiritualem,in glo.& in e.j.extra eod.lib.vj. Tertia dicitur fraternitas,quæ est inter regeneratum masculum vel fœminam.& filios regenerantis,ministrãtis,vel tenẽtis.xxx. q.iij.pictarium.& eod.tit.ex literis.& hoc siue nati sint ante istam compaternitatem,siue post,eodem ti.c.tua nos. Secus in adoptiuis,secundum Innocent.secus etiam in filijs, quorum neutro ad compaternitatem deuentum est: quia possunt inter se liberè contrahere:nisi contrarium habeat consuetudo,quæ scandalum generaret: contractum tamen reneret,vt communiter tenetur in ea.vtrum.extra eodem.nisi vt suprà Matrimonium.ij.§.iij.Et ista secundum Ioann. de Neapoli in quolib.ix.habent locum,etiam si vir aliquem teneat contra voluntatem vxoris vel parentum ipsius leuati: quia quod est ex ecclesiæ statuto,non dependet ex voluntate subiectorum statuto.¶ Quartum.Ad horum autem notitiam quasi quædam arbor huius cognationis hic statuitur, in qua est quasi truncus baptizatus: & inde procedunt tres rami paternitatis respectu baptizati, siue compater-



ratis ad inuicem:qui sunt baptizans cum sua vxore, genitores baptizati,tenentes: ad baptismum cum suis vxoribus. & ab extremis eorum procedunt duo rami fraternitatis,id est, filiorum prædictorum,licitcet:Inter has personas prohibetur matrimoniũ,no autem inter alias:quia hæc cognatio no habet gradus.& hoc edictũ est prohibitorium:&consequenter omnes,qui non excluduntur,admittuntur:nec egreditur per suas expressa,quæ,vt patet in c.j.eo.tit.li.vj.sunt tres,Baptizatus &leuans leuatus & parentes leuati:leuatus &filij leuantis etiam illegitimè nati,secundum communiter Doc.in d. c.Martinus,non autem adoptiui leuatus &vxor prius cognita leuata,vxor prius cognita leuantis,& parentes leuati:ita tamen,vt ibi pater,quòd dicatur de baptizante id, quod de leuante dictum est.¶ Quintum.Et quod dictum est de vxore cognita,diceudũ est etia de muliere cognita fornicariè:ita quòd ad eam leuans aut baptizans transfundit istã spiritualem cognitionem,secundum S.Tho.& gl.super c. si quis ex vno cõiugio.xxx.q.iiij.Et horum ratio est: quia per fornicariam eorum duorum fit vna caro.Sed Rich. & Pet.de Pal. sentiunt contrariũ.& idem Arch.& Io.And.in c.j.eo.tit.li. vj.in nouel.& Pan.in d.c.Martinus.& hoc sequitur Sum.Ange.Rof.& Supp.Sed omnes isti falluntur ex consideratione turpitudinis peccati,rationem legis non aspicientes. Ratio enim quare vir in vxorem aut econtrario cognationem istã transfundat,est,quia sunt per connubium vna caro,vt patet per c.scisciatur.xxx.q.iiij.& per c.Martinus.extra eod.sunt autem vna caro per connubium, non ratione vinculi, quod scilicet coniungit animos:sed ratione copulæ carnalis. Vnde gl.in d.c.scisciatur.& in d.c.Martinus.exponit per connubium,id est,per carnalem copulam allegans c. Agatosa.xxvij.q.ij.vbi hoc expresse patet in fi.vbi quædam glossula dicit super verbo,copulatione cõiugij,id est,carnalis cõmistionem.quod etiam pater,quia in matrimonio non fit ista transfusio sine copula.Quia igitur hęc ratio legis locum habet in coitu fornicario:qa q adhæret meretrici, vnũ corpus efficitur,oportet ibi etiam habere locum & legem:vt patet ex dicẽtẽ.l.ex.§.xvij.& tanto magis quanto hæc ratio in lege ipsa expressa est,& non implicita.Et Inno.in cap. Matrimonium.ali cui quòd canones vim constituunt in vnione carnali, quantum ad acquirendum spiritualem proximitatem.Sed contra inquit,Pet.de Pal.quia cognatio spiritualis ortum habens à spiritualibus,non transfertur per vinculum carnale temporale,vt est in coitu fornicario.Sed dico hoc esse falsissimũ, maximè quãdo ille trãsitus causatur exvoluntate ecclesię,vt hic,etiam secũdum ipsum.Vnde nec matrimoniũ causat istũ transitum ratione suæ spiritualitatis:sed ratiõe carnalitatis, id est,copulę:vt patet ex dictis.Cõtra eũ,inquit,Supplemen tam:primò,quia est mirabile dictu quòd ex peccato abominabili oriatur spiritualis parentela,sicut ex glacie calor.Sed dico quòd iste sermo est rudis: quia ex non tali formaliter sit formaliter:tale instrumentaliter:sicut vinum frigidum reconsperatum calefacit: motum ab anima.& corporalis ablutio,abluit spiritualiter in baptismo virtute Spiritus sancti:& coitus fornicarius inducit affinitatem voluntate ecclesiæ:& sic in proposito.Contra,inquit,secundò,quia publica meretrix possibiliter esset spiritualis mater & commater omnũ de ciuitate. Sed dico etiã hoc dictum esse rude: quia si hoc posset esse per se,puta si ipsa baptizet aut leuet omnes:quid mirum si ita possit esse per accidens,id est,ratione viri secũ eõcumbentis.Cõtra,inquit tertiò,quia propter multas fornicationes multa essent matrimonia illegitima.Sed dico etiã hoc non esse mirum: quia vno inconuenienti dato plura contingunt,primo Physic.Alioquin idem argui posset de affinitate,quæ etiam per fornicationem inducitur.¶ Sextum. Pone quod vir cognita vxore leuet aliquem: puta Petrum de sacro fonte,ita quòd vxor efficiatur mater spiritualis eius,& deinde mortuo viro vxor transiens ad secunda vota ex ie cundo matrico habeat filiam. Vtrũ mine illa filia posit contrahere cum Petro:Et retert Gemi.in capite primo. de cognatione spirituali.lib.vj.do.Anto.tenuisse quod posset: nec est eius frater spiritualis:quia non reperitur iure expressum. Sed ipse Gemi. tenet contrarium: quia tatis est iure expressum,saltem sub regula generali,quod filij duorum compatrum,per quorum alterum deuentum est ad compaternitatem,contrahere non possunt:vt extra eo.c.primo. Sed quia iste casus est dubius, ante factum tenendum est cum Gemi. quia tutius: sed post, cum domino Anto. quia verius: cum iam talis mulier desierit esse vna caro cum eo, gratia cuius erat commater.& effecta sit alia. ¶ Septimum. Licet is,qui aliquam baptizauit aut tenuit,cum illa cotrahere no possit etiam si sit laicus,vel in minoribus ordinibus,quia filia spiritualis est,extra eodem. nedum libr.vj. similiter nec baptizatus ducere possit filiam carnalem baptizantis vel tenentis:eodem.cap. fina. tamen pater spiritualis contrahere potest cum sorore carnali filij spiritualis.xxx.q.iij.c.illud etiam & cum eius filia,& cum eius vxore,& cum filia spirituali sui filij carnalis.xxx.q.iij.illud.quia licet cognatio spiritualis à patre in filium transeat:non tamen econuerso. Vnde non habet ramos vel gradus:nec transit ad nepotes aut personas non expressas,vt dictum est.¶ Octauum. Filij duorum compatrum possunt inuicem contrahere,siue ante siue post compaternitatem sint geniti,excepta ea persona sola, per quam compaternitas contracta est,quæ nunquam copulari potest alicui filiorum sui patris spiritualis.xxx.quæstione iij. super ambus.extra eo.cap.j.& cap.super eo.nisi consuetudo ecclesiæ scandalum generans aliter haberet:vt d.cap.j.quòd non solùm de consuetudine ecclesiæ proprie,sed etiam ecclesiæ metropolitanæ,vel aliarum circum positarum intelligendum est,secundum Rich.vt in d.cap.super eo. Et multo minus copulari possunt si cognatio ista contracta est per vtrumque:vt quia pater carnalis tenet filium patris spiritualis, qui prius tenuerat suum:quòd fieri licitè potest, vt not. Pan in cap.super eo.eo.tit.Et sic cap.post susceptum.xxx.q.iij.quod dicit filios compatris &commatris non posse coniungi,quantum ad hoc abrogatum est.¶ Nonum. Spirituales filij contrahere possunt inuicem,& etiam cum adoptiuis:vt no.in c. vnico de cogna.lega.¶ Decimum.Secundum Astẽ.lib.viij. tit.xviij.inter patrem vel matrem spiritualem nulla spiritualis cognatio contrahitur.Vnde & secundum Inno.vir,& mulier,qui simul vnum filium leuauerunt, possunt simul contrahere.& facit tex.cum glo.xxx.q.iiij.c.ti. Et sic patet quòd vir & vxor possunt simul vnum leuare: licet non sit honestum.Et si leuent simul,cõtrahunt duplicem cognationem, vnam directam per actum proprium, & aliam indirectam per actum alterius:quod non magis inconuenit quàm quòd aliqua mulier alicui simul sit consanguinea & affinis.¶ Vndecimũ.Si plures teneant vnũ in baptismo vel cõfirmatione, hoc quidem est prohibitum.de conse.dist.iiij.non plures. & peccant,nisi excuset patriæ consuetudo, secundum Io.And. & Arc.in c.quanuis.de cog.spi.lib.vj.nisi interueniat dispensatio episcopi,qui hoc potest,secundum Do.Io.Ant. de San. Geor.& gl.in d.cap.quanuis tamen cùm omnibus contrahitur cognatio spiritualis:vt in d.cap.quanuis.scilicet à leuato & genitoribus eius,& baptizante vel confirmante: licet isti leuantes illam inter se non contrahant, secundum Innoc.& Hostien.vt etiam dictum est partic.priore.¶ Duodecimum.

Si non

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si non baptizãtus babtizet aut teneat. Sum. Ang. & Ros. post gl. in c. in baptismate. de conse. di. iiij. distinguit, quòd si leuet non contrahit spiritualem cognationem: quia cùm non posſit eſſe pater ſuſcepti, per d. in c. in baptiſmate. nõ erit compater: quam tamen contrahit, ſi baptizet: quia eſt pater baptizati: & conſequenter eſt compater. Sed iſta ſunt friuola, & contra Ric. Pe. & S. Tho. dicentes quòd ſiue leuet ſiue baptizet, nullam contrãhit huiuſmodi cognationem, & cõtra apertam rationem: quia ſicut nõ poteſt eſſe carnalis cognatus: qui nõdum eſt carnaliter natus ad vitam carnalem: ita nec poteſt etiam cognatus ſpiritualis, qui ad ſpiritualem vitam per baptiſmum non eſt regeneratus. Quod voluit dicere S. Tho. cùm dicit, quia talis eſt expers vitæ ſpiritualis. Si tamen baptizatus teneat filium nõ baptizati, puta Iudæi, ſecũdum Arch. & glo. in c. j. xxx. q. j contrahit compaternitatem. Vnde baptizans contrahere non poteſt cum patre baptizati ſi conuertatur ad fidem: & ſimiliter ſecundum Arch. ſi alter coniugum eſt baptizatus per eum, non tranſit cognatio ad reliquum. Et idem S. Tho. De hæreticis autem videtur idem dicendum quod de fidelibus & malis: quia cùm ſint baptizati, cum eis eodem modo contrahitur. Baptizatus etiam non confirmatus tenens in confirmatione. non contrahit compaternitatem ſecundũ Sum. Ang. attribuentem etiã Hoſt. Pe. & S. Tho. Sed contrarium tenuit Sum. Ro. & verius: quia baptizatus eſt capax: & ibi verè percipitur ſacramentum. nec S. Tho. contrarium dicit. ¶ Tertiumdecimum. Qui leuando puerum tangit quidem, ſed non reſpondet, ne efficiatur patrinus: ſecundum Roden. nihilo minus efficitur patrinus, & contrahit ſpiritualem cognationem: quia reſponſio non eſt de ſubſtantia, ſed tactus ſeu tentio vel leuatio. Et ita tenet Arc. & communiter Summiſtæ, maximè Pil. & hoc ſi intendit agere vt verus patrinus: id eſt, id quod agit patrinus, etiã ſi non intendat eſſe compater. Et per hoc reſpondetur ad argumentum in hoc faciens dubium: quia ſcilicet in talibus requiritur intentio quod videtur voluiſſe Pan. in c. ij. extra eo. & verum non eſt in baptizante: vt dicit eſſe caſum extra eo. in c. fi. vbi baptizans non intendebat contrahere iſtam compaternitatem, quam tamen contraxit: eſt tamen verum in tenente: ſed ſufficit quòd intendat facere quod facit patrinus. Nec obſtat l. conſenſu. & l. in omnibus negotijs. ff. de actio. & obligationi. quia habent veritatem, quando nihil voluntariè ſit: hic autem licet iſte nolit eſſe compater, tamen vult baptizare vel tenere: & conſequenter eſt compater: quia volens principale neceſſariò vult acceſſorium, ſcilicet per accidens: vt in l. fi is qui. ff. commo. Si verò e contrario reſponderet, ſed non tangat, ſed tangere fingat puerum, ſecundum Veruec. non efficitur patrinus in baptiſmo vel confirmatione. & idem Io. And. in regula, qui per alium. in vj. & idem Arch. in c. j. eo. tit. lib. vj. & facit c. de his. & c. ad limina. & c. omnes. & c. primum. xxx. q. j. Si vero tangat linteum ſolum, ſecundum Arch. in c. quatuis. eo. tit. lib. vj. nihilo minus efficitur cõpater. & idem Hug. & Io. And. & in linteo tenetur puerum baptizatur. & Gemi. in d. c. quamuis. & Dire. addens quod ſi multi tenent linteum circunquaque, & puer in medio ponitur, ſuſcipiunt eum in linteo, & ſufficit. Et hoc tene: quia ſufficit quod teneant puerum, ſi ſacerdos non tenet: vel ſi tenet vt dum baptizat immergendo tangat immediatè vel mediante ſibi annexo indumento: nec Pet. de Pal. dicit oppoſitum, vt imponit illi Sum. Ang. ſed dicit idem. ¶ Quartumdecimum. Per procuratorem contrahi poteſt comparernitas, ſecundum Mar. & Card. vt recitat Pan. in cap. veniens. extra eod quia regulariter omnis actus explicari non poteſt per procuratorem, niſi expreſſe prohibeatur à iure: vt l. j. §. vlus. ff. de procu. & in regula, poteſt quis. de reg. iur. in vj. Sed Io. And. in d. regula. poteſt quis. in mercu. tenet contrarium & principale ſuum fundamentum eſt ſuper c. de his. & c. ad limina. xxx. q. j. vbi videtur requiri actus corporalis. & idem Arch. in c. j. eo. tit. lib. vj. & idem Bal. in l. poſt mortem ff. de adop. vbi abſens non arrogat vel adoptat vel facit huiuſmodi ſolennitates. & idem Bar. in l. Gallus. §. forſitan. ff. de libe. & poſthu. Pan. autem in c. veniens. eo. tit. dicit præceptorem ſuum Card. tenuiſſe opinionem Mar. & ad iura allegata in contrarium dicit quòd loquuntur quando quis per ſe vult iſtam cognationem contrahere. quo caſu, requiritur tactus tempore ſacramenti. Sum. Ang. cum Pan. dicit ante contractum matrimonij tenendum eſſe quòd ibi ſit cognatio ſpiritualis: poſt contractum verò tenendum eſt contrarium. Sed quia hoc eſt non determinare veritatem: ideo dic quòd ibi non eſt dicta cognatio: per rationem quæ tangitur 5. Adoptio. §. ij. Et quod videtur contra de procu. c. fi. lib. vj. vbi per procuratorem cum ſpirituali mandato matrimonium contrahitur, ſoluitur ſecundum Arch. per id quod not. in c. aquade conſe. eccle. vbi epiſcopus committere non poteſt reconciliationem eccleſiæ ſimplici ſacerdoti: & ſic quod perſonæ cohæret, non poteſt per alium adimpleri, ar. c. fi. de offi. dele. expreſsio autem conſenſus, per quem matrimonium contrahitur, bene poteſt fieri per alium. d. c. fi. de procu. ¶ Quintumdecimum. Ipſe autem procurator in prædicto caſu contrahit compaternitatem, ſecundum Io. And. vbi 3. quia licet non intenderet obligari, tamen re ipſa interuenit: ideoq; etiam extra id, quod agitur, naſcitur obligatio. vt l. iij. §. ij. ff. commo. Sed Fed. conſi. xv. tenuit contrarium: quod Pan. reſtringit putat in d. c. vlt. Sum. autem Ang. iterum concordat per ante & poſt factum. Sed dicendum eſt quòd ibi non eſt compaternitas: quia vbi non eſt conſenſus, non naſcitur obligatio. l. in omnibus. & l. conſenſu. ff. de acti. & obli. & ſi interuenit re ipſa, hoc tamen non fuit nomine proprio: & conſequenter nec principale nec acceſſorium voluit. Iura autem quæ allegat Io. And. probant quòd ſepæ aliquid inducitur extra id quod intenditur: ſed loquuntur quando quis habebat animum obligandi ſe: & ſic non deficiebat animus, ſed error in materia: hic autem deficit intentio. & facit quod no. Per. de Anc. dicens quòd tenens filium vnius, quem credebat filium alterius, cùm quo intendebat contrahere compaternitatem non contrahit compaternitatem. ¶ Decimumſextum. Vniuerſitas compaternitatem per procuratorem contrahere non poteſt, ſecundum Fed. d. cõſi. xv. vt refert Pan. vbi 5. quia non habet animã, id eſt, nõ eſt baptizata: & conſequenter nõ capax illius cognationis. pro quo facit c. Romana. §. vniuerſitatem. & c. ſi ſententia. de ſent. excom. lib. vj. Sed Pan. credit poſſe attentari vt ipſi conſtituentes ſyndicum efficiantur compatres: quia diſpoſitio concepta in vniuerſitate, reſoluitur vt concernat ſingulos de ipſa, ſi actus non cadit in vniuerſitatem, vt res non careat effectu. Et iſte eſt tex. notabilis, qui facit ad multa in d. c. fi ſententia. & c. ſi quis. ff. de offi. dele. uem de ſent. excõ. vbi excommunicantur ſinguli ſtatuentes contra libertatem eccleſiaſticam, licet ſtatuant nomine vniuerſitatis. Sum. autem Ang. diſtinguit rurſus per ante & poſt factũ. Sed tu die iuxta prædicta quòd fieri nõ poſt nec per procuratorem nec per ſyndicum nec per nuntiũ: vt communiter tenent Canoniſtæ. Et licet conſentiendo ſit in cõtrarium tamen hoc nihil eſt quantum ad ipſam ſpiritualem cognationem: licet hoc valeat quantum ad quandam effigiem compaternitatis, & contractum amicitiæ. ¶ Decimumſeptimũ. Si baptizatus in neceſsitate per laicum vel mulierem, vel quicunque alius iteratò ſcienter vel ignoranter baptizetur, nulla ſpiritualis

ſpiritualis cognatio in ſecunda baptizatiõe cõtrahitur: quia nec ſacramentũ iteratur in ſe, fecit dum Archi. in c. presbyteri. §. quod verò. di. lxviij. licet dicatur iterati, ꝓpter iteratam verborũ ſolennitatẽ, vel ablutionis aut vnctionis exteriotis. Tenuit tamen Tanc. vt recitat gl. in d. §. quod verò. quòd ſi q; millies ordinetur presbyter, tot presbyterales ordines, id eſt, characteres recipit. & idem dicit de baptiſmo: aliter non fieret iniuria ſacramento: vt de conſec. di. iiij. oſtenditur. nec diceretur quis bis baptizari: vt de conſec. diſ. iiij. qui bis. & c. eos. Item quoties accedit verbum ad elemẽtũ, fit ſacramẽtũ. j. q j. detrahe. & idem videtur tenere glo. in c. ij. de apoſt. Sed Panor. ibi dicit Gof. tenere quòd non imprimitur alius character. & idem glo. in d. §. quod verò. Sacramento autem ſit iniuria non in ſe, ſed quantum eſt ex parte iterantis: nec iteratur in ſe, ſed in aliquo ſui: & accedente verbo ad elementum, fit ſacramentũ, niſi iam ſit factum. ¶ Decimumoctauum. Leuantes chriſma poſt confirmationem, ſpiritualem cognationem non contrahunt: quia non interfuerunt in actu cõfirmationis nec leuarũt. ¶ Decimumnonum. Poſsibile eſt aliquẽ ſucceſsiuè duas habere cõmatres in vxore: vt patet ex dictis. Nam ſi prima tua vxor tenuit filiũ alterius antequam eſſet cognita à te, ea mortua illam aliam poteris habere: nõ autẽ ſi tenuiſſet poſt quam fuit cognita à te: quia es compater illius alterius. Si etiã aliqua mulier tenuit filiũ vxoris tuæ ex alio viro, illa mulier eſt cõmater vxoris tuæ, ſed nõ tua: ſiue tenuerit antequã inter vos eſſet carnalis copula, ſiue poſt: ideoq; poteris illã habere. Similiter ſi quis ſuſcipiat filiũ tuũ, quẽ de alia habuiſti, eſt compater tuus, non vxoris tuæ: vnde te mortuo vxor tua poterit illum habere. Et ratio omnium horum eſt cõmunicatio actionum, nõ paſſionũ. de qua ſuprà patric. iij. vnde verſus: Quæ mihi, vel cuius mea natum fonte leuauit: Hæc mea commater, fieri mea nõ valet vxor: Si qua meæ natũ, nõ ex me, fonte leuauit, Hinc poſt facta meæ nõ unde vetabor habere. Ambos cõpatres facit actio, paſsio nũ quam. ¶ Viceſimum. Quæ dicta ſunt de tenẽte ad baptiſmũ erga leuatum & parẽtes eius quo ad cognationem ſpiritualem, intellige etiam de baptizante: & quæ dicta ſunt de baptiſmo quo ad baptizantem & tenentẽ quantum ad cognationem, intellige etiam de confirmante & ad cõfirmationẽ tenentem. ¶ Octauò quæritur, quid iuris de impedimento cognationis legalis? Et dico multa. ¶ Primum. Cognatio legalis ſecundum San. Tho. in iiij. diſt. xlij. eſt quædam proximitas prouenies ex adoptione: intellige perfecta, quæ eſt arrogatio: & imperfecta, quæ eſt ſimplex adoptio. de qua ſupra Adoptio. Intellige etiam quòd vigoré habet iſta cognatio ab inſtitutione eccleſiæ, & nõ à lege ciuili ſolùm, quæ nõ ſufficeret, vt dicit. Eius autẽ effectus eſt impedire matrimonium ſimpliciter vel ad tempus, ſecundũ omnes, & etiam diuinere, ſecundũ cõmuniorẽ opinionem, quæ eſt Sanct. Tho. Richard. Io. de Lig. Panor. & glo. in c. vnico. de cog. leg. vbi dicitur quòd adoptione durante nuptiæ conſiſtere non poſſunt. & facit c. j. & c. per adoptionem. xxx. q. iij. licet Ioã. And. & Spec. teneãt quòd impediat ſolùm. Ratio autẽ huiuſmodi prohibitionis ſecundũ San. Tho. fuit cohabitatio, quæ ſolet eſſe inter tales: quia lex diuina præcipue illas perſonas à matrimonio quod concupiſcentiã reprimit, excluſit, ſecundum Rabbi Moy. quas neceſſe erat cohabitare, ne ſi ad eas liceret copula facilis pateret aditus cõcupiſcẽtiæ. ¶ Secundũ. Huius cognationis ſecũdum San. Tho. & alios Doct. tres ſunt ſpecies. Prima eſt quaſi aſcendentiũ & deſcendẽtium inter adoptantem patrem, & filiũ vel filiã, neporẽ & neptem, & huiuſmodi adoptatos. adoptato etiã patre, ſecũdum San. Tho. adoptãtur & filij & nepotes, qui ſunt in poteſtate adoptati, quæ indiſtinctè impedit in perpetuum, ſecũdum Pet. de Pal. etiã ſoluta adoptione: quia adoptans cõtrahere non poteſt cum filia adoptata, aut nepte, & huiuſmodi. xxx. q. iij. ita diligere. etiam poſt emancipationem. Inſt. de nup. §. ergo. Inter adoptantẽ ſi & patrem vel matrẽ adoptati nulla cõtrahitur cognatio, ſecũdum San. Th. & Pet. Secũda eſt quaſi collateralium inter adoptatis filiũ naturalem & adoptiuũ, qui impedit quãdiu durat adoptio, ſiue ſunt in poteſtate patris eiuſdẽ: qua ſoluta per mortẽ patris vel emãcipationẽ filij naturalis vel adoptiui non impedit. extra eo. c. vnico. l. qui in adoptionem. ff. de adop. Item inter filios filiorum adoptiuorũ. Inſti. de nup. §. inter eas quoq;. quod limitat Sum. Ang. ſi eorũ patres ſunt arrogati. Sed meliꝰ eſt verũ ſimpliciter, vt infrà particula iiij. Vnde qui vult naturalẽ filiũ tradere filiæ adoptiuæ, emãciper illum vel illã. xxx. q. iij. per adoptionem. & qui vult adoptare generũ, emancipet filiam. Inſti. de nup. §. inter eas quoq;. & d. c. per adoptionẽ. Tertia eſt quaſi legalis affinitas inter patrem adoptantẽ & vxorẽ filij adoptiui, & inter filium adoptiuũ & vxorem patris adoptantis. & hæc etiam impedit perpetuò etiam poſt emancipationẽ. ff. de ritu nup. l. adoptiuus. & ſimiliter poſt mortẽ patris, vt ibi, etiã ſi ante mortẽ fuiſſet emãcipatus. ¶ Tertium. Ad horum intelligentiam hic arborem cognationis huius ſtatuo, cuius trũcus vel radix aut centrũ eſt adoptãs cum ſuo coniuge, ſiue ſit maſculus, ſiue fœmina: ex quo procedunt quaſi in formam circuli quatuor rami, quorum duo ad centrum cõparantur in ratione deſcendentium vel quaſi, ſed adinuicem in ratione lateralium, ſcilicet filiorũ naturalium & adoptiuorũ tertius verò, ſcilicet filiorũ adoptati in ratiõe deſcendentium quo ad centrum, ſed in ratiõe collateraliũ quo ad filios naturales. quartus verò in ratiõe affinitatis quo ad cẽtrũ: licet in iſtis requiratur aliqua limitatio, vt infrà eod. §. per totum. quæ omnia patent in hac figura. ¶ Quartum. Filius adoptatus qui non tranſit in poteſtatem patris adoptantis, cõtrahere poſſet cũ filia naturali & legitima patris adoptãtis, quę eſt in eius poteſtate, ſecundum Hug. xxx. q. iij. in princi. & idem videtur ſentire Inno. ſecundum Panor. in d. c. vnico. & gloſ. in d. q. iij. §. quod autem. arrogatio verò hoc impedit, cùm durat ſolum: ſed Pan. vbi ſuprà. dicit quòd cõmuniter Doct. & Spec. tenẽt quòd non poteſt, quanquam nõ tranſeat in poteſtatem adoptantis: quia per adoptionem acquirũtur quædam iura, quæ per emancipationem diſſoluũtur. l. pen. C. de adop. ſicut adoptiuo tali datur ſucceſsio ab inteſtato, quæ non datur emãcipato, vt ibi: & ius canonicum indiſtinctè tenet & loquitur de adoptato, ſcilicet in genere, & non diſtinguẽdo de arrogato & ſimpliciter adoptato. Et ex his infert Sum. Ang. quòd etiã filius illegitimus, qui nõ eſt in poteſtate patris. cõtrahere nõ poteſt cum filia adoptiua patris. de quo infrà partic. viij. Sed opin. j. ſcilicet Hug. & gl. eſt vera ſecundum mentem Sancti Tho. & Pe. de Pal. & cõmuniter Theologorũ: quia licet per adoptionem acquirãtur aliqua iura, illa tamen non ſunt ratio prohibitionis matrimonij. Licet etiã ius canonicum non diſtinguat, diſtinguit tamen ratio iuris, quæ eſt cohabitatio. ¶ Quintum. Filius naturalis arrogantis contrahere poteſt cum filia filiæ arrogatæ ſecundum Aſten. quia cum mulier neminẽ habeat in ſua poteſtate: filia arrogatæ mulieris trãſire nõ poteſt in poteſtatem arrogãtis matrem: ideoq; nulla cognatio orta eſt inter arrogãtem & filiam arrogatæ. ff. de adoptio. l. ſi pater. Non poſſet tamẽ talis filius naturalis contrahere cum filia viri arrogati à ſuo patre, ſi habeat eam in ſua poteſtate quãdo fuit arrogatus. & idem Hoſt. ¶ Sextum. Filij adoptiui inter ſe poſſunt contrahere ſecundum Aſtẽ. & Veruec. ſicut notat Hug. xxx. q. iij. ita. ſicut etiã & ſpirituales

filij

Universidad de Deusto
Biblioteca



filij alicuius possunt inter se contrahere: & etiam spirituales cum adoptiuis: per glossin dicto c. vnico, quia hoc non inuenitur prohibitũ. quod etiam indistinctè videtur tenere Bern. Sed Host. distinguit inter arrogatos & adoptatos: quia inter omnes existentes in potestate alicuius adoptãtis nuptiæ prohibẽtur vsq; ad gradum per legem prohibitum. Vnde inter duos arrogatos ab eodem cõtrahi non potest: sed inter duos adoptatos potest. Primum autẽ sequitur Archi. & est verius: quia, vt innuit Sanctus Thom. non est minor, sed maior cognatio inter filios spirituales, qui contrahere possunt, quàm inter adoptiuos. ¶ Septimum. Si adoptiuus durante adoptione contrahat de facto cum filia legitima adoptantis: quidã dicũt quòd matrimonium non dissoluetur, eo quòd impedimentum sit temporale, vt notat glos. in dicto c. vnico. cuius opinionis est Innocent. vt refert Panorm. ibi, sed contrarium tenet, quam etiam dicit communem: & idem Spe. quia licet illud impedimentũ sit temporale secũdum se: inducit tamẽ perpetuum effectum. & ponit exemplum in gl. ibi: quia aliquis hodie cum ista cõiugata cõtrahere non potest, cum qua mortuo viro poterit die crastina contrahere. ¶ Octauum. Filius adoptiuus secundum Panor. vbi suprà, contrahere non potest cum filia illegitima patris adoptiui: vt quemadmodũ filius illegitimus non potest contrahere cum sorore carnali illegitima vel alia consanguinea: ita nec cum filia adoptiua, sicut etiam nec cum spirituali. Et hoc sequitur Sum. Ang. dicens quòd illegitimus filius, etiã si nõ sit in potestate patris, contrahere nõ potest cum filia adoptiua. Sed Sum. Rosel. innititur Asten. & tenet contrarium: quia filius illegitimus nõ est in potestate patris. Et hæc opinio tenẽda est contra Ang. & Panorm. sicut tenet Hostien. Innocent. & glos. in c. vnico. de cogna. leg. & Veruec. & Richard. & Ioan. de Plat. & Ang. Aret. & Aste. & Archi. tertia parte tit. j. cap. xiij. & Pisa. Non potest tamen filius illegitimus contrahere cũ filia spirituali sui patris, secundum Richar. & Asten. quia hic maior est vis. ¶ Nonò quæritur, † quid iuris de impedimento criminis impedientis & dirimentis? Et dico quòd cùm illa crimina sint tria, scilicet adulterium cum homicidio: adulterium cum fide data de contrahendo: & contractus de præsenti cum secundo coniuge viuente primo: vt patet per Sanctum Tho. in. iij. distin xxxv. & distinct. xxxij. q. ij. art. ij. circa hoc dicenda sunt multa. ¶ Primum. Crimen primum est adulterium cum homicidio effectualiter machinato. secundum Sanct. Thom. vt si vir occidit virum eius cum qua adulteratur, vel propriam vxorem vt habeat adulteram: vel econtrario, vxor occidit vxorem eius cum quo adulteratur, vel proprium virum, vt adulterum habeat. Hoc autem quidam, vt Innocen. & Hostien. intelligunt si sequatur homicidium, licet adulterium non præcesserit. extra de conuer. infide. laudabilem. vbi nihil dicitur de adulterina pollutione. quidam verò, vt Gosf. dicunt necessariò requiri pollutionem. Sanctus Thom. verò in locis suprà dictis aliquando innuit quòd sic, aliquando quòd non: sed veritas est quòd si ambo adulteri machinati sunt in mortem, sufficit mors sine adulterio, sicut de facto fuit in casu dicti capitis, laudabilem. etiam si alter machinatium sit infidelis: nihilo minus dirimetur, si conuertatur, vt ibidem, etiam si eo animo factum est vt conuerteretur: secundum Richard. Si verò alter tantùm machinatus est: tunc ad dirimendum requiritur pollutio: vt not. Ioann. Andr. & sequitur Panorm. in cap. super hoc. eod. ti. Si verò homicidium non intervenit actu, non sufficit adulterium solum: vt not. Ioan. And. ibidem. & est text. in cap. significasti. de eo qui duxit in matrim. ¶ Secundum. Si verò interfecit quidem alterum, sed non ea intentione vt alterum haberet in cõiugem, sed ob aliam causam, pura in bello vel casu, aut odio: istud non erit impedimentum, secundum Bern. & Hostiẽ. in dicto cap. super eo. & in d. cap. laudabilem. vnde dicit Sanc. Thom. in iij. vbi suprà. j. distinct. xxxvij. quòd vxoricidium aliquando impedit, & non dirimit: vt quando vir vxorem occidit pro

propter adulterium vel odium: quando-que verò etiam dirimit: vt cùm occidit vt ducat eam cùm qua mœchatur: quia tunc efficitur persona simpliciter illegitima ad contrahendum cum illa: non autem respectu aliarũ mulierum. ¶ Tertium. Si homicidium mandauit vel consuluit: dic per omnia vt 3. secundum Veruec. & Hug. ita quòd idem est ac si interfecisset. Si verò nihil horum fecit, sed ratum habuit: dicendum est quòd si nihil operatus est vt occideretur, ratihabitio non inducit hoc impedimentum: siue sit factum homicidium nomine suo, siue non, secundum gl. in c. si quis viuente. xxxj. q. j. & gl. in c. j. de conuersi. infi. & Vin. & Io. And. & Lau. & Ber. & Pan. in d. c. j. licet aliàs in maleficijs ratihabitio retrotrahatur, & comparetur mandato. ¶ Quartum. Secundum crimen est quando viuente coniuge de facto contrahitur cum alio: & tertium est si non contrahitur de facto: sed tamen datur fides de contrahendo vel iuramentum: vt extra de eo qui dux. in ma. c. fi. & xxxj. q. j. relatũ. Sed ad hoc quòd istorum duorum criminum quodlibet matrimonium dirimat, requiritur primò quòd vterq; sciat impedimentum, secundum S. Tho. ad est, quilibet eorum sciat reliquum habere coniugem: quia alter si ignorat, poterit esse matrimoniũ inter eos post mortem cõiugis: vt est casus in c. j. eo. tit. quod Pan. limitat si superinducta fuit ignorans toto tempore vitę vxoris: aliàs si de hoc certiorata coeat, dirimetur. d. c. fi. & dicitur ignorans quandiu non habuit certitudinem vel probabilem opinionem: vt in c. inquisitioni. de sent. excom. Secundò requiritur quòd interuenerit contractus per verba de præsenti, vel sit data fides de contrahendo, vel iuramentum: aliter non impediret, etiam si interuenisset copula: vt dictum est 3. parti. j. Quæ fides, secundum aliquos, vt recitat Rich. in iij. di. xxxv. non est nuda promissio, quæ, vt dicunt, non impediret: sed ipse dicit se credere quòd ex nuda promissione oriatur hoc impedimentum. & hoc tene: quia secundum vsum communem loquendi dat fidem qui spondet vel promittit. nec differt dicere, promitto, & do fidem: cùm secundum nihil realiter addat primo. Vnde qui promiserunt, consueuerunt dicere se fidem dedisse. Ista autem promissio est despontatio de futuro. Tertiò requiritur secundum S. Tho. quòd in vtroque crimine interuenerit carnalis pollutio, scilicet ante vel post contractum, aut fidem datam: quia nec adulterium sine vllo illorum, nec vnum vel vtrumque illorum sine adulterio dirimeret: vt in d. c. significasti. & xxxj. q. j. c. j. Quartò requiritur secundum S. Tho. quòd primum matrimonium fuerit validum: alioquin non impediret etiam cum pollutione: vt in d. c. significasti. Sufficit etiam si primum fuit ratum, id est, per verba de præsenti contractum, licet non consummatum: etiam si esset separatum quo ad thorum: vt in c. significauit. & in c. literarum. eo. tit. ¶ Quintum. Si quis viuente vxore dedit fidem alteri secundæ: sine copula tamen, & deinde mortua vxore accepit tertiam, qua viuente cognouit secundam, cui primò dederat fidem. secundum Io. And. in c. si quis. eod. tit. non poterit mortua tertia habere secundam: quia verum est, dicere quòd fidem dedit & cognouit durante legitimo matrimonio, scilicet primo vel secundo quod fuit cum tertia: nec matrimonium intermedium remoueret impedimentum. facit l. singularia. ff. si cer. pe. & in c. in scripturis. viij. q. j. Sed Gasp. Cald. tenet contrarium. & sequitur Pan. in d. c. si quis. quia contrahendo cum secunda videtur recessisse à data fide: & consequenter nunc reperitur adulterium solum, quod non impedit: vt in d. c. significasti. Sum. autem Ang. distinguit per ante & post factum: sed male indistinctè tenet opinionem secundam cum Rosel. quia iura hoc impedimentum induxerunt, ne spe contrahendi sequeretur machinatio in mortem. quod hic cessat. Et mortua secunda poterit contrahere cum tertia, non obstante adulterio solo immediatè remanente. per c. significasti. cum alijs. de eo qui du. in ma. quam pol. per ad. & ita tenuit Io. de Lig. in cap. si quis. eo. tit. ¶ Sextum. Si vxoratus det fidem Bertæ. quòd si consentiat post mortem vxoris accipiet illam quam Blancha consanguinea ipsius Bertæ consulet: & Blancha cõsuluit quòd accipiet Bertam: secundum Asten. distinguendum est. Nam si Berta, aut is qui dedit fidem, probabiliter credebat quòd consuleret de Berta: non poterit esse matrimonium: quia est in fraudem. Si verò ille aut illa hoc non existimabat, poterit habere Bertam. Et intellige si non existimabant ambo: quia vno solo existimante dirimitur, si ambo sciebant impedimentum. ¶ Septimum. Si quis verò viuente vxore de facto contrahit cum alia secunda, intellige sine coitu: & mortua vxore contrahat cum tertia, secundum glo. à Doc. communiter probatam in capite primo. eodem tit. poterit stare cum tertia, si contraxit cum ea antequam expresse vel tacitè consentiret cum secunda: quia matrimonium illud nullum erat, etiam si illa fuisset ignorans viuente prima: ante tamen quàm contrahat cum tertia compellendus esset contrahere cum secunda, si illa ignorauit illum habuisse vxorem: ipsa verò non est compellenda. & idem Host. ¶ Octauum. Si quis autem viuente vxore contraxit de facto cum secũda adultera: cùm qua scilicet polluitur, distinguendum est: vt patet ex dictis. Nam si illa sciuit quòd habebat aliam quando eam duxit vel alio tempore, non poterit esse in isto matrimonium. Sed si vsque ad mortem primæ hoc nesciuit, & ea mortua hoc scit: in potestate ignorantis est rata facere matrimonium, aut diuortium petere. extra eo. c. j. & cap. veniens. nisi prima viuente facta sit conscia, & consenserit in copulam: quia matrimonium perpetuò impediretur, arg. de præscri. cap. fi. in fi. & cap. per-ea fin. xxxiiij. q. ij. si virgo. de secun. nup. dominus. vel nisi mortua prima postea quã sensit, consenserit in copulam: quia diuortium petere non poteri. arg. de coniug. ser. cap. proposuit. & cap. fi. Et si in casu quo ista adultera contraxit ignoranter, mortua prima contrahat cum tertia, secundum Host. & Gof. manebit cum tertia, etiam si postea cognoscat secundam: vt dicto capite, veniens. quia prima viuente consensus habitus cum secunda fuit nullus: & consequenter non impediuit matrimonium cum tertia. Et si secundam cognouit antequam duceret tertiam: nihilo minus stabit cum tertia, secundum Host. arg. de coniug. ser. proposuit, &. c. fi. & c. bonæ memoriæ. de elec. Et si secunda agat contra eum, & durãte iudicio contrahit cum alia, secundum Asten. tertia erit vxor: quia secunda non censetur vxor, nisi ex nouo consensu. d. c. veniens. ¶ Nonum. Et si priore vxore viuente quis contraxerit & concubuerit cum pluribus inscijs: secundum Host. locus est gratificationi: quia quãcunque certificatam de morte prioris primò cognouerit post mortem legitimæ, illam tenebit. d. c. veniens. & idem Dir. Dicitur autem inscia siue ignorans, secundum Hostien. quando habet iustam causam ignorandi: vt quia vir de remotis aduenies asserebat se vxorem non habere: de spon. cùm in apostolica. & filij interim nati sunt legitimi, si secundum matrimonium contractum fuit in facie ecclesiæ, non autem, si clam. Adulterium enim non committitur sine dolo. ff. ad l. Iuliam. de adulter. l. pe. xxxiiij. q. ij. in lectum. ¶ Decimum. Si autem habens vxorem adulteretur cum Berta, & dicat, Si vxorem non haberem, acciperem te: & postea interficit vxorem, non tamen eo proposito, vt Bertam acciperet: dicit Gas. Cald. & recitat do. Anto. de Sanc. Geor. in dicto cap. super hoc. quòd poterit Bertam accipere in vxorem: quia

hic

Universidad de Deusto
Biblioteca

hic non est fidei datio per verba præmissa:nec homicidium est factum eo proposito, nec adulterium cum dicta machinatione.Card.autem hoc reprobat,dicens quòd non tenetur matrimonium:quia quando adulterium interuenit , non attenditur an machinatio interuenerit ex proposito habendi eam nécue.Sum.autem Ange.distinguit per ante & post factum:sed tu dic quòd prima opinio simpliciter est vera,& secundum mentem Sancti Thomæ:nec est hic aliquod trium
10 prædictorum criminum,vt patet. ¶Decimò quæritur,†quid iuris de impedimento disparitatis cultus : puta cùm fidelis contrahit cum infideli,puta Iudæo, vel Pagano ? Et dico multa.¶ Primum.Inter infideles potest esse matrimonium: vt patet in c.gaudemus.de diuor.etiam si sint dispares cultu: nisi prohibeantur aliquo iure positiuo,secundum Arch.post Sanctum Thomam,vt Saraceni cum Tartaris.quod S.Tho. intelligit secundum quod matrimonium est in officium, non secundum quod est sacramentum: vel secundum quod est ordinatum ad prolem secundum perfectionem naturæ: non autem secundum perfectionem gratię.vnde est quidem inter eos matrimonium:sed non est perfectum. ¶Secundum.Matrimonium infidelium est nullum , si contractum sit contra legem Dei,id est,in gradibus prohibitis Leui.xviij. vel contra legem naturæ,secundum S.Tho.& omnes: similiter si sit contra aliquod eorum statutum matrimonium an nullans:quia secundum Pet.in iiij.dist.lix.licet talia statuta nihil possint contra matrimonium vt est sacramentum : secus inquantum est fœdus humanum . & concordat mens S. Tho.Vnde si tales conuerterentur , oporteret eos de nouo contrahere.¶ Tertium.Nullus etiam fidelis,id est, baptizatus,contrahere potest cum infideli,id est,non baptizato,puta Iudæo vel pagano,vel etiam catechumeno credente omnes articulos fidei: alioquin matrimonium nullum est xxviij.q.iij.§.ex his.&q.j.caue.&.c.cùm non oporteat.Ex magna tamen causa potest papa in hoc dispensare,secundum Gasp. quia hæc prohibitio est iuris positiui:licet Card.teneat oppositum.Sponsalia verò sub conditione si conuertantur , bene valent secundum omnes:vt d.c.caue. & seq. Similiter tenet matrimonium cum hæretico vel schismatico baptizato,secundum communiter Doc.licet peccet contrahens cum tali.Vnde S.Tho. dicit quòd hoc impedimentum non dicitur disparitatis fidei , sed cultus , qui scilicet respicit exterius seruitium.Vnde requiritur paritas quantum ad fidei sacramentum,id est,baptismum.Vnde etiam secundum Rayn.si alter coniugum labatur in infidelitatem,reliquus contrahere non potest,siue interuenerit copula siue non:quia in vtroque casu fidelis tenetur continere:ar.in c quæsiuit.de diuor. & in c.quanto,eodem.¶Quartum . Actus matrimonialis in infidelibus excusatur,nec est peccatum,secundum S.Thom. si debitum reddatur propter bonum prolis aut fidei,qua tenetur coniunx coniugi:cùm sit actus iustitiæ, & temperantiæ,& in huiusmodi delectabilibus actibus debitas circunstantias obseruat.¶ Quintum . Conuersio alterius coniugis ad fidem.secundum S.Tho .vinculum matrimonij non soluit:quia fides non soluit,sed perficit matrimonium:soluitur tamen aliquando cohabitatio & solutio debiti:in quo pari passu currunt infidelitas & adulterium : quia vtrumque est contra bonum prolis.Igitur sicut coniunx cùm adultera manere potest sub spe correctionis, licet ad hoc non teneatur: non autem cum obstinata in adulterio, vt dicitur in iiij.dist. xxxv.ita manere potest cum infideli sub spe correctionis,licet non teneatur:& bene facit commanendo iuxta consilium Apostoli,j.Corin.vij.non tamen potest ei commanere, si eum viderit obstinatum . Ex quo infert Sanctus Thomas virtualiter quòd in primitiua ecclesia poterat coniunx sub hac probabili spe conuersionis cohabitare coniugi infideli tam Gentili quàm Iudæo:etiam si conuersionem non sperabant:quòd vtrique passim ad fidem intrabant:& probabiliter poterat sperari conuersio:& similiter cum infideli Gentili,sed non cum Iudæo:nisi conuersionem promitteret tempore martyrum & Constantini : quia tunc adhuc gentes intrabant,& Iudæi erant obstinatimunc autem cum neutro,si si velint conuerti:quia vtrique obstinati sunt.¶ Sextum.Coniunx infidelis ad fidem conuersus reliquo in infidelitate remanente,licet non teneatur ei commanere:tamen cùm alio contrahere non potest,nisi in tribus casibus. Primò, si nolit infidelis cohabitare fideli:& secundò,si velit cohabitare,sed non sine iniuria creatoris vel peccato:tertiò, si trahere nititur ad infidelitatem.Sed circa hos casus,quos ponit Arch.& Rich.in iiij.& Pan.in c.quanto.de diuor.est sciendum primò quòd S.Tho.non ponit nisi secundum : sed ille includit primum & tertium:& ad ipsum , secundum aliquos, reducitur quartus,si trahere nititur ad aliud vitium quàm ad infidelitatem,aut generaliter ad aliquod mortale . & videtur velle Innocenti. in capite,quæsiuit.de diuortijs . & in capite,j.de adulter.licet glo.in c.vxorem.xxviij.q.j. teneat contrarium. & verum dicit Innocentius:quia secundum Pan.in d.c.quæsiuit.etiam fidelis vir quando compesci non potest ab illa insolentia,poterit fieri separatio:quia est quędam præsumptio infidelitatis.Sciendum est secundò quòd secundum aliquos in quolibet horum casuum soluitur vinculum matrimonij etiam antequam aliud vel cùm alio contrahatur:&tamen si ante contractum secundi matrimonij conuertatur reliquus coniunx,tenetur primò conuersus illum recipere: quia manet vinculum sponsalium,& si non matrimonij Quam opinionem tenuit Richar.vt recitat Archid,& videtur tenuisse Panor.in dicto capite,quanto.de diuor . dicens quòd occurrente aliquo illorum casuum , eo ipso matrimonium soluitur:& potest fidelis contrahere:nec oportet iudicem statuere tempus,sed sufficit hoc clare perpendi. Et hoc sequitur Summa Angel.Sed opinio Sancti Thomæ est quòd per peccatum coniugis infidelis reliquus absoluatur à seruitute,qua contrahere non poterat alio viuente: sed deinde per secundum matrimonium contractum in fide Christi , tanquam per firmius,soluitur primum:ita quòd culpa illa dat ei licentiam nubendi,&consequenter frangendi primum vinculum. Et ista est veritas:cuius signum est , quòd si antequam contrahatur secundum matrimonium infidelis conuertatur,reliquus tenetur illum recipere:quod non est virtute sponsalium,vt dicit prima opinio: alioquin oporteret quòd nouiter contraherent. quod nullus dicit : & hoc est quia stat vinculum.¶ Septimum.Et si infidelis conuersus plures habeat vxores,quæ omnes conuertantur,secundum Sanc.Tho.& alios, illa,cùm qua primò contraxit,est vxor eius,& cum ea habit, non autem alia:quia hoc fuit contra legem naturæ.Et si prima conuerti noluerit , non propter hoc est matrimonium cum aliqua aliarum,sed cum vna earum contrahere Poterit , iuxta prædicta . Et si simul duas accepisset , neutra est vxor:nisi altera habuit impedimentum dirimens : quia relicta tunc esset vxor.de diuor.gaudemus.Et si repudiata prima aliam duxisset,secundum Sanctum Thomam idem est quod de eo,qui plures habebat:& tenetur primam , quam repudiauerat,accipere,si conuerti voluerit,& aliam abijcere:quia repudium est contra legem naturæ.Et secundum gloio d.cap.gaudemus.non poterit repudiare.nec ob fornicationem abijcere:sed tenetur eam recipere , si vult cohabitare sine peccato:aut saltem continere.¶Octauum.Vir ad fidem conuer-

uersus,secundum S.Tho.non debet emittere votum continentiæ si maneat spes de conuersione vxoris:quia vxor diffidens conuerteretur sic se esse priuatam sciens:si verò non sit spes,potest ad sacros ordines vel ad religionem accedere prius ea requisita vt conuertatur:quę si post sacrorum ordinum susceptionem conuertatur, non est sibi reddendus vir suus: sed sibi hoc imputet in pœnam tardæ conuersionis. Hæc ex illo.Sed intellige quòd etiam extante spe si votum emitteret,teneretur ad illud:vt patet ex dictis.¶ Nonum.Si autem vterq; coniunx conuertatur ad fidem,ratificatur matrimonium,& abinvicem separari non possunt , etiam si contraxissent in gradibus prohibitis ecclesiastico statuto , secundum Arch.post Ric.Secus si contraxissent contra prohibitionem diuinæ aut naturalis legis , aut humanæ talem contractum annullantis:quia tale matrimonium nullum esset . ¶Decimum.Si alter tantùm coniugum conuertatur,secundum S. Tho.si proles pgruerit iam ad ætatem perfectam liberè sequi poterit parentem quem voluerit:si autem est in ætate minori,debet dari fideli,non obstante quòd indigeat matris obsequio ad educationem.Probatur etiam in c.ex literis.de cõuer.infide.¶ Vndecimum.Mulier conuersa ad fidem gaudet priuilegio dotium,vt per multa probat Pan.in c.placet. de diuor.¶ Vndecimò quæritur,†quid iuris de impedimento,quod dicitur vis seu violentia vel coactio?Et dico multa. ¶ Primum.Secundum S.Tho.in iiij.di.xxix. duplex est coactio seu violentia,de qua etiam in l.j.ff.quod met.cau.vna faciens necessitatem absolutam,quæ & dicitur à Philosopho violentum simpliciter:vt cùm quis aliũ corporaliter impellit ad motum.alia faciens necessitatem conditionatam,quæ dicitur violentum mistum,licet sit ibi voluntarium simpliciter,vt j.& sit ex hoc quòd timetur aliquod periculum imminens.vnde est idem quod metus,qui voluntatem quodammodo cogit. Prima non cadit in consensum,sed in corpora libus:puta ad copulã. Secunda verò cadit in consensum.vnde aliquis consensus est coactus,scilicet conditionatè . Et quia legislator non considerat solum interiores actus,sed magis exteriores:ideo per vim intellige coactionem simpliciter: propter quod vim contra metum diuidit.Sed nunc agitur de consensu interiori,in quem non cadit coactio seu vis,quæ à metu distinguitur:ideo in proposito idem est coactio quod metus:qui secundum iurisperitos,est instantis vel futuri periculi causa mentis trepidatio. Videj.Metus in prin. ¶Secundum.Coactio absoluta , secundum omnes , matrimonium, tollit,sicut & consensum,etiam ex parte cogentis: quia eius consensus solus non sufficit ad matrimonium.Vnde eo casu quo copula matrimonium facit,sic coacta non facit.ar.dist. 50.presbyteros.de spon.veniens.el ij.xxxj.q.ij.c.j.& ij. Coactio verò conditionata,id est,metus,si sit metus iustus , id est,cadens in constantem virum,iuxta dicenda j. Metus.§.j. similiter matrimonium tollit.extra eo.perlatum.&.c.ad audientiam.& extra de spon.veniens.el ij . Et hoc etiam si iste metus non inferatur contrahere debenti, sed filijs aut filiabus,& huiusmodi,secundum Rich.Si verò sit metus minor: non tollitur matrimonium,sed tenet.ff.eo.l.neq; timorem. ¶ Tertium.Consensus siue metus iustus,vt recitat S.Tho.secundum aliquos tollit matrimonium quantum ad ecclesiam,quæ præsumit ibi non fuisse consensum interiorem:non autem quantum ad Deum.Sed hoc,inquit,nihil est: quia ecclesia non debet de aliquo præsumere peccatum antequam probetur:peccat autem qui dicit se consentire , & non consentit.Et ideo dicendum est,secundum eum & alios , quòd illud tollit quo ad iudicium Dei & ecclesiæ ,qui nolunt talem esse ligatum,etiam si adsit consensus interior , in quo per metum iustum multùm minuitur de voluntario.Quod quidem metus facit& ex constitutione ecclesię,quæ instituere potuit vt persona coacta durante coactione illegitima sit ad contrahendum:& ex sua natura inquantum tollit consensum.quod verum intelligo quantum ad coactionem absolutam,non quantum ad conditionatam vel metum : quia ibi est voluntarium simpliciter cum inuoluntario secundum quid.Circa prædicta tamen sciendum est quòd opinio communis doct.vt recitat Pan.in c.cum locum.de ipon.est quòd matrimonium contractum metu nullo,ipso iure nullum est. Sed Card.in c.Abbas.quod met.cau.dicit quòd mero iure tenet licet veniat rescindendum actione quod met.cau.per regulam generalem,scilicet quia omnia facta per metum tenent.Sed ista opinio est falsa:quia si tenet,est verum matrimonium:& consequenter dissolui non potest, nisi eo modo quo ȝ.Diuortium,per totum ferè. Vnde Pan . tenet opinionem communem:pro qua videtur tex.apertus in c.significauit,de eo qui du.in ma.vbi tenet secundum matrimonium non obstante primo per metum contracto nulla petita rescissione prioris.Quare autem regulariter teneant facta per metum,& non hic.Pan.adducit multa. Sed tu dic ideo esse: quia ecclesia sic statuit propter ea quæ ille allegat, quæ de se non sufficiunt.¶ Quarrum.Licet consensus coactus matrimonium non faciat etiam ex parte cogentis,secundum San. Tho.quia matrimonium claudicare non potest:tamen,vt dicit,si is,qui fuit coactus,postmodum consentiat (intellige etiam tacitè secundum Arch.post Richa.) fit matrimonium, dummodo cogens adhuc in suo consensu permaneat : non autem si mutauit voluntatem.Et concor.gl.Ray.& Pet.addens quòd si prius consentiens velit dissentire altero consentiente:compelletur per ecclesiam , quia præsumitur manere in eodem consensu:nec ei licet variare. & facit caput primum,de eo qui duxit in matrimo.Rich. autem in hoc distinguit:nam aut coactus est alter tantum,aut vterque:si alter tantum fuit coactus,ligatus est solùm liber, non alius.tamen si coactus postea tacitè & liberè consentiat persona ligata persistente in pristino consensu,verum efficitur matrimonium,& vterq; ligatus est:quia tacitus consensus sufficit nõ per se: sed cũ expressione exteriori præcedente:sed si persona ligata resiliat à cõsensu ante sequentem cõsensum alterius si quidem coxraxit secũdò,peccauit,si non expectauit cõgruo tempore liberũ cõsensum alterius,sed tenet secundum matrimonium.Si verò nõ contraxit secũdum iudicium ecclesiæ præsumitur in eodem cõsensu remanere:quia in aliquem semel cõsentiens,amplius dissentire nõ potest, nisi alius negauerit suũ præsentem cõsensum,de spon.de illis.el j.secundum iudiciũ tamen Dei non est matrimonium, quia deest cõsensus vnius.Si autem vterq; fuit coactus', ad hoc vt sit verũ matrimonium requiritur nouus cõsensus vtriusq;,sed nõ exterior expressio noui.¶ Quintũ.Si mulier post cõsensum coactum carnaliter cognoscitur,secundũ Per. præsumitur tacitè cõsensisse matrimonio,si habuit tempus reclamãdi , & non reclamauit.Et sic intellige extra qui ma.accu.post cõsensum per.Secus si fuit coacta absolutè,aut metu iusto : sed si metus nõ fuit sufficiens,& in iudicio exteriori præsumitur pro matrimonio:si tamen verè nõ cõsensit, nõ est matrimonium, etiã si habuit opportunitatem reclamãdi nec reclamauit.Et idem Ric.¶ Sextũ.Secundũ Veruec.si mulier post cõsensum coactũ morã trahit cũ marito per annũ cũ dimidio, aut etiã minori tempore,dũ tamen rãtũ sit ęs arbitrio boni viri præsumendum sit pro consensu:postea non debet audiri:de spõ. ad id.& concord.Host.& Bern.& sic tale matrimonium habitatione spontanea conualescit.Et ibi dicit Panorm , quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

secũdum hoc licet in tex.mentio fiat de anno cum dimidio: tamen nõ est necessaria cohabitatio tanta: quia ibi narratur facti contingentia: sed sufficit si peruenerit ad ætatem legitimam, quòd habita opportunitate fugiendi non fugerit: nec requiritur copula carnalis. Pro hoc c. vnicum. de despon. impu. li. vj. Iudex tamen habet considerare quantitatem moræ & opportunitatem fugiendi. ¶ Septimum. Et per dicta Pan. in particula priore, idem videtur dicendum si quocunq; modo appareat de tacito consensu: puta si se coniuges nominabant vel amplexabantur vt coniuges, ar. d. c. vnici iuncta: gl. Et idem si sponsa recepit munera sponsalitia: quia taliaviden tur pargare metum præcedentem. ¶ Octauum. Si autem ad contentum coactum addatur iuramentum, secundum Pe. in foro iudiciali tale iuramentum non est obligatorium: in foro tamen conscientiæ consulendum est quòd impleatur: vel saltem per superiorem impetretur absolutio. Et cõcor. Ver uec. & Hug. Ric. autem dicit quòd matrimonium non tenet: quia quod non est, non potest ratificari, sed tamen cum hoc stat quòd consulatur vt 7. ¶ Nonum. Parentes secundum Pe. liberos cogere non possunt ad contrahendum, nec generali ter, nec in speciali cum aliquo vel aliqua: quia in matrimonio requiritur consensus maximè liber ratione perpetuę obligationis quæ ibi contrahitur, de spon. requisiuit. Non ta men propter hoc parentes temere iurare matrimonia filiorum quia ex natura contractus intelligitur ista conditio, si liberi consentiant: & ipsi parentes tenentur ad inducendum eos. de spon. ex literis. el ij. iuncta gl. ¶ Decimum. Si mulier contraxit imperio vel precibus principis, non habet iustum metum, vt dicit glo. in c. fi. qui cle. vel vo. sed in contrarium facit l. fi. C. quod met. cau. & illud, Est orare ducum, species violenta iubendi. Io. asst And. dicit quod est iustius, si rex aut princeps conflauit tyrannicè tractare non parentes suis præceptis seu precibus. quod notandum est singulariter se cundum Pan. in d. c. fi. & idem sentit Barto. trac. de tyranno. ¶ Vndecimum. Si quis matrimonium contrahat in captiuita te facta ab hostibus, non valet aliter quàm matrimonium seruorum, secundum Host. quia captus ab hostibus seruus fa ctus est. Si verò captus est quis vt cogatur ad tale matrimonium, non valet. arg. extra de proc. accedens. Vide 5. Accusatio. §. iiij. ¶ Duodecimò quæritur, Quid iuris de impedimento ordinis? Et dico multa. ¶ Primum. Nullus ex minoribus ordinibus matrimonium impedit aut dirimit, nec impedit vlum matrimonij: sed possunt licitè contrahere taliter ordinati. dist. xxxij. si quis vero. & c. feriatim. & de cle. coniu. c. j. ij. & iij. Imò talis contrahens cum vnica & virgine retinet priuilegium clericale, si tonsuram & vestes retinet clericales. de cle. coniu. c. j. lib. vj. non tamen retinet beneficium ecclesiasticum, nec illud recipere potest: quia ex beneficio eccle siastico tenetur quis ad ordinis executionem: quã etiã, quo ad ordinem non sacrum, impedit matrimonium, secundum statutum occidentalis ecclesiæ propter maiorem honestatem. ¶ Secundum. Ordo sacer matrimonium præcedens, tanquam habens implicitum votum solenne ex constitutione ecclesiæ, illud impedit & dirimit. dist. xxxij. si quis eorum & cap. erubescant. & cap. electores. & cap. placuit. & extra. qui cle. vel vo. c. j. & ij. quod quidem votum secundum Sanct. Thom. quilibet intelligitur emisisse ex hoc ipso quòd ordinem sacrum suscepit, secundum ritum occidentalis ecclesiæ: vnde etiam impedit vlum matrimonij prius contracti, vt patebit. Quod adeò verum est, vt nec etiam Græco, cui licet vti matrimonio contracto, sit licitum in sacris contrahere, ecundum Io. And. Innoc. & Richard. in iiij. & plures alios. Contrahens autem in sacris est excommunicatus. de consang. & affi. cap. eos. in cle. & est etiam irregularis, secundum Pe. de Pal. in iij. dist. xxxvij. qui etiam dicit quòd licet is, qui ordinatur ad ordinem sacrum, non intendat contrahere, nec se ad hoc obligare: tamen ad hoc obligatur etiam in foro conscientiæ: quia ecclesia potest inhabilitare ad matrimonium ignorantem & inuitum, sicut & seruum & frigidum: & per eandem rationem ad hoc obligatur ordinatus ante annos discretionis, etiam in casibus, præsupposito quòd recipiat characterem: quia obligatur ex statuto ecclesiæ, non voto suo: vnde si talis contrahit, dirimitur matrimonium. Hæc ex illo. Posset fortè & aliter ratio huius assignari ex voluntate sic suscipientis ordinem sacrum scienter: quasi ecclesia illegitimer istos non simpliciter, sed ex suppositione voluntatis suscipiendi ordines sacros: & sic ille puer non tenebitur ad castitatem. & hoc magis cõsonat S. Th. volenti q̃ suscipiens ordinem secundum ritum occidentalis ecclesiæ, scilicet scienter vel ignoranter ignorantia non excusante, intelligatur votum emisisse. Contonat etiam illi præcepto, Crescite & multiplicamini, Gene. j. quod licet non teneantur singuli hominum implere, quia est tactum communicati, & sufficit si per aliquos impleatur: tamen quicunq; vult, potest illud implere: & Deo licentiam dante, nullus potest prohibere. Vide etiam j. parti. vij. in fi. ¶ Tertium. Matrimonio secundum S. Thom. in iiij. dist. xxxvij. ordo sacer superuenire potest iuncto matrimonio si ad sacros ordines accedat etiam vxore reclamante characterem ordinis suscipit. licet careat ordinis executione: & non potest debitum petere, nec petenti vxor tenetur reddere, licet ipse teneatur reddere: sed intellige in ecclesia occidentali, secundum Sum. Conf. etiam si esset papa secundum gl. Ray. & Hug. Siverò ea volente vel dissimulante accedit, recipit ordinem & executionem: sed ipsa non tenetur continentiam perpetuam vouere, si viuit: ita scilicet quòd viro mortuo contrahere non potest: non tamen tenetur religionem intrare, si sibi non timet de periculo castitatis, propter hoc quòd vir eius solenne votum emisit: secus autem si emisisset votum simplex. Sed de his 7. statim. Quod autem dictum est, vxorem non teneri ad religionem, est op. Io. Lan. Tanc. Ray. & Al. sed fallit si matitus vult episcopari, vt statim dicetur. ¶ Quartum. Si ordo sacer matrimonium non præcederet sed sequatur, multa dicta sunt 3. Diuortium. §. xv). Nunc autem, vt plenè sciatur quando alter coniugum possit religionem intrare vel ad ordines promoueri secundum Pan. in c. j. de conuer. coniu. post Io. And. & Calde. co sic: Aut enim matrimonium est consummatum, aut non. Si enim matrimonium non est consummatum. Aut alter coniugum vult intrare religionem profitendo: & potest etiam inuita vxore: vt in c. verum. & in c. ex publico. extra eo. Aut vult vouere continentiam, vel intrare monasterium, & non profiteri. & non potest inuita coniuge. vt in d. c. ex publico. Aut vult promoueri ad ordines: & communiter tenetur quòd non potest inuita vxore. Vnde hoc casu magis defertur religioni quàm ordini: quia per ingressum religionis solutur matrimonium consummatum: non autem per susceptionem sacri ordinis: vt habetur in extraua. Io. xxij. quæ inciprit, antiquæ. Si verò matrimonium est consummatum: tunc aut volunt mutare statum, aut non. Si autem nolunt mutare statum: aut volunt vouere continentiam statu non mutato? & possunt & talia matrimonia dicuntur sanctimonia: vt in capite quod Deo pari. xxxiij. quæsti. quinta. Aut alter tantum vult vouere: & potest in sui præiudicium. non autem alter vsurande non potest debitum exigere, quod tamen reddere tenetur: alter autem exigere potest, etiam si consensisset, secundum Innocent. nisi etiam ipse vouisset: quia si ambo vouerunt, non tenetur amplius alter alteri reddere: vt in dicto cap. quod Deo. Et notatur in cap. charissimus. extra eod. Si autem volunt mutare statum: hoc est multipliciter. Aut enim maritus vult effici episcopus: & tunc requiritur quòd vxor intret religionem, etiam si non sit suspecta de incontinentia: vt in capite, sanè. extra eodem, scilicet de conuer. coniug. & est casus specialis. Aut solùm vult promoueri ad ordines sacros. & tunc si vxor est de incontinentia suspecta, debet intrare monasterium. aliàs sufficit quod vouerat continentiam remanendo in seculo: vt in capitulo, coniugatus. extra eodem. Aut vult intrare religionem: & hoc multipliciter. Aut enim alter commisit adulterium: & potest etiam reliquo inuito: vt in capitulo, Agathosa. xxvij. quæstione secunda. Aut alter non commisit adulterium: & tunc aut primò altero ignorante: & potest reuocari ad petitionem ignorantis: vt in capi. placet, extra eodem. Aut secundò altero scienter & contradicente: & idem dicendum est: vt in capitulo, quidam. extra eodem. Aut tertiò altero sciente & dissimulante: & idem dicendum est: vt in capitulo, consuluit. extra eodem Si tamen in vita non reuocauit, qui remansit in seculo, post eius mortem non poterit professus exire monasterium: vt in dicto capitu. consuluit. Idem secundum Calde. in casibus præcedentibus & sequentibus, in quibus potest fieri reuocatio: quasi cessauerit causa quæ inualidabat ingressum. Et hoc tene, licet Innocentius in dicto capit. quidam. variauerit. Aut quartò alter consensit inuitus seu per metum: & tunc fit reuocatio ad petitionem eius: vt in capitulo, accedens. extra eodem. Aut quintò alter consensit per dolum: & idem est argumento capitis, veniens extra eodem. Aut sextò consensit simpliciter & sponte votum continentiæ non emittendo: & sunt opiniones. Nam Abbas & Innocen. in dicto capitu. quidam. dicunt quòd si remanens in seculo est inuentus, debet ad petitionem eius alter reuocari. Cald. dicit quòd solùm ex officio iudicis. quod placet Panorm. quia præstando consensum renuntiauit iuri quod habebat in altero: & consequenter iam non habet actionem: sed iudex ex officio suo ne committatur adulterium, educet de monasterio. Et credit Panormit. hoc casu, primò quòd ille sit verus religiosus, & post mortem alterius compelletur ad monasterium regredi: & secundò quòd si dans licentiam est iuris conscius, non fiet ista reductio: quia dando licentiam videtur vouere: vt notatur in iuribus suprà allegatis. Aut septimò consensit promittendo continentiam: & sic si consentiens est senex, remanebit in seculo, & alter in religione: vt in capitulo, cum sis, & in capitulo, vxoratus. & in capitu. ad apostolicam. extra eodem. Si verò sit iuuenis, & de incontinentia suspectus: non debet superiori pati quòd alius ingrediatur: nisi alter quoq; ingrediatur. Sed si de facto ingreditur, tenet ingressus secundum omnes, quia professio coniugis non est de substantia professionis alterius: vt in capitulo, significauit. extra eod. & consentit Federi. Sed remanens in seculo, ex quo est subiectus, & vouit, compellitur intrare monasterium: vt in dicto cap. significauit. Sed an teneatur profiteri, sunt opiniones. Nam Innocen. tenet quòd profiteri non cogitur: sed inclusi debet in monasterium, vt arceatur à vagatione quia vltra propositum consensum non cogitur quis profiteri. xxxij. quæstione j. integritas. Hostien. verò tenet contrarium: quia non est licita communio in monasterio professorum cum non professis. Item quia vouendo, tacitè se obligauit religioni, ex quo in seculo stare non potest sine suspicione incontinentiæ. Ioan. verò Calde. dicit satis æquè posse distingui: quia aut vouit intrare religionem & cõpellitè profiteri: vt in dicto capite, Agathosa. Aut simpliciter vouit continentiam, dando licentiam marito de ingressu monasterij: & sic si erat inuis conscius, aut ignorans ignorantia non excusante, compellitur profiteri. xxxij. quæstione v. qui vxorem. Secus si erat ignorans ignorantia excusante, vt miles, aut mulier, aut agricultor: quia profiteri non compellitur, sed esse in monasterio. Quod autem dictum est de muliere, quidam non admittunt: quia non excusatur ab ignorantia iuris vltra masculos, nisi in casibus iure expressis, vt est textus in l. fi. C. de iuris & fac. ignorantia. tamen Panormitan. plus placet dictum Calde. arguendi capituli. j. & eorum quæ suprà dicta sunt: quia videmus quòd mulier solùm dando licentiam non compellitur continere, vt in dicto capitulo. j. Secus in masculo: vt in dicto capitulo, qui vxorem. vbi textus non dicit quòd maritus vouisset continentiam: sed quòd solùm promisit intrare monasterium. & per hoc compellitur etiam ipse intrare, ex quo est iuuenis de incontinentia suspectus. Hæc ex Panormitano in dicto capit. j. de conuer. coniug. ¶ Quintum. Dicit etiam Panormitanus in dicto capitulo, quidam. quòd si quis intrauit religionem vxore inuita, etiam profitendo, & ei fuit postea restitutus: vxore mortua monasterium intrare non compellitur: matrimonium autem si contraheret, peccaret mortaliter, sed tamen valeret: sed si in vita vxoris non reuocaretur, post eius mortem exire non potest, vt dictum est. Ex quo infert contra gloſſam ibi dicentem istum peccare, si non perficit votum mortua vxore: quia votum fuit nullum respectu ingressus monasterij: cum tunc non haberet habilem consentum ad se obligandum: vnde requiritur nouus cõsensus. Et hæc opinio plus ei placet quàm domino Antonio dicenti tutius esse tenere quod matrimonium illius contractum post mortem vxoris non teneat, eò quòd licet hoc votum dicatur simplex, tamen ex quo fuit determinatum ad certam religionem approbatam, videtur solennizatum. Et sic, secundum eum, limitari potest caput vnicum, de voto libro sexto. vt intelligatur de voto omnino simplici, non determinato ad certam religionem. Quod quidem Panormitano non placet: quia dictum capitulum requirit vt votum solennizetur professione tacita vel expressa: & sic requiritur quod iste vouens sit effectus religiosus: sed in casu nostro votum istius respectu professionis fuit nullum, nec fuit effectus religiosus: aliàs papa mandasset post mortem vxoris eum debere compelli ad repetendum monasterium, vt facit extra eodem. cap. ex parte. Secus tamen dicendum, si vxor dedisset licentiam marito: quia tunc teneret ingressus, vt dictum est. Si verò vxor non contradixit, sed dissimulauit, neque maritum renocauit merito post eius mortem non potest maritus redire ad seculum. Sed in primo casu vxor contradixit & renocauit: & sic soluta fuit obligatio, si qua erat cum monasterio. ¶ Sextum. Secundum Dire. in primo libro, ecclesia Orientalis & Occidentalis quantum ad istam materiam conueniunt in duobus. Primò, quia vtriusq; clerici possunt contrahere matrimonium in minoribus ordinibus. xxxij. distinctio. si quis. Secundò, quia nec apud nos nec apud illos, scilicet Græcos, constituti in sacris possunt contrahere: nec potuerunt à tempore Apostolorum. & si contrahant, non est matrimonium: vt patet ex vj. Synodo in Orienæ celebrata, quæ regulam statuit eis, distinctio. xxxj. Nicena. & dicto capitulo, si quis. & lxxxvij. distinctio. cum præterito. Differunt etiam in duobus. Primò, quia ipsi, siue sint coniugati siue non, promouentur ad ordines sacros non promissa continentia. xxxj. distin. quoniam, licet secundum Sanctum Thom. & opinionem probabiliorem ad sacros ordines promoueri non debeant sine vxoris cõsensu: quia ad minus tempore ministerij fraudarétur debiti redditione: sed occiden-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tales non promouentur ad eos,nisi promissa continentia ta
cite,vel expresse.xxviij.distinctio.cap.j.Secundò, quia illi in
sacris constituti licitè vruntur matrimonio contracto ante
sacros ordines:licet in sacris ordinibus eis contrahere non li
ceat.de clericis coniugat.cum olim.occidentales autem neu
trum.¶ Septimum.Causa quod non peccant Græcorum cle
rici,licet sub papa sint,qui vnà cum concilio voluit eis indi
cere continentiam,secundum Pano.de mente doctorum in
dicto cap.cum olim.est, quia illa lex non erat de necessitate
salutis, & per longa tempora ab eis non fuit recepta papa
sciente,& transgressiones nó puniente,& tacendo mores eo
rum approbante:& consequenter non ligauit eos lex illa.de
quo vide suprà Lex.§.vj. Potest etiam & alia solutio dari:vt
dicamus quòd papa,etiam cum maiori parte cõcilij non po
tuit indicere continentiam certo generi personarum post
promotionem,eis resistentibus:quia continentia est res quæ
persuaderi potest imperari verò non potest.xxxij. q. j. inte
gritas.quia fuisset indicere vitã valde arctiorem & strictio
rem clericis promotis,contra not.in cap.gesta.lxxiiij.distin.
& in regu.quod omnes.libro vj.Sed hæc solutio redit in pri
mam:quia non valet,nisi quo ad eos qui ante sacros ordines
contraxerant. Reliquis enim potuit continentia imperari,
etiam Græcis,vt scilicet si vellent ordinari,continerẽt: licet
non posset imperare vt continerent absolutè, aut quod or
dinarentur stante statuto quòd ordinati continerent. Et de
facto ita factum est:quia ecclesia statuit vt nullus ordinetur
in sacris,niti continentiam profiteatur expresse:vt distin.xx
ix.nullum.vel implicitè:vt ead. distin.diaconi.& ibi intuen
ti patet ita fuisse factum:sed Græci non acceptauerunt hoc,
& ecclesia toleravit: sicut & in dicto capit.diaconi,dicitur
quòd si diaconi in ordinatione dixerint se velle vxorari, &
deinde contraxerint,manebunt in ministerio: quia episco
pus intelligitur eis dedisse licentiam.¶ Decimotertiò quæri
13 tur,†quid de impedimento ligationis,videlicet quando quis
est alteri coniugi per verba de præsenti colligatus? Et dico
multa.¶ Primum.Alligatus alteri per sponsalia de futuro
an possit cum alia contrahere,dicetur infrà in tit.de sponsa.
sed nunc est sermo de alligato per verba de presenti.de quo
dico quòd contrahere cum alio non potest viuente proprio
coniuge,etiam si primum matrimonium non fuit consum
matum,& secundum sic:aliàs est adulter.de sponsa duor. c.
licet.Sed neque antiquo tempore potuit nisi diuina reuela
tione vel instinctu.vt in patriarchis. de diuor. gaudemus.
Sunt autem sponsalia per verba de futuro propriè,& nuptiæ
per verba de præsenti,secundum glo.in l.j.ff.de sponsa. Qui
verò nomine suo,non missu eius,in cuius est potestate,vel no
mine eius,quem habet in sua potestate,bina sponsalia vel bi
nas nuptas contraxerit,sit ipso iure infamis.l.j. ff.de his qui
nõ.infam.& efficitur bigamus eo modo,quo ꝛ. dictum est in
tit.de bigamia.& debet ieiunare per xl.dies in pane & aqua.
quod tempus vocatur carema.id est,quadragesima,quali ca
reat cibis.& septem sequentibus annis debent pœnitere. de
spon.duo.accepisti.Hoc tamen fallit secundum Sum.Ang.si
hoc faciat ex dispensatione papæ:qui hoc potest facere,si ma
trimonium non sit cõsummatum.Sed de hoc infrà Papa.§.
vlt. Post mortem verò coniugis potest alter nubere coiuult,
& intra tempus luctus mulier sine infamia,extra de secund.
nup.super illa.& secundum S. Tho.in iiij.dist.xliij.matrimo
nium secundum & tertium,& consequentia sunt vera,licita,
& sacramenta.¶ Secundum.Si autem vxor credebat virum
mortuum. & secundum Archi. si audiuit professum in reli
gione quando matrimonium non erat consummatum, di
stinguendum est. Nam si credit verisimiliter seu ex proba
bili causa,contrahendo non excusatur à peccato, secundum
Sum.Angel. sed requiritur nuntius certus de morte viri de
spon.in præsentia.de secun.nup.c.dominus.Sed ꝓbatio istius
non est efficax:quia illud c.in præsentia.quod requirit certu
nuntium,loquitur quando licentia cõtrahendi danda est per
ecclesiam,in quo requiritur apertior probatio, id est,certus
nuntius.secũdum Sum.Ros.post do.Ant.cuius expositionem
licet Pan.nitatur reprobare,tamen frustra nititur:vt j.parti.
iiij.patebit.Licet verò illud c.dominus,quod loquitur ex par
te mulieris,non ecclesiæ,requirat certitudinem: tamen ia
mit certitudinem vt opponitur dubitationi:vt patet intuenti.
Et facit quod dicit glo.certũ esse per præsumptiones violẽ
tas.imò dico quòd etiam per causam probabile,id est,suffi
cientem iudicio omniũ vel plurium vel sapientum vel prin
cipuorum.Vnde dicit Bart.in l.si quis ita.ff.de testa.cu. quòd
quis dicitur esse certus,quando habet vehementem opinio
nem de aliqua re:& sic qui credit probabiliter & nõ temere,
est certus,etiã si fallatur.Cõclusio etiã eius nõ solùm est cõ
tra Sum.Ros.& Supp.sed etiã est cõtra Ray.Per.de Pa.Io.
Vinc.Tanc.Phi.Gor.Arch.& do.Ant.in d.c.dominus.imò cõ
tra seipsum:quia post pauca subdit quòd sufficit vnus testis
vt in d.c.in præsentia.& mulier excusatur ab adulterio quan
do probabiliter credit virum mortuũ, & cum alio cõtrahit.
xxxiij.q.j.cum per bellicam.Igitur secundum Ray.& com
munem doctrinam dico quòd si credit ex probabili causa,
excusatur propter ignorantiam facti:& filij,si quos suscepe
rit,iudicabuntur legitimi.Si verò post cõtractum dubitat de
morte primi viri:debet quidẽ debitũ reddere,sed nõ exigere
d.c.dominus.Si verò credit eum probabiliter viuere:nec ei
gere potest debitũ,nec reddere, periculo adulterij se expo
nendo.Si verò primus reuertatur,vel aliter sibi de vita eius
cõstiterit:statim debet recedere à secũdo,& redire ad primũ:
alioquin adultera iudicabitur.xxxiiij.q.ij.cum per bellicã.&
c.cum in captiuitate.&.c.si virgo.primus quoq; eam recipe
re teneturvt in dictis c.patet:nisi fortè postquã scierit decessu
primi permisit se cognosci à secundò,etiam ex iuris ignoran
tia,secũdum Hug.& sic adultera fuit. Adde quòd si contrahit
dubia de morte viri sine probabili causa de se inducente fir
mam credulitatẽ,est adultera,& repelletur à primo,si reuer
tatur.arg.d.c.dominus.&.c.in præsentia.secus si audiuerat eum
mortuum falso rumore,nisi rumorem ipsa procurasset.ff.de
adul.l.miles.& idem Dir.Supp.tamẽ cõtra illud dictũ si pro
babiliter credit,reddere non debet:dicit quòd imò reddere
debet quãdo dubitat vt in d.c.dominus.etiã si dubiũ sit pro
babile:vt de sen.excõ.inquisitioni.Sed totum hoc cõcedatur,
& non est cõtra,vt ille intẽdit:quia etiã ego dico quòd quã
do probabiliter credit,scilicet firmiter hoc tenẽdo non de
bet reddere:quod tamẽ facere debet,quãdo dubitat etiã pro
babiliter.id est,ex causa ꝓbabili.& de hoc ꝛ.§.iij.part.v. Sine
prædicta autẽ certitudine,quæ est firma credulitas ex causa
probabili,nec septenniũ,nec aliqua tẽporis lõgitudo sufficeret:vt d.c.in presentia.& d.c.d ñs.¶ Tertiũ.Dicetur autẽ ista
mulier certificari sic:vt cõtrahẽdo nõ peccet, tribus modis,
vt dicit gl.in c.quoniã frequẽter,vt lite non contesta.Primò
per famam,de quo in parte sequẽti.Secũdò,quia senex erat,
& in acie fuit,nec rediit.Tertiò,si recipit literas eorũ, cum
quibus militauit.C.de repu.auth.hodie his casibus præsumi
tur vir mortuus:& ipsa sic credẽs excusatur ab adulterio pro
pter ignorantiam, etiam si viuat.dicto capite,cum per bel
licam.Sed quia ista doctrina est particularis:die quòd gene
raliter quo ad ecclesiã sufficit causa probabilis, de quo in
frà Probabile: quo ad Deum verò vltra hoc requiritur fir
ma credulitas opposita dubitatiõi:vt patet ex dictis.¶ Quæ
tum.De fama tamen an sufficiat ad eam excusandum,dom.
Ant.distinguit:quia si est de longinquo, videtur sufficere:
maximè si vir longo tempore absuit.si verò dicitur mortuus
in vicinis partibus,fama sola non sufficit.Quam opinionem
Pano.in d.cap. in præsentia. licet dicat multùm æquam:ta
men dicit d.c.præsentia.resistere,dum requirit certum nun
tium:quia fama procedit ex incerto authore, & plerunq; fal
lacia:vt not.in c.vestra.de coha.cle.Imò dicit quòd in nuntio
debet considerari qualitas personæ: & vtrum deponat per
verba verisimilia.Sed quia idem do.Ant.ad hoc respondet,
& bene,quòd certus nuntius requiritur ex parte ecclesiæ,ad
dandam licentiam contrahendi:ex parte autem mulieris suf
ficit si verisimiliter credat:hoc Pan.conatur repellere:quia,
inquit,hoc dictum est contra finem tex.vbi coniunguntur il
la duo,vt vxor non possit contrahere,nec ecclesia dare licen
tiam contrahendi,nisi certum nuntium receperit. Ego verò
dico quòd do.Ant.bene distinguit:quia in ecclesia requiritur
maior grauitas & authoritas,quàm in muliere:& consequen
ter maior certitudo.& hoc text.in fine apertè innuit diuiden
do ea quæ Pan.dicit ibi coniungi: loquens de mulieribus,
quæ septennio expectauerant maritos, & de morte eorum
certificari non poterant,& dicens: Quantocunq; annorum
numero ita remaneant,scilicet incertæ viuentibus viris suis
non possunt ad aliorum consortium canonicè conuolare:
nec authoritate ecclesiæ permittas contrahere, donec cer
tum nuntium recipiant de morte virorum. Hæc ibi. Et sic
patet quòd in muliere certificatio,id est, firma credulitas ex
causa probabili:& in ecclesia certus nuntius de morte requi
ritur.¶ Quintum.Si verò mulier contrahat cum aliquo,cre
dens virum suum viuere,qui re vera mortuus est, vtrum sit
matrimonium.Hug.distinguit.Nam si credebat sibi licere,
contractum est matrimonium:si verò non credebat,non est:
quia non maritali,sed adulterino affectu sibi copulauit vi
rum secundum.Idem de eo qui contraxit cum aliqua,quam
putabat consanguineam,& non erat.Veruec.autem dicit in
hoc casu esse matrimonium indistinctè:& sequitur Dir.lib j.
& Io.& Arch.quam opinionem quidam limitant, nisi con
fiteat quòd coniunx credens impedimentum esse,non intende
bat contrahere:quia si non adfit intentio,non est matri
monium.de spon.tua.Primam opinionem sequitur Sum.Ange.
sed Rosæum Sup.secundam.Ego autem dico hic esse æqui
uocationem latentem,quæ dictis opinionibus dat apparenti
am contrarietatis,cùm non sit.Nam licite dicitur quis con
trahere dupliciter:primò quia excluditur prohibitio iuris an
nullantis contractum:quia scilicet nullum interuenit impe
dimentum dirimens. Secundò quia excluditur peccatum:
quia scilicet nullum interuenit impedimentum impediens
tantùm,& non dirimens. Dicit ergo prima opinio quòd est
matrimonium,si credit licere: id est, sic posse fieri de iure,
quasi teneat contractus:quia sic non adest impedimentum
dirimens vere vel opinatiuè.Si verò credit,non est matrimo
nium:quia nõ adest intentio.Secundaverò opinio dicit quòd
sine credatur licitè posse fieri,id est,sine peccato:sive illicitè
id est,cum peccato,est matrimonium, scilicet nisi credatur
non posse stare contractum:quia deest intentio.Est ergove
14 ra prima simpliciter:& secunda cum illa limitatione.¶ Deci
moquartò quæritur,†quid iuris de impedimento publicæ
honestatis?Et dico multa.¶ Primum.Secundum S.Thom.in
iiij.di.xlj.sicut sponsalia non sunt matrimonium,sed præpa
ratio ad illud:ita ex eis non causatur affinitas,sicut ex matri
monio:sed ratione matrimonij,ad quod ordinantur, causa
tur ex eis quid simile affinitati impediens matrimonium,si
cut consanguinitas & affinitas,& secundum eosdem gradus:

& dicitur publicæ honestatis iustitia,quæ diffinitur sic: Pu
blicæ honestatis iustitia est propinquitas ex sponsalibus pro
uenies,robur trahens ab ecclesiæ institutione,propter eius
honestate. Et cõtrahitur hoc impedimẽtũ ex sponsalibus,etiã
sine copula carnali:sicut & ex matrimonio affinitas causatur
non solùm ratione carnalis copulæ,sed etiã ratione societa
tis cõiugalis ex ipso cõtractu per verba de præsenti & ante
copulam.Nullũ aũt impedimentũ faciens spõsalia non esse
sponsalia permittit,ex pactiõe nuptiarum affinitatem fieri.
Vnde siue habens defectum ætatis,siue habens votum solen
ne continentiæ,aut aliquod huiusmodi impedimentum,con
trahat sponsalia de facto:ex hoc non sequitur aliqua affini
tas:quia sponsalia nulla sunt,nec aliquis affinitatis modus.Si
tamen aliquis minor frigidus vel maleficiatus habens impe
dimentum perpetuum ante annos pubertatis post septennũ
contrahat sponsalia cum adulta, ex tali contractu publicæ
honestatis iustitia contrahitur: quia adhuc non erat in actu
impediendi:cùm in tali ætate puer frigidus, & non frigidus,
quantum ad actum illum sit æqualiter impotens. hæc ex il
lo.¶ Secundum.Pan.in c.sponsam.de spon. dicit hoc impedi
mentum habere locum tam in sponsalibus de futuro,quàm
etiam de præsenti:& fortius,secundum Doc.quia maior ho
nestas est vt non ducatur consanguinea sponsa de præsenti,
cum qua vinculum matrimoniale contractum est, quàm
sponsa de futuro: superueniente verò carnis copula oritur
aliud vinculum inter eos,scilicet affinitatis:vnde omnes con
sanguinei mariti sunt affines vxoris,& econtrario:de consan.
quod super his.S.Tho.tamen videtur velle quòd ex sponsali
bus de præsenti causetur affinitas, & non publica honestas.
Sed non est curandum de ista difficultate:quia siue hoc siue
illud impedimentum contrahatur,idem sequitur prohibitio
vsque ad quartum gradum: vt dicetur. quamvis possit dici
quòd affinitas contrahitur per sponsalia de præsenti princi
piatiuè, inquantum ibi implicitè consentitur in copulam,
dando potestatem corporis proprij alteri coniugi. Sis ergo
cautus ad impetrandum dispensationem:quia quandoque o
ritur publica honestas sine affinitate, quandoque vtrumque
simul:vt patet ex dictis:quandoque affinitas sine honestate:
vt si citra sponsalia & matrimonium quis cognoscat mulie
rem fornicariè:quia contrahit affinitatem cum eius consan
guineis:& econtrario:vt in c.discretionem.de eo qui cogno.
consan.vxo.¶ Tertium.Vbi affinitas & publica honestas si
mul coincidunt, vtrum sit facienda specifica mentio de vtro
que:dum impetratur dispensatio:sunt opiniones:sed Pan.
in c.non debet.de consan.concordando dicit quòd si hones
tas sub affinitate necessaria comprehenditur,satis est de af
finitate fecisse mentionem.& sic procedit glo.in d.c.non de
bet.vt si impetro ducere vxorem consanguinei mei defuncti
non obstãte affinitate in tertio gradu:quia ex quo feci men
tionem quòd fuerat vxor consanguinei mei, consequenter
feci mentionem de publica honestate:& sic per consequen
tiam videtur sublata virtute dispensationis. Si verò ex narra
tione verborum.non comprehenditur:vt si impetro dispen
sationem vt liceat mihi ducere Blancheam vxorem,non ob
stante quòd sit mihi affinis in tertio gradu:non valet dispen
satio,ex quo de publica honestate non est facta mentio ex
presse vel tacita:quia affinitas potest contrahi sine matrimo
nio.¶ Quartum.Igitur hoc impedimentum,scilicet publicæ
honestatis,impedit,& dirimit tam matrimonium, quàm e
tiam sponsalia sequentia,& si non præcedentia:vt in c.ex spõ
salibus.de spon.li.vj.Vnde si qui sponsalia inter se contraxe
runt,nullus de consanguinitate sponsi potest habere spon
sam illam, neque aliqua de consanguinitate sponsæ habere

Universidad de Deusto
Biblioteca

poterit sponsum illum de despon. impu. c. continebatur. & de spon. iuuenis. & c. ad audientiam. & hoc vsq; ad quartum gradum ipsorum consanguineorum durat de sponsa. sponsalia sicut de impedimento affinitatis j. dicetur, cui hoc impedimentum assimilatur. ¶ Quintum. Publicæ honestatis olim duæ fuerunt species. Vna enim ex secundis nuptijs contrahebatur: pura si mortuo Petro vxor eius ex alio secundo viro habuit filium aut filiam ille proles cum nullo Petri consanguineo poterat contrahere: sed hodie sublata est per c. non debet. de consang. & affi. Et alia locum habet, quæ contrahitur ex sponsalibus de futuro, vel etiam ex matrimonio de præsenti nondum consummato, vt dictum est. ¶ Sextum. Si autem sponsalia de iure non tenuerunt, sed fuerunt nulla: S. Tho. secutus rationem naturalem, qua id, quod non est, nihil efficit. & tex. in c. si quis desponsauerit. el ij. xxvij. q. ij. iuxta expositionem antiquam dixit quòd non inducunt publicam honestatem: vt s. parti. j. recitatum est. Sed quia huiusmodi impedimentū ex summi pontificis pendet voluntate: ideo Bonifacius octauus post S. Tho. ex aliquo bono fine, de quo nihil ad præsens, respiciens ad ipsum consensum seu voluntatem cōtrahentium statuit in c. ex sponsalibus. de spon. in vj. quòd si sponsalia fuerunt pura, id est, absoluta, & non sub conditione: & certa, id est, respectu certæ siue determinatæ personę, etiam si fuerunt nulla ratione consanguinitatis & affinitatis, religionis, frigiditatis, aut alia quauis ratione, oritur publicę honestatis iustitia ad dirimendum sequentia sponsalia vel matrimonia, non præcedentia, nisi fuissent nulla ratione cō sensus: puta quia ambo vel vnus est infans aut furiosus. Et intellige secundum Pe. de Pal. quando defectus consensus est apparens, vt in pueris, & amentibus. Secus si sit lateos, vt in contrahente animo non contrahendi sed decipiendi: quia ecclesia instituit istud impedimentum propter apparentiam honestatis. quod etiam confirmatur per Vinc. Arch. Io. And. Imol. & Ge. in d. c. ex sponsalibus. qui tenent quòd si quis iocosè contrahat, non inducitur hoc impedimentum, si de ioco constet apertè: & consequenter si non constaret, induceretur. ¶ Septimum, Cum sponsalia aliquando pura, id est, absoluta, & aliquando conditionata, & rursus aliquando certa, id est, cum determinata persona, puta Berta filia Titij: aliquando incerta, vt cum incerta persona, puta cum vna ex filiabus Titij, ex conditionalibus, ante conditionis euentum, & ex incertis non oritur publica honestas: sicut nec ex non habentibus consensum. d. c. ex sponsalibus. quod intellige si conditio faciat contractum conditionalem & dependentem: vt quia est de futuro cōtingens & honesta. Vnde si quis cum aliqua contraxit sponsalia sub conditione, & ea pendente cum alia prioris consanguinea contrahat per verba de præsenti, remanebit cum secunda: quia non erat contracta publica honestas cum prima. Secus si prima sponsalia fuissent pura, aut conditio fuisset impleta: quia sponsalia sequentia non impediunt præcedentia, d. c. ex sponsalibus. Sed tamen notandum est quòd si conditio apposita habetur pro non adiecta, iuxta ea quę dicta sunt s. Matrimoniū. iij. §. xj. nihilo minus sponsalia erunt pura: & oritur publica honestas. de condi. appo. c. vlt. Si verò conditio esset talis quòd ipsis sponsalibus intelligitur inesse, etiam si non apponeretur: distinguo: quia si ineit necessariò, ita quòd sine ea non teneat contractus: vt, ducam te si vixero non suspendit actum: vt s. Matrimonium. iij. §. iij. & consequenter contrahitur publica honestas. Si verò ineat de bene esse: ita quod sine ea stet contractus: licet subintelligatur ad euitandum peccatum: vt, ducam te nisi sit contra iura, vel nisi displiceat Deo: sic si exprimitur, suspendit, vt ibidem dictum est, vsque dum constiterit de veritate. Igitur si sponsalia sub ista conditione contrahantur, si Deo placuerit vel ecclesiæ: vel si de iure possum, & huiusmodi: licet talis condicio, si non exprimatur, faciat sponsalia esse pura: tamen si exprimitur, facit ea conditionalia: & consequenter si postea inuenitur ibi esse affinitas vel aliud impedimentum, poterit contrahere sponsalia pura cum alia eius consanguinea: quia non erat orta publica honestas. Et ita tenuit Host. in c. ad audientiam. de spons. & Io. And. in d. c. ex sponsalibus. & Dinc. lib. j. & Imo. Et obijcitur quòd si conditiones, quæ insunt, non faciunt legatum siue obligationem conditionalem. ff. de cond. & demonst. l. conditiones. respondet Summa Angelica & Rosellea, quòd hoc verum est, si non exprimantur: secus si exprimantur. Sed ista responsio videtur esse contra intentionem loquentium: quia leges, quæ dicunt contractus factos sub conditione quæ inest, siue quæ subintelligitur, non esse conditionales, sed puros: vt l. aliquando. ff. de conditionib. & demonst. Ioquuntur quando talis conditio exprimitur in contractu: alioquin si loquerentur de ea vt est implicita, non distinguerent inter eos, quando fiunt sub tali conditione vel non fiunt: quia sequitur per tub ea fiunt. Vnde dico quòd ratio quare ibi non contrahatur publica honestas, non est quia conditiones, quæ insunt necessariò, faciunt contractum conditionalem si exprimantur: sed quia ibi deficit consensus absolutus sine quo sponsalia non inferunt publicam honestatem. Sed contra stat Sum. Ros. per legem, si ita legatum. ff. de leg. volens probare quòd prædictæ conditiones si exprimantur, suspendunt contractum: quia Panor. in c. significasti. de elect. per illam legem, dicit quòd si relinquo alicui centum si voleri: legatum est conditionale. non autem si relinquo simpliciter, licet illa conditio tacitè insit, eo quòd legatarius possit repudiare legatum. nam quando relinquo si voleri, suspendo virtutem legativsque in euentum conditionis: vnde legatarius non acquiritur, nisi voluntatem suam declaret, vt ibi: sed si relinquo simpliciter, acquiritur etiam ignoranti, licet commutetur dicta conditio: quia tunc conditio est pura, non conditionalis. Sed dico quòd simus extra casum: quia illa conditio, si voleri, non est subintellecta necessariò: quia sine ea acquiritur legatario vel hæredi: vt si facto legato antequam veniat ad eius notitiam moriatur: nec etiam de bene esse quasi ad euitandum peccatum: quia sine peccato fieri potest: vt in dicto casu. nec Pan. ad hoc probandum aliquid adducit. Et ita stat conclusio. Host. & Io. And. & Dinc. quicquid sit de ratione eorum. Arch. autem est in contrarium: quem Sum. Ange. utitur concordare per distinctionem quam habes supra j. Matrimonium. iij. §. ij. scilicet vt talis conditio expressa non suspendat, quando sine ea contractus fieri non potest: & suspendat quando fieri potest sine ea. & hoc verum est. Sed malè distinguit necessarium per necessarium & contingens, vt ibi dixi. ¶ Octauum. Ad hoc quòd sponsalia inducant publicam honestatem, multa requiruntur. Primò vt contrahentes: siue pro quibus contrahuntur, compleuerint ætatem de biennium, id est, septem annos: quia est tex. in d. c. ex sponsalibus. & Panor. in c. iuuenis. de spons. dicit quòd vbi requiritur ætas certa respectu discretionis, præueniri non potest: vt patet in ætate ad confectionem testamenti: vt in l. qui ætate. ff. de testa. & idem not. in c. puberes. de despon. impu. & ita tenet Summa Angelica & Rosel. sed de hoc infrà Sponsalia. §. ij. Si tamen parentes pro filijs contraxerunt, requiritur quòd consenserint expressè vel tacitè: vt si præsentes non cō tradixerunt, vel absentes postquam senserint ratificauerunt expressè vel tacitè: aliàs non inde oritur honestas, nec obligantur filij. de despon. impu. si infames. li. vj. Si etiam maiores

septennio contrahat cum minore, non inde oritur publica honestas, secundum Pan. in d. c. iuuenis. & in c. fraternitati. de eo qui cog. cōsang. vxo. ex defectu consensus: vt in d. c. ex spōsalibus. & multo minus oritur, si vterq; erat minor septennio. In omnibus tamē prædictis casibus, siue contraxerint filij siue parentes pro filijs, oritur publica honestas, si facti maiores septennio verbo vel facto eorum liquidò appareat quòd permaneant in eadem volūtate: vt quia vocāt se sponsos, vel cohabitāt, aut simul iacent, vel se vt sponsi osculantur, & huiusmodi: quia spōsalia cōualescunt: aliàs non. d. c. si infantes. Addit etiam Panor. in capitulo, iuuenis. quòd si maior septēnio cohabitauit minori spōsæ de futuro, & interuenit extraordinaria pollutio, vel sit dubium an eam tētauerit: quòd ex æquitate oritur publica honestas. sed tamē nullo iure probatur. Secundò requiritur quòd non sint facta sub conditione suspendente. Tertiò quòd sint certa: quia in personam incertam non fertur consensus, nec oritur hoc impedimentum. d. cap. ex sponsalibus. iuncta gl. Quartò quòd non deficiat consensus apparenter. Quintò quòd nō sint contracta post matrimonium vel sponsalia: quia spontalia secunda facta cum primæ sponsæ consanguinea non dirimunt priora. d. capit. ex sponsalibus. quod intelligo nisi priora sint conditionata, & pendeat adhuc ipsa conditio: secunda verò sint absoluta. arg. text. ibi in verbo, pure: & gloss. quæ pro ratione adducit quòd sequentia non soluunt priora: quia ex primis orta erat publica honestas, quæ in conditionalibus non oritur ante cō ditionis euentum: vt dictum est. & ita tenet Archid. & gl. in d. c. ex spōsalibus. ¶ Decimoquintò quæritur, † quid iuris de impedimēto affinitatis? Et dico multa. ¶ Primum. Affinitas secundum Ray. est proximitas personarum ex carnali copula proueniēs omni carens parētela. & idem Host. Sed intellige quòd prouenit ex carnali copula tam licita siue matrimoniali, quàm illicita siue fornicaria, secūdum San. Tho. in iiij. dist. xlj. & Pe. de Pal. & xxxv. q. iij. nec eam. extra de eo qui cognō. cōsangui. vxo. discretionē. & c. tuę. & est communis opinio. licet Gof. teneat quòd causetur solùm per coitū nuptialem, per § sciendum. in l. nō facile. ff. de gradi. sed ille §. loquitur de affinitate, per quam defertur hæreditas alicui, secundum Ioan. And. in lec. arboris affin. Non tamen causatur ex coitu Sodomitico, & generaliter extra vas naturale facto. xxxv. q iij. extraordinaria. & q. x. fraternitatis. & extra de eo qui cognō. consang. vxo. fraternitatis. Intellige etiam omni carens parentela per se: per accidēs autem possunt licitè vel illicitè permiscceri consanguinitas consanguinitati, & affinitas affinitati, & consanguinitas affinitati: vt in incestu Lot cum filiabus, & Caroli magni cum sorore, ex qua genuit Rolandum filium & nepotem, ipse parer & auunculus: quia frater matris: & Iudæ cum Thamar. Exemplum etiam in patre & filio qui duxerunt matrem & filiam in vxores, cum mater esset consanguinea patri in tertio gradu per dispensationē: vbi licitè tactæ sunt dictæ permissiones. ¶ Secundum. Quomodo autem ex coitu affinitas contrahatur, sunt varij modi loquendi. Pro quorum notitia sciendum est quòd quantum colligitur ex Sancto Thoma in quarto, distin. xlj. quæstio. j. artic. j. quæstio. j. copula carnalis, ex qua sequitur affinitas, est illa, ex qua de se nata est sequi genero prolis: tum quia dicit quòd affinitas causatur per cōiunctionem ordinatam ad carnis propagationem: tum etiam quia ista copula dicitur à doctor. coitus. Coire autem est simul ire: quia scilicet tam vir quàm mulier in vnum conferunt id, quod requiritur ad prolis generationem: id est, vir sperma, & mulier sperma, vel aliquid loco spermatis, id est, sanguinem purgatum ad generationem à natura paratum. Nō enim est necesse ad generationem quòd mulier semiuet. alioquin beata virgo non fuisset vera mater. Vide de his tertia parte, quæstione xxxj. Vnde quando ipse Sanctus Thomas in quarto, vbi suprà, quæstio. iiij. ad secundum, dicit quantuncunque aliquis claustra pudoris inuadat aut frangat, nisi commistio seminum sequatur, non contrahitur ex hoc affinitas. Per semen ex parte mulieris accipit id, quod est semen vel loco seminis. Igitur sufficiens & expressa causa affinitatis est commistio seminū vel tenentium locum seminum, vt glossat Petrus de Palude, & consequenter dicta dicto. quæ videtur varia, sunt pene omnia consona. Igitur si primò ab vtroque seminetur in vase debito, secundum omnes contrahitur affinitas: & consummatum est matrimonium si sint vir & vxor. Si autem secundò neuter spermatizet: secundum omnes non est contracta affinitas, nec matrimonium consummatum. Ex hoc tamen ratificatur sponsalia ante tempus facta: etiā si non sit certum, sed dubium, vtrū vir intrauerit claustra pudoris: & causatur honestas publica: vt in cap. iuuenis. de spon. Si verò tertiò seminet seu spermatizet mulier, & non vir, nō causatur affinitas: quia non est cōmistio prædicta. & ita, vt Archidiaco. in dicto cap. extraordinaria. refert, tenet Innoc. in cap. fraternitati. de eo qui cognō. consangui. vxo. & Hug. & Laurent. & Vincen. qui volunt necessariò requiri vtriusque seminis commistionem. & idem Sanctus Tho. Sed nec etiam consummatum matrimonium isto casu secundum Innocent. vt refert Panormitan. vbi suprà, sicut pater in frigido qui palpando prouocat ad spermatizationem: & tamen non est consummatum matrimoniū. Si verò ecōtrario spermatizet vir in vase debito intra claustra pudoris, & nō mulier: Panorm. refert Innocent. tenere quòd non contrahitur affinitas: quia requiritur seminum commistio. & idem Hostien. in Sum. & Hug. Sed re vera contrahitur hic affinitas, & matrimonium est cōsummatum. & ita tenet Panorm. & Feder. consil. cccxc. & Petrus de Pal. Et re vera ista est opinio Innocent. in dicto cap. fraternitati. & Rodol. & omnium doctorū: quia cum ali qui dicunt quòd requiritur commistio seminum: exponit Petrus de Pal. id est, seminis & mestrui, siue sanguinis in mulere à natura parati. Vnde & Host. qui sic loquitur est in Sum. in dicto capite, fraternitati. dicit sufficere quòd vir emittat in claustro pudoris. Et ratio horū est: quia secundum Philosophum in libro de Anima, & secūdum medicos, in generatione humana nō requiritur necessario semę mulieris. Vnde si mulier non miserit per annum, & tamen conceperit & pepererit, non erit secundum hoc matrimonium consummatum, vel causata affinitas. quod est ridiculum. Imò fortius, & bene, tenet Petrus de palude & Zab. post Mat. quòd si vir solus seminet extraordinariè, id est, extra vel circa vas naturale, vt exponit glo. in dicto cap. extraordinaria. & semen subintret claustra, esset contracta affinitas & matrimonium cō summatum, si præcessissent verba de præsenti: quia hic est seminū cōmistio: & inde sequi potest generatio: sicut fit in balneis: vel per dæmones incubos, qui ex semine virorū infuso matricibus mulierum generant homines, qui vtique hominum, & non dæmoniorum sunt filij: & in Gallia quædam mulier saluis claustris, imò cum esset arcta, impregnata est. Ex quibus patet quòd si iuuenis defloruit sponsam, & aperuit seras eius, sed non spermatizauit, si erat sponsa de futuro, teneret matrimonium cum secunda secundum rei veritatem: vt no. Io. in d. c. extraordinaria. & ita si cōstaret de hoc, seruari deberet: sed tamen in foro causarū præsumitur seminasse, & cogitur stare cum prima. Si verò erat sponsa de præsenti, poterit maritus intrare religionē: licet ecclesia se possit opponere ex præsumptiōe. & de despon. impube. si infan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes.libr.vj.vbi hoc not.Archidiaco.Si verò erat soluta: consanguineus defloratoris poterit contrahere cum ea. ¶ Tertium.Cum in affinitate sint genera & gradus,quātum ad genera secundum doctores olim fuerunt tria: vt etiam patet xxxv.quæst.iij.per totū.& diffuse pertractat Dir.li.j.& Bern. in cap.non debet.de consang.& affinit.& de hoc datur regula.Persona addita personę per carnis copulam,mutat genus attinentiæ,sed non gradum.Nam persona adiuncta sanguini alterius per copulam carnalem,facit primum genus:persona verò secunda per copulā addita dictæ personæ primæ, seu facienti primum genus,facit secundum:persona verò tertia addita secundæ per copulam carnalem facit tertium genus.Sicut,verbi gratia,vxor fratris mei mutat genus:qa frater meus attinet mihi consanguinitate:ita illa affinitate:sed est mihi affinis in primo genere:& in eodem gradu affinitatis est mihi & alijs consanguineis meis,quo gradu consanguinitatis & mihi & meis consanguineis est frater meus.Secunda verò persona mihi aliunde non affinis nec consanguinea, si coniungatur,id est,coëat cum dicta vxore:est mihi & consanguineis meis affinis in secūdo genere:& eodē gradu quo sumus fratri meo.Tertia quoque persona aliunde nec cōsanguinea nec affinis,si cōiūgatur dictæ secūdæ personæ,est mihi & consanguineis meis affinis in tertio genere.Et ita nota. in capitulo,non debet.de cōsanguinitate & affinitate.vbi patet quòd hodie solum primum genus habet prohibitionem. Quantum verò ad gradus,sciendū est quòd iam patet ex dictis quomodo computentur:tamē quantum ad primum genus dico quòd omnes cōsanguinei vxoris meæ vel mulieris à me cognitæ,sunt mihi affines in eo gradu,in quo sunt consanguinei talis mulieris: & similiter oēs consanguinei mei sunt illi mulieri affines in eo gradu,in quo sunt mihi cōsanguinei:sicut soror vxoris meæ est in primo gradu,illi quidē cōsanguinitatis,mihi verò affinitatis:filia sororis illi est in tertio consanguinitatis,& mihi in secundo affinitatis:idemq; vtrinq; in cæteris successoribus agendum est.xxxv.quæst.v porro.Consanguinei autem mei & meæ vxoris nullo modo inuicem sunt affines:nec inter eos matrimonium prohibetur.de consanguinitate & affinitate.cap.super his.Vnde duo fratres contrahunt cum duabus sororibus: & pater ac filius cum matre & filia.Et quod dixi de vxore,intellige de omni muliere carnaliter à me cognita,vt suprà dictū est. ¶ Quantum ad pleniorem autem dictorum & dicendorum notitiā hic affinitatis arborem statuo,iuxta tradita per Ioan.Andr.in eius lectura,in cuius medio sunt quatuor cellulæ:in quarum prima superiori ponitur primus gradus:in secūda secūdus:in tertia tertius:& in quarta ponitur quartus:q ponūtur in medio fratris & sororis:vt detur intelligi quòd ex parte vtriusq; sexus affinitas contrahitur ex consanguinitate:& nō exper-



mitur vtrum illi gradus sint consanguinitatis vel affinitatis: vt illa computatio ad vtrunq; referatur:vnde frater & soror sunt in primo gradu consanguinitatis:& frater ac vir sororis in primo gradu affinitatis & sic de alijs.Deinde à latere dextro illarū cellularum ponitur linea aliarum quatuor cellularum:& in prima scribitur frater:in secunda fratris filius:in tertia fratris nepotis:in quarta fratris pronepos.& ad dorsum huius lineæ ponitur alia,quatuor similiter cellularū:in quarum prima scribitur vxor fratris olim relicta:in secūda vxor filij fratris:in tertia vxor nepotis fratris:in quarta vxor pronepotis fratris.A latere sinistro sunt aliæ quatuor cellulæ:in quarum prima est soror:in secunda sororis filia:in tertia sororis neptis:in quarta sororis proneptis:& ad dorsum huius lineæ ponitur alia,quatuor similiter cellularum:in quarum prima est vir sororis olim relictus:in secūda vir filiæ sororis: in tertia vir neptis sororis: in quarta vir proneptis sororis. Ponuntur etiam aliæ duæ cellulæ:vna à latere dextro à tergo superiorū cellularū continens,relictus relictę fratris:alia à sinistro continens,relicta relictæ sororis:quæ ponūtur ad demonstrandū genera affinitatis,quæ hodie non habent locum:cuius rei gratia etiam in cellula vxoris fratris ponitur olim relicta:quod in inferioribus non ponitur:quasi dicatur quòd frater habuit vxorem,quo mortuo relicta eius cōtraxit cum alio:sed ea mortua iste relictus à relicta fratris vult contrahere cum sorore,vtrum hoc possit: & dicitur quòd olim non:hodie verò sic.Et hæc patēt in hac figura. ¶ Quintum.Ad cognoscendum autem affinitatis gradus idem Doctor cōformiter ad prædicta dat regulam talem:Per carnalem copulam viri & mulieris,etiam si non sit vxor,inter cōsanguineos mulieris & virum,& inter consanguineos viri & mulierem contrahitur affinitas primi generis:vt patet ex dictis:& eiusdem gradus,cuius est consanguinitas, sicut patet in arbore quòd frater & soror sunt in primo gradu consanguinitatis:maritus sororis est fratri in primo gradu affinitatis:& sic vxor fratris sorori,filia sororis est filio fratris,& ipsi fratris:& in secundo gradu consanguinitatis,maritus eius in secundo gradu affinitatis,& econuerso:& sic in reliquis.
Vnde vir proneptis sororis attinet fratri & omnibus descendentibus,qui sunt in arbore,quarto gradu affinitatis.& hoc ideo,quia toto gradu consanguinitatis attinet prædictis ipsa proneptis. ¶ Sextum.Impedit autem affinitas matrimoniū, & dirimit si illud præueniat quo ad ascendentes & descendētes eo modo quo & consanguinitas,id est,in perpetuū secundum opinionem veriorem:de qua suprà,§.vj.iiij.partic.quia dicit text.quòd ita abstinere debemus à consanguineis vxoris,vt à proprijs.de consang.& affin.c j.xxxv.q.iij.de propinquis.& cap.æqualiter.& ad idē Institu.de nup.§.affinitatis.& dicit lex quòd tales ascēdentes & descendētes habētur loco parentum & liberorum.ff.de gradi.l.nō facile.§.& retro. Et ita tenet Ioā.And.in lect.arbo.& est cōmunis doctrina.licet Sum.Ang.innixa falsæ opinioni,quam vbi suprà tenuit,contrarium dicat.Quantum verò ad collaterales,si præcedat,impedit & dirimit in primo genere tantùm hodie, & vsque ad quartum gradum inclusiuè:vt in d.c.non debet.Vnde persona cognita carnaliter ab aliquo consanguineo,cōtrahere nō potest cum aliquo de illa consanguinitate,nisi ab illo distet vltra quartum gradum,à quo fuit cognita,& econtrario:& si contrahit,matrimonium nullum est:& contrahens est ereō municatus.de consang.& affi.eos.in cle.Si verò quis cognoscat consanguineam alicuius in quinto gradu & supra,secundum Ray.& Gof.nō cōtrahitur affinitas nec impeditur matrimonium.& si erat suæ vxoris consanguinea,nō perdit ius exigendi debitum. ¶ Septimū.Si autem affinitas superueniat sponsalibus de futuro soluuntur spōsalia:nec potest vir habere sponsam illam obstante affinitate,nec eam quā cognouit obstante publica honestate.Sed si superueniat matrimonio iam cōtracto per verba de presenti,licet nō cōsummato,nō dirimit illud:vt in c.ij.de cōsang.& affi.Sed ille,per quē affinitas contracta est,debitū petere non pōt sine peccato mortali,licet reddere teneatur expresse vel interpretatiuè petētiimò si matrimoniū nō fit cōsummatū,non potest etiā secundum Pe.de Pal.sine dispensatiōe (quam tamē facere potest episcopus) reddere sine mortali:quia potest intrare religionē,ad quod,vt dicit,videtur teneri, quod Sum.Ang.dicit se nō credere.Sed ego hoc probo verū,nisi obtineat dispēsationē.illud enim quod est licitū & possibile,& per quod solum potest vitari peccatū mortale,cadit sub præcepto,sicut & vitatio ipsius mortalis:qa si præcipit vitatio peccati mortalis,præcipit omne possibile necessariū ad illud.Sed ingressus religiōis respectu istius est huiusmodi:quia est licitus & possibilis:& hoc solo modo vitare potest redditionē debiti, quæ illi est peccatū mortale,quādo sine iniustitia potest negare,cum sit incestus.Et simile est de isto sicut de habēte votū simplex,qui in casu isto secundū S.Tho.in iiij.dist.xxxviij. tenetur intrare religionē. ¶ Octauū.Affinitas remanet etiā post mortē illius personę,per quā est cōtracta ad cōsanguineos eius,secundū Pe.de Pa.& xxxv.q.j. fratermitatem.adeò quòd si resurgeret frater meus,qui fuerat vxoratus,licet ipse amplius nō esset maritus illius mulieris,quia matrimonii p mortē soluitur,tamen illa mulier est mihi affinis.vide infrà Resuscitatur. ¶ Nonū.Ex prædictis sequūtur & patēt multæ conclusiones & multi casus.Nam si mortua vxore vult quis accipere in vxorem illam,quæ quōdam fuit vxor alicuius de consanguinitate primæ vxoris,hoc potest:quia licet nullam fœminā de cōsanguinitate primæ vxoris possit accipere, qa ibi est affinitas:tamē fœminā olim vxorē alicui de ipsa cōsanguinitate bene pōt accipere.Et idē dicendum est,si ponatur similis casus ex parte vxoris:quia mortuo viro licet accipere nō possit aliquē virū de consanguinitate primi,potest tamē accipere virum olim maritū alicuius fœminæ de ipsa cōsanguinitate:quia ibi nō est affinitas primi,sed secundi generis. ¶ Similiter si Petrus habuit successiuè duas vxores Bertā & Martā,ex quarū prima,id est,Berta genuit Margaritā filiā, quæ nupsit Martino:mortuo Petro & Berta & Margarita, Martinus pōt in vxorē accipere Martā secundam vxorē Petri secundū prædicta:quia licet Martinus accipere nō possit aliquā de cōsanguinitate suę vxoris vsq; ad quartū gradum: fœminā tamē olim vxorē alicui⁹ de ipsa cōsanguinitate bñ pōt accipere,vt est hic:& sic est casus in quo gener accipere potest eam quæ fuit vxor soceri sui.Si etiā mortuā vxore mea volo accipere relictā viri,qui fuit germanus meæ vxoris,hæc possum.Similiter posset qs accipere cognatā vxoris suæ defunctæ:qa si fuit cognata,id est,vxor fratris vxoris est in secūdo genere affinitatis:si verò fuit cognata,quia amborū fuerūt vxores duorū fratrū,tūc sunt in secūdo genere. quod Pan.in d.c.nō debet.declarat,quia frater mariti est affinis in primo genere:& cōsequenter vxor iua,cum sit iuncta primo generi,inducit secūdū genus.& idē est reperire in vxore alterius.Et hac ratiōe olim non poterat quis successiuè habere vxores duorū fratrū:quia cū illæ inuicē sint in secūdo genere affinitatis,qui vnā earū accipit,est in tertio genere cū reliqua:quia est persona addita secūdo generi:& ideo illam non poterat habere mortua prima.Erat etiam ibi publica honestas,vt dicit tex in c.porro.xxxv.q.iij.Sed hodie sicut sublatū est secundū & tertiū genus:ita & publica honestas tanquam accessoria sublata est sublato principali.Publica tamē hone

Universidad de Deusto
Biblioteca

stas, quæ non venit accessorie, vt ea quæ oritur ex contractu sponsaliorū seu matrimonij cum meo consanguineo, nō est sublata: cum de ea in d.c.no debeat.mētio nō fiat, & probatur in c.j.de spō.li.vj. Ex quo elicit Pan.regulam quòd cōsequitur venies ad aliquid, puta ad b, immutato vel sublato b, immutatū est vel sublatū cōsequutiuū. Ad quod tex.in cāmutatur.de ser.nō or.& in c.quamuis.in fin.de elect.lib.vj.& hoc facit ad quæstionē, de qua in §.xiiij.partic.iij. Vide multa per Panor.circa huiusmodi in d.c.nō debet.& per gl.ibi. ¶ Decimosextō quæritur, quid iuris de impedimēto impotentiæ coeundi, quæ secūdum Ray.est vitiū animę vel corporis vel vtriusq;, quo quis impeditur alteri carnaliter commisceri? Et dico multa. ¶ Primū. Sanc. Tho.de hoc impedimento in iiij. di.xxxiij. virtualiter & cōclusiuè sic scribit: Sicut in alijs contractibus nō est cōueniēs obligatio, si quis se obliget ad hoc quod non potest dare vel facere: ita in cōtractu matrimonij, quo scilicet vnus obligatur alteri ad debitū carnalem soluendum, non est cōueniens contractus, si fiat ab aliquo qui debitum carnale soluere nō potsit. Et hoc impedimentū generali nomine vocatur impotētia coeundi: quę pōt esse ex causa intrinseca naturali, & ex causa extrinseca accidētali: sicut per maleficium. Et quidem causa naturalis, si est temporalis, cui subueniri possit medicinę vel ęratis beneficio, matrimoniū nō solui: quod tamē solui, si est perpetua, & ab eorū altero ignoratura quòd ille, ex cuius parte allegatur impedimētū, perpetuò maneat sine spe coniugij: aliter verò nubat cui vult in domino. Et tale impedimentum est frigiditas, ad quam reducitur omnis defectus naturalis. Accidentalis, sicut ex maleficio, si nō est perpetua, non dirimit: si vero est perpetua, id est, nō habens remedium opere humano, & si diuino, vel aliquando diabolico, dirimit. Ad hoc autē cognoscēdū, scilicet vtrū si. perpetua vel temporalis, ecclesia ram in causa naturali, puta frigiditate, quām accidentali puta maleficio, statuit tempus triennij ad hoc experiendum in quo ex vtraq; parte detur efficaciter opera copulę carnali, post quod si matrimonium inueniatur nō consummatū, iudicio ecclesiæ dissoluitur: in quo tamē quandoq; ecclesia errat: quia per triennium quādoq; experiri sufficienter non potest perpetuitatem impotentiæ: sed si deceptam inuenit se per hoc, quòd ille, in quo erat impedimentum, inuenitur carnalem copulam cum eadem vel alia perficisse: reintegrat præcedēs matrimonium, & dirimit: secundum, quantis de eius licentia factum. Est tamen inter frigiditatem & maleficium differentia: quia impotens ex illa, sicut ad vnam, & ita ad aliam impotēs est: ideoq; soluto matrimonio non datur ei licētia nubēdi: sed ex maleficio potest quis esse impotēs ad vnā & non ad aliam: ideoq; quādo iudicio ecclesiæ matrimonium dirimitur, vtriq; datur licētia quærendi aliam copulam. Potest autem maleficium præstare impedimentum quantum ad omnes & quātum ad vnam tantùm: quia diabolus est causa voluntaria, nō ex necessitate naturæ agens. Sed intellige, nisi vtatur actuis naturalibus. Et præterea hoc impedimentū potest esse ex impressione dæmonis in hominis imaginatione, ex qua tollit viro

16 concupiscentia mouens ad talem mulierem, non ad aliam. ¶ Secundum. Sum. Aug. dicit tres esse species huius impotentiæ, quæ sunt naturalis, accidentalis, & maleficialis: sed quia etiam ipsa maleficialis est accidētalis, ideo melius Supple. & Sum. Ros. cum San. Thom. & Rayn. dicunt quòd sunt duæ, scilicet naturalis, vt frigiditas seu impotētia pueri & senis: & cōplexionis, vt callliditas nimia, & arctatio mulieris: & accidentalis, vt maleficium, castratio, & huiusmodi. ¶ Tertium. Impotētia naturalis, quæ est in puero, matrimoniū impedit ad tempus: quia quandiu durat, contrahere non posset. extra eod. quod sedem. vbi impotens ad copulam, est impotens ad cōtrahendum: Quæ verò est in tene, nō impedit: quia nemo est adeò senex, quin ealere possit natura vel artificio, secundum Glosiū cauptiarū. xxxij. q.j. si tamē nullo modo iuuari posset natura vel arte, secundum Richar. esset idem sicut de naturali frigiditate: quia talis cōtrahēdo se obligaret ad impossibile. Quæ verò est in frigido, si est perpetua, impedit & dirimit: secus si temporalis. extra eo. laudabilem. Et idem est de excessiua caliditate, secundum Sanc. Tho. quia, secundum eum, licet vix possit esse impedimētum perpetuum: si tamē inueniretur per triennium impedire copulam, iudicaretur perpetuum: quia tamen frigiditas magis & sæpius impedit: tollit enim nō tantùm cōmistionem seminum, sed membrorum rigorē, quo fit corporum cōmistio: ideo magis ponitur impedimentum quām calliditas. Et idem Astē. & Pe. de Pal. addens quòd nomine frigiditatis intelligitur nō solùm caliditas, sed etiā omne impediens perpetuo actum generationis: nisi autem si effectum generationis impedit: & nō actum: vnde steriles scieter possunt contrahere. Vbi nor. quòd actus generationis nō est cōmistio corporum, sed seminum, id est, tenentium locum seminum. Et si vir nō sit omnino frigidus, sed mēbrum non erigitur, vel aliter ineptum est, vel illatum spargit, vel huiusmodi, ita quòd mulieri commisceri nō potest, secundū Host. si iuuari potest mēdicinis, tenet matrimonium: aliter expectabitur triennium, & postea fortè separari poterit, sicut naturaliter frigidus. Sed intellige quòd expectabitur, nisi possit de perpetuitate impedimēti constare. Si autem erigitur quidem, sed non seminat propter naturale vel accidentale impedimetum, secundum Panor. in c.ij.de frig. & malefi. tenet gl. xxxij.q.vij.c.hi qui. quòd potest contrahere, & matrimonium tenet: quia potest mulierem, puocare: sed cōmuniter tenetur contrarium: quia ex quo habere non potest actū generandi, potest mulier dicere, ego volo effici mater: vt in c.j.in fi.eo.ti, sed de hoc infrà, partic.v. Si verò copulari potest cum corrupta, nō autem cum virgine, secundum San. Tho. possunt claustra pudoris aliquo instrumento medicinaliter frāgi, nec esset cōtra naturam: quia non fierent ad delectationem, sed ad medicinā. Si etiam moueatur ad pulchram, nō ad turpem, secūdum Sanct. Thom. huiusmodi abominatio mulieris non est causa naturalis, sed accidentalis: ideoq; idem est iudicium quod de maleficio de quo infrà. Particula viij. §. xvj. similiter sic exceptiuum, secūdum Host. papa esset contumax, secundum alios: verò melius dicitur esse idem quod de muliere arcta, quæ cum vno, nō cum alio potest contrahere: quia dicit Aucen. quòd quandoq; mulier non est arcta: sed vir eius non conuenit ei: vnde vterq; indiget permutatione. Et ita tene: quia impossibile est, virū non posse coire propter excessum membri, & mulierem nō esse arctam: non simpliciter, sed huic. ¶ Quartum. Impotentia coeundi in muliere naturalis, eodem modo sicut & in viro matrimonium dirimit, si est perpetua, secundum Sanc. Tho. non autem si est temporalis. Vnde si mulieri arctę absq; periculo subueniri pōt beneficio medicinę vel per futurū virum viri proportionati: quod tecūdum Veruec. matronarū inspicientium iuramēto cōstabit, secūdum Rayn. cōtrahere non impeditur de frig. & malefi. ex literis. Si verò non pōt aliquo modo subueniri sine graui periculo, separabitur, & poterit alteri copulari, cui forsitan apta foret, vel cuius respectu subueniri posset: ex cuius vsu si facta sit idonea primo, restituetur ei, secundum vnam opinionem: à quo si cognosci nō poterit, cum eo erit per triennium, secundum Host. quasi sit maleficiatus: quo elapso, si eam cognoscere nō poterit, restituetur secundo sine spe quòd iterū reddatur primo. licet gl.

Ray-

Rayn. dixerit quòd fieri poterit restitutio ista in infinitum. Vel melius, si primo aptari non potest nisi per vsum alterius nunquam restituetur primo, nisi eo modo quo §. Diuortium, §. xix. dictum est. Et secundum Hug. si mulier est arcta, sed per incisionem aptabilis, cùm ea contrahi non posset, nisi facta incisione: & si antè ducatur, & facta incisione durer primus cōsensus, subibit ad matrimonium. Si verò non duxerit, vel de nodo ea non contentiat, aut eam carnaliter non cognoscat: potest ab ea recedere, & superinducere aliam. Et si vir sit arcta & non alteri, contrahere non prohibetur cum illo, cui potest sine periculo commisceri, secundum Veruec. non cum alio. Et secundum Arch. non sic dicitur mulier inepta propter frigiditatem, sicut propter arctationem: quia in concubitu est pariens, vt ad reddendum debitum viro sufficiat quòd viri patiatur actionem in membro naturali: quod frigiditas eius non impedit. Ex quo concludi potest quòd mulier contrahere potest in quacunq; ętate senili, vel complexione & dispositione, modò pati possit ingressum viri ad claustra pudoris: secus de masculo, vt dicetur par. sej. ¶ Quintum. Si autem vir sciat se frigidum & ineptum, & tamen scienter contrahit cum aliqua: secundum Rayn. non potest ab ea recedere propter tale impedimentum, si illa vult cohabitare, ar. extra. de eo qui dux. in matri. c.j. & extra eo. c. consultationi. & quam tanquam vxorem habere non potest, habeat vt sororem: posset tamen discedere propter alia, de quibus §. in tertio dictum est. Et idem dicendum si mulier scienter se est se arctam contraxit cum aliquo: quia si vir cohabitare velit, non poterit illa discedere. Et similiter si quis scienter contrahat cum arcta: aut si qua scienter contrahat cum aliquo frigido vel impotente, secundum Innoc. tenetur ei cohabitare vt frater aut soror. Si tamen contrahat cum alia, tenet matrimonium, quamuis primam vt sororem tenere & alere teneatur. Et idem dicendum est si frigidus & arcta scienter contraxerint. Consentit Rayn. & Petr. de Palu. & bene licet Host. dicat quòd nullum ius in illum ad illud compellit: & verum est, sed compellit ipse contractus: vt videtur velle S. Tho. in iij. dist. xxxiij. q.j. art. ij. in responsione ad quartum. Posset tamen secundum Rayn. vnus separationem petere, si alter viuerer incontinenter, vel alias inhoneste, vel alium malè tractaret, & nolleret se corrigere. Si verò quis ignoret impotentiam in alio vel etiam in ipso: vt si vir credebat se non impotentem, aut mulier non arctam, quando perpendetur, allegare potest suam impotentiam: arg de eo qui dux. in matri. quam pol. c.j. &. c. consultationi. ¶ Sextum. Secundum Pet. de Palu. quando fit separatio propter frigiditatem viri, mulieri datur licentia contrahendi cum alio viro: aut si est impotens simpliciter, id est, non valens feminare: vel valens quidem, sed non in loco debito: & hoc sit quo ad omnem feminam: interdicitur simpliciter matrimonium contrahere. Si autem hoc sit respectu istius tantum: puta quia est virgo: licentiandus est cum corrupta, non simpliciter prohibendus. quod intellige secundum mentem S. Tho. si virgo, cùm qua tam contraxerat, non posset ei aliquo instrumento sine pecato copulari. Et similiter si mulier ita est arcta quòd à nullo ordinariè est cognoscibilis, secundum eundem Pet. debet manere sine spe coniugij. quod intellige nisi sine peccato sit alicui copulabilis: & viro datur licentia contrahendi cum alia. Sed si est arcta quo ad aliquem, puta feretn: cognoscibilis verò per alium, puta iuuenem, licentianda est ad illum. ¶ Septimum. Quantum ad castrationem, quæ secundum Richar. est truncatio membrorum genitalium, comprehendens testiculos & virgam: aliquando verò est sola ablcisio testiculorum: aliquando verò sola eorum debilitatio. sciendum est quòd si matrimonium præcedat & reddat omnino ineptum ad reddendum debitum: quod intellige tunc esse quando quis seminare potest, tales cōtrahere nequeūnt & si contraxerint, sunt diuidendi: quia matrimoniū nullum est, extra eo. ad sedem. Si verò sequatur matrimonū per verba de præsenti, durat, & dirimi nō potest, secundū communiorem opinionem, vt dicit Arch. licet quida dicant quòd dirimit non consummatū, ticat & religiosis ingressus. Quida etiā dicūt quòd si remanet virga quæ rigeat etiam abscisis vtriq; testiculis tale matrimonium non consummatum non soluitur: quia satisfacit vxori, sicut & illa viro, siue resoluat sperma siue non. Sed Pan. in c.quod sedem. extra eo. dicit de mente. Do. quòd carens vtroque testiculo contrahere non potest: secus vno tantum: Et sic potest intelligi. l. si ferua. §. si spadoni. ff de iudo. Et hoc est verum: quia si carens vtroque testiculo non potest seminare, vt aliqui dicunt, cùm semen transeat per eos, & consequenter nec effectum: nec actum generationis habere, nec copulam carnalem, quæ in iure, vt dicit Arc. non reputatur subsequuta, nisi sit consummata per seminationem ordinariam: secus si possent seminare, licet inualidè ad generandum. Vnde de castrato & spadone dicit Pe. de Pal. quòd si non impediuntur ab actu generationis, licet ab effectu, quia scilicet in eis virga erigitur & semen emittitur, sed inualidum ad generandum, possunt contrahere: sed si semen non emittunt, contrahere non possunt, secundum quosdam xxxij. q.vij. hus qui. neque contrahitur per hos affinitas. Et hoc tamen intendunt omnes tenentes quòd spadoni vtroq; testiculo priuatus contrahere non potest: vt Pan. & glo. v. in cauptiarum. xxvij. q.j. & Gof. in Sum. & Host. in Sum. Hug. Io. Franc. Arch. c. hi qui. xxxij. q.iij. ¶ Octauum. Quantum verò ad maleficium, quidam adscribunt Host. & S. Tho. dicendum esse quòd si superueniat matrimonio ante carnalem copulam: si est perpetuum, impedit & dirimit. Sed S. Tho. quicquid sit de Hosti. hoc non dixit, sed potius innuit oppositum in iij. dist. xxxiiij. q.j. art. iij. vbi videtur velle idem esse de maleficio & frigiditate, nisi quantum ad aliqua: nec etiam est hoc verum: quia matrimonium contractum per verba de præsenti dissolui non potest, nisi per mortem naturalem aut similem: vt suprà Diuortium. §.j. & iiij. Vnde Ric. in iij. dicit quòd communis opinio est quòd si certum esset quòd maleficium esset sequutum matrimonium ticum licet non consummatum, non propter hoc dirimeretur vinculum matrimonij. Vnde dicendum est quòd maleficium perpetuum si præueniat matrimonium, illud dirimit: nō autem si sit temporale, neque si perpetuum sequatur: uher tamen, si maleficium procurauit, diuortium petere non potest: quia sua culpa ad hoc deuenit. Proceditur autem ad diuortium ratione maleficij eo modo quo §. Diuortium. §. xx. & celebrato diuortio dabitur licentia nubendi vtrique, si impedimentum erat particulare respectu vnius, secundum S. Tho. & alios. Si verò erat vniuersale, non dabitur licentia contrahendi illi, ex cuius parte est vniuersale, si de hoc constet. Et si ecclesia se deceptam inuenerit ex hoc quòd impedimentum quod iudicauit perpetuum, apparuit temporale, reintegrabit primum. Vnde si maleficium erat vniuersale respectu cuiuslibet personæ: nunc si postea coniungitur cum secunda, redibit ad primam: quia maleficium non fuit perpetuum. Si verò particulare respectu vnius, sic non reintegrauit primo, quamuis secundam cognoscat: quia primum matrimonium fuit nullum, & secundum validum. & ita communiter tenetur. & sequitur Sum. Aug. & Ros. & adscribitur hoc dictum S. Thom. licet non sit eius. nec est verum simpliciter: quia etiam si erat respectu vnius, & nupsit secundò, & deinde scitur per certa

Universidad de Deusto
Biblioteca

certitudinem quòd sublatum sit impedimentum, vt quia animo fornicario cognoscit primam:impedimentum est temporale,& restitutio fiet,secundum prædicta.Et ita tenet Richar.& time dicit quòd illud decretum.xxxiij.q.j. si per sortiarias non tenere.Supple.autem econtrario incidit in alium errorem,volens quòd siue maleficium fuerit vniuersale,siue particulare:qui transiuit ad secunda vota,non redibit ad priman,etiam si redeat potentia coëundi. Sed fundauit se super d.c.si per sortiarias.quod Rich.dicit non tenere:& bene: quia corrigitur per c.fraternitas.de fri.& male.¶ Nonum.Si dubium sit an impotentia coëundi præcesserit contractum matrimonij per verba de præsenti néne,secundum Panor. in dicto capite,fraternitatis.præsumitur præcessisse, ex quo nunquam potuit cognoscere.& facit in argu.l.iij. C.de ædi. edic.&hoc idem sequitur Ric.in iij.di.xxxiij.& in hanc partem magis videntur Docto.inclinari:licet glos.xxxiij.q.j.in summa.teneat contrarium.Nec obstat c.licet ex quadam.in fine.de testi.vbi dicitur quòd in dubio pro matrimonio est præsumendum:quia hoc Panorm.vbi suprà,egregie limitat verum quando matrimonium habere potest effectum suum, id est, euitationem fornicationis, ad bonum prolis. ¶Decimum.Secundum Pet.de Palu.si maleficiati vel aliàs impotentes velint cõmanere,veri coniuges sunt,sicut Maria & Ioseph. Sed hoc non est verum, nisi quando impedimentum est temporale:quia,vt dicit Sanc.Thom.vbi suprà,licet actus carnalis copulæ non sit de essentia matrimonij: potentia tamen ad hoc est de essentia eius. Vtrum autem vnum maleficium possit auferri per aliud,suprà Maleficium.§.viij.

Rursus de Matrimonio ix.quantũ ad accusationem ad diuortium ordinatam.

1 *Matrimonium qui accusare possint.*
2 *Accusare an possit matrimonium, qui tẽpore contractus amens.*
3 *Matrimonij accusatio qualiter fieri debeat.*
4 *Testes qui esse possint in causa matrimoniali.*
5 *Matrimonij causa habet quadam specialia.*
6 *Adulterium coniugis an quis accusare debeat.*
7 *Adultera post pœnitentiã an repellat maritum ab accusatione.*
8 *Adulterij spiritualis cum carnali an fiat compensatio inter coniuges.*
9 *Adulterium qui accusare possint.*
10 *Adulterij accusatio qualiter fieri debeat.*
11 *Accusationis adulterij quos sit effectus.*
12 *Vxor an ob alia crimina possit accusari & dimitti.*

MATRIMONIVM rursus nonò considerari potest quantum ad accusationem ad diuortiũ ordinatam, hinc impedimentum aliquod, siue adulterium accusetur:tamen secundum S.Tho.in iij.dist.xlij.si sponsalia sola sint contracta,quod non est,non accusatur:sed potest impedimentum denuntiari ne matrimonium contrahat.¶ Primò ergo quantum ad impedimentum quæritur qui sunt, quibus ista accusatio prohibetur: & quibus licet? Et dico quòd generaliter accusare prohibentur omnes extranei, quandiu sunt consanguinei.xxxv.q.vj. c.j.& ij. Nam secundum S.Tho.in iij.dist.xlij.si consanguinei, quos probabile est scire consanguinitatem,tacent:suspicio est contra extraneum,qui consanguinitatem scire non potest per consanguineos,quòd ex malitia procedat:nisi per consanguineos probare voluerit:vnde ab accusatione repellitur, quando sunt consanguinei qui tacent,& per quos probare non potest.Admittuntur verò consanguinei,sicut pater,mater, soror, frater,patruus,auunculus,amita,matertera, & tota progenies: vt in d.c.j.& ij.Cuius ratio est:quia suam genealogiam quisque scire laborat,extra qui ma.accus.pos.c.videtur. Et istud est speciale quòd consanguinei admittantur ad accusationem.Quod tamen S.Tho.limitat,quando accusatur matrimonium,propter impedimentum perpetuum dirimens: quia quando accusatur ex hoc quòd dicitur non fuisse contractum:tunc parentes,tanquam suspecti, sunt repellendi: nisi ex parte illius qui est inferior dignitate & diuitijs,de quo præsumitur quòd velle illud stare. Addit etiã Sũ. Cõt.lib.iij.tit. xx.q.j.hodie in multis locis non seruari,quin admittantur extranei, etiam existentibus consanguineis qui hoc possint. Consanguineis autem deficientibus admittuntur antiquiores,& veraciores vicini,quibus ea propinquitas nota est d.c. j.Admittuntur etiam tam maritus quàm vxor:nec vlla defenduntur longinquitate annorum.de consan.&affi.non debet.licet olim ipsi & extranei prohiberentur temporis diuturnitate,id est,si steterisent simul sine q xx.aut xviij.ann.vt notat in d.q.j.quia,vt dicit S.Tho.quæ sine peccato esse non possunt,nulla præscriptione firmantur:quia diuturnitas temporis non minuit peccatum,sed adauget.de simo.cùm in ecclesiæ.de consue.cùm tanto.nec ad hoc facit aliquid fauor matrimonij:quod inter illegitimas personas esse non potest. ¶Secundo quæritur,†vtrum is,qui tempore contractus matrimonij tacuit,modò possit illud accusare? Et dicit S.Tho. quòd quandoq; auditur,quandoque repellitur: quod probat per caput,cùm in tua.extra qui mat.accusa.pos.vbi habetur quòd si quando banna vel denuntiationes fiebant, ipse erat extra diœcesim:vel ad eum denuntiatio non potuit peruenire:puta si nimia infirmitate laborans non erat sanæ mentis, vel ita puer quòd talia comprehendere non valebat,vel alia causa legitima erat impeditus, eius accusatio debet audiri: aliquin cùm rationabiliter præsumatur quòd denuntiationem publicè factam ipse existens in diœceti non ignorauerit,tanquam suspectus est repellendus: nisi iurauerit quòd postea didicerit quæ obiecit,& ad hoc ex malitia non procedat:quæ tunc debet admitti, etiam si ab illis didicisset qui tempore denuntiationis tacuerunt:quia licet illi non essent admittendi,quia fuerunt in culpa: iste tamen repelli non debet,cùm non sit culpabilis.¶ Tertio quæritur,†qualiter fieri debet ista matrimonij accusatio? Et dicit S.Tho.quòd obligatio ad talionem habet locum quando accusatur persona de crimine:quia tunc agitur ad eius punitionem, quod non fit quando accusatur factum, sed agitur ad impediendum illicitam:& ideo in matrimonio accusator nõ se obligat ad pœnam. Vnde dicit Ray.quòd in prædicto casu proprie non dicitur accusatio:quia nõ fit inscriptio, in qua se accusator obliget ad talionem:sed dicitur denuntiatio,quæ fit propter peccatũ,in quo iuncti malè permanent:& potest fieri etiam sine scriptis.intellige tamen sic, vt continuò scribatur in actibus iudicialibus:vt cle.sæpe.de verb.sig.coniuncta cledispendiosam.de iudi.Sed melius est quòd fiat in scriptis.arde testi.spol.c.literas.&.c.à nobis.qui ma.accus.pos. Huiusmodi autem denuntiationis forma talis est.Ego talis denuntio vobis,domine episcope,quòd matrimonium Petri & Mariæ stare nõ potest:quia sunt in tali gradu cõsanguinei: designando personas:vel si est alia causa,vt affinitas,&huiusmodi.& datur libellus etiam parti aduersæ,vt sciat qui impediatur quid actor probare velit:in quo libello continentur gradus & personæ proprijs nominibus designatæ. Quo facto proceditur in lite more solito,scilicet suscipiendo iuramentum à partibus de veritate dicenda,& examinationes ac probationes faciendo per ordinem.Et nota quòd in hoc casu potest contra contumacem lite non contestata procedi ad testium receptionem,& sententiam diffinitiuam:extra vt lite non

non contest.quoniam frequenter.Secus autem esset in accusatione de adulterio,ad thori separationem.extra vt lit.non contest.c.j.& cap.quoniam frequenter.¶ Quartò quæritur, †qui possint esse testes in causa matrimoniali? Et dicit Ray. quòd omnes qui admittuntur ad accusationem,admittuntur etiam ad testificationem.de quibus suprà.§.ij. Et licet pater & mater sint idonei testes in hoc casu, vbi agitur vtrum sit ibi impedimentum:vt extra qui matri.accus.pos.videtur notas.tamen si de ipso cõtractu agatur,id est,vtrum matrimonium sit inter eos cõtractum:tanquam suspecti repelluntur nisi ex parte illius,qui est inferior,vt suprà.§.j.dictũ est:quia parentes videntur filiorum & filiarũ incrementum & honorem diligere.de testi.super eo.Et similiter in prædicto casu potest esse idẽ accusator & testis.argu.xxxv.q.vj. episcopus in synodo.&.c.de parentela.de testi.cog. præterea.& idem S.Tho.¶ Quintò quæritur,†vtrum in hac causa sint aliqua specialia.Et dico quòd sic secundum Iuristas,vt refert ac tenet S.Tho.vbi suprà,scilicet quòd idem potest esse accusator & testis:& non iuratur de calumnia,cum sit quasi causa spiritualis:& quod consanguinei admittuntur ad testificandum:& quòd non obseruatur omnino iudiciarius ordo:quia tali denuntiatione facta contumax potest excommunicari lite non contestata:& valet hic testimoniũ de auditu:& post publicationem testium testes possunt induci:& hoc totum est vt peccatum impediatur.quod in tali coniunctione esse potest.¶ Sextò quæritur,†quantum ad accusationem adulterij vt fiat diuortium:vtrum vir possit vel nõ possit vel etiã teneatur vxorem adulteram accusare & dimittere? Et dico quòd vtrq; potest:quia clamant hoc omnia iura: & similiter econtrario vxor virum:quia in hoc sunt pares,vt §.seq Sunt tamen septem casus,in quibus eam dimittere, & consequenter accusare non potest.quos vide suprà Diuortium.§.ix.An verò ad hoc teneatur:Per.dicit quòd si fornicatio est occulta nec potest probari:dimittere eam non debet.similiter nec si est manifesta,& speratur correctio:si verò nõ speratur, non licet eam retinere,ne videatur consentire peccato:& consequenter tenetur accusare.Et cõcor.S.Tho.Non autem potest eam sine peccato accusare,& dimittere si ipse occultè, illa verò manifestè adulterauit,secundum Ray.quia nõ deficit vxori ius excipiẽdi.sed probandi:arg.xxxij.q.vj.per totum.Et idẽ S.Tho.Ala.Gof.& Host.quod tamen fallit,si ille egit pœnitentiam,& illa monita agere nõ vellet.xxxij.q. j.c.j.ij.& iiij.& idẽ Gof.& Host.¶ Septimò quæritur,† vtrum adultera post pœnitentiam repellere possit maritum ab accusatione? Et credit Ray.quòd nõ:quia pœnitentia nõ tollit ius accusandi in foro iudiciali.xxij.distin.c.j.xxxij.q.ij admonere.vj.q.j.qui crimen.& Concor.Sanct. Tho.Gofr.& Host. Et ratio:quia pœnitentia satisfacit Deo,sed non hominibus vel reipublicæ.¶ Octauò quæritur,† si alter cõiugum carnaliter,alter spiritualiter fornicetur:vtrum fiat compensatio,& accusatio cesset? Et dicit Host quòd si accusatio est de fornicatione spirituali,puta hæresi,& exceptio de carnali,id est adulterio,nihilominus procedetur,nisi voluerit conuertisquo casu locum habet compensatio:sed si econuerso accusatio sit de carnali,& exceptio de spirituali,exceptio admittetur,& super ipsam prompriùs procedetur propter periculum hæresis.¶ Nonò quæritur,† qui ad talem accusationem admittantur? Et dico secundum Rayn. quòd licet tam secundum leges quàm secundum Canones quilibet bonæ famæ admittatur ad accusationẽ adulterij, cum agitur ad pœnam legalem vel canonicam:tamen cum agitur ad separationem thori,nullus admittitur,nisi maritus & vxor quę propter hanc causam possunt se accusare & dimittere.Mat. xix. Qui dimiserit,&c.licet non possint nubere.xxxij.q.vij. omnes causationes.& in tali casu non iudicantur ad imparia,sed ad paria.xxxij.q.vij.si quis vxorem.&.q.v.præcepti.&.c.Christiana.Ad paria tamẽ nõ iudicãtur ex paribus,sed ex imparibus culpis,secundum S.Tho.in iij.dist.xxxv. & Pet. quia licet adulterando vterq; æqualiter peccet,agẽdo cõtra bonũ fidei:plus tamen peccat mulier cæteris paribus contra bonum prolis:& vir propter dominationẽ rationis. ¶Decimò quæritur,†qualiter fidei debeat ista accusatio? Et dico quòd 10
maritus volens vxore de adulterio accusare ad pœnã legale, debet inscribere & ad pœnã talionis se obligare: nec potest agere per procuratorẽ,sed per seipsum præsentem oportet eum agere.Si autem corã iudice ecclesiastico agat ad thori separationẽ:tenetur scribere & dare libellum accusationis, sed ad talionem se obligare nõ debet.quonia siue probaret obiecta,siue nõ,haberet quodvellet:quia separaretur abvxore:& põt ipse agere, & illa respõdere p procuratorẽ, si necessitas exposcat:quia & si de crimine fiat accusatio, non tamẽ est criminalis,sed quasi mista.Probantur hæc omnia de procu.c.ruæ. ¶ Vndecimò quæritur,† quis sit effectus huius 11
accusationis? Et dicit Ray. effectum esse quòd si maritus,probet,vel illa cõfiteatur,nec excipiatur contra eum de aliquo septem casũ,de quibus suprà Diuortiũ. §.ix. absoluitur. A cohabitatione & seruitute qua illi teneba[illegible],& ingredi potest religionẽ ea inuita.xxvij.q.ij.Agatosa.ipsa tamẽ inuito marito intrare nõ poterit:& si ingrediatur,eam poterit reuocare,secundũ Veruec.& similiter si eo ignorãte.Si autẽ cõsciẽte & nõ contradicente ingreditur,videtur data licetia:& vir tenetur continere.arg.xxvij.q.ij.Agatosa. De his supra Diuortium.¶ Duodecimò quæritur,† an propter aliud crimẽ 12
possit vxor accusari & dimitti? Et dicit S.Tho.in iij.dist. xxix.quòd propter alia peccata dimitti non potest, nec quo ad vinculum,nec quo ad actum,nisi forte ad castigatione subtrahat ad tempus solatium præsentiæ suæ.Nam quando vxor præstat magnam occationem ruinæ viro suo:subtrahere se potest ab eius conuersatione.& idem Al.addens quòd nõ oportet cohabitare furi aut vsurario,si nõ vult resipiscere:licet cessante scandalo debeat reconciliari.xxviij.q.j.vxor. & Matt.xviij.Si dextera tua scãdalizat te,abscinde eam. vbi dicit glo.quòd in manu & oculo possunt tractes,vxores,filij, & propinqui intelligi.Concord.etiam Pet.dicens quòd quãdo coniunx per suum peccatum est scandalum, dimitti potest quo ad cohabitationem corporalem,quousque corrigatur.De hac materia habes multa supra Diuortium. & suprà Adulterium,& suprà Debitum per totum.

Rursus de Matrimonio decimò,quando aliquis vel aliqua petitur aut repetitur tanquam coniunx.

1 *Coniunx agit petitorie & possessorio in coniugem, & qualiter procedatur.num.2.*
3 *Mulier si recedat à viro,an petat se restitui.*
4 *Religiosus si petatur in cõiugium priusquã faciat,an credatur.*
5 *Coniunx post spoliationem ad quid restituatur.*

MATRIMONIVM rursus decimò considerari potest quãdo alter cõiugũ de facto vel de iure habitat separatim,& à reliquo petitur vel repetitur.¶ Primò ergo quæritur,† quot modis in hac causa agere quis possit? 1
Et dico quòd duobus scilicet petitorio iudicio,& possessorio. Agitur petitorio,vt si mulier dicat aliquem esse maritũ suũ, quia cõtraxit secũ,& petit eũ sibi adiudicari in maritũ quod est agere petitorio, quali agat de proprietate.Agitur verò possessorio quando petit eum sibi restitui, quasi ab eo fuerit

Universidad de Deusto
Biblioteca

iniustè dimissa,quod est agere possessorio:quoniam petit vi
2 ri sui possessionem. ¶ Secundò quæritur, † qualiter in hac
causa fit procedẽdum? Et dico quòd si agat petitorio,dicens
aliquem esse virum suum,& ille neget excipiendo quod illa
non possit esse vxor sua vel non sit,propter talem vel talem
causam:prius tractabitur exceptio maritiquia illa probata
perimitur quæstio principalis:& vir erit absoluendus.de or-
din.cognitio.c.j.Si verò agat possessorio , secundum Rayn.
quando petit maritum sibi restitui,licet maritus objeciat de
consanguinitate vel alio impedimento:prius debet fieri re-
stitutio mulieri,quàm cognoscatur de exceptione maritide
diuort.porro.de restitutio.spoli.ex conquestione.& cap.lite-
ras.etiam si illud impedimentum esset notorium : quando
separatio non est facta iuridicè:vt in dicto c.porro. ¶ Quod
tamen in quibusdam casibus fallit:in quibus restitutio fieri
non debet. ¶ Primò,si objeciatur mulieri fornicatio publica
& manifesta:de qua probato quòd sit notoria, ita quòd non
possit aliqua tergiuersatione celari:non restituetur,nisi ipsa
probaret virum adulterum commisisse : quo casu restitui
4 debet,etiam si ipsa fuerit publicè fornicata.de diuort.cap.si-
gnificasti. ¶ Secundò,si objiciatur consanguinitas, maximè
lege diuina prohibita,& probationes offerantur incontinen
ti paratæ: quo casu debet recipi iuramentum ad cautelam:
ne scilicet huiusmodi obiectio malitiosè fiat:& tunc fiet qui
dem restitutio quo ad cohabitationem,sed non quantum ad
copulam carnis:vt in dicto cap.literas. ¶ Tertiò si objiciatur
exceptio rei iudicatæ,scilicet super diuortio:quia non est re-
stitutio facienda,nisi prius de illa exceptione cognoscatur.
¶ Quartò ,quando vir petit sibi vxorem restitui & illa de
eius læuitia timet:quia debet quidem restitui,sed sufficienti
cautione recepta,quòd illi non inferat malum.de restitutio.
spoliat.cap.ex transmissa,de qua cautione hic vide.§.fina.Et
si ita capitali odio eam prosequitur,quòd meritò de ipso dif
fidat , nec possit ex sufficienti securitate prouideri:non so-
lùm non debet restitui,sed potius debet ab illa removeri:
vt in dicto cap.literas.& concord.Sanc.Tho.& Per.Et addit
Ray.In omnibus alijs casibus credo quòd mulieri petenti f t
restitutio facienda,& econuerso:dummodo probet se in pos
sessione fuisse,& à viro spoliatam sine iuris ordine:quia hæc
duo probare habet.de offic.delega consultationibus. & qui
filij sint legitim.cap.causam. el secundo. ¶ Tertiò quæritur,
3 † quid si mulier propria authoritate recessit à viro sine cul
pa viri,& nunc petit restitutionem ? Et dicit Vernec.secun-
dum quosdam eam non debere restitui:sed secundum Vin-
cent.Bern.& Hugo.debet: quia hoc ipso quòd rediens non
admittitur,expellitur,& cadit à possessione.l.clam posside-
re.de fio.ff.de acquirenda possess.argum.etiam l.j.siue autem
ff.de vi & vi.& de iureiuran.c.tua nos. & hoc nisi ipsa fuerit
publicè fornicata:vel cùm adultero publicè morata. Adde
etiam quòd si ipsa sua spõte recessit sine culpa graui mariti,
& non quærit restitutionem:maritus non tenetur eam requi
rere ex rigore iustitiæ: quia ipsa renuntiauit ipso facto iuri
quod habebat in cohabitatione mutua:tenetur tamẽ ex cha
ritate de præcepto vel consilio si inde bonum speraret.Quar
4 tò,† si religiosus vel religiosa petitur tanquam coniunx,&
fatetur matrimonium & copulam carnalẽ:quæritur, vtrum
standum sit suæ confessioni,puta mulieris? Et dicit Vernec.
hoc casu quòd sic:& restituetur viro:quia ex hoc nullum fit
præiudicium nisi ipsis: nec est credendum eos suæ salutis
immemores esse.i.q.vii.sicimus.Aliud tamen esset dicen-
dum in rebus quas dedisset monasterio.& idem Innocent.&
Bern.extra de rapto.c.cum causam.Sed hoc dictum proce
dit dupliciter:primò in dubio, secundum Summam Confes.
secundò quando probabiliter constaret quòd confessio con
fitentis esset contra eius intentionem : puta quia deside-
1 rat stare in monasterio,& fatetur pro matrimonio:quia cui-
libet creditur contra se,non pro se:aliàs non videtur stare di
confessioni eius contra matrimonium carnale: vt in c.super
eo.de eo qui cogno.consang.vxo.Iuæ & multo minus cõtra
spirituale,cùm sit fauorabilius.de conuer. coniug. c. ex pu-
blico.nisi cõstaret personam ante religionis ingressum fuis-
se traductam:quia tunc crederetur sibi dicenti copulam in-
teruenisse.& iste est casus dicti cap.cum causam. secundum
Glossam ibi.Nec mirum:quia etiam hoc casu si mulier ne-
garet,crederetur viro asserenti copulam interuenisse:de re-
spon.impub.continebatur.Vide Panor.in d. c.cum causam
diffusum. ¶ Quintò quæritur,† qualiter seu ad quid conuma
spoliatus est restituendus? Et dico secundum Ray . cum de-
bere restitui ad omnia.de quibus probauit se spoliatum , vt
gaudeat pacifica possessione & plena securitate.iiij.q.j.rem-
tegranda.Sed si mulier dicat se virum habere suspectum,ne
forte eam sedat,& causam verisimilem ostẽdat, ad iudicem
spectat facere sibi caueri de cautione sufficienti quòd eam
bene tractabit sicut vir tractare debet vxorem:& quod non
lædet eam in personavel rebus & huiusmodi.Et hanc cautio
nem præstabit per iuramentum.argum.xxxij.q.j. de benedi
cto.iuncta glo.quæ ibi dicit quòd si nihil allegat mulier de
suspicione viri,sufficit nuda promissio. Et si de iuramento
mulier non confidat:præstabit pignoratitiam vel fideiusso-
riam sub certa pœna.argum.vt lite non contesta.c.quoniam
frequenter.& xxiij.q.v.prodest.& q.iiij.si vindicta. Si autem
tanta sit viri sæuitia,vt nulla videatur sufficere cautio , non
est ei reddenda:sed alicui honestæ matronæ committenda.
de restitut.spol.cap.ex transmissa.& cap.literas.in fine.

MAXIME,dupliciter sumuntur:scilicet pro tanto,& pro
stat impropriè : quandoq; verò stat propriè:& potest
idem in casibus alijs: sed majorem rationem in ex-
presso.C.vnde liberi.l.fin. Vide etiam Panorm.post glossam
in cap.auditis.de elect.

De Medico & infirmis.

1 *Medicus qualis esse debeat.*
2 *Medici qui esse possint.*
3 *Medicus qualiter circa infirmum se habere debeat.& quæstio* 4 & 5.
6 *Medici salarium quale.*
7 *Medico an teneatur parere infirmus.*
8 *Medici & Chirurgi an possint ad sacros ordines promoueri.*
9 *Anatomia causa an teneatur index dare cadauer suspensi.*

MEDICVS à medendo dictus,est duplex,scilicet Chi
rurgus incidens & adurés,& physicus siue naturalis,
non vrens nec incidens,sed exhibens actiua natura-
lia intus vel extra. Et vterq; est triplex. Quidam scilicet non
exercens,artẽ sed in particulari persona vel casu adhibens
aliquod remedium,quomodo omnes,aut ferè omnes sum me
dici. Et quidem doctoratus & conuentatus in arte:sed illam
non exercens. Et de his duobus generibus non intendo lo-
qui. Et quidem artem exercens vocatus medicus à vulgo,qui
iuridicè dicitur medicus,quem non est necesse esse peritum
vt dicatur medicus:alioquin nunquam peccaret per ignoro
rantiam ; neque esse doctoratum,vel conuentatum . Vide
secundum Bartolum in l. sciendum. ff. de ædititio edicto.si
statuto episcopi cauetur sub pœna excommunicationis ne
quis ingrediatur monasterium monialium , præter medi-
cum : medicus non conuentatus intrando non incidit:quia
quanuis non sit conuentatus, tamen medicus est : & ita à
vulgo

vulgo nominatur.Item quia non dicitur medicus à dignita-
te,sed à medendo:vnde non refert an sit Doctor,dummodo
1 medeatur. ¶ Primò igitur quæritur,† quid requiratur in me
dico,vt possit artem exercere sine peccato ? Et dico requiri
multa. ¶ Primò enim requiritur quòd sic sit peritus,vt com
muniter à peritis illius facultatis reputetur idoneus:nec suf
ficit esse doctoratum'. aliàs si ex notabili ignorantia in lua
cura nocet infirmo,mortaliter peccat, faciens contra illud.
Non occides.de pœ.di.j.homicidium.& secundum Ric.tene
tur infirmo ad æquiualens, ex quo non potest refarcire prin
cipaliter:imò etiam si sanitas sequatur,peccat mortaliter:quia
exposuit se periculo peccati mortalis, id est, operi vnde po
test sequi notabile nocumentum: proximo.Nec obstat quòd
hoc non intendat:quia voluntariè posuit se ad illud,vnde hoc
natum est sequi.arg.xv.q.j.merito.& §.sed objicitur de La-
mech.Nec tenetur solum in foro animæ quandovoluntariè
lædit,puta prolongando infirmitatem,& huiusmodi : sed e-
tiam quando ex ignorantia vel imperitia vel non sequendo
traditiones artis:vt no.Per.in auth.sed hodie.C.de iudi.quia
imperitia medici culpæ annumeratur.l.si quis fundum.§.Cel
sus.ff.loca.& l.imperitia.ff.de reg.iu.hoc tamen Pan.in c.ad
audrei.de æta.&qua.limitat quando assumpsit officium volun
tariè:secus si ex necessitate bona fide fecit quod potuit defi-
cientibus alijs medicis. Vnde imputet sibi qui talem eligit,ex
quo dicebat se imperitum. ¶ Secundò debet esse diligens.vn
de etiam peritus notabiliter negligens in reuidendo libros,
in visitando infirmum,in qualitate rerum medicinalium,&
huiusmodi,si sequatur mors,est irregularis,& peccat morta-
liter:& similiter si sequatur magna aggrauatio infirmitatis
sine morte.Sed secundum Ant.de But.in c.tua nos.de homi.
dicitur omnem diligentiam quam debet adhibuisse,quando
sequitur traditiones artis,& visitat personaliter,& dictat re-
2 bus in infirmo:nec tenetur ad custodiam personalem conti
nuam,secundum Host.& sic non imputatur ei euentus mor
tis.ff.de officio præfidis.l.illicitas.§.licuti. ¶ Tertiò debet ha
bere intentionem iustificatã ,vt non intendat lucrari cum al
terius iactura.de reg.iu.nemo.lib.vj.Vnde curam quàm citiſ
simè potest,debet terminare.Et si curam extendit & prolon
gat ad lucrum,peccat mortaliter:& illud plus restituere te-
netur:& similiter si permittat aromatarium ponere in confe
ctione medicinæ species non sufficientes propter vetustatem vel alium defectum,vt ipse plus lucretur,peccat grauiter.& tenetur vterq; infirmo de omni damno.Imò secundum
Arc.de aromatario considere non debet, nisi sciat esse con-
scientiatum,peritum, & practicum:sed sub suis oculis debet
medicinæ compositio fieri.Si tamen medicinam secundum
artem dedit,& omnem debitam diligentiam exhibuit : non
imputatur ei,si ex defectu specierum vel admistione alia sit
nociua.de clerì. excom.ministrante.c.apostolicæ.secundum
2 Innoc.& Host.in omnibus autem prædictis tenetur ad arbi-
trium bonorum virorum . ¶ Secundò quæritur, † quis inter
eos,qui tria prædicta habent,possit esse medicus,id est exer
cere artem medicinæ? Et dico multa. ¶ Primum.Si clerici
sunt in sacris vel etiam in minoribus , dum tamen sint sufficienter beneficiati,secundum Ray.non licet eis operari in
medicina physica,nisi gratis pro miserabilibus personis vel
consanguineis:nec tunc vbi posset esse periculum . quod e-
tiam in claustralibus districtius est obseruandum:ne cler.vel
mo.multa.officium autem chirurgi quod incisionem vel adu
stionem requirit,secundum eundem est clericis omnibus in-
terdictum.ne cler.vel mon.sententiam.& de homic.tua nos.
in quibus capitulis,licet non videatur dici , nisi de existenti-
bus in sacris:tamen idem potest intelligi de existentibus in
minoribus sufficienter beneficiatis,secundum Pan.in d.cap.
sententiam.argu.c.j.de postu.& contrahit talis clericus irre-
gularitatem,vbi eam laicus non contraheret : quia dat ope-
ram rei illicitæ.de quo vide Pan.vbi s. ¶ Secundum . Nullus
Iudæus potest esse Christianorum medicus:vc̃. Iudæus.§.j.
tamen dicit Hug.quòd necessitas Christianorum excusat,
quando scilicet alium non habet.& idem videtur secundum
Arch.quando non habet sufficientem.Medicinalia verò pos
sumus ab eis emere,secundum Hug.& Lau. ¶ Tertium.Se-
cundum Aug.de Ancho.lib.de pœ.eccle.ad practicam me-
dicinæ admitti non debent nisi nati de legitimo matrimo-
nio,& iurati sine dispensatione:quod tamen,secundum eum
fallit,vbi non viuitur legibus imperialibus:cùm hoc sit ciuili
vel Imperiali iure prohibitum:& vbi minus quidem,sed non
contraria consuetudine abrogatis. ¶ Tertiò quæritur, † quo-
3 modo medicus se debeat habere in exhibendis medicinis spi
ritualibus,cuiusmodi est monitio ad confessionem,præmo-
nitio de futura morte,& huiusmodi? Et dico multa. ¶ Pri-
mum.Tenetur medicus seruare decretum de pœ.& re.cum
infirmitas.vbi statuitur,& districtè præcipitur medicis cor-
porum,vt cum eos ad infirmos vocari contingat , ipsos ante
omnia moneant & inducant vt medicos aduocent anima-
rum,scilicet confessores:vt postquam fuerit infirmo de spi-
rituali salute prouisum. ad corporalis medicinæ remedium
salubrius procedatur. ¶ Secundum.In dicto decreto quędam
verba ponderanda sunt.Nam dicitur primò,districtè præci-
pimus:& sic imporratur necessitas.xij.q.j. quòd præcipitur.
& secundum glo.Host.transgressor peccat mortaliter : nec
potest hoc consuetudine vel præscriptione tolli,cùm sit pro
salute animarum statutum:& secundum Pan.ibi,& huiusmo
di consuetudo non possit esse rationabilis. Dicitur secundò,
ante omnia hoc seruandum est,antequam ad curam manum
mittant,vel de salario conueniant,secundum Io.Andr.alias
autem posset repetere vel negare salarium : quia contra le-
gem C.de legi.l.non dubium. Dicitur tertiò,moneat & indu
cat.scilicet eum effectu,ita quòd confiteatur:aliter non am-
plius eum viliter,secundum Host.& sequitur Pan.ibi.Sed,vt
dicit Archidura nimis est ista opinio:cum in periculo consti
tutis quantuncunq; obstinatis sit subueniendum secundum
ordinem charitatis:nec textus hoc dicat. Vnde & Per.de Pa.
dicit quòd solùm tenentur admonere.Sed adde,& inducere:
vt monere sit commemorare : inducere verò sit efficaciter
hortari:vt quantum est ex parte medici sequatur effectus:
ar.c.fi.de eo qui co.consan.vxo.vbi dicitur moneas & indu-
cas:& subditur,quòd si induci nequiuerit.& consequenter il
lud,inducas,non ionauit effectum aliter autem intelligen-
dovideretur contra charitatem:quia infirmus fortè moreretur desperatus,qui sanatus fortè conuertereretur Dicitur quar
tò,vt sa labrius procedatur.Ex quo patet quòd si infirmitas
indiget celeri remedio corporali , quòd expectatio
confessionis obesset sanitati:eo casu non ligat ista cõstitutio.
¶ Tertium.Sum.autem Ange.& Sum.Ros.non intelligunt
istam conditionem quantum ad omnem infirmitatem : sed
solùm quantum ad periculosas& dubias secundum feud est,
quę possunt probabiliter inducere periculum mortis,in quo
ipse infirmus confiteri tenetur.Sed istam opinionem expres
se Arc.per tex.videtur euertere,dicens quòd medici hoc ob-
seruantes solùm cum ægritudinem mortalem viderint,non
adimplent constitutionem,quæ subdit inter cætera huius e-
dicti causam fuisse,quòd quidam in ægritudinis lecto iacen-
tes,cùm eis à medicis suaderur vt de animarum salute dispo
nant,in desperationis articulum incidunt: vnde facilius mor
tis periculum incurruot.vbi dicit Ioann. Andr. quòd ex quo

infirmi

Universidad de Deusto
Biblioteca

infirmi sciant hoc medicos dicere in omni infirmitate mortali,&non mortali ex præcepto,cessabit timor &periculum. Hæc ex illo. Et ideo simpliciter & indistinctè dicendum est cum textu eos ad hoc teneri, cum eos ad infirmos vocari contingit:maximè quia si infirmitas leuis aggrauaretur tantum vt infirmus teneretur confiteri: si tunc medicus suaderet confessionem,infirmus timore quateretur vt plurimum. quod in tex.cauetur. Nec oportet dicere vt dicit Sum.Rose. hoc nimis esse durum:quia facile est medico dicere:pro debito præcepti mihi facti hortor ad confessionem: quæ prodesse potest,obesse nõ potest. ¶ Quartũ. Si autem medicus mortem futurã infirmi præuiderit,tenetur ex præcepto per se vel per alitũ hoc nuntiare infirmo,secundũ Io.de Neap.in xj.quolib.si probabiliter credit quòd hæc annuntiatio multùm proderit illi:puta quia est in peccato mortali,& confitebitur vel ordinabit de rebus suis, & compescet futuras lites: quia tacendo damnificaret indirectè, dum non obuiaret futuro damno,cùm possit & debeat. Et idem est si dubitat an hæc nuntiatio vtilis sit nécne:quia'in dubio tenetur homo vitare notabile damnum proximi,si potest. Vno tamen ex habentibus curã infirmi nuntiante alij liberantur. Si verò medicus hoc non credit nec dubitat,sed credit oppositũ,scilicet quòd parum aut nihil proderit nuntiatio ista: & per oppositum taciturnitas parum aut nihil ꝓderit: vt quia putat eum esse in bono statu & sua ordinasse:nõ tenetur nuntiare:quia cessante causa cessat effectus:mélius tamen esset nuntiare: quia probabile est,eũ magis ex scientia mortis futuræ dispondũ. Hæc ex illo. Et idem sic,si eũ ita malè dispositũ videt, quòd audita morte non proficiscetur in melius: sed fortè in deterius eadem ratione. Galeno autem dicenti quòd sem per medicus etiam de salute desperans sanitatem spondere debet infirmo,secundum Io.non est standum:vel secundum Arch.est verum quando nuntiatio multùm noceret,& taciturnitas parum obesset. Vel dic quòd loquitur tanquã ignorans spiritualem sanitatem & vitam. ¶ Quartò quæritur, †quomodo medicus se debeat habere in conferendis corporalibus medicinis aut remedijs? Et dico multa. ¶ Primum. Secundum Inno.in c.tua nos.de homi. diligenter attendere debet ne illas medicinas conferat, de quibus illi secundum artem non constat:quia si dubitat vtrum prodesse debeat vel obesse,dando peccat:quia in dubijs tutior sequenda est via: cuiusmodi est reliquere infirmũ naturæ & creatori, quàm medicinæ exponere de qua nescit.de homic.c. petitio.quod Sup.contra Sum.Ang.intelligit de eo qui habet qualecunq; dubium,vel habere debet,etiã si vehementer credat profectum.Sed hoc nõ bene dicitur:tum quia si non sufficit ratio probabilis nunquã aut vix poterit quis exhibere licitè medicinam,sicut nec habere rationem demonstrationem quòd ꝓderit:tum etiam quia verba impropriantur. Dicitur enim esse in dubio quando nihil habet,ex quo probabilius notabiliter existimet medicinam profecturam quàm nociturã. Secus si de profectu haberet aliquam probabilitatem:quia sic adhibita debita diligentia &studio dare posset:quia propriè non est in dubio,sed in opinione vel titubatione. ¶ Secundũ. Dare medicinam prægnanti vt abortiatur & lateat peccatum est mortale:ad præsentẽ verò prægnantem secundũ Io.de Neap.in x.quolib,distinguendum est.Nam si fœtus erat animatus rationabili anima,est peccatum mortale: quia est causa mortis corporalis & spiritualis: cuius non fuisset nõ dãdo causa directa,vt patet:nec indirecta eo modo quo nauta est causa subuersionis nauis,quam potuit &debuit gubernare:quia licet iste potuerit matrem præseruare à morte dando medicinam,non tamen tenebatur dare: imò nec debuit.arg.xiij.q.v.deniq;.vbi dicit Ambro.quòd si alteri subueniri non potest,nisi alter lædatur,commodius est neutri iuuare. Si verò nondum erat anima tali animatus, posset tunc & deberet dare tale medicinam:quia licet impediret animationem futuram fœtus,non tamen esset causa mortis alicuius hominis:& vnum hominem liberaret à morte. Hæc ex illo. Sed si dubium sit,vtrum sit animatum nécne:dando medicinam videretur peccare mortaliter,secundum Arc. quia exponit se periculo peccati mortalis,id est,homicidij. ¶ Tertium. Si chirurgus est peritus,& diligentiam adhibet,non est in culpa si infirmus propter inconsuetam dispositionem venarum,vel insolitum timorem,aut tremorem moriatur:ad capitis,ex literis. de frigi. & malefi. & poterit promouere de hoc habet conscientiam probabilem quòd nihil de contingentibus omiserit:aliàs secus. de ætat. & quali.ad aures. & hoc verũ si non dubitabat de hoc,quia in dubio debuit omittere:vt no.Inno.& Host.in c.sententiam. ne cler.vel mo. & d.c.tua nos. Et idem generaliter,dic de omni medico & omni alio,secundum Archiepiscopum,si erat peritus,& adhibuit diligentiam. ¶ Quartum. Nũquam licet medico dare medicinam corporalem contra salutem animæ:quia præposterus ordo est,corpus animæ præferre: & ne faciat,præcipitur ei sub pœna excommunicationis.de pœ.& remi.cùm infirmitas.vnde est mortale consulere fornicationem vel ebrietatem,secundum Archiepiscopum,& huiusmodi. de quo 7.distinctionis.§.iij. Et idem est secundum Io.And.post Vinc.si medicus dicat infirmo,non consulo tibi: tamen si accederes ad aliquam mulierem,sanareris. quod intellige si hoc dicit in fraudem legis,id est,ea intentione vt hoc faciat:quia re vera hoc est consulere,id est,ostendere quid sit faciendum. & similiter si hoc dicit non in fraudem legis: sed tamen ex imprudentia hoc dicit illi,de quo debuit verisimiliter cogitare quòd eum exponebat periculo sic faciendi:quia hoc est scandalizare pusillum. Tales etiam sunt illi medici,qui sine causa abstinentias eorum vel ecclesiæ ieiunia dissuadent aut dispensant in talibus ex aliquo humano respectu vel mercedis dissolutione, qua talia negligunt, aut, quod pessimum est, fortè contemnunt:secus si id faciunt ex causa rationabili credita,vel saltem dubitata. ¶ Quintò quæritur specialiter, †quomodo se debeat habere in exhibendis medicinis & remedijs corporalibus infirmis non valentibus aut non volentibus soluere? Et dico multa. ¶ Primum. Pauperibus soluere non valentibus tenetur medicus gratis medere: imò etiam soluere medicinas,si ipse potest,& illi non possunt,secundum glossam dist.octuagesimatertia.§.j. Sed intellige secundum Sanctum Thomam ij.ij.q.septuagesima prima.artic.j.quando nec per se nec per alios magis connũctos, nec per eos qui magis possent,valent curari. Non tamen eos quærere tenetur,sed sufficit si occurentibus aut se vocantibus subueniat:quia remissio salarij,& medicinarum impensã eleemosyna quædam est. ¶ Secundum. Si autem infirmus sit quidem diues,sed tamen ex auaritia soluere nonvelit:etiam tenetur eum curare gratis,& soluere medicinas & necessaria antequam illum mori permittat,si aliter ei non medetur, secundum glossam ibidem. Sed tamen poterit repetere impensas, si conualuerit:quia vtiliter gessit negotium eius.ff. de negotijs gestis.l. Pomponius.imò etiam si moriatur, repetere ab heredibus:quia sufficit si vtiliter cœpit gerere, licet effectus non sit sequutus.ff.eo.l.an vltro. Nec potest illi obijci quòd pietatis causa fecerit sumptus.ff.de negot. gest.l. alimenta. nisi esset propinquus: quia oporteret protestari tunc quòd non intendit gratis medicari aut exponere: aliàs non repeteret.d.l.alimenta.& not.glo.ibi.in dict.§.j. Ex quo elice quòd coram

coram Deo repetere non potest,si intendebat gratis hæc facere:similiter nec coram hominibus,si de illa intentione eõ staret. Et prædicta intellige etiam infirmo nolente & contradicente ac prohibente:licut & virum extrahere possumus de domo ruitura, & beneficium præstare inuito.xxiij.q.iij. ipsa pietas.imò præsumitur quòd infirmus talia dicendo furiosus.ff.de condi.insti.l.quidam. ¶ Tertium. Ex dictis patet ad sequentem casum: Vtrum putrefactum pedem inuitum multa impensa chirurgus curauit:quod nisi fecisset,pedem oportebat abscindi:sed eo deinde experente mercedẽ eã negat curatus;dicens se maluisse abscisione pedis quàm huiusmodi solutionem. Dicendũ est eũ per prædicta,& per notata à Bar.in l.Stichus.ff.de pec.leg.quòd pro omni eo qđ rangit personã vel libertatem,vel vitã,vel ciuilitatem, ille, pro quo soluitur,dicere nõ põt,nõ esse vtiliter gestũ. Et per hoc dicit Bar.quòd si amicus animo repetendi.soluit ꝓ condemnato ad soluendũ certã summã, aut ad pedis abscisionem,vel aliud faciendũ in persona, & nolente soluere, non posset ille dicere quòd reddere nolit, quia maluisset pedis abscisionem:vt est tex.ſcdm eũ in d.l.Stichus.& ibi gl.nota. Et idem dicendũ,si quis sit cõdemnatus in centũ, quæ nisi soluerit sit bannitus:& aliquis soluit pro eo:quia dicere non potest,nõ expediuisse solutionem,eo quòd potius expediebat esse bannitũ. Hæc ex illo. ¶ †Sextò quæritur,quo medicus se debeat habere circa salariũ? Et dico multa. ¶ Primum. Si medicus est à cõitate salariatus,ita quòd nihil debeat ab infirmis accipere:nihil accipere pot,etiã si salariũ nõ sufficiat: & sibi imputet:quia pacta ex conuentione legem accipiunt, quæ etiã seruanda sunt.de pac.c.j. Quod tamen ſcdm Arch. fallit,si mutatæ sunt rerũ coditiones. Fallit etiã si is,qui eius opera vtit,sit sanus:vt in l.archiatri.C.de profes.& me. ¶ Secundũ. Si verò nõ est salariatus,sed per statutũ cõmunitatis aut domini cauetur quòd nõ accipiat nisi tantũ:sic accipere non debet vltra quàm velit statutũ:nisi esset contraria consuetudine abrogatum.de coniue.c.fin. ¶ Tertiũ. Si verò nec salariatus sit,nec limitatus,exigere potest salariũ moderatũ cùm nemo cogatur de suo facere beneficium.x.q.j.precarię. quod moderamen attenditur secundũ qualitatem curæ, & laborem & industriã medici,& facultatem mãmi,& cõsuetudinem loci. ¶ Quartũ. Si autem factum sit pactũ de certa mercede dauda post curationem,& liberatus infirmus recidiuauit:Spe.distinguit ſcdm Per.quia si incontinenti recidiuauit,tenetur medicus pro eodem salario illum curare:quia non videtur ægritudo recessisse quæ statim redijt nec plenè liberauit, qui ex toto non est liberatus.de pœ.di.iij.sunt plures.Secus autem si ex intervallo.Sed ista distinctio procedit, si nulla culpa præcesserit in infirmo:quia si ex sua culpa statim recidiuasset,non tenetur medicus.l.quod quis ex culpa.ff.de reg.iur. Hanc quæstionem format gl.in l.Marrinus. ff.locat. circa infirmitatem podagræ:multa adducens pro & contra. ¶ Quintũ. Si quis animo & cum protestatione repetendi expensas curauit monachum scholarem Bononiæ, qui tamen dum mortuus est,non tenetur Abbas ſcdm eundem Spe. si sine eius licentia tacita vel expressa erat in studio: si verò ibi erat cum licentia eius,arguit quòd teneatur Abbas & pater naturalis:sed soluit quòd negotium est vtriusq; & tenetur,cuius contemplatione factum est:& si vtriusq;,vterq; tenetur.licet Abbas magis:quia monachus dicitur seruus monasterij.di.iij.vnde eum alere tenetur. ¶ Sextum. Si medicus scit infirmitatem incurabilem,licitè nihilo minus secundum Aug.de Anclio.salarium recipit:quia est instrumentum naturæ,quod subtrahi non debet quousq; natura non succumbit:& hoc nisi fortè malitiosè nõ indicet habentibus curam infirmi: vel faciendo superfluos sumptus: vel mendaciter spondendo salutem. Adde etiam quòd nescimus quid Deus facere disposuerit:& quòd medicus licet non lanet,tamen iuuat medicando & præsentando. ¶ Septimò quæritur,†quomodo se debet habere infirmus & seruitor ad medicum in eligendo illum,& illi obediendo? Et dico multa. ¶ Primum. Medicum practicum & expertum præferre debet æger theorico & scientifico:quia expertos magis proficere videmus, primo Metaphy.quod Aug.de Anch.dicit verum de experto ex ortu disposition:sicut aliqui ex cœlo sunt dispositi ad curãdum:& ex particularium applicatione:quia vtraq; experientia est cum causę cognitione inuniuersali:sicut prima cognoscit causam inuniuersali agẽte,id est,cœlo sic monẽte & dictante quòd bonum sit sic facere:& similiter secunda,quia illo modo experiendo facta est ars:vt patet vbi ꝫ. Expertis autem,qui sunt omnino idiotæ,nam medicinam omnibus infirmitatibus exhibentibus,nullus debet se committere,secũdum eundem Augusti.quia nec scientes,nec propriè experti sunt,sed solùm curant in aliquo quandoq; à casu:& maximè si addunt aliquas superstitiones. ¶ Secundum. Expedit etiam magis plures medicos eligere secundum Aug. de Ancho.& Philosophum ad Alexandrum. Sed intellige primò simul,& non successiuè:quia secundum Senec.nihil adeò impedit sanitatem,quàm medicorum crebra mutatio. Et secundò nisi sint dedidentes ex zelo vel inani gloria aut alia causa:quia plerunq; plus curãt suam opinionem,quàm ægrotantium salutem. ¶ Tertium. Non tenetur autem infirmus obedire medico,secundum Innoc.& Hosti.in d.c.tua.de homi. quia nec prælatus eius est:nec homo,cuius mandatis obedire teneatur,quasi iurisdictionem habens super illum: bonum est tamen quòd illi credat tanquam experto. Si tamen ex certa scientia vel affectata aut probabili ignorantia aliquid facit contra præceptum medici,aut sine illo aliquid sumat in notabile nocumentum suum:mortaliter peccat.xxij.q.v.si non licet.quia tenetur corpus suum ex charitate diligere de pœ. dist.ij.charitas.§.corpus. Si autem esset quidem illud aliqualiter læsiuum,sed non notabiliter:non videtur mortale:tum quia res est exigua:tum quia potest fieri compensatio gratioris afflictionis:puta eius quæ eum ex siti ad æqualem vel minorem:puta ea quæ est ex febris augmento maximo:quia inter duo mala minus est eligendũ.xiij.distinc.duo. Et idem per omnia die de seruientibus aliquid tale ministrantibus. Et si inde ex hoc sequeretur mors aut mutilatio, essent irregulares. Secus si ex leui ignorantia vel culpa hoc fecissent. ¶ Octauò quæritur, †vtrum medici, physici, vel chirurgi possint ad ordines promoueri? Et dico quòd sic, secundum Rayne.si erant periti:& nihil de contingentibus omiserunt: & habent de hoc conscientiam probabilem: aliter non.de æta.& qualitate.ad aures.ff.de var.& extraordi.cognit.lege, & si medicus.vel aliàs medicus:& idem Innocen.& Hostien. & Gofr. Est tamen consilium Hostien.& Gof.quòd promouendi abstineant à practica medicinæ:& potissimè à chirurgia,quæ adustionem vel incisionem requirit: cum in nullo vacillare debeat conscientia promouendi.xxxiij.distin.laici. ¶ Nonò quæritur,†vtrum iudex teneatur medicis dare suspensum pro anatomia? Et dico Bartol.hoc sub dubio reliquisse in l.fina.de cada.puni.tamen casus videtur esse quòd sic,in lege,Reipublicæ.ff. de minorijs, quam legem ad hoc allegat Ludouicus in lege,prima.ff. soluto matrimonio.

MEMBRVM propriè quid sit,vide suprà Homicidium.iij.§.iij.particula iiij. Et ita in statutis accipitur membrum,nisi aliud appareat de mente statuentis:vt not.Bar.in lege,secunda.ff.de pub. iudi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Mendacio & Mendace.

1 *Mendacium quid & quotuplex sit.*
2 *Mendacium omne an sit peccatū, & quando mortale, & n.3.*
4 *Mendacium omne in prædicatore an sit peccatum.*
5 *Mendacium in facto æquale mendacio verbi.*
6 *Veritatem celare an aliquando liceat.*

1 MENDACIVM est falsa significatio vocis cum intentione fallendi.xxij.quæst.ij.ille ergo.vbi nomine vocis,quæ principatum tenet inter signa, intelligit omne signum,vt scriptura,& nutus,&factum. Vbi aduertendum secundum S.Tho.ij.ij.q.cx.ar.j.quòd circa hoc aliquando tria concurrunt,scilicet falsitas eius quod enuntiatur,& voluntas enuntiandi falsum,& intentio fallendi aliquem:& tunc ibi est falsum materialiter,quia falsum dicitur: & formaliter propter voluntatem dicendi falsum:&affectiuè propter voluntatem falsum imprimendi:sed tamen ratio mendacij sumitur à falsitate formali, scilicet secundum quod quis habet voluntatem falsum enuntiandi.vnde &mendacium ex eo nominatur quòd contra mentem dicitur.Igitur si quis enuntians falsum,credens illud verum: est quidem falsum materialiter,sed non formaliter:quia falsitas est præter intentionem dicentis:vnde non habet perfectam rationem mendacij:quia quod est præter intentionem, est per accidens:vnde non potest esse specifica differentia. Si verò quis dicat formaliter falsum,scilicet habens voluntatem dicendi falsum,licet sit verum id quod dicitur,ille actus inquantum voluntarius & moralis habet per se falsitatem, & per accidens veritatem:vnde peringit ad speciem mendacij.Quod autem aliquis intendebat falsitatem in opinione alterius constituere, non pertinet ad speciem mendacij, sed ad quandam eius perfectionem:sicut in naturalibus:aliquid speciem sortitur ex forma,etiam si desit effectus formæ: sicut patet in graui violenter sursum detento,ne descendat secundum exigentiam formæ.Hæc ille.Ex quibus patet quòd mẽdacium propriè consistit in voluntate dicendi falsum:intelligę assertiuè,& non recitatiuè,neq; etiã representatiuè:sicut disputãs aliquãdo assumit falsa scienter siue mendacio:quia loquitur ex persona negantis veritatem,secundum S.Tho.in iij.di.xxxix.art.v.perfectè verò consistit in intentione imprimendi illud falsum mẽti alterius:materialiter verò in falsitate rei enuntiatæ.Igitur si dicatur quidem falsum,sed desit voluntas dicendi,illud est falsum,sed non mendacium propriè aut perfectè: & si diligentia esset adhibita,non esset peccatum:& si non sit adhibita,est veniale,xxij.q.ij.c.homines. nisi in casu in quo tenetur quis adhibere diligentiam: puta in actu testificandi,in quo imminet damnum notabile proximo:vel in iudicio,cùm vult iurare:quia esset mortale.xxij.q.ij.c.animaduertendum.Si verò adsit voluntas dicendi falsum:est mendacium propriè & formaliter,siue verum sit,siue falsum quod dicitur:quia itur contra mentem, quod est mentiri,id est,contra mentem ire.ij.q.ij.it autem. Si tamen eo casu quod dicitur sit verum,non est mendacium materialiter:& si desit intentio imprimendi falsum,non est mendacium perfectè. Si verò adsit voluntas imprimendi falsum,& desit falsum & voluntas dicendi illud: non est mendacium materialiter,nec propriè,nec etiam perfectè:licet ab hoc sumatur perfectio mendacij:quia non est rei perfectio vbi deest res,quam necessariò præsupponit.¶ Primò verò quæritur,quotuplex sit mendacium,siue quomodo diuidatur? Et dico secundum S.Tho.vbi ẽ.art.ij. quòd mendacium tripliciter diuiditur.¶ Primò scilicet propriè & per se secundum ipsam rationem mendacij,quod formaliter opponitur virtuti veritatis,quæ est æqualitas quædam,cui apponitur magis minus:& sic vt patet in iij.Ethicor.diuiditur in mendacium transcendens veritatem in maius, quod pertinet ad iactantiam: & indeficiens à veritate in minus,quod pertinet ad ironiam.¶ Secundò inquantum habet rationem copulæ diuidi tur secundum ea quæ aggrauant vel minuunt culpam istam ex parte finis.& sic diuiditur in permitiosum, quo intenditur alterius nocumentum, quod aggrauat: & in iocosum quo ad delectabile: & officiosum quo ad vtile bonum alicuius ordinatur, quod minuit. ¶ Tertiò vniuersaliùs intellige inquantum est operatio, diuiditur secundum ordinem ad finem, siue addatur vel minuatur ad culpam mendacij, siue non.& sic ab Auguſt.in libr.contra mendacium: & habetur xxiij.quæst.ij.in capitulo primum. diuiditur in octo partes. Primum est in doctrina religionis, id est, contra fidem & mores, & secundum Archie. Alexan.de Ales in ij.ij.Secundum est, quod nulli prodest, & alicui obest: vt falsa detractio vel accusatio. Tertium,quod vni prodest,& alteri obest: vt falsum testimonium in causa pecuniaria. Quartum, quod sit sola mẽtiendi libidine,quod procedit ex habitu, sic mendax ex eo quod talis est,secundum habitum,ipso mendacio gaudet. iij. Ethi.Quintum,quod sit placendi cupiditate: vt iocosum.Sextum,quod nulli nocet,& alicui prodest ad conseruandã pecuniã:vt quod sit ne alicui pecunia iniustè auferatur.Septimum,quod nulli nocet,& alicui prodest ad mentem vitandam.Octauum,quod nulli nocet,& alicui prodest ad vitandam immunditiam corporalem, seu castitatem seruandam.Tria autem prima,quæ aggrauat culpam, vt dicit San. Thom.pertinẽt ad perniciosum:& tria vltima,quæ minuunt,ad officiosum:& quintum ad iocosum,quod etiã minuit.quartum autem dicit habere propriam quantitatẽ siue addi tione & minutione,& reducitur ad iocosum, cum sit delectabile mentienti:licet San. Thom. non dicat. ¶ Secundò quæritur, †vtrum omne mẽdaciũ sit peccatũ? Et dico quòd sic,ita q̃ etiã pro vita alicuius nõ licet mẽtiri,secundũ Aug. & Sanctum Thom. & omnes Theologos & Canonistas: vt patet in c.super eo.de vsur.& in cap.mihi.xxij.quæst.ij. & ibidem in c.j.vbi dicit Aug.quòd ad salutẽ æternam nullo modo cendus est opitulãte mendacio.concludens in fine,nullã mendaciũ esse absq; peccato.Et ratio est S.Th. ij.ij.vbi ẽ.quia ex suo genere est malum:cùm super indebitam materiã cadat: quia cùm naturaliter voces sunt intellectuũ signa,innaturale & indebitum est quòd quis voce significet quod non habet in mente.Vnde mendacium est per se prauum & fugiendum iiij.Ethico.Non ergo est verum quod dicit venerabilis Calsianus,quòd licet mẽtiri ob magnã vtilitatẽ assequẽdam vel magni malũ euitandũ.¶ Sed contra hoc obijcitur primò. Nã Euangelistæ videntur mẽtiri: quia aliter & aliter verba christi & aliorũ retulerũt.Sed dicit S.Tho.ij.ij.vbi supra,non esse hoc mendaciũ,sicut nec secundũ Aug.de cõs. Euã.sipse res eandem rem, quam viderunt, non eodem modo atque eisdem verbis indicarint.¶ Secundò.Nam obstetrices fuit Deo remuneratæ propter mendacium. Sed dicit quòd hoc non fuit pro mendacio,sed timore Dei & benenolentia, ex qua processit mendacium.Vnde signanter dicitur Exo.j. Eo quia timuerunt,&c.mendacium verò postea sequens nõ fuit meritorium.Vide etiam de hoc quædam Theologica ibidem scilicet ij.ij.artic.vlc.ad quartum.¶ Tertiò. Nam gesta sanctorum narrantur in Sacra scriptura ad informationem vitæ humanæ:& consequenter non sunt peccata:Sed de quibusdam sanctissimis viris legitur quòd fuit mentiri: vt de Abraham patet Genesis duodecimo & vicesimo,& de Iacob Gen.xxvij.& de Iudith,& huiusmodi.Sed ad hoc dicit Nicolaus de Lyr.Gene.xxvij.quod non est necesse excusare eos à mẽdacio maximè officioso:quia apostoli fuerunt perfectiores, & tamen immunes non fuerunt à veniali peccato:imò plures illorum patrũ veteris testamenti leguntur peccasse mortaliter. Vel dicendum sicut dicit Auguſt.quòd in sacra scriptura inducuntur aliquorum gesta,quasi exempla perfectæ virtutis,de quibus non est æstimandum eos fuisse mentitos. si qua tamen in eorum dictis appareant quæ mẽdacia videã tur,intelligẽdum est ea figuraliter & propheticè dicta esse. Abraham tamen dixit verè Saram sororem suam,id est,filiã patris,licet non matris:vt patet Genes.xx-Iacob etiam dixit se esse Esau primogenitum mysticè quia primogenita illius ei iure debebantur. Vius est autem tali modo loquẽdi spiritu prophetico,ad designandum quod minor populus, scilicet gentilis, substituendus erat in loco primogeniti, id est, Iudæorum. Quidam verò commẽdantur in scriptura non propter perfectam virtutem,sed propter quandam indolem virtutis,scilicet quia in eis apparebat aliquis laudabilis affectus. ex quo mouebantur ad quædam indebita facienda: sicut laudatur Iudith,non quia mẽtita est Holoferni,sed propter affectum ad salutem populi.Quanuis etiam dici possit quòd verba eius habent veritatem secũdum aliquem mysticum intellectum. ¶ Tertiò quæritur,† vtrum & quando vel quibus mendacium sit peccatum mortale? Et quãtum colligitur ex S.Tho.ij.ij.vbi suprà,arti.vlt.dico quòd cùm mortale peccatum sit,quod charitati cõtrariatur,quantum ad mẽdacium,hoc tripliciter accidit. ¶ Primò secundũ se,id est,ex ipsa falsa significatione:quia si sit circa res diuinas,cõtrariatur charitati diuinę,cuius veritatem aliquis tali mẽdacio occultat vel corrũpit,sed est mortale grauissimũ:si verò sit circa aliqd,cuius cognitio pertineat ad hominis bonũ,puta ad perfectionem scientiæ & morum informationẽ,cõtrariatur charitati proximi,& est mortale. Secus si esset circa aliquid, de quo non refert vtrum sic vel aliter cognoscatur: sicut si quis fallatur in aliquibus particularibus contingentibus ad se non pertinentibus. ¶ Secundò ratione finis intenti:puta,si dicitur in iniuriam Dei.quod semper est mortale:aut in nocumentum proximi quantum ad personam.diuitias,& famã quod similiter est mortale.Secus si finis intentus nõ sit charitati cõtrarius:quia nec mendaciũ erit mortale vt in iocoso & officioso. ¶ Tertiò per accidens ratione scandali vel cuiuscunq; damni consequentis:& sic erit etiam mortale,dum scilicet aliquis non veretur propter scandalum publicè mẽtiri.Hæc ex illo. ¶ Et sic patet quòd est mortale.primò si sit circa doctrinã fidei & omnium pertinentiũ ad sacrã scripturam.Secũdò si sit circa doctrinam morũ siue omnium pertinentium ad vitia & virtutes.Tertiò si sit in Dei iniuriam. Quartò si sit in damnum proximi.intellige notabile.Quintò ratione scandali,quod quis inde probabiliter videtur sequi.Adde sextò si adsit circũstãtia iurameti,siue sit iocosum siue officiosum,& quomodocunq;. Et septimò si adsit circũstantia iudicij:quia mortale est in iudicio mentiri de spectãtibus ad iudicium:vt si accusatus neget veritatem: vt suprà Accusatio §.xiij.aut testis falsum deponat nisi debita deliberatione & solicitudine adhibita putaret se certum esse de eo quod falsum est,secundũ Sanctum Thomam,& generaliter secundum Duran.omne mẽdacium quod in iudicio dicitur, præter iocosum, de his quæ ad iudicium pertinẽt,est perniciosum & mortale:quia subuertit veritatem iudicij:quod cedit in perniciem vniuersitatis.quod limita quantum ad ea, de quibus, qui mentitur, tenetur dicere veritatem, non aliter. De quo habes suprà Accusatus.§.xiij. & Confessio delicti.§.j. & Furtum.§.xv.& infrà Testis §.viij.Et octauò se-

cundum Hostien.ratione contemptus.quod quando sit vide suprà Contemptus.Et nonò secundum aliquos ratione perfectionis dicentes perfectis viris omne mẽdacium esse peccatum mortale.Sed hoc irrationabiliter dicitur,secũdum Sanctum Tho.quia,circumstantia personæ non trãsfert in aliam speciem:& consequẽter nõ aggrauat in infinitum nisi ratione annexi:puta si sit cõtra votum eius:quod de mẽdacio iocoso & officioso dici non potest:vnde tale in eis nõ est mortale,nisi ratione scandali,non obstante quòd ipsi ponãtur in statu conseruãdæ veritatis:quia ad hoc ex officio suo tenentur in iudicio vel doctrina:cõtra quæ si mentiãtur,erit mortale.de quo vide §.sequen. ¶ Quartò specialiter quæritur, †vtrum sit peccatum mortale prædicatori mẽtiri in ambone? Et dico quòd non,in eis quę non spectant ad doctrinam: puta si dicat aliqua iocosa:vel si in sacra scriptura alleget vnum capitulũ vel propheta pro alio ex lapsu linguæ vel oblitione,& huiusmodi:quia in his neq; iniuria Deo neque damnũ proximo vel etiã scandalum facit:vt supponit: nec etiã in talibus tenet personã Dei:in pertinẽtibus autẽ ad doctrinam,tenẽt Sum Ang.& Ros.quod nõ sit mortale nisi ratione scandali vel contemptus doctrinæ annexi? vel nisi in his quæ sunt de necessitate faciendæ:intellige etiam omittẽdæ. Secus si ex consilio.& hoc,vt videtur, hac ratione:quia circumstantia personæ speciem nõ mutat. Sed motiuum istorũ est inualidum:quia ibi non est sola circũstantia personæ,sed etiam loci vel officij.Conclusio etiã est nõ solùm contra Archiep.post Pet.de Pal.sed etiã contra Sanctum Thom. qui loquens de talibus dicit indistinctè quòd est mortale mẽtiri in iudicio vel doctrina,id est,in prædicatione:vt exponit Archiepis.circa res diuinas & mores:& contra Angel.qui dicit quoddam mendacium esse in doctrina. Sanct. Thom Sanct. Bonau.& Alexand.de Ales dicit illud esse perniciosum.& si in doctrina:multo fortius in loco doctrinę,vbi doctor gerit personam Dei,& in persona eius loquitur,iuxta illud Lucæ vj.Quivos audit,me audit.Et similiter est contra rationem: quia sequeretur quod posset quis hęreses sine mortali peccato docere:puta dicendo quòd melius est esse in matrimonio quàm in virginitate:& in seculo quàm in religione:quia ista non sunt necessariò facienda.Est etiam illa opinio in cõtemptum diuini verbi & fidei Christianæ:quia quidã sectatores illius opinionis,& sui ordinis plus quàm veritatis zelatores, ex quo credunt non esse mortale mẽtiri in ambonæ, nisi vt illi dicunt,prædicant maximas falsitates,quæ deinde à seculãribus deprehendũtur:sicut tẽporibus nostris quidam publicè in ambone in Romãdiola asseruit,quòd quidam solennis prædicator ordinis nostri, qui contra opinionem aduersam de conceptione Bononiæ prædicauerat,veniam petiit præcinctus zona ad collum super scalis sancti Petronij Bononię cum tamen totũ esset falsum:imò cum maxima gratia prædicauerat.Et rursus alius asseruit in simili quòd alius prædicator eadẽ de causa statim descendẽs de ambone fuit in medio populo dilaceratus & deuoratus à lupo.& huiusmodi multa. ¶ Quintò quæritur,† vtrum sit grauius mentiri verbo quàm facto? Et dico quòd non solùm in verbo,sed etiam in facto mendacium consistit.xxij.quæst.v.caue.& secũdum Sanct.Tho.in quoli.cum in vtroq; sit eadem intẽtio fallẽdi, vterq; æqualiter peccat:quia verbum & factum assumũtur vt instrumentũ fallendi:nec refert quantum ad peccatũ,verbo,nutu,vel facto mentiri:sicut nec quantũ ad homicidium vti gladio vel securi. ¶ Sextò quæritur,† vtrũ liceat aliquando celare veritatẽ? Et dico quòd si homo nõ sit obligatus respõdere secũdũ intentionẽ alicuius:licet veritatẽ celare multipliciter. ¶ Primò quando id,quod dicitur,est verum in vno

Universidad de Deusto
Biblioteca

sensu licet non sit verum in alio, in quo capitur ab audiente: sicut Abrahã dixit vxorẽ esse sororẽ, Gen. xij. quia erat soror ex parte patris, licet non ex parte patris & matris simul. ¶ Secundò, quando ad eandẽ interrogationẽ possunt dari multæ responsiones, & datur vna, alia tacetur: sicut Samuel primi Reg. xv. venẽs in Bethlehẽ principaliter ad inungendũ Dauid in Regẽ, & secũdariò ad sacrificandũ, ad quod scilicet venerat gratia vnctionis: interrogatus ad quid venisset, respondit de causa secũdaria tacẽs de principali, quòd scilicet ad sacrificandũ venisset. ¶ Tertio quãdo loquutio est duplex, habens duplicẽ sensum, quorũ in vno est vera, & in alio falsa: & loques intendit loqui in sensu vero. & imprimere alteri sensum falsum: sicut si quis interroget de eo q̃ quæritur ad mortem, an trasierit per talẽ viã, & respõdeatur nõ trãsiuit hac intendẽs per locũ propriũ & indiuiduũ, quẽ pede aut manu tãgit: aut si clericus interrogatus in porta an aliquid habeat de quo sit soluẽda gabella: & ille respõdeat q̃ nõ, scilicet de quo sit soluẽda à clerico: sicut & Angelus interrogatus à Tobia, quis & de quo genere esset: respõdit, Ex filijs Israel ego sum Azarias Ananiæ magni filius. Thobiæ v. Quæ verba sunt vera secundũ interpretationẽ illorũ vocabulorũ, & non secundũ illa vocabula, vt patet per expositores. Et similiter Christus nõ negauit se Samaritanũ, id est, custodẽ secundũ nomnis interpretationẽ. Quartò quãdo aliqs interrogatur de aliquo quod dicere nõ expedit: quia dicere posset se illud nescire, subintelligendo, vt reuelandũ: exẽplo filij hominis, qui iuxta Marcũ dicit se nescire diẽ iudicij, quod secundũ doctos, ideò dicit, quia illud nõ scit vt reuelandũ nobis: pater verò illũ dicitur scire, quia de hoc filio notitiã dedit. secus autẽ vbi expediret interrogantẽ scire. ¶ Caueda tamẽ ista celatio est primò vbi scandalũ posset accidere: & secũdò in iudicio iusto & vero, de quo suprà Accusatus. §. xiij. & eadẽ ratione. tertiò vbicunq; quis tenetur cõfiteri veritatẽ de qua interrogatur quia sic respõdẽdo eam celat, qđ est cõtra id ad quod tenetur: vnde si ad illud teneretur ex præcepto, celatio illa esset mortale: vt si prælatus extra iudicii præcipiat de aliquo de quo potest iurare sine præcepto exquirat veritatẽ simplici verbo circa concernẽtia pauperrate: qa aliquid celare velle etiã sine interrogatione est mortale: aliàs mendacium erit veniale. & quartò cauenda est vbi quis iuraret extra iudicium non violentatus per aliquem superiorem contra ordinem iuris, neq; ab aliquo particulari per comminationes. sed sponte iuraret vel coactè ex suppositione alicuius finis, iuxta dicta suprà Iuramentum. ii. §. ij. in fin. de religiosis iurantibus in materia pestis ad portas ciuitatum.

MENDICANTES religiosi non dicuntur ab actu mendicandi quia mendicare possunt etiam nõ mendicantes, & econtrario mendicantes nõ mendicare: sed ex eo quòd secundũ regulam & institutiones suas nõ licet eis etiã in cõmuni habere possessiones aut perpetuos reditus: vt colligitur ex Panor. in c. nimis. el. ij. de excess. prælat. & Pet. de Pal. & alios. & in c. religiosum. de relig. do. lib. vj. Vtrum autem mendicantes possint recipere noua loca. vide suprà Excommunicatio. ix. excommunicatione. xliij.

MENSA clericorum generaliter quid habere debeat vel nõ habere, vide suprà Clericus. ij. §. v. Specialiter verò mensa episcoporũ splendere nõ debet aut rouel argento. xlj. dist. episcopus. vilem. supellectilẽ. sed hodie pauperes squalentemensa verò & omnis apparatus renitet.

¶ MENSIS, vide suprà Excommunicatio nonò. excommunicatione xxxij. §. tertio. & §. Acras. ad finem.

¶ MENSVRA, vide suprà Falsarius. §. vltimo.

¶ MERCATOR, vide j. Negotiatio, & Vsura, per totũ

præcipuè iij. & vj. & Societas per totum. & §. Emptio.

MERETRIX est mulier multorum libidini patens. xxxiij. distinctio, vidua. id est, quæ xl. viros admiserat secundũ glos. quæ allegat cap. latores. de clerico excõmunicato ministr. vel est mulier, cuius est turpitudo publicè venalis. xxxij. q. iiij. meretrices. & quantum ex dictis & vsu loquentium colligi potest, tria faciunt meretricem, scilicet fornicatio publica xl. cõcubitus fornicarij, & prætium. Quod quidem pretium non tenetur restituere, secundum Innoc. in cap. quia pleriq;. de immunit. eccle. & communiter doct. quod limita nisi accepisset ab his qui alienare non poterant. de quibus suprà Donatio. j. §. j. vel nisi per fraudẽ recepisset: quia sic teneretur. Quòd autẽ ecclesia possit recipi oblationes talium, intelligitur ad altare, in derestationẽ criminis. Et idem secundum Archi. est de acquisito per concubinatum, adulterium, & sodomiam. Quod autem de tali pretio facere liceat, vide suprà Elemosyna. §. iiij. & infrà Turpe lucrum. per totum.

MERITVM propriè est actio, cui iustè debetur merces: impropriè verò est quælibet conditio faciens aliquem aliquo dignum, sicut species Priami meretur Imperium, secundum Sanc. Tho. in q. de veri. q. j. art. j. ad secundũ. & intellige ecõtrario quòd demeritum propriè est actio, cui iuste debetur punitio: impropriè est conditio faciens aliquẽ aliquo indignũ. arg. j. ij. q. xxj. arti. ij. & de virtut. vbi suprà. Ad meritũ aute tria requiruntur, scilicet status vie, dominium operis, & charitas: vt probat Sanct. Tho. ij. distinct. xviij. ar. ij. & dist. xxx. art. v. & veri. q. xxix art. vj. & viij. De demerito multa possent Theologicè dici, quæ non sunt ad propositum nostrum. Verum autem eadem actio potest esse meritum & demeritum, vide infrà Peccatum. §. j.

De Metu.

Metus quid & quotuplex sit.

1 *Metus iustus quid.*
2 *Timor an sit iustus ex supplicatione regis.*
3 *Metus perdendi bona an sit iustus.*
4 *Metui infamiæ an sit iustus.*
5 *Metus excommunicationis an sit iustus.*
6 *Metus iustus an faciat inuitum. si quis ex culpa incidat in eum.*
7 *Metus iustus an excuset à peccato.*
8 *Metus iustus an excuset ab obligatione contractus.*
9 *Metus leuis an habeat eosdem effectus cum iusto & probabili.*
10 *Metu gesta an tacitumitate temporis videantur ex consensu.*
11 *Metu amissi bonis an fletur iuramẽto super quantitate eorum.*
12 *Metu extorta an debeant restitui.*

METVS, est instantis vel futuri periculi causa mentis trepidatio. ff. qđ metus causa. l. j. Et est duplex. vnus scilicet leuis, quo timetur leue malũ, vel graue malum, sed leuiter, id est, ex causa leui & improbabili, qui cadit in virum leuẽ timentẽ vbi nõ oportet, qui dicitur meticulosus. ff. eo. l. metũ. Alius quo timetur malum graue grauiter, id est, ex causa probabili, qui secundũ iura dicitur metus iustus siue cadens in constantẽ virũ. intellige aut etiam mulierem licet minor metus excuset muliere quàm virũ, secundum glo. in cap. cum locum. Et hanc distinctionem innuit S. Tho. in quarto, distin. xxix. quæst. j. art. ij. in corpore, dicens sic virtualiter. Metum cadere in aliquẽ, est eum metu cogi ad faciendum aliquid. quod aliàs nollet, vt euitet illud quod timet: in quo quidem constans ab inconstanti dupliciter differt. Primò scilicet quantum ad qualitatem periculi quod timetur. cogitur enim ad minus malum sustinẽdum vt euitet maius, non autẽ ad maius, vt viteturminus: quia constans quia quitur rationem rectam, qua scitur quid pro quo sit dimittendum vel faciendum, semper autem minus malum vel maius bonum eligendum est. inconstans autem cogitur ad maius malum, puta peccatũ, metu minoris, puta pœnæ corporalis: sicut econtrario pertinax etiam cogi nõ posset ad minus malum ad euitandum maius. vnde inter hos mediat constans. Secũdò differt quantũ ad æstimationem periculi imminentis: quia cõstans non cogitur nisi ex forti & probabili æstimatione: inconstans autem ex leui, scilm illud Prouerb. xxvij. Fugit impius nemine persequente. Hæc ex illo. Et sic patet in quo metus differat à vi. Nam, vt dicit Pan. in c. faeris. extra eo. metus est vis conditionata siue violentia corporali, sicut cùm dicitur, nisi feceris sic, interficiam te. extra eo. c. ad audientiam. Vis est autem quædam coactio, qua quis ligatus cogitur corporaliter aliquid facere. Et idem tenuit S. Thom. vbi §. art. j. dicens quòd vis est coactio simpliciter siue absolutaiv cùm quis alium corporaliter impellit: sed metus est vis conditionata: vt cùm quis proijcit merces in mare, ne periclitetur. ¶ Primò verò quæritur, † quæ sint illa mala, quorum metus probabilis dicitur iustus siue cadens in constantem virum? Et dico secundum S. Tho. vbi §. art. ij. quòd huiusmodi non possunt esse peccata. quia talia sunt mala maxima, propter quæ non sustinenda etiam mori debet homo. iij. Ethic. Sed sunt quædam mala corporalia maiora quibusdam alijs, & præcipuè inter ea quæ pertinent ad personam: vt mors, verbera, dehonestatio per stuprum, & seruitus: adde & vincula quæ reducuntur ad seruitutem, & sub illa intelliguntur. & omnia limita vt §. §. vj. Et de morte quidem & cruciatu patet in c. cùm dilectus. extra eo. de stuproverò & seruitute. ff. eo. l. isti quidem. Insti. eo. §. j. ij. & iij. Devinculis aũt in l. nec timorem. ff. eo. Et intellige primò siue prædicta aut aliqd prædictorum immineat personæ propriæ siue filiorum siue vxoris, & huiusmodi secundum S. Tho. vbi §. art. ij. ad secundum. & in l. isti quidem. ff. eo. Intellige etiam secundò quòd hæc omnia faciunt iustum metum quando quis de facili non potest occurrere: quia si hoc posset: puta adeũ do superiorem vel alio modo, non esset iustus metus: sed sibi imputaretur. arg. c. si de electio. & c. pastoralis. de offi. ord. & l. quibus dietus. ff. de condi. & demon. & l. qui potest facere. ff. de re. iur. Et idem innuit Sanctus Thomas, vt patet §. §. iiij. Intellige etiam tertiò quòd prędicta habent talem effectum exculandi, etiam si sint solum in comminatione, & non illata, quando probabiliter æstimatur quòd ita erit. ar. eorum quæ not. in c. cùm dilectus. de his quæ vi. Et quartò quòd prædicta regulariter causant istum timorem respectu malorum corporalium, sed non hæc sola: sed generaliter omne maius malum respectu minoris: quia vir constans seu virtuosus semper consentit in minus malum vt viret maius. sed tamen iura statuerunt vt detur actio ad rescindendum contractum, qui aliàs tenet propter prædicta, quæ sunt contra bonum personæ, non propter alia, nisi inquantum reduci possent ad prædicta. quo casu opus est arbitrio boni viri. Et sic intelligo dictum Petri de Ancha. vt illi imponit Sum. Ros. excommunicatione xxix. §. x. quòd iudicis arbitrio relinquitur quis timor sit iustus cadens in constantem virum, scilicet quantum ad ea quæ reducuntur ad prædicta, & quantum ad probabilitatem æstimationis. ¶ Secundò quæritur, † vtrum iustus timor cauſetur ex imperio vel supplicatione regis aut domini? Et dicit Pan. in c. vl. qui cler. vel vouen. quòd nonni si sit consuetus tyrannicè tractare non obtemperantes precibus suis. quo casu excusat secundum Io. And. ibi & Bart. in tract. de tyran. Facit quod not. idem Bar. in l. ad inuidiam. C. quòd me. cau. vbi dicit quod sola reuerentia mariti non causat iustum metum in vxore, nisi minæ præcesserint aut verbera. Et idem voluit Innoc. in c. cauſam. matrimonij. de offi. deleg. ¶ Tertiò quæritur, † vtrum metus perdendi bona temporalia vel maiorem partem eorum sit iustus? Et dicit Pan. in c. Abbas. extra eo. quòd sic, si nõ potest quis sustentari sine illis bonis quæ perdere timet. & gl. in l. aduocati. C. de aduo. diuer. iud. dicit mota pecuniam vitam hominis. Et facit pro ista opinione c. presbyteros. di. 50. & d. c. Abbas. & l. pen. C. eo. Et gl. in d. c. Abbas. extendit hoc non solùm qũ quis sine illis rebus viuere nõ potest sed etiã qñ grauem patitur iacturam. & hoc rationabiliter: quia potest quis esse ita diues quòd amissa maiori parte bonorũ nõ multum pateretur, vt dicatur iactura grauis respectu incõmodi sequentis. Ita etiã iactura aliqñ potest esse grauior vinculis & verberibus, quæ tamen excusantur. ¶ Quarto quæritur, † vtrũ metus infamiæ sit iustus? Et dicit S. Tho. quòd non: quia licet sit magnũ damnũ: tamen de facili potest illi occurri. Sed intellige de infamia de facto, quæ scilicet innititur veritati, cui occurri potest de facili licito modo, secundum gl. in d. l. nec timorem. ff. eo. Sed metus infamiæ iuris, qui habet iuris effectum, est iustus: vt in l. isti. §. fi. ff. eo. vbi patet quòd deprehẽsus in aliquo delicto, iusto metu facit quicquid facit, ne prodatur: quia prodi tus potest pati mortem vel cruciatum, & huiusmodi. ¶ Quinto quæritur, † vtrum metus excommunicationis sit iustus? Et dicit gl. in c. olim inter. de resti. spol. quòd sic: sed melius Io. And. in c. cùm dilectus. extra eo. distinguit quòd aut iustè cõminatur: & non excusat metus: quia culpa tua incidit in metum. l. si mulier. ff. eo. & in §. seq. aut iniustè: & sic est iustus: quia est pœna grauis, inter homines conuersari & carere hominum commercio. l. hi qui sanctam, C. de apostat. de sent. excom. sacro. Quam sententiam approbant domini de Rota decisio xl. Et ratio esse potest: quia hoc malum spectat immediatè ad personam: & est quædam seruitus & vinculatio linguæ. ¶ Sexto† quæritur, vtrum metus aliàs iustus sit iustus, si quis ex sua culpa in illum deuenit? Et dico quòd non: sed tenent gesta per eum qui passus est metum sine aliquo remedio. Et de hoc est rex singularis quotidie allegatus in l. si mulier. ff. eo. vbi dicitur quòd si liberta commisit ingratitudinem contra dominum, & prætextu ne reuocaretur in seruitutem aliquid suo domino promisit, contra illam promissionem ei nõ succurritur: & hoc ideo, quia illa sibi ipsi intulit metum committendo ingratitudinem, & dominus iustè minabitur reuocationem in seruitutem. Et sic non obstat l. nec timorem. & l. isti ff. eo. quia ibi erat iniustitia in accipiendo. Vnde quantum ad conscientiam distingue. Nam si timor iustè incurritur: vt quia minatur quis acculationem de crimine veraciter perpetrato, licet talis qui minatur tui piter accipiat aliquid, vt ab accusando desistat: tamen restituere non tenetur necessariò, si alius potuit donare: vt §. Accusatio. §. xj. & Concussio. §. iiij. Si verò incutitur timor iniustè: puta pater comminatur interficere adulterum cum filia: quod de iure ciuili licet: vt l. nec in eo. ff. de adul. tamen non licet quo ad Deum: vnde tali timore extortum tenere non poterit in conscientia: nisi in recompensationem alterius sui interesse: puta famę læsę, & huiusmodi. Facit tex. cum gl. in c. inter hęc. xxxiij. q. ij. Cessante autem culpa quo teneatur quis restituere, vide §. §. vi. ¶ Septimò quæritur, † vtrum iustus metus excuset à peccato? Et dico q̃ non à toto: quia ad peccatũ nullus iustus metus cogit: sed solùm à tanto: quia quod metu fit, nõ est quantum ad aliquid voluntarium, licet sit voluntarium simpliciter, vt dicit S. Thom. Nec tamen sic excusat à tanto, quasi illud quod de se est mortale, fiat veniale. extra eo. facere. de homic. c. ij q. j. cap. in primis. quia debet quis potius

Universidad de Deusto
Biblioteca

que libet mala tolerare, quàm malo consentire. xxxij. q. v. ita ne. Quod tamen limita verum in his quæ sunt mortalia de se, vt dictum est: quia scilicet sunt naturali vel diuino iure sub præcepto prohibita. Secus si iure humano: quia tunc timor iustus excusaret à mortali: vt ẽ. Inobedientia. Et sic intellige in c. in sacris. de his quæ vi, &c. vbi videt dici quòd est mortale participare excommunicato. Nec excusat metus: quia loquitur in participatione directa, quæ est in per se malis, siue in crimine criminoso: vt innuit S. Tho. q. lxj. artic. ix.

¶ Octauò quæritur, vtrum iustus metus excuset ab obligatione contractus, quasi ipse sit nullus si metu fiat? Et quantũ ex Pao. in c. cùm locum. de spon. colligitur, dico quòd nõ in contractibus, in quibus liber consensus non requiritur: sed iure tenet contractus: quia coacta voluntas est voluntas: vt legitur & no. in l. si mulier. §. fi. ff. eo. sed actaveniunt rescindenda actione quod metus causa, scilicet officio iudicis, si sint perfecta, secundũ Gof. vel per exceptionem, si sunt imperfecta. ff. eo. l. merum. §. si prætor. Siverò contractus requirit liberum consensum, ipso iure est nullus: quia licet coacta voluntas sit voluntas. xv. q. j. merito. tamen nõ est voluntas libera: & sic deficit qualitas libertatis, quę est de substãtia cõtractus: ideo ꝯ est nullus. Quæ autem requirunt liberum consensum sunt octo: de quibus vide Pan. in c. Abbas. extra eo. ¶ Primò, omnia quæ sunt meritoria: vt pœnitentia, confessio, eleemosyna, & huiusmodi. quæ si fiant ex tali metu, meritũ excludit: & perinde est ac si non forent facta: nisi characterem imprimant. quo casu adueniente libera voluntate conualescunt: non autem alia. di. xlv. de Iudæis. Vnde secũdum Chryso. qui seruit Deo timore, pœnam euadet: sed præmium non acquiret. & facit tex. Ang. de pœ. di. vij. nullus in fi. ¶ Secundò, matrimonium, de spon. cùm locum. & c. veniens. el ij. & xxxiij. q. v. notificasti. ¶ Tertiò, dotis promissio vel solutio. l. si mulier. §. si dot. ff. eo. quia si principale non tenet, nec accessorium. de re. iu. li. vj. Quartò iurisdictio, vnde prorogatio eius ex iusto metu est nulla. l. ij. ff. de iudi. & idem gl. in d. l. si mulier. Et similiter electio prælati per metum facta est nulla: vt in c. vbi periculum. §. cæterum. de ele. lib. vj. Quintò, authoritas tutorũ. vnde extorta per metum nulla est. l. j. §. vl. ff. de autho. tuto. ¶ Sextò absolutio ab excommunicatione. de quo ꝯ. Excõmunicatio. ix. §. xvij. ¶ Septimò, testes testamentorum. Vnde cùm teneantur in vinculis aut ab hostibus, non valet eorum testimonium. l. qui testamento. ff. de testa. ¶ Octauò, votum quod metu factum non valet, loquendo de metu mundano, seu in incussio ab homine alicui vt voueat: secus si incutiatur à Deo, vt in periculis, quia tenet: vt ꝯ. Votum. ij. §. xij. & ita tenent Sum. Ang. & Ro. & Pan. Sed quia hoc nullibi authenticè legi, & dicit Abbas quòd nullo iure probatur: ideo dico quòd etiã si metus incutiatur ab homine, qui cogere non potest interiorem consensum, distinguendum est sicut & de iuramento, ꝯ. Iuramentum. iiij. §. vij. quia si non intendebat se obligare, non obligatur: quia obligatio in voto non descendit à verbis, sed à corde seu intentione se obligandi, sine qua votum non est votum. Siverò intendebat se obligare, obligatur: quia in ista intentione fuit liber, nec potuit cogi. ¶ Nonò quæritur, †vtrum leuis metus habeat eosdem effectus cũ iusto & probabili? Et dico ꝙ non in foro causarum: quia non excusat, nec annullat, nec rescindit, nec tollit actum requirentem liberum consensum: vt no. Pan. in d. c. veniens. el ij. de spon. sed tamen quo ad conscientiam, dicvt ꝯ. §. vl. ¶ Decimò quæritur, †vtrum agens certum quid ex metu, ex tacituritate temporis sequentis præsumatur consentire? Et dicit gl. iuncta tex. in c. accendeus. de conuer. coniug. quòd non, nisi interueniat aliquis actus positiuus approbatiuus primi actus: vt in l. ij. & po. C. eo. & per Inno. c. super eo. de renun. & facit c. ad id. de spon. vbi sponsa, quæ metu contraxerat, si cohabitat viro sponte, præsumitur matrimonium maximè si copula interuenit. Facit etiã c. vnicum, de ileipon. impuberũ. ¶ Vndecimò quæritur, †vtrum aliquo probante metum, ex quo amisit sua bona, stetur eius iuramento super quantitate bonorum? Et dicit Pan. in c. fi. extra eo. quòd sic. Si quis iniustè metum inculsit, & contra eum qui inculsit. Secus si ageretur contra villam, in cuius territorio est factum: quia oportet eum probare per alios, licet posit adducere socios & familiares, propter difficultatem probandi. & est tex. in l. consensu. C. de repu. & in c. veniens. el ij. de testib. ¶ Duodecimò quæritur, †vtrum is qui extorsit aliquid per metum, teneatur restituere? Et dico quòd sic secundum Dir. & secundũ leges potest agi contra eũ etiã ad pœnã si agatur intra annum: post annum verò non, sed solum quo ad rei persecutionem: quia prætoriæ actiones quantum ad rei persecutionem sunt perpetuæ: quantum ad pœnas verò, temporales. Instituta perp. & temp. ac. ff. de vi & vi ar. l. j. §. sed si per metum. ff. eo. me. cau. l. si cum exceptione. §. j. ij. & iij. Secundum canones autem etiam ad pœnam post annum agi potest: quia nulla conditio temporis potest apponi. iij. q. j. reintegranda. & sic per doc. Et non solum tenetur de habitis per talem metum: sed de omnibus quæ am. sit ille, cui talem intulit metum. d. l. si cum. §. Pedius. quia metus fuit causa amissionis. d. l. si cui. §. in hac actione. & concordat Inn. & Host. in c. fi. extra eo. Si autem metus fuit solum ob timorem reuerentiæ, datum ex tali timore, est omnino restituendum in foro conscientiæ. & sic contra voluntatem dantis: & generaliter qñcunq; non datur nisi ex metu, ar. l. j. §. quæ honorandæ. ff. qua re. ac. nisi dicatur quod tamen fallit si dãs fuit in culpa sui metus. de quo die vi. §. §. vj. Nec obstat l. vani. ff. de regu. iur. & l. merum. ff. quod me. cau. quia loquuntur quo ad forum contentiosum.

Miles sẽdm Azo. dictus est à militia, ꝯid est, dominatio, propter labores scilicet militares. vel dicit secundũ S. Tho. à mille, quasi millesimus: qui ex mille eligebant ad militiã: vel qa primò electi sunt mille à Romulo. Est aũt duplex militũ genus. Quidã enim dicuntur ꝓpriè milites à militãdo, de quorũ institutione & privilegijs in l. pe. ff. ex quib. caus. ma. in gl. quorũ ars est licita. si debitè fiat. xxiij. q. j. militare. de quo die vt ꝯ. Bellũ. p totũ. & cõsequenter licitũ est militibus le exercere in armis ad fidem artẽ pdiscẽdã in his, quæ nulli sunt nociua, & in qbus nõ imminet ꝓbabile periculũ mortis: etiã si ibi aliqui ratiõ intereant: sicut in ꝓiectione telorum. sicut Dauid præcepit filiis Israël doceri arcũ. ij. Re. j. in ludis gladiorũ, incussationibus equorũ. & hastiludijs nõ periculosis, & hmõi: quia quod licet facere, licet etiã addiscere. Torneamenta verò ideo fuerũt ꝓhibita, quia periculosa ꝓbabiliter. Et de hoc ꝯ. Ludus. §. vij. in fi. & ꝯ. Torneamentũ. Quidã verò sunt milites impropriè, scilicet nostri tpis, qui licet habeãt insignia obseruãtiæ veteris, sẽdm Bal. in l. j. C. qui bo. ce. pos. & alleg. in ar. c. transl. to. de cõsti. nõ tñ gaudent priuilegijs militaribus: nec eorum militia est priuilegiata: & in eorũ actibus tendũ est iure communi, vt cõiter tenetur per doct. Cy. in l. pe. C. de it. & fact. iguo. Salice. & Barto. in l. filiusfamiliãs. §. veteranꝰ. ff. de procura. Bal. in l. testamẽtis. C. de testa. quia non habent illa sex requisita in militibus, de quibus vbi suprà: sed magis sunt promoti ad pompam: vt dicit Bald. vbi suprà.

Minor dicit dupliciter. Primò relatiuè ad maiorẽ: vt sit idẽ qd inferior. Sicut dñi dicit, minor assurgat maiori: nec sedeat stãte maiore, xciij. dist. nõ oportet. et sedeat. Gof. in Sũ. de ma. & obe. in sedendo & subscribẽdo maior præcedit. Secundò dicitur minor, qui xxv. annũ nõ impleuit. ff. de minor. l. j. qui ideo minor dicitur, qa sit minor ætate legitima ad aliqua negotia pertractãda. Talis minor secundũ iura petere potest restitutionẽ in integrũ nõ solùm in læsiõe, quæ lædit de patrimonio infra xxv. annũ, sed etiã lucri cessantis vsq; ad quadriennium postquam simpliciter xxv. annũ, non tamẽ in delictis atrocibus: sed quatenus miseratio ætatis ad minorem pœnam iudicẽ flexerit. vide glo. in c. ij. de restit. in integr. Et licet si religionẽ intret, sua bona sine authoritate curatoris alienare non possit, etiã in pias causas, aut cõtraheret sũ tamen intrat religionẽ secundum Pan. in c. in præsentia. de probat. alienare potest omnia bona sua: qa fingitur mori. l. Deo nobis. C. de episco. & cler. Si tamen renuntiauit beneficio ecclesiastico, nõ restituitur: quia in spiritualibus vt maior admittitur, & agit, & conuenitur, ff. de minori. l. ait prætor. in glo. in princ.

Miserabiles personæ sẽdm Inn. in c. significãtibus. de offi. deleg. & Pan. in c. licet. de censi. & sẽdm Host. sunt exci, & alij perpetuo morbo laborãtes. & secundũ Host. pauperes, pupilli, & viduæ, & huiusmodi. & secundũ alios etiã tenes decrepiti, & religiosi: & generaliter omnes quos naturaliter miseramur propter fortũ iniuriã. De hoc Pan. in d. c. significantibus. dicit quòd secularium tres sunt species. Quidam enim nõ sunt miserabiles nec actu nec habitu: quia nõ habent qualitatẽ, propter quã natura mouetur ad miserandũ eos: vt qa sunt masculi & potentes, vel fœminæ cõiugatę & diuites. Quidã verò sunt miserabiles actu & habitu: vt viduæ & pupilli pauperes, vel diuturno morbo fatigati, & pauperes dũtaxat: quia secundũ Io. And. miserabiles personę dicitur, super quibus natura mouetur ad miserẽdũ: vt in l. vnica. C. quando imperanter vid. & pu. & in c. j. de postu. dicitur ꝙ miserabilis persona est, quę ꝑ se nõ potest causam promouere, puta ꝓpter defectum paupertatis vel alterius impotẽtiæ. Quidã verò sunt miserabiles habitu tãtum, sed nõ actu: vt viduæ & pupilli diuites: & sẽdm Inn. peregrini quo ad res, quas secum deferunt, & illatas injurias: vt in c. si quis. & in c. omnipotes. xxxiij. q. iij. & idẽ de libertatis ecclesię officialibus & rusticis & similibus. ar. xij. q. ij. ecclesiarũ sermos. lxxxvij. dist. quasi ꝓtotũ. Primi ad ecclesiasticũ iudicẽ trahere non possunt: nisi sint de foro ecclesiæ aut ratione causę aut ploncę: & si impetrẽtur literę ad iudices delegatos, sunt ipso iure nullæ: vt est casus in cap. licet. de foro cõpe. nisi daretur defectus iustitię secularis in ciuitate: vt quia nõ est iudex secularis, vel negligit facere iustitiã tã inferior quàm superior iudex. Secundi verò secundũ Inno. possunt alios trahere ad iudicium ecclesiasticum, etiam non data negligẽtia iudicis secularis. arg. dicti c. significantibus. & c. super quibusdam. pe verborum significe. Et idem secundũ eum in peregrinis quo ad cõtractus initos in peregrinatione: & in pœniteneibus. xxiij. qu. ij. si qs Romiperas. Si tamẽ, inquit, isti trahuntur coram iudice seculari, illud forum declinare non possunt nec si inde grauantur aut reportãt iniquam sententiam, possunt ecclesiasticum iudicem appellare: quia gradatim appellãdum est ij. quæst. vj. anteriorum. Tertij autem si opprimuntur, possunt malefactores suos immediate trahere ad iudicem ecclesiasticum: vt in d. c. super quibusdã. & c. ex parte. ff. de foro compet. Si verò nõ opprimuntur, prius recurrere debent ad iudicem secularem contra laicos: & si literas antenegligẽtiam impetrant, nõ sunt nullæ ipso facto, sed in pendenti: vt in d. cap. significantibus. & de foro competen. ex tenore. & data negligentia vnius iudicis secularis non tenẽtur querulari coram eius superiore, secundũ Inn. sed statim possunt ad ecclesiasticũ recurrere, ar. d. c. significãtibus. & d. c. ex tenore. secus in laicis nõ miserabilibus, vt dictũ est. vide Pan. vbi suprà. Quomodo autẽ cæcus & alij perpetuo morbo grauati excusentur à muneribus, vide suprà Gabella. v. §. iiij.

De missa. j. inquantum ad celebrationem.

1 *Missa quid, & quis eam celebret.*
2 *Missa quomodo celebranda. & nu. 3.*
4 *Missa de quo debeat celebrari.*
5 *Missa vbi debet celebrari, & quo tempore. & nu. 6.*
7 *Missa quoties debeat celebrari.*
8 *Missa pro quibus debeat celebrari.*
9 *Missa dicta pro pluribus an tantum valeat, sicut si pro vno dicta esset.*
10 *Sacerdos promittens singulis missam, an liberetur dicendo vnã pro omnibus. & nu. 11.*
11 *Missa collegij debent celebrari ad intentionem instituentis.*

Missa † secundũ Sanctũ Thom. & Hugo. de sancto Victore, dicitur quasi trãsmissa, scilicet à populo ad Deũ per ministerũ sacerdotis. vel ab emissione catechumenorum & excommunicatorũ. Et est multiplex, sicut in quodam opusculo declaraui: sed tamẽ hoc sciendũ est quòd in ea sunt duo principaliter quę trãsmittũtur ad Deũ, scilicet oratiões sacerdotis, & ipsum sacrificium eucharisticum: quorũ primũ efficaciã habet ab ope operãte, saltẽ inquantũ est qd meritorium: reliqua verò ab opere operato. Vñ & sẽdm San. Th. & alios Theologos quantũ ad essentiale missę, id est, sacrificium ipsum, æquè bona est mali, sicut boni sacerdotis missa: quantũ aũt ad orationes ipsas anne xas, melior est melioris indistinctè, sẽdm San. Th. qd Summa Angel. putat verũ solùm vt procedunt ex persona sacerdotis, non autem ecclesiæ. Sed primũ est melius: quia ex persona ecclesiæ non sunt nisi mediante instrumento, id est, sacerdote: quod instrumentum est aptius si sit in gratia: & consequẽter efficacior sequitur operatio: sicut melius à scriptore characteres fluunt per calamum aptiorẽ. ¶ Primò verò quęritur quis possit missam celebrare? Et dico quòd de facto omnis & solus sacerdos rite ordinatus. de summa Trinit. cap. j. §. vna. de consecrat. distinct. j. cap. j. in fin. & suprà Eucharistia. ij. §. ij. & de iure solus sacerdos ieiunus: vt suprà Eucharistia. ij. §. v. vel aliàs juridicè non impeditus: de quo suprà Eucharistia. tertio, ferè per totum. ¶ Secundò verò quæritur, †quomodo & quibus personis aut rebus comitantibus debeat missa celebrari? Et dico multa. ¶ Primũ. Sacerdos celebrando seruare debet ordinarium seu rubricam missæ tã in dictis quàm in factis: quia sunt plena mysterijs: & debet sub præcepto, vt videtur, esse dilcoopertus caput, de consecrat. distinct. j. nullus episcopus. ar. verbi, communione priuetur: licet rationabilis causa videatur excusare: argu. verbi, temere, ibi positi: imò dum Euangelium legitur, omnes astantes debent curuistare reuerenter, id est, dilcooperto capite: non autem debent sedere aut genua flexa tenere. de consecratione. distinctio. j. apostolica authoritate. ¶ Secundum. Debet etiam omnia habere quæ sunt de vniuersali & communi titu celebrationis. debet ergo primò habere ignem, id est, lumen. de celebratione missa. c. fin. aliàs esset peccatum mortale: quia deponitur sacerdos ex tbi. Et similiter secundò debet habere duos præscotes qui respondeant. de consecratione. distinctio. j. hoc quoque tamen, secundum Hostien. & Albert. vnus sufficicit. de verborũ significatio. quæsiuit. primo responso. quòd Sanctus Thom. iij. parte, quæstio. lxxxij. verum dicit in missis priuatis, scilicet seruitor: qui tamẽ nõ debet esse mulier: imò ipsa, etiam si sit monialis, pallas sacra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tas aut vestes contingere non potest.ipsas autem pallas non sacratas,super quibus extenditur corporale, tangere potest. licet Pet.de Palu.teneat contrariū.vide suprà Femina.§.iij. Illud verò cap.hoc quoq;secundum Pet. de Pal.est abrogatum:vel est verum secundum Sanctum Thom. in missis solennibus.Et tertiò calicem cum patena cōsecratum & chrismate perunctum:de quo suprà Calix.nec licet in hoc episcopo dispēsare:quia sic statuit Sylvester papa.de sacrat.ter.c.j. Et quartò pallas in altari salcem portatili lapideo consecrato,saltem duæ, secūdum Pet.de Pal.& corporale & omnia de lino simplici xxv.dist.perlectis.vt suprà Corporale.Dicit autē Sum Ang.quòd sufficeret vna tobalia siue palla.Sed dic quòd requiruntur duæ & corporale in repræsentationē Trinitatis:tum ex generali cōsuetudine ecclesiæ:tum ex cōmuni opinione docto. vt Inno.tertij.Dir.& Per.de Pal.& aliorum.Si tamē esset vna sola quæ plicari posset,sufficeret secundū Sum Ros.Et quintò vestes sacras,quæ secundū Innoc. & Per.de Pal.sunt sex scilicet amictus,alba,cingulum,licet alicubi inoleuerit vt nō benedicatur,manipulo,stola,planeta,& secundū Dir.caligamenta,licet de bene esse, & nō necessariò benedicta.¶ Tertium.Si sacerdos celebrando sciēter omitteret aliquid prædictorū,peccaret mortaliter,secūdum Archid.& alios,licet conficeret.Et idem etiam puto si ignoranter ignorantia crassa:vnde potius deberet missam omittere,inquit etiam die festo:& idē credit si non habebat missale vel librum,in quo saltem sit canon:quia exponeret se periculo errandi in verbis canonis,imò & consecrationis: & faceret contra generalem consuetudinem ecclesiæ.dist.ij. in hac.& idem etiam si omitteret studiosè aliquam notabilē partem missæ,vt Euangelium epistolam,vel huiusmodi:secus de parua parte &verbo,nisi pertineret ad consecrationē. Et idem est secundū Sanc.Tho.si omittat altare,tepus debitum.& huiusmodi.Et idem videtur,si prædicta haberet. sed immunda enormiter:quia præceptum est clericis vt vasa & vestes,in quibus celebrandum est,sint munda:vt in c. relinqui nolumus.de custo.eucha.vnde contrarium est mortale. xxiij.q.j.quod principaliter. ¶ Quartum. Si autem post cœptam missam sine rationabili causa desistat,peccat mortaliter.de consē.dist.j.nullus episcopus. ¶ Quintū.Si autē postquam sumpsit communionem,superfuit hostia consecrata, secūdum Petrum potest etiam sumere,si nō habet vbi honestē conseruetur,modò sit ieiunus,arg.de cōsec dist.ij. tribus gradibus.De reliquijs autē dico quòd si deprehendantur nō ex interuallo,sed in ipso actu sumptionis sacramēti,vel quasi in ipso, licet acceperit purificationē, antequā de ipsis adueniret, tamē postea sunt sumēd:etsi quia ratione parui tatis sic seruari nō possunt,sed facilius amitterent:tum quia in ipso casu, ex quo est in actu purificatiōis & recollectionis reliquiarum,quicquid fit dicitur fieri incontinenti, quasi simul sumeret omnia.antequā cōsecretur nō ieiunus,per ea quę notantur in cap.olim.el j.de restit.spo.in glo.& in e.quia propter. de elec.& per Bar.in l.j.ff.de verb.obl.¶ Sextum. Post sumptionem autem sanguinis perfusio est facienda cum vino. de celeb.mis.ex parte.Et si sumēdo calicē remaneat particula in calice,secūdū Sco. digito ad labiū calicis trahatur, & sbmacho ieiuno sumatur:& non apponatur vinum,quia cuius delectēdaret.Et licet Sum.Ang.dicat quòd nō esset peccatū si apponeretur.& ciuius descenderet:quia quæ sic fiunt, simul fiunt, per not. in l.cōtinuus.ff.de verb.obl.& alijs prædictis iuribus.Tu tamen dic cum Sco propter eius rationem, quæ probatur in cap.ex parte de celeb.mis.& rursus quia sumendo vinum posset denuò particula in calice remanere.& quæ dicit illa summa, sunt vera,vbi aliter fieri nō potest. ¶ Tertiò quæritur, † quid & qualiter missa dici debeat?Et dico multa. ¶ Primum. Sacerdos nihil aliud dicere debet quàm quod cōtinetur in missali.arg.c.visum.& cap.de nominibus de cōse.dist.j.cogitare tamē potest quæcunq; deuota,secundum S.Bon.licet nō exprimere.quod intelige nisi vbi faceret doti ad libitū inserere permittitur,sicut in memento, in quo non solùm mente,sed etiā expressis verbis orare potest, etiā in speciali ꝓ hoc vel illo nominatim.arg.c.cum grana. &.c. non æstimemus.xiij.q ij.& glo.de consē.dist.j.c.visum. &.c. seq.Ex quibus etiā iuribus patet quòd non est necesse fingalorū nomina exprimere:nisi quantū supplicātis affectus deuotior redditur : quia cū pro cunctis animabus psalmus vel missa dicitur,nihil minus.quàm si ꝓ vno quolibet ipsorū diceretur,accipitur.de cōse.dist.v.nō mediocriter.licet d.c. aliā habeat sensum:vt infrà §.ix.¶ Secundū. In missis votivis de Spiritu sancto,de beata Virgine,& de cruce,gloria in excelsis Deo cātari nō debet in profestis diebus:nec credo,secundum Ray.vt de celeb.miss.consiliū. Sed huic iuri cōsuetudine derogarī est quo ad gloria in excelsis:& secundū Hostiā talibus deuota cōsuetudo nō reprobatur.prefatio autē propria dici potest similiter:vt de beata Virgine patet in d.c.cōsiliū.& idē videtur in alijs,ar.d.c.cōsiliū.& eorū quæ ibi dicit Pan.¶ Tertiū.Secundū Ric.Angelicū in suo quolibeto, quę sequitur Summa Ang.requiritur attētio dicēte Dio.de cel. Hierar.quòd ad sanctissimū eūtes sacrificium mundari conuenit ab ipsis vltimis animæ phantasmatibus:vnde probabiliter desperās se posse habere cordis stabilitatē:acce.dcilo peccat.Sed de hoc dico secundum San.Tho.in iij.li.st.viij.in litera,quòd ad idoneitatem celebrationis requiritur triū. Primò scilicet puritas mentis:vt si quis contritus & cōfessus & in proposito seruādi mandata Dei,& ecclesiæ.& secundò de notio actualis.quod secundum Arch. post Pet.de Palu.& intelligitur vt intelligatur deuotē celebrare vel cōmunicare qui conatur omnem distractionem & euagationē repellere:& non tenetur eam deliberare,si occurrat:veniale autē impedies actualem deuotionē,id est,quod mēte distrahit ne actu feratur in Deum,impedit fructū sacramenti, licet non faciat incurrere mortale:quia nō tenetur homo eam actualiter habere,sed habitualiter:habitus autē eius tollitur solùm per mortale:& tertiò requiritur corporalis munditia:de qua die vt suprà Eucharistia.inj.§.ix.Et sic patet quòd non peccat grauiter, qui diffidit se habiturum actualem attentionem:imò nec venialiter si de hoc doleat.¶ Quartum.Si autem sacerdos de his quæ sunt dicēda aliquod norabile sciēter omittit peccat mortaliter secūdum omnes doct.quod intelligo si omittat sciēter quādo in loco suo ea dicere poterat.secus si iam locū pertrāsiuit notabiliter,ita quòd sine nota replicare nō posset,vt quia iam dixit orationē, & recolit de gloria in excelsis,omissa.¶ Quintū.Si autē aliquid se dixisse nō recolit propter hoc turbari nō habet:quia multa dicēs,omnia nō recolit:sed si cōstet ei probabiliter ꝙ aliqua omiserit:tūc tenetur de necessitate sacramēti,puta forma consecrationis,debet reincipere ab illa forma, & cūcta per ordinē prosequi:sed si nō sunt de forma,resumere nō debet,immittendo ordinē seruatum:sed vlterius debet procedere,secūdū S.Tho.iij.parte.q. lxxxiij.¶ Quartò quæritur,† de quo debet omissa celebrari. Et dicit Sum.Ang.secundū Pan.in c.quidā laicorū.de celebratione missæ.ꝙ celebrāda est de eo de quo officiū fit:vñ missam peculiarem dicēs,id est,specialē de aliquo sancto non satisfacit præcepto de audienda missa:quia missa quæ præcipitur, est missa de festo,vel quæ secūdū officiū debet dici:vt in d.c.quidam.vnde in d.e.quidā.& c.hoc.de cōsecrat.j.dicitur quod celebrans missę peculiares celebrari debet inocculto.quod intelligo

diebus quibus ex præcepto missa audienda est.Credo tamē quòd seculares audiētes ex ignorantia excusentur,licet non celebrāte.In ecclesijs autem collegiatis vel conuētualibus missa de officio quotidie celebrāda est,vt in elem.j.de celebrat.Sed si vnus celebrauit missam de officio,vel celebraturus sit,& nō sit de præcepto quod missa audiatur, potest quis missam dicere votivam & secretē & publicē: imò etiam si præceptū sit audire,& ipse votiua celebrans audiat aliam de officio.Nec sufficit secundum Monal.audire introitum vel huiusmodi:quia missa dicitur cum canone.hęc ille.Sed intelige prædicta de bene esse,non de necessitate:quia nec Pan. ibi dicit quòd talis nō satisfaciat præcepto.nec dicta clem. dicit aliquid de præceptis:sed cap.cum creatura.eo.tit.vnde Sum.& Ost.dicit cum Archi.vt infrà Missa. ij.§.iiij.¶ Quintò quæritur,† vbi debeat missa celebrari?Et dico multa.¶ Primum.In omni loco per episcopū consecrato,id est,in ecclesia consecrata libere celebrari potest de consecr.distin.j. c.j. &.c.sicut.& sequēti &.c nullus.nisi sit interdictus aut polluta:de quo suprà Consecratio ecclesiæ.§.v.quod tamē fallit in ecclesijs constructis per exemptos in locis nō exēptis sine licentia episcopi,in quibus celebrare aut celebrari facere nō possunt.de priuil.authoritate.lib.vj. Et secundū. Ray.missa celebrari nō debet,niti in ecclesia consecrata,si fieri potest, vel saltem in altari cōsecrato, scilicet stabili:vel si hoc non habetur,ad minus semper habeatur parua tabula cōsecrata, quæ secundū Veruec.debet esse lapidea,licet possit esse inclusa in ligno vel alia materia solida,& poni possit dū celebratur super ligno,puta ostio vel fenestra,secundū Arch.de quo suprà Altare.per totum. ¶ Secundum . Extra ecclesiam verò cōsecratam celebrare non licet sine necessitate vel licentia episcopi.de consec.dist.j.missarum.in necessitate verò quando episcopi licētia haberi nō potest,scilicet cōmodè,licet celebrare in capellis,si ecclesiæ cōsecratæ non habētur: & in itinere sub diuo,id est,in campo vel in tentorijs:potius missam dimittere,si alia necessaria habeatur:qa dat eo casu papa licentiā.de consec.dist j.concedimus.Et similiter secundum Arch.licet in domibus priuatis.& idē in exercitu Christianorū maximè:quia cōmunicare debent quibus imminet periculū mortis:licet à principio sit petēda licentia,si est possibile.In nulla tamen necessitate licet celebrare super mare vel super fluuiū,vbi ꝓhabiliter de sanguinis effusione timetur,secundū Arch.¶ Tertiò.Sum.Ang.quærit vtrum de licētia episcopi celebrari possit in loco non cōsecrato cum altari viatico.? & dicit Innoc. tenere quòd sic,etiā sine licentia episcopi.& Archi.& Pan.in rub.de consē.eccle. vel al.quòd non nisi cum licentia episcopi.Et cōcordat dicendo quòd in diœcesi sua potest episcopus dare licentiam,non autē extra. Sed dico quòd subditis suis episcopi eam dare possunt etiam extra diœcesim sine preiudicio tertij.de priuileg.in his.& cōcordat aliter:quia hoc sine licētia episcopi fieri potest in necessitate,cum licentia cōmodè haberi nō potest;vt probatū est.In aut extra necessitatē:aliquin esset licitū de iure communi:& cōsequenter frustra cōcederetur episcopis priuilegium & gratia quòd in altari viatico celebrare possint in itinere.de priuil.c.fi.lib.vj.Et licet sine tali licētia extra necessitatē fieri non possit; tamē hanc licentiā episcopus dare potest extra necessitatē.de cōsec.dist.j.missarū. cum ibi not.& ibidem.c.cōcedimus.iūcta gl.&.c.in his.de priuil. ¶ Quartū. Et attribus autē prædicatoribus & minoribus licet celebrare in omni loco honesto cū altari portatili ab episcopo cōsecrato,saluo iure parochiali.de priuil.in his.quod quidē ius secūdum Greg.in extrauag.nos attendentes,cōsistit circa oblationes,decimas,& primitias solùm. ¶ Quintū.Quicūq;verò celebrāt aut faciunt celebrari diuina in ciuitatibus, castris aut villis,nisi quatenus illis à iure cōceditur est illis interdictus ingressus ecclesiæ ipso facto,cuiuscunq; ordinis,status vel cōditionis existant:vel quantūcunq; sedis apostolicæ priuilegijs sint munitide priuil.episcoporū lib.vj. & idē si in locis à iure vel iudice ꝓhibitis,vt ibidē. ¶ Sextò quęritur,† quo tēpore vel hora debeat missa celebrari?Et dico multa.¶ Primum.Secundum S.Tho.& alios Doct.loquendo à parte ante temporis, in quo celebratur cōmuniter siue regulariter die celebrandum est,& ante diem siue noctu celebrare non licet:aliàs secūdum omnes est mortale,intelligendo tamen diem ex quo incipiunt apparere signa Solis orientis secūdū omnes,id est,ab aurora. Quod tamen fallit primò olim in nocte resurrectionis,& secundò in nocte natiuitatis Dominide cons.dist.j.nocte.tertiò si episcopus in itinere ante diem celebret vel faciat celebrari:quod ei licet secūdum Glos. in c.fin.de priuil.lib.quartò secundū Rod.& Veruec.de licentia episcopi imminēte necessitate:puta quia moritur infirmus, nec habetur eucharistia,quintò generaliter quoties papa dispensat,sicut secundū Pet. de Pal.aliquando facit cum cardinalibus,& facit cum aliquibus fratribus qui ex gratia de licētia prælatorum nō regulariter,sed ex causa rationabili celebrare possunt ante die post matutinū.Ex his patet quòd in nocte natalis Domini nō licet celebrare tres missas:quia nō licet nocte celebrare,nisi ex ordinatione &licentia ecclesię: quæ nihil ordinauit nisi de missa medię noctis.Est tamē licitum sic incipere,vt secunda missa incipiat incipiēte aurora. ¶ Secundum.Loquendo verò à parte post circa horā celebrationis,Arch.post S.Tho.dicit quòd solennis missę celebratio tribus horis fieri instituta est:scilicet in tertia diebus festis.de cōse.dist. j. nocte in sexta diebus profestis,& in nona diebus ieiuniorū.de cōl.dist.j.solent etiam post nonā quādo fiunt ordinationes.arg.de consē.dist.j.c. solent.§.in ieiunijs. Priuatæ autē missę celebrari possunt à mane vsq; ad tertia. vel etiam vsq; ad nonā in diebus ieiuniorum. de cōse. dist.j. nescise.& cōcord.Host.& Ant.de But.& est cōmunis doctrina.licet dici possit quòd in talibus seruanda sit consuetudo non inlubita neque cōtra diuinā reuerentiā.arg.dist.iij.etit. & dist.xij.illa autem. Vnde in diebus festis solēnis missa tardius dicitur quàm in profestis.cuius contrarū iure seruādū esset. ¶ Tertium.Secundum Pet.de Pal.qui credit falso iam diem adesse aut nonam horā nōdum esse, licet ex vna parte videatur accusari,quia diffirimini se exponit.ex alia tamen excusatur,si deuotio exposcat,& aliter missam habere non potest:quia in talibus homo crebrò decipitur : & quod parū deest quasi nihil deesse videtur.¶ Quartū.Qui aute celebrat non ante horam,sed ante officium dictū matutinarū,secundum Veruec.peccat mortaliter:& idem communiter tenēt omnes Summistæ hac ratione, quia est cōtra cōsuetudinem generalem ecclesiæ.¶ Sed quicquid sit de consuetudine,quā viros doctissimos sæpe negatives audiui:ratio tamē est ineffica:quia non omnis consuetudo habēs vim legis obligat ad mortale,sicut neq; omnis lex:sed obligat sic quādo scienter die princeps,quem nō est verisimile voluisse ad hoc sub præcepto ligare istū priuatū, vbi repentè occurreret aliqua necessitas,cui non posset obuiari:puta quia monasterio imminet scandalum graue aut aliquid tale . ¶ Qui verò celebrat antequam dixerit Primā,nō peccat mortaliter, nisi sit contra præceptū vel statutū siue consuetudinē loci, secundum eundem Veruec.Sed tu die quòd etiam hoc posito non esset mortale in necessitate vrgēti ratione prædicta:alioquin eūdem aliquando oporteret bis dicere Primā:primò scilicet in priuato,deinde in choro. Habent autem prædicta aliqualē

Universidad de Deusto
Biblioteca

apparentiam quantū ad missam maiorem & officium choti. ¶ Septimò quæritur, † quoties in die & quàm frequenter debeat missa celebrari: Et dico multa. ¶ Primū. In ecclesijs conuentualibus & collegiatis debent collegialiter quotidiè duę missæ celebrari: vna scilicet secundū Officiū, & alia pro mortuis. de celeb. miss. cum creatura. & peccant nō seruantes secūdum Panor. ibi. tamē quia cōmuniter nō seruatur, melius dicitur quòd non est peccatū: imò dictus intellectus ibi non habetur. nec est rationabilis: quia oporteret diebus solennibus celebrare pro mortuis. ¶ Secundū. Sacerdoti verò cuilibet illicitū est pluries in die celebrare, aut etiā cōmunicare, sicut & cuilibet: vt vel sic repręsentetur vnica passio Christi: & valde felix est qui vnam missam dignè celebrat. de consec. dist. j. sufficit. & de celeb. miss. c. consuluisti. & c. ete referente. ¶ Excipiūtur tamē multi casus, in quibus secundū Pe. de Palicitū est pluries in die celebrare nō, ppter pecuniā vel adulationem, secundū S. Tho. sed propter necessitatē. ¶ Primò in natiuitate Christi, in quo licet celebrare ter, extra eod. cō suluisti. & hoc qualitercunq; cū interuallo aut sine interuallo dicātur: modò ante aurorā nō dicatur nisi vna: quia ita est cōsuetudo. ¶ Secundo, si post missam dictam occurrit defunctus nō sine missa sepeliēdus: puta quia sic habet cōsuetudo loci: imò ex intentione secundū Ray. potest dicere vnā pro viuis & aliam pro defunctis, nō regulariter sed ex causa: puta cum parochianus, vel in, cui tenetur, petit anniuersariū, & huiusmodi: nec potest cōmodè vicariū habere. & idem Veruec. nisi hoc sit contra constitutionē synodalē vel cōsuetudinem loci probatam: vt in d. c. sufficit. vbi non distinguitur an defunctus sit prętens nē cne. ¶ Tertiò, p necessitate infirmorum viaticū petentiū, si aliter haberi nō potest. ¶ Quartò, p necessitate peregrinorū die festo, quādo omnes debēt audire missam. ¶ Quinto pro necessitate nuptiarū, quando tēpus laberetur, secūdum Dir. quia laudabilis cōsuetudo est nō nisi in missa dare benedictionē nuptialē. hoc etiam casus ponit Ray. ¶ Septò secundum Host. si habet duas ecclesias cōmēdatas, vel vnā cōmendatam & aliam in titulo propter paupertatē, & omnes volūt missam, & nō potest habere vicariū. ¶ Septimò si eodē die occurrūt duæ missæ, vna de festo, alia de ieiunio, vt in xl. hæc ex illo. ¶ Addit octauū. Pan. in c. cōsuluisti. & Dir. extra eo. si superueniat aliqua magna persona, vt episcopus, & similes, quos nō decet diē sine missa trāsire: & idē de quolibet alio magno viro. arg. c. j. de celeb. miss. Et quod de prædictis dicitur in die feriali, intelligo de quolibet in die festiuo de præcepto eadem ratione. ¶ Addit nonū gl. ibidem, si esset consuetū in aliqua ecclesia quòd dicātur duę missæ, & vnus solus est aptus. ¶ Addit decimum alij, propter paupertatē ecclesiarū & sacerdotū caritate xxj. q. j. c. j. in fin. de elec. c. dudum. x. q. iij. vnio. ¶ Addo ego vndecimū quoties occurrit necessitas aliqua vrgens arbitrio boni viri: quia in d. c. consuluisti. dicitur quòd licet causa necessitatis pluries in die celebrare: & hæc necessitas nō est determinata per legē. vnde Doct. ab hoc dicto eliciunt prædictos casus: sed illud nota quòd non est necessitas vbi per alium suppleri potest. ¶ Tertium. Quando licet plures missas in die celebrare: non licet tamē secundū Pet. de Pal. dicere plures quàm duas nisi in natali: nec duas dicere potest nisi sacerdos sit ieiunus, ita quòd ablutionem primæ nō sumpserit. Nec simili aliquo casu potest quis pluries cōmunicare. dicitur tamē semel cōmunicare, qui ratione periculi custodiæ sacramenti decē hostias consecratas sumeret. hæc ex illo. ¶ Quartum. Vtrum autem sacerdoti liceat omnino à celebratiōe cessare. quidam Canonistæ, vt refert Archi. dicunt quòd mortaliter peccat qui ex negligētia omittit quotidie celebrare iuxta dicto beati Ambrosij, scilicet, Ego quia quotidie pecco, quotidie debeo accipere medicinam. de cons. dist. j. si quoties. Sed illud dictum est consilium secundū Theologos. vnde nullus tenetur celebrare quotidie imò nec omnibus festis. de consec. distinct. ij. quotidie. exceptis habentibus curam, qui diebus festis tenentur, nisi per aliū populo satisfaciāt, arg. c. j. de celeb. miss. imò qui ob sui indignitatem & sacramēti reuerentiam abstinet, non peccat, secundum Sanct. Bonau. & secundum Alber. & numq; est medium tenere, scilicet aliquando celebrādo, aliquando dimittendo: nisi officiū exigat omni die Dominico celebrare. Quidam verò alij, vt recitat Sanc. Tho. in quarto dist. xiij. vbi de hoc loquitur. & iij. q. lxxxij. dicunt quòd non peccat omittens celebrationem, nisi habeat populum, vel ex obedientia teneatur celebrare: sed ipse dicit quòd sacerdos non vtēs sibi data nobilissima potestate, reus erit negligentię secundū illud j. Per. iiij. Vnusquisq; prout accepit gratiā, &c. nisi hoc faceret ex familiari cōsilio Spiritus sancti, sicut quidam ex sanctis patribus ordinatus nunquam celebrauit. Et ideo dicit quòd etiā si nulli hominū teneatur, celebrari tenetur vt Deo sacrificium reddat: quia sacerdotibus pręceptum est, Hoc facite in meam commemorationem: ad quod videtur teneri, vt dicit in iij. parte. in pręcipuis festis: maximè illis diebus, in quibus fideles cōmunicare cōsueuerūt. hęc ex illo. Ex quibus verbis Sum. Ang. accipit quòd non excusetur à mortali talis, q sine rationabili causa in talibus diebus nō celebrat. Ita tenere videtur etiā Richar. & Per. de Pal. Sum. verò Ros. conatur probare primò quòd hoc nō sit mortaliter quia nullus text. iuris canonici hoc dicit: sed dico hoc dicere text. Christi dicentis, Hoc facite. & text. iuris naturalis dicentis secundū Pe. de Pal. quod quilibet teneatur gratiam Dei in vacuum non recipere. & tex. Ambro. vt allegat Sanct. Tho. in quarto, dicentis grauius esse si dum peccatum meminimus sacrificium non reclamus, quantū ad mensam Christi mundo corde & manibus innocentibus nonvenire: quod scilicet, vt dicit Sanct. Tho. est mortale. Et secundò quòd San. Tho. hoc non dixit, quod verum est formaliter: secus virtualiter: quia non consueuit vti hoc verbo, tenetur, nisi vbi est præceptum, & similiter in quarto arguēdo in oppositum idem innuit. Sed not. quòd Sanct. Tho. duo dicere intendit. Vnum, quòd mortale est sacerdoti nunquam celebrare, aliud quòd hoc peccatū, quod scilicet est omissionis, tunc videtur admittere, quando occurrit maxima causa celebrandi: quod licet aliàs esse posset, tamē maxima videtur in dictis festis: vt si ex mera negligētia omittere sine quacūq; causa rationabili verè vel appareter, est valde dubium ne sit mortale. ¶ Quintum. Si instituatur beneficiū sic, vt aliquis quotidiè celebrare teneatur, secundū Panor. in c. cōsuluisti. de celeb. miss. & in c. significatum. de prębend. talis institutio ad hoc nō obligat: quia institutio est illicita, & dans materiam peccandi: vnde acipere, sleber talis interpretationē ab illo c. significatum. vt scilicet intelligatur q; debeat & teneatur celebrare quantò seruentius potest salua honestate sua, & debita reuerentia ac deuotione ad sacramentū. Et sic intellige de quocūq; beneficiato. Et idem de instituto ad quotidie celebrandum missam peculiarem: quia hoc non obstāte, potest & debet alicere de feria. de celeb. miss. quida. Hæc tamē intellige si instituens referat se ad institutum: puta dicendo, volo quòd ille quotidie celebret: vel sic celebret. Secus si referat se ad missam, puta dicēdo, volo quotidie in tali loco celebrari, vel sic celebrari: quia tunc non est intētio obligāti sacerdotem ad quotidie celebrandū: sed quòd si nolit aut nequeat, suppleat per aliū: nec desideratur industria personę, sed quotidiana missa. ¶ Octauò quæritur, † pro quibus debeat missa celebrari? Et dico multa. ¶ Primum. Secundum Arch. & est vera Theologica doctrina, missa primò beatis, ad quorum honorem offertur, prodest: &, vt dicitur in collecta, ad gloriam, scilicet accidentalem: quia gaudent de omni bono qđ sciūt fieri ad laudem Dei: maximè de habente specialem ordinem ad eos. & secundò mortuis existentibus in purgatorio: nō in hac vita scđm Aug. nihil est quod tantū pro eis satisfaciat. & tertiò viuis, à quibus & pro quibus celebrat. & hoc quantum ad remissionem peccati mortalis. quod est in cōscientia per modū sacrificij ex merito christi, ex quo impetratur venia, id est, gratia contritionis. Vnde homo homini donū maius donare nō potest quàm missam, & quantum ad remissionem pœnæ debitæ pro mortalibus ratione sacramenti, & per modum sacrificij, & quantū ad liberationem à diuersis malis, & omnia alia, ad quę prodest digna cōiratio. hæc ex illo. ¶ Secundum. Missa generaliter dicenda est pro omnibus viuis & defunctis, qui sunt in purgatorio. de consec. di. j. visum. imò in statu gloriæ: quia illis aliqualiter prodest: & cōsequenter est beneficiū. ¶ Tertium. Etiā dicenda est pro paruulis baptizatis, secundū S. Tho. in iiij. di. xiij. nō quia eis profit ad remissionem pœnæ, quam nō tolerāt: aut ad augmentū gloriæ: intelligo essentialis: sed propter solatiū viuorū: tū ad ostendendū eis advnitatem corporis Christi pertinere, dū in eis idem modus exequiarū seruatur sicut in alijs: tum ad cōmendandū redemptionis mysterium in hoc sacramento cōmemoratum: propter quod paruuli proprio merito salutem æternā consequuntur. ¶ Quartū. Pro excōicatis quoq; in memento orandum est etiam specialiter secundū Host. in Sum. & similiter in alijs orationibus, quæ fortiter dicunt, generaliter tamen, non specialiter: quia nō licet. de sen. ex com. nuper. de quo videt. Excōmunicatio. j. in prin. ¶ Quintū. Prodest autem defuncto tantum missa de aliquo sancto, sicut & de mortuis, & econtrario, secundū Dir. lib. j. & Host. Sed intellige secundū Pet. de Pal. quantū ad ipsum sacrificiū, qđ vtrobiq; idem est: quantū verò ad orationem dicit S. Tho. magis prodesse missam de requiem: licet recompensatio fieri possit per deuotionem celebrantis aut celebrari facientis aut per intercessionem sancti, cuius patrocinia imploratur in missa, id est, in cuius honorem celebratur: vnde & quidā nō irrationabiliter dicunt missā missam defunctis esse salubriorem quàm ,ppriā dici. ar. c. ij. de cel. mis. & ita fecit Supple. ¶ Sertū. Qui aūt celebrat cōtra aliquem vt Deus eū perdat, peccat mortaliter ar. xvij. q. ij. quicūq;. nec illi nocet: quia natura sacramenti est p desse. ar. j. q. j. si autē Deus. Sed ista intellige qñ malo animo fiunt: secus in casu quo quis licitè orat, vt Deus aliquem tollat de medio, vt quia est inimicus boni cōmunis vel huiusmodi: quia si licet orare, licet sacrificare: & tūc sacrificiū per se prodest, scilicet communitatis: sed per accidens nocet. ¶ Nō quæritur, † vtrum missa simul dicta pro pluribus, tantum valeat singulis, ac si ,p singulo eorū sigillatim diceretur? Et dico quòd ista quæstio necessaria est in practica operis, & difficilis in speculatione veritatis. Et difficultatem facit primò hoc quod sacrificiū ibi oblatū est infinitæ virtutis & consequenter videtur plenissimè satisfacere omnibus ,p quibus offertur: secūdò hoc quod dicit de cōse. di. v. in c. nō mediocriter. vbi postquam prætulerat Hieronymus decantationem qui nec psalmorū eū alacritate & puritate totius psalterij modulationi cum tristitia & anxietate cordis subiungit: igitur cum pro cunctis animabus psalmis vel missa dicitur, nihil minus dicitur, quàm si pro vno quolibet ipsorum diceretur, accipitur. Et ideo circa istā quæstionem multa faciā: quia primò adducam ex S. Tho. fundamenta veritatis, qui vt ẽ dictū est, in huiusmodi secretis semper aut ratione aut reuelatione fuit edoctus antequam scriberet: &, vt ẽ. Lex. § xiij. in iij. dicto, dictum est, quòd eius doctrina fuit solenniter approbata. Secundò recitabo opiniones circa quæstionem. Tertiò determinabo ex dictis veritatem. ¶ Quantū ad primū sciendum est primò quòd S. Tho. iij. q. lxxix. ar. v. effectum sacrificij missæ ostendit aliquo modo esse infinitū, dicens: Sacramentum eucharistiæ inquantū sacramentum directè exvi sacramenti habet effectū, ad quem est institutū, scilicet spiritualem nutritionem, pervnionem ad Christū & membra eius sed ex cōsequenti & cōcomitanter remissionem nō solū culpæ, sed etiā pœnæ: nō quidem totius, sed scđm modū deuotionis & feruoris: quia dicta vnitas fit per charitatem, ex cuius feruore quis remissionem cōsequitur nō solùm culpę, sed etiā pœnæ. Inquantū verò sacrificiū habet vim satisfactuā: & ex sui quātitate sufficit ad satisfaciendū pro omni pœna. hęc ex illo. ¶ Sciendū est secūdò quòd licet hoc sacrificiū sit infinitæ virtutis, tū in missa operatur finitè & limitatè ad finitum effectū, vt ipse dicit in iij. di. xlv. q. ij. ar. v. l. q. vl. ad vltimū argumentum loquens de missa, vbi habet sic: Quāmis Christi virtus quæ cōnectur sub sacramento eucharistiæ, sit infinita, tamen determinatur est effectus, ad quem illud sacramentū ordinatur. vnde nō oportet quòd pervnū altaris sacrificium tota pœna eorū, qui sunt in purgatorio, expietur: vñ etiam quandoq; plures missæ in satisfactionem vnius peccati iniunguntur. hæc ex illo. ¶ Sciendū est tertiò quòd secundum eundem ista infinita virtus ad finitum effectum limitatur ex dispositione offerentis: vnde tertia parte, vt ẽ. sic dicit, In satisfactione magis attenditur affectus offerentis, quàm quantitas oblationis. vnde vidua plus omnibus obtulit, Luc. xij. Quamuis ergo hæc oblatio ex sui quantitate sufficiat ad satisfaciendum pro omni pœna: tamen fit satisfactoria illis pro quibus offertur: vel etiam offerentibus, secundum quantitatem suæ deuotionis, nō pro tota pœna. hęc ex illo. Et intellige suæ id est, offerentium principaliter. Vnde in iiij. dist. xij. q. ij. ar. ij. q. iij. dicit quòd tollit pœnam in totovel in parte secundum mensuram pœnæ debitæ ex deuotione qui sacramentum offertur. Intellige etiam offerentium mediatè vel immediatè, vt ipse videtur innuere in iiij. di. xlv. q. ij. ar. j. q. iij. vbi vult quòd valeant suffragia facta per malos ex impęgio ecclesiæ vel defuncti, qui præcepit ea fieri: ita quòd deuotio præcipientis faciat idem quod exequentis: quod etiam inde patet, quia & si sacerdos sit malus, vel nullum habet affectū ad eum pro quo celebrat: vt quia eum odit, aut ignorat quis sit, & nihilo minus vult pro eo celebrare: vt euitet scandalum aut peccatum: tamen sacrificium illi proderit, secundum omnes Doctores: & non infinitè etiam secundum omnes: ergo limitatur per aliquem affectum, & non sacerdotis, saltem si est malus: ergo alterius offerentis per sacerdotem. Dicitur autem offerre etiam illi qui rogant pro aliquo celebrari: sicut patet ex illo verbo canonis, vel qui tibi offerunt. & ex modo loquendi Mosaicæ legis quæ iubebat priuatos offerre sacrificium. & clarè per S. Tho. iij. q. lxxxiij. ar. iij. in medio cor. & in responsione ad octauum. Vnde & ipsemet Sanctus Thomas in iij. q. lxix. ar. v. ad secundum, in fine, expresse vult quòd illis, pro quibus offertur, prodest propter mensuram deuotionis eorum: imò innuit hoc esse verum etiam in illis, pro quibus offertur ad nullius instantiam. Sed circa prædicta restat dubitatio: quia si dicatur missa pro aliquo defuncto, qui de hoc nihil ordinauit, & sacerdos sit malus. & similiter is, qui mandat missam dici, sit malus: videbitur quòd illa missa totaliter illam animam liberet semper, quantumcunque grauia & multa habeat peccata: quia tale sacrificium ex se habet efficaciam, vt patet iiij. vbi suprà proximè:

& illa

Universidad de Deusto
Biblioteca

& illa est infinita, vt dictum est: & hoc casu non videtur limitata per aliquem: & sic consequenter operabitur infinite: quod non conuenit. Sed dico quòd semper limitatur, saltem secundum deuotionem finitam ecclesiæ quæ ideo ordinat sacerdotes vt celebrent proviuis & defunctis: cui deuotioni ecclesiæ si addatur deuotio immediate offerentis, videtur effectus augeri. Et licet omnes missæ sint æquales quo ad sacramentū iij. dist. xij. q. j. ar. j. q. v. & ij. q. lxxxij. ar. vj. non tamen quantū ad effectum sacramentis: quia ille aliquando commensuratur dispositioni offerentis: quę non est semper æqualis: aliquando ecclesiæ: aliquando rogantium offerri: aliquando eorum pro quibus nulla ratione offertur: vt videtur velle S. Tho. vt dictum est. ¶ Quantum verò ad secundum dico quòd circa hoc sunt duæ opiniones extremæ & vna media. Quidam enim vt Direct. refert, dicunt indistincte quòd missa dicta pro pluribus æquè valeat singulis, sicut si pro eis solis diceretur propter d.c. non mediocriter quod speciale dicunt esse in sacramentis per Spiritum Sanctum, qui non datur ad mensuram, quod Host. verum dicit de pfatis & missis quæ generaliter pro omnibus cātantur, licet specialiter pro aliquibus videantur dici: non autem de eleemosynis, ieiuniis, & precibus, siue orationibus, quę alios non tangunt: quia non prosunt nisi his pro quibus specialiter fiunt. Sed ista opinio tenet vnum extremum: & eam S. Thom. ex intentione directa improbat in iij. di. xlv. q. j. ar. iij. q. j. per totum. & ad secundum: quia suffragium vt satisfactiuum est simile solutioni: & eius effectus dividitur si fiat pro pluribus. Adde tu quòd finitum diuisum efficitur minus. hæc ex illo. Et si diceretur quòd effectus, in quem potest sacerdos per hoc sacrificium, sit infinitus, vt supponit ista opinio: sequitur vnū absurdissimū quòd sacerdos vnica missa liberare posset semper omnes animas à purgatorio, etiā si essent millies plus quàm sint: quia pœna debita singulis est finita: & consequenter etiā pœna debita omnibus est finita: eum ex finitis numero & quatitate nō relutet nisi finitum, quod ab infinita virtute superatur. Quod aūt adducitur ex c. non mediocriter. non cogit: quia cū illatiuè sit dictū intelligitur relatiuè ad superiora, ex parte scilicet celebrantis: vel etiā si ei meritorū celebrare pro omnibus, sicut ꝓ singulis: aut maius, si ex maiori charitate faciat. & hoc patet intuenti textū & glossam. ¶ Alia verò opinio est tenens aliud extremū, dicens indistincte quòd missa dicta pro multis magis prodesset vni, si pro vno solo diceretur. Et istam sequuti sunt multi solennes Doc. Arc. enim post Pe. distingueret sicut distinguit S. Tho. de suffragio in genere facto pro multis. Nam si consideretur, ioquit, secundum quod habet valorē ex charitate: tantum prodest singulis, quantum si pro vno tātum fieret: quia charitas suffragantis non minuitur, si distribuatur effectus in multos, sed augetur: & similiter gaudium procedens ex charitate eius, cui quis suffragatur, quantò est in pluribus, tantò est maius, secundum Aug. in li. de fel. Quo etiam modo intelligi potest d.c. nō mediocriter. Siverò consideretur suffragium, inquantum est satisfactio quædā trāslata in alios per intentionem facientis: magis valet ei, ꝓ quo speciali: er fit: & sic effectus suffragij ex diuina iustitia diuidi tur inter eos pro quibus fit. Et idem per omnia dicerent de missa Scotus etiā ad prædicta conformiter loquens circa finem sui quoliberi, vbi effectū sacramenti appellat meritū sic victualiter dicit, Meritū missæ in tres partes diuidit, quarum vna Christo, alia ecclesiæ attribuitur, tertia sacerdoti: & hāc solam potest dispensare sacerdos: & si eam attribuit alicui determinatæ personæ, non potest attribuere alteri: quia tale meritum est finitum & limitatum: alioquin vna missa posibiliter liberaret omnes de purgatorio: quod est hæreticum. Et si est finitum, diuisum minuitur tandem vsq; ad nihilum. Et si totum vni communicetur, alius nihil habebit. Et idem tenet Pan. post Io. And. in c. fraternitatem. de sepul. & idem Sum. Rof. & secundum Nico. de Aul. & Asten. est sententia & opinio cōmunis, quæ sic intelligitur. Nā virtus sacrificij est de se infinita: sed limitatur ad operandum secundū affectū offerentis, qui est triplex, scilicet Christi, ecclesiæ & particularis personæ. Vñ tres effectus satisfactionis sequuntur quorum vnū Christus cui sibi placet distribuit: aliū ecclesia quæ ordinauit vt partem habeant omnes, de quibus mentio fit in canone: tertiū verò sacerdos offerens immediatè, vel ille qui eum rogat offerre. & de isto tertio loquitur ista opinio licet verū dicat, tamen loquitur insufficienter, si nō distinguit, qñ offerens est vnus tantum, vel qñ sunt multi: vt quia multi rogant pro se celebrari qui in canone dicuntur sacrificium offerre. & secundum meotem S. Tho. affectus cuiuslibet illorum sibivendicat aliquem effectum sacrificij. Est igitur & tertia opinio distinguens & dicens quòd vnum sacrificium ita prodesset singulis pro quibus offertur, ac si offerretur pro singulis singulariter. dupliciter potest intelligi, primò scilicet qñ singuli habent aliquem pro se offerentem primò: & sic est verum: & sic procedit opinio prima. & secundò qñ singuli non habent offerentem pro se primò: sed aliquis offerens offert primò pro omnibus, & consequenter ꝓ singulis, & sic est falsum: sed minus prodest singulis, vt dicit secunda opinio: quæ intelligitur qñ vnus tantum, puta sacerdos vel alius offert pro multis. Et ratio distinctionis hęc est. Nam qñ sacerdos mouetur ad celebrandum pro pluribus à seipso, vel ab aliquo vno tantum, vtroq; casu affectus offerentis, cui proportionatur effectus sacrificij, est vnus tantum qui fertur totus in omnes primò: sed non primò totus in singulos: sed vt cōtenūtur in aliquo vno, puta in numero vel quantitudine eorū ꝓ quibus sacrificatur: & cōsequenter effectus talis sacrificij attribuitur totus omnibus, sed nō eis singulis sed diuiditur: & cōsequenter fit minor ad singulos. Si verò sacerdos moueat à pluribus ad celebrādū pro pluribus, vt quia vnus petit missam pro anima patris, alius pro anima matris, alius pro anima vxoris: vna missa omnibus satisfacit tantūmodo singulis sicut omnibus: quia affectus, quibus videtur effectus sacrificij primò ferunt in singulos sed in singulos mouentes ad celebrandū: & cōsequenter effectus sacrificij attribuitur primò singulis, & nullus est effectus primò respiciens multitudinem illa, puta triū: & sic vnus celebrationis sunt multi effectus, qui sunt multę satisfactiones: & sic inuno facto intelligit d.c. nō mediocriter. ¶ Sed contra arguit primò: quia hoc casu totus effectus sacrificij est finitus & diuisus: ergo minor ad singulos. Sed dico ꝙ ibi nullus est vnus numero effectus sacrificij diuisus in pties: sed sunt ibi tres effectus scilicet se totos distincti tribus affectibus rndentes. Et si replicet ꝙ sedm hoc fi oēs animæ purgatorij essent liberabiles, singulæ vnica missa, possent semper omnes simul liberari vno sacrificio: etiā si essent millies plures quā sint: dico primò hoc nō esse necesse: quia omnis anima liberabilis est ex vi sacrificij finito, liberabilis nō est per vnicā missam: eo quòd licet charitas, ita & affectus offerentis pōt crescere in infinitum: et patet per S. Tho. in j. Sen. di. xiij. q. ij. ar. iij. & similiter ex consequenti vnus effectus sacrificij: & sic transcendere posset omnem effectū finitū datū: sed tū nō semper liberabit: ꝓpter exilitatem deuotiōis in offerente. Dico secdò quòd licet nō sit necessariū, est tū possibile: quia eū virtus sacrificij sit infinita, quātacūq; erit multitudo offerentiū, etiā si arenam maris excederet: tāta erit multitudo effectuū sacrificij, & cōsequenter animarū liberatarū, si vnico tali effectu poterant omnes

omnes liberari. Et est simile de virtute baptismi, quę est infinita, & applicatur huic & illi per verba & intentionē baptizantis: & tamē si baptizentur simul innumerabiles, quilibet tamē accipit ac si solus esset: & idem in proposito, vbi applicatio fit per affectum offerentis primò pro aliquo, & intentionē celebrantis. ¶ Arguitur etiam secūdo. Nam licet affectus illorum triū offertiū feratur primò in singulos, id est, in aliquem singulorū: affectus tamē sacerdotis in vnica oblatione primò fertur in omnes: & consequēter effectus ei correspōdens est cōmunis & diuisus in partes: & consequenter minor ad singulos. Sed dico quòd affectus seu volūtas sacerdotis volentis pro illis tribus celebrare, est deprecativus, & sic nō minuit per hoc quòd est in multis, sed auget, vt patet ex dictis: est etiā applicativ⁹, scilicet virtutis sacrificij seu Passionis Christi ad effectū: & sic est instrumentū Christi & principaliter offerētis sacrificiū: & cōsequēter applicat proportionaliter ad affectum eius si sic intendit: vnde affectui eius non proportionatur effectus sacrificij, nisi quādo ex motiōe sua principaliter celebrat. Esto tamē quòd habeat aliquē effectū circa sacrificium dimisum: tamē cum etiā ipsi offerentes habeat effectus affectuū suorū, ipsi sunt plenè satisfacti ac si sacerdos ad instātiam vnius tātum celebrasset: quia nō quærebant principaliter affectum sacerdotis: nec illum ipse promiserat. sed sacrificium ipsum, ad quod reddendum sufficit ipse affectus solùm vt applicativus quod ei cōuenit ratione intentionis. ¶ Quantum ad tertium dico quòd primam opinionem Sanct. Tho. expresse reprobauit: secundā verò quantum ad suffragia in genere expresse approbauit & docuit: tertiam verò expresse non docuit, videtur tñ consona principijs eius quæ recitauimus: nec audere illā reprobare, sed mihi apparet vera & indubia, & practicanda, nisi repugnet aliqua promissio licita sacerdotis: quę si interueniat, seruāda est: de quo infrà, §. sequēti. Et si quęratur quomodo stat quòd San. Tho. teneat secūdam opinionem, & similiter tertiam. Dico hoc ideo esse, quia suffragiū, quod est per missam, potest fieri immediate, ꝓ multis siue primò: & tūc nō ita ꝓdest singulis, sicut si ꝓ singulis immediatè & primò fieret: quia diuiditur: vt cū sacerdos ex se solo mouetur ad celebrandum pro omnib⁹ definctis. Potest etiā fieri immediatè siue primò ꝓ singulis: vt cū sacerdos motus à multis celebrat pro multis: & tūc ita prodest singulis, ac si pro eis solis celebraret: quia tūc nullū vnum numero suffragiū, diuiditur. Quatenus ergo missa dicitur primò ꝓ multis, vera est secūda opinio, & quatenus dicitur primò pro singulis, est vera tertia. Et confirmatur: quia cū virtus sacrificij sit infinita, & pars qua distribuit Christus aut ecclesia sit finita, alioquin liberarētur oēs: relinquitur infinita pars dispesanda per sacerdotē, quā potest multis applicare, licet cuilibet finite: & sic non videtur ratio quādo ad instantiā multorū celebrat, quin singuli accipiant secūdum affectū suū, ac si pro eis solis offerretur sacrificiū. Et hāc opinionē tenuit Sum. Ang. licet nō plenè, nec vlquaq; bene deduxerit. ¶ Decimò quæritur, ſ vtrum sacerdos promittēs sigillatim tribus vnā missam, liberetur dicēdovnā pro omnibus? Et dico scām Pet. de Pal. quòd nō: sicut si promisisset sigillatim tribus marchā vnā, & exhiberet vnā omnibus: quia missa celebrata ꝓ multis, nō tātum valet singulis. Dico tamē secūdum eum & Arch. & alios tenētes secundam opinionē, quòd talis sacerdos excusari potest quinq; modis.

¶ Primò propter impossibilitatē celebrādi pro quolibet speciali: er puta si collegiū saluo officio, ad quod est institutū, nō potest soluere plus quàm duas vel vnā missam: aut si religiosus postquam ꝓmisit, imponūtur à superiore aliæ missæ, quia difficultas præstationis & si nō liberat, tamen excusat.

¶ Secundò propter cōsuetudinē, maximè apud eum qui scit vel scire tenetur: quia sciēti dolus nō infertur. ¶ Tertiò ratione cōuentionis, si expresse hoc dicat promittens: quia contractus ex cōuentione legem accipiunt: quod etiam sufficit dicere executori: quia cui cōmisit testator distributionem pecuniæ ꝓ missa, videtur etiam cōmisisse ordinationē de missa ꝓcurāda. ¶ Quartò ꝓpter recompensationē: vt si in alijs missis vel suffragijs recompenseur, quia non refert quid ex æquipollentibus fiat. ¶ Quintò propter suppletionem Dei: quādo scilicet sacerdos tantum affectum habet ad quēliber, quantū habere debet ad vnū solū. si pro illo solo celebraret. ¶ Et multo magis excusatur his modis, si sit vera tertia opinio. ¶ Et vltrius excusaretur sextò, quia celebrat secundum intentionē principalem & remotā eorū, quibus ꝓmisit: quæ est vt is, ꝓ quo celebrat, habeat illū effectum, quē facit missa ꝓ eo solo celebrata: vnde stante illa opinione posset, ꝓmittēdo cētum vnam missam, satisfacere cum ea sola: si tamen eā dicere tardaret, vt satisfaceret pluribus, esset mortale de se: quia faceret iniustitiā expectātibus suffragiū quod soluere tenetur quàm citius cōmode potest. Si etiam promisisset missam de Spiritu sancto vel in tali loco, & dicere alias vel in alio loco: infideliter ageret cōtra ꝓmissum: & nō satisfaceret. ¶ Vndecimò quæritur, ſ quomodo se debeat habere sacerdos in acceptādo missas: vt sit in conscientia tuus, si vult vnā missam celebrare ad instantiā multorū? Et dicit Sco. in quolib. quòd sacerdos ad missam dicendam pro isto teneri potest dupliciter. primò scilicet ex liberali promissione: ita scilicet quòd nihil recipitur in recompensatione ꝓ missa: & tunc in potestate ꝓmittētis fuit tantum promittere quantū voluit: & ad tantū se obligauit, & non plus, si tamē ille intellectus possit sine mēdacio stare cum verbis habitis. extra de spon. ex literis. in glo. quia liberum fuit & licitum stipulatori latè verba cōcipere. ff. de verb. obl. l. quæquid. & tūc si reddat sicut intendebat, debitū soluit. Et secundò ex stricta obligatione: puta, quia ille liberaliter obtulit eleemosynā: & ille liberaliter ꝓmisit celebrare missam omni conuentiōe cessante: & tūc si verba obligationis sunt certa, & simpliciter determinata ad vnum intellectum: puta si obliget se dicere vnam missam ꝓ isto vnā cum alijs quibus tenetur: vel si obliget se dicere ꝓ isto ita specialiter sicut potest pro alio à se celebrare: tūc satisfacit si secūdum intellectum satisfacit, & non aliter. Si verò verba habere possint diuersos intellectus, strictiorem scilicet & minus strictū, vt, dicam pro te vnam missam: vel generalius, celebrabo pro te: tūc habet locum illud de spon. c. ex literis. scilicet si aliter nō intellexerit quod aliter proposuit, ad communem verbi intelligentiam recurratur: & cogatur vterq; verba prolata in sensu illo retinere, quem solēt rectè intelligentibus generare. Et ista communis intelligētia in hac materia est, quòd obligans intendit obligare sacerdotem ad id, quod est sibivtilius, quantum licite potest. hæc ex illo. Et adde quòd tenendo tertiam opinionem si rogaret celebrare pro aliquo fine quacunq; partis participatione: dicere potest hoc non esse bonum: quia ecclesia ordinauit, vt pater in canone: quòd multi participent & forte Deus etiā alios vult participare. Sed celebrando pro eo, eo modo, quo diuina iustitia & voluntas exigerit. & tutus erit, etiam si pro mille dicat vnam. & multo fortius si rogatus tātum, vt dicat missam pro aliquo quia satisfit intentioni sanæ petentis propinquæ vel remotæ. ¶ Duodecimò quæritur, ſ vtrum sacerdotes, qui sunt partes alicuius collegij, teneantur celebrare secundum intentionē præfidētis, puta prælati? Et dico quòd sic, ex iure naturali in missis quæ imponuntur in recōpensationem beneficiorum, quæ redundāt in collegium: quia qui sentit

Universidad de Deusto
Biblioteca

sentit onus, sentire debet & commodum, & econtrario. de reg.iur.c.qui.lib.vj. vbi prælatus sicut commodorum ita & onerum est dispensatorie: cùm oppositorũ eadem sit disciplina secundũ Philosophiam & iura. In alijs autẽ non tenetur quia homo super hominis intentione nõ habet potestatem: tamen vbi sunt multæ & cõtinuæ obligationes, prælatus potest continuè obligare ad celebrandum secundum suam intentionem: & non erit licitum aliter celebrare. Posset etiam qui præest, dare licentiam alicui celebrandi pro aliquo suo amico ex causa rationabili, sicut & eximere aliquem à communibus oneribus. De materia missę vide etiã 3. Eucharistia.

Rursus de Missa secundò quo ad auditionem.

1 *Missam audire quando quis teneatur, & quæ necessitas excuset. num. 2.*
3 *Missa à quo sacerdote sit audienda, & quales missa. nu. 4.*
5 *Missa vbi audienda, & qualiter. num. 6.*

1 MISSA rursus consideranda potest secundò quantũ ad auditionem, inquantũ fideles obligati sunt ad illam audiendam. ¶ Primò ergo quæritur, † quid circa auditionem missæ ecclesia præcepit, & quomodo præceptum intelligatur? Et dico quòd præcepit secularibus die Dominico missas totas audire, ita quòd ante benedictionẽ sacerdotis nullus egredi præsumat. de consecr. dist. j. missas. quod secundum Glo. intelligitur nisi necessitas cogat. Qui etiam aliorum curam habent, vt domini, & parentes, tenentur secundum Arch. conari, vt audiant serui & filij omnes. ¶ Dicitur autem primò secularibus: per quod aliqui, vt Ioan. de Bibliа in quolibeto, arguunt hoc nõ præcipi religiosis aut clericis, per arg. à contrarijs, distinc. xxv quales. Sed melius dicit Arch. in Rosa. ibi. vacare arg. à contrarijs per arg. à minori: quia clerici & religiosi ad maiora tenentur, diuino cultui totaliter deputati. xij. q. j. duo sunt. arg. de priuileg. cap. si. lib. vj. nec deobligat ab hoc obligatio ad horas: quia & religiosi obligati ad ieiunia sui ordinis, non deobliganter à ieiunijs ecclesiæ. Igitur quilibet Christianus ligatur hoc præcepto, nõ excõmunicatus, nec interdictus, aut legitimè impeditus, siue sit seruus siue liber, modò habeat vsum rationis, secundum Petrum de Pal. quod intellige quando hoc præceptũ sciunt, vel scire commodè possunt. ¶ Dicitur secundò die, qui quoniam à media nocte incipit quãtum ad hoc, vt suprà Missa j. §. vj. ideo satisfactum est præcepto si audiatur in nocte quãdo licitè celebratur, vt nunc in natali Domini, & olim in nocte resurrectionis. ¶ Dicitur tertiò Dominico: per quod intelligitur generaliter omnis dies festus de præcepto, secundum Petrum de Pal. in quarto, per cap. qui in die solenni. de consecra. distinct. j. quod tenere videtur etiam Ioan. And. in nouel. & Doct. dicẽtes aliquos in diebus festis excusati circa opera manualia, nisi missam amittat. & est rationabile: quia cõsuetudo legum interpres ita habet: tum etiam quia ratio eadem est: cum ideo sint festa alia à Dominica instituta, vt vacetur diuinis: & consequenter debet esse idem ius quãtum ad vacationem circa diuina: tum etiam quia hoc idem videtur velle text. extra. de paro. in c. ij. Alijs autem diebus nullus etiã religiosus aut clericus tenetur audire missam ex præcepto. Non obst. cap. solet. de consecrat. distinct. j. quod videtur velle quòd in Quadragesima nullus dicatur ieiunare nisi audita missa: quia loquitur de cõsilio: aut si loquitur de præcepto, est abrogatum. ¶ Dicitur quartò missas in plurali: non quia sit necesse eundem plures eodem die audire missas, vt quidam putant, sed referenda sunt singula singulis, vt sit sensus quòd illi qui audiunt istam missam audiant tota: & similiter qui audiunt illam aliam: & sic de alijs. ¶ Dicitur quintò totas, id est integras: modico tamen pro nihilo reputato. de consecrat. dist. ij. re vera. Vnde secundum Archi. præceptum non obseruat, qui partem notabilem amittit: puta medietatem aut tertiam partem: secus qui modicam. Seruitores etiã discurrentes pro expedientibus missæ: vt in missis solẽnibus, pro thure, vino, & huiusmodi, intelliguntur adesse missæ etiã pro tempore illo. ¶ Dicitur sextò nisi necessitas &c. quia ex rationabili necessitate siue ex rationabili causa qs ab hoc præcepto excusatur: puta dato eo casu, in quo si quis vellet missam audire, ipse vel alius ex hoc incurreret probabiliter graue damnum animæ vel corporis aut rerum vel honoris, secundum suam existimationem & fidem, etiam si aliquãdo fallatur: & ita non sit in re, argu. eorũ quæ dicta sunt suprà Ieiunium. §. viij. particula j. Ex quibus patet quod mortaliter peccat, qui hoc præceptum sine rationabili necessitate transgreditur, etiam sine contẽptu ex sola pigritia: vt patet etiam suprà Lex. §. viij. & supra Ieiunium. §. viij. particula. j. & supra Contemptus, per totum. Vnde distinctionem Richard. Arg. in quolib. quem sequitur Sum. Angel. dicentis quòd est mortale transgredi ex contemptu vero: & similiter ex interpretatiuo, qui est quando quis trãsgressionem assueuerit sine causa: est verò veniale si fiat sine contemptu ex passione vel pigritia, etiam sine causa rationabili: est verò nullum peccatum si fiat ex causa rationabili: non approbo quantum ad secundum membrum: quia ista omissio sine causa est mortalis, secundum Arch. Pet. de Pal. & Panorm. in c. j. de vita & honest. cler. & penè omnes: nec requiritur contemptus hic ad peccandum mortaliter: quia requiritur in his quæ de cõsilio, vt in his quæ de præcepto sunt, secundum Panorm. in rubr. de obserua. ieiu. in fine. & in c. nam concupiscentiam. de consti. ¶ Secũdò quæritur, † quæ sit necessitas excusans ab hoc præcepto audiendi missam? Et dico quòd regula generalis ad dicendi talem necessitatem tradita est in fine §. prioris. Expliciter autem loquendo secundũ Arch. excusantur infirmi, & eorum seruitores, & qui paruulos sine periculo dimittere non possunt, arg. de reg. iur. c. quod non est. & qui audiendo impedirẽtur ab arduo & iusto negotio: & qui ratione officij prohibentur exire, vt castellani, & alij dominis seruientes. & domini ac consiliarij tẽpore missæ vrgentibus causis occupati: & puellæ nubiles ignorantes hoc præceptum, vel facientes quod in se est vt audiant, & vt videtur, parẽtes qui eas ad hoc cogunt ex consuetudine regionis: vt ex honestate sint clausæ. arg. de consti. c. fi. nisi eas ducant ad choreas, vel permittãt stare in fenestris: & viduæ post mortẽ mariti aliquo breui tempore, puta hebdomadę vel mensis ex cõsuetudine: secus per sex menses vel annũ. dist. viij. consuetudo. & coniugatæ, quæ audire nõ possunt sine magno scandalo virorũ, puta quia familiæ bene præparare nõ possunt. xxxiij. q. v. cuiuit. & itinerantes, qui ob hoc perderẽt societatem necessariam vel vtilem. Et idẽ dic tu de pauperibus mulieribus, quæ aliquando vestibus priuatæ aut velis, si ecclesiã adirent, grauiter derideretur ab alijs. ¶ Tertiò quæritur, à quo missa sit audienda? Et dico quòd à sacerdote non fornicario notorio, non autem à fornicario notorie. dist. xxxij. nullus. & de consecr. & mulie. c. fi. quod intellige si sit publicè denũciatus per concilium vltimum Constantiẽse, quod illa antiqua iura modificauit: licet sit consultius à tali etiam non denunciato non audire, si audiri potest ab alio. Si autem stetur illud antiquum ius in suo vigore, secundum Arch. populus non habẽs alios sacerdotes, & hanc legem ignorãs, melius audiret quàm nõ audiret: nec esset super hoc solicitandus, quando aliter prouideri non potest: si verò sciret hanc legem, abstinere debe-

rec à missa: & excusaretur à præcepto de audiendo. Vide etiam 3. Clericus. j. §. viij. ¶ Quarto quæritur, † quæ missa sit audienda? Et dico quòd missa est duplex, scilicet ordinaria, siue propria, siue dieij: & est illa quæ cõgruit officio quod in ecclesia celebratur in die: & peculiaris, id est, specialis de aliquo sancto, secũdm Ray. vel peculiaris, id est, ex peculiari siue speciali deuotione ad illã celebrata, secũdm Arch. Dicit igitur Arch. quod de cel. mis. c. ij. reprehendunt qui missas propriæ propter peculiares omittunt. Sed dicit illud c. ex cõgruitate loquit: ex necessitate autem nõ teneri aliquem ad propriam audiendam: quia nec d. c. missas hoc dicit, sed loquitur indistinctè: nec possunt idiotæ vel mulierculæ scire an missa sit propria: hoc quoq; semp interrogare nimis esset laboriosum. Reprehensibile tamen est secundum Arch. sacerdotibus, & si non damnabile, ad instantiam laicorum dimittere missas propritas propter peculiares, imò est damnabile & mortale secundum aliquos, vt 3. Missa. j. §. iij. ¶ Quintò quæritur, † vbi missa sit audienda, in parochia scilicet propria vel alibi? Et dico duo. ¶ Primũ. Quicõtempto proprio sacerdote missam audit in aliena parochia in diebus festis, expelli debet, & remitti ad ecclesiã suam. de paroc. c. ij. quod secundum Pano. post Innoc. ibi est verum, si hoc facit ex contemptu: quia facit contra præceptum superioris: & qui eum admittit furtũ quodam modo cõmittit. Sed si hoc facit ex causa rationabili, non est ejciendus: puta, quia proprius sacerdos est notorius fornicator vel præcitus ab ecclesia. Et idem, secũm Arch. si hoc facit ob maiorem sui deuotionem: puta, quia alibi deuotiores videntur celebrãtes aut cùm missa reportat sermonem, vel hmõi: imò idem est quacunq; causa iusta hoc faciat puta propter maiorem cõmoditatem, aut delectationem non illicitã: quia iã est rationabilis & præscripta circa hoc cõsuetudo, quæ d. c. ij. abroganit, dato q̃ præceptũ cõtineret contra laicos, ne alibi quàm in sua parochia missam audiret. quod multi negãt. Quidã tñ, vt Sum. Arg. hoc limitãt, modò declinans propriã parochiam non audiat missam in proprio oratorio, sed in publico facto à populo, secundũ glo. fi. in c. fi. quin. de con. di. j. vel à fortiori in ecclesijs mendicantiũ assistis cacis authoritate summi pontificis. Sed ego dico quòd vbicunq; audiatur. etiã in domo priuata, est satisfactũ præcepto ratione cõsuetudinis scitæ & toleratæ & rationabilis & præscriptæ: licet male faciat audiens in domo sine rationabili causa. ¶ Secundum. Et si episcopus prohibeat audire missam in ecclesijs mendicantium diebus festis: dicit Arch. obedientiam esse, arg. xj. q. iij. quid ergo. & c. sententia. licet malè faceret tollendo pias cõsuetudines cum scandalo populorum: cum & Gre. sanctus permiserit sacerdotes chrismare ad scãdalum tollendũ. xcv. di. peruenit. Sed tũ ego dico quòd hoc casu obedire nõ est necessariũ, nec ille hoc potest inberere qua ista consuetudo audiendi ibi authoritatem habet à superiore episcoporum, id est, à Romano põtifice, qui mendicãtes instituit ad supplendũ defectum episcoporũ, qui iã nõ prædicant nec prædicatores sustentant: & sic est tanquam lex eiusdem. & præterea sicut episcopus non potest arctare ius commune, ita nec cõsuetudinem generalem totius orbis. vt in c. in hac. & c. catholica. di. xj. Et si hoc sub excõmunicationis pœna præciperet: dico quòd sententia esset iniusta, vt patet ex dictis: & etiã nulla: quia sicut attentatũ cõtra ius est ipso iure nullum: vt in c. vider. di. x. & in l. nõ dubitat. C. de legib. ita & attentatum cõtra generalem cõsuetudinem totius orbis, vt in d. c. in his. & c. catholica. ¶ Tertium. Præcipitur tamen in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione æternæ maledictionis omnibus religiosis, ne in sermonibus suis prælatis ecclesiarum detrahant, scilicet nominatim, expresse aut circumloquutiuè, secundum glo. aut retrahant laicos ab ecclesiarum suarum frequentia vel accessu: & intelligе in publico sermone, non in priuato.

¶ Sextò quæritur, † qualiter missa audienda sit? Et dico tria. 6
¶ Primum. Licet missa sit deuotè audienda interius & exterius: interior tamen deuotio, quæ in attentione consistit, non cadit sub humano præcepto, iuxta ea quæ dicta sunt suprà Hora. §. xj. Exterior autem cadere potest, & videtur quòd ea dat illa deuotio, quæ de se est necessaria ad auditionem, quę cadit sub præcepto, cùm qua non stat illa distractio, qua aliqui pro notabili parte missæ mugantur cum socio, scandalizantes alios, & sacerdotem vexantes. ¶ Secundum. Secundum Archi. non est necesse sentire & distinctè audire verba missæ propter hoc quòd in d. cap. missas, dicitur audire: aliquis non impleret præceptum, qui propter multitudinem a longe audit submissè celebrantem: nec surdus, nec hebes, auditu. Vnde intentio ecclesiæ, à qua est sumenda intelligentia, dictorum xxij. quęstione v. humanæ. est quòd quis sit presens, & adsit missæ, & Deo vacet: & si est intelligens, dignum & iustum est vt intendat, & conetur intelligere. Adde tu ex consequenti quòd talis tenetur nihil exterius facere repugnans dictæ intentioni: quia qui tenetur ad prosecutionem vnius oppositorum, tenetur ad fugam alterius. ¶ Tertium. Qui audit missam, ad quam tenetur de præcepto, simul eodem tempore dicere non potest horas, ad quas de præcepto tenetur, siue mortaliter: quia ibi sunt duæ obligationes, quarum quælibet attentionem & deuotionem exteriorem requirit. nec potest esse exterius attentus missæ, qui exterius est attentus officio, argumento capitis, ex literis. de probationibus. cum ibi nota. in verbo, vices duorum. vel econtrariò: secus si aut ad missam aut ad horas non teneretur ex præcepto: quia dicere non prohibetur: nisi ex hoc aut sacerdos aut alij impedirentur.

MISERICORDIA habet opera septem corporalia & spiritualia, de quibus 3. Eleemosyna, in princip.

MODICA regulariter leges & iura non curant. l. Scio. ff. de in integ. rest. & l. fi oleum. ff. de dol. & facit tex. in c. cùm te. de re iu. In contrarium tamen facit Bald. in l. ad barbarium transeuntes. C. quæ res expor. non pos. vbi tenet quòd si statuto non potest extrahi vinum, non potest extrahi mettera. & in l. minoribus. C. de his quib. vt indi. vbi tenet quòd si ex statuto custos villæ non denuntiat malefactores, punitur: si denuntiat omnes prætervaum, punitur. Sunt etiam alia multa facientia in contrarium. Soluntur autem, quia si sumus in his, quæ sunt contra ius commune, & in casu vbi vulnerantur regulæ iuris communis. de minimis non curatur. & ita procedit d. l. Scio. & d. l. fi oleum. Si verò sumus in his quæ sunt de iure communi, & regulantur à iure communi: tunc de minimis curatur. & ita procedunt contraria. Ita voluit Bald. in l. si proprietarium. ff. de damn. infec.

MOLLITIES aliquando est species luxuriæ, de qua 3. suo loco. Aliquando est vitium oppositum perseuerantiæ & pertinaciæ: de qua S. Tho. ij. ij. q. cxxxviij.

¶ MONACHVS vnde dicatur: & quæ ad illum spectent, vide infrà Religio. vij. per totum.

¶ MONASTERIVM quomodo se habeat ad contractus & bona temporalia monachorũ, 3. Religio. vij. per totũ.

¶ MONACHIA, vide infrà Religio. vij. per totum, & suprà Electio. iij. §. vj. &. vij.

MONETA, vide suprà Falsarius. §. vj. & vij & suprà Gabella. ij. q. ix. & infrà Solutio. §. ij. & Restitutio. & infrà Pecunia. & infrà Vsura. v. §. primò.

¶ Mon

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Monitio, suprà Excommunicatio, septimò. §. xx.

Monopolium videtur esse conventio aliqua, aut locus, in quo, vel soli licitum est aliquid vendere aut emere quòd illicitum est: vt l. vnica. C. de monopolijs. & dicitur à monos, vnum, & pole venditio.

De Mora, & Moroso.

1 *Mora quando dicitur in aliquo.*
2 *Mora an dicatur, vbi quis habet exceptionem legitimam.*
3 *Mora sua an cuique sit nociua.*
4 *Morosus ad quid teneatur.*
5 *Mora semel commissa an possit purgari.*
6 *Mora quomodo purgetur.*

Mora in proposito videtur esse tempus, in quo quis interpellatus scienter non facit quod in eo facere debet & potest, vt patet ex his quæ notantur in c. vl. de locato. Ad hoc igitur quòd quis dicatur morosus vel in mora, requiritur quòd sciat vel scire debeat se debere: quod interpellatus sit à die vel homine, id est, monitus: quòd habuerit dandi possibilitatem. ff. de reb. cred. quod te. ¶ Primo verò quæritur, † quis sit in mora? Et dico quòd obligatus ex delicto semper est in mora. ff. de condi. fur. l. in re furtiua. Obligatus verò ex contractu, si est ad certum tempus, statim post illud est in mora, etiam si non fuerit admonitus, nec monitio est necessaria: quia dies interpellat pro homine. d. c. vl. & C. de contrahen. & com. stipu. l. magnam. Quod Pau. in c. licet Heli. de simo. limitat si actor & reus sint eiusdem fori, aliàs non: vt not. in l. item illa. ff. de consti. pec. de quo vide j. Obligatio. per totum. Limita etiam, nisi iusta causa excuset: post quā tamen causam, si ipsa deficiat, si nō impleat quā citissimè potest, cōstituitur in mora. l. Cellius. §. j. ff. de aib. vbi iussus ab arbitro dare certa die, excusat si die illa fuit impeditus iustè: modò det quā citius pōt impedimento cessante. & idem in c. cùm dilecti. de dolo & contu. Et intelligo quàm citius potest cōmodè & honestè: quia hoc posse est iuridicū. Vide j. Potentia. Si verò dies non est apposita obligationi, nec alia cōditio: sic requirit mornio, sed m Bal. in l. non ignorat. C. de frue. & lit. exp. & Ang. in l. si manumissori. C. de obse. pa. præ. & Pan. in c. licet Heli. de simo. & in c. j. de accu. & facit l. fideicommissi, vbi est casus aureus. ff. de vsur. & l. quidā Iberus, in verbo, qua de revolvet cū libero loquaris. ff. de ser. vrb. prædi. & id qđ legit & no. in l. debitores. ¶ lentes prius denūtiatiōibus cōuenienti fuit. C. de pig. & in l. si ex legati causa. ff. de verb. obl. & in c. accusatio. ij. q. viij. quæ monitio vel interpellatio seu debiti petitio fieri debet cōgruo loco & tpe. ff. de ver. obl. l. cōtinuus. §. cū ita. vbi à ꝓmittēte dare Ephesi peti nō pōt ante quàm illuc potuerit accedere, qñ promissor est Romę. Et licet gl. dicat in d. c. licet Heli. quòd in pecuniarijs admonitio est de honestate, nō de necessitate: tñ Lud. de Ro. in suis no. tenet quòd si debitor citat' sine monitione: & cōfiteatur debitū: debet actor cōdemnari in expensis citationis, si poterit, ꝓbare quod nō fuit monitus: quia vt dicit Pan. vbi s. adhuc nō erat in mora: licet in ea per talem interpellationem constituat', vt si fatet' debitū, fiat ei præceptū de solutione. Tamen in cōscientia, si creditor debitum petere non audet ex timore, etiam reuerentialiter vel si debitum ignorat, etiam sine monitione, debitor in mora constituitur, & incurrit pœnam morosi post instans, in quo arbitrio boniviri satisfacere debet, & potest. Aliàs autem in mora nō cōstituitur: quia ex quo creditor debitum scit, & sine omni respectu petere potest, & non petit, videtur consentire dilationi. Et sic intelligē l. in omnibus obligatiōibus. ff. de re. iu. & Theologos
2 in iij. ¶ Secundò quæritur, † vtrum sit in mora qui potest exceptione legitima se tueri? Et dico quòd non, vt est regula iuris in vj. licut dominus qui seruum suum fugitiuum monachum factum intra triennium non requisiuit, dicitur fuisse in mora, qui tamen re vera non est in mora, si potest exceptione legitima se tueri: puta longinquitatis loci. xvij. q. ij. si quis incognitus. Et dicitur exceptio legitima quæ replicatione non eliditur: non legitima verò quæ eliditur: vt si feci pactum de non petendo decem quæ debes: sed metu vel tempore furoris feci si dum repeto excipias de pacto, exceptio eliditur replicatione furoris aut metus. hęc ex Io. An. ¶ Tertiò quæritur, † vtrum sua mora cuilibet sit nociua? Et dico quòd sic. vt est vna regula iuris in vj. sicut si quis est in mora soluendi decimas, illæ pereunt suo periculo, etiam fortuito casu. vj. q. j. decimæ. Et si debitor primò fuit in mora soluendi, & postea creditor in mora recipiendi, vel econtrario, vtrum mora nocet. ff. de vsur. l. debitor. ¶ Quartò quæritur, † ad qđ teneatur morosus debitor vel emptor? Et dico quòd tenetur ad interesse damni habiti & lucri cessāntis, dummodo sit talis persona quæ verisimiliter fuisset iustè lucrata. quod iudex habebit æstimare. Pro quo est tex. in l. ij. ff. de eo quòd certo loco. in fi. vbi dicitur quòd in hoc interesse habebitur ratio lucri cessātis. & idem Imo. in c. sacro. de sen. excom. & glo. in l. curabit. C. de act. emp. & Pan. in c. conquestus. de vsur. vbi refert Pet. de Anch. ita consuluisse, vide j. Vsura. j. §. xvij. ¶ Sed tamen aduerte quòd mora & culpa æquiparantur: nisi in hoc quòd mora est purgabilis. l. si seruum. §. sequitur. ff. de verb. obl. & sic potest intelligi l. si is. in fi. ff. de iur. dot. Vnde si res danda vel restituenda eodem modo apud eum cui danda erat, vel apud dominum erat peritura, non tenetur morosus. l. si. §. j. ff. ad l. Rho. de iac. ne creditor cū aliena iactura lucretur. quod etiā sequitur Fulg. & Mar. an l. quod te. ff. si certe. licet Accur. teneat cōtrarium: sed primum est verius saltem in conscientia de quo j. Restitutio. vij. §. v. paraij. Et si sit habitatio an fuerit peritura, non liberatur morosus: quia interpretatio fit contra eum. l. cùm res. §. fi. ff. de legā. j. ¶ Quinto quæritur, † vtrum mora semel commissa purgari possit? Et dicit Io. And. in regula, mora. in vj. quòd non: vbi dies præfigitur à lege vel canone pœnam imponente: quia pœna semel commissa non purgatur. Et sic intelligenda essent iura, quæ videntur dicere quòd nō purgatur: vt xij. q. ij. longinquitate. ij. q. ij. puella. & de elec. in cunctis. Et hoc est verum, nisi in eadem lege vel canone caueatur quòd eodem casu posset purgari mora, & pœna euitari: & sic intelliguntur iura contraria, quæ videntur velle quòd posset purgari vt xviij. dist. c. j. & de quoniam. & de sup. neg. præl. literas. Pœna ergo semel commissa non purgatur: nisi forte fingeretur quis non fuisse in mora. ij. q. vj. biduum. ¶ Sextò quęritur, † quomodo purgatur mora? Et dico quòd ex celeri solutione ante requisitionem factam: vt no. in d. c. vl. & facit c. cum Bertolduc. de re iudi. & c. ex tuæ. de cler. non resid. & similiter si obtulit post mortem tempore debito: vt in d. §. sequitur. Intellige si obtulit rem integrā qualitate non viciatam: vt j. Restitutio. vij. §. iij.

De Morte, & Mortuo.

1 *Mors quid & quotuplex sit.*
2 *Mors naturalis an sit satisfactoria pro peccatis.*
3 *Mors ciuilis an æquiparetur naturali.*
4 *Mortis periculum quando dicatur.*
5 *Mortuos an liceat spoliare.*

Mors, secundū philosophos, est vitæ priuatio: & mortuus est is, in quo primo vel gratia partis est mors seu vitæ priuatio. Est autē triplex mors. de pœ. di. vl. c. vl. scilicet corporalis, spiritualis, & gehennalis: q. scilicet est etiam

etiam triplex vita, qua quis priuatur, scilicet corporalis, spiritualis, id est, gratia siue charitas vitæ, & beatitudinis, qua quis propriè priuatur solùm post mortem: sicut & propriè tunc est habilis ad illam. Corporalis tamen est duplex, scilicet naturalis, qua quis priuatur vita substantiali, & accidentali, id est, operatione vitali & ciuili, qua quis priuatur accidentali tantum, id est, aliqua operatione vitali, puta propria voluntate, aut cuiusq fruitione, & huiusmodi. ¶ Primòverò quæritur, † quid de morte summariè scripserit S. Tho. in ordine ad mores? Et ex operibus eius dico sic: Pœna mortis in præsenti nō infligitur pro quolibet mortalitate tantum pro inferente damnum irreparabile, vel pro habente horribilem deformitatem. Vnde pro furto non infertur, nisi aggrauetur per circunstantiam grauem, scilicet sacrilegij, peculatus, aut plagij. ij. q. j. q. lxvj. ar. vj. secundū. consuetudo tamen præualuit in contrarium. ¶ Mors sit sanctis meritoria, licet sit pœna, inquantū ea bene vtuntur. ij. ij. q. clxiiij. ar. xvj. ¶ Mors illata, etiam pro criminibus, aufert totam pœnam peccati, vel partem, secundum quantitatem culpæ, patientiæ & contritionis non autem mors naturalis. iiij. dist. xx. ¶ Exponere se & suos mortis periculo pro liberatione personæ per quam ecclesia vel Respublica sustentatur: est laudabile. ij. ij. q. xxxij. arti. vj. ¶ Exponere se morti pro salute animę proximi certa, est præceptum: aliàs verò consilium. iij. di. xxix. ¶ Dolendum est de morte amici, sed moderatè quadrupliciter causa. j. Thessalo. iij. ¶ De morte autem propria maximè tristatur virtuosus: quia priuatur maximo bono, quo maximè dignus est: scilicet vita & virtutibus secundum præsentem vsum: licet quidam gaudeant propter spem beatitudinis. iij. Ethi. vel xviij. ¶ Nullus
1 eripiendus est à morte contra iura. ij. ij. q. x. ar. vij. secundum. ¶ Secundò quæritur, † vtrum mors naturalis sit satisfactoria pro peccatis? Et dicit Sco. in iiij. di. xxj. quòd licet sit necessaria tamen si acceptetur voluntariè, est sufficiens pœna pro omnibus venialibus, & fortè pro magna parte mortalium: & consequenter multo magis violentia: etiam si pro peccatis inheratur. & sic tenet Sum. Ang. contra Rof. & Suppl. Sed S. Tho. in iij. dist. xx. consentit quantum ad violentam, non autem quantum ad naturalem: quia iam quasi versa est in naturam: sicut & originale, quod tanquam pœna consequitur & consentit Sum. Rof. & Supple. & intendit S. Tho. quòd in naturalibus non meremur nec demeremur: licet cōcomitanti ponitur aliquæ volitiones & acceptationes meritoriæ: sicut non est meritoria digestio cibi, licet sit meritorium ex charitate gaudere quòd virtus à Deo data digeratur: quia opus meritorii est in nostra potestate: vt s. Meritū. ¶ Tertiò quę
3 ritur, † vtrum mors ciuilis æquiparetur morti naturali in duplo? Et respondet Gemi. in c. susceptum. de rescri. libr. vj. & Archi. ibidem & do. Ant. in c. licet. de offi. deleg. diffusè. Sed tu concludendo dic: Aut verbum, mors, profertur à iure, vel ab homine. Si autem à iure, in materia stricta & exorbitanti à iure communi: & tunc in dubio intelligitur de morte naturali vt in d. c. susceptum. & in l. ij. §. hæc verba. ff. de neg. gest. & ibi glo. ff. & Bar. Si verò ius, in quo profertur mors, non est strictum, sed extendibile ex identitate rationis: tunc si mors ciuilis habet eundem effectum quo ad id de quo agitur, quem habet mors naturalis, sic æquiparatur: & ita procedit caput placuit. xvj. q. j. Sed si non habet per omnia eúdem effectum, non extenditur, neque æquiparabitur: vt dicit glo. in d. c. quæsitum. & in d. c. licet. Si autem verbum, mors, profertur ab homine: tunc in dubio non æquiparatur: quia verbum hominis, referri debet ad mortem naturalem, vt in l. ex par
te. §. insulam. ff. de verbo. obligat. Ioan. autem xvj. q. j. in cap. placuit. dicit quòd regulariter mortis appellatione intelligitur mors naturalis.

¶ Quartò quæritur, † quis dicatur esse in periculo mortis? Et 4
dico quòd infirmus quotidiana febre: obsessus vbi machinæ iactantur: vel ab hostibus volentibus illum occidere: naufragaturus per loca periculosa: iturus per loca insidiosa: ætate confectus, & huiusmodi: vt patet ff. de dona. cau. mor. lege, mortis causa, cum tribus sequenti. Sed tu dic quòd ista dicuntur exemplariter: regula autem sumitur ex arbitrio boni viri, vt pensatis omnibus circunstantijs is dicatur esse in periculo mortis, qui probabiliter iudicatur esse in periculo mortis. ¶ Quintò quæritur, † vtrum liceat mortuos spoliare? Et di- 5
co quòd nonnunquam tales spoliatores grauissimè legibus puniuntur. ff. de sepul. vio. l. prætor. § aduersus eos. & secundum philosophum in iij. Ethi. latrombus enumerantur. De mortuo resuscitato, vide infrà Resuscitatus.

¶ Mortis articulus. suprà Absolutio, primò. §. v.

Mvlier, vide suprà Fœmina: & quo ad moniales, suprà Abbatissa: & infra Religiosa. vij. §. vltimò.

¶ Mvltitvdo cùm peccat, quid sit, agendum, vide suprà Correctio. §. xiiij.

¶ Mvnvs, vide suprà Gabella. v. inquantum munus est donum, & inquantum est exactio.

Mvrmvratio licet plerunque commemoretur & reprehendatur à sanctis: tamen non est plenè declarata quid sit, & vtrum sit peccatum, vel quale: sed aliqui Doctores dicunt quòd est querela iniusta vel impatiens. Videtur autem sic dicendum: murmurare secundum multos, dictum est per similitudinem ad mutire, quod est proprium mutorum, & loqui non audentium. Vnde murmur aut murmuratio dicitur primo omnis loquutio summissa vel clanculosa, aut secretè & submisè & clanculò facta. vnde & metaphoricè riuus aquę dicitur murmurare. Sed quia talis loquutio frequenter fit iniustè, dicitur secundò querela iniusta: & intellige clanculò & angulariter, & non in faciem facta: quia non est murmur si quis queratur etiam iniustè coram præside. Est autem querela iniusta dupliciter, scilicet ratione obiecti, qua scilicet quærelatur quis de re iusta: sicut Pharisæi de receptione peccatorum à Domino. & ratione modi, quia scilicet licet quis queratur de re iusta, tamen non debito modo, id est, non vbi, quando, & quomodo oportet, vt quia in angulo cum impotentia. vnde & Holkot in dist. murmure eius non ponit iniustitiam, sed impatientiam, dicens quòd murmuratio est querela cum impatientia in his quæ homo debet patienter ferre. Et isto modo murmur est in cōmuni loquutione: sicut religiosus dicitur murmurare, quando aliquid iniustum: quidem patitur, sed tamen non exponit prælato rationem suam, sed alijs, quorum non est ei prouidere. ¶ Igitur murmuratio sumitur tribus modis. ¶ Primò enim est submissa & clanculosa loquutio & sic potest esse cum peccato, & sine peccato: sicut Io. v. dicitur, Murmur multus erat de Christo in populo. & sequitur. Quidam enim dicebant quia bonus est: alij autem non, sed seducit turbas. ¶ Secundò est submissa & clanculosa loquutio querelantis de re iusta: sicut populus Israel murmuravit frequenter contra Deum. Et tertiò ex re iniusta modo iniusto: & his duobus modis est semper peccatū venniale aut mortale, secundum conditionem personarum, circunstantiarū, aut morū. quod generali regula difficile est diffinire. Pœna autem murmuratoris est, vt alienus sit à fratrum visitatione, & opus eius abijciatur. xc. ea. di. alienus. vbi dicit gl. quòd opus clerici præcipuè est oratio: laici verò oblatio. Et sic videtur quòd si sit clericus, debeat in oratione quasi excōmunicatus separatus esse ab alijs: & si sit laicus, non recipiatur eius oblatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

MVTILARE quid sit, & vtrum liceat: vide ff. Homicidium. iij. §. iij. Mutilare enim membrū propriè est illud inutile reddere: sed tamen cōmuniter Doc. capiunt mutilare pro trūcare. Vide amē ff. Corpore viriarum.

MVTVVM signa potest petere sacramenta: & ei danda sunt xvj. q. vj. qui recedunt. & matrimonium potest contrahere, vt suprà Matrimonium. ij. §. vij.

De Mutuo.

MVTVVM est res ex suo vsu consumptibilis penitus, cuius proprietatem quis in alium transfert, recepturus deinde aliam rem non numero, sed eandem specie aut valore: vt si trado tibi pecuniā, recepturus post mensem aliā numero. ¶ Dicitur primò res, quo nomine hic venit etiam pecunia, quæ propriè dicitur pretiū rerū, vt patebit. Et secundò dicitur ex suo vsu cōsumptibilis penitus: quia in his quæ vsu suo nō cōsumuntur penitus, vt est ager, equus, vestis & huiusmodi, nō est mutuū expresse aut per se, vt patebit ff. & patet ff. si cer. pe. l. ij. ¶ Et tertiò dicitur, cuius proprietatem. quia in mutuo transfertur dominiū à dante in accipientem. vnde mutuū dicitur quasi ex meo tuū: quia sōlicet dū illud tibi trado, de meo facio tuū. ff. si cer. per. l. ij. & stat periculo tuo postquā accepisti, si perijt, etiam casu fortuito. C. si cert. pet. l. incendium. Iosti. quib. mo. re cont. obli. §. item. ¶ Quartò dicitur, recepturus deinde: quia si quis statim & de præsenti tradendo rem accipit alia rem vel pretiū suæ rei, nō est mutuū, sed permutatio, aut venditio, vel alius cōtractus, vt ff. Permutatio. ¶ Et quintò, aliam rem: quia si esset recepturus rei pretium, non esset mutuū, sed venditio: nisi & ipsum pretium mutuaretur. ¶ Dicitur sextò, aliam rem numero: quia si esset recepturus eandem numero, non esset mutuum, sed commodatum, vel depositum, vel alius contractus. ff. de contraben. empt. l. ij & d. l. ij. ff. si cer. per. ¶ Et septimò dicitur, sed eandem specie aut valore: iquia mutuū fit dupliciter: aliquando scilicet expresse & tunc regulariter recipitur idem specie aliquando verò tacitè: & tunc recipitur rei valor. vt si dedi frumentum valens decem, recepturus oleum valens decem aut plus: quia ipsum frumentum non mutuatur, sed vendit ur aut permutatur: valor autem siue pretium frumenti mutatur implicitè & virtualiter in tempus redditionis olei. Fallit quod dictū est in mutuo pecuniæ: quia siue reddatur eadem specie, puta argentea pro argentea: siue eadem valore alia specie, vt argentea, p ærea, aut ecōtrariò, semper est mutuū expressum: quia pecunia est inuendibilis formaliter, & si nō materialiter. Itē quia omnis materia monetata vel sic & formaliter sumpta, est in specie eadem, scilicet mensuræ venalium, licet materialiter differat. Vñ valor viginti solidorū est idem specie in auro & in argento formaliter, licet nō materialiter. Dicit aut Azo, & refert ac sequitur Summ. Ang. quòd si detur pondus argenti, & recipiatur pecunia argentea in numero: erit mutuū, quia idem genus redditur, id est eadem species. Ego verò dico ibi esse venditionem: quia rem & pretiū, nec argentū monetatū, vt illud quod in numero cō sistit, est idem specie formaliter cū nō monetato, quòd cōstat in pondere. Consistit igitur mutuū propriè, id est, expresse & per se solum in rebus triplicis generis, scilicet in his quę consistunt in numero, vt pecunia. id est, aurum, argētum, & omne metallum monetatum vel sic, vel in pondere, vt aurū vel argentum non monetatum, & huiusmodi: vel in mensura, intellige continentia, qua grana & liquida mensurantur, ad differentiam mensuræ panni, secundum Rod. vt vinum, triticum, & huiusmodi & generaliter in his, quæ vsu ipso consummantur, scilicet ex toto & penitus: vt d. l. ij. ff. si cert. per. & Insti. qui. mo. con. oblig. in princ. In alijs autem, puta equo, aut veste, vel huiusmodi, non esset mutuum expresse & per se, sed solum implicitè & per accidens, inquantum in his subintelligitur aliquod prędictorum trium, puta in equo pretium, quod in numero constituit: sicut si trado equum, recepturus certo tempore pretium, intelligor mutasse pretiū ipsum. Vnde si quid vltra recipio, vt patebit, est vsura, quæ nō est sine mutuo. Ratio autem horum est: quia de ratione mutui est quòd recipiens mutuum reddat aliam rem, vt dictū est: & de ratione iustitiæ est quòd reddat æquivalentem: quia aliter non esset æqualitas. Æquivalentia autem esse non potest per se in rebus vsu non consumptibilibus, nisi fortè rarò & per accidens: quia asinus non est æquivalens asino, aut equus equo: sed in eis, æquivalentia fit, & cognoscitur per aliā rem, id est, numisma, quod est omnium rerum mensura. Et hi. Sed in alijs æquivalentia neq; est neq; cognoscitur per aliam rem reddibilem pro mutuo, sed per mensuram & pondus & numerum, quæ non sunt res reddibiles, nec aliquid valentes. vnde in illis non est mutuum, nisi per accidens ratione pretij annexi. ¶ Quomodo autem sit dandum mutuum sine spe alicuius vltra sortem iuxta præceptum Domini, vide ff. Vsura. j. Quomodo etiā teneatur mutuare qui pecuniam habet, vel aliud sibi necessarium vel vtile ad negotiandū vel huiusmodi, vide ff. Eleemosyna. §. j. & distingue vt ibi. & ille secundum Sco. in iij. quòd habens pecuniam sibi pro aliquo tempore inutilem, mortaliter peccat si eam nō mutuat indigenti pereuti, faciens contra præceptum naturæ & Christi. Luc. vj. Mutuū date. Quod intellige primò si cursus fit de rehabendo tempore opportuno: aliquin distingue vt supra commodare esset dare, & secundò si indigentia sit circa necessitatem vel decentiam. Vtrum autem mutuo accipiens pecuniā teneatur reddere in eadem specie, ff. Solutio. §. ij. par. v

De Naufragio.

1 *Naufragio erepta an quis restituere teneatur, etiam quæ mox erant peritura. & vo. 2.*
3 *Naufragij timore si detur pecunia domino ne quid rapiat, an debeat restitui.*
4 *Res fluctus an debeant vel ejectæ in mare, quæ quis inuenit.*

NAVFRAGIVM dictum quasi navis fragium siue fractura, est naue fracta, id est, periclitata, rerum corporumq; submersio. l. deprecatio. & per totū ff. ad l. Rho. de nac. C. de naufra. l. ij. ¶ Primò verò quęritur, † vtrum restituere teneatur qui aliquid de naufragio rapuit? Et dico p sic, siue de naui siue de mari aut littore rapiat. ff. de incē. ruin. nau. l. si qs ex naufragio. & d. l. deprecatio. nec excusat à restitutione, aliqua consuetudo, statutum, aut præceptum: sed furtum est. ff. de acqui. re. do. l. qua ratione. in fi. C. de fur. l. rerum. Quin etiam secundum leges si peracta intra annum, condemnabitur ad restituendum quadruplum: post annum verò in simplum: vt in d. l. rerum. & ff. eo. l. j. secundū canones verò si iste raptor sit episcopus vel prælatus aut clericus, deponi debet. de accus. cùm dilecti. el j. vltra prædicta siue clericus sit, siue laicus, nisi satisfecerit, debet excommunicari: imò secundum aliquos est excommunicatus. de raptorum excommunicationi. Sed hæc intellige, nisi navigia exercentes piraticam tyrannidē, vel sint inimica nomini Christiano vel principi. C. de fur. in auth. nauigia. ¶ Secundò quæritur, † vtrum restituere teneatur qui rapuit de naufragio aliquid quod statim erat periturum, puta farinam aut facearum, vel papyrum? Et dico quòd sic, si sine quocunq; periculo vitę talia sumpsit: etiam si dominus aliàs non erat rehabiturus: quia ex charitate tenebitur suffragari. d. cap. excommunicationi. Et sic intellige d. authē. nauigia. & d. c. excommunicationi. iuncta gl. sed tamen debet habere laboris sui mercedem: quia & ipsum dominū, si saluare debuisset, oportuisset satisfacere perquirentibus. Et secundum hoc intellige quę dicit Rod. §. sequen. Si verò sine vitæ suæ periculo eas saluare nō potuit, distinguēdum est. Nam aut te exponendo periculo vitæ, non dico probabili, sed qualicunq;, capit ea bona quæ dominus verisimiliter per aliam viam non erat rehabiturus: & retinere illa potest: quia nō tenebatur cum tali periculo suffragari: imò ipse dominus debuisset velle quòd potius ea prouimus haberet, quàm perirent. Si autem alia via erat ea dominus verisimiliter rehabiturus, vt quia ea tempestas iactasset ad litus, aut alios qui dicto periculo se exponere inuenisset, tenetur restituere, licet debeatur ei præmium pro labore & periculo ad arbitrium boni viri. Si quis tamen simplex de talibus bonis aliquid surriperet, et credens hoc sibi licere vel ex statuto vel ex alia causa, nō videtur peccare mortaliter, nec incurrere excommunicationem dicti cap. excommunicationi. vt patet per dicta suprà excommunicatio. vij. §. xx. Si tamen ab homine fulminaretur contra tales, etiam eo casu quo talia possent licitè retinere, reuerētur saltem relaxare talia bona rapta. Ex prędictis autem respōdēdum est ad hunc casum, qui de facto accidit. Cum enim ex naui periclitanti omnes aufugerent, etiam patronus, vnus post fugā patroni ex capsa eius sustulit mille aureos, eosq; saluauit. Distinguendum enim est, vt suprà. ¶ Tertiò quæritur, † vtrum dominus, qui accepa summa conuenit cum nautis, quòd si naufragium patientur, nullus eos prædabitur, teneatur dictam summam restituere? Et dico quòd restituere tenetur quicquid hac occasione suscepit vel suscipi permiserit nisi spontanea liberalitate donetur, secundum Vernec. cùm alias deberet hoc gratis facere. Si tamē fierent statuti quòd quis tantū reciperet pro rebus quas ex mari recuperaret naufragij, valeret statutum, secundum Sum. Pis. quia hoc, inquit, fit in fauorem naufragorum: vt homines in querendo perdita sint solicitores præmium laboris recepturi. Et idem tenet Rod. & Summa Ang. ac Rosel. licet contrarium teneat Sup plie. & irrationabiliter satis: quia hoc est vtiliter gerere negotium naufragorum. ff. de neg. gest. l. Pomponius. ¶ Quarto quæritur, † vtrum restituere teneatur, qui res factas in mari vel ejectas ex naufragio inuenit? Et dicit Panor. in cap. cum dilecti. de accusat. quod non, si erant p derelictis: quia talia naturali ratione efficiuntur capientis, instituit de rerum diuisi. Si verò nō erant pro derelictis, sed ad euadendū proiectum proijciens remeneat dominus, occupās animo remittendi est fur, vt in glos. dicti cap. cum dilecti. & l. qua ratione. §. vltim. in fin. ff. de acquiren. rerū dom. & est excommunicatus, si non restituit quàm primùm potest. dicto cap. excō municationi. de raptori. Quod intellige, præmissa monitione, vt supra Excommunicatio. vij. §. ex. part. iij. Licet hic post Panorm. teneat Summa Angel. quòd ad Deum non requiritur monitio. Si verò simpliciter accipit, non considerando an essent derelictæ vel ne, excusat à furto: vt est tex. in l. fal fus. §. si iactum. ff. de furt. & ab excommunicatione argu. dicti l. fallus. & eorum quę Panormita. dicit. Quando autem pro derelictis habeantur, Panormita. dicit, vbi suprà, ex coniecturis præsumendum: vt si quis iactauit librum apertum in mare: secus si clausum & inuolutum. de huiusmodi. vide suprà Inuenta. §. primo.

De Nauta, Caupone & Stabulario.

1 *Nauta, caupo, & stabularius de qua culpa teneantur.*

2 *Hospiti vel nautæ commissa pecunia quemodo probetur.*
3 *Hospes an teneatur de pecunia commissa fidelitati clauses domino.*
4 *Hospitio aliquem recipiens vt ciuis, non tenetur vt caupo.*
5 *Caupo an teneatur ex facto sui famuli.*

NAVTA est maior in nau in hoc proposito: & caupo est tabernarius, qui & gaueo, & stabularius est hospes recipies etiam equos. Vnde dicitur nauta, qui nauem exercet, nō autem remiger: vt l. j. eodē tit. §. nautam. & simiiter caupo & stabularius, qui hoc exercent: & ministros, id est, qui vendendis instāt vice eorum: vt in dicta l. j. §. ij. ¶ Primò ergo quęritur, † de qua culpa isti teneantur? Et dico quòd de leuissima, sed non de casu. ff. nautæ, caup. & stabu. l. & ita. §. at hoc edicto. Nec obstat l. j. §. ij vestimenta. ff. depositi. vbi depositarius non tenetur nisi de culpa leui: quia est speciale in istis vt teneatur etiam de leuissima. Quod tamen talis in cōscientia, vbi tenentur solùm de leui. dicta l. & ita quia loquitur in odium talium, qui fraudes facere cōsueuerunt, vt ibi pater. §. at hoc edicto. & consequenter fundat se super præsumptione: & sic locum non habebit in conscientia, iuxta dicta suprà. §. ix. nisi specialiter accepisset mercedem pro custodia: vt suprà Locatio. §. xvij, vel nisi quādo res custodiam diligentissimam requirebat: & scienter in custodiam est suscepta: quia sic tenentur de leuissima. ¶ Secundò quæritur, † quomodo probatur datum talibus in pecunia? Et dico q̄ si consueuit portare talem quantitatem pecuniæ: tūc creditur iuramento suo aliàs non, nisi quatenus probet. ar. ff. de re milita. l. si non omnes. §. à Barbaris. quia talis debet numerare pecuniam in conspectu hospitis. ff. depositi. l. j. §. si cista. ¶ Tertiò quæritur, † vtrū nautæ & prælati dantes domino deponenti clauem cameræ excusentur si res pereant? Et dico secūdum glo. in l. debet. ff. naut. æ. caup. & stabu. §. item si prędixerit, quòd si à principio dedit claues, & prædixit quòd nolebat teneri, excusatur: aliàs secus. Similiter tenetur quando à principio, non dedit claues, sed postea, licet p̄dixerit: per l. sicut. C. de action. & oblig. nisi ille expresse cōsentisset vt le eum teneri. ¶ Quartò quæritur †, an prædicta habeat locum in eo qui hospitatur aliquem non tanquam caupo, sed tanquā ciuis, siue mercede: sicut quando rex veniens ad aliquā ciuitatē distribuit suos per domos? Et dico quòd nō: vt l. si mensor. ff. si mensor falsum modū dixer. & ar. ff. de alea. l. j. §. item notandum. vnde si gratis facit, tenetur solùm de dolo & lata culpa. ¶ Quintò quæritur specialiter, † an caupo teneatur ex facto sui famuli? Et dicit Ioan. de Ana. in cōsilio secundò incipiente, in Christi nomine: concludendo quòd p iniuria reali & damno dato in rebus potest hospes agere cōtra cauponem: vt l. licet. §. possumus. ff. naut æ, caup. & stabu. sed de vulnere illato per famulum caupo non tenetur quo ad expensas vel interesse. Pro quo videtur tex. iuncta glo. in dicta l. licet. §. idem dicitur, in verbo, sed si damnū. & in l. debet. eodem tit. in princ. vbi glos. exponit factum, id est receptum: quasi velit dicere quòd non teneatur, nisi de recepto. Pro quo etiam facit quod non est eadem ratio: quia vix poterit fieri damnū in rebus quin hospes sit in aliqua culpa saltem leuissima: quia potuisset diligentius custodire: non autem si est in delicto in persona: quia obstare non potest quin famulus, si velit, occidat aut verberet hospitem. Adde autem secundum eundem Ioan. quòd sunt quædam personæ quæ regulariter tenentur ex facto & delicto familiæ suæ: vt sunt publicani, nautę, caupōes, & stabularij, & similes. Aliæ autē personæ ita demum tenentur, si aliqui de familia deputētur ad certum officiū, & in illo delinquant: quia tūc dicitur paterfamiliās esse in culpa deputando insufficientem. Ista est communis opinio docto. in l. j. §. familiæ. ff. de publi. ¶ Et fa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciunt hæc ad casum qui de facto accidit. Nurus accendit noctu lucernam ad custodiã infantis: & ea negligenter omissa sequitur est duarum domorum incendiũ. Quærebatur an socer vel paterfamiliâ teneretur ex facto suæ nurus? Et cõcludit ex prædictis Ioã. de Ana. in cõsil. vij. incipiẽte, in nomine sanctæ Trinitatis. quòd non: quia iste non deputauit illã ad hoc: sed gubernationi liberorum, quæ est de iure naturali. Præterea ista culpa, quę præsumitur contra habitantes, ex incẽdio, iudicatur leuissima, vt voluit gl. Inst. quibus modis re contra. ob. §. præterea. & ista nõ est imputabilis: vt voluit Salic. in l. si vendita. ff. de peric. & com. rei ven. & Bald. in Lin iudicio. C. de loca. vbi propriè loquitur de lucerna. Vtrũ nauta possit res suas præferre depositis, quãdo vtrasq; saluare nõ potest: vide suprà Cõmodatum. §. xij. Vtrum etiam teneatur si res meas transtulit in aliam nauim, & perijt: vide suprà Locatio. §. xvij. Verum etiam possit nauigare per omne flumẽ & vti arboribus in ripa existentibus: intra Piscari.

NECESSITAS loquendo iuridicè est triplex. Prima scilicet absoluta, quæ est eius, sine quo vita corporalis sustentari non potest: vt ea quæ est alimenti. Secũda est opportuna, id est eius, sine qua vita commodè sustetari non potest, vt ea quę est eorum, quorũ priuatio incommodat notabiliter. Tertia est proficua, id est eorũ sine quibus vtiliter vita nõ sustentatur, puta librorum pro studio. Illud autẽ quod dicitur in c. licet. de ferijs, necessitas facit licitũ, & legi non subijciuntur est verũ de prima necessitate, quando illud, quod contra legem est, non malum de se, puta quia ex aliqua circunstantia potest licitè fieri: quia tali necessitate occurrente non requiritur alia dispẽsatio: sed authoritate ppria potest quisque contra legẽ venire. Est etiã verum, secundũ aliquos, de secunda: modò fiat aliqua recompensatio: sicut dicit do. Ant. in c. j. de fer. quòd licet doctoribus consulere pro forensibus in die festo, modò per aliquam eleemosynam recõpenserur. & facit glos. in c. presbyter. in verbo, denarium. lx xxij. dist. & melius d. c. licet. Quod limita extra cõtractus, & quando superioris authoritas de facili haberi non potest aliter nõ esset mutuum. In tertia verò necessitate omnino requiritur dispensatio aliter non fieret licitum.

NEGLIGENTIA, propriè vtendo vocabulis, est defectus circa interiore actũ voluntatis, qui est electio, nõ quidẽ actus, sed circũstantiæ. vnde secundũ Isid. in lib. Etymo. negligẽs dicitur quasi nec eligẽs. Pigritia autem est defectus circa executionẽ exterioris operis. Desidia verò est defectus circa cõtinuationẽ boni operis, à desidẽdo dicta. Torpor autem est defectus circa feruorẽ executionis operis dum tepidè fit bonũ. Inconstãtia verò est defectus circa stabilitatẽ voluntatis. Omissio autem est defectus circa actum debitum fieri: sicut negligentia est defectus circa circũstãtiã, puta tẽporis, loci, & huiusmodi. Vide Arch. si vis. ij. parte tit. ix. c. iij. Largè verò sumendo vocabula, negligentia est omissio alicuius quod fieri debet & potest. Vñ negligentia sine mora esse nõ potest. de elect. c. vlt. & de con. præben. quia diuersitatẽ. & no. in c. si cõpromissarius, de elec. lib. vj. Nomine igitur negligẽtię simpliciter venit leuis & leuissima culpa, vt patet in c. præallegatis. & facit xxviij. di. de Syracusanę &. c. cũ ex eo. in fi. & c. cõmissa. §. porro. de ele. lib. vj. Et hoc quãdo quis tenetur de culpa leui & leuissima aliâs nõ. Nomine verò negligentiæ dissolutæ venit lata culpa. Vnde ff. mãda. l. si fideiussor. in prin. dicitur, Dissoluta negligẽtia, ppriè dolus est. id est, lata culpa. & idẽ venit nomine negligentiæ, vt ff. de act. & oblig. l. j. §. iv quoq; apud. vbi est tex. quasi apertus. Aliquãdo verò includit dolum, scilicet cùm lex imponit negligenti diuersam pœnam à delinquẽte: quia tunc sub negligente includit dolosam negligentiam, vt no. Gem. in d. c. si compromissarius. ¶ Quomodo autem & quando negligentia sit peccatũ mortale, Sum. Ang. inmixa hæc falsæ opinioni quòd trãgressio legis humanæ præceptiuæ sit peccatũ mortale solum ratione conceptus aut consuetudinis: de quo 3. 1. eiunũ §. viij. & 3. Inobedientia. & 3. Lex. §. viij. dicit quòd negligẽtia est mortale, si ex ea omittatur ea, ad quæ quis tenetur ex præcepto vel officio de iure diuino in his, in quibus versatur notabile dãnum sibi cõmissorum: non autẽ in his, quæ de iure positiuo solum, nisi includatur dolus vel contemptus: intelligẽ vel interpretatiuus, qui est cõsuetudo secundũ eum. Sed secundũ S. Tho. ij. ij. q. lxxj. & Supple. & mentẽ Ro. negligentia dupliciter potest esse peccatũ mortale. Primò si id qd omittit ex negligentia, sit de necessitate salutis, id est, cadat sub aliquo præcepto, siue sit actus, siue circũstantia. Secundò, si voluntas intantũ sit remissa circa ea, quæ sunt Dei, vt totaliter deficiat à diuina charitate: quod præcipuæ cõtingit, quãdo negligentia sequitur ex contemptu. Si autẽ negligentia non sit circa aliquid de necessitate salutis, nec ex contemptu, nõ est mortale. suprà Medicus. §. j. infrà prædicator. Videtur autẽ velle Arch. in ij. parte. tit. ix. c. iij. in fi. quòd negligentia quãdo est ex cõsuetudine sit mortalis: sicut si quis consueuit horas non dicere solicitè & deuotè. Sed ego dico quòd consuetudo id, quod de se est veniale, numquam facit mortale: vt patet ex dictis suprà Ebrietas. Vnde si ista negligentia consueta esset circa omissionem horarum, esset mortalis: secus si circa omissionem deuotionis in dicendo horas: quia illa deuotio non est sub præcepto. Potest tamen hoc idem esse aliquo modo veniale circa religiosos: vt infrà Religio, primò. §. xij. in fi. De negligentia iudicis laici supplenda per ecclesiasticum, suprà Iudex. j. §. iij. De negligentia circa conferendi beneficia ecclesiastica suprà Beneficium, secundò. §. vj. Et ibi etiam de negligentia prouidendi in ecclesia cathedrali, vel regulari. De negligentia prælati, infrà Prælatus. §. iiij.

De Negotio, Negotiatore, & negotiatione.

1 *Negotiatio an sit licita.*
2 *Mercatio quot modis reddatur illicita.*
3 *Negotiatio quæ sit illicita, et negotiatores expellat de templo Dei.*
4 *Assecurationes, quæ fiunt à mercatoribus, an sint licitæ, & quis contractus ille sit. & num. 5.*

NEGOTIVM dictum est quasi negans otiũ. de verb. sign. forus. §. constat. & cõsequenter ex ipso nomine importat prinationẽ otij: & significat actũ omnium. eti otiũ repugnat: puta actus regiminis ciuitatis aut domus. secundũ quòd dicuntur quædã negotia publica & quædã priuata: & similiter actus commutationum ordinatarum ad lucrũ, qui maximam solicitudinẽ requirunt. Est igitur negotium communi actus humanus practicus, qui vulgo exercere dicitur: specialiter, autẽ vt nunc principaliter intenditur: negotium est commutatio vel permutatio lucrativa, id est ad lucrum ordinata. Et idem significat negotiatio, sed alio modo, id est, in abstracto. Et idem similiter significat mercatio vel mercantia: sed differt vox: quia negotium a negatione otij dicit: & mercatio à mercatu vel mercato, id est, à cœmmutantiũ, vel à loco, in quo fiunt commutationes. ¶ Negotiator autem in communi est qui actum practicum exercet siue qui vacat alicui exercitio. Specialiter autem, vt principaliter intenditur, est is, qui negotiationem, id est, commutationem lucrativam exercet: siue, sub alijs verbis, est, qui rem comparat, vt integram & immutatam vendẽdo lucretur, secundum Io. And. post Arch. & Christo. Secus si emeret vt esset sibi materia aliquid inde operandi: vt dicit Chryso. lxxxviij. di. Leijcieus. Secus si emit vt vendat diuitsam aut mutatam. de quo vide 3. Emptio. §. ix. & idem penitus significat mercator: vnde vnovocabulo pro alio, indifferẽter doc. vtuntur. ¶ Quotuplex autem sit negotium, & quomodo clericis sit illicitum vel licitum, dictum est 3. Clericus. iij. §. j. ¶ Negotiatio autem quantum ad materiam circa quam, est triplex. Prima scilicet pecuniæ ad pecuniam, quæ dicitur cambium. de qua specialiter j. Vsura. iiij. §. j. & secunda pecunię ad rem quæ dicitur emptio, de qua. inquantũ ibi includitur emptio & venditio, dictum est specialiter. §. 2. Emptio. §. x. Tertia est rei ad rem, quæ dicitur permutatio, seu vulgo baratum. de qua specialiter j. Permutatio. Quantum verò ad finem est duplex, vt j. §. j. ¶ Primò verò quæritur, † vtrũ negotiatio de se sit licita vel illicita? Et dico ex Archid. post S. Tho. ij. ij. q. lxxvij. ar. iiij. quòd commutatio, quæ scilicet est de ratione negotiationis, est duplex secundum Philosophũ. j. Poli. Vna scilicet quasi naturalis & necessaria, scilicet rerum ad rem vel ad pecunias propter necessitatem vitæ, quæ propriè non ad mercatores, sed ad œconomos & politicos pertinet: qui habent prouidere familiæ aut ciuitati de necessarijs. Et alia de nationũ ad denarios; vel rerum ad denarios: adde vel ad res: non ad necessitatem vitæ, sed ad lucrum consequendum. quæ propriè dicitur negotiatio. Prima igitur, secundum Philosophum, est de se laudabilis: quia habet honestum finem: cùm deseruiat necessitati vitæ licet in ea possint diuersa peccata committi, quæ sunt hominum vitia, & non artis in se. Secunda verò considerata secundum se habet quandam turpitudinem, inquantum de sui ratione non importat necessarium vel honestum finem, sed quantum est de se, deseruit cupiditati lucri, quæ terminum nescit, sed tendit in infinitum: potest tamen fieri licita, si mercator ordinet lucrum ad aliquem finem honestum vel necessarium: quia illud lucrum, & si in se non importet aliquem finem honestum vel necessarium: nihil tamen importat in sui ratione vitiosum contrariam rationi: vnde ordinari potest ad finem honestum & necessarium: puta si negotiator illud ordinet ad sustentationem decentem sui & familiæ, aut subuentionem pauperum, aut publicam vtilitatem, ne scilicet desint patriæ necessaria ad vitam, & inde lucrum expetit non quasi finem, sed quasi stipendium laboris. ¶ Secundò quæritur, † quot modis mercatio reddatur illicitas? Et dico quòd multipliciter secũdum Ray. & Alex. in tertia parte. & Innoc. in c. j. ne cle. vel mo. & Pan. ibidem. ex quibus colligitur quòd est illicita sex modis. ¶ Primò, ex causa seu fine, quando scilicet fit propter auaritiam, id est, improbam cupiditatem diuitiarum, vel alium malum finem: & tunc est peccatum veniale aut mortale eo modo quo ille finis. ¶ Secundò, ex persona puta si sit clericus, & à fortiori religiosus: vt 3. Clericus. iij. per totũ. laicis autem est licita regulariter. ¶ Tertiò, ex tempore: vt si fiat die bus festis: quia est opus seruile. de hoc vt 3. Dñica. §. iij. quod tamen secundũ Pet. de Pa. fallit in nundinis scitis & toleratis, si diuina non omittantur: secus si nundinæ essent prohibitæ. ¶ Quartò, ex loco: quia in loco inhonesto & suspecto non debet qs negotiari, seu etiã cõuersari. ff. de arbi. l. si cũ dies. Satbiter. lxxxj. di. in omnibus. xxvij. q. j. si quis sacro. similiter neq; in ecclesia. xvj. q. viij. & hoc diximus: imò hoc esset mortale, nisi magna necessitas excusaret. de imm. eccl. decet domũ Dei. li. vj. iuncto c. relinqui nolumus. de cn. euch. Quod intellige si quid notabile fiat: secus in modico, & cũ strepitu verborũ ac intentiõe luerãdi: secus sine verbis, & cũ intentio nẽ satisfaciendi honori diuino, & fidelium deuotioni principaliter, vt in candelis: licet fortè secundariò intendatur aliquod lucrũ, sine quo tñ hoc fieret, si vendens securus esset de sua indẽtitate: vñ laici, qui eas ꝓsumunt vendere vt lucrent, extra ecclesiã vendere coguntur. ¶ Quintò, ex modo. puta quia exercet dolosè vel cũ mendacijs & periurijs. ¶ Sextò, ex commercio, qñ scilicet illud est reipublicæ damnosum: sicut cùm quis totũ granum aut omnes merces emit, vt coactis alijs à se emere vendat suo modo. Et idem est quoties quæritur lucrum immoderatũ, de emp. & ven. c. j. quod arbitrio boni viri limitandum est, secũm gl. Ray. Et similiter secũm Arch. idem est qñ omnes conueniunt vt certo pretio vendant, vel vnus solus vendat tale quid: nisi pretiũ esset cõueniens. Consiliũ autẽ est Host. quòd taxatio pretij fiat per episcopũ: sed hoc est cõsiliũ: si tñ per ipsum vel melius per rectores ciuitatis taxaret secũm Arch. posset carius vendi sine peccato. ¶ Septimò, ex cõsortio: vñ qui societatem habet cũ negotiatore, quem scit malæ conscientiæ, tenet secundũ Arc. soluere societatem si potest scilicet comodè: vel si nõ põt, protestari quòd de illicitis lucris participare nõ velit. ar. ad. lxxij. error. &. c. facientes. & super hoc debet inquirere, nec talia & non excusat ignorantia laboret. ¶ Nõ est autem necessariũ quòd lucrũ inde per hos modos quæsitũ restituat aut pauperibus detur, licet ste consiliũ secundũ Doc. quod fallit primò si quis iniustitiam cõmisisset circa pretiũ iustũ in plus vendendo, vel in minus emendo. & tcdò secũm Ro. si quis fiat causa excrescentiæ pretij emendo totũ aliquid vt carius vendere et: quia tenet læsis, si aliàs dãnũ illud nõ euenisset: & ratio, quia fuit causa dãni iniustè. ¶ Tertiò quæritur, † quæ sit negotiatio sic illicita quòd sit mortale, & negotiatorem expellat de templo Dei. Et dico quòd est primò illa, quæ est cũ periurijs, vt patet. Et secũdò ea, quæ cũ mendacijs perniciosis, id est, ordinatis ad decipiendũ in aliquo notabili, vel etiã in modico, si adsit animus decipiendi in magno, secũm Arc. secus si fiat ad cõseruandã indẽtitatem vendentis, siue ad vendendũ iusto pretio, aut ad decipiendũ in aliquo modico, cũ animo nõ decipiendi in magno: quia est veniale secũm Ray. licet Host. falsò dicat esse mortale, si assiduè fiat: sumens exemplũ de ebrietate. sed nõ est verũ: quia veniale de se quãtũcunq; multiplicet & cõtinuet, nũquã fit mortale. ij. ij. q. cl. ar. ij. Nec est simile de ebrietate, quæ de se est mortale si sciens admittat sine necessitate: quã scientia assidue accreuit. Et tertiò illa quæ est cũ intentiõe finali in lucro, ponendo, scilicet ibi finem vltimũ quod tũc est, cũ illud sibi Deo charius: ita quòd quis Deũ per mortale cõtemneret vt lucrũ nanciscatur. Et quartò generaliter, ea, quæ est cum emptione aut venditione quæ sit mortale. de quo vide 3. Emptio. ¶ Quartò quæritur, † vtrum licitæ sint assẽcurationes quæ plerũq; fiunt à mercatoribus, licet non sint mercantiæ? Et dico hoc fieri tripliciter. ¶ Primò scilicet in mercibus. vt cùm qui mittit aut expectat merces per mare vel loca periculosa, & timet de submersione vel præda, & spondet alicui quinq; vel sex pro centenario vt ille eum assecuret, id est, se obliget omnia soluturum si perierint. Et dicit Arch. hoc licite fieri, & assecurãrem posse dicta quinq. vel sex lucrari, si res saluæ fuerint ratione periculi: quia ibi non est mutuum, vt patet: nec turpe lucrum, cùm non inueniatur prohibitum hoc, & hominum vtilitati deseruiat, vt experimur. Nec obstat cap. nauiganti. de vsur. vbi vsura est, si is, qui suscipit in se periculum mercium, & inde aliquid percipit: quia, vt not. Io. Calde. illud est quando percipit ratione mutui facti mercatori, non ratione periculi. ¶ Et secundò fit in pecunijs: & hoc dupliciter, scilicet eo modo quo de mercibus dictum est, cùm deferuntur cum periculo: & est idem iudicium, vt ibi: & rursus cùm quis satisdat pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

eo,qui eas mutuo accipit grauiter vel sub vsuris , de quo timetur quòd fallat:& pro tali satisdationevultvnum vel duo pro centenario.& hoc Arch.post Lau.de ri.si ille accipiens non erat omnino securus:dicit ratione periculi: sed si esset omnino securus,vt quia habet in bonis,non videtur lucrum esse tutum:quia videtur implicitum mutuum , & esset vsura manifesta,si idem esset mutuator & satisdator.Ego verò dico quòd nullus potest esse ita securus quin possit aliquod incommodum seruenire periculum,vel saltem aliqua difficultas & labor in rehabendo:& ratione huius potest aliquid percipere plus aut minus secundum periculi & rei qualitatem.Et tertiò sit in personis:& hoc dupliciter,scilicet per saluum conductum personale:& pro hoc licitum est aliquid accipere, modò ,pmissa seruentur:&cùm certatur super futura morte aut vita alicuius,& vnus obligat se ad decem danda si tali tempore nõ fuerit viuus:& similiter alius si eodem tempore nõ fuerit mortuus:& secundũ Arc.hoc lucrũ licitum nõ videtur:quia nulli vtilitati,sed soli cupiditati deseruit, & potest dici turpe lucrum:& datur via ad mortem optandam alicuius:&paupe ribus erogandum est.xiiij.q.v.habetis.de consilio tamen, vt dicit,non de necessitate.Et idem dicendũ dicit de omni cõtentiõe facta inter quoscunq; de quocunq; euentu,vel euiuscunq; reiveritate,quæ à quibusdã dicitur inuadiatio:&omne tale lucrũ videtur turpe:vel saltem dic esse vanũ. ¶Quintò
5 quæritur,† quis contractus sit in assecuratione & alijs dictis in §.priore.? Et dico quòd excepto casu cautionis pecuniæ mutuatæ,in alijs non est ludus:quia nõ ordinantur ad totũ, sed ad lucrũ.Est aũt in assecuratione rerum & pecuniarũ delatarum cõtractus innominatus,de quo habes ſ. Cõtractus. §.iiij.& similiter in alijs enumeratis:quia ad hoc quod est do vt facias,reducitur do si facias:vel do si fiat,vel si erit, vel si fit,vel si est.licet dici possit in assecuratione rerum delatarum esse locationem rerum conducendarum securè.

NEOPHYTVS dictus est quasi nouus in fide:à neos nouum,& phytos fides.xlviij.di.quoniam.& talis prohibetur ordinari etiam ad minores ordines,vt ibi:vbi & causa redditur:imò & tonsurari.arg.xix.q.iij.monasterije. dicitur etiam & nouus in religione per trassumptionem:vt ead.dist.xlviij.sicut.de quo infrà Religio,quintò,per totum.

¶NECROMANTIA.Vide suprà Superstitio.

NOMINATIO propriè dicitur esse vnus modus prouidendi in ecclesijs vacantibus. Sed sciendum est quòd est triplex,secundum Panorm.in c.quia sicut.de elec.vna scilicet non solennis:vt quando ante scrutinium interelectores aliquis nominatur tanquam bonus & sufficiens:quæ non tribuit ius nominato : sed solùm proponitur in collegio vt eligatur si placet.Alia verò est,quæ fit in scrutinio electionis,intellige vt dicendo,eligo talem,&nomino talem:per quam non acquiritur ius.ar.cap. si tibi absenti.de præben.lib.vj.Sed tamen publicato scrutinio non potest nominans variare,si dignum nominauit . prius autem videtur posse:vt in c.publicato.de elec.Alia verò est solennis,quæ secundum Host fit quando duo vel tres,qui sunt solenniores in capitulo vel alibi nominantur papæ : adde vel superiori, & per collegium petitur vt de aliquo eorum prouideat:& per hanc quodam modo acquiritur ius nominatis secundum Summam Ros.sed Pan.ibidem tenet contrarium: licet non possint nominantes variare† postquam est superiori nominatio præsentata,secundum eundem Panor.& Host.in cap. bonæ.el primo.de electio.De numero autem vocum videtur hic dicendum,sicut infrà de postulatione.§.ij.

NOMINATIM idem est quod nomine nominato: sicut dicitur quis expressus aut vocatus nominatim , si hoc fiat eius nomine expresso.Igitur secundum Inno.in c.in Lateranensi.de præben.interdicti nominatim dicuntur, qui interdicti sunt expresis nominibus proprijs , & similiter omnes de ciuitate vel castro,si illa vel illud interdicitur,id est, homines illius.secus autem si excommunicatur Petrus cum suis fautoribus:quia fautores non sunt excommunicati , nisi de fauore notoriè constaret.Hoc autem dictum Inno.intelligo sic quòd prolata excommunicatione vel interdicto sub aliquo nomine,puta talis populi aut fautoris talis rei vel personæ, excommunicatvel interdicti sunt nominatim omnes quibus illud nomen notoriè conuenit:sicut si interdicitur populus,omnes,quos,notoriè siue per certitudinem indubitatam constat de illo populo esse:non autem alij.Et si interdicuntur vel excommunicantur alicuius fautores,omnes quos notoriè constat esse fautores.Sed Pan.in eo.c . dicit contra Inno.esse gl.in cle.j.de vi.& ho.cle.in verbo,nominatim,id est,proprijs nominibus expresis.Sed illa glosſ. per nomina telligit ipsa nomina & circumstantias indubitabiles,quæ vicem habeant proprij nominis.quod patet per similem gl.in c.constitutionem.de sent.excom.libr.vj.quæ habet in verbo nominatim,id est,proprijs nominibus expresis, vel aliis indubitabilibus circumstantijs, quę habeantvicem proprij nominis. Pan.autem ibi nititur concordare prædictas opiniones:& dicit quòd vbi agitur de pœna incurrenda ipso facto, non dicitur quid fieri nominatim,nisi exprimatur ipsum proprium nomen:quia hoc importat etymologiavocabuli.&in istis odiosis non est recedendum à propria significatione verborum:vt in c.statutum.de elec.lib.vj.nisi circumstantiæ fiat ita expressæ & strictæ quòd ex toto vicem proprij nominis importent & facit lex ij.ff.de lib.& posthu.& Iusti.de exhæredi.§.nominatim.& in l.quoties.§. si quis nomen.ff.de hæred. instit.& l.certum.ff.si cert.peta.vt puta si dicatur,filius Petri, qui scilicet vnicum habet filium,& huiusmodi . Si verò non agitur de pœna incurrenda ipso facto:tunc etiam dicitur nominatim expressus,qui per circunstantias non sic strictas est expressus.Et sic intellige Inno.cùm dicit quòd interdicta ciuitate,id est,populo eius, &c.Et ad glo.in c.à nobis . el j.de sent.excom.quam videntur sequi communiter Docto.quæ dicit quòd dum dicitur,quisquis furtum fecerit,excommunicatus sit:omnes nominatim intelliguntur excommunicati, qui furtum fecerunt,tanquam expresis proprijs nominibus. Summa Angelica dicit dicendum quòd intelligitur quòd ita sunt excommunicati,quasi nominatim fuissent expressi: non quod dicantur nominatim excommunicati. Sed quia glo.expresse dicit quòd intelliguntur nominatim excommunicati:tu dic quòd loquitur quando constat notoriè aliquem sine certitudinaliter furtum admisisse.

¶NOTARIVS,infrà Tabellio.

De Notorio.

1 *Notorium in genere quot modis sumitur.*
2 *Notorium factiquotuplex est.*
3 *Notorium iuris quatuplex est.*
4 *Notorium facti an efficiat notitia decem virorum.*
5 *Notorium qualiter probetur.*
6 *Notoria an exigant ordinem iuris.*

NOTORIVM dictum à noto, quod est signo vel demonstro,est aliquid adeò intricatum,quod secundum Io.de Lig.&do.Ant.multi de notorio loquuntur quid sit notorium ignorantes:&,vt videtur,importat euidentiam rei alicuius talem,quòd sine tergiuersatione notari possit. ¶Primò ergo quæritur.† quot modis sumitur notorium in genere ? Et dico quòd aliqui dicunt quòd notorium dicitur

tur dupliciter,siue est duplex, scilicet iuris & facti : quidam verò quòd est triplex, scilicet iuris facti & præsumptionis: quidam etiã notorium iuris diuidentes in duo , scilicet confessionis & conuictionis.dicũt quòd est quadruplex,& ratio horum patebit ex dicendis.Dico ergo quòd in genere dicitur duobus modis.Primò,scilicet impropriè,vt est aliquid notabile nõ in se,sed in alio: quod tamẽ de se nõ facit euidentiã talis rei,sed tolũm ex ordinatione iuris.& sic notoriũ dicitur præsumptionis.& secundũ Pan.in gl.& in c.vestra. de cohabi.cle.& mu.& Arch.est illud quod ius euidenter præsumit ex alio notorio:sicut quis habetur publicè & notoriè pro filio alicuius ex cõiecturis inductis à iure.Et secundò propriè,vt est notabile in se.& hoc dupliciter.Quoddã enim est notoriũ facti:& secundũ Arch.post gl.ij.q.j. de manifesta. est illud qđ exhibet se & offert oculis omnũ,id est,quod ita habet euidentiã facti quòd negari nõ potest,scilicet probabiliter.d.c. vestra.quod & intellige quòd habet euidentiã in se,vt quia videri potest:vel in alio,quod de se arguit illud,& nõ solũm ex dispositione iuris,vt fornicatio sacerdotis videtur in argumentis gradientibus super terrã.Vel vt in d.c.de manifesta. not.Arc.est illud,cuius populus est testis,& nõ est locus inficiationi.xv.dist.c.in sacerdotibus.de coha.cle.tua.ff.de ritu nupt.l.palã.in princ.Vel,vt dicit Pan.vbi suprà , est clara & famosa loquutio ex euidẽtia rei surgẽs,quæ tergiuersatiõe aliqua celari non potest:vt probatur in d.c.tua.& c.euidẽtia. de accus.Duæ primæ diffinitiones dantur de isto notorio in se:tertia verò de eodẽ,vt est in suo effectu, id est, hominum loquutione.Sed hoc est notandum secundũ Pan.vbi ſ.quòd notorium,intellige facti,ex tribus caute:ur ex scientia hominum scilicet nõ paucorum,& ex loci ac tẽporis qualitate, ita scilicet quòd nõ fiat nocte vel in loco secreto. Circa qđ tñ secundũ Cal.discretus iudex ex circũstantijs arbitrabitur factũ esse notorium vel non esse. Quoddã verò est notoriũ iuris:& secundum Panorm.vbi suprà, est spontanea confessio,clara probatio,iusta,indubitata & irreuocabilis diffinitio.Sed ista diffinitio est,generis per suas species, vt patebit §.iij.Ideo tu dic quòd notorium iuris est id,quod est notorium in actu iuridico,id est,in iudicio. ¶Secundò quæritur, 2
specialiter,† quotuplex est notorium facti.Et dico quòd hoc notorium potest diuidi dupliciter,scilicet ex parte facti notorij,& ex parte eorum quibus est notorium. ¶Primò modo intelligo Panormitanũ vbi suprà, & Archidiacon.post glosſ.vbi suprà,scilicet quòd notorium facti est triplex.Primum est facti permanentis:vt quod palatium dominorum fit in platea.& sic dicitur notorium quasi res nota omnibus volentibus illam videre.Pro quo authẽti.qui semel. C.quomodo & quando iud.& cap.euidentia.de accusatio.Secundũ est facti transeuntis,& nõ redeuntis:vt si in conspectu populi fit aliquis interfectus.similiter vox præconis: quia huiusmodi factum notorium est pro tunc,non pro nunc:& sic intellige quod not.glo.in dicta authen.qui semel.Tertium est facti interpolati:secus eius qui paratus est mutuare ad vsuram.& meretricis:quia nec ille semper mutuat,nec semper illa peccat.Barto.autem post Iaco.de Butrio in l.ciues.C.de appel.dicit notorium esse quod habet actum permanentẽ: vt quod palatium dominorũ est in platea.Quæ autem munquam habuerunt actum permanentem,vt vox præconis , & huiusmodi , transire non possunt in notorium , sed bene in manifestum. Sed primum est melius: alioquin non daretur notorius fornicator. Si verò diuidatur ex parte eorum quibus est notorium:sic aliquid dicitur notorium in monasterio parochia,vel terra,aut prouincia:& generaliter in omni congregatione decem personarum.de quo vide infrà §.iiij.

¶Tertiò quæritur,† etiam specialiter, quotuplex est noto- 3
rium iuris? Et dico quòd est triplex , scilicet illud,de quo qs est condemnatus in iudicio,vel conuictus,vel sponte confessus:quia,vt dicit Panor.vbi suprà,ex sententia in iure facta oritur notoriũ,nec potest amplius retractari: vt in d.cap vestra.& ea.fin.& in cap.cum inter.de re iudi.similiter ex probatione clara & indubitata:vt in cap. cum olim. de vsurarijs significat.& ex spõtanea confessione:vt in dicto cap.vestra.

¶Quartò quæritur,† vtrum ad notorium facti requiratur 4
notitia totius populi vel maioris partis:aut certè sufficiat notitia decem virorum? Et dico de hoc fuisse opiniones, quibusdam dicentibus quòd requiritur scientia totius vel maioris partis populi:alijs verò econtrario quòd sufficit scientia decem personarum.pro quo sciendum est quòd decem personæ plebem faciunt,vt patet in tex.& glo.i.x.quæstio.iij.vnio & secundum glosſ.Ray.faciunt populum.& ideo vbi est adunatio decem personarum,potest oriri notoriũ,vt patet glosſ. in dicto cap.de manifesta.vbi autem pauciores sunt non potest oriri:vt dicit Panorm,in dicto cap.vestras. Glos.ergo in dicto cap.de manifesta.dicit sufficere notitiam decem hominum:mota quia hic numerus plebem facit. Panormitanusverò vbi suprà dicit non requiri scientiam totius populi, sed totius vicinæ vel maioris partis.ita quòd non sint minores,id est,pauciores decem.quod Summa Angelica intelligit quasi nõ sint pauciores decem illi,qui sciunt:sed male: quia illa intelligit,siue intelligere debuit, quòd nõ sint pauciores illi de vicinia.Vnde Supple.& Summa Rosel.habent alium sensum:vt sufficiat scientia omnium vel maioris partis eorum qui sunt in aliquo loco,scilicet villa,vel parochia: etiam,inquiunt si ibi non sint nisi decem personæ:& sic conlequẽter sufficit si sciant sex:quia eo casu testis est populus,cum sit testis maior pars populi. & si populus vel cœtus sit cœtus xx. hominum,sufficiat ad esse notorium in tali populo si sciant xj.& sic de alijs.Igitur vbi lex tacit,dicitur notorium simpliciter,licet non dicatur notorium in prouincia vel ciuitate, quod patet,cum quia aliàs si scientia sex personarum non sufficit notorium,inter occultum diuisum contra notorium immediatè daretur medium,cum tale occultum sit quod quinque sciunt,vt patet per glosſ.quæstio.j.manifesta.de pœnit. distin.j §.hæc autem secreta.tum etiam quia glo.Ray. dicit quòd etiam si parochia habeat mille parochianos,& ex illis solùm decem graues & honestæ personæ,scandalizantur de focaria sacerdotis: dici potest quòd populus scandalizatur, cum decem homines populum faciant:& sic sex sunt maior pars populi alicuius:tum etiam quia si hoc non sufficit, non posset probari notoriũ in aliqua plebe,nisi numeratis omnibus plebanis,& facta fide quòd non sint plures,advidendum an maior pars sciat.quod videtur ridiculum : eum interdum in plebe sint multa hominum millia . ¶Quintò .quæritur, 5
† qualiter probetur notorium? Et dicit Panormit.vbi supra, sufficere duos testes,licet non sufficiant ad illud causandum quia in ore duorum vel trium testium stat omne verbũ.De quo vide glo.in §.quando.ij.quæst.j.& quod not.glo. in l.iij. ff.de test. ¶Sextò quæritur,† vtrum in notorijs seruandus sit 6
ordo iuris? Et dicit Panor.vbi suprà,quod sic in notorio præsumpto:sed ibi est speciale in notorio autẽ facti non requiritur nisi scientia & citatio:imò si constat quòd nulla possit competere defensio,citatio non requiritur:quia illa fit vt se defendat.& sic intelligitur cap.olim.de re iudicata.& cap.venerabilem.de electione.Sed vbi competere potest defensio, sine citatione,sentẽtia nõ valebit.& sic intelligitur clemen. pastoralis.de re iudi.Requiritur etiam sententia,sed cum solita solennitate.Non autem litis contestatio &alius iudicia-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rius ordo solennitatem respiciens: vt dicta clem. pastoralis. Ad le quòd requiritur probatio per duos testes ad minus: vt in glos. l. iij. ff. de testib. nisi sit notorium facti permanentis: vt in cap. euidentia. de accus.

NOVALE in priuilegijs piorum locorũ intelligitur omnis ager nouiter ad cultum redactus, de quo non extat memoria quòd aliquando fuerit cultus: deverborum significatione. l. quid per nouale.

¶ NOVITIVS. vide intrà Religio, quintò, per totum.

De Nuntiatione noui operis.

1 *Nuntiatio nouis operis quibus causis fiat, & pro quibus operibus. & num. 2.*
3 *Nuntiatio noui operis cui fiat, & quibus modis. & nu. 4.*
5 *Nuntiatio nouis operis quot modis remittatur.*

NOVI operis nuntiatio secundum Host. est ædificanti nouiter in alterius præiudicij prohibitio facta legaliter. ff. de no. ope nunt. l. j. Et dicitur nouiter ędificãs, non solùm qui ædificium nouũ instruit, sed etiam qui instruẽti formam immutat. ff. eo. l. j. §. opus nouum. nõ autem qui imponit incrementum, aut reficit antiquũ. d. l. j. §. si quis ædificiũ. nisi ex toto fuisset destructũ: vt not. in c. consuluit. de Iudæ. ¶ Primò verò quæritur, † quibus causis fiat hæc nuntiatio? Et dico quòd tribus: gratia scilicet tuendi ius propriũ aut publicũ, aut damni repellendi. d. l. j. §. nunc videmus. & §. nuntiatio. ¶ Secundò quæritur, † pro quibus operibus fieri possit? Et dico quòd solùm pro coniunctis solo, vel his quæ in solo fiunt quorum ædificatio vel demolitio videtur opus nouum: vel dicta l. j. §. hoc autem edictum. & ad præterita nõ fit, sed ad futura, vt ibidem. Et se extendit etiam ad ecclesiã & locum religiosum: cum hæc non sint in alterius præiudicium construenda: vt extra eod. cap. j. quod tamen fallit quãdo episcopus propter necessitatem populi aliam ecclesiam vult ædificare. licet sit in aliarum ecclesiarum præiudicium de eccle. ædifi. ad audientiam. Non autem se extẽdit ad purgationem cloacarum & riuorum: quia hoc est publicæ vtilitatis & securitatis. ff. eo. l. de pupillo. §. si quis riuos. ¶ Tertiò quæritur. † cui hæc nuntiatio fiat? Et dico quòd domino, vel procuratori, seruo, puero, vel fabro, id est, ei qui fabricat. d. l. de pupillo. §. nuntiare. & debet fieri in præsenti in ipso opere, & non tantùm domino, sed his qui sunt ibi. ¶ Quartò quæritur, † quibus modis fiat? Et dico quòd tribus. Primò simplici verbo inhibendo. Secundo per inhibitionẽ prætoris. Tertiò, iactando lapillum & dicendo, nuntio tibi opus nouum per iactum lapilli. licet aliqui dicãt iactum lapilli fieri debere ter. arg. ff. de re iud. l. cõtumacia. de constitut. ex literis. in glos. vbi trina monitio est legitima. Nuntians primo modo perdit possessionem, & facit aduersarium possessorem: sed secundo & tertio modo retinet possessionem, secũdum Bernard. in cap. ex parte. de verborum significatione. & dicta l. de pupillo. & dicta l. j. ¶ Quintò quæritur, † quot modis remittitur ista nuntiatio seu prohibitio? Et dico quòd quatuor. Primò verbis expressè. ff. eodem. l. non solum. §. sciendum. Secundò, transactione, ibidem. l. j. §. inde quæritur. Tertiò, morte nuntiatoris, dicta l. non solum §. morte. Quartò satisdatione. Sed denuntians habet tres menses ad deliberandũ an velit de suo iure docere, aut recipere cautionem de demoliendo, in quibus denuntiatus ædificare non poterit: si tamẽ intra tres menses de suo iure non docuerit, postea denuntiatur caueat de opere demoliendo, & ædificet. C. eodem. l. vnica. & in cap. vlt. extra eodem. ¶ Sextò quæritur, quis sit huius nuntiationis effectus? Et dico quòd omne ædificatum post illam demoliri debet ędificans suis expensis, d. l. j. & l. prætor. §. j. ff. eod. titu. & extra eo. per totum.

NVBERE, id est, matrimonium contrahere, nõ inducit infamiam in muliere intra annum lugubrem, de secundis nuptijs. super. & pœnæ intra illud tẽpus impositæ mulieri contrahenti per leges ciuiles, secundum Bart. in l. si qua mulier. C. de secun. nupt. per ius canonicũ sunt correctæ si sunt impositæ quia nuptiæ nimis festinanter: non autem quæ sunt impositæ quia secũdò nupsit: intellige in fauorem filiorum. Et idem Panor. in c. fi. de secun. nup. vide suprà Lex. §. x.

De Nuptijs.

1 *Nuptiæ secundæ an sint benedicendæ, & quid si ex parte alterius tantùm sint secundæ. & nu. 2.*
3 *Benedicti duo si ante consummationem matrimonij separentur. & cum alijs contrahant, an denuò benedicantur.*
4 *Benedicendi an sint ad secunda vota transeuntes, qui nunquã antea fuerunt benedicti.*

NVPTIAE dictæ quasi nube tectæ, eo quòd nubentium capita velabantur. xxxv. q. v. nostrates. & cap. feminæ. idem sunt quod matrimonium. ead. quæstio. cap. nullam. licet aliquando sumantur pro copula carnali: sicut sponsus beatæ Mariæ dicitur ad eius nuptias nõ peruenisse. ¶ Primò ergo quæritur, † vtrũ secũdæ nuptiæ sint benedicẽdæ? Et dico quòd secundæ nuptiæ nõ sunt benedicẽdæ. cuius rationẽ assignant gl. in c. capellanũ. de secũ. nup. quia sacramentũ non debet iterari. quod Pan. ibi bene reprobat: quia non est illa benedictio sacramentũ, sed sacramentale, de quo j. Sacramenta. Vnde ratio est, vt significetur quòd cõtinentia præfertur matrimonio. vel secundũ S. Tho. in iij. dist. xxviij. in litera. & dist. xlij. quęs. iij. ar. ij. ratio est defectus sacramenti. de quo j. §. seq. Sacerdos autem benedicẽs secũdas nuptias debet suspensus ab officio & beneficio mitti ad apostolicam sedẽ. extra eo. vir. Sed secundum Host. & communiter doct. non est suspensus, sed suspendedus. Et secundũ Io. Andr. locum habet hęc pœna vbi benedicũtur secundæ nuptiæ ignorantibus primis. Sed hoc stare nõ potest cum dicẽdis. §. seq. ideo habet locum vbi sunt secũdæ ex parte viri ac mulieris, vel ex parte mulieris tantũ, secundum Sã. Tho. vt §. sequens. ¶ Secundò quæritur: † quid si nuptiæ sint secundæ solùm ex parte alterius, ita quòd vnus tantùm coniugũ sit aliàs benedictus? Et dicit San. Tho. in iiij. dist. xlij. q. vlt. ar. vlt. quòd benedictio ideo à secũdis nuptijs subtrahitur, quia licet secundum matrimoniũ in se sit perfectũ sacramentum, tamen in ordine ad primũ habet aliquid de defectu sacrameti, non habens plenã significationẽ, cum non sit vna vnius, sicut est in matrimonio Christi & ecclesiæ: sed tamẽ intelligendum est quòd subtrahitur, quãdo sunt secũdæ ex pte viri & mulieris vel ex parte mulieris tantùm: quia si virgo cõtrahat cum eo qui aliã habuit vxorẽ, nihilo minus nuptię benedicũtur: quia saluatur aliquo modo significatio, etiã in ordine ad primas: quia & si Christus vnã ecclesiam sponsam habet tamẽ plures personas desponsatas in vna ecclesia: sed anima nõ potest esse sponsa alterius quàm Christi propter quod quãdo mulier secũdò nubit nuptiæ nõ benedicũtur. hæc ex illo. Sed oppositũ tenet Pan. in c. vir. eo. ti. per illũ tex. scilicet quòd non debẽt secũdæ benedici, etiã si virgo ducatur in vxorẽ à transeunte ad secũdas nuptias, nisi sublit cõsuetudo per papã scripta & tolerata. Et hoc in sacramẽtalibus procedit, vt ad laudandũ consuetudinẽ requiratur papæ tacitus cõsensus. Cum qua opinione transit Hostien. Dir. Sum. Ang. & Sum. Rosel. & Supple. limitantes Sanct. Thom. quantum ad virginem, & consuetudo hoc habeat. Sed ego dico quòd illud verum est, etiam si hoc consuetudo non habeat: quia non est illicitum introducere cõsuetudinem bonã, quando nulla lex ei repugnat. Sed cõtra, inquit Pan. quia tex. hoc dicit quòd isti sunt benedicti, licet alter ipsorum tãtùm fuerit benedictus. Sed dico quòd ille tex. videtur habere sensum contrariũ, & velle quòd nõ benedicantur secundæ nuptiæ quãdo ambo fuerãt ptius benedicti, sic dicens: Vir aute & mulier ad bigamiam transiens nõ debet à presbytero benedici: quia cum alia vice benedicti sint, eorũ benedictio iterari nõ debet. hæc text. Sed cõtra iterũ, inquit ipse & Dir. quia cùm ista benedictio sit cõmunis marito & vxori, ex quo alter fuit benedictus, nõ debet benedictio iterari: quia iteraretur in persona aliàs benedicta. Sed dico primò quòd alicubi benedicitur spõsa seorsum à ipsõ: & secũdò quòd nõ inconuenit iterato aliquẽ benedici ratione alterius & per redundantiã: cùm hoc nõ sit propter imperfectionẽ primæ benedictionis, sed quia secunda persona nõ benedicitur absolutè, sed in ordine ad primò benedictam. Sed cõtra, inquit, Dir. quia caro benedicta trahit ad se nõ benedictã, vt tota sit benedicta. Sed dico quòd hoc esset verũ, si efficeretur simpliciter vna numero caro: sicut aqua addita aquæ benedictę fit vna numero simpliciter: sed nõ est ita hic, sed aliqualiter simile est, sicut cum vinũ additur sanguini, & nõ fit sanguinis. de celeb. miss. c. cum Marthæ. ¶ Tertiò quæritur, † quid si inter duos benedictos ante consummationẽ matrimonij celebretur diuortiũ, & deinde vterq; cõtrahat? Et dicit Host. q. secũdæ nuptę nõ benedicentur: quia spiritualis benedictio tãtæ est efficaciæ quòd semper trãsit, nisi obicę inueniat cõtrarię volũtatis. de bap. maiores. etiã si per risum vel iocũ fiat: & cõsequenter semel recepta amitti nõ potest. de diuor. c. quãto. & ita tene, quia nũquam benedictio debet super aliquę iterari. d. c. vir. Quod autẽ §. priore dicit S. Tho. de virgine, intellige nõ solùm si antè nõ fuit benedicta, verũ etiã si cum hoc etiã cum alio nõ cõtraxit: quia iam nõ esset vnavnius, sed duorũ succesciuè. ¶ Quarò quæritur, † quid si duo ad secũda vota trãsierint, qui tamẽ aliàs nunquam fuerũt benedicti in primo matrimonio? Et dicit Dir. quòd poterũt benedici: quia nõ est vis in bigamia, sed potius in benedictione ne iteretur. Sed tu dic quòd dãdæ benedictionis in secundis nuptijs ex parte mulieris duplex est impedimentũ, si aliàs fuit benedicta, vel etiã si cõtraxit sine benedictione: quia iam nõ saluatur mysteriũ, vt sit vna vnius ex parte autem viri est primũ tantùm: vt patet ex dictis. Et ideo in hoc casu dabitur quidem, si vir cõtrahat cum muliere nõ habẽte repugnantiam ad benedictionem, id est, cum virgine, quæ nunquã contraxit: nõ autem si nubat mulier, etiam cum viro non habente ad benedictionẽ repugnantiam.

De Obedientia.

1 *Obedire superiori an debeat subditus in omnibus. & nu. 2.*
3 *Obedientia omnis an habeat cõditiones aliquas subintellectas.*
4 *Præscriptio an currat contra obedientiam.*
5 *Papa an sit in omnibus obediendum ab ecclesiasticis & secularibus. & nu. 6.*
7 *Obedientia clericorum ad suum episcopum qualis esse debeat.*
8 *Obedientia monachi exempti vel non exempti. & nu. 9.*
10 *Obedire qualiter quis debeat variis superioribus.*
11 *Meritorium an magis sit aliquid facere ad dictum fratris, quàm ad præceptum prælati.*
12 *Subditus an facere teneatur ea quæ fert vel credit esse de voluntate superioris.*

OBEDIENTIA, vt innotescat, sciendum est secundum beatum Doctorem. iij. ij. q. ciiij. art. ij. quòd non inconuenit in vno materiali obiecto concurrere duas speciales rationes, ad quas duæ speciales virtutes ordinantur: sicut miles defendendo castrũ regis impler opus fortitudinis non refugiens mortis pericula propter bonum & opus iustitiæ, debitum seruitium domino suo reddens. Igitur obedientia dupliciter sumitur, sicut & inobedientia, vt suprà dictum est scilicet largè pro executione cuiuscunq; quod potest cadere sub præcepto ex quacũq; intentione: & sic est virtus generalis: & propriè, secundum quod respicit per intentionẽ formalem rationem præcepti: & sic est virtus specialis, id est, habẽs formale obiectum speciale, id est, præceptum expressum vel tacitum, cuiusmodi est voluntas superioris nota. Et, secũdum eum ibi, sic potest diffiniri, Obedientia est virtus moralis, promptam reddens voluntatem ad implendũ voluntatę præcipientis. Vnde, secũ dum Greg. obediẽtia, quæ habet aliquid de suo, vt in prosperis, est vel nulla vel minor: quia scilicet voluntas nõ videtur tendere in præceptum principaliter, sed in propriũ volitum. quod quantũ ad exterius apparẽs intelligẽ: quia quo ad Deũ corda manentem potest esse obedientia in prosperis non minus laudabilis, si prompta voluntas obedientis non minus deuotè tendat in præceptum. ¶ Primò verò quæritur, † vtrum subditus suis superioribus teneatur in omnibus obedire? Et dico secundum Sanc. Tho. ij. ij. q. xiiij. quòd in pertinentibus ad interiorem motum voluntatis nõ tenetur homini obedire. quod intellige nisi per accidens, vt interior motus colligatur ex exteriori. de quo vide suprà Excommunicatio. vij. excõmunicatione. ij. primo notabili. & supra Hora. §. xj. partic. ij. In his verò quæ pertinent ad motum vel actũ exteriorem colligendo ex c. si quis. de maio. & obed. in glo. & ix. q. j. sciendum. & ij. q. iij. si dominus. dico quòd cum triplex sit superioritas, spiritualis scilicet & temporalis politica quo ad regimen Reipublicæ: & temporalis œconomica quo ad regimen proprię domus vel familiæ: obedientia limitatur secũdum gradum superioritatis, ita quòd superiori obediendum est à subditis in his, in quibus habet superioritatẽ. Igitur superioribus spiritualibus, puta papæ, episcopo, & alijs prælatis ecclesiasticis obediendũ est in spiritualibus necessarijs vel pertinentibus ad salutẽ, quæ spopondimus in baptismo, secũ dum Sanct. Tho. in ij. dist. xliiij. Superioribus verò politicis. id est, principibus in tẽporalibus spectantibus ad Rẽpublicã, nisi potestas eorum esset vsurpata: quia eo casu subditi nõ tenentur obedire, nisi propter scandalũ secundũ Rich. in ij. dist. vlt. Vnde nihil præcipere possunt ecclesiastici: ea nõ subijciuntur eis. de cõstit. ecclesiæ. Nõ possunt etiã subditos subijcere alterius domino sine eorũ volũtate. de maio. & obed. c. dilecti. & c. fi. Superiori verò œconomico, id est, patri in pertinentibus ad dispositionẽ rei familiaris. ¶ Prædictis aũt in talibus, quæ ad eorum superioritatẽ pertinẽt, nõ obedire ex contẽptu vel scieter sine causa rationabili in re alicuius importãtiæ arbitrio boni viri est mortale: qa cõtra iustitiã, cuius obediẽtia est pars. quòd tamẽ, secundũ S. Th. vbi. 3. fallit si præciperetur aliquid cõtra præceptũ Dei, siue in dispẽdium salutis, aut cõtra præceptũ superioris ad præcipientẽ, vel in his quæ ad eorũ superioritatẽ nõ pertinẽt, in quibus obedire nõ est necessarium, nisi ratione scandali. ¶ Et ex his patet primò secũm S. Tho. ibi, quòd nõ tenetur homo homini obedire quo ad motus interioris volũtatis vt dictũ est: qa in his eis nõ subditur: sed in pertinẽtibus ad corpus: nec secũdò in corporalibus quantũ ad ea quæ pertinent ad naturam corporis: vt circa matrimoniũ contrahendum, vel seruandã virginitatẽ & huiusmodi: quia omnes homines natura sunt pares: sed in pertinentibus ad dispositionẽ actuum & rerum humanarũ tenetur subditus obedire superiori secũdũ rationẽ superioritatis: vt miles duci in spectãtibus ad bellũ: seruus domino in seruilibus. filius patri in spectãtibus ad disciplinã

Universidad de Deusto
Biblioteca

& curam domesticã,& sic de alijs. ¶ Secundò quæritur,† vtrum obedire teneatur subditus,si dubiter an id,quod præcipitur,sit cõtra Deũ nécne? Et dicit Ray.quòd sic,& generaliter in dubijs.de tẽp.ord.c.ad aures.& excusatur à peccato. xxiij.q.j. quid culpatur.nisi sit de his in quibus ignoratia nõ excusat:puta cõtra articulos fidei,præcepta Dei,vel generale statutũ ecclesiæ:iuxta ea quæ dicta sunt suprà Ignorãtia. §.vij.Et concord.Sanc.Tho.& Gof.habentes regulam,quod quoties subditus cõuenienti inquisitiõe certificari nõ potest, obedire debet,& obediẽdo excusatur,etiã si dubiter an agat cõtra præceptũ Dei nécne.Imò aliquando etiã bonum,sine quo potest esse salus,propter obediẽtiam debet omitti.xj.q. iij.quid ergo. ¶ Tertiò quæritur,†vtrũ in omni obediẽtia sint aliquæ cõditiones subintelligẽdæ ? Et dicit gl.in c.ij.de voto.quòd sic,scilicet si possibilitas adest.facit c.querelã.& cap. breui.de iureiur.& l.Paulus.ff.quę.sentent.sine app.re.& admittitur omnis rationabilis causa,vt no.Pan.in c.magnæ.de vot.& facit c.si quando.de rescrip.&.c.ex parte.de off.deleg. & quod not.Arch.in c.vtinam.lxxvj.dist. ¶ Quartò quæritur, †vtrum contra obedientiã currat præscriptio? Et dico quòd non:quia semper adest mala fides.l.j.C.de ser.fugi.& cap.fi. de regu.iur.& in glos.cap.sicut nobis.ibidem. ¶ Quintò quæritur † specialiter, vtrum papæ sit in omnibus obediendum ab ecclesiasticis? Et dicit Pan. in cap.inquisitioni.de senten. excom.c.quòd non. ¶ Primò si præceptum sapit peccatum: & intellige etiam de veniali.xj.q.iij.quid ergo.intellige etiã si papa credit mandatum iustum , & tamen subdito constat illud in se continere peccatum.de restit.spolia.literav. ¶ Nec secundò si ex obedientia prælumeretur status ecclesiæ perturbandus vehementer,vel aliud malum aut scandalum,futurum,etiã si præciperetur sub pœna excõmunicationis latæ sententiæ,vt not.idem in c.si quando.& in c.cum adeò. de rescrip. Ex quo ipse in d.c.si quando.infert quòd si mãdat etiam sub pœna excõmunicationis latę sententiæ aliquid,ex cuius executione præsumitur scandalũ animarũ vel corporum futurũ in ciuitate,nõ est ei obediendũ:quia hoc fit legis authoritate:vt in d.c.si quãdo.sed retractandũ est papæ: imò ex.c.officij.de pœn.& re. habet quod ius positiuũ interpretatur q& restitutio, quę scilicet est de iure diuino,aliquãdo non fiat ratione periculi corporũ vel animarũ.de quo s. Cõsuetudo.§.ix. ¶ Nec tertiò secundũ eundẽ Pan.in c.olim de cler.cõiug.quado ipse cũ maiori parte cõcilij indiceret cõtinentiã certo generi personarũ post monitionẽ eis resistentibus:quia cõtinentia persuaderi potest,imperari nõ potest. xxxij.q.j.integritas.Et sic dici potest quòd eis indicere non potest vitã strictiorẽ cõtra eorũ velle lxxiiij.dist.gesta.& qã ibi no.in regula,quod omnes,in vj.de quo vide suprà Matrimonium.viij.§.xij.partic.vij.& infrà,Religio.vj.§.vj. ¶ Nec quartò est obediendũ simpliciter si rescribat pro notorie indigno,vt assignetur ei certũ beneficiũ.Sed distinguendũ est ex dictis Ioã.And in c.cũ adeò. de reser.& in c. significauit. de offic.ord.quia si nõ cõstat pręcise de intẽtione principis, mandatarius nõ debet obedire,sed expectare secũdam iussionem.d.c.si quãdo.quia quãdoq; princeps propter nimiã importunitatẽ vel subreptionẽ nõ concedenda cõcedit.Si verò præcise cõstat quòd velit huic indigno pro tũc ,puideri: aut papa potest in illo actu dispensare,& illi parendum est:quia tunc videtur dispensare.Aut dispensare nõ potest:vt quia est tanta indignitas quòd sine peccato fieri nõ potest: & tũc nõ est illi parendum. ¶ Sextò quæritur,†vtrũ papæ sit in omnibus obediendum à secularibus? Et dico quòd sic in spiritualibus & ecclesiasticis pertinẽtibus ad salutẽ,& bonorũ morũ conservationẽ:quia in baptismo se obligarũt ad renuntiandum tatanæ & operibus eius:non autem in temporalibus, nisi sint ei subiecti ratione personæ vel causæ:vnde si præciperet seculari nulla ratiõe sibi subdito quòd sibi ,tribuat bona sua obedire nõ tenetur. Et idem dic de alijs spiritualibus prælatis quo ad temporalia:& similiter de tẽporalibus dominis quo ad spiritualia.de quo vide Pan.vbi suprà,& Inno. in d.c.inquisitioni.hoc tenentem. ¶ Septimò quæritur,† quid iuris de obedientia clericorũ secularium in ordine ad suum episcopũ? Et dico multa. ¶ Primũ.Clerici seculares prælatis ecclesiasticis indubitãter tenẽtur obedire vt papæ,eo modo quo dictum est §.v.& omnibus inferioribus prælatis suis,in quantum se extendit eorum superioritas:non autem extraneis:quia sicut non valet sentẽtia non sui iudicis, ita nec præceptum.de iudi.at si clerici.vij.q.j.quia frater. ¶ Secũdum. Si autem episcopus præcipiat sacerdoti excõmunicare illum, quem sacerdos reputat innocentem: Sanct.Tho.in quolib. vt ei aliqui imponunt,distinguit:quia si mandatur ei denuntiatio excõmunicationis sola,tenetur ex parte episcopi denũtiare:si autẽ præcipiatur ei quòd illum excõmunicet:tunc si est notorium illum esse innocentem,debet coram episcopo innocentiam allegare & probare:& si in probando desiciat, debet obedire,quantumcunq; sciat eius innocẽtiam: si verò legitimè probet nõ debet obedire,sed recurrere,si oporteat, ad superiorem.Adde tu quòd si ob hoc eum excõmunicaret sententia cõtineret intolerabilem errorem.Siverò sit dubiũ obedire tenetur.xxiij.q.j.quid culpatur.Et ita tenet Sum.Pi. & sequitur Sum. Ros.sed Supple.& Sum. Ang. dicunt quòd eo casu quo non potest probare,non debeat obedire: & hoc quia supponunt pro vero illud,quod suprà ostensum est,esse falsum,iudex.xx.§.v.scilicet quòd iudex non debet iudicare secundũ probata & allegata contra ea quæ scit:quod falsum hic adducunt in argumẽtum:& vlterius quia,inquit Summa Angel.habet sacerdos excusationem paratam dicendo quòd committat cognitionẽ causæ:aut excõmunicet ipse. Sed ad eo quòd Sanc. Tho.loquitur in casu quo nulla valeat excusatio , aut declinatio executionis.Vnde posito quòd episcopo causæ cognitionem cõmisisset,& inuẽtum esset quòd deberet excõmunicari,& vellet quòd sacerdos excõmunicaret: nihil valeret ista excusatio:quia episcopus iniustè eam cogeret,etiam per excõmunicationem:& consequenter sacerdos iustè cogeretur exequi:nec peccaret,quia iuridicè exequeretur. ¶ Tertiũ.Si episcopus præcipiat clerico quòd det suos libros alteri vel beneficium resignet,secundum Ray.obedire non tenetur:quia nõ pertinet ad episcopum hoc præcipere. vij.q.j. quia frater. quod intellige sine causa:secus si ex causa,puta quia clericus est inepus,& vult dare idoneo propter bonũ ecclesiæ quia hoc potest,arg.c.cum apostolus.§. phibemus.de cens.xxj.q.j.prædicator.& de magi.super specula.quod intellige si libri de bonis ecclesiasticis sunt acquisiti:aliter nõ posset.de testa.requisisti.& de iure patro.cum dilectus.§. nos igitur. ¶ Quartũ.Si episcopus clerico imponat vt Romã adeat pro negotijs ecclesiæ,secundum Ray. ire tenetur:nec valet excusatio dicentis alios esse idoneos magis: quia in talibus legationibus hunc ordinẽ seruare nõ oportet.ff.de leg.l.fciendum.§.penul.vel allegantis cura rei familiaris,secundum Host.quia priuate vtilitati communis præferenda est.de postu.præla.bonę.el j.Non tamẽ tenetur obedire vt promoueat negotia contra scriptum,in d.l.fciendum.§. si accusatio. & facit c.petitio.de iureiur. ¶ Quintum. Clericus secundũ Ray.magis tenetur obedire episcopo quàm Archiepiscopo,nisi in quibusdam casibus, quos habes suprà Archiepiscopus,in prin. ¶ Octauò quæritur,† quid de obedientia monachi vel religiosi non exẽpti à iuridictione diocesa-

ni?Et dico quòd tenetur obedire episcopo , sed non magis quàm abbati.lviij.dist.c.j.& xij.q.j.non dicatis . & hoc indistinctè tenent Sum.Ang.& Ro.post Ray.sed Pan.in c.quanto.de offi.ord.melius distinguit post Inn.ibidem: quia in criminalibus prętertur episcopus:& coram eo debet monachus conueniri:quia inferiores non cognoscunt de causis criminalibus:vt no.in c.transmissa.de elec . Et sic potest intelligi c.monasteria.xviij.q ij.vbi monasteria dicuntur subesse correctioni episcopi:sed si agitur ad correctionem secundum regulam abbas præfertur episcopo:& in illis magis tenetur ei obedire:vt no.gl.xj.q.iij.qui relistit.& xxiij.q.v.noluit.Vñ potest eum abbas corrigere,& de monasterio expellere secundum regularia instituta:quia ex quo papa regulam approbauit:in qua scilicet datur potestas abbati super huiusmodi,voluit obseruari ea quæ in illa continentur. Vide ibi multa ad hoc propositum,& de moanchi conuentione.S. autem Tho.in ij.di.xliiij.dicit quòd monachus magis tenetur obedire abbati quàm episcopo in statutis regulæ:econuerso autem in disciplina ecclesiastica:vnde obedire non debet episcopo vocanti ad comitatum sinum inuito abbate,secundum Host.De hac etiam obedientia vide aliqua ſ. Religio.vj.§.vj. ¶ Nouò quæritur,†quid iuris de obedientia religiosorum exemptorum? Et dico vt ſ. Religio.vj.§.vj. ¶ Decimò quæritur,† quid iuris de obedientia eius qui multos habet superiores non subordinatos,puta patrem & ducem exercitus? Et dico quòd de monacho in hoc & de clerico aliqualiter iam dictum est in §.priore.de alijs autem sciendum est generaliter quòd circa hoc S.Thom.in ij.di.xliij. in litera , multa dicit. ¶ Primum.Quando potestas inferior ex toto oritur à superiori:tota virtus eius fundatur super virtute superioris:&similiter in omnibus est magis obediendum superiori: quomodo se habet potestas Dei ad omnem potestatem creaturæ:& Imperatoris ad eam,quæ est proconsulis : & papæ ad omnem spiritualem potestatem,quæ est in ecclesia:vnde in omnibus ei magis tenetur obedire quam episcopis vel archiepiscopis vel abbati absq; distinctione.Quandoverò ambæ tam superior quàm inferior oriuntur ab vna quadam suprema potestate,quæ vnã alteri subdit secundum quod vult, vna non est superior altera,nisi in his, in quibus vna supponitur alteri à suprema:& in illis tantum est magis superiori obediendum quàm inferiori:quo modo se habent potestas episcopi & archiepiscopi descendentes à potestate papæ.Vñ in illis,in quibus magis obediendum est episcopo,archiepiscopus non est superior,sed tantùm in casibus determinatis à iure,in quibus episcopus ad illum recurrit. ¶ Secundũ.Monachus magis tenetur episcopo quàm abbati in spectantibus ad disciplinam ecclesiasticam vt dictum est:quia abbas episcopo est suppositus:& econtrario in spectantibus ad regulę statutum. ¶ Tertium.Spiritualis & secularis potestas vtraq; deducitur à diuina potestate.intellige tamen ordine quodã modo.Et licet quantũ ad confirmationem & correctionem: ideoq; intantum secularis est sub spirituali,inquãtum est illi à Deo suppositus,id est,in spectantibus ad animæ salutem.Vñ in his magis obediendum est spirituali:sed in pertinentibus ad bonum ciuile econtrario magis est obediendum seculari: secũdum illud Matth.xxij.Reddite quę sunt Cæsaris Cæsari.nisi fortè potestati spirituali etiam secularis coniungatur , vt in papa,qui vtriusq; potestatis apicem tenet,hoc illo dispondente qui est sacerdos & rex.hæc ex illo ibi. ¶ Quæritũ.Miles tenetur obedire duci in bellicis tantum:& seruus in seruilibus & filius patri in domesticis & in disciplina:& quilibet suo superiori secundũ rationem superioritatis.ij.ij.q.ciiij.ar.v.&de bello miles magis obedire duci in bellicis quã patri:sed in domesticis econuerso.ij.dist.xliij.ar.iij.ad primum.Et si ponatur casus quòd simul eodem momento concurrat præceptum vtriusq;:cæteris paribus dico obediendum illi,qui imperat in ordine ad nobiliorem finem,vt duci magis quàm patri,si æquale sit periculum reipublicæ,sicut patet:næ familiæ:quia bonum cõmunis est melius,& consequenter amabilius. ¶ Quintum.Si clericus habeat plures iudices ordinarios,quibus æqualiter obedire tenetur:vel si duobus episcopis promisit obedientiam:secundum Host.obediat vtriq;,si potest:aliàs obediat ei cui primò iurauit:nisi fortè ratione maioris beneficij translatus intelligatur:& si habet duo beneficia ex dispensatione,obediat ei,à quo habet maius &vtilius præcipit.de testamentis.cum in officijs.& c.relatum.el ij.& de postulando.c.fin & si omnia sint paria,locus est gratificationi.ff.ad Sillanianum Senatusconsultum.l. si quis in graui,§.fi cum omnes. ¶ Sextum . Si verò iudices contraria alicui mandantes sint delegati,locũ habet caput, cum contingat.de rescriptis.scilicet quòd si talis nescit aliquam inter iudices esse controuersiam,, exequatur mandatum primò mandantis:nisi ante executionem innotescat ei de discepratione:quo casu petat copiam literarum ad eos à papa directarum,quas papa dari mandat:& obediat secundùm,si secũdæ reuocãt primas:tinautẽ,obediat primis.&si ei de hoc clarè nõ cõstet,nõ oportet eum exequi huiusvel illius mandatum,donec inter eos huiusmodi concertatio per arbitros sopiatur.De sententijs etiam duorum iudicum,vide ſ. Delegatus.§.vij. ¶ Vndecimò quæritur,† quid sit magis meritorium, facere aliquid ad præceptum prælati,aut ad dictum fratris? Et dicit Sanctus Thomas in vj.quoli.quòd est magis meritorium primum ex genere operis:quia actus primus est excellentioris virtutis,id est,latriæ,quàm secundus,qui est amicitiæ vel beneficentiæ,ad quam pertinet quòd aliquid fiat ad dictum fratris:sicut ad latriam , quo colitur Deus,pertinet quòd aliquis obediat prælato, inquantum est Dei minister: inquantum verò ad charitatem,ex qua procedit actus, nihil prohibet magis mereri eũ qui aliquid facit ad dictũ fratris: quia magis meritorius est actus,qui est ex maiori charitate licet sit minor ex genere suo. ¶ Duodecimò quæritur,† vtrum subditus teneatur exequi & facere quæcunque scit vel credit esse de voluntate sui superioris vt faciat? Et dico quòd non,nisi superior ex intentione ei suam voluntatem manifestet expressè vel interpretatiuè,monendo ex intentione subditum ad exequendum.Hoc enim tenuit Sanctus Thomas veri.q.xxiij.ar.vl.vbi arguit quòd non teneamur conformare diuinæ voluntati in volito sic.Nam prælato,inquit tenemur vt Deo.Sed subditus non tenetur velle quicquid scit prælatum velle,etiam si sciat prælatum velle quòd ipse subditus aliquid faciat,nisi expresse ei præcipiat . Ergo à simili de Deo. Ecce argumentum:sequitur responsio . dicendum, inquit,non esse simile:quia voluntas prælati non est regula nostræ voluntatis vt diuina,sed eius præceptum. hæc ex illo.

¶ Oblatio,vide ſ. Decima in principio.& §.secundo.

Oblatvs,secundum Pan.in c. non est dubiũ.de regularibus.est,qui se & sua obtulit monasterio habitu nõ mutato:cõtra sui verò qui se & sua obtulit habitu mutato licet dicat laicus:quia ad ordines nõ promouet monachus verò hodie est qui promouetur,licet olim monachi non essent clerici.Et no.sed m gl.xxvij.q.j.vt lex.quòd isti cõuersi oblati magis adstringuntur monasterio quàm monachi.Vn de nec etiam causa arctioris religionis possunt transire ad alia monasteria,quanquã petãt à superiori licentiã:quia est ei iuncti quasi serui monasterij.Sed intellige habitu nõ mutato quia scilicet non assumit habitum religionis,assumit tamen habit

Universidad de Deusto
Biblioteca

habitum distinctum ab habitu seculari. Pro quo aduerte ex rex. & eo. Pan. in c. vt priuilegia. de priui. quod oblatus est duplex, scilicet plenè & non plenè. Oblatus plenè secundū mentem eius ibi, est qui se & sua dedit religioni profitendo tria vota, nō assumpto habitu religiōis. Nō plenè verò est is, qui se obtulit, & hoc primò vel habitu mutato, sic quòd distinguatur ab habitu seculari: vel secundò loco mutatiōis habitus datis suis rebus. Vide ibi, quia intrieatè loquitur. Et vult quòd primi gaudeāt priuilegio personali & tori: secūdiverò neutro. Sed die vt ꝛ. Ecclesia. j. §. v. & ꝛ. Excōmunicatio. v. §. ij.

De Obligatione & Obligato.

1 *Obligatio quotuplex sit.*
2 *Obligatio quot & quibus modis contrahitur.*
3 *Obligatione generali an contineantur quæ quis non fuisset specialiter promissurus.*
4 *Obligatio an variatur quòdo est turpitudo ex parte recipientis.*
5 *Panam in suis contractibus an ponere possint administratores & ambasiatores.*
6 *Pater an obligetur ex contractu filij.*
7 *Negotium cumsuam si vtiliter geratur, an ipse obligetur.*
8 *Obligatus legere duobus annis & impeditus, an alijs duobus postea legere teneatur.*
9 *Obligatus an statim teneatur.*
10 *Papa an absoluere possit ab obligatione.*
11 *Obligatio an dissoluatur termino aduenient.*
12 *Obligatio semel extincta an possit instaurari.*

OBLIGATIO est iuris vinculū, quo necessariò adtrignimur ad aliquid dādū vel faciendū. Insti. de ob. in prin. adde vel patiēdū, quod reducit ad agere. & sine consensu nulla est. ff. de pac. l. j. & nemo obligat, nisi animū habeat se obligandi. ff. de actio. & oblig. l. obligationum. la j. & facit gl. in c. uj. devoto. ¶ Primòverò quæritur, † quotuplex sit obligatio? Et dico quòd ti distinguatur quantum ad vinculum quo obligatus est ligatus in foro causarum, est duplex, scilicet ciuilis, quæ aut legibus constituta est, aut certo iure ciuili comprobata: & prætoria, quam scilicet prætor, sua iurisdictione constituit. Si verò distinguatur quantum ad rem ad quam quis ligatur, est triplex. prima scilicet naturalis tantum continens naturalem æquitatem, quæ per vniculum naturale contrahitur, id est, consensum: & fieri potest inter oēs capaces rationis: & obligat in foro conscientiæ, vt ꝛ. Pactum. §. iiij. sed ineficax est ad agendum in foro contentiolo, nisi vt ꝛ. Pactum. §. iij. Secunda est ciuilis tantum: vt cum quis ciuili iure tantum est adstrictus naturali æquitate dissuadente eum teneri: sicut cum quis spe futuræ numerationis fatetur per instrumentum se recepisse centum, quæ tamen non recepit. Et hæc nō obligat in foro conscientiæ nisi quatenus quis à prælato cogeretur, secūm Inno. in c. pleriq;. de immu. eccl. Tertia est naturalis & ciuilis simul: vt cum quis potens se obligare cum iuris solemnitate obligat se ad aliquid quod naturalis æquitas vult illum obseruare, puta ad soluendum venditori in tempore statuto. Et hæc obligat in vtroq; foro, secundum omnes Doc. Et de his habetur Insti. de oblig. per totum. ¶ Secundò quæritur, † ex quibus, & quot modis contrahitur obligatio tertia? Et dico quòd ex quatuor. Primò scilicet ex contractu puta emptione, venditione, locatione, & huiusmodi. Secundò ex quasi contractu: vt cùm quis gerit negotium alterius sine eius mandato. Tertiò ex maleficio: vt cum quis non directè seu dolosè deliquit, sed quasi: quia scilicet fuit in culpa: vt cùm ex domo eius aliqd est effusum qđ alteri nocuit, Insti. sub diuersis rubricis. ¶ Hoc etiam fit quatuor modis. Primò scilicet re, vt in mutuo, commodato, depositō, & huiusmodi. Secundò verbis, vt in stipulando. Tertiò literis, vt quando quis literis confitetur se aliquid recepisse, quod tamen non recepit. Quartò solo consensu: vt in societate, mandato, emptione & venditione, vel locatione: in quibus nec scriptura nec præsentia requirit: sed sufficit contrahentes cōsentire per sevel per nuncium aut epistolā. secus in alijs: quia vltra cōtensum requiritur vel litera vel res verberata. Insti. qui. mo. re con. oblig. & sub alijs rubricis. ¶ Tertiò quæritur, † vtrū in obligatiōe generali veniat ea, quæ qs specialiter nō fuisset promissurus? Et dico secundū Bar. in l. Cquæ res pig. ob. pol. quòd non. Vnde dicit quòd si quis obligauit omnia bona sua, non intelligitur obligasse ea quæ nullo modo specialiter esset obligaturus, puta pannos, lectos, & alia supellectilia, sine quibus viuere nō possumus. ¶ Quartò quæritur, † vtrū pactū seu promissio obliget, cū turpitudo tantum versatur ex parte recipientis obligationem? Et dicit Pan. in c. debitores. de iureiu. quòd non. & patet ibi: quia promissio de soluendis vsuris non obligat promittentem: quia si obligat et etiam naturaliter, solum cogeretur soluere ratione pacti: vt in c. j. de pac. sicut cogitur quando interuenit iuramentum. Et ratio, quia cum lex etiam alteri contrahenti resistit, nō nascitur obligatio etiā naturalis, vt in l. eū lex. ff. de fideiu. & ibi plenè per Bar. Quare autē magis obligetur quis ex iuramento quàm ex ꝓmissione, cum Deus interiuramentū & simplicem loquelā differentiā nō faciat. xxiij. v. iuramenti. respondet Pan. vbi ꝛ. ideo esse, quia simplex promissio est nulla. ideoq; habetur pro non facta propter turpitudinem recipientis. Secus in iuramento: quia cui sit, scilicet Deus, non turpiter accipit: nec iurans peccauit. Promissio enim in hominem, iuramentūverò in Deū dirigitur. ¶ Quartò quæritur, † vtrum administratores vel ambasiatores non habentes expressum mandatum ad pœnam apponendam, possint obligare se constituentes ad pœnam quam apponunt pro obseruatione promissi? Et dicit Pan. in c. ij. de preca. quòd sic. & facit l. bene à Zenone. C. de quadr. prælcr. & l. si procurator cæsaris. ff. de iur. fis. & d. c. ij. vbi prælatus potest apponere pœnam & obligare se & successores, modò contractus sit rationabilis: & c. dilecti. in fi. de arbi. & quod scribitur in c. nulli. de re. ecc. non. ali. vbi rector ecclesiæ potest obligare sine consensu episcopi omnia bona ecclesiæ generaliter pro obseruatione contractus alicuius: quia solū filius prohibetur specialis hypotheca. Quod limita verū primò, nisi contractus non teneret, aut esset nullus quia cōtra ius, quia tollitur pœna: secus si esset nullus quia præter ius: quia teneret pœnę appositio. d. c. dilecti. Vide etiam gl. in c. accedentes. de rescriptis. lib. vj. textum cum glossā in c. significantibus. de offi. deleg. Et secundò limita, nisi pœna esset præter naturam contractus: vt in d. l. si procurator. vbi non teneretur fiscus ad duplum vel triplum: licet procurator obligauerit se, si euinceretur res quam vendidit. Secus quando pro obseruantia contractus apponitur: vt in d. l. bene à Zenone. ¶ Sextò quæritur, † vtrum pater obligetur ex contractu filij? Et dicit Io. de Pla. Insti. quod cum eo. §. in rem. quòd sic, si versum est in vtilitatem patris: puta quia mutuo accepit pecuniam vt se vestiret secundum conuenientiam suam, & similiter. l. ij. §. Labeo idem. ff. de in rem verso. & d. §. in rem. Si verò non est versum in vtilitatem patris, sed potius mutuo accepit vt faceret pompas vel ludere, & huiusmodi: non tenetur pater pro filio, nec dominus pro seruo. l. quod si seruus. d. sed sic accepit. ff. de in rem ver. nisi iussu eius fecisset. l. j. ff. quod iussu. Si tamen haberet pompas tenetur reddere creditori. l. ij. §. sed si rem. ff. de in rē ver. Similiter teneē pater si habet peculiū filij, deducto tamen prius quòd ipse pater in dicto peculio debet habere. l. sed si damni. §. peculiū. ff. de pecul. l. de de mercatoribus, qui præponit institores, quòd tenentur de contractibus factis nomine ipsorum. ff. de instito. per totum. quia videntur contrahere cum præponente, qui contrahunt cū præposito. l. si institorem. ff. si cert. pet. Idem in exercitore nauis. l. j. in prin. ff. de exer. actione. ¶ Septimò quæritur, † vtrum is, pro quo quis agit negotia eius vtiliter, obligetur eidem? Et dico quòd ſic, arg. l. cum pecuniam. ff. de negot. & quod not. gl. cum text. in l. quæ vtiliter. ff. eod. & l. sed si ideo. ff. solut. matri. ¶ Octauò quæritur, † vtrum obligatus legere duobus annis, & ex aliqua causa impeditus non fecit, teneatur legere alijs duobus sequentibus? Et dicit Panor. in c. significauerunt. de rndi. quòd nō, etiam sine culpa sua: quia currit tempus, nec poterit pro tempore sequenti salarium petere: & generaliter electo ad officiū temporale, quod exercere non pōt, etiam sine culpa sua, currit tempus: & non potest tempore sequenti officium petere. Et ratio, quia hic interueniunt operæ personales, quæ aliæ sunt illorum duorum annorum præcedentium, & duorum sequentium, cum mutentur ex cursu temporis: vt in l. si non saltem. §. libertus. ff. de condi. indeb. ad quod etiam facit l. si vsusfructus in bien tium. ff. de vsufru. vbi finito tempore finitur ius: vt suprà De legatus. §. vlti. Et idem voluit Bart. in dictis terminis in l. & ideo hæsitatur. ff. de verb. obli. Secus vbi factum, ad qđ quis tenetur, nō diuerificatur ex tempore: quia elapso tempore, ad quod tenetur, integratur tempus: vt in d. l. & ideo. ¶ Nonō quæritur, † vtrum obligatus teneatur statim? Et dicit Pan. in cap. licet Heli. de simo. quòd aut dies est apposita obligationi: & tunc si sunt eiusdem fori reus & actor, tenetur reus sine interpretatione offerre, & adire domum eius: quia dies interpellat pro homine. c. potuit. de loca. & l. magnam. C. de contrahen. & cōmit. stip. Si verò non sunt eiusdem fori, non tenetur reus sponte ire ad forum vel domum alterius: sed dicat in domo sua, paratus sum soluere, si sit qui recipiat: & sufficit, iuxta not. in l. item illa. ff. de constit. pecun. & ibi Bar. & Alb. in l. iubemus. C. de episc. & clerie. quod not. pro limitatione cap. potuit. de loca. & intellige nisi aliud sit specialiter in pacto. Aut dies non est appositа: & sic requiritur monitio: vt in l. si ex legati causa. ff. de verb. obli. vide suprà, Mora, §. j. & iiij. & infrà, Solutio. §. vlt. ¶ Decimò quæritur, † vtrum absoluere possit papa ab obligatione, qua quis alteri tenetur, vide suprà Iuramentum. v. §. ij. ¶ Vndecimò quæritur, † vtrum obligatio dissoluatur termino aduenient? Et dicit Pan. in c. sicut ex literis. de spon. capiendo mentem Gof. quæ placet do. Ant. & est amica veritati, quòd aut terminus apponitur ad solicitandum obligationis implementum: & tūc lapsus termini non liberat ab obligatione: arg. l. obligationū. la. ij. §. placet. ff. de act. & obl. & arg. c. cum dilecti. de dolo & contu. & l. Celsus. ff. de arbi. Et tunc apponitur ad solicitandum implementum, quando apponitur cōtractui iam perfecto: puta si cōtraxit quis sponsalia, & postea promittit quòd intra certum tēpus ducet eam non dissoluitur elapso termino. Aut terminus apponitur ad finiendā seu limitādam obligationem: & tunc lapsus termini liberat obligationē, si per promissorem non stetit quin adimpleret in termino. Et isto modo dicitur appositus, quando apponitur ad solicitandum principium cōtractus: puta si promisimus adimplē tali tempore conuenire ad contrahenda sponsalia, elapso termino liber est per quem non stetit. ¶ Duodecimò quæritur, † vtrum obligatio semel extincta possit instaurari? Et dico quòd nō: text. est in l. cum ex causa. C. de rem. pig. sed oportet aliam fieri si debet inesse. De materia etiam obligationis vide infrà, Pignus. §. ij. & infrà, Ordo. j. §. iij. Item Ordo. iij. §. uj.

De Obside.

1 *Obses qui dari possit, & à quo, num. 2.*

OBSES videtur esse homo traditus alicui personaliter in securitate factæ promissionis. & est duplex, scilicet, ꝓpriè dictus: vt qui est datus ab hostib⁹, perdens libertate, nec potēs facere testamentū, aut disponere vel liber. quo modo loquitur l. obsides. ff. de testa. & impropriè: vt datus ab vna ciuitate vel nobili alteri ciuitati vel nobili, nō perdēs libertatē, nec factus, ꝓprie obses, sed vt stet in certo loco, donec impleatur promissum: vt no. Bar. in d. l. obsides. & facit quod no. in c. ex rescripto. de iureiu. ¶ Primò verò quæritur, † quis possit dari obses? Et dico qp dari potest 1
etia liber homo pro pace seruāda, nō pro pecunia. d. c. ex rescripto. & ide arg. d. l. obsides. & l. diuus. ff. de mr. fisc. Et qđ dicitur extra de pig. c. j. & C. quæ res pig. ob. po. l. qui filios. liberū, scilicet hominē, nō posse obligari pignori, intelligitur quòd nō potest sic vt in eo sit ius pignoris: secus ius retentionis, secundū Gl. in c. vt pride. §. ate eisde. xxiij. q. vlt. & in c. exposita. de arbi. Et sicut pater etiā potest vēdere filiū ratione famis, sic & obligare. C. de pat. qui fi. distra. l. ij. & similiter redēptus ex captiuitate tenetur seruire quinquennio, nisi pretiū soluat. C. de post. reuer. l. vlt. ¶ Secūdò quæritur, † à quo possit in obside dari? Et dicit Arch. post Pan. in c. ex rescripto de iureiu. quòd ab Imperatore suis hostibus, & econtrario: quo casu est obses ꝓprie & quasi seruus: ideoq; restari nō vales sine licentia principis: vt in d. l. obsides. & similiter ab alijs principibus habētibus iura principis, seu ius indicedi belum. Ab alijs autē inferioribus an dari possint huiusmodi veri obsides, Bar. remittit ad d. c. ex rescripto. & gl. in l. ij. C. de parri. qui fi. distra. dicit quòd nō: licet de facto sit vsurpata. Et idē Pan. quia immutare sic statū hominis vt perdat liber tatem, est solius principis. Et si inter priuatos datur obses nō propriè, vbi nō interuenit iuramentum, nō tenet obligatio, quasi scilicet ille teneat stare in certo loco, & inde nō discedere: quia hoc videtur quasi quidā carcer priuatus: quē modo miro iura detestantur. C. de carcer. priua. l. j. sed si interuenit iuramentū, talis potest au eius obseruātiā cōpelli, vt scilicet stet in loco vbi cōuentū est: nō tamen debet inuitus detineri: quia nō tenet iuramētū vt possit quis inuitus detineri, cum sit cōtra bonos mores. de reg. iur. nō est obligatoriū. lib. vj. Clerici autē seculares per papam dari possunt in obsides propriè: arg. cap. cuncta ix. q. iij. sed nō per episcopos in obsides ꝓpriè: nec vt monachi per abbatē, id est, largè: quia nō sunt ei ita adstricti: nec poterāt inuiti detineri sine pœna excōicationis: licet à principio assenserint: nec potest in hoc episcopus dispensare. ar. c. si diligenti. de fo. cōp. Monachi verò indubitanter dari possunt à papa: arg. c. per principalem. ix. q. iij. sed ab abbate possunt dari pro necessitate & vtilitate monasterij, non quidē in obsides propriè, sed largè etiam inuiti, cum eius voluntati resistere non possint: vnde & detineri possunt inuiti de consensu abbatis: nō autem eo inuito quia habent beneficium c. fi quis suadente. xvij. q. iij. vide Panorm. vbi suprà materia est intricata.

OCCASIO & causa differunt, vt patet in c. solitæ. de naio & ob. in prin. & quantū colligit à S. Tho. ij. ij. q. xlij. art. j. ad tertiū. & iiij. dis. xxxvij. q. ij. art. j. ad quartum. & causa est causa sufficienter cōcurrēs ad aliqđ effectū in genere suo scilicet finaliter, effectiuè, materialiter, aut formaliter. occasio verò est causa insufficiens: & est duplex, vt dicit in iiij. quolib. q. xij. scilicet data & accepta. Vel, vt dicit Lād. sub alijs verbis, est duplex, scilicet actiua: vt cum qs est quasi coadiutor in pctō: cuius scilicet sola voluntas est causa sufficiēs vel aliquid indebitū facit, vñ alius accipit exēplum

& oc

Universidad de Deusto
Biblioteca

& occasionem malo operandi: & pasiua, vt quando quis facit quod debet, & inde alius accipit occasionem peccati. Prima secundum Land. est peccatū, si sit occasio peccati: & tale, quale illud cuius est occasio. Secūda verò nō est peccatū. Sed intelligo quod occasio actiua peccati mortalis sit peccatum mortale tripliciter: primò scilicet quādo ipm peccatū alterius est intentū: secundò quando sine causa quis dat occasionem talem, ex qua probabiliter credit aliquē inde peccaturum mortaliter: quia est cōtra charitatē: sicut si quis sine causa aliū lederet corporaliter: secus si ex causa: vt si mulier se ornet sobrie secundum morē patriæ, & sic aliquis peccet quia tunc est occasio accepta. Tertiò quādo quis nō credit, sed dubitat & parui pendit: quia sic exponit Per. de Tarā. illud Augu. Nihil est adeo veniale, quin fiat mortale dum placet, scilicet salute proximi contempta. infrà Scandalum.

OCCVLTVM dicitur dupliciter, secundū Pan. in c. ex literarū. de tepo. ord. & in c. vestra de coha. Primò vt distinguitur cōtra probabile: & sic est illud qđ probari nō potest: vnde iudicio Dei relinquit. xxxij. dist. erubescāt. vj. q. j. si omnia, & facit l. duo sunt Titij. ff. de testa. tut. & secundò vt distinguitur cōtra notoriū, & sic occultū est quod aliqua tergiuersatione celari potest, licet aliqui sciant. Penè occultū verò est quod probari quidē potest, sed cum difficultate: vnde ly pene, minuit, sicut & ly quasi. de cōfir. vti. c. cū dilecta. Hæc ex illo. Vide ī. Manifestū: & suprà Notorium.

ODIVM secundum San. Tho. j. ij. q. xxix. est dissonātia appetitus animalis aut rationalis ad apprehensum vt disconueniēs: sicut amor est consonantia eiusdem ad conueniens. Vnde in hoc differt odiū ab ira, quòd odium alicui appetit malum absolutē: ira verò in quadam mēsura sub ratione iusti & punitionis: vnde ira cessat ad mortuos. j. ij. q. xlvj. & ad grauiter læsos. j. ij. q. xlvij. quia iam videtur facta vindicta: secus de odio. ¶ Est autem odiū Dei peccatum mortale grauissimum. ij. ij. q. xxxiij. & similiter odiū proximi est peccatū mortale per se loquendo, quia opponitur charitati: vel quia nō facit illi quod facere tenetur: vel facit quod non facere tenetur: quorum opposita charitas facit, per accidēs tamen secūdum doctrinam Sanct. Tho. est veniale: primò propter actus imperfectionē: vt quia nō est cum deliberatione voluntatis. Secundò propter exiguitatem obiecti: vt quia, proximo optat malum, sed exiguū & non notabile. Tertiò quādo nō fertur in naturam vel gratiam fratris immediatè, sed in vitium: quia hoc pertinet ad fratris amorē, quem vult magno malo carere, id est, peccato. Quartò, quando fertur immediatè in naturam, sed non vltimatè: vt quia vult quis alicui malum propter bonum: puta vt corrigatur. Colliguntur hæc sparsim à Sancto Thoma. in diuersis locis.

ODIOSVM dicitur quasi odio plenū. Quomodo autem debeat fieri interpretatio in odiosis & fauorabilibus & punitiuis, vide per Doc. in regula, odia. de reg. iur. li. vj. Et adde qp vbi in cōstitutione cōcurrit fauor & odiū magis attenditur fauor secūdum Pan. in c. nō dubiū. de sent. excō. quod limita secūdum Dyn. in regula, odia. nisi ex parte odij sit ius & fauor publicus: ex parte fauoris, priuatus.

De Oeconomo.

1 *Oeconomus, qui & idem syndicus dicitur, clericus non laicus esse debet.*
2 *Actor, procurator & syndicus seu Oeconomus in quo differant.*

1 OECONOMVS ✝ est cui ecclesiastica gubernāda mādatur. dist. xxxix. quia in quibusdā. & est idē œconomus quod syndicus: & debet esse clericus, nō laicus: vt in d. c. & in c. nudicatū ibidē. & in c. quoniā in quibusdā. xvj. q. vij. de quo dic vt j. Laicus. §. j. Sed aduerte quòd differentia sit inter actorem, procuratorē, & syndicum seu œconomū, secundū Glo. in c. erga episcopū. ij. q. vij. quia actor cōstituitur à nō domino & authoritate iudicis, & ad præsentes lites tantū: procurator verò semper à vero domino cōstituitur, siue ad vnā litē, siue plures, siue præsentes siue futuras: syndicus verò siue œconomus ab vniuersitate constituitur siue à collegio, & ad vnā causam, & plures, & præsentes, & futuras, & authoritate episcopi. de iura. cal. c. Imperatorū. in fi. Cānō tamen omnes administratores ecclesiæ vocat procuratores j. q. iij. saluator. & ibi vide glos. & in d. c. Imperatorum vbi Panor. dicit, quòd ti ad vnam certam causam solum constituatur: potest fieri sine authoritate superioris aliàs non.

¶ OFFICIVM, vide supra Dignitas. §. iiij.

OLEVM sanctū in die cœnæ Domini per episcopum consecratū est triplex. ¶ Primū & principale dicitur sanctū chrisma, quod de oleo & balsamo conficitur, quo benedicūtur fontes baptismales, & calix ac patena, ecclesia, altare, & puer baptizatur in vertice & in fronte, & episcopi quādo cōsecrātur in manibus & in capite, & omnes fideles cum chrismant. Quod quidē oleū annuatim cōsecrari est & innouandū. de cons. dist. iij. si quis de alio. & peccatū est vti alio quàm nouo, vt ibi. ¶ Secūdū est oleū catechumenorū, quod dicit oleū benedictū sine sanctū, quo inungūtur baptizandi inter scapulas & in pectore, & in manus sacerdotis cum ordinatur, & principes ac reges in brachio & humero, & ecclesia ac altare ante chrismationē. ¶ Tertiū est oleū infirmorum, quo inungūtur infirmi in extrema vnctione, vt de sac. vnc. c. vnico. Primū solū in die cœnæ potest cōficere. de cons. dist. iij. omni tepore. de sent. exc. quoniā. lib. vj. de aliis duobus non inuenitur prohibitū. ¶ Vtrū autē oleum non sacrum additū sacro fiat sacrum: dic vt suprà Aqua benedicta, quòd sic. Ex prædictis elicitur nō esse illicitū mūgere oculos cæci sacro chrismate vt videat: quia licet nō liceat vti sacramentis alio fine quàm sint institūta, materia tamē sacramentali licitū est vti aliter quàm in sacramentis. sicut aqua baptismali, de cuius substātia nō est quòd sit benedicta, vtimur nō solùm in baptizando, sed in bibendo: & sancto chrismate nō solùm in cōfirmando, sed etiam in cōsecrādo episcopos, & de sac. vnc. c. vnico. Puto tamē quòd non liceat nisi p re magna & ardua, & per episcopum vel aliud de licentia papæ, quia aliter esset irreuerentia magna, si hæc passim fierent.

OMISSIO non requirit aliquē actū, sed cōsistit in sola negatione actus debiti. ij. ad tit. xxxv. & ij. ij. q. lxxj. & habet ratione culpæ, nisi secūdū quod opponitur præcepto affirmatiuo: ideoq; nō est peccatum nisi ré pore, pro quo illud obligatur: quo iterato iterat peccatū. ij. dist. xxij. q. ij. art. j. ad quartum. j. ij. q. lxxj. ij. ij. q. lxxxix. veri. q. ij. & q. xxxij.

De Opinione.

1 *Opinio Doctoris, an excuset.*
2 *Opinioni cui sit adhærendum, vbi est varietas.*

OPINIO vt innocescat, secūdum est ex S. Th. ij. ij. q. j. art. iiij. quòd intellectus alicui dupliciter assentit: primò qa ad hoc mouet, scilicet sufficēter ab ipso obiecto, siue aliud sic per seipsum cognitum, vt patet in primis principijs, quorū est intellectus: siue p aliud, vt patet de cōclusionib⁹, quarū est scientia: secūdò nō qa sufficēter moueat ab obiecto, pprio, sed p quādā electionē voluntatē declinās in vnā partē magis quàm in aliā, q̄ si fit cū dubitatione & formidine alterius partis, erit opinio. Siverò fiat cū certitudine absq; tali formidine, erit fides: hæc ex illo. Ex q̄bus patet qd sit intellectus, quid scientia, quid fides, & qd opinio. Quid aūt sit dubitatio habes ī. Dubiū. & quid scrupulus, infrà Scrupulus. Et sic habetur horū differētia: quia intellectus & scientia sunt cum certitudine & euidentia rei intellectæ & scitæ, etiam in particulari: fides verò est cum certitudine: quia innititur testimonio Dei infallibili: sed sine euidentia rei creditæ in particulari, licet sit euidens in vniuersali, vtpote quia fideli ex multis cōiecturis librorū & rerū euidenter cōstat quòd vera sit fides Christi, licet particulariter nō videat qđ duæ naturæ diuina & humana subsistāt in vna persona. Opinio verò vsq; euidentiam neq; certitudinem habet, sed credulitatem fundatā in humana ratione, insufficienti tamen, & non cōcludente necessariò, sed probabiliter pro vna parte, & nō pro alia. Dubitatio verò nullū horū habet, neq; euidentiam, nec certitudinem, nec rationem ꝓbabilem ad alteram partem tantū: sed ad vtranq; æqualiter vel quasi, aut ad neutrā. Scrupulus aūt plus aliquid credulitatis habet quàm dubitatio, & minus quā opinio, cùm sit credulitas ex leuibus cōiecturis, quæ idē est quod suspicio. Vide ī. Credulitas. quia tamen opinio mediat inter duo, in ea sunt duo gradus, secundum quod plura vel pauciora magis & minus probabilia media occurrunt. Ideo quædam opinio dicitur certa & firma, quædam verò opinio simpliciter. ¶ Primò verò quæritur, vtrū sequens opinionem doctoris alicuius nō subtiliter inuestigatam, quæ deinde appareat falsa tiue, quod idem est, verum auditores diuersorum magistrorum tenentium diuersas opiniones, quarū scilicet altera necessariò est falsa, excusentur si sequantur opiniones suorū magistrorū? Et dico qp de hoc videntur esse opiniones, & non sunt. Nam S. Tho. in quoli. dicit quòd excusantur, si illæ opiniones non pertinent ad fidem aut bonos mores: aliàs nullus excusat si contra manifestum scripturæ testimonium, vel contra illud quod publicè tenetur secundum authoritatem ecclesiæ opinionem erroneam sequatur magistri alicuius ex ignorantia: alioquin nō peccassent Arrij & aliorum hæresiarcharū sequaces: nec excusantur simplicitate in talibus: quia in dubijs est fide facili præstandus assensus: sed potius, vt dicit Aug. de Doc. Christiana, consulenda est regula fidei, quæ de planioribus scripturis & ecclesiæ authoritate percipit. Hæc ex illo. Pan. verò in c. capellanus. de feri. dicit quòd sequens opinionem alicuius Doctoris non subtiliter inuestigatam, quæ postmodū appareat falsa, excusatur à peccato, quandiu nō apparuerit falsa. & facit gl. iuncto tex. in c. vnico. de postu. præl. lib. vj. & in c. fi. de spon. duo. & in c. cum venerabilis. de cōsue. & l. regula. ff. quod ibi no. ff. de in. & fac. igno. & quod no. Imo. in cap. per quæ el. ij. de simo. & glos. Gof. Tāc. in d. c. capellanus. & qd no. Old. in l. quæsitū. scilicet, quòd sequens opinionem sui Doctoris excusatur ab impensione expensarū: quia ꝓbabiliter quis sequitur opinionem sui Doctoris. l. dicere. §. vndeviginti. ff. de arbitris. Istæ autem opiniones nō sunt cōtrariæ, sed ex vtriq; elicitur cōpleta veritas: quia vtraq; loquit in spectatiuis ad fidem aut mores S. Tho. dicit q̄ tales nō excusantur in his, quæ sunt manifestè & clarè determinata aliquo etiā modo sed in Arch. intelligit cùm dicit quòd in opinionibus factis cōtra verū, licet nō cōtra cōscientiā, non excusantur à præceptor: puta in habendo plures præbendas, quia facit cōtra legem Dei. alias, inquit, cōtradiceret sibi in eodem lib. quod nō est credendū. & est verū: quia in talibus nō excusat ignorantia. Pan. verò loquit in obscuris: & est verum opposita ratiōe dicentis Mona. q̄ nō generat aliquod præiudicium veritati, cū inter diuersas opiniones à magistris approbatas & scripturis authenticis annotatis, illā quis amplectitur, quæ sibi videtur magis cōsona rationi. Et hoc intelligē nō solum qñ quis facit quod in se est, vt intelligat veritatem, quia talis etiā in manifestè determinatis excusaretur, cùm laboret ignorantia pro tunc inuincibili: sed etiam cum quis ex affectione ad suum Doctorem iudicat probabiliter, vt sibi videtur, esse verum quod est falsum. Nec obstat quòd in dubijs tutior opinio est eligenda. de spon. inuenis. quia nō est in dubio, quæ probabilibus rationibus flectitur ad vnam partem. Nec quòd incertū dimittendū est, & certū tenendū. de præ. dis. vij. si quis, quia tenet iste certū sibi moraliter, cùm in moralibus sufficiat certitudo ex ꝓbabilibus. secūm Philosophum j. Ethi. Vnde si Ioachim tenuit cōtra fidem. de sum. trini. dānamus. & nō fuit hæreticus: quia talis articulus nondum erat per ecclesiā damnatus: multò magis excusatur se quens opinionem Doc. nō reprobatā cū voluntate nō adhærendi si vera nō apparet. ¶ Sed ò quæriē, ✝ cui opinioni sit adhærendū vbi est varietas? Et distinguo. Nā aut vna tantū opinionū habet, ꝓ se legem, vel antiquā & probatā cōsuetudinem, alia nō: & tūc illa est præferenda: quia minimè mutāda sunt, quæ certā sententiā semper habuerūt. l. minimè. ff. de legi. Aut nō est lex nec cōsuetudo ꝓ aliqua ipsarū, vel est pro vtraq;: & tūc debent cōcordari: vt dicat, vnā in vno & alia in alio casu obtinere, si fieri potest vt c. literas. de resti. ipo. xxv. q. ij. §. his ita respondetur. de cogna. spi. c. j. quia cōueniens est iura iuribus concordare. de elec. cùm expediat. li. vj. & l. vnica. C. de inoffi. dot. & l. præcipimus. in fi. C. de appel. Et si cōcordari nō possūnt, cōmunis opinio sequenda est: quia in causa dubij pro multitudine præsumendū est, scdm glo. in c. fi. de præ. di. j. & cōmunis opinio Doctorū inducit probabilem errorem. Pro quo vide tex. nūcta gl. in c. vnico, de postu. præl. lib. vj. & facit tex. in l. ij. ff. de iu. & fac. igno. & no. Bar. in l. de eo. C. de pœ. iudi. qui ma. iudi. & in l. precibus. de impu. & aliis subst. Hoc tamen limita verū, scdm Gemi. in c. j. de fum. tri. lib. vj. nisi vera & certa ratio cōtraria assignetur, & in idem redit limitatio Io. And. in c. j. de cōsti. scilicet nisi notoriè malè dicat, vel rationabiliter conuinci possit, quod bonus iudex acutissimi ingenij æstimabit. & facit l. j. C. de veteri iur. enucle. vbi dicitur, Sed neq; ex multitudine authorū quod melius & æquius est iudicatio: cùm possit vnius, & fortè deterioris, sententia multos in aliqua parte superare. qđ menti cōmendandū est: quia iudex pōt interpretari legē seu Canonē quo ad causam vertentem corā eo, vt notabiliter dicit Inno. in c. cùm speciali. de appe. Est aūt cōmunis opinio scdm Iac. de Bur. qñ cum opinione gl. est aliquis solēnis Doctor & bonæ cōscientiæ, potest illū iudex sequi: sicut facit iudices ecclesiastici, maximè in causis matrimonialibus. Et hęc no. cōtra iudices amatores nouarū opinionū: quia scdm Bal. in d. l. fi. C. de pœ. iudi. iudex tenens nouas opiniones dicitur ꝓpter imperitiā facere, & de imperitia punitur: & qui quærit casus singulares dimittentes regularia, cadūt in larā culpā, scdm Sali. per ea quæ habentur in l. latæ culpæ. ff. de ver. sig. Si aūt non apparet quæ sit opinio cōmunis, sed pro vtraq; iunt famosissimi Doctores: iudex sequendo aliquam earum non tenebitur in simili casu, secundum quod voluit Inno. in c. ne inniaris. de consti. quem sequitur Bar. in l. fin. C. de pœn. iudi. qui malè iudic, quod verum dicit, secundum Inno. quantum ad hoc vt non puniatur in foro seculari: secus tamen in foro conscientiæ: quia debuit eligere eam, quæ validioribus rationibus firmatur, argum. Insti. de emptio. & vendi. §. item. pretium. C. de edic. diui Adri. tol. l. edictō. maximè si talis opinio sit subtilior: vt dicit tex. in capite, capellanus. de fer. Et opinio sit subtilior vt dicit tex. in capite, capellanus. de fer. Et si vna innitatur rigori scripto, reliqua verò scripturæ æquitati, præponitur æquitor. de re. permutat. cap. vnico. libro sexto. & l. placuit. C. de iudi. & per Cyn. in l. j. C. de legibus. & l. benignius. ff. de legibus. & tenet Paul. in clem. Romani. in princ. de electio. quod tamen fallit in odium Iudæorum, contra quos rigor præfertur æquitati. de Iudæ. capite ij. Et dicitur benig

Universidad de Deusto
Biblioteca

benignior ea,quę fauet iuramento,testamento,libertati,matrimonio,religioni,& sacramento.arg.c.fi.de cogna.tpi.& l. sunt personæ.ff.de reli.& sump.funer. & similiter ea quæ soluit,benignior est ligante.de re.iudicata.lib.vj.l.Arrianus.ff.de actionī.& oblig.Et si doctores contraria opiniantes sunt antiqui& moderni,præponuntur antiqui:quia temporis diuturnitas videtur aliquam authoritatem attulisse, niti ex nouis rationibus & cautis aliud sentiatur:quia aliquando intellectus iuniorīs est perspicacior l.Gallus.ff.de lib.& posthu.dis.lxiij. §.verum.Si verò sunt Theologi & Canonistæ vel Legistæ, præferuntur Theologi in materia iuris diuini veteris & noui:Canonistæ verò in materia canonica,& Legistæ in legali.Si verò sunt ex quatuor Doctoribus ecclesiæ,in subtilitatibus quæstionum non textualium,maximè anagogicarum præfertur Augustinus,in textualibus Hieronymus, in allegorijs Ambrosius,& Gregorius in moralibus: quia quilibet horum quatuor in aliquo ex quatuor sensibus scripturæ dicitur præeminere.Si verò sit inter papam & concilium,secundum Sum.Ang.in his quæ sunt fidei concilium præponitur: quia orbis maior est vrbe.Sed tu die verum esse, si papa sit hæreticus:alias non:vt ī.Papa.§.iiij.& ī.Fideles.§.vij. Quomodo autem orbis sit maior vrbe,vide in d.§.iiij. Ideo dico quòd in spectantibus ad fidem & mores & in omnibus papa præfertur concilio,quandiu est caput, id est, non depositus per manifestam hæresim,iuxta dicenda ī.Papa in d.§. iiij.& hoc si papa loquatur authoritatiuè tāquā papa, & non tanquā Doctor.Quod autem dicit Pan.& gl.xx.di.c.j.d.ctum vnius sancti adiutum authoritate diuini iuris prætulerit interpretationi papæ,non est verum:quia in dubijs doctrina ecclesiæ Romanæ,quæ principaliter est in papa,est regula fidei:&ad ipsum pertinet huiusmodi dubia determinare: vt suprà.Fides,in d.§.vij. præualeret tamen extra dubium in manifestis:puta si papa aliquid assereret contra scripturam.

De Oratione.

1 *Orare ad quid expediat.*
2 *Orare cui sit conueniens.*
3 *Orandi qui sint à nobis.*
4 *Orare pro quibus personis, & p quibus rebus cōueniat. & n.5.*
6 *Oratio qualis esse debeat, vt exaudiatur.*
7 *Orationis quis sit effectus.*
8 *Oratio an cadat sub præcepto.*
9 *Orationis Dominicæ efficacia & intellectus.*

ORATIO multipliciter definitur, & plerūq; definitiones bene no intelligūtur. Vnde vt bene innotescat, sciendū est primò quod virtus aliquādo habet partes ij.ij. quæstiōe clviij.artic.viij.scilicet integrales,id est,ea quæ necesse est concurrere ad plectū actū illius: & subiectiuas,id est,species eiusde: & potestatiuas,quæ sunt virtutes quędam adiūctæ illi ordinatæ ad aliquot actus secūdarios, vel materias quasi non habentes totam potentiā illius virtutis.¶ Sciendum est secundò quòd oratio dupliciter sumitur.ij.ij.q.lxxxiij.ar.vlt.ad secundum.primò scilicet communiter,id est,vt quoddam totum includens multas partes:& secundò vt contra alia dicitur.Igitur primo modo sumendo verissimè,vt dicit in iiij.dist.xv.dicunt Damas.dicens quòd oratio est petitio decentium à Deo.Partes autem eius quasi integrales sunt quatuor secundum Apostolum assignatæ, secundum quatuor necessaria ad actum orationis, scilicet oratio qua ad Deum accedimus:quæ est eleuatio mentis in Deum.petitio,quæ significatur nomine postulationis siue petitionis, qua aliquid proponitur Deo ad obtinendum: obsecratio,id est,ob sacra precatio,quæ est ratio impetrandi ex parte Dei vt cùm dicitur,per natiuitatem tuam libera nos domine:& gratiarum actio,siue laus,quæ est ratio impetrandi ex parte petentis:quia de acceptis beneficijs gratias agentes meremur accipere potiora.quæ quatuor aliquando est videre in collectis,sicut in ea,quæ est Trinitatis:dicitur,omnipotens, quo ad orationem.qui dedisti,quo ad gratiarum actionem. præsta quæsumus,quo ad postulationem, & per dominum nostrum,quo ad obsecrationem. Partes verò subiectiuæ sumuntur secundum ea quæ petuntur, vel etiam secundum modos petendi.& sic sunt tres,scilicet supplicatio, qua petitur aliquid indeterminatè:puta iuuari à Deo.postulatio,qua petitur aliquid determinari:& insinuatio,qua solum tacitum narratur:vt ecce,quem amas infirmatur.Io.xj. Et solum his tribus,quæ sunt species, conuenit definitio orationis,id est, esse petitionem decentium à Deo.Sed autem alijs: quia sunt partes integrales.hæc ex illo.¶ Primò verò quæritur,† verū expediat orare?Et dico indubitatè quòd sic, licet circa hoc fuerint multi errores,quos S.Tho.eliminat ij.ij.vbi ī.nō tamen oramus,vt ibi dicitur,vt mutetur diuina dispositio, sed vt impleatur:vt scilicet obtineamus quod Deus vult dare,& precibus obtineri.Vnde secundum hanc doctrinam orare est quasi applicare causam effectui:sicut qui plantata arborem fructus procurat.Vel dicendum est quòd oramus,vt Deus faciat aliquid,quod facere potest & omittere: quia sicut etiam ante quàm faceret mundum,erat libet vt faceret: ita modò liber est contradictione respectu omnium futurorum. De hoc in quæstionibus aureæ Rosæ festo sanctæ Trinitatis.¶ Secundò quæritur,† cui sit conueniens vel etiam vtile orare?Et dico multa.¶ Primum.Diuinis personis non conuenit orare,secundum S.Tho.ij.ij.q.iiij.vbi ī.quia oratio fit ad superiorem,quem non habent: licet filius orauerit secundum humanitatem,qua est patre,imò seipso minor:& modò etiā orat pro nobis vel petendo vel ostendendo patri humanitatem cum mysterijs eius:vt dicit S.Thom.Ro.viij. Non dicimus tamen,Christe ora pro nobis:sed,miserere:quia supponit suppositum æternum,vt dicit in iiij.¶ Secundum.Sanctis qui sunt in patria,etiam angelis,competit orare, secundum Sanctum Thomam in iiij.dist.xv.q.iiij ar.vj.q.ij.non pro seipsis quia omnia eis succedunt ad votum,sed pro nobis: dicit tamen in ij.ij.quòd orant pro gloria corporis, quæ illis deest: sed est oratio impropria,id est,naturale desiderium vnionis ad corpus. ¶ Tertium.Sancti qui sunt in purgatorio,non sunt in statu orandi,scilicet pro nobis, sed magis vt pro eis oretur.ij.ij.vbi ī.ar.xj.quia mquit, Et si sint superiores nobis propter impeccabilitatem: sunt tamen inferiores quantum ad pœnas,quas patiuntur.Vtrum autem pro se orent,non est præsentis speculationis. ¶ Quartum. Peccatoribus autem conuenit orare pro se:quia secundum S.Tho.ij.ij.vbi ī. art.xvj.licet non exaudiatur peccator ex misericordia Dei q̄ quid petit inquantum peccator,id est,secundum desiderium peccati,& si aliquando audiatur ad vindictam,dum permittitur amplius ruere.Deus enim secundum Augustinū,quædam negat propitius,quæ concedit iratus orationem tamen eius ex bono desiderio naturæ procedentē Deus audit,non quasi ex iustitia,quia peccator hoc non meretur:sed ex pura misericordia.obseruatis tamen quatuor conditionibus, scilicet quòd petat pro se necessaria ad salutem pie& perseueranter. ¶ Quintum.Verum autem exaudiatur peccator oras pro aliis,distinguo.Nam si orat vt minister ecclesiæ,exaudiuntur,quæstio.j.dictum est.Si verò orat vt priuata persona,si quidem ad hoc est inductus ab aliquo bono:videtur quòd exaudiatur,& inquantum orat ex bono desiderio naturæ peccatus,licet non pro suo,ar.d.c.dictum est.Si verò non est inductus ab aliquo bonotic non exauditur. j.q.j. si quis inquit.& ipsi sacerdotes.&c.necesse.quod intellige nisi oret ex bono naturæ desiderio: sicut dicitur Deus exaudisse Alexandrum Magnum ad mōres Caipios.¶ Tertiò quęritur,† quis sit orandus à nobis?Et dico multa.¶ Primum. Secundum S. Th.& Ric.cum dupliciter aliquem oremus,scilicet vt exauditorem siue impletorem nostræ orationis:& sicut impetratorem vel intercessorem. Primò modo solum Deum oramus:quia,inquit,S.Th.omnes orationes nostræ ordinari debent ad gratiam & gloriam consequendam, quæ dantur à solo Deo,qui etiam solus,secundum Richa.dat alia bona vt ordinantur ad acquisitionem prædictorum.sed secundo modo oramus etiam sanctos.&hoc etiam,inquit,S.Th.ostendit modus orandi ecclesiæ:quia à sancta Trinitate petimus vt misereatur:ab alijs autem vt orent pro nobis. ¶ Secundum. Sancti qui sunt in patria,secundum Gre.in xij.Mor.& S.Th. vbi ī.licet naturaliter ignorent ea quæ in isto mundo fiunt, maximè cogitationes cordis,in verbo tamen manifestatur eis id,quod eos decet cognoscere de his,quæ circa nos agūtur,etiā quātū ad interiores motus cordis, cuiusmodi maximè sunt petitiones ad eos directæ voce vel corde: vnde eas Deo manifestante cognoscunt.Adde tu quòd eadem ratio est de beatis angelis.¶ Tertium.Secundum S.Th.vbi ī.sancti,qui sunt in patria,orant pro nobis: quia cum oratio pro alijs facta proueniat ex charitate:quātò illi sunt perfectioris charitatis,tantò magis orāt pro viatoribus,qui orationibus iuuari poscunt,& quantò sunt Deo coniunctiores.¶ Quartū. Igitur oratio tanquā deprecatoribus prorrigenda est ad sanctos,qui sunt in patria,secundum S.Th.& Ric.eadem ratione etiā ad angelos,secundū b.Ber.in sermone sancti Michaēlis:& eo magis quòd non solùm orando, sed etiā vtendo sua naturali virtute plerunq; iuuare nos possunt:non autem ad sanctos,qui sunt in hoc mūdo vel in purgatorio:quia,inquit, S.Tho. nondum fruuntur visione verbi,vt cognoscere possint ea quæ cogitamus aut dicimus:à viuis tamen suffragiū petimus colloquendo:nec Paschasius in purgatorio sanauit infirmum,sed oratio & fides orantis. ¶ Quintum.Licet sancti superiores sint Deo acceptiores:tamen secundum S.Tho.in iij.di.xlv.q.iij.ar.ij.ad secundum. vtile est etiam inferiores orare:primò quia ad eos aliqū quis habet deuotionem maiorem,ex qua maximè dependet orationis effectus: secundò, ad tollendum fastidium,quod vnius rei assiduitas parit. tertiò,quia aliquibus sanctis datum est in aliquibus causis specialibus præcipuè patrocinari,sicut sancto Antonio ad ignē infernalem.quartò,vt debitus honor exhibeatur omnibus: hoc quia plurium orationes quandoq; impetrant,quod non oratio vnius.Et addit ij.ij.vbi ī.ar.xj.quòd aliquando imploratio inferioris sancti est efficacior,vel quia deuotius implloratur,vel quia Deus vult eius sanctitatem declarare.Hæc il le.Ex hoc videtur quòd quando sancti nouiter migrant à seculo,& si quid petitur ab eis, petatur ab eis solis: alioquin forte Deus,qui vult illos glorificare,nō exaudiret inuocatos per mos,qui exaudiret inuocatos pervnū.¶ Quartò quærit, † pro quibus personis sit orandū?Et dico ex S.Th.in diuersis locis,quòd quilibet debet orare pro alijs,sicut & pro se:cùm illud sit in oratione petendum quod est desiderandū:quia nō solùm nobis,sed etiam alijs debemus bona desiderare: cùm hoc pertineat ad rationem dilectionis, quā proximis debemus impendere.ij.ij.vbi ī.ar.ij.Et vt ibi patet ar.viij.pro inimicis quidem orare quilibet tenetur in cōmuni,vt scilicet non excludat eos à cōmunibus orationibus pro alijs factis:pro eis autem specialiter orare,perfectionis est,nisi in casu speciali,

scilicet necessitatis:sicut & de dilectione dictū est ī.Charitas §.iiij.&v.Et generaliter orandum est pro omni peccatore viatore vt conuertatur:licet non impetretur niti pro prædestinatis:& pro iustis vt perseuerent,multiplici ratione:vt ibi ar.vj.ad tertium.Et similter orandum est pro excommunicatis,sed non inter orationes pro membris ecclesiæ.iiij.di.xviij. de quo vide ī.Excommunicatio.j.in prin.ij.Millā.j.§.vnj.Et similiter pro infidelibus.iiij.di.xviij.Et similiter pro existentibus in purgatorio,non autem pro damnatis: vt j.Suffragium§.vj.¶ Quintò quęritur,† pro quibus rebus obtinendis orandum est?Et dico vt patet ex S.Tho.ij.ij.vbi ī.ar.v.& vj.& in iiij.di.xv.ar.iij.per totum.quòd non solum possumus aliquid à Deo petere in communi,puta quòd bona tribuat,sed etiam in speciali determinatè propter multa,maximè vt nostrum desiderium sit feruentius ad postulādum:sed ea quibus malè vti non possumus,quæ scilicet malum euentum habere non possint,vt beatitudinem & virtutes ac spiritualia bona possumus petere determinatè & principaliter seu ꝓpter se,& absolutè sine quacunq; condītione,secūm illud Psal.Ostende faciem tuam.sed temporalia possumus quidem determinatè siue specialiter petere:sed non principaliter vel ꝓpter se,sed solùm sicut quædam adminicula, quibus adiuuamur ad beatitudinem,inquantum per ea vita corporalis sustentatur,& nobis organicè deseruiunt ad actus virtutum:nec absolutè, sed sub conditione expressa vel tacita si & inquantū expediūt ad salutē.Hæc est eius doctrina & mens ibi.¶ Sextò quæritur,† qualis debeat esse oratio &qualiter sit orandū vt semper sequatur exauditio?Et dico multa.¶ Primum.Oratio secundum S.Tho.ij.ij.& iiij.vbi ī.debet esse vocalis,si sit publica seu communis:vt quæ fit per ministros ecclesiæ in persona totius populi fidelis:quia oportet eam toti populo,pro quo offertur,innotescere: vt ad deuotionem & suā intentionem cum orantibus coniungendam excitentur.Sive rò sit priuata seu singularis,id est, oblata à singulari persona,pro se vel alio,non est vocalis necessariò: adiungitur tamen illi vox propter multa.Primò scilicet vt seipsum ad deuotionem excitet orans:vnde si mens per hoc distrahatur vel impediatur,cessandū est.Secundò,vt intentionem custodiat ne vagetur:quia magis tenetur ad vnū, si etiā verba adiungantur.Tertiò,vt debitū reddat seruiendo Deo etiā de corpore.Quartò,ꝓpter redundantiā ex vehementia affectus. ¶ Secundum.Debet etiā esse orario actualiter attenta.quod quomodo intelligatur quantum ad orationem, ad quam quis ex præcepto tenetur ecclesiæ:vide ī.Hora.§.xj.quantumve rò ad alias orationes secundum S.Tho.ij.ij.vbi ī.attentio est necessaria absolutè eo modo quo necessarium dicitur id, quo melius venitur ad finem seu effectum:non autem semper est necessaria eo modo quo illud dicitur necessarium,fine quo res effectum suum sortiri non potest: quia cum triplex sit orationis effectus,scilicet mereri impetrare,& mentem refici:ad primum non est necesse attentionem adesse orationi per totum:sed vis primæ attentionis,qua ad orādum acceditur,facit totam orationem meritoriam: sicut in alijs actibus meritorijs accidit. & idem sufficit ad secundum:si tamen prima intentio desit,nec meritoria nec impetratiua oratio erit:quia illam orationem Deus non audit,cui orans non intendit:vt dicit Gre.& idem esset,vt videtur velle in quarto,si vis primæ intentionis omnino periret. Vnde oportet hominem frequenter reuocare cor ad seipsum. Quantum verò ad tertium effectum necessariò requiritur attentio.Vnde primæ ad Corint.xiiij. Si orem lingua,mens mea sine fructu est. Triplex tamen attentio orationi vocali potest adhiberi, scilicet ad verba, quibus petimus: ad sen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sum verborum,id est,ad petitionem ipsam:& ad finem orationis,& ea quæ petitionem circunstant, scilicet ad Deum, & ad rem pro qua oratur,& huiusmodi : & quæcunque harum adfit,oratio non est reputanda inattenta. Et quartò vide quomodo prima est bona,secunda melior,tertia optima: & omittenda sit prima si noceat secundæ , & secunda si tertiæ:non econtrario. ¶ Tertium. Debet etiam oratio esse diuturna & continua:vt idem dicit secunda secundæ,vbi suprà. & hoc secundum suam causam,id est,desiderium charitatis, ex quo debet procedere : quod debet esse in nobis actu aut virtute continuum:quia huius desiderij virtus manet in omnibus quæ facimus ex charitate. Secundum se autem non potest esse continua:quia oportet nos etiam in alijs operibus occupare. Vnde tantum debet durare, quantum est vtile ad suum finem,quæ secundum Augu. ad probam, est excitatio interioris desiderij:quia cuiuscunq; rei quantitas proportionata debet esse sino fiat,sicut quantitas potionis sanitati. Cū autem hanc mensuram excedit , ita quòd sine tædio durare non possit,non est vlterius oratio protendenda. Quod autē dominus dicit Lucæ xviij.oportet vos semper orare:vt idem dicit,intelligendum est vel propter continuitatem desiderij, vt dictū est,vel quia nō intermittit quin oret quis horis & tēporibus statutis:vel propter affectum,siue in ipso orāte, qui post orationem remanet deuotior:siue etiā in alio : puta cū quis suis beneficijs prouocet alium vt pro se oret, etiam qñ ipse ab orando cessat. Adde quòd hoc etiam est dictū exaggeratiuè ad ostendendum necessitatem & vtilitatem orationis.sicut si dicatur quòd nauclerum semper oportet respicere stellam directiuam. Quod etiam dicit dominus Matthæi vj. Cùm oraueritis,nolite multum loqui:non est contrarium quia ibi sumitur oratio vt est petitio rei obtinendæ:quia paucis verbis absoluenda est:sed ipse afcensus ad Deum per meditationem &gratiarum actionem,& huiusmodi,debent fieri vt dictum est. ¶ Quartum . Si oratio habeat has quatuor conditiones:vt fiat piè ad salutem,pro se , & perseueranter, semper exauditur,licet etiam aliquando exaudiatur aliqua harum deficiente.xiij.di.xv.q.iiij.ar.vij.q.iij.ij.ij.q.vbi ꝛ.ar.vij, iij.contra c.xcvj. Vide ibi. ¶ Septimò quæritur,† quis sit orationis effectus? Et dico quòd immediatè est triplex, vt dictū est §.priori. Primò,meteri suppositā charitate , etiā si Deus nolit exaudire:quia est actus virtutis,id est, latriæ. secundò, impetrare:&tertiò,mentem reficere.ij.ij.vbi ꝛ.mediatè verò & consequutiuè sunt multi alij: quia repellit tristitiā, & auget spem.secundū S.Tho.super Psalmo xlj . & vt idem dicit Ro.xij.causat solicitudinem,feruorem,seruitiū Dei,gaudium & auxilium:& si de ea loquamur , vt est impetratiua, eius effectus totuplex est,quotuplex res quę potest obtineri.

3 ¶ Octauò quæritur,† vtrum oratio cadat sub præcepto? Et dico circa hoc esse opiniones. Nā Vlde. licit quòd ad orationem mentalem tenetur quis iure naturali, quod homini dictat se disponere ad ea fine quibus non est salus . quod fine oratione nō fit:ad vocalem verò ex diuino præcepto nō tenetur:sed ex statuto ecclesiæ,quæ ministris suis missas & horas canonicas indixit,vel etiā ex iniunctiōe cōfessoris. Et intendit Vlde.talem rationem : Ad ea tenetur hō diuino iure vel naturali,sine quibus nō est salus,quā diuino iure vel naturali teneē sibi acquirere:quia eadem est necessitas finis,& eius,sine quo nō potest esse finis,ex secūdo Physi.& finis imponit necessitatē.hic,quæ sunt ad finem. Loratio.ff.de spon. huiusmodi autem est oratio:quia ex nobis bonū cogitare nō sufficimus,vt patet ij.Cor.iij.& consequenter nec operari, niū detur ex gratia : quod non sit regulariter quantum ad adultos nisi petant,per arg.à contrario.Io.vj.Petite,& accipietis.& facit xxiij.q.iiij.obtineri.& hoc sequitur Sum.Con. & Pis.Sup.autem addit quòd etiam ad orationem vocalem tenetur quis ex diuino præcepto:quia debemus dicere,Pater noster.Mat.vj.Vnde hanc orationem scire & dicere debent omnes Cristian i.de consc.dist.iiij.vos ante omnia.Sed esto quòd sit in præcepto : dico quòd sufficit dicere mentaliter, cùm aliqñ sit vox intermittenda,qñ scilicet impedit spiritū, vt dictum est.imò dicit S.Th.ij.ij.vbi ꝛ.ar.xiij.ad tertium.& similiter in quartò,quòd oportet intendere ad ea impetranda,quæ in dicta oratione continentur : non autem oportet vtverbis eius tantùm. Vnde S.Th.in iiij.di.xv.dicit quòd oratio cadit sub præcepto determinatè : sicut ministri ecclesiæ ex statuto eius tenentur ad horas canonicas:& indeterminatè, sicut ad orationem tenetur quilibet ex hoc ipso quòd tenetur ad bona spiritualia,sibi procuranda,quæ non nisi diuinitus dantur. Vnde alio modo procurari non possunt,nisi vt ab ipso petantur. Et ex hoc ipso etiam quòd charitatis præcepto tenetur quis proximum sicut seipsum diligere,tenetur & in necessitate esse beneficus,non solùm per corporales, sed etiam per spirituales eleemosynas,quatuvis est oratio:omnibus etiam,qui ecclesiæ ministerio non funguntur,videtur ab ecclesia statutum esse determinatum tempus orandi: cū ex canonū statuto teneantur diebus festis diuinis officijs interesse,vt ministris pro populo orātibus suā intentionem cōforment. Hęc ille. Ex quibus & ex alijs dictis eius patet quòd homo tenetur sub præcepto orare determinata oratione, primò ex præcepto ecclesiæ,si est obligatus ad horas canonicas.secundò ex impositione facerdotis in pœnitentia. tertiò ex præcepto cuiuscunq; prælati spiritualis.quartò ex ꝓprio voto. Indeterminata quoq; oratione orare tenetur primò eo tempore quo tenetur sibi ꝓcurare spiritualia bona, quæ nō nisi per orationem cōsequi potest . quod tempus videtur determinatū quantū ad instās,quo quis incipit vti ratione,in quo tenetur se dirigere & ordinare in Deū:&, vt videtur, eius auxiliū precari,si hoc suæ menti inspiretur : alias verò determinatè nō potest:sed diuina prouidentia ad hoc mouet quando est necessarium:quia stat ad hostium & pulsat, Apocal.iij.& secundò qñ videt proximū in necessitate spirituali vel corporali extrema vel quasi:puta quia videt eum in periculo peccati mortalis,aut in periculo mortis violenter & iniustè illatæ:vt cū duo iniustè pugnāt ad mortem aut vulnera:nisi fortè posset aliter melius quàm per orationem subuenire.tertiò à fortiori quādo homo videt seipsum in grauitentatione & periculo animæ suæ . quartò qñ ex præcepto audit diuina,id est,missam:quia tenetur orare,id est,orationibus assistere,vt eis mediantibus oret. ¶ Nonò quæritur,† quę sit efficacia,& quis intellectus dominicæ orationis. Et quantum ad primū dicit San.doctor ij.ij.vbi ꝛ.art.ix. quòd ipsa est perfectissima oratio:quia cōtinet omnia desiderāda,& ordinem eorū,& informat omnes effectus.propter quæ etiā dicit Ric.quòd inter omnes est efficacissima. & sedm Aug.ad Probam,si rectè oramus,nihil aliud dicere possumus. Quantum verò ad secundum,vide ij.ij.vbi ꝛ.art.ix.& iij.di.xxxiij.

De Oratorio.

1 *Oratorium priuatum quid sit , & quid publicum, & quid alterutrum habere possit.*

ORATORIVM † priuatū qlibet authoritate ꝓpria in domo sua pōt habere:sed nō in forma ecclesię siue licētia epi:sine qua etiā nullus ibi celebrare debet. si fit priuilegiatus:aliter ecclebrās debet deponi.de cōs.dist.j. vnicuiq; & c.clericos.& c.si qs. Qua aūt immunitate gaudeāt, vide ꝛ.Immunitas.§.j.& ij.in prin.& ꝛ.Loca.§.iij. Ecclesia etiā habet campanile:non priuatum oratorium:& illa est fundata authoritate publica,id est,episcopi,& est cōsecrata si ꝓpriè dicitur.& possunt ibi diuina celebrari sine alia licentia: modò habeatur altare portatile,&omne aliud necessarium: secus in priuato oratorio per omnia.

De Ordinario.

ORDINARIVS,subintellige iudex,est duplex sedm duplex iudiciū scilicet in foro causarū. & de hoc ꝛ.Iudex.§.j.& in foro cōscientię:& de isto ꝛ.Confessor.j.§.j.& ij.

De Ordine ecclesiastico. j. in se absolute.

1 *Ordo quid & quot sunt ordines.*
2 *Ordines omnes an sint vnum sacramentum.*
3 *Ordo an liberet à seruitute.*

ORDO ecclesiasticus secundū magi.in iiij.dis.xxiiij.est signaculū quoddā,in quo spiritualis potestas traditur ordinato. Et dicitur signaculū secundū Petr.de Pal.id est,cū exteriori signo traditū . Cum autē vt dicit , videatur esse necessariū ꝙ vbi est distincta forma in eode sacramento vel in diuersis,sit etiā distincta materia siue species,vt in Eucharistia:siue numero,vt in extrema vnctione,vbi ad singulas vnctiones adhibet materia numero distincta tamē si in libro vno cōtineātur exorcismi,ꝓphetię & Euāgelia,idē liber erit signaculū imprimēdi characterē in tribꝰ ordinibus: quia formaliter differūt. Dicit etiā potestas & nō potentia, quæ cōis est actiuę & passiuæ:qa potestas importat actuā determinatē,cuiusmodi est potetia ordinū : quæ secundū S. Tho.est faciēdi aliquid speciale in ordine ad Eucharistiā. Dicitur etiā,traditur:quia ei dicitur accipe. Vnde si nō accipit tangēdo manu,nihil fit:nō tū oportet ꝙ duabus manibus tāgat,licet sit securius.hæc ex illo. Cui adde quòd si ordinator nō traderet potestatē per formæ verbalis expressionē , non traderetur ordo. Igitur ordo est sacramētū,secundū S.Tho. quia in eius susceptiōe quędā cōsecratio adhibet homini per visibilia signa,per quā ordinatur ad dispensationē diuinorū sacramētorū. Et ideo in hoc cōfertur gratia:quia est necessaria nō solùm ad dignè suscipiendū sacramentū,sed etiā ad dignē ministrandū:& in eo imprimit character,de quo ꝛ.Character. ¶ Primò verò quæritur,† qui & quot sunt ordines? Et dico ex S.Tho.ꝙ ordo sumitur ꝓpriè: & sic est sacramentū imprimēs characterē:& largè:& sic nō est sacramētum,sed deputatio quędā ad cultū diuinū,vt dicetur de prima tōsura vel ad aliqđ officiū,vt dicet de episcopatu. ¶ Quātū igitur ad primū,dubiū est de tribus,an sint ordines. Primò de prima tōsura siue corona.de qua tenet Canonistę ꝙ sit ordo ꝓpriè dictus . est in c.cū cōtingat.& ibi do.Ant . & cōiter Canonistæ de æta.& quali.& dicit Ber.ibi quòd est idē quod psalmistatus.quod etiā tenet Sum.Ang.sed S.Tho.& Pet.de Pal.& Richar.& cōmuniter Theologi dicūt quòd nō est ordo ꝓpriè, nisi sicut dicitur religionū ordo,qui est deputatio ad aliquod collegiū in quibusdā ceremonijs:quia ordo propriè secundū Pe.post.S.Tho.est illud,in quo datur spiritualis potestas nō in quo fit deputatio ad aliquod officiū, sicut per coronā homo deputatur solùm ad chorū,vbi nō habet aliquid speciale sed cōmune. Sed est corona secundū eosdē depositio ad ordines.& secundū Pet.de Pa.ad ordines est dispositio cōgruitatis,sed necessitatis respectu beneficij & iurisdictionis ecclesiasticæ:vñ nō tenet collatio beneficij vel cōmissio iurisdictionis facta nō tonsuratoquia nō clericus nō est capax. de trāsla.litera. Ex quibus etiā sequitur qđ nō sit idē corona quod psalmistatus:quia tōsura oēs ordines præcedit ranquā dispositio:sed psalmistatus sequitur:quia secundū Sanc. Tho.est officiū ordini lectoratus annexum.xxiij.dis.psalmista.qua etiam ratione inter ordines ponitur secūdus ab ostiario. dist.ij.cleros.& de hoc statim. Et ista Theologorū opinio tenēda est:tum quia loquit in propria materia,& Canonistæ in aliena,tum quia ordo ꝓpriè est potestas faciēdi aliquid speciale in ordine ad Eucharistiā:tum qa iura licet aliquando coronam enumerēt inter ordines,vt in d.c.cùm cōtingat.ex eo scilicet quòd est ordo largè,tamē aliquādo nō ponunt,vt xxxij.dist.leriatim.& dist.lxxvij.illud.& dist.xciij. à subdiacono.quod nō posset fieri si esset ordo propriè. ¶ Secundò est dubiū de psalmistatu:& tenēt canonistæ quòd est ordo,sed idē coronæ.Sed S.Tho.dicit quòd nō est ordo,sed officiū ordini annexū scilicet lectoratus : quia enim psalmi cum cantu pronūtiantur:ideo lector dicitur psalmista &cantor:cantor autem nō est nomen ordinis specialis, sed officij inter ordines:tum quia cātare pertinet ad totum chorū:tum quia non habet aliquam specialem relationem ad Eucharistiam.Petr. tamē de Palu.tenet quòd Psalmistatus sit idem quod prima tonsura:quia vult quod per eam quis deputetur ad chorum.sed secundum Sanctum Thom. per eum deputatur quis ad diuinum cultum,id est,vt sit de clero, & imponi posit ei officiū aliquod vel ministeriū. ¶ Tertiò est dubium de episcopatu:de quo tenēt canonistę ꝙ sit ordo,scilicet ꝓpriè ita quòd in eo imprimitur character. & etiā videtur sequi.Sum.Ang.cōtra R.of.& Supp.dicēs pro hoc facere inconuincibiliter.c.j.de ordin.ab episcopo qui epi.re. vbi patet ꝙ licet episcopus resignauerit,nihilo minus cōfert ordines, licet nō executionē.quod non esset nisi indelibilē characterē haberet impressum. Sed S.Tho.dicit ꝙ nō est ordo propriè, scilicet secundū quod ordo est sacramētū:quia sic omnis ordo ordinatur ad sacramentū Eucharistiæ respectu cuius episcopus nō habet potestatem superiorem sacerdotali: est tamen ordo secundū quod ordo est officium respectu quarundam actionū sacrarum:quia episcopus habet potestatem in actionibus hierarchicis respectu corporis mystici suprà sacerdotē.& sic quādoq; loquitur iura,quę dicūt ꝙ episcopus cōmittere nō potest nō episcopo ea quæ sunt ordinis episcopalis. de cōse.eccl.aqua. Et ad motiuū Sum. Ang. dico illud ideo esse.qa potestas episcopalis,vt dicit S.Th.in iiij.dis. xxiiij.q.vlt.art.j.q.ij.ad tertiū.nō est tantū iurisdictionis,sed etiā ordinis cōiter:nō tamē habet rationē characteris : vt ibi dicitur ad secundū:quia ordo vt imprimit characterē ꝓ quē Christo cōfiguramur,ordinatur ad sacramentū Eucharistię, in quo Christus continetur.hæc ille. Et sic dico ꝙ illa potestas est indelebilis,sicut & character,licet nō attingat ad rationē characteris.quod idem probat in di.xxiiij.q.j.art.ij.qa datur cum consecratione quę annulari nō potest. ¶ Quantū ad secundum dico quòd secundum San.Tho.& alios Theologos,ordines sunt septem propriè,quatuor scilicet minores,qui non dicuntur sacri ratione materiæ,quia nō habent actum circa materiam sacrā,puta calicem vel Eucharistiā: licet sint sacri secundū se,cum sint sacramēta:quorū primus incipiendo ab infimis,est exorcistatus: secundus lectoratus, sub quo cōtinet psalmistat' & cātoratus:tertius ostiariatus: & quartus acoluthatus: & tres maiores seu sacri ratiōe materiæ,scilicet subdiaconatus diaconatus , & presbyteratus: quorū sufficiētia & numerus & ordo sumit secūdū sepē respectus ad Eucharistiā,vt ꝓbat S.Th.vbi ꝛ.q.j.ar.j.largè verò sunt nouē:quia minoribus additur corona , & maioribus episcopatus.Secūdū canonistas verò sunt nouē propriè:quia prædictos duos additos dicūt esse ordines propriè: quod nō est tenendū,vt dictū est. ¶ Secundò quæritur,† vtrum omnes ordines sint vnum sacramentū? Et dicit S.Tho.quòd sic:quia diuisio ordinis in septē non est totius integralis aut vniuer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

salis,sed potestatiui,cuius plenitudo est tantũ in sacerdotio: vt exẽplũ est de anima diuisa per vegetatiuã, sensitiuã, & intellectiuã. Et idẽ intẽdit Pe.dicẽs ꝙ ordo est vnũ sacramentum, nõ vnitate indiuisibilitatis sicut punctus, nec cõtinuitatis sicut linea, aut perfectione vnius formę sicut corpus animatum, sed perfectiõe vnius finis: quia cũ ex diuersis ordinibus specialibus cõstituatur, omnes ordinãtur ad vnũ actũ, scilicet
3 consecrationẽ Eucharistiæ. ¶ Tertiò quæritˇ, † vtrũ ordo liberet à fortuna seruili? Et dicit Ray. quòd nõ solùm episcopalis dignitas, sed etiã sacerdotalis liberat à cõditiõe seruili vel adscriptitia. dist. liiij. si seruus sciẽte. & secundũ canones etiã à fortuna siue vinculo curiali, cũ liberet à seruili, quę est fortior. dist. liiij. frequẽs. & c. ex antiquis. Vnde quãtũ ad hoc nõ tenet. d. c. si seruus. dicẽs cõtrariũ de curiali vel officiali: quia est quędã lex quæ reuocatur per ius canonicũ, secundũ Gof. ibi. Vtrũ autem vo tum castitatis sit annexum ordini sacro vide ſ. Matrimoniũ. viij. §. iij. quod est de impedimẽto v.

Rursus de ordine. ij. quantum ad collationem vel susceptionem.

1 *Ordo qualem characterem prærequirat.*
2 *Ordinum collatio quale requirat scrutinium.*
3 *Ordinum singulorum qui sint proprij actus.*
4 *Ordinis character in quo actu imprimatur.*
5 *Ordinationis actus quas habeat ceremonias.*
6 *Ordines quibus temporibus tradi possint.*
7 *Ordines an gradatim sint conferendi.*
8 *Ordines in quo loco sint conferendi.*
9 *Ordines qualiter sint conferendi.*
10 *Ordinationi si quid desit, an debeat iterari. & nu. 12.*
11 *Ordinum quæ sint subsantialia, & quæ non.*

2 †qui sint qui nō possunt ordinari de iure?Et dico quòd ordinari nō possunt,primò nō habentes legitimā ætatē.de quo suprà Aetas.§.j.Nec secundò illiterati.de tēp.ord. lib.vj.recipiunt tamē characterē si ordinantur.dist.lij.solicitudo arg. c.veniens.de presbyt.nō bap.& de hoc suprà Clericus.ij.§.j. Nec tertiò criminosi.vnde existentes in mortali non debent promoueri.de tēpo.ordi.c.ex tuarū.&.c.ad aures.aliter peccat mortaliter ipla suscipiens,etiam si crimen sit occultū, & toties quoties vt minister ecclesiæ actum facit,vt tangendo res sacras quasi ex officio suo:secus ex necessitate, sicut posset quilibet laicus,secundū Sā.Tho.in iiij.dist.xxiiij.vt suprà Clericus.ij.§.viij.& similiter peccat mortaliter ordinator,si peccatum sit publicū,vt not.in c.quęsitum.de temp.ord.imò etiam si sit secretū,& hoc scit,& potest nō ordinare.arg.eorum quæ not.suprà Ordo.iij.§.ix.Sufficit tamē cōtritio secū dum veriorem opinionem.¶ Nunc quartò bigami.xxvj.dist. acutus.& suprà Bigamia.¶ Nec quintò solenniter pœnitentes.dist.50.ex pœnitentibus.vt infrà Pœnitentia.§.iij.¶ Nec sextò neophyti dist.xlviij.§.prohibentur.&.c.quoniam. &.c. sicut.¶ Nec septimò curiales,id est,propter aliquod officiū curiæ obligati. dist.lj.c.j.ij.&.iij.dist.liij.legem.absoluti verò à curia non prohibetur ordinari dist.lxj.Ofius.nisi aliàs sint infames vel irregulares:vt in dictis iuribus.vide infrà,§. iij. ¶ Nec octauò ratiocinijs obligati:de quibus dic vt infrà,Ratiocinia.¶ Nec nonò seruit:de quibus dic vt infrà,Seruitus.§. vj.¶ Nec decimò corpore vitiati:de quibus suprà corpore vitiatus.¶ Nec undecimò illegitimè nati.Et quis sit talis,vide supra Filius.Vtrū aūt possint promoueri si religionē intrent, suprà Illegitimus.Vtrū verò dispensatio vt ad clericatū vel ordines promoueri possint,intelligatur quo ad omnes: vide suprà Clericus.j.§.iiij.¶ Nec duodecimò peregrini, nisi habeāt literas autenticas:vt infrà Peregrinus.§.iiij. nec ignoti,nisi præmia examinatione cognoscantur.Et dicuntur peregrini,qui non sunt oriundi de episcopatu,vel non habent ibi domiciliū aut beneficiū:vt in c.cum nullus.de æta.& qualit. lib.vj.Ignoti verò,quorū origo & vita & regularitas nō est nota episcopo.xxiij.distin.episcopus.& ij.q.vij.quærendum. ¶ Nec decimotertiò infames:de quo suprà Infamia. ¶ Nec decimoquartò irregulares:de quibus suprà Irregularitas. in prin.¶ Nec decimoquintò suspēsi, interdicti,vel excōmuni cati:de quibus habetur in suis locis.¶ Nec decimosextò ordinati in diaconos vel subdiaconos à papa: quia sine eius licētia ab alio non possunt ad superiores ordines promoueri.de temp.ord.cum in distribuendis.& j.q.j.filiū.¶ Nec decimoseptimò hermaphroditi:vt suprà Hermaphroditus.¶ Nec decimooctauò coniugati,nisi velint intrare religionem,vel ad sacros ordines promoueri,vt dicūt canones.c.fin. de tēp. ordin.lib.vj.de quo dic vt suprà Matrimonium. viij.§.xij. & suprà Diuortiū.§.xvij.¶ Nec decimononò obligatus ad faciendum aliqua indecentia,secundum glos.Ray.vt ad ministrandum in balneis vel tabernis,aut purgādum cloacas,nisi prius satisfecerit,vel alium ęquè idoneum supposuerit ad ta lia:quod tamen in transeunte ad religionem nō est necessarium,etiam si obligatio esset iuramento firmata sed sufficit si iuxta facultatē suam satisfaciat creditoribus , si moueatur inspiratione Spiritus sancti,quia excusatur authoritate Spiritus:& xix.q.ij.duæ sunt.& de reg.licet. Si autem obligatio erat ad aliquid honestum,etiā per iuramentum, sic intelligitur dictum Ray.quòd potest ordinari, sed remanet obligatus vt ante:vel potest scribendo aut alia honesta faciēdo satisfacere.Nec obst.distin.lij.legem.&distin.liiij.quicunque, quia illa intelliguntur de perpetuò obligatis:puta seruis,ecclesialibus,& huiusmodi.¶ Nec vicesimò histriones, secundum Glos.in c.donare.distin.lxxxvj.vt in c.maritum.distin.xxxiij. quia sunt infames.iiij.q.j.c.j.ff.de his qui not.infam.lij.§.vlo quod Panor. in c.cum decorem. de vita & honest.cler.limitat,quando exercuerunt artem illam in publico. Facit l. palam.ff.de ritu nup.xxv.q.ij.ita nos.Innocent.verò in d.c.cum decorem.vult quod vt quis sit infamis, habeat hoc officium in curia vel assueſcat se in illo actu.Ex quibus omnibus elicio quòd est infamis & irregularis,quādo hæc facit ex officio in curia vel in publico ex cōsuetudine. ¶ Tertiò quæritur, 3
†quis dicatur curialis?Et dicit Ray.quòd tripliciter dicitur. Primò largè is,qui quæcūq; causa obligatus est curiæ alicuius publicæ potestatis,siue sit miles siue aduocatus,siue iudex,siue officialis,siue habeat officium honestū siue inhonestum.Secūdò strictè is qui gerit honesta curię officia: vt decuriones,iudices,& similes.Tertio strictus,qui in causa sanguinis sunt officiales:& secundum eum oēs indistinctè ,bi bentur ordinari.Et si officiū finierunt,vide infrà,Ratiocinia.

✠ Rursus de Ordine quintò quantum ad ✠ iam ordinatum verè vel fictè.

1 *Ordinatus in peccato,vel ab alieno episcopo.vel qui resignauit vel hæresim.an sit suspensus.vsque ad nu.4.*
5 *Ordinatus per saltum an sit suspensus, & quid de ordinato in excommunicatione.num.6.*
7 *Ordinatus post matrimonium per verba de præsenti qualiter puniatur.*
8 *Ordines exercens,qui non est ordinatus,qualiter puniatur.*

ORDO quintò cōsiderari potest quantū ad eum , qui 1
iā ordinatus est verè vel fictè . ¶ Primò ergo quæritur,†quid de eo qui ordinatus est in mortali, de quo scilicet nō erat cōtritus?Et dico vt tit.priore.§.ij.in prine. Vtrum autē à tali liceat recipere sacramēta,vide suprà Clericus.ij.§.vlt.¶ Secūdò quæritur,†quid de ordinatis ab alieno episcopo sine licentia proprij?Et dicovt suprà Irregularitas. 3
§.iv.¶ Tertiò quæritur,†quid de ordinatis ab episcopo , qui resignauit locovel dignitati?Et dicovt ī.Irregularitas.§.viij. 4
¶ Quartò quæritur,†quid de ordinatis ab hæreticis,excōmunicatis,& huiusmodi?Et dico vt ī.Irregularitas.§.vij.¶ Quia 5
tò quæritur,†quid de ordinato per saltū,id est,prætermisso aliquo inferiori ordine ascēdendo ad superiorē?Et dico quod est suspēsus ab executione ipsius ordinis recepti.dist.lij.solicitudo.de cler.per.sal.promo.ca.j.vide ī.Irregularitas.§.xj. recipit tamē verū characterem ordinis superioris,secūdum Ray.etiam si immediatè sine quocūq; alio ordine quis promoueatur ad sacerdotiū modò sit baptizatus secundū Ray. Pet.Hoſt.& S.Tho.licet Hug.dixerit quòd nō,nisi habuerit saltem primā tonsuram.Pallit quod dictū est in episcopatu, qui nō suscipiatur,nisi præcesserit sacerdotiū vt ī.Ordo.ij.§. 6
j.¶ Sextò quęrit,†quid de ordinato dum esset excōmunicatus?Et dico quòd si hoc fecit sciēs se esse excōmunicatū,à susceptis

susceptis ordinibus in perpetuum est deponendus, si est clericus secularis:si verò iam sit effectus religiosus,est suspensus ab executione suscepti ordinis & officij.Si verò non recolēs factum,pro quo in excōicationem incidit, vel factū quidem sciens,sed iuris ignarus nesciebat se excōicatum:tūc cū eo,si est secularis,archiepiscopus vel episcopus dispensare nō pōt absq; sedis apostolicæ mādato.Siverò est regularis,abbas ipsius post iniūctā & peractā pœnitentiā poterit cū eo dispensare:misi graue fuerit & notabile factū:vel qui fecit, adultus fuerit & discretus,vt violenter cōtra oblitionem & ignorātiam præsumat,,pbant hæc in c.cū illorū.de sen.exc.Similiter suspensus est irregularis per solū papā dispensabilis,qui susscipit ordinē in apostasia à religiōe.extra eo.apostata . ¶ Se- 7
ptimò quęrit,†quid de eo qui post cōtractū matrimoniū de præsenti ante carnis copulā se facit ad sacros ordines ,pmoueri aliter quā sacris canonibus cōcedat?Et dico quòd est suspensus,& mortua vxore nō poterit in illo ordine ministrare, nec ad alios ascendere nec obtinere bñficiū vel officiū ecclesiasticū:nec illud matrimoniū dissoluit p extraua. Io.xxij.q incipit,antiquæ.quod intelligi si remanet in seculo:nō si religionem intrasset. ¶ Octauò quęrit, †quid de ordinato ne- 8
gatinè,id est,qui nō est ordinatus,& tñ aliquid exercet ordinis quem nō habet?Et dicit Ray.quòd laici,qui nullū ordinem habentes diuinū officiū exercent indebitè , nisi cessare veliint,debent excōicari,& nūquā ordinari.de cle.nō ord.mic.j.possunt tñ licitè facere officia ordinū minorū.Clerici verò exercentes officiū ordinis,quem nō habet, sunt deponendi,vel perpetuò suspendendi ab ordine quem habebant: nisi post quā iuxta permissionem episcopi biennio vel triennio suspensi fuerint,misericorditer tolerent,nūquā tñ vlterius promouendi.de cler.nō ord.mi.c.j.& ij.nec poterit cum tali dispensari vt ascendat,nisi per papam,secūm Ray.Gof.& Vercc.& hoc tene, licet sint opiniones:quia in d.c.ij.papa dicit episcopo quòd ad ordinem superiorem nō poterit ,pmoueri:& sic promotio est interdicta episcopo : quantum autem ad beneficium cum eo misericorditer agendum est:vt ibi dicitur,etiam si sit in minoribus,secundū glo.Ray.Secundum Hoſt.tamen si quis tale officium exerceret non ad decepcionem,id est,quasi siogens ordinem quem nō habet,sed ex iudo causa festi,peccat quidem:quia ludus vorius est in culpa, nō tamen incurrit prædictas pœnas:quia voluntas & propositum distinguunt maleficia.de sen.exc.cū voluntate &idem sentit gl.Ray.dicens hunc rigorem non extendi ad clericos minorū ordinū,vel qui missis nouis ministrāt in officio subdiaconatus causa gaudij & solennitatis,nō mentientes de ordinibus sitis.cū ferè omnes assistentes sciāt veritatem.licitè etiā secūm Veruec.qui est in minoribus cātat epistolam sine solennitate,vt no.in c.vt quisq..de vi.& ho.nō tñ debet cāta te solenniter,id est,cū ornamentis subdiaconi.xxiij.di.subdiaconatus.lxviij.di.si qui clerici.neq; secundum Io.o.præsente subdiacono.& concordat Hoſt. dicens quòd absente subdiacono sufficit quòd non teneat manipulum in manu sua.

✠ De Ornatu virorum & mulierum. ✠

3 *Ornatus exterior qñ sit vitium.& qñ sine peccato.& nu.2.*
4 *Ornatus superfluus quando sit peccatum mortale.& nu.8.*
5 *Habitus filo non conveniente vtens an peccet.& nu.7.*
6 *Mulier attendens aut non velans capillos an peccet.*
9 *Confessores an absoluant eos qui vestimenta inhonesta gestāt.*
10 *Episcopus an vetare possit mulieres vti ornamentis fictatis.*

ORNATVS in gñe humano est adiectio siue applicatio ornamenti ad humanā personā. Ornamentum autem est res extrinsecus adiecta naturalem gratiā augens: vel ingratiā minuens.Circa ornatū multa scripserūt Sumistæ:sed quia nō pōt gñali regula artis determinari semper qñ sit in eo pctm maximè mortale,sed prudentū arbitrio relinquitur:ideo materiā istā breuiter attingā. ¶ Primò igitur 1
quæritur,†quo in exteriori ornatu sit vitiū?Et quantū colligitur expresse per S.Tho.ij.ij.q.clxix.ar.j.est tbivitiū ex pte hominis immoderatè rebus exterioribus vtentis dupliciter. Primò scilicet per cōparationem ad cōsuetudinem hominū cūm quibus viuit:quia turpis est omnis pars vniuersio suo non congruens,secūm Aug.& secūdò ex inordinato affectu vtentis.Et hoc quantū ad defectū est dupliciter: primò ,pter negligentiā nō adhibentis,studiūve laborem vt exteriori cultu vtat secūm quod oportet.vñ ad mollitiem pertinet trahere vestimentū per terrā ne laboret ad eleuandū.vij.Ethi.& secundò si ipse defectus ad gloriā ordinet,secūm qđ Aug.dicit in li.de ser.do.in mō.in ptis fordibus esse posse iactantiā:sed per gloriā S.Tho.capit omnem malum finem exteriorem. Quantū etiā ad superabundantiā est triplex.Primò si qs inde hominū gloriā quęrit:supple tu,vel aliū malū finem apud homines,puta cōplacentiā turpem.Secūò si inde quærit corporis delicias,secūm qđ vestis ordinat ad corporis fomentū. Tertiò si nimia solicitudo apponit, etiā si inordinatio nō sit ex parte finis.Qui aūt sunt in dignitatibus cōstituti,& ministri altaris,licite ptiosioribus vestibus quā cæteri induuntur, nō ad sui gloriā,sed ad significandā dignitatem sui ministerij vel diuini cultus.Qui etiā vilioribus cæteris vtunt,si hoc faciūt nō ad iactantiā,sed ad macerationem carnis vel humiliationem spiritus,pertinet ad temperātiā: qd præcipuè cōperit his,qui verbo & exemplo ad pœnitentia hortant.hæc ex illo.Ex quibus elicit quòd in ornatu dupliciter est pctm. Primò in se,siue quantū ad factū ipsum,qñ nō est secūm cōsuetudinem patriæ,quæ præsupponitur honesta , siue illam excedat,siue ab illa deficiat.Secūdò quātū ad ipsum affectū: & hoc dupliciter.Primò scilicet in se , secūm quod est nimis intensus causans superfluā solicitudinem , aut remissus causans negligentiā.&secūdò ex parte finis intenti:siue sit apud semetipsum,vt voluptas corporis:siue apud alios vt inanis gloria,vel omnis alius malus finis. ¶ Secūdò quæritur,†qñ ornatus sit sine pcto?Et dico qñ erit secūm mediū virtutis &regu- 2
lam rationis,ad quod multa requiruntur.¶ Primò quòd in se sit sobrius,nō superfluus,ad quod dijudicādū debet homo vti cō suetudine virtuosorū,qui sunt aliorū regula:& consilio bonorum,nō suo tātū:quia ,pprius amor fallit.¶ Secūdò quòd affectus quoq; sit moderatus,ne quis nimis aut solicite aut pigrescat.¶ Tertiò quòd sit recta intentio.Ad primū aūt,scilicet sobrietatem,requiritur primò quòd sit honestus, cūm honestas sit pars iustitiæ.Secūdò quòd cōueniat personæ ex colore & figura:quia nec religiosus habim laici vel alterius religiosi,nec mulier habituvni debet vti,vel ecōtrario.Tertiò quòd cōgruat statui personæ quātū ad prætiositatem & multitudinem.¶ Tertiò quęritur,†,si in ornatu superfluo sit pec 3
catū mortale aut venialeEt dico de mente S.Tho . quantū ex doctrina eius colligitur,quòd si consideretur in se quātū ad factū ipsum,est mortale dupliciter ,scilicet si cōsiderata circūstātia personæ,effectij,loci,temporis,& honōris,sit excessus vel defectus notabilis,qui certa regula determinari non potest:vel si ex hoc detur ,pximo scandalū,vel occasio peccati mortalis:quod est quando est excessus notabilis arbitrio boniviri.& nō generali regula determinabilis.Siverò excessus non sit multus,erit occasio accepta,& peccatum veniale vel nullum. Si verò consideretur quantum ad affectum intensum vel remissum , erit peccatum mortale solum si

Universidad de Deusto
Biblioteca

præponatur Deo,ita quòd quis sit paratus propter hoc peccare mortaliter: & hæc si deliberatè ex hoc procedatur in aliquem actum qui sit mortalis,puta in aliquam mortalem iactantiam,vel immoderatum & mortale ornatum,& huiusmodi,& non aliter,quia habitibus nō meremur,sed actibus. Et propter hoc aliquando dicunt Doc.quòd in hoc dupliciter contingit peccare,scilicet considerando ornatum superfluum in se,& quantum ad finem vel intentionem se ornantis.Si verò consideretur quantum ad finem,erit mortale aut veniale,sicut & finis. ¶ Quartò quæritur, †quid de ornatu mulierum quo ad vestes & fucos & capillos?Et dicit S.Tho. vbi ꝛ.ar.ij.quòd circa hoc dicendum est sicut in genere ꝛ.dictum est: & insuper est speciale in hoc quòd cultus muliebris homines ad lasciuiam prouocat.Igitur nupta potest licitè operam dare vt placeat viro suo,ne per eius contemptum adulteretur.Vnde nupta cogitat quomodo placeat viro.j.Cor.vij.& si hac intentione se ornet,non est peccatum.Quę verò non habet,nec vult habere,nec est in statu habendi virum,non potest absq; peccato appetere placere virorum aspectibus ad concupiscendum:quia hoc est dare incentiuum peccari.& si hac intentione se ornat,mortaliter peccat:si autem ex quadā leuitate vel etiā vanitate propter iactantiam quandā,nō est semper mortale,sed qñq;veniale.Et eadem ratio quantū ad hoc est de viris. Hæc ex illo. Et multò fortius intellige istam leuitatem vel vanitatem non esse semper mortale illi,quæ intendit habere virum:& multò minus est mortale,si virgo se ornet vt placeat honestè alicui vt eam ducat vxorem:omnibus tamen est mortale velle placere turpiter & lasciuè,aut velle placere ei,quem credit aut dubitat lasciuè moueri, & toties quoties se offert eius aspectibus. ¶ Quantum verò ad fucos,dicit ibidem ad secundum:Pucatio,de qua loquit Cyprianus,scilicet dicens huiusmodi mulieres etiā nuptas arsuras cū diabolo,est quædā species fucationis,quæ siue peccato esse nō potest. Vnde secundū Aug. ad Posi.fucari figmentis,quo rubicundior vel cādidior appareat,adulterina fallacia est:nō tamen semp talis fucatio est cum peccato mortali:sed solum quādo sit propter lasciuiā, vel in Dei cōtemptū.in quibus casibus loquitur Cyprianus, scilicet dicens quòd manus Deo inferūt,qui quod ille forma uit reformare contendunt. ¶ Sciendū tamen quòd aliud est fingere pulchritudinem non habiram,&aliud turpitudinem occultare ,puenientem ex aliqua causa,puta infirmitate vel huiusmodi,quia hoc est licitum: quia quæ putamus ignobiliora membra corporis esse , his honorem abundantiorem circundamus.j.Co.xij.Hæc ille. ¶ Circa hoc autē Sum.Ang. contra R.o.& Sup.in tribus deficit. Primò,quia imponit Sancto Thomæ falsum,quasi ipse velit quòd ista fucatio semp sit fictio & peccatum.Secundò,quia tenet quòd si fiat ad fingendam maiorem pulchritudinem,semper sit mortale:probant hoc aliquibus authoritatibus,quæ intelliguntur quando sit ad lasciuiam,aut in Dei contemptum,vel ibi ponendo finem,secundum cōmunem sententiam Doctorum.Tertiò quia dicit quòd fucantes se ad abscondendā turpitudinem, pro posse inducerent ad dimittendum : quod aliquando non esse bonum:sicut si virgo ex infirmitate esset decaluata,non expediret vt vbi de more non incedunt comparesvelatæ ipsa portaret caput,quasi cucurbitam . Quantum verò ad capillos,per omnia dicendum est vt de fucis,ita quòd de se nō est malum portare capillos alienos,vel, vt dicitur mortuos. Et si fiat ad abscondendam accidentalem turpitudinem,nō est peccatum:si verò fiat malo fine,est mortale aut veniale, sicut & ille finis:nec contra hoc est aliqua excommunicatio vel humana prohibitio,vt dixisse deduxi in quadam quæstione Aur.ro. ¶ Ex quibus patet quòd circa huiusmodi omnia quæ dicta sunt,est mortale. Primò si intendebatur ruina alterius:& secundò si ruinam nec intenderet nec curaret,id est,cùm esset mulier parata non desistere à superfluo ornatu,etiam si sciret aliquem ruiturum:quomodo intelligit Pe. de Taran.illud Aug.nihil est adeo veniale,quin fiat mortale dum placet.xxv.dist.§.criminis.Tertiò si intendatur finis mortalis.Quartò si sit magnus excessus,qui sit mortalis ratione prodigalitatis aut occasionis peccandi.Est verò veniale primò quando intenditur malus finis, non tamen mortalis, & circa salutem proximi: & secundò si excessus sit modicus etiam si finis non esset malus.Est verò sine peccato, primò si fiat propter bonū viri, nisi fiat magnus excessus:& secò si ad abscondendam maculam,aut alienas irrisiones euitēdas. ¶ Quintò quæritur, †quid si quis nōvtatur habitu sibi conueniente? Et dico quòd religiosus quidem,& eadem ratiōe religiosa,si non defert habitum religiosum, est excōmunicatus:vt ꝛ.Excommunicatio.ix.§.xxiiij.& si deferat quidem religiosum,sed non conuenientem suæ professioni,secundum Vid.est mortale:nisi excedat in modico . & multò magis si deferret habitum religionis alienæ : quo casu esset excommunicatus:vt patet vbi ꝛ.dum dicitur suę religionis:de quo ꝛ. Excommuncatio.ix.§.xxiij.De eo verò qui vtitur habitu religionis in ludo,ꝛ.Habitus.§.v.De muliere autem vtente habitu virili vel econtrario,dicit Sum.Ang. quòd peccat mortaliter,scilicet indistinctè hoc faciendo sine causa.Cuius contrarium tenet Sum.Ros.de quo vide ꝛ.Fœmina.§.j. Dicit etiam falsè quòd hoc videtur tenere S.Thom.qui vbi ꝛ. dicit quòd hoc de se vitiosum est , præcipuè quia hoc potest esse causa lasciuiæ:& specialiter prohibetur in lege: quia genies hac mutatione vtebantur ad superstitionem idololatriæ. potest tamen quandoq; fieri sine peccato propter aliquam necessitatem, ad se occultandum,vel propter defectum vestimenti,& huiusmodi.Hæc ex illo qui nō intendit quòd sit mortale ex leuitate. ¶ Sextò quæritur, †quid de muliere attondente aut nonvelante capillos: Et dico de attōdente quidem vt ꝛ.Fœmina.§.ij.De non velante autem S . Thom. introducit dictum Hug.quòd capillos nudare fœminæ,quæ etiam caput velare iubet Apostolus , nec maritatæ decet. subiungens:In quo tamen casu possent aliquæ à peccato excusari,quando hoc non fieret ex vanitate, sed propter contrariam consuetudinem , quauis talis consuetudo non sit laudabilis.Hæc ille . Et sic in hoc non potest esset mortale nisi ratione affectus vel intentionis. ¶ Septimò quæro, †quid de his qui deferunt habitum inhonestum, sicut mulieres ostentant antes pectora,& viri penè ostendentes verenda propter habitus breuitatem? Et dico quòd omissa intentione, de qua iam patet quòd est peccatum,eo modo quo ipsa nec quæ intenditur,loquendo de facto ipso,dico quòd circa hoc Summistæ multa loquuntur aggrauantes casum,sed stante consuetudine,licet non laudabili,sic incendendi, & remota omni mala intentione,non potest dari regula generalis,nisi quæ de occasione peccati datur ꝛ.Occasio.sed totum relinquitur iudicio confessoris,qui in talibus,quantum licitè potest,restringat. ¶ Octauò quæritur, †quid de habentibus ornamenta honesta sed superflua,& plura quàm sit necesse? Et dico quòd si sit in hoc enormis excessus , videtur mortale: quia ista essent eroganda pauperibus. Ad cognoscendum autem istam superfluitatem circa numerum & pretiositatem ornatus,tria sunt præcipuè consideranda . ¶ Primò scilicet tempus præteritum,qualiter scilicet quis tempore præterito venerit ad istam conditionem & statum,quem modò habet: quia si peruenit per vias,propter quas restituere teneatur,nō potest

potest vti multitudine vel pretiositate qua alij communiter vtuntur:quia rebus obnoxijs restitutioni sine mortali quis vti nō potest ad statū conseruādum vel pōpam de vesti.spol. c.sepe contingit.Et ita indistinctè tenet Sum.Ang. & Ros. addentes quòd prælatus sine mortali dispensare nō potest, etiā quo ad incerta,vt viuat secundū statū, sed solùm sēm cōditionē naturalē,quia scilicet quis indiget pretiosioribus altero.Sed quia iura,quæ allegāt hoc nō probāt, videtur limitādū esse quo ad bona certa:vt infrà,Restitutio.viij.§.vij. & viij. ¶ Secūdò cōsiderandū est tēpus presens vtrum scilicet ornatus iste propriæ cōditioni cōueniat,cum maior maiori & minor minori debeatur,de vi.& hon.cler.c.clerici officia. in quo tamē est attēdenda cōsuetudo bonorū.dist.xlj.c.j.iuēta gl.Adde quod æqualis nobilibus,diuitijs,sed nobilitate minor aut etiā genere infimus, ornare se potest vt nobiles. quod Sum.Ang.& Ros.indistinctè cōcedunt: quia nobilitas hodie nō attribuitur secundā virtutē,sed secundū pompā & opinionē.Sed mihi videtur limitandū,modò in moribus & exercitijs se habeat vt nobilis:quia cum nobilitas sit antiquæ diuitiæ:iste iam incipit esse nobilis.secus si vilia exerceat officia,puta rusticana aut mechanica. ¶ Tertiò cōsiderandū est tempus futurū,id est,vtrū in posterū poterit esse semper in tali ornatu sine peccato:quia si oporteret eum propter hoc effici inustum,aut pauperibus crudelē,non liceret. ¶ Nonò quæritur, †quomodo in huiusmodi debeāt se regere cōfessores? Et dico quòd si eis clare cōstet de mortali ,denegare debent absolutionē, si nolunt pœnitentes abstinere. Si verò eis clarè constet quòd nō si mortale,non est absolutio negāda, etiā si abstinere nō velit:quia venialia non sunt de necessitate cōfessionis.Si verò nō possunt clare percipere vel iudicare vtrū sit ibi mortale nec ne : persuadēdū est pro viribus vt abstineant,sed non est facienda conscientia de mortali:quia deinde mortaliter peccarēt,etiam si aliàs illud nō erat mortale:nec absolutio negāda:quia iura sunt proniora ad soluēdum quàm ad ligandū dist.lv.ponderet.& melius est dominō reddere rationē de nimia misericordia , quàm de nimia seueritate. ¶ Decimò quæritur, †posito quòd episcopus mandet sub pœna excōmunicationis,mulieres nō vti ornamentis fucati coloris vel auri & argenti,& multa hoc obseruauerit, vtrū inciderint in pœnā Ioan.And.in regula,ea quę fiunt.in mercu.distinguit vtrū ornatus sit peccatū an nō: dicēs quòd fucatio ad fingendam pulchritudinē nō habitā, sine peccato esse non potest.secus ad abscondēdum turpitudinē ex causa maximè extrinseca.ornatus autē superfluus vestiū,& huiusmodi,nō nuptæ est mortale,aut veniale,aut nullum secundū intentionē. Et deinde dicit primò quòd statutū episcopi ex causa est bonū:& quæcūq; via fuerit,saltē ad fingēdum pulchritudinē,incidit:quia cum fucatio sit mala, prohiberi potuit:nec in hoc debuit vxor obedire marito. Dicit secundò circa alia ornamenta quòd nupta debet precisè obedire statuto episcopi.viij.q.j.sciendum.& c.quid culpatur. xxiij.q.j. nupta verò si vir cōsentit expresse vel tacitè nō prohibēdo cōtrarium,debet seruare statutū:aliàs incideret in pœnā. Si verò expresse prohibet præcipiēdo contrariū in affectu episcopo in effectu marito obediat,cōtra cuius voluntatē statutum ex his obligare ne quimus.Hæc ex illo,qui videtur desicere in multis,sed tamē videtur habuisse in mēte solutionē bonā,scilicet quòd incidunt si veniūt cōtra illud per licitū nō prohibēte superiori:secus si per licitum ad imperium superioris: quia tunc sententia est à nō suo iudice.Hæc distinguo inter fucationem & alios ornatus:nec inter nuptam & innuptam.

¶ Otiosita s vide suprà Acedia.

De Pactis.

1 *Pactum,stipulatio,pollicitatio conuentio & promissio qualiter differunt.*
2 *Pactum quotuplex sit.*
3 *Pactum nudum an obliget iure canonico & secundum conscientiam.num.4.*
5 *Nudum pactum an pariat actionem.*
6 *Pactum omne vestitum an obliget.*
7 *Pactum priorum vel gardianorum mendicantium cum aliis ecclesijs super turibus parochialibus an sit perpetuo seruandum.*
8 *Pactum turpe vel contra ius an firmetur iuramento.*
9 *Pactum de non cedendo bonis an valeat.*
10 *Pactum contra substantiam contractus an valeat.*
11 *Pactum de hereditate viuētis seu futura successione an valeat.*
12 *Donatio in testamento an reuocetur per aliud testamentum. & num.13.*
14 *Pactum legis commissoriæ an valeat.*
15 *Pactum factum patri à filia dum nubit an valeat.*
16 *Pacta obscura quomodo sint interpretanda.*

PACTVM vel pactio à paciscor, est duorum pluriūmve in idem placitū seu cōsensus,scilicet ad aliquid faciendum vel dandum,vt dicit tex.in l.j.ff.de pac.Vnde cōtractus generali nomine pactum dicitur:sed tamē cum habemus specificū nomē eo nominamus cōtractū,vt dicēdo,venditio locatio,& huiusmodi:cum verò nō habemus generali nomine pactum appellamus. ¶ Primò verò quæritur, †quomodo differūt pactū,stipulatio, pollicitatio,cōuentio,& promissio? Et dico quòd promissio si sumatur largè,est affirmatio vel negatio,qua quis se aliquid dicturū vel facturū affirmat aut negat:& est quid cōe ad omnia prædicta.& secundū Panor. in c.j.de spō duo.est idē quod fides,id est,datio fidei seu spōsio sed ꝓprie est promissio precedēte rogatione : vt si rogo te dare mihi decē aut mutuare,& spondes.Pactū verò latiùs est id quod dictū est sed propriè est quando verba præmittūtur à promittēte,& cōsequenter à recipiēte: vt dabo decē si equum trādideris . Et sic de ratione pacti propriè sunt tria. Primò quòd iste actus generatur inter plures . Secundò ꝙ partes sint præsentes per se vel alium aut scripturam.tertia ꝙ cōsensus earū cōcurrat. Tertiò quòd verba ꝓmittātur à spondente:vnde nō est pactum si quis relinquat ecclesiæ centum cum onere faciendi anniuersariū: & ecclesia acceptat:quia cōsensus ecclesiæ sequi potest mortem illius testatoris.Stipulatio verò propriè est quādo fit ecōtrario,ita quòd verba præmittūtur à recipiente:vt si dicat vnus,dabis mihi decem? & alius dicat,dabo. Instit.de verborū obli.in princ. Pollicitatio verò est solius offerētis promissio.nec requiritur præsentia personæ cui pollicitatio fit.l.j.& l. pactū. ff. de pollic. & fit sine interrogatione præcedēte.ff.de pollic.l.iij.Cōuentio autem est aliquid generalius pacto:quia & scholares in scholis,& fratres in capitulo conueniūt,ff.eod.l.j.§. cōuentionis verbum.& propriè videtur in iure passiuè sumi pro citatione:actiuè verò pro pacto. ¶ Secundò quæritur, † quotuplex est pactū? Et dico quòd pactorum multa sunt genera:de quibus pauca referam. ¶ Nam quoddam dicitur vestitum, & quoddam nudum . Vestitum dicitur pactum sex modis.Primò re.Secundò verbis,scilicet in stipulando.Tertiò literis: vt quando in literis cōfitetur se aliquid recepisse,etiam si nō receperit.Quartò consensu: vt in locierate,mandato,emptione,venditione,vel locatione:in quibus non requiritur scriptura vel præsentia:sed sufficit consentire per se vel p.r nuntium,aut scripturam.de quibus quatuor modis habes suprà

Obli

Universidad de Deusto
Biblioteca

Obligatio.§.ij.in fine.Quintò,coherentia contractus: puta, vendidi tibi domum cum pacto quòd morer in ea per annum:quod quidem valet,quiavestitur coherentia cõtractus, scilicet venditionis:aliàs esset nudum.Sextò interuentu rei: puta,promisi dare tibi aliquidvt faceres mihivel dares aliud: vnde statim cum dedero tibi sponsum, vestitur pactum ex parte mea:ideoq; interuentu eius obligaris mihi ad promissum.Probantur ista Instit.de verb.oblig.Nudum verò quando non vestitur aliquo prædictorum:sed in meris & puris finibus conuentionis: verbi gratia,promisi tibi dare centum sine aliqua interrogatione præcedenti vel chirographo, & huiusmodi,& consentis:aliàs si nõ consentires,non esset pactum,sed pollicitatio:de quo in l.iure gẽtium.§.igitur.ff.de pac.Similiter dicitur nudum,quando non continet causam: quia traditio rei sine causa nullius est efficaciæ.l.nunquam nuda traditio.ff.de acquir.rerum domi.licet habeat aliquas fallentias.de quibus Panor.in cap.si cautio.de fide instrum.

¶Quoddam etiã dicitur pactum addictiõis in diem,vt vendo tibi domum:& si hinc ad mensem potero pretium maius habere,repetam illam.¶Quoddam etiam dicitur personale eò quòd determinatis personis prosit,& non alijs: vt si promitto non repetere pecuniam debitam mihi à te, sed à tuo hærede.¶Quoddam etiã est reale vel in rem, quod scilicet nõ respicit determinatum numerum personarum,sed generaliter omnes,ad quas res deuenerit:vt cùm meum creditũ remitto tam tibi,quàm tuis hæredibus.¶Quoddam etiam est pactum legis cõmissoriæ,de quo infrà,§.xiiij. ¶Tertiò

3 quæritur,†vtrum ex nudo pacto seu sola promissione obligetur homo iure canonico?Et dico quòd sic:vt not.in c.j.de pac.& in c.iuramenti.xxij.q.v.quod limitatverum Collecta.& sequitur Panor.in c.prudetiam.de donat.& in c. si cautio. de fide instru.quando exprimitur causa:vt promitto tibi decem,quia vendidisti mihi talem rem,vel mutuo cõcessisti,& huiusmodi:quia si sit nudũ,sic quòd nulla causa sit adiecta: non obligat etiam in conscientia,quia præsumitur quis per errorem promisisse:& sic allegari nõ potest obligatio naturalis,cùm nihil sit tam contrarũ cõsentui,quàm error xxix. q.j.§.j.& l.si per errorem.ff.de iurisdi.om.iudic. Sed quantũ ad conscientiam dic vt §.sequenti.¶Aduertendum est tamẽ quòd si dicat quis.Promitto tibi centum donare: quod tunc liberalitas promissionis præsumitur causa donandi:& sic nõ est sine causa:& similiter si promittitur aliquid loco pioꝝ:quia præsumitur se obligasse fauore piæ causæ,nec ibi præsumit error.de sue.ab intest.c.fin.sed de hoc §.sequenti.¶Quartò

4 quæritur,†vtrũ ex sola promissione siue ex pacto quis obligetur in cõscientia?Et dico quòd sic sub peccato mortali, in rebus scilicet alicuius importantiæ:vt patet per d.c.iuramẽti.& d.c.j.de pac.iunctis glos.& notabilibus Doc.& est mens Panor.ibi,& Sanc.Tho.ij.ij.q.cx.art.iij.ad quintum.vbi dicit infideliter agere eum,qui non seruat promissum.& iiij.dist. xxvij.q.ij.art.j.ad secundũ.Hoc autẽ Sum.Ang.& Ros.limitãt,& est limitatio Colle.quem sequitur Panor.in c.prudentiam.de dona.quãdo exprimitur causa promittẽdi,vt in priore§.Sed expressio ista facit ad præsumptionem,quę in cõscientia nõ habet locum.Vnde nõ differt quo ad Deum siue exprimatur,siue non:si tamẽ causa expressa vel nõ expressa non esset vera,non obligatur.¶Limitatur ergo primò,secũdum Sanctum Tho.vt innuitur ij.ij.q.vbi suprà.& est Theologorum doctrina,si habuit animũ se obligandi.facit c.literatum.de voto.& l.obligationum.la prima.ff.de act.& obli. Secus si habuit animum effendi liber vsq; ad redditionẽ,vel si habuit animum fingendi:quia licet peccet,non obligatur tamen,nisi subesset causa de se ex præcepto obligans:puta si promissa est patri vestis,& frigoribus alget.Limita secundò ibi expresse quando promissum est licitũ aliàs propositum mutando bene facit.Et tertiò si non sunt mutatæ conditiones personarum ac rerum:aliàs secus secundũ Sene.de bene. Et intellige quando per mutationẽ aduenit aliquid, quòd non valet pactum aliquãdo ratione personarum,sed dicitur inutile:vt pactum furiosi continuò,& non per intervalla: & pupilli nondum doli capãcis,vbi vult obligare secus vbi aliom vult obligare:& prodigi & monachi,ac omnis regularis professi,nisi contemplatione monasterij paciscantur,cui per tales acquiritur: nec viri & vxoris, qui sibi donare non possunt,sed vendere.Aliquãdo ratione potestatis,vt pactum legati dum legatione fungitur:& patris ac filij,nisi in peculio castrensi vel quasi.Itẽ si res in pactum deducta non sit in rerum natura.Item si homo re sacra vel religiosa deducatur in pactum.Item cessat pactum in collatione rerum spiritualium:& in prohibitis, etiam si iuramentum interueniat:& in rebus turpibus & impossibilibus de facto vel de iure,vbi nulla inducitur obligatio.Vide Gosr.in Summa.

¶Septimò quæritur,†vtrum pactum initum per priores aut guardianos mendicantium cum rectoribus vel personis ecclesiarum vbi habitant,super iuribus parochialibus vel alijs quibuscunque,debeat perpetuò seruari?Et dico quòd sic,si factum est cum assensu suorum conuentuũ vel locorum: licet non interuenerit assensus magistri vel ministri prouincialis aut generalis, vel sedes apostolica, quo ad Minores, authoritatem non præstiterit.de pact.quia ex eo.libro vj.

5 ¶Octauò quæritur,†vtrum pactum in se continens turpitudinem ex hoc quòd est peccatum,vel contra ius, valeat si iuramento firmetur? Et dicit Panorm.in cap.pactiones. eod.tit.quòd nõ,si continet turpitudinem ex parte vtriusq; scilicet iurantis & recipientis. xxij.q.iiij.per totum. & similiter si solùm ex parte iurantis tantum:vt in regula, non est obligatorium.Si verò ex parte recipientis tantum,sic tenet & obligat.de iureiuran.debitores.Ratio,quia iuramentum prin

principaliter dirigitur in Deum, in quo nulla potest versari turpitudo. Si verò non fit iuramento firmatum, an obligetvide suprà Obligatio.§.iiij.

6 ¶Nunò quæritur,†vtrum valeat pactum de non cedendo bonis suis?Et dicit Panormitanus in dicto capite,pactiones. quòd sic,nisi sit notoria paupertas: quo casu esset illicitum: quia in effectu videretur quis tunc se obligare ad carceres: quod non potest,cùm nemo sit dominus suorum membrorum. ¶Decimò quæritur,†vtrum valeat pactum, quod est contra substantiam contractus, & non continet turpitudinem?Et dico quòd si apponatur per viam modi, vitiatur,& non vitiat,secundum Franc.de Rampombus in repetitione legis finalis.C.de condictio.ob causam. Vnde non valet pactum quòd precarium duret inuito domino,de preca.precarium.& l.cùm precario.ff.de preca. Similiter non valet,si constituo procuratorem, & promitto non reuocare.Ita dicit Bar, in d.l.cùm precario.& Ange.in l.ij.ff.de procur.& si promisit sub pœna,non tenetur ad illam si reuocat.Et facit glo.in c.ij.de consue.lib.vj.& Ange.in consi.ccxxij.Sed fi apponatur per viam conditionis,non vitiatur,sed vitiat, arg.capitis fi.de conditio.appo.& quod no.Bar.in auth. ingressi.C. de sacr.sanc.eccle. Quod autem contrarium videtur in l.vbi

7 mortis causa ita donatur.ff.de do.caus.mor.solue vt Bar.ibi. ¶Vndecimò quæritur,†vtrum valeat pactum de hæreditate viuentis,seu futura successione? Et dico quòd non regulariter:quia inducit votum captandæ mortis.C.de pact.l.fi. & ibi per doc.& per Bal.in lib.de vsi.feu.de feu.da.in vi.leg. commiss.& per Canonistas in c.venerabilem.de elec.& Pan. in c.nulla.de concess.præben.vbi etiam distinguitur quòdvaleat,si fit ad conseruandam legitimam successionem.Insti.de legi.agna.suc.quia est legi consentaneum.Sed si fiat ad eam minuendam,non valet.l.pactum.ff.de pac.nisi firmetur iuramento quo casu valebit.de pac.cap.ij.lib. vj.& similiter non valet,si fiat ad eam perdendam,seu ad tollẽdam liberam testamenti factionem,quia est contra bonos mores:vt l.stipulatio hoc modo.ff.de verbo.obli.adeò quòd secundum Bar. etiam iuramento non firmatur per regulam, non est obligatorium.de regulis iur.libro sexto:vt in d.l. stipulatio.not. in l.finali.C.de pactis.tamen melius dicitur quòd firmatur: quia non est contra bonos mores naturales,sed ciuiles:arg. captis ij.de pact.libro. sexto

8 ¶Duodecimò quæritur,†quid iuris in hoc casu:Quidam timens parentes,& volens animæ suæ prouidere,reliquit paucis denibus dimidiam bonorum suorum hoc pacto scilicet dicens,si contingat me facere aliud testamentum,per quod infirmetur parentes meos,& reuocarem præsens iudicium,ex nunc tibi P.notario publico tanquam personæ publicæ stipulanti & recipienti pro dictis pauperibus dono irreuocabiliter & intervivos dictam dimidiam,constituens me ex nunc eam possidere precario nomine.& tandem facit aliud testamentum.Modò quæritur vtrum pauperes ex tali donatione valeant aliquid habere?Et dicit Bal.vbi ?.esse in hoc opinio communiq; Dy.dicit quòd sic.ff.de testa.l.hæredes palam.§. si. de lacr.san.eccle. Quod autem contrarium videtur impedire quod semel placuit.de re.iur.libr.vj. Alij dicunt quòd non:quia iste contractus donationis videtur impedire liberam testamenti factionem.ff.de verbo.obli.l. stipulatio hoc modo.Sed ipse dicit aduertendum quòd sumus extra casum doctorum:quia hic interuenit traditio. Vnde & si donatio esset infirma & sine causa,tamen dominus volens transferre dominium,tranfert ff.de condi.ob causam. l.iij. §. sub illud.Vel quia causa est ipsa liberalitas:vt ff.de dona. l.hoc nomine.Item ipsa pietas.ff.de condi.inde.l.cùm his.§.si mea opinione fit mulier.& not.Insti.de obliga.quæ ex quasi con.§. ex quibusdam.ad quod C.de sacrosanct.eccle.l.finali.Volens ergo sustinere opinionem Dyni,faciat quòd procedatur ad traditionis actum:qui etiam sub cõditione fieri potest:vt ff. de acquiren.possess.l.qui absenti.& cautius si interueniat traditio corporalis,quam si precaria.Quia precarium fortè non valet:& tandem relinquit cogitatioi lectoris sine decisione. Hæc ex illo.Ad quorum intellectum vide ?. Traditio. & ?. Precarium.Et intendit ipse,vt videtur. quòd si doner publicæ personæ inter viuos sub tali conditione, & tradit maximè corporaliter,quòd valebit:& verum est. & intellige in foro causarum:in foro autem conscientiæ multò magis.

¶Decimotertiò quæritur,†quid cùm vir facit testamentum 13
& legat certum quid: puta domum suæ vxori hoc pacto quòd siue mutaret testamentum siue non,vxor iure donationis habere debeat quod sibi legauit: & demum mutauit testamentum nulla facta mentione de dicta donatione?Et dicit Bal.vbi suprà videri quòd mulier non debeat dictam habere domum,per dictam l.stipulatio hoc modo.contrarium verò,inquit,dico:quia ista donatio est præsens & pura: quia dixit,siue mutauero siue non:& ideo non est appositа in pœnam testamenti mutati.Caue tamen,quia nisi interuenerit traditio,non confirmatur morte:& sufficit quòd traditio interueniat tempore donationis, vel postea viuo donante.ff. de do.inter vi.& vxorem.l. Papinianus. alijs incipit, si quis pro vxore.& arg.in l.ij.C.si quis aliq.testa. prohib.

¶Decimoquartò quæritur,†quid iuris de pacto legis com- 14
missoriæ?Et dico multa.¶Primum.Hoc pactum in contractu venditionis est pactio,qua venditum redditur, non emptum,si non seruatur promissum:vt vendo tibi fundum:& si intra talem diem non solueris pretium, inemptum sit:vt in l.j.& ij.ff.de lege commissoria. In pignore verò est pactio, qua pignus redditur perditum si non seruetur promissum:vt nisi lueris pignus intra talem diem, sit perditum,vel sit mihi pro soluto.¶Secundum.Hoc pactum non est generaliter reprobatum.ff.de le.commiss.per totum.vbi patet quòd valet in contractu venditionis:sed in pignore secundum Sum. Ang.generaliter reprobatur:vt in l.si.C. de pac.pign.& in c. significasti.de pig.& ideo hoc pacto non obstante pignus est restituendum,nisi in tali pacto interuenisset iuramentum:vt in d.cap.significante.Sed pro notitia huius particulæ nota primò quòd istud pactum in pignoribus perdendis aut vendendis,iniusto pretio pacto adhibito statim, & non ex interuallo,seu post mutuum:vt patet per Bal.in l.qui pactus C.de pac.pig.imò & per tex.ibi.& idem Bart.vt refert.Pan. in c.significante.de pig.Nota secundò quòd cùm istud pactum non fit de se illicitum:quia fieri posset de se licitè per modum appositionis pœnæ:sed solùm fit illicitum ex prohibitione iuris ciuilis,ne scilicet nimium lederentur debitores in perditione vel exiguavenditione pignorum,& ne daretur occasio mutuandi sub spe lucri,vt dicit Pan.in d.c.significante.eo modo reprobatur in pignoribus iniustè vendendis,quo secundum leges venditio est iniusta,scilicet si sit iniustitia vltra dimidiam iusti pretij:similiter si fiat ex voraciate creditoris,vt ?.partic.vlti. Et ideo si hoc pactum fiat de pignore vendendo non in fraudem ad lucrandum ex mutuo, sed in pœnam ad coërcendam contumaciam debitoris, erit licitum.& pignus erit venditum ex conuentione pretio iusto legaliter:& si plus valeat,nihilo minus erit emptoris ratione pœnæ.Et ita sustinet Arch.in ij.parte,ti.j.capite vij.& habes in aurea Ros.casu xxviij.¶Tertium.Secundum Bal.vbi ?.hic est pactum legis commissoriæ: pignoro tibi hanc rem: & si non fuero intra mensem,nunquam passim luere.licet r. indicatur quòd dominium fit apud creditorem. Et ita

tenet

Universidad de Deusto
Biblioteca

tenet glo.in l.vl.C.de pac.pig. ¶ Quartum. Cum fideiussore valet hoc pactum si no extraxero te de obligatione, pignus, quod pro indemnitate tibi dedi, loco indemnitatis sit tuu, secundum Bal. in lib. devsi. seu. vbi 3. quia speciale est in his, qui pro alio sunt obligati: quia hoc modo possunt indemnes seruari: vt. ff. de contrahen. emp. in fin. ¶ Quintum. In dote hoc pactum videtur valere, secundum eundem, vbi 3. si nihi pecuniam non restituero, talem fundum loco permutationis assigno: quia est quædam permutatio: vt ff. de iur. do. l. ita constante. & l. ii. Item speciale videtur in dote: vt ff. de sol. l. Calipodius. ¶ Sextum. Istud pactum, obligo tibi talem fundum pro decem: & si non soluero tibi intra mensem, habeas eum emptum iusto pretio: secundum Bal. vbi 3. valet, licet non sit collatum alicui arbitrium declarandi pretium. ff. de pig l. si fundus. §. fi. ¶ Septimum. Si mutuasti mihi decem nullo pignore constituto hoc pacto, quòd si non soluero intra mensem, talis domus mea sit tua pro illis decem: valet pactum, secundum eundem vbi 3. quia non est pactum pignoris, vt d. l. si. ff. de contrahen. emp. Adde quòd etiam si domus fuisset data in pignus, valeret, modò illa decem essent pretium iustum legaliter, & cessaret fraus, vt dictum est par. ij. ¶ Octauum. Si autem pactum legis commissoriæ est appositum non ipsi contractui pignoris, sed diu postea: valet, vt dicit idem vbi 3. vt ff. de pig. act. l. Titius. vel vbi interuenit pactum rogatu debitoris & eius gratia, non voragine creditoris. Et dicitur quòd ex intermallo valet ad excipiendū, non ad agendum: vt refert Bar. in d. l. Calipodius. Vide Pan. in c. significante. de pig. ¶ Dec. moquintò quęritur, † quid iuris de pacto facto patri à filia dū nuptui traderetur? Et dico multa. ¶ Primum. Pactum factum patri à filia dum nuptui traderetur quòd dote contenta nullum ad bona matrimonialia regressum haberet, non tenet, nisi sit iuramento firmantum: de pa. quamuis. lib. vj. secundum Gem. ille tex. loquitur quando erat pubes: quod patet, quia dicit quòd nupsit tradebatur: quia impubes non traditur nupsui. ¶ Secundum. Si autem istud pactum ęsset postquam nupsit tradita fuit: nihilo minus procedit dictus tex. secundum Io. Mo. & Arch. cùm sit eadem ratio. Et ad tex. qui loquitur quando traditur nuptui, respondet quòd ita narratum fuit papę. & idem Ge. ¶ Tertium. Non potest autem puella petere absolutionem ab hoc iuramento, secundum Gem. post Io. de Imo. quod aliàs aliquando licet, vt dicitur de iureiu. c. debitores. &. c. j. quia dicit tex. quòd omnino seruari debet, etiam si puella non fuit certificata de præiudicio: quia licet Host. noluerit in Sum. de fideiu. quòd iura dicentia, quemlibet posse renuntiare iuri suo, siue his quæ pro se introducta sunt, intelligenda sunt quando quis fuit certioratus de præiudicio, vt patet di. xxxviij. placuit. hoc tamen casu Arch. non putat necessarium. cùm text. loquatur indistinctè. ¶ Quartum. Et non obstante iuramento illo, nihilo minus poterit legitimam petere, vel eius supplementū, nisi de ipsa dixerit expresse. l. ii quando. & ibi doc. C. de inof. test. Et sic intellige Io. de Imo. dicentem quòd si dos sit minus quàm legitima, nihilo minus valet renuntiatio talis: quia aliàs dubiū non haberet: quia quando datur legitima, valet pactum etiā sine iuramento: vt no. in l. si quando. C. de inoff. testa. ¶ Quintum. Si autem dolus interueniat re ipsa, vt quia fuit læsio maxima: Pe. de Anch. dicit tunc non valere pactū: quia dolus dupliciter consideratur, scilicet ex proposito, & re ipsa: & tex. simpliciter dicit, non vi nec dolo: & sic de vtroq; debet intelligi. Sed Io. de Imo. tenet contrarium: quia si hic attenderetur talis dolus, non posset etiā cum iuramento renuntiare remedio C. de rescin. ven. l. ij. quod est cōtra ibi notata. ¶ Sextum. Si autem filia renuntiet hæreditati matris etiam iuramento, matre viuente & inscia, videtur tale pactū nō valere, à cōtrario huius decretalis: & per l. fi. C. de pac. videtur esse cōtra bonos mores, ideoq; nō firmatur iuramento. ¶ Decimosextò quærit, † quo pacta obscura sint interpretāda? Et dico in dubio quòd interpretanda sunt contra eū qui 16 & posuit, & potuit apertius declarare. ff. de pact. l. veteribus.

PALLA dicitur lineus pannus consecratus, qui extenditur super altare, & super quo extenditur corporale: de quo suprà Benedictio. §. ij. & 3. Corporale, per totum.

PALLIVM, siue, vt alijs placet, palleum in proposito est ornamentum ad modum stolæ sacerdotalis crucibus nigris intextum super alia ornamenta delatum, humeros ad instar coronæ pectusque circundans ante dependens, significans plenitudinem pontificalis officij. eo. tit. nisi quo vtitur papa semper & vbiq;, & patriarcha & archiepiscopus solum infra missarum solennia in ecclesijs suæ prouincię: non autem extra ecclesiam, puta in processione. eo. tit. c. j. nec in diebus non contentis in suo priuilegio: licet sine eo possit quandoq; celebrare in sua & aliena diœcesi, sicut & sine sandalijs. eo. tit. c. fi. Debet autem hodie petī à papa intra tres menses à tempore consecrationis vel confirmationis, si antè non fuit consecratus: aliàs si accusetur, cessante legitimo impedimento potest remoueri. di. 100. quoniam. & debet peti cum instantia. ead. di. prisca. & petens præstare debet sacramentum fidelitatis & obedientiæ ad ecclesiam Romanam: ea. dist. optatum. & de elec. significasti. & in eius detinatione dari debet nouum priuilegium, vel antiquum confirmari. ea. dist. scripturarum. Ex priuilegio etiam papæ olim petebatur à quatuor patriarchis, à suffraganeis eorū. de priuil. antiqua. Non autem ante eius receptionem, sed post se potest Archiepiscopum nominare. eo. tit. nisi. nec conuocare concilium, nec conficere chrisma, nec dedicare basilicas, nec ordinare clericos, nec episcopos consecrare. de elect. quod sicut. Non potest autem archiepiscopus pallium suum alteri commodare: imò debet cum eo sepeliri: quia personam eius non transit. eod. titul. ex tuarum. & capite, ad hoc.

¶ PALMARIVM, suprà, Aduocatus. §. xix.

De Papa, & eius potestate.

1 *Papa vnde dicatur, & à quo sit eius authoritas.*
2 *Papæ potestas, à quo sunt aliæ omnes potestates in ecclesia.*
3 *Papa an renuntiare possit papatui.*
4 *Papa qualiter possit iudicari & primari.*
5 *Papa an possit errare.*
6 *Papa quid possit super inferos.*
7 *Papa quid possit super Vagantes, Iudæos & hæreticos & nomine. 8. & 9.*
10 *Papa quid possit in Imperatorem, & alios reges. & num. 11.*
12 *Papa an suo contractui possit contrauenire, ita quòd non obligetur.*
13 *Papa an possit absoluere ab obligatione.*
14 *Papa an possit tollere leges ciuiles.*
15 *Papa an possit tollere statuta concilij generalis.*
16 *Papa an possit dispensare in præceptis legis naturalis aut diuinæ.*
17 *Papa an dispensare possit vt contrahatur matrimonium in gradibus in lege prohibitis. & numer. 18.*

PAPA † dictus est quasi admirabilis, à papē interiectione admirantis, eo quòd vicarius sit Christi & Dei, cuius est terra & plenitudo eius. de deci. tua. el ij. & de homi. pro humani. li. vj. & in cle. Romani de ireiu. Et intelligo vicarius Dei expresse & immediatè, & nō mediante lumine rationis, sicut sunt principes, secundum Her. de pote. ecclesiasticæ licet aliquando, vt lxiij. dist. ego Ludouicus. dicatur vicarius

beati Petri, scilicet impropriè, scilicet gerens vicariam quam gessit Petrus. Vel secundum Ioan. And. super verbo, papa in prœmio Cle. dicitur papa quasi pater patrum, solus habens plenitudinem potestatis. ij. q. vj. qui se scit. Alij verò habent partem solicitudinis: vt ibi. & vt patet per S. Tho. ij. di. xliij. in litera. habet apicem, id, est summū gradū potestatis in spiritualibus & temporalibus equaliter Petro apostolo, vt dicit in iij. cōtra c. lxxvj. & vt idem in iij. pte. q. viij. ar. vj. & in iiij. di. 50. & in multis alijs locis. declarat, est caput vniuersalis ecclesiæ aliquo modo, scilicet vt est vicarius capitis, id est, Christi quantū ad exteriorem gubernationem, licet nō secūm interiorem influxū gratiæ: sed Christus tātùm, sicut etiā dicit sponsus inquantū gerit vices sponsi. nec tamen sunt multi ecclesiarum sponsi: quia omnes episcopi cooperantur papæ vt principali, & alij inferiores episcopis, vt dicit idem contra impugnā. reli. ¶ Primò verò quæritur, à quo sit authoritas iurisdictiōis papæ & aliorū in ecclesia, vt omittamus potestatem ordinis? Et dico quantū ad papalem quod Herue. vbi 3. & recitat Arch. iij parte. tit. xxiij. probat quòd eā non potest habere à se: quia est vicarius. Vnde eam ampliare aut restringere nō potest: nec ab vniuersali ecclesia seu cōmunitate Christiana: quia hanc potestatem hæc cōmunitas nō instituit authoritate ab alio collata: q. a nec papa hoc cōmittere potuit vt patet ex dictis: nec Christus legitur hoc cōmisisse. nec authoritate propria: tum quia excludit aliquid excedens omnem humanā facultatem, pura ligare & soluere in foro conscientiæ: absoluere à pœna debita in foro Dei per indulgentias: tū etiā quia nulla cōmunitas potest dare iurisdictionem qua iudicat de eo, quod debetur domino illius, cuius dominium ab ea nō dependet: quia ad inferiorem nō pertinet iudicare de eo, quod cōpetit superiori: ista aūt potestas vel iurisdictio ordinat istā cōmunitatem ad impēdendū debitū cultū Deo, cuius dominiū in nullo ab ista cōmunitate dependet: & cōsequenter non est data à tali communitate. Item quia potestatem immediatè vicariæ nullus conferre potest, nisi is, cuius vicarius est is, qui eā habet. Ergo solū à Christo isti tuta est immediatè quidem in persona beati Petri: in alijs autem successoribus mediante electione ecclesiæ vel habentis vicem ecclesiæ. Omnis aūt alia potestas in ecclesia, vt idem ibidem irrefragabiliter probat, est ab ista, & sub ista quantū ad institutionem siue collationem: ita quòd esse nō pōt absque vniuersali ecclesia: & quantū ad correctionem, & quantū ad suffragiū: ita quòd ea papa in adiutoriū vti pōt, etiā si sit secularis. Vnde authoritas generalis cōcilij nō est immediate à Deo, sed à papa. Quidā tamen dicūt quòd cōciliū Cōstātiense determinauit quòd generalis synodus in Spiritu sancto legitimè cōgregata potestatem à Christo immediatè habet, cui quilibet, etiā papa, tenet obedire. Sed hoc nō fuit ibi statutū eo tempore quo ibi fuit vniuersale cōciliū: vt testat. do. Io. de turre cremata, qui ibi fuit præsens. Et idem est si quid adiucat de cōcilio Basilien. si, cuius decreta nō fuerūt per sedem apostolicā approbata. Ex his corollariè sequitur quòd nec papa, nec ipse cum tota ecclesia facere posset quin esset vna Christianitas, vel ecclesia gubernata subvno tātū pastore, vt etiā idem probat: quia vicarius & cōmunitas subiecta non possunt facere oppositū eius, quod principalis dominus ordinauit dicens: Et super hanc petrā ædificabo ecclesiam meam: & erit vnum ouile, & vnus pastor. ¶ Secundò quæritur, † quomodo à potestate papæ sint omnes aliæ potestates in ecclesia vel Christianitate? Et dicit Aug. de Anch. in trac. de pote. papæ, quòd in ecclesia est triplex potestas, scilicet iurisdictionis, quod intellige distinguendo in ordine ad institutionem. ¶ Prima est immediatè à Deo: vt ea quæ est papæ: quia potestas iurisdictionis spiritualium & temporalium est per claues, quas Christus immediatè promisit Petro dicens: Tibi dabo claues. & secundum Her. exhibuit dicens: Pasce oues meas. ¶ Secunda, inquit, est deriuata à Deo per papam: vt ea, quæ est omnium inferiorum prælatorum, vt omnia iura volunt. & patet ratione: quia si eam papa non daret, etiam auferre nō posset, deponendo, priuando, & suspendendo. Ade tu, alioquin si eam habens ab alio, stante causa potestatis remoueretur effectus, id est, ipsa potestas: vt si dator potestatis vellet aliquem esse episcopum, & econtrario papa illū deponeret. ¶ Tertia est in ministeriū data, vt ea, q̄ est Imperatoris, & etiā principū terrenorū, quæ respectu papę est subdelegata seu subordinata: vt patet per c. quicunq; lite. xj. q. j. quia appellari potest ad papam ab omni principe & iudice spirituali & temporali, etiam si in temporalibus superiorem nō recognoscat: vt not. in c. peruenerabilē. §. rationibus. qui fil. sint legi. & in cap. licet. de foro comp. & in auth. vt dif. iudi. in §. si tamen contigerit. & §. in ciuilibus. col. ix. ij. quæst. vj. ad Romanam. xj. quæst. v. quicunque. & est cōclusio Inn. & Hostien. in cap. inter dilectos. de fide instrum. & indubitatum in manifestis iniurijs, quādo alius superior nō habetur: vt patet per not. à Panormitan. in cap. si duobus. de appellat. & idem intellige si habetur, sed nō ministrat iustitiā. Quod autem dicitur in cap. si duobus. de appel. non esse appellandum à iudice seculari ad papam, nisi in terris ecclesiæ sedm Aug. de Ancho. intelligitur indifferenter & in quibuscūque: secus in arduis ex causa vrgente. Et hoc est dictu quod quousque potest haberi iustitia per superiores temporales, non debet quis appellare papam: secus si eam habere nō potest & res est alicuius momēti. Et hoc scilicet quòd talis potestas sit in ministeriū data & subordinata, probatur ratione & doctrina August. de Anch. ¶ Primò nam talem potestatem papa instituit: quia potestas papæ cuiuslibet ordinis dignitatem & gradum habet instituere. distin. xxij. sancta. & confirmat si est bona: & iudicat atque condemnat, si non est bona: quia Zacharias papa deposuit regem Francorum: quia non erat [illegible] regno. xv. quæst. vj. alius. & Innocentius excommunicauit Archadiū Imperatorem, & alius Innocentius Federicum deposuit. xcvj. distin. duo sunt. ¶ Secundò. Nam potestas Imperatoris & omnium principum secularium iurat fidelitatem papæ & obedientiam, ab eo scilicet recognoscens omne quod habet, vt patet distinct. lxij. tibi domino. & si aliquando Imperator temporalia dedit papæ, vt Constantinus Syluestro: non est donatio, sed restitutio. Si autem econuerso papa dedit Imperatori: imò fuit ad recognitionē dominij, sed pacis conseruationem. Nec obstat quòd potestas imperialis est à Deo concessa secundum multa iura: quia est à Deo mediante papa: quia eam concedit non vt homo, sed vt vicarius Dei. non obstat etiā quod dicitur in cap. quoniam. distinct. x. quòd potestates sunt distinctæ, scilicet spiritualis & temporalis: & ad distinctos fines ordinatæ. xcvj. distin. duo sunt. quia nō sunt sic distinctæ qn vna alteri, minor scilicet maiori subalternatur, ad instar lunæ & Solis: nec sunt distinctæ quasi semper sint in diuersis: sed quia sunt ordinatæ ad distincta, scilicet spiritualia & temporalia. & iouno ac eodem summo pontifice est vtraque in summo, vt dictum est: sed non eodem modo: quia principaliorem, id est, spiritualem habet quantum ad immediatam institutionem & executionem quantum ad omnes & per omnia: minorem verò, id est, temporalem habet secundum immediatam institutionem, quia Imperatorem & dominum instituit: sed non secundū immediatam executionem, nisi ex causa: vt suprà. Legitimatio. §. quinto. vt patet in cap. per venerabilem. qui fil. sint legiti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶† Tertiò quæritur, vtrum papa renuntiare possit papatui siue potestati papali? Et dico quòd sic, vt expresse determinatur de renun.c.j.lib.vj.non obstante quòd sit immediatè à Deo:quia ita est à Deo,vt dicit Aug.de Ancho.quòd etiá est ab homine cooperante per consensum & volitionem. Vnde etiam per dissensum fit renuntiatio: sicut in naturalibus anima rationalis infusa à Deo cooperante homine generante, potest opere humano à corpore tolli: & in moralibus gratia est à Deo cooperante libero arbitrio,& similiter per liberum arbitrium potest deperdi. Imo hoc potest,secundum Arc.post do. Aug.etiá si iurasset aut vouisset non renũtiare, vt videret se impotentem ad talem curã,vel omnino insufficientem. Vnde & quatuor renuntiasse leginus, scilicet Clementem,Ciriacũ,Marcellinũ,& Celestinũ: Licet nõ ex eisdem causis,vt patet per Arc.iij.parte,tit.xxiij.quos omnes ecclesia canonizauit. Et licet Dantes reprehendat Celestinum de renuntiatione tali:tamen rectius & fidelius Petrarcha eũ cõmendat in'lib.devita solitaria. Et idem,licet subtiliorivia, probat Per.de Pal.in lib.de pote.papæ,vt recitat Archie.vbi
4 5.¶† Quartò quæritur, vtrum, & quare, & quomodo papa possit iudicari,& per depositionem papali authoritate priuari? Et dico sententialiter & concludendo medullam dicendorum,quòd papa iudicem non habet in terra, nisi desinat esse caput,aut se sponte subijciat:& quòd à nullo potest deponi,nisi seipsum suo facto deponat: licet per cõcilium possit declarari depositus,& hæc sic patent.nam in c.nos si.j.q.vij. Deus iudicium papæ sine quæstione suo reseruauit arbitrio.&in c.nemo.ix.q.iij.dicitur:Nemo iudicabit primam sedem.Neq; enim ab Augusto,neq; ab omni clero, neq; à regibus,neq; à populo iudex iudicabitur,id est,papa. Et ibi gl. facit tres fallentias.Primò,si papa se alicuius iudicio submittat:vt ij.q.vij.nos si.Secundò cùm submittit se suo confessori,cui tenetur parere,& ligabit eum sententia illius. Tertiò in casu hæresis.xl.dist.si papa.quod intellige non in dubijs, quandiu est caput:vt 3.Fides.§.vij.& Concilium. §.iij.sed in manifestis. Et deinde,dicit in verbo,omni clero,& esse argumentum quòd concilium non potest papam iudicare,ꝛ̃ de elec.significasti.vbi scilicet habetur quòd concilia non possunt legem præfigere ecclesiæ Romanæ, id est,papæ:quia eius authoritate fiunt & roborantur. Vnde, inquit,si totus mundus sententiaret in aliquo negotio contra papam,videtur quòd sententiæ papæ stándum esset: vt xxiiij.q.j.hæc est fides.vbi scilicet Hieronymus dicit,sua à nullo posse reprehendi,si fuerint probata per papam. Et deinde dicit esse arcontra in c.leginus.dist.xciij. quia orbis maior est vrbe: & non soluit.Sed tu die hoc non dici quasi orbis possit iudicare vrbem,id est, Romanam ecclesiã ratione capitis:sed quia consuetudo totius orbis prævalet cõsuetudini quã ecclesia Romana seruat:licet nõ prævaleat illi,quã seruat & ab alijs seruandã docet.de conse.di.j.basilicas.vt etiam tenet glo.in d.c.nemo. Dicit etiá Anacletus dist.lxxix.ciect.onem,id est, depositionem summorũ pontificũ sibi dominum reseruasse:& consequenter concilium non potest illum deponere: & si alicubi dicatur hõc posse,intelligitur quantum ad iuridicam declarationem sequente facto,per quod ipse seipsum deponit. Et ideo Aug.de Anch.vbi 3. dicit quòd papa nõ est deponendus pro crimine quantũcunq; notorio,nisi pro hæresi:& hoc tantũ quãdo nollet emendari,vt no.Hug.di.xxj. & gl.dist.xl.si papa.pro qua hæresi ipso facto deponitur:quia est caput ecclesiæ,cum Christum,qui est caput,repræsenter. vnde & Christus Petrum vocauit Cephas,id est,caput:capitis autem est influere vitam membris:vitæ autem principiũ in spiritualibus est fides. Vnde si papa deuiat à fide,est spiritualiter mortuus: & consequenter non potest influere vitam:& consequenter non est papa:quia ipso facto est depositus. Hæc ex illo. Et idẽ Pe.de Pal.in lib.de pote.papæ,sentit dicens quòd papa,quandiu est papa,deponi non potest propter quodcunq; crimen,nec à cõsilio,nec à tota ecclesia,nec à toto mũdo,nõ solùm quia est superior nullũ habens hominem supra se:qui eũ valeat iudicare:sed quia Deus sibi Romani præsulis,quandiu præsul est,iudicium reseruauit.ix.q. iij.aliorum.Si tamen labitur in hæresim,eo ipso est præcisus ab ecclesia,& deponitur de facto,& desinit esse caput ecclesiæ:quia caput præcisum,quandiu est præcisum, caput esse nõ potest illius corporis,à quo est præcisum. Per alia autem peccata est caput languidum,quod propter hoc non desinit esse caput,nec cõsequenter potest à membris iudicari.Hæc ex illo.Sed contra. Nam gl.in c.si papa.dif.xl.quòd non solũ pro hæresi,sed pro quocunq; crimine notorio adulterij, simoniæ,& huiusmodi,si esset incorrigibilis,& scandalizaret ecclesiam,posset accusari:quia contumacia est hæresis. quæ consequenter videtur velle quòd etiam possit deponi,vt imponit illi Arc.quia qui potest accusari,potest puniri.Sed certè illa glossa directè textum euertit ibi dicentem. Papa cunctos iudicat à nemine iudicandus, nisi deprehendatur à fide deuius:id est,pro hæresi solùm. Vnde dicit Per.de Pal.vbi s. quòd ista glossa est falsa:& contumacia dicitur hæresis largè,sicut & simonia,propter aliquam similitudinem:cùmverò dicitur papam propter hæresim posse deponi vel esse depositum,sumitur hæresis propriè,id est,pro errore fixo eorum quæ sunt fidei. Et idem de ea dicit Aug.de Anch.addẽs quod saluari potest,si illa incorrigibilitas alicuiusvitij dicatur,quando peccatum dicit non esse peccatum:quia esset verè & propriè hæreticus.¶ Et adde tu quòd istis stándum est, & nõ Canonistis, quia materia est Theologica:eũ authoritas papæ spectet ad ius diuinum:& maximè Pan. quia sicut diabolus in omnibus operibus suis redolet suũ primũ pctũ superbiæ ambiens honores diuinos:ita iste quia fuit schismaticus cõsentiens cõciliabulo Basilien si cõtra põtificem summum,semper in sua doctrina fauet cõcilijs cõtra papã. Vide s.Conciliũ.§.iij. Et ex dictis ibi limita hoc dictũ quòd cõcilium nõ põt iudicare papã,qñ certũ est quòd sit papa:secus in dubio:quia tũc ipse nõ est iudex omnium, sed pars.vnde cùm ecclesia sit sufficienter à Christo instituta: huius litigij erit aliquis iudex.Ista aũt indubitata cõclusio quòd papa à nullo iudicari potest,nisi pro crimine hæresis,quæ habeẽt in d.c.nemo.patet etiã in c.electionem.di.lxxix.& in c.ipsi sunt.ix.q. iij.& in c.cũcta.ea.can.& q.& in c.ones.ij.q.vij.& per Inn.in.ser.de conse.Roma.pontificis:& per multa conciliavt refert d.Io.de turre cre.Quid autem faciendum sit quando papa suis moribus ecclesiã destruit:dicit idem Per.primò non esse obediendum in multis:sed resistendũ per honestã reprehensionem exemplo Pauli resistentis Petro in faciem.Gal.ij. Vnde si vellet totũ thesaurũ ecclesiæ aut patrimoniũ beati Petri dare parentibus eius,vel ecclesiã destruere,& huiusmodi nõ esset permittendũ,sed resistendũ:tamen sine depositione. Et intellige quòd huius ratio est:quia in destruendo nihil potest:& si de destructione cõstat,põt resisti. Secũdò orandũ esset vt corrigeretur à Deo,vel de medio tolleretur:& contra eius voluntatem concilium conuocandum,& per illud papa moneretur,vel Deus inuocaretur:& resistendo in malis remedium apponeretur. Hoc tamen & in omni simili casu nulla multitudo conuocata haberet authoritatem concilij sine authoritate papæ:& si haberet authoritatem conuenientem alijs partibus:sicut & corpus sine capite,posset habere motum grauium,sed non vitalem.¶† Quintò quæritur,

tur,vtrum papa vtendo sua potestate in iudicando & statuendo possit errare? Et de hoc dico vt suprà Canonizatio.§. iij.& Concilium.§.ij.& Ecclesia.j.§.ij.& iij.& Fides.§.vij.

6 ¶ Sextò quæritur, † quid possit papa super inferos? Et dico q̃ potest facere indulgẽtias eo modo quo supra Indulgẽtia, dictum est. Et si quęratur,vtrum possit spoliare purgatoriũ pro libito suo dico quòd non sua voluntate præcisenied mediãte illo infinito thesauro: & sicut potest liberare à pœna peccatorum debita in hoc mũdo omnes qui sunt in mũdo,si faciant quod mandat,etiã si essent millies plures quàm sint: ita liberare potest omnes,qui sunt in purgatorio,si quis pro eis faciat quod iubet:peccaret tamen indiscretè cõcedendo. Et in isto sensu dicunt doct.quòd non potest ad libitum spoliare purgatoriũ.de quo suprà Indulgentia.§.vij. ¶ Septimò
7 quæritur,† quid possit suprà Paganos? Et dico ex Archi.post Aug.de Anch.quòd in eos habet iurisdictionem:quia est vicarius Christi habentis iurisdictionem in omnes. Non tamẽ potest ab eis auferre dominia,si qua iustè tenẽt. Intellige,nisi eo modo,quo à Christianis potest auferre propria bona, scilicet ex causa iusta:quia dominiũ est beneficiũ naturale. primò Poli.cum quidam naturaliter sint domini, & quidã serui.beneficia autẽ naturalia etiam dæmonibus non sunt ablata. Nec potest eos cogere ad relinquendum suos ritus, etiam quantũ ad matrimonia,aut faciẽdũ nostros, sicut nec ad fidẽ. Potest autem eos punire scilicet pœna pecuniaria vel corporali:non autem spirituali,id est,excõmunicatione, eum sint extra:si peccent contra legem quam recipiũt,sicut & omnes alios:scilicet si peccent contra naturalẽ in manifestis:non autem diuinam veterẽ aut nouam.vel contra positiuã ab eis nõ receptam,nisi sint tẽporaliter ei subiecti:quia cogendi sunt viuere legibus aliorum sibiectorũ. Intellige nisi in concernentibus suos ritus:ne videantur melioris conditionis propter suam infidelitatem. Sicut si statutum vetet portare arma,cogendi sunt illud obseruare.arg. distinctio. viij.cõtra morem. Similiter potest eos punire, si quid faciũt in sua superstitione,quod vergat ad irreuerentiam fidei. de Iudæis & Sara.cle.vnica. Et idem intelligo posse quemlibet
8 tẽporalem dominum paganorum:quia est minister & vicarius in hoc.¶ Octauò quæritur,† quid possit in Iudæos? Et dico eum posse cogere illos ad seruandũ ea,quæ canones mãdarunt:de quibus suprà,Iudæi,per totum. non quidem plectendo pœna spirituali per censuras, cùm foris sint: sed tẽporali pecuniaria,& corporali xxviij. quæstio.j.sæpe.imò & per pœnas spirituales indirectè:puta excommunicãdo prin
9 cipes eos non punientes,secundum Archi.¶ Nonò quæritur, † quid possit in hæreticos & schismaticos? Et dico q̃ hæreticos potest quadruplicitet punire, scilicet excommunicatione,depositione, rerum temporalium ablatione, & militari persecutione:vt suprà,Clericus.j.& ij. ferè per totum. schismaticos autẽ potest priuare potestate iurisdictionis in subditos:& potestate ordinis seu cõsecrationis quantum ad exe-
10 cutionem,faciendo quòd non liceat eis vti actibus ordinum eorum:vt infrà Schisma. ¶ Decimò quæritur,† quid ioris de potestate papæ in Imperatorem? Et dico multa ex Archidiac.iij.parte titu.xxvij. post Aug. de Anch.vbi suprà. ¶ Primum. Licet dominiũ seu Imperium tyrannicũ tempore præcesserit sacerdotium:quia scilicet secũdum August.xv.de ciui. Dei,primus regum fuit Cain,& post diluuium Nemrod:primus autẽ sacerdos fuit Melchisedech, qui secundũ Hebræos fuit Sem primogenitus Noë, in quo incœpit sacerdotium, post quem vsq; ad legẽ Mosaicam deriuabatur ad primogenitos naturale tamen & iustum Imperium non est notũ cœpisse ante Moysen:quia à Deo institutus fuit princeps populi sui. ¶ Secundũ. Papa est Imperatore maior dignitate,plus quàm aurum plumbo.dist.xcvj.duo sunt.& sol luna. de maior.& obedi.solitæ. Vnde & Alexãder Magnus doctus visione Dei apparẽtis sibi in forma summi sacerdotis Iudęorum, eundem sacerdotem obuium adorauit.in eo Deum,inquiẽs, adorauit:& similiter Octauianus suasu Sibyllæ Tyburtinæ adorauit puerum,cuius papa est vicarius. ¶ Tertium. Papa potest eligere Imperatorem per seipsum immediatè,quãdo ex iusta & rationabili causa expedit:quia principalis agentis habentis dirigere omnes fideles ad pacem & finem spiritualem,est eligere ministros. Vnde Imperator est minister eius eoipso quòd est minister Dei Roman.xiij.cuius vicarius est papa. Ex quo sequitur quòd etiã possit eligere electores Imperatoris,& mutare ex causa.eius etiã est electum confirmare.de elect.venerabilẽ.& confirmatũ consecrare.de sacra.vnct.cum veuissent.& cõfirmatũ & cõsecratum coronare dicto c.venerabilem.& in coronatione iurametum fidelitatis excipere.dist.lxij.tibi domino. & dignum excommunicatione excõmunicare.xcvj.distin.duo. & dignum depositione deponere,sicut Innocent.tertius Ottonem, & Innoc. quartus Federicũ deposuit.& dignũ gladiaria persecutione gladio persequi.& bellum cõtra illum conuocare:& ab eius fidelitate vasallos absoluere.xv.quę.vj.nos sanctorum.Nec obstat quòd Constãtinus Imperator Syluestrũ papam coronauit:quia hoc non fecit quasi authoritatem vel dominium præbẽs:sed sicut minister obsequẽs:cuius signum fuit,quòd tenens equum eius exhibuit stratoris officium. Quod autẽ dicit Hugo.dist.in.xcvj.cum ad verum.quòd Imperator potestatem & dignitatem nõ accipit ab apostolico,sed à principibus & populo per electionem,planũ hodie est esse falsum. Quod etiam dicit,has potestates esse à Deo,& distinctas,verum est eo modo,quo dictum est §.ij. Quod etiam dicit Imperatorem esse maiorẽ papa in tẽporalibus, est simpliciter falsum quantum ad iurisdictionem: sed verum quantum ad immediatum vsum & executionem: quo modo etiam dici potest maior Christo. Et sic intelligitur dictũ cap.cùm adverum dist.xcvj.quod papa vsurpare sibi nõ debet ea quæ sunt Imperatoris:quia scilicet non debet immediatè exequi tẽporalia.quod intellige nisi ex causa,vbi sibi videtur expedire. ¶ Quartum. Constantinus potuit donare Syluestro Imperij temporalẽ administrationem,& eam recipere ab eo:quia papa est vicarius Dei,cui nos reddimus in recognitionẽ dominij & honoris ea quæ ille nobis donat ad vsum & stipendium laboris,iuxta illud Dauid primi Parali.vlti.quæ de manu tua accepimus,dedimus tibi. & ad idem xij. q.j. videntes. Vnde donauit Constantinus papæ in venerationem & recognitionem dominij administrationem temporalem Imperij:& eandem immediatè papa cõcedit Imperatori in vsum & stipendium officij:pro defensione & gubernatione pacifi ea ecclesiæ. ¶ Quintum. Non potest autem illa donatio per successores reuocari:tamen quia semel Deo dicatum humano iudicio reuocari non potest,vt patet xij.quæ.ij.de rebus. & cap.signa.de consecratio.dist.j.tum etiam quia potius reddidit quod erat subtractũ,cum domini ſ. terra & plenitudo eius:quàm dederit quod erat Imperij:tum etiam quia donauit de consensu eorum,quorũ erat dare talẽ potestatẽ,id est, principũ, senatus & populi,à quibus acceperat, de quo vide in c.Cõstantinus.di.xcvij. ¶ Vndecimò quæritur,† quid iuris 11
de potestate papæ in alios reges & principes Christianos? Et dico,secundũ eosdem,scilicet Arch.& Augusti.de Anchona, quòd omnes ei tenentur obedire,sicut & Christo,cuius vices gerit:& in eos omnes habet vniuersalem spiritualium & tẽporalium iurisdictionẽ,sicut & in toto orbe vice Dei viuen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis:sed temporalium administrationem non recipit, nisi in regionibus Occidentalis Imperij per concessionem Constantini Imperatoris,nec vtitur hac administratione: nisi in aliquibus partibus mediante Imperatore quem eligit: non autem in alijs regnis Occidentalis Imperij,non propter carentiam authoritatis:sed propter nutriendū in filijs vinculū vnitatis & pacis:quia propter tyrannicam vsurpationē Imperij à diuersis in diuersis partibus ad vitādum scandalum Iudæorum se tributarium fecit cum Petro', licet non obligetur,Mathæi xvij.xj.q.iij inter verba.Et ideo potest reges corrigere:sicut Nicolaus Locharium de adulterio reprehendit.ij.q.j.scelus.& ex rationabili causa deponere,sicut Zacharias depositi Regem Francorum,substituēs Pipinum.xv.q.
12 vj.aliter.¶ Duodecimò quæritur,vtrū papa habeat in Christianos vel alios potestatem veniendi cōtra suum contractū, quasi ex eo non obligetur? Et dico quòd non:quia ipse nō est dominus mūdi quo ad proprietatem:sed quo ad iurisdictionem solam & protectionem,secundum glo.& communiter doct.in procemio Digestorum:sicut nec Imperator, qui rei meę dominiū mihi auferre nō potest sine causa,secūdū Bar. ibi.quod etiā est verū quo ad bona ecclesiastica,quorum nō est verè dominus,sed dispensator:sicut de omni clerico dicit S.Tho. in vj.quolibet.art.xij.non obstāte glos.in c.cum venissent.de iudi.quæ dicit contrariū:quia eam damnāt doc.dicentes quòd est eorū solùm administrator & dispēsator vnde nec ea sine causa alienare potest:& si facit, peccat mortaliter,secundū Archi. iij.q.ij.non licet. Vnde de eo verum est quod de principe dicit Bal. in lib.de vsi.feu.in rub.de natura feudi.scilicet quòd ex suo contractu obligatur. Vnde si inuestiuit aliquē de baronia vel castro,nō potest eum sine culpa priuare,nec successores in Imperio vel regno.de iudi.nouit.
Nec obstat quòd habet Plenitudinem potestatis:quia Deus subiecit ei leges,sed nō cōtractus,ex quibus obligatur.¶ De
13 cimotertiò quæritur,vtrum possit aliquē absoluere ab obligatione,qua tenetur alteri homini? Et dico secūdum Inn. quòd hoc potest de plenitudine potestatis,arg. viij.q.iij.per principalem.C.de qua.præscri.l.bene à Zenone.C. de preci. Impe. offe.l.quoties.& idem Host.& Ber.Sed hoc limita ex causa rationabili,& non aliter:quia,vt dictū est §.ptiore, nō est dominus mūdi quo ad proprietatem:nec legē condendo potest auferre mihi rei meæ dominiū sine causa, sicut nec Imperator. Et sic intellige J.vēditor.§.si cōstat.ff.cōm.pręd. qui §.secundum Bar.in hac materia est singularis. & sic etiā intellige Pan.in c.ij.de voto.quòd papa auferre potest obligationem laici non subditi ei temporaliter cōtractā ex fidei præstatione,non autem aliunde quæsitā:cum sit de iuregentium.in cle.pastoralis.de re iud.scilicet sine causa rationabili,sine qua nec Imperator posset. Et idē à fortiori intellige hoc non posse ciuitatem aut vniuersitatem vel collegiū.Ex magna tamen causa posset papa à tecularibus exigere subsidium temporale: vt si ecclesia imaderetur,& aliter prouide
14 re non posset.¶ Decimoquartò quæritur,†vtrum possit tollere leges ciuiles? Et dicit Io.And.quòd vbi non habet iurisdictionem temporalem,tollere non potest legē quo ad forum ciuile:nisi in his in quibus vertitur periculum animæ: cum potestates sint distinctæ.xcvj.dist.cum ad verum. In illic autē,in quibus animæ periculum vertitur,tollit quo ad vtrūq; forū.de iud.nouit.de præscri.c.fi.& de secū.nup.c.pe.& vlt.de foro cōpe.lib.vj.& de iureiu.c.fi.lib.vj.& in c.ij.de except.lib.vj.& in c.decernimus.de sent.exc.lib.vj. quia in his leges non dedignantur sacros canones imitari.de Iudæ.clericis.& in auth.vt eleri.ap.prop.epi colla. vj.& ita tenet Sum. Ros.& Supp. Sed ista determinatio procedit ex errore quòd papa non habeat temporalem iurisdictionem in tota ecclesia.quod improbatū est multipliciter in hoc titulo. Vnde dico quòd de plenitudine potestatis ex causa rationabili potest omnes leges ciules euertere,& alias cōdere, nisi inquantū spectāt ad ius naturale aut diuinū:nec Imperator cum cōsulibus legibus & populis Christianis possent cōtra eius voluntatem quicquā statuere. Et hęc omnia patēt ex dictis in hoc titulo,& ꝛ. Legitimatio.§.iiij.nec quæ allegāt Canonistę contra hoc,aliquid concludūt,nisi cessante causa & ex potestate iuridica,quæ scilicet est secūdum iura quibus papa ex necessitate nō subditur.¶ Decimoquintò quæritē,†vtrū papa possit tollere seu mutare statuta cōcilij generalis? Et dicit San. Tho.in trac.cōtra impugā.relig.ꝙ sic:qa sine eius authoritate nihil potuerūt statuere:sicut nec cōciliū congregari. Et illud Zozimi in c.cōtra.xxv.q.j.contra statuta patrū cōdere aliquid vel mutare,huius sedis non pōt authoritas:dicit verū esse in his quę statuta patrū decreuerūt esse de iure diuino,si cut sunt articuli fidei,qui determinati sunt per concilia:quæ autē determinauerūt de iure positiuo,mutare potest vel dispēsare secundū opportunitatē tēporū vel negotiorū:& hoc nō faciēdo cōtra illa statuta:quia seruatur interio statuentis, quæ est vtilitas ecclesiæ. Quidam tamē dicunt quòd potest tollere singula,sed nō omnia simul,quia esset destruere statutum ecclesiæ. Et quātū ad hoc dico ꝙ dispēsare pōt cōtra vniuersalē statū ecclesiæ vt in c.nō debet.de cōsan. qđ Pan. intelligit quādo nō decoloraretur status ecclesię:vt puta qa subest causa mutādi. Secus vbi decoloraret,id est,vbi nō subest causa.& sic intelligitur cap.proposuit.de concel.prēbē. de quo etiā ꝛ. Cociliū.§.ij. Sed adde iuxta mētē S.Tho.quòd quādo subest causa,potest dispensare sine peccato in omnibus quæ sunt iuris positiui,in quacūq; materia & in quibuscunq; pōnis fiāt:sine causa autē hoc potest sic,ꝙ si de facto irritaret,statuta nulla essent:qa ab eius authoritate depēdēt tamē peccaret,nec esset permittēdus. Et ex his & dictis ꝛ. Fordes.§.vij.patet quòd nō bñdicit Sum.Ang.ꝙ sine cōcilio papa decidere nō potest in causa fidei,qa potest errare,& non conciliū.xix.di. Anastasius. Ad sūi autē motiuū patet respōsio ex dictis ꝛ. Cōciliū.§.ij.& d.§.vij. ¶ Decimosextò quæritē,†vtrū papa,vt ad prędens de Deo taceamus.possit dispēsando aliquid immutare in præceptis legis naturalis aut diuinę? Et dico multa. ¶ Primū. Sicut dictū est ꝛ. Cōsuetudo.§.ix.in lege naturali tria continētur,scilicet prima principia,quę scilicet ex terminis suis cognoscūtur:vt declina à malo,fac bonū,nulli nocēdū,rationi obediēdum,& huiusmodi.& primæ cōclusiones & determinatiōes quædā particulares. Sed adde & intellige quòd primæ cōclusiones dicūtur,quę necessariò sequūtur ex principijs primis immediatē:vt, nō est nocēdū. ergo neq; occidēdū,vel mediatē:vt,nō est nocēdū:ergo nec depositū est negādū,vel huiusmodi. Particulares verò determinatiōes sunt quæ ex primis principijs nō sequūtur necessariò per cōsequētias bonas sed depēdēt à voluntate humana vel diuina:sicut nō sequitur necessariò ex aliquo principio naturali ꝙ fur debeat suspēdi vel puniri in quadruplū. ¶ Secundum. Secundū Herue. in dist.xlvij.primi,circa præceptum sciēdū est quòd reuocare illa,tollere obligationē vniuersaliter,id est,quo ad omnē hominē,& omne tēpus. Dispensare verò est relaxare obligationē quo ad hunc hominē vel quo ad hoc tempus. Interpretari verò est dare intellectū præcepti vel præcipiētis stante obligatione, etiā quo ad hūc & hūc quæ quidem interpretatio, in quit, quandoq; dicitur dispensatio,quia tollit obligationem non veram, sed insurgentem ex conscientia dubitātis:& in manifestis pertinet ad omnes in dubijs verò ad superiores quod limita,si cōmodè possint

habere:aliàs secus:vt cum in repentinis periculum est in mora.de quo ꝛ. Dispensatio.§.iij.¶ Tertium.Secundum S.Tho. in iiij.dist.xv.q.iij.ar.ij.q.j.tertium.iij.q.xcvij.ar.iiij.ad tertiū. inferior dispensare nō pōt in præceptis superioris,nisi quātū sibi permittitur. quod intellige expresè vel interpretatiuè eo modo quo in iure habentur argumenta quòd dispensatio in statutis papæ aliqñ sit concessa episcopis. ¶ Quartum.In præceptis diuini aut naturalis iuris papa dispensare nō pōt, secundum S.Tho.iiij.quoli.ar.xiij.& j.di.xlvij. & iij.dist.xxxvij.quod tamen fallit in tribus casibus. Primò quantū ad ius naturale quo ad particulares applicatiōes iuris naturalis aut etiam diuini,vt ꝛ. Consuetudo.§.ix.quia hodie non habentur igorem nisi ex lege positiua:ideoq; papa in oppositū potest. Secundò quo ad ius diuinum,qñ aliquid dicitur de iure diuino:quia continetur in doctrina apostolorū:licet nō sit statutum à Deo,sed ab apostolis,sicut quòd bigamus nō promoueatur.j.ad Tim.iij.vt ꝛ. Bigamia.§.vj. Tertiò secundū Ric. quantū ad vtrūq;,qñ dispensatio sumitur largè & impropriè pro interpretatione,quæ aliud est,cùm possit circa articulos fidei interpretari,vt dictū est ꝛ. Fides.§.vij.non autem dispensare,vt ibi docet S.Tho. Vnde dico quòd invoris pōt propriè dispensare,hoc est,ius relaxare: in diuinis autem præceptis hoc nō potest,sed potest ea interpretari in dubio authoritatiuè,scilicet vtrū in aliquo determinato casu habeat locum ratio diuini aut naturalis statuti vel nō:puta,vtrū ista subtractio huiusmodi rei sit furtumvel nō.quod pater,quia interpretatur præceptū Dei de credendis. Item quia interpretatur omnia dubia circa scripturam & fidem & mores. Item quia inferior interpretari pōt legem,vbi ad superiorem cōmodè recursus cōmodè haberi nō pōt:vt patet ex dictis. Item quia,vt dicit Ric.in iiij.dist.xxxviij.si occurrat casus,in quo nō videretur locū habere ratio legis, nō dedisset Deus pastorem,qui cōsulere posset omnibus occurrentibus & necessariò expediendis,nō videret fuisse bonus paterfamilias: nec posset dici papa generalis cōmissarius Dei assumptus in plenitudinem potestatis:cuius contrariū determinat.ij.q.vj. qui se scit.& xxiij.q.j.quodcunq;. Et sic intellige & limita ea pitula,quæ vident dicere quòd papa cōtra diuinā legem non dispensat,scilicet vbi ratio legis nō deficit,vt in primis principijs legis naturalis,& in præceptis primæ tabulæ,in quibus ipse ordo in Deū præcipit:& in præceptis secdæ tabulæ quātū ad in ipsam iustitiā vel ipsum ordinem ad ꝓximū, qui in eis dirēctē præcipit,sine quātū ad rationem præcipiendi: secus quaneñ ad ipsam rem quæ præcipit.pro quo vide j.ij.q.100, & iij.di.xxxvij.& quantū ad particulares determinationes & statuta apostolica. Sic etiā intellige dicta Canonistarū dicentiū quòd papa pōt ius diuinū declarare & interpretari, limitando,& distinguere,& etiā augere. quod intellige quantū ad particulares determinationes,& quātū ad interpretationem.
17 ¶ Decimoseptimò quæritur,†an papa dispensare possit vt cōtrahatur matrimoniū in gradibus diuina lege ꝓhibitis? Et dicit Archi.post Pet.quòd nō in primò gradu affinitatis,sicut nec cōsanguinitatis ascedentiū & descendentiū:qa est cōtra ius diuinū & naturale:cū vxoribus parentū exhibeamus reuerentiā sicut parentibus nostris. Nec similiter in primò gradu cōsanguinitatis & affinitatis in linea trāsuersali:quia est cōtra veritatē prædictā iuc. Vnde etiā ante legem Mosaicā genere humano multiplicato credit quòd abstinuerint viri à sororibus & vxoribus fratrū, nisi ad suscitādū semen fratris sue filijs mortui,sicut & in lege,vt pater in Thamar & filijs Iudæ:in quo tñ non pōt papa dispensare modò, sicut nec in pluralitate vxorū,quæ olim licebat,quia erat licita ex Dei dispensatione,sed prohibita iure cōmuni. Nec in secundo gradu tranuersali superioris: vt cum amita & materterа:quia est diuina lege prohibitū.hæc ex illis. Ex quibus infert idem Arc.quòd cū ex copula etiā fornicaria cōtrahatur affinitas, qui aliquā mulierem cognouit,etiā fornicarię,cōtrahere nō potest cū filia eius,aut germana,sicut nec cū filia vxoris suę ex alio viro,nec cū sorore eius ea mortua.nec sēdm Pet.posset in hoc papa dispensare. Reperitur tñ Martinus quintus, vt Archi. refert, dispensasse cum eo qui cum sua germana cōtraxerat & cōsummauerat habito cōsilio cū peritis Theologis & Canonistis ꝓpter mala & scādala aliàs indeuentura: licet aliqui dicerent eū hoc nō posse. Et quia certū tenendū est,incertū verò dimittendū.de pœ dist.vij.si quis ante factū nulli est cōsulendū,vt petat istā dispensationem. Quia etiā instar sacrilegij est disputare de potentia principis, præcipuè papæ.xvij.q.iiij.§.committit.& seq.si quis post cōtractū,& multo magis cōsummatū matrimoniū obtinuit talem dispensationem,dimittendū est negotiū iudicio Dei. Hæc ex Archi. Adde verò sēdm eosdem,quòd vbi gradus esset ꝓhibitus diuina,sed nō naturali lege,dubiū est an papa possit dispensare:tamen licet omnes gradus Mosaica lege ꝓhibiti, sunt etiā prohibiti naturali,quia ad omnes illas personas cohabitantes est amicitia naturalis,sine alio fœdere'. Vñ ꝓbabilius est ꝙ in illis papa dispensare non possit. Vide Arch.iij.parte.titu.j. c.xiiij.in fi. Adde etiam quòd licet in prædictis papa dispensare nō possit,quasi potens remouere obligationē diuini statuti:potest tamen sēdm mentem Rich. interpretari in casu, vbi cessaret causa vel ratio ꝓhibitionis matrimonij inter parentes & affines:quæ sunt,reuerentia,amicitia,& huiusmodi. ¶ Decimooctauò quæritē,†vtrū papa dispensare possit in
18 gradibus cōsanguinitatis,nō solū prout ex nūc, sed etiā ꝓut ex tunc? Et dicit Io.And.in c.per venerabilem. qui fi.sint legit.quòd si cōtractū est in gradu prohibito lege diuina,pōt dispensare prout ex nūc,nō prout ex tūc,scilicet vt sint legitimi filij ante dispensationem nati:sed in matrimonio humana lege prohibito dispensare potest,nedū prout ex nunc,sed etiā prout ex tūc.quod limita verū,nisi esset alteri ius quæsitū ut puta ꝙ a patre mortuo iā successerūt agnati. Vñ licet postea legitimaret filiū,nō excluderet agnatos:sed in iure quęrendo valeret. Vide ꝛ. Legitimatio.§.iiij. De casibus reservatis papæ,in quos solus potest:vide ꝛ. Casus.§. j.& Dispensatio.§.viij.& Excommunicatio.vij.per totum. & Irregularitat.§.vlti. Reseruantur etiam ei causæ graviores, de iu.cal. c j.&.c.vt debitus.de app.quas vide si vis in c. quod translationem.de offi.leg.in gl. De eo etiam qui gerit se pro papa, non electus à duabus partibus Cardinalium:& de observandis in electione ejus,habes ꝛ. Excōmunicatio.x.§.ij. Quomodo etiam dispenset in matrimonio,ꝛ. Matrimonium.vj. §.v.

De Paraphernis.

1 *Paraphema quid & an cōtineantur statuto loquente de dote.*
2 *Paraphernalia an sint priuilegiata sicut dotalia quo ad hypothecam.*
3 *Fructus paraphernalium an habeat maritus.*
4 *Dominium paraphernalium an transeat in maritum transeundo ea in domum.*
5 *Paraphernalia qua ratione repetuntur.*

PARAPHERNVM sive paraphernale dictum est quasi iuxta dotē: à para,quod est iuxta,& pherna dos: inde dicta sunt paraphernalia bona ea,quæ habet vxor præter dotem vndecunque,secundum glo.in rubr.C.de pac. conuen.& Bald.in l.ij.C.de sententijs quæ sine certa quanti. profer. In quibusdam tamen locis non habent locum vbi ex consuetudine vir omnia bona immobilia mulieris recipit in

Universidad de Deusto
Biblioteca

dote on,& omnia mobilia sunt communia. ¶ Primò autem quæritur,† vtrum statutum loquens de dote, locum habeat in paraphernis? Et dico quòd sic secundum Alb.in l. de quibus.in xxiij.col.ff.de legib. ¶ Secundò quæritur,† vtrum bona paraphernalia sint priuilegiata sicut dotalia quo ad hoc, vt pro eis tacitè hypotecata sint omnia bona viri, sicut pro dote? Et dicit gl.in ex c.literis.de pig.& glo.in l.fi.C.de pac. contten.quòd sic. Sed secundam Pan.in .d.c.ex literis.alij libri habent prædictam glo.dicentem quòd non:licet vtrunque per distinctionem saluetur:quia si mulier pro his specialem sibi hypothecam à viro exegerit,illa erit contenta. Sive rò nullam exegit,habebit hypothecata omnia bona viri pro omnibus præfatis bonis,de quibus habet vir administrationem:vt in d.l.fin. De alijs autem,quæ vxor penes se retinet, nec habet hypothecam in bonis viri,secundum Panor.vbi s. Et si ea malè administrat,tenetur de dolo & lata ac leui eul pa:vt no.in d l.fi.Ista tamen hypotheca non est priuilegiata, sed communis,secundum Innoc.& Io.Andr.in d.c.ex literis.

3 ¶ Tertiò quæritur,† vtrum maritus debeat habere fructus paraphernalium? Et dico quòd non fructus naturales,quando dominum eorum non est translatum in eum, nec se debet inuitavxore de eis intromittere:licet sit bonum quòd ficut se,ita & suo marito committat.C.de pac.con.l.hac lege. sed solùm potest habere cómodum bonorũ aliorum ,ppter labores in exigendo. Vbi aduerte primò secundum Hosti. quòd nunquã præsumitur dominium translatum in virũ,nisi expresse appareat .el nisi pro betur ,secundum gl.in d.l.fi. & secundò quòd quãdo mari^us debet habere fructus:nihilo minus si quid superest:quod non sit consumptum,pertinere dicitur ad vxorem,per ea quæ no.in l.vbi adhuc.C.de in.do. & in l.fi.C.de pac.cõ.& ibi Bal.dicit Bar.consuluisse. ¶ Quar

4 tò quæritur,† vtrum dominium prædictorum trãsferatur in maritum in inferendo ea in domum mariti , & ea illi assignãdo? Et dico quòd nõ,vt in l.si ego.§.dotis.ff.de iure dotium. ¶ Quintò quæritur,† qua actione repetũtur paraphernа? Et dico quòd condictione certi,vel sine causæ,vel ob causam,si dominium trasiuerat invirum:si verò non trãsiuerat, ad exhibendum,si non fit nixus maritus amouere:vel rerum amotarum,si sit nixus amouere:vt in d.§. dotis . vel secundum gl.ibi agerur depositi,quando ea custodienda maritus acceperit:vel mandati,quandovxor custodiam viro mandauit:siue inferãtur in domũ eius eo sciente, secundum Hosti.

PARENTES dicũtur nõ tãtũ pater,sed & auus ac proauus,& deinde omnes superiores:& mater, auia,aut ,pauia.ff.de verb.signi.l.appellatione. Quomodo autem parentes teneãtur alere filios,vel econtrario.ã. Alimenta.& ã.Filius.§.xxj.& quomodo teneãtur ex cõtractu filiorũ,ã.Obligatio.§.vj.ex delicto,ã.Dominus.§.vj.ĵ. Restitutio. iij.§.xj.

PATRICIDA licet à parentis cæsione dicatur , tamen lex puniens patricidas locũ habet in aliquibus ascendentibus & descendentib.in infinitũ,& in vxore,viro,nuru,genero,vitrico,socero,patruo,auũculo,amita,cõsobrina,patruele,patrono,nonerca,spõsa,patre ac matre spõsi vel spõsæ.qđ intellige etiã si fœmina pdicta personas cõiunctas occiderit,vel ab eis occidat:& in eo qui emit venenum. vel in aliquo opam dedit vt hoc fieret.ff.ea.l.j.iij.& iiij.& similiter tenẽt oẽs cõscij.ff.eo.l.vtrũ. Pœna aũt patricidæ est vt primò virgis cædat:deinde in sacco corij cõsuat cũ cane, gallo,vipa,& simia:& sic iactet in mare vel flume: vel si hęc non sint propè,bestijs fabijciatur.ff.de parrici.l.pe.C.eo. l.j.

PAROCHIA,à qua & parochianus , dupliciter sumitur,aliquando scilicet impropriè pro tota aliqua diœcesi.de rap.c.j.de paro.super eo.de off.arch.c.j.§.pe. & aliqũ propriè:& est locus, in quo degit populus alicui ecclesiæ baptismali deputatus,certis finibus limitatus,secũ Gof. in Sũ.eo.ti. Adde q; tertiò sumit pro tali ecclesia,cui & ius parochiale dicit cõpetere.qđ iuridicè loquendo cõfitit in multis. Primò vt in ea diebus festis populus audiat missam. de quo die vt ã. Missa.ij.§.iiij. Secũdò in decimis.de quo ã. Decimę §.viij. Tertiò in oblationibus & primitijs. de quo ibidem.§ j.& ij. Quartò in pœnitentijs accipiendis.de quo ã. Cõfessio prin.& in §.j. Quintò in exhibitiõe sacramentorũ . Sextò in sepulturis. Septimò in benedictiõe nubentiũ.de qbus.de sepulturis.p totũ.xiij.q.ij. placuit.de fimo.suã. & vide in locis suis. Quãtũverò ad priuilegia pdicatorũ & minorũ,vbi dicit, saluo iure parochiali,intelligit solũ quo ad oblatiões , decimas & primitias:vt declarat Greg.ix. ¶ Efficit aũt quis de aliqua parochia acquisitiõe domicilij ibi:vt ã. Domicilium.& quo ad pœnitentiã & eucharistiã si plusq; per sex menses ibi morat:licet domicilij illuc nõ trãstulerit, scẽm Pan. in c.omnis.de pœ.& re.de quo ã. Cõfessor.j.§.x.& xij. Quo autem alicui conferatur.vide ã. Ecclesia.j.§.vj.vij.& viij.

PARTICIPATIO qũo intelligatur qũ aliqui fiant participes ad participationem missarũ vel bonorũ: faciendum est,vt patet ex ã.Tho.in iiij.di.xlv.ar.j.q.iiij. quod opus bonũ nostrũ dupliciter cõsiderari põt. Primò vt est expiatiuũ pœnæ per modũ cuiusdã recõpensationis,quæ in satisfactioe attendit,id est,vt est satisfactoriũ:& sedò in quãtũ est meritoriũ vitæ æternæ,qđ habet inquãtũ ex charitate procedit. Et primo modo reputatur quasi eius,p quo fit: & ita absoluit eũ à debito pœnę q; nõ absoluit facientem:q; in tali cõpensatione cõsideratur æqualitas iustitiæ,opus aũt illud ita põt æquari vni reatui,quòd nõ alteri.reatus eñ duorum pctorum maiorem satisfactionem requirit. Secũdò aũt modo nõ solũ ,pdest ei ,p quo fit,sed faciẽti magis. Hęc ex illo. Ex quibus motus Pe.de Pal.in iiij.dicit quòd duplex est participiũ: primũ scilicet ad merendũ:& sedm ad satisfaciendũ: inter quæ duplex est differentia. Prima,quia participium ad merendũ est ex sola charitatis vnione sine intentioe facientis specialiter directa ad participãtem, licet sit maior cõ intentioe:sed participiũ ad satisfaciendũ cõ . alio quin quicquid esset in charitate in hoc mũdo vel alio statim eẽt ĩmunis ab omni pœna,thesauro ecclesiæ,q est infinitus,distributo pro eius satisfactiõe:sed ex sola intentioe facientis:intellige speciali. Vide ã. Indulgentia.§.v. Secũda differentia est, qa participium meriti nõ minuitur ex multiplicatioe participãtiũ: secus nõ fit deterior cõditio multiplicatis electis , sed melior & propter hoc sine præiudicio prius receptorũ ad beneficium ordinis possent alij recipi: nec minus capiũt nouissimi quã primi:sed in satisfactione secus:sedm cõmunem doctrinam. quod limita nisi opus satisfactoriũ esset infinitæ virtutis:quia tunc omnes capiũt sedm suã capacitatem,vt ã. Missa.j.§.ix. dictum est. Et si quæratur quid importet participiũ meriti, dicit idem non videri aliud,nisi quòd propter merita aliquorum præseruat Deus aliquando conparticipem à peccato & morte, & sic de alijs:sicut recordatus Deus Abraham liberauit Lot,cum etiam quandoque parcat impijs propter iustos,vbi non concurrit meritum nisi ab vna parte. Sed per receptionem ad beneficia cõsequitur quis aliã vtilitatem: quia specialius participat ex intentioe speciali pro receptis.hæc ex illo.

¶ PATRIA appellatiõe qđ veniat:vide ã. Fama.§. iij. in fi.

¶ PATER an teneatur pro filio,suprà Obligatio.§.vj. & infrà Restitutio.iij. §.xj.

PATIENTIA,vt elicit à S.Tho.ij.ij.q.cxxxvj.ẽ multũ equo aio tolerantia,ne bona deseram^. & 2 ;q.j.§. j.& semp int^ seruãda est quantũ ad hoc q; passio rationi

iusticiam non præueniat:licet non quo ad hoc vt etiam non sequatur.de quo suprà Ira.§.j.ad extra verò in Dei vel proximorum iniurijs,non sic est seruanda vt toserentur , sed sunt refellendæ secundum quod oportet:nisi tolerentur ad vitandum maia peiora.xxiij.quæst.iij.ecce.& cap. seq. In proprijs autem sic habenda est vt tolerentur vt oportet , nisi redundent in iniuriam Dei:sicut Elias fecit ignem descendere de cœlo super eos qui venerant ad eum capiendum.iij. Reg.j. & Eliseus maledixit pueris se irridentibus.ibidem. cap. ij. & Syluester excommunicauit eos qui illum miserant in exilium.xxiij.q.iij.Guillarius.vide.ij.ij.quæst.cviij. Quod autem dicitur Lucæ vj.de altera maxilla præbenda,intelligitur secundum præparationem animi secundum Aug . si expediret:aliàs non.sicut nec ipse Christus aliam præbuit.

PATRIA potestas secũdum Azo. est ius quoddã quod habẽt hi,qui sunt de Imperio Romano in liberos naturales & legitimos: quod alij nõ habẽt, Instit.de Pa.pote.p totũ.& de iure ciuili introducta est. Sed intellige quòd sicut hodie alicubi vsurpata sunt iura Imperij:ita & hoc ius. soluitur aũt primò cum pater trãsit in alterius potestatẽ,puta abbatis per ingressum religionis:vnde filiũ in propria potestate habere nõ poterit.l.si arrogator.ff.de adopt. & facit c.cum scimus.& de regu.& no.in auth.ingressi.& in authẽ.si qua mulier.C.de sac.san.eccl. Et secũdò quãdo filius post pubertatẽ profitetur religionẽ approbatam,vt no.gl.in c.j.xx. qãj.& gl.in l.si ex causa.§.Papinianus.ff.de min.ante pubertatẽ verò profiteri nõ potest patre inuito:quia nõ definit patria potestas per ingressum ante pubertatẽ : ideoq; tenetur obedire patri. Imò nec pater põt filiũ impuberẽ offerre religioni cõtradicente matre,secundũ Inn.& no.Pan, in c.ij. de reg.quia obediẽtia,qua filius tenetur matri,est de iure naturali & diuino:sed patria potestas de ciuili;nec auus similiter patre cõtradicẽte eadẽ ratiõe. Soluitur etiã tertiò p ordinẽ, de quo ã. episcopus.§.v.& ordo.j.§.iij.& iiij.p emãcipationẽ &multis alijs modis,de qbus Insti.qbus modis ius pa.po.sol.

PATRIARCHA Græcè Latinè dicitur summus vel princeps patrũ.dist.xxj. clericos , & secundũ Ray. alio nomine dicitur Primas, nõ realiter,sed vocaliter differens.dist.xcix.prouinciæ,& ,pprie vel principaliter sunt quatuor post Romanũ,quorũ maioritas vel dignitas est secundũ istũ ordinẽ Constantinopolitanus , Alexãdrinus, Antiochenus,Hierosolymitanus: vt de priui.antiqua. Alijverò ,pprie dicũtur primates:vt Aquilegiẽsis,Gradẽsis,Bituricẽsis, Cãtuariẽsis,& huiusmodi. Sũm autẽ Ang.cõtra Ros.& Sup. & text.in d.c.antiqua.inter principales nõ annumerat Antiochenũ:allegãs gl.in c.cleros.quę ibi est cõtra eũ ponẽs inter principales prædictos quatuor,& addẽs Romanũ. ¶ Priuilegia horũ quatuor principaliũ sunt quatuor,vt habetur ex d. c.antiqua.iuncta gl.præcipuè Inn. ¶ Primũ. Quia postquam receperunt pallium ab apostolica sede,conferunt illud metropolitanis suis. ¶ Secundũ. Quia recipiũt fidelitatis & obedientiæ iuramẽtũ pro se & ecclesia Romana. ¶ Tertiũ. Quia faciũt ante se vbiq; crucẽ deferri,nisi in vrbe Romana,& vbi fuerit papa vel eius legatus vtẽs insignijs papalibus:quæ secundũ Pan.ibi,sunt vestis rubea,palafredus albus,frenũ &cal cearia de aurata. Qui etiã not.ibi,quòd insignijs denotãtibus superioritatẽ in loco non potest quis vti extra suum territorium, intellige nisi ex priuilegio : quia hoc inquit,tendit in præiudicium aliorum,ne in eodem loco videantur esse plures prælati. Ex quo infert quòd patriarcha.archiepiscopusvel episcopus non potest solenniter benedicere extra diœcesim suam:cum per hoc dimittantur venialia,quæ dimitti nõ possunt nisi per superiorem.de pœn.& re.quòd autem Insignijs verò denotantibus dignitatemvel perfectionem in persona insignita,vt est delatio annulli.celebratio in pontificalibus, potest quis vti extra suã iurisdictionẽ:vt etiam fortè est deportario caudæ,quæ nõ denotat superioritatem in loco,sed granitatẽ. ¶ Quartum. Quia ad ipsos omissis medijs appellatur. Et hoc vltimum licet gl.ibi neget,Innocen.tamen & Hostien.& Specul.hoc tenent:& Panor.hoc dicit esse communius:licet dom.Ant.dicat communiorem esse aliam opinionem.& hoc tene,ar.d.c antiqua.vbi hoc eis datur in priuilegium,quòd nullũ esset,si ad eos appellari nõ posset omissis medijs:cum de iure cõmuni ab archiepiscopo ad patriarcham appelletur.vj.q.iiij.si inter. ¶ Iurisdictionem verò patriarchæ siue primatis in subditos suffraganeorum habent, secundũ Ray.in octo casibus. ¶ Primò cũ appellatur ad eos. dist.xcix.prouinciæ.quòd Panor.intelligit de archiepiscopis existentibus in prouincijs deputatis ipsi patriarchæ. ¶ Secundò cum vacat ecclesia metropolitana, & postulatur Primas vt disponat de rebus ad metropolitanum pertinentibus,scilicet custodiendis.de offic.ordi.præsenti.lib.vj . ¶ Tertiò ex consuetudine & priuilegio.ix.q.iij.cõqueſtus. ¶ Quartò,cum super arduo negotio dubitatur,nec potest in prouinciali cõcilio terminari:quia tunc metropolitanus debet primatem consulere.distinctio.xviij.de concilijs. ¶ Quintò,cum metropolitanus est negligens vel remissus:quia potest supplere defectus eius.ix.quæst.iij.cum simus. ¶ Sextò , quando aliquis conqueritur de archiepiscopo: quia Primas est iudex. xj.q. j.si clericus. ¶ Septimò,si subditus metropolitani conqueratur primati quòd iniustè ipsum excõmunicauit,& Primas remittat eum ad metropolitanũ vt absoluat,& ille absolutionem obtinere nõ poterit: quia absoluit eum patriarcha,præcipiens vt satisfaciat metropolitano : aliter reduceet eum in eandem sententiam,nisi constiterit eum iniustè excõmunicatum:vt in c.ad reprimendam. de offic.or. ¶ Octauò, quãdo archiepiscopus vel episcopus fecit mandatũ illicitũ vel iniustum,& subditus appellauit ad papã:quia poterit patriarcha declarare iustè fuisse appellatum,ar.de appe.solicitudinem.

¶ PATRONVS,vi.de suprà,Ius patronatus.

De Peccato actuali.

1 *Actus vnus an possit esse bonus & malus.*
2 *Peccatum vnum an sit voluntarium & operis.*
3 *Peccatum mortale quomodo discernatur à veniali.*
4 *Peccatum veniale an possit fieri mortale.*
5 *Venialia an oporteat confiteri & pœnitere.*
6 *Contritio an requiratur ad remissionem venialium.*
7 *Venialia quot modis remittantur.*

PECCATVM actuale,vt de originali omittamus,secundum Ambro.est prænaricatio legis diuinæ, & cœlestiũ inobedientia mandatorum. Vel secundum mentem Sancti Tho.est actus humanus malus,scilicet moraliter , vt patet iij.quæst.lxxj.art.vj.& lxxij.art.j.& iij.contra cap.xix. Est autem duplex scilicet mortale,& veniale,quod nõ perfectè attingit ad rationẽ peccati,de quibus Theologicè multa valde dici possent:sed tãtùm de quibusdã modo volo inquirere spectantia ad propositũ nostrum. ¶ Primo ergo quæritur, 1
† vtrum vnus & idem actus possit esse bonus & malus? Et dicit S.Tho. secunda secundæ. q.xx. quòd actus vnus vnitate naturæ. vt vna continua ambulatio,potest esse bonus & malus in vnitate moris:cum possit esse plures secundum genus moris,si mutetur ambulantis voluntas, quæ principiũ moraliũ actuũ est:sed vnus in genere moris nõ põt esse bonus & malus moraliter.hæc ex illo. ¶ Secũdo quæritˀ,† vtrũ vo- 2
lũtas & opus exterius sint vnũ peccatũ? Et dicit Pet.quòd sic

Universidad de Deusto
Biblioteca

formaliter,vt sunt coniuncta,id est,simul tempore,vt causa & effectus:licet sint plura materialiter, quia vna est ratio deordinandi,licet plura deordinata:vt autem sunt separata, puta secundum aliud & aliud tempus:sic sunt diuersa peccata,intellige formaliter:quia diuersæ sunt auersiones & conuersiones.Imò secundum mentem S.Tho.cum vno numero actu exteriori stãt multa peccata formaliter & essentialiter distincta,si stante vno exteriori actu voluntas frequẽter mutetur ad aliqua disparata,& reuertatur ad idẽ,vt patet ex dictis. §.priore. secus si muteretur ad aliqua ordinata ad eundẽ finem:vt cùm is,qui vult fornicari,cogitat de clausione ostij ne deprehẽdatur:quia omnia huiusmodi opa interiora sunt vnũ peccatũ ab vnitate vnius finis virtualiter in oĩbus intentiniſi aut mẽ ad disparata mutetur:aut omnino desinat aliquid cogitare. ¶ Tertio quæritur, † quomodo peccatum mortale discerni possit à venialiſEt dico quòd omnia peccata,quæ sunt cõtra præcepta diuinæ aut naturalis aut humanæ legis,de quo}. Præceptũ. §.ij. sunt peccata mortalia secundũ omnes doct.regulariter.quod tamẽ fallit secundũ S. Tho.dupliciter. Primò ex imperfectione actus, qui scilicet subrepit ex primo motu sensualitatis,& nõ pertingit vsq; ad cõsensum rationis.ij.ij.q.xxxv. Secũdò ex imperfectione obiecti:vt si cõtra iustitiam fiat in aliquo minimo.ij.ij.q.lix.de quo scilicet,is cõtra quẽ fit probabiliter præsupponitur contentus,vel saltẽ deberet esse cõtentus. Tertiò ex interuẽtu dispensationis.& quartò ex interuẽtu causæ rationabilis excusantis quo ad præcepta humana.Omnia verò peccata,quę sunt cõtra mandata vẽ. cõsilia,sunt regulariter venialia.quod fallit secundũ S. Tho.& alios multipliciter. Primò si quis ibi statuat finẽ vltimum,paratus scilicet mortaliter peccare, si de hoc cogitetur actu.Secundò si fiat ad finẽ,qui sit peccatũ mortale. Tertiò.si interueniat contẽptus.Quartò si quis de salute proximi inde nõ curet eo modo,quo dictũ est de muliere super fluẽ se ornãte,nõ curante si inde quis ruat:vt 3.Ornatus.§.iij.Quintò,si cõscientia sit erronea sic credẽs. ¶ Quartò quęritur, † vtrũ peccatũ veniale possit fieri mortale? Et dicit Pet.q; idẽ numero actus in genere moris, qui est venialis.nõ potest fieri mortalis.& quod dicitur quòd quilibet studio venialiũ ita posset obruere sicut vnũ mortale,est verũ occasionaliter solùm:sed idẽ in specie sic.Et intendit quòd illud quod secundũ se ex suo genere est veniale,pòt fieri mortale huic vel illi.quodverũ est quatuor prædictis modis.§.priore. nõ autẽ eo modo,quo dicit gl.de pœn.dist.j.in c.tres sunt.in verbo,opprimẽt.Et approbat.Supple,in tit.Ornatus.scilicet quali iple cõtẽptus & vilipensio venialiũ sit mortale:nisi forte in religioso,qui tenetur habere propositũ,,pficiẽdi: quia nullibi est præceptũ quòd istã curam habeamus, sed cõsulitur tantùm. ¶ Quintò quæritur, † vtrũ sit necesse de venialibus pœnitere aut confiteri? Et de cõfiteri quidẽ dictũ est 3. Confessio.j.§.xiij.De pœnitere autẽ dicit S.Tho.in iiij.dist. xvj.quòd nõ est necesse absolutè,quia inde mors nõ incurritur, nisi fortè ex contẽptu,sed ex suppositione quòd debeant remitti in hac vita. Et secundũ hoc propriè dicitur quis ad aliquid teneri:ideoq; homo nõ teneatur ad pœnitẽtiam de venialibus,nisi largè sumendo,j.Pœnitẽtia.§.iiij. ¶ Sextò quęritur, † vtrum ad remissionẽ venialiũ contritio requiratur? Et dicit ac probat San.Tho.in iiij.dist.xvj.quòd veniale non potest dimitti sine mortali: sicut nec haberi potest feruor charitatis qui opponitur veniali,sine charitate. Igitur venialе nõ remittitur, quãdiu voluntas manet in illo:quia nõ tollitur culpa,nisi deordinatus voluntas. quod esse non potest, quandiu in ipsa deordinatione manet. Igitur veniale sine cõtritione non dimittitur:quia ipsum recedere voluntatis à veniali,est displicere.quæ displicentia,quando est gratia informata,est dolor contritionis.Cum tamẽ contritio tripliciter accipiatur,scilicet habitu,actu,& medio modo,cõtritio habitu nõ sufficit ad hoc:quia veniale cum pœnitentia, & consequenter cum gratia esse non posset.nec requiritur cõtritio actu quia remitti nõ posset peccatum, quod non haberur in memoria.vnde requiritur cõtritio medio modo, quãdo scilicet & si veniale actu nõ displiceat explicitè, displicet tãmen implicitè:qa virtute actus qui agitur,sequeretur displicẽtia explicita peccati venialis,si cogitatio ferretur ad illud.Hæc ex illo. ¶ Septimò quæritˀ, † quot modis venialia remittantur? Et dico q̃ multis modis,vt diffuse deduxi in aur.Rof.casu,xiiij. scilicet per communionẽ, per aspersionem aquæ bẽdictæ, per eleemosynam,per orationẽ præcipuè dominicã, per cõfessionẽ generalem,per episcopalem benedictionẽ, per pectoris tunsionem,per cordis cõtritionem. Sed aduerte quòd ideo sic Canonistæ dicũt, qa ita legũt:sed possibile est quòd per ista non remittatur,& quòd remittatur per alia: quia ratio quòd per ista remittũtur est,quia per hæc excitatur deuotio & feruor charitatis,quo secundũ S.Th.vt dictũ est,remittuntur:qui possibiliter nõ consurgit ex istis,licet sæpius consurgat & cõsurgere potest ex alijs. Quid autẽ sit peccatum in spiritum Sanctum, vide Sanct. Tho.ij.ij.q.xiiij.

De Peculio.j.in sc.

1 *Peculium quid,& quotuplex in laico & clerico.& nu.2.*
3 *Peculij intra erga patrem & filium.*
4 *Castrense an intelligatur quod datur filiofamilias militi.*
5 *Peculium datum non militi cum expressione, quòd sit castrense, an efficiatur castrense.*
6 *Quasi castrense an sit quod datum est aduocato, aut non aduocato, cum expressione, quòd sit quasi castrense.& nu.7.*
8 *Libri empti filio an sint peculium quasi castrense.*
Filius conferre tenetur fratribus post mortem patris, quod in pater viuens contulit.
9 *Quasi castrense an sit, quod ex salario publico datur alicui artifici.*
10 *Quasi castrense an sit quod lucratur notarius vel aduocatus non ex publico.*
11 *Nautarum lucrum an sit castrense vel quasi.*
12 *Profectitium an dicatur quicquid acquisitu est ex pecunia vel rebus patris,etiã ex delicto vel dono.& nu.13.14.& 15.*
16 *Dos à filio lucrata an sit profectitia.*
17 *Peculium filij an in dubio præsumatur profectitium.*
18 *Aduentitium an sit omne, quod filio relictum vel datum ab ex.traneo.*
19 *Aduentitium an sit aliquando, quod pater filio donat.*
20 *Inuentarium an facere debeat pater de aduentitijs filij.*

PECVLIVM,dictũ est,quasi pecunia pusilla,vel pusillũ patrimoniũ.ff.de peculio.l.depositi.Et aliquando significat omne patrimonium cuiũlibet hominis etiã liberi,vt ff.ad Trebel.l.cogi.Aliquando verò sumitˀ aliis modis,vt not.glo.in rubr.ff.eodem titu. sed nunc de eo loquor,vt attinet filiofamiliãs vel seruo.Et est peculium pecunia substãtia,vel pecunia separata à rebus & ratiocinijs patris aut domini,data vel promissa filio vel seruo.dicta l.depositi.§.peculium.Est autem duplex in proposito.quoddam scilicet laicale,& quoddam clericale:& vtrunque,vel saltem laicale,est quadruplex,scilicet castrense,quasi castrense,profectitium,& aduentitium.

¶ Primò verò quæritur, † quid sit quodlibet horũ peculiorũ quo ad laicos?Et dico q̃ peculiũ castrẽse est id,quod filio degẽti in militia occasiõe militię donatur à parentibus,cognatis aut alijs:vel quod ipse in militia acquisiuit,aliàs nisi militasset non acquisiturus. ff. de castren.pecu.l.castrense cum ibi no. Adde etiam quòd secundum Accur.C.eod.in rubrica, & Pallationorum,id est,militum palatij,qui principem sequuntur peculium,id est quod habent ratione militiæ,est castrẽse. ¶ Quasi castrense verò est,quod acquiritur ab aduocatis, tabellionibus,magistris studiorum liberalium artium, & medicis,ac omnibus,qui ex publica causa, vel publico officio salaria vel stipendia recipiunt publica.C.de inoff.testa. l. eum antiquis.cum ibi not.Vnde ad hoc peculium requiritur publica causa,& publicum salarium:vel saltem quòd debeatur publicum salarium. ¶ Profectitium est quod proficiscitur ex substãtia vel rebus patris,secundũ Bart.in l.cum oporter.C. de bo.quæ lib.vbi dicit gl.quòd ly,ex,largè accipitur vt cõprehendat omne quod occasione patris obuenit:vt l.additio. ff.de acqui.hære.& ff.de vulg.& pupil.substit.l. sed si plures. §.in arrogato.Et intellige occasione proxima.l.socius qui in eo.ff.pro soc.de quo infrà.§.xiiij. ¶ Aduentitiũ verò est,quod acquiritur ex industria vel labore.quod intelligo seorsum ab exercitio rei domesticæ:sicut de muliere lucrosa dicitur suprà Eleemosyna.§.v.partic.v. vel donatione aliunde quàm intuitu patris facta:vel ex successione,vel aliter aliũde proueniť ex euentu vel forma. Quod tamen fallit in eo quod ab Augusto vel ab Augusta donatur, quod iudicatur quasi castrense.C.de bo.quæ lib.l.cum multa.& secundum Ludo. in donato à rege:quia quod est statutũ de Imperatore generaliter,intelligitur statutum de rege particulariter,secundũ not.per Inn.in c.super quibusdam.de verb.sig. ¶ Supple.addit quintũ peculium mistum ex duobus vltimis,scilicet si filius ex rebus patris sua industria vel labore lucretur:quia lucrum erit partim profectitium,partim aduẽtitiũ:quia quod ius est de toto ad totum,est de partẽ ad parte.ff.de rei vend. l.quæ de rota.Sed dico quòd si iussu patris exerceat res eius, totum est patris,& profectitium:quia ad hoc tenetur. Si verò sine iussu patris expresso,sed cum interpretatiuo, est ideˀ si verò cõtravoluntatẽ eius,est fur. ¶ Secũdò queritur, † quid sit quodlibet horũ peculiorũ quatũ ad clericos? Et dico q̃ in eis non habet locum peculium castrense:quia nõ militãt corporaliter. ¶ Quasi castrense autem est quicquid acquiritur officio suo,vel ex beneficijs, de quo & testari possunt. l. sacrosanctæ.C.de episc.& cler.quod limita ex nõ curatis:secus si sint cum curaiɱò secus si sint cum administratione: vt est gl.in c.fin.de off.ord.lib.vj.Secus etiã si fructus nõ sint recõditi:vt in ora.glo.Et de hoc vide suprà Clericus.iiij.§.iij.iiij.& sequẽtibus.Ex quibus patet quòd nõ bene cõcedit hic Sum. Rof.quasi castrẽse esse quicquid acquirũt ex beneficijs non curatis. ¶ Profectitium verò est,quod de bonis ecclesię proceditˀvel eius contemplatione acquiritur.quod quidem dicitur profectitium respectu ecclesiæ non respectu patris:vnde est ecclesię quo ad proprietatem & vsumfructũ:nec possunt de eo disponere clerici ad libitũ,sed vt iura permittũt: vt 3. Clericus.iiij. ¶ Aduẽtitiũ verò secundũ Got.in Sum.est quod acquirũt ex opera sua,vel aliàs prouenit ex intuitu personæ: quod etiam dicitur aduentitium nõ verè,sed similitudinarieˀ quia quod laico est aduentitiũ,clerico est castrense vel quasiˀ vt suprà Clericus.iiij.§.iiij.Vnde quicquid venit ad dominium clericorũ,nisi proficiscatur ex rebus ecclesiæ vel obueniat ex eius intuitu,est castrẽse vel quasi:& de eo possunt ad libitum disponere & testari legitimè legata filijs vel parẽtibus:vt in authent. de san.epis.§.presbyteros.& ponitur C.de epis.& cle.authen.presbyteros.quod Sum.Ang.cõcedit indistinctè.Sed tu die nõ esse verũ in peculio profectitio patris siue ex rebus patris vel eius intuitu.Vnde & Pan.in rubr. de pec.cler.dicit quòd ista peculia non differunt quo ad laicos vel clericos,nisi in aduentitio:est verum in clericis filijsfamilias,quia per clericatum non eximuntur à patria potestate in temporalibus:licet aliud minus bene sentiat glos in c.Iudæorum.de ætate & qualit.quia hoc tenet ibi Inno.& communiter Doc.& probatur in e.per venerabilem.qui filij sint leg.vbi est speciale in episcopo. hæc ex illo. Ex quibus patet quòd clericus filiusfamilias in peculio profectitio nõ distat à clerico. ¶ Tertiò quæritur, † quid iuris habeat pater aut filiusfamilias in dictis peculijs? Et dico quòd in castrensi & in quasi castrensi pater nihil iuris habet, quin potius ipse filius in eis censetur paterfamilias: vt C.de inoffi.testa.l.fi.& ff.ad Maced.l.j.§.vlt.& l.ij.& consequenter de eo potest ad libitũ disponere & testari,secundum omnes Doct. nec post mortem patris illud cõmunicabit cum fratribus.l.antiquis.C. de inoffi.testa.& C.de collat.l.fi. ¶ In profectitio verò pater habet proprietatẽ & vsumfructũ: filius autẽ nihil iuris habet. Instit.per quas perso.nob.acqui.§.j. Vnde ad hoc solũ valet hoc peculium filio, ne publicetur in casu,in quo alia bona patris publicantur:vt in l.si finita.§.fi de vectigalibus. ff. de dam.infe. Post mortẽ tamẽ patris erit cõmune cum alijs fratribus. ¶ In aduentitio verò filius habet proprietatẽ: sed pater in vita habet vsumfructũ,ita quod filius de eo testari nõ potest de sepult.c.licet pater.lib.vj. Et si pater filiũ emãcipauerit,apud patrẽ remanebit media pars vsusfructus aduentitiorũ. Instit.per quas perso.nob.acqui.§.sancitũ. Si verò præmoriatur filio,erit filij specialiter & totaliter,nec cõmunicabit cum alijs fratribus:si verò filius præmoriatur patri, erit patris,nisi filios reliquerit,quia erũt loco patris.d.§.sanctum. Si etiã filius habens bona aduentitia erimè admiserit, propter quod,si esset paterfamilias,bona eius venirent publicanda:licet sint diuersæ opiniones, tamen cõmunis opinio est quòd dicta bona veniunt publicanda quatũ ad proprietatem manente vsu apud patrẽ.pro qua opinione est Bart.in l.fi finita.§.fi de vectigalibus.ff.de dam.infect.& ide Ang.& Salic.Vide eos,si placet,quia multa hinc inde dicũtur. Et intelligę patrẽ in hoc habere vsumfructũ,dum vixerit,nisi remiserit,vel nisi ab aliquo sit donatum vel relictũ hoc pacto, vt ad patrẽ non pertineat vsusfructus,vel nisi succedat filius vnà cum patre in hæreditate fratris vel sororis:vel nisi quãdo pater noluit assentire filio adeunti aliquam hæreditatẽ: vel nisi pater cõmiserit incestas nuptias:vel nisi patre minus legitimè diuertente,id est,diuortiũ indebitè faciente, bona filijs applicentur.Instit.in. per quas perso. nob.acqui.§.sancitum.in glo.vel si filius recipit dotem patre nõ consentiente nec se obligante,secundum Bar.in l.contra.ff.rerum. amot. quia in istis patri non acquiritur vsusfructus, nec quicquam aliud. ¶ Quartò quęritur, † vtrum donatum filiofamilias militi sine alia expressione,sit castrẽse? Et Bart.in tract.de duobus fratribus.& in l.si fortè.ff.de castrẽ.pec.distinguit.Nam si donatur necessarium vel aptũ militiæ, vt equus & arma in dubio dicetur castrense,à quocunq; donetur.l. miles præcipua.& l.castrense.ff.de castren.pecu.Si verò donatur quod non est aptum ad militium,vt aliquid immobile,non erit castrense,etiã si expressè dixerit hoc donans:vt l. si fortè.ff.de castr.pecul.& quod ibi tenet Dyn.& C.eod.l.j.quod tamen fallit in duobus casibus.Primò,quando donans est notus solùm ex militia:quia donatum indistinctè est castrẽse.Secundò,quando datum est expressè vt vendatur, & emãtur apta ad militiam.Si verò donatur quod potest esse aptum ad militiam & alia,si expressè & nominatim ad militiã datur, erit castrense.si verò datur simpliciter sine expressione, non erit castrense,nisi sit datum à noto solùm ex militia.l.fi militi.ff.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de castr.pec.& quod not.Bart.in d.l.si fortè. ¶ Quintò quæritur,† quid si donatur filiofamilias nõ militi cum expressione quod sit ei castrense?Et dicit Bart.in prædicto trac.quòd licet appositio talium verborum nõ valeat,nisi vt sit aduentitium:vt d.l.si fortè.operabitur tamen vt patri non acquiratur vsusfructus.quod potest facere donans:vt C. de bo.quæ liber.authe.excipitur.& sic licet vitietur expressum:non tamen vitiatur tacitũ.l.j.ff.quib.mo pig.vel hypo.sol.¶ Sextò quæritur,† vtrum donatum filiofamilias aduocato vel aliud publicum officium habenti sit quasi castrense:& dico quòd Bart.in d.tract.eodem modo distinguit vt suprà § iiij.de milite distinxit,scilicet quia si detur necessarium vel aptum ad tale officium , erit quasi castrense , à quocunq; donetur : si verò detur non aptum,non erit quasi castrense:& sic de alijs vsq; ad finem.¶ Septimò quæritur,† quid si filiofamilias,qui non est in aliquo publico officio, detur aliquid cum expressione quòd sit ei quasi castrense?Et dico secundum Barto.vt suprà,§.v.de non milite & castrensi,quia scilicet erit aduentitium:& tamen pater non habebit vsumfructum.¶ Octauò quæritur,† vtrum libri empti à patre filio suo,sint filio peculium quasi castrense:vel potius veniant conferendi cum fratribus post mortem patris? Et distinguit Bart.in l.j.§.nec castrense.ff.de collat.bo.Nã si pater emit solùm nomine filij, & non tradidit,nec expressit le donare:tunc sunt propriè patris.C.de castrensi peculio.l.j.lib.xij.nam traditio requiritur vt videatur donare.C.de donat.inter vir.& vxo.l.si filij. ¶ Si verò emit nomine fi[illegible],& tradidit ei,vel dixit se eos donare: tũc si filius erat iam aduocatus vel doctor tẽpore donationis, acquiruntur ei in quasi castrẽse.l.j.C.de cast.pec.& l.castrense.ff.eo.nec poterit sic donatũ pater reuocare:quasi donatio sit incõtinenti valida.l.si filius.C.famil.ercis.vnde nõ communicabuntur:vt d.l.j.C.de castr.pec.& d.l.castrense.ff.eod. Si verò nec aduocatus nec doctor erat,sed scholaris ; tunc si studium suum cõpleuerat ante mortem patris, efficiitur ei quasi castrense:quia incipit quasi militare.l.fine emãcipatis. C.de donat.& l.donationes in concubinas.§.pater.ff.eod.nec venirent in collationẽ.d.§.nec castrense.¶ Si verò ante mortem patris,studium suum non compleuerat.nõ possunt dici quasi castrense:quia qualitas personæ non patitur: cum non habeat aliquam ex illis dignitatibus, quæ ponuntur in d.l.fi. C.de inoffi.testa.quia scholares non gaudent eo priuilegio, quo magistri & doctores.l.j.in fin.C.de stu.lib.& facit quod not.in l.fi.C.de iurisd.om.iudic.Hoc tamen fallit, si pater ei non emancipato libros dedit,sed eos nõ est adeptus nisi post emancipationem:quia erunt sui,eò quòd confirmetur donatio.d.l.fine.& d. §. pater. Et idem die de quocunq; donato à patre filio emancipato vel etiam non emancipato, si emancipatus voluntate patris possedit:quia erit filij:nec pater postea poterit reuocare.d.l.fine.secus si post emancipationem contra voluntatẽ patris tenuisset donata. Et similiter dicq confirmatur dicta donatio morte patris etiã si filius non est emancipatus fauore studentium : & sic post mortem patris talia erunt sua,nec cõmunicabit cum fratribus.l.filiæ C.famil.ercisc.n.secundũ opinionẽ approbatam in gl.d.l.fine. Si verò nescitur an donauerit nẽc ne:tunc secundũ Bar.'in additionibus ad præfatum tract.Bart.ad coniecturas est recurrẽdum secundũ dicenda infrà,§.xij. Aduertendum est tamẽ hic secundum Bart.in auth.ex testamento. C.de colla.quod donatum à patre filio emancipato,est conferendum post mortem,& computabitur in parte eius:sed donatum filio existẽti in sua potestate,licet non valeat in vita ipsius patris,post mortẽ tamen vim sibi assumit,& habet vim legati.vt l.in donationibus.C.ad legem Fal.& l.donationes.la j.C.de donat.inter.vir.& vxo.Et sicut legata & fideicommissa non cõferuntur.l.penul.C.de loca.sic nec talis donatio.Fallit tamẽ hoc primò quando emergit inæqualitas.l.pen.C. de collat. Secundò quando pater hoc expressit. Tertiò quãdo dedit vt haberet in peculio.l.donatione.C.de colla.¶ Nonò quæritur,† vtrũ sit quasi castrẽse quod lucrãtur artifices, vt fabri, cæmentarij & lignarij,& huiusmodi laborantes in rebus cõmunibus.& talarium habentes ex publico? Et dico quòd nõ quia non sufficit quòd acquisitum sit ex publico:sed oportet quòd sit ex publica causa,puta publico officio, quod tamen secundum Salic.in l.fi.C.de inoffic.testa.fallit in architectis seu ingeniarijs dominorum vel cõmunis:quia quod acquirit habebunt pro quasi castrensi.¶ Decimò quæritur.† quid de notarijs & aduocatis,& assessoribus non habentibus talariũ publicum?Et dicit Bal.in d.l.fin.C.de inoffic.testa.quòd aduocati acquirentes aliquid nõ ex publico,sed à clientulis,habebunt illud quasi castrense:quia cedit eis loco publici salarij,ex quo hodie eis non soluitur ex publico.l. fori tui.C. de aduoc.diuer.iudi.Et ibi dicit Bart. quòd similiter erit quasi castrense quod acquirunt assessores,secundũ Glos.ibidẽ. Et similiter dicit idem Bart.in l.fi mulier.ff.de cast.pec.de relictis aduocato pro emẽdis libris vel equo causa eundi ad officia,& huiusmodi.¶ Quantum ad notarios autem,qui nõ habent salarium ex publico?Et dico quod notarij cõmunes nõ acquirunt quasi castrense,sed solùm notarij cõmunis vel dominorum,aut officialiũ.qui habere deberẽt salarium ex publico.¶ Vndecimò quæritur,† quid de nautis? Et dico quod cum in mari dicatur quis aliquando militare:vt not.in l.j.ff. de bono.pos.ex testa.mi.imò in classibus omnes remiges & nautæ milites sunt:vt in d.l.j.ideo dico quòd lucrũ remigũ & nautarum in classibus seu bellico apparatu maritimo, est castrense vel quasi:& idem de omnibus patronis,officialibus & nautis,qui ex publica causa hoc faciunt.d.l.j.Et intellige in bello iusto:quia non est publica causa vel officium, quod non ordinatur ad bonum cõmune. Secus ergo in bello iniusto piratarum,& huiusmodi,etiam si haberent salariũ ex publico.secus etiã in'nauigãtibus ex causa priuata,vt pro mercibus,& huiusmodi. Est tamẽ lucrũ eorũ qui habent officia in nauibus,& qui laborant pro rebus conducendis ex causa priuata aduentitiũ:nec est cõmunicandum cum fratribus,si contracta est inter eos societas omnis quæstus & lucri solliti sed solùm si esset societas omniũ bonorum.de quo infrà,Peculiũ.ij.§.xix.ita tamen quòd illud lucrũ non sit ex negotiatione.¶ Duodecimò quæritur.† vtrũ omne quęsitũ à filio ex pecuniavel rebus patris sit profectitiũ? Et dicit Bar.in prædicto tract. & in l.cùm oportet.C.de bo.quæ lib.'quòd omne quæsitũ filio ex bonis patris,siue sint pecunię siue possessiones sibi datę sine labore &industria filij,puta dãdo possessiones colono,& pecuniã mercatori,est profectitiũ: sed si quid ex prædictis acquirit labore suo vel industria,puta laborãdo agrũ,vel ex pecunia negotiãdo:dicit quòd sicut lucrũ ex pecunia factũ partim pecuniæ partim personę lucrãti attribuitur.l.j.C.pro socio.& l.si nõ fuerint.§.j.ff.eod.sic dictũ lucrũ ꝓ parte quæ debetur fundo vel pecuniæ,erit ꝓfectitiũ:& ꝓ parte debita operi personæ lucrãtis erit aduentitiũ.d.l. cùm oportet.post principiũ.vbi pater quòd omne lucrũ prouenięs ex persona filij,est aduẽtitiũ.Nec obst.l.si ita §.fi ff.de vsu & habita.& l.per seruũ.§.fi.de acqui.rer.do.quas allegat Specul.tenet cõtrariũ:qa loquitur in seruo, qui acquirit domino ex opere suæ personę.Et ita refert.& tenet Sum. Ang. & cõsentit Sum.Ros.hic §.vij.& viij.& Sup.idẽ dicerẽt,vt patet ex allegatis ꝫ.§.j.in fi.& idẽ videt sentisse Io.de Pla.Ego verò dico ꝙ gl.in d.l.cùm oportet.dicit ꝙ huiusmodi lucrũ est profectitium:quia ex re patris proficiscitur.ff.ad Tre.l.basilica.&ipsi ac Spe.bene senserunt vt hoc lucrum sit profectitium,si filius erat in potestate patris:quia ex rebus patris acquirit patri,vt pater Insti.per quas perso.no.acqui.in prin.& patet etiam ratione.Filius enim in vsu & exercitio rerũ paternarum conuenienti suæ personæ tenetur patri: & consequenter tale opus est patri debitum:nec inde posset filius lucrari,sicut nec seruus.Nec bene soluunt isti ad l.si ita.nec ad l.per seruum.quia quantum ad hoc eadem est ratio de filio, per quem patri,sicut per seruũ domino,acquiritur : nec etiã bene probatur per d.l.cùm oportet.quia ipse expresse excipit lucrũ,quod ex substantia patris sit,vt patet intuenti .Et hoc intellige, etiã si filius ex fructibus fundi iterũ lucretur: quia si profectitiũ est, quod ei donatur intuitu patris, multo fortius quod ei obuenit auxilio substãtiæ patris.Si tamen filius non erat in potestate patris,vera est opinio prædicta.& procedunt omnia allegata.¶ Decimotertiò quæritur,† quid si filius ex pecunia data à patre lucretur per vsuras?Et videtur dicere gl.in d.l.cùm oportet.quòd sit lucrũ ꝓfectitiũ. quod secundũ Bar.procederet secundũ antiqua iura.vsurã permittentia:hodie verò nec profectitium est nec aduentitium,sed totum restituendum.¶ Decimoquartò quæritur,† de his quę filius acquirit ex delicto?Et dicit Bar.quòd non quæritur patri:vt l.quod seruus.ff.de acquiren.possess & l. quod autem ex furto.ff.pro soc.nisi filius fecisset vsuras iussu patris : quia cum,vterq; restituere teneatur,quęritur patri:semper tamen deducto eo,quod filio pro opere debetur. Hæc ex illo.Hoc autem casu potest filius per seruum opus sibi quærere,licet illicitè:quia non tenebatur in hoc patri . ¶ Decimoquintò quęritur,† quid si filius negotiando in Gallijs ex rebus patris captat beneuolentiã regis,& inde aliquid dono lucratur?Et dicere videtur Spe.quòd hoc sit profectitiũ.Bar. verò in d.l. eum oportet.dicit hoc dictum Spe.esse contra casum l.socium qui in eo.ff.pro soc.& tamen idem Bar. aliquando dicit quòd quicquid filius habet beneficio vel occasione patris, est profectitium,vt ℨ.§.j.Sed veritas est vt hoc profectitium non sit,sed aduentitiũ:quia tex.in d.l.socium.virtualiter distinguit quod occasione patris filio duplicieter aliquid obuenit.Primò scilicet proximè & immediatè : sicut si filio meo in Anglia à te reperto dedisti decem , quæ non nisi propter me dedisses:vnde sum causa proxima.Secundò remotè,sicut si propter patrem meum habui notitiam alicuius domini qui plus vel æquè mevt patrem meum diligit:& quòd à tali datur,non est profectitium.Vnde omnes leges , quæ dicunt inspiciendum cuius contemplationevel causa aliquid sit datum intelligi debent de causa proxima.d.l.socium.quoniã in damnum acquirentis non consideratur causa remota. l.fi.ff. de coniũgen. cùm emancipa.libe.sed bene quantum ad cõmodũ.l.fi fortè.ff.de ca.pe.¶ Decimosextò quęritur,† vtrum filius familiar,qui vigore statuti ex morte vxoris lucratur do temvel partem eius,hoc lucrum habeat quasi profectitium? Et dico ꝙ in hoc variè loquunt Doc.imò Bart.sibipsi videtur contrarius.Nam in l.fi cùm dotem.§.transgrediamur.ff. sol.ma.dicit quòd tale lucrum non est filio profectitiũ , sed aduentitiũ fundans se super text.in l.cùm oportet.C.de bo. quæ lib.& idem tenuit Io.de Pla.sed ipsemet Bar.in trac.de duo.fra.maturius & æquus loquens dicit quòd si filius sustinet onera matrimonij de lucro suæ personæ,vt puta separatus à patre,erit ei aduentitiũ:si verò hæc sustinet pater , erit filio ꝓfectitiũ. Et sic intellige Dy.io d.§. transgrediamur. dicentem quòd nõ est aduentitiũ.sed post mortem patris cõmunicabitur.per l ij.C.fa.er. Si verò partim pater & partim filius sustinet:tunc pro rata oneris partim profectitium & partim aduentitium erit.l.sed & si quis. §.j.ff.de vsufr.& l.si seruus cõmunis.§.fi ff.de stip.ser.Et hoc sequitur Bal.in d.l. ij.& gl.in l.dotem.ff.de castr.pecu.& Dy.vbi ꝫ.& Cy.Et vtiq; sic tenendum est per argu.à contrario in l. profectitia.§.j.in verbo,nihil erogauit.ff.de iur.do.vbi dicit Iurisc.quòd si pater repudiat legatum sibi factum ad hoc vt filio genero acquiratur,illud non censetur profectitium,quia propter illud pater de suo nihil erogauit:& consequentervbi erogatiovel impensa patris est causa acquisitionis : erit profectitium , vt hic,vbi pater fecit sumptus nuptiales,& sustinuit onera.propter quæ datur illud lucrum dotale.l.actione.ff.pro soc.& l. dotis.ff.de iur-do. ¶ Ad omnes autem leges quæ videntur in contrarium,dicatur quòd loquuntur quando pater non sustinet onera prædicta:& ad statutum dicens quòd maritus lucratur,dicendum esse verum,quando non est filiusfamiliãs: aut si est,lucretur,sed non sibi,verùm patri. ¶ Decimoseptimò quæritur,† vtrum acquisitum per filiumfamiliãs in dubio præsumatur profectitium? Et Bar.vbi ꝫ.distinguit.Nam si resultat suspicio delicti nisi sic præsumatur:puta quia filia præsumeretur turpiter acquisisse,cùm aliter habere nequierit:sic credetur ex bonis patris acquisitum, vt euitetur suspicio delicti.l.si definctus.C. arbi.tute . & l.Quintus.ff.de do.inter virum & vxo.& l.si vxoris nomine.C.eo.Si verò suspicio delicti euitatur,præsumetur ex bonis filij,vt dictis legibus.Si verò nec euitatur,nec oritur suspicio delicti,recurrendum est ad coniecturas.C.de epis.& cle.auth.licentia.Et hæc omnia sunt seruanda in prælato ꝫ: tutore,vxore,& huiusmodi,qui circa bona aliorũ versantur in cõscientia: licet gl.in d.l.cùm oportet.aliter dicat.¶ Decimooctauò quæritˀ, † vtrũ donatũvel relictũ filiofamiliãs ab extraneo,sit aduentitiũ? Et Bar.in prædicto trac.distinguit.Nã si est datũ contemplatione patris,erit profectitiũ: si contemplatione filij, erit aducẽtitiũ.l.sed si plures.§.in arrogato.ff.de vulg.& pup. substi.& l.aditio.ff.de acquiren.hære.& l.sed & si quid donetur.ff.de vsufr.& no.gl.in d.l.cùm oportet. Siverò non apparet cuius contemplatione sit datum , deprehendetur primò ex futuro euentu.Vnde si relinquitur filio vt post mortem patris,habeat,præsumitur cõtemplatione filij datũ : si verò tantũ viuente patre,presumitur datũ cõtemplatione patris: & secundò ex opere:puta quia filius negotiando fecit amici tiam:vt ꝫ.§.xv.¶ Decimononò quæritur,† vtrum donatum filio à patre sit aduentitium? Et dicit Bar.in d.trac.quòd si pręcesserunt merita filij,quæ si extraneus fecisset, illi donasset: sic donatio tenet à principio,nec potest reuocari, & erit aduentitium,secundum glo.C.de inoffi.testa.auth. vnde si parens.& concord.Iaco. But. Si verò non dat propter merita, sed vt filio,est simplex donatio,quæ nonvalet,nisi morte cõfirmetur.de quo ꝫ.Donatio.ij.§.vij.Et an pater , qui monachatur,perdat vsumfructum in aduentitijs cum multis alijs, vide ibi propè.¶ Vigesimò quæritur,† vtrum pater reneatur facere inuentariũ,cùm recipit bona aduẽtitia filiorũ? Et dicit Mar.Silli.quòd Bononiæ in facto decisum fuit ꝙ nõ:tũ quia nõ habet de his reddere rationem: tũ quia hoc nõ est lege cautum:tum quia ita habet legum interpres consuetudo.

℣. Rursus de Peculio secundò, quantum ad diuisionem fratrum, & sociorum.

1 *Societas quid.& quid faciat.*
2 *Societas à quibus,circa quid,& quomodo contrahi possit.*
3 *Societas quotuplex sit.*
4 *Societas quomodo cognoscatur inter aliquos contracta.*
5 *Societas omnium bonorum quomodo cognoscatur.*
6 *Societas quando incipiat,& quando finiatur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

7 Peculium quod communicetur inter fratres, & quod non.
8 Pecunia data filio à patre pro studio an postea computetur in sua parte, & quid si eam ludo consumpsit. nu. 9. 10.
11 Filius, qui de mandato patris expit studere, an post mortē eius perficiat studium de communibus bonis.
12 Expensa facta à patre circa vxorem filij, an tempore diuisionis computentur.
13 Expensa facta à patre in peculio aduentitio filij, an postea computentur.
14 Obligatio patris p delicto filij, an postea cōputet in prē filij.
15 Patre dāte dānū in bonis aduēticijs filij, an fratres refarciant.
16 Debitum contractum ab vno fratrum post mortem patris, an soluatur de communi.
17 Lucrum factū ab vno ex fratribus cum pecunia hæreditaria, an sit communicandum.
18 Commune an sit, quod emptum est ex pecunia communi.
19 Fratre maiore administrante nomine communi, an minor teneatur approbare.
20 Fratres in communi viuētes an communicent lucrum veniens ex officijs publicis vel meritis personæ. & nu. 24.
21 Socio vno ponente operas & alio pecuniam si tota pereat, an teneatur alius.
22 Fratribus in cōmuni viuentib⁹, si vnus aliūde aliquod attulit p cōmuni victu, vel reparationib⁹, an illud repetat. & nu. 23.
25 Haredum vno ob maleficium condemnato, socij nihil soluent.
26 Sociorum vnus si fecit sumptus ob honorem suum vel nuptias an solus soluat.
27 Fratris vnius factum an noceat alteri, si sunt socij omnium bonorum.
28 Frater vnus an dotet filias suas de communi, si sint socij omniū bonorum: & quid si vnus dotet filiam alterius. nu. 29.
30 Societas omnium bonorum inter spurium & legitimum, an faciat eos aqualiter heredes.
31 Socius si alteri communicet lucrum vsurarū, an eum episcopus compellat restituere.
32 Lucrum vxoris alterius fratrū, an cōmunicetur in diuisione.
33 Diuisio qualiter fiat inter fratres, si vnus eorum habeat clericos, qui plus laborarunt.
34 Frater gubernans bona communia cum fratribus paruis, an petat postea salarium.

PECVLIVM secundò considereri potest in ordine ad communicationem & diuisionem fratrum, inter quos est contracta societas illimitata, & non determinatæ rei. ¶ Primò ergo quæritur, † quid sit societas & socius? Et dicit Tullius, vt not. Azo in Sum. tit. pro soc. quòd societas est duorum pluriūm ve conuentio, contracta ob commodiorem vsum & vberiorem quæstū. ad quod facit l. si non fuerit. §. plerunq;. ff. pro soc. Socius autem in ordine ad societatem est is, inter quem & alium vel alios est contracta societas: sed in censuris secundum glo. Car. Pau. in c. felicis. de pœ. lib. vj. est ille qui aliquid cooperatur ad actum damnatum: vnde quando sunt plures, & nullus est principalis, dicuntur agentes: quando verò vnus est principalis, alius cooperans, tunc strictè dicitur socius in censuris: licet largè socius criminis dicatur tripliciter, scilicet concomitans, fauens, & non corripiens: vt xvj q. iij. ita planè. lxxxvj. dist. facientis. & tales regulariter non puniuntur eadem pœna. ¶ Secundò quæritur, † à quibus, circa quid, & quomodo societas contrahi possit? Et dico quòd societatem cōtrahere possunt, qui se possunt obligare & contrahere: de quibus multos casus habes ꝛ. Donatio. Contrahi autem potest circa omnia bona, & circa aliquam negotiationem, & circa vnam rem. ff. eo. l. societas. nisi res illa esset turpis aut flagitiosa. ff. eo. l. neq; prætermittendum est. Non contrahitur autem consensu, sed per consensum. ff. pro soc. l. qui admittitur. & hoc re, verbis, & per nuntium. ff. pro soc. l. societatem. & ad tempus & in perpetuum, id est, dum viuunt socij: & sub conditione. ff. pro soc. l. j. C. eo. l. pe. sine fine verò contrahi non potest. ff. eo. l. nullam.

¶ Tertiò quæritur, † quotuplex est societas. Et dico, vt colligitur ex not. per Bar. & per Bal. in l. si patruus. C. communia vtri. iudi. & per eundem Bal. in additionibus ad Bar. de duobus fratribus, quòd est triplex. ¶ Prima est omnium bonorum, in qua communicantur omnia quæsita ex quacunque causa, laborando vel negotiando, vel ex dono, aut legato, vel hæreditate, vel huiusmodi. & stipendia data militibus. l. qui stipendia. C. de procuratoribus. & salaria quæcunq; habita ex castrensi vel quasi. ff. pro soc. l. cùm duobus. §. idem Papinianus. aliàs est. l. si fratres: & acquisitum ex iniuria sibi facta, vel ex l. Aquilia, vel ex damno suo corpori illato, vel filijs suis. d. l. cùm duobus. §. socium. & generaliter omne quæsitum licitè quocunque titulo vel causa, arg. à contrario sensu, in l. cùm duobus. ff. pro soc. non autem quæsitum illicitè, vt ibi patet. Et similiter communicantur omnia debita licita, & omnia damna etiam condemnationum factarum per iudicis iniuriam: licet secus si essent factæ iustè. d. l. cùm duobus. §. ibidem. Eo tamen casu, quo ratione maleficij condemnatio esset iusta, tenentur socij contribuere: si eis scientibus & acceptantibus pro communi vtilitate maleficium factum est, quia est commune: & sicut in lucro, ita & in damno communicabunt. Si verò ignoranter acceptauerunt lucrum iniustum: tūc socius auferet illud, & satisfaciet. l. si igitur. ff. pro socio. & sic soluet soluet condemnationem, etiam si essent socij omnium bonorum, secundum Specu. Et licet de iure, ex quo lucrum illicitum communicabit, non possis illud auferre, nisi post condemnationem. l. quod enim. ff. pro socio. tamen si sacerdos iniungat ei vt satisfaciat læso, intelligitur non soiùm lis contestata, sed etiam sententia lata: & sic præceptum sacerdotis est sententia, secundum Hostien. in cap. fin. de sepultu. ¶ Secunda est generaliter omnis quæstus, & lucri, quod idem est. l. sed & si adijciatur. ff. pro socio. in qua communicantur omnia, quæ veniunt ex quæstu, id est, industria seu solertia alterius: vt exercendo mercantiam, & similia: & similiter damna, quæ ex societate, sicut ex causa proxima, veniunt: non autem communicantur ea quæ veniunt ex officijs vel meritis personæ: vt donatio simpliciter, vel causa mortis, aut legata vel hæreditas: nec similiter salaria aduocationis, tabellionatus, vel similium: nec debita alterius, nisi quæ fiunt causa quæstus vel societatis: etiam si licitè contraxisset: vt quia maritauit filiam, vel militauit, aut tenuit filium in studio: & multò minus si sint illicitè contracta. vnde condemnationes siue licitæ siue illicitæ non communicantur. Et hæc societas semper intelligitur contrahi, quando societas contrahitur sine distinctione: vt in lege, colri. ff. pro socio. ¶ Tertia est societas certæ rei, puta communiendi: quia viuunt ad vnum panem, & ad vnum vinum. vel certæ negotiationis, vel lucrorum, quæ consequuntur, licet in diuersis negotiationibus vel operibus, ex quibus lucrantur: quamuis aliquando alter operam, alter pecuniam ponat, alicando vtrunque: de quibus j. Societas. Et in hac communicantur lucra & damna, quæ veniunt occasione illius negotiationis vel mercantiarum, de quibus pacti sunt: secus de aliis prouenientibus aliunde. Adde tamen quòd omnia prædicta vera sunt, nisi socij aliter speciali pacto cauerint. quod seruandū erit, vel nisi aliter habeat consuetudo de quo j. Societas. j. §. vj. in fi. ¶ Quartò quæritur, † quomodo cognoscatur

tur contracta societas inter fratres vel alios simul habitantes, ita quòd omnia lucra sint communicanda? Et dico quòd Bart. in l. si patruus. C. communia vtriusq; iudicij distinguit vtrum neuter vel vter aut alter tantùm negotietur. Si enim nullus eorum negotiatur, non contrahitur societas: licet hæreditate paternā & maternā simul indiuisam teneāt. l. cum duobus. ff. pro socio. §. si frater. Sed in hoc dissentit Bald. in additione prædicta, & in d. l. si patruus. dicens hoc casu ex actibus posse apparere affectum societatis: vt inter nobiles qui nō faciunt quæstuarias mercantias, & tamen conferunt omnia dona, salaria, & dotes: quia nemo negare potest hos esse sociales actus, ex quibus præsumitur intentio & voluntas, vt dicunt Ioannes de Arena, ac Ricard. & Oldra. discipuli eius. Si verò alter negotiatur & alter non, secundum Bart. similiter non contrahitur societas: quia qui negotiatur, ex hoc magis videtur donare, quam societatem cōtrahere: vt ff. pro socio. l. y. Sed Bald. dicit quòd si is, qui non negotiatur, omnia obuenientia sibi, puta ex reditibus præbendæ vel dotibus cōfert: & sic faciunt hinc inde similiter, vt suprà, contrahitur: quia talis præsupponitur mens, qualis ex actibus colligi potest. ar. Liuo fratres. ff. de acquir. hæredit. & l. reprehendenda tu magis ea. C. de instit. & substit. & similiter secundū eundē Bald. præsumitur contrahi, si vnus se exerceat in vna mercantia vel arte, & alter in altera: vt in aduocatis & tabellionibus: quia lucrorum cōmunicatio, societatis est contractio vel incohatio. Et similiter, secūdum eum si vnus habet curā domus, & alius sit aduocatus, vel alter lucretur & ponere in domo. Si verò vterq; negotiatur: dicit Bart. quòd si alter est pupillus, non potest intelligi cum eo contracta societas: quia hoc nō posset expresse. ff. pro socio. l. & in cōductionibus. ergo nec tacitè. ff. loca. l. qui ad certū. Sed si vterq; est maior, dicit quòd si cōmunicant lucra: ex hoc inter eos præsumitur contracta societas: quia talis cōmunicatio aliter intelligi non potest: non tamē omnium bonorum, vt quidam dicūt, sed quæstus illius mercantiæ tantùm: quia actus nostri voluntarij nō extēdūtur vltra ea quæ geruntur. ff. de itin. actuq; prima. l. j. §. Vitia mus. Sed Bald. dicit quod si alter est maior, & alter pupillus habens tutorem, qui cōmunicat, & cui cōmunicatur: præsumitur contracta societas. Et si actus sunt vniformes, societas restringitur solùm ad quæstus venientes ex eis. sed in actibus in se difformibus & habētibus varietatem, præsumitur societas generaliter contracta: nec cōsideratur an vnus plus alius minus lucretur in hac gēerali societate, sed æqualiter, inquit omnia sunt partiēda. l. si socius pro filia. ff. pro soci. Hæc ex illo: qui per hoc nō intēdit hoc probare quod sit societas omniū bonorū, quod negauerat Bart., sed quòd sit generalis, id est, simpliciter, siue omnis quæstus, si actus sunt difformes: vel certæ rei, si vniformes. & melius est quod dicit Bal. tamē vidē. §. fin. ¶ Quintò specialiter quæritur, † quomodo cognoscatur contracta societas omnium bonorum? Et dico quòd Bart. in l. Titium. ff. de admi. & peri. tut. in §. altero. postquā concluserit inter fratres maiores negotiantes & lucra cōmuni cantes contrahi tacitam societatem: quærit quæ societas cōtrahatur, an scilicet omnium bonorū, vel vnius negotiationis, aut simpliciter? Et respōdet per regulam, quod actus nostri voluntarij non extēdūtur vltra ea quæ geruntur. allegans mutua iura. & deinde infert quòd si cōmunicauerūt lucra vnius negotiationis, illius est contracta societas. & similiter diuersarum, si cōmunicauerunt diuersarum lucra. Vnde si Titius fundum emisset suo nomine, cōmunicare nō tenetur illum: sed pecuniam, si fuisset ex dicta negotiatione. ff. p socio. l. si vnus. §. j. Sed si emptio fundorum cōmuni nomine celebratur, etiam huius negotiationis præsumeretur cōtracta societas: & consequenter cogeretur cōmunicare. Hęc ex illo. Qui iuxta sensum Bart. in d. l. si patruus. intēdit, vt recitatum est §. priori, quòd cōtrahetur societas certæ rei. quod tamē ibi Bald. dicit falsum, vbi actus sunt differmes: quia cōtrahitur societas simpliciter siue generalis, id est, omnis lucri. iuxta Bertachi. verò in tit. Societas. videtur quòd cōtrahatur omniū bonorū: quia ad videndum quomodo tacitè contrahatur talis societas, scilicet omnium bonorum, remittit ad Bart. in dicta l. Titium. & ad Per. de Perusio in tracta. societ. iij. parte. colum. xiiij. & Fran. Por. de duob. fratribus. ij. q. lvj. Ego verò dico quòd Bald. melius intellexit Bar. & quòd societas omniū bonorū non cōtrahitur, nisi expresse agatur ꝙ sint socij omniū bonorū. ff. pro socio. l. iij. §. cùm specialiter. & l. coiri. ff. eod. vbi dicitur, coiri societatē etiam simpliciter licet: & si nō fuerit distinctū, videtur coita esse, vniuersorū, quæ ex quæstu veniunt. hoc est, si quod lucrum ex emptiōe, venditione, locatiōe, vel cōductione descēdit. Hæc ibi. Prædicta autē expressio vel distinctio secūdum aliquos fieri potest verbis & actibus: secundum alios verò non potest fieri nisi verbis. quod videtur velle glo. in dicta l. coiri. quæ habet in verbo distinctū, id est, expresse dictū quòd fiebat omniū bonorum. suprà eod. l. iij. §. j. Hæc glo. Ego autē dico quòd fit verbis principaliter, & secundariò effectibus. ¶ Sextò quæritur, † quo tempore incipiat, & quo finiatur societas? Et dico quòd si verbis contrahatur, standum est conuētioni: si verò actibus, dicit Bart. in d. l. Titium. quòd ab eo tēpore incipit quo socij cōmunicare cœperint, & ab eo ex quo defierint cōmunicare, dissoluta. ff. pro socio. l. vtique. si tamē alter tantùm desijt cōmunicare, & nō renuntiauit societati, seruādum est quod dicitur in l. actione. ff. eod. ¶ Septimò quæritur, † circa fratrū diuisionē, quod peculiū sit cōmunicandum, & quod non? Et dico quòd si nulla interuenit societas, vt patet ex dictis tit. priore. §. j. communicabitur solum profectitium, non autem castrense. nec quasi castrense, nec aduentitiū. Et quod de his peculijs dicitur, intelligē de omnibus, de quibus in tit. priore dictū est, quòd pertineat ad hoc peculiū vel ad illud. Adde etiā quæ dicētur ab hoc §. vsq; ad decimumoctauum inclusiuē. Si verò interuenit aliqua societas: dic vt infrà, intelligendo à §. xix. vsq; ad finem. ¶ Octauò quæritur, † virū pecunia data filio à patre pro studio, post mortem patris sit cōputanda in sua parte? Et dicit Bar. in dicto tracta. quòd si apud patrem nihil erat quod esset filij, nō imputabitur filio in partem. l. quæ pater. ff. famil. ercis. Si verò apud patrem erat pecunia filij ex peculio castrensi vel quasi tunc in dubio præsumetur quòd pater administratorio nomine egerit id de pecunia ipsius filij. & sic imputabitur in partem eius. Ad quod facit quod not. in l. fi. C. de do. promiss. Quod tamen videtur limitandum quando pater dedit pro causa necessaria, nō autem pro voluntaria: iuxta ea quæ habes suprà Legatum. iij. §. xij. ¶ Nonò quæritur, † quid si pater dedit filio pecuniā p libris emendis, & ille lusit, vel exposuit in meretrices? Et dicit Bart. in auth. quod locum. C. de collat. quod post mortem patris computabitur illi in suam partem: arg. d. authen. sicut mulieri quæ passa est consumi dotē, cōputabitur ei in suam partem: vt in d. authent. quod locum. Et similiter dic de donato à patre filio pro emancipatione, quod erit computandum ei tēpore diuisionis, secundū Bar. in l. j. §. nec castrense. & in l. ve liberis. C. de collat. ¶ Decimò quæritur, † si pater filio in studio existenti misit pecuniā pro libris emēdis, cauēs in libro rationū suarū quòd filius eam debeat cōferre: cuius erit damnum, si librorū valor decreuerit? Et dico quòd erit cōmune hæredum, nec iste cōferre tenetur quod cōstiterit, sed solùm quod valēt per gl. in d. l. illud. C. de collat. inverbo

pone-

Universidad de Deusto
Biblioteca

poterat. Si autem valor supercrescit beneficio fortunæ: dicit Rapha. in d.l.illud. quod hoc lucrū tanquam aduentitiū debet esse pręcipuū filij: vt l.filij. C. de collat. licet Lud. dixerit contrarium in d.l.illud. per text. in l. secūdum naturam. ff. de
15 posita à lege vel statuto contra omittentẽ seu nõ facientem aliquid intra certum terminũ statutũ,incurratur solùm post dictũ terminũ,vel etiã ante illum ex eo tẽpore, ex quo iam est illi impossibile hoc facere:puta,si promoto ad ecclesiam parochiale imponatur sub pœna priuationis quòd intra annum fiat sacerdos,& ante finẽ anni iam incipit esse certum quòd hoc nõ potest.de quo ꝛ. Ecclesia.ij.§. vij. Vel si rector vniuersitatis mandet doctoribus legẽtibus sub pœna cõtenta in statuto vt intra Pascha fecerint suas repetitiones,& ante Pascha iam incipit esse certũ quòd hoc nõ possunt,vt quia incipiunt vacationes Paschæ,in quibus secundũ formam statuti nullus publicus actus fieri potest.Et dico ad quæstionẽ quòd Bart.in l.cum stipulatus sum mihi à Proculo.ff.de verborum oblig.in prædicto casu doctorum distinguit.Nam si pœna posita in statuto trahit secum executionem, vt pœna excommunicationis vel infamiæ : incurritur pœna eo ipso quòd incipit esse certũ de impossibilitate faciendi : quia lex facit suam executionem,etiam ante diem statutam.Si verò pœna secum executionem non trahit, vt si dicat statutum, sint periuri,vel puniantur in decem:tunc nõ incurritur pœna,licet certum sit de dicta impossibilitate.Angel.aute quẽ sequitur Rapha.Cu.in dicta l.cum stipulatus,tenet cõtrarium dicens quòd siue pœna trahat secum executionem siue nõ, ante tempus non cõmittitur,licet incipiat esse certum fieri non posse quod fiendum erat: quia in sententijs proferendis est mens iudicis attendenda:de verbotũ significatio.† intelligentia.quæ hic non est,vt ante tẽpus siue terminum statuta pœna committatur:etiam quia de hoc videtur esse casus in c.cõmissa.de elect.lib.vj.de ecclesia parochiali,vt suprà Ecclesia.ij.§.vij.Ad legem autẽ,si ita stipulatus esset.ff.de verborum obligatio.vbi contra promittentem facere infra ad certum tẽpus agere quis potest,ex quo intra tempus statutum fieri non potest,licet totum tempus non transierit.Intelligendũ est quòd loquitur in pœna conditionali, nõ in legali. Et diuersitatis ratio est.quia mitius cum lege quàm cum homine agitur.l.Celsus.ff.de arb.Vel dic secundum gl.in dicto c.commissa.quòd ante diem vel terminum agi potest quãdo interest opus non esse inchoatum:vt in iuribus allegatis.sed non ad pœnam,vt in dicto cap.commissa.& hoc est melius. ¶ Decimosextò quæritur, † vtrum pœna committatur sine dolo?Et dico quòd non,si sit capitalis vel corporalis:quia dicit Barto.in l.quicunq;.C.de ser.fug. quòd vbicunq; de pœna capitali vel corporali loquimur,subintelligitur dolus.& de in lit.tur.l.ij.& in l.in actionibus.& Instit.de suspect.tut. suspectus.secus in pecuniarijs pœnis:vt .C de nox.actio.l.fer ui.Et idem Sali.in l.pœnã.C.ad l.Corneliam de sica. & Bal. in l.dara opera.C.qui accusa.non possunt. & Paulus de castr. in l.j.C.vbi sena.vel cla.& facit gl.in l.quid ergo.§.ex cõperto missus.ff.de his qui not.infam.& glos.in l.& si seuerior.C. ex quibus causis infam.irroge.vbi dicit Bald quòd committens homicidium per lasciuiam,puta currendo in equo,nõ debet occidi,licet statutũ dicat quòd decapitetur homicida.¶ Decimoseptimò quæritur,† vtrum tempus præfixum in odium negligentis currat ignoranti vel legitimè impedito?Et dicit Panor.in c.quia diuersitatem.de concess.præbend.quòd secus si sit præfixum in odium negligentiæ,sed alterius beneficium.ff.de his qui no.infa.l.genero.vbi tẽpus anni cursit mulieri ignoranti mortem mariti.Pro quo vide glos.in cap.statutũ.de prœben.lib.vj.& no.Specul.de edit.infirm.vbi dicit,q̃ licet executor testamenti non potuerit exequi intra annum, nihilo

nihilo minus executio deuoluitur ad episcopum.arg.l.nulli. C.de epis.& cle.&.c.nos quidem.de testa.Et ratio,quia in fauorem defuncti,non in odium executoris. ¶ Decimooctauò
17 quæritur,† vtrũ incidat in pœnã qui facere non potest quod sub pœna mandatur?Et dico quòd nõ,quantũ ad pœnas iuris vel statutorũ:quia impossibilium nõ est obligatio.de regu.lib.vj.Et idem die de pœna,puta excõmunicationis per iudicem generaliter imposita,secũdum Fed.consi.xiij.& Pan. in c.P.& G.de off.dele.quia verba generalia ciuiliter debent intelligi.arg.l.si cui.ff.de ser.& in l.ratum.& in l. quod dicimus.ff.de solu.Sed si specialiter imponit pœnam excõmunicationis:vt,si non compareat tali die excõmunico te,dicit Pan.in c.super causa.de testi.co.quòd si ex sententia apertè cõstet quòd iudex voluerit eũ ligare,siue posset,siue nõ posset,sententia est nulla continens intolerabilem errorem:& cõsequenter nõ ligat.de sent.exc.tuas.Et similiter nõ ligat,
18 si appareat quòd nõ voluerit ligare impotentem: puta quia dicit,si cõtempseris,vel si distuleris cõparere,&c.quia no potent nec contemnit,nec differt,secundum glo.in c.quàm sit. de elec.lib.vj.Si verò mens iudicis perpendi nõ potest : quo ad Deum nõ ligat:sed quo ad ecclesiam & nos ligat. Et sic intellige glo.in c.voico.iiij.q.v.& in d.c.cum super causa,sed tamen probato impedimento,nulla absolutione opus est,secundũ Ho.& Spe.& placet etiã secundũ Pan. in d.c.cum super causa.si esset sententia papæ: quia debemus præsumere quòd noluerit eũ ligare,ar.c.vt nostrũ.vt eccl.bene.& sic nõ esset irregularis,licet celebrasset.Si verò loquamur de alijs pœnis,certum est quòd in foro animæ nõ incurritur. Vnde secundum Sco.in iij.di.xv.q.ij.peti nõ possunt,nisi quantum importat interesse,ar.c.significante. de pig.&.c.ij.de consti. &.c.ex literis.de in integ.resti.Ad legem autem,incendium. C.si cer.peta.quæ vult quòd incendium non liberet,quando quantitas est in obligatione:quia cùm obligatio sit in genere,vt ff.ad le.fal.l.in ratione.§.diligenter.totum genus perire non potest:dicendũ est quòd quando obligatio est in genere,ex impotentia nõ extinguitur:licet liberet à pœna propter quod dicit Ange.in l.rescriptũ.in prin.ff.de pac.quòd etiam si teneamus quòd si secus habeat tacitam hypotecam in maleficijs contra delinquentem:non tamen præfertur creditoribus,imò præferuntur creditores,allegans text. cum sua gl.l.vniea.C.de pœ.fil.& ratio,quia talis tractat de lucro captando creditores autem de damno vitando.& facit l.fi.§.licentia.C.de iu.delib.& l.vnica.C.de impo.lu.descri.& l.fi.C. de cod.Quod bene nota pro exigentibus pœnã vltra suum
19 interesse ab his,qui nõ sunt soluendo:quia tenentur eã restituere creditoribus.Vide tamen quod dico ꝯ.Testamentũ.ij. §.vj.ad fi.¶ Decimononò quæritur,† vtrũ pœnã incurrat totam,qui ex sua culpa facit,vel dat solũ partem eius,ad quod sub pœna tenetur?Et dicit Pan.in c.fina.de pœ.quòd si obligatio est diuidua, pœnã nõ cõmittit,nisi ,p parte nõ soluta, vel nõ facta.si verò est indiuidua,soluet totã.Et hæc intelligẽ vera esse etiã de iure canonico.quæ sit obligatio sit diuidua,& quæ indiuidua.vide Bar.in l.stipulatiões nõ diuidũtur.ff.de ver.obl.& propriè dicitur diuidua,qñ solutio partis tantũ valet respectu partis, sicut solutio totius respectu totius obligationis:indiuidua verò qñ solutio partis nõ tantũ valet respectu partis,sicut tota respectu totius.Exemplũ primi est:si promisi tibi scribere Bibliã & decretũ:& scripsi Bibliã,qui a bibliã per se valet secũm totũ suum ad omnem ipsius cõmoditatem:& tãrã vtilitatem affert, si sola reddat sicut si reddat cũ decreto.exemplũ verò secũdi:si ,promisi scribere Bibliã,& scripsi quatuor quaternos.Vide etiã gl.in d.c.suam. quæ addit hæc esse vera in pœna quæ committitur in non dandovel in faciendo:secus quando debet quis aliquid recipere:puta hæreditatem vel legatũ,si sic fecerit,vel soluerit: quia nisi totũ fecerit,nõ habebit. intellige nec totũ nec partem:vt in l.Meuiũ.& l.cùm fundus.ff.de cõd.&demõ.de quo vide plenè in l.si seruus.ff.si quis cau. ¶ Vicesimò quæritꝫ.† v- 20
trum ,mittẽs sub certa pœna aliquid habere ratũ, cõmittat illã cõtraueniendo de facto?Et dicit Bar.in l.id quod pauperibus.C.de epis.& cle.quòd nõt secus si ,misisset habere ratũ &firmũ:quia ratũ ad ius,& firmũ ad factũ refert:vt in gl. d.legis. ¶ Vicesimoprimò quæritꝫ,† vtrũ pœna possit inferri 21
in loco domicilij pro pẽtõ alicubi cõmisso ? Et dicit Pan. in c.licet.de fo.com.quòd sic:nisi requiratur remissio per iudicem delicti:quam debet facere,si delictũ est atrox: aliàs nõ, si vult. ¶ Vicesimosecundò quæritur,† vtrum mandans deli- 22
ctum fieri in alio loco,debeat puniri vbi mandauit , vel vbi cõmissum est?Et dicit Pan.in d.c.licet.quòd omnis cõclusio Bar.& aliorũ in l.si vt ,pponitur.ff.de fideiu.est,quòd vbi delictũ factũ est:qa ibi destinatus est effectus delicti.facit cle. pastoralis.de re iu.Et idem dic in teste falso, quia puniri debet per iudicem,ad quem eius attestatio trãsmittitur,si scie bat illuc debere trãsmitti:potest tamen puniri in loco vbi deliquit,& locus erit præuentiõi, nisi ambo iudices cõcurrant sicut est de illo,qui de loco exempto mittens sagittãs vulnerauit aliũ in loco nõ exempto:vt in c.j.de præsum . & quod ibi nota.Et similiter de eo qui deliquit in cõsimbus,quia verum est dicere,eũ in vtroq; territorio deliquisse,at.l.arbor. ff.cõmuni diui.Secus si ignorabat illud attestationem trãsmitti:quia tũc puniri debet vbi deliquit:vbi attenditur locus, ad quem destinatur effectus matrimonij. Idem dic de notario,qui facit instrumentũ falsum. ¶ Vicesimotertiò quæritꝫ, 23
† vtrũ possit quis à Deo vel ab homine puniri sine culpa vel pro culpa alterius?Et dico tria. ¶ Primũ.Secũdũ S.Tho.ij.ij. q.cviij.licet pœna secundum propriã rationem pœnæ nõ inferatur à Deo sine culpa , tamen inquantũ habet rationem medicinæ nõ solùm est sanatiua peccati præteriti , sed etiã præseruatiua respectu futuri, & ,promotiua in aliud bonũ . sic aliqñ punitur aliquis sine culpa , nõ quidem in spiritualibus bonis,sed in temporalibus:quia illa sunt maxima:& ista minima bona. ¶ Secũm.Secundũ eũdem ibi in iudicio humano nõ debet quis sine culpa puniri pœna flagelli vt occidat,mutiletur,aut verberetur,tñ pœna dãni punitur aliquis sine sua culpa,licet nõ sine causa.& hoc tripliciter. Primò ,ppter impotentiam ad aliquod bonũ assequendũ : sicut ,pter lepra removetur quis ab admistratione ecclesiæ,& à sacris ordinibus ,ppter bigamiã vel iudiciũ sanguinis impedit.Secũdò, quia bonũ,in quo dãnificat,nõ est ,ppriũ,sed cõmune : sicut quòd aliqua ciuitas habeat episcopatũ pertinet ad bonũ totius ciuitatis,& nõ clericorũ tñ.Tertiò,quia bonũ vnius dependet ex bono alterius:sicut in crimine læsæ maiestatis amittit filius hæreditatem ,p pẽtõ parentis,& punit etiã pœna infamiæ.vj.q.j.si quis cũ militibus. Cõcor.Vide.Ray.aũt ponit multos modos,sed ad istos reducitur. ¶ Tertium.Pro peccato alterius secũm S.Tho.vbi ꝛ.nullus punit pœna spirituali:quia hæc pœna pertinet ad animã , secũm quã quilibet est liber sui.Pœna tamen temporali vnus punit pro peccato alterius triplici ratione. Primo , quia vnus temporaliter est res alterius,vt filius secũm corpus patris,& seruus dñi:& ita in pœnã eius etiã ipse punit.Secũdò inquantũ pẽtũ vnius derivatur ad alterũ,siue imitationem,sicut filij imitãtur pẽtã parentũ,& serui dominorũ:siue per modũ meriti, sicut peccata subditorũ merentur peccatorem prælatũ secũdũ illud Iob. xxxiiij.qui regnare,&c.siue per aliquẽ cõsensum,siue per dissimulationem . Sicut enim interdum boni simul puniuntur

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum multi:quia eorum peccata non redarguerunt, secundū Aug.j.de Ciui.Dei.Tertiò ad cōmendandā vnitatem societatis humanæ,ex qua homo debet solicitus esse pro alio ne peccet:& ad detestationem peccati,dū scilicet pœnavnius redundat in oēs,quasi omnes sintvnū corpus:vt Aug.dicit de pctō Achor.hęc ibi.Pœna excōicationis nūquā punitur vnus ꝓ alio,scdm Ray.xxiiij.q.iij.si hæres.secus pœna interdicti.
24 de spon.nō est nobis.¶ Vicesimoquartò quæritˀ,†vtrū semel punitus,ꝓ aliquo crimine debeat affligi alia pœna? Et Ray. quòd no:quia Deus nō iudicabit bis in idipsum. Naū vicesimo.Multoties tñ ꝓ eadem culpa in eodem iudicio imponi tur multiplex pœna:quia oēs accipiunt,ꝓ vna, qñ aliqua per se sufficiens nō fuisset:sed in diuersis nō licet bis in idipsum iudicare,vt dictū est:nisi forte creſceret cōtumacia,vt lit. nō cōtest.qñ frequenter.Sed ista limita qñ diuersa iudicia sunt actualia:secus si sint diuersa,quia vnū sit ecclesiasticum aliud seculare:quia pro blasphemia iure canonico imponit pœna pecuniaria & plonalis.de male.statuimus iure verò ci nilivltimū suppliciū,in auth.vt nō lux.cōtra naturā.colla.vj. & oēs pœnæ possent imponi,vt dicit do.Ane,in d.c.statuimus.Imposita tñ pœna minori per aliquem iudicem,nō pōt alia maior imponi per aliū,vt ꝛ.Iudex.j.§.xj parti.iiij. & C. de acc.l.qui de crimine.& ibi Ang.& Sal.¶ Vicesimoquintò
25 quæritur,†quis pœnā pecuniariā exigere possit, & qualem? Et dico multa.¶ Primū.Pœnā canonicā & legalem exigere possunt tā clerici quā laici,scdm Pan.in c.dilecti.de arbit.& facit c.si quis cōtumaˉ.& c.seq.xxvij.q.iiij.quia quod fit lege permittente nō est pctm.xxiij.q.iiij.qui peccat. C.de adul.l. Gracchus.Vñ scdm Veruec.etiā ecclesiasticæ personæ retinere possunt emendas & pœnas, quas leuāt.scdm cōsuetudines legitimas & statuta regionis:nec peccāt qñ subest causa,& seruat iuris ordo,&nō fit ꝓpter cupiditatem,etiā si pœna dānū excedat:quia hmōi pœnæ nō sunt statutæ solū propter interesse,sed etiā ꝓpter crimina exercenda, licet esset securius hmōi excessum exponere in pios vsus.Sed tñ tenet quis soluere hmōi pœnā in foro animæ, nisi cōdemnet:sed sufficit soluere interesse.vt si fuerit iniuria,satisfacere ad arbitriū boni viri:vt est glo.in c.fraternitas.xij.q.ij.Nō obstat theorica Canonistarū quòd lex humana nō continens in se pctm tenāda est in foro animæ:quiaverū est qñ in tali foro nō cessat ratio huius legis,seu qñ est eadem ratio in vtroque foro.Et hoc intellige,etiā si lex vel statutū pœnā imponat ipso facto vel ipso iure:quia adhuc ad executionem necessaria est sententia,scdm Bal.in li.de vsi.feu.& Arc. in c.feliciv. de pœ.libr.vj.qua declaret quid fuisse criminotum antequā fiat exclusio bonorū vel alia executio.quod Sum . Ang.post Pan.in c.cū nō ab homine.de iudi.cōtra R.o.limitatverū,nisi factū esset notorii.Sed,vt dictū est ꝛ. Assasinus.§.v.in hoc cōiter tenet Pan.nisi forte ex ipsa pœna nō incūbat alicui actio,sed sola exceptio:sicut in assertorio periurio notorio excipi pōt in causa testimonij ferendi,etiā nulla alia interueniente sententia:licet in notorijs nō requiratˀ sententia cū tāta solemnitate,vt ꝛ.Notorii.§.vj.Et ante talem sententiā nō tenet reus eā soluere,etiā in foro animæ.Nō tñ pōt sine pec cato mortali talia bona alienare:quia daret dānū emptori, quia ea tenet restituere fisco vel alij,cui essent applicata,cū fructibus medij temporis,etiā perdito ꝓio,nisi ipsum pretiū vel aliquid loco eius inueniret apud alienātem,vt patet ꝛ. Hæreticus.j.§.viij.part.iij.vbi d.ffnsē de his.& multo minus tenet soluere eā ante cōdemnationem,si pœna nō imponit ipso facto,sed venit imponenda.l.eius qui delatorem,in prin. ff.de iure fisci.&ante cōdemnationem dispone pōt qūcū que vult:quia eius est res sua,licet posset ea priuari.Et no.secundum Bar.in l.fi.ff.de pœ.l.in honorarijs.ff.de act.& obl. quòd hæc pœna in iudicio exigi nō pōt post annū, sed solū intra annū postquā quis eā incurrit.quod intellige qñ est mere pœna ex parte rei actoris quā rei: licet fallat in aliquibus casibus,de quibus gl.in d.l.in honorarijs. & scdm hoc tenet gl.in c.fraternitas.xij.q.ij.Notādū est etiā quod nō obstantibus prædictis quidā dicūt quòd vbi pœna imponit à lege incurrenda ipso factovel ipso iure,scdm aliquos iudicis sententia nō requiritˀ declaratoria,ita quòd priuatus bonis ipso iure vel facto ea nō pōt in cōscientia retinere,videt opinio modernorū,vt Feli.in c.j.de cōsti.licet aliàs cōtrariū tenuerit in c.audiuimus.de simo.tñ scda opinio est vera solū quantū ad sententiā declaratoriā,& quantū ad pœnas quæ ad executionem suā nō requirūt necessariò actū,vt excōicatiōis,& hmōi: sed prima est vera quantū ad sententiā cōdemnatoriā ,quia nō requiritˀ,& quantū ad pœnas,quæ ad sui executionem requirūt actū hominis,vt priuatio bonorū,&omnis pecuniaria vel corporalis,in quibus indubitatè est vera , quicquid fit in alijs:quia absurdū est quòd reus exequat talem sententiā contra se,aut quòd alius eā exequat sine iudicis licentia,quę habetur im declaratiōis.Esto tñ quòd quis in cōscientia nō posset tenere talia bona ante declarationem,episcopus & alius habens authoritatem quasi episcopalem posset super tali re tentiōe dispensare,scdm Fran.Aret.& Feli. in c.at si clerici. de iudi.&videt posse ,ubari per c.vergentis.de hæret. bi hæc dispensatio nō reseruat Papę.¶ Scdm.Sciendū est ad intellectū prædictorū quòd qñ is,à quo quis petit,habuit rem,quæ petit,tūc nō est pœna ex parte rei vel actoris.Si verò ea non habuit,licet abstinerit à petente,vt quia petit interesse,est pœna ex parte rei,sed nō ex parte actoris:si verò petit quod mereo adueniat,nec actori abest,est pœna ex parte vtriusq;.Qñ igitur dicit quòd pœna nō est soluenda in foro animæ nisi post cōdēnationem:intelligit qñ est pœna ex parte vtriusq; vel saltem actoris.d.c.fraternitas.in gl. & elicit à Pan.in c. de do.& cōtu.¶ Tertium.Pœna cōsuetudinaria hodie nō est in vsu:si tñ esset alicubi,posset exigi etiā à religiosis. de offi. ordi.dilectus.etiā si excederet interesse,vt ꝛ.par.j.¶ Quarto. Pœna verò cōtumaciæ punitiua de iure ciuili petebat:vt in l.ij.ff.de colla.bon.& C.de mod.mulcta.l.illustris.sed iure canonico peti nō pōt à parte secundū Host.nisi quantū est sua interesse.de dolo & cōtu.c.j.vel nisi petatur ad satisfactionem iniuriæ.de iniu.olim.iudex tamen,si habet potestatem mulctādi,sicut habet ordinarius.ff.de iud.l.ij.in fi. bene poterit exigere.Quintū. Pœna etiā iudicialis peti pōt à quocunque,ar.c.fi.de dolo &cōtu.etiā si excedat interesse.scdm Ioan.& Host.qui addit quòd etiā hoc possunt religiosi,siue pœna cōsistat in pecunia,siue in alio.j.q.vij.quoties.vñ licitè clericus agit ad æstimationem iniuriæ sibi factæ. Sed & si parcit totum quod potuit,mero iure tenetur ad pœnam indemnitatem de benignitate canonica,nihilvltra quā interesse exigendā est.& sic intellige de pœ sua.de hoc in Sum.Cōfes.li.iij.ti.xxxij.q.ij.¶ Sextū.Pœna verò arbitralis similiter peti potest à quocunq;de arbi.dilecti.iuncta gl. secundum Host.tamen de æquitate peti non debet,nisi quantum est interesse partis.¶ Septimum. Pœna autem conuentionalis peti potest quantum interest.l.prædia.ff. de act.empt.& vend. secundum Host.& do.Ant.in d.c.dilecti.de arbit.imò si non sit posita in fraudem vsurarum,peti potest vltra interesse,secundum Innoc.in c.suam.de pœn.& Pan.in d.cap. dilecti.& Veruec.& vt in d.l.prædia.quod Sum.Ang. limitat à laicis, non à clericis.quod verum est si scandalum inde oriatur ratione personæ:aliàs non subest ratio , maximè iudice eam ex suo officio applicante.Vnde secundum Hostien.vt refert
& sequitur Sum.Ro.etiā religiosi possunt petere pœnā etiā conuentionalē ab eo,qui nō seruat arbitrū nō ex impotēcia, sed ex negligētia vel cōtumacia,etiā si nullū prætenderetur interesse vel dānū.Quod autē dicitur in c.fraternitatis.xij. q.ij.ꝙ ecclesia res sibi ablatas nō debet recipere cū augmento,id est,pœna,intelligit in foro pœnitētiæ, secundū Archi. vbi sufficit simplū,nisi præcesserit cōdēnatio.¶ Octauū.Soluta autē pœnā iudiciali vel conuentionali,secundū Host.non stabit sententia vel cōtractur,nisi in cōpromisso vel pacto expresse dictū sit quòd pœna soluta rata maneat sententia,&hu iusmodi.C.de transla.l.cū proponas.& idē Ber. ac Veruec.& idem no.glo.in c.dilecti.de arbi.quo ad sententiam arbitri.
26 ¶ Vigesimosexto quæritur,† cui applicanda est pœna? Et dicit Host.quòd si iudex ecclesiasticus licitè eā imponit ex statuto,pōt sibi retinere:si verò ex officio suo sine statuto,licet possit sibi retinere,tamen si vult notam cupiditatis euitare, deputet in piū vsum.Sed latius dic ꝙ pœna iuris & statutorū regulariter applicatur fisco,quādo introducit accusationē.l.multctarum.C.de mo.tuul.vel parti,quando introducit actionē.l.iij.ff.de sep.vio.Si verò loquitur simpliciter,videtur introducere actionē,ar.d.l.iij.aliæ verò pœnæ, secundū Gof.si alicuius damnū vel iniuria cōtingat applicabūtur illi,
27 vel parti si sunt cōuentionales,vel iudici aut fisco,secundum quod de eis est statutū.¶ Vicesimoseptimò quęritur,† vtrum solutio pœnæ sola sufficiat ad obseruātiā legis prohibētis aliquid sub pœna? Et in cōscientia dic vt ꝛ.Inobediētia circa fidē.Vnde non licet nō obedire,aut non seruare promissum. In foro autē cōtentioso sufficit solutio pœnæ, arg.glo.in c. dilecti.de arb.& in authe.de iud.§.quia verò.vbi patet quòd solam pœna quæ erat in compromisso,peti nō potest vt de
28 sententia,nisi addatur vt soluta pœna stetur arbitrio.ff.de transact.l.pen.& C.eod.l.cùm proponas.¶ Vicesimooctauò quæritˀ,† quid de officialibus deputatis,qui nō accusant eos, quos deprehendūt lapsos in pœna? Et dico quòd peccāt si se obligarūt ad accusandū pacto vel iuramēto:si verò se nō obligarūt,nō accusando nō peccāt:nisi fateāt malis cōmittendis.Et si quid acceperūt vt nō accusarent,qñ erant obligati, tenentur illud restituere fisco,vel ei,cui pœna erat applicā dā:imò tenentur vsq; ad cōplementū pœnæ exigendæ si accusasserunt,sed secundū S.Tho.ij.ij.q.lxvij.qui loquitur de iudice tenentˀ cte pœnā vbi nō potest,qui scilicet tenetur ius reddere:& idē esset de officiali,qui tenetur accusare:nō de alio,q acceptū restituere nō tenetur nisi de consilio,vt suprà Accusatio,§.vj.quod limita,nisi hoc fiat in criminalibus,vbi inligēda esset pœna corporalis:quia si desisterent,nō per cōcussionē,sed per cōpassionē aliquid accipiēdo pro nō accusando,nō tenerētur necessariò illud restituere,licet turpiter ac ciperent,& peccarent.Vide etiam suprà Electio.ij.§.xij.in fine.Verū ad pœnam impositam ipso facto requiratur declaratio iudicis,vide suprà Assasinus.§.vltimo.

De Pœnitentia.

1 *Pœnitentia quid,& quæ sint eius partes.*
2 *Pœnitentia propter quid imponatur publica vel priuata.*
3 *Pœnitentiæ solemnis quis sit effectus.*
4 *Pœnitere de quibus,& qualiter debeat homo.*
5 *Pœnitentia facta in peccato an valeat.*
6 *Pœnitētia certorū dierū à iure imposita qualiter intelligatur.*
7 *Sacerdos quam formam seruet,vt pœnitentiam vitæ imponat.*

PŒNITENTIA† dicta quasi pœnæ tētio,tripliciter sumit,primò scilicet vt est virtus,cuius obiectū est peccatū sub ratione emēdabilis:actus verò eius est dolor voluntatis de peccato cū electiōe rectæ:ipsa verò est habitus moralis eliciens istum actum.de quo vide subtiliter iij. q.lxxxv.& iij.di.xxiij per beatū doc.Secūdo vt est sacramentū.in quo secundū S.Tho.& Pet.sacramentū siue signū tantum est pœnitētia exterior,in qua actus pœnitentis est quasi materia:actus verò sacerdotis,id est,absolutio,est quasi formatres verò tantùm est remissio peccatorū:tres verò simul & sacramentū est pœnitētia interior seu cōtritio,vt ūgitur pœnitētiæ exteriori,saltē proposito.de quo vide iij.q.lxxxiij.& iiij.di.xxij.per eundē,& p Capreo.& isto modo diuiditur in priuatā,publicā,& solennē.Tertio modo sumit vulgariter ꝓ satisfactione iniuncta à sacerdote.de qua ꝛ.Confessio.j.§. xxv.& j.Satisfactio.de alijs aūt mistim agemus.¶ Primò ergo quæritur,quę sint partes pœnitētiæ? Et dico ꝙ integrales secundū omnes sunt tres:cōtritio,cōfessio,& satisfactio:de quibus subtiliter ꝓ Capreo.in iiij.di.xiiij.sed partes eius subiectiuę siue species,secūdū Ray.& S.Th.sunt tres,scilicet solēnis & publica simul,publica tātùm,& priuata.Solēnis& publica est quę fit in capite quadragesimæ cū solennitate,quæ habet di.50.in capite.& p S.Tho.in iiij.di.xiiij.& pōt imponi viris & fœminis.licet nō clericis,nisi depositio.di.50. confirmandum.& à solo episcopo vel alio de eius mādato:& pro crimine qd totā cōtubant ciuitatē,vt ibi:& iterari nō pōt. de pœ.dist.iij.reperiūtur.& hoc multiplici ratione, secūdum S.Tho.vbi ꝛ.& est figura expulsionis Adę de paradiso:vt ibi. Publica verò tantùm est quæ fit publicè,sed sine prædicta solēnitate:& imponitur à quolibet simplici cōfessore,secundū S.Tho.Gul.Gof.& Host.c.pœnitentes.distin. 50.nisi oppositū habeat cōsuetudo in aliqua ecclesia,secūdum Ray. licet secundū Veruec.sedes apostolica eam non inducat,nisi vbi est curia Romana,& cuilibet etiā clerico,secundū Sanc. Tho,& gl.xxviij.dist.presbyter.& de pœn.& re.quæsitum.licet cōtrariū dicāt quidā:& potest iterari secundū S.Th.Nec obstat c.accedētibus.de excess.præla.vbi reprehēduntur abbates publicā pœnitētiā imponētes:quia ibi capitur publica ꝓ solēni.Priuata verò est,quæ quotidie imponitur singulariter & occultè,etiā quantū ad executionē.Et sic patet quæ differētia sit inter istas pœnitētiæ species.Et adde secūdum S.Tho.ꝙ per publicā pœnitentiā nō reuelatur peccatū:quia non scitur pro certo ex hoc,cum eam possit quis facere pro alio. ¶ Secundò quæritur,† quādo vel propter quid debeat imponi pœnitētia solēnis aut publica aut priuata? Et dicit Pan. in c.quæsitū.de pœ.& re.quòd pro delicto graui scandalizāte totam vrbē debet laico imponi solēnis.d.c.in capite.imò secundū Ray.ad hoc potest cogi:pro graui autem & publico,sed nō scandaloso,imponitur publica,sed non solennis:vt no.in c.fi.xxvj.q.vj.iuncto c.j.de pœ.& re.Intellige secundū Ray.nisi peccator velit:quo casu imponi potest etiā pro occulto:ꝓ graui autē sed occulto,etiā si aliquibus notū esset, nec solēnis,nec puplica debet imponi:vñ reprobat cōsuetudinē eorū,qui in mulieribus pro oppressione puerorū in lecto imponit pœnitentiā publicā.Vide eum in d.c.j.& in c.statuimus.de male.& in c.fi.de his qui prop.fi.occi.Non tamen tenetur homo secundū Albe.ꝓ quolibet peccato manifesto manifestare pœnitentiam suam:sed qui scandalizauit in cōmuni,tenetur ad ostensionem boni exemplitira quòd præsumi debeat,esse de peccatis pœnitentiam egisse: & sufficit. ¶ Tertiò quæritur,† quis sit effectus pœnitentiæ solennis? Et dico quòd laicus post eam nō potest ad ordines promoueri. distin. 50.illud.nec clericus ad superiores,vt ibi:potest tamē episcopus dispensare in minoribus,sed non ad sacros.dist. 50. placuit.nec debet maritam onū cōtrahere,licet si contrahat, teneat:& si sit iuuenis,cōtrahere non prohibeatur:nec militiā assumere.xxxiij.q.ij.§.de pœnitētibus.& c.antiqui. cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

alijs nec laicalẽ habitum deserre. distinct. 50. c. vltim. Debet autem viuere secundum regulam ecclesiasticam. de pœ. dist. v. contrarium. & ca. seq. & conueniri sub iudice ecclesiastico. ij. quæst. j. aliud. de pœnitent. distin. j. aliud. & si: infamis non ratione pœnitẽtiæ, sed ratione criminis publicati. quod secũdum Hostien. de off. archipresbyteri. cap. ij. verum intellige quãdo per sententiam iudicis imponitur: secus si quis ex deuotione pœnitentiã publicam facit. ¶ † Quartò quæritur, de quibus & qualiter homo debeat pœnitere? Et dico secũdum communem doctrinam Theologorum quod de omnibus peccatis mortalibus actualiter commissis ante vel post baptismum. de originali autẽ non est pœnitentia. similiter nec oportet eam esse de veniali in hoc mundo, nisi in duobus casibus. Primò ratione dubij, vtrũ scilicet sit mortale aut venia le: ne quis periculo se exponat. Secũdò ratione periculi quando quis dubitat ne affectio venialis trahatur ad mortale, nisi reprimatur, secundum Sanct. Bonau. Et oportet quòd sit de omnibus, nõ de vno tantum, & non de alio: quia Deus totũ remittit aut nihil. Sed de huiusmodi vide suprà Cõtritio, ferè per totum, & suprà Peccatum. §. vj. ¶ Quintò quæritur, † vtrũ valeat pœnitẽtia siue satisfactio facta in peccato mortali? Et dico vt infrà Satisfactio. §. vj. & vij. ¶ Sextò quæritur, † quomodo intelligendum est quando pro aliquo delicto dicitur in iure, Qui sic fecerit, decem aut viginti diebus pœniteat? Et dicit Sanctus Tho. in iiij. distin. xiij. in litera, ad finẽ, quod quidam dicunt quòd pœnitentia alicui irrogata est ad cautelam, p defectibus, de quibus suprà Eucharistia. ij. §. ix. ideoq; circũstantijs pensatis posset minui vel addi ad pœnã prædictam: sed tutius est vt prædictam pœnam peragat. Debet autem illis diebus, in quibus scilicet mingitur quòd pœniteat, secundum quosdam ieiunare & à communione cessare. Sed alij dicunt quòd his diebus iniungenda est pœnitentia arbitraria pensatis conditionibus personarum & negotij: & hoc probabilius videtur. Hæc ille: qui in tertia parte, quæstio. lxxxiij. arti. vltim. ad vltimum, videtur vtranque opinionem approbare, dicens quòd debet ieiunare, & à communione cessare: tamen hæc pœnitẽtia potest minui vel augeri cõsideratis circumstantijs, &c. Et intelligo quòd sit pœnitentia arbitraria quantum ad intensionem & extensionem illorum dierum, ar. eorum quæ dicuntur suprà, Confessor. iiij. in principio. De materia huius tituli vide suprà Contritio, per totum. & suprà Confessor. iiij. per totum. & infrà Satisfactio.

¶ Septimò quæritur, † quomodo in pœnitentijs iniungendis se debeat habere sacerdos? Et dico vt suprà Confessor. iiij. per totum.

PERCVSSIO corporalis manu, flagello, vel quouis instrumẽto, est illicita omni nõ habẽti authoritatẽ super verberandũ: quia illicitũ est alicui infertre nocumẽtũ: & si sit circa nõ subditũ, est de se peccatũ mortale, nisi excuset facti modicitas: vt patet di. xlv. c. j. iuncto c. episcopum. ibidẽ. & c. j. de ele. percut. Vnde clericus deponitur ex hoc: nec excusaret intentio bona in re notabili: quia est cõtra iustitiã ex parte percussi & ex parte superioris eius, cuius iurisdictio vsurpat: imò est illicita, si fiat in subditos immoderatè aut malo animo: & est mortale, nisi modicitas excuset: vt patet ex dictis ã. Ira. Si verò fiat in subditos moderatè & bono animo, est licita. di. xlv. eũ beatus. sicut secũdũ S. Tho. ij. ij. q. lxv. dicitẽ pater verberat filiũ & dñs seruũ moderatè & ex correctione. Episcopo tamẽ nõ licet aliquẽ suis manibus verbera: e lxxxvj. di. nõ liceat. Alij verò prælati possunt verberare clericos in minoribus cõstitutos etiã p̃ lẽbus culpis. dist. xlv. §. Salomon. modò fiat per eũ ad quẽ pertinet. de sen. excom. c. cum volũtate. existẽtes autẽ in sacris solùm pro minoribus criminibus. di. xxxv. ante omnia. alioquin essent excõmunicati. ar. à cõtrario d. c. cum voluntate. §. si qui verò. excepto magistro causa disciplinæ, & patre causa correctionis. de quo §. Excõmunicatio. vj. §. iiij. Religiosi verò rursus etiam pro lesionibus culpis verberari possunt à suis prælatis. de appel. reprehensibilis. & de accu. qualiter & quando. in fi. non tamen per laicos nisi sint incorrigibiles: sed per alios regulares vel seculares clericos: vt 3. Excommunicatio. vj. §. iiij. casu xj. Quando autem clericus torqueri debet, an debeat degradari suprà Degradatio. §. iiij.

De Peregrinis.

1 *Peregrini quem fauorem habeant.*
2 *Romam proficiscens an sit sub protectione apostolica.*
3 *Peregrinorum res, si moriantur in via, cuius sint.*
4 *Peregrini qualiter admittantur ad ordines.*

PEREGRINVS primò dictus est largè qui à loco sui domicilij, proficiscit. C. de incol. l. ciues. ꝓprie verò dicit, qui causa deuotionis aliò, proficiscitur, apostolorũ & aliorũ sanctorũ limina & oratoria visitas. xxiij. q. iij. si quis Romipetas. & c. paternarũ. & c. illi qui. & etiã qui ex iusta causa accedit ad præsentiã summi pontificis quantũ ad esse sub apostolica, protectiõe æquiparatur peregrinis, ꝓprie. extra eo. vnico. & ij q. vj. arguta. ¶ Peregrini verò clerici, secundum Ray. largè appellari possunt omnes qui nõ sunt de episcopatu ordinãtis: qa nullus talis siue clericus siue laicus pòt recipi à tali episcopo ad dignitatẽ vel ordines vel alia ecclesiastica sacramẽta. di. lxxj. p totũ. & specialiter in c. primat⁹. extra de paroc. c. ij. & iij. Institui tamẽ possunt in ecclesijs extranei episcopi per abbates & inferiores prelatos de mãdato ipsius episcopi, & cũ literis episcopi sui, vt in dictis iuribus: licet hodie cõsuetudo prædictorum multis derogauerit. Propriè verò dicuntur peregrini clerici, qui nõ sunt oriũdi de episcopatu, vel nõ habẽt ibi domiciliũ aut beneficiũ: vt in c. cum nullus. de ẽta. & qua. li. vj. Ignoti verò sunt, quorũ origo & vita & integritas nõ est nota episcopo. xxiiij. di. episcopus. ij. q. vij. quærendũ. ¶ Primò verò quæritẽ, † quẽ fauorẽ habeant peregrini? Et dico quòd oẽs secundũ Ray. defendi debẽt ab ecclesia: & sunt sub eius protectione. de treu. & pac. innouamus. & quicũq; eos in rebus vel psonis offenderit, nisi admonitus fatisfecerit, excõicandus est. xxij. q. iij. si quis Romipetas. & d. c. innouamus. & de pereg. c. vnico. & hodie qui Romipetas spoliãt, per processum curiæ sunt excõicati, solùm à papa absoluendi. ¶ Secundò quæritur, † vtrũ hoc, quod est proficisci ad apostolicã sedem cõstituat aliquẽ cũ rebus suis sub protectiõe apostolica? Et dico quòd sic, ꝓ d. c. vnicũ. de pereg. Vnde not. Panorm. in c. meminimus. de appel. post Innocentium quòd itinerans ad papam ex iusta causa siue in fauorẽ suum, siue alterius, est sub protectiõe apostolica, vt interim cõtra eum nõ procedatur in partibus: & defenditur non virtute appellationis, sed per titulum de peregrinantibus, dictò capi. vnico. vbi dicit quòd tenendo istam opinionem Innoc. ex remedio illius tituli non solùm prouidetur contra attẽtata de facto, sed etiam contra factum iudicis. Sed tenendo opinionẽ Hostien. qui voluit d. c. vnicũ habere locum in quolibet accedẽte ad sedem apostolicam ex quacunque causa: die quòd remedio illius tituli prouidetur tantùm contra attentata de facto, sicut fuit factum ibi: quia non videtur æquum vt accedẽs ex causa prorsus voluntaria habeat suspendere iurisdictionem iudicis: quia scilicet fuit in culpa non dimittendo ꝓcuratorem. Adde quod notat idem Panormita. in capi. dilecti. de appellation. quòd arreptio itineris ad superiorem habet vim appellationis, si seruentur seruãda in capi. dilecti. de appellatione, scilicet exprimendo causas, & petendo apostolos, & huiusmodi: quia non refert quid ex æquipollentibus fiat. Et idem est si quis dicat, submitto me protectiõi apostolicæ: quia æquipollet huic quod dico, appello: si seruentur seruanda in appellatione: vt idem no. in c. ad audientiam. de appellat. ¶ Tertiò quæritur, † quid de rebus peregrinorum, si moriantur in via? Et dicit Host. quòd quicunq; eas animo retinendi capit, mortaliter peccat: quia sunt restituẽdæ hæredibus eorum, si possint sciri: vel pauperibus erogãdæ, si ignorãtur, vel si fortè nõ inueniatur qui eas deferat hæredi, nec in breui speratur inueniri. Nec, secundum Hostiensem, valet consuetudo vel statutum vel præceptum in contrarium: sicut de naufragijs dictum est suprà Naufragium. §. j. ¶ Quartò quæritur, † quomodo debeant admitti peregrini ad ordines vel ordinũ executionẽ? Et dico quòd oportet eos habere literas commẽdatitias seu testimoniales papæ vel sui episcopi: & sic possunt admitti, si episcopi sui sigillum notũ sit. arg. de præbend. cum secundũ. & de censi. sopitæ. Si verò non sit notum: requiruntur sigilla quinq; episcoporum. de ele. pere. c. j. quorum si nullum esset notum: tunc vbi potest præiudicium magnum generari, non creditur, etiam si certum haberet, secundum Innoc. in c. tua. eo. ti. Sed vbi nullum præiudicium potest euenire: puta quia volunt celebrare in secreto, admittuntur, etiam si nullam faciant fidem, secundũ Host. in c. tua. eod. ti. Et si dicant se literas amisisse: si per duos testes probãt amissionem & tenorẽ earum, & quòd sine vitio fuerunt, admittuntur, de priui. cum olim. no. Ber. in c. j. eod. tit. etiam si non sint testes de eorum ordinatione, sed cõstat quòd semper se gesserunt vt sacerdotes. de presby. non bapti. c. ij. & iij. Vtrum clericis liceat peregrinari, infrà Residentia. §. iiij.

De Periurio & periuro.

1 *Periurium quid & quotuplex sit.*
2 *Periurium an sit grauius homicidio.*
3 *Procurator nomine domini falsò iurans, an sit periurus.*
4 *Periurio facta collatio an sit nulla.*
5 *Periurij quæ sit pœna.*
6 *Periurus an sit infamis ipso iure vel ipso facto.*

PERIVRIVM † secundũ Ray. & Magist. Sent. est mẽdacium iuramẽto firmatũ. Vnde secundũ San. Tho. ij. ij. q. xcviij. falsitas est de ratione periurij. & est vbicunq; deest aliquis trium comitum iuramẽti, licet no eodẽ ordine sed primò & principaliter si deest veritas. secũdò si iustitia: quia obligat iurans illicitũ ad faciendũ cõtrariũ. tertiò si iudicium: quia iodisceretè iurans exponit se periculo falsitatis. ¶ Primò verò quæritẽ, quotuplex est periurium? Et dico quòd in genere est triplex, vt colligitur ex dictis, secũdũ quòd deficit aliquis triũ comitũ. ¶ Primum est iuratio indiscreta sine iudicio discretionis, an scilicet verum sit, aut seruabile quod iuratur. quod secundũ Gof. est veniale. xxv. di. §. criminis. in fi. ne quod limitat Sum. Ang. ex Ber. in c. tua. de iureiu. quando sit iocosè & incautè allegãs etiã Sanct. Bonau. sed si fiat ex deliberatione, est mortale. de iureiur. c. sicut ex literis. cuius tñ contrariũ tenuit Sum. Rosel. suprà Iurare. §. ij. allegãs S. Bonau. imò contrariũ tenuit & ipse frater Ange. suprà Iuramentũ. iij. §. v. imò est cõtradictio quòd iuretur ex deliberatiõe opposita ioco & incautelæ, & nõ adsit iudicij discretio. Ideo limita esse veniale, qñ non iurat ex hoc falsum vel illicitũ seu impossibile seruari. ¶ Secundũ est iuratio de re illicita, siue sine iustitia: qd qualiter sit mortale vide suprà Iuramentum. §. vij. ¶ Tertiũ est iuratio falsa, quæ in iuramento assertorio quadruplicitèr cõtingit. ¶ Primò qñ iuratur falsum mente rebus cõformi, id est, scienter: & sic est mortale, etiam iocosè, secundũ S. Tho. & alios Theologos, licet Gof. senserit cõtrarium: cuius opinionem Sum. Angel. dicit posse teneri dicẽdo quòd mendaciũ iocosum non sit propriè mendaciũ. xxij. q. ij. quod ait licet opinio Theologorũ sit tutior: sed hoc aliquo pacto teneri nõ potest propter maximã irreuerentiam Dei. & cap. quod ait. loquens de mendacio Ioseph asserẽtis se augurem, intelligitur quòd mendacium iocosum nõ est mendaciũ, scilicet repugnans sanctitati: vel ideo quia nõ adest intẽtio fallẽdi vltimatè & si ad horam. limitat tamẽ primò Sanct. Bonau. & Richar. hoc esse mortale, si deliberetur de dicto confirmando, & de iuramento, per quod est confirmandum: secus si de neutro, sed vtrunq; subripitur loquenti: vel de altero tantùm, puta de dicto, nõ de iuramẽto, vel eõtrario: & secundò Petrus Aureo. quando iuratur per id quod constitutum est iurare quando est intentio assumẽdi veritatẽ infallibilem in testẽ: secus si assumeretur aliud sine animo iurãdi: sicut cõmuniter iuratur per Deum, scilicet sine animo iurãdi. quod no. pro mulieribus quę iurãt per meã fidem, in veritate, per ignẽ istum Dei, & huiusmodi. ¶ Secundò quãdo iuratur fallum mẽte difformi: quod triplicitèr cõtingit. Primò si quod fallum est creditur verũ. quod aut est peccatũ nullum, si diligẽtia debita est adhibita. xxij. q. ij. homines. aut veniale, si aliqua, sed non debita: aut mortale, si ignorãtia fuit crassa aut supina siue iuris siue facti. secũdum Ray. xxij. q. v. qui periurat. & cõcor. Ioã. And. post Tanc. in c. tua nos. el j. de iureiu. & Card. in clem. j. eod. ti. Secundò cùm creditur fallum quod est verũ: & hoc est mortale, cũ sit periurium formaliter, etiã si fiat iocosè, cõtra Gof. Tertiò quãdo iuratur in dubio, & certũ asseritur: quod est mortale iecũdum Theologos. secus si quis asserat eo modo quo scit, puta credo ita esse, vel suspicor, & huiusmodi. Dicit tamẽ Pan. in c. ex literis. de iureiur. quòd iurans per hoc verbum, credo, in iuramento calumniæ nõ est periurus, etiam si deinde cõtrarium probetur. quod quantũ ad Deum falsissimum est, quicquid sit quantum ad forum causarum, de quo videtur loqui. In iuramẽto etiam promissorio hoc quadruplex periurium inuenitur suo modo. ¶ Primum si iureur scienter quod quis non potest aut nõ vult, aut ei non licet obseruare: de quo an sit mortale, suprà Iuramentũ. ij. §. vj. ¶ Secũdum, quando falso quis tale credit esse quod iurat quod velit, possit & liceat facere, siue ex errore venit contra iuramentum: in quo secũdum Panor. in c. tua nos. el ij. de iureiuran. excusat à mortali error probabilis: puta cum quis contra iuramentũ appellat, credens se habere rationabilem causam appellandi. arg. c. sacro. de sent. excõ. & c. Quintauallis. de iureiur. ¶ Tertiũ, cum quis credit illicitè iurare, aut venire contra iuramentũ, & nõ facit: & est mortale per no per Panor. in c. quãdo. de iureiur. ¶ Quartũ quando iuratur promissoriè in dubio, an possit & debeat facere quod iuratur, vel in facto dubitat an veniat cõtra iuramentũ. quod etiam est mortale, nisi dubium sit scrupulosum. arg. c. inquisitioni. de sen. excom. ¶ Secũdò quæritur, † vtrum periurium sit grauius homicidio? Et dicit Sanct. Tho. in quolib. quòd sic: quia vt patet Hebr. vj. omnis controuersiæ hominũ finis est iuramentũ. quod in causa homicidij frustra esset, si esset peccatũ maius: quia præsumeretur quòd admittens culpam maiorem, scilicet homicidij, nõ vereretur minorẽ, id est, periurij. vnde periurio tenet secundum locum post idololatriam, vt etiã patet ex ordine præceptorũ: licet homicidiũ grauius puniatur in ecclesia, quia magis nocet hominibus. Sum. autẽ Ang. contra Supple. tenet contrariũ: qa homicidiũ charitati proximi, & periurium latriæ opponitur, quæ est virtus minor. Sed dico istã rationẽ esse ridiculosam quia homicidiũ immediatè opponitur iustitiæ, vt patet ij. ij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

q.lxiiij.quæ est minor latria. Nec valet, inquit, illa ratio, qua dicitur periurii esse cõtra ordinem ad Deũ, homicidiũ contra ordinem ad hominem: quia sequitur quòd grauius sit die festo laborare, quàm occidere. Sed dico quòd præceptum de festo quantũ ad determinatũ tempus nõ respicit ordine diei nisi ex iure positiuo: ex diuino autem iure illum respicit quãtum ad indeterminatũ, vt scilicet aliquod tẽpus expendatur ad honorẽ Dei, cuius oppositũ, scilicet nunquã aliquid facere ad honorẽ Dei quasi Deo vacãdo est grauius homicidio: quia cõtra latriam & amicitiam ad Deum. ¶ Tertio quæritur, †vtrũ procurator iurãs nomine domini sui, & deierans, 3
sit ipse periurus? Et dicunt quidam quòd non, licet scienter falsum iurer, cum nõ intendat propriam animam obligare: puniri tamẽ debet, cùm sit cooperator periurij. de offi. dele. c. j. is tamẽ, in cuius animam iuramentũ præstatur, periurũ incurrit. Sed ista intellige in ordine ad pœnam iuris: quo ad Deũ autem vterq; est perjurus, sicut & in periuriũ cõsentit. 4
¶ Quartò quæritur, †vtrum collatio beneficij ecclesiastici facta periuro ipso iure sit nulla? Et dicit Pan. in c. querelam. de iureiuran. quòd sic: vt in c. infami, eod. ti. lib. vj. ¶ Quintò 5
quæritur, †quę sit pœna periurij? Et dico quòd tali debet imponi pœnitẽtia magna, & non minor quàm pro homicidio. xxij. q. j. prædicandum. & est infamis. vj. q. j. infames. & ca. quicunq;. & xxij. q. v. si quis cõiunctus. & cõsequenter ad testimonium nõ debet admitti, vt in d. c. quicũq;. & c. patuuli ea quę. quod Arch. intelligit de coniunctis etiam si egerint pœnitentiam. de testi. testimoniũ. & hoc est speciale in periurio, nõ in alijs criminibus etiam maioribus, secundum Ioã. Andr. post Gosi. propter puram veritatẽ requisitam in teste, cõtra quã scilicet directè peccatur periurio: & secundum Host. ex quo semel probatum est periurium contra aliquem, etiam in modum exceptionis, repellitur à testimonio semper, etiã in alio iudicio: licet glos. Ray. senserit aliter: vt in Sum. Conf. libr. j. ti. ix. q. xxv. quod intellige in periurio ratione deficiẽtis veritatis, non ratione deficientis iustitiæ vel iudicij: quia ex hoc repelli non videtur à testimonio. de testi. cogen. c. ij. ¶ Sextò 6
quæritur, †vtrũ periurus sit infamis ipso iure vel ipso facto? Et dico quòd, vt suprà dictum est Infamis. §. j. triplex est infamia, scilicet facti, iuris ciuilis, & iuris canonici. vide ibi, & ita nor. in c. testimoniũ. de testibus. Igitur Gofr. videtur indistincte sentire quòd periurus sit ipso iure infamis: vt in Summa Conf. lib. j. ti. ix. q. xxv. Sed cõtra eum est d. c. testimoniũ. quia vt dicit Ioan. And. si omnis periurus esset infamis, frustra texisset periurum, cum suprà excepisset infamem. Sã. Th. autem ij. ij. q. xcviij. arti. iij. dicit quòd periurus in iuramento assertorio nõ efficitur infamis ipso iure. Sed solùm per sententiam diffinitiuam latam cõtra iurãtem. in cap. accusationis. Sed in assertorio solenniter efficitur infamis ipso iure: quia in potestate eius manet postquam iurauit vt suo iuramento det veritatem: quod in assertorio nõ cõtingit. Et ista opinio Sancti Tho. est verior, & approbatur per doctrinam Panorm. in d. c. testimonium. qui dicit quòd secundum Canones periurus est infamis: quia canones infames appellãt omnes mortalibus crimnibus irretitos. Et intellige de facto vel de iure, si præcedente accusatione sententialiter damnetur: secundum leges autem, inquit, dic vt no. Bar. in l. Lucius. ff. de his qui no. infam. de mente Glos. quod iurans de præterito vel præsenti nõ est infamis ipso iure. licet deieretur vt in d. l. Lucius. & per l. ij. & vlt. ff. de crimi. stellio. Iurans verò de futuro, similiter non infamatur si iurat Deo tantum vel sibi ipsi: si verò iuræ alij, cum quo cõtraxit, infamatur, si deierat. Placent ista Panorm. etiam de iure canonico. cum non inueniatur cõtrarium. Vbi aduerte primò quòd illud quod dicitur, de præsenti vel præterito, intelligitur quantum ad iuramentum assertorium, quod verò dicitur de futuro, quantum ad promissorium. Aduerte secundò ex dictis suprà Assassinus. §. v. & Hæreticus. j. §. viij. & ex no. in cap. felicis. de pœn. lib. vj. quòd quantum ad mtamtam irrogandam, & bonorum confiscationem effectualem, & pœnam corporalem infligẽdam necessaria est sententia, saltem generalis: vnde tabellio licet periurus sit, tamen valent acta per eum, donec sequatur talis sententia, saltem declaratoria: nisi forte esset ita notorium quòd nulla posset tergiuersatione celari.

PERMISSIO secundum gl. di. iij. omnibus tribus modis fit, secũdum quod tribus modis aliquid permittitur. Primò, quia nullo iure prohibetur: vt, nuptias secundas contrahere. xxxj. quæst. j. hac ratione. Secundò, quia contra humanas constitutiones indulgetur: vt, contrahere in quinto gradu. xxxv. q. iij. quædam. Tertiò, vt, vitetur aliquid magis illicitum, vt adulterium, ne fiat homicidium. xxxij. quę. j. si quis verius. ¶ Secundum Gerardum autem de Senis, vt etiam refert Ioan. And. in mercu. in regula, peccatum libro vj. permissio est triplex contra legem. Prima simplex indulgẽs pœnam, sed non culpam: vt permissio prostibuli propter maius malum seu peccatum euitandum. distinct. iiij. deniq. iuncta glo. & in cap. veniens. iuncta glo. qui cler. vel vo. Secunda est remouens impedimenta: sicut ecclesia permittit ritus Iudæorum prohibens Christianis ne illos impediãt, propter bonũ inde sequens. de Iudæ. sicut. & distinct. xlv. qui syncera. Tertia est coadiuuans: sicut ecclesia permittit clericum occidi iustè à laico eum degradando & tradendo. de pœn. degradatio. lib. vj. & hoc fieri non potest, nisi de eo quod licitum est. ¶ Sanctus Tho. autem in iij. distinct. xxxiij. q. ij. articu. ij. q. ij. videtur ponere quatuor modos permissionis, quos tamen non ponit, sed recitat ibi opinionem aliquorum, quam statim reprobat. Sed omnia prædicta reducuntur ad tria membra. Nam permissio secundum vsum loquentium conuenit propriè superiori de facto vel de iure, sicut passio inferioris: & videtur in superiori de iure importare tolerantiam alicuius quod posset non tolerare: quod quidem potest esse tripliciter. Nam ex quo legẽ suam statuit, tripliciter se potest aliquid habere ad illam: quia aut nunquam fuit contra illam, cum tamen esse potuerit: & sic permittuntur secundæ nuptiæ, & aucupationes ferarum, auium, & huiusmodi: & similiter inferiora bona, puta matrimonium: dum non præcipiũtur meliora incompassibilia, puta virginitas, aut viduitas. Aut semper fuit contra illam: & sic permittuntur ea, quæ sunt cõtra legem, & mala propter bonũ quod inde elicitur, vel malum quod inde vitatur: siue permittantur, quia nõ puniuntur, vt prostibulum aut adulterium in casu, siue etiã quia remouentur impedimenta, sicut permittitur ritus Iudæorũ. ¶ Aut aliquando fuit contra legem, & nunc nõ est, vel simpliciter, vel in casu: & sic permittitur ea, à quibus auferitur præceptũ vel prohibitio, siue superior hoc faciat nihil cooperando: vt dum permittit contrahere in quinto gradu: siue aliquid operando, vt dum clericum degradat & tradit: & sic facit licitũ quòd alias erat illicitum. sicut de repudio factum est in lege veteri per dispensationem Dei, secundum Sanctum Thom. in quarto vbi suprà. Et sic etiam intelligitur quod idem dicit j. Cor. vij. quod in lege noua non est permissio de minus malo, scilicet: faciendo licitum quod de se erat illicitum. In prima permissione licitum est cooperari, si id, quod fit vel omittitur, non sit contra legem superioris: & similiter in secunda & tertia, ab eo, qui condidit legẽ, & potest remouere obligationem: non autem ab alijs: quia esset cooperari ad peccatum inobedientiæ.

De Permutatione in genere.

1 *Permutatio quid & quomodo contrahatur.*
2 *Permutatio an sit licita.*
3 *Emptionis nomine, an veniat permutatio, in statutis.*

1 PERMVTATIO, †quæ vulgo dicitur baratum vel cãbium rerum ad res, secũdum Gof. est vnius rei pro alia vicaria præstatio, aut vicaria præstatiõe mutatio. quod quidam dicunt fieri solùm in genere, quasi sit quid cõmune cõtractibus nominatis & innominatis: non autem in specie. Vnde dicũt nõ esse permutationem, si detur species pro specie. Pro quo videtur tex. in l. naturalis. §. j. ff. de præscrip. ver. Sed verius gl. & Bal. in l. j. C. de re. permu. dicunt permutationem esse in specie: vt cùm datur species certa pro alia certa: puta liber pro equo. Quãdoverò datur genus pro specie vel pro genere, est cõtractus innominatus, nõ permutatio in specie. & sic intelligit d. l. naturalis. & generaliter ſcdm d. gl. nõ est vera permutatio, nisi det res certa pro certa: secus si det res incerta p certa, vel ecõtrario. Et allegat l. qñ. eo. tit. vbi ita videtur tenere Bar. & Bal. Et si exvna parte interuenit cũ certa specie etiã pecunia, ſcdm Pan. in c. ad quæstiones. extra eo. erit emptio: si intẽtio sit principaliter emẽdi, aut permutatio si fit principaliter permutãdi, licet pecunia accedat accessoriè vt fiat æqualitas. & ita intelligitur caput, ad quæstiones. Siverò de animo cõtrahentiũ nõ appareat, recurrendum est ad cõiecturas: & si pretiũ est maius quàm species data, præsumitur emptio: si species est maioris pretij quã pecunia, præsumitur permutatio. arg. c. quod in dubijs. de con. ec. Et hoc facit ad statuta quæ exigunt gabellã in cõtractu emptionis, & nõ permutationis, vel ecõtrario: & ad licentias quę habentur vendendi, & nõ permutandi, vel ecõtrario. ¶ Primò verò quæritur, qũo permutatio contrahatur: vtrum scilicet solo pacto, aut rerum interuentu? Et dico quòd non solo pacto nulla re hinc inde sequuta: quia neutri competit ex hoc aliqua actio. C. eo. l. ex placito. qa est nudũ pactũ, vt not. 2
gl. in l. j. ¶ Secũdò quæritur, †vtrũ quo ad temporalia sit cõtractus licitus? Et dico quòd sic de se. extra eo. per totũ. & C. eo. per totum. tamen potest esse illicita interuentu fraudis & doli: quæ in hoc, sicut & in alijs actibus nemini debent patrocinari. de reg. iur. lib. vj. & ideo tenetur vterq; de dolo & fraude quam commisit, & dam. culpa. & similiter mediator seu censalis hoc aduertens, quia cooperat fraudi. ij. q. j. nonũ. Siverò fit ignorãter, licet fortè excusetur à peccato, nõ tamen à recõpensatione, vt sit æqualitas iustitiæ. Si verò fit ab vtraq; parte scienter, ita quòd quilibet scienter fraudat, licet ignoret se fraudari vterq; mortaliter peccat ratione intentionis: sed quantum ad res ipsas locum habebit compensatio mutua secundum Arch. & multo magis si interuenit ex vtraque parte vel altera ignorantia. Si verò vterq; sciret alterius fraudem, vt quia scimus rerum permutandarum defectus, non est propriè fraus: quia scienti & consentienti non fit iniuria neque dolus. de reg. iur. lib. vj. & alter alteri non tenetur, secundum Archi. quod limita, nisi alter ex necessitate cogente permutare, notabiliter læderetur: sicut quis permutaret equum pro pane in necessitate. ¶ Tertiò quæritur, †vtrum in statutis non 3
nine emptionis veniat permutatio? Et dico quòd sic in statutis iuris communis, secundum Nicol. de Neap. in l. j. §. si quis in fraudem. & Gul. de Cuneo in l. de quibus. ff. de legat. j. qui dicit quòd omnia, quæ in iure communi dicuntur in venditionibus, locum habent in permutationibus. & facit cap. j. de his quæ fiunt à prælat. in ver. vendere vel permutare. in statutis verò municipalibus non habent locum, si est odiosum sed si est fauorabile, locum habebunt. ¶ Quartò quæritur, quid si quis per istum contractum permutationis vel alium dat fundum monasterio, vel alteri, sub pacto quòd alatur in vita? Et dico quòd etiam si fundus perijt casu fortuito, nihilo minus habebit alimenta: quia proprietas fundi transiuit in locum pium: & sic damnum cedit sibi, & non alteri. quod expresse voluit Cyn. in l. ij. C. de iure emphy.

Rursus de Permutatione secundò, quo ad beneficia & res ecclesiasticas.

1 *Permutatio beneficiorum, an fieri possit sine authoritate superioris, & quis sit ille superior. nu. 2.*
3 *Permutatio, an ex quacunque causa fieri possit.*
4 *Simoniacum an sit pactum in permutatione.*
5 *Tractatũ aliquẽ an liceat facere in permutatione ecclesiastica.*
6 *Simoniaca an sit permutatio, si detur pecunia.*
7 *Permutare an possint habentes expectatiuas papæ.*
8 *Expectatiuam habens, an impediat permutantes.*
9 *Permutari an possint mancipia ecclesiæ cum mancipijs prælatorum. & nu. 10.*
11 *Permutare an possit beneficium cum hospitali.*
12 *Permutatio vt sit licita, quæ requiruntur.*
13 *Permutationes resignatorum & aliorum qualiter fiant.*

PERMVTATIO rursus cõsiderari potest specialiter circa beneficia & res ecclesiasticas: quam secundum S. Tho. ij. ij. q. 100. facere potest superior ex suo officio propter causam vtilem vel necessariam, secundũ Fed. sic tic, vt volentes permutare primò renuntient vel resignent, & postea fiat collatio. ¶ Primò autem quæritur, †vtrum permutatio beneficiorum ecclesiasticorũ fieri possit sine authoritate superioris id iudicantis bonũ ex causa necessaria? Et dico quòd nõ sine labe simoniæ, etiã quo ad annexa spiritualibus, puta ius patronatus, extra eo. quæ fitũ iũcta gl. de excess. prælat. sicut venire. de censi. prohibemus. de præb. maioribus. & qui propria temeritate permutauerint, priuãdi sunt. eo. ti. cum olim. Fallit hoc cùm agitur solùm de proprietate: puta cùm duo episcopi litigant super aliqua ecclesia, cui debeat subijci: quia sic poterit fieri permutatio vt vnus vnam, alter alteram sibi subiectam habeat: secus si ageretur vt talis in tali beneficio reciperetur vel intitularetur: quia fieri nõ posset sine authoritate superioris. Fallit etiã secundũ Innoc. in d. c. quæsitũ. in præbendis eiusdem ecclesiæ & eiusdem qualitatis, quę permutari possunt sine authoritate superioris. Sed melius contrarium tenuit Host. & Io. de Lig. in c. fi. eo. tit. imò dico quòd nec post factum teneri potest, opinio Innoc. vt voluit Io. de Imo. quia interueniret pactum patrũ, & consequenter venditio: vt patet ex dicendis j. §. iiij. tum etiam quia, vt dicit Io. de Lig. in permutatione necessaria est collatio noua. extra eo. c. vno. libr. vj. & ideo cum præbendæ sint annexæ iuribus canonicalibus, sicut illa non possunt de vno in alium transferri sine authoritate superioris, sic nec præbendæ: aliàs separaretur ius canonicale à iure præbendæ, quod fieri non potest per priuatos: vnde oportet permutationem fieri ex officio superioris, secundum S. Tho. ij. ij. q. 100. ar. x. quintum. ¶ Secundò quæritur, †quis sit iste superior, cu- 2
ius authoritate fit permutatio, vtrum scilicet sit semper episcopus respectu suorum inferiorum? Et dico quòd non, quando ad illum non pertinet collatio seu institutio illorum beneficiorum, sed pertinet ad illum, ad quem est collatio seu institutio beneficij: arg. c. ad hoc. §. fi. de offi. Archi. & in c. super eo. in fi. de offi. dele. Si verò ad vnũ pertinet electio, puta ad ca-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad canonicos,& ad alium confirmatio,neceſſariò requiritur conſenſus eorum qui habent eligere, ſecundum Io.And.ar. d.c.ad hoc.Si autem epiſcopus permutet cum capitulo, requiritur authoritas Archiepiſcopi.de re.ecc. non alie.c.j.ſed ſi permutet cum alijs,ſufficit conſenſus capituli ſui, ſecundū Hoſti.Quando verò pertinet ad ſuperiorem & ad capitulum collatio,requiritur conſenſus vtriuſq;:nec poteſt capitulum per ſe,niſi quando ſedesvacat.de maio.&obe.c.his quæ.&.c.cùm olim.&.c.vnico.de maio.&obe.lib.vj.¶ Tertiò quę
3 ritur,†vtrum ex quacunq; cauſa poſsit fieri permutatio authoritate ſuperioris?Et dico quòd non:quia tex.in d.c.quæſitum.requirit cauſam neceſſariam.& S.Tho.in iiij.diſ.xxv.q. iij.ar.iij.ad octauum.dicit quòd ſi pro aliquo terreno commodovtriuſq; vel alterius fiat permutatio,eſt ſimonia:ſecus ſi pro ſpirituali : pura vt in tali loco poſsit quis melius Deo ſeruire.¶ Quartò quæritur,†vtrum ſine ſimonia poſsit pa-
4 ctio interuenire partium in permutatione? Et dico quòd non,nec quo ad ſpiritualia,nec quo ad annexa, ſecundū Archi.poſt gl.in d.c.quæſitum.& Io.And.in nouel.ſecus de corporalibus & realibus eis annexis:&de annexis ſpiritualibus ſi ab eis ſeparari poſſunt,vt poſſeſsiones : quia ex cauſa interuenire poteſt ſuper his pactio & venditio & permutatio : in qua tamen,quia eſt quędam alienatio,de re.ecc.non alie.nulli,ſeruandus eſt modus.de quo ī. Alienatio.§.ij.Sed ſuper prę dictis non poteſt interuenire etiam pactio. Et ratio eſt,quia venderetur,cùm dicat S.Tho.ij.ij.q.100.arti.j.ad quintum. quòd nomine emptionis venit omnis contractus non gratuitus.¶ Quintò quæritur,†an partes poſsint ſalrem inter ſe ha
5 bere tractatū?Et tenet Hoſt.quòd nonnec aliquid fiendum eſſe ex pacto partium vel tractatu:ſed officio & iuſsione iudicis.de pac.cum pridem. Poſſet autem,ſecundum eum, qui habet cauſam permutandi exponere cauſam epiſcopo: ſupplicando vt ſibi in alio loco dignaretur prouidere de alia prębenda&de mea alteri:vel etiam ſpecialiter exprimere quòd tali competeret mea,& mihi ſua,ar.de præben.inter cætera. Sed iſta opinio eſt periculoſa,ſecūdū Pan.quia pauci ſine tractatu permutant,imò nunquam partes ſecundum eam conuenirent coram ſuperiori permutaturi niſi à caſu. Eſt etiā falſa:quia tractatus non includit deliberatum conſenſum.de his quæ ſi.à maio.par.capi.c.ſi.quod limita,niſi concludatur abſolutè.quo caſu intellige dictum Pan.in c.cùm vniuerſorum.eo.tit.quòd clerici dicuntur permutare quando inter ſe deliberant de permutando:licet poſtea vadant ad ſuperiorem. Et ideo eſt alia opinio Io.And.in addi.ad Spe.& Gof.& glo.in cle.vnica.eo.tit.& Pan.in d.c.quæſitum.quod non poſſunt quidem partes facere inter ſe conuentionem, promiſſionem,vel pactionem,aut concluſionem:poſſent tamen de permutando tractare ſubmittendo ſe diſpoſitioni ſuperioris:imò dico quòd concludere poſſunt ſub expreſſa conditione & reſeruatione,ſi ſuperiori placuerit:quia talis concluſio non eſt concluſio,cùm ſuſpendatur uſque ad ſuperioris conſenſum:imò ſi talis conditio non exprimeretur, ſed tamen eſſet in corde tractantium, non eſſet ſimonia coram Deo, ſed ſolùm coram eccleſia. Nec obſtat cap. quæſitum.de permu.quia non loquitur de tractatu de permutando,ſed de ipſa permutatione,quæ non debet expediri per partes, ſed ex mero iudicis officio. Aduerte etiam ſecundum Card.in d. cle.vnica.quòd in renuntiatione exprimi poteſt quòd cauſa permutationis quis permutat ſine ſimonia:quia à iure permittitur.de elec.ſignificaſti.de re.permu.vniuerſorū&.c.vnico, eo.tit.li.vj.& d.cle.vnica.& idē Veruec. quia licet de rigore reſignatio debeat eſſe libera,& nulla debeat eſſe adiectio. j.q.ij.quàm pio. hoc tamen procedit ex æquitate ſcripta, quæ prævalet rigoriter quo eſt ſcripta.l.placuit.C.de iudic.
6 ¶ Sextò quæritur,†vtrum ſit ſimonia,ſi in permutatione detur pecunia in ſupplementum majoris beneficij? Et dicit Pan.in cap.quæſtiones.eo.tit.quòd ſic,ſi detur occaſione ſpiritualium iurium, de quibus plus habet eccleſia vna quam alia:puta quia habet maiorem authoritatem in adminiſtratione ſpiritualium quàm alia.& intellige ſecundum Archid. etiam ſi fiat authoritate ſuperioris: ſecus ſi detur in recompenſationem prouentuum temporalium.¶ Septimò quæritur,†vtrum permutare poſsint habentes expectatiuas papę? 7
Et dico quòd non,ſecundum Pan.in c.cùm olim.eo.tit.quia ſunt gratiæ perſonales:& non excedunt perſonam, cui conceduntur.de pręben.ſi cui.lib.vj.¶ Octauò quæritur,†vtrum 8
habentes expectatiuas ad prima vacantia poſsint impedire permutantes, qui ſua beneficia reſignarunt in manu ſuperioris?Et dico quòd nonvt in cap.licet.eo.tit.lib.vj.imò ſi talia beneficia conferantur alijs quàm permutare volentibus,non valet ipſo iure collatio:vt in cle.vnica.eo.tit.¶ No- 9
nò quæritur,†vtrum mancipia eccleſiæ permutari poſsint cum mancipijs priuatorum?Et dico quòd non,niſi ad hoc vt libera fiāt:extra eo.mancipia.quod ſecundum Hoſti.verum eſt,niſi vbi expediret eccleſiæ cùm donari poſsint, quod eſt fortius.xij.q.ij.ſi quis qualibet.Et quando fit permutatio, o- 10
portet quòd dentur duo alijs eadem quæſtione.epiſcopus qui mancipium.¶ Decimò quæritur,†vtrum permutari poſsint 11
ſeruꝰ fugitiui?Et dicit Inno.in d.c.epiſcopus.quòd ſic,& diſtrahi.c.iniuſtum.eo.tit.quod verum eſt patefacto vitio emptori,ſecundum Bern.& poſtquam redierunt: ſed dum ſunt in fuga,nec vendi nec permutari poſſunt.C.ad l.fa.de plā.l. in fuga.¶ Vndecimò quæritur,†vtrum beneficium permuta- 12
ri poſsit cum hoſpitali?Et dicit Fed.quòd ſic,ſi hoſpitale conferatur in beneficium clericis:& ſimiliter ſi ſit commiſſum clerico non in beneficium,ſed vt bonoviro:quia non eſt titulus totaliter profanus,ſed eccleſiaſticus: nec vendi poteſt ſine vitio ſimoniæ:non autem permutari poteſt,ſi ſit conceſ- 13
ſum laicis.¶ Duodecimò quæritur,†quot requiruntur vt licitā ſit permutatio huiuſmodi?Et dicit Sum.Ang.quòd tria. Primò quòd non interueniat pactio.Secundò quòd non fiat ſine authoritate ſuperioris. Tertiò quòd non recompenſetur temporale pro ſpirituali.Sed oportet addere. Quartò quòd fiat ex cauſa ſpirituali:vel ī.§.iij.& talis cauſa eſt ſecundum S.Th.vt melius ſeruiatur Deo. quod etiam innuitur in d.c.quęſitum.&timor inimicorum,ſecundum Io.And.Et generaliter credo ita eſſe de omni cauſa,quę non reſoluitur in pecuniam,vel aliquid menſurabile pecunię.¶ Tertiodecimò, 14
† Eſt autem ſciendum quòd eximius Doctor Fed.de Sen.de hac materia tractatum fecit plurium quæſtionum,quas diffuſè Archie.refert in iij.parte.ti.xv.ad finem.& hic per concluſiones breuiſſimè colliguntur, probationibus pro maiori parte omiſſis,ne non multis quæſtionibus in ſuis, de eo, ad quem ſpectat authoritas permutandi,de quibus videbitur ibi.ſi oportuerit,incipiendo ibi, Item ſi duo prælati collegiatarum eccleſiarum.¶ Prima concluſio. Permutatio facta per ordinarium de beneficijs reſeruatis per papam,non valet cum effectu:ſimiliter nec ſi fiat per legatum habentem authoritatem permutandi. ¶ Secunda.In duobus prædictis 15
caſibus licet permutatio non valeat, valet tamen renuntiatio facta cauſa permutationis:&ipſa permutatio venit faciendа per papam,quod verum eſt,ſi reſeruatio potuit veſimiliter ſciri:vt quia erat generalis in vna prouincia & pluribus nota.Si verò fuit ſecreta & particularis,poteſt allegari ignorantia:ideo relinquitur in optione permutantium an velint ad ſua beneficia redire, aut papam ſuis laboribus & ſumptibus

adire quando poteſt fieri de facilli & ſine grandi prę-
iudicio.¶ Tertia.Si permutatio fiat per papam vel alium ex ſpeciali eius cōmiſsione de beneficijs certis,& expreſsis ſed reſeruatis,non facta mentione de reſeruatione,valet,aut nō valet,ſicut valeret,aut nō valeret collatio facta per papā de eiſdē quæ ſcilicet valeret ſi reſeruatio erat generalis vt plurimum & notoria in curia,ſic quòd veriſimile eſt papam ſciuiſſe,ſicut in ſimili not.de cōſti.c.j.lib.vj.nō valet autē nō facta tali mētione,ſi erat particularis & ſecreta:niſi cōtuliſſet ei cuius cō:ſplatiōe reſeruauerat:vel niſi reſeruaſſet in odiū conferentiū:quia vtroq; caſu reſeruationis cauſa nōviolatur.
¶ Quarta.Eo caſu quo renuntiatio tenuit, ſed nō collatio,ſi permutātes credētes permutationē tenere adminiſtrant in beneficijs permutatis,deinde moriātur,& appareat collationem nō tenuiſſe,iſta beneficia nō vacāt per renuntiationem ſed per mortē.quod etiā tenet Ioā.And.in c.j.eo.ti. Si verò hoc ſciebāt vel ſcire debebāt,& ſe in illis beneficijs intruſerunt,nō vacant per mortē aut renuntiationem,ſed per iuris priuationē.de preb.eum qui.lib.vj.ſecundū Lap. tamē dicit hoc eſſe verū in beneficijs,in quibus habet locū c.de multa de præb.aliās autē beneficiū doloſi per renūtiationē vacat.
¶ Quinta cōcluſio.Eo caſu,quo permutatio ſine culpa permutātis nō tenuit,& licebat eis ad propria beneficia redire: licet hoc eis propria authoritate nō licebat ſecundū aliquos ſed opus ſit noua collatione vel inſtitutione : equius tamen eſt quòd ſicut vt dicit Io.And.in c.beneficia.de præb.lib.vj. quia vitatur vacatio & circuitus & incōmodum beneficiorū nec debet grauari ſumptibus &laboribus iſte qui bona fide, & fortè ꝓpter vtilitatē beneficij ꝓmutabat.Et idē eſt ſi permutatio erat cōplera ex vna parte:deinde apparuit impedimentū cōpletiōis ex ꝑte altera.¶ Sexta.Qui nō habet ius in beneficio,pura qa ſimoniacē adeptus eſt illud, vel aliās ſine titulo:ſi permutat,nō acquirit ius in alio,nō obſtāte quòd epiſcopus potuerit illi cōferre:quia nō cōtulit ſimpliciter,ſed ex cauſa permutationis:quæ nulla fuit cū nō cōtrahatur dano rē alienā.¶ Septima.Cum ad vnā permutationē duo epiſcopi habēt intereſſe:vt quia duo beneficiati duobus epiſcopis ſubſunt:utius eſt:ſecūdū Io.An.oīa fieri ſimul, id eſt, ambobus præſentibus,vel vno cōmittēte alteri,& nō ex interuallo:quia poſſent difficultates & intricationes inſurgere:quia eo ipſo quòd vnus renūtiat,& ponit ſociū in poſſeſſione,vacat beneficiū ſocij:tū die ꝙ tenet:quia illud proceſſit ex cauſa permutationis. ¶ Octaua. Habēs duo beneficia, ſecundū Io.And. permutare poteſt cum habēte vnū:ſed nō eſt verū,niſi interueniat authoritas papæ,ſi ex eius diſpēſatione teneātur plura,trāſferendo diſpēſationē de perſona ad perſonā:ſi verò diſpēſauerat epiſcopus, fiat per epiſcopum.
¶ Nona. Habens ſolū ius ad beneficiū cum habente beneficiū,vel duo habētes ius tantūm,adinuicē permutare nō poſſunt,ſecundū Io.And.eo.ti.c.j.lib.vj. ¶ Decima. Habēs beneficiū,ſecundū Ioā.And.in vj. & in cle.eo.tit. permutare pōt cum hoſpitali vel præſtimonia,ſi hoſpitale vel præſtimonia conceditur clerico in beneficiū,non laicis:ſed & ſi ſit cōceſſum bono viro,dicit Fede.ſe nō videre quid prohibeat,licet nō ſit beneficiū:cū titulus nō ſit totaliter profanus,ſed eccleſiaſticus nō potes vendi ſine vitio ſimoniæ: per not.in c.cōſulere.de ſimo.Lap.tamē dicit hinc apparere ,plubitū : quia permutatio nō ꝓmittitur rēporaliū & ſpiritualiū,aut beneficij eccleſiaſtici.ad nō beneficiū eccleſiaſticū,ſed de ſpirituali ad ſpirituale,aut rēporalis ad rēporale, vel beneficij ad beneficiū.¶ Vndecima. Habēs beneficiū in cōmenda ſecundū formā c.nemo.deinceps.de elec. lib.vj. fortè permutare pōt cum beneficiato:cum titulus ſit canonicus,& nonvacet interim,vt ibi.& fortè eodem modo duo cōmendatarij parochiarum adinuicē:& ſimiliter poſſunt habētes benencia manualia à quibus ſcilicet poſſunt pro libito remoueri : euā ſi ſoli beneficiati perpetui poſsint permutare:quia poſſunt nō reuocari.& hoc ſufficit:ſi tamē permutet authoritate papæ, poſſunt nihilo minus reuocari vt prius : quia papa intendit vnū in locū alterius ſubſtituere. ¶ Duodecima. Si permutās habeat alia bñficia,nō debet de eis facere mētione ſēdm alios,& ſēdm alios debet.Sed tu dic hoc debere facere,quando ſi ſapior hoc ſciret,veriſimiliter dubitaē an hoc faceret.

¶ PERPLEXITAS, vide ſuprà Dubium.
¶ PERSONATVS, ſuprà Dignitas,in princip.
¶ PERSONA miſerabilis, ſuprà Miſerabiles.

PERTINAX, ſecundū Iſido.in lib.Etymo. dicitur qui eſt imprudēter tenēs,quaſi omnino tenax : quia in ſuo propoſito quaſi ad victoriā perſeuerat pluſquā oportet,& opponitur perſeuerāti,ſecūdū Tul.in Rhet.& S.Tho. ij.ij.q.cxxxviij.quia perſeuerans ſtat quātum oportet: pertinax plus quàm oportet,& mollis minus quàm oportet.Et eſt pertinacia mortale aliquādo ratione ſcandali,iuxta dicenda infrà Scandalū aliquando ratione volitiꝰvt cùm nō vult quis obedire pertinaciter ſuperiori vbi tenetur in re notabili,aliquando ratione creditiꝰvt quia credit contra determinationē eorū,quibus credere tenetur,puta eccleſiæ vel ſcripturę.

¶ PETITORIVM & poſſeſſorium, vide ſuprà Matrimonium.x.§.j.

De Pignore.

1 *Pignus quot modis contrahitur.*
2 *Pignori quæ res obligari poſsint.& quæ non num.3.*
4 *Pignus factū ab aliquo de propꝛijs rebus quo intelligatur.*
5 *Pignus quandiu remaneat.*
6 *Pacta quæ prohibeantur in pignore.*
7 *Pignore an res poſsit creditor.*
8 *Pignus pignori dare an poſsit creditor.*
9 *Pignus an poſsit præſcribi.*
10 *Pignus qualiter vendatur ſi non ſoluatur.*
11 *Pignoris fructus an debeant computari in ſortem.& vñ.12.*
13 *Expenſas factas in pignore an repetat creditor.*
14 *Pignus ſi pereat aut deterioretur, an teneatur creditor.*
15 *Si pignus reſtituens famulo fugienti an teneatur.*

PIGNVS à pugno dictum propriè eſt circa rem mobilem quam de pugno,id eſt,manu ad pugnū traditū. ff.de verb.ſigni.l.plebs.§.pignus.generaliter tamē largè loquēdo ſecundū Hoſt.pignus eſt obligatio rei: licite pro debito facta ad ſecuritatē,ſcilicet creditoris : quia tutius eſt pignori incumbere,quàm agere in perſonā. Inſtit.de oblig. quæ ex de li.naſc. §.furti. Vnde pignus ab hypotecha differt nomine:quia hypotheca dicitur ab hypo,id eſt,ſub,& theca, poſito quaſi res ſuppoſita creditori.differt etiā re:quia propriè pignus eſt de re mobili,vt dictum eſt : hypotheca verò propriè eſt obligatio rei immobilis.Inſtit.de actio.& oblig. §.inter pignus. Vnde pignus dicitur, cum trāſit in creditore: hypotheca verò quando non tranſit:quantum ad actionem tñ nō differūt.d.§.inter pignus.¶ Primò verò quæriē,†quot 1
modis contrahitur pignus?Et dicit Direc. lib.ij. quòd duobus.ſcilicet tacitè & expreſsè. Tacitè autē fit multis modis: ſicut & ſunt multarum perſonarum omnia bona obligata. ¶ Primò enim obligata ſunt bona prælati ſeu miniſtri eccleſiæ ipſi eccleſiæ pro mala adminiſtratione,ar.xiij.q.ij. illud & tenet glo.& Panor.in c.ex.literis.de pig.¶ Secundò bona viri pro dote vxoris : vt ſuprà Dos. §.xij.& etiam pro paraphernalibus & donatione propter nuptias, vt ſuprà Dos.§.

Universidad de Deusto
Biblioteca

xiij.& Parapherna.§.ij.¶ Tertiò illius qui dotē promisit ei, cui promisit.C.de rei vxo.ac.l.vnica.& d.l.ex literis.¶ Quartò cōtrahentis cum fisco ipsi fisco.C.in quib.cau.pig.tac.cōtra.l.j.& ij.¶ Quintò tutoris pupillo,& curatoris minori pro officio,aut si non administrauerūt.C.in quib.cau.pignus tac. cōtra.l.si mater.& l.fi.C.de administ.tut.l.pro officio. ¶ Sextò omnia bona conductoris inuecta seu illata in rustico prædio domino sciente pro pensione debita:nisi inferantur ad tempus,quamuis empta sint ex fructuum pretio C.in quibus cau. pig.tac.cōtra.l.quamuis.in vrbano non distinguitur an dominus sciat vel non.C.loca.l.certi.C.in quib.cau.pig.ta.cō.l.sancimus.ff.in quib.cau.pig.vel hypo.con.l.si horreum.& l.hoc iure.¶ Septimò patris filijs pro aduentitijs,& pretijs eorū.C. de bonis quæ lib.l.cùm oporter.sed tamen non habet malæ administratiōis vel quòd malè versatus sit in dictis bonis cōtra patrem.l.vl.& penul.ibidem.¶ Octauò matris cōuolantis ad secūdas nuptias filijs prioris matrimonij pro restitutione eorum,quę à primo viro lucrata fuit.C.de secundis nup.l. hac edictali.§.penul.& C.in quib.cau.pig.tac.con.l.si mater. ¶ Nonò bona defuncti pro legatis & fideicōmissis.C. cōmu. de leg.l.j.¶ Decimò bona primipilarij,id est, primi in acie, fisco,in casu quo fiscus vxori præfertur : quia si bona mariti deficiunt,etiā in rebus dotalibus satisfiet.C.in quib.cau.tac. contra.l.faris.& consequenter multo fortius secundum Dir. bona vxoris clerici erūt obligata ei,si deficiūt bona mariti. ¶ Vndecimò bona conductoris vectigalium fisco.l.semper. §.conductores.ff.de iure immuni. Duodecimò contrahitur hypotheca in naui ei,qui dedit tantum ad reficiēdam vel armādam.l.interdum.ff.qui pot.in pigno.habe.Secus si dedisset ad eam emendam:quia in ea non haberet hypothecam. Idem dicit de mutuāte ad militiam emendam:quia in ea habet tacitam hypothecam,secundum Host.in Sum.Aduertēdum tamen est quod ex tacita hypotheca nō potest cōueniri possessor,nisi principali discusso.vt in authent. hoc si debitor.C.de pign. ¶ Expressa verò obligatio est triplex, scilicet conuentionalis,quæ scilicet conuentione sola constituitur. ff.de pig.actio.l.j.& prætoria,quæ fit prætore iubente: pura vt caueatur pro legatis vel damno infecto,aut opere demoliendo,quæ constituitur per missionem in possessionem,nō aliter.ff.de pig.act.l.non est mirum.§.fciēdum.& iudicialis: vt cum iudex iubet aliquem mitti in possessionē ex off.cio suo,vt mādetur executioni sua sententia diffinitiua:pro quo primò capiuntur mobilia,secūdò immobilia:tertiò peruenitur ad nomina debitorum,extra de re iudi.c.cum aliquibus. de quo etiam videtur text.extra eod.latet.vbi dicit Panorm. quòd si debitor habet vnde soluat,non debet incarcerari,sed procedendum est per iudicem dicto ordine in bonis suis,vt habetur in l.à diuo Pio.ff.de re iudic.& multò fortius nō debet extendi manus ad capturam personæ.pro quo text.cum glo.in l.iij.§.tutores.ff.de suspect.tut.& ibi etiam per Bart. Et concludit Panor.quòd pro debito ciuili nō debet quis incarcerari regulariter,nisi prius cōdemnetur,& nolit cedere bonis.C.qui bo.ced.pos.l.j.imò licet condemnatus primò faciat iudex executionem in bonis,vt suprà:fallit primò quando est suspectus de fuga,& dubitatur an bona eius sufficiāt, vt no.in dicto §.tutores.& secundò si nondum venit dies solutionis,& debitor est suspectus de fuga:quia incarcerari potest vt faciat creditorem turum,pura fideiussione,aut pignore.quod limita quando suspicio fugæ accidit post contractū: secus si erat tempore cōtractus:quia tunc de se conqueraf. Tertiò adde quòd fallit etiam prædicta in scriptore obligato ad scribendū certū librum:quia suspectus de fuga potest carceri tradi vt,priusquam perficiat:etiam si nō renūtiasset beneficio cessionis bonorum,quasi videatur electa industriā persona,& non succedat obligatio ad interesse. ¶ Secundò quæritur,†quæ res pignori obligari possint ? Et dico quòd obligari possunt,secundum Host.res præsentes & futuræ,vt fructus pendentes,partus ancillarū,fœtus pecorū, & ea quæ nascentur.ff.de pig.l.& quę nondum.& similiter res corporales & incorporales:vt cautiones,& nomina debitorū.ff.eo.l. cum conuenit.item seruitutes personales,& vsus & vsusfructus. ff.eod.l.si is.& seruitutes prędiales & rusticæ:vt scilicet quādiu pecunia soluta nō sit,his seruitutibus creditor vtatur : & si intra certū diem nō fuerit reddita creditori,vicino vēdere valeat.ff.eo.l.sed an viæ.vbi tamē caueto ab vsura:quia conuentio pro tali vsu est fœneratitia,licet permiserit lex in d. l.sed an viæ.Vrbanæ aute prædiorum seruitutes,seu earum materia sic non debent pignorari,ne ex varietate vsus vrentium ædificia destruantur.d.l.si is.§.si.Secus de earum commoditate, vt scilicet liceat creditori ire & agere.d.l.sed an viæ.Et gñaliter pignori obligari possunt quæcunq; etiā post sunt vendi:& quæ vendi nequeunt, pignori etiam dari non possunt.ff.quæ res pignori dari possunt.l.j.§.eā rem. Quod tamē fallit primò in his,de quibus.§.seq.& secundò in rebus alienis,quæ vendi possunt.ff.de cōtrahen.emp.l. rem alienā. non aute pignori dari.C.quæ res pignori dari possunt.l.qui filios.Sed intellige quòd aliena vendi possunt,si sunt immobiliaaliàs secus.& de hoc vide si placet gl.in d.l.rem alienā. ¶ Tertiò quæritur,†quæ res pignori dari non possunt ? Et dico quòd pignorari non possunt homines liberi,etiam pro delicto.c.ij eo.tit.& qui de facto talem reciperet in pignus. secundum Panorm.in cap.lator.extra eo.perdit debitum,& tantundem soluere tenetur,& ille debet relaxari:in authent. vt nulli iudi.§.quia verò.de quo dic vt suprà Obijes.§.j. Nec ecclesiæ,in authen.de alienatio.& emphyteuti.§.& quoniā. Nec monumenta.C.quæ res pignori obligari possunt.l.ij. Nec sacra vasa,vestimenta,libri,vel alia ornamēta ecclesiastica.l.sancimus : C. de sacrosanct.eccle.ff.quæ pign.obligb. pos.l.j.extra eo.c.j.nisi ecclesia habeat vasa superflua,& debitum vrgeat,nec aliunde ex rebus mobilibus solui possit.æ. q.ij.hoc ius.vel nisi in necessitate,vt est redeptio captiuorū, sustentatio pauperum,& huiusmodi causæ necessariæ,in quibus res ecclesiæ possent alienari.extra eo.c.j.xij.q.ij.aurum. Nec ecclesiastici reditus speciali conuentione possunt obligari,secundum Innocen.sed à iudice pro debito canonici & ex causa iudicati possent obligari.Nec generaliter res ecclesiæ.d.§.& quoniam.quia licet bona ecclesię pro obseruatione cōtractus à clericis obligari possint in genere, specialis tn obligatio fieri non potest,nisi cum solennitate,de qua suprà Alienatio:vt not.Panorm.in cap.nullus presbyter.de pign. ¶ Quartò quæritur,†quomodo intelligatur pignus factum ab aliquo de proprijs rebus ? Et dico quòd si obligauit res suas simpliciter,de præsentibus & futuris sensisse præsumitur.C.quæ res pig.oblig.pot.l.fi.quia hic agitur de modico præiudicio:secus si de magno,vt in confiscatione : quia non veniunt futura,vt suprà iurare.in fi intelligitur tamen exceptum omne quod specialiter obligaturus non erat,vt vestis, supellectilia & mancipia,quæ in vsu habebat, & similia. C. quæ res pig.ob.pos.l.j.& l.obligatione.cum sequē.ff.de pig. Iura autem & actiones bene intelliguntur obligata. C. de sentent.pas.l.si ademptis.& l.cæsus.Si verò dixit, mobilia & immobilia & se mouentia,non ob hoc intelliguntur actiones & nomina seu credita.C.de præto.pign. Et idem dicendum de his qui offerunt ecclesiæ omnia bona sua.Qui etiam cibi gat instrumenta,de agris & omnibus ibi contentis sensisse videtur.C.quæ res pigno.oblig.pos.l.ij.De his actionibus & nomi

nominibus,vide ī.Alienatio.§.viij.¶ Quintò quæritur,†quantum maneat pignus?Et dicit Direct.quòd quandiu etiam vnus denarius remanet ad soluendum.C.de distra.pig.l.quandiu.quod tamen fallit in vestimento aut coopertorio quoli bet necessario de die vel de nocte:quod ante Solis occasum reddendum est.Exo.xxij.¶ Sextò quæritur,†quæ pacta prohibeantur in pignore?Et dico quòd omne pactum turpe,impossibile,illicitum,& pactum legis commissoriæ. de quo ī. Pactum.§.xiiij.& est illud quo debitor obligat se pignus dare in solutū.ff.de sol.l.Calopodius. & illud quo aliqui pacisc̄untur ne pignus redimatur in perpetuū vel ante diem sibi prefixā.ar.c.precariū.de preca.& illud quo nō licet creditori pignus vendere post interpellationem debitoris.l.si creditor.§.vlti.ff.de distra.pig.& de his dicitur in c. significante. eo.ti.& illud quo debitore non soluente die prefixa,ex tunc creditor habeat pignus in feudum. quod non valet:quia fieret fraus legi,vt in consti.Fede.de feu.da.in vicem leg.commissō.& de his ī. Pactum.§.iiij. Valet autem pactum quod amissio pignoris quocunq; casu liberet debitorem.C.de pig. ac.l.quę fortuitis.¶ Septimò quæritur,†vtrum creditor possit vti pignore obligato sine vsura?Et dicit S.Thom.ij.ij.q. lxxviij.quòd si vsus eius pecunia æstimari potest, debet vsus eius computare in æstimationem eius quòd mutuauit:aliquin idem esset ac si pecuniam acciperet pro mutuo, quod est vsura:nisi esset talis res,cuius vsus inter amicos sine pretio conceditur:vt patet de libro commodato.Sed intellige,secundum Pan.c.j.de depo.quòd est vsura,si voluntas domini intercesserit.de vsur.c.j.Si verò domini voluntas non interuenit,est furtum.ff.de furtis.l.fi pignore.nisi verisimiliter crederet dominum permissurum,vt not.in c.dudum.el ij.de elect.& Instit.de obli.quæ ex quasi delicto nascuntur.§.placuit. ¶ Octauò quæritur,†vtrum creditor possit pignus pignori dare?Et dico quòd sic.C.si pig.pig.da.sit.l.j.quod Spec.dicit verum solùm vsq; ad tres vices.Sed verius dicit Ange.in d.l. j.quòd vsq; ad mille vices:quia ius quæsitum à creditore in pignore,est reale,& transitorium de persona ad personam in mille manus,arg.tex.ibi.Sed si alius,cuius res pignorata fuit secundò,alteri vendiderit,qui fortè se absentauit : Spec. dat remedium primo debitori ad cōsequendam rem suam, vt agat contra primum creditorem: sed ille liberabitur cedendo sibi actionem contra eum,cui legitimè pignorauit,& sic alias respectu tertij,&c. Et nota quòd potest pignorari pignus vsurarijs nostri temporis, qui habent ex priuilegio quòd post annum luerantur ipsum:& si perditur , damnum erit debitoris:quia quod fit lege permittente, non meretur pœnam.l.Gracchus.C.de adul.quod limita primò si pignorauit pro quantitate debita præcisè:& secundò pro necessitate vel vtilitate sua:quia pro alio respectu non licet subvsuris accipere:& tertiò si hoc notificatum est debitori. ¶ Nonō quæritur,†vtrum creditor possit pignus præscribere?Et dico quòd non vllo tempore.l.pignori rem acceptam. ff.de vsucap.¶ Decimò quæritur,†vtrum creditor possit vendere pignus si ei non soluitur?Et dico secundum Ray.quòd si pactum fuit quòd vendere posset certo tempore,modò,personæ vel pretio,debet prius denuntiare creditori,&postea vendere poterit secundum formam conuentam,aliter non:si verò pactum fuit de nō vendendo,vendere nō poterit,nisi post trinam denuntiationem,triduo inter duas earum interueniente.ff.de pig.act.l.si conuenerit de distrahendo.&si non soluerit,postea vendere poterit:aliàs vendendo antè teneretur furti.¶ Siverò pactum factum fuit,sufficit vna denuntiatio:& postea elapso biennio vendere poterit.Probantur hæc.ff.de pi-ac.l.si conuenit.C.de iur.do.impe.l.fin.Si autem creditor vendito pignore bona fide minus accepit quàm sit debitum tuum,residuum repetet à debitore:si autem vendidit plus debito,de illo pluri tenetur debitori.C.de in-do.l.vlt.¶ Vndecimò quæritur,†vtrum creditor teneat fructus pignoris cōputare in sortem?Et dico quòd sic,tam quos percepit,quàm quos potuit percipere,& ex sua negligentia non percepit,& quod superest restituere debitori secundum gl.in c.cùm contra.eo.ti.& sequitur Pan.ibi.& Io.And.in c.j.& ij.de vsur.sed Hosti.contrarium sensit quo ad percipiendos, scilicet quòd non teneatur nisi fuerit in dolo vel lata culpa: quia erat domus solita locari,vel erat qui quærebat eam conducere.& idem do.Ant.sed verior est opinio Cal. scilicet quòd si satisfactum est sorti,tenetur etiam de percipiendis:quia est malæ fidei possessor in non restituendo rem.Si verò sorti nondum satisfactum est,non tenetur,quod limita,nisi sit in dolo vel lata culpa.& sic limita.& concor.l.j.& ij.C.de pig.act.& Doc.Et si creditor est puratus computare fructus in sortem, sed petit residuum debiti,secundum Ray. potest pecuniam mutuatam per actionem personalem petere.C.de pig.l.quāuis.& l.distractus.Item potest pignus alteri pignorare.C.si pig.pignori.l.j.& ij.De hac materia vide ī. Vsura.iij. per totum.¶ Duodecimò quæritur,† quam pensionem soluet creditor ꝓ domo pignorata?Et dicit Spe.quòd solū ad illā quātitatem,quā inde creditor præstitisset.l.in summa. §. in frumento.ff.de cōd.inde.Pan.verò in d.c.cùm cōtra.distinguit: quia si fuit simpliciter pignorata,ad eā pensionem tenetur: quia cōiter inuenitur à quocūq; alio.Si verò actū fuit vt illa soluatur quæ placet:verū est quòd dicit Spe.quod verū intelige in aliquo modico,nō in aliquo notabili:quia est aliquid accipere vltra sortem.Nec obst.§.in frumento.quia loquitur qñ per errorem limitatio facta fuit:quia tūc nō obligat creditor,nisi inquantū fuit factus locupletior. ¶ Tertiodecimò quæritur,†vtrū possit creditor repetere expensas factas in pignore?Et dico sedm Ray.quòd sic circa fructus colligēdos & etiā circa pignus si fecit bona fide, nisi sint immoderatæ. l.si seruos.ff.de pig.act.& ar.in l.in fundo.ff.de rei ven.quod Ber.in c.j.de vsur.intelligit quo ad expensas necessarias,non quo ad vōlūtarias.Sed in die quòd etiā quo ad vtiles, modò nō sint immoderatæ,vt no.gl.in l.creditor.la ij.C.de pig.act. tex.est in d.l.si seruos.¶ Quartodecimò quærit,†quid si pignus pijt, aut deterioratū est ? Et dico q̄ tenet creditor de dolo & lata ac leui culpa.sedm gl.in l.si creditor.C.de pi.ac. tex.Inst.quib.mo.re cō.obli.§.fi.ff.de pig.ac.l.si cūvenderet, in fi.nō aūt tenetur de leuissima,nec de casu fortuito:nisi ex pacto vel mora.¶ Quintodecimò quærit,†vtrū is, q pignus remittit,vel bidellus restituens librū sibi alsignatū loco cōsueto,vel famulo illius cuius est,teneatur,si is,cui dedit,egit infideliter?Et dicit Pan.in c.fi.de fur.q̄ nō,ar.l.eū qui.& l.argeotū.ff.cōmo.& facit c.significāte.eo.ti.& sequitur Bart.in l.si quis vxor.§.apud Labeonem.ff.de fur. Idem dicit si eum alsignauit deferenti aliquod signū illius,cuius erat. & facit d.c.significāte.cū ibi no.Nō est tamen credendum de facili tali signo,si res est pretiosa.arg.c.j.& ij.de fide instrumento.

PIRATA est omnis,qui prædatur in mari:ter in anno excommunicatur ab ore summi pontificis cum omnibus receptatoribus &dantibus eis auxilium,consilium vel fauorem:vt no.Io.And.& do.Ant.in cap.excommunicationi.de rapto.Vide suprà Excommunicatio.vij.excommunicatione xx.per totum.&ibi quis propriè dicatur pirata.

PISCARI,siue piscatio, secundum Sanctum Thomam sicut & venatio & aucupium , sunt à natura,& consequenter de se licita.j.q.xcvj.ar.j.ij.ij.q.lxxiij.ar.j. cōtra.iij.c.xxij.Est autem illicita piscatio in maioribus solē-

nitat

Universidad de Deusto
Biblioteca

natibus:in dominicis verò vel inferioribus licet solùm ex cauſa vrgente & cum licentia:& tunc fiat portio pauperibus de ter.licet.Cauſa autem vrgens eſt,vt videtur ioi, lucrum fortuitum ſtatim periturum:vt quia apparent halecia,&huiuſmodi:& à fortiori fames.Sed nta intelligo quando intentio eſt principaliter ad lucrum:ſecus cauſa recreationis:quia nec licentia,nec alia vrgens cauſa requiritur. In fluminibus autem publicis& perpetuis,vt eſt Rhenus & Padus,piſcatio licet:nec aliquis hoc poteſt prohibere,ſecundum Io. de Pla. Inſti.de rerum diui.§.flumina. ſimiliter nec applicationem nauium ad portum:& ligationem ad lapides vel arbores exiſtentes in ripa.Licet autem ripæ & arbores ſint publicæ quo ad vſum ſiue in communi vſu proprietas tamen earum eſt eorum quorum ſunt prædia,quibus adhærent: ideoq; ſi concurrat nauta vel piſcator volens ad arborem nauem ligare vel ſiccare rectia,& dominus volens arborem præſcindere, præfertur dominus: quia nulli proprium ius detrahendum eſt.Si verò concurrant duo non domini,quorum vnus publicam,reliquus priuatam vtilitatem prætendit,præfertur primus.Si,verò vterque prætendit publicam vel vterque priuatam,præfertur qui primò occupauit,ſecundum Iac.Bur.& ſi vterque pariter occupauit, locus eſt gratificationi vel ſorti: ſicut dicit gloſſa de plauſtris inuicem obuiantibus in via arcta:dū quærit quis retroceder.ff.ne quid in loco publi.l.j.§. hoc interdictum. Vide etiam infrà Venatio.

PLACERE velle hominibus,eſt bonum aut malum, mortale aut veniale,ſecundum finem intentum, & media intenta,& circunſtantias actuum,de quibus generalis regula dari non poteſt. Vide ſuprà Adulatio.

POLLICITATIO eſt ſolius offerentis promiſsio. ff.de polli.l.iij.vt quando conſenſus eius, cui fit promiſsio, non extat acceptans:& differt à ſtipulatione & pacto,quod eſt duorum conſenſus atque conuentio,pollicitatio eſt vnius tantum: tranſit tamen in pactum, quando is,cui quis pollicetur per nuntium vel literas acceptat: quia ibi eſt duorum conſenſus.l pactum.ff.de polli.& ī. Pactum. in princip. Vide gl.in c.Romani.de iureiu.& Pan.in c.cùm iuramento.de homi.Et aduerte pro claro intellectu,quòd de ratione pollicationis eſt quod adſit tantum vnus conſenſus: de ratione verò pacti ſint duo: ſed quia conſenſus eſt duplex ſcilicet expreſſus & tacitus:ideo pollicitatio propriè ſit abſenti,qui non conſentit,niſi ex interuallo:ſi autem ſiat præſenti & tacenti,dicunt Legiſtæ quòd eſt propriè pactum.Sed intellige tacitè,quia vnus conſenſus eſt tacitus:eſt verò pollicitatio expreſſe,quia vnus tantum conſenſus exprimitur.Vide quæ refert Berta.Vtrum autem quis obligetur ex pollicitatione?Et dico quòd ſic,quando pollicetur ciuitati,vniuerſitati,clero,eccleſiæ,vel pauperibus alicuius loci, & ex cauſa: puta ad honorem Dei,& huiuſmodi:ſecus ſi fiat prædictis ſine cauſa,vel alijs à prædictis etiam cum cauſa:quia non obligatur,niſi prætextu promiſsionis aliquid ceperit.ff.de pol. l.j.§.j.& intelligo etiam ſi adſit pactum tacitum.Facit gl.in c.ſcimus.xij.q.j.quæ dicit quòd ex pollicitatione facta Deo poteſt quis conueniri.&.c.ex parte.de cenſi.Vide Panormit. in proœmio Decretalium,& in d.cap.ex parte.& infrà Votum.iiij.§.vij.particula quarta.

POLLVTIO nocturna vtrum communionem impediat.& vnde veniat:vide ī. Euchariſtia.iij.§.x.Vtrum autem ſi in vigilia terminetur,ſit peccatum: dicit S. Tho.in iiij.diſt.ix.quòd meritum &demeritum in eo magis iudicatur ſecundum principium quod eſt in dormiendo:quia corporalis motus non pertinet,ad meritumvel demeritum, niſi ſecundum quod à voluntate cauſatur:ex quo autem eſt excitatus in dormiendo,non ſubiacet voluntati vigilantis: qui etiam non reputatur euigilaſſe quouſque vſum liberi arbitrij recuperauerit perfectè. Poſſet tamen in ipſa plenaria euigilatione peccatum contingere, ſi adſit complacentia propter delectationem,quod erit veniale,ſi ſit ex ſubrepticione:mortaleverò ſi ex deliberato conſenſu,præcipuè cum appetitu futuri:licet pòſt placentia non faciat præteritam pollutionem eſſe peccatum:ſi verò placeat propter alleuationem naturæ,non creditur peccatum. Et idem Sum.Confeſſ. Ex quibus bene conſideratis apparet quòd pollutio eſt peccatum ſolùm duobus modis:primò ſi procuretur: ſecundò ſi placeat ad voluptatem. Vnde patet quòd complacentia pollutionis in ſomnis propter alleuationem naturæ aut mitigationem carnalium motuum ſine procuratione non eſt peccatum:ſed operari directè vt cuiniat,puta comedendo ea lida tali fine,eſt mortale:ſecus ſi non intenditur,ſed quid tale fiat propter guloſitatem aut aliam cauſam,cum dubio tamen ſecuturæ pollutionis:quia eſſet veniale ſolùm. In vigilia autem aliquando eſt ſine peccato:vt in patientibus fluxum ſeminis.aliquando cum venialiter vt quando prætervoluntatem euenit,etiam ſi præcedat ex aliquo peccato veniali:puta cogitatione non moroſa.aliquando cum mortali:vt quando procuratur,aut venit peccato mortali actualiter iuncto,aut deliberatè ex voluptate placet.

POPVLVS ex decem hominibus conſtat.x.q.iij.vnio. in gl.ſicut duo faciunt congregationem.de elec.c.j.& tres collegium.ff.de verb.ſig.l.Neratius.& tamen in vno retinetur.ff.quod cuiuſ.vni.l.ſicut.de quo vide gl.in c.j. de poſtu.præla quæ dicit ius vniuerſitatis remanere poſſe in vno ſolo,omnibus alijs mortuis vel priuatis.gl.tamen dicit quòd collegium non remanet in vno: quia deficit vocis ſignificatum:ſed ius collegij:decem autem vel quindecim faciunt turbā.ff.de vi bono.rapto.l.prætor.la ij.quatuor quoque vel quinq; porci vel decem oues gregem faciunt.ff.de abigei.l.oues.Ex quibus ſecundum Io.And.in Sum.Con.infertur quòd ſcandalizatur populus quando decem graues& honeſti de populo ſcandalizant:licet in populo ſint etiā mille.

¶PORTIO canonica. Vide ſuprà Canonica portio.

POSSESSIO ſumitur materialiter pro re poſſeſſa, & formaliter ac propriè.& ſic ſecundum Hoſtien.in Sum. & Azo.C.de acquir.& retinen.poſ. eſt corporalis rei detentio corporis & animi & iuris adminiculo concurrente:vel eſt ius,quo quis rem corporalem verè in poteſtate habet.Dicitur autem primò corporalis rei: quia incorporalia,vt iura,& ſeruitutes,quaſi poſſideri dicuntur,& quaſi tradi per patientiam & vſum:ſed cùm non poſſint corporaliter apprehendi,non poſſidentur propriè.de foro comp.conqueſtus.in glo.ff.de vſucap.l.ſequitur.§.ſi vnica.ff.de acqui.poſſ. Liij.& tamen præſcribuntur, de cauſa poſſeſſ.cùm eccleſia. Dicitur ſecundò detentio: quia poſſeſsio dicitur quaſi pedum ſeſsio:& acquiritur corpore interueniente ſeu corporali ſigno. Dicitur tertiò corporis:quia oportet concurrere actum corporis,corpore ſcilicet adpiſcendo,vel ſaltem oculis:ſufficit enim aliquando vilus & animi affectus cum voluntate tradentis. Dicitur quartò animi:quia nec per ſe corpore,nec per ſe animo poſſidetur. Dicitur quintò iuris,& ex quia ſine iure non eſt poſſeſsio,id eſt,propriè,ſed iniuſta detentio.Sed intellige iuris veri vel præſumpti: alioquin non præſcriberetur alienum.Poſſidere autem dicitur quis de iure tantum & de facto tantum,& vtroque modo. de conceſſ. præben.cùm noſtris.vbi multa nota. Et de iure poſſidere dicitur quis primò naturaliter: vt cum eſt in re vel eius parte: vel ſaltem videt rem in ſuo conſpectu vel partem eius, ſecundum

ſecundum Azonem in Sum.Sed intellige videt,primò quaſi: aſtans facto aut verbis defenſurus rem ſibi ſi quis obſtiterit & ſecundò ciuiliter,vt cùm quis nec eſt in re,nec res in conſpectu eius,ſed poſſeſsionem ſolo animo habet,&rem de iure retinet.intellige de iure verovel præſumpto,non de vero tantum:talis nullus præſcriberet rem alienam, vt dictum eſt.Et tertiò precario,& multis alijs modis.

¶POSSESSOR bonæ &malæ fidei quis dicatur ī.Reſtitutio.iij.§.ix. Quomodo autem teneatur reſtituere ſi ſit bonæ.ī.Fructus.§.ſi verò ſit malæ ī.Reſtitutio. iij.§.ix.

¶POSSIBILE,ſuprà Impoſsibile,& ſuprà Facere.

POSTLIMINIVM eſt ius, quo reſtituitur alicui res ſublapta vel præſcripta quam propter captiuitatem vel ſeruitutem amiſerat,à qua ſcilicet reuerſus eſt.xvj. quæſtio.iij.capit.primo.ff.de ea.& poſtli.l.poſtliminium.ſuprà Bellum. in princip.

De Poſtulatione prælatorum.

1 *Poſtulatio prælati quid & quotuplex ſit.*
2 *Poſtulatio vt valeat, quæ requirantur.*
3 *Poſtulari quis poſsit vel non poſsit.*
4 *Poſtulare quis poſsit.*
5 *Poſtulatio à quo fieri debeat.*
6 *Poſtulationis quis ſit effectus.*
7 *Poſtulatio an quarat aliquod ius poſtulato.*
8 *Poſtulantes an poſsint poſtea à poſtulatione reſilire.*
9 *Poſtulatus an repetat expenſas à poſtulatoribus quiuariauerit.*
10 *Poſtulantes ſeruiter indignum quam pœnam incurrant.*
11 *Poſtulatus ad aliam eccleſiam quid reſpondere debeat.*

POSTVLATIO ſumi poteſt dupliciter, ſcilicet primò ſecundum ſuum commune ſignificatum: & ſic eſt verum quod dicit Gofr.quòd eſt gratiæ petitio.& ſecundò iuridicè:& hoc interdum dupliciter.vno modo vt poſtulatio eſt vocatio:& de hac ſuprà Aduocare.Alio modo vt poſtulatio eſt vnus ex modis prouidendi eccleſiæ vacanti:& ſic ſecundum Hoſt.eſt alicuius perſonæ,quæ eligi prohibetur,non propter vitium, ſed propter defectum, qui tamen non omnino inhabilem reddit ad prouidendum eccleſiæ concors & certa capituli petitio.Et ſic diffinit Sum.Confeſſ. & Pif.& Archiep.& Sup.intelligendo concors ſaltem quantum ad duas partes capituli:& certa quia vnus tantum debet poſtulari propriè,licet nominentur multi,ſecundum alios.Vel ideo dicetur certa,quia non compromittitur, ſed aliquavel aliquæ perſonæ certæ poſtulantur.Sed Sum.Ang. & R.of.definiunt ſecundum Pan.in rubr. extra eo. quòd eſt gratiæ petitio à ſuperiori facta de promouendo aliquem ad prælationem,ad quam de iure communi propter aliquem defectum, vel aliud impedimentum, eligi ſeu promoueri non poteſt.Sed iſta diffinitio ſtare non poteſt:quia ſi diffinitur poſtulatio communiter ad licitam vel illicitam, ſiue ad eam quæ ſit de iure,& quæ de facto,male fit mentio de impedimento eligendi:cùm quilibet poſsit poſtulari de facto: & ſic non conuenit omni diffinito.Si verò diffinitur iuridica diffinitio conuenit poſtulationi factæ de vitioſo, & ſic conuenit alij à diffinito:nec valet dicere quòd intelligitur de defectu,qui non eſt peccatum,vt dicit Sum.Ang:quia ſubditur vel aliud impedimentum. ¶Primò verò qnæritur quotuplex eſt poſtulatio?Et dicit Pan.in c.quia propter.de elec.& in c.j.extra eo.quod eſt duplex:vna ſcilicet non ſolennis per cuius admiſsionem non acquiritur poſtulatio ſus prælaturę ſed habilitas vt eligi poſsit.Vel die tu vt poſsit conſentire,vt ea quæ porrigitur ei, ſuper impedimento poſtulati diſpenſare non poteſt,requiritur tamen eius conſenſus in promotione ratione ſui intereſſe:ſicut ſi Canonici poſtulent filiūfamiliās à patre vel ab abbate vt eis concedat monachum eligendum in epiſcopum: qui ſine eius licentia conſentire non poteſt:vt in cap.ſi religioſus.de electio.libro ſexto. Alia verò ſolemnis,per cuius admiſsionem dictum ius acquiritur: quæ ſcilicet porrigitur ei,qui poteſt ſuper omni impedimento poſtulati diſpenſare.

¶Secundò quæritur,† quæ requirantur ad poſtulationem? Et dico multa. ¶Primum, vt fiat ab his qui poſtulare poſſunt:& ſecundò vt fiat ab eo ſeu porrigatur illi à quo admitti poteſt.& tertiò vt fiat de eo, qui promoueri poſſet ab eo qui debet admittere.quæ tria ſunt de ſubſtantia ſolennis, etiam nō ſolennis.quartò quòd ſit eōcors, id eſt,ab omnibus vel à duabus partibus,quod idem eſt ac ſi eſſet ab omnibus. quod requiritur vt facilè admittatur.de elect. ſcriptum.aliter ſecundum Hoſtien.non facit iniuriam ſuperior nō admittens.c.bonæ.el ſecundo.de elect.aliter ſic.ff.de aqua quoti.& eſti.l.j.§.penul. Panorm.tamen in dicto cap.bonæ el j.tenet quòd ſufficit maior pars.& idem Gof. & eſt mens Hoſtienſis. Et ſic patet quod hoc quartum eſt de bene eſſe in vtraque,non de neceſsitate.quintò ſi ſit ſolennit quòd ſeruetur forma cap.quia propter.de elect.ſecundum Panormitanum ibi,vt ſcilicet procedatur per formam ſcrutinij,& cum alijs requiſitis,de quibus ſuprà,Electio.ij.§.x.quod Archiep. dicit turius; ſed non requiri neceſſario, & hoc tene : quia ſi eſſet neceſſe formare decretum, & huiuſmodi, non eſſet ratio quòd poſſent reſilire poſtulantes formato decreto,ſicut nec in electione:aut in nominatione facta in ſcrutinio electionis: vnde hoc eſt proprium in electione.arg.d.cap.quia propter. In poſtulatione autem ſufficit quòd vota duarum partium capituli vel maioris partis dirigantur in ſuperiorem.Si tamen poſtulatio fieret in ſcrutinio electionis, dico idem eſſe ſicut & de nominatione,ita quòd non poteſt refiliri à poſtulato,licet poſsint alij poſtulari.

¶Tertio quæritur,† quis poſsit vel non poſsit poſtulari? Et dico multa:¶Primum.Secundum Hoſt. poſtulari non poteſt in prælatum criminoſus,puta periurus,homicida,vel inobediens,ſicut nec eligi.extra eo.c.j.quod Arch.intelligit de periuro per ſententiam,non in communi ſermone,vel alias non notorio:&de inobediente contumacitter, qui non paret ſententijs ſuorum prælatorum.Necnon profeſſus tacitèvel expreſsè in prælatum regularem.de elect.cùm cauſam.&.c. cùm ad noſtram.niſi neceſsitate inſtante:quia tunc poſſet, modò in regula ſit competenter inſtructus:ſicut colligitur extra de elect.cùm monaſterium.& cap.officij.Nec epiſcopicus,de elect.cùm inter.niſi fortè ſit liberatus iam per annum.xxxiij.diſt.communiter.de quo tamen vide ſuprà.Corpore vitiatus.§.viij.Nec mutilatus.de cor.viti. expoſuiſti.de quo & de multis alijs corpore vitiatis,ſuprà eo.tit.Nec bigamus vel irregularis:quia huiuſmodi ſunt omnino inhabiles. Adde quòd nec is,qui de iure poſſet eligi. & ſi aliqui poſtulent talem non facient ſecundum Panormitanum in rubrica,extra eo. quia debent prouidere eccleſiæ de meliori,& meliori modo quo poſſunt.¶Secundum. Poteſt autem poſtulari is,cuius defectus eſt talis,quòd licet non poſſet eligi, tamen non eſt omnino inhabilis ad prælaturam: vt ſi defectus ſit in ætate.extra de elect.cùm nobis olim.§.vlt.& pen. & ſimiliter ſi ſit in ordinibus: quia ad omnes dignitates habentes curam poſtulandus eſt qui non eſt in ſacris. de elect. dudum.el j.de æta.& qual.multis.& ſi ſit in natalibus.de ele. innotuit.& ſi ſit ex hoc quòd quis eſt epiſcopus. extra.eod. cap.fin.Vnde ſi talis eligeretur,non valeret,vt ibi: & ſimiliter ſi defectus non ſit in perſona, ſed extra: puta ſi quis eſt

Universidad de Deusto
Biblioteca

ineligibilis hic,& nunc per accidens,ex hoc quòd iam alius est electus: quia omnis talis ex consuetudine practicata postulatur. ¶ Tertium. Secundum Bern.extra de elec.& si vna mi.inter.licet clerici non possint dimittere ecclesias suas sine consensu episcoporum suorum , nihilo minus eligi possent siue in sua siue in aliena diœcesi.de elec. cùm inter. & no.glo.in c.innotuit.de renun.addens quòd si episcopus malitiosè licentiam neguerit:compellendus erit per superiorem.de iu.pat.nullus. ¶ Quartum. Licet hactenus de religioso fuerint diuersæ opiniones,hodie tamen indistinctè tenetur quòd siue in suo monasterio,siue extra, siue etiã ad episcopalem dignitatem debet eligi,vt not.Io.And.de elec.nullus.lib.vj.sed tamen,vt ibi dicit,post electionem postulabitur:quia sine superioris licentia consentire non potest. Et idem intelligo in priori casu. ¶ Quintum.Cardinales sicut& episcopi,non eligantur,sed postulantur,secundum Pan.in c. bonæ.el j.extra eod.quia sunt alligati ecclesiæ Romanæ.& idem Host.licet Albe.& Aegi.tenuerint contrarium. Quomodo autem perdat priora beneficia,vide eundem Pan.in c. ecclesia.el ij.de elec.De hac tamen materia Pan.in c.fi.extra eo.ditius:& vt quomodo possit eligi episcopus, qui renuntiauit,& qui non est consitmatus,& multis huiusmodi.† Quarto quæritur,† quis possit postulare? Et dico secundum Host. quòd omnis qui & eligere:extra eo.bonæ.el ij.& de elec,innotuit . & debent sic concludere vt papa dignetur præbere pium assensum. ¶ Quintò quæritur,† à quo debeat quis postulari? Et dico ex mente doc.maximè Pan.in c.fi.extra eod. post gl.quòd si quis postulatur in episcopum,ad papam pertinet postulationem admittere:si verò postulatur ad inferiores dignitates vel ecclesias,ab eo postulandum est, ad quem pertinet postulationis admisio, modò concurrant duo. Primum, quòd talis possit dispensare super defectu postulati in ordine ad talem dignitatem. Vnde si quis viginti annorum postuletur ad dignitatem sine cura , ab episcopo postulabitur si cum cura,† papa. Et similiter si Canonici postulent in Archidiaconum aliquem habentem viginti octo annos:quia super isto defectu non potest episcopus dispensare.de ætat.& qualit.c.vnico.libr.vj. Secundum quòd iste,ad quem spectat confirmatio, sit episcopus:quia secundum Inno.in c.ij.de eo qui fur.or.re.inferiores præsati dispensare non possunt , nisi in casibus eis specificè permissis. Si tamen esset defectus,qui non esset in persona,sed per accidens eueniret:vt quia alius electus est:ab eo potest postulari , qui hoc impedimentum remouere potest electione cessata. ¶ Sextò quæritur,† quis sit effectus postulationis? Et dicunt quidam effectum esse quòd admittitur,confirmari potest ac si esset electio,per c.monasterium.de elec.sed istum sensum excludit ibi glo.Alij verò dicunt quòd effectus eius est habilitatio ad posse eligi.quem sensum Pan.in c.j.extra eo.exclulit loquens,vt videtur,de postulatione solemni:quia ecclesia Romana seruat,vt si admittatur,nulla alia indigeat electione : sed nec in non solenni est verum:quia vt patuit.§ iij.parte iiij.religiosus potest primò peti,deinde postulari. Et ideo dico effectum esse secundum Pan.vbi 3.quòd si postulatio admittatur,postulatur consequitur ius,ac si fuisset electus & confirmatus: nec indiget alia confirmatione vel electione.quod probatur extra eo c. ij.Quod intellige in postulatione solenni:in alia autem esse effectus est vt possit postulatus eligi vel electus confirmari. ¶ Septimò quæritur,† vtrum per postulationem acquiratur aliquod ius postulato? Et no.Pan.in c.postulationem.extra eo. quòd quando postulatio non est concorditer facta saltem à duabus partibus: seu agitur contra eam de aliquo contempto,per eam etiam præsentatam superiori nullum ius acquiritur postulato,vel alteri: & eam potest superior sine cuiusquam præiudicio reijcere:& consequenter eam admittendo iniuriam non facit. Sed quando postulatio fit propter vtilitatem seu necessitatem ecclesiæ,& concorditer saltem à duabus partibus collegij,reijci non potest sine iniuria postulantium,& ecclesiæ,in quam facta est,vt not.in c.bonæ.el j.eoti.& per Io.And.in c.cùm monasterium.de elec. Et hoc casu secundum Host.vt refert Sup.acquiritur ius postulantibus adeò quòd petere possunt confirmationem,arg.de elec.cùm monasterium.sed non acquiritur ius postulato,nisi fuerit postulatio præsentata:quia tunc ei ius acquiritur : non tamen aget ipse,ne præsumptuosè se ingerere videatur : verum in modum denuntiationis fortè admittetur propter vtilitatem ecclesiæ.ar.c.publicato.de elec.imò hoc casu postulatus pertur electo.de ele.scriptum.nisi postulatus esset minus idoneus.de elec.dudum.el j.§.fi.& d.c.scriptum.Secus si vnus de duabus partibus deficit,vel causa non subest:quia præfertur electus:vt in d.c.scriptum. Vel dic melius tu quòd etiam ea præsentata non acquiritur ius postulato , quia est inhabilis. Et hoc est de mente Pan.vt patet §.seq.Si verò non sit facta ex concordia saltem duarum partium,sed sit facta ex causa, pendet à gratia speciali.extra eo.postulationem.&.c. bonæ memoriæ.& consequenter nulli ius acquiritur. Et distinctio trimembris colligitur à Panor.quantum ad primum membrum,quantum ad secundum ab eodem & Hosti. quantum ad tertium à Io.And.qui tamen in sexto aliter distinguit:sed non videtur diuidere sufficienter secundum artem dialecticæ. ¶ Octauò queritur,† vt postulantes possint à postulatione resilire alium eligendo vel postulando? Et dicit Pan.in c.bonæ.el ij.extra eo.quòd non postquam est Romano pontifici præsentata:& idem secundum alios postquam præsentata est alteri superiori,qui potest illam admittere , quod eidem Pan.placet ex identitate rationis , ne scilicet contrarium agendo videantur illudere superiori. Ex quo infertur à contrario sensu quòd ante præsentationem,etiam post publicationem seruitij variare possunt,etiam inuito postulato tadeò quòd secundum Innoc.& communiter doc. potest renouncontra nuntius antequam præsentet:imò ea præsentata secundum Host.& idem Pan.si concordauerint postulantes & superior, admittitur variatio non obstante contradictione postulati. Et ratio est:quia quòd non posset fieri variatio,erat propter admittentem superiorem,non propter postulatum. ¶ Nonò quæritur,† an postulatus possit repetere expensas,quas fecit de consensu postulantium,si illi postmodum variauerunt? Et Dire.li.ij.dicit primò quòd sic:quia mutare non potuerunt in alterius præiudicium:vt in regula,mutare.de reg.li.vj.Et dicit hoc tenere Per.de Sap.extra eo.c.pen.& Io.lxj.di.§.fi.& aliud.Dicit secundò quòd si propter postulationem fecerunt illum ordinari,tenentur ei ad interesse,& potest eos conuenire vt ei prouideant de beneficio conueniente:de iu.pat.postoralis.Et videtur hoc sentire gl.extra eo.bonæ.el j.Sed primum est falsum,secundum Inno.& communiter doct. quia cùm non haberet ius,fecit illas expensas non sine nota ambitionis.Et ex hoc infertur quòd exponens simoniacè vt assequereris beneficij,non potest à te repetere, quia imitatè exposuit:nec haberet actionem mandati si mandasset: quia ex turpi mandato non oritur actio : vt in l. remunerandi.§.rei turpis.ff mandat. Vide de hoc primo in c.cupientes.de elec.li. vj.Similiter secundum non placet.Pan.quia cap. Pastoralis loquitur in præsentato à patrono , cui ex præsentatione ius acquiritur : nos autem in postulato , cui nullum ius acquiritur . Potest tamen esse verum , si eum fecerunt ordinari vt eligerent , & eo ordinato elegerunt alium : quia tenebantur ei de stipendio competẽti,vt habeat vndeviuat.quod voluit gl.in d.§.sed aliud. ¶ Decimò quæritur,† quam pœnã incurrat postulantes scienter indignum? Et dico quòd priuantur potestate eligẽdi & postulãdi.extra eo.c.ij.Et hoc secundũ Pan.ibi,etiam si habeant potestatem eligẽdi ex iure cõmuni,& similiter si ex priuilegio.Et potestas partis delinquentis retidet in alia in primo casu.de ele.cum Vinconiensis.& similiter in secũdo,quando scilicet est ex priuilegio:vt in d.c.ij.& hoc quãdo eligunt vt collegiũ.Nec tamen ti duo ex tribus commissarijs delinquunt,valet electio tertij eligẽtis idoneum:cum non eligant vt collegium;sed vt singuli habentes potestatem à collegio:vnde hoc casu potestas deuolui tur ad cõpromittẽtes:vt in c.si compromissarius.de elec. lib.vj.de quo etiã suprà Electio.j.§.xiiij.Et secundum Panor mita.ibi in dicto capitu.ij.similiter priuantur ipso facto,postulationẽ cassatã innouates. ¶ Vndecimò quæritur,† quid respondere debeat postulatus in episcopum ad aliam ecclesiam? Et dicit Ioã.And.in vj.quòd dicere debet sic,Nõ assentio nec dissentio:sed in hoc voluntati domini papæ me suppono,ar.d.c.cupientes.ad fi.& viij.q.j.in scriptis.

POSTHVMVS quasi post humationem natus,dicitur multis modis:primò natus post mortẽ patris,secundò post testamentum ante mortem:vt.ff.de iniust.rup. testa.l.ij.& alijs modis,de quibus gl.C.de posthu.in rubri.

POTENTIA est id,quo quis põt:& omissa philosophica,& loquẽdo iuridicè dicitur multipliciter.nam quædã est potẽtia iuris,qua possumus qd licitè possumus. xrij.quæstio.ij.faciat.quædam verò est potentia facti.Et ista est multiplex,scilicet potentia absoluta,qua aliquid alicui est absolutè possibile,vt volare habenti alas:& modificata,qua aliquid dicitur alicui possibile,quia potest illud commodè: vt.ff.de verborũ signi.l.nepos.vel quia illud potest honestè. de pœnit.dist.ij.charitas.ff.de condi.insti.l.filius.De his glos. in dicto cap.faciat.Et eodem modo dicitur impotentia modis appositis,scilicet quia non est aliquid possibile de iure vel commodè vel honestè.

PRAEBENDA propriè consistit in fructuũ perceptione: canonica verò in iure eius,qui receptus est in canonicũ,ad quod ius postea pertinet præbenda,& stallus in choro,& locus in capitulo:in cap.cum M.de constitu.& in capi. j.de institu.& per Innocent.in cap.relatum.& capit.dilectus. de præbend.& in cap.olim.de verborum significatione.Qui verò possint habere præbendas,vide suprà Beneficium.iij.§. iiij.& quo ad magistros,suprà Magister. Quomodo autem possit diuidi præbenda vel canonicatus,vide Panormitan.in cap.maioribus.eodem titu.Non valet autem,secundũ Innocen.promissio de præbenda vacatura.de præbend. relatum. Non tenet etiam receptio,si ad vnam prębendam duo canonici sint electi:nec tenet receptio,etiã si interueniat authoritas legati apostolici.de præben.dilecto.quia,vt ibi dicit Innocen.prælato non licuit infringere priuilegium canonicorum.quòd si authoritate propria hoc fecissent canonici , ad quos spectabat,teneret receptio.quia potuissent renunciare iuri suo.vide ibi.Nota etiam secundum Innocen. quòd si in ecclesia,vbi nõ est certus numerus,vnus canonicorũ moritur,nõ vacat canonicatus,sed desijt:si verò numerus sit certus,nõ desijt,sed vacat. De his autem,& vtrũ valeat electio vltra numerum canonicorum in ecclesia iuratũ:vel per papam confirmatum,vide Archid.tertia parte.tit.xv. Quanuis autem præbenda sit temporale:quia tamen annexa est spirituali,id est canoniæ,sine simonia vendi non potest : quia ea vendita intelligitur venditum illud spirituale,cui annexa est jquæstio.iij.si quis obiecerit.

De Precario & Precaria

1 *Precarium quid,& quæ sit natura eius contractus.*
2 *Culpa quæ veniat in precario.*
3 *Precarium quot modis soluatur.*
4 *Precarium an reuocetur morte concedentis.*
5 *Precarium in quibus rebus consistat.*
6 *Precaria cuius sit naturæ.*
7 *Precaria à quo,cui,& qualiter fiat.*
8 *Precario possidens an præscribat.*

PRECARIVM † à prece dictũ,dicitur dupliciter. Primò res cõcessa per contractũ precarij:& est qd precibus petenti vtendum conceditur,quãdiu patitur is,qui concessit.extra eodẽ.cap.fi.& ff.eodem.l.j. Secundò precariũ dicitur ipse cõtractus,quo aliquid tale conceditur:& est gratuitus,similis alijs gratuitis,differens tamen in multis,vt patebit. Precaria quoque in genere fœminino dupliciter sumitur. Primò scilicet in vi adiectiui penultima correpta: & sic aliqua verba dicuntur precaria,aliqua præceptiua, vt inirã præceptum. §.ij.& iij.in vi substantiui penultima producta: & significat idẽ in singulari precaria,& in plurali precariæ, secundum Panormitanum extra eodem.cap.j.licet differãt à precario in duobus,secundum Panormi.extra eodem. cap. j.quia precarium non conceditur ad tempus determinatum: vel si conceditur,reuocari potest ad libitum:extra eodẽ.cap. fin.& l.cum precario.ff.eodem. precaria verò est contractus initus ad preces alicuius vel aliquorum,? quo aliquid concedi tur ad certum tempus,secundum quod partes conuenerunt, ante quod reuocari non potest:extra eodem.cap.j.& cap.fin. licet renouetur de quinquennio in quinquennium.extra eodem.cap j.Et tripliciter,vt dicit Panormita.vbi suprà,& alij docto. Primò quando fit ad preces alicuius in recompensationem dantis aliquid annuatim:sicut si laicus in solo ecclesiæ ædificet aliquid,& in recompensationem decimam soluat quotannis. Secundò ad preces alicuius in recompensationem annuatim aliquid recipientis:sicut cum datur aliqua ,prietas,& ad tempus certum recipiuntur aliqui fructus in recognitione proprietatis. Tertiò ad preces accipientis gratis: vt cum clerico vel laico bene merito datur possessio ecclesiæ vtenda in vita sua. Et est precaria,vt dicit Panor . solùm in vsu iuris canonici. Adde quod quia communiter fit circa res ecclesiæ,videtur ecclesia sola,secundum exemplã doctorum , facere hunc contractum : tamen fieri potest à laicis. ¶ Primò ergo quæritur,quæ sit natura contractus precarij, quę est vtrique iuri communis? Et dico quòd licet sit similis cõtractibus gratuitis,tamen differt à donatione:quia illa nõ reuocatur regulariter,& à commodato:quia in illo est vsus certus & præfinitus,& tempus saltem tacite determinatum, ante quod nõ reuocatur:vt si concessi librum ad scribendũ, vbi est certus vsus & tẽpus tacitè determinatũ,scilicet quantum exigitur ad commodè transcribendum.Interdum,& l. continuum.§.cum ita.ff.de verborum obligatio.& ante cõpletum vsum reuocari non potest.de commo.ca.j. Et si desiciat certitudo vsus vel temporis determinatio saltem tacita,non erit commodatum,sed precarium.quod secundũ Bar to.in l.in commodato.ff.commo.quia ad certum vsum non conceditur,reuocari potest ad placitum,etiã si interuenisset pactum de non reuocando.extra eodem.cap.fi.ex quo arguit Panormit.non valere pactum aut consuetudinem contrariam contractus:nisi per hoc transiret in naturam alterius contractus.Adde vel nisi pactum fuisset appositum per viã conditionis:quia sic vitiat contractum.ar.cap.fina.de condi. ap.& quod not.Barto.in authenti.ingressi.C.de sacrosanctis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ecele. Quod tamen limita nisi quis velter reuocare sine causa, & cum magno damno alterius: quia obstaret exceptio dolicum negari oequeat quin precarium sit beneficium, & sic benevola actio, &c. vide Panor. extra eodem. capit. fin. Si tamen precarium concedatur ad certum vsum, adhuc distinguí posset à commodato per nomen precarium. sicut concedo tibi librum ad transcribendum precario nomine, vt patet
2 per not. in cap. vnico. de commo. ¶ Secundò quæritur, † quæ culpa veniat in precario? Et dico quòd solùm dolus & lata culpa: sed in commodato etiam leuissima. l. quæsitum. §. & illud. ff. de precario. & l. contractus. ff. de regulis iuris. & in
3 hoc etiã differunt. ¶ Tertiò quæritur, † quot modis soluatur precarium? Et dico quòd multis. Primò voluntate concedentis. l. j. ff. eodem. etiam si fuisset concessum ad certũ tempus secundum Panor. dicto cap. fin. Secundò morte eius, cui est concessum. extra eodem. cap. fi. quia est cõcessio personalis, quæ extinguitur cum persona: vt in regula, priuilegium. de regulis iuris. lib. vj. Tertiò alienatione rei precario cõcessæ, si is, cui est alienata, à primo domino velit reuocare. dicto c. fin. Quartò finito tempore, ad quod fuerat res concessa. l. cum precario. ff. eodem. potest enim ad tempus certum con
4 cedi. l. in rebus. ff. eod. ¶ Quartò quæritur, † vtrum reuocetur morte concedentis? Et dicit Panor. in c. præcarium. eodem tit. quòd nõ. & ibi rex. ex quo infert quòd vbi validitas actus pendet ex voluntate alterius, non reuocatur per mortem illius: quia præsumitur quis in ea voluntate perseuerare, in qua decedit. de baptis. majores. quod tamen quis concesserit vsque ad beneplacitum suum per mortem reuocatur. de rescript. si gratiose. Vide Bartol. in l. centesimis. ff. de verborum obligation. ¶ Quintò quæritur, † in quibus rebus precarium con
5 stitit? Et dico quòd in rebus mobilibus & immobilibus & incorporalibus: cum etiam seruitus precario cõcedatur. ff. eod.
6 l. ij. §. vlt. ¶ Sextò quæritur, † quæ sit natura precariæ? Et dico secundum Bart. in authẽ. ingressi. C. de sacrosan. eccl. & in l. si fiorta. ff. de damn. infect. quòd in omnibus & per omnia precaria est eiusdem naturę cum emphyteusi. & est glo. x. q. ij. precariæ. quod limita, nisi fiat gratis. differt tamẽ ab emphyteusi: quia renouantur de quinquennio in quinquennium: alioquin caditquis à iure suo, secundum glos. in d. c. j. eo. tit. quod intellige in rebus ecclesię: de quibus videtur loqui ius canonicum, quod contractum istum introducit: in laicalibus autem credo standum consuetudini: quia præsumitur actũ quod est cõsuetum. l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur.
7 ¶ Septimò quæritur, † à quo, cui, & qualiter fiat? Et dico q̃ fieri non potest per capitulum sede vacante. x. q. ij. precarię. nec fieri potest œconomo vel eius consanguineo. x. q. ij. hoc ius. & in eius concessione credit abbas requiri solennitatem alienationis ecclesiasticæ rei: si est talis rei vel tanti temporis, quòd alienari nõ possit nisi cum debita solennitate: quia reuocari non potest ante tempus cõuentum: secus autem in renouatione: vt idem not. in c. j. eo. tit. Vnde prælatus solus sine consensu capituli potest eam facere. facit tex. in l. si pupillorum. §. j. ff. de reb. eo. & quod not. Bart. in auth. hoc ius. C. de sacrosan. eccl. ¶ Octauò quæritur, † vtum habens rem
8 precario nomine, vel sicut precaria, possit eam præscribere? Et dico q̃ non regulariter, secundum glo. xvj. q. iij. clerici. nisi ex magna lõginquitate tẽporis dominus obliuiscatur de possessione taliter quòd nesciat vbi sita sit: quod locum habere posset si possidens esset in bona fide: aliter non.

¶ PRAESCIENTIA determinant sequentia. xxxij. quæst. vij. Apostolus.

De Præceptis in genere.

1 *Præceptum quid & quemplex sit.*

2 *Præceptiuã legẽ à consultatoria qualiter dignoscemus & n. 3.*

PRAECEPTVM de mente Sanc. Tho. j. ij. q. xix. art. j. & q. 100. art. ix. & j. ij. q. xliij. ar. primo. est † motio superioris aut legis imperatiua alicuius faciendi vel omittendi ex debito, in est, ex necessitate salutis. vnde differt à mandato: quia illud est motio ad aliquid melius, sed non sub necessitate salutis. j. ij. q. xcix. art. v. Est & alia differẽtia, quia propriè præceptũ per se facit præcipiens, mandatum verò per aliud: vt ibi. Differt etiã à consilio: tum quia consilium ad præceptũ vt ad finẽ ordinatur. quoli. iiij. q. xij. ij. ij. quæl. Iextum quia consiliũ non est de necessariis ad salute, juti secundum preparationem animi si oporteret. j. ij. q. cviij. tum quia præceptum est motio imperatiua: consiliũ verò suasoria. vide ri. q. xvij. art. j. ad secundũ: in quo etiã differt consiliũ à mandato. ¶ Primò verò quæritur, quotuplex est præceptũ in genere? Et dico q̃ in lege Dei est vel fuit triplex: scilicet moralc, iudiciale, & ceremoniale: de quibus diffuse & pulcherrimè vide per beatum doctor. j. ij. quæst. xcix. & seq. vbi agitur de lege veteri per totum. Morale autẽ in genere est duplex, scilicet affirmatiuum, quod scilicet mouet ad aliquid faciendum: vt, honora patrem. & semper obligat ad illud faciendum, sed non ad faciendum semper, sed in tempore ac loco determinato: vnde filius nocte & die etiam dormiens habet obligationem honorandi patrem, quem tamen semper in omni hora honorare non tenetur: sed aliquando licitè dormit. & negatiuum, quod scilicet mouet ad aliquid non faciendum: vt, non furaberis: quod obligat semper, & ad semper. intendũ. ¶ Secundò quæritur, † vtrũ & quãdo cognosci possit aliquã legẽ esse præceptiuã aut mandatoriã vel consultoriã ex verbis? Et dico quòd nõ semper: quia licet verborum aliqua sunt præcatiaivt, rogo, volo, mando, fidei commito: & aliqua præceptiua, vt iubeo. C. commun. de leg. l. ij. & quædam mandatiua: vt mando. ff. de neg. gest. l. fi mei rogatu. tamẽ ista ita significata confundunt & mando aliquando ponitur precariè. ar. c. mãdastis. ij. q. ij. vbi episcopus mandat papæ & quãdoq; præceptiuè, sicut etiam & rogo. vt xj. q. j. rogo. & quandoq; mãdatiuè: vt in d. l. si mei. Quidam etiã dicunt q̃ volo & intendo ex sua significatione præceptum important. quod nõ memini me in Sancto Tho. legisse: licet dicat quòd voluntas prælati qualitercunq; innotescat, habet vim tacitæ præcepti, quod limitandũ est primò de voluntate præceptoriacũ stultũ sit dicere quòd fiat præceptum, cum reprehendat effractores silentij: & secũdò si innotescat de intẽtione prælati innotescentis: cum non precipiat, nisi intẽdens & volens. Vnde S. Tho. veri. q. xxiij. ar. vlt. ad tertiũ vult quòd licet sola volũtatẽ prælati nisi tamẽ expresse præcipiat, nõ teneor. Dico ergo quòd si verba sint præceptiua, puta precipimus, iubemus, mandamus præcipiẽdo, vel per virtute obediẽtiæ, & huiusmodi, est præceptũ, ar. c. quod precipitur. xiiij. q. j. quod intelligẽ, etiã si materia nõ sit præceptiua: nisi aliter cõstaret probabiliter de intẽtione. Si autẽ verba sunt imperatiua, id est, in materia nec cecessaria, nec multũ põderosa, nõ importãt præceptũ: vt si quis te percusserit in vna maxilla. prębe ei & alterã: quod est cõstitũ. xxiij. q. j. paratus. sed in materia necessaria, & multũ põderosa sunt præceptiua. Tex. est in clexiui. de ve. borũ signi. §. item quia secundum illud, voneeci quod est consilij, & red. lite: quod est necesitatis. Si autẽ verba sunt inhibitoria, vt inhibemus, phibemus, interdicimus, & huiusmodi, est præceptum, secundum Panor. in cap. nam concupiscentiam. de constitu. quòd intellige & limita, sicut dictũ est, quãdo sunt præceptiua: si autem sunt verba cõminatoria: vt decerno, statuo, & similia, nõ sunt præceptiua: vt dicit Panor. in d. c. nam concupiscentiam. & similiter est verbum commune in nouo, & ordino, siue in singulari, siue in plurali dicantur. Si verò lex aut statutũ diponit per hoc verbũ, debet: inducit mortale, & est præceptũ: quia, debet, ex suo proprio significato importat necessitatem, secundũ gl. in cle. attendentes. de statu reg. & glo. in c. proposuit. de appel. & per Bar. in l. iij. C. de pig. & in l. sæpe. ff. de offi. præsi. quod tñ aliquando fallit ratione materiæ, quæ est consultiua, in qua importabit solã cõgruitatem, siue debitũ honestatis, & no iusti tiæ vel necessitatis. de despon. impu. c. j. & no. gl. in d. l. sæpe. secũm Pan. tamen in c. j. de dolo. & cõmunes tenent. virtãd. æ, nõ ad sequentiã trahendæ. de ver. sig. ppterea. & c. fideo importat ly, debet, consiliũ solũ in casu ratiõe materię. Si etiã verba cõsueuerunt inducere mortale, seu præceptũ, 3 † præceptũ. ar. c. dilectus. de cõsue. & text. est in d. cle. exiui. ¶ Tertiò quæritur, † quomodo cognosci possit ex alio quàm ex verbis statuentis aliquã legem humanã esse præceptiuã? Et dico colligendo ex Pan. in c. clerici officia. devi. & ho. cle. & gl. Ge. in c. vt animarũ. de cõst. li. vj. & Io. And. in c. relatũ. ne cle. vel mo. & rursus Gemi. in c. perpetuæ. de elec. lib. vj. & Archie. ij. parte, tit. iiij. c. ij. quòd si cõstat materiã esse præceptiuam. vt quia est de necessariis ad iustitiã aut charitatem vel humanã reuerentiã: sic est præceptũ: vt quòd nõ fiat matrimonia clandestina: vel corrigatur frater, vel non communicetur pleno stomacho. quod tamen determinari bene nõ potest, nisi ex communi sententia doctorum, secundum Archi. nec est de verbis curandum: quia sunt accommodanda materiæ. tex. est cũ gl. in c. rogo. xj. q. iij. & tex. in cle. exiui. de ver. sig. Si verò nõ cõstet de materia, & cõstet de intentione statuentis quòd fuerit præceptiua, est præceptũ: quia intentio præponderat verbis: vt ff. Lex. §. xvij. Si verò nec de materia nec de mente sic cõstet: respiciendũ est ad pœnã, si qua cõtrafacientibus imponitur: quia si imponitur pœna spiritualis, vt excõmunicationis latæ sententiæ, secundum omnes est præceptum: & contra facere est mortale, nisi contineant intolerabilem errorem: quia nullus nisi pro mortali excommunicatur. xj. q. iij. nullus. & c. nemo episcoporũ. & de sent. exc. c. j. li. vj. Et similiter si imponatur pœna excommunicationis cõminatoriæ, id est, non latæ, sed ferendæ sententiæ: quia licet Arc. dicat hoc non esse clarum: tamen vt refert Io. de Neap. quidam hoc tenent, & bene: quia tales contra faciendo meruerunt excommunicari: & sic mortaliter peccauerunt: & hoc etiã si sit ab homine. Et similiter si imponitur pœna suspensionis, depositionis, vel interdicti, secundum Archiep. Et si imponitur pœna maledictionis æternæ, vel indignationis omnipotentis Dei. de statu reg. c. vnico. lib. vj. Et similiter quo ad pœnas corporales est præceptum. si imponitur pœna mortalis aut mutilationis, prout sit per leges & statuta civitatum, quæ secundum S. Tho. obligant etiam in foro conscientiæ: vt ff. Lex. §. ix. quia nõ infertur talis pœna, nisi ꝓ eo quod multũ esset læsiuum iustitiæ. Et similiter si imponitur pœna grauioris culpæ: vt sic in religionibus. Idem autem dico per omnia esse indicandũ de præceptis factis ab homine.

¶ PRAECEPTAN inducant simoniam, infrà, Simonia. §. xvj. particula tertia.

¶ PRAEDIA quando dicantur rustica, & quando vrbana, vide infrà Seruitus. §. j.

De Prædicatione & Prædicatoribus.

1 *Prædicatio quid, & quis prædicare possit. & nu. 2.*

2 *Prædicare qualiter possint mendicantes. & nu. 4.*

3 *Prædicantes sine licentia sui prælati an restituant sibi donata.*

6 *Prædicatores an peccent detrahendo.*

7 *Prædicationem non audiens an peccet.*

PRAEDICATIO † videtur sumenda secundum vsum loquentium, cum aliter eius significatum iura non tradiderint: & sic prædicatio propriè est sermo publicus quantum ad locũ, & generalis quantũ ad intentionem ex cõsuetudine habentis certam formã: puta quòd prædicans habeat gradũ distinctũ quo ad locum: & sumat thema, innocet Spiritum sanctũ, & hmõi: vt per hoc quod dicitur, publicus, id est, in loco publico, ad quem omnes fideles ibi cohabitãtes possunt accedere de iure licitè, & de facto, quia non claudit ur: excludatur ergo hortatio facta in scholis disciplinatorũ, & ecclesijs monaliũ clausis ianuis: & sermones qui fiũt in refectorijs religiosorũ, & hmõi. Per hoc verò quòd dicitur generalis, excludatur prædicti sermones: & generaliter sermones ad clerũ vel alios qui fiũt literaliter vel quocũq; alio modo ex intentiõe dirigũtur determinatè ad certũ genus personarũ etiã in loco publico. Dicitur tamen aliqñ prædicatio impropriè, qñ est quidem generalis, ita quòd ꝓmiscuè accedunt viri & mulieres omnis cõditionis, sed nõ publica: & tũc dicitur prędicatio occulta, si ista occultatio fiat ex authoritate aut scientia pastorũ: alioquin est cõuenticulus, etiã si sub specie deuotionis fiat: & magis impropriè dicitur si nec publica nec generalis sit, licet retineat formã prædicationis: vt interdũ faciũt scholares in disciplinis suis: quæ etiã dicitur cõuenticulus: vt patet extra de hære. cũ ex iniũcto. in prin. quia licet istæ scholæ extent de scientia prælatorũ, inquantũ cõgregãt ad aliquas deuotiões, non tamen inquantũ cõgregãt ad formalem prædicationem. Prædicator verò dupliciter dicitur. Primò is, qui iure cõmuni vel priuilegio prædicationis officiũ ꝓsequitur. Secũdò dicitur prædicator religiosus: quilibet de ordine prædicatorũ. & sic dicit Pan. in c. nimis. el ij. de excess. prælat. quòd vbicũq; fit mentio de Prædicatoribus & Minoribus præmittũtur prædicatores: vt in d. c. nimis. & in c. quorũdã. de elec. li. vj. & vbiq; quia ordo Prædicatorũ fuit antè approbatus. Vnde malè istũ ordinem peruertũt, qui ius Canonicũ ꝓfitentur, vt Sum. Ang. ¶ Primò verò quæritur, quis possit vel nõ possit prædicare? Et q̃ntũ colligit ex Card. in cle. dudũ. de sepul. prædicare potest primò papa. xix. di. in memoriã. & quilibet, cui ipse cõmiserit de offi. dele. c. fi. licet cõmissarij eius alteri subdelegare nõ possint. d. c. fi. & secũdò episcopus, etiã in alterius diœcesi, nisi ꝓhibeatur à diœcesano. xxj. di. in nono. & Archidiaconus, cui episcopus cõmittit in eius diœcesi tñ. xvj. q. vij. nullus omnino. Et similiter diaconus eo modo quo ꝛ. dictũ est, scilicet ex cõmissione. tertiò omnes prælati ecclesiastici, si sunt diaconi, quantũ ad subditos suos, nõ autem alijs, nisi approbãtæ aut priuilegiãtæ episcopo. de hære. excõicamus. el j. §. fanè. Et sub nomine prælati hic intellige etiam curatũ sacerdotem, cuius etiã est prędicare, secundum Pan. in c. inter cętera. de offi. ord. & quartò secundum aliquos omnis clericus. quod Sum. Ang. verum limitat, si sit diaconus, & non specialiter prohibitus. xix. dif. secundum. vbi notandum dicit gl. Sed ego dico hoc non sufficere, nisi diacono per episcopum committatur vel superiorem. quod sit eo ipso quòd ei cura committitur. c. autem, secundum. quod dicit Deum non requirere quis vel qualis, sed quid prędicet, loquitur de qualitate morum, & non ordinum alioquin laico liceret prędicare: & quintò fratribus Prędicatoribus & Minoribus: vt §. seq. Non licet verò prędicare laico. de hær. sicut in vno. nec mulieribus publicè, etiam si sit, ab batissã, secundum Pan. in c. nona. de pœni. & re. licitè tamen adhortantur: quod est prędicare occultè, etiam si aliqualem formam prędicationis obseruent: nec religiosis quantum ad infideles, nisi de licentia superioris & authoritate sedis apostolicę. de Iude. quàm sit. & ibi Pan. imò nec quo ad fideles,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nisi quantum ad hoc sint priuilegiati: quia hoc officium est curæ.nec possunt mendicantes,secundum Pan. in d.c.cùm ex iniuncto,prædicare,nisi ex priuilegio: & multo minus alij.Et si quis ex prædictis vellet prædicare, dicens se missum à Deo,nō debet admitti,nisi probet, sicut probauit Moyses miraculo.de conse.dist.ij. re vera.sufficit tamen ad probationem,bonorū testimonium.Qui autem prædicationis officium assumit publicè vel occultè,si nō habet authoritatem à iure vel apostolica sede,aut à diœcesano,est excōicandus.de hær. excō:eamus.§.quia verò.quod intellige extendi ad prædicationes occultas qua scūq;,etiā si sint ex intentione generales: & multò fortius si non sint generales:modò retineant cōsuetam formā:quæ etiā prohibetur in d.c.cùm ex iniūcto.& videtur peccare mortaliter:tum quia veniunt excōicandi:tum
2 quia omnis laicus prædicans mortaliter peccat,sedm Pan.in c.licut vna.de hære.¶ Secundò quæritur,†quid iuris de Prædicatoribus & Minoribus:Et dico quòd tex.in cle.dudū.de sepul.sic dicit:Authoritate apostolica statuimus & ordinamus, vt Prędicatorū & Minorū ordinū fratres in ecclesijs & locis eorū ac in plateis cōmunibus liberè valeāt clero & populo prædicare ac proponere verbū Dei,hora illa duntaxat excepta,in qua locorū prælati prædicare voluerint, vel corā se facere solenniter prædicari,in qua prædicare cessabūt.præterquā si aliud de prælatorū ipsorū voluntate,processerit,ac licentia speciali.In studijs aūt generalibus,vbi sermones ad clerū ex more fieri solent diebus illis,quibus prædicari soleuniter cōsueuit ad funera etiā mortuorū,& in festis specialibus siue peculiaribus eorūdem fratrū possint idem fratres, & liceat eis liberè prædicare:nisi forte illa hora,qua solet ad clerū in prædictis locis Dei verbū poni,episcopus vel prælatus superior clerū ad se generaliter cōuocaret: aut ex aliqua ratione vel causa vi gente clerū ipsum duceret cōgregandū. In ecclesijs autem parochialibus fratres illi nullatenus audeāt vel debeant prædicare vel proponere verbū Dei,nisi fratres prædicti à parochialibus sacerdotibus inuitati fuerint vel vocati & de ipsorū beneplacito & assensu,seu petita licentia inerit & obtenta:nisi episcopus vel prælatus superior per eosdem prędicari mādaret.Hæc ille.Et intellige quòd etiā tempore interdicti possint in dictis locis prædicare,sedm glo. & Paul.
3 ¶ Tertiò quæritur,†quis sit prædictæ clem.intellectus iuxta doc.& glo.Et dico multa notanda esse.¶ Primò enim notandum est ibi,ecclesijs eorum,quòd secundum Cardi. in ecclesijs priuatis aliorum non possunt prædicare:sed de eorum licentia possent etiam hora illa,qua prædicant prælati.Et hoc sequitur Sum.Ange.& Rof.Sed non placet: quia si non licet eis in suis,multò minus in alienis. ¶ Et secundò ibi,& locis eorum,quod intelligitur de locis intra septa sua & extra etiam longe posita:modo sint adyacentia eorum,secundum Landul.& Zenzel.ibi. ¶ Tertiò ibi,in plateis communibus, quod non intelligitur de plateis ipsorum fratrum:aliter nihil adderetur,secundum Zenzel.cum iam præmissa sint loca eorum nec de plateis priuatis,secundum glossam,in quibus prædicare non possunt inuitis eis quorum sunt.Et idem Pau.& Car. Ex quo tamen infertur quòd nō est necesse petere licentiam ab ipso vel parochiali:sed à domino plateæ vel locis vnde intelligitur de plateis locorum, in quibus ordinarius vult prædicare,aut coram se prædicari facere,secundum Pan.& Zenzel.¶ Et quartò ibi,liberè:quod intelligitur secundum Landul.& Zenze.id est,absque contradictione & licentia alicuius,quod etiam in simili tenet gl.ibi in §.siverò.& Pan.in c.fi. de postu.præla.& in cap.constituimus.de reg. & dicit esse de mente doctorum communiter:scilicet quòd verbum,liberè, importet non requiri alterius licentiam vel assensum. ¶ Et quinto ibi,hora illa duntaxat:quia si vellet totam horam matutinalem occupare in alijs,pura in missa,non posset impedire prædicationem fratrum:quia est contra textum. pro quo facit:quia favor est in multiplicatione prędicantium xij.di.in nouo.¶ Et sexto ibi,prælati.quòd hoc nomine veniunt,secundum Ste.curati,qui largè sunt prælati.Sed melius dico quòd nonveniunt secundum gl.& Pau.& Land.& Car.quia hoc fit propter honorem prælationis:sed veniunt hoc nomine episcopi,& habentes iurisdictionem quasi episcopalem cum administratione iure communi vel consuetudinario,secundum gl.& secundum Car.& Pau.& gl. Venit etiam vicarius episcopi,si vult ipse prædicare vel vicarius:secus si per alium coram eis vel ipse non vt vicarius, sed vt habens aliam prælaturam: & sic non poterit fratres impedire,quia in hoc non repræsentat personam episcopi.¶ Et septimò ibi,solenniter,id est,publicè populo generaliter:secus si elā corā paucis, sedm Pau.
¶ Et octauò ibi,licentia speciali.quòd nō sufficit in hoc voluntas,scilicet præsumpta vel tacita: sed requiritur licentia specialis,sedm Pau.¶ Et nonò ibi,in studijs generalibus quod intelligitur secundum gl.de locis habentibus studiū ex priuilegio,vel consuetudine.Sed intellige actu, & de facto, & non de iure solùm:quia aliter sermones non sunt.& quantum ad cōsuetudinem,quæ etiā sine priuilegio sufficit, ponit exemplum fac.de Are.de Patauio Zenze.autem dicit iudicis arbitrio decernendū quæ dicantur studia generalia.Sed primum est melius:quia in ciuitate iste iudex nō daretur nisi arbitrarius.¶ Et decimò ibi,sermones.quod sedm Matt.intelligitur in sermonibus natiuitatis dñi,Paschæ & Penteco stes,prout cōsueuit fieri.ar.verbi,solent.¶ Et vndecimò ibi,liceat.quod secundum Pet.de Anch.in tribus casibus, scilicet in funeribus & peculiaribus festis,& cùm fit sermo in generali studio possint dicti fratres liberè prædicare.quod Zenze intelligit etiam extra ecclesias & loca ipsorum & plateas cōmunes.Sed
5 §.in studijs.nihil adderet ad præcedentia.& fortè dictis temporibus cùm episcopo possunt cōcurrere solenniter prædicare.¶ Et duodecimò ibi,episcopus vel prælatus superior.quod intelligitur de superiore episcopo, sedm Ste. quia eo inferior hoc non potest:secundum gl.verò melius de superiore respectu clericorum,non respectu episcopi:& secundū Car. est is,qui quasi episcopalem iurisdictionem habet in loco, qui etiā si episcopo inferior sit,potest generaliter clerū conuocare.Si tamen ista conuocatio fiat quo ad aliquos, puta doctores vel prælatos,secundum gl.secus: quia hæc vocatio non est generalis,nec impedit fratres: similiter nec nisi populus conuocetur,secundum Pau.quia aliud est clerus,aliud populus.¶ Et decimotertiò ibi,nisi à parochialibus sacerdotibus.quòd isti possint dare licentiam prędicandi secundum Pet.de Ancharano:imò & vicarij perpetui,& idem de temporalibus datis in casibus licitis:addens quòd de licentia episcoporum dicti fratres prędicare possunt in ecclesijs parochialibus,etiam absentibus episcopis, & contra voluntatem curatorum:quia ex officio episcopus in talibus ecclesijs gerit coram maiorem quàm sacerdotes.
¶ † Quartò quæritur,vtrum dicta clementina extendatur ad
4 alios mendicantes? Et dico quòd per Clemen. quinquies fuit prorogata ad fratres Sancti Augustini,& per Ioannem xxij. ad Carmelitas.Per fratres autem Sancti Augustini hic intelligit Eremitanos,& non Seruitas,qui nouiter scribunt se ordinis Sancti Augustini,propter ea quòd sub regula militent Augustini. ¶ Quintò quæritur,†vtrum prædicans sine licentia sui prælati restituere teneatur bona sibi collata? Et dicit glossa in cap.addicimus.xvj.quæstio.j.quòd sic, vt ei imponit Sum.Rosel.Sed re vera glo.loquitur de fictis:& intendit quòd

quòd restituant ecclesiæ,scilicet quam fingunt:vt quia fingunt se quęstuarij pro sancto Antonio,& sunt Ceratani.si tamē quis nō fingat,licet sine licētia prędicet Zab.tenet quòd restituere non tenetur:quia non turpiter acquisiuit à volentibus gratis dare:licet possit puniri,qa se immiscuit officio sibi non pertinenti.quod dic verum in clerico seculari, non in religioso,qui non habet proprium,sed omnia sunt religionis.¶ Sextò quæritur,†vtrum peccent prædicatores detrahēdo? Et dico pręcipi in virtute obedientię & sub pęna grauis culpæ omnibus prædicatoribus religiosis in cle.religiosi.de
6 priuileg.ne in sermonibus suis prælatis ecclesiarum detrahant,aut retrahant laicos ab ecclesiarum suarum frequentia vel accessu.quod glos.intelligit ne detrahant nominatim aut per circunloquitionem,quæ,vicem habeat proprij nominis.¶ Septimò quæritur,† vtrum peccet mortaliter, qui
7 ignorat communia necessaria ad salutem,& potest audire prædicationem.& nō audit? Et dico quòd sic, si hoc facit ex cōtemptu vel ex scandalo notabili,vt suprà Dominica.§.vj. nō autem semper si omittit ex negligentia:quia secundum Sanctū Thomam secunda secundę.quæstio.liij. negligēta nō est mortale,nisi omittatur aliquid quod sit sub præcepto vel ratione contemptus:posset tamē esse tanta necessitas & tanta commoditas addiscendi quòd prædicatio caderet sub illo præcepto,Vnum cole Deum.quo præcipitur nobis notitia credendorum & agendorum:& eo casu talis negligentia esset mortale.Sed quando hoc fit,nō potest sermone determinari.De quæstuarijs,infrà Quæstuarij.Quomodo etiā prædicatores possint participare cum excōmunicatis, ℣. Excōmunicatio.v.§.iiij.dubio v. Quomodo etiam sit mortale mentiri in doctrina,suprà Mendacium.§.iiij.

De Prædone.

1 *Prædo quis dicatur,& qualiter.*

1 PRAEDO † dicitur,qui alios spoliat iniustè.scilicet violēter.Et dicitur primò is,qui viatores expoliat, qui & excōicatus est.xxiij.q.iij.si quis Romiperas.cum duobus cap.seq.¶ Secundò,miles tollens à personis vltra stipendia sibi taxata xxiij.q.j.militare.& iste continetur sub raptore,sicut species sub genere.vxij.q.v.nō tamē in fine.& sic raptoris pœna punitur.¶ Tertiò,prælatus,qui,vt seruitium impędiat legato vel alij,plus exigit à subditis quàm exoluat.de
2 immu.eccle.quia pleriq;.secundum Gof.& Host. ¶ Quartò, secundum Host.iudex qui alienū iurgiū existimat suam prędam:aut officialis indebitè pecuniā accipiens.C.ad l. Iuliam repe.l.oiv.De preda acquisita in bello,suprà Bellū.j.§.ix. &.x.

¶ PRAEFATIO,vide ℣. Missa j.§.iij.

De Præiudicio.

1 *Præiudicium quod sit,cui fiat,& qualiter.*

1 PRAEIVDICIVM † secundūvocabulumvideturesse iudiciū,quo vna res altera prius iudicatur:& inde pręiudiciale,quasi prius iudicandū.de quo Panor.in cap.tuā de ordi.cogni.Sed secūdum vsum proprię est pręoccupatio iudicij,qua alicui indirectè subripię res,aut ius,quod ei iustè potuit prius adiudicari:& largè est pręoccupatio rei vel iuris,quod prius adiudicari potuisset,siue iustè,siue iniustè.Vnde propriè alicui pręiudicat,qui aliquid facit vnde ille lędi-
2 tur iniustè.Largè verò si inde lędatur iustè,sicut iudex suspēdens latronem pręiudicat vxori eius.Vnde quando religiosi concordant contra suum prælatum criminandum apud superiorem non seruato ordine correctionis Euangelicæ aut sanctorum constitutionum,sunt coniurantes aut conspirantes, cùm illi pręiudicent.Quando autem ex forma statuti ad aliquem actum vocari mandantur illi,in quorum præiudicium est actus:intelligendum est de illis,quibus principaliter, & nō quibus secundariò fit pręiudicium:quia hoc probat text. cum glo.in c.quamvis.de pact.lib.vj.in verbo, nec redundet in alterius detrimentum.quod gloss.intelligit principaliter, non secundariò.

De Prælatis.

1 *Prælatus quid,& quæ requirantur in eo.*
2 *Prælatus quis dicatur in ordine mendicantium.*
3 *Spurius an possit esse vicarius.*
4 *Prælati negligentia quale sit peccatum.*
5 *Prælatus an teneatur agere omnia cum consilio sui capituli.*
6 *Prælatus modum excedens in corrigendo,an teneatus à subdito veniam petere.*

1 PRAELATVS † sic dictus,quia alijs est antè latus,siue positus,dupliciter dicitur,secundū mentem Pan.in ca. cum ab ecclesiarū.de offic.ordin.Primò largè ab allusione vocabuli quilibet habens curam,vt comprehendantur & sacerdotes parochialium ecclesiarū,qui prędsunt parochianis in foro animę.quod probat tex.in cap.tua.de cler.egrot. Et secundò strictè ac propriè,vt is solus qui habet aliquam iurisdictionem fori contentiosi,etiam ex iure speciali:puta prędcriptione vel priuilegio.ad quod text.iuncta glo.in cap. decernimus.de iudi.& in cle.dudum.de sepultu.vbi per se fit mentio de prælatis,& per se de sacerdotibus curatis. Hęc ex illo virtualiter.Sed quo ad primum membrum intellige de habēte curam ex institutione vel saltem ex deputatiōe perpetua:non autem ex temporali cōcessione eius, qui est institutus per superiorem:quia talis non habet curam, sed est vicarius habentis.si tamen esset vicarius perpetuus per deputationem episcopi,haberet curam,& videretur prælatus largè,de quo infrà Vicarius.Quantum verò ad secundum membrum,intellige de iurisdictione ordinaria,nō delegata:quia glossa in cap.ij.de iudi.dicit quòd omnis prælatus est iudex ordinarius.Et idem videtur sentire Innocen.in cap.fi.miter. de Summa Trinita.& in cap.quoniam.vt lite non conte.dicens quòd prælatus largè dicitur omnis habens curam animarum:strictè verò dicitur solùm is,qui habet iurisdictionem:vt probatur in dicto cap.decernimus.de iudicijs,iuncta glossa.Vtrunque autem prędictorum modorum quo dicitur prælatus,glossa in clemē.j.de electione.comprehēdit in verbo,prælatum.dicens:puta priorem,magistrū,ministrum, custodem,præpositum,archipresbyterum,vel quodcunque sit nomen.& similiter Laurent.& Cardi.dicēs quòd nomine prælati comprehenditur quilibet administrator habens perpetuum officiū,etiam si sit talis,qui ad nutū superioris possit amoueri.Sed intellige,modò habeat curam,iuxta prædicta,& non aliter.allegant cap.j.de sepultu.in glo.præalle.& xvj.quæstio.j.de præsentium.& addit Paulus quocunque nomine censeatur.de verborum significatione.quamvis clemē. j.de rescrip.& quod ibi no.. Ex qua glossa dicit se Cardina. obtinuisse quòd prouincialis ordinis Prædicatorum, & minister ac custos Minorum sunt prælati,& possint esse procuratores:quia clementina j.de procurat.loquitur de religioso non prælato:& similiter qui possunt esse delegati papæ.
¶ Primò autem quæritur quid requiratur ad hoc quòd aliquis sit prælatus clericorum vel religiosorum propriè? Et dico,vt patet ex dictis,requiri duo.scilicet quòd habeat curam cum iurisdictione ordinaria:ad quam iurisdictionem ordinariam secundum Panormitan.in dicto cap.cū ab ecclesiarum.requiritur electio per vniuersitatē vel collegiū clericorū vel religiosorū,& cōfirmatio,& quòd electus sit clericus. Vnde si vniuersitas secularis eligat rectorē,etiā clericum,tō

Universidad de Deusto
Biblioteca

non habebit iste electus iurisdictionem in secularem clericum. Vide ibi horum rationem. & intellige hæc de iure cõmuni aliàs ex speciali haberi potest iurisdictio ordinaria sine electione, vt infrà §. seq. ¶ Secundò quæritur, † quis dicatur prælatus propriè in ordine Prædicatorum, & consequẽter in alijs mendicãtibus? Et dico, vt patet ex dictis, quòd ibi est prælatus propriè magister generalis, & prior prouincialis & conuentualis, etiam si non eligerentur, sed aliter instituerentur: puta per diffinitorum authoritate apostolica: vt in simili patet in clementina, exiui. de verb. sign. non autem superior priore nec mortuo nec amoto: nec vicarius prioris: quia non habet iurisdictionem ordinariam: sed priore mortuo vel amoto superior videtur prælatus: quia habet iurisdictionem ordinariam licet iure speciali: & idem videtur de vicario conuentus, qui non fit nisi priore mortuo vel amoto.

3 ¶ Tertio quæritur, † vtrum spurius, qui non potest esse prælatus nec habere curam, possit esse vicarius aut magister nouitiorum, aut confessor monialium vel sororum de pœnitẽtia? Et dicit Per. de Palu. in inj. distin. xlj. quòd etiam ingressus religionem nõ potest habere curam iure ordinario, siue per electionem, siue per cõmissionem. Ex quo elicio quòd interdicitur ei cura ordinaria, non autẽ delegata: & consequẽter nõ potest habere officium, cui ordinaria cura sit annexa necessario: vt prioratus, prouincialatus, aut magistratus: vel etiam possibiliter, vt suppriorat⁹, aut vicariatus conuentus alicuius: quia ista aliquo casu dato sunt ordinarij iure speciali: potest autem esse vicarius prioris, etiam ab eo absente extra suos terminos: quia non habet ex hoc iurisdictionem nisi delegatam, & multo magis esse magister nouitiorum, & cõfessor monialiũ, & huiusmodi. Nec tamẽ sequitur quòd possit esse vicarius magistri supra priores ordinis respectu aliquorum conuentuũ, imò respectu vnius conuentus tantum: quia licet taliv non sit prælatus propriè, nec habeat iurisdictione ordinaria sed delegatã, ita tamẽ delegata quãtum ad aliqua est superior aliqua ordinaria, ad quam superius sine dispẽsatione promoueri non potest: puta ordinaria prioris conuentualis. Et idem suo modo intellige in alijs mendicãtibus. ¶ Quartò quæritur, † vtrũ negligẽtia prælati sit peccatum, & quale, & pro culpa teneatur negligẽs prælatus? Et dicit gl. in c. ea quæ. de offi. Arch. quod est peccatum mortale, quando est in omissione necessariorum ad suũ officium: vt visitationis, correctionis, & huiusmodi. Et secundũ Host. & Bern. in d. c. ea quæ, tenetur nõ solùm de dolo & lata culpa, sed etiam de leui quo ad damnum rerum ecclesiasticarũ & à fortiori quo ad damnum animarum. ¶ Quintò quæritur † vtrum prælatus agere omnia teneatur cum lus capituli cõsilio? Et dicit Panor. in c. nouit. de his quę fi. à præl. quòd negotia minora potest sine cõsilio. vt no. doc. in d. c. nouit. & Io. no. in c. fi. de ma. & obe. & l. ij. C. de iura. cal. quia rectores ex officio iniuncto explicant hæc minora vt in d. l. ij. & facit. c. edoceri de relcrip. Negotia verò ardua, causa rationabili existente, quam bonus vir arbitrabitur, potest sine cõsilio capituli: aliàs nõ. Vtrum autem possit agere sine capitulo, suprà Abbat. §. iij. & Panor. in c. edoceri. de relcrip. ¶ Sextò quæritur, † vtrum teneatur à subdito veniã petere, quãdo excessit in correctione? Et dico quòd nõ. l. xxxvj. dist. quãdo. quod intellige, nisi id fecerit à proposito: vt 3. Correctio primo. §. xiij. Vtrum prælatio sit appetẽda. 3. Episcopus. §. iij. Vtrũ verò bona eius sint obligata pro mala administratione, 3. Dos. §. xij. Et similiter vtrum prælatus possit per fugã deserere gregem, ibi. §. viij. Vtrũ autẽ possit refutare legatum factum ecclesiæ, suprà Alienatio. §. xix. Vtrum autem possit vnam ecclesiam vnire alteri: vide Panor. in c. sicut. de exes. præla.

¶ PRAEMIVM, vide suprà Dignitas. §. v. & sexto.

De Præscriptione primò in se.

1 *Præscriptio quid & quæ in ea requirantur iure canonico.*
2 *Possessio qualis requiratur ad præscriptionem.*
3 *Bona fides qualis requiratur in præscriptione.*
4 *Iustus titulus qualis esse debeat in præscriptione.*
5 *Præscriptio iurium & seruitutum, quid requirat.*
6 *Præscriptio quo tempore incipit currere, & quo finiatur n. 7.*
8 *Præscriptio à successore maioris an recte fiat.*
9 *Præscriptio in quibus casibus non currat. & nu. 10. & 11.*
12 *Præscriptio quomodo interrumpatur.*
13 *Præscriptione completa si superueniat mala fides, an debeat fieri restitutio in foro animæ.*
14 *Præscriptio completa contra non negligentem quo remedio tollatur.*
15 *Ecclesia an restituatur contra præscriptionem.*
16 *Præscriptione completa an adhuc agi possit contra alienantem rem alterius.*

PRAESCRIPTIO † sumpta communiter vt comprehẽdit etiam vsucapionẽ, est acquisitio dominij per continuationem possessionis per spatiũ temporis à iure diffiniti. ff. de vsucap. l. iij. Propriè verò vt ab ea distinguitur, est acquisitio dominij circa rem immobilem certò temporis spatio: quia ab vsucapione differt: primò quia præscriptio est circa immobilia: vsucapio verò circa mobilia. xvj. q. iij. quas actiones. secundò quia vsucapio triennio completur non autem præscriptio. aliàs quæcunq; dicuntur de præscriptione, suo modo intellige in vsucapione. ¶ Est autem secundum Ray. præscriptio duplex: vna scilicet temporis longi. id est, decem annorum inter præsentes, aut viginti inter absentes. & dicuntur præsentes, id est, existentes in eadem prouincia vel melius hodie in eadem ciuitate, secundum Accurs. vt not. gloss. in l. cum in longi. C. de præscriptione longi temporis. quia sicut olim singulæ prouinciæ, ita hodie singulæ ciuitates habent sua regimina alia verò temporis longissimi, vt xxx. vel xl. annorum. de quo infrà §. vij.

¶ Primò verò quæritur, quot & quæ requirantur ad præscriptionem secundum iura canonica? Et dico quòd quatuor secundum omnes doctores. ¶ Primò enim requiritur possessio rei præscribendæ continua sine interruptione vsq; in finem præscriptionis. extra eodem. illud. xvj. quæst. iij. §. potest. & regula, sine possessione. de regulis iuris. lib. vj. Et si interrumpatur possessio, interrupta est præscriptio. xvj. quæstio. iij. §. potest extra eodem. illud. etiam si interruptio fiat ciuiliter per litis contestationem, secundum Dire. & Ioan. And. de regulis iur. sine possessione lib. vj. Quod limita de possessione quam quis habet suo nomine, non autẽ alieno, vt colonus, & qui precario, & huiusmodi, qui non propriè possidẽt, sed illi quorũ nomine possidẽt. de resti. spo. cum venissent. & in gloss. c. clerici. xvj. quæst. iij. limita etiam quo ad interruptionem: nisi duret bona fides, & sequatur recuperatio: quia si interrupta possessione, quando possessor recuperat, est bonæ fidei: nihilo minus præscribit. C. de præscriptio. xxx. annorum. l. finali. vide etiam §. sequen. ¶ Secundò, vt patet in regula, possessor. in sexto. requiritur bona fides præscribentis, id est, fides, quia possidens rem perscribendam credat esse suam, vel tradentem habere dominium ejus, aut ius distrahẽdi: licet erret facto. ff. de verborũ significatione. l. bonæ fidei. Quod limita verum in præscriptione, vbi requiritur aliquis actus positiuus: secus vbi nullũ factum requiritur: vt in præscriptione liberratis, cõtra rusticam seruitutem: quia licet sciam me tibi debere seruitutem eundi: præscribere ra-

men possum libertatem, ex quo nihil facio quòd sit peccatum: vt tenet Barto. in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucapio. & Panorm. in cap. fi. ff. de præscrip. & idem die de præscriptione actionis personalis merè pœnalis: vt in rapina respectu quadrupli: quæ actio est vsq; ad annum: post annum respecta simpli. Insti. de vi bono. rap. in princip. Vide etiam infrà, §. xiij. ¶ Tertiò requiritur titulus iustus. extra eodem. si diligenti. Hoc autem limita verum esse, scilicet quòd requiritur titulus, primò quando præscribitur vsufructus: vt infrà §. iij. quando præscribitur seruitus, qua persona obligatur ad aliquod seruitium: quia cùm sit aliquid graue, necessariò requiritur ad illud præscribendum titulus vel lapsus longissimi temporis: & sic potest intelligi l. cum de in rem verso. ff. de vsur. & no. Dyn. in dicta regula, possessor. tertiò secũdum Ioã. Andr. in dicta regula possessor, quando ius commune vel præscriptio est contra possessorem: quia tunc necesse est allegare titulum, & probare, nisi allegetur præscriptio tanti temporis, cuius contrarij non sit memoria. extra eodem, ejs fcopum. lib. vj. aliàs sufficit bona fides. Et has tres limitationes etiam habet Panorm. in cap. de quarta. eod. ti. ¶ Quartò limito secundum Archi. post Sum. Confes. de titulo vero vel præsumpto: non autem de vero tantum: quia si titulus sit verè iustus, non requiritur præscriptio, nec est necessaria: addẽdo ex Veruec. quòd præscriptionẽ de iusto titulo potest quis habere secura conscientia, quando nihil probabiliter innotescit illi de contrario. Est autem titulus iustus secundũ Veruec, omnis actus, per quem solet acquiri dominium: vt si verus dominus tradat rem: aut quia soluitur ei vt debitũ, aut quia emit, aut quia est hæres institutus: aut intra res hereditarias habuit, aut donatum est ei: aut per transactionẽ recepit, siue pro derelicto habitã occupauit: aut legata est ei, aut data à viro in dote ex parte vxoris: aut p̃ socio: quia scilicet soluta societate & facta diuisione cedit in partem alteri aliqd eorum quæ bona fide possidebant alienum: aut pro suo: vt cum quis inter multa sua habet aliquid alienum quod credit suũ. Vide etiã infrà, §. iiij. ¶ Quartò requiritur quòd res talis sit quòd possit præscribi. de quo tri. sequẽti agetur. ¶ Potest addi quintò requiri quòd possessor possit præscribere: sed hoc nõ est necesse, cum intelligatur in primo requisito: quia omnis possidens suo nomine præscribere potest, secundum Direc. ¶ Et sextò posset addi quòd requiritur persona contra quam præscribatur: sed non est necesse, quia hoc intelligitur in quarto requisito. ¶ Secundò quæritur, † quid iura velint de dicta possessione requisita ad præscriptionem? Et dico multa. ¶ Primum. Sicut dicit regula iuris, sine possessiõe præscriptio nõ procedit. Et vbi dicitur, possessione. gloss. addit vel quasi possessione: quia incorporalia, quæ non possidentur, sed quasi possidentur, præscribuntur. de eau. pos. c. cum ecclesia. vbi etiam dicitur, præscriptio. gloss. addit nec vsucapio. ff. de vsucapio. l. iij. Vbi etiam dicitur, non procedit regula: ita tenet exponitur id est, non continuatur: quia, vt dicit gloss. si interrupta est possessio, interrupta est præscriptio. Dyn. tamen exponit, non procedit, id est, non inchoatur, licet inchoata quandoq; continuetur. ¶ Secundum. Licet autem ad præscribendum vsumfructum non requiratur possessio ciuilis, sed sufficiat naturalis seu corporalis. l. fin. C. de præscript. longi tempo. & not. Panorm. in capit. ad audientiam eodem titu. tamen in alijs vbi præscriptio ad acquisitionem rei vel iuris requiritur, secundum Gloss. possessio de facto & de iure: intellige præsumpto: & requiritur naturalis & ciuilis simul, vel ciuilis tantum: nec sufficit naturalis tantum, vbi aliàs ciuiliter possidet. & sic intellige text. cum gloss. in cap. cautam. eod. ti. De hoc plenè per Dyn. in dicta regula. Quod autem dictum est, possessio ciuilis, exponit gl. in d. c. causam. & Ioã. Andr. in dicta regula id est, quòd si talis persona, quòd possit legitimè de iure cõmuni possidere, quod non ideo dicitur quasi ciuiliter possideat quicunq; potest iure communi possidere: aliàs quin quilibet quilibet ciuiliter possideret: sed quæ cum possessione facti requiritur possessio iuris vera, vel saltem præsumpta: quæ nũquam est vbi ius cõmune repugnat: vt cum laici de facto possident decimas & spiritualia. ¶ Tertium. Vbi autem præscriptio inducitur solùm ad extinguendum ius alterius, & ad defensionem cõtra ius alteri cõgruẽs, tũc tali defendenti nõ est necessaria vera possessio vel quasi: aliàs præscribi nõ possent actiones personales, contra l. secundam. C. de consti. pecu. & contra l. licut. C. de præscript. xxx. anno. quia nemo verè eas possidet, nisi cui verè cõpetant: vt no. Inn. in c. in literis. de reiti. spol. Et hæc est distinctio Cald. in c. eũ non liceat. eo. ti. ¶ Quartum. Possessio longissimi temporis, de cuius initio memoria non extat, habet vim tituli, secundum Ioan. And. in c. præben. lib. vj. quando capacitas datur in exercente: aliàs non: Vnde laicus quantuncunq; exercuerit actum spiritualem vel alicuius ordinis, nunquam tamen potest illum præscribere. ¶ Quintũ. Qui præscriptionẽ probat, secundum Glos. communiter probatam in c. volumus. xvj. q. iij. nõ tenetur probare se cõtinuè possedisse, cùm sit impossibile, sed sufficit, p̃bare quòd à principio possidet, & in fine, & quãdoq; in medio. Sed secũdum Bar. in l. Celsus. ff. de vsucap. sufficit probare initium possessionis, & allegare nunc possessionem de presenti. Vide Panorm. in c. accedẽtibus. de priuil. ¶ Tertiò quæritur, † quid iura velint de bona fide præscribentis? Et dico multa. ¶ Primum. Bona fides in præscriptione requisita secundum leges non requiritur in præscriptione triginta annorum vel suprà. xvj. q. iij. §. potest. & cap. vigilanti. eod. ti. & C. de præscrip. xxx. annorum l. cum notissimi. & l. si quis emptionis. sed neq; in præscriptione viginti annorum & infrà, secundum Veruec. requirebatur quo ad totum tempus præscriptionis: vt in d. §. potest. & d. l. cum notissimi. sed solùm quo ad principium ejus. C. de præscript. longi temp. authen. malę fidei. sed d. cętę leges sunt correctę. extra eo. c. fin. secundum Rayn. Host. Innocen. & Bernard. & requiritur in qualibet præscriptione, & in qualibet parte temporis quo præscribitur: vt in d. c. fi. & d. c. vigilanti. & in regula, possessor. de reg. iur. lib. vj. Et si videatur dicere aliqui doctores quòd spatio quadraginta annorum præscribatur debitum, etiam ab eo qui sciebat se debitorẽ, potest intelligi verum quando ex tali sciẽtia non constituitur malę fidei possessor: puta qa ex rationabili causa putabat sibi remissum: quod tamẽ in dubio non præsumitur, nisi ex amicitia vel parentela, aut alia cõiectura hoc ostẽdatur. arg. l. cum quidam. §. diuus. ff. de vsucap. l. Procula. ff. de probati. l. si seruus. ff. de donat. inter virum & vxo. in gloss. quia nemo æstimatur rem suã iactare. ff. de proba. l. cum de indebito. ¶ Secũdum. Non est quis in dicta bona fide ex ignorãtia iuris, sicut est ex ignorantia facti: vt si quis credat pupillum, vel eũ, qui habet curatorem, rem suam posse alienare sine authoritate tutoris aut curatoris ff. de vsucapio. l. nunquam. secundum Ray. & gloss. eius & Vlde. Vnde errans in iure non præscribit. l. j. §. ũ à pupillo. ff. pro empto. & l. nunquam. la secunda. ff. de vsucapio, secus si erret in facto. argumen. l. quod vulgo. ff. pro empto. Quod verum limita primò de mente Innocen. quando ignorantia non est probabilis propter iuris obscuritatem vel dubietatem: aliàs secus: quia dicit in cap. fi. diligenti. eodem tit. quòd possidens contra ius non præsumitur bonæ fidei possessor, nisi sit possessio longi temporis, vel probabilibus rationibus fuerit acquisita. facit cap. cùm ecclesia Sutrina. de

Universidad de Deusto
Biblioteca

causa possessio.& propriet.Ex quo patet quòd si ius, in quo errarur,est dubium,excusat error in præscribendo.& facit text.in c.cum dilectus.de consuetu.& ibi Panorm.& secundò de mente Bart.quando ignorantia est circa ius quod prohibet actum aliàs secus : quia dicit in l.si fur.ff.de vsucapio. & in l.sed & si.§.scire.ff.de petitione hæredita. Et refert Pano. in cap.grauis.de restitutio.spoliato.quòd faciens contra iura prohibentia aliquem actum,etiam ex errore,non præsumitur in bona fide.& sic intelligit glossa in dicta l.si fur. quòd error iuris impedit vsucapionem.intellige, nisi ius sit obscurum vel dubium : erratus autem contra iura actum quidem non prohibentia,sed tamen actui non assistentia:puta testamentum non solenne, non approbatur à iure vt valeat, non est in mala fide. dicto §.scire. Et tertiò de mente Hostiens. quando error iuris est merus , non mistus cum errore facti: aliàs secus:quia dicit in cap.cura.de iure patrona.quòd error mistus scilicet iuris & facti non tollit bonam fidem. Et dat exemplum in donatione rei alteræ facta vxori, qua vir non est effectus pauperior : vt quia ex ipsa re non tenetur commodanti vel deponenti : vel quia dominus consensit : quam vxor credit valere:quia vsucapiet.l.si vir vxori.ff.de donatio. Sed hæc limitatio est vera, quatenus cõcurrit aliqua præmissarum.¶ Tertium. Non est etiam in dicta bona fide, secundum aliquos, qui habet conscientiam læsam, id est, dubiam dubitatiõe firma ex iusta causa dubitãdi,an res sit sua nécne. Pro quo scito quòd talis, secundum Direct.adhuc est bonæ fidei,& præscribit, licet debeat diligenter inquirere: & si rẽ alienam esse inuenerit,restituere.& idem Glossa in cap.finaeodem tit.cuius opinionem tenet panor.ibi, dicens eam esse communem. Sed dominus Anto.in dicto cap.fin.dicit quòd talis non est in bona fide,nec præscribit:quia iura requirunt nedum quòd nõ sit in mala fide, sed etiam quòd sit in bona, in qua talis non est.quod limitandum videtur,quando dubitatio est firma & probabilis:secus quando mera curanea seu vacillans & scrupulosa:quo casu,si ei non consentiatur,bonæ fidei non obsistit.de sentent.excommuni.c.inquisitioni.& de hære.cap.j.Summa autem Rosel.& Supple.in distinctè hanc secundam opinionem sequuntur,sed malè:quia eã in aliquo sensu euertit d.cap.si virgo, vbi expresse dicitur quòd in iure prædiorum cãdiu quisq; bonæ fidei possessor rectissimè dicitur,quandiu te possidere ignorat alienum:cum verò scierit,nec ab aliena possessiõe recesserit,tunc malæ fidei perhibetur.Hęc ibi.Et præterea ipsa Sũma Rosel.in verbo Restitutio. vij.§.xix. expresse tenet oppositum in simili. Summa verò Angel. distinguens dicit primam opinionem esse verã in foro contentioso,secundam verò in pœnitentiali.Et bene diceret , si talis esset in bona fide solùm præsumptione iuris, quę in conscięcia non habet locum contra veritatem: sed qa rectè id est, verè est in bona fide, per capitul.si virgo xxiij. q.ij.ideo etiam in conscięcia illa opinio est vera. Et ideo distingue cum Bartol.qui in l.naturaliter.ff. de vsucapio. dicit quòd talis à principio non præscribit:quia non habet bonam fidem,licet nõ habeat malam:sed talis defectus,id est,dubitatio, superueniens scilicet post bonam fidem priorem, non extinguit vsucapionẽ:sed requiritur vt firmiter credat quòd scilicet est certum se esse malæ fidei possessorem . allegans Innocent. in dicto c.fin. Quod etiam clarè probat dictus c.si virgo.quod loquitur de virgine,quę à principio nupsit ignoranter alieno viro , quę si hoc semper sciat , nunquam est adultera,sed solùm ex eo tempore quo hoc scit : & sumitur ibi scientia pro certitudine,de qua suprà Matrimonium.viij. §.xiij.& deinde dicitur esse simile de præscriptione. Et si ibi sumatur scientia aliter,multo fortius hoc erit verum.Quod etiam probat ratio : quia cùm dubitatio æqualiter mediet inter contradictorias opiniones, si vni superuenit , eam non tollit plus quàm aliam:& cęteris paribus fauendum erit illi, quę prius inerat,& potior erit conditio possidentis. ¶ Quartum. Non est etiam in bona fide quantum ad hoc vt possit præscribere semper is,qui accipit ab eo , qui est in mala fide: quia,vt dicit Direct.lib.ij licet mala fides tradentis non noceat accipienti in præscriptione xxx. aut xl. annorum . dicto §.potest. & dicta l. in quis emptionis. secus in præscriptione annorum decem aut viginti: vt in dicta authent. malæ fidei. Item quando res fuit furto aut vi possessa, nisi redierit postea in liberam potestatẽ domini. Aliàs autẽ mala fides principalis authoris non nocet præscribenti. Instit.de vsucapio.§. furti.cum sequen.¶ Quintum. Qui aliquo tempore præscriptionis habuit conscientiam læsam per malam fidẽ,& postea incipit eam reformare & habere non læsam,secundũ Dre.nõ interrũpit præscriptionem:quia erronea fuit illa conscientia,& cõsequẽter deponenda.de simo.c.per cuas.& noe. gl.in d.c.fin.& idem Innoc.& Vin.& Phi.& Bart.in d.l.naturaliter.dicens quòd ad hoc quòd mala fides superueniẽs præscriptionem interrumpat,oportet eam superuenire irreuocabiliter:alioquin non impedirur vsucapio,secundum quod iura ciuilia volunt.Sed Pan.in d.c.fi.post Host.tenet contrarium,quòd superueniẽtia malę fidei cõquassauit præscriptionem.& probat per d.c.finale,quodvult vt præscribẽs in nullo tempore intermedio habuerit cõscientiam rei alienę.&facit d.c.fi virgo.Vnde secũdum Canones talis aut nũquã præscriberet,aut incipiet præscribere à tempore,quo per legitima indicia superuenit bona fides.Et hoc est indubitanter verũ, si fuit læsa per opinionem probabilem:quia dicta conscientia læsa non fuit erronea & deponenda , cùm fuerit vera & probabilis:sed potius erronea fuit reformata,licet non fuerit deponenda,si indicia erant probabilia:secus si fuisset læsa per dubitationem tantum, vt particula priore dictum est. ¶ Sextum. Vtrum in conscientia tenere possit rem præscriptam,qui eam iustè præscripsit, licet postea cognoscat eam fuisse alienam.dic quòd sic,vt infrà,§.xiij.¶ Quartò quæritur,† quid iura velint de iusto titulo ad præscribendum requisito? Et dico multa.¶ Primum. Titulũ præsumptiũ ad præscribendum aliquando necessarium dat fama,vt not.in cap. inquisitioni.de sententia excommuni.& de præscript.c.cum contingat.& per Bart.in l.ij.C.si ser.vel liber.& in l.Celsus.ff.de vsuca. Vnde si fama erat quòd res fuit legata,vel quod tale quid fiebat per priuilegium papæ tempore belli deperditum: & huiusmodi currit præscriptio:vt not.in l. quod vulgo.ff.pro emp.quia sic fit titulus iustus,sicut in eo,cuius procurator dixit se emisse.Et generaliter secundum Veruec.vt dictum est,quando nihil probabilitatis innotescit de contrario.intellige primò si quis sit in possessione ciuilis: & secundò de titulo generali : puta pro suo:non de speciali , puta donatione vel emptione,nisi distinctiuè.¶ Secundum. Titulus pro suo,quia scilicet inter multa sua aliquis habet aliquod alienum quod suum credit,secũdum Host.nunquam dat causam præscribendi,nisi prętẽdatur aliquis alius ex dictis C.de vsur.l.Celsus.sed melius dicit Archiepiscopus post Sum.Cõl. quòd sufficit titulus præsumptus,qui secundũ Veruec.hoc est si nihil habeatur in cõtrarium,& hoc tene:quia titulus , etiã præsumptus specialiter nõ requiritur,nisi in vsufructu & seruitute personali:& quando ius vel præsumptio repugnat,vt dictum est.¶ Tertiũ. In re mobili oportet iustum titulũ interuenire à principio:aliter nunquam præscribit:quia sine titulo contra voluntatem domini cõtrectans,furtum cõmittit,& consequenter est furtiua.& consequenter à nullo præscribi

scribi vel vsucapi potest.Iusti.de vsuc.§.quod autem.secus in re immobili:quia quamuis mala fides fuerit in prime possessore,potest tamen bona fide aliorum præscribi.¶ Quartum. Licet vsusfructus sit ius corporale.l.j.in fi.ff.ad l.fal.& seruitus quędam in rebus alienis.l.j.ff.de vsufruc.accretin eo tamen præscribendo titulus requiritur:aliàs non præscriberetur spatio decem aut viginti annorum:vt probatur in l.fi.C. de præscri.lon.tem.Vnde dicit glo.in l.corruptionem. C.de vsufruc.quòd si etiam vsusfructus consistit in re mobili : tamen actio personalis ad ipsam non tollitur triennio . Et idem videtur dicendum in acquisitione ipsius:& etiam in acquisitione cuiuscunque rei immobilis non procedit præscriptio sine titulo,nisi sit longissimi temporis.C.de præscript. xxx.an.l.si quis emptionis.Dico tamen quòd fructus, qui ex agro alieno bona fide capiuntur,vsucapiuntur triennio.text. est in l.sequitur.§.fructus.ff.de vsuc.& ibi per Bart . quia ibi non agitur de præscribendo iure.Et ideo cùm dicitur quòd teneatur restituere fructus exantes,in c.grauis.de resti.spol. intellige nisi possessor triennio bona fide possiderit. Vide Pan.in c.de quarta.eo.tit. ¶ Quintò quæritur,† quot & quæ requiruntur ad præscribendam iura seu seruitutes quæ habent causam continuam vel quasi? Et dico quòd quinque. ¶ Primò bona fides , id est , quòd quis vsus fuerit eo animo quòd vsus fuerit iure suo,& quòd potuerit etiam aduersario contradicente. Secus si causa amittitiæ : quia nunquam præscribet.l.fi.ff.quemadmod.ser.amitt.& l.qui in iure familiaritatis.ff.de acqui.possef.¶ Secundò tempus debitum, vt j.§. vlt.¶ Tertiò quòd vsus fuerit sciente aduersario.l.ij.C.de ser. vbi glo.& Doc.& patiente.l.quoties.la ij.ff.de seruit.quia scientia & patientia aduersarij in iuribus incorporalibus constituit quasi possessionem:ideoq; sine ipsa præscribi non potest,nisi sit tempus longissimum,id est,triginta vel quadraginta annorum,secundum Pau.de castr.in l.ij.C.de ser.Item nisi habuisset præscribens titulum ab aliquo tertio,qui eam vt dominus illius fundi concessit:quia se ignorante domino præscribi potest,vt no.Cy.tenere Per.in l.ij. prædicta.quod notandum est pro illo dicto,quòd in incorporalibus non est dare quasi possessionem sine scientia & patientia aduersarij, vt in pascuis,aquæ ductu,iurisdictione piscandi,& huiusmodi. ¶ Quartò in negatiuis puta altius non tollendi , requisita prohibitio.no.gl.in l.quæ luminibus.ff.de ser.vrb.præ.& prohibitio debet esse ex parte prætendentis seruitutem. ¶ Quintò quòd sit dominus fundi,cuius seruitus est acquirenda. ¶ Sextò quæritur,† quo tempore incipit currere præscriptio? Et dicit Rayner.quòd in actione realı, in qua quis rem suam prosequatur apud detentorem:vel personali,qua scilicet contra personam agitur ex aliquo contractu vel quasi, aut ex maleficio vel quasi non incipit currere,nisi ex tempore,quo quis potest agere iure non impediente.Et sic filiofamilias non currit præscriptio in aduentitijs,nisi ex quo libertatem est à patria potestate . Nec mulieri in dote nisi soluto matrimonio,vel marito ad inopiam vergente : quia cum ex hac dote repetere possit,si non repetit,currit contra eam præscriptio.Nec creditori,nisi extante debiti conditione:sicut si promisi tibi centum si nauis mea venerit ex Africa, non currit præscriptio tibi,nisi cùm venerit nauis,& dies solutionis.C.de præscri.xxx.anno.l.cùm notissimi. ¶ Septimò quæritur,† quanto tempore oportet currere præscriptionem? Et dico quòd in præscriptione longi temporis requiritur tempus x.aut xx.annorum,secundum Ray.Gof.& Host. vt dictum est:in ea verò quæ est temporis longissimi,requiritur spatium xxx.vel xl.annorum.xvj.q.iij.§.potest.quod intelligę contra laicos & priuatas personas:quia contra ecclesiam nec laicus,nec alia ecclesia præscribit nisi spatio xl.annorum:imò contra ecclesiam Romanam nisi spatio centum annorum.xvj.q.iij.quas actiones.&.c.nemo.¶ Sed pro intelligentia horum dico multa.¶ Primum.Contra ecclesiam Romanam non currit,vt dictum est,præscriptio minor centenaria.quod intellige in spectantibus principaliter,& non secundariò ad illam.secundum glo.in c.ad audientiam.eo.tit. Vnde hoc priuilegio gaudent generaliter omnia immediatè pertinentia ad dispositionem papæ,vt ecclesia Lateranensis,& res eius,& exemptio,vt tenet Io.And.in reg.scienti.lib. vj.in mercu.& no.Pau.in cle.si queos.de excel.prælа.& Pan. in d.c.ad audientiam.Fallit hoc c.ij.§.j.eod.tit.lib.vj.vbi catholici præscribunt contra ecclesiam Romanam bona hæreticorum,qui in vita ignorabantur esse hæretici,si ea xl.annis bona fide possederunt:nec potest Romana ecclesia petere restitutiorem,vt ibi patet:vbi prohibetur omnis molestia post præscriptionem. ¶ Secundum . Contra ecclesiam verò inferiorem Romana si præscribatur à priuato vel ab alia ecclesia quo ad immobilia corporalia & incorporalia iura habentibus continuam causam vel non habentibus requiruntur xl.anni.extra eo.de quarta.&.c.j.eo.tit.lib.vj.sed tamen requiritur titulus , sed sufficit bona fides , nisi fit contra ius commune.quia sic requiritur titulus verus aut putatiuus,extra eo.si diligenti.aut tempus,de cuius initio memoria non est.d.c.j.Flit quod dictum est eo casu quo ius ciuile exigit in præscriptione contra priuatum tempus,de cuius initio memoria non extat : quia tunc multò certius requiritur illud tempus in præscriptione contra ecclesiam,nec sufficiunt xl. anni.¶ Tertium.Quo ad mobilia , secundum Pan.in c.cùm dilecta.de confir.vti.vel inuti.contra ecclesiam Romanam non habet locum vsucapio triennalis:quæ tamen habet locũ contra alias,nisi in rebus,quæ alienari non possunt sine debita solennitate,de qua §.Alienatio.¶ Quartum.Currunt etiã cõtra eam præscriptiones iudiciales,secundum Pan.in c.fi.de in integ.resti.vt quòd post decennium non appelletur,& huiusmodi:sed restituuntur,sicut & minor iure speciali,vt in d.c. fi.& l.j.C.si æpius in integ.resti.fue.po.& ibi Bart.sequitur. ¶ Quintum.Si etiam laicus habet rem communem cum ecclesia & indiuisibilem,secundum Pan.in d.c.de quarta.requiritur quadragenaria præscriptio propter ecclesiam,ar.l.fi cõmunem.ff.quemad.ser.amit.fin tamen ius ecclesiæ remanere potest illæsum,secundum Io.And.in c.vnico.de in.pa.præscriptio communis contra laicum sufficeret.facit quod no.in c.ad audientiam.eo.ti.& xvj.q.iij.nolumus.¶ Sextum. Si autem res cùm esset laici,incœpit præscribi ab aliquo,& deinde venit ad ecclesiam,non requiritur quadragenaria præscriptio secundũ cõmuniorem & veriorem opinionem , vt dicit Pan.in d.c.de quarta.sed pro præteritovtetur priuilegio priusti,& pro futuro tempore priuilegio suo,ar.in l. fi.cus.la j. ff.de in.fil.Et ideo si cõtra priuatũ præsentem cucurrerunt quinq; anni antequam veniret ad ecclesiã,postquãvenerit ad ecclesiã,sufficient xx.Et idem in similibus priuilegiatis facit auth.si quis C.de præscri.lon.tem.¶ Septimum . Res autem patrimoniales clericorum quadragenario isto priuilegio nõ gaudent:sed communi spatio præscribuntur,sicut & alię laicorum,secundum gl.in c.possessiones.xvj.q.iiij.& in c.quanquam.de cen.li.vj.& Spe.in ti.de resti.in integ.tenet quòd restitutionem petere non possunt, si fuerunt læsi in talibus, sicut faciunt in læsione in rebus ecclesiæ.Et iura quæ dicunt bona clericorum gaudere eodem priuilegio , quo bona ecclesiæ debent intelligi quo ad defensionem. allegat caput, ecclesiarum seruos.xij.q.j.& facit quod dicit Per.& Abb.in capite,cùm sit . de foro compe . scilicet quòd raptores præfatorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

fatorum bonorum non conueniuntur coram iudice ecclesiastico: quia priuilegium non debet extendi nisi in casibus iure expressis: & idem do. Ant. nisi sit eadem omnino ratio cum expressis à iure. ¶ ...ctuum. In legatis autem ad pias causas habet locum solum præscriptio xl. annorum, secundum glo. in auth. de eccle. §. pro temporalibus. & xvj. q. iij. c. pen. ¶ Nonum. Contra hospitalia autem & alia pia loca requiritur præscriptio xl. annorum, sicut contra ecclesiam, vt est tex. in l. omnia priuilegia. C. de epis. & cle. & no. Io. And. in cap. j. de restit. in integ. lib. vj. ¶ Decimum. Contra principem distinguit Panor. in c. cum nobis eod. titu. sic: Aut sunt bona reseruata principi in signum subiectionis, vt in tributo vel censu: & sic nullo tempore currit. l. copetit. C. de præscri. xxx. anno. vel in signum singularis priuilegij aut dominij vt legitimare spurios, creare notarios, exigere vectigalia & pedagia, & huiusmodi: & sic requiritur scientia Principis, & tantum tempus, de cuius initio memoria non existat, vt est tex. in c. super quibusdam. de verb. signi. & per Bar. in l. cunctos populos. C. de sum. Trini. & l. si publicanus. ff. de publi. & in j. ff. de aqua plu. arcen. Aut sunt bona pariter possedibilia: & si sunt Principi incorporata, requiritur spatium xl. anno. vt in d. l. competit. & sic procedit glo. in §. fisci. Iustic. de vsuca. Si verò non sunt incorporata, sed duntaxat delata tanquam vacantia, seu quia causa publicata, tunc in delatis propter vectigal non solum sufficit tempus quinq; annorum, vt l. ij. C. de apostat. in alijs verò si præcesserit denuntiatio, sufficit tempus xl. annorum: vt l. intra quatuor. ff. de diuer. & tempo. præscri. Si verò denuntiatio non interuenit, sic si habuit bonam fidem tantum, requiritur tempus viginti anno. l. in omnibus. ff. de diuer. & tempo. præscri. Si autem vltra bonam fidem habuit titulum: sic sufficit tempus x. annorum. & sic loquitur. l. quanuis. ff. de vsuca. & not. Bar. in d. l. in omnibus. ¶ Vndecimum. Contra quoscunq; autem alios à prædictis distingue. ¶ Nam aut sumus in actionibus personalibus: & sic requiritur spatium triginta annorum, quod Pan. in c. causa. de cauf. propriè. & posſimitat. verum ...ſi quando concurrit sola pati...tia: secus si cùm patientia interueniſſet illa: vt est tex. in l. Procula. ff. de proba. vbi ex taciturnitate longi temporis præsumitur dimissum fideicommissum debitum, si sæpius de alijs debita ratione non sit habita mentio de fideicommisso. ¶ Aut sumus in rebus corporalibus immobilibus: & si sic possideo cum titulo, requiritur spatium x. annorum inter præsentes continuè, & viginti inter absentes. l. fi. C. de præscri. lon. tem. Siverò parcim fuit præsens partim absens, duplicabitur tempus absentiæ totum. authen. quod si quis in quibusdam. C. de præscri. lon. temp. sine titulo verò cum bona fide & reliquis præscribitur xxx. annis: vt in c. sanctorum. eo. tit. xvj. q. iij. placuit. & l. si quis emptionis. C. de præscri. xxx. an. ¶ Aut sumus in corporalibus, vt sunt iura & seruitutes: & sic non requiritur titulus, sed solum vsus, sic distinguendo: quia aut sumus in seruitutibus: & tunc si habent causam continuam vel quasi, regulariter præscribitur longo tempore, id est, decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes. text. est in l. fi. C. de præscri. lon. tem. & in l. ij. C. de serui. vbi glo. & Doct. hoc no. Siverò seruitus habet causam discontinuam, vt seruitus viæ, & seruitiorum extraordinariorum præstatio: tunc regulariter non præscribitur: vt est tex. in l. seruitutes. la iiij. ff. de serui. & ibi per Doc. Fallit primò quando quis vsus est tanto tempore, cuius contrarij memoria non existit. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æsti. & no. gl. & Doc. in d. l. seruitutes. tempus autem centum annorum est tempus, de cuius initio extat memoria: vt tenet do. Ant. in c. veniens. de testi. & Car. in c. si diligenti. de præscri. Fallit secundò quando haluit titulum concessionis à dño: quia præscribitur decem annis inter præsentes: & viginti inter absentes: vt no. gl. in d. l. seruitutes. Et tertiò si præscribitur quando habuit verum titulum à tertio, id est, per x. annos inter præsentes, & xx. inter absentes. l. si. C. de præscri. loo. tem. secundum Paul. de Cast. in d. l. seruitutes. Est tamen differentia in præscribendo vrbanam & rusticanam seruitutem: quia rusticana perditur per non vsum: vrbana autem non, nisi simul alius vsucapiat libertatem: puta, habeo feneſtras, quas licet obstruam, non perdo ius: sed si alius per idem tempus altius eleuat murum suum. sic amitto. Probantur hęc in l. hęc autem iura. ff. de serui. vrba. prędi. Quid autem sit seruitus vrbana & rusticana: videſ. Seruitus. §. j. Dicitur autem seruitus habere causam continuam vel perpetuam, quando est in vsu actualiter & potentialiter: vt seruitus aquęductus, & alius non tollendi, & huiusmodi. Ratio, quia licet à principio requiratur factum hominis, non tamen semper: quia postquam aqua est deriuata in canale, facto naturę continuatur, & per seipsam semper fluit: vt in seruitute tigni immuncti, vel oneris ferendi, quod postquam semel est immissum, continuatur. Aliquando verò dicitur habere causam quasi continuam vel quasi perpetuam: quando scilicet est in vsu continuo seu perpetuo potentialiter, sed non actualiter: vt seruitus stillicidij, vel ductus aquę ex cœlo cadentis. Ratio, quia licet non semper exerceatur actu, tamen est apta nata semper exerceri sine facto hominis: ita cùm pluit, stillicidium est semper aptum recipere aquam sine facto hominis, postquam stillicidium est: & idem in iure eligendi, & percipiendi decimas ex agro. Aliquando verò dicitur seruitus habere causam discontinuam, quando scilicet nec actu nec potentia est semper in vsu, sed necessario requiritur factum hominis, quod non potest esse continuum: vt est seruitus itineris, viæ, & similium. Hoc notatur per gl. & Doc. in l. seruitutes. la ij. ff. de serui. & in l. foramen. ff. de seru. vrba. prędi. Aduertendum est autem quod seruitus amissibilis per non vsum, si habet solum interualla dierum vel noctium tantùm, vt spatij breuioris, præscribitur x. anuis inter præsentes, & xx. inter absentes: sed si habeat interualla annorum vel mensium, requiritur tempus duplicatum quo ad præsentes, id est, xx. annorum: quo ad absentes verò, licet sint opiniones, verius tamen est quòd etiam duplicatur, secundum Io. Gl. in l. fi. C. de serui. quem sequuntur communiter Gl. Accur. Bar. & Bal. & Doc. ibi. & Inn. in c. de quarta. eo. tit. quia hoc proultima opinione ponit, quę est sua, nota gl. nota in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Trebel. vbi dicitur quòd vltima opinio in dubio tenenda est. Nota etiam quòd dicta duplicatio non habet locum in præscriptione xxx. vel xl. annorum, nec in præstatione annuaiv vult Gl. in d. l. cùm notissimi. C. de præscri. xxx. ann. Et dicitur habere interualla dierum vel noctium, quando alternis diebus vel duę sequę nocte mihi licet, & tibi altero die &c. annorum autem vel mensium, quando de quinquennio in quinquennium: vel de anno quolibet vna die vel pluribus licet ducere aquam. ¶ Aut sumus in seruitute, quæ debetur à re personæ: vt vsusfructus, vsus, iurisdictio, & huiusmodi: quæ licet requirant factum hominis, tamen non dicuntur habere causam discontinuam: quia animo possideri possunt, qui est continuus. licet actus hominis sit discontinuus: non sic autem in seruitute, quæ rei debetur à re, cùm res animum non habeat. Istæ ego seruitutes, quæ debentur personæ à re, longo tempore præscribuntur, cum titulo tamen vero: quia habent similitudinem ei dominio, quod sine titulo lõgo tempore nõ præscribitur: vt est casus in l. vlt. in fi. C. de præscri. lon. tem. Et intellige de titulo habito à nõ domino: quia si à domino, præscribere non oportet.

oportet. ¶ Aut sumus in seruitute personali, quæ debetur personæ à persona: & sic præscribitur aliquando quinquentio, quando scilicet pater tempore mortis gessit se ...p libero non in fuga, nec latitans, sed bona fide: quia post quinquennium elapsum, in quo filius nõ est status controuertiam passus, efficitur liber. no. Panor. in c. licet. de coniug. ser. in persona verò propria requiritur tempus decem annorũ, cũ bona fide: nec requirit titulus fauore libertatis: vt in l. ij. C. de præscrip. longi temp. aliàs seruitus omnis personalis cùm sit continua propter animum, qui non potest esse in seruitute reali sine titulo, requiritur tempus longissimum: id est xxx. anno. vt notat Cy. in l. ij. C. de ser. & aqua. cum tituloverò per decem inter præsentes, & viginti inter absentes. ¶ Aut sumus in debitis, legatis, aut stipulationibus: & sic secundum Bar. in l. cum notissimi. C. de præscrip. xxx. ann. si obligatio sit de præsenti, licet exactio sit delata in diem. si cum testator legat cẽ tum alicui, ita quòd tradantur sibi decem omni anno solũ: sic vnica præscriptiõe tolletur, & per spatium illud quo alię res: arg. l. senatus. §. fi. ff. de donat. cau. mor. & cap. de quarta. eodem titu. vbi vnica præscriptione quadragenaria tollitur quarta debita episcopo, quæ communiter soluitur omni anno: quia obligatio orta est de præsenti, licet exactio sit dilata. si verò obligatio sit in die, vt in legato facto simpliciter, quòd annuatim detur aliquid: quia tot sunt legata, quot annuæ præstationes. d. l. senatus in fine. sic nõ currit præscriptio nisi à die extãis obligationis: & cõsequenter oportet quòd tot sint præscriptiones, quot legata. Sed aduerte quòd si hæres testatoris scit se teneri, vt cõmuniter præsumitur, vt no. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obli. nullo tempore præscribit secundũ Per. de Pu. tract. de ca. por. qa est in mala fide: & idẽ dic de quocũq; debitore, vt not. Angel. in l. qui sequitur. §. si viam. ff. de vsucapio. dicens hic communiter tenere contra Bartol. etiam si statuto caueatur vt præscriberet. quod etiam sequitur Ioan. And. in c. ij. de excep. li. vj. Host. in c. per tuas. de do. & card. in c. vigilanti. eod. tit. & est gl. not. in aut. hoc. vt ecclesia Romana cen. an. ha præscrip. quæ dicit quòd tale statutum esset iniquum præsumũ. & sequitur Bal. in c. si quis per xxx. si de feu. fae. cõtro, vbi dicit quòd præscribens scienter debitũ, semper poterit denuntiari: si verò ignorauit probabiliter, sic præscriber, etiam quo ad conscientiam vt voluit Innocen. in c. curam. de iure patro. & in c. quia plerique. de immuni. eccle. Panorm. tamen in c. fi. de præscriptio. distinguit. Nam si debitor sciẽs debitum nõ tenebatur offerre, ita quòd cessando à solutiõe nõ fuit in culpa, præscribet: quia nõ est in mala fide: quia cogitare potuit quòd donare vel relaxare voluerit, quãdo aute videatur offerre, vide tex. cum gl. in l. item illa. ff. de constit. pecu. & plenius per Bart. & supra obligatio. § ix. nihilo minus denuntiari poterit iudici ecclesiastico. Si verò tenebatur offerre: sic nõ præscriber, qa est in mala fide. Et ita tenet Sum. Ange. sed malè: quia aliud est esse in bona fide, aliud est nõ esse in culpa: vñ iste nõ est in bona fide, vt patet p dicta suprà. §. j. ¶ Aut sumus in actionibus & exceptionibus: & sic cũ variæ sint, vario modo præscribuntur, puta exceptio de non numerata pecunia post biennium non potest opponi. l. in contractibus. C. de non num. pecu. repetitio debitorum in alia non præscribitur, nisi per quinquaginta annos, vt in l. aleatũ Iudos. ff. de aleato. & huiusmodi, quæ multæ sunt: & secundum Panorm. in c. cum causa de emptio. & venditio. currunt etiam cõtra ecclesiam secundum spatium decretum à iure ciuili, à quo sunt inuentæ: nec expectatur spatium decem annorum. ¶ Notandũ est tamen quod omnis obligatio vel exceptio spatio decem aut viginti annorum præscribitur. l. obligationũ ferè. §. placet. ff. de act. & obli. ¶ Notandum est etiam secundum Bar. in l. si ab hostibus. C. quib. non obiect. longi temp. præscrip. quòd actiones prætoriæ rei persecutoriæ sunt per pœnæ, nisi denẽ contra ius ciuile, puta redhibitoria: quia datur contra contractum validum de iure ciuili, ideo finitur anno: secus si cõtra contractũ inualidum de iure ciuili, quia sic est perpetua. Item distingue: quia si actio data est in pœnã solũm, sic præscribitur etiam sciente debitore in conscientia: qa in pœnalibus non tenetur in conscientia. xij. q. ij. fraternitas. in gl. Si verò data non est in pœnã sed in satisfactionem læsi, vt actio quanto minoris, & huiusmodi: sic data scientia debitoris nõ præscribitur in conscientia, quin teneatur satisfacere læso. xiiij. q. vj. si res. ¶ Aut sumus in rebus mobilibus: & sic currit vsucapio: quæ tamen non currit contra minores, vt not. in l. fin. C. in quibus cau. restitut. in integ. non est necessaria. vide infrà. Vsucapio. ¶ Octauò quæritur, ...vtrum successor singularis, aut vniuersalis inuasoris præscribat per decem annos inter præsentes & viginti inter absentes? Et de singulari dicit Panor. in cap. nihil. eo. titu, quòd non, quantumcunq; habeat bonam fidem, propter vitium reale, quod sequitur quẽlibet possessorem. l. vitia. C. de acquirẽda poſſ. sed oportet quòd currat spatiũ triginta vel quadraginta annorum: & sic bene præscribit etiam in rebus inuasis, vt not. Institu. de vsucap. §. furtiuæ. dummodo sit bona fides, & à se incipiat præscriptionem: vt no. glo. in dicto. §. furtiuæ. Successor autem vniuersalis non præscribit de iure ciuili, si defunctus habuit malam fidem, etiam sine violentia: quia continetur eadem persona cũ defuncto. in authen. de iureiur. à mo. præst. Sed Dy. in regula, possessor. & gl. in reg. qui in ius. lib. vj. & glo. in c. de quarta. eodem ti. & alia glo. in cap. cura. de iure patro. tenet quòd præscribet de æquitate canonica, si est bonę fidei: & in persona sua inchoat præscriptionem. Panor. autem post do. Ant. in cap. si diligenti. eo. ti. tenet primum, scilicet quòd nõ præscribet & melius: quia cùm non habemus ius canonicum cõtra ius ciuile expressum, in hoc ab eo recedere nõ debemus. & iura, quæ alij allegant, loquuntur de singulari successore, non de vniuersali. Aduertendum est tamen quòd licet mala fides defuncti noceat hæredi, nõ tamen nocet ementi ab hærede, secundum Bart. in l. post pluribus. in fine. ff. de vsucap. & domi. Franc. de Aret. in d. cap. si diligenti. ¶ Nõnò quæritur, ...quæ sunt tempora vel casus, in quibus præscriptio non curr... 9
rit, licet non interrumpatur, sed dormit? Et dicit Panorm. in cap. ex transmissa. eodem titulo, quòd sunt nouem. ¶ Primò tempore hostilitatis, & vbi ius non redditur. quod Innocen. in d. ca. limitat quãdo propter guerram & huiusmodi actor agere voluit, sed nequiuit: quia nõ erat qui ius redderet. l. sed si per prætorem. §. si ferię. ff. ex quibus cau. ma. propter quod dicit Bart. in l. ętate. ff. ad Trebel. quòd citatus tempore pestis habet iustam causam non comparendi. allegat cap. ad supplicationem. de renuntia. facit glo. in cap. si verò. de iureiuran. Vnde dicit idem Bart. in l. naturaliter. ff. de vsuca. quòd tempore pestis præscriptio non currit, vbi quis fugit ex tali timore: aut certè erit iusta causa petendi restitutionem in integrum ex clausula generali. Et idem generaliter dic de omni alia causa impediente, ne quis rem suam petat. l. quod quidẽ. ex quib. cau. ma. & de appel. l. ex ratione. ¶ Secundò, quando est defectus prælati, id est quando ecclesia nullũ habet prælatum, vel habet inutilem ad agendum: puta quia est excommunicatus, suspensus, & est negligens in petenda absolutione, vel captiuus. de concess. præbend. quia diuersitatem. xvj. q. iij. c. j. de elect. quia diligentia aut est dilapidator vel male alienãt. xvj. q. iij. si facerdotes. & quod no. in cap. j. de in integ. rest. l. vj. quia toto tẽpore prælati malè alienantis nõ currit.

Tertiò

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Tertio,quando quis de iure impeditur agere,sicut filiusfamilias.l.j.in fin.C.de anna.excep.& vxor viuente marito nec vergẽte ad inopiam respectu rerum dotalium.l.in rebus.C. de iure dot.& pupillus durante ætate pupillari.l. sicut.vltra medium.C.de præscrip.xxx.anno.& generaliter non currit præscriptio contra maiorem,nisi xxx.vel xl.annorum. C. in quibus cau.resti.in integ.non est ne.l.fi.contra pupillum autem nulla currit.d.l.sicut.¶ Quartò,quãdo est ichisima quo ad ecclesiam Romanam,vt in ca.cum nobis.eodem ti.quod Direc.intelligit de tempore prælati schismatici.de elec.quia negligentia.¶ Quintò,tempore conditionis:quia res sub cõditione non præscribitur.l.cum notissimi.§.sed illud . C . de præscriptio . xxx.anno.quia nulla currit mora.¶ Sextò tempore feriarum repentinarum:quia præcaueri nõ possunt,vt dicitur in dicto §.si feriæ.Septimũ,quando quis abest reipublicæ causa:sed secundum Innocentium,in isto casu & propriè præscriptio quidem currit,sed restitutio datur quando præscriptio dictis temporibus est completa,vel parum post: secus si post magnũ tempus:quia non datur.facit l.ab hostibus.§.sed quod simpliciter.ff.ex quib.cau.ma.& satis placet, licet alij teneãt quòd indistinctè nõ currit.¶ Octauò,tempore furiæ vel prodigalitatis,secundũ Ioan.Andr. in addition.ad Specul.eod.tit.¶ Nonò,tempore iacentis hæreditatis,si non stat per hæredem quin eam capiat,sed impeditur aliquo modo,secundum Panorm.in ca.de quarta. eo.ti.sed do.Ant . ibi tenet quòd currit,sed restituet ex clausula generali. ¶ Decimò quæritur,†vtrũ ... præfatis casibus ita dormiat præscriptio quòd nõ sit necesse petere restitutionem?Et dico diuersam fuisse opinionem Legistarũ in l.senatus.ff.de offi.presi. & Canonistarum in ca.ex transmissa.eod.tit.sed mihi placet opinio Innoc.quòd impeditur ipso iure,nec sit necesse restitutionem petere:misi solùm in tempore absentiæ & feriarũ, aut ex similitudine rationis tempus prodigalitatis.Ratio autem tua quare non currit,est,quia tanquam odiosa,arg.cap. vigilanti.eod.ti.non est laxanda. ¶ Vndecimò quæritur, †vtrum currat contra eum,qui diu aliquid soluit sine causa? Et dico quòd non,quantuncunq; tempus desiuerit:sed deñ stare potest de cætero à solutiõe si cognoscat se indebitè soluisse.l.iubus C.de agri.& censi.& de censib.peruenit.xvj.q. iij clerici.& gl.x.q.iij.quia.¶ Duodecimò quæritur,†quomodo interrumpatur præscriptio?Et dico quod duobus modis secundum Rayn.¶ Primò naturaliter:& hoc multis modis, scilicet si aqua vel fluuius occupauit fundum , aut inde violenter eiectus est possessor , aut res est ei furto sublata. ff.de vsucap.l.naturaliter.aut si quocũq; modo possessionem amisit,aut habuit animum defendendi.ff.de seruit.vrba.prædi.l.si ædes.§.j.& concord.Vide.adde generaliter quando deficit votum de substantialibus præscriptionis. ¶ Et secundò interrumpitur ciuiliter:& hoc multis modis secundum Direct. ¶ Primò per libellum principi oblatũ,quod valet solùm in actione annali,quæ post annũ moueri nõ potest,vt est actio iniuriarũ,& quædam aliæ.Instit.de perpe.& temp.act.& per hoc perpetuatur.¶ Secundò per litis contestationem , quod locum habet in perpetuis actionibus,& coram suo iudice.C. ne de sta.defun.l.penul.imò secundum Rayn.valet in omnibus actionibus:per l.fin.C.de præscrip.xxx.vel xl.an.& idem die in quasi litis cõtestationem:extra vt lit,non contest.quoniam.vltra medium.Et hi duo modi videntur habere locum in iudicio:quibus secundum Ray.additur tertius per querelam iudici factam,& secutam rei cõuentionem:& hoc valet in omnibus actionibus.C.vbi statim.l.sicut in rem. ¶ Tertiò vbi litem contestari quis non potest:vel,vt alij dicunt,aliqua causa impeditus rem suã petere non potest per libellũ oblatum iudici contra absentem,vel eum qui aliqua de causa cõuenire non potest,deducendo ius suum in querimoniam coram iudice ordinario,vel etiam coram publicis personis.de offic.ordi.c.pastoralis.& de appel.si iustus.vbi etiam dicitur quòd dicta protestatio,si iudex haberi nõ potest,fieri potest coram bonis viris:nec distingui.ur vtrum sint personæ publicæ vel nõ:& hoc est æquius:vel etiã eo casu proponat ad domicilium rei,& est interrupta præscriptio.xvj.q.vj.§.potest. ¶ Quartò per sacrũ oraculum oblatũ principi:si per executorem postea conuentio sequatur.d.l.sicut in rem. ¶ Quintò per solutionem vsuratum,ne scilicet currant contra creditorem debitum non repetentem.C.de præscri.xxx.anno.l.cum notissimi. ¶ Sextò per secundam cautionem factam à debitore.d.l.cum notissimi.¶ Septimò per denuntiationem factã colono,vt lite non contest.quoniam.& secundum gl.Raynista denũtiatio fit per citationem factam de parendo iuri coram iudice super re,quã possidet nomine alieno . ¶ Octauò per synodalem proclamationem:puta si sacerdos ,,clamet in generali vel ,,puinciali synodo quod alius sacerdos teneat rem ecclesiæ.extra c.sanctorum.¶ Quantum autem ad conscientiam interrumpitur quoties quis in veritate est in mala fide,licet ignoretur:aut deficit aliquid de substãtialibus præscriptionis.¶ Tertiodecimò quæritur,†vtrum tutus præscriptione teneatur in foro animæ restituere rem præscriptã,si completa præscriptione incipit habere malam fidem,cognoscendo eam fuisse alienam?Et dicit Sum.Rof.& quidam alij quòd secundũ Theologos restituere tenetur.quod nũquam legitimò Scot.in iiij.dist.xv.tenet contrarium Sanct.Thom. quolib.xij.art.xxv.dicẽs,si quis præscribat bona fide possidendo,non tenetur ad restitutionem,etiam si sciat alienũ fuisse post præscriptionem:quia lex potest aliquem ,p peccato & negligentia punire in re sua,& illã alteri dare,& concedere. Hæc ibi.Et idem diceret omnis bonus Theologus:quia secundũ San.Tho.tenetur quis soluere pœnam iudicialẽ,id est, ad quam condẽnatur à iudice:vt ij.ij.q.lxij.& cõsequẽter illi cui applicatur,eã in cõscientia potest retinere:& cõsequẽter licitum est tenere eã quam infligit legislator,cuiusmodi est præscriptio,quæ inducta est principaliter in pœnã negligentium & quietẽ ciuitatis.Inter canonistas aute Ray.dicit simpliciter tali cõsulendũ quòd restituat:aliter dubitat de statu eius:similiter do.Ant.in d.c.v.gilanti.eo.ti.dicit se disputasse quòd licet nõ teneatur in foro causarũ,tamẽ in foro animæ tenetur:quia ratio præscribẽdi nõ est sufficiẽs quo ad æquitatem cõtra eũ qui de negligẽtia imputari non potest:aliter etiã distinguit,vt refert Arch.in ij parte ti.c.xv.ad fi.Sed cõtrariũ clamant penè omnes alij.vt glo.in d.c.vigilanti.Ioan. Vin.Tanc.Gof.Host.Ber.Io.And.Inno.Hug. Monal. Vide. Veruec.Gera.Io.de rip.& Lan.& Pan.in d.c.vigilanti.dicentes indistinctè quòd nõ teneãt restituere in cõscientia,si cõcurrunt omnia de iure requisita ad præscriptionem.Et ita indubitãter tenendũ est,nisi quãdo restitutio periret in integrũ, & admittitur:qa ista statuerũt leges & canones tũ in pœnã, tum etiã,ppter bonũ cõmune,cui hoc expedit ad lites dirimendas:propter quod bonũ ti alicui possunt auferre vitam, multo magis substantiã:vnde iura faciũt hoc meũ,hoc tuum. viij dis.quo iure.& cõditor legis aut canonis põt mihi dare rẽ alienã,& tutus ero.ff.de euic.l.Lucius.C.de quadriẽ.præscrip.l.bene à Zenone:q̃d intellige ex causa,puta in pœnam, vel quia expedit bono cõmuni.qui verò deponere nõ potest conscientiã ligantẽ ad cõtrariũ,restituere tenetur p accidẽs. ¶ Ad motiuum domini Ant.dico primò quidẽ quòd qui de negligentia imputari non põt,habet remediũ petendo restitutionẽ ex clausula generali:quã si petat ac obtineat in conscientia restituendum erit:si verò non petit, non erit necessarium restituere,per not.ab Inno.in c.quia plerique de immu.eccl. ¶ Et secundò dico quòd præscriptio non inducitur de iure canonico solùm in odium negligentis:sed etiam propter bonum &æquum.xvj.q.iij.§.potest.vnde secundum Bal. in c.si quis per xxx.si de feu.con.feu. laicorum statutum negans audientiam in foro seculari propter æquum seu bonum publicum,valet in conscientia.nec habet locum denuntiatio in iudicio ecclesiastico:puta si caueatur quòd non soluens gabellam iustam non audiatur : vel instrumentum non registratum in libro communis,præsumatur falsum.Et similiter Bar.in extraua.ad reprimendam.in verbo,denuntiationem. de Velleiano & Macedoniano dicit quòd non valet denuntiatio in foro ecclesiastico : quia datur eis maxima æquitate naturali. Sic à fortiori non habebit locum in præscriptione, quæ tam ciuili quàm canonico iure propter bonum publicum inuenta est,& cum maxima æquitate. Ex his patet ex parte ad quæstionem,de qua tit.seq.§. vlt. ¶ Quartodecimò quæritur,†quod remedium ei , contra quem fine sui negligentia præscriptio completa est?Et dico si legitimo impedimento detentus fuit,communiter dicunt Doc.eum posse petere restitutionem in integrum vsque ad quatuor annos sequentes , qui incipiunt à die scientiæ post cessationem dicti impedimenti: quia istud quadriennium nõ currit ignorantis vt in c.j.de resti.in integ.lib.vj.in versũ.si quis negligenter omiserit.quia ignorans non negligit : vt probatur in c.ij.iuncto c.quia diuersitatem.de concel.præb.Et hanc opinionem tenet Io.de Lig.post Zenze . in cle.vna.de resti.in integ . Et placet mihi vt sapiat naturam eius,in cuius loco subrogatur, &c.ecclesia.vt lit.pen.quia istud quadriennium succedit loco anni vtilis,qui olim competebat:vt in l.fi.C.de tempo.in integ resti.ideoq; à principio erit vtile:licet postea fit continuum. ¶ Nec tamen propter prædicta præscriptio erit inutilis præscribenti:quia secundum Innoc.in capite , quia plerique.de immuni.eccle.valet in foro conscientiæ ad hoc quòd non tenetur restituere rem præscriptam , nisi petatur : & si non petitur intra tempus debitum,iam amplius non tenebitur,etiam si petatur:misi fuerit impeditus ex facto iudicis vel aduersarij:vt vult gloss.in cle.vnica.de restitu.in integ.

¶ Quintodecimò quæritur,†vtrum ecclesia præscriptione completa petat restitutionem in integrum? Et dico communiter teneri quòd sic,in capite,j.eod.titul . vsque ad quatuor annos,vt suprà.§.priore.& idem gloss.in capite,j.de resti.in integrum.Ad caput autem,sanctorum.eod.titu dico verum esse quòd ei non datur quando ecclesia contra ecclesiam præscribit:vt ibi . Similiter etiam in casibus , in quibus præscriptio dicta est dormire. qui tenere vellet secundum aliquorum opinionem,quòd currat,dicat quòd debitur restitutio in integrum vsque ad quardiennium. ¶ Sextodecimò quæritur,†vtrum negligens agere possit contra eum , qui rem suam alienauit , postquam ille , cui fuit alienata , vsucepit eam?Et dico quòd sic:quia alienator tenetur sibi ex delicto: & sua negligentia cessare non fecit delictum illius : de quo vide quod not.Barto.in l.iij.de alienat.iudi.mu.can facta.

Rursus de Præscriptione ij. quo ad præscriptibilia & præscriptores.

1 *Præscribi quæ res possint.*
2 *Crimina an præscribantur.*
3 *Præscribi an possit contra obedientiam.*
4 *Præscribi à laicis non potest ecclesia, aut aliud spirituale.*
5 *Præscribi non potest ius patronatus.*
7 *Præscribi an possit limes episcopatuum.*
7 *Limes cuius sit, quando est diuisibilis.*
8 *Præscribi non potest liber homo.*
9 *Publicæ res præscribi nõ possunt, sicut nec publica pẽsiones.nu.10.*
11 *Principis reseruata præscribi non possunt.*
12 *Vitiosa res præscribi non possunt.*
13 *Præscribi non possunt quæ lex prohibet alienari. Idem si testator.nu.14.aut pactum. nu.15.*
16 *Precario detenta non præscribantur.*
17 *Præscribi nõ potest res empta à pdigo,luxurioso, vel lusore.*
18 *Ignorantia rei non præscribitur.*
19 *Excommunicati res non præscribitur.*
20 *Præscribere an omnes possint.*

PRAESCRIPTIO rursus secundò considerandа est quantum ad eam rem quę præscribi,& quantum ad eam personam,quæ præscribere potest . ¶ Primò ergo quærit,†quæ res præscribi possit?Et dico quòd regulariter omnis res,omne ius,& omnis actio præscribi potest.extra eod.ad aures.C.de præscri.xxx.vel xl.annorum.l.sicut in rem.Hoc tamen fallit in his,de quibus j.§.ij.& seq. ad decimumnonum. ¶ Secundò quęritur,†quid de peccatis?Et dico quòdvllo tempore præscribi non possunt de iure Canonico, & in foro animæ: imo ea diuturnitas auget . de eo qui dux. quam pol.cùm haberet.de simo.cùm in ecclesiæ.de iure autem ciuili si peccatum est momentaneum , lapsus temporis pœnam alleuiat.l.si diuturno tempore ff.de pœ.& quandoq; tollit ex toto:& idem est de iure Canonico quantum ad pœnam fori contentiosi:vnde dicunt communiter Doc.& sequitur Pan.in c.cùm haberet.quòd aduersus quodlibet crimen regulariter procedit præscriptio x. annorum : vt post lapsum quis nequeat accusari.& in l.adulter.C.de adul.dicitur quòd adulterium post quinquennium quis accusare non potest,nisi in duobus casibus.vide gl.ibi.Et idem est de voto contra id quod non præscribitur,quin teneatur quis ad finem seruare. de reg. sicut.& sic contra votum religionis consuetudo non prodest.de elec.cùm causam.de præben.cùm iam dudum.& consequenter præscribi non potest cõtra ieiunia & vigilias & tentationem pecuniarum quin obseruandæ sint constitutiones,si à prælatis mandentur : quia hoc pertinet ad votum professionis. ¶ Tertiò quæritur,†vtrum præscribi possit contra obedientiam,visitationem,& procurationem,quæ debetur ratione visitationis?Et dico quòd non.eo.tit cùm non liceat.& c.cùm ex officij.& de censũ.cùm instantia. Et intellige de subdito,qui talia debet prælato:alius autem potest huiusmodi præscribere: puta abbas , vel alius prælatus contra episcopum circa subditos eius.Et hoc casu, sicut dicit Innocentius licet subditus aliqualiter præscribat,non tamen tuo nomine:sed potius alterius,cui de subiectione respondet.d. cap.cùm ex officij.Et de seruo ecclesiasticæ disciplinæ contra quem non præscribitur : vt quòd quis possit celebrare tempore interdicti pulsatis campanis alta voce.de consue.c. cùm inter.& de sent.excom.alma.lib.vj.vel præsentibus excommunicatis aut interdictis publicè.de priuil.cap.episcoporum.libro sexto. ¶ Quartò †non præscribuntur etiam à laicis ecclesia,loca religiosa,ius decimarum,primitiarum,oblationum,aut alia spiritualia iura:quia ea possidere non possunt.extra eodem causam.etiam si mille anni transierint,secundum Ioann.Andr.in capite ij.de præben. libro sexto.Abeis autem , à quibus possideri possunt, bene præscribuntur extra eo.ad aures. ¶ Quintò.† Nec similiter à laicis præscribi possunt annexa spiritualibus:vt ius patronatus . Quod limita quo ad laicos seculares: quia laici conuersi licet non debeant , tamen possunt spiritualia , tractare cum clericis, & præs

Universidad de Deusto
Biblioteca

& præscribere. Vide tex iuncta glo. in c. ex eo. de elec. libro vj. dicit etiam Pan. in d.c. ad aures. quòd posset papa concedere priuilegium laicis, vt possiderent aliqua spiritualia: quia potest eis dare potestatem excommunicandi: & sic præscribere possent quæ possidere possent. ¶ Sextò, † Non potest etiam præscribi limes seu finis, vel quod adhæret limiti episcopatuum, prouinciarum, vel parochiarum. extra de paroc. super eo. iuncta glossa. & xvj. q. iij. capite, licet. & capite, inter. & ibi Panormitanus limitando dicit quòd fines, de quibus constat, vel cohærentia finibus præscribi non possunt: intellige quacunque præscriptione, etiam cum titulo: cùm text. generaliter loquatur: vbi tamen de finibus legitimè non constat, præscriptio valet: sed cùm in istis antiquis de facili non possit haberi probatio necessariò concludens, admittitur præsumptiua, facit l. si arbiter. ff. de proba. secundum glo. etiam in d. c. super eo. non omnia cohærentia limitibus iunt impræscriptibilia: sed tantum cohærentia principaliter: sicut si prope limitem sit amplissimum prædium, non est totum impræscriptibile, sed tantum pars principaliter cohærens: de quo secundum Io. And. regula dare non potest, sed boni iudicis arbitrio erit procedendum. ¶ Ratio autem quòd dicti limites præscribi non possint, est ne termini prædictorum confundantur: vt ex dictis iuribus colligitur. Et similiter secundum Host. præscribi non possunt limites dignitatum secularium, pura ducatuum, comitatuũ, & huiusmodi, licet quotidie principes aliena territoria vsurpent. Limites autem prædiorum bene præscribi possunt. xvj. q. iiij. volumus. extra eo. qa indicãte. Et similiter præscribi possunt quæ distrahant à limite, puta fluuio: licet nunc propinquent ex variatione aluei: vt de ecclesia dicit Dire. quia propter hoc non variatur episcopatus. & idem Pan. vbi ſ. concludens quòd ea quæ sunt infra limites limitibus nó cohærentia, præscribi possunt. quod satis probat d. c. per locũ à speciali: quia prohibito vno, reliquũ videtur esse cocessum. de præsum. nõne. & secundum eum vnus episcopus præscribere potest episcopatui vel parochialia intra in ecclesijs diœcesis alterius cum titulo, vel per tantũ tẽpus, de cuius initio nõ est memoria. Vnde episcopus Fesulanus in ciuitate Florentia habet ecclesiam vnam sibi subiectam cum toto populo eius. Et facit c. cùm olim. & c. auditis. eo. ti. vbi abbas præcipit contra episcopũ omnia iura episcopalia in certis ecclesijs. Et per hoc dico quòd remanentibus similibus potest præscribi etiam certa pars diœcesis. ¶ Septimò queritur, † cuius sit limes si sit diuisibilis, aut quæ in eo sunt: Et dico quòd eàm limes diuidat fines, necessariò in se est indiuisibilis: quia philosophicè semper diuisibile per indiuisibile diuiditur: vt patet in corpore, superficie, linea, & puncto. vnde ridiculum est dicere quòd ager Petri non incipiat vbi finit ager Martini conuicinus & confinis. secun tum nos tamen aliquando limes est quid diuisibile, puta fluuius. Et ideo dicitur à Canonistis sub distinctione quòd limes est longitudo seu latitudo spatium à spatio distinguens in quo aliquando nihil potest consistere: vt quando est val le strictus: vt qñ lapis pro limite ponitur: sed in episcopatibus & prouincijs nõ fit ita strictè: sed assignatur quandoq; pro limite flumen aut mons: & tunc est dubium cui iure sit limes, vel quod in eo extruitur. Et dicit Pan. secundũ opinionem, quæ sibi verior apparet, quòd per longitudinem & latitudinem episcoparuum limes censetur ipso facto diuisus: intelligo quia secundum se terminantur fines ad lineam diuidentem talem limitem per medium: licet, inquit, acta per hominem non sit diuisus. Pro quo tex. bonus in §. insula. Instit. de rer. diuis. vbi insula nata in flumine distinguente agros pertinet ad proprietatem vtriusq; domini, prout accedit ad dictos agros: & si magis accedit ad alterum, est illius domini tantum: vt ff. Inuenta. §. v. Si autem res est indiuisibilis, vt ecclesia ibi extructa, vterq; episcoporum habebit ibi ius dictionem pro indiuiso: & pariter habebunt ibi commoda. Et hoc tenet licet alij aliter sentiant. facit l. arbor. ff. commun. diui. vbi arbor nata in confinibus est vtriusq; domini. ¶ Octauò † etiam dico quòd præscribi non potest liber homo. xvj. q. iiij. §. potest. ¶ Nonò. † Nec res publicæ quæ sunt in vsu: intellige, id est, semel deputatæ ad vsum populi Romani vel altarum ciuitatum: vt viæ, plateæ, pontes, & huiusmodi. & intellige nec in toto, nec in parte. ff. de vsuc. l. vsucapionem. C. de ope. pub. l. præscriptio. & C. de aquæduc. l. diligenter. etiam si is populus non vtatur. ff. de via pub. l. viam. ¶ Decimò. † Nec publicæ functiones: id est, pensiones agrorum, siue ciuilis canon, qui scilicet solui debet reipublicę pro agris d. §. potest. similiter nec possessiones agrorum à colono. C. de præscri. xxx. vel xl. ann. l. malè agitur. ¶ Vndecimò. † Nec reseruata principi in signum subiectionis: vt tributum & similia. l. competit serenitas nostra. C. de præscri. xxx. an. & facit quod nota. in c. cùm non liceat. extra eo. ¶ Duodecimò. † Nec res vitiosæ, aut quæ nascuntur ex eis, præscribi possunt longo tempore: Instit. de vsuc. §. quod autem. & §. furtiuæ. Et intellige quòd nec præscribuntur nec vsucapiuntur, nec à primo iniustè possidente, nec à quocunq; alio, quamuis à primo bona fide emerit, vel aliter acceperit. Dicitur autem res vitiosa, si sit furtiuè aut vi possessa. Vbi dicit glo. in verbo, longo tempore, scilicet triennij vel decennij, aut xx. an. sed xxx. vel xl. annorum possent. C. de præscri. xxx. an. l. & omnis. C. de an. excep. l. j. ad hoc. Et in verbo, vi possessa, dicit, id est, vi expulsiua, non compulsiua. & idem Bart. in l. si vi vel metu. C. de his quæ vi met. vide ibi. Et sic patet quòd breuiarium emptum à fure & possessum. xxix. annis, tenetur emptor restituere, si superueniat mala fides: quia res furtiua non nisi xxx. annis præscribi potest. ¶ Tertiodecimò. † Nec, res quam lex aut ea non prohibet alienare: in quo tamen, secundum Pan. in cap. cùm non liceat. eo. ti. sic distingue. ¶ Aut enim lex prohibet alienationem, quia eius rei non est commercium nec possessio, vt in rebus sacris, spiritualibus, & religiosis respectu laicorum: & sic præscriptio non valet. ¶ Aut prohibet alienationem simpliciter fauore ipsius rei, vt in fundo dotali: & sic præscriptio non potest inchoari. l. si fundum. ff. de fun. do. & glo. ac Bart. in l. ij. C. de vsuc. pro emp. si erat inchoata antequam esset dotalis fundus, vel huiusmodi, non impeditur vsucapio. tex. est in d. l. si fundum. Et idem dicendum quando res peruenit ad personam priuilegiatam, contra quam præscribi non potest: vt no. Io. And. in c. vnico. de iure patro. lib. sexto. quod intellige si ignorat prohibitionem iuris probabiliter, aliter non. ¶ Aduertendum est tamen quòd secus erit de pupillo alteri succedente, contra quem durante pupillari ætate præscriptio non currit, licet ante fuisset incœpta: sed differetur vsque post pupillarem ætatem. l. sicut. C. de præscript. xxx. annorum. ¶ Aut lex prohibet alienationem non simpliciter, sed sub certa solennitate, vt in rebus minorum & ecclesiæ: & tunc data bona fide & excluso errore iuris præscriptio currit si habet alia comitantia: puta emi à minore, quem credebã maiorem, vel rem à prælato, sed putabam capitulum consensisse. & huiusmodi. Secus si errabam in iure credens quòd prælatus sine capitulo posset, vel minor sine decreto. Et sic intellige glo in cap. ij. de his quæ fi. à præla. & textus iuncta gl. in cap. j. de re. ecc. non alie. lib. vj. ¶ Quartodecimò. † Nec res quam prohibuit alienari defunctus: quia idem est sicut de prohibita alienari per legem, scilicet quòd vsucapi non potest. text. est in dict. l. ij. & ibi gloss. & Bartol. quod intelli-

ge quando prohibitio fit ex causa per testatorem: quia sine causa nonvaler, vt legitur & no. in l. filius. §. diui. ff. de leg. j. & ibi plenè per Bart. ¶ Quintodecimò. † Nec res prohibita alienari per pactum: pura cùm res obligatur: & obligans apponit pactum quòd interim non alienetur: & impeditur translatio dominij: vt in l. si creditor. §. vl. ff. de distr. pig. quia non currit præscriptio: vt no. Bar. in l. vbi lex. ff. de vsuc. Pan. tamen in d. c. cùm non liceat. tenet quòd currat: & credo verius si aliùs à prædictis contrahentibus præscribat. ¶ Sextodecimò. † Nec res, quę tenetur precario nomine: quia non ipse tenens, sed dominus possidet. l. certè. §. is qui rogauit. ff. de preca. Et idem eadem ratione de colono, vt dictũ est. C. de præscri. xxx. an. l. malè agitur. Et idem de possidente nomine alieno eadem ratione. de rest. spol. cùm venissent. Et idem de eo, cui traditum est pignus & deviustru. quia censentur in mala fide. dicit tamen Pan. in d. c. cùm non liceat. quòd emens à colono bona fide præscribit: sed dominus, si ignorauit, petit restitutionem in integrum ex causa generali. l. j. ff. ex quib. caus. maio. scilicet secundum Spec. eo. tit. & glo. in l. cùm nemo. C. de acqui. pos. & placet, per ea quæ dicam: licet Bar. in l. cùm solus. ff. de vsucapio. aliter sentiat. ¶ Decimoseptimò. † Nec res empta à prodigo aut luxurioso vel lusore alienato, distinguendo cum Pan. in c. si diligenti. eo. tit. ¶ Aut enim talibus est interdicta administratio: & non valet contractus: nec inferturvsucapiendi conditio. l. qui fundum. §. qui sciens. ff. pro emptore. ¶ Aut non est interdicta: & tunc aut ignorabat quòd in malum vsum volebat pretium consumere: & potest vsucapere, quia est bonæ fidei: vt l. si quis cùm sciret. ff. pro emp. Aut hoc sciebat: & sic non potest vsucapere: vt in d. l. si quis cùm sciret. & est tex. in l. si verò non remunerandi causa. §. fi adolescens. ff. manda. Nec obst. l. affectionis. de lo. quia intelligo ante factum non valere in ista lege, sed post factum fornicationis valeret soluendo. Hanc decisionẽ ponit Bar. in l. si quis cùm sciret. & secundum hãc limitarem l. fi. ff. de alea. vbi valet contractus alienationis factus alteri à collusore: scilicet quando nõ putabat pretium in ludo vel se consumere: aliàs talis emptor præscribere non poterit. Et multo minus valet contractus factus in ludo cum collusore: vnde nec tenet venditio, nec locum habet euictio, cum simul delinquat. l. si. §. j. ff. qua re. ac. non da. & consequenter eum adhic mala fides, & contractus sit prohibitus à iure, non potuit præscribere. ¶ Decimooctauò. † Nec res ignorantis, vt tenet do. Pet. de Peru. trac. de cano. por. alleg. l. cùm sex. ff. de ædil. edic. & concor. gl. ibi. Vnde concludit quòd quando quis ignorat actu & habitu ius sibi competere: puta quia ignorabat legatum sibi factum, ex quo resultat sibi ius agendi, non currit præscriptio, nec similiter currit quando ignorat actu, sed non habitu: puta collator scit se habere ius conferendi beneficium: sed ignorat factum, ex quo resultat sibi ius agendi, scilicet actum vacationis. de concel. preb. quia diuersitatem. de sup. neg. præla. literas. Pan. tamen in d. c. vigilanti. dicit quòd contra ignorantem & absentem currit præscriptio, nisi possideat ciuiliter: quo casu non currit: vt in l. male agitur. C. de præscri. xxx. an. Ex quo infert quòd si me absente aut ignorante ingreditur quis possessionem meam, non incipit tunc præscriptio, licet fuerit ingressus bona fide: quia per hunc ingressum non perdit possessionem. l. si id quod. ff. de acquir. pos. sed antequam incipiat præscribere, oportet prius perdam possessionem: puta, quia sciens alium ingressum suspicer me posse repelli: vel tradidi oblitioni, & eam neglexi per decennium: vt in d. l. si id quod. & ab eo tempore incipit currere præscriptio, & non prius, vt no. Dy. in regula, sine possessione. & sentit glo. & apertius Bar. in l. j. C. de seruit. Adde tamen quòd licet contra ignorantem præscriptio currat: tamen si ignorantia fuit ex iusta causa vel probabili, tunc subuenitur. ar. c. cùm illorum. de sen. exc. quę subuentio erit, quia restituetur in integrum, voluit Bar. in l. j. §. si quis autem. ff. de iti. act. priua. & facit gl. in l. j. C. de pa. po. & tex. in l. antepe. ff. de acqui. hære. Sed mihi placet magis opinio Petr. vbi ignorantia non fuerit crassa vel supina: quia præscriptio principaliter inducta est in pœnam negligentię: Incorporalia tamen non possent quasi possideri nisi eo scientę qui prius possidebat: tamen data eius ignorantia præscribi nequeunt. l. ij. C. de seruit. & aqua. & no. Inno. in c. bonę. el. ij. de postu. præl. ¶ Decimonò. † Nec res excommunicati, vt dicit Pan. in c. j. eo. ti. cùm sit impeditus à lege. l. fi. in fi. C. de anna. exce. quod limita verum in eo, qui non est in mora petendæ absolutionis, aliàs secus: quia impedimentum ortur ex culpa sua. ¶ Vicesimò quęritur, † vtrum possint omnes præscribere: Et dicit Dire. quòd sic, omnes qui suo nomine possunt possidere: non autem qui alieno, extra eo. si diligenti. vnde præscribere nõ potest possideus precario. x. q iij. quia cognouimus. & hoc quocunq; tempore. xvj. q. iij. clerici. nec colonus. d. c. clerici. nec vsufructuarius. Instit. per quas pers. nob. acquir. §. fructuarius. nec creditor respectu pignoris. C. de pig. act. l. nec creditores. quia isti non possident: sed hi quorum nomine possident. de resti. spol. cùm venissent. Igitur si post centum annos probare posses initium possessionis, id est, quòd tuo nomine possessum sit: nulla præscriptio obstabit, d. c. clerici. nec possidens alieno no. sine alij postea tradiderit possessionem. ff. de acquiren. poss. l. possideri. §. quod si seruus. quia is cui tradidit, præscribere posset. Hæc no. Ioan. And. dicto capite, clerici. & Bern. extra eod. cùm non liceat.

PRAESVMPTIO dupliciter dicitur. Primò secundum quòd homo existimat magna de se. de qua ¶. Superbia. Secundò secundum quod iudicat circa alia à se: & hæc est triplex. ¶ Prima est iuris tantum: vt quando ius sit per dubio & verisimili præsumit aliquid. ¶ Secunda est iuris & de iure: vt quando ius super aliquo præsumit: & vlterius disponit ita esse: nec posse contrarium probari. Et de his habet in glo. in c. is qui. de spon. & ibi Pan. Quomodo autem à fictione differat hæc secunda præsumptio ¶. Fictio & in glo. l. vnica. in §. accidit. C. de rei vxor. act. Et sic contra fictionem iuris probari non potest: quia lex omnino intendit contrauenire veritatem fingere: puta mulierem esse stipulatam dotem sibi reddi, cùm non sit. glo. est in d. l. vnica. & in l. à diuo Pio. §. pignora. ff. de re iudi. Sed præsumptio iuris & non de iure aliquando admittit probationem: vt no. in cap. is qui fidem. de spon. & in auth. sed iam necesse. C. de do. an. nup. & hoc indirectè: vt est glo. in cle. vna. de proba. ¶ Tertia est præsumptio hominis. Et hæc est triplex. ¶ Prima, violentia, de qua ¶. Iudicium. §. iij. dictum est quòd ex ea procedi potest ad condemnationem, nedum ad credulitatem. quod Sum. Ang. hic limitat, nisi in delicto, maximè graui. quod per eam non probarur: quia in crimine debent secundum iura esse probationes lumine clariores. Sed dico quòd hoc verum est quantum ad testes: non autem quasi ipsum factum aliter conster iudicialiter. vnde quando præsumptio est vrgentissima & indubitata, potest quis puniri criminaliter. l. sciant cuncti. C. de proba. quod videtur sentire Pan. in c. excommunicamus. §. credentes. de hære. Io. And. in addi. Spe. in titu. de proba. §. fin. versi. iij. Bal. in d. l. sciant. in c. j. §. furtum. de pace iur. fir. & in c. primo. qui iuc. tene. vbi dicit valere statutum quòd ex contumacia non aliter probato delicto quis condemnetur ad mortem. alle. Io. Andr. in cap. veritatis. de dolo & contumacia. Spe. in tit. de fideiuſ. §. j. versi. sed pone. & Rom. in l. lege

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cornelia.ff.ad Sill. Quod autem aliquando Doctores dicunt non esse procedendum in grauibus criminibus per conjecturas,intelligitur probabiles tantum.¶ Secunda est probabilis faciens semiplenam probationem:de qua dictum est ibi,quòd si quis sit infamatus,inducit purgationem Canonicam,de purgatio.can.si quis de gradu.& aliquando cumvno teste,vel iuramento facit plenam probationem.de præsumpt. illud.Et ex hoc dicit Sum.Ang licitum esse procedere ad credendum malum quod videtur: sed ex eo iudicare malum quod non videtur est mortale: quod non bene dicitur: tum quia quod videtur, non iudicatur ex præsumptione, sed ex scientia:tum quia ex probabilibus sapientes iudicant: & sic non esset mortale. Vnde Archiep.secunda parte,tit.iij.c.viij.dicit quòd cùm quis habet signa satis vrgentia seu probabilia malitiæ alterius:vt quia est malæ famæ,deprehensus pluries in tali vitio,loquitur suspectus cum suspecta in loco & tempore suspecto,non esset mortale iudicare. Hęc ille.¶ Tertia est leuis & temeraria.de qua vide suprà,Iudicium.§. tertio.

PRAEVENTIO est præoccupatio actus iudicialis: sicut si idem potest iudicari à duobus,& vnus alium præuenit.vnde habet locum vbi est paritas iurisdictionum & iudicum.l.si pluribus.ff.de legat.j.& de offic.præfid.l.j.

¶ PRIMAS,vide suprà Patriarcha.

¶ PRIMITIAE.vide suprà,Decimæ.in princip.§.j.

PRINCEPS in spiritualibus dicitur papa,interdum etiam episcopus.de maio.& obed.si quis vel alius iudex ecclesiasticus.xvij.q.iiij.diffinit.in fin. in temporalibus autem Imperator.Qui etiam regit ciuitatem,habetur loco principis,vt not.glo.& Cy.in fin.C.de præscri.longi tempo. & Bart.in l.hostes.ff.de cap.Vnde sicut scientia principis supplet defectum cuuslibet solemnitatis:vt dicit Bald. in l.nullius.C.ad l.Iuliam maie. & quod no.Inno.in c.cùm oporteat.de accusa.sic si fiat aliquid de licentia aut conscientia regentis ciuitatem:quod in temporalibus est verum.Non potest autem princeps alicui suam rem auferre & dare alteri sine causa:vt communiter tenetur. de quo vide ix.q.iij.per principalem.& C.si cont.ius vel publi.vti.Verum autem obligetur ex suo contractu,sunt opiniones in l.digna vox.C.de legib.tamen Bal.de vsu.feu.in rubr.de natura feu.tenet quòd sicvnde si inuestiuit aliquem de baronia vel castro,non potest eum priuare sine culpa vel causa,nec successores in imperio.vel regno:vt de iu.li.nonit. Nec obstat quòd habet plenitudinem potestatis:quia Deus subiecit quidem ei leges, sed non contractus,ex quibus obligatus est.

De Priuilegijs

1 *Priuilegium quid, & quot sint species.*
2 *Priuilegium quis possit concedere.*
3 *Priuilegium à quo & quomodo interpretandum.*
4 *Priuilegium solum continens ius commune quid operetur.*
5 *Priuilegium concessum patri an transeat in filios.*
6 *Priuilegiati socius an gaudeat eodem priuilegio.*
7 *Familiarium priuilegio an gaudeant qui impetrant à cardinalibus literas familiaritatis.*
8 *Priuilegiatus non vtens,an gaudeat priuilegio.*
9 *Priuilegium ciuis qui factus est ciuis eo pacto quòd collectas & munera non soluat, an sit seruandum.*
10 *Priuilegium quibus modis inualideter.*
11 *Priuilegium an amittatur per vnum actum contrarium.*
12 *Priuilegium rei concessum an pereat destructa re.*
13 *Priuilegium qualiter sit exhibendum.*
14 *Priuilegium apostolicum an necessario requirat scriptum & bullam.*
15 *Priuilegium apostolicum quomodo dicatur falsum.*
16 *Priuilegium apostolicum quando incipiat.*

PRIVILEGIVM,†dictum quasi priuata lex.distinij.priuilegia. est priuatum ius indultum à principe contra ius commune.de verbo.signifi.c.abbate.extra eo.in his,vbi verò aliquid conceditur, quod sit præter ius commune sine præiudicio alicuius,non est proprie priuilegium, sed beneficium:vt not.Panormita.in cap.olim.de verborum significatione.¶ Et priuilegiorum alia sunt à Deo concessa: vt Gregorio orare pro Traiano,& Martino pro eo qui se inspenderat:& Osee accedere ad vxorem fornicariam: & generaliter omnis inspiratio Spiritus sancti contrà ius commune,quam qui habet,non est quo ad hoc sub lege,scilicet communi.xix.quæst.ij.duæ sunt leges.quæ tamen lex communis nullo modo est dimittenda: nisi quis sit omnino certus de prædicta priuata,vt erant sancti.xxiiij.q.iij.transferunt.quæ scilicet ipse satanas transfigurat se in angelum lucis. Quædam verò concessa sunt ab hominibus.& de his intendimus.¶ Primò verò quæritur,quot sunt species priuilegiorum? dico quòd sunt quatuor in genere:tres simplices, & vna mixta.Quoddam enim dicitur reale:vt quod est ecclesiæ,dignitati,ciuitati,vel loco,aut personis ratione loci, vel alicui non conceditur.extra eodem.cùm olim.& capite,sequen.

¶ Quoddam est corporale purè, quod scilicet conceditur corpori,id est,vniuersitati vel collegio,quo solùm cõmunitas,& non singulares personæ possunt se iuuare.ficut dicitur xij.quæstio.j.qui manumittitur.quod ideo corporale dicitur quia cum corpore,id est,collegio perit. Quoddam verò est personale,concessum personæ: & est duplex. vnum scilicet personale merè,id est,singulariter:vt quod alicui vel aliquibus personis conceditur certis & proprijs nominibus expressis.de offi.lega.volentes.& tale non egreditur personam cui conceditur,nisi hoc exprimatur.de concef.præben.cõmitur.& si conceditur obtentu dignitatis,non vtitur quis eo aliam dignitatem adipiscatur.de postu.præla.bonæ.§.fin.& extinguitur cum persona:imò aliquando antè: vt cùm ea butitur:& sequitur personã, si fit cõcessum eũ determinato loci vel temporis:quia extra illa eam non sequitur.per uilegium vsus pallij.de autho.& vsu pal.capit ex rarum. Aliud verò est personale communiter, quod conceditur personis non expressis proprijs nominibus: vt priuilegium norum annis.xx.ff.de minorib.l.prima.per totum. ¶ Quoddam verò est singulariter personale,& communiter corporale:vt quod vniuersitati aut collegio alicui conceditur, sed quòd quilibet singulariter de illa vniuersitate se possit eo uare,& etiam ipsa vniuersitas.de sententia excommunicapitæ,contingit.cuiusmodi sunt priuilegia concessa Prælatoribus & Minoribus.

¶ Secundò quæritur,†quis possit priuilegium concedere? dico quòd quicunque potest,& in quibus potest legem ponere,potest etiam priuilegium indulgere, secundum Host.& omnes,vt papa quandoque in temporalibus:vt notatur in c. per venerabilem.qui fil.sint legi.puta in terris suæ temporalis iurisdictionis,vel quando iurisdictio ad eum deuoluitur. Imò dico quòd semper,nisi præiudicaret iniustè dominis temporalibus,intra dicta suprà Lex.§.iiij & suprà Papa.§.vl. in spiritualibus autem semper potest. licet secundum Bal. nunquam consueuerit aliquem priuilegiare contra se.arguit de præscri.cùm ex offi.cij.quod est contra fingentes se habere priuilegia iudicandi de rescriptis papæ,&quod secundum illa non sit sine eorum approbatione procedendum, & huiusmodi. Concedere etiam potest priuilegium imperator in temporalibus,sed nunquam in spiritualibus:quia de eis nihil potest statuere.xcv.j.di.bene quidem.Et similiter concedere potest episcopus.de reli.domi.cõstitutus.de cens. cum venerabilis.dumtamen facit de voluntate sui capituli. de iure patron.pastoralis.de excess.prælat.sicut vnire.Et multo fortius patriarcha:de cleri.nõ resi.cum ad hoc.quis autem concedere possit priuilegium immunitatis talliarum,& onerum,infrà §.nono. ¶ Tertiò quæritur, †à quo & quomodo priuilegium sit interpretandum? Et dico quòd secũdum Host.si verba sunt obscura vel ambigua,eius est interpretari eadem & condere,& interim negotium suspendetur.de sententiis.inter alia.& de iudi.cumvenissent.Si verò nõ sunt obscura vel ambigua,debet tenor cõsiderari diligẽter.extra eo.porro.&.c.recepimus.& potius intẽtiom quàm verbis insistendum est.j.quæst.j.Marcion.xxxviij.dist. sedulo.de verborum signi.intelligentia. &.c.in his.& quãtum fieri potest, largissimè interpretandum est.de donat.cum dilectus.ff.de constit.princ.l.beneficia.nisi præiudicet iuri alieno:quia tunc reducitur ad ius commune.de consue.cum dilectus.§.penul. & fin.dumtamen aliquid operetur.Concor.Innocen.Bern.& Host.¶ Sed quia illud,quod de largissima interpretatione dictum est,videtur euerti per ca.cum dilectus.de consuet.iuncta glo.vbi ea quæ repugnãt iuri cõmuni ad illud, quantum est possibile,reducendum est:ideo limitãdo illud dictum,sic dicimus.¶ Nam si sit priuilegium propriè,id est,cõtra ius, debemus interpretari strictè vt minus derogetur iuri cõmuni quam sit possibile.d.c.cũ dilectus. Vnde dispensatio cum illegitimo ad ordines,intelligitur de minoribus tantùm? vt sup. Ordo.§.ij.Imò si nõ exprimitur causa cõcessionis, aut non sit ex certa scientia vel motu,non præsumitur de voluntate principis.l.j.C.de peti.bo.quinimò per importunitatem obtentum.l.j.C.de fun.limi.& vult Bal.in cap. licet causam. de proba.quòd ponatur simul ex certa scientia & motu proprio.Et idem dic in rescripto quod tollit ius tertij:& in priuilegio ad beneficia.de præben.quanus.lib.vj.¶ Et hæc limitatio,nisi cõsuetudo aliter interpretetur:vt not.in ea.quod dilectio.de consang.& affi.& secundò,nisi verba aliud exprimant:quia ab eorum propria significatione non recedimus, nisi de mente aliter constet:vt no.in cap.olim.& in c.in his. de verb.signi.Aduertendum est tamẽ hic secundũ Pan.in c. eccl̃ia.vel alium,non valet,nisi fiat mentio de hac enormi lãsione:quia in dubio non præsumitur princeps condere aliquid eũ alterius graui dispendio.l.quoties.C.de preci. Imper. offic.& de deci.suggestum.& in l.ij.§ si quis à principe. ff.ne quid in lo.pu.& consequẽter taciturnitas inducit surreptionem.de rescri.postulatti. Vnde priuilegium immunitatis ab oneribus personalibus alicui à principe concessum non libe rat eum ab alijs oneribus:quæ potest breuiter & leuiter exolui:nec est casus in l.decurio fortunã.C.de decuri. ¶ Si vero principianus priuilegiũ largè,p omni scilicet concessione, quæ est præter ius:sic priuilegiũ principis est latissimè interpretandũ in præiudiciũ ipsius cõdentis:sed strictè in præiudicium aliorum.de priui.quia circa.in vltima glos.& per Inn. in cõlim.de verbo.signi.si etiam sit cõcessum causa pietatis vt no.Panor.in c.cum dicat.de eccl.ædi.In dubio tamen debet potius interpretari vt aliquid valeat.de verborum signif. aliquæ.& l.quoties.ff.de verb.oblig.nisi præiudicet iuri diui vel libertati spiritus:vt not.Panormita.in cap.licet.de rescri. Cum autem priuilegiũ vel gratia cõcessa personæ simpliciter loquitur,debet intelligi secundum cõditionem personæ.l.si quis filio.§.irritum.ff.de iniust.test.xvj quæst.j.placuit.&.c.sic viue.& l.plenũ.§.ij.ff.de vsu & habit.Vnde dicit Bal.in l.ex militari.ff.de test.milit.quòd priuilegium concessum episcopo de celebrando tempore interdicti videtur cõcessum vt celebrare possit in pontificalibus secũdum qualitatem suã.De his dominus Bap.de Flisco in quodam opusculo suo sic dicit:Quantũ ad interpretationem priuilegiorũ. ¶ Prima conclusio. Interpretatio priuilegij regulariter fit strictissimè.c.priuilegia.ij.di.Io.Andr.& Butr.in c.olim.de verb.sig.¶ Secũda conclusio. Vbi priuilegiũ non priuat legẽ communem,sed priuatam,puta cõsuetudinẽ vel statutum, & reducit legẽ priuatã ad ius commune:tunc debet latè interpretari.tex.est in c.olim.de verb.sign.& ibi per Io. Andr. ¶ Tertia conclusio. Non debet priuilegium adeo strictè interpretari,vt nihil operetur. Fel.in c.j.de rescrip.& in c.causam.eodem titu.colum.ix.¶ Quarta conclusio. Priuilegium quod sapit beneficiũ,latissimè interpretatur.Io.And.& Butr. in c.olim.de verborum signifi.per l.beneficium.ff.de consti. prin.limita hæc tamen,nisi esset beneficiũ ambitiosum:puta dispensatio super pluralitate beneficij:qa tũc strictè interpretatur:imò & domi in capi.licet de transla.episco. Abb.in ca.Rodulphus.de rescrip.¶ Quinta conclusio. Verba priuilegij papæ sunt interpretanda secundum canones, non secundum leges.Bald.in l.si quando.la j.C.de bo.va.lib.x. ¶ Sexta conclusio. Priuilegium generaliter indultũ non includit casum cõtra Rempublicam:& si includeret,non valeret.Bald. in Liubemus.C.de sacrosanct.eccle.per illum tex. ¶ Septima conclusio. Priuilegia sunt interpretanda secundum qualitatem personæ Bar.in l.ex militari.per illum tex.ff.de milita. testa. ¶ Quartò quæritur,†vtrum priuilegium contineos ius commune aliquid profit vel operetur? Et secũdõ Host.dico qd tale priuilegiũ aliquãdo datur.de procu.quia in causis.& nõ frustra,sed multis ex causis. Primò,quia magis solet timeri quod specialiter cauetur quàm quod generaliter.xxiij.dist. c quãquã. Secundò, quia multi sciunt talia priuilegia ignorantes iura cõmunia. Tertiò,quia cùm plerũq; male iura seruentur,per priuilegia innouãtur.de treug.& pa.c.ij.¶ Quintò quæritur,†vtrum priuilegium concessum patri trãseat in filios? Et dicit Panormit.in cap.licet.de cens.lib. post Cy.in l. secunda.C.de episc.& cle.quòd priuilegium quandoq; cõceditur ratione dignitatis innatæ:quãdoq; respectu officij siue professionis:quãdoq; respectu necessitatis.¶ Primo casu transit in filios:vt in l.fœminæ.ff.de sena.nã si pater nobilitatur ratione dignitatis,hoc priuilegiũ trãsit in filios:de quo dic vt no.in l.j.C.de digni.lib.xij.& in d.l.fœminæ.& ibi glossæ.dat exemplum de vxore,quæ corusc at radijs mariti,donec ad secunda vota trãsierit:vt si efficiatur vxor senatoris,efficitur nobilis,licet prius esset ignobilis:& multò fortius filij nobilitãtur ex nobilitate patris.¶ Secundo autem casu transit in filios legitimos patre viuente.¶ Sed in tertio,non transit in filios,etiam patre viuente,secundum glo.in dicto ca.licet & exemplũ est in tex.de exco,qui nõ tenetur ad collectas seu munera psonalia nec extraordinaria,sed ordinaria. Vide ibi etiã Lud.de Ro.in suis singula.qui dicit quòd ciuitas cõcessa vni,nõ trãsit ad hæredes,si sit variabilis:transit verò si sit inuariabilis.l libertus.§.patris.ad munici.Immunitas etiã concessa tibi & filijs tuis intelligitur vt etiam filij habeãt illam viuente patre,vt no.Bart.in l.Gallus.§.quidam rectè.de lib. & posth.Si etiam cõcedo tibi ius hauriendi aquam,aut portandi ad fundum,vel vbi vis,secundum Ludo.de Roma,hæc seruitus non transit ad hæredes,quia est quid personale, & non reale,de quo vide tex.vnicum in l.penulti.ff.de seruitu. prædio.cuius contrarium Baldus dicit se respondisse, antequam illum videret.¶ Sextò quæritur,†vtrũ priuilegiati,socius gaudeat eodem priuilegio? Et dicit Panor.in cap.quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit.de iudi.quòd sic.quando priuilegium esset inutile priuilegiato,si socij nõ gauderent.facit cap.licet.de priuileg.lib.vj.

7 ¶Septimò,†vtrum impetrantes literas familiaritatis à cardinalibus,gaudeant priuilegio familiarium?Et dicit Panormita.in cap.cum dilectus.de cleri.non resi.quòd non debent in aliquo gaudere.& facit cap. fi.de verborum significatione.

8 lib.vj.¶Octauò quæritur,†vtrum priuilegiatus ex aliquo,& non vtens eo,gaudeat priuilegio?Et dico vt suprà Argumentatio.§.ij.¶Nonò quæritur,†vtrum priuilegium eius qui factus est ciuis eo pacto,vt collectas & munera non subiret,sit illi obseruandum? Et dico quòd Panormita.in cap.peruenit. de immunita.eccle.dicit multa:quę ibi vide diffuse,& hic sub isto compendio.¶Primum.Tale priuilegium secundum Io. And.ibidem post Gof.est obseruandum.l.j.C.de his, qui spõmu.subeb.lib.x.imò secundum Panormitan.est irreuocabile, cùm transierit in contractum vel quasi:de quo nota Bartol. in l.quod semel.ff.de decre.ab ordi.facien.¶Secundum.Non solùm Imperator,sed etiã domini inferiores,possunt subditis suis talliarum & exactionum immunitatẽ concedere:sed illi quidem sine præiudicio ciuitatis siue vniuersitatis in præiudicium suum:vt si consueuerunt accipere centum, & eximunt aliquem per decem,iam nõ accipiant nisi xc.ille verò, scilicet Imperator,etiã cũ prejudicio vniuersitatis,ita quòd seruandum est priuilegium vt sonat:modò cõcesserit motu proprio,nõ ambitione vel importunitate petentium. Si autem vniuersitas lædatur,ipsius principis remediũ est implorandum:tamẽ læsio modica est equo animo ferẽda.Per hoc tamẽ nõ derogatur principi,maximè potestati papæ.¶Tertium.Ex his infert primò quòd priuilegium inferioris non præiudicat vniuersitati,sed cõcedenti:secus in priuilegio principis.Secundò quòd priuilegium concedens immunitatem, non valet,nisi motu proprio concedatur.quod limita nisi in rescripto sit apposita clausula,tali lege nõ obstãte:quia eum ſt cõtra legem,non valet,nisi de ea sit mentio facta:vt not. Bar.in l.vacuatis.C.de decurio.lib.x.Tertiò q̃ inferior à principe immunitatem prædictã potest cõcedere in suum,& nõ vniuersitatis,& à fortiori Imperatoris præiudicii,nisi ob iniquam paupertatem:quia tũc officiales super exactiõe deputati possent facere remissionem,secundum Bart.post glos. in l.omnis.C.de anno.lib.xj.¶Quartum.Decuriones ciuitatis non habentis iura principis,secundum Bart.ff.de iur.immu.l.ij.& d.l.vacuatis.possunt dictã immunitatem concedere doctoribus & medicis,nõ autem alijs.l.j.C.de decr. decu. lib.x.ciuitas verò ipsa cõcedere nõ potest in præiudiciũ superioris,vt not.glos.in d.l.vacuatis.nec etiam in sui præiudicium iam subditi:vt d.l.ij.& nisi fieret cõcessio ex causa aliquibus,puta doctoribus vel medicis.d.l.j.nõ subditis autem venientibus nouiter ad habitandũ,potest:vt in d.l.ij. & l. pe. ff.de decre.ab or.fac.Ita distinguit Bar.vbi s̃.Sed intellige in ciuitate nõ habẽte iura principis,quæ sicut & prouincia imponere nõ potest collectas,p̃ vtilitate publica:vt l.vnica.C. de superindi.lib.x.sed pro sua necessitate sic.vt not.Bartol.in d.l.vnica.alia autẽ ciuitas potest cõcedere,sicut & Impator, vt no.in c.super quibusdã.de verbo.sign.¶Quintum.Immunitas à muneribus simpliciter sub generalitate cõcessa nulla facta specificatiõe:neminẽ excusat ab oneribꝰ patrimonialibus supportãdis nec ab ordinarijs,sed ab extraordinarijs secundũ Bar.in d.l.ij.& nõ porrigitur ad honores.l.cui muneris.ff.de mu.& honori.

10 ¶Decimò quæritur,† qualiter priuilegium euacuetur,& sit inualidũ?Et dico multis modis.¶Primò si fuerit subreptitiè cõcessum:quia fauore carent quantum,ad impetrantem.de referi literis s̃.quod est quando impetrans suggerit falsam causam,ex qua vt vera datur priuilegium.xxv.q.ij.& si legibus.¶Secundò,si sit contra constitutionẽ,& de ea non facit mentionẽ.de his quæ fiã.maio.par. cap.c.cũ nos.& idem est si sit contra consuetudinẽ, & de ea non faciat mentionẽ.de consti.c.j.lib.vj.& idem si sit datum contra sententiã:quia per illud nõ tollitur,nisi de illa faciat mentionẽ.de fide instru,inter dilectos.& no.glos.xxv.q.ij.in prin.¶Tertiò,si priuilegiatus faciat cõtra illud quod in priuilegio exprimitur cõcessum:quia ipso facto cessat.de priuporro.& cap.accipimus.¶Quartò,cessante causa priuilegij, quia cessat,siue cessare debet & illud.de app.cũ cessante.qd Bern.ibi videtur limitare,cũ aliàs est damnosum.xj. quæst.j. generaliter.¶Quintò,cũ incipit alicui esse iniquum,præcipuè ei,in cuius fauorẽ est concessum:quia vt dicitur in regula,quod ob gratiã alicui conceditur,non est in eius dispendium retorquendũ.de reg.lib.vj.de verb.signifi.quid per notuale.iuncta glo.¶Sextò,priuilegium secundum facies plenissiue expressam mentionẽ de priori.de referi. veniens. secundum Gofr.Si verò non faciat mentionẽ,non tollit illud:etsi primũ sit generale & secundũ speciale,secũdũ aliquos.sed Hostien.tenet contrariũ,& melius:de quo vide in c.veniens. de præscrip.similiter nec ius cõmune illud tollit,nisi fiat de eo mentionẽ.de rescript.cum ordinẽ.Si autem sit concessum priuilegiũ cum clausula quòd non reuocetur, nisi fiat mentio de eo de verbo ad verbum:videtur tamẽ reuocari, si in secundo contineantur plenissima verba:vt,non obstantibus quibuscunq; priuilegijs,etiam si de verbo ad verbũ debeat de illis mentio fieri &c.secundũ Panormitan.in cap.ex instantia.de cõsti.vide suprà Exemptio.§.xj.¶Septimò,per concedentis renouationẽ.arg.ff.de iudi.l.iudicium. quod sine causa facere non decet:ex causa tamẽ reuocari potest & debet:puta,qa alijs fit læsio enormis:vel quia is,qui accepit, nõ seruat priuilegia sui superioris concessa subditis suis.eodem tit.dilecti.& huiusmodi.vbi not.secundum Hosti.quòd si superior ex certa scientia confirmauit priuilegium concessum ab inferiori,non poterit postea reuocari per inferiorem xxv.quæstio.ij.priuilegia.primo & secundo.qui addit ex hoc quòd priuilegia ecclesię cõcessa à rege vel Imperatore,& p papam ex certa scientia cõfirmata,non potest Imperator reuocare.¶Octauò,per propriam & expressam renuntiationem.de deci.nuper.quod intellige quantum ad ius tangens renuntiantem tantùm:secus si tãgit papã,vel aliũ.Vide dicit Pan.in cap.si de certa.eo.titu.liberum esse cuiq; renuntiare priuilegio suo,modò nõ tãgat ius superioris aut tertij: vnde priuilegio exemptionis renuntiare non potest priuilegiatus sine licẽtia papæ.de arbi.cum tempore.nec clericus cuiuslibet priuilegio suo,de foro compe.si diligẽti.similiter nec abbas siue conuẽtus,secundum Bart.in c. cum dilectus.de reli.do.¶Nonò,per legitimam præscriptionẽ:vt patet ex dictis in suprà Præscriptio.ij & de prescrip.veniẽs.in fi. ¶Decimò per abusum.xj.q.quæst.iij.priuilegiũ.quod exponi potest per vsum,vel vsum cõtrarium,secundum Archid.puta si priuilegiatus vt decimas nõ soluat,soluit sicut alij:& exemptus cõuentus coram ordinario respõdet,non allegans priuilegium, vel si allegat,non ostendens.de quo §.sequen.Si quis tamen allegat priuilegium,& non,seruatur,ei.secundum Hostien. non debet imputari,nõ obst.ff.commodati.l.ad eos.quòd non fit eo vsus:vel fit factum contrarium:nisi fortè sententia feratur contra eum,& non appeller,de re iudi.cap.suborta.

¶Vndecimò quæritur, † vtrũ priuilegiũ amittatur per vsũ actũ cõtrariũ?Et dicit Pan.in d.c.cũ accessissent.de cõsti. in hac materia tot esse opiniones quot capita:sed sibi placere distinctionẽ Ioã.Andr.aliquibus additis.¶Aut enim priuilegium habet tempus annexũ,scilicet quo durare & stare debet tempore determinato.C.de preci.Impe.offe.l.quoties.quod intellige nisi conueniatur ante tempus,quo casu dic vt infrà. Quando:que etiam habet in se causam tacitam vel expressam:qua cessante,cesset:vt si expost facto incipit enormiter nocere:vt in cap.suggestum.de deci.¶Aut sumus extra istos casus:& tunc distingue. Aut enim concessum est circa iudicia,aut circa negotia.¶Si primum:aut ergo ad agendum: & durat tanto tempore,quanto durat actio.l.si eum. ff. si quis caut.§.qui iniuriarum.aut ad accipiendum : & sic est perpetuum, nisi quis deprehendatur in dolo in non excipiendo tempore,quo agitur contra eum. ¶Si verò secundum,scilicet circa negotia : tunc aut datur ad aliquid operandum:& perditur spatio decem annorum,si priuilegiatus eo non vtitur.ff.de nundi.l.j.vbi ciuitas perdit priuilegium nundinarum,si decennio non vtitur.per quod dicit ibi Bar.quòd eodem modo studiũ generale perdit priuilegium doctorandi: quod tamen non procedit si ecclesiæ conferatur, vt dicetur. ¶Aut datur ad non faciendum:& tunc distingue. ¶Nam si aliquid reseruauit sibi Princeps, non potest priuilegiatus renuntiare priuilegio,nisi quatenus singulariter eum tangit: de arbi.cum tempore.¶Si autem nihil reseruauit sibi:etiam distingue.Aut enim fuit concessum priuatæ personæ:& perditur per vnicam contrauentionem.scilicet si directè obuiauit illi,vt est casus d.c.cùm accessissent.secus si non directè: vnde priuilegiatus ne subeat aliqua munera publica vel honores,& sponte acceptans vnum,non præiudicat sibi in alijs, nec etiam in illo si denuò eligatur ad illos.C.de excusa.tuto. l.voluntariè.nisi acceptauerit decurionatum.quia ex illo officio assumitur ad alia officia:deoq; acceptando illud,videtur sibi præiudicare.Aut fuit concessum communi vel ecclesiæ & tunc non perditur,nisi legitimo tempore præscribatur:vt est casus c.si de terra.&.c accedentibus.de priui.Et est ratio,quia singulares personæ non possunt per contrauentionem renuntiare priuilegio ecclesiæ:quia per contrauentionem non perditur priuilegium ex tacita renuntiatione:quam tacitam renuntiationem validam in priuato quæ libet directa contrauentio inducitur,arg.c.cùm renuntiat.xxxiij.q.j.quia complectitur contrarium:sed in ecclesia sicut Canonici non possent expresse renuntiare priuilegio ecclesiæ concesso,ita nec tacitè:vt ne.in c.accedentibus. Vñ idem dicendũ in alio, qui ex contrauentione non posset renuntiare priuilegio. Vbi etiam no,quòd si priuilegium est concernens vtilitatem ecclesiæ & Canonicorum,per vnicam contrauentionem præiudicant Canonici respectu suæ vtilitatis duntaxat:sed respectu vtilitatis ecclesiæ posset allegari non esse sublatum. Et idem dic vbi datur priuilegium respectu plurium personarum vel rerum:quia licet quis veniat contra vnum,non videtur renuntiare contra reliquum.¶Duodecimò quæritur,† vtrum re destructa perdatur priuilegium illi rei concessum? Et dico vt s̃.Ciuitas.§.ij. ¶†Decimotertiò,quæritur qualiter priuilegium sit exhibendum?Et dico quòd priuilegiatus ꝺ̃ Io coram ordinarijs requisitus in loco congruo & securo coram aliquibus viris prudentibus & omni suspicione carentibus ad hoc per ordinarios deputatis tenetur priuilegium exhibere integraliter, & clausulam, de qua est controuersia, transcriptam.c.cùm personæ.eo.tit.lib.vj. ¶Decimoquartò quæritur, † vtrum scriptura vel bullatio sit de essentia apostolici priuilegij?Et dico secundum Inno.in c constitutus.de rescri.& Arch.& Io.And.in procœmio vj.quod neutrum illorum.id est,scriptura vel bullatio est de essentia eius:tamen sine bullis sæpe apud peritissimos probari non potest, propter multa absurda quæ sequerentur permittendo probatio nem per testes:apud quos impossibile esset fere omnem

continentiam gratiæ,& omnem formalitatem : non tamen omnino est impossibile:aliàs in nullo priuilegio permitteretur probatio tenoris per testes,quod tamen permittitur.extra eo.c.cùm olim el.j.vbi contenta in instrumento perdito probari possunt per testes qui illud perlegerunt,si deponant de tenore,& quòd erat sine vitio:nec est necesse probare de veritate instrumenti.Vide etiam Pan.in c.nostra de rescrip. vbi tenet opinionem prædictorum : & dicit quòd licet scriptura requiratur ad probationem gratiæ , non est tamen de substantia gratiæ:vnde mortuo papa,qui fecit gratiam,literis nondum extractis,non expirat gratia:sed successor debet literas dare facta mentione de prædecessore.Ex hoc autem dicit Bal.& Cal.quòd si papa verbo aliquem pronuntiat episcopum vel abbatem,quòd statim est episcopus vel abbas, licet recipi non debeant pro prælatis, nisi gratiam probent per literas apostolicas:aliàs tam recipiẽtes quàm se ingerentes incurrunt graues pœnas:vt patet per extraua.Bonifa.quę incipit inuncti.x.¶Decimoquintò quæritur,† quomodo priuilegium apostolicum vel alia scriptura dicatur falsa?Et dico vt ſ. Tabellio.§.x.¶Decimosextò quæritur,† quando incipiat priuilegium apostolicum : puta quòd aliquis non excommunicetur?Et dicit Ge.in c.j.de conce.præb.lib.vj.quosdam tenere quòd statim bullato priuilegio , quod quidã intelligunt,quando quis per se vel per procuratorem ad hoc datum priuilegium impetrauit:quia ex quo concurrit voluntas concedentis & impetrantis , statim habet efficaciam,etiam si tale ius habentes in priuilegio hoc ignorent:quia possent esse plures.Et papa in priuilegio diceret præsenti per se vel per nuntium:prohibemus omnibus ne quis eum excommunicet:idem esset,& statim effectum habet. quia concurrunt vuluntates prædictæ.Si verò nec per se nec per nuntium impetrat,sed papa proprio motu vel ad instantiam alterius:dicunt quòd nisi appareat de voluntate contraria concedentis.priuilegiatus non gaudebit beneficio, nisi postquam ad eum peruenerit.Et idem videtur tenere Inno.& Host.Vide ſ.Renũciatio.§.iiij.Qñ aũt peodet lis super validitate priuilegij,vtrũ debeat quis primari possessione ſ. Exceptio §.vj.

PRÆSCRIBILE dupliciter dicitur primò vt est quid diu sum contra occultum:& est illud quod per testes probari potest.de quo ſ.Notorium.Secundò vt est quid pertinens ad opinionem.Et hoc dupliciter. Primò vt est obiectum opinionis creditum:& sic Arist.in 1.Top.dicit quòd probabile dicitur,quod videtur omnibus,aut pluribus,aut sapientibus:& ex his aut omnibus,aut pluribus,aut maximè notis & probabilibus & præcipuis.& secundò vt est opinionis causa mouens ad credendum:& sic est coniectura vel signum probabile,id est,quod videtur omnibus esse verum,aut pluribus,aut sapientibus,&c.¶Et sic probabile aliquid redditur apud non habentem demonstrationem de aliquo multipliciter : Primò authoritate omnium hominum:vt quòd mater diligit filium:& secundò authoritate maioris partis hominum:vt quòd furtum sit peccatum.& tertiò sapientum:vt quod spiritus angelici non sint in loco.Quartò maioris partis sapientum:vt quòd anima sit immortalis. Aut quintò præcipuorum:vt quòd felicitas nostra consistat in intellectu.quod Arist.tradit.Et idem dic in materia iuris quo ad doct.Iuristas. Et secundum Cancellarium quod sic est probabile , dicitur certum moraliter:quia certitudo moralis non contingit, ex euidentia demonstrationis , sed ex coniecturis probabilibus grossis & figuralibus.Vnde,vt dicitur in j.lib.Ethi.o,indisciplinati est in vnaquaque re certitudines querere iuxta exigentiam materiæ . Aeque enim vitiosum est persuadentem quærere mathematicum & moralem demonstrationem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Probatione.

1 *Probatio quid, & quotuplex sit.*
2 *Scriptura librorum antiquorum an fidem faciat.*
3 *Probationem plenam ad faciant admiucula.*
4 *Priuata scriptura an fidem faciat.*
5 *Epistola missiua an fidem faciat.*
6 *Aequiuoca an inducant probationem.*
7 *Præsumptiones verisimiles an sufficiãt vt peccatur in criminib⁹.*

PROBATIO secundum Azo. est rei dubiæ per argumenta ostensio. quæ diffintio licet secundum Gof. habeat locum solùm in his, quę probantur per disputationis instantiam: tamen si per argumenta intelligamus media quibus probatur: est bona, etiam in materia iuris. Et regulariter probatio incũbit asserenti. vj.q.v.c.fi.&in l.ij.ff.de ꝓba.

1 ¶ Primò verò quæritur, †quotuplex est probatio? Et dico quòd in genere est triplex. Prima scilicet euidentissima, id est, per priuilegia vel instrumenta indubitata: sicut in simili dicit tex.in c.pia.de excep.li.vj. Secunda euidens & clara, quę fit per testes vel facti euidentiam. de coha.cler.tua. & ij.q.j. scelus. & in c.j.& ibi gl. Tertia minus euidens, quæ fit per cõiecturas. de præsum. afferte. In specie aũt sunt multò plures. Primò cũ fit per aspectũ, vt in notorio, quod probatur per facti euidentiam. de accus. euidentiã. de proba. propositi. ff. de ventre inspi. d.j. In atroci etiam iniuria fit per aspectum. ff. de iniu. l.ij. Secundò fit per testes plures, vel etiam per vnum cum alijs præsumptionibus vehementibus. Tertiò per instrumenta. Quartò per cõfessionem. De his quatuor in d.c.cùm ad sedem. de testi. ꝑpo. Quintò per scripturã antiquorũ librorum. c.cùm causam. eo. tit. de quo j.§.ieq. Sexto per violentã præsumptionem. xxxij.q.j. dixit dominus. Septimò per famã cum alijs præsumptionibus. c. tertio loco. eo. ti. & vicim fama probationem facit. de fri. & male. cap. vlt. & per famam cum vno teste. de proba. sicut. quod tamen non sufficit ad condemnandum de crimine, secundũ Bar. de testi. veniens. quia in criminibus debent esse probationes apertissimæ & meridiana luce clariores. secus in causa ciuili. C. de prob. l. vl. Octauò

2 per iuramentum. de sen. exc. si verò. ¶ Secundò quæritur, †vtrum scriptura librorum antiquorum fidem faciat? Et dicit Pan. in c.cùm causam. de proba. quòd sic, secundũ Io. And. & Host. in libris reseruatis in custodia publica & fideli. pro quo facit c. ad audientiã. de referi. & ibi. Doc. quòd satis faciunt fidem si reperiuntur in camera cardinalis vel episcopi. quod Pan. non admittit indistinctè: quia si episcopus prætendens aliquod castrum esse ecclesiæ, hoc scripserit in libro derento deinde multo tempore in eius camera, non propter hoc probabitur dominiũ castri cũ grauissimo præiudicio possessoris, cõtra c. inter dilectos. de fi. in 1ª. vbi nõ creditꝫ antiquissimis ecclesiæ priuilegijs si figilla cõsumpta sunt, aut aliàs enormen fracturã patiuntur. Vnde vbi agitur de nullius præiudicio fidem faciũt dictę scripturę, aut etiã lapides: quia tũc sufficiunt probationes nõ plenæ sicut si dubitaretur vtrũ ecclesia sit consecrata, vel infans baptizatus. Et idem vbi factum est antiquissimum. & agitur de modico præiudicio: vt quòd iste episcoparus habeat velle, ar. optimũ ex d.c.cùm causam. & potest dici ibi expressum, cùm nõ dicatur ibi de liberis reperris sub custodia publica & fideli: sed indistinctè per libros antiquos. Quando autem agitur de magno præiudicio: tunc aut est talis liber vel scriptura, cui à nostris antiquis cõiter creditũ est: vel reperitur in loco, vbi solùm authenticæ scripturæ seruantur: & plenam fidem facit. & est tex. in d.c.ad audientiam. aliàs autem facit adminiculum seu præsumptionẽ, sed non plenam probationem. quod probatur à contrario in d.c.ad audientiam. & fuit de mente Inno. super rub. de consuetud. dicit etiam gl. in d.c.cùm causam. quòd creditur instrumento producto ex archiuo publico, id est, loco, in quo reponuntur publicæ scripturæ: & quòd creditur scripturæ sculptæ in colũna vel lapide. quod Pan. intelligit in nõ tendentibus in alicuius præiudiciũ. nam aliqñ faciunt plenã fidem aliquando adminiculantur secũm qualitatem loci, vbi reperiuntur, & quantitatem præiudicij. de quo vide. in l. monumentorum. C. de reli. & sump. fune. vbi monumentorũ scripturæ ꝓprietatem nõ probant. ¶ Tertiò quæritur, †vtrũ admiculã nõ probantia plenè, coadunata faciant plenã probationem? Et dicit gl. vbi ꝛ. quòd sic. Sed cõtra hoc arguit ibi Pan. quia singulares testes nihil probant. de proba. licet & multa imperfecta nõ faciunt vnũ perfectũ. dif. xxiij. quorundã. cũ glo. Soluit autem sic: Nã si probationes diuersæ tendunt ad vnũ, sunt cõmistibiles: & si sunt sufficientes ad iudicis animum inducendum ad plenam credulitatem, inducunt etiam plenam probationem: & hoc siue sint eiusdem generis, siue diuersi, & vnus testis cum fama: iuxta no. in c.j. de app. & idem in alijs præsumptionibus de adminiculis cum vno teste deposito, vel pluribus & credulitate. Si verò tendunt ad diuersa, nõ sunt commistibiles: exemplum in singularibus testibus: & idem si aliqui testes deponant de mutuo, sed nõ perfectè ita qui de confessione mutui, & non perfectè: vt non coniungatur ad faciendum plenam probationem: quia mutuum & confessio sunt diuersa, nec tendunt ad vnum totum faciendum. cùm sæpe sit vnum sine reliquo. vide ibi: & suprà Inquisitio. j.§.x.& xj. ¶ Quartò quæritur, †vtrum faciat fidem priuata scriptura, quæ scribitur inter præsentes, & vocatur apodissa? Et concludit Pan. in c.ij. de fi. instr. quòd sic, si habet subscriptionem partium aut testium: secus ergo si tantum habeat subscriptionem partium aut testium, aut nullum istorum, & non debet continere diem, locum, annos domini, & hominum di, secundum Barto. in l. cùm tabernam. §. idem quæritur. ff. de pig. quod limitat Pan. quando agitur ex solo præiudicio scribentis. ¶ Quintò quæritur, †vtrum litera missiua, id est, epistola ad absentem, aut libri rationum mercatoris faciant fidem? Et dico vt pan. in d.c.ij. vide ibi. ¶ Sextò quæritur, †vtrum æquiuoca inducant probationem? Et dico quòd non: quia hoc non probat esse, quod ab hoc contingit abesse. de transl. præla. c.ij. & in l. neque natales. C. de proba. facit quod no. Pan. in c. illud quoque. de præsum. vbi datio annulli quandoq; signat inuestituram: vt c. ex ore. de his quę fiunt à maiori parte. ca. quãdoq; dationem libertatis. C. de iu. au. annull. ij. quandoq; contractum matrimonij. xxx.q.v. formę. quandoque est signum dignitatis: vt in c. clerici officia. de cri. & hoc. cleri. Et ideo arguere ad vnum solum, non valet. ¶ Septimò quæritur, †vtrum in criminibus possit procedi per verisimiles præsumptiones? Et dico quòd non ad condemnationem, sed solùm per violentas, vt dictum est supra in prin. quod tamen fallit in crimine simoniæ. de simo. sicut. & c. cùm contumacia. de hære. li.vj. & in l.j. C. de hære. Quomodo autem per præsumptiones verisimiles, id est, probabiles procedatur ad inquisitionem, & torturam, suprà Iudicium. per totum.

¶ PROCVRATIONES. vide infrà Visitatio.

PROCVRATOR largè & secundum canones dicitur omnis administrator. j.q.iij. salnator, sed per ea quę traduntur in eius constitutione restringatur ad aliquid: sed secũm leges & Canones propriè procurator est, qui alienã negotia mãdato sibi à dño facto gerenda gratuitè suscipit plura vel vnũ. de negotijs gest. l.ij.§. negotia. Et dicitur mãdato à dño, &c. ad excludendũ tutorẽ, vel curatorẽ, collegia, & prælatos ecclesiæ, qui procuratorem non possunt instituere, sed actorẽ, vel syndicum, qui instituitur ab vniuersitate, vel à nõ vero dño. Et gratuitè: quia si interuenit merces, est locator operum. Sed intellige quòd non potest pacisci de quota: potest tamen accipere salarium. Differt autem ab aduocato: quia ille causam præsentis, iste verò absentis pertractat vterq; tamẽ dicitur postulare. Vide etiã supra Oeconomus. ¶ Sed nota quòd ꝓcurator passus damnum eundo pro domino, puta qua spoliatus est à latronibus, non subleuatur à domino de necessitate, secundum Pan. in cap. cum pro causa. de procu. & videtur text. in l. inter causas. §. non omnia. ff. mandati. quia hæc sunt extrinseca mandato, & casui fortuito imputanda. Secus in socijs: quia vnus imputat alteri dãna cõtingentia occasione societatis. l. cum duobus. §. quidam saga riam. ff. pro socio. Secus etiam in expensis, quas fecit eũdo, redeundo, & stando pro causa, etiã si à principio de eis nihil dictum sit: & etiam quantuncunq; voluntariè assumpserit mãdatum. Si autem principaliter iret aut staret ꝓ suis negotijs potuit non potest, nisi quod expedit pro causa. De hoc suprà, mandatum. §. vj. Est autem duplex procurator, scilicet ad iudicia & ad negotia. Primus non potest alium cõstituere, nisi post litis contestationem: alius hoc potest liberè: de procu. c. j-lib. vj. Item primus nõ datur, nisi maior xxv. annorum, alius verò post decimum septimum. de procurat. qui generaliter. lib. vj. Item haberur tertia horum differentia in cap. ex parte decani. de rescrip. Non potest autẽ esse procurator, secundũ Archi. post Ala. minor dicta ætate, nec furiosus, nec infamis, surdus, mutus, accusatus de crimine seruus, excõmunicatus, vel constitutus ab excõmunicatore: si tamẽ esset occultum, posset, de procur. auditis. nec regularis, nisi in casu sui monasterij iubẽte prælato. de procu. cum religiosus. in cle. nec clericus in quolibet gradu cõstitutus quo ad ciuiles causas, nisi pro miserabilibus personis, secundum Hostien. secus in spiritualibus. ¶ Quãuis autem regulariter à solo domino procurator instituatur: administrator tamẽ ecclesiæ, licet nõ sit dominus, potest procuratorem instituere, secũdum Sum. Ang. de ꝓcu. petitio. Sed intellige de procuratore largè, puta syndico vel actore, vt ibi. & limita vt Pan. in c. edoceri. de referi. ¶ Sunt autem quidam actus, qui per procuratorem explicari nequeunt: vt pœnitẽtia. de pœn. distin. j. quem pœniter. & responsio in baptismo quantum ad adultum. de conse. dist. iij. cum pro paruulis. vt susceptio cuiuslibet sacramẽti, & generaliter omnis actus expresse exceptus à iure: omis autẽ alius per ꝓcuratorem potest explicari. l. j.§. vsus. ff. de procu. & in regula, potest quis. de reg. iur. in vj. Excipiũtur autem aliqui actus. & similiter in vj. in c. qui ad agendum. iuncta gl. De salario procuratorum, infrà Tabellio. §. vj.

PRODITIO, auaritiæ filia, est deceptio cõtra fidem datã vel debitã, in damnũ alicuius. ¶ Primò autẽ quæritur, vtrũ subditus dñi iniustè possidẽtis ciuitatẽ, aut castrũ, vel alius, peccet, si occultè operetur: vt rale quid iniustè possessum reuertatur ad dñm verũ? Et dicit Archi. quòd sic, & mortaliter, si hoc facit cupiditate vel odio. ar. j.q.j. fertur. nõ tamen tenetur restituere: quia proprio domino rem suam restituit. Si verò facit zelo iustitiæ totaliter vel saltem principaliter, nõ peccat: quia quilibet debet ꝓximum iuuare sicut in ꝑsona, ita & in rebus: & hoc si creditur verisimiliter quòd alter verus dominus nõ habebit per superiorẽ vel aliũ nec creditur verisimiliter sequi mors aut scandalũ quod rarò accidit: ideo q; nec consulendum, nec prædicandũ est. ¶ Secundò quæritur, vtrũ hostem capitalem alicuius domini vel ciuitatis iniustè bellantẽ liceat proditoriè occidere, puta veneno, vel huiusmodi? Et dicit Archi. quòd hoc non licet priuato facere, nec ad hoc priuatũ inducere: licet possit quis vti malo, id est, peccato priuati ad hoc parati. Vide Archiepis. ij. parte, ti. j. c. xxij. vide etiam infrà Secretum. & infrà Seditio. §. iiij. & infrà Tyrannus.

PROFESSIO generaliter & largè est omnis cõfessio: à ꝓfiteor: sicut ꝓfitetur ius canonicũ, qui fatetur se canonistã. Propriè autẽ est qua quis fit religiosus: vt qua quis ꝓmittit obedientiã superiori. Propriissimè autẽ est, qua quis fit religiosus ꝓpriẽ: vt puta quis promittit expresse vel tacitè obediẽtiam, paupertatem, & castitatem in aliqua religione approbata. Vide infrà, Religio sextò, per totum.

¶ PROMISSIO, vide suprà Pactum, in prin. & §. iij. ac iiij. & suprà Pollicitatio.

PROPRIETAS propriè est dominii. Vide infrà Religio, sextò. §. texto. & Panor. in c.j. de cau. pos.

PROXENETA est persona media inter cõtrahentes seu cõtrahere volẽtes, cõcilians: & in spõsalibus dicitur paranymphus. Vtrũ autẽ talis teneatur restituere, si cõduxit vsurariũ contractũ: vide Inn. & Io. Andr. in c. Michael. de vsur. gl. & Archid. xlv. distinct. sicut non suo. & dic vt infrà Restitutio. iij. §. xj. Vsura. vij. §. nij. Vtrũ autem talis compelli possit ad testimonium in contractu, in quo mediauit? Dic quòd sic vtraq; parte cõsentiente. authen. de restit. §. quoniã verò. vtraq; autem parte contradicente non admittitur. Cõtradicẽte verò vna, & alia volente, cõpelli non potest: volẽs tamẽ testificatur. pro quo vide glo. in verbo, ciuiliter. c.j. de testi. lib. vj. & in c. delictorum. de testi. cogen.

¶ PROTESTATIO, infrà Reuocatio.

¶ PROVINCIA dicitur ꝓpriè, quæ habet decẽ vel vndecim ciuitates & vnum regem. vj.q.iij. feliratote.

¶ PVBES, à pudentia corporis dictus. xx. quæstio. ij. & de spon. pubes. hodie est masculus xiij. annorum, & fœmina xij. vt suprà Impubes.

¶ PVBLICVM differt à communi, quod cõpetit & bruti: quia publicũ dicitur quod est in vsu hominũ tantùm: vnde dicitur quasi publicum. & dupliciter dicitur. Vide suprà Notorium. & suprà Occultum.

¶ PVNITIO nunquã est sine culpa: licet aliquando sit sine culpa. de reg. iu. sine culpa. lib. vj. Vide suprà Pœna. & suprà Correctio, & infrà Scandalum.

¶ PVPILLVS infrà Tutela, per totum.

De Purgatione.

1 *Purgatio quid, & quotuplex sit.*
2 *Purgatio canonica quando indicenda.*
3 *Purgatio an sit semper recipienda, si eam offerat infamis.*
4 *Purgatio coram quibus fieri debeat, & cum quibus.nu.5.*
6 *Iuramenti forma in purgatione.*
7 *Purgationis quis sit effectus.*

PVRGATIO sonat eductionẽ viliũ sordiũ de aliquo. & quantũ ad peccata dupliciter fit, scilicet quantũ ad Deũ per sacramẽta quo ad culpã & pœnã, & per tribulationes & ignẽ purgatorij quo ad pœnã: vel etiã culpã venialẽ quę in purgatorio remittitꝫ. & quatũ ad homines. Et isto mõ de ea intẽdim⁹. & scdm Ray. est de obiecto crimine innocẽtię ostẽsio, scilicet per iuramẽtũ vel alio debito modo: scdm Got. ¶ Primò ergo quæritur, †quotuplex sit purgatio? Et dico, omissa Mosaica, de qua Nume. v. quæ erat cerimonialis, in nouo testamento est duplex. ¶ Prima scilicet vulgaris, id est, à vulgo diabolico instincta adinuenta: vt quæ est ferri candẽtis, aquę bullientis, duelli, & huiusmodi: quę ꝓhibet sub pœna peccati mortalis. ij.q.v. Mennam. & c. cõluisti. & c. monomachiã. & de pur. vul. per totũ. quia est contra illud, Deu. vj. Nõ tentabis dominum Deum tuum: vt in d.c. monoma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

chiam.& xxij quæstu.ij.quæritur.Vide infrà,Tentatio.Et similiter prohibetur ea,qua darur corpus Christi ad probationem,vt c.fœpe.ij.q.iij.& secúdum Sanc.Thom.in iij.distin. ix.art.vlti.& iij.quæst.lxxx.¶ Secunda dicitur canonica,à iure scilicet canonico adinuenta.ij.quæst.v.ferè per totum:quę fit aliquãdo per solum iuramentũ ipsius infamati corã suo iudice:aliquãdo etiam per iuramentum testium compurgantium.extra eo.per totum.¶ Secundò quæritur,† quando fit indicęda purgatio canonica.¶ Et dico quòd indici debet primò quãdo quis laborat infamia publica:& non potest convinci:vel etiã non accusatur.extra eo.inter alia.Sed limita si infamia fit apud bonos & graues viros,& nõ sit orta à detractoribus aut malis.xj.quæst iij.in cũctis.nec ab inimicis extra eo.ca pen.Vnde sicut dicit Archidiaco.tola illa infamia induxit purgationẽ,quæ ex probabili præsumptiõe orta est,propter quam iudex ad purgationem compellet etiã nullo denuntiante,vt not.x.quæstio.v.presbyter.¶ Secundò quando fit inquisitio de crimine:si testes,per quos inquisitio procedit,probant semiplenè,extra eo.in te quod limita quãdo per eorum dicta sit suspicio contra reum:aliter non.d.c.presbyter.in gl.¶ Tertiò quando quis est accusatus,& non est plenè probatum,& remanet suspicio ex ipso processu suo episcopo aut sacerdotibus aut viris honestis.ij.quæstio.v.omnibus. etiam si remaneret suspectus soli iudici,secũdum Sum.Cõf. post Ray Sed intellige suspectus vehementer. ar.c.inter solicitudines.extra eo.& idẽ est si in iudicio ipõte se de aliquo profiteretur,& deinde laborat suspicione verisimili.extra eo. si quis de gradu.Inquisitio.j.§.viij.¶ Quartò ad dictũ vnius, etiã mulieris,si ex hoc apud graues infamia resultat.de adul. significasti.Si verò nõ sit infamis,nec inquisitione semicon uictus.nec accusatus,non potest iudex ex tua suspicione indicere purgationem etiam verisimili,secũdum Ray.Sum.Cõfes.& Pisa.& Supple.quia scilicet hoc nullo iure cauetur:& si hoc dicatur posse,aperitur via ad omnem vindictam prælatisquia poterunt pro libito dicere te habere suspicionẽ vehementem.vnde mẽbr Sum.Ange.& Rosel.concedũt quòd verisimilis suspicio etiam sine infamia sufficiat:quia oportet quòd adsit infamia publica,vel saltem quæ est in publico iudicio vel in inquisitione:&.c.si quis de gradu.quod allegant, est in contrarium,vt patuit.¶ Tertiò quæritur,† vtrum purgatio sit semper recipienda,si illam offerat infamis? Et dicit Archidiaco.post Rayne.quòd non,duplici casu.Primo cùm crimen est notorium.Secundò quando adest accusator offerens probationem.extra eodem.c.secundo.& cap cum dilectis.¶ Quartò quæritur,† coram quibus purgatio fieri debet:Et dico q̃ debet esse in publico si q̃ infamatus est apud populum:vel coram clero,si apud clerum : & vtroque casu coram iudice.xxiij.distinctio.illud.xxij.quæstio.v. de crimine.ij.quæstio.iiij.omnibus.Si autem non fuerit coram iudice,vel si fuerit vulgaris,etiam si reus fuerit absolutus,tenebitur nihilo minus iterũ canonicè se purgare.extra eo.ex tuarum.&.c.cum dilectis.secundum Rayn.¶ Quintò quæritur, † cum quot & qualibus debeat quis se purgare:Et dicit Ray. quòd hodie compurgatorum numerus taxabitur boni iudicis arbitrio,secundũ quòd infamia vel crimẽ sunt magis aut minus grauia.ij.q.iiij.presbyter.&.c.omnibus.in fi.sicut Inn. in decano indixit xiiij.sui ordinis.extra eod.inter solicitudines.& cuidam episcopo duos cãtũm abbates.extra eo.cum in inuentute.& facit de acco.cum P.Debent autem compurgatores esse ciusdẽ ordinis siue dignitatis,si haberi possunt.ff. e inter solicitudines.aliàs,puta quia illi sunt inimici,sint ordinis inferioris vel etiã laici.ij.quæst.v.fi legitimi.& d.c. omnibus.in fin.imò etiam cum mulieribus religiosis & honestis

potest quis se purgare.xxviij.quæstio.ij.in decima.& debent esse viri catholici vita probati,& quari conuersationis eius, etiam transacto tempore,non solùm in præsenti.dicto cap. inter solicitudines.¶ Sextò quæritur,† quæ sit forma iuramenti in purgatione? Et dico quòd se purgans iurabit se tale quid non fecisse,nec mandasse,nec consuluisse,nec tamisse ei,aut dedisse authoritatem.distinctio.50.si quis viduam. Potest addi,nec suo nomine factum ratum habuisse.de restitutione spolia.cùm ad sedem.Compurgatores verò iurabũt se credere quòd verum iurauerit:extra,eodem.quoties. Forma autem Got.scilicet quòd infamatus iuret se immunem à tali crimine,reprobatur extra,eodem.capit.fina . ¶ Septimò quæritur,† quis sit huius purgatiõis effectus? Et dico quòd si quis suam purgationem rite perfecerit,iudex sine mora relaxabit suspensionem,si præcesserit,& ab infamia criminis absoluere,& eum enũciare debet boni testimonij.extra.eodẽ. ex tuarum.Si verò in purgatione defecerit:si fuerat accusatus,punietur tanquam convictus,de simo.de hoc.& capit.insinuarum.& de accus.cum P.Si verò præcesserat inquisitio, aut denuntiatio,pœna erit arbitraria,secundum Got.& Hostien.& Panormitan.in cap.accedens.de accusat. Similiter si nullus dictorum modorum agendi præcesserit,sed solùm propter infamiam purgatio fuit indicta,punitur extraordinariè & est casus cap.significasti.de adult.& sic illud intellige.Et aduerte secundum Innocent. quòd cum iudex hoc casu præ dat ex præsumptione,debet multùm temperare sententiam vt not.in cap. afferte.de præsumptio.

PVRGATORIVM est locus expiãdæ pœnæ debitæ peccato , vel expiandi ipsũ peccatũ veniale post hanc vitã,vbicũq; sit,siue sub terra,vt regulariter sine in hoc nostro hemisphærio,vt patet per ea quę Greg.refert in Dialogo ad thermas angulanas Purgatorium autem esse patet per illud ij.Machab.xij.Sancta & salubris est cogitatio,& quod nec de beatis,nec de damnatis potest intelligi.Et secundum Sanctũ Thomã & alios Theologos ibi purgantur peccata venialia quo ad culpam & pœnam : mortalia autẽ quo ad pœnã tantùm,quãdo in hac vita non fuit sufficienter expleta,licet fuerit culpa delata.Vtrum autem possit per papã euacuari , vide suprà.Indulgentia.§.vj.& Papa.§.vj.

PVRIFICATIO mulierũ post partũ nõ est necessaria: vnde nõ peccant,si ex deuotione volnerint ecclesiam intrare gratias reddituræ:licet earũ deuotio nõ sit improbanda,si ex veneratiõe aliquã diu voluerint abstinere,extra eodem .cap.vno. Vtrum autẽ sit mortale viro vxorem ante dictam purificationẽ cognoscere: dic quòd non.licet ex consilio debeat abstinere,secundũ Ray.& Vernue.distin.v. ad eius.xxxiij.q.iiij.si causa.

PVSILLANIMITAS magnanimitati p defectũ opponit,dũ q̃ recusat tendere in illud,q̃ est suæ potentiæ cõmensuratũ:& sic est peccatũ, & tale , qualis est obligatio ad illud,in quod quis tẽdere recusat:puta mortale,si sit præceptum vel prohibitio: vel veniale, si sit consilium solùm.vide ij.ij.quæst.cxiij.

QVAESTIONIS sententia est,si q̃s in iudicio cõfitendo se furtum fecisse si extrahi possit per hoc posse expõi torturę:vt no Bart. & gl.in l. capite quinto.ff.de adulte. & refert Panor. in c.si quis.de gradu. de pur.cano.

¶ QVARTA funeralis,supra Canonica portio.de Falcidia verò & Trebellianica , & Legitima.

De Quæstuarijs.

QVAESTVARII à quæstu dicti,largè sunt omnes mendicantes:propriè autem & in iudicio loquendo sunt qui

qui pro eleemosynis discurrũt,scilicet non habendo certam diœcesim,vt sancti Antonij vel Bernardi,& huiusmodi:quos nunc vocãt Ceretanos.& de his intẽdimus. Hi prohibentur acceptari,nisi literas veras apostolicas,aut diœcesani ostendant. de pœn.& remis.c.cum ex eo.vbi etiã ponitur forma literarum:& si habent literas apostolicas,nõ debent admitti , nisi pri⁹ per episcopũ examinati.cle.abusiõi⁹bus.de pœn.& remi. & generaliter quoties literæ sunt suspectæ , nõ tenẽtur eos sacerdotes admittere,sed possunt episcopũ cõsulere, secũdũ Pan.in d.c.cum ex eo.imò etiã tenentur: quia adhuc nõ habent literas veras in cõscientia suspicantiũ.Et ideo solet episcopi statuere ne vlla litera apostolica sine suo scitu admittatur:quod tñ si faceret in fraudẽ,puniuntur.de priuil. dilecti.&.c.quãto.Et procedũt hæc etiã si sint exempti.de priuilegiis.& potuerũt ab ordinarijs puniri si publicè delinquãt:vt ibi in cle.ij.de pœn.& rem.Sed intellige quãdo volũt petere nomine hospitaliũ aut monasteriorũ:secus pro seipsis, quia sine literis possunt admitti.Admissi verò nõ sunt permittendi prædicare:nec petẽdo eleemosynas possunt aliquid ,ppo nere,nisi quod in literis cõtinetur.d.c.cum ex eo.& de hęret. vt officiũ.lib.vj.& d.cle.abusionibus.Et si in eorũ literis cõtineatur q̃ recipiãtur charitatiuè in locis religiosis, vt fideles ad eorũ exhortationẽ vocentur: tamẽ clerici nõ tenẽtur ad hæc inuitiquia quantũ ad hæc literæ sunt reuocatæ per extrauag.Cle.quarti.Debẽt etiã esse modesti & discreti,& nõ hospitari in locis incõgruis,nec inutiles expẽsas facere , nec portare falsæ religionis habitũ,aut indulgẽtias vel alia meudacia proponere:vt in d.cle.abusionibus.& d.c.cum ex eo. alioquin episcopus põt eos punire tanquã excedẽtes in eius territorio,etiã si fint excepti,vt dictũ est.Et si ꝓpter eos impediretur inquisitionis officiũ,possent per inquisitores à prędicatione cõpesci.de hæreti.vt officiũ.lib. vj. ¶ Ex prædictis etiam patet quomodo debet aduerti ad literas eorum qui se dicunt Iudęos baptizatos,aut Christianos expulsos à Turcis, vel huiusmodi:quia plerũq; sunt infideles & viri nequissimi: & sunt occasio quòd fideles nõ ita misereantur veraciter indigentibus.Quæstus dicitur omne,quod ex opera cuiuscunque descendit.ff.pro soc.l.quæstus.vbi glos.id est,lucrum.

De Ratiocinio.

1 *Ratiocinio reipub. obligatum an possit ordinari & quid de priuato.num.1.*
3 *Ordinari an possit curam vel tutelam administrant.*
4 *Pigneris causa obligatus an possit promoueri.*
5 *Vsurarij filius an possit promoueri.*

RATIOCINIVM est redditio rationis ex administratione rei publicæ vel priuatæ. Sunt enim quædam ratiocinia publica, quibus obligantur officiales curiæ ex administratione rerum ad rempubli.pertinentium.C.de episco.& cler.l.officiales.& quædam priuata,quibus homines obligãtur ex administratione rerum priuatarum,vt tutores,curatores,actores,procuratores,executores.de oblig.ad ratiocin.c. vno.¶ Primò ergo quęritur,† vtrum obligatus ad ratiocinia reipublicæ post administrationem possit ordinari ? Et dico quòd nõ ante redditã rationẽ,si obligatus est ex administratione quã gessit.dist.lj.prętera.si verò aliàs est debitor reipublicę:puta ex mutuo vel alia causa,secus quia nõ prohibetur ꝓmoueri.C.de epis.& cler.l.quisquis emeritis.ff.de mun. & hono.l.rescripto. ¶ Secundò quæritur,† vtrũ obligatus ad ratiocinia personę priuatę possit promoueri ? Et dico quòd quidam indistinctè dicunt,vt Sum.Ang.quòd non,si tenetur de dolo & fraude,& constat.si verò constare non potest, vel tenetur ex alia culpa, potest promoueri,nihil allegans: sed melius Sum. Ros.post Rayn.& Arch.distinguit quod finita administratione,si adhuc sit obligatus ad rationcina, & moueatur ei quæstio de dolo,promoueri non potest ante decisam litem.dist.lxxxj.tantùs.debet tamen taxari tempus intra quod quæstio decidatur.Similiter nec si nõ moueatur quæstio,sed tamẽ manifestũ sit eũ teneri de dolo : sed episcopus ex officio suo repellet eum,sicut quęlibet criminosum seu infamem.vj.q j.c.infames.aliàs ordinari nõ prohibetur:vt si quæstio moueatur de alia culpa:& nõ sit manifestum eum teneri de dolo.Sed vlterius Archi.dicit prędicta procedere in obligatione personæ priuatę non miserabili:vt in tutore,curatore,& procuratore:sed obligatus ex administratione pro persona miserabili seculari,vel pro persona ecclesiastica:talis nõ impeditur à ꝓmotione,si aliud nõ impedit: vt si esset manifestus dolus in administratione, vel aliud quia ad tales adiuuandum omnes tenẽtur.dist.lxxxvj. peruenit.& xvj. q.j. monachi.j.Religio.ij. §.iiij.v.& vj.¶ Tertiò quæritur,† vtrũ promoueri possit qui actu est in officio administrationis? Et dicunt aliqui quòd nõ,si est in administratione personæ priuatę nõ miserabilis.xxj.q.iij.c.j.sed ibi patet quòd verior est opinio Innoc.in c.vnico,de oblig.ad ra.scilicet quòd gerens tutelam vel curam legitimã vel necessariam à legibus sibi impositam,vel etiam suscipiẽs,aut miserabilium personarũ, aut ecclesię procurationes, seu administrationes,& maximè cum licentia episcopi , non impediatur ordinari,cùm possit talia suscipere etiam ordinatus:aliis autem prohibetur,dist. lj.per totũ.& d.l.officiales.¶ Quartò quæritur,† vtrum promoueri possit obligatus causa pignoris? Et dicit Host. quòd non,ante redditam rationem.arg.c.significante.&.c.cum cõtra.de pig.¶ Quintò quæritur,† vtrũ promoueri possit filius vsurarij.? Et dicit Host.quòd non,si succedat,nisi clamorem patris emendet,vel hereditatem repudiet.de vsur.c.tua nos.

De Rapina, Raptore, & Raptu.

1 *Rapina quid & qua sit raptoris pœna.*
2 *Rapiam ibi factam an liceat domino territorij.*
3 *Iuramẽto spoliatus an stabitur super qualitate rerũ amissarum.*

RAPINA sumitur multipliciter:primò largissimè & improprijssimè pro vsurpatione indebita cuiuscunque rei temporalis vel spiritualis,secundũ illud Phil.ij.Non rapinã arbitratus est scilicet Christus se esse æquale Deo. Secundò largè quidẽ,sed minus ,pro illicita vsurpatione vel occupatione rei temporalis siue manifestè siue occultè:secundũ illud Ambr.qui vsuram accipit,rapinam facit.xiiij.q.iij. & illud Aug.ead.q.ij.si quid inueniſti,& nõ reddidisti,rapuisti. Tertiò propriè & strictè vt diuiditur cõtra furtũ,vsuram,& huiusmodi: & sic loquimur:& sic rapina,vt elicitur ij.ij.q.lxvj. art.viij est ablatio alienæ rei iniustæ & violẽta.Nõ ergo est rapina,si q̃s rẽ suã tollat violẽter ob eo qui aufert : vel etiã qui iam abstulit,& ad aliũ locũ reportauit , secũdum Archi. licet aliàs male faceret,cũ posset repetere in iudicio. Similiter nec si alienã iustẽ in bello iusto auferedo arma.Similiter nec si alienam iniustè,sed nõ per vim,sed per fraudem latenter,vt in furto:aut de voluntate domini,vt in vsura. Non ergo bene dicit Sum.Ang.rapinam fieri cũ quis violenter & publicè rapit:quia nõ est de eius ratiõe quòd sit publica alterius quàm domino,cui violenter aufertur.qđ volunt iura,quæ allegat,maximè c.pœnale.xiiij.q.v.vnde in l.j.C.vi bon.rap. Rapina dicitur violẽta receptio rerum:& raptor,qui à rapina dicitur,qui bona aliena rapit vi & apertè.ff. ne quis eum qui in ius.l.sed extrẽdi.vbi notãter non dicitur publicè,sed apertè,id est.domino sciente & vidente.ieu,vt dicatur in dicto cap.pœnale.visibiliter.Raptus autem est rapinæ species

Universidad de Deusto
Biblioteca

facta scilicet circa mulieres. Vñ raptus est violēta receptio mulierum propriè secundum Gofr.arg.l.j.§.sciendum.& §. seq.ff.de sep.& l.filiusfamilias.ff.ad Mace.& C.de iure dom. impe.l.iij.& ff.de eo quod certo loco.l.j.largè autē dicitur, aliarum rerum,secundum aliquos.ff.de inced.rui. naufr.per torum. Vide suprà Luxuria.§.vj.Quandoq; tamen raptor dicitur contra prædonem:& differunt secūdum Ioā.And.& sequitur Pan.in c.j.de rap.vt iste immobilia,ille mobilia & se mouētia rapiat.sed quātum ad pœnam iuris non differūt. Igitur exemplariter loquēdo,rapina fit primò in vsurpatiōe dominiorū vel statuū:secūdò in extorsiōibus iniustis dominiorū & cōmunitatū:tertiò in extorsionibus iniustis officialium:quartò in bellis iniustis:quintò in vsurpatiōibus factis per priuatas personas,vt in naufragijs & stratis,& huiusmodi infinitis. ¶ Primò autē quæritur, ¦ quotuplex,& quæ sit pœna raptoris? Et dico quòd est duplex,vna scilicet tēporalis,& alia spiritualis. Tēporalis est hæc. Secūdum leges eñ si agatur ciuiliter intra annū,punit in quadruplū,cōputata scilicet ipsa re:post annū verò in simplū.ff.vi bo.ra.l.j.& ij.ad quam pœnā secūdum San. Th.ij.ij.q.lxij.tenetur solùm postquam fuerit cōdemnatus etiā in cōscientia. Siverò agatur criminaliter propter vim sine armis,punitur in tertia parte bonorū, & est infamis.ff.de vi & vi ar.l.j.cum armis autē punitur deportatione:quia scilicet deportatur in insulam,& perdit omnia bona sua.ff.de publ.iudi.l.iij.§.itē lex iulia. Spiritualis autem est multiplex. Secundum canones enim excōmunicatur ab eo episcopo,in cuius episcopatu rapinā fecit.de rapt. & incē.c.j.& vj.q.iij.placuit.& vt patet in c.super eo.de rap. debet ei denegari pœnitētia,nisi restituat ablata:vel de restituēdo pleuam fecerit securitatem,si habet vnde possit:quod si habet vnde possit,& distulerit pœnitentiā vsq; ad mortem contumaciter:si quidem tunc humiliter petens pœnitētiam, emēdationem,vel securitatē de emendando præstiterit:pœnitētia & ecclesiastica sepultura,adde &viaticum,cōceditur. Si verò in morte eo casu securitatē præstare nō poterit,contrito viaticum nō denegabitur,adde nec pœnitentia:sed nullus clericus intererit sepulturę eius,nec recipiet eius eleemosynā:adde licet sepeliatur in cœmeterio,secundum Host.& Panor.adde etiam secūdum Arch.nisi parētes vel amici eius vellent restituere pro eo,quia nō priuabit sepultura. intelligēd est,officio sepulturæ.quod dictū tene:quia hoc est dare cautionem de restituendo,& si quis clericus contra aliqd prædictorum fecerit,patiatur damnum sui ordinis,& careat ecclesiastico beneficio. Hęc ibi. Si verò decedat impœnitēs, & viaticū & sepultura negabitur secūdum oēs. ¶ Sed not.primò,hæc intelligi de raptore publico,secūdum Innoc.id est, qui potest iudicialiter conuinci.in occultis autem non debet vt dicit,iste rigor seruari,arg.extra eodem.in literis. Vnde secūdum Abb.in d.c.super eo.si non sunt manifesti, poterūt recipi ad cōfessionem,sicut& alij peccatores.& intellige idē de viatico & sepultura,imò secūdū Host.in d.c.super eo.licet essent manifesti,si tamē moniti nunquā fuerunt, modo sint dispositi restituere,vt tenētur,possunt ad pœnitentiā recipi; & hoc tene propter verbum, contumacia,quod ibi ponitur. ¶ Nota secūdò quòd si talis cōstitutus in mortis articulo satisfacere ꝓmittit: sed cōualescit,ita quòd satisfacere posset, & ante satisfactionē decedit,nō negabit sepultura:sed hæredes ad satisfactionē compellētur,extra eo.in literis. ¶ Nota tertiò quòd istud cap.locum habet quātum ad satisfactionē rerum raptarū etiā emendationē damni violenter in rebus illatarū:tū quia etiā hic est rapina. & tantò grauior quāto sine alicuius utilitate:tum quia in tex.fit mentio de emendatiōe, quæ propriè est in damnis,& de violatiōe quæ potest esse in damno solo. ¶ Secūdò quæritur, ¦ vtrum dominus territorij teneatur de rapina in eo facta: Et dicit Pan.in c.licet.de rest. spo.quòd sic si sciuit,& potuit prohibere,& non prohibuit. l.j.C.de fal.mo.secus si non potuit prohibere.l.j.§.is autē.ff. si fa.fur.fe.di.& idē dic de villa & castro:& est opinio cōmunis,secūdum Bart.in l.ne quid.ff.de incē.rui.& nau.Ciuiliter tamē tenetur,nō criminaliter,secūdum prædictos. ¶ Tertiò quæritur, ¦ vtrū stabitur iuramento super quantitate rerum amissarū? Et dico cōuniter tenere Legistas in l.si quando. C.vnde vi.& Panor.in c.super eo.de his quæ vi.quòd vbi qs cōuenitur ex dolo alterius,nō admittitur probatio per iuramentum in litē,vide suprà Iuramentū.j.§.ij sed quādo cōuenitur de dolo suo,crederetur iuramēto allegantis damnum. Propterea dicit Inno.in d.c.super eo.vbi scilicet probata intelligentia per testes,res omissæ & earū valor ꝓbatur iuramento,quòd d.c.habebit locum in qualibet vi compulsiua, ablatiua,expulsiua,turbatiua,& inquietatiua. Ex quo infert quòd si ꝓbo furtum vel rapinam contra raptorem,stabitur iuramēto meo de quantitate rapta. Et nota quòd furtum & rapina probantur per socios,familiares,& huiusmodi.

¶ RATIHABITIO quomodo retro trahatur,& sit met actum præcedētem,vide suprà Cōsensus.§.vltimo.

¶ RECEPTATOR,suprà Hæresis.j.§.vij.

¶ RECONCILIATIO ecclesiæ,habetur suprà Cōsecratio.

¶ RECOMPENSATIO, declaratē suprà Cōpēsatio.

RECVSARI pōt iudex delegatus secundū Pan.in c. accedēs.vt lit.nō cōte. primò quia cōsanguineus aduersarij:secūdò quia eius cōmensalis:tertiò qa oriundus de eius terra:idē de districtu.quartò qñ haberi nō pōt accessus ad eū,nisi per terras inimicorū:quintò quando loquitur in aure & familiariter cū aduersario:sextò qñ in alia causa litigabat cū eo.hoc no.idē in c.j.de iudi.septimò quando est imperitus,& habet assessorē suspectū,secūdum eundem ibi.

RECTE,notat iustitiā,sicut ritē,solēnitatē.ff.de inoff. testa.l.ij.in gl.& sic stat aliquid esse actū ritè,id est,secundū ordinē vel solēnitatē iuris,qđ tamē non est actum rectè,id est,secūdum iustitiam & equitatē:vt not.Ioā. And.in ele.si.de app.& not.in c.quoiam contra.de proba.

RECTOR ecclesiæ parochialis habet in ea tantum iurisdictionē,quātū prælatus in collegiata,vt in c.vl.de loca.& cōdu. in gl.q est singularis. Rector etiā vniuersitatis in Italia est cōpetēs iudex in declarādo capitaneū ciuitatis pernirum, secūdum Lud.de Ro.in fin.g quia lex punit per virum: ergo iudex secularis potest declarare per virum.l.j.ff.ad Turpil.

REGVLARIS dicitur,qui ad viuendū regulariter est adstrictus,siue sit monachus,siue canonicus regularis, de statu monac.quod Dei timorē.siue sit clericus,siue laicus,licet laicus recipi nō possit in canonicum.de iusti.c.ij. sed in conuersum de elect.c.cum ex eo.lib.vj.

De religione & Religioso primò in se tam in genere quàm in specie.

1 *Religio quid,& qui dicantur religiosi.*
2 *Charitatis perfectio in quo consistat.*
3 *Religio an sit status perfectionis.*
4 *Religio quæ sit alia dignior.*
5 *Religionis perfectionē an diminuat habere aliquid in cōmuni.*
6 *Religionem nouam inuenire an sit illicitum.*
7 *Religiosorum regula approbata quot sint.*
8 *Religionum regula qualiter obligent suos professores.*
9 *Basilij regula.*
10 *Benedicti regula qualiter intelligenda.*
11 *Augustini regula.*
12 *Prædicatorum regula.*
13 *Francisci regula.*

RELIGIO,a qua religiosus appellatur,vt dicit S. Th. ij.ij.q.lxxxj.ar.j.dicta est secundū Cice. vt refert.Isid. à religendo,id est,iteratò vel frequenter eligendo ea, quæ sunt diuini cultus,quæ in corde frequenter reuoluenda sunt:vel à religendo Deū,quem negligenter amiseramus,secundū Aug.x.de Ci.Dei.vel à religando nos Deo, sēdm eundem Aug.de vera reli.Sumitur autem religio dupliciter.Primò scilicet vt est virtus,quę alto nomine appellatur latria,cuius proprium est Deo cultum exhibere debitum. Secūdò,pro vniuersitate vel collegio hominū colentiū Deū:& isto modo hic loquimur. ¶ Sumitur autem ista quadrupliciter,secundum Io.And.super rub.de reli.primò pro cultu veri Dei quo ad fidem,id est,pro vniuersitate colente verū Deum per fidem:& sic cōprehendit totam Christianitatem:& dicitur religio Christiana,de qua.dist.xcvij.c.j.de diuor.gaudemus.de sam.Tri.circa principiū secundò pro cultu Dei per fidem & bona opera,secundū illud actu.ij.viri religiosi. & sic cōprehendit vniuersitatem bonorū Christianorū, de qua religione xvj.q.j.iuxta.xxxiij.q.v.quod Deo.de cōsti.ecclesia.tertiò pro statu clericali Deo magis dedito,de qua j.q.iij.saluator. xij.q.j.c.j.& in auth.de san.epis.§.damus.quartò sumitur stricte,imē pro illo statu qui professione triū scilicet votorum, se prælati imperio subijcit,totū se dedicans Deo. de vot.ex multa. Et de hoc agimus. Et intellige quòd religiosus sumitur etiā quatuor modis:primò pro Christiano. secundò pro Christiano bono.tertiò pro clerico.quartò pro eo qui est ꝓfessus alicui religioni per apostolicā sedem approbatæ, qui propriè est religiosus.de vo.quod votum.§.præterea.libr.vj. ¶ Religiones autem approbatæ,vt refert & tenet Sum.Ang. sunt quatuor,vt no.Lan.in cle.quia regulares. de sup.negli. Præla.prima Basilij:secūda Benedicti:tertia Augustini:quarta beati Francisci.Sed hoc non bene dicitur, licet sint quatuor regulæ prædictorū approbatæ:quia non esset approbata religio Carthusiensium,nec qui hodie eligeret nouū habitum sub aliqua prædictarū regularū,sed essent excōmunicati vt dictum est:& ideo dico quòd quæ religio sit approbata,& quæ non,per literas apostolicas speciales est iudicandū: licet de aliquibus habeatur in iure. ¶ Primò ergo quæritur, ¦ quę cōprehendantur sub nomine religionis vel religiosorū in dispositiōe odiosa aut fauorabili? Et dico multa. ¶ Primū. Religionis nomine venit propriè vniuersitas approbata, in qua tria vota substantialia promittuntur,ar.d.c.ex multa.de vot.large autem omnis vniuersitas approbata, in qua promittitur obedientia superiori,vel regulariter viuitur in communi:quia omnia suppositā vniuersitatis huiusmodi sunt religiosi largè.vt statim dicetur. Religiosus autē propriè est, qui tria substantialia vota promisit in religione probata,secundum Io.And.in cle.j.de deci. Largè autem religiosus dicitur,qui profitetur,ita quòd nō licet retrocedere, licet non profiteatur omnia vota:vel qui regulariter viuit in cōmuni, vt iesuati,si approbetur talis status. Primū patet per recitata ab Archiē.iij.parte,tit.xxiiij.& Pisa.tit.Relatio.j.§.j.secundò verò ex consuetudine & vsu loquentiū,vt de Iesuatis, & aliquibus alijs religiosis,qui nō profitentur. Ex his patet quòd fœmina professa religionem masculorū in manibus ipsorū efficitur religiosa,scilicet propriè licet nō ingrediatur ipsorū monasteriū,vt tenet Pan.in c.inūmāte.qui cle.velvo.etiā si nō susceperit habitū,modò sit expressè professa,vt in c.portectū.de reg.& idem potest esse de masculo ex causa paciscendo quòd stet extra monasterium,secundum Inno.in d.c. insinuante.& Bar.in auth.ingressi.C.de sacrosan.ec.& sequitur Pan.in c.ex publico.de conuer.coniu. Sed hæc professio, secundum Per.de Pal.no debet fieri in mendicantibus. Et ad c.monachum.xxiij.q.iij.dicitur quòd verum est sine causa fieri nō posse. Ex quo etiā patet quod habitus nō est de substātialibus regulæ,sed de accidentalibus,vt no.idē Pan.in d. c.porrectū. ¶ Sed m. Fratres & sorores de tertio ordine beati Dñici & beati Francisci,ppriè nō sunt religiosi,sēdm Pan.in d.c.de reg.vnde eorū regula potius est quādā modus bñ viuēdi licet ille per papā cōprobatus.sint tamen ecclesiasticę personæ & religiosi largè,quia contrahere nō possunt matrimonium,& promittūt obedientiā. ¶ Tertiū. Hospitalarij Hierosolymitani,qui matrimoniū cōtrahere nō possunt, & superiori obedientiā promittūt,& ab illo statu retrocedere nequeunt,sunt religiosi largè:alij autē hospitalarij,qui obediētiam nō promittunt,licet portent aliquod signū, nec ꝓpriè nec largè sunt religiosi:sed sunt personæ ecclesiasticæ, vt ꝛ. dictū est Immunitas.j.§.j. ¶ Quartū. Mulieres,quæ dicuntur canonicæ, quæ nō ꝓfitentur,sed & ꝓpriū habent,& possunt contrahere matrimoniū,sēdm Inno.& Ber. nō possunt dici religiosæ:imò earū status satis reprobatē.xviij.q.ij.pernicioſum.vel saltem nō est appprobatus:vt in cle. attendentes.ad fi.de sta.mo. & debet eas ordinarius visitare authoritate ꝓpria,si nō sunt exemptæ,vel apostolica si sunt exemptæ:vt in d.cle. Et intellige quòd nō sunt religiosæ etiā largè,licet viuāt regulariter:quia illa vniuersitas nō est ꝓbata. ¶ Quintū. Dispositio odiosa cōcepta erga regulares seu religiosos, secundū Pan.vbi ꝛ.nō cōprehendit eos,qui sunt de tertio ordine beati Dñici vel Franciſci:quia nō sunt religiosi propriè, nisi addatur aliud,puta quicunq; religiosi:quia tūc etiā dicti Hospitalarij Hierosolymitani cōprehenderentur:in fauorabilibus aūt cōprehenduntur dicti fratres,quia largè sunt religiosi ratione professionis factæ superiori. Et idem dic de omnibus religiosis largè per regulā,odia in vj. ¶ Secūdò quæritur, ¦ in quo cōsistat perfectio charitatis, quæ est finis,propter quem omnes religiones instituūtur.ij.ij.q.clxxxvj.& clxxxvij.quo.lib.iiij.q.vij.& dico summarim & cōclusiuē ex S. Tho.ij.ij.q.clxxxiiij.ar.ij.& Arc.iij.parte,tit.xvj.quòd perfectio importat totalitatem,cùm perfectū sit, cui nihil deest. iij.Phy.& v.Metaphy. Vñ triplex est perfectio vel totalitas charitatis. Prima ex parte Dei diligibilis, vt scilicet tū diligat,quātū est diligibilis:quod sibi soli est possibile. Secūda ex pte diligentis,vt scilicet toto posse semper actu diligat, qđ soli beati possunt:& tertia quæ est potentiæ in via quātū ad repugnāta dilectioni vt excludant. Quod dupliciter cōingit vno modo vt ab effectu excludant omnia cōtraria charitati, id est,mortalia:& hæc est necessaria ad habēdū charitatē.alio modo vt hō studiū suū deputet ad vacādū Deo & diuinis, prætermissis alijs,nisi quātū requirit vitæ necessitas. Et hæc perfectio est finis religionū,vt dicit Arc.Sed intellige religionis cōtemplatiuæ:actiuæ aūt finis est perfectio charitatis ꝓximi:quæ sēdm S.Th.ibi cōsistit in tribus. Vide ibi. ¶ Tertiò quæritur, ¦ vtrū religio sit status perfectionis? & ꝓbat S.Th. ij.ij.q.clxxxiiij.quòd sic. & est quidā status & quoddā exercitiū pueniendi ad perfectionē, ad quā diuersis vijs venitur. ij.ij.q.clxxvj.ar.ij. Nec tamē religiosi hūc statū assumentes aut ꝓfitentes tenentur esse perfecti:quia nō ꝓfitentur se esse perfectos,sed habere studium ad perfectionem cōsequendam.ij.ij.q.clxxxvj.ar.ij.ad primum.sicut qui scholas ingreditur non profitetur se scientem, sed studentem ad scientiā: ideoq; suā professionem nō transgrediuntur si nō sint perfecti:sed solùm si contemnant ad perfectionem tenēre. Similiter nec mentiuntur aut finguut hunc statum perfectionis

Universidad de Deusto
Biblioteca

profitendo ex hoc quòd non sunt perfecti, sed ex hoc quòd ad intentionē perfectionis animum reuocant. ij.ij.q.clxxxiij.ar.iij.ad secundum. quia hoc non faciunt quasi pro eo tut ie esse perfectos, sed ie ad perfectionem tendere. Hęc ex illo. Ex quibus patet quod religiosus nō tenet esse perfectus nec actu tendere ad perfectionem: alioquin quando desinit actu tendere committendo venale peccaret mortaliter: & sic religio esset in periculo: tenetur habere intentionem perfectionis. Pro quo aduerte ex eo.d.art.iij. quod tripliciter aliquis potuit ad perfectionem, quæ est finis religionis. Primo essentialiter: vt perfecta obseruatia præceptorū charitatis. Secundo consequenter, vt quæ ex charitatis perfectione sequuntur: puta benedicere maledicentes, quæ & ij in præcepto sunt secundū præparationem animi, ut ait, si necessitas requirat: ex superabundantia tamen charitatis procedit quod extra necessitatem impleatur. Tertiò instrumentaliter & dispositiue, vt paupertas, continentia, abstinentia, & huiusmodi. Igitur qui assumit statū istū, qui est disciplina, & exercitiū ad perfectionem, non tenetur habere perfecta charitatem, seu tendere & opera dare ad hoc: quia operari ad finem non conuenit ex necessitate quòd tam alleguius sit finem, sed quòd per aliquā viā tendat ad illū. Eadem ratione nō tenetur implere ea, quæ perfectionem charitatis cōsequūtur, sed ad hoc intendere. contra quod facit cōtemnens. vnde nō peccat si ea prætermittat sed ea contemnat. Similiter nō tenetur ad omnia, quibus ad perfectionem venitur: sed ad taxata secundum regulā quam profitetur. Hæc ex illo. Vbi aduerte primo quòd religiosus ad perfectionem tenetur tendere, & opera dare intentione vel habitu: vt patet ex dictis. & secundo quòd aliud est contemnere, aliud peccare ex contemptu: quia ad secundū requiritur quòd quis agat contra legem ex hoc quòd ei subijci nō vult. ad primū vero sufficit no æstimare vel appretiare, vnde perfectionem contemnit, qui ad eam tendere nō intendit: licet talis no peccet ex contemptu: sed ex negligentia vel cupiditate, & huiusmodi: quod tūc est quādo religiosus omnia media ad illum finem sibi vult abdicare quantū in se est, & solum curare à mortalibus: vt quia nollet abstinentias, nec vigilias, nec paupertatem, & huiusmodi: quāuis tamen placet sibi votum inedū quò tendat, nō est extra statum salutis: quia & si teneatur ad intentionem tendendi, non tamen curandi ad perfectionem. ¶ Quartò quæritur, 4 †quæ religio sit alia dignior? Et dico ex S. Tho.ij.ij.q.clxxxviij. summatim quòd summum gradum tenent illæ quæ ordinantur ad docendum siue prædicandū: quia licet iste actus sit vitæ actiuæ procedit tamen ex plenitudine cōtemplationis, vnde simpliciter contemplationi præfertur: sicut maius est illuminare, quām lucere solum. Quod Sup. limitat cæteris paribus, & non aliter: & instantia est de statu clericali, qui ordinatur ad docendū. de celeb.mi. sanè. § facerdos. Sed ista limitatio superfluit: quia sermo est de religionibus. Secundum tenent illæ, quæ ordinantur ad contemplandum. Tertium verò illæ, quæ occupantur circa exteriores actiones. In singulis autem horum graduū potest attendi præeminentia primò. Secundò quia vna religio ordinatur principalius ad vtiliorem actum in eodem genere: sicut in operibus vitæ actiuæ potius est redimere captiuos, quām hospites suscipere: & in operibus cōtemplatiuæ potior est oratio quam lectio. Secundo si vna ad plura horum ordinetur quām alia: vel tertio si vna habeat statuta conuenientiora quām alia ad assequendum finem statutum. Vnde etiam ā. Eremita. ¶ Quintò quæritur, † vtrum habere aliquid in communi minuat de perfectione religionis? Et dico quòd non. xij.q.j. illi autem. & sicut patet per Arch. vbi ā. & S. Tho. ij.ij.q.clxxxviij. in religionibus ordinatis ad prædicandum, conuenientissima paupertas est, qua mobilia retinentur in communi aliquo tempore, & non solùm dictum. ¶ Sextò quæritur, † vtrum illicitum 6
sit nouam religionem inuenire. ¶ Et dico quòd non, nec habitum nouę religionis assumere. de reli.do.c.vnico.lib.vj. de quo vide suprà, Excommunicatio.ix.§.xx. Et adde quòd cum non sunt religiosi proprie, cùm non profitentur religionem probatam: sed irreligiosi, & ipso facto excommunicati per extrauā. Io.xxij. quæ incipit, Sancta Romana. & recitat Pan. in c. fi. de reli.do. ¶ Septimò quæritur, † quot sunt regulæ 7
ab ecclesia comprobatæ, sub quarum aliqua militant omnes religiosi, præter Carthusienses habentes statuta pro regula. & dicit Arch. ij. parte. tit. xvj. quòd sunt quatuor. ¶ Prima fuit beati Basilij, sub qua militant omnes monachi orientalis ecclesiæ seu Græci: sub qua etiam in occidente aliquando fuerunt Carmelitæ, quibus anno domini M.ccclvij. Inno. iiij. per Hug. cardinalem addidit quædam declarantia & mitigantia illam: sub qua etiam fratres Hermem seu Hermenij aliquando fuerunt: licet nunc dicantur esse sub regula Augustini. ¶ Secunda fuit beati Augustini, sub qua militant omnes Canonici regulares, fratres prædicatores, Eremitani, Seruitæ, Sanctæ Brigidæ: ordo Sancti Hieronymi sub Eugenio iiij. nouiter instituti, scopetini, instituti sub Gregorio Sancti Ioannis Hierosolymitani & hospitalariorum Sancti Antonij & crucieferorum: differunt autem constitutionibus & habitibus. ¶ Tertia beati Benedicti, sub qua militant monachi nigri, de quibus in cle.ne in agro. de stat.mo. inter quos reformati sunt quidam in congregatione, quæ dicitur Sanctæ Iustinæ, habentes speciales constitutiones & exemptione confirmatas per Euge.iij. Cistercienses, Camaldulenses, Celestini, ordo montis oliuarum, ordo montis fani, seu Syluestrini, qui inter istos soli non sunt exempti. ¶ Quarta beati Francisci, sub qua militant soli minores. Hæc omnia ex Arch. Ex quibus patet quę religiones suo tempore essent approbatæ. ¶ Octauò quæritur, † quomodo intelligantur re- 8
gulæ prædictæ obligare suos professores? Et dico multa. ¶ Primum. Quando aliquis in sua professione professurus seu vouet se regulam seruaturum quantum ad verba: &, vt apparet exterius, tenentur ex præcepto singula quæ continentur in regula seruare, vt patet per S. Tho. quoli. j.q.ix. art. iiij. vbi dicit quòd talis videtur ex voto se obligare ad singula contenta in regula: sed tamen in rei veritate ex intentione instituentis regulam aut professionem ad prædicta omnia non tenetur. si intendat profiteri vt consuetum erat in tali ordine. & secundum intentionem legis, non aliter in sua mente explicando: quicquid dixerit Henri. de Gan, quod patet: primò quia ibi statim sanctus Doctor subinfert, quòd ex hoc sequeretur religionis statum esse in laqueum peccati mortalis, quod vix aut nunquam posset declinari. quasi dicat quòd hoc nullus author regulæ probare intendit. Quod autem subiungit, Sancti ergo ordinum institutores hoc facere nolentes, ordinauerunt talem professionis formam, in qua periculum esse non posit: non intelligitur de omnibus, sed de quibusdam. vt patet per eundem ij.ij. vbi statim dicam. Secundò quia ipse expresse ij.ij.q.clxxxvj. art. ix. ad primum. dicit quòd is qui professurus est regulam, non vouet seruare omnia quæ sunt in regula, scilicet verè ex intentione institutoris: sed vouet regulatem viram, quæ essentialiter consistit in tribus votis. vnde & in quibusdam religionibus casuum aliqui professuri, non quidem regulam, sed viuere secundum regulam, id est, tendere ad formationem suorum morum secundum regulam, sicut secundum quoddam exemplar: quod tollitur per contemptum, in quibusdam autem

tem adhuc cautius promittēdo obediētiā secūdum regulā, ita q̄ professioni non cōtrariatur, nisi quod est cōtra præceptum regulæ. Hæc ille. Tertiò hoc patet expresse per determinatione ecclesię, in cle. exiui. de ver. sig. vbi de fratrib⁹ minoribus, qui ꝓfitentur regulam seruare, quòd ex professione suæ regulæ nō tenentur sub præcepto ad omnia quę sunt in regula, sed ad ea, quæ in ea sunt de præcepto. quod ꝓbatur ibi ex intentiōe authoris, id est, beati Francisci. qui discernit quòd quo ad quędā ex vi verbi trāsgressio est mortalis, & quo ad q̄dā alia nō. vñ in omni regula in quo sit ista diserētio, erit hoc verūtimò etiā si nō fiat, vt patet ex dictis. ¶ Secū dū. Ex prędictis patet quòd prędictę regulę ex vi sua etiā si quęas ꝓfiteatur, nō obligāt sub mortali, nisi ad quinquies primò ad obediētiā præcipiētis prælati: & secūdò ad nō habendum ꝓprium. tertiò ad non contrahendum matrimonium: in quibus tribus vita regularis, quā quis profitetur, consistit: quartò ad seruanda præcepta regulæ: quintò ad nō agendū ex contemptu: quāquis tamen ex cōsuetudine sola trāsgrediendi nō inducitur, secūdum San. Th. ij.ij.q.clxxxvj. art. ix. ad tertium. & Arch. post Io. de tur. cre sexto ad nō contemnendā perfectionem, quæ est suæ ꝓfessionis finis & necessariò requisita ad finem: vt habitus virtutū, & aliquādo actus: quę omnia deduci possunt secūdum prædicta ex quolibet modo ꝓfitendi: & cōsequēter præter tria vota substātialia ex vi sua obligāt solùm ad alia tria: ex vi tñ aliena obligāt ad multa alia, scilicet ad præcepta legis Dei vel legis naturalis vel humanę inquantū recapitulāt dictas leges. ¶ Tertiū. Quomodo autē in dictis regulis vel cōstitutionibus prędictorū ordinū aliquid sit præceptū vel nō sit, in genere iudicandū est secundū dicta suprà Præceptū. §. ij. sequentes. ¶ Nonò † specialiter quæritur de intellectu regulæ 9
beati Basilij? Et dico præter dicta in genere & cōia omnibus regulis, me nihil de ea habere quod sit præceptū ex vi regulæ: quia eā non vidi. ¶ Decimò specialiter quæritur † de in- 10
tellectu regulę beati Benedicti? Et dico tria. ¶ Primū. Secundū Sum. Ange. hanc regulam profitetur monachi, qui sub ea sunt, qui dicit in c. de dilect. frat. quòd si nouitius habita deliberatiōe promiserit se omnia in regula custodire cōtenta, recipiatur. sed tū hoc nō est verū: quia San. Tho. taliū monacho rū familiaris & amator, vtpote nutritus ab eis in monte cassino, dicit in primo quoli. q.ix. artic. iiij. quòd beatus Benedictus statuit monachū profiteri nō quidē regulā seruare, sed conuersionē morū secundum regulā: seu, quod idē est, viuere secūdum regulā, id est, vt dirigat mores suos secūdum regulā: sicut secūdum quoddā exēplar, cōtra quod facit nō seruādo præcepta regulæ, vel eā cōtemnēdo. Hæc ex illo. qui idē tacitē dicit ij.ij.q.clxxxvj. art. ix. ad primū. San. etiā Gre. in iij. Dia. dicit hanc regulā esse discretione præcipuā & sermone luculentā. Ad motiuū in contrariū dico quòd illa promissio nouitij nō est ꝓfessio, quæ est receptio, sed receptionē præcedit, vt ibi patet: sed est expressio intētiōis, qua dicit se velle omnia seruare: vt etiā sentit beat. Io. do. ¶ Secūdum. Licet in hac regula cōtenta non cadant omnia sub præcepto: nec ad omnia seruāda necessario obligētur eius professores, vt patet per San. Th. quoli. & ij.ij. vbi suprà, & Arch. post Ioan. de tur. cre. iij. parte, ti. xvj. vbi de hoc vide ad plenū: tamē quædā sunt ibi præcepta. primò ea quę se hñt vt finis regulę: secūdò necessaria ad illū finē vt habitus, & aliqñ actus interiores virtutū, de quibus ibi agitur, & substātialia religionis: addē & declaratio habitus in publicū. de quibus omnibus distūse d. Ioā. prædictus in suo cōmēto: & de quibus dic breuiter. quòd ibi nullū est præceptū, nisi eo modo quo suprà Præceptū. §. ij. & iij. ¶ Tertiū. Sum. Ang. dicit quòd hęc regula indiget declaratione papali, quibusdā ponētibus in ea plura præcepta, quibusdā pauciora. quod verū nō est, quia nō indiget declaratiōe mitigatiua, cum sit præcipuæ discretionis: nec illustratiua, cùm in luce suæ claritatis dicatur luculeta. Omnia autē præcepta eius sufficiēter per prædicta cognoscūtur, ꝓbabiliter: alioquin omnia humana iura indigerent papali declaratiōe, & ipsa declaratio in infinitū, cum semper varietur opiniones. ¶ Vndecimò quæritur, † quid de intellectu regulæ 11
beati Aug. & dico multa. ¶ Primū. Sum. Aug. dicit dicta regulam indigere declaratiōe papali: quia omnia cōtēta in dicta regula Henri. de Gan dicit cadere sub præcepto ꝓpter illud verbū in eius principio, Hæc igitur sunt, quæ vt obseruetis præcipimus. Sed dico ꝓpter hoc nō esse opus tali declaratione: quia Aug. non loquitē de dicēdis in regula: sed de duobus præceptis charitatis quę premiserat: quod patet, quia vtitur dictiōe illatiua, scilicet ly igitur. & dato quòd de dicēdis loquatur, etiā declaratio papalis nō est necessaria: quia opinio illa Henri. est stolida imponēs tāto doctori, scilicet Augustino, quòd voluerit ponere sub præcepto tot & tā minima, & quæ vix possint obseruari, etiā à viris perfectissimis, vt illud, In incessu, statu, habitu, & in omnibus motibus vestris nihil fiat quod cuiusquam offendat aspectū, & huiusmodi. vñ ibi sumitur præceptū largè ꝓ monitione, sicut frequēter in scriptura monitiones paternæ dicuntur præcepta patris: vbi est præceptū ex forma, & nō ex materia vel intentiōe. quod hic factū est vt magis imprimeretur mādata mētibus fratrū. Et hæc est sententia magi. Hūber. Io. do. & Arch. & aliorū qui eā declararūt. ¶ Secundū. Secūdum Archi. post Io. do. in hac regula quędā ponūtur vt substātialia, vt præcepta Dei & ecclesiæ, & tria vota principalia: & ista obligāt ad mortale: quędā verò vt media & declaratoria determinantia principaliter qualiter ꝓdicta debēt seruari: vt de nō hīdis aut celerrimè finiēdis rixis ꝓ præcepto charitatis seruādo, quòd præposito, id est, priori vel presbytero, id est, episcopo obediatur. quod declarat modū obediētię quòd qs nō velit fœminas appetere vel ab eis appeti: quod exornat votū castitatis. qd habeatur victūs sub vno cellario, & vestitus sub vno vestiario: libri sub vno librario. & quòd nullus accipiat occultē literas aut munus quo ad ꝓprietatē, quæ videtur cadere sub præcepto: quod cū hic de præcipiētis intētione non cōstet nec apponatur determinata pœna, limita si materia sit præceptiua, id est, de se ꝓhibita iure naturali, iuxta dicta suprà Præceptū. §. ij. ¶ Duodecimò quæritur † de intellectu cōstitutionū ordinis 12
prædicatorū? Et dico multa. ¶ Primū. Sum. Ange. dicit quòd prędicatores tenētur seruare omnia quę sunt in regula, in cōstitutionibus, prout sunt in eis, id est, præcepta vt præcepta, & cōsilia vt cōsilia. qđ verū est de mēte San. Th. ij.ij.q.clxxxvj. ar. ix. ad primū. & addit etiā si prælatus nō mādet eis seruare. quod etiā dicit Arch. post Ioā. de Neap. & est verum quo ad omnia: nisi quo ad pœnas requirētes in sua executione factū hominis: vt patet ex dictis suprà pœna. §. xxv. & hoc est necesse dicere secūdū mētē eiusdē Summę. & Ros. vt paruit suprà Hæreticus. j. §. viij. part. iij. Vnde qui lapsus est in peccatū qđ meretur carceres, ipso facto nō tenet'se incarcerare. & sic de alijs. Vñ San. Tho. ij.ij.q.clxxxvj. arti. iv. ad primū, dicit quòd prædicatores obligantur solùm ad pœnā taxatā sustinendā: nō autē dicit per se exequendā. ¶ Secundū. Multū etiā laborat in declarādo vtrū cōstitutiones prędicatorū obligent ad culpā. quod tamen vno verbo explicari pōt dicēdo quòd nō ex vi sua: nisi ꝓpter præceptū vel cōtemptū: quia ita expresse ipsæ dicūt, licet faciēs cōtra eas non cōtemnēdo nec rebellādo præcepto peccare possit multipliciter ratiōe negligēriæ vel libidinis aut malæ intentionis, sed nō ex vi cōstitutionū,

imò

Universidad de Deusto
Biblioteca

i mò etiã si nõ essent tũc cõstitutiones. Tandem præfert suas cõstitutiones: quia per eas fratres nec ad culpã nec ad pœnã obligãtur, nisi imponatur à prælatis: sed id est de veritate quæ patuit. ¶ Tertiũ. Quo ad possessiones autem habẽdas, licet multa scrupulosa recitet Archid. ex bea. Io. do. tñ hodie non est scrupulus: vt patet per ea quæ declarat magister Vincen. Bandellus generalis ordinis & præceptor meus in suo cõmẽto super cõstitutioibus: & maximè vbi fratres regulariter viuentes experiũtur se viuere nõ posse, scilicet cõmode sine rediẽbus: quia hoc etiã ipse Arch. post bea. Io. do. dicit. ¶ Quartum. Contẽptus autem in prædictis cõstitutionibus sumitur primò secundũ San. Th. ij. ij. q. clxxxvj. art. ix. ad tertium. pro trãsgressiõe facta ex cõtemptu, id est, nõ ex ira, neq; cõcupiscẽtia, nec alia particulari causa: sed solũm ex hoc quòd trãsgressor nõ vult subijci cõstitutionibus. Secũdò sumitur pro contẽptu interpretato, qui sumitur secũdum Arch. post bea. Io. do. p volũtaria sine causa cõtinuata aliquãdiu trãsgressione statutorũ principaliũ, id est pro intẽtione deliberata non seruãdi statuta principalia, sed cõtinuãdi eorũ transgressionẽ: quod est mortale, & apostatare quo ad Deũ. quod verũ limita quãdo est volũtas trãsgrediẽdi omnia principalia statuta, quibus venitur ad perfectionẽ: quæ videtur esse ea quæ prięcẽt ad humilitatẽ, vt vilitas habitus: & austeritatẽ, vt asperitas vestiũ lanearũ, vigiliæ nocturnæ, ieiunia & abstinentia, puta à carnibus: quia iste est contẽptus perfectionis. secus si quis ex infirmitate nõ seruaret multa: & tamẽ per vnũ. puta humilitatẽ habitus niteretur ad perfectionẽ, quia nõ videtur in statu dãnationis. Tertiò sumitur secundũ Arch. vt innuit in ij. parte. tit. ix. c. iij. p consuetudine delinquendi in aliquo, puta in silẽtio: sed iste nõ est propriè cõtẽptus secundũ San. Th. & bea. Io. do. qd limita nisi adesset intẽtio continuandi; cõsuetudinẽ omni hora, & quo ad omnia statuta principalia. 13

¶ Decimotertiò quęritur, de intellectu regulę bea. Fraciscí. Et dico multa. ¶ Primũ. Sicut ex cle. exiui. de verb. sig. patet, hęc regula fuit multũ obscura, vnde per multos summos põtifices fuit declarata. fuit etiã multũ rigida: qa multipliciter ibi est mitigata. erat etiã periculosa, nisi apostolica sedes p̃uidisset. ñ quia professores eius profitẽtur ea se seruaturos: & cõsequenter videbantur teneri ad omnia contenta in ea: tũ etiã quia in ea sunt multa præcepta & in rebus, quæ difficile est obseruare, supposita tpis nostri malignitate, vt ibidẽ patet. Et omnia hæc, p̃cesserunt ex magno feruore bea. Frãciscí, cui leuia etiã grauia videbãtur. ¶ Secũdò. Professio fratrũ minorũ est, p̃mitto seruare regulã fratrũ minorũ, viuendo in obedięntia: sine proprio, & in castitate: imò etiã promittũt seruare Euãgeliũ Christi: ñ papa declarauit primò quòd nõ tenẽtur ad omnia cõsilia quę sunt in Euãgelio, sed solũm ad ea, quæ sunt in regula: quia hæc fuit intẽtio bea. Frãciscí, cũ quædã cõsilia euãgelica inseruerit regulæ, et quædã nõ. Et secdò quòd cũ dicit, p̃mitto seruare hãc regulã: nõ est sensus, vt exponit Sum. Ang. id est, p̃mitto cõuersatione secũdũ illã regulã, sed quòd teneatur nõ solũ ad tria vota, sed ad omnia pertinctia ad illa tria, licet nõ æqualiter, sed ad quædã ex præcepto, ad quædam ex cõsilio. Et tertiò quòd licet non teneantur ex præcepto ad omnia quæ ponũtur in regula sub verbis imperatiui modi. tñ ad quędam tenentur: & enumerãtur ibi valde multa præcepta regulæ, & nõnulla mitigantur: quæ ibi videẽ, & qui volũt, & quibus est necessarium.

20 Rursus de Religione secũdò, quantum ad ingressum primum.

1 *Religionis ingressus an requirat deliberationem magnam.*
2 *Ad religionem an liceat alium inducere.*
3 *Religionem an intrare possit seruus.*
4 *Religionẽ an intret obligatus ad aliquid soluendũ. & an. seq.*
8 *Religionẽ an intrare possint qui sunt in dignitate vel cura.*
9 *Religionem an intrare possit qui iuravit aliquam ducere.*
10 *Religionis an offerri possint pueri à parentibus.*
11 *Religionem an ingrediatur impubes propria authoritate & quid de anno ipso pubertatis.nu.12.*
13 *Mater an possit filium religioni offerre & revocare.*
14 *Votu an quis possit se obligare ad religionis ingressum.*
15 *Pueri an possint se voto obligare ad religionis ingressum.*
16 *Vouẽs intrare certã religionẽ si ibi nõ recipiatur, quid.n.17.*
18 *Religionem intrare vouens an possit ad aliam induci.*
19 *Religionem intrare vouens an teneatur ibi esse perpetuò.*
20 *Vouens religionem si eligatur in episcopũ, an teneatur prius intrare.*
21 *Vouens non intrare an sit obligatus ad non intrandum.*

RELIGIO secundò cõsiderari pòt quantũ ad ingressum primũ, qui est per habitus susceptionẽ. ¶ Primò autẽ quęritur, † vtrũ de ingressũ religionis habenda sit deliberatio magna, quę in dubijs magnis requiritur. iij. Ethi. & dicit S. Th. ij. ij. q. vlt. quòd cũ hæc ęria cõsiderari possint, ipse scilicet ingressus secundũ se: & secũdò ipsemet per cõparationem ad vires ingredientis: & tertiò modus intrandi, & quam religionẽ debeat quis intrare: in primo nõ requiritur quia certum est quòd est melius bonũ, de quo Christus cõsilium dedit. nec in secũdò: quia ingrediens nõ confidit in sua virtute, sed de diuina, secundũ illud Isa. xl. Qui sperãt in dño, &c. si tamen sit speciale impedimentũ infirmitatis aut debitorũ, vel huiusmodi, requiritur deliberatio & consiliũ cũ his qui prosint, & similiter in tertio. ¶ Secũdò quęritur, † vtrũ liceat aliũ ad religionẽ inducere? Et dicit Sanct. Th. vbi suprà quòd sic, secundũ illud Iac. vlt. qui cõuerti fecerit, &c. sed circa hoc contingere potest tripliciter inordinatio. primò si inducat violẽter. quod prohibetur xx. q. iij. præterea. secũdò si simoniacè muneribus datis. j. q. ij. quàm pio. ad quod tũ non pertinet si qs pauperẽ in seculo nutriat ad religionẽ, vel sine pacto munuscula tribuat ad eaprandã familiaritatẽ. tertiò si mẽdacijs: quia tali imminet periculũ retrocedẽdi, cũ se deceptũ inuenerit. ¶ Tertiò quęritur, † vtrũ religionẽ intrare possit seruus? Et dico qd seruus, secũdũ Ray. religionẽ intrare nõ põt: nec debet recipi, nisi de licẽtia domini, siue sciatur qd sit seruus, siue ignoretur an sit seruus aut liber. Et si ingrediatur, reddatur dño, si repetit, cũ omnibus quæ attulit, fide tamen accepta de eius impunitate. post triẽnũ verò reperi non põt, nisi esset tã longè qd no posset inueniri. xvij. q. ij. si quis incognitus. & si interim p̃fiteatur, nõ obstante professione restituetur domino, si in receptione ignorabat eius est fraude: vt se p̃bando liberũ per tallos testes. de seruis non ord. oportet. secundum Ray. & Host. & domino restituitus erit religiosus & religiõi obnoxius, quantũ in ipso est, secũdum Hug. & Veruec. argu. xxvij. q. j. de viduis. & manumissus cõtrahere nõ posset. Si aũt monasteriũ fuit in culpa: puta quia sciebat eũ seruũ esse, vel neglexit inquirere, cum esset incognitus, remanebit in religione, sed monasteriũ satisfaciet domino. arg. dist. liiij. fi. ter. secũdum Ray. Nec obst. c. quidam. de cõuer. cõiug. quia habẽs vxorẽ ea inuita castitatẽ seruare nõ potest: & cõsequẽter nec esse religiosus: secus de seruo. Currere autem incipit illud triennium, secũdum Hug. à tẽpore ingressus: sed verius à tempore sciẽtiæ domini, secũdum Lau. Io. & aliõs. Et hæc sunt vera in omni genere seruorũ, etiã si sint coloni originarij siue adscriptitij. ¶ Quartò quęritur, † vtrũ intrare possit obligatus ad aliquid soluẽdũ? Et dicit Ray. quòd sic, nõ obstante promissione vel iuramẽto: modò hoc faciat feruore charitatis nec facit iniuriã creditori, quia excusatur authoritate Spiritus sancti. de reg. licet. xix. q. ij. duæ. adde quia secundum S. Tho. sufficit cedere bonis: cum persona liberi hominis non obligetur propter pecuniã, secundũ iura ciuilia, sed solũ res, vt dicit S. Tho. ij. ij. q. vl. ar. vj. monasteriũ tamen, inquit, Ray. satisfacere tenetur de his quæ cõtulit monasterio. xix. q. iij. si quis mulier. & de his quæ monasterium post eius ingressum eius occasione acquireret successione, donatione, vel testamento, quantũ talia se extendunt, & nõ plus. ar. d. c. fi qua. & concor. Host. & Inno. & S. Tho. ij. ij. q. vl. & similiter secundũ Rayn. ipse in monasterio existens poterit scribere vel aliter honestè operari ad se liberandũ, modò nõ negligat officiũ diuinum xij. q. j. clericus. nec impediatur in aliquo ab obseruantia regulari, id est, ab obseq̃uijs regulæ, cui semp est adstrictus. nec deducentur expensæ de lucro, secũdm Inno. & veriorem opinionem: quia altari deseruiens de altari viuere de bet. xvj. q. j. ex his. Pet. tamen de Palu. & Vld. & Sum. Conf. & Arch. dicunt simpliciter quòd in religione nõ tenetur operari vt debita soluat. & hoc teneẽ nisi ratione scãdali: quia p̃fitendo cedit bonis, & habet velle. Et prædicta intellige etiã si ad debitũ iuramento erat adstrictus, ar. d. c. licet. & si iurauerat operari manibus ad satisfaciendũ, nihilo minus secdm Pet. de Pal. potest intrare: sed si bona sua sufficiũt, tenetur ei ad interesse. Et idem dic de eo qui accepit vxorem, quæ ex hoc patitur aliquod interesse, secdm eundem Petr. ¶ Quintò quæritur, † vtrũ possit intrare qui est obligatus ad aliquid faciendum? Et dicit Host. quòd sic. sed perficiet quod promisit saltem per aliũ, nisi manus eius esset specialiter electa: quia tunc nõ liceret per aliũ facere sine licentia. C. de eadu. tol. l. j. §. ne autem de off. dele. c. fi. potest etiã satisfacere ei de bonis quæ attulit monasterio, vel operãdo: vel §. priore, licet operari nõ teneatur: & tamen hoc nullo modo potest, nihilominus intret, etiã si iurasset facere: sicut si rector iurauerit regere ciuitatem per annũ, vel magister legere: quia secdm Ray. nõ violat iuramentũ qui illud in melius cõmutat. de iu reiu. peruenit. & idem Inno. Gof. & Host. qui addit se cõsulere tanquã tutius, vt impleat quod p̃misit. de iureiu. debitores. sed hoc cõsilũ nõ est bonũ, nisi vbi posset quis implere incõtinenti, vel scandalũ timeret, quia periculo se exponit, vel saltem retardat ingressum. Nec obstat c. debitorem. quia nõ inducit aliquid retardãs: sed solũ dicit quòd qui iurauerũt soluere vsuras, soluãt. similiter nec c. cõmissum. de spons. vbi et qui iurauit matrimoniũ cõtrahere, cõsulitur vt cõtrahat, & exinde ingrediatur: quia per illud nõ retardat religiõis ingressus, secdm gl. Ray. & Sum. Con. & præterea illud cõsilũ datur, ne noteꝛ talis de periurio à vulgo, secdm Pan. ibi qui etiam dicit quòd talis statim põt intrare. ¶ Sexto quæritur, † vtrum intrare possit qui est obligatus ad ratiocinia? Et dico quòd nõ, nec recipi debet. ſi sunt Reipublicæ. di. liij. c. legẽ. nisi prius se expediat: si verò sunt ratiocinia priuatorũ, honestum est vt prius se expediat: sed nõ est necessariũ, secdm gl. Ray. vtrũ etiã possit talis ordinari, vide ꝛ ratiociniũ. ¶ Septimò quæritur, † vtrum intrare possit qui est obligatus seruire parentibus, p̃pter eorũ necessitatem? Et dicit S. Tho. in quodli. iij. ar. xvj. quòd si is qui nondũ intrauit, patrem suũ in magna necessitate viderit, cui per aliũ subueniri nõ potest, intrare nõ debet, sed parentibus ministrare, maximè si absq; periculo peccati posset in seculo remanere: secus si posset subueniri per aliũ: item secus, secdm Rich. si seruire nõ potest eis sine salutis suæ dispendio, id est, periculo probabili peccati mortalis. qui verò iam est in religione professus, inquit, S. Tho. mortuus est mundo & spirituali morte deobligatur à cura impendenda parentibus: sicut etiam deobligaretur per mortem corporalem: vnde non peccat in claustro manens sub præcepto prælati, parentum administratione prætermissa: quia factus est ad illam impotens sine culpa. ℞. Religio. vj. §. ix. Debet tamen, quantum potest salua ordinis obedientia, curare vt per se vel per aliũ eis subueniat. Hæc ex illo. Et intellige necessitatem magnã quæ est decentiæ status: puta quia oporteret eos mendicare, vel seruire alijs cũ notabili si ue magna indecentia: quia nõ debet intrare: & à fortiori si sunt in maxima, id est, extrema: quæ ambæ si nunquã cessẽt ingressus est ex toto dimittendus, secdm Io. de Nea. quia quę sunt præcepti, nõ debent omitti propter illa quæ sunt cõsilij, etiam, inquit, si vouisset ingressum: quia si vouit ante indigentiam, est illicita redditio: tũ quia obligatũ vni si, p̃mittatur alteri, ei tradi nõ debet, cùm promissiõe nõ transferat dominiũ: tũ quia mutata est cõditio vouentis, cùm ei superuenerit noua obligatio: si autẽ vouit ẽpe indigentiæ, fit illicitũ votũ, vt patet. ¶ Octauò quæritꝛ, † vtrũ possint intrare qui sunt in dignitate vel cura? Et dico secdm Pan. in c. quod Dei timorem. de sta. mo. quòd cuilibet prælato citra episcopum permittũt dimissa prælatura religionem intrare. Et secundũ S. Tho. etiã inuito episcopo hoc possunt archidiaconi & presbyteri curati, vt patet ij. ij. q. vl. & adde idem esse de prępositis, decanis, archipresbyteris, & omnibus inferioribus episcopo. xix. q. ij. duæ. debent tamen petere licentiã, quãuis nõ obtineãt. de reg. licet. Episcopi verò per superiores sine licentia papæ intrare nõ possunt. d. c. licet. Beneficia tamẽ prędictorũ, quibus licet intrare, nulli debent cõferri, nisi post p̃fessionem saltem tacitã vel nisi euidenter apparuerit quod voluerint vitã mutare, quod scilicet est quoddã votũ religionis vel desiderium p̃fitẽdi. de reg. beneficiũ. in vj. Fructuũ aũt ante p̃fessionem assignari debet debita portio alicui qui ꝛuiat pro ingressu: vt d. c. bñficiũ. reliquũ verò erit eius, ne sit oneros⁹ monasterio. xvj. q. vj. de lapsis. nec p̃priè est religiosus. de sen. exc. religioso. li. vj. & cõsequẽter ino iure fraudari nõ debet. xvij. q. ij. Gõsaldus. vt no. Tãc. & Bar. Brix. & Arc. & interim remanet canonicus, curatus, vel decanus, sicut prius nec beneficiũ vacat. Et hoc sequit Sup. Ang. in verbo religioso. quæ tamen in verbo, nouitius scripsit oppositũ, dicẽs quòd relicti fructus cõseruabunt, vel invtilitatem ecclesiæ, expendentur. de elec. quia sæpe. libr. vj. quamuis Bar. Brix. teneꝛit quòd sui erũt. sed primũ est verius de iure. & d. c. quia sæpe. loquitur in beneficio vacante. standũ tamen puto cõsuetudini inter istas opinio. Hæc aũt executio fiet per episcopũ de ele. cùm ex eo. li. vj. ¶ Nonò quæritur, † vtrũ intrare possit qui duxit aut iurauit ducere aliquã in vxorem? Et dico quòd si duxit per verba de præsenti, & cõsummauit, nõ põt intrare, nisi vt ſ. Matrimoniũ. viij §. xij. sed intellige, si copula sequuta est cõtractũ matrimonij vel spõsaliũ, nõ si præcesserit, quia sic nõ impediret, nec diceꝛet matrimoniũ cõsummatũ, ar. c. veniens. de spõ. & de hoc ſ. Quiverò iurauit ducere, intrare põt authoritate c. peruenit. el ij. de iureiu. & c. cõmissum. de spõ. de quo ſ. §. v. ¶ Decimò quæritꝛ, † vtrũ pueri impuberes possint religioni à parentibus vel tutoribus offerri, vt intrent per habitus susceptionem? Et dico quòd sic: & secdm Innoc. si impubes vnum tantum habeat parentem, ille solus põt eum offerre: & si habeat tutores alios quã parentes: tamen parentes eũ inuitis tutoribus possunt offerre, & idem etedũt aliqui de patre multo anno, qui habet eũ in potestate, & nõ ecouerso: quia in his spiritualibus ius naturæ præfertur positiuo vel ciuili: vt in Sum. Con. tit. viij. q. xxx. Sed huiusmodi impuberes oblati religioni, cùm venerint ad annos pubertatis, sunt in libertate remanendi & exeundi: vnde super hoc debent interrogari, cũ sunt in anno xv. qui est p̃bationis. x. q. j. c. ſ. Et dicit Dir. quòd si puer consentit, licet cõsensus, qui fit ante annos

Universidad de Deusto
Biblioteca

discretionis, non teneat, ipse tamen exire non potest antequam veniat ad legitimam ætatem, ad instar carnalis matri monij. de despon. impube. de illis. xx. q. j. illud. sed quam primùm ad perfectam venerit ætatem, id est, xiiij. annum, potest egredi. xx. q. iij. præsens. de reg. cùm simus. si autem non consentit, egredi potest quando voluerit. xx. q. j. puellæ. Quàuis autem liceat tales recipere, quod etiam fecit beatus Benedictus, & beatus Tho. docet iij. quoli. q. v. & ij. ij. q. clxxxix. nisi scilicet constitutione alicuius religionis prohibeatur: tamen experientia docet non expedire, secundum Arch. vnde hoc seruant omnes regulares. quod autem in constitutionibus prædicatorum caueatur nullum recipi ante xviij. annum, de conuersis declaratum est intelligi per acta capituli gene
11 ralis. ¶ Vnde secundò quæritur, † vtrum pueri impuberes possint ingredi religionem propria authoritate? Et dico quòd non, de regul. ad nostram. quod si fecerint sine oblatione parentum, secundum Pan. in c. significatum. de regu. exire possunt quando volunt ante professionem: & secundum Dir. extrahi possunt à patre vel tutore vsque ad annum vel diem. xx. q. j. puellæ. scilicet à die scientiæ, secundum gl. Ray. sed si annum vel diem dissimulando consenserit, nec ij parentes, nec tutor neq; ipse mutare poterit, scilicet quousq; venerit ad legitimam ætatem. Si autem ex consensu eorum intrauit expressè vel tacitè, vlterius reuocare non poterunt. xx. q. j. addidistis. & c. quicunq;. Aduertendum tamen est hic secundum Arch. post Pet. de Pal. quòd nec pater, nec tutor, nec magister, nec quicunq; alius custos ſ. ℞ impuberem de religione extrahere propria authoritate, siue exvoto, siue sine voto intrauerit: sed authoritate habentis potestatem in monasterio: quia licet possint eum inuitum disciplinare patervel tutor, etiam clericum, non tamen possunt corrigere alijs iniuriam inferendo. quod posset, si habitum dirumperent, autvi educerent de monasterio, quod iam erat in eius possessione. ¶ Duodeci
12 mò quæritur, † vtrum intrare possint pueri vel puellæ in anno pubertatis? Et dico quòd sic etiam parentibus prohibentibus. xx. q. ij. puella. ſ. ℞ oportet quòd talem annum cõpleuerint, puer scilicet xiiij. & puella xij. de reg. ad nostram. in tex. & in gl. nec in hoc malitia suppleat ætatem, vt expresse no. xx. q. j. in sum. & idem Io. And. in cle. eos. de reg. Quod autem dixit Ray. sufficere si malitia suppleret ætatem. de reg postulasti. verum fuit suo tempore quando Summam fecit & currebat prior compilatio Decretalium: sed hodie verba illa de ipsa decretali, postulasti. subtracta sunt. & idem gl. ibi. ¶ Decimotertiò quæritur, † vtrum mater vel alter tutorum offer
13 re possit filium & reuocare? Et dicit Dir. Inno. tenere de matre quòd sic, allegans d. c. addidistis. sed l. an. Io. & Arc. tenere contrarium: quia non habet ipsum in potestate. Inst. de adop. ℣. fœminæ. & consequenter si pater eum obtulit, mater reuocare non potest, nisi dicatur quòd æque sit in potestate matris sicut & patris, quantum ad hunc casum. Opinio tamen Inno. videtur verior secundum iura alia tamen tenetur. nisi mater esset tutetrix. hæc Dir. Arc. autem post Pet. de pal. dicit quòd si impubes habet matrem, potest eum reuocare: nõ autem mater patre nolente: patre autem mortuo, tunc mater & auia possunt, si habent tutelam eius: vt quia non transierunt ad secunda vota: quo casu non potest, cùm perdat tutelam. tutor autem hoc potest. Vide etiam ī. Votum. v. ℣. vl. De tutoribus autem vbi sunt plures, videtur quòd vnus solus possit offerre: quia quo ad hoc eandem habent potestatem sicut parentes. xx. q. ij. puella. Sed die quòd conditio prohibentis erit melior, secundum Innoc. & Dir. ¶ Decimoquartò quæri-
14 tur, † vtrum liceat alicui se voto obligare ad religionis ingressum? Et dicit S. Tho. ij. ij. q. vlti. quòd sic: quia idem opus est laudabilius ex voto quàm sine voto: vt ī. Votū. j. ℣. vj. Mendicantes tamen omnino abstinere debent ab inductione ad talia vota, per quæ renuntietur seculo ante annos probationis: vt in c. non solùm. & c. leq. de reg. li. vj. ¶ Decimoquintò
15 quæritur, † vtrum pueri possint se voto obligare ad religionis ingressum? Et dicit ac probat S. Thom. ij. ij. q. clxxxix. hoc esse laudabile. Sed tamen aduerte ex eodem ibi, quòd votum simplex est inefficax aliquando propter duo: primò scilicet propter defectum deliberationis: vt de furiosis patet in c. sicut tenor. de reg. & idem de pueris nondum habentibus vsum rationis, per quem sunt doli capaces, qui in aliquibus præuenit annos pubertatis, & in aliquibus subsequitur, secundum diuersam dispositionem naturæ: secundò ex hoc quòd vouetur aliquid quod non est propriæ potestatis: vt si seruus habens vsum rationis voueat ignorante domino religionis ingressum. dist. liij. si seruus. Et idem est de votis puerorum ante annos pubertatis: quia tunc sunt in potestate patris quantum ad dispositionem vitæ luæ: vnde potest eam acceptare vel irritare: vt de muliere expresse dicitur Nu. xxx. Igitur si puer ante pubertatem & vsum rationis votum simplex emittat, non obligatur: si autem habebat vsum rationis obligatur quantum in se est ex suo voto: sed reuocari potest, rit authoritate patris: quia ordinatio legis, qua vnus homo subditur alteri, respicit illud quod in pluribus accidit. Si verò annos pubertatis excedit, reuocari non potest authoritate parentum: & si nondum haberet plenè vsum rationis, non obligaretur quo ad Deum. Hæc ex illo. De voto autem solemni dic vt ī. Religio. iij. ℣. ij. Et quòd votum pueri ante annos pubertatis obliget, tenet & probat Pan. in c. ij. de voto nuncupato. gl. vbi tamen inuit vnum quod sequi videtur Sum. Rol. scilicet quòd dicatur puer doli capax post vij. annum. quod quidem est verum quo ad peccare posse: sed non credo quantum ad vouere: sed hoc est solùm prope pubertatem, de qua suprà Baptismus. iiij. ℣. viij. Igitur si impubes voueat, habens tamen vsum rationis: si pater vel tutor non irritat, sed ratificat, tenetur intrare. Si verò irritat, nec tenetur intrare, nec debet ante pubertatem: & si intrauerit, potest reuocare vt ℣. xj. Si verò voueat adultus siue pubes, tenetur intrare, etiam patre contradicente & præcipiente contrarium. xj. q. iij. si dominus. Et si vouit simpliciter & absolutè intendens se obligare, secundum Arch. post S. Tho., tenetur intrare quàm citius potest scilicet commodè. Si autem vouit sub certo tempore vel conditione, tenetur adueniente tempore vel conditione: aliàs non. ¶ Adde prædictis de mente Ray. & glo. eius idem esse de alijs votis impuberis & de iuramento: quia omnia possunt irritari, si reuocentur statim cum pater audiuit, id est, ipsa die, & non alia. arg. Numeri xxx. ibi, & in alterum diem distulerit sententiam. Et secundum Veruec. si pater aut tutor contradixit, & postea consensit, non remittit votum: nec tenebitur filius cùm venerit ad legitimam ætatem. Vide autem etiam ī. Votum. iij. ℣. v. ¶ Sed si impubes doli capax vouerat continentiam vel ingressum religionis in tempus, pura cùm erit adultus aut solutus à patria potestate dubium est an pater possit irritare? Et dicit gl. Ray. quòd sic contradicendo statim, secundum communem opinionem. & idem Rodo. quod etiam Aften. dicit esse humanius. contrarium sensit Hug. & videtur consentire Inno. dicens quòd impubes doli capax soluta patria potestate debet implere vota quæ fecerat. & idem Host. Sed primum est verius: quia pater habet authoritatem irritandi nõ solùm ratione sui præiudicij, quia hoc est omnibus commune: sed etiam ratione subiectionis qua suberat puer quandovouit: dictum autem Ion. & Host. est verum, quando illa vota non fuerunt irritata. ¶ Decimoe-

16 timosextò quæritur, † quid si quis vouit intrare certam religionem, & illi nolunt eũ recipere? Et dicit S. Tho. ij. ij. q. clxxxviij. quòd si intentio tua fit te obligare ad religionem principaliter, & ex consequenti eligit hunc vel hunc locum quasi sibi magis congruentem, tenetur intrare aliam. Et idem intellige si prior perijt, vel reprobata est, vel quodcũq; impedimentum obstitit: quia obligatio non fuit certæ speciei, sed generis: sicut promittens dare equum, licet non intenderet emere alienũ, sed dare suũ: si omnes sui pereant, tenetur dare alienũ. Non tamen credo quòd teneatur discurrere per totum vt inueniat se recipientem: quia non est verimile quòd se voluisset ad hoc obligare: & similiter si tantum vnã aut duas vel plures inueniat quæ eũ velint, de quibus credit probabiliter quòd si cogitasset, nõ se obligasset: credo quòd nõ tenetur intrare. Si verò principaliter intendebat se obligare ad istã religionem vel locũ propter specialem complacentiam eius, secundũ Pe. de Pa. obligatur ad aliam si istã intrare nõ potest: quia videtur ex cõsequenti vouisse dimissionem
17 seculi, cùm nõ stet vita seculi cũ suo voto. Sed S. Tho. & Ric. & Arch. tenent quòd ad aliam nõ obligatur. & hoc est verũ: quia sicut effectus non excedit causam, ita votum nõ extendit vltra intentionem vouentis, cũ ab ea virtutem sumat: sic talis absolutè vouit dimittere seculũ, sed præcisè vt cõsequatur ingressum huius religiõis aut loci. Si aũt dubitat quã intentionem habuerit, debet viam eligere tutiorem secundũ S. Tho. & Pet. Si autem incidit in impossibilitatem implendi
18 votũ ex sua culpa tenetur facere quod potest, & pœnitere de culpa. ¶ Decimoseptimò quæritur, † quid de eo qui vouit religionem intrare indeterminatè, & nullã inuenit se recipientem? Et dicit Inno. quòd remanebit sub obedientia episcopi: fecerit monachus eius. quod de cõgruitate solùm debet intelligi. cùm possit esse in seculo, & nubere: quia sicut se habet pars ad partem, ita totũ ad totũ. Vnde sicut ille qui vouit intrare solũ hãc religionem, quæ est pars religiõis in genere, potest nubere si nolit eã illa pars recipere: vt ſ. priore. ita & qui vouit intrare religionem in genere quæ est totũ, poterit nubere si vniuersalitas religionũ, quæ est totũ respectu huius particularis, nolit eũ recipere: vnde & sedm Arch. in c. fe. cimus. xij. q. j. in voto religionis subintelligũtur istæ cõditiones si possum, vel si volunt me recipere: quibus nõ extantibus non erit votũ, secundum Hug. Car. Et hæc maximè sunt vera, si ille nõ intendebat aliter se obligare: quia secundum Arc. ibi, tantum se extendit obligatio voti, quantũ & intentio vouentis. Et si qñvouit de hoc non cogitabat, distingue: quia aut sibi nunc videtur probabiliter quòd excepisset si cogitasset: & nõ tenetur: aut quòd non excepisset: & tũc tenetur eo
19 modo quo fuisset eius intentio: & si nescit discernere, teneat minus. ¶ Decimooctauò quæritur, † vtrum is qui vouit religionem vnam determinatam intrare, induci possit ad aliam? Et dicit S. Thom. ij. ij. q. vlt. quòd sic: si illa alia sit maior: quia in maiori intelligitur minus. & hoc nisi aliquid impediat specia le, puta infirmitas, vel spes maioris profectus in minori, non autem si illa alia sit minor, nisi ex causa euidenti & dispensatione superioris: si tamen ingreditur & profiteatur, professio tenet. de reg. qui post votum. lib. vj. puto tamen quòd fuerit
RELIGIO rursus, considerari potest quartò quātum ad transitū ab ea ad aliam religionē, vel ad aliquem statum. ¶ Primò ergo queritur, † vtrū possit esse trāsitus de vna religione ad aliam? Et dicit San. Tho. ij. ij. q. vlt. hoc nō esse laudabile, nisi propter magnam vtilitate vel necessitatē: tum quia ex hoc plerunq; scandalizantur qui relinquūtur: tum quia facilius quis proficit in religione quam cōsueuit cęteris paribus: sicut patet in collationibus patrum per abbatē Nestoriū. Est verò laudabile triplici ex causa. primò ex zelo perfectionis religionis, in quo nō attēditur excellentia solum secundū arctitudinē vitæ: sed principaliter secundum illud, ad quod religio ordinatur: & cōsequenter secundum discretionem observantiarū sini proportionatarū. secūdò propter declinationem religionis à debita professione, secundum quam fuerat instituta. tertio ꝓpter infirmitatē vel debilitatem. In primo casu propter humilitatem debet licentia peti: quæ tamē negari nō potest, si cōstet illā esse arctiorem. Si probabiliter dubitetur, requirendū est iudicium superioris. de reg. licet. in secūdo verò requiritur dispēsatio. Hæc ex S. Tho. Pro quibus aduerte primò quòd si dubitetur an sit 1. ad. strictior religio ad quā transitur, secundū Pan. nō statur verbo volentis transire, aut prælati negātis licentiā: sed requirē dū est iudicium superioris: qui secundū Inn. eo casu est ille, ad quē appellaretur, si grauaretur iste religiosus: quia prælatus nō debet esse iudex in causa sua. quod dictum nota: quia ex eo infert Sum. Ros. post Pan. q; habet locū generaliter vbi oritur cōtētio inter religiosum & superiorē suū: qa debet adiri superior immediatus: quòd tū bene dicitur in spectātibus ad declinādā correctionē: quia in talibus nō habet locū appellatio, vtā. dictū est. ¶ Aduerte secūdò q; si prælatus nō respōdeat, vel neget, vel alleget causam negationis inuestādi dicit Pan. post Inn. q; in his casib⁹ & similibus pōt subditus incōtinēti trāsire. Si verò allegaret causam iustā aut verisimilem negationis, nō debet trāsire, sed instare apud superiorē vt decernat. Si verò dicat se velle habere consiliū, tenet expectare debito tēpore: quia ille nō tenetur incōsultē respōdere. ¶ Aduerte tertiò q; secundū Io. and. in c. sanè de reg. iul. iura nō permittūt trāsitū respectu meliotis religiōis seu maioris, vel respectu finis, vt qa fructuosior, aut alio modo: sed solum respectu arctioris vitæ, & quia ibi viuitur strictius, vt in d. c. licet. & sequitur Sum. Ang. cōtra Ros. quāquā ipsa sibi in §. j. & viij. contradicat: & contra Sup. sentiētes cum beato

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tho.de cuius mẽte est quòd attẽdatur vita arctior quãdo fines & fructus parificãtur,quomodo intelligit d.c. licet.imò ibi videtur probari opinio S.Tho.dũ dicitur maioris religionis,frugis melioris,& sanctioris vitæ.Si verò nõ parificatur nobilior finis cũ vita æquè stricta vel etiã minus,modò sit regularis,præpõderat:quia media sunt propter finẽ,nõ ecõtrario.Vide ſ.§.viij.vbi ,pbatur opi.S.Tho. ¶ Aduerte quartò q; ſi quis licẽtia nõ petita trãſiuit quãdo petere tenebatur,quidã dicũt quòd poteſt reuocari:quidã verò q; non.Sed gl.d.c.licet.ſoluit quòd poteſt reuocari,ſi trãſiuit cauſa leuitatis:aliàs nõ.Vel dic ſub aliis verbis q; nõ põt repeti ſi trãſiuit in caſu licito,licet modo nõ ſeruato:ſecus ſi in caſu illicito ar.c.ſi.de reg.& hoc tenet Veruec.& Arch.& ſequit Supple.& hoc tene: licet Sum.Roſ.cũ multis alijs canoniſtis teneat indiſtinctè q; poſſit reuocari:quia nõ præiudicauit alicui,licet gratia humilitatis mandatũ ſit quòd licẽtia petat. ¶ Aduerte quintò ſecũdũ Arch.poſt Inn.quòd ſi ex trãſitu ad eam,quã certũ eſt eſſe arctioré,prior incurrat grauẽ iacturã vel infamia,nõ licet trãſire,arg.ij.q.iiij.ſi quis:verò.& de reg.licet.quia nec debet eſſe cauſa ſcandali,nec priuatã vtilitatẽ debet præferre cõmuni,puta vnius monaſterij.Et ſi trãſitur, ſecundũ doct.vt dicit Pan.debet fieri reſtitutio.arg.d.c. licet in ver.iacturã.de quo licet Pan.dubitet,& cum eo Sum.Ro. quia ,ppter læſionẽ monaſterij nõ debet impediri propoſitũ diuinitus inſpiratũ:tamẽ nõ eſt dubitãdũ quãdo illa infamia vel iactura nõ venit ex culpa monaſterij, ſed ex rerũ qualitate:quia nõ eſt à Deo ꝓpoſitũ illicitũ. ¶ Secũdò quæritur, 12 †quando & quomodo liceat trãſitus à religione ad religionem?Et dico colligendo mentẽ doct.q; aut trãſitur ad latiorem,aut ad æqualẽ,aut ad arctioré. ¶ Et quidẽ ſi ad latiorẽ, dico quòd licet,ſi in priori religione regula nõ ſeruatur; ſecundũ Inn.& Pan.in c.ſane.de reg.quia nõ cõſideratur regula antiquitus inſtituta,ſed modus viuẽdi de preſenti:quod bene Io.An.limitat,quãdo nõ eſt in ,puincia aliud monaſteriũ eiuſdẽ religionis,ad quod poſſit trãſire,nec ſpes reformationis ſui monaſterij.Sed verò in priori monaſterio regula ſeruatur:aut ſubeſt cauſa,& ſic ſecundũ Inn.& ſequitur Pan.in c. nõ eſt dubiũ.de reg.quòd epiſcopus poteſt diſpenſare,arg.c. nõ mediocriter.de cõſec.dil.v.quod do.Ant.in d.c.nõ dubiũ. limitat ſi cauſa eſt vrgẽs indigens celeritate:aliàs recurrendum eſt ad papã.quod intellige de cõtilio,vel vbi commode poteſt.ar.c.nõ cogitur.diſt.xlj.Limita etiã quo ad nõ exemptos.in exemptis autẽ diſpẽſabit prælatus,qui loco epiſcopi præeſt.ar.ſecundũ gl.in d.c.nõ eſt dubiũ.aut papa,ſi talẽ non habet.Aut cauſa nõ ſubeſt:& ſic licet de licẽtia papæ,ſecundũ gl.in c.cũ ſingula.de prẽb.lib.vj.quod verũ eſt quo ad ecleſiã & cõcernẽtia forũ cõtentioſum:quo ad Deũ tamẽ eſt peccatũ,ar.eorũ quæ not.in c.nõ eſt voti.de vot.Et cauſa legitima eſt debilitas,delicata cõplexio,& huiuſmodi. ¶ Si verò tranſitus ſit ad æquale ſine cauſa: licet ſolùm de licẽtia Papæ etiã quo ad Deũ,ſecũdũ gl.Io.ix.q.j.in ſum, & Pan.in c.nõ eſt.de reg.Ex cauſa verò licet de licẽtia epiſcopi vel ,pprij prælati cõſentiẽte capitulo,ſecundũ gl.in d.c.nõ eſt dubium.& facit c.ſtatuimus.xix.q.vlt.& xij.q.j.ſine exceptiõe. Si verò tranſitus eſt ad ſtrictiorẽ, requirũtur multa. Primò quòd nõ fiat leuitate,temeritate,aut odio prioris prælati,ſed zelo vitę melioris:& ſi eſt cõtrarietas inter prælatum & ſubditum circa hoc,ad ſuperiorẽ poteſt appellari,etiã ſi in tali religione interdicatur appellatio: quia intelligitur interdicta in ſpectãtibus ad correctionẽ ſolùm.Secundò q; religio ad quã tranſitur,nõ ſolùm ſit ſtrictior de iure,id eſt,ſecundũ ſe,ſed etiã de facto,quia ſcilicet actu ſeruatur.ar. c.ſane.de reg.quia hic ceſſat ratio permittẽdi tranſitum: quæ eſt vt vi

natur arctius,cum hic præſumatur operari Spiritus ſanctus: vt in c.licet de reg.tertiò quòd licẽtia petatur:vt in d.c.licet. Quibus cõcurrẽtibus licet trãſitus,etiã ſi primũ monaſterium eiſſet priuilegiatũ ne quis inde trãſire poſſet ad arctius: quia præſumitur hoc cõceſſum ne trãſitus fieret ex temeritate vel leuitate in iacturã proprij ordinis ſub prætextu maioris religionis:vt in d.c.licet.Sed tamẽ aduerte quòd nomine religionis arctioris venit religio ſanctior,& religio fructuoſior ar.dictorũ ſ.j.§. ¶ Tertiò quæritur,†à quo debeat peti iſta licẽtia?Et dico quãtũ ad clericos ſeculares q; in epiſcopo requiritur licẽtia obtẽta à papa.de reg. licet.quo ad prælatos verò inferiores,ſi nõ ſunt immediatè ſub papa,ſufficit ſi petatur ab epiſcopo,licet nõ obtineatur,ſecundũ Ioan.Andr.in mercu.Si verò ſunt immediatè ſub papa,ab eo eſt petẽda:& eo negãte,trãſire nõ licet.ſecus eo nõ reſpõdẽte.quo ad clericos verò ſecundũ Inn.petẽda eſt licẽtia ab epiſcopo, ſi ecleſia grauiter læditur:aliàs etiã ſine licẽtia pñt. ¶ Quantũ ad exẽptos verò dico quòd prelati,qui ſubſunt papæ immediatè,vt generalis magiſter,& miniſter,& huiuſmodi, tenẽt locũ epiſcopi,qui immediate ſubeſt papæ:& ab eis eſt petenda,vbi in nũ exẽptis petitur ab epiſcopo,nõ autẽ vbi à papa. prælati verò habẽtes ſuperiores,ſi ſunt ordinarij,tenẽt locũ abbatis nõ exẽpti,q; ſuperiorẽ habet citra papã: ideo ab eis petẽda eſt,vbi in nõ exẽptis petitur ab abbate:nõ aũt vbi ab epiſcopo,qui tamẽ ſine cõſenſu capituli eã dare nõ poteſt.ſecundũ gl.in d.c.cum ſingula.Et ideo in aliquo caſu põt eam dare prælatus ordinarius immediatè conuẽtus, ſicut poteſt ad religionẽ recipere:tũ quia doctores & iura nõ diſtinguit de prælato:tũ quia talis in materia nõ odioſa venit nomine abbatis,qui hoc aliquãdo põt,ſicut frater aut religioſus nomine monachi.vt ſ.Abbas. §.vlt.tum quia c.ſi religioſus .de elec.lib.vj.videtur velle quòd eã poſſit dare in trãſitu ad epiſcopatũ,ſi iam ſit facta electio,etiã irrequiſito capitulo: ſed non diſtinguit:itẽ arg.in verbo,ſuis cõuẽtibus, referẽdo ſingula ſingulis:quaſi dicatur prælatus irrequiſito ſuo cõuentu cũ ſolus prior conuẽtualis ,prię habeat conuẽtũ ſuũ,ſicut prouincialis prouincią ſuã.Sed intellige niſi obſtet cõſtitutio,ar. verbi,qui dare valeat.tum quia hoc eſt de mẽte Pan. in c.licet de reg.& doct.dũ quęrũt vtrũ ipſi prælati,à quibus ſcilicet licẽtia peritur,trãſire poſſint ea nõ obtẽta.Et cõcludit Io.And.in mercu.in reg.cum nõ ſtat.li.vj.q; ſic,ſi habent ſuperiorẽ citra papã. Quod ergo dicit Sum.Ang. in ordine Prædicatorũ petẽdã eſſe à prouinciali: & in ordine Minorũ à cuſtode vel miniſtro:nõ eſt verũ:ſed peti poteſt etiã à priore cõuentuali aliquãdo,vel à guardiano.Et quidẽ in ordine prædicatorũ expreſſe hoc patet per mare magnũ:quia ſecundũ illud frater poteſt trãſire de licẽtia magiſtri vel ſui prioris. ¶ Quartò quæritur,†vtrũ tranſiẽs aliter quàm dictũ eſt licere,ſit apoſtata?Et dicit Pan.in d.c.ſanè de reg.quòd non apoſtaſia maiori, de qua in c.ſi.de apoſta.ſed bene apoſtaſia minori:quia retrocedit.Ex hoc infert Summ.Ang.ad c.ij.nec.vel mo.lib.vj.vbi dimittẽs habitũ incurrit excommunicationem:cum ſit propriè apoſtata: quòd eam non incurrit aſſumẽs habitum alterius religionis,etiã laxioris:quod etiã ſentit Io.And.ibi in nouel.quia text.ibi ſentit in eo qui facit cauſa euagationis,quæ ceſſat in eo qui aliã religionẽ ingreditur.& idem Pan.in d.c.ſanè.Sed ego dico quòd aſſumens alterius religionis habitũ ratione trãſitus liciti verè vel opinatiuè,non incidit: quia ibi ceſſat ratio legis. ſecus ſi ſimulat cauſa euagandi:& multo magis ſi cauſa licentius aut cautius delinquendi: quia in tali habet locum litera & intentio ſeu ratio legis. ¶ Quintò quæritur,† quid ſi regularis impetrauit licentiã trãſeundi ad arctiorẽ religionem,& poſtea pœnituit,vtrũ primi teneãtur eum recipere?Et dicit Veruec. quòd ſic,ſi nõ inuenit arctionem ſe recipiẽtẽ,vel nõ potuit ſufferre eius auſteritatẽ,& ante profeſſionẽ vult reuertiꝫ licẽtia & renuntiatio facta fuit ex cauſa non ſubſequuta. Si autem abbas & conuentus aliquẽ licentiauit ſimpliciter, & ille renuntiauit ſimpliciter,nõ ex aliqua cauſa, niſi forte ex odio ſecundũ Veruec licẽtia non valet:quia hoc eſt dare licentiã vagãdi:quod prohibetur.xviij.q.ij.abbates.ſecundum Aug.tamẽ expelli poteſt,quãdo nõ vult ferre pœnã pro culpa commiſſa.Sexto quæritur,†à qua religione,& ad quã liceat trãſitus?Et dico quòd probat in iij.parte,tit.xvj.c.iiij.in fine.Archie.poſt Pet.de Pal.in quarto,religionẽ mendicantiũ perfectiorẽ eſſe omni nõ mẽdicãte:& inter mendicantes eam,quæ eſſentialiter & principaliter & nominaliter eſt inſtituta ad prædicãdum:quia hæc eſt religio Chriſti,etiã ſi locũ habeat,quos nõ habeat alia quæ prædicationẽ eſſentialiter nõ habeat annexã,ſed accidẽtaliter poſt inſtitutionẽ ex cõmiſſione:& quod ex omni alia ad eam licet tranſire.Et idem tenuit bea.Io.do.dicẽs quòd cùm voicuiq; ob frugẽ melioris vitæ ad altiorẽ ſtatũ liceat trãſire.xix.q.ij.duę.ſunt .& de reg.licet nõ ſolũ Carthuſiẽſes,ſed cuiuſlibet ordinis fratres ad ordinẽ prædicatorum poſſunt trãſire regulariter ad vnguem viuẽtem:& probat eo modo quo Pet.Monal.quoq; magnus Theologus & Canoniſta dicit,vt refert bea.Io. do. ſe vidiſſe determinationẽ vniuerſitatis Pariſinę,quòd frater Carthuſie nõſis de iure cõmuni poſſet tranſire ad ordinẽ prędicatorum regulariter viuentẽ.Et idẽ cõſuluit Zab. & quidam alij de monacho ſancti benedicti obſeruantiæ laxioris. Et idẽ dicit bea.Io.do.de ordine minorũ in trac.de poſ.Ecõuerſo autẽ dicit idẽ bea.Io.do.q; fratres prædicatores tranſire nõ poſſunt ad aliorũ ordinũ obſeruantiã,niſi in ſuo ordine ſorget remiſſa religio:quia tunc liceret animo arctẽ & nõ laxẽ viuendi:quia ſecundũ Ioã. And.Inn.& Pan.in c.ſane.de reg.nõ eſt inſpiciendum principium fundationis regule,ſed quod nunc de facto ſeruatur:vnde ſatis eſt quòd nũc ſit ſtrictioris vitæ ea ad quam trãſitur,licet fortè tempore fundationis fuerit laxioris:contra prædicatores apoſtatas, inquit Io.An.,qui profitẽtes in monaſterio ſancti Benedicti,vbi forte non ſeruatur religio,putant ſe euadere apoſtaſiam:cõtra quæ eſt litera in d.c.ſane Conſtitutiones enim prædicatorũ vltra regulã ita arctant eos quòd vita eorũ eſt aſperior vita monachorũ. Vnde cogendi ſunt redire ad primum ordinẽ. Hæc Io.And. ¶ Non eſt autẽ cõtra prædicta quòd ex cõſtitutiõe Martini quinti licitè tranſeunt ad Carthuſiẽſes: quia licitè ex cauſa tranſitur ad æqualẽ & laxiorẽ. ¶ Non obſtat etiam ſi alicubi in vita regulari habentur licitè poſſeſſiones moderatæ:quia hoc non impedit,ſed iuuat regularem vitã hodie,quando creuerunt mẽdicantes nomine & effectu, & plus inueniunt ſeductores quàm veraces. ¶ Septimò quæritur,† quid velint iura de tranſitu mendicantis ad nõ mendicantes?Et dico quòd ibi aſſumi nõ poteſt ad dignitates in ſl ordine,etiã ſi tranſeat authoritate apoſtolica,nec ad prioratũ vel aliquã adminiſtrationẽ, aut quæcũq; officia, etiam tanquã vicarius ſeu miniſter,ſeu tanquã locũ aliorũ tenens: nec poteſt exercere curam animarũ pro ſe aut pro alijs:nec habet vocẽ aut locũ in capitulo:etiã ſi ab alijs concedatur ele.vt profeſſores.de regu. ¶ Octauò quęritur, † quid velint iura de tranſitu mutuo monachorũ & canonicorũ regulariũ?Et dicit Archi.poſt San.Tho.ij.ij.q.clxxxix.quòd vtraq; illa religio ordinatur ad opera vitę cõtemplatiuę,inter quę præcipua ſunt quę aguntur in diuinis miniſterijs, ad quę ordinatur directè ordo canonicorũ regulariũ,quibus per ſe cõpetit quòd ſint clerici,non autẽ monachis.xvj.q.j.illud.licet ordo monachorũ ſit arctior.Igitur ſi monachus eſt laicus, licitè trãſit ad canonicos:nõ ecõtrario:vt patet xix.q.iij.mãdamus.Si verò monachus ſit clericus ſacris myſterijs ſeruiẽs, vt cõmuniter eſt hodie,licitè canonicus trãſit ad monachos petita licẽtia ſuperioris:non econtrario. xix.q.iij.ſtatuimus. quia tũc monachi habẽt quod eſt canonicorũ cum maiori arctitudine.Ex his patet quòd vera eſt opinio San.Tho.contra Canoniſtas,de quo ſuprà,§.j.ad fin.ſcilicet quod in tranſitu iuridico nõ attẽditur ſolùm maior arctitudo vitę:q;a,vt dicit ipſe,& ,pbatur per c.quod Dei timorẽ.de ſtatu mo.arctior eſt profeſsio monachorũ quàm canonicorũ regulariũ: & tamẽ ratione clericatus canonicus nõ poteſt trãſire ad arctiorẽ vitã monachalẽ:quia in d.c.mandamus.hoc eſt interdictum. ¶ Nonò quęritur,†quid velint iura de tranſitu monachorũ & generaliter religioſorũ ad regẽdum eccleſias ſeculares?Et dico vt infrà Religio.vij.per totũ. ¶ Decimo quęritur,†quid iuris de bonis trãſeuntiũ ad aliam religionẽ? Et dicit Hoſt.quòd ſi quis tranſit ante profeſſionẽ, cum omnibus rebus ſuis exit.de regula.ſtatuimus.ſi verò trãſit poſt ,pfeſſionẽ,& ſine licẽtia,res ſuæ remanẽt priori monaſterio: & qui illum recipit,imputet ſibi.Si verò cum licẽtia, vel inuitus ex aliqua cauſa vadit ad aliud monaſteriũ: vſusfructus rerũ,quas cõtulit priori monaſterio,debetur ſecũdo quãdiu vixerit,ne ſit illi onerоſus.& ſic intellige xvj.q.vj. cognouimus.& xxvij.q.j.ſi quis rapuerit.Si aũt ſit perſona ſecularis, quę relinquit cõſortiũ ſpirituale ſeu religionẽ vel eccleſia, indiſtinctè bona ſua recuperãtur,vt ſonuit apertè de cler. cõiug.quod à te.in fine.Vel ad ſaluãdas opiniones dic quòd bona ipſum tacitè ſequũtur:ſed ſi expreſſe cõtulit le & ſua, & nõ habet vnde viuat,de benignitate canonica ſine cõtradictiõe cuiuſq; bona recuperat.arg.lxxxvj.diſt.nõ ſatis.xvij. q.iiij.quicũq;. Si verò poteſt ſuſtẽtari,nõ recuperat:ſicut nec ſi dediſſet ſine le.xvij.q.iij.ſunt qui opes.niſi de gratia fiat, aut appoſita fuiſſet aliqua conditio.de condi.appo.verũ.Sed Pan.latius proſequitur.Nã in c.quod à te.de cler.coniug.dicit quòd ſi recedit ante ,pfeſſionẽ:tunc non donauit priori monaſterio omnia bona ſua expreſſe:& in dubio videtur donaſſe ratione perſonę:quia nõ eſt veriſimile quod ſpoliaſſet ſe omnibus bonis inde tranſeundo: ideoq; recedẽdo reuocare videtur enim donaſſe cauſa mortis mundanę:vnde tali morte nõ ſequuta per profeſſionẽ reuocari poteſt,ſicut & donatio cauſa mortis.Si verò donauit ſolùm aliqua:tunc nõ videtur donaſſe cauſa ingreſſus, nec recuperabit,arg. eorũ quæ not.Inn.in c.beneficiũ.de reg.lib.vj. Tacitèverò bona hmõi non tranſeunt in monaſteriũ, ſed remanẽt penes eum, ex quo non eſt profeſſus.arg.d.c.beneficiũ.Idẽ tamẽ Panor. in c.cauſam.de proba. dicit quòd ſi dedit in puncto ingreſſus, videtur donaſſe ratione ingreſſus:ſecus ſi ex interuallo: vel ſi alijs coniecturis præſumi poteſt quòd nõ cauſa ingreſſus donauerit:quia tunc perfecta donatio nõ reuocatur.Sed iſta intellige in foro cauſarũ:q;a in cõſcientia vbi ſciri poteſt probabiliter quòd donauit ſolùm cauſa ingreſſus, & nõ aliter, ſemper recuperabit:quia videtur donaſſe cauſa mortis.Si verò fecit ,pfeſſionẽ aut ipſa tenuit,aut nõ.Si nõ tenuit, bona quæ tacitè trãſierant,redeũt ad perſonã ſuã:quia acceſſorium ſequitur principale:& ſi expreſſe cõtulit credẽs profeſſionẽ tenere,reuocat iſta bona:quia videtur donaſſe cauſa mortis mũdanæ.vt dictũ eſt.facit l.ſi pater.C. de hæreditibus.vbi ſi inſtituit aliquẽ credẽs eũ filiũ meũ, auferatur demũ illi bona, ſi cõſtat eum nõ eſſe filiũ.ſi verò ſciebat profeſſionẽ non tenere nõ reuocat:q; videtur in omnẽ caſum donaſſe. Si autẽ profeſsio tenuit:tunc aut egreditur ,ppter peccatũ..um, vt quia collocatur in alio monaſterio ad agendã pœnitentiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

& dantur bona secundo monasterio quo ad vsum,xvj.q.vj. de lapsis.sed post mortē naturalē vsustructus redibit ad primum monasteriū:& cōsolidabitur cum proprietate, vt ibi. Aut egreditur capiendo fugā:& bona nō recuperantinmō quocūq; acceſſerit,poteſt eum abbas vendicare cū omnibus bonis acquiſitis.xviij.q.ij.abbates.Ex quo not.quòd quicquid acquirit monachus,etiā fugitiuus,acquirit monasterio,quātuncunq; ſit in partibus remotis,vt ibi.Aut ide egrediatur licitè, puta trāſeundo licitè ad monaſteriū vel prælaturā : & tunc eſt dubiū de bonis quæ tranſierant in primū monaſteriū : & ſunt opiniones.Nam aliqui Moderni voluerūt quòd remaneant penes primū:& quicquid acquirit,cedit ſecundo monaſterio vel dignitati.Et hoc tenuit Pet.de Perutio.Et pro hoc videtur.text.in c.vnico.xviij.q.j. Alij verò dicunt indiſtinctè quòd debēt bona cum perſona tranſire:& quòd illud c. vnicum procedit in acquiſitis bonis ex induſtria monachi,nō in patrimonialibus bonis:quia illa bona ſemper videntur accedere ad perſonā monachi,licet expreſſe fuerint collata tempore ingreſſus,ratione prædicta.Et hoc tenuit dom.Card.& quæſtio fuit aliàs ardua in facto.Panor.autem placet opinio ſecunda,vt bona patrimonialia perſonā ſequātur:ſubtiliter ad hoc arguens ex d.c.vnico,vbi monachus ſi fiat epiſcopus, adire poteſt hæreditatem paternam ſibi delatam,quam acquiret epiſcopatui,non priori monaſterio: & ſic ſpes ſuccedendi patri,quæ trāſierat in primum monaſteriū,iuxta not. per Inno.in c.in preſentia.de probat.ſequitur perſonam monachi.Et eum iſto tranſit Sum.Roſ.ſentiens quòd religioſus factus epiſcopus recuperat iam alteri quæſita, niſi ſit frater minor.Ego autem dico quòd prima opinio eſt vera,& ex intentione determinata in d.c.vnico vbi canon dicit indiſtinctè omnia prius quæſita pertinere ad primum monaſteriū: & nō diſtinguit inter acquiſita ex induſtria & ſucceſsione,vt credit ſecūda opinio,ſed inter monachum ante epiſcopatū & poſt,vt ibi dicit Archi.quia ſcilicet ante nō poterat adire hæreditatē,quod poteſt poſtea factus ſui iuris:licet nō acquirat ſibi,ſed ſuæ eccleſiæ.ſecundū Gloſ.Non eſt autem ſimiliter de ſpe & de acquiſitione:quia ſpes nullū ius aut dominium dedit primo monaſterio,ſicut dat acquiſitio. Et cōfirmatur iſta deciſio:quia ſecundū Bart.in trac. Minoricatum, lib.iiij.frater minor authoritate papæ tranſiens ad epiſcopatum vel aliam religionem,quæ habere poteſt in cōmuni nō recuperat bona ſua iam alteri quæſita. ſiue dicas quòd hæc ſit reſtitutio in primum ſtatū,ſiue quòd ſit indulgentia, ſiue permiſſio tranſeundi ad alium ſtatū ſeparatim:vt.C.de ſent. paſſ.l.ij.& l.tutor.Si verò nō ſunt alteri quæſita,puta quia nō ſunt mortui parentes,quibus debet ſuccedere:ſic ſuccedet,ſi illi,ad quos tranſit,ſunt in ſtatu ſuccedendi:quia per talem tranſlationem reſtituitur ad omnia.C.de ſent.paſſ.l.j.& ff.ad Tertul.l.j.§.qui mortis.& idem puta ſi alias legitimè ab Archiepiſcopo vel alio prælato promoueretur ad aliquam dignitatem:ſecus ſi tranſferatur aut abſoluatur ab ordine per alium modum:puta propter demerita ſua:vt in d.l.j.§.qui mortis.& idem Fran.de Aſsi.addens quod licentiatus ab ordine propter demerita,& licitè trāſiens ad aliam religione, non recuperat ius ſuccedēdi,per iura prædicta:quia iſta abſolutio eſt magis ad pœnam quàm ad præmiū. Et ita ſentit etiā ij.Sum.Roſ.cum Ang.Non eſt autē maior ratio quare iſte frater minor nō recuperet alteri iam quæſita, quàm alij religioſi,ſeu fortè minor:quia ſua religio minus poterat eius bona acquirere quàm multæ aliæ.Vide de his Pan.in c. in præſentia.de,pbat.ad fin.diffuſe tractātē:& vt videt,aliter ſentiens quàm ſuprà.¶ Et prædicta faciūt ad hoc quòd reſtituere nō teneatur,qui titulo oneroſo vel lucratiuo habet de bonis alicuius damnati propter crimē & poſtea per principem reſtitui ad bona ſua:quia ius eſt iam ſibi quæſitū. Vide ſuprà Gratia.§.vlt. Vide etiā ad prædicta Bart. in l. quæcūq; C.de fide inſtru.lib.x.an emētes ſolenniter à cōmuni Peruſij bona exb.mitorū cōgant eis reddere ex forma ſtatutorū patris hoc dicentium:vbi concludit quòd ſic:quia d.l.quæcunque.vbi in hoc nō valet reſcriptū principis, loquitur quādo Imperator reſcribit propter vilitatē priuati tantum : ſecus ſi propter publicam:quia tunc poteſt res priuatorū auferre: & eodē modo ciuitas:vt l.certa forma.C.de iure fiſci.& l.ſi verberatū ff.de rei vendi.& l.venditor.§.ſi conſtat.ff.cōmu.præd.Alex.etiā de Imo.in l.ſi quis officialiū.C.de decur. & ff.eod.lib.xij.per illum tex.limitat gloſ.in authen-cōſtitutio quæ de digni.col.vj.quæ voluit quòd licet quis liberetur à patria poteſtate per dignitatē,pura quia epiſcopus,ſi perdit dignitatem,remanet nihilominus liberatus: quia verum eſt,inquit,niſi deponatur à dignitate ſua culpa vel delicto: quia tunc non debet gaudere priuilegio dignitatis.De bonis autem fugitiuorum,vide ſuprà Apoſtaſia.§.ix.

❧ Rurſus de Religione quintò ❧ quantum ad nouitios.

1 *Nouitius religionis quis eſſe poſſit.*
2 *Furioſus an poſſit eſſe nouitius.*
3 *Nouitius quanto tempore quis eſſe debeat.*
4 *Probationis annus an debeat eſſe cotinuus.*
5 *Nouitius & deferre debeat habitum.*
6 *Nouitij an obligentur ad præcepta regulæ.*
7 *Nouitius delinquens an poſſit puniri ad perpetuum carcerem.*
8 *Nouitius an intra annum probationis poſſit ad ſeculū redire.*
9 *Nouitius an poſſit eligi an ordinari . nume.10.*
11 *Nouitius ſi ſit canonicus an debeat vocari ad electionem epiſcopi.*
12 *Nouitij beneficium & bona qualiter gubernentur.*

RELIGIO quintò conſiderari poteſt quantum ad nouitios,id eſt,eos qui habitu religionis accepto nondū aliqua profeſsione adſtricti experiuntur religionis auſteritatem.Et dicitur habitu religionis,& non probationis accepto:quia ſi nouitio daretur habitus profeſſorum,adhuc non eſſet ipſo facto ex hoc profeſſus : debet tamen ei dari habitus nouitiorum,quando nō valet ſtatim aut intra triduū eſſe profeſſus:& ſic datus eſt habitus diſtinctus,vbi ſunt patenter diſtinctivbi autē nō ſunt ſic diſtincti,vt vbi benedicitur habitus profeſſorū,ſecundū Archi.dandus eſt nouitio habitus nō benedictus:ſed ſufficit quòd nō detur ei cum benedictione tunc actu facta.vt cōſuetudo interpretatur: profeſsi etiā,vt dicit,quando ſibi nouiter faciunt habitū,puta ſcapulare in ordine prædicatorū,debēt ea facere benedici à prælatis: quia ſcapulare benedictū eſt habitus profeſſorū.¶ Primò ergo quæritur,† quis poſsit eſſe nouitius propriè? Et dico quòd quilibet pubes rationis capax.xx.q.j.per totū.&de reg.cum finus.quod intellige ſi poteſt religionē intrare , iuxta dicta ſ. Religio.ij. Vnde licet ante annos pubertatis oblatus à parentibus vel aliàs quis poſsit habitū religionis accipere: tamē,ppriè nō eſt nouitius:quia nō poteſt experiri quid ſit caſtitas:nec malitia ſupplet ætatē:vt ſuprà Religio.ij.§. xij. Et ſic patet quo tēpore poſsit quis eſſe nouitius : quia in xv. anno inchoāte maſculus &ſuprà,& fœmina in xiij.qa nō pōt aliquis ingredi,niſi cōpleta pubertate,& ita tenet Io.And.de reg.beneficiū.lib.vj.¶ Secūdò quæritur,† vtrū furioſus poſſit eſſe nouitius? Et dico quòd nō:quia propriè quaſi cōſtitutus in anno probationis.de reg.ſicut tenor. Vnde nunquam poterit profiteri,etiā ſi ſtetiſſet in religione centū annis: & ſi profitetur,profeſsio nulla eſt:ſicut nec matrimonium poteſt contrahere.ff.de ſpon.l.furor.nec ratificatur per ratihabitionem poſt quā fuerit ſanæ mentis: ſicut nec profeſsio facta ante annos pubertatis:niſi poſtquam eſt ſanæ mentis & pubes ſe obligauerit profeſsione tacitavel expreſſa:vt patet per c.j.de vot.lib.vj.& facit d.c.ſicut tenor.non obſtat quod hoſt.& ſequaces teneant quòd ratificetur ſi perſeueraverit non contradicens , poſtquam fuerit pubes & ſanæ mentis: quia Pan.in c.ſicut tenor.de reg.tenet hanc opinionem falſam,per c.j.de reg.lib.vj.vbi profeſsio in minori ætate non ratificatur,niſi portetur habitus indiſtinctus per annum.& à fortiori in furioſo.& ita tenet Sum.Ang.& Roſ.Sed illud eſt nouus probatiquia licet dicant eam ratificari per illud:non tamen dicit quòd ſolùm per illud,ſed potius dicit oppoſitum, ſcilicet quòd poteſt ratificari expreſſe.vndè opi.Pan.eſtvera ſolùm in mendicantibus,vbi non licet profiteri ante annū,& in his non ſemper,ſed quando furia abſtulit probationem,ſi eius eam auſert impubertas:ſecus vbi ſufficienti tempore probatus efficitur deinde furioſus,& profitetur:quia tunc eſtvera opi.Hoſt.quòd abeunte furia ſufficit ratificatio ex parte vtriuſq; partis,vel etiam nouitij tantùm , ſi conuentus furiā ignorauit.ar.dicendorū ℥ §.iiij.ad finem.¶ Tertiò quæritur, † quanto tempore debeat quis eſſet nouitius? Et dico quòd anno toto regulariter.xvij.q.j.Gonſalidus. & de reg.ad apoſtolicam.& incipit iſte annus ab hora impoſitionis habitus, modò adſit puberras:aliàs à puncto pubertatis , niſi vbi habet locum c.quia in inſulis.de re.quia incipit ibi à puncto anni xviij.incipientis.de re.ad noſtram.&.c.ſignificatum .&.c. quia in inſulis.Quia tamen hoc datur in fauorem nouitij & religionis,vt ſe mutuo experiātur:ſi nouitij & prælati cum ſuo conuentu accedat conſenſus:ante annū profiteri poteſt, & profeſsio tenet.d.c.ad apoſtolicam.imò profiteri poteſt in ipſo ingreſſu,etiam habitu non ſuſcepto,vt ℥.Religio. iij.§. ij.Fallit hoc in mendicantibus,vt ibi.§.iij.& ſecūdā Summ. Ang.fallit vbi habet locū c.quia in inſulis. ſed hoc nullo iure probatur.¶ Quartò quæritur,† vtrum annus probationis poſsit eſſe interpolatus, ſtando, verbi gratia , vno menſe in monaſterio,& alio extra,vel neceſſario ſit cōtinuus? Et dico quòd Pan.vt patet in c.ad apoſtolicā.de re.diſputatiuè tenuit ſufficere,ſi ſit interpolatus.& ſequitur gl.in reg.cum qui.de reg.lib.vj.quia videtur ſatisfacti ſui furi,ex quo quis ſtetit per annū,licet nō cōtinuū. Et hanc opinionem Sum.Ang.& Ro. aſſerunt Spe.in ti.de ſta.reg.Sed Io.de Lig.& Bonicōtrus ſillus Io.Andr.in quadā qōne diſputata tenent quòd oportet annū eſſe cōtinuū.intellige eo modo quo ſolent auſteritates in religione continuari.ſcilicet modicè,& ad diem interpolando.& hoc Pan.verius putatimò dico indubitatē ſic tenē dum:tū quia iſte annus eſt ſtatutus ad experiendū auſteritatem,vt d.c.ad apoſtolicā.quæ maximè in cōtinuatiōe cōſiſtūt ſicut patet quòd is qui difficultatur ieiunare xl.dies,facile ieiunaret eos,ſi inter diem & diem interponeret aliā diē reſectiōis vel plures:tū quia tex.dicendo indefinitè auſteritates, oīnesvniuerſaliter cōprehendit,vt no.per Dy.de re.iu.in ru. & facit de deci.ad audientiā.in caſu autem poſsibiliter quis nō experiretur oīnes,puta quadrageſimales ſi egrederetur tempore quadrageſimæ.& idem de aduentu,vel hyeme,vel æſtate:tū quia cū iura loquūtur de annali ſpatiovel alio tempore,de cōmuno intelligenda ſunt:vt no.gl.ſup rub.ff. deva. & tem.præſcri.quia regulariter omne tempus debet eſſe cōtinuū:& per Io.And.de elec.c.j.lib.vj.Et hāc opinionē tenet Bart.in l.interdū.§ quoties.ff.de pub.per illū text.vbi ſeruus dicitur veteranus,qui anno cōtinuo ſeruiuit:nouitius autem, qui non ſeruiuit anno continuo.Facit quod not.in l.vbi fide-

iuſſor.ff.de ſolutio.vbi bannitus , qui ex ſtatuto offendi poteſt impunè,à centū libris,& ℥.offendi nō poteſt pro 50.reſpectu vnius debiti & 50.reſpectu alterius:quia ex quo ſunt debita diuerſa,coniungi non debent ad faciendum vnum totum:& ſic eſt ibi caſus,in quo 50.& 50.nō faciunt centū. Et idem etiā per prædictavidetur dicendu ſi nouitius in illo interuallo tenuiſſet habitū,& ie unaſſet , & peregiſſet omnes corporales auſteritates : ſed non fuit ſub iugo obedientiæ: quia hoc eſt potiſsimum inter auſteritates.Nec oppoſita opinio fuit Spe.nec loquitur in caſu iſto.Sed vbi completo anno probationis in monaſterio quis ante profeſsionem exiuit & redijt:quo caſu non eſt annus probationis denuò concedendus.quod errore ſcriptoris accidit.quòd patet primò, quia dicit iſtā q.eſſe Barth Brix.in venerealibus, & eius verba in reſpondendo ſcribit.vbi tamen Barth.nihil dicit de noſtro caſu,ſed de nunc dicto.ſecundò quia ipſe Spe.probat ſolutionem illam,per caput,fraternitatis.xxxiij.dist.quod caput de noſtro caſu nihil dicit.¶ Quintò quæritur,† vtrum ſit neceſſarium quòd nouitius deferat habitū religionis , quam vult profiteri? Et dicit Pan.in c.ſuper eo.de re.quòd non,ſed ſufficit probare regulam in habitu proprio:quod eſt irrationabile.cùm magna auſteritas ſit in habitu. Vnde dico quòd ſic:& non ſufficit ſi deferat etiam habitum religiōis alterius ſecundum gl.in d.c.ſuper eo.& Tanc.& ita habet conſuetudo legū interpres.l.ſi de interpretatione.ff.de legi.cui ſecundum do.Ant.in d.c.ſuper eo.in hoc ſtādū eſt:& quòd deferat in monaſterio:quia delatio extra tollit piam inducet profeſsionem tacitam:vt in cle.eos.de reg. licet poſsit talis cōpelli vel ad dimittendum habitum talem, vel ad monaſterium intrandū,vt no.Pan.in c.vt clerici.de reg.quod tamen limita:vt ℥.Religio.iij.§.xviij.caſu.ij.limitatione v. Intellige tamen quòd ex cauſa poteſt fieri profeſsio:& conſequenter,pbatio temiplena ſine habitu:vt ℥.Religio.j.§.j.ſed talis profitēs nunquam fuit nouitius,nec propriè poſitus in probatione. ¶ Sextò quæritur,† vtrum nouitij obligentur ad præcepta regulæ? Et dico quòd non,niſi ſint alij Chriſtiani:debent tamen induci vt ſeruent ad probandum & conſueſcendum:ſed aliquid indulgendum eſt ne retrocedant.xxxv.q.iij. quod ſcripſi.¶ Septimo quæritur,† vtrū nouitius delinquens poſsit puniri ad perpetuum carcerem,ſi delictum hoc meretur in profeſſo:Et dicit Gem.in c.non ſolum. de re.lib.vj. quòd non,per rationem allegatā in text , qui prohibet iſtos nullo modo poſſe impediri quin redeant ad ſeculum.poſſet tamen ad tempus damnari nouitius,& hoc ſi velit,aliter nō. ¶ Octauò quæritur,† vtrum nouitius intra annum probationis poſsit ad ſeculum redire? Et dico quòd Pan.in c.ſtatuimus.de re.facit regulam per illum tex.quòd ſic liberè,vt ibi & ſine licentia petita ab aliquo:quia ita ſonat illud verbum liberè:vt no.in c.de multa.de præb.nec tenet ſoluere expenſas factas ſibi à monaſterio:vt probatur c.non ſolum.de re. lib.vj.ibi,aliquatenus impedire . Egrediendo autem ſine licentia non incurrit aliquā inhabilitationem ad ordines vel beneficia eccleſiaſtica vel ſecularia c.ex hoc.de re.poſtulaſti. ¶ Facit etiam quatuor fallentias. Prima,ſi intra annum profeſſus eſt non furioſus nec impubes:quo caſu tenetur religioni in ſpecie,vel in genere,vt ℥.Religio.iij.§.iij.& iiij.Secunda,ſi intra annum ſuſcepit habitum profeſſorum eo modo quo ℥.Religio.iij.§.xviij.dictum eſt. Tertia, ſi habitum indiſtinctum detulit per annum,vt ibidem dictum eſt. Quarta, ſi apparet euidenter eum voluiſſe abſolutè virum mutare. Sed iſtam quartam fallentiam,quæ vtiq; vera eſt,vepote quā multa capitula ponunt:quidā, imò penè omnes Canoniſtæ malè intelligunt ex hoc quòd putant promiſsionem non

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse de ratione voti: sed sufficere solùm propositum coram Deo. Vnde volunt quòd is qui religionem intrauit animo perseuerandi, teneatur religioni in genere, etiam alio voto non facto. quorum quidam dicunt quòd est verè religiosus, ita quòd si contrahatur matrimonium, nullum est: quia illud propositum dicunt esse votum solennizatum per habitus susceptionem. & sic sensit Inno. in c. consulti. de re. & Ho. & Vin. & Io. And. dicentes hoc posse probari, per ca. beneficium. de reg. vbi beneficiū istius potest alteri conferri. & do. Ant. & ferè oēs Scribentes, vt recitat ibi Pan. alij verò, vt d. Card. tenent quòd quandiu ad seculum redire non possit, non tamen est verè religiosus, sed teneret matrimonium ab eo contractum: per c. vnicum. de voto, libr. vj. & placet satis hæc opinio Pan. Sed opinio Inno. stare non potest: quia votum non solennizatur quo ad dirimendū matrimonium, nisi per susceptionem ordinis sacri, vel professionem expressam aut tacitā: vt patet in c. vnico. de vo. lib. vj. Sed iste non suscepit ordinem sacrum, vt suppono: nec est professus explicitè vel tacitè: quia patet primò per c. ex transmissa. de renun. vbi clarè patet quòd votum intrandi religionem & propositum perseuerandi simul nō faciunt religiosum per habitus susceptionem, nec aliquā inducunt professionem. & secundò per c. ad apostolicā. de reg. vbi patet quòd professio non fit sine consensu monasterij, quòd dando habitum nouitiorum non intendit istum ad professionem recipere, sed mores eius experiri. Et tertiò patet ratione: quia cùm professio sit quasi quidā cōtractus, & hinc inde oriatur obligatio reciproca, nō potest consistere ex parte vnius tantum. l. in omnibus. ff. de act. & obli. Sed nec opinio alia stare potest, scilicet quòd iste non possit redire ad seculum, quasi obligatus religioni in genere: quia non obligatur proprio voto: quia, secundum San. Tho. & alios Theologos, quibus in hac parte standum est, propositum non est votum, nisi sequatur promissio. quod etiam vbiq; innuit scriptura, secundum illud Deute. xxiij. Si votum &c. & sequitur, Facies sicut promisisti Domino. & Eccle sia. v. Si quid vouisti Domino, non tardabis reddere. & sequitur, Displicet enim ei infidelis & stulta promissio. Et idem iura similia, secundū quæ votū ex pollicitatione caret. tur. ff. de polli. l. ij. Non obligatur etiā superioris præcepto, vt concludunt Canonistæ: & consequenter nullo modo obligatur religioni. Dicit autem Pet. de Pal. quòd obligatur præcepto ecclesiæ quod stare non potest: tum quia istud præceptum nullibi reperitur, cum semper iura se referant ad voluntatē & intentionem intrantis: tum propter multa quæ deduxi in quadam q. de hoc in aur. ro. Et ideo bene dicit Pan. in c. literarum. de vo. quòd si de rationevoti est promissio, vt dicit S. Tho. & Arc. doctrina Canonistarum circa istam quæstionē euertitur. Dico ergo quòd hoc propositum mutandi vitam absolutè est votum simplex religionis, vel est oblatio professionis, qua in ipso religionis ingressu multi petebant profiteri, licet non admitterentur subitò: fieut olim poterant in omnibus religionibus: & nunc possunt in non mendicantibus: vnde isti remanebant obligati religioni in genere: & non erant professi. Et sic hoc propositum contra professionem expressam & tacitam diuiditur, in c. non solùm. de re. Et hac ratione beneficia taliū vacabant. Qui ergo solùm proposuit perseuerare non vouendo nec se offerendo professioni, potest intra annum ad seculum redire de iure, & contrahere matrimonium, etiam sine peccato, quo ad ecclesiam, & etiam quo ad Deum si redeat ex iusta causa: puta infirmitate vel debilitate. Si autem ex causa iniusta, puta tædio sanctæ vitæ vel huiusmodi, est peccatum ingratitudinis. vide de his omnibus diffuse in dicta quæstione. ¶ Nonò quæritur, †vtrum nouitius possit eligi? Et dico quòd sic ad episcopatum: non autem ad abbatiam vel prælaturam religionis. de elec. nullus. lib. vj. ¶ Decimò quæritur, †vtrum nouitius possit ordinari? Et dico quòd non, etiam ad primam tonsuram. xix. q. iij. monasterijs. secundum Ray. & Gof. quod autem in d. c. dicitur quòd expectandum est biennium, dicit Veruec. quod eo ipso quòd habentur pro professis, possunt ordines recipere. & concor. Host. & Sum. Conf. & ita habet consuetudo, quæ probatur xvij. q. ij. Gonsaldus. ¶ Vndecimò quæritur, †vtrum debeat vocari ad electionem episcopi nouitius si sit Canonicus? Et dicit Io. And. in c. beneficium. de re. lib. vj. quòd non: sed secus esset de patrono, vel eo, ad quem non iure collegii, sed iure singulari electio pertinet: quia debet vocari. ¶ Duodecimò quæritur, †quid de beneficio & bonis alijs nouitij? Et dico quòd de beneficio dictum est ꝛ. Religio. ij. §. vlt. de alijs autem bonis dico quòd quando professurus est quod dictum est ꝛ. Religio. iij. §. vl. quando verò moritur ante professionem expressam & tacitam. Cy. & multi alij in auth. ingressi. C. de sacrosanct. eccl. dicunt quòd omnia bona eius spectare debent ad monasterium: quia ibi moriendo videtur mori vt monachus. Et idem do. Ant. in c. in præsentia. de proba. Sed Bar. in auth. si qua mulier. C. eo. pro hac opinione allegat c. fi. de suc. ab inte. nō firmans tamen opinionem, sed reliquens prouinciam Canonistis. Panor. verò tandem in d. cap. in præsentia. bene distinguens dicit quòd si intrando expressè bona sua contulit monasterio, & expressè non reuocauit, sunt monasterij: si verò expressè non contulit, sed simpliciter intrauit causa probationis, succedent proximiores, & non monasterium: quia cùm non fuerit iste religiosus cum effectu, de sent. excom. cùm religioso. libr. vj. bona eius nec expressè nec tacitè transierunt in monasterium, præsertim cum adhuc testandi haberet facultatem. Quando etiam aliquid donat in ipso ingressu, Pan. in c. quod à te. de cle. coniuga. bene distinguendo dicit, quòd si omnia donauit, in dubio videtur donasse causa mortis: vt ꝛ. Religio. iiij. §. x. vnde ea non sequuta per professionem tacitam vel expressam omnia reuocat & recuperat inde recedendo. ar. l. Seia. in fi. pre. ff. de dona. cau. mor. & l. non omnis. ff. si cert. peta. & facit quod no. Bar. in d. auth. ingressi. etiam idem dicit Bart. ibidem, de eo, cuius professio non tenuit, quanuis professus esset deberet tenere, per l. si pater. & l. nec apud. C. de hæred. instit. Si verò non donauit omnia, sed quædam solùm, non videtur donasse causa ingressus: & non recuperabit. arg. c. beneficium. & cap. constitutionem. de re. Et sic intelligendo limita Host. & Pan. in c. statuimus. eo. tit. qui videtur contrarij. Similiter non recuperabit si dedit non causa ingressus, sed ex interuallo. de do. c. fi. & l. perfecta donatio. C. de donatio quæ sub mo. Et idem dicit Bar. vbi suprà, de eo qui sciebat professionem non tenere: quia non recuperabit donata. l. cuius per errorem. ff. de regu. iur. & l. Campanus. ff. de oper. liber. In conscientia tamen dic vt suprà eodem. §. decimo, dixi.

De Religione rursus vj. quantum ad religiosos, id est, professos in genere.

1 *Bona religiosi cui cedant.*
2 *Monasterium qualiter agat pro bonis religiosi.*
3 *Testamentum an condere possit qui ingressus est religionem, vel iam conditum reuocare. nume. 4.*
5 *Religiosus ad quæ obligatur sub peccato mortali.*
6 *Obedire an debeat prælato religiosus in omnibus.*
7 *Paupertatis votum quæ contineat.*
8 *Castitatis votum qualiter intelligatur.*
9 *Religiosus, an teneatur magis obedire patri, quàm p. relig.*

10 *Religiosus factus ejs. an liberetur ab obseruātijs regularibus.*
11 *Religiosus an possit esse iudex.*
12 *Religiosi exeūtes vel fugitiui, qui nequeunt reconciliari, quid agere debeant.*
13 *Religionem an egredi debeat ad petitionem vxoris, qui ita cō demutus est ne egrederetur.*
14 *Religiosus eodē genere peccati an grauiꝰ peccet quā secularis*
15 *Religiosorum omnium quæ sint communia statuta.*
16 *Excommunicationes quas incurrant religiosi.*
17 *Religiosus delinquens an debeat expelli, si paratus est corrigi, & pœnam sustinere.*

RELIGIO sextò cōsiderari pōt quantū ad religiosos, qui sunt iam, pfessi in genere, qui propriè venūt nomine religiosorū: vt suprà Religio. j. §. j. ¶ Primò verò quæritur, †quid iuris de bonis religiosi tā in ipla professione quàm post? Et dico multa. ¶ Primū. Patre ingresso monasterii, scilicet per professionē filius legitimā petere non potest de subtilitate iuris, secundū Bart. in authen. si qua mulier. C. de sacrosan. eccle. posita xix. q. vlt. quia legitima nō debetur, nisi post mortē naturalē patris. l. j. §. si impuberi. ff. de col. bo. sed de æquitate canonica dico cum Bald. in d. authent. si qua mulier. quòd petere poterit, ne habeat petere alimēta à monasterio. & placet: quia æquè cessat pater administrare & alere: sicut si naturaliter moreretur. Quantū verò ad peculium aduēticiū, cuius vsusfructus erat patris eo ingresso monasterii, secūdū Bart. in auth. idē est. C. de bo. quæ li. ex quo patria potestas soluitur ex facto patris, remanebit solùm medietas dicti vsusfructꝰ apud patrē, & cōsequēter apud monasteriū. Leum oportet. §. cum autē. C. de bo. quę li. sed gl. in d. authē. item. tenet quòd nō finitur. Mar. verò tenet quòd ex toto finitur, dicēs ita fuisse decisum Bononiæ. glosa autē est vera de vsufructu, quē pater habet in alijs bonis: sed opinio Bart. est æquior. Sed no. secundū Pet. de Pal. quòd iura loquentia de ingressu, intelligūtur per professionē. ¶ Secūdum. Bona ingressi religionē ipso iure sunt monasterij, vt suprà Religio. iij. §. xxiiij. Et trāseunt etiā feuda. de quo dic vt suprà Feudū. §. ix. Reseruabitur tamē legitima defectibus. xix. q. iij. c. fi. & idē videtur in ascendētibus: quia æquè succedunt istis non exstitibus. Trāsit etiam vsusfructus, nec amittitur ex ingressu, secundū Inn. in c. in præsentia. de probat. sed durat quādiu venit. & sequitur Alb. in d. authen. ingressi. quod quidam limitant, quādo monasterium potest habere proprium in cōmuni aliter nō, secundum Glos. Et similiter transit ad monasteriam emphyteusis, secūdum Alber. in dicta authen. ingressi. arg. l. peto. §. j. ff. de leg. ij. quod Odof. ibi limitat: verum, nisi emphyteusim haberet ab alia ecclesia tūc esset in optione ecclesiæ an vellet rem vel canonem. Aduerte tamē quòd dicta authen. ingressi. secundum Alber. ibi non habet locum in monasterijs habētibus in proprio, vt ordo militiæ sanctæ Mariæ, & tertij ordinis sancti Frācisci, & ecclesiæ seculares: & idem in monasterijs tertij ordinis sancti Dominici: intelligę, sed habet locum in nō habentibus nisi in cōmuni. ¶ Tertium. Si quis ingreditur cōdito testamento, in quo nihil reliquit monasterio, sed hæredem extraneum instituit, Secūdum do. Ant. in c. in præsentia. de probat. distinguēdum est. Nam si tempore ingressus nulla facta mentione de testamento expresse cōtulit monasterio bona sua incōtinēti post testamentum, nō reuocat illud, nec illa bona erūt monasterij: sed ipsa mittur illa collatio facta ad tēpus vitæ suæ: quia non videtur quis incōtinenti animū mutare. arg. l. nō ad ea. ff. de condi. & demō. Si verò hoc fecit ex interuallo post conditū testamētum, præsumitur mutasse animū fauore religionis: & sic rūpitur testamentū, & illa bona erūt monasterij. Si verò nō cōtulit expresse, remanebit testū: & monasteriū solùm petet suā portionē aliter quàm rumpēdo testamentū. Sed Pan. ibi dicit quòd suā portionem non petet. quod videtur verius de subtilitate iuris, per ea quę no. Albe. in authen. si qua mulier. C. de sa. san. ecc. quia secundum iura liberè potest disponere de suis vt vult, & monasteriū cōputatur inter liberos, quado antè nō disposuit, vt d. auth. si qua mulier. ¶ Quartum. Prodigus & dissipator, cui interdicta sunt bona, secūdum Alb. in d. authent. ingressi. religionē potest intrare, si sit rationis capax, etiam quo ad bona, sicut & minor. ¶ Quintū. Filius famīliās intrās monasteriū disponere pōt de bonis peculij castrēsis vel quasi. secundū Pan. in c. in præsentia. de proba. sine dubio. l. pen. C. qui test. fa. pos. de profectitio verò etiā sine dubio nō pōt: quia illa sunt in dispositione patris. de aduentitijs autem, de quibus disponere non pot in vita patris, etiā cum patris cōsensu, iuxta no. in d. l. pen. est dubiū. sed Pā. tenet ibi quòd potest: quia stante pre ingressum gaudet illo priuilegio. authen. presbyteros. C. de epis. & cler. ex quo quod laicis est aduentitiū, clericis est quasi castrēse ideoq; priuabit pater in vita sua vsufructu illorū bonorum: & pariformiter in aduēticijs aduenientibus post ingressum. Sed do. Ant. in d. r in præsentia, tenet contrariū, scilicet quòd nō potest dispone re taliter quòd pater priuetur vsufructu in vita quo ad aduē titia antè acquisita, sed solùm de directo & vtili dominio, sic quòd patre mortuo transibunt ad illum cui reliquit: vt in authentic. de monachis. §. illud. secus de acquisitis post ingressum, quia sunt monasterij. ¶ Sextū. Libri dati à patre filiola. cum eo transibunt ad religionē secūdum dispositionē ingredictis, secūdum Iac. de Rauen. & recitat Panor. in d. c. in præsentia. quia cēsentur quasi castrense peculiū: quod Petr. dicit verum in libris collatis doctoribus vel magistris, nō in datis scholaribus. & sequitur Bart. in l. filiæ. C. famil. erc. & est verius. ¶ Septimum. Religiosi succedunt in bonis parentum, & huiusmodi, nec exhæredari possunt, propter admissum crimē ingratitudinis in seculo. C. de episc. & cle. l. Deo nobis. xix. q. iij. c. fi. quod tamen fallit in fratribus minoribus. cle. exiui. de verb. sig. ¶ Secūdò quæritur, †quomodo aget monasterium in præfatis, in quibus succedit, vel ei acquirūtur? Et dicit Pā. in ca. in præsencia quòd his actionibus, in quibus ille egisset ante ingressum, & pro gestis añ per ipsum tenebitur monasterium inquantū ad ipsum peruenit de bonis ingressi, secundum Inno. arg. l. ij. C. de impub. & alijs substi. vel fortè verius in totū: licet possit petere restitutionē, tenendo quòd monasteriū iure succedsiōis venit: vt infrà Religio. viij. §. ij. ¶ Tertiò quæritur, †verū ingressus religionē possit condere testamētum? Et pro fundamēto responsionis adduco d. authent. si qua mulier. quæ talis est: Si qua mulier aut vir monasticā vitā elegerit, & interuenit monasteriū, liberis nō extātib⁹, monasterio qđ ingredietur res eius cōpetere iubemus: sed si persona liberos habēs antequā de rebus suis inter eos disponat monasteriū intret, liceat ei postea inter eos diuidere legitimā portionē nulli diminuta trīēte vel semisse: & qđ eis non dederit, monasterio cōpetet: sed si omnē substantiam inter filios diuidere voluerit, sua persona filijs suis connumerata partē sibi retineat, q̄ monasterio cōpetere debeat: sed si post ingressum moriatur antequā inter eos diuidat, filij legitimā portionē percipiāt: reliqua monasterio cōpetēte substantia. xix. q. vlt. si qua. Ad quæstionē igit̄ dicit Pan. in d. c. in præsentia. quod potest inter liberos & monasteriū quādo prius non disposuit d. auth. si qua. Aliter autē disponēdo inter alios nō potest in forma testamenti, secundū Cy. sed ad hoc vt valeat donatio, poterit cōsentiente abbate & capitulo de mobilibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

bilibus tantum: quia immobilia sine debita solennitate alienari non possunt. Et addit Panorm. quòd ipse taquam nihil potest, cum res illæ tradierint in ius monasterij, & io eis nullam habeat facultatē disponēdi, vt aperte dicitur in authen. de mona. §. illud. sed nomine monasterij poterit illa cōcedere quæ & monasterij. ¶ Quartò quæritur, Vtrum ingressus monasterij possit reuocare testm quod antea fecit? Ex Perr. & Cy. in. d. auten. si qua. dicūt simpliciter quòd sic. Barto. distinguēdo dicit quòd non in ordine Minorū: quia isti fratres post professionē nihil possunt disponere de rebus mūdanis, per cle. exiui. de ver. sig. vnde credit in eis non habere locum d. authen. si qua. in alio verò ordine potest reuocare dum vult: & videtur, secūdum eum, tex. in simili in l. res vxoris. C. de dona. inter virū & vxo. & cum eo transit d. authenti. in d. cle. in præsentia. Pan. verò dicit quò non pōt, per d. §. illud. nisi in casu d. authen. si qua. qui fuit gratiosè concessus. Et facit ratio, ne in eo proprietas noceatur disponēdo ad licitū de temporalibus, cum sit mortuus mūdo. xvj. q. j. placuit. & iam non habeat velle aut nolle. de elec. si religiosus. li. vj. & hoc etiā consentiēte abbate: quia testamentū no potest dependere à voluntate certij. l. pen. cum ibi not. C. qui testa. fac. pot. & ff. de hær. insti. l. illa institutio. & l. captatorias. Hæc Pan. Et ita indubitatē teneadū est: quia professus nullius rei habet ꝓprietatem: vt etiā patet per dictam authē. si qua. vbi patet quòd omnia aut sunt filiorū aut monasterij: & idē per d. §. illud. & per authē. ingressi. C. de sacrosan. eccles. vbi per ingressum omnia sunt collata mōasterio: & si habet, nō est religiosus: sicut nec pauper. Nec in hoc est differētia quantū ad fratres particulares inter minores & alios: quia in particulari omnes se æqualiter spoliāt omnibus: imò videtur potior ratio, secū dum illam opinionē, vt mutare possint minores quàm alij: quia quāto monasterij magis distat à proprietate bonorū, tantò plus potest frater de eis disponere: quia cum monasterium cedat loco fratris, quantò minus in monasterij trāsit, tantò plus remanet penes fratre si qd remaneat, vt isti dicūt.

di.C.de cõdictio. ob cau.da.conditio in corde retẽta repetitione nõ induxit,maximè in casu isto quia dãs iam mercedẽ suã habet:tenetur tamẽ per se mutatũ,vel per aliũ satisfacere intentioni dãtis in celebrãdo vel orãdo, si hoc est expssum à dare vel ab accipiẽte:quia ipsa acceptio fuit quædã tacita promissio. Vnde quæstores qui promittũt se facturos quod nõ faciũt aut dicũt se facere quod nõ faciunt, puta infirmos pascere,& ideo petũt,tenẽtur danti vel pro quo dederũt:qa dãtes intelligũtur dare pro tali causa,quæ satis est expressa ex quo pro ea petitur:secus si quis pro Deo petat,& detur ei quia creditur sanctus,licet non sit: quia causa pro qua accipit principaliter est Deus,licet secundaria sit sanctitas: quæ secũdaria nõ attẽditur,sed principalis. ¶ Tertiũ.Mẽdicantes validi & fortes si fingunt se infirmos,secundũ Io.de Pla.si in eis fuerit integritas corporis & annorũ robustitas, eorũ inertia sine mutilatione puniẽda est:sic vt si fuerint serui,subdantur dominio accusatoris.si verò liberi , efficiãtur coloni asscriptitij.Si verò fingũt debilitatẽ:nunc si est forẽsis,expellitur,& ad suas partes remittitur:si verò est de vrbe, cõpelli debet ad opera,& artes & exercitia publicè operãda.l.vnica. C.de mẽdi.val.lib.xj. ¶ Quartũ . Si quid in fraudẽ creditorũ sit alienatũ,puta donatione,vel aliter,secundũ Io.de Pla.Instit.de act.§.rursus talis donatio,adde & generaliter alienatio,vt ff.eo.§.fi.revocatur,& cõsequẽter accipiẽs tenetur restituere.l.qui autẽ.§.simili modo.& l.ait prætor.ij.respõso.ff. quæ in frau.cre.& per hęc patet respõsio ad quæstionẽ quæ fuit in facto. Mercator eñ habẽs vnde solueret creditoribus fugã arripturus reliquit vxori mille aureos,dicẽs vt teneret eos,& si fulminaretur sentẽtia cõtra nõ revelantes bona sua: extunc ei donabat. Quærebatur igitur vtrũ vxor vel alius sic habẽs aliquid teneatur revelare si eminet cõminatoria ? Et dic quòd sic:quia illa donatio nõ est vera,sed ficta in fraudẽ creditorum. Quintum. Meretrix licet nõ teneatur de mercede sua,si tamẽ aliquid superfluẽ vel fraude aut dolo accipit, tenetur restituere danti,secundũ San. Tho.ij.ij. q. lxij. Vide 2. Restitutio.ij.§.ij. ¶ Sextum. Qui suis literis fictis dat damnum proximo, sicut si scribat aliquas merces in tali patria multum valere, cum non sit verũ , si literæ dirigebantur ei cui nocuerunt, tenetur ei de damno : si literæ dirigebantur alij , & ipse eas aperuit,in nullo tenetur,licet peccet:sed ille sibi imputet. Si verò dirigebantur quidẽ alteri,sed fraudulẽter vt aliquẽ deciperet:tenetur in solidum mittẽs,& similiter sciẽter exequẽs:quia vterq; dedit occasionẽ efficacẽ damni iniustè. ¶ † Vndecimò quæritur, quomodo ad restitutionẽ obligẽtur contrahẽtes specialiter pater ex contractu filij ? Et dico multa. ¶ Primum. Qui contractum illicitum facit,si quidẽ sit nullus vel vsurarius,tenet etiã de fructibus, nisi bona fides excusset:vt suprà §.viij. Si verò tenuit de iure, licet veniat rescindendus:puta quia minus iusto pretio emptum est,vel huiusmodi:tunc si nec dolus neque fraus interuenit,non tenetur de fructibus,sed de supplemento iusti pretij, vt elicitur ex l.ij.C. de rescind.vend.& glos.in cap . cum dilecti.de emptio.& vẽdit.& in cap. per tuas.de donat. & in cap.illo vos.de pigno. ¶ Secundum. Quando aliqui inuicem contrahunt,si contractus celebratur gratia dãtis tantùm:vel in deposito,recipiens tenetur de dolo & lata culpa. Si verò gratia recipiẽtis tantùm:vt in commodato,de quo suprà dixisse, tenetur de dolo & omni culpa. si gratia vtriusq; , vt in locatione,tenetur de dolo & lata ac leui culpa.l.si vt certo. §.ij.ff.commo.in mutuo tamen quia transfertur dominium tenetur de dolo & omni culpa,& de casu fortuito: vt Instit. qui.mo.ex.cõtra.ob.§.j. Io præcario etiam quomodo teneatur:vide 3.Commodatum.§.viij. ¶ Tertium. Mediator siue proxeneta cõtractuum quomodo teneatur:vide j. Vsura.vij. q.iij. ¶ Quartũ. Socius verò in cõtractu societatis tenet de dãno emergẽte dolo suo lata culpa & leui:quæ leuius æstimatur,si nõ adhibet tantã diligentiã in rebus cõmunibus,quãtam adhibere solebat in proprijs tẽpore societatis. Instit. pro socio.§.fi.nõ autẽ de leuissima:quia sufficit si tantã diligentiam adhibebat in cõmunibus sicut in proprijs. ff.pro socio. l.cum duobus. Si alter sociorũ in re cõmuni fecit expẽsas,secundũ Io.de Pla.Instit.de ob.quę ex qua.cõ.§.itẽ si inter alios. alter tenetur tribuere partẽ suã.l.si inter fratres.ff.pro socio.& si alter eorũ est rixosus & deuius nõ curãs laborare terrã cõem,aut locare cõmunẽ domũ:reliquus , sed m eidẽ põt accipere partẽ suã quo ad vsum, & laborare , & locare, & sibi fructus recipere,secũdũ gl.in l.iubemus.C.de sac.sanct. eccl.& in l.Lucius.ff.fa.er eit. ¶ Quintũ.Is,cui debitũ indebitẽ ex ignorãtia soluitur tenetur restituere perinde,ac si mutuo accipillet ex quasi cõtractu. Instit.de ob.quæ ex qua.cõ. na.§.fi.& idẽ si per errorẽ:secus si sciẽter:qa donare videtur: vt in l.Cãpanus.ff.de oper.lib. ¶ Sextũ. Pater ex cõtractu filij facto cũ extraneo tenetur quantũ versum est in vtilitatẽ patris,secũdũ Io.de Plat.Instit.qđ cũ eo. Vnde si est versum in totũ,tenet in totũ:si in parte,similiter in parte: & hoc si conuertit in rẽ necessariã patri:vt quia pecuniã mutuo accepit solvit creditori paterno.l.iij.§.in rẽ aũt.ff. de in rẽ verso.vel rẽ aut domũ patris ruentẽ reparauit: secus si domũ exornauit expẽsis voluntarijs:quia nõ dicitur versum,nisi ex mãdato dñi fecerit:sed pater tenet permittere auferri sine lesione domus.d.l.iij.§.sed si mutua. De hui.õi similibus vide Pan.in c. quia pleriq;.de immu.eccl. ¶ Septimũ. Si filius vel seruus accipit creditorẽ asserẽdo se velle in vtilitatẽ patris aut domini cõuertere,& tñ nõ cõuertit:secundũ Io.de Pla. pater vel dñs nõ tenet:etiã si accipiẽs erat assuetus cõuertere:vt ff.de in rem verso.l.quod si seruus.§.sed si accipit. Et si talis accipiẽs primò lusit quæ mutuo acceperat cõuertẽdo:deinde pro rũ reuicit & cõuertit:pater secundũ Io.de Pla.nõ tenetur de in rẽ verso,p gl.in l.si minor.xxv.annis.ff.de mi.quasi ex una acquisitione,nõ ex mutuo dicatur facta cõuersio.qđ Bar. in d.l.si minor,verũ dicit,si in alio ludo ex interuallo vicissecus si incõtinẽti in eo ludo. ¶ Octauũ.Si mutuasti filiæ tũ patri vel marito,ex quo nutriuit filios vel vxorẽ , secundũ Io.de Pla.illi nõ tenẽtur in subsidiũ , quasi in eorũ vtilitatẽ versum sit.sed secundũ Bar.in l.his solis.ff.de cõdi.indeb.tenẽtur.vbi formant quæstionẽ de filijs,qui postea ex adinitione facti sunt diuites.& idẽ Lud. de Ro.in suis sing. ¶ Nonũ. Si pater cõsentit in decurionatu filij,tenet,p eo in solidũ de indemnitate Reipublicæ: & etiã ipsius patris hęredes : facta ex prius excussione de ipso filio principali debitore.l.j.C.de decu.lib.x.Et dicũtur decuriones cõsiliarij, q habẽt deliberare cum prioribus cuiuscũq; ciuitatis. ¶ Decimũ. Mercatores & alij artifices,qui suis apothecis imponũt institores . secundũ Io.de Pla.Instit.qđ cum eo.§.institoris. ex eorũ cõtractibus tenẽtur,si nomine domini contraxerũt,maximè quando in eius vtilitatẽ versum est.l.quicũq;.§.j.& ij.ff.de instit.& Inst. eo.ti. Vnde si scribat in libro quòd apud mẽsam domini Titius habet centum in depósito,tenetur dominus. ¶ Vndecimũ. Dominus & pater tenentur ex cõtractu gesto per seruũ & filiũ eorum iussu secundũ eundẽ:vt l.j.ff.quod iussu.na pater & dominus vidẽtur cõtrahere,cum per alios cõtrahãtur vt in regula,qui p aliũ & cõtrahẽtes videnẽ similiter cõtrahere cũ præponẽte,quãdo cõtrahũt cũ ppósito:vt l.si institorẽ.si cert.pet. Et idẽ in executore nauis.l.j.ff.de exerci. Et idẽ quando versum est in vtilitatẽ aliquorũ istorũ dominorum .ff.de in rẽ verso.l.j. ¶ Duodecimũ. Fideiussori tenetur prius

principalis ad restitutionẽ eius quod ille soluit. Instit.de fideiuss.§. quid autẽ.& potest sponte soluere secundũ Io.de Pla. non expectato quòd sibi fiat mandatum,vt dicit glos.in d.§. quid autẽ. Nam tenetur agnoscere bonam fidem l.idemq; §.fideiussores. Sed si iudex eum condẽnauit per iniuriam.secundũ eundem non potest agere mandati, si nõ appellauit. l.si pro ea.C.mand. ¶ Duodecimò quæritur,quomodo restituere teneantur,qui aliquem impediuerunt à consecutione alicuius boni,specialiter beneficij? Et dico multa. Primũ.S. Tho.ij.ij.q.lxij.art.ij.dat fundamentum respondendi in ista materia vbi soluendo ad hoc motiuũ,qui impedit aliquem ab aliquo bono cõsequendo,videtur ei illud auferre:quia quod indebitũ deest,quasi nihil deesse videtur.ij.Phys.sic dicit:Impedire aliquẽ ne habeat prębẽdã iustè:puta si intendẽs honorẽ Dei vel ecclesiæ vtilitatẽ procuret quòd detur dignior, nullo modo tenetur:impediens verò iniustè,puta si intendens nocumentũ impediri propter odiũ vel huiusmodi:si impedit ne detur digno antequã firmatũ sit q̃ ei detur , tenet ad recõpensationẽ secundũ arbitriũ sapientis,nõ tamẽ ad æquale:quia poterat multipliciter impediri. Siverò iam firma tum sit quòd alicui detur præbenda,& propter indebitã causam procuret quòd revocetur:idem est ac si iam habitã auferret:ideo tenetur ad æqualẽ,tamen secundũ suam facultatem. Hæc ex illo:qui nõ loquitur solùm de prębẽda:quia nõ differret motiuũ:nec intendit quòd teneatur quis cõpensare solùm ei qui iam habebat ius:led etiã ei qui quasi habebat: aliter negaret implicitè authoritatẽ Philosophi adductam. Et sic S. Tho.intẽdit istam maximã:quòd impediens aliquẽ à consecutiõe iustè id est, licitè,in nullo tenetur.& bene.quia nemo damnũ facit,nisi qui id facit quod facere ius non habet.ff.de re iud.l.nemo. Impediẽs verò iniustè à consecutione de facto eum,qui iam erat assequutus,tenetur ad æquale.quo ad eum verò qui prope erat vt assequeretur,vt quia erat verisimile quòd assequeretur, tenetur arbitrio boni viri. Et ita etiã eum intellexit Arch.& consentit etiã Ric.& Sco.qui in iiij.sic distinguũt de impediẽte aliquẽ ab aliquo bono cõsequẽdo. Nam si hoc facit animo nocẽdi, tenetur arbitrio boni viri ad æquale : quia aliud est habere. aliud esse propè vt habeat:si verò facit animo cõsulendi sibi vel amico per viã licitã, in nullo tenetur. Et ista sunt valde bene dicta,per d.l.nemo.& ar.l.ij.ff.de no.ope.nũtia.& l.si in meo.ff.de aqua plu.Et ponũt exemplũ:quia si pręscindo in fundo meo venas,per quas aqua derivat ad puteũ alterius,intẽdens nocẽdi,teneor dãnimõ autẽ sine fraude cõsulẽdo mihi vel amici vtilitas,inspiciẽdũ est quid sit principalius in intentione,& secundũ illud iudicandũ,nõ secundũ secundariũ : & in dubio stãdum est vtilitati:cum maior sit amor sui quàm cõsiliũ proximi quod ex illo causatur. Et ex his sequitur multa quæ habentur in sequẽtibus particulis. ¶ Secundũ. Secũdum Per.de Pal.differt quo ad hoc inter præbendas,quæ nõ dantur liberalitate,sed iustitia,& legata & alia,quæ liberalitate dantur:quia licet non teneatur cõpensare impediẽs cõsecutionẽ prębẽdæ non ex odio,sed vt detur digniori,vel æquè digno : secus vt detur minus digno:quia cum detur ex iustitia quæ debitum respicit,debetur semper meliori respectu minus boni:licet in æquè bonis sit locus gratificationi:secus in alijs donis vel legatis,in quibus nihil est debitum donatario vel legatario, sed tantum gratuitum:vnde si tibi dãdum vel iam legatum,adhuc tamẽ revocabile , procuro mihi vel amico,intelligo etiam minus bono, non facio tibi iniuriam nec iniustitiam:quia non aufero tibi ius ruum:quia nihil erat adhuc tibi debitum. Hæc ex illo. Et,vt patet,hoc sequitur ex

præmissis hoc casu respectu præbendæ impediens impediebat iniustè,non respectu legati. Sed intellige quòd non tenetur si revocatio fiat liberè:secus si non libera voluntate fiat, iuxta dicta suprà Restitutio.ij.in princip. ¶ Tertium. Qui legatum alicui factum vel fiendum per suggestionem, solicitudinem vel importunitatem impedit ne id consequatur donatarius,secundum Bar.Cæpo.in suis cautelis,tenetur actione de dolo,vel in factum subsidiaria ei,cui adeptum est,vel cui non est relictum ex solicitudine eius.ff.de doli excepti.l. j.nor.Ang.in l.fin.C.si quis ali.testa.prohi.Sed hoc per prędicta patet fallum:vnde dico quòd etiam si hoc fit per tutorẽ respectu pupilli nõ tenetur,vt suprà Clericus.iiij.§.x.Si verò fiat per prælatum respectu ecclesiastici,Summ.Ang.contra Rof.dicit secus esse.Sed tu dic vt ibi.Si verò sit religiosus respectu ecclesię matricis:cum hoc sibi ne faciat prohibeatur in clem.religiosi.de priuil.secũdum fratrẽ Aluarum peccat mortaliter,& tenetur restituere.Sed dico per prædicta quòd si hoc fecit cõsulẽs saluti testatoris: nec tenetur,nec peccat. Si verò hoc fecit fine odio,consulẽs sibi vel monasterio vel amico suo peccat quidẽ,sed tamẽ non tenetur:quia iure naturali non tenetur,nec etiam positiuo:quia illud non mandat restitutionẽ. ¶ Quartũ. Qui rusticum impedit iniustè ne suas operas exequatur,tenetur de salario:& similiter qui impedit piscatorẽ vel aucupẽ à verisimili futura captione piscium vel auium,quæ sunt iuris cõmunis,tenetur arbitrio boni viri,secundum Gerar.Old.& Arch.quia istis auferitur finis proprius vsus qui erat fui iuris:& fructus in eorum vsu quasi seminaliter contẽtus.quod limitat Arch.nisi quis hoc faciat ratione ripæ vel terræ quæ sunt specialiũ dominorũ habẽs super hoc authoritatẽ.Limita etiã,nisi quis hoc faceret modo licito,cõsulens suæ vtilitati vel amici,vt ipse capiat,iuxta prædicta:sed tamẽ considerandum est an & quantum cepisset quod intendunt alij qui contrariũ tenere videtur in l. quẽadmodum.§.idem Labeo.ff.ad l.Aquil. ¶ Quintum. Qui alicuius agri semina effodit,vel qualitercunq; fructus impedivit aut damnũ intulit,quia tẽpore Bo non soluit,secũdum Vl.non tenetur restituere totum damnũ:quia dubiũ erat de futuro:sed tantum quantũ fructus in illo dubio vẽdi potuissent vel suum lucrũ mercator vẽdidisset.Et idẽ de eo qui alteri rapuit equũ vel pecudem:quia restituer,secundũ Sanc. Ber.solum lucrum probabiliter futurum:& secundũ Specu. damnum datum in frumẽto dum erat in herba,& huiusmodi æstimabitur expectando tẽpus messis , vt sciatur quantũ ex tanto & simili frumẽto habebitur:vel cõsiderabitur quãtum in anno prẽterito ex tanto & simili habitũ est,arg.ff.ad leg. Aquil.l.in lege Aquilia.& hoc videtur equũ:sed tamẽ in omnibus his requiritur arbitriũ boni viri. ¶ Sextum. Qui debitorẽ eximit vel subtraxit,vel aufugere facit deterũ in carcere pro debito fisci vel priuati,secundũ Io.de Pla.in l.quoties.de exac.tri.lib.x.tenet soluere illud eorũ:vt d.l.quoties. Si aũt detinebatur pro delicto,vide suprà Fugere. Septimũ. Qui autẽ occultant aut facunt fugere officiales tẽpore syndicatus:dicit idẽ quòd tenẽtur ad restitutionẽ damni,scilicet quod illi debebãt si fuissent syndicati. secundum Bart.C. de assess.l.si post.secundũ Bal.l.autẽ tenẽtur in quadruplũ.quod in foro conscientiæ est verum solũ post condemnationem. ¶ Octauum. Qui impedit aduentum frumẽti aut aliarum mercium ad aliquam terram,vt ipsi carius vendant : tenentur de illo pluri his qui carius emerunt:& de damno illis qui erant allaturi:quia iniustè impediuerunt vtilitatẽ priuatam & propriam publicæ & communi præponentes: & idem de his qui concordant in emptione omnium mercium, vt vendant ad libitũ:quia tenẽtur ad omne damnum.l.ij.ff. ad leg.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iul.de anno.& in glos.l.annona.ff.de varijs & extraor.crim. ¶Nonum.Qui aliquem impedit iniustè ne suum assequatur impediendo apprehensionē per viam iustitiæ,aut etiam per viam illiciti facti,aut per viam restitutionis: multò magis tenetur quàm impediens assequutionem eius quod nondum erat suum,argu. xiiij. q.vj.si res.¶ De impedientibus à consequutione lucri,infrà Vsura.j.§.xix.

❧ Rursus de Restitutione quartò ❧ cui quis debeat vel tenea- tur restituere.

1 *Restitutio cui facienda sit in genere.*
2 *Restitutio quando non fiat vero domino.*
3 *Prædo an sit restituendus possessioni.*
4 *Restitutio qualiter fiat quando ignoratur cui debeat restitui.*

RESTITVTIO quartò rursus considerari potest vt sciatur cui quis teneatur restituere.¶† Primò ergo quæritur in genere cui restitutio faciēda sit? Et ante omnia facio fundamentum ex Arch.post Sanct.Tho. ij.ij.q.xxxij.& lxij.quòd tripliciter aliquid est illicitè acquisitū. Primò quia acquirens non potest illud retinere,& dans debet rehabere: vt in furto.Secundò quia nec ille retinere,nec iste rehabere po.est:quia vterq; egit contra legem & iustitiam:ille dando & iste accipiendo:vt in simonia.Tertiò quia dans nō potest rehabere,& acquirens potest retinere:quia acquisitio nō est illicita,sed ex illicito:vt in eo quod ex meretricio quæritur. Supple.autem præter hos modos illicitæ acquisitionis conatus est inuenire quartum:vbi dans ex obligatione dat,& accipiens turpiter accipit:& tenetur pauperibus, per c.cum sit de iude. vbi mandatur dari pauperibus quod solutum est à Christianis Iudeo vel pagano,cui publicum officium cōmissum est:sed,vt probat ibi gl.per multa iura , illud erat restituendum danti:sed quia ille erat incertus,mādatur dari pauperibus.Deinde autem dico quòd breuiter materiā colligendo Ray.dicit ei restituendum,cui res subtracta est , siue sit dominus rei,siue etiam non sit,sed tamen sua interfit ex causa honesta rem non esse subreptam:puta quia habebat in eius pignoris vel vsum,aut aliquid huiusmodi.ff.de fur.j. is cui in.Si verò ipse , cui res nunc sublata , est, furatus erat eam, non sibi,sed domino restituenda est,vel ei, cui prior fur subripuerat ex causa honesta,cautè tamen ne furis persona prodatur.Itaq; regulariter restitutio facienda est spoliatis.iij.q.j.reintegranda.& ferè per totam q.de restit.spol.ferè per totum.quod intellige primò spoliatis principalibus vel eorum hæredibus si inueniuntur:aliàs pauperibus.de vsur.cum tu.& secundò spoliatis re sua,aut à se iusto titulo possessa.C.loca. l.si quis conductionis.Quod tamen primò fallit quādo dominus rei dedit illam turpiter:nec meretur habere , vt infrà.& secundò quando non dominus habet eam iusto titulo,sed in fraudem veri domini:quia is qui ab isto habet,tenetur cautè nuntiare domino. xxij.q.v.hoc videtur.¶ Sed ad pleniorem notitiam sic distinguo.Si enim est quis obnoxius ratione turpis acceptionis,in qua participauit etiam dans , non tenetur dantiquia,vt dictum est suprà, in pari causa turpitudinis potior est conditio possidentis.ff.de condict.ob turpem cau.l. si ob turpem.§.porro.& C.eod.l.ij.& consequenter tenetur pauperibus.quasi non inueniatur principalis vel eius hæres, per d.ca.cum tu. quod fallit primò si interuenit dolus,fraus, metus,vel deceptio,& huiusmodi, in quibus datur repetitio per actiones de dolo vel metus causa,& similes,vel per officium iudicis:quia hoc casu restituendum est danti vel hæredibus,si inueniantur:aliàs pauperibus, secundum Innoc. & Doct.in cap.quia plerique.de immunit.eccle . Secundò in accepto per simoniam,vel vt alteri fieret iniuria,de quo suprà Restitutio.ij.§.j.& generaliter vbi ius aliter disponit: & quando ipso iure applicatur fisco vel priuato:quia de alieno eleemosyna pauperibus fieri non potest.j.q.j.non est putanda.eo tamē casu quo applicatur fisco vel priuato,licet turpiter accipiens non cogatur restituere danti,tamē hoc potest: quia hoc nullo iure tenetur:& pœnæ sunt restringendæ.& ita tenet Sum.Cont.Si verò nō interuenit dolus, aut aliquid prædictorum, ita quòd danti nulla competit repetitio per actionem vel officium iudicis,variant Doctores:quia Host. in cap.cum sit.de Iudæ.tenet indistinctè quòd est restituendum pauperibus.& idem aliqui imponunt Innocent. vbi suprà.quod quidem nullo iure probatur,quasi hoc sit de necessitate salutis,sed solùm de cōsilio,vt tenet Card.in d. c. quia plerig:.& glos.Ray.vt suprà Restitutio.ij.in princip.& idem in effectu tenet Innoc.vbi suprà:aliter sibi contradicet,cum non damnet aliquem si quod malè quæsitum ex negotiatione vel extorsione , ex qua tamen restituere non tenetur, relinquat hęredibus:& dicat mathematicum in prædicto casu non teneri ad restitutionem, nec lucrantem in ludo , nisi fuerit in dolo : cum tamen isti acquirant cum peccato:vnde talia sunt restituenda de consilio,nec est mortale tenere pro se.Vnde vbi restitutio respicit incertam personam , secundum Veruec. non est de necessitate salutis,sed de consilio. Quod limita:nisi interueniat iudicialis cōdemnatio, vel nisi ipla bona incerta talium sint quòd aliquando fuerunt obnoxia restitutioni faciendæ certæ personæ,vt suprà Restitutio. ij.§.ij.Si verò nō est quis obnoxius restitutioni ex turpi causa,in qua participauerit dans:subdistingue,verum inuenitur principalis creditor vel hæres eius: quod idem est:vel non. Si enim non inuenitur:dic vt infrà Restitutio vlt.vbi agetur de restitutione incertorum.Si verò inuenitur principalis creditor : tunc aut obligatio est personalis: & dicendum est vt j. Restitutio viij.§.j. Aut est realis , vt quia habet quis rem alienam : & tunc si habet à domino,illi restituenda est.ff.de rei vendicat.per totum.& C.eodem.quia cuique dandum est quod suū est.ff.de iustitia & iur.l. iustitia. § legis præcepta. Si verò habuit ab alio titulo translatiuo,pura donatione,venditione,& huiusmodi,similiter restituenda est domino gratis.C.de furtis.l.inciuilem.Si verò habuit ab alio titulo non translatiuo,pura locatione,commodato,vel etiam fiue titulo, pura quia fortè subripuit,restituenda est ei,à quo habuit intellige si erat possessor bonæ fidei.C loca.l.si quis conductionis.vbi conductor licet dicat se dominum,debet locatori reddere,& deinde agere de dominio: nisi constaret de dominio,vel possit incontinenti probare.ff.depo.l.bona fides. vbi quando fur rem deposuit apud rei dominum: non cogitur dominus reddere.Si autem non posset constare , statim cogitur reddere ei à quo habuit,etiam si habuisset à furevel prædone.d.l.bona fides. Quod limita , quando habuit causam ab eo,vt ibi:quia si ab eo non habuit causam,puta quia ei furto aut rapina sustulit:tunc si quidem furtum sustulit, non debet priori furi restitui:quia nullus possessor malæ fidei habet hoc casu ius repetēdi: cum actio furi detur ei cuius interest.& Lis cuius interest.& nemo debet ex improbita te sua cōsequi actionem.ff.de fur.l.itaq.daretur tamē actio furti furi,si à principio habuit rem de voluntate domini, & consequenter eius intererat ex honesta causa:sicut ei qui accepit vestem poliendam,& furtum commisit commodando alteri,cui à tertio furto sublata est.ff.de fur.l.qui vas.Si verò sustulit rapina à fure vel prædone, debet ei restituere.per c. in literis.de restit.spol.& probatur quia nec etiam dominus licet rem suam rapere , nisi fiat incontinenti vim vi repellendo:aliàs cadit à iure suo,&perdit eam,secundum Inno.& Host.ar.l.extat.ff.quod me.can.nisi fortè per iudicem eam consequi non possit:vt no.di.j.ius gentium.& ita indistinctè tenet Sup.Sed tu limita in rapina & in furto,quādo de verò domino non constat,vel statim probari non potest , & ille, cui sublatum est,repetit. quo casu loquitur d.c.in literis.vt ibi patet:aliàs si ille non repetit,potest & debet auisari verus dominus cautè,vt patet per c.qui cum fure.extra de fur.cum sit no.Si verò repetit quidem,sed exceptio de vero dño statim probari pōt:idem est:quia licet peccauerit, maximè rapior,etiā si sit verus dñs , tamen restituere nō tenetur ei,à quo rapuit,quia nō fecit illi iniuriā,sed publicę iustitiæ si eā posuisset habere:aliàs etiā nō peccasset. Vñ Archie.indistinctè tenet quòd qui abstulit à vero dño, tenetur ei : & qui à non domino,sed tamen iustè,vel ex honesta causa possidenti, tenetur ei:qui verò ab iniustè detinente,restituere debet vero domino:imò secundum eum & Veruec. malè faceret restituendo tali furi vel prædoni,& non vero domino:licet,secundum eos,sit liberatus ab obligatione restitutionis : quia in pristinum statum reposuit.Cùm autem dicit Sup. quòd si absolut per rapinam à fure vel prædone,tenetur ei restituere qui etiā prædo est restituendus,scilicet possessioni.de restispol.in literis.non est bona probatio:quia aliud est raptorem spoliatum restituitaliud spoliantem restituere . de quo j.§.iij.Quandoq; tamen debet furi vel prædoni fieri restitutio, vt secum eo dominus in repetitione concurrat , potius debet fieri domino.d.l.bona fides.imò si dominus ex ignorantia nō repeteret.Et quod dictū est de dño cōcurrente, idem est de quolibet pretendēte aliquod ius honestū:quia semper ille faciendus est restitutio,qui fouet maius ius.d.l.bona fides. & ff.ar.in l.quæritur.ff.de sta.ho.vndevincens filiovel seruo tenetur patrivel domino.ff.de alea.l.fi.imò filij tenentur patri restituere res spectātes ad eos iure proprietatis,si vsusfructus est patris:quod tamen fallit in castrensi peculiovel quasi castrensi,& in beneficialibus,vt in c.si annum.de iu.lib.vj.

¶ Secundò quæritur,† in quibus fallit illa regula quòd subla ta à vero domino sunt ei restituenda,qui haberi potest.iij.q. ij.integranda.& de resti.spo.quasi per totum.& in c.sicut dignum.de homi.§.eos.& dico quòd fallit primò si sublata sit in iusto bello.Secundò si edicto imperiali vel ecclesiastico fit ei interdictū,vt dictū est.Tertiò si dñs est pupillus,minor aut furiosus : quia restituetur tutori vel curatori . Quartò si dominus mortuus est:quia restituetur hæredi propriè dicto ex testamento,vel ab intestato: si quis autē esset hæres in certa &determinata parte,puta centū vel in domo:nō fieret restitutio,sed illis,quibus commisit dispensationem bonorum suorum:& si dominus in morte reliquisset omnia sua pauperibus distribuenda,debet dari pauperibus, secundum Inno.in c.quod sicut.de ele.quod puto verum si reliquit pauperibus in genere:secus si eligendis per aliquos executores: quia executoribus esset restituendum.Quintò quando illud quod restituendum est,acceptum est à prælato ecclesiastico, sed de hoc ℣.Clericus . iiij.§.x.Adde sextò quando ista bona de certis fiunt incerta,iuxta dicenda ℣.Restitutio.viij.§.j.

¶ Tertiò quæritur,† vtrum prædo siue raptor sit restituendus,scilicet rei ablatæ ab eo possessioni: siue vtrum sit ei restituendum: Et dico de hoc esse magnam quæstionem inter doctiss:de qua ad saturitatem & nauseam vide Pan.in d.c.in literis.vbi dicit quòd fur non est regulariter restituendus.de quo dic vt ℣.§.j.Si prædo,inquit,si sit prædo stratarum publicarum,vt est,qui per alium eadem re spoliauit , est restituendus quantuncunq; constet illum esse prædonem , ex quo dominus secum non currit ad petendum:vt patet in l.j.§.si prædo. ff.depositi.vbi dicit tex quòd si prædo deposuit,potest agere depositi. Et reddit rationem:quia eius interest,cùm alteri teneatur,& habeat depositarios obligatos ex contractu.Quæ ratio habet locum quantuncunq; constet eum esse prædonem:licet in beneficialibus restitutio fieri nō debeat ex quo constat eum esse prædonem,ne deturvitiosus ingressus:quia non debet intrudi,etiam vt alij restituat. Et recitantur ibi differentiæ inter furem & prædonem , quare hic & non ille restituatur.Sed quicquid sit de prædictis in foro contentioso:tamen in foro conscientiæ si constaret de verò domino, aut incontinenti probari posset,non esset restituendus prædo,etiam si repeterer,& dominus ex ignorantia vel alia causa non repeteret.Et ita fecit Archi. post Rayne.imò ita est mens Inno.& do.Ant.vt recitat Pan.& multorum solenniū Doctorum etiam in foro contentioso quòd prędo non restituitur contra dominum si de eo constet : sed contra alium prædonem vel furem.Quod ergo dicitur , prædonem esse restituendū,etiā si cōstet eū esse prędonem:fallit primò si sit talis prædo,cuius vitæ nō sit parcendū.Secūdò in beneficialibus.Tertiò si dominus eodem tempore petat cū eo.Quartò si nō petat,sed tamen potest excipi de vero domino:quia constat,aut statim probari potest:imò si probari non potest modò constet ei qui rem habet in conscientia:potest & debet restituere immediatè vero domino,& non mediante prędone,quia est periculosum.& frustra fit per plura,quod fieri potest per pauciora æquè bene, & melius , secundum regulam Philosophi.Quintò si prædo rem ablatam deposuit apud eum cui abstulit.d.l.bona fides.Sextò si fuit inuasor rerum spiritualium,quę restitui non debent,nisi probetur possessio legitimè adepta. ¶ Quartò quæritur, †quid agendum qū is,cui restituendum est,ignoratur,aut est mortuus,vel distat. ¶ Et dicit S.Tho.ij.ij.q.lxij.ar.v.quòd si sit omnino ignotus,debet homo restituere vt potest , scilicet dando in eleemosynas pro salute ipsius,siue mortuus sit,siue viuus,præmissa tamen diligenti inquisitione de persona eius. ¶ Si verò sit mortuus,restituendum est eius hæredi,qui computatur quasi vna persona cum eo. ¶ Si verò sit multùm distans,debet ei transmitti quod ei debetur:& præcipuè si sit res magni valoris,& possit ei commodè transmitti:alioquin debet in aliquo loco tuto deponi,vt pro eo conseruetur , & domino significari.Hæc ex illo.Sed adde secundū Rodo . nisi sit quid modicum respectu eius cui debetur:quia posset pro eius anima pauperibus dari.Et secundum Bern. idem est si sumptus excedunt summam rei,argu.c.anteriorum.ij.q.vj.Imò dico si æquarent,imò si parum deficerent , adeò quòd residuum esset modicum respectu eius:quia tūc locum habet dictum Rod.Adde etiam quòd secundum Archid.post Io.si debitor suo proprio motu rem mittat domino & pereat,tenetur satisfacere denuò.Adde etiam id,quod dictum est de deponendo rem,esse consilium,non præceptum.Adde etiam quòd si nesciturvbi habitat,non oportet quærendo vagari.argum.l. quod nisi fiat.§.j.ff.de operis libertorum , vnde pauperibus dabitur,nisi expectetur verisimiliter rediturus ,secundum Sum.Ang.Sed verius si verisimiliter creditur non rediturus: quia quandiu est dubium,seruandum est ei:arg.cap.iuuenis. de spon.Adde quartò secūdum Pan.in c.cùm tu.de vsu.quòd si is,qui habet restituere,sit possessor malæ fidei , puta fuit vsurarius,& huiusmodi,si recesit ipse de loco vbi abstulit,tenetur mittere domino sumptibus suis.Si verò alio se transtulit dominus,sumptibus eius ei mittere debet.Et sic intelligē da est gl.ibi:& sic distinguit lex in relegata.l.cū re.ff.de leg. j.quod limita primò,nisi adesset fidus gratis deferens.arg.c. signifi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

significante de pign. & secundò in conscientia, nisi dominus sine expensis aut minoribus rem suam secum duxisset: quia tenetur de tali damno si ex delicto tenebatur: licet non sit ex contractu etiam vsurario, vel quasi contractu, per dicta supra, Restitutio.ij.§.viij.

Rursus de Restitutione V. quando fieri debet.

Restitutio an debeat statim fieri. & nu. 5. & seq.

2 *Restituere an debeat qui est in extrema necessitate, aut circiter & num. 3.*

4 *Restitutionis impotentia quando excusat.*

RESTITVTIO quintò considerari potest vt sciatur quo tempore teneatur exequi restitutionem, qui est restitutioni obnoxius. ¶ Primò ergo quæritur, Vtrum teneatur quis statim restituere? Et breuiter recolligendo istā materiam totam, de qua diffuse Archie. ij. par. ti. ij. in fi. vbi, si expedit, videatur: dico quod secundum S. Tho. ij. ij. q. lxij. ar. vl. obligatus restituere aliquid, tenetur illud restituere statim: quia sicut rem alienam auferre est contra iustitiā, ita & detinere, cùm impediatur dominus ab vsu suæ rei: nulli aūt licet quantuncunq; modico tempore facere contra iustitiam iuxta illud Ecclesiastici xxj. Quasi à facie colubri, &c. Nec obstat quòd præceptū de restituendo sit affirmatiuū: & cōsequenter nō obligans ad semper: quia includit negatiuū, scilicet, Noli detinere alienum. limitat tamen si homo potest: quia qui nō potest, secundum eum, non tenetur statim: sed debet petere dilationem, vel remissionem. Intellige nisi ex petitione sequeretur reuelatio peccati vel aliud scandalū. ar. c. officij. de præ. & re. de quo etiā j. de restitutio. vij. §. j. Et secūdum Pet. & Ray. eam petere debet ab episcopo, si restituenda sunt incerta, vel à discreto confessore. Si verò sunt certa, id est, debita certæ personæ, quæ sciri & inueniri potest petenda est ab ea: aliter potens & nolens restituere nō pōt absolui. xiij. q. vj. si res. nisi doleret quòd nō restituit quàm primùm potuit: & proponeret quàm primùm posset restituere. Vide etiam §. Restitutio. vj. §. iij. ¶ Et si remissio aut dilatio non obtineatur, sunt opiniones. Namvnā dicit quòd tenetur satisfacere statim, aut cedere bonis non habito respectu ne egeat, etiam si oporteret ipsum mendicare: & nihil potest sibi retinere, nisi ea, sine quibus moreretur. Et ita videtur sensisse Ric. in iij. & Arc. in c. si res xiij. q. vj. & Ber. & Host. &, vt videtur, Inno. in c. cùm tu. de vsu. & Io. do. Ray. & Vernec. Alia verò est humanior aliquorum, quos refert ac sequitur Archid. dicens quòd habens aliqua vltra necessitatem naturæ non tenetur cedere bonis, ad vitanda corporis & animæ damna. Non obstat id quod dicunt prædicti Doct. quia loquuntur tanquam viam tutiorem consulentes: quam tamen non tenemur semp arripere, sed sufficit eligere securā. Et inter has opiniones videtur, meo iudicio, ista distantia: quia secundum primam licitum est isti retinere solùm ea, sine quibus moreretur ipse vel sui: secundum aliam verò potest aliquali ter viuere decenter in aliquibus casibus, licet non secundum omnem decentiā sui status, puta æquè ample vestiēdo, dotādo, & vescendo. Et ista opinio secūda est benignior & verior, vt patebit §. iij. ¶ Secundò quæritur, Vtrū existens in extrema necessitate non habens nisi necessaria vitæ suæ & suorum, teneatur restituere? Et dicit Sco. in iiij. di. xv. quòd non: quia in extrema necessitate omnia sunt cōmunia. l. j. §. cū in eadem. ff. ad l. Rho. de iac. & in c. exijt. de ver. sig. Vide illa res iure poli efficitur detinētes in tali articulo, nisi dominus rei sit in eodem articulo: quia tunc illi debetur, qui prius in talem necessitatē deuenit: & si eodem tempore deuenerūt, domino est restituenda: quia nunquam excidit à dominio pro hoc, quia duobus concurrentibus præualet quod est potius, ar. l. quæritur. ff. de sta. ho. Et subdit Sco. quòd si talis detentor talem rem præoccupauit ante talem necessitatem, restituere tenet si venerit ad pinguiorem fortunā, alias secus, intellige si res est consumpta. & idem Ric. & Pe. de Pa. tamen videtur quòd restituat si venerit ad pinguiorem fortunam: sicut & quicunq; bonus. C. de his qui bo. ce. po. l. j. Ista tamen intellige de eo qui est in extrema necessitate propriē, qui scilicet nec per se nec per amicos iuuare se potest: secus impropriè: vt is qui occidendus est nisi redimat pecuniā: qui potest tūc ab amicis mutuo petere, licet penes se nō habeat de sua: quia talis restituere tenetur. De quo vide S. Thom. quoli. q. ix. ¶ Tertiò quæritur, Vtrum restituere teneatur is qui vltra necessaria vitæ habet quidem ad aliqualem aut ad totalem decentiā? Et dico in ista qōne esse opiniones. & secundum Ray. & sequaces dicendū est quòd qui est omnino impotens restituere, omnino excusatur: vt §. priore. qui verò nō est impotens omnino, tenetur statim ad id quod potest. quæ potentia secundū Ray. videtur cōsiderandā vlq; ad mediocritatem suā & suæ familiæ, reseruata sola extrema necessitate: sed quia nō solùm necessitas extrema, sed etiā magna excusat à restitutione, ar. de fur. l. si quis propter. & ibi expresse in gl. ideo cum Arch. & Io. de Neap. & Sco. humaniorem & veriorem opinionem sequendo sic dico. Iti qui est restitutioni obnoxius, licitum est rem alienam ad tempus detinere: quā ipse rei dominus hoc rationabiliter velle deberet, licet cupiditate vel alia irrationabili cā ductus nolit. Ista maxima & clauis probatur primò authoritate Io. de Neap. quoli. ix. q. xxij. dicentis quòd quando alienæ rei detentio est contra voluntatem domini inordinatam, iustè fit: vt xxij. q. ij. ne quis. & secundò authoritate Sco. dicentis, vt 3. quòd dominio inordinate volente suum rehabere, & consequenter contra rectam rationem nolente proximum retinere, tunc tenens non est detentor iniustus. & tertiò authoritate Io. Nider. & Nico. de Aui. & Arc. qui prædictos refert, & dicit suo iudicio eos rationabiliter loqui. & quartò ratione, quia si non esset vera illa maxima, ideo esset, quia voluntas domini etiam irrationabilis circa restitutionem suę rei semper ex tra extremā necessitatem implenda est. quod tamen est falsissimum: quia restitutio ordinata ad bonum dominū alterius esset in malum eius. vt si velit reddi sibi gladium, se vel alios iugulaturus. Et proculdubio dicta maxima est de mente S. Tho. qui vult aliquando depositum reddi non debere domino volenti: quod tamen reddi strictissimè iura mandarunt. C. de depo. l. fi. Ex hac maximè Arc. post Sco. & alius deducit aliquos casus. ij. parte. tit. ij. c. vl. diffuse: quos breuiter recitabo. in quibus is qui decenter vult, non tenetur statim restituere. intellige in foro animæ, etiam si dilationem obtinere nō posit, modò habeat firmū propositū restituendi in totum, & paulatim secundum posse restituat in parte temporibus futuris. ¶ Primò si restitutio subita redundaret in damnū cōmune: quia illud præfertur particulari. ¶ Secundò si redundaret in malum corporis aut animæ ipsius domini. Tertiò si redundaret probabiliter in alicuius infamiam, aut mortem corporis vel animæ: quia immineret periculum fatti vel prostitutionis mulierum, & huiusmodi, donec cesserent prædictā: quia ordine charitatis anima, corpus, & fama debent rebus temporalibus anteferri. arc. officij. de præ. & re. nisi creditor esset in extrema necessitate: quia tunc corpus eius præferri debet corpori alterius & famæ: non autem animæ secundum mentem prædictorum. ¶ Quartò si redundaret in magnas expensas restituentis: de quo dic vt supra. Restitutio. iiij. §. vl. & generaliter si redundat parum commodum

modum domini, & in magnum damnum restituentis: puta quæ oportet eum vendere instrumenta quibus viuit, aut artem relinquere: quo casu si dominus æquale vel quasi inæquale incomodū ex absentia suæ rei tenetur, tenetur: quia non licet alicui in re aliena incōmodare dominū, vt se ipm cōmodet. Vnde & rationabiliter hoc casu dominus statim vellet rem suam: quia prima charitas incipit à seipso. c. non fiat. dist. lxxxvj. hæc æquitas & humanitas non est prædicta parari via iniustis detentionibus rei alienæ apud indiligentes & parū timoratos, sed ea per cōfessorum discretionē vtendum. ¶ Quintò generaliter quādo debitor est impotens. de quo dic vt §. seq. ¶ Quartò quæritur, quis dicatur impotens ad restituendum impotentia excusante? Et dico quòd impotentia restituendi de iure nulla est: cum licitū sit cuilibet restituere: re: de facto autē est multiplex loquendo iuridicè, vt patet ex dictis §. Potētia prima scilicet absoluta, quę est eius qui nihil habet quæ indubitatè excusat secundū oēs. & idem est si habet quidē, sed necessarium: vitæ quia talis dicitur non posse nihil habere præter vitā & secūda modificata habere, quę est eius qui restituere nō potest sine infamia vel scandalo, quæ excusat ad tempus dictæ infamiæ vel scandali. §. priore. & in modificata cōmoditate, qua dicitur non posse qui cōmodè nō potest: quæ de mente primæ opinionis recitatæ §. §. j. nō excusat habentē vltra necessaria ad vitā. sed de mēte Ioā. de Nea. & Sco. & Ioā. Nider excusat, quā do creditor rationabiliter deberet velle debitorē excusari. Et magis particularizando materiā de mēte Archi. excusat eum qui ad tantā parcitatē se restrinxit, quòd iam sē sine indecentia magna restringere nō potest, niſi creditor esset in eadem necessitate vel quasi. Et quòd ista sit mēs eius, patet: quia dicit quòd licet fortè sit rarus bonis suis pro restitutiōe cedere, & omnibus spoliando, & in Deo cōfidere, etiā si oporteret mendicare, sed cōsilium Rayn. tamen ad hoc nō videtur tenere de necessitate salutis: non tamen debent tales ita lautè vestire & pōpose vestiri, & filias magnis doribus nuptui trade re, sicut si nō essent obligati ad restitutionē: sed debent parcius viuere, & paruas dotes tradere: & si nō possunt filias tradere nobili, vel mercatori, artifici vel plebeio tradāt, & alia ligna filia resecēt. Et cū efficaciter faciūt qđ possunt ad restituendū, & in alijs bñ & cū timore Dei se habēt, credo quòd possunt absolui & cōmunicari. qui verò de eo quod possunt semper parsimoniāt, & annuatim cōfessori restitutionē promittunt & nō faciunt, nō videntur absoluendi, nisi prius faciāt vel efficaciter negotium disponāt vt habeat executionē: & multo minus quantum spectat ad iudiciū confessoris debet cōmuno iure: licet quantū ad sacerdotem, qui habet cōmunicare si in publico se ingerāt, faciendū sit vt suprà Eucharistia. §. v. Hæc ex illo. ¶ Quintò quæritur, quid si creditor non multum indiget, & tamē non vult cōcedere dilationē, & debitor non excusatur impotētia, nec inconmoditate magna, sed aliquali, vel magna quidē, sed apparenter, & opinatiue, nec aliquo casuum dictorū suprà. §. iij. & tamen nō vult restituere? Et dico quòd ad hoc videtur respondere Du. per hæc verba: Si creditores nō sunt in necessitate, & ad dilationem induci nō possunt, & debitor induci nō potest ad restituendum statim, discretus sacerdos potest conscientiā suam formare ex eo qđ intēdat viliter gerere negotiū creditoris, quid videat aliter nō posse recuperare perpetuò, vel itatem suam, & dilationē cōcedere si promittat bona fide facere intra certū diem, & absoluere peccatorē, vel aliā recipere cautionē, ne recedat desperatus: nō tamē cōtulo vt faciat. Soluendo. ff. de neg. ges. & l. ait prætor. ff. de mi. & sequitur Sum. Ang. & bene quo ad forum causarum: sed quo ad Deum intellige quando peccator est taliter voluntate & conscientia dispositus quòd nō habet animū perseuerādi in mortali, taliter quin de attrito virtute clauiū possit fieri contritus: puta quia credit se nō posse eum posse, aut nō teneri statim, cùm teneatur: aliās nō esset absoluendus nec capax absolutionis. ¶ Sextò quæritur, an peccet mortaliter qui nō paret cōfessori præcipiēti vt statim restitutio fiat. Et dicit Frāciscus de Mayro. qđ sic: quod verū est si ex præcepto Dei tenetur ad statim: aliās nō quia nō pōt sacerdos cogere meam rem meā exhibere eo casu quo de iure non teneor: nisi ad omnē pœnitentiā, vt 3. Confessio. j. §. xxv. & xxvj. Vnde secundum Arch. post Pet. de Pal. sacerdos tripliciter aliquid pœnitenti imponit, scilicet exhortādo, vt quod frequentet orer. secundò imponēdo per modū specialis satisfactionis pro cōmissis. tertiò declarādo cōmunē obligationē, vt quòd singulis annis cōfiteatur, & cōmunicet, & quòd restituat, & huiusmodi: & ad primū nō tenetur: tenetur verò ad secundū. intellige si impositū est pro mortalibus, & acceptauit, & similiter ad tertiū. ¶ Septimò quæritur, vtrū potenti restituere malè ablata statim, sufficiat ad salutē si testamētō mandet hæredibus vt restituāt? Et dicit Archi. post Ioan de Neap. in ix. quoli. quòd nō: quia est cōtra iustitiam detinere alienum. quod tamen fallit, secundū eum, in duobus casibus. primò si credit verè & pro certo quòd detētio talis nō sit cōtra voluntatem domini. secundò si sit cōtra voluntatē domini inordinatam: vt quia ipse potest ad tēpus de sua carere sine dano & incōmodo: & ille sine his dare nō potest: si tamē dñs sine suo incōmodo, scilicet notabili ad tēpus carere nō potest, oportet istū restituere etiā cum magno incōmodo suo. ¶ Octauò quæritur vtrū is, à quo res aliqua potest aduocari petita restitutione in integrū iure speciali vel generali eam restituere teneatur in foro animæ antequā imploretur dicta restitutio? Et dicit Inn. in c. quia plerique. de immu. eccl. qđ non, si cōtractus tenuit mero iure: nisi is, qui pōt restitutionē petere læsus fugerit malitia cōtrahentis. addē vel nisi impediretur petere aliquo iusto timore: puta quia putat se nō posse obtinere in iudicio, propter fauorē debētis, & huiusmodi. Si verò contractus nō tenuit, sed est nullus ipso iure: puta quia res ecclesiæ est vēdita sine debita solēnitate, & huiusmodi, sic tenetur, licet nō petatur, quod limitat dom. Ant. in d. c. quia plerique. quo ad conscientiā verū, niſi cōtractus teneret quo ad metas iuris naturalis: puta qa fuit legitima causa alienādi rem ecclesiæ, & debitū pretiū est solutū, licet solēnitas defuerit: qa in foro animę nō tenetur, cum solēnitates fiunt inuētæ propter decepciōes euitādas. vbi cessant, cessabit in foro animę ipa lex.

Rursus de Restitutione sextò quantum ad modum & ordinem restituendi.

1 *Restitutionem facere qualiter cogat sacerdos.*

2 *Restitutionem qui facere teneantur.*

3 *Creditorum aliquis si velint cessionem fieri, alij dilationem dari. quibus possis stare.*

4 *Debitor an possit cedere bonis, vbi creditores parati sunt dare dilationem.*

5 *Restitutio quo ordine sit facienda. vbi non omnibus restitui potest. & num. seq.*

RESTITVTIO rursus sextò cōsiderari pōt quantum ad modū & ordinē in restitutione seruandū. ¶ Primò ergo quæritur, quomodo se debeat habere sacerdos in cogendo ad restitutionem? Et recolligendo ex Arch. & alijs dicitur quod vtrum debitor sit manifestus vsurarius, an nō. ¶ Si enim est vsurarius manifestus, sacerdos nec debet nec potest eum

Universidad de Deusto
Biblioteca

RIGOR,est iuris exactus,vt ē.Ius.quandoq; tamen flectitur pro ordine iuris secundum regulas ipsius scripturas,vt in c.super literis.de rescrip.quandoq; pro subtilitate:vt not.in c.vt constitueretur.5 o.di.& differt ab equitate,quæ est ordinata iustitia temperata dulcedine misericordiæ:vt no.in c.fi.de trāsac.& facit c.disciplina.xlv.distin. Ius verò est medium inter rigorem & æquitatem:& accipitur pro communi decisione quæ fit secundum communes regulas iuris.Hæc Pan.in c.literis.de resti.spo. Vide suprà Iustitia.

RIXA importat quandam inuasionem in factis,secundū S.Tho.ij.ij.q.xiiij. Vnde secundum glos.Gal.v. rixa.est quando aliqui ex ira inuicē se percutiunt:vnde est quædam priuatum bellum quod agitur inter priuatas personas, non publica authoritate,sed inordinata voluntate,de qua alios,rixa semper importat peccatū:& in inuadente est maior culpa,licet in defendente autem se quandoq; non est peccatum:vt quia animo repellēdi iniuriam cum debita moderatione se defendit.Quandoq; est veniale:vt cum aliquis leuiter motus odij vel vindictę se immisceat,aut moderatio excedatur parū. Quandoque verò mortale vt cum efferato animo contra aggredientem insurgit ad occidēdum, aut grauiter lædendum. ¶ Secundum. Illa regula cap.intelleximus.& cap.fi. de adul.scilicet paria delicta mutua compensatione tolluntur, vera est solùm quando delictum est circa idē cōmissum,puta circa idē matrimoniū,& agitur ciuiliter.de quo ē.Diuortium.§.xj.Si verò se inuicem percutiunt,aut contumelias dicunt,non tolluntur cōpensatione ista paria delicta, secundū Pan.in c.j.de iniur.& in d.c.fi.etiā si agatur ciuiliter:quia nō sunt circa idem factū,eo quòd factū suum non est meum:vt probatur in l.apud Celsum.§.Marcellos.ff.de doli excep. & ideo quilibet poterit agere de iniuria sua & damnorum præterit repelli ab agendo propter iniuriam factā,secundū Iason.

multo minus tolluntur si agatur criminaliter ad pœnam legem:quia cuiuslibet delictum punietur pœna condigna.l. ij.§.ij.ff.de adul.quod quantum ad prouocantem verum puto,si ex interuallo offendit. Vide etiā par. seq. ¶ Tertiū. Qui prouocatus ab alio iniustē,percutit,vel infert contumeliam, secundum Pauor.in c.si rixati.de iniur.tenetur,licet puniendus sit mitius:quia difficillimum est iustū dolorem cōpescere in simili vult textus in l.si adulterij.§. Imperatores.ff. de adul.Si tamen animal fuit prouocatū,& occidit,nō tenetur dīnde quo in l.ij.§.cùm arietes.ff.si qua pau.fe.di. Et ita tenet Sum.Ang.cōtra Ro.quia iniuriam,inquit,propriam nō licet vlcisci.C.quando lic.sine iudi.per totū.ar.per locū à Ipe cial in l.fi ex plagis.§.tabernarius.ff.ad l.Aquil.& facit c.j.de iniu.& l.fi.ff.de sica.Sed quia ista non probant nisi quòd non licet corā Deo:aut quòd secundū iura humana hoc punitur si fiat animo quieto ex interuallo:ideo dico quòd si fiat incontinenti,licet sit peccatum,tamen nō venit humano iure puniendū.Vnde secundum Spec.prouocans nō potest agere contra prouocatū,si offenditur dicto vel facto : quia dedit causam:& calor iracundiæ vitio caret.ij.q.iij. si quis iratus.& d.§.cùm arietes.vbi etiā Bar.expresse tenet quòd prouocatus nō tenetur,sed prouocans.Et idem Ang.de Are.in li.de malefi.allegans tex.in l.qui cū maior.§.si libertus.ff.de bo.libe. vbi dicitur quod licitè prouocatus se potest vlcisci . & idem Ang.de bona francisci in add.dicens doctrinā Spec.esse verā, per ea quæ habentur in l.j.C.vnde vi.per gl.& per Bal.ibi in repetitione.quæ tamen intellige qn̄ paribus paria referūtur & verba proverbis:fustes pro fustibus:arma pro armis.Vnde si rixati.intelligitur secundum istā opinionem,quādovnus vtitabatur verbis,& alius processit ad facta:vel quo ad prouocatem,non prouocatū. ¶ Quartū.Secundum Pan.post Host. in c.fi.de iniu.quādo teneatur quis de cōuicio, distinguendū est.Si enim quis illud dicit in iudicio in accusatione vel denunciatione,&probat,nō tenetur.& idem si dicit repellendo aliquem à testimonio:quia hoc facit authoritate legis,& nō animo iniuriādi:de testi.testimoniū.Si verò dicit extra iudicium:tunc si impingit cōuicium falso,tenetur:vt ff.& C.de iniur. super totum.Si verò impingit verè:vt quia dicit eum spurium vel latronem aut claudum,& ita est,similiter non tenetur si expedit reipublicæ ista sciri:secus vbi non expedit sciri,cùm non operetur nisi infamationem:vt est tex.in l.eum qui.ff. de iniu.Sicut si quis dicat aliquem esse latronem,&vult probare,non debet punirisquia expedit reipublicæ hoc scire.secus si dicit eum esse cucurbitam: quia non expedit hoc sciri. & idem si diceret eum bastardum: nisi diceret vt repelleret est ab ordine.Sed limita,nisi diceret iniustè,puocatus. Quo modo autem conuicium sit peccatum,ē. Contumelia.§.iij.

¶ RVBOR,vide suprà Fama. §.vj.

SACERDOS,quasi sacrum dans, est nomen ex Græco Latinoq; compositum.xxj.di.cleros. cuius officia quę sint,dictum est ē.Ordo.ij.§.iij. nunc etiam de eo dico multa. ¶ Primum.In materia fauorabili nomine sacerdotis venit presbyter,diaconus subdiaconus,ar.c.j.xv.q.v.sed in odiosa venit solùm presbyter.ar.c.quisquam.de coha.cle.& mu.vbi Pan.hoc no. ¶ Secundum.Sacerdos parochialis debet visitare infirmos sæpe.de ele.mi.c.j.& stare ieiunus sq; ad horam congruam celebrā di.& si celebrat,non debet sumere purificationem propter celebritatem,scilicet possibiliter occurrentem: nisi alium habeat,per quem possit supplere:vt no.Pan.in d.c.j. ¶ Tertiū. Peccat autem ministrare sacramenta peregrinis & hospitibus confluentibus ad ecclesiam suam,secundum Pan.in d.c. Vnde morientes ibi sine electione sepulturæ sepeliuntur ibidē:si verò alibi elegerunt,debet ei quarta portio. ¶ Quartum.Et cùm vult suscipere eucharistiā, pura quia infirmus vel aliàs impeditus à celebratione,debet habere orariū sine stolā circa collū & super vtrumq; humerū: ita quòd signum crucis præparet in suo pectore,sicut etiā qn̄ vult celebrare. xxiij.di.ecclesiastica.Et ita allegat Sum.Ang.& cōsequenter multi essent excōicati vel excōicandi hoc no obseruātes , vt ibi patet:sed si quis hoc aduertat quòd sacerdos alijs celebrat sumpturus quidem eucharistiā,sed nō oblaturus sacrificiū pro se:aliqn̄ verò gratia veritatis, videbit quòd illud ē. Io quitur infra missarū solennia. ¶ Quintū. Dū aūt facit officiū diaconatus,non vtetur stolā sicut cùm celebrat.ar.c.præcipimus.& quo ibi notatur.xciij.di.sed vtetur sicut diaconus vti debet,scilicet solū sup humero sinistro sub brachio dextro xxv.di.vnum orarium.in hoc tamen glo.in d.c.ecclesiastica. dicit sequendam esse consuetudinem,per c.sit facta.xij. dist. ¶ Sextum.Sacerdos non potest in peccato mortali exequi officium suum sine peccato mortali.xv.q.vi.c.vl.&di.lxviij.c.j. ¶ Septimum.Sacerdos non debet, vbi pœnitens est dubius de aliquo,asserere illud esse mortale si non est certus,ne infigat laqueum:nec tenetur de singulis auditis determinate vtrum sint venialia aut mortalia,quando non sunt clara,secundum Arch.vt de his,de quibus sunt opiniones,vel pœnitens nescit exprimere mentem suam circa assensum:vel morā peccati:tenetur autem determinare de claris.

¶ De vestibus sacerdotis,suprà Diaconus.§.iij.

SACRAMENTALE,vt elicitur à S.Th.iij.q.lxv.arti.j. est omnis consecratio vel benedictio vel significatio ordinata ad aliquod sacramentum per se ad illud idoneum reddendo:vel per accidens:sicut consecratio ecclesiæ,altaris aut vestium per se ordinatur ad eucharistiam:aqua verò benedicta per accidens repellendo dæmones &venialia abolendo. & idem de alijs sacramentalibus respectu alicuius sacramenti:vt sunt ea,de quibus suprà Baptismus.v.§.iij.&multa alia.

De sacramentis in genere.

SACRAMENTVM est in genere signi quasi sacræ rei signū,secundū magi.Sen.& S.Tho.in iiij.di.j.& iij.par.q. lx.vbi vide multiplicem diffinitionem sacramenti. Et constituē sacramenta in duobus secundū Magi.scilicet in verbis & in re:ita quòd tria sint de substātia eius,scilicet materia debita,puta aqua:& debita forma verborum,& intentio ministri copulantis formā materiæ.Et in nouā lege est septuplex, scilicet baptismus,confirmatio,eucharistia, pœnitentia,extrema vnctio,ordo,& matrimoniū . quæ cōferunt gratiā dispositiuè imprimendo dispositionem ad gratiā,id est,characterem vel ornatū:in quorū quolibet sunt tria,scilicet sacramentū tantū,scilicet ipsum signum exterius sumptū sub sua forma:& res tm̄,id est,ipse effectus interior vltimus,puta ipsa gratia collata seu aliquid gratiā circōloquens,puta ablutio animæ,vnitas ecclesiæ,vel hmōi:& res tm̄ul ac sacramentū,quæ est interior causa gratiæ vt character vel ornatus impressus animæ,aut corpus verū Christi,vt in eucharistia. ¶ De sacramento autem dico multa in genere. ¶ Primū Sacramenta suscipienda sunt à solo ep̄o quo ad cōfirmationem & ordinem sacrū:vt patuit ē. licet abbas aliqui cōferat nō sacrū.& quo ad pœnitentiā solennem:nisi aliud necessitas inducat.di.5 o.in c.xxvj.q.vj.c.fi.vel à solo sacerdote quo ad alia,præter baptismū in necessitate,& matrimoniū, eo modo quo dicti est:nec refert à quo cōficiatur quātū ad essentiā sacramenti,scilicet bono vel malo,licet peccent qui indignè cōficiūt:& qui recipiūt ea ab hæreticis,degradatis,fimoniacis,schismaticis,vel excōicatis aut notoriis fornicatoribus,præter b.ptismū in articulo mortis quo ad precibus ab

Universidad de Deusto Biblioteca

ecclesia.di.xxx.§.verum.j.q.j.sacramenta.&.c.sicut ficti. vel præter baptismum & communionem,& consequenter pœnitentiam,quo ad notorios & simoniacos & fornicatores nō præcisos in d.arti.secundum Arc.& d.§.verum.iuncta gloss. ¶Secundū.Sacramenta nō sunt cōferenda peccatoribus.di. xcv.illud.quod Ray.intelligit de manifestis:quia propter occulta peccata nō sunt negāda in publico.de quo dic vt s̄.Eucharistia.iij.§.iiij.& v.Ipse autē existēs in mortali etiā occulto recipiendo sacramenta peccat mortaliter.di.xl.multi.di. xxv.illud.sicut & minister ea tractans in suo ordine. de quo dic vt s̄.Ordinatus.iiij.§.ij.Sed quo ad suscipientem per cōtritionem intelligo etiā attritionem, quæ aliqñ sufficit, vt in pœnitentia,& fortè in extrema vnctione:vt j.¶Tertiū.Secūdum Iuristas,vt refert Pe.de Pal.in iiij.di.ix. quinq; sunt sacramenta necessaria,scilicet baptismus,cōfirmatio,eucharistia,pœnitentia,& vnctio extrema:quæ ideo sacramenta necessitatis dicunt,quia sunt in præcepto pro loco &tempore: reliqua aūt duo,id est,ordo matrimoniū dicūtur volūtatis. & idem no.gl.j.q.j.§.sed notādū.& idem Ray.& verū est in hoc sensu quòd ea potens recipere & nōvolens saltem semel in vita,peccat mortaliter:vt patet s̄.Cōfirmatio.§.ij. sed S. Tho.dicit quòd tria tm̄ sunt necessaria simpliciter, scilicet baptismus cuilibet,& pœnitentia peccāti mortaliter post baptismū:& ordo in cōmuni ecclesiæ,alia aūt sunt necessaria ad bene esse cessante tamen cōtemptu.Et idem tenent communiter Theologi loquentes quantū ad ius diuinū directè: & verum est illa tria esse necessaria,nō solū quia est mortale ea posse habere & nolle,sed etiā quia sine effectu duorū primorū nō est salus:& cōsequenter sine effectu tertij mediato,qui est effectus prædictorū:cū effectus pœnitentiæ dependeat à sacerdotali potestate. Quidā aūt dicunt quòd matrimoniū est necessariū in cōmuni:sed nō est verū ad salutem,nisi eo casu quo alius nō esset qui illud præceptū impleret,Crescite & multiplicamini:imò non est necessarium ad generandum electos,inquantū est sacramentū,sed inquantū officiū naturæ.Quantū verò ad ius humanū pœnitentia est necessitas semel in anno.de pœ.& re.omnis. & similiter eucharistia,vt ibi:& iterum vt viaticum,sicut & extrema vnctio ratione cōsuetudinis ecclesiæ.imò eucharistia vt viaticū & extremavnctio possunt esse necessitatis de iure diuino,sic quòd sine eorum effectu nō sit salus per accidens & indirectè:vt trahi pōt ex verbis Pet.de Pal.dicentis quòd hæc per accidens possunt esse necessaria attrito,nō cōtrito nōvalenti cōfiteri:quia cùm virtute horū fiat de attrito contritus,talis ista nō recipiens exponit se periculo.hæc ex illo.quæ sunt valde notanda,quia faciūt ad qōnem sequentem quæ fuit in facto.¶Quartū.Quid enī fiet si quis sit valde attritus & dolens de peccatis & desiderans eucharistiā, & tamen oppressus multitudine scrupulorū desperet se posse sufficienter cōfiteri,& cōsequenter etiā nolit eucharistiā desideratā ex cōscientia,quia nō est cōfessus.Et dico primò quòd talis nisi ligaretur cōscientia erronea nō cōfitendo in articulo mortis omnia peccata sua integraliter,sed solū in genere,nō peccaret mortaliter:quia nō tenetur ad impossibile:nec etiā cōsequēter ad maximè difficile:quod etiā de iure dicitur impossibile,cùm dicatur possibile quod honestè & cōmodè fieri pōt:vt s̄.Potentia.& secūdò quòd talis cōsequenter posset cōmunicare:nisi obstaret cōscientia erronea etiā in vita & tertiò quòd licet nollet eucharistiā ex errore cōscientiæ tamen nō esset ei negāda extrema vnctio:quia in rei veritate est attritus,etiā si peccaret mortaliter nolēdo cōmunionē, quia de isto mortali nō aduertit,sed credit bene facere si tñ esset perplexus,& crederet se peccaret mortaliter nō cōmunicādo,& cōicando,dabitur ei extremavnctio postquā si cōmunicare nō poterit,si dicat vel ostendat se de omnibus peccatis suis dolere in gñe:quia est attritus,vt patet ex dictis s̄. Cōfessio sacramentalis.j.§.xxix.& ad cōicandū si nō tenet. ¶Quintū.Iterari possunt oīa & sola illa sacramenta,in quibus character nō imprimit.xxxij.q.vij.licitè.& j.q.j.qđ quibus. Vñ iterari nō possunt baptismus,cōfirmatio,& ordo: nisi in dubio,pbabili,de quo s̄.Baptismus.v.§.iij. Alia aūt possunt iterari.Vtrū aūt sit mortale vti sacramētis alio fine quā sūt instituta,vide s̄.Matrimonium.iij.§.iiij.& suprà Oleum.

De Sacrilegio.

SACRILEGIVM scdm Inno.dictū est quasi sacrilegiū vel scdm Lau.quasi sacræ legis læsio.de quo gl.xvij.q.iiij. in c.sacrilegiū.& est sacræ rei violatio siue irreuerentia.Ita dū S.Th.ij.ij.q.xcix.nec oportet addere, vel vsurpatio:vt dicit Sū.Ang.&Ro.quia vsurpās aliqđ facit illi iniuriā.De sacrilegio autē dico multa.¶Primū.Sacrilegiū est speciale pctm oppositū religioni:cuius sunt tres species scdm eiusdem, scdm triplicem rationem sanctitatis, scilicet personarū,locorū,& aliarū rerū.& in qualibet harū specierū sunt diuersi gradus scdm horū diuersitatem. Vñ dicit Canonista quòd tribus modis cōmittit. Primò scilicet ratiōe personæ læsæ.xvij.q.iiij.quisquis.ad quod scdm S.Tho. materialiter pertinet omne pctm personæ sacræ, quod materialiter & quasi per accidens est sacrilegiū:formaliter aūt & pprie illud quod agit cōtra eius sanctitatē.qđ intellige nō solū de alio,sed à seipso.Vñ subdit,sicut si virgo Deo dedicata fornicetur.Scdò ratione loci:sicut cùm violat immunitas ecclesiæ vel cœmeterij.xvij.q.iiij.si quis,el j.cū multis.c.seq. de quo s̄.Immunitas.j.§.ij.Et intellige idē de omni loco gaudēte ecclesiastica immunitate.Vñ sacrilegiū est opprimere loca pia seu hospitalia,& similia:quia talia sunt sub ptectiōe & iurisdictiōe ecclesiæ.de reli.do.ad hæc.& gaudent dispositiōe c. cū sit generale.de fo.cōp.vt ibi Pan. Tertiò ratiōe rei cū res sacra surripit.in quo scdm S.Tho.sunt gradus scdm differentiā sacrarū rerū:inter quas summū locū obtinent sacramenta;& inter eucharistia.Scdò loco sunt vasa cōsecrata ad susceptionem sacramentorū,& imagines ac reliquiæ sanctorū,in quibus sancti honorant & dehonorant. deinde quæ ptinent ad ornatū ecclesiæ & ministrorū. deinde ordinata ad sustentationem ministrorū mobilia & imobilia: quo ad ista vltima tñ nō est sacrilegiū pprie,sed largè,scdm Sum.Ang. sed scdm S.Th.videt quòd sit pprie,& verius,per c.sacrilegiū.&.c.qui rapit.&.c.quisquis.xvij.q.iiij.& Pan.in c.cœterum de iu.qui & hoc extendit ad bona patrimonialia clericorū & per gl.in d.c.sacrilegiū dicentē φ sacrilegiū largè dicit cōmittere,qui disputat de iudicio principis: vel cū dies solēnis violat,vel cū legibus aut canonibus reuerētia nō impendit. Sunt & alij modi,de quibus vide ibi in §.qui aūt.& in c.nemini.&in c.cōstituit.¶Scdm.Sacrilegiū etiā tertio modo habet tres modos vel species scdm Canonistas, scilicet si auferat sacrū de sacro,id est,sacra res de sacro loco: vel nō sacrū de sacro:vel sacrū de nō sacro:vt no.in d.gl.& patet per capitu quis.ea.q.Sed scdm leges nō est sacrilegiū,cū aufert nō sacrū de sacro:sed dat actio furti.nec ecōtrario sacrū de nō sacro:quia sacrilegiū duo requirit, scilicet sacrū & de sacro, quorū quodlibet sufficit de iure canonico.Et ideo si calix auferat de domo laici,do.Catho.arguit φ nō cōpetat actio sacrilegij:quia scdm leges non est sacrilegiū: nec actio furti. quia calix est res sacra,quæ in nullius est bonis.Sed Rap.Fulgo.dicit cōpetere actionem furti dño domus loco Dei, cuius est res:& fortè quilibet hoc posset.ff.de iustitia.& iure.l.j. §.huius studij.de iure tamē canonico intētatur crimen sacrilegij

legij.¶Tertiū Statutū imponens pœnam pro sacrilegio,secundum aliquos,si factum est à ciuitate, intelligitur secundum leges.l.omnes populi.ff.de iust.& iur.& secundū canones si ab episcopo.Sed do.Catho.putat quod etiā primo casu intelligatur secūdū canones:quia disponit de rebus ecclesiasticis:& consequenter debet intelligi secundū materiā subiectā l.j.C de suc.edi. vbi est casus à cōtrario quòd gradus cōputantur secundum leges exceptis causis matrimonialibus. ¶Quartū.Secundū S.Tho.ij.ij.vbi s̄.ar.ij.sacrilegium interdum inuenitur separatū ab alijs peccatis,eo quòd actus non habeat aliam deformitatē,nisi quòd res sacra violatur:puta si quis iudex capiat aliquē in loco sacro, quē in alijs locis licitè capere posset: nihil tamē prohibet vnā specialē rationē peccati in pluribus peccatorū generibus inueniri,secundum quòd ad finē vnius peccati ordinātur:prout etiā in virtutibus apparet,quibus imperatur ab vna virtute:& hoc modo quocunq; genere peccati aliquis faciat cōtra reuerētiā debitā sacris rebus,sacrilegiū formaliter cōmittit, licet materialiter sint ibi diuersa genera peccatorū. Vñ etiā.q.cliij.ar.x.dicit φ sacrilegiū potest poni species luxuriæ & aliorū vitiorū.vide ibi.¶Quintū.Cū aūt ad sacrilegiū pertineat omis irreuerentiā rerum sacrarū,& ecclesiæ fiant multæ iniuriæ præter iniustā ablationē rei & effusionē seminis ac sanguinis:si quis quærat an per ista tria tantum cōmittatur sacrilegiū contra locū sacrū:dico quòd sic reductiuè quantū ad vsitatū loquutionē hominū:siue quātū ad ea quæ accidūt crebro: quia omnis talis irreuerētia fit ex inclinatiōe Irascibilis : vt prinētia ad homicidiū.vel cōcupiscibilis rerū:vt pertinētia ad furtum.Cōcupiscibilis personarū,ad Venerē: vt pertinentia ad pollutionē.quod videtur ideo esse:quia Deus, vel potius ecclesia,ista prohibuit sub præcepto. vnde licet triturare segetes,& cōprimere vuas,& mercari,& facere ludos in ecclesia ex se sint mala ratione irreuerētiæ,& cōsequēter in aliā speciē trahāt vel dent nouā speciē peccati: quia tamē sub præcepto nō prohibētur,nisi sit magnus excessus, nō aggrauāt infinitè:nec cōputantur inter sacrilegia,nisi excessus sit magnus:de quo s̄.Immunitas.j.§.ij.Et iuxta hęc intellige quę dicit Aur.ro.casu.lxiij.¶Sextū.Pœna sacrilegiorū habetur in l.si quis in hoc. C.de episcopo.& cler. & xvij.q.iiij. per totū. vbi & glo.in cap.sacrilegium.dicit quòd aliquando est spiritualis,id est, excommunicatio ipso iure: vt si cōmittatur in personam ecclesiasticam,intellige faciendo violētiam,vt ibi in c.si quis.Sed si committatur in rem ecclesiasticā,post trinam monitionem est excommunicādus,vt ibi in c.quisquis, Sed adde quòd ante monitionem est excōmunicatus minore,donec satisfaciat.ar.c.si quis domum.ibi. & aliquādo maiore,vt si incendatur vel frangatur,iuxta dicta s̄.Excommunicatio.vij.§.viij.Item imponitur pecuniaria:vt in d.cap.quisquis.& in c.si quis contumax.quæ secūdum Vide.est arbitraria secundum leges verò durior imponitur.ff.ad l.Iul.pec.l. sacrilegij.id est,capitalis secūdum S. Tho.ij.ij.q.xcix. id est, decapitatio,si iniuria sit atrox in personam.d.l.si quis in hoc alias est arbitraria. d.l.sacrilegij. & ibidem in l.lege. §.4.nisi faciat contra legem confugientium ad ecclesiam:quia tunc punitur sacrilegus vltimo supplicio:vt suprà Immunitas.iij. §.viij.Et applicatur pœna personæ, si iniuria sit facta personæ,secundum d.gl.de sent.excom.parochianos.vel rei si rei fiat xvij.quest.iiij.si quis in atrio.& de fimo.de hoc autem.

SACRISTA,siue custos ecclesiæ debet esse de sanctioribus ecclesiæ.de offic.cu.c.ij.Quid autem ex officio facere debeat,not.in cap.perlectis.xxv.dist.& de offi.custo.per totum.Pro qua verò culpa teneatur,suprà Custos.§.j

¶SAGITTARIVS quomodo arte sua possit vti,suprà,Ars.§.iij.& vj.

¶SALARIVM an debeatur famulo infirmanti, & similibus.s̄.Familia.§.ij.De salario.j.Tabellio.§.vj.

¶SANCTORVM corpora,s̄.reliquiæ.

¶SANCTVS quis debeat haberi,s̄.Reliquiæ.

SARACENI dicuntur,secundum Ray.qui nec nouum nec vetus testamētum recipiunt.à Sara vxore Abraham, non ab Agar ancilla eorum matre dicti:inter quos sunt quidam Samaritani recipientes solùm quinq; libros Moysi. hi quantum ad prohibitiones participandi Christianis,& econtrario,parum differunt à Iudæis.C.de paga.& Sara.l.vt prophanos.& extra de Iudę.& Sara.quasi per totū.Quod tamen secundum aliquos fallit primò in comestione, quæ cum Saracenis non prohibetur.xj.q.iij.ad mensam.& idem videtur aliquibus de cohabitatione:quia Iudæi sunt magis peruersi, & nos contemnunt in cibis.Sed Lauren.& Ioan.& multi sequaces tenent idem de Saracenis:quia hodie & ipsi in multis iudaizant:& verū puto vbi iudaizant,aliter non.Et secundò fallit in ritu:quia secundum Sanctum Thom.secunda secundæ,quęst.x.licet ecclesia ritus & festa Iudæorum toleret:ritus tamen Gentilium nō tolerat,nisi ad tempus propter scādalum vel schisma aut huiusmodi sint tolerādi ritus paganorum aut hæreticorū.Vnde Iudęis permittitur synagoga:sed Saracenorum templa pręcipiuntur claudi sub pœna mortis & amissione bonorum.C.de paga.& Sarace.l.j.& ij.& nullo modo permittitur eis inuocationem facere Machometi,aut peregrinationem ad aliquem furtum, sicut ad sanctum : & mortaliter peccat omnis eorum dominus Christianus hoc permittens:quia facit contra præceptum cle.vnicæ.de Iudę. Fallit tertiò in cōmercio tempore guerræ vel pacis quo ad prohibita deferri Saracenis:de quo suprà Excommunicatio vij.§.xj.Verum autem liceat furari Christianos detentos à Saracenis vel aliud, suprà Furtum.§. vi.& §. vij. Quomodo etiam debeant ad fidem induci, suprà Iudæi.§.vj.De seruis autem eorum dic vt de seruis Iudæorum,suprà Iudæi.§.iij. quia alij infideles & heretici prohibētur habere seruos Christianos sicut & Iudæi.C. ne Christia.man. in rubro & nigro.

De Satisfactione.

1 *Satisfactio quid & an Deo satisfieri possit pro peccato.*
2 *Satisfieri an possit de vno peccato sine alio.*
3 *Satisfacere an possit vnus homo pro alio.& nu.4.& 5.*
6 *Satisfactio facta in mortali an valeat,& an sit iterāda.n..*
8 *Satisfactio an fieri debeat per opera pœnalia.& per quæ.*
9 *Satisfactoria an sint flagella Dei.*
10 *Restitutio an sit pars satisfactionis.*

SATISFACTIO,secūdum Pe.de Pal.post Beatū Thomam in iiij.distin.xv.quæst.j.art.j.quæstio.ij. dupliciter diffiniri potest:quia cum sit actus iustitię,cuius est ęqualitatem ponere auferendo priorem inæqualitatem, & eam in futurum custodire.Vnde secūdum eos inquātum curat peccata præterita recompensando,est iniuriæ illatę recōpensatio secundum æqualitatem iustitiæ.Et sub alijs verbis secundum Ansel.in lib.cur Deus ho.satisfacere,est Deo debitum honorē impēdere,à quo scilicet ablatus erat per peccatū.Inquantū verò præseruat à futuris cauēdo,sic diffinitur ab Augu.Satisfactio est peccatorū causas excindere,& earū suggestionibus aditū nō indulgere:de pœn.dist.iij.satisfactio. Vbi secundū Pet.de Pal.causę dicuntur radices intrinsecæ peccati:suggestiōes verò opportunitates extrinsecæ.Igitur cōclude ex mente eorum quòd cōpleta diffinitio hæc est:Satisfactio est pro illata iniuria voluntaria recompēsatio secundū æqualitatē iustitię cū proposito nō cōmittēdi nouā iniuriā.

Universidad de Deusto Biblioteca

1 ¶Primò autem quæritur, †vtrũ posit quis satisfacere Deo pro peccato? Et dicit S. Tho. in iiij. dist. xv. quòd nõ, reddẽdo æquiualẽs secundũ æqualitatẽ quãtitatis: sed solùm reddẽdo sufficiẽs secundũ quantitatẽ proportionis. vide ibi. ¶Secũdò
2 quęritur, †vtrũ posit satisfieri de vno peccato sine alio? Et dicit. S. Tho. vbi ſ. ꝙ nõ: sicut nec satisfaceret homini qui ꝓ alapa data se ꝓsterneret, & aliã simul daret: quia satisfactio offensam tollit. & cõsequẽter restituit amicitiã: & cõsequenter si qđ sit amicitiã impediẽs: sicut omne peccatũ impedit amicitiã ad Deũ, etiã apud homines satisfactio esse nõ põt.
3 ¶Tertiò quæritur, †vtrũ vnus homo posit satisfacere pro alio? Et dico ex S. Bona. in iiij. di. xx. ꝙ nõ inquãtũ satisfactio præseruat & cauet à culpa futura: quia ieiuniũ vnius nõ mortificat corpus alterius, nec ei prodest vt castè viuat nisi inquãtum bono exẽplo illũ prouocat, vel meretur ei augmentum gratiæ, vt sic facilius peccatũ euitet: inquantũ verò recõpensat iniuriam præteritã, vnus potest pro alio satisfacere homini, vt patet: & similiter Deo: modo is qui offendit, sit contritus. qđ tamẽ quãtũ ad pœnitẽtiã iniunctã limitãt, si interueniat authoritas cõfessoris, qui in hoc põt dispẽsare: vel si eueniat casus quo nunquã eã in hoc mundo posit explere is cui iniuncta est. De hoc autem Petr. de Pal. dicit ꝙ si sacerdos imposuit aliquid pœnitẽti explẽdũ per se vel aliũ, explere potest per se vel aliũ, modò illud fiat in charitate: si verò imposuit explẽdũ per se explere potest per aliũ solum, si ipse non põt, vt quia est infirmus aut moritur: quia ista videtur intentio imponẽtis, qui noluit obligare eũ ad impossibile, nec ad purgatoriũ mittere. & qui hoc explẽdũ acceperat, potest alteri volẽti imponere: & valebit, si fiat in charitate, & plus si in maiori quàm sit ea quæ est eius cui erat impositũ. Ponit etiã idẽ Pet. duos casus alios, in quibus põt quis iniunctã pœnitẽtiã imponere alteri volẽti: primò cũ vult occupari in alijs Deo acceptis magis ac magis iuuãtibꝰ cõtra peccatũ: puta in prędicãdo, vel bellãdo cõtra hostes fidei. secũdò quãdo vult satisfacere magis: & ob hoc eã imponit meliori. Et addit Sã. Tho. ibi, ꝙ põt quis satisfacere pro alio etiã potẽte satisfacere: sed nõ esse permittẽdũ vt quis satisfaciat ꝓ alio potẽte satisfacere, nisi appareat defectus corporalis, quo pœnitens sit impotẽs ad sustinẽdũ: vel spiritualis, per quẽ nõ sit prõptus ad portãdũ pœnitẽtiam: & hoc nõ prodest ei nisi sit paratus exequi quod iustè iniunctũ est: quia ad hoc tenetᷣ. de pœn. & remis. omnis. & de pœ. dist. j. perfecta. ¶Quartò quæritur,
4 †vtrũ is, cuius satisfactionẽ alter in se suscepit, moriẽdo statim euolet? Et dicit S. Tho. vbi ſ. ꝙ nõ, quãdiu ipse vel alius pro eo est debitor: sed solùm cõpleta satisfactione per aliũ.
5 ¶Quintò quæritur, †vtrũ satisfaciẽs ꝓ alio posit etiã satisfacere simul pro seipso? Et dico de hoc esse opiniones, inter quas Sum. Ang. dicit ibi placere dicẽtẽ ꝙ sic: sed oppositũ tenuit S. Th. qui voluit ꝙ satisfaciẽs pro alio meretur quidem: sed si tamẽ nõ soluit pœnã suã, sicut pœnã alterius, vt pare-
6 bit ſ. Suffragiũ. §. iij. ¶Sextò quæritur, †vtrũ satisfactio facta in mortali, seu per opera extra charitatẽ valeat? Et dicit S. Tho. ac Pet. ꝙ nõ: qa satisfactio est amotio offensæ, & amicitiæ restitutio. qđ sine gratia & charitate nõ fit. Vnde quia hõ nescit se habere charitatẽ, de ꝓpitiatu peccatorũ nõ debet esse sine metu. Eccl. v. tamẽ sufficit certitudo probabilis cõiecturæ: quia gloria nostra hæc est, testimoniũ cõsciẽtiæ nostræ. ij. Cor. j. Sed ista nõ intelligas de satisfactiõe iniũcta à sacerdote, de qua §. seq. sed de quacũq; alia. Ad qđ aũt valeãt opa bona extra charitatẽ facta, vide in Aur. ro. casu primo.
7 & ſ. Charitas. §. iij. ¶Septimò quæritur, † vtrũ satisfactio in mortali expleta sit iterãda? Et dico de hoc esse multas opiniones, sed re vera nõ dissonãtes intentione, sed verbis, vt patebit, si prius veritatem intelleximus quæ fundatur super distinctione Pet. de Pal. in iiij. scilicet ꝙ satisfactio est duplex, scilicet sacramẽtalis: quæ fit ex iniũctiõe sacerdotis dispẽsantis sacramẽta: & virtuosa, quæ scilicet fit ex virtute pœnitẽtiæ purgãtis cõtra pctm. Ex qbus sic dico. Homo ratiõe peccati comissi tenetᷣ de satisfactiõe virtuosa soluere pœnã. Verbi gratia, vt decẽ quæ tenetur soluere in charitate: vt ſ. proxime: sed est liber, soluere per hoc opus vel illud: puta oratione vel ieiuniũ aut eleemosynã: & similiter est liber soluere hic aut in purgatorio: Si verò imponatᷣ ei à sacerdote aliqđ puta ieiuniũ, obligatur etiã sacerdoti vel ecclesię ad illud soluẽdũ satisfactione sacramẽtali: qđ quidẽ si soluit in charitate, satisfacit ecclesiæ, & Deo ꝓ pœna: vt decẽ quãtũ ad totũ si æqualẽs fuit impositũ: aut quãtũ ad dimidiũ vel aliã partẽ si impositũ fuit nõ est æqualẽs: si verò soluit extra charitatẽ, satisfacit quidẽ sacerdoti, qui nõ ligauit eũ ad cõplendũ in charitate: sed nõ Deo, qui nõ acceptat qđ nõ exhibetur cũ charitate: vñ remanet obligatus Deo vt prius: quia scilicet tenetur denuò satisfacere, sed nõ per ieiuniũ, sed ꝑ illud vel orationẽ vel patiẽdo pœnã tẽporalẽ vel purgatoriã: vñ qđ sacerdos iniũxit nõ tenetur in specie reiterare, sed solùm facere æquiualẽs, puta eleemosynã: vel etiã pati, puta flagella Dei, hic vel aliã pœnã in purgatorio. Ista est veritas & mẽs pene omniũ doctorũ. ¶Dicit ergo ad quæstionẽ S. Th. ꝙ satisfactiones relinquẽtes effectũ in satisfaciẽte, sicut ex ieiunio relinquitur debilitas. & ex eleemosyna diminutio substãtię nõ oportet iterare: quia ꝑ sequẽtẽ pœnitẽtiã acceptæ sunt: secũdũ illud qđ de his remanet. alias autẽ oportet iterari, sicut de oratiõe & similibus. Hęc ex illo: q loquitur quo ad Deũ, & de satisfactione virtuosa: & intẽdit ꝙ relinquẽtes effectũ nõ sunt iterãdæ, si redeat charitas ante desitionẽ effectus secũdũ Nider. Vñ si totus effectus perierat, cũ redijt charitas, oportet eas in se vel suo ęquiualenti repetere totaliter, vel partim si ex parte trãsierat. Rich. etiã dcit ꝙ sacerdos ad pœnitẽtiã iniũctã ligat mutãdo in hãc eã quã debebat in purgatorio. si cõdignã iniũgit. Vñ si hãc nõ soluit, cõmittit nouũ pctũ. Si verò soluit in charitate, nõ quietatᷣ ab ea quã debebat in purgatorio: qa hęc est satisfactoria. Si verò soluit in mortali, nõ quietatᷣ à purgatorio: nec quo ad hoc ista est satisfactoria: absoluitur tñ à ligamine sacerdotis, q. illã non soluerat: vnde nõ est inobediẽs: nec illã pœnã de necessitate soluens tenetᷣ iterare. Hęc ex illo. & patet ꝙ S. Th. cõsentit. ¶Ver nec. autẽ & Pe. & Pan in c. qđ quidẽ. de pœ. & re. & Arch. de pœ. di. iij. §. vl. volẽtes ꝙ sit iterãda, verũ dicunt quo ad Deũ & æquiualẽter, nõ in ꝓpria specie. ¶Sco. aũt dicit quędã iterãda, quę sequitur Sũ. Ang. post Sup. cõtra Sũ. Ros. volẽs ꝙ talis satisfaciat Deo, etiã si nõ voluntariè sed coactè talẽ pœnã in mortali exoluat. qđ S. Th. ex intẽtione ꝓbat impossibile: quia Deo nõ satisfit, nisi per opa illi grata & acceptabilia ei nõ satisfit scdm ęqualitatẽ, sed scdm acceptationẽ. De hoc autẽ in Aur. ro. casu sextò. & per Capreolũ in iiij. dist. xix. Cõsulit autẽ Sup. vt sacerdos paruã pœnitẽtiã iniũgat: sic enim in charitate verisimiliter explẽdã: & quo ad reliquã declaret an debeat iterare, si extra charitatẽ peregerit. Vide de ista
quęstiõe diffusè per Archi. iij. parte, tit. xiiij. c. vlti. ¶Octauò 8
quæritur, †vtrũ satisfactio debeat fieri per opa pęnalia, & ij quę. ¶Et dico quantũ ad primũ secundũ Pe. & B. Tho. ꝙ sic quia per talia fit solutio emẽdę pro culpa præterita, quę scilicet cũ delectatiõe fuit: & præseruatio à futura. Et quãtũ ad primũ debet esse maior maioris culpę: nõ autẽ quantũ ad secundũ: quia licet senex magis peccet, tñ iuuenis indiget maiori retrahẽte. ¶Quantũ ad secundũ dico secundũ Ray. & S. Tho. ꝙ sit oratio, quæ licet habeat suauitatẽ spiritus, tamen habet etiam afflictionem carnis, secundum Sanct. Tho. ieiunium & eleemosyna, ita quòd ad oratione reducũtur opera misericordiæ spiritualia: ad ieiunium omnia afflictiua: vt vigiliæ, peregrinationes, & huiusmodi: ad eleemosynam verò omnia opera misericordiæ corporalia. Harũ triũ melior est eleemosyna, deinde oratio, vltimò ieiunium. de quibus vide per Doct. in iiij. dis. xv. ¶Sed ista intellige quo ad satisfactionem eius qui non est sacerdos: quia ipse sacerdos potest satisfacere pro se per sacrificiũ altaris, sicut & pro alijs viuis & defunctis. Vel dic melius quòd nec sacerdos, nec alius satisfacit per sacrificiũ altaris: sed Christi satisfactionem applicat, id est, passionem. ¶Adde autẽ secundũ Pet. de Pal. ꝙ opera pœnalia, ad quæ quis ex præcepto tenetur, non sint satisfactoria. quod secundum Arch. post bea. Tho. quem ipse refert & sequitur, non intelligitur si cadãt sub præcepto ecclesiæ: quia præceptum ecclesiæ secundũ eum in iiij. dist. xv. ad idẽ ordinari potest, ad quod & satisfactio: ideoq; ieiunium, in quo, quod est sub præcepto, potest esse satisfactoriũ, supple licet non vice ieiunij impositi in pœnitẽtia, ad quod quis de per se tenetur: est autẽ verum si cadãt sub præcepto legis naturæ. Vnde dicit Sanct. Tho. quòd cadẽs sub præcepto naturalis legis non est satisfactoriũ, sed exigitur ad satisfactionẽ vt eleemosyna in extrema necessitate. Et hæc secundũ Archi. sunt vera de rigore iustitiæ tantũ: ex largitione Dei etiã talia sunt satisfactoria secũdũ opinionẽ quã sequitur Rich. &
9 Aegid. post S. Tho nõ reprobãdo refert. ¶Nonò quęritur, vtrum satisfactoria sint flagella Dei? Et dicit S. Tho. quòd sic si fiat aliquo modo ipsius patiẽtis, inquantũ illa acceptat ad purgationẽ, eis vtens patiẽter. Secus si per impatientiã omnino dissentiat: quia nõ habet rationẽ satisfactionis, sed vindicationis. Intellige verò ꝙ patiẽter tolerat, qui quantũ in se
10 est vellet flagello carere: tamẽ ex quo placet Deo vult sustinere secundũ iudiciũ rationis. ¶†Decimò quæritur, vtrum restitutio sit pars satisfactiõis? Et dico quòd nõ propriè: quia dicit solùm cessationẽ ab iniuria, secundũ Pet. sed solùm improprię, sicut quoddã præambulum, & sine quo non secundum Sanct. Tho. & si sit pars satisfactionis, vt quidam dicunt, est ex misericordia Dei, secundum Richard. non ex iustitia.

De Scandalo.

1 *Scandalum quid & quotuplex sit.*
2 *Scandalum an semper sit peccatum mortale speciale.*
3 *Scandali ratione an sint dimittenda bona spiritualia. & quid de temporalibus nu. 4.*
5 *Scandali vitandi causa an sit omne opus bonum faciendum.*

SCANDALVM siue scandalon Græcè secundum Hierony. super Matth. & recitat Sanct. Tho. ij. ij. q. xliij. Latinè offensionem vel ruinam aut impactionem pedis possumus dicere: & vt ibi à Sanct. Tho. elicitur, & patet. Primò scandalum dicitur obex in via corporali, cui impingẽs ad ruinam corporalem disponitur: & secundò obex in via spirituali disponens ad spiritualem ruinam, inquãtum scilicet alquis sua admonitione vel inductione aut exemplo trahit alterũ ad peccandum: quod propriè dicitur scandalum. ¶Cum autem nihil secundum propriam rationem disponat ad spiritualem ruinam, nisi quod habet aliquem defectum rectitudinis: nam perfectè rectum magis munit cõtra casum quàm inducat ad ruinam: ideo conuenienter dicitur quòd scandalum est dictum vel factum minus rectum, id est, secundum se malum vel habens speciem mali præbens alteri occasionem ruinæ. Quę quidem diffinitio sumitur ex glo. Matthęi. xviij. & eam not. Card. in clem. j. de offic. ordi. ¶Scandalum autem graue, secundum Host. in Sum. tit. de renun. est quando trahit alios in consensum peccati mortalis: propter quod dicit glos. in cap. nisi. de renun. in verbo, graui. quod nõ est curãdum de scandalo, nisi sit graue: de noui operis nuntia. c. ij.
& de voc. cap. magnæ. de reg. iur. c. qui scãdalizauerit. ¶†Pri 1
mò verò quæritur quotuplex est scãdalum? Et dico ex San. Tho. vbi suprà, artic. j. ad quartum, quòd est duplex, actiuum scilicet & passiuum. ¶Actiuũ quidẽ est quando dictũ vel factũ alterius est alicui causa peccãdi per se: vt quia intẽdit per hoc alium ad peccandum inducere: vel si hoc non intendat, tamen ipsum factũ est tale quod de sui ratione habet quòd sit inductiuum ad peccandum: puta cum quis publicè facit peccatum vel quod habet similitudinẽ peccati: & tũc propriè dat occasionem ruinæ: ideoq; dicitur scandalum actiuum. ¶Passiuum verò est quando dictum vel factum vnius est alteri causa peccandi per accidens: vt quando præter intentionem operantis & operis conditionem aliquis malè dispositus ex huiusmodi opere inducitur ad peccandum: puta cum quis inuidet bonis aliorum: & tunc operans non dat occasionem ruinæ quantũ in se est, sed alius eam sumit, ideoq; dicitur scãdalum passiuum. quod hoc casu est sine actiuo, sicut quãdoque actiuum est sine passiuo: vt cum quis inducit aliũ ad peccandum verbo vel facto, & ille non consentit: quandoq; verò vtrunq; simul vt cum ad inductionem vnius alius peccat.
Hæc ex illo. & idẽ Alex. & Rich. ¶†Secundò quęritur, vtrũ 2
scandalum semper sit peccatum mortale speciale? Et dico tria ex Sancto Tho. vbi suprà. ¶Primum. Scandalum passiuum semper est peccatum in scandalizato: quia ruit spiritualiter: & similiter scandalum actiuum in scandalizante: quia vel est peccatum, vel habet speciem peccati siue mali: & consequenter est dimittendum pro charitate proximi: & non dimittens agit contra charitatem: vnde ab omni specie mala abstinite vos j. ad Tessaloni. vlt. Quandoq; tamen peccatum scandalizantis est sine peccato scandalizati & ecõtrario, & quandoq; simul, secundum quod scãdalum actiuum est sine passiuo, & econtrario, & quandoq; simul cum eo. ¶Secundum. Scandalum passiuum potest esse veniale, quasi habens impactionem tantum: puta cum quis mouetur motu peccati venialis: & mortale quasi habens cum impactione ruinam vt cum proceditur ad mortale. Scandalum verò actiuum si fit per accidens, potest esse veniale: puta cum quis actiuum peccati venialis cõmittit: vel quod non est peccatum, sed habẽs speciẽ mali cum leui indiscretione est mortale, siue quia cõmittit actum peccati mortalis. intellige secretè, alioquin iam esset per se. vel quia contemnit salutem proximi, vt pro ea cõseruanda facere non omittat quod sibi libuerit. Si verò actiuũ fit per se: puta quia intendit inducere ad peccatum, est mortale, si intendit inducere ad mortale, vel etiam ad veniale per mortale, est verò veniale si intendit inducere ad veniale & per veniale. Adde idem esse per omnia si non intendat inducere, sed tamen factum sit inductiuum. ¶Tertium. Scandalũ passiuum, scilicet in eo qui scandalizatur non est peccatum speciale: quia ruere potest secundũ omne genus peccati: nec ipsa sumptio occasionis dat specialẽ rationẽ peccati, cum nõ importet specialem deformitatẽ speciali virtuti oppositam: scãdalum verò actiuum, scilicet in scandalizãte, si fit per accidens, id est præter intentionẽ agentis, similiter non est speciale peccatum: quia quod est per accidẽs, speciem non constituit. Si verò fit per se, id est, intentione agẽtis: sic ex intẽtione specialis finis sortitur rationem specialis peccati: quia finis dat speciẽ in moralibus, & opponitur correctioni fraternæ, in qua intenditur spiritualis documẽti remotio. Hæc ex Sanct. Tho. Alexãd. ac Richard. Sed tamen aduerte quòd dupliciter aliquis agens intendit. primò expli-

Universidad de Deusto
Biblioteca

citè,puta quia illud cogitat & vult in se. secundò implicitè, quia illud vult solùm in sua causa:sicut intendens ire per lutum,intendit madefacere pedes:& intendens excessiuum potum,intendit ebrietatem.Igitur secundum mentem Sancti Tho.iuxta seosum Summæ Pisan.prima intentio facit specialitatem huius peccati,nō autem secunda, licet faciat scandalum actiuum,sed est circunstantia solatur si quid fiat in publico.Sed mihi videtur quòd vtraque intentio dee specialitatem,ne Sanctus Thom.diminutè loquatur. Ex quibus patet quòd,sicut etiam dicit Arch.sit mortale mulieri,quæ credit se turpiter ab aliquo amari,si non curans de eius ruina, fine causa offerat se eius aspectibus, licet non intendat eius ruinam:secus si non credit,vel aliter bene,id est, commodè facere non potest:& idem de habentibus malam familiaritatem sine causa necessaria,ex qua aliqui scandalizantur nefaria cogitando & iudicando,licet non intendat peccatum vel
3 scandalum. ¶ Tertiò quæritur, †vtrum bona spiritualia sint propter scandalum dimittenda? Et dico multa. ¶ Primum. Secundum regulā iuris in libro sexto, Vtilius scādalum nasci permittitur, quàm veritas dimittatur: vbi glos.cū sancto Tho.in iiij.notat triplicem veritatē,scilicet vitæ, doctrinæ & iustitiæ.Et secūdum Hieronymū propter scandalum præ termitti debet omne, qđ saluat illa triplici veritate dimitti potest,imò secundum sanct. Tho.& Ray.& Vlde.aliquando dimittitur secunda,id est,doctrinæ, non docendo falsitatem,sed tacendo veritatem.Et tertia,scilicet iustitiæ,non faciendo alicui iniustitiam.Sed non puniendo delinquentem. vnde versus:Est veritas vitæ,doctrinæ iustitiæque:Primum semper habe, duo alia propter scandala linque. ¶ Secūdum. Secundum sanctum Thomam vbi suprà,propter scadalum non sunt bona spiritualia dimittenda, si sunt de necessitate salutis:quia nullus debet peccare mortaliter,imò nec venialiter,vt peccatum alterius impediat.Si verò non sunt de necessitate salutis,si scandalum sit Pharisæorum,id est,ex malitia procedens, cum scilicet aliqui volunt bona spiritualia impedire scandalum concitando,contemnendum est. Matthæi xv.Si verò sit pusillorum,id est,ex infirmitate vel ignorantia procedens,spiritualia opera sunt occultanda, vel interdum etiam differenda,vbi periculum nō imminet,nisi in casu in quo obseruatio cōsilij esset de necessitate salutis.quo usque reddita ratiōe scandalum cesset.qua reddita, si duret, iam videtur esse Pharisæorum:& sic non sunt propter illud spiritualia bona dimittenda. ¶ Tertium. Pœnarum inflictio seu punitio omittenda est vbi manifestum est plura & maiora peccata sequi:quia tunc non continetur sub iustitia,cuius rationem habet in tantum, in quantum per eam peccata cohibentur.distin.50.cap.vt constitueretur. ¶ Quartum, Correctio etiam fraterna in tantum computanda est inter spiritualia bona,in quantum ex ea sequitur emēdatio fratris, ad quam ordinatur:quod non est si inde scandalizatur. ideò si propter scādalum omittatur, non omittitur bonum spirituale. ¶ Quintum. Propter scandalum vitandum, peccatum veniale nunquam est faciendum:quia si esset faciendū, iam non esset peccatum.contingit tamen id,quod de se est peccatum,nullum esse peccatum,si fiat propter scandalum vitandum:sicut verbum otiosum est veniale quando absque vtilitate dicitur:si autem ex causa rationabili proferatur,non est otiosum,nec peccatum simpliciter. Hæc omnia sanc. Tho. & Thomistæ. ¶ Quartò quæritur, †vtrum propter scandalum sint tēporalia relinquēda? Et dico multa. ¶ Primū. Secūdum sanct. Tho.vbi suprà,si bona tēporalia sunt nobis ad cōseruandū,cōmissa:sicut bona ecclesiæ cōmittunē prelatis,& bona Reipub.eius rectoribus, nō sunt ꝓpter scādalū dimittenda,sicut nec alia quę sunt de necessitate salutis:quia talis conseruatio sicut & depositorū imminet hīr, quibus cōmissa sunt ex necessitate. Vnde & bea. Tho.Cātuariensis repetijt res ecclesiæ cum scādalo regis.Si verò sunt talia, quorū sumus domini tribuēdo vel nō repetēdo:tunc si scandalū est pusillorum:vel sunt totaliter dimittenda,vel aliter scandalū sedandū,scilicet per aliquā monitionē. Si verò sit scandalū Phariseorum,nō sunt omittēda:quia noceret bono cōi:quia daretur multi occasio delinquēdi,& rapiētibus:quia detinendo aliena,in peccato remanerent.Hęc ex illo.quæ intellige vera regulariter:in casu tamē speciali aliquādo charitas potest aliud suadere,scilicet pro bono pacis, vbi scādalū sequeretur nō solùm iniustē detineti,sed etiā populo vel clero.Aliquādo etiā necessitas:quia gl.Ray.si status meus aut meæ familię nō est in tuto me caréte re mea:puta quia timeo mihi de impatiētia cōtra Deū:aut secundū Alex.in tertia parte de præceptis patiētiæ,timeo mihi generaliter casum,potius teneor vitare scandalū meū quàm ꝓximi.vnde secundū Ver uec.nec dare teneor,nec à repetitione cessare. ¶ Secundū. Licet de iure ciuili,vt dicit Pan.in c.nihil.de prescri.nō fit cura dū de scādalo quod potest cōtingere circa personā detinētis rem meā iniustē:imò licet talē occidere quādo aliter recuperari nō potest.vt no.Bart.in l.furē.ff.de iica.& idē dicit de iure canonico,vbi non timetur cędes,sed quid sæuū & valde horribile.ar.c.de occidēdis.xxiij.q.v.&c.ij. de homic. lib.vj. tamē de iure canonico & in conscientia nō est cōsulendū bono viro aliquid facere pro recuperatione tēporaliū, ex quo verisimiliter valde sæua & horribilia deberēt euenire. facit c.suscepimus.de homic.&c.ij.de no.ope.nun.&c. si verò. el j.de sent.excō.& quod ibi notat Inn.si tamē faceret,nō esset de facili iudicandū de mortali,quādo scādalū est Phariseōrum. Vide ī.Bellum.ij.§.vij. ¶ Tertium. Secundum Sanct. Thom. etiam cibus non est totaliter dimittendus propter scandalū cum eum sumere sit de necessitate salutis:secus de tali cibo, secundum illud.j.Corinth.viij. Non mānducabo carnes in æternum,ne fratrem meum scandalizem. ¶ † Quintò quæritur, vtrum ratione scandali vitandi sit omne bonum faciendum quod proximus expetit? Et dico colligendo ex Alexan. xxij.tractat.de scādalo,ꝙ si proximus rationabiliter petit, puta pauper vestimentum, teneor, si ad illud sum obligatus ex præcepto, vt patet: & similiter si non sum obligatus ex præcepto.& tamen rationabiliter non omitto illud:teneor illud facere,ne proximus scandalizetur.ar.c.ij.de no.ope.nis. Si verò rationabiliter illud omittonon teneor, sed sufficit exponere quomodo rationabiliter omittovt patet Matthæi xv.vbi cum Dominus satisfecisset de nō lotione manuū, dixit.Sinite illos,quia cæci sunt.&c.Si proximus nō petit rationabiliter,non teneor:sed sufficit pro posse facere ne ex ignorantia vel infirmitate scādalizetur.& si nō acceptat,est scandalum Phariseorum.Arch.autem habet regulam quòd non tenetur quis ratione scandali dare sua, aut cessare à repetitione debiti,nisi duo sciat,id est,probabiliter credat,scilicet quòd ille mortaliter scandalizabitur si non dat, vel si repetit:& quod à mortali reuocabitur si det vel non repetat.De fama vtrum sit defensanda,ne alij scandalizentur,vide suprà Fama.

SCIENTIA sumitur aliquando Philosophicè: & sic est cognitio rei p causam,vt patet diffuse primo poste.& vj. Ethi. Aliquādoverò sumit secūdū vsum cōmunē hominū:& sic est cognitio rei particularis per aliquē sensum corporeū: sicut scio aliqd esse album, quia video:& dulce, qa gusto,& hmōi.& hęc est sciētia requisita in teste.ff.de test.l. restiū fides,credulitasverò est qd mediū inter sciētia & nesciētia:qa nec in totali ignorantia cadit credulitas, nec in scientia:vt no.ff.de iu.& fac.igno.super rub.&Bar.in l.admonendi.ff.de iureiu.& quod no.gl.in c.ij.de testi.lib.vj. Sumitur etiam aliquando scientia pro certitudine firma ex causa & ratione probabili,vt probari potest per c.si virgo.xxxiiij.q.ij.iunctis ijs quæ dicuntur ī.Matrimonium.viij.§.xiij. De scientia dicō quædam. ¶ Primum. Personæ ecclesiasticæ possunt& debent vacare scientiæ sctipturarū seu Theologiæ.xxxvj.di.c. ij.§.ecce.&c.si quis vult.& iuris canonici & philosophiæ naturalis ac moralis.xxxvij.di.turbat.&.c. qui de mensa.&.c.si quid veri.&.c.relatum.in fi.& scientijs secularibus, vt sciant discernere verū à falso:& habere aditū ad scientiā pietatis. xxxvij.di.§.cū ergo.Vnde & circa artes liberales aliquid statutum est,vt ī.Doctor.§.viij.& ix.quod tamen intellige de trivio,id est,grammatica,dialectica,& rhetorica. & sic intellige c.j.&.c.quia nōnulli.de magi.Secus de quadrivio,id est,arithmetica,geometria,musica,& astrologia: quia licet in se contineant veritatem,nō tñ ducūt ad pietatem.xxxvij. di.si quis.quod intellige regulariter & passim: quia aliquo bono & vtili fine meritorie addisci possunt, modò necessaria nō omittātur,puta ad impugnandū.di.xxxvij. de mensa.vel assumendū admiscula sacræ eruditiōis. di.xxxvij.turbat,&.c.si quis veri.& similiter audire possent leges & physicā:nisi sint religiosi vel sacerdotes,vel habentes in ecclesia personatū vel dignitatem aut curā,vt ī.Excōicatio.ix.§.vj. ¶ Secundum. Quilibet autem Christianus tenetur scire pertinentia ad fidem eo modo quo ī.Fides.iij.dictum est.Vnde ex dictis ibi videtur peccare mortaliter parentes qui ex negligentia non docent filios signum crucis,&credo paruum, & pater noster,& decem præcepta legis: & similiter qui talia non addiscunt cùm possunt,quia sunt necessaria ad salutem.Videtur tamen sufficere si quis sciat contenta in istis,licet ea ordinarè nesciant:puta scient quòd nō est deierandū, neq; idololatrandū, & quòd debemus à Deo petere oīa bona corporis & animæ,& huiusmodi,licet nesciant pater noster. ¶ Tertiū. Quilibet etiā specialiter tenetur habere scientiam præceptorū & prohibitionum spectantiū ad se ratione officij aut status,vel alio modo:de quo vide Pan.in c.cùm in cunctis.& in c.qualiter.de elec. ¶ Quartum. Prælatus quoq; debet habere scientiā rerū temporalium:quia subditis debet etiam carnalia subsidia ministrare.di.xxx.per totum.sed si literaturam saltem cōpetentem non habeat,remoueri potest à beneficio.de ætat.& quali.quanuis. de renun.nisi de elect. cùm nobis olim.Si verò non habet notitiā temporalium,repellitur quidem ab obtinendo beneficio:nō tamen deijcitur ab obtento:sed datur ei coadiutor.vij.q.j.quia frater.de.ele. cùm in cunctis. ¶ Quintum. Si duo eligātur ad eundem episcopatum,Theologus scilicet & Canonista,exteris paribus, dicit Pan.quòd secundum Host.in c.j.de consan. præferendus est Canonista,si in loco versatur magis causarū ventilatio.Si aūt ibi pullulant hæreses,vel locus est vicinus hæreticis,præferendus est Theologus:mistus tamen est præferendus vtriq;.Sed limita nisi haberet de quolibet aliquid, & de toto,id est,de perfecto nihil. ¶ Sextū. Dicit etiā non esse necesse episcopum esse magistrū canonū, sed sufficit si habeat scientiam cōpetentem quæ toleratur in prælato, licet eminens desideretur,de præb.c.pen.& de elec.cùm nobis.Scientia autem competens illa est,quæ est necessaria ad executionem cuiuscunq; ordinis. ¶ Septimum. Secundum S.Tho.in quoli.simpliciter melius est docere sacram scripturā bono fine,quàm impendere particularem curam saluti huius vel illius:quia Doctor est quasi architectus.in casu tamen necessitatis est contra.Vide de hoc in Aur.10.q.50. ¶ Octauum.

Ex scientia tenetur quis quando non reuelauit delictum aduersus eum cui sciens erat subiectus:vt in l.ij.& quod no. ibi gl.ff.ad l.Pompe.de parrici.sicut si filius non reuelauit crimen cōmittendum aduersus patrem,licet aliter non parricidi paueritin delicto:vt in dd.ij.& in l.vtrum.ff.eod.& idem de subdito respectu principis aut propriæ ciuitatis,vt in l. quisquis.C.ad l.Iul.maie.& idem in clerico respectu episcopi & sacerdotis parochialis,cùm sint parentes spirituales.secus de non subdito:quia ex sola scientia nō tenet, nisi sit particeps delicti,secundū gl.in l.culpa caret.ff.de re.iu.Sed hæc procedunt,vt dicit Pan.in c.j.de resti.spo. si maleficium sit sequutum:alioquin videtur speciale in crimine læsæ maiestatis.

De Schismate & Schismaticis.

1 *Schisma quid,& an differat ab hæresi,& qđ sit grauius.n.2.*
3 *Schismatici & hæretici an habeant aliquam potestatem spiritualem.*
4 *Schismatici quomodo puniatur.*
5 *Excommunicati an sint schismatici,& eis participantes.*
6 *Schismatici redeuntes qualiter sit recipiendi.*
7 *Papa duo electi an sint ambo schismatici.*

SCHISMA,secundum Isido.in libr.Etymol.& xxiiij.q.j. schisma,à scissura animorum,quæ vnitati opponitur, dictum est.Vnde secundum Sanc.Tho.ij.ij.q.xxxix.peccatum schismatis est quod directè & per se opponitur vnitati quam charitas facit:quæ vnitas,quia duplex est,vt ibi dicitur, scilicet personæ ad personam,& totius ecclesiæ, quæ est vnitas principalis,ad quam alia ordinatur sicut compositio membrorum ad cōpositionem totius corporis. ideo schisma propriè tripliciter sumitur. Primò in genere. & sic loquitur S. Tho.in prædictis verbis dicens quòd est peccatum directè & per se oppositum vnitati.Host.& Gof.& Rayn. dicentes quòd est dissensio eorum,inter quos vnitas esse debet. Et secundò in specie vt opponitur vnitati minus principali: & sic est dissensio horum vel illorum,puta Petri & Ioannis,inter quos debet vnitas esse.Et tertiò in specie vt opponitur vnitati principali,id est,totius ecclesiæ:& sic secūdū mentem S. Tho.ibi est pctm quo quis se propria sponte separat ab vnitate ecclesiæ:quæ quia in duobus attenditur,vt dicit,scilicet in cōnexione vel cōiectione membrorum adinuicem:& in ordine omnium membrorū ad vnū caput,id est,Christū, cuius vicem summus pontifex gerit: ideo secundū mentem eius schisma est,quo quis summo pōtifici subesse renuit cum quadam rebellione.intellige inquantum est summus pontifex,& membris ei subiectis. intellige inquantū ei subiecta sunt cōicare recusat & schismatici,inquit,sunt qui subesse renuunt summo pontifici & membris ecclesiæ ei subiectis cōmunicare recusant. De hoc schismate propriè intendimus. quod S.Tho.dicit schisma propriè,id est,principaliter. ¶ Sed pro notitia diffinitionis nota quòd notanter dixit primò S. Tho.directè & per se:quia,inquit,sicut in naturalibus quod est per accidens,speciem nō constituit:ita nec in moralibus, in quibus quod est intentum,est per se:quod autem sequitur præter intentionem,est quasi per accidens:ideoq; peccatum schismatis propriè est,id est,speciale peccatum ex eo quòd intendit quis se ab vnitate separare,quam charitas facit. Vnde diuisio hominis à Deo per peccatum non est schisma per se loquendo:quia non est intenta. ¶ Notanter etiam dixit secundò cum rebellione:quia,inquit,nō obedire præceptis cū rebellione quadā cōstituit schismatis rationem.dico autem cum rebellione:cum etiam pertinaciter præcepta contemnit,& iudicium eius subire recusat.quod non quilibet peccatorum facit.Hæc ex illo. Notanter etiam dixit inquantum

est

Universidad de Deusto
Biblioteca

est summus pontifex,id est,non recognoscendo eum , vt caput ecclesiæ:secus inquārum singularis personaficur siquis indigneturcontra eū ex particulari facto: quia nō est ichismatis homo homini,vel ciuitas ciuitati ex alia causa non cōmunicat:puta ratione offensæ:sed solùm si hac ratione:quia subest papæ. vnde nullum membrum recusat alteri membro cōmunicare per schisma,nisi prius recuset subesse summo pōtifici.Et ideo Arc.in iij.par.tit.xiij.dicit quòd schismatici iunt omnes resistentes papæ,non quocunq; modo : sed per spontaneam intentionem ac manifestam rebellionem& eius iudicialis sententiæ recusationem, non recognoscendo ipsum vt caput ecclesiæ.Sed qui propter temporale cōmodum cōsequendū vel periculum vitandū resistit præceptis papæ,nō est schismaticus,licet graviter peccet. Hæc ex illo.Ex quibus omnibus collige quòd propriè schismaticus est , qui recusat obedire & subijci papæ inquantum papa:siue ex hoc quòd nō vult eū recognoscere vt caput ecclesiæ,id est,vicarium capitis.Sed secundū mentem Pan.extra eo.in ru.schisma ticus propriè,quem ipse dicit strictissimè,est duplex: quia si tales constituūt aliā ecclesiā,omnino se diuidēdo a Romana vt Græci,sunt hæretici.& sic intelligitur c.inter schisma.xxiij. q.iij.quòd schisma non est sine hæresi.Si verò nō constituūt aliam ecclesiam,sed credūt Romanam esse apud se:vt cùm plures contendunt de papatu:isti sunt schismatici,nō hæretici.Aliquando tamen schisma dicitur largè,vt cùm electo episco sedes episcopalis occupatur.Et largissimè,vt quoties, mortaliter peccatur:vt no.Inno.eo.tit.&sequitur Pan.in ru.

¶ Primò aute quæritur,†vtrum schisma differat ab hæresi? Et dico quòd differunt primò secundum S.Tho.vbi 3. secundum,ea,quibus per te & directè opponuntur:quia hæresis fidei,& schisma vnitati charitatis opponitur.Et secundò sicut species & genus:quia,vt ibi dicitur,omnis hæreticus est schismaticus,non econtrario:sic omnis carens fide caret charitate,non econtrario.¶ Tertiò,quia schisma est via ad hæresim sicut amissio charitatis ad amissionem fidei,vt ibi patet:quia schisma in fine fingit hæresim,vt rectè ab ecclesia recessisse videatur.xxiiij.q.iij.inter hæresim.Pro his no.secundū Hosti.quòd schismatici recognoscentes Romanam ecclesiam non sunt hæretici:vt duo,qui contendunt se esse Romanos pōtifices:secus si quis eorum crederet ecclesiam posse duos simul habere pontifices,quia crederet duas ecclesias . ¶ Secundò quæritur,†quod prædictorum sit grauius? Et dicit S. Tho.quòd hæresis simpliciter,quia est contra Deum in se, vt est prima veritas:schisma autem contra ecclesiasticam vnitatem,quæ est quid minus quàm ipse Deus.Ex circunstantia tamen aliquis schismaticus grauius potest peccare quàm infidelis,propter maiorem contemptum,vel periculum,vel huiusmodi.¶ Tertiò quæritur,†vtrum schismatici vel hæretici habeant aliquam potestatem spiritualem? Et dico ex S. Tho.vbi 3.& alijs Doctoribus concorditer quòd cùm sit duplex,scilicet sacramentalis,id est,collata per aliquam consecrationem : & iurisdictionalis,id est,collata ex simplicis hominis iniunctione,primam habent quantum ad essentiam quandiu viuunt.Vnde si redeunt,non reconseerantur.& si vtuntur ea,habent effectum in sacramentalibus : quia in his homo non operatur nisi vt instrumentum Dei : sed tamen eius vsu sunt priuati,nec licitè vtuntur . secundam verò quæ non immobiliter adhæret vt prima,non habent isti:vnde nec absoluere nec excommunicare possunt,nec indulgētias facere,vel huiusmodi:& si fecerint,nihil actum est.vij.q.j. Nouatianus. Priuati sunt etiam schismatici & hæretici, secundum Arch.potestate administrationis temporalium, etiam in dignitatibus constituti:imò etiam &possessionibus suis distinviij.quo iure.xxiij.q.vij.per totum.¶ †Quartò quæritur,quo modo schismatici puniantur?Et dico,secundum Ray.quòd à Deo leguntur puniti multipliciter:vt Num.xvj.Dathan,& Abirom.& iij.Reg.xij.& xiij.decem cribus.ab homine verò siue à iudice per excommunicationemvel depositionem.xxiij.di.in nomine domini.extra eo.c.ij.& pecunialiter.ar.xxiij. q.vij.quod autem.& si necesse est etiam manu militari,id est armata.xvij.di.nec licuit.xj.q.j.primus . At de his etiam S. Tho.vbi 3.à iure verò vt §.seq. ¶ Quintò quæritur,†vtrum excommunicati sint omnes schismatici & eis participantes in aliquo?Et dico multa.¶ Primum.Secundum Pan.in rub. extra,eod.tit.schismatici cùm hæreticis sunt excommunicati per c.excommunicamus.de hære.sine shæresi verò non sunt excommunicati vigore c.j.eo.tit.sed vigore c.licet. de elec. vbi dicitur quòd gerens se pro papa cum omnibus sibi adhærentibus excommunicationis sententiæ subiaceant:&sic sunt excommunitati ipso iure.Quod tamen limitat vbi probabilis error vel ignorantia non excusat.vbi verò quæstio esset dubia,maximè si consisteret in facto intricato & longo:tunc putarem omnes euitare excommunicationem & peccatum.l.regula.& l.ij.ff.de iu.& fac.igno. & in capostolicæ. de cle.excom.mi & in c.vt animarum.de consti.libr.vj.dum tamen in voluntate habeant semper adhærere vero papæ, quando per ecclesiam vel alio modo de veritate constaret. Ego autem dico cum Arc.quòd etiam excommunicati sunt per c.nulli.di.xix.vbi secundum Hug.Inno.& Io.And.est excommunicatus quicunque contumaciter asserit Romanam ecclesiam non esse caput ecclesiarum,aut non posse condere canones,aut ei tanquam capiti non esse obediendum.Cū autem loquatur illo canon de canonum contemptoribus & transgressoribus,habet locum in contemptore & transgressore prædicto modo,qui est schismaticus: & canon est latæ sententiæ secundum prædictos.quod intelligo notari inter bo,iam damnatus:non autem in eo qui ea non seruat, licet dicat ea esse seruanda:quia iste non est schismaticus:sed respectu huius est canon sententiæ ferendæ,secundum Hugo. quod intellige si contumaciter operatur.¶ Secundum: Quātum ad participantes cùm schismaticis ponitur alia excommunicatio in c.j.de ele.tamen non est papalis. quam secundum Pan.ibi,quis in tribus casibus incurrit . Prima quando quis emit vel aliter acquirit rē ecclesiasticā à schismatico.Et sic nota casum in quo emens rem ecclesiasticam est ipso facto excommunicatus:aliās autem regulariter etiam occupans rem ecclesiasticam non est excommunicatus,sed excōmunicandus:vt in c.conquestus.de so.com.Secundò quando quis ecclesiasticum tenet beneficiū à schismatico. Tertiò qñ quis instituitur ordinationi factæ per eum . quod intellige ut ordinatione quo ad executiones,secundum glo.& Pan.ibi: quia ordo bene confertur,si forma seruetur,sed non executio,si à tali scienter suscipiatur.Siverò ignoranter,secundum Innoc.confertur etiam exequutio. quod Hosti.dicit verum quandiu est occultus:sed postquam fuerit patefactus,requiritur dispensatio:& hoc est tutius. Et cum tali,secundum Pan. in c.si.eod.tit.in epiſcopatu dispensabit solus papa. de elect. quia diligentia.& multò magis si dignitas sit empta.de consue cùm venerabili.In alijsverò ordinibus distinguet: quia si recepit scienter vel ex ignorantia crassa aut supina,solus papa:si verò ex ignorantia probabili,dispensare potest episcopus:vt in simili dicitur c.j.& ij.de ord . ab epi. qui re.nō tñ is qui eū ordinauit,quamvis postea redierit ad vnitatem:vt no. gl.in d.c.si.¶ Sextò quæritur,†quomodo reuertentes à schismate sunt recipiendi.?Et dico quòd debēt abiurare schisma, & satisfacere ad mandatum ecclesiæ : & recipi cum manus impo-

impositione,id est,ecclesiæ potestate,per quam debent,absoluti à peccato schismatis & pœnis cōsequētibus vt accipiat Spiritum sanctū,qui extra ecclesiam nō est nec dari pōt xxiij.q.j.dicimus.&c.pudeda.&c.schisma.Et si quis recōcilians dicat secū circa ordines dispensatū probare debet:extra eod.c.si ¶ †Septimò quæritur,quid faciendum sit quando se duo vel plures gerunt vt summi Pontifices ? Et dico quòd si constat,& communiter tenetur,scilicet probabiliter nullum eorum canonicè electum,quilibet eorum est schismaticus & excommunicatus,cum his,qui scienter sequuntur eos. de elec.licet.Si verò constat vnum canonicè electum,alium verò non,qui nō est canonicè electus cum sequentibus scienter,est excommunicatus, vt supra:si verò dubitatur quis sit canonicè electus ignorantia facti excusat ignorantia verò iuris ciuilis aut canonici,ad quod scilicet spectat huius materiæ discussio,vt dicit glo.j.q.iiij. §.notandum.& si non excusset cum est tale ius quod quis de facili scire potest per se vel per alium dumtamen habeat copiam peritorum.vt ff.de aur.& fac.igno.per totum.& distin.xxxviij.si in laicis.excusat tamen si est tale,quod quis nec per se,nec per alios scire potest,cùm peritissimos fallat & diuersi contraria sentiant. ar. dist.xxvij. §.vltimo.cum glossa.Vide pulchra in Archid.ij. parte,titulo iij.capitulo xj.

De Scrupulis & Scrupulosis.

1 *Scrupulus quid & vnde causetur scrupulositas.*
2 *Scrupulorum qui sint effectus.*
3 *Scrupulosis quæ sint seruanda regulæ,vt desperent.& nu.seq.*

SCRVPVLVS,vt etiam dictum est suprà in verbo,Opinio,& secundum Alberti in libro de qua. coe,est motio animæ partium contradictionis ex leuibus & multùm debilibus coniecturis,quæ etiā dicitur suspicio & pusillanimitas spiritus.Scrupulosus autē vel rectius grupulosus est,qui agitatur scrupulis. & est duplex:quidā enim est scrupulosus in recognoscendis peccatis præteritis,& timoratus in vitandis futuris:& iste communiter bene finit. Quidam verò est scrupulosus in recognoscendis præteritis, & in cauendis futuris negligens & effrænatus:& iste videtur æternæ damnationi propinquus. ¶ † Primò verò quæritur , vnde causetur scrupulositas? Et dico quòd causatur primò ex cōplexione melancholica.secundò ex materia grossitudine, quæ secundum Gale.& Auicen. est infectio anterioriscellulæ capitis cum diminutione imaginatiuæ.Tertiò ex melēcholica ægritudine , quæ secundū eoldē est infectio mediæ cellulæ capitis cū diminutione rationis. quartò ex debilitate,pura propter nimias vigilias & absti nentias. quintò ex societate scrupulosorum.sextò ex diabolica tentatione.De quibus omnibus diffusè agit Arch.prima parte titulo iij.capite x. ¶ † Secundò quæritur, qui sint effectus scrupulositatis? Et dico quòd omnes reducūtur ad tres,de quibus ait Ber.Pusillanimitas parat perturbationē,perturbatio desperationem , desperatio verò interimit. ¶ † Tertiò,quæritur quæ sint regulæ obseruandæ à scrupulosis ne desperēt? Et dico quòd vltra regulam generalē, quæ est remotio aut mitigatio causæ per medecinas & moderatas recreationes, habent etiam aliæ propriæ:quæ sunt septem traditæ per diuinam sapientiam Prouerbiorum ij.de quibus Arch.vbi suprà. ¶ Prima est.vt homo se præparet ad gratiam Dei, dolendo de præterito,& volendo cauere de futuro:quia Deus facienti quod in se est infallibiliter dat dona Spiritus sancti. ¶ Secūda est solicita sacræ Scripturæ indagatio. ¶ Tertia est continua deuotæ orationis,quæ est optimum remedium , sed scrupulosi parum vtuntur,& malè. ¶ Quarta est obedientia non solùm ad prælatos,sed etiam ad sapientes formando conscientiam super dictis eorum, sicut in ordine Prædicatorum frater mortuus appareus scrupuloso,& de suis scrupulis scisciranti dixit:Consule discretos, & acquiesce illis.tuti liter & discipulus beati Bern. non valens propter scrupulos celebrare credidit ei dicenti,Vade,in fide mea celebres : & omnino liberatus est.Et si dicat scrupulosus , Da mihi Bernardum in prelatū,& credam ei:dicit Cancellarius eum fallit,quia non est obediēdum prælato vt homini,sed vt deo cuius vices quilibet prælatus gerit:nisi contra Deum præcipiat scilicet apertè. ¶ Quinta est facere celebrò cōtra scrupulos ex aliorum iudicio,secundum dictum Cancellarium:vt ex cōsuetudine homo fiat robustior:imò dico quòd hoc potest facere tuta conscientia ex cōsilio proprio quando habet probabilem rationem quòd sic posit facere:maximè si sit doctus:quia in moralibus non possumus habere demonstrationem. ¶ Sed circa hoc remedium,quod citra orationem meo iudicio est optimum.si diabolus scrupulosos impugnat latēter obijciendo:primò quia in dubijs via tutior est eligēda.de spou.iuuenis.Sed dico secundum Doct. hoc esse consilium, non præceptum:aliās quibibet deberet relicto seculo ingredi religionem, quòd est tutius : vnde sufficit eligere tutam maximè scrupulosis,qui sunt desperationi propinqui.Secundò obijcit,quia amans periculū,iccircò incedendo per viam laxiorem,incidit.in illud.Sed dico quòd hoc intelligitur de eo qui existens in dubio,ita quòd non pendet ad vnam partem magis quàm ad aliam operatur:secus de eo qui probabiliter credit secundum iudicium rationis sic esse faciendum,licet ex alia parte ratione timoris habeat scrupulum. & leuiter suspiceturquia talis nō peccat,etiam si esset falsa opinio quam sequitur,secundū Archi.nisi esset contra manifestam determinationem scripturæ vel ecclesiæ.Tertiò objicit,quia bonarum mentium est ibi culpam agnoscere , vbi culpa non est,secundum Greg.dist. 50.Sed dico quòd glos. dicit agnoscere,id est,timere,& non per assensum firmū determinare:imò dico quòd hoc est bonarum mentium proprium:sed non inquantum sunt bonæ moraliter : sed inquārum sunt naturaliter malæ ex defectu rationis non potentis iudicare verum propter complexionem melancholicam vel alias causas scrupulositatis.Quartò objcit : quia si esses,inquit,in articulo mortis,nō velles sic mori.Sed dico quòd in illo articulo multa faceret hō quæ nō essent necessaria: nec expediret facere in tota vita:quia cogeret infatuari aut desperare.¶ Sexta regula est vti virtute epikeiæ , de qua 3. Aequitas.interpretando discretè præcepta non solùm humana sed etiā diuina,maximè affirmatiua:quæ interpretatio licet in foro cōtentioso ad eum spectet,ad quem & editio legis:tamen secundum Arch.in foro conscientię pertinet ad quemliber pro facto suo.de quo vide §.sequen.Septimum est eligere opinionem magis faciētem ad propositum proprium, de quo infrà.§.v. ¶ † Quartò quæritur,quibus regulis vtendum sit in epikeizando diuina & humana præcepta ? Et dico septem cōclusiones. ¶ Prima Cæteris paribus inter sententiam benignā & duram circa præcepta potius benigna interpretatio facienda est,secundū 10.de Am.Verue.c.& Archi.Et ratio est quia præcepta Dei & ecclesię nō sunt ad tollendum spiritualem dulcedinem,quam auferet interpretatio scrupulosa.¶ Secunda.Nec Deus nec ecclesia intendit obligare ad vix possibile alicui, secundum 10. de Amb.quia est impossibile ad quod scilicet nemo potest obligari,secūdum regulā iuris in sexto.sicut in humana ita & in diuina lege interpretāda est per epikeiā: vt illud esse impossibile dicatur quodvix est possibile:vt puta nimiā habēs difficultatē:alioquin non esset verū illud,Onus meū leue.Matth.xj.nec Deus

esset

Universidad de Deusto
Biblioteca

esset homine benignior,sed durior:quod etiam dictu est ne fas. Vide suprà Potestia.¶ Tertia.Nec Deus nec ecclesia intendit obligare ad hoc vt quis appareat fatuus & ridiculo sit secundum dom. Ioan.id est,horum præcepta non obligant loco & tempore,quibus eorum obseruantia esset ridiculosa, saltem apud viros discretos & bonos: vt patet à simili de voto diuino præcepto reddendis:quæ tamen si sint fatua, non ligant.& facit glos.Inno.in cap.nouerint.de sentent.excom. & idem Arch.¶ Quarta.In dubijs vita bonorum sumi debet in exemplum & regulam,qui præsumuntur secundum virtutem epikeiæ habere rectum iudicium,sicut habent bonũ affectum.¶ Quinta.In his quę ideo sunt mala quia prohibita, vt communiter positiua præcepta,excusat consuetudo præscripta:quia tollit legem,& est legum interpres,sicut & epikeia,vt dictum est::imò hac ratione dico quòd excusat, etiã si non sit præscripta,modò sit rationabilis,& scienter tolerata à legislatore non reclamante cùm possit.¶ Sexta est Pet. de Pal.in iij.& do.Io.& Arch.quòd homo vbi nõ peccat mortaliter,nunquam incurrit sententiam excõmunicationis à iure,quæ scilicet est iusta:quia secundum san.Tho.in quarto, nullus debet per excõmunicationem eijci de ecclesia, nisi pro mortali verò vel præsumpto:quia est maxima pœna.Sed tamen aduerte quòd mortale est trangressio eius quod sub excommunicationis pœna mãdatur ab homine, licet aliàs nõ esset peccatũ:tamẽ lex nõ prohibet aut mandat sub pœna excommunicationis,nisi ad id quod homo sub mortali tenetur aut vitare aut facere.secus de homine.¶ Septima est Io.prædicti & Arch.q in quolibet casu prætermittẽs facere quod lex imponit,excusari potest à peccato,si hoc facit pervirtutẽ epikeie sine contẽptu rationis alicuius periculi considerati.

5 ¶† Quintò quæritur, quomodo se debeat habere scrupulosus in eligenda opinione vbi Doct.variãt:Et dico secundum Arc.quòd tuta conscientia potest quis eligere vnã opinionẽ, & secundũ eam operari,si habeat notabiles Doctores,& nõ sit expressè cõtra determinationem scripturæ vel ecclesiæ, nec sit scandalum,nec conscientia perplexa. præcipuè si quis adhibuit diligẽtiã in quærẽdo an liceat. Vnde etiã Vlde. dicit in Sum.quòd consulẽs peritiores in dubio,de quo non habet expressam authoritatẽ vtrũ ita sit,modò formet sibi cõscientiam bonã,excusatur,etiã si sequatur consiliũ falsum:quia fecit quod potuit.Vide de hoc Archi. vbi suprà, & suprà,Opi-
6 nio,per totũ.¶† Sextò quæritur quomodo se debeat habere in formando cõscientiã? Et dico quòd Host.in cap.per vtras.el ij.de simonia.vbi patet quòd auditũ ab alijs quis credere nõ debet. dicit quinq; pulchra.¶ Primũ. Ex varijs dictis in alterius præiudicium non est conscientia informanda.¶ Secundum . Si formata sit taliter ,ad consilium prælati deponenda est.¶ Tertium.Si deponi non potest , omnibus modis sequenda est.¶ Quartum.Virtus animi de scrupulosa cõscientia potest facere bonam,& in melius informare,& debilitas animi est etiam nimia simplicitas.¶ Quintum . In indifferentibus potest quisque vt sibi placet conscientiam informare.

SCVRRILITAS quid sit,vide ij.ij.q.cxlviij.artic. vj.& dic quòd est iocularitas quędã ex defectu rationis nõ valentis cohibere gestus exteriores:& pertinet ad verba ratione inhonestatis : multiloquium verò ratione superfluitatis. Et procedit ex actu gulæ,non autem ex actu,sed ex voluntate luxuriæ:deq; ad vtrumq; pertinet. Quomodo autem sit peccatum,quisque cognoscet ex dictis de gula & luxuria.

SECRETVM quando sit reuelandum,vide suprà Cõfessio non sacramentalis,& Confessio vltimo.§.vlt.& Familia.& infrà Testis.§.viij.& vltra prædicta dico multa.¶ Primum.Cùm aliquod est quidem secretum,sed tamen non est acceptum sub secreto,si vergeret in nocumentum alicuius iniustum.non est peccatum illud reuelare, modo tamẽ debito quantũ fieri potest sine scandalo,arg.xxiij.quæst.v.ostẽdit.& dist lxxxiij.per totum. exemplo Culi.ij. Regum xvij.¶ Secundum.Si quid est alicui datum sub sigillo secreti sive confessionis,extra confessionem tamen, vel sub iuramento non reuelandi:si illud sine vrgenti & rationabili causa reuelet,est peccatum mortale & contra ius naturale, secundum Archi.sed ex causa rationabili & vrgente,vt si imminet notabile nocumentum corporale vel spirituale Reipublicæ vel particulari personæ: vt cùm aliquis quæritur vt occidatur: debet manifestare non obstante quacunq; promissione vel iuramento:quia,vt dicit regula iuris in sexto,nõ est obligatorium contra bonos mores præstitum iuramentum:nec tenetur in hoc seruare ordinem fraternæ correctionis, secundum Sanct. Thom secunda secundæ, quæst. lxxxix nisi certus esset de emẽdatione per secretam monitionẽ. vide d.§. vlt.¶ Tertium.Si ciuis alicuius ciuitatis & fidelis iuratus alicuius principis,puta consiliarius, scit machinationem ciuitatis contra talem principem,& ecõtrario,dicit Io.de Neap. in quolibeto x potest contingere multis modis.Si enim vtraque machinatio est iusta,neutram reuelabit:quia talis reuelatio cum sit contraria bono, est mala:nec ex aliquo iuramento obligatur quis ad aliquid illicitum. Si verò vtraque sit iniusta,vtranq; reuelabit:quia quilibet debet impedire iniustum malum ab eo quem debet diligere.Cui autem primo debeat reuelare,dicẽdum est quòd ciuitati , si Princeps illi soli præsit:quia magis debet diligere ciuitatem : cùm princeps non diligatur magis quàm alia persona : nisi quia gerit personam ciuitatis:& propter quod vnumquodque , & illud magis est.Si verò præsit non solùm tali ciuitati, sed toti regno vel regioni,in qua est talis ciuitas, primo reuelabit Principi:quia magis debet eum diligere, cum bonum eius sit cõmunis,vtpote totius regni. Si verò altera tantùm esset iusta, patet quid faciẽdum. Si verò dubitatur de iustitia alicuius, præsumẽdum est quòd sit iusta : sicut de exteriori bello dictum est,quòd bonitatẽ vel malitiã habet ab actu interiori.

De Seditione.

1 *Seditio quid,& an sit peccatum mortale.*
2 *Seditio contra tyrannum an sit peccatum.& num.4.*
3 *Seditio inter ciues an sit crimen læsæ maiestatis.*

SEDITIO, quasi seorsum , vel secus ductio,secundum glossam secũdæ Corinthiorũ duodecimo , est tumultus ad pugnam:intellige vnius partis alicuius multitudinis contra aliã secundũ san.Tho.ij.ij.q.xlij.vt cùm vna pars ciuitatis excitatur contra aliã.vbi dicit quòd cõuenit cum schismate rixa & bello in hoc,quòd importat quandam cõtradictionẽ sicut illa.differe autem à schismate oppositio vnitati spirituali,id est,multitudinis ecclesiasticæ: quia opponitur vnitati temporali seu seculari.id est,multitudinis ciuitatis,& a bello:quia illud propriè est cõtra extraneos hostes , quasi multitudinis ad multitudinẽ:& à rixa,quæ est vnius ad vnũ , aut paucorũ ad paucorum quia est inter partes vnius multitudinis:puta cùm vna pars ciuitatis excitatur in tumultũ cõtra aliam:rixa quia bellum & rixa important impugnationẽ in actu:seditio autẽ dici põt,siue si huiusmodi impugnatio sit in actu , siue etiã sint præparatio ad impugnationẽ.¶† Primò autẽ quæritur,vtrũ sit peccatũ mortale? Et dico quòd est peccatũ speciale:qa opponitur speciali bono, id est , vnitati multitudinis:& ex suo genere mortale:vt patet ij.Corin.xij.& ij.ij.vbi ã.& hoc in procurantibus seditionem,& sequentibus eos.Sed de & in tenentibus partialitates, paratis iuuare per fas & nefas:quia est contra bonum commune,& tenẽtur de omni damno inde sequuto : non tamen sunt seditiosi qui bonum commune defendunt contra seditiosos : sicut nec qui se defendunt contra inuasores,sunt rixosi. ¶† Secundò quæritur, vtrum seditio facta contra regimen tyranni,cùm sit seditio ppriè, vel talis perturbatio sit peccatum? Et dicit S.Th.vbi supra quòd non:quia tale regimen non ordinatur ad bonum cõmune,sed ad priuatum regentis : vt patet iij.Pol.vnde talis perturbatio nõ habet propriè rationem seditionis:nisi forte tic inordinatè fiat quòd multitudo maius detrimentũ cõsequatur ex perturbatione quàm ex tyranni regimine : magis erit tyrannus seditiosus est,qui in subiecto sibi populo discordias & seditiões nutrit vt tutius dominetur.Hæc ex illo.Vñ laudo dignus est,qui multitudinem liberat à tyrãnica potestate.Vide ẽ. Tyrannus.¶† Tertiò quæritur , an committat crimen læsæ maiestatis pars impugnans partem in ciuitate, vbi sunt partialitates:vt sic publicentur bona & veniant aliæ pœnæ.l.quisquis.C.ad l.Iul.maie.Et dicit Sali.in l.fallaciter. C.de aboli.quòd sic,si fiat vt eruatur ciuitas de subiectiõe pape vel imperij.Si autem fiat ad deponendum regentes , est crimen seditionis.quod licet sit capitale naturaliter vel ciuiter secundum conditionem personarum:vt not.in l.j.C.de sedit.tamen non infligit omnes pœnas pro crimine læsæ maiestatis impositas:nisi fieret in vibe Romana:vt voluit gl.in l.ff.ad l.Iul.maie.Et per hanc distinctionem concor.gl.quę videntur contrariæ.¶† Quarcò quæritur, vtrum faciens seditionem vel proditionem contra tyrãnum incurrat pœnã læsæ maiestatis? Et dicit Sum.Ro.quòd sic,si superiore non recognoscit:quia de eo vt de principe est iudicãdũ.Sed contrarium tenuit Sum.Ang.quæ dicit talem esse laudãdum.de quo ff.§.ij.imò& ipsamet Rof.hic §.x.tenens id quod ff.dictũ ad ex Arch.in verbo,proditio.de procurante quòd castrum traderetur ad dominium verum: esset autem verum si non recognoscit superiorem,& habet iustum dominium : vt rex Franciæ vel Hispaniæ & huiusmodi.Si verò habens iustum dominium recognoscit superiorem,vt quia est vicarius imperij:tunc licet habeat locum crimen læsæ maiestatis,vt d.l. sed tamen extenditur pœna incapacitatis ad filios secundum Bal.in d.l.quisquis.¶ Adde ex d.l.quisquis. quòd tractãs vel tractans proditionem vel tractatũ cõtra principem punitur infamia & publicatione bonorũ, & filij efficiuntur incapaces suæ hæreditatis & extraneorum & inhabiles ad honores:filiæ verò de bonis paternis nihil:de maternis autem solã legitimam de hæreditate capiunt:vxores dotes recuperãt:nuptiales autem lucra ad fiscũ veniũt:reuelator aũt proditiõis meretur à pœna,& præmiatur.¶ Incurrit etiam crimen læsæ maiestatis tractans de morte nõ solùm Principis,sed etiã virorũ illustriũ,qui consilijs & cõsistorio principis intersunt , vel etiam senatorũ vel cuiuslibet:postremò qui principi minatur. Et secundũ Bar.in extraua.ad reprimendum cõmittens crimen contra officialem principaliter exercentem iurisdictionem nomine principis incurrit hoc crimen,per dictã cõstitutionem,quæ loquitur de rebellantibus contra officiales principis.Et secundum glo.in l.præsenti. C. de his qui ad eccle.confug.si cogitatio est adeò nuda vt non transierit in aliquod conamen,non punitur:vt ff.de pœ.l.cogitationis.Si autem transiuit in conamen,sed non venerit ad effectum: die in grauioribus punitur,vt ibi.&d.l.quisquis.in minoribus satis oporteret sequi effectũ.ff.quod quisq;iur.l.j. & idem Bar. ibi.& sic intellige c.cogitatio.de pœn.dist.j.Secus dicit Sum. Rof.quo ad ecclesiã quæ ligat crimen omnino occultũ:sed oppositum ostẽsum est ẽ. Excõicatio.vij. excõmunicatiõe.ij.

De Sententia.

1 *Sententia quid.& quotuplex sit.*

2 *Sententia præcepti an impediat repetitionem.*
3 *Sententia interloquutoria quid.*
4 *Sententia definitiua quid,& qualiter proferatur.*
5 *Sententia qualem iuris ordinem requirat.*
6 *Sententiæ diuersæ si duo iudices proferant, quæ valeat.*
7 *Religio si an lœdatur sententijs suorũ prælatorũ extra locũ eorũ.*
8 *Sententia lata inter aliquos an liget alios.*
9 *Sententia an duret post mortẽ proferẽtis & extra territoriũ*
10 *Sententiæ quis sit effectus.*
11 *Sententiæ cognita iniustitia,an restituere teneatur ille cui adiudicatum est.*

SENTENTIA secundum S.Tho.in iij.di.xxiij.est determinata acceptio alterius partis contradictionis:vel, vt dicit in iij.di.xxxv.est applicatio iuris ad particulare factũ.led in primo loco loquitur de sententia in genere:in secundo verò de sententia iudicẽ.¶† Primò vero quæritur,quotuplex est sententia? Et dico quòd in genere est duplex. Quædam enim est sententia iuris,quãdo scilicet super aliquo est factũ statutum ab eo qui potest.quædã verò est sententia hominis:vt quãdo iudex iudicat inter partes,vel quãdo excõmunicat propter contumaciã,aut in odiũ alicuius mali tã cõmissi:vel etiã in odiũ cõmittentis peccatũ:vt in furto & huiusmodi,dũmodo non intendat facere per modũ pœnæ cõstitutionis:quia secundũ gl.siue sit generalis siue specialis dicitur esse à iudice.& cõcor.Alb.Sententia autem hominis secundũ Gof.& Tãc.est iudicialis diffinitio controuersijs finem imponens pronũciatiõe cõperentis iudicis, cõdemnationem cõtineus vel absolutionem.ff.de sen.& re iu.l.j.extra eo.c.ij. Ex quo patet quòd excõicatio & interdictũ dicũtur sententiæ impropriè,quia sententia finem imponit.xj.q.iij.summopere.& no.gl.ij.q.vj.biduũ.nõ aũt excõicatio,sed propriè est pœna.xj.q.iij.nemo.xxiiij.q.iij.corripiatur.de sen.exc.c.facto. & idem Ge.in c.vt animarũ.de cõsti.li.vj. Vnde in statutis nomine sententiæ nõ venit excõicatio. Est tamen aliquãdo interloquutoria:vt j.§.iij. Vnde sentẽtia hominis est multiplex. Et sic intellige gl.sum.ij.q.j.dicentem quòd sententia est triplex,scilicet præcepti,interloquutoria,& diffinitiua.de quibus in sequentibus.¶† Sedò quæritˉ, quid iuris de sententia præcepti? Et dicit gl.vbi ã.quòd sententia præcepti est cũ iudex sine causæ cognitione præcipit alicui vt soluat alij decem quæ petit.Et si ille soluat,& pecunia debita est,licet iudex præceperit iniustè,tñ nõ põt reperi pecunia . ff.quod metcau.l.vlt.¶† Tertiò quæritˉ,quid de interloquutoria? Et dico quòd interloquutoria sententia sedm Ray.est quæ nõ super principali,sed super alijs qõnibus profertˉ inter principiũ causæ & finem:vt de teste aliquo recipiendo,de dilatiõe dãda.de app.significãtibus.de testib.significauit.el j. Vel ideo sic dicitur,quia inter partes sine scripturæ solemnitate fertˉ. de sent. & re.iu.quod ad cõsultationem.co.ci.&.c.fi.lib.vj.& ij.q.j.in sum.debet tñ redigi in scriptis , licet nõ sit necesse quòd descriptio proferatur,secundũ Ray.& gl.eius: & extra de proba.qñ. Et est diffinitio semiplena & plena.ff.de arbi .l.qualem.vnde qui eã tulit,reuocare põt,etiã post decendiũ: siue sit iudex ordinarius.ff.de sen.& re iu.l.quod iussit. siue delegatus.de app.cũ cessante.etiã si fuerit appellatũ,secundũ cõter Doc.in d.c.cũ cessante.& hoc misi appellatiõi detulissetˉ: vt in c.cũ appellatiõibus.de appel.lib.vj.vel nisi pars fecisset expensas ad prosequendũ appellationem.ff.de cõdi.ob causa.l.si pecunia.si tamen vellet sibi de eis satisfacere , reuocare posset.de appe.interposita.§.illud deniq. Similiter dic de arbitrio iuris,à quo põt appellariˉ.d.l.qualem . Dicitˉ etiã glo.in auth.de hæred.& fal.§.illud.in ver.de extero . quòd omne-

præce

Universidad de Deusto
Biblioteca

pr̃ceptum factum per iudicem vel nuntium eius, dicitur sententia interloquutoria: & ideo sententia excommunicationis est sententia interlocutoria: cum omnis vox iudicis ad causam faciens ponit dici sententia. arg. glo. in authen. de litig. §. si omnem. & glo. ij. q. vj. §. diffinitiua. vnde per viam iudicialem fieri non potest die feriata. ¶ †Quartò quæritur, quid iuris de sententia diffinitiua? Et dico multa. ¶ Primum, Diffinitiua sententia est, qua principalis quæstio diffinitur. ff. de re iudi. l. j. & extra eo. c. ij. ¶ Secundũ Debet autem esse primò absolutoria vel condemnatoria. §. diffinitiua. ij. q. vj. C. de sen. & interlo. om. iudi. l. ij. & secũdò certa. ff. de sen. & re iu. l. in summa. Et tertiò pura. ff. quando ap. fit. l. j. §. biduũ. si vnus conditio sit intrinseca: puta, cõdemno reum si actor probauerit. tenet, vt in d. §. biduũ. & ibi gl. & Bart. in l. à diuo Pio. §. inuentionem. ff. de re iu. secus si esset extrinseca: vt, cõdẽno te si papa veuerit. Pro quo vide gl. & Bal. in l. cũ iudex C. de sen. & interlo. om. iu. Et quartò sup omnia debet esse iusta. Quintò præsentibus omnibus iudicibus: quia Bar. in l. duo ex tribus. ff. de re iu. dicit quòd vnus ex tribus vel pluribus iudicibus dixit opinionem suam in præsentia aliorũ nec potuit eos trahere ad opinionem suã, sed recessit nolens esse præsens in sententia: si alij postea sententiã ferãt, nulla est. quod Pan. in c. causam. de offi. dele. sequitur tanquãverius. Sed Inno. in c. Raynaldus. de testa. tenet cõtrariũ: quia idem est ac si præsens esset & cõtradiceret, quo casu valeret sententia pluriũ. de re iu. c. fi. & in d. j. duo. & hoc teneo cõtra Ro. quia quæ adducit Pan. nõ procedũt de eo qui tenuit esse præsens, sed de cõtempto: alioquin minor pars posset ad libitũ sine causa infringere authoritatem maioris. & hoc videtur determinari in c. ij. de arb. lib. vj. per tex. & gl. ¶ Tertiũ. Debet autem dari primò sedendo, nõ stãdo in pedibus: aliàs est nulla. c. & si sententia. §. fi. eo. tit. lib. vj. Et secũdò præsentibus partibus vel cõtumacibus citatis eã in scriptis recitãdo: aliàs dãdo eã solùm in scriptis sine recitatiõe est nulla. de sen. ex breui. rec. l. j. similiter si pronũciatur nõ in scriptis. C. de sent. ex breui. recit. l. vlt. & d. c. si sententia. quod tamen fallit in his casibus vt in par. se. q. Tertiò legente vel proferente sententiam illo qui eam dat: nisi sit episcopus vel alius illustris. d. c. si sententia. & C. de sen. ex breui. recit. l. ij. & ij. q. vj. anteriorum. §. illa. in fi. Quartò in loco publico & honesto. iij. q. iij. §. spatium. Et quintò de die, non in tenebris nec die quolibet, sed non feriato: non autem feriato, maximè festiuo & solenni: & sexto sine venalitate. ij. q. vj. §. diffinitiua. ¶ Hæc & multa alia requiruntur: quorum si deficerit aliquod, non valebit. pro quo vide Host. in Sum. eo. tit. & Dir. & Spe. Quartum. Valet tamen in multis casibus sine scripta, secundum Io. And. Primò quando causæ sunt breues, & maximè vilium personarum. C. de sent. ex breui. recit. auth. nisi. & possunt dici breues duorum aut eorum. ff. de dolo. l. adest. inspecta autem qualitate personarũ relinquit arbitrio iudicis. de of. dele. se causis. vel inspecta consuetudine loci aut fori. dist. xj. consuetudinis. Secundò cùm episcopus de causa ciuili iudicat inter clericos suos. x. q. j. si quis cum clerico. Tertiò cùm præles deposito officio conuenitur de administratione. in auth. vt iudi. sine quo. suffra. §. necessitatem. Quartò cùm papa per se pronũtiat: quia solutus est legibus. C. de legib. l. digna vox. Quintò, secundũ aliquos, si lata sit in causa matrimoniali. Adde sextò quando de partium consensa procedit, vt not. ij. q. j. in primis. per Archi. & Io. Et septimò in omnibus causis, in quibus procedit de plano sine strepitu & figura iudicij: vt in cle. sæpe. de ver. si. ¶ Quintum. Data autem sententia diffinitiua per eũdem iudicem nihil addi potest, aut minui, vel mutari, vel reuocari. d. l. qualẽ. & hoc nec à delegato: quia functus est officio suo de off. dele. in literis. nec ab ordinario, nisi sit contra ius constitutionis. de sen. & re iu. cùm inter. nisi per beneficium restitutionis. extra eod. cùm Bertoldus. Hoc tamen fallit in sententiis in quibus ordinarius potest. primò si nulla est vel annullãda propter errorem facti: quia retractare pot. xxxv. q. ix. §. j. secundum Io. C. quo. & quando iu. l. si præses. & l. si vt proponis. Secundò potest retractari in mulcta, quæ propter inopiã est remittenda. C. de mo. mul. l. fi. in fi. ff. de off. præsid. l. illicitas. §. fi. Tertiò in fructibus & expẽsis & aliis accessoriis consimilibus, in quibus eadem die suppleri pot, nõ tñ minui. Et sic intelligitur lex, Paulus respõdit. ff. de sen. & re iu. Et quartò si quis cõdemnatus absens veniat adhuc iudice stante pro tribunali. ff. de rest. in int. l. diuus. & d. c. cũ Bertoldus. §. postmodũ. Quintò ratiõe publicæ vtilitatis: tex. est ff. de decre. ab or. fa. l. quod semel. Sextò vbicunq; vertitur periculum animæ, & de errore fit fides. de sen. & re iu. inter certeras. de cõsue. c. fi. de præsc. c. qm̃. Princeps tamen pot semper qñ voluerit, reuocare, mutare. & corrigere, de rest. in integ. ex literis. ¶ †Quintò quæritur, vtrũ in omni sententia iuris ordo seruandus? Et dicit gl. ij. q. j. in sum. quòd duplex est ordo iuris: vnus scilicet de, substãtia iudiciorũ, vt scilicet quod post citationẽ habeat inducias, fiat litis cõtestatio, testes recipiantur: aliàs nõ tenet. d. §. diffinitiua. ij. q. vj. alius nõ de substantia: vt scilicet sententia nõ ferat sub cõditione: nec prorogetur de possessorio quã de proprietate iudicetur. quæ tñ si nõ seruetur, tenet. ij. q. vj. §. biduũ. Diffinitiua igitur si feratur contra ordinem substãtialem. nulla est ipso iure. d. §. diffinitiua. Intellige si inducias petant. xxviij. q. iij. vxor. Si verò contra aliã, tenet. d. §. biduum. ij. q. vj. Interloquutoria verò etiam rapta ordinem iuris. si tamen non seruetur, tenet quidem: tamen qui tulit, grauiter peccauit, & aliquando est suspendius vt in sententia excommunicationis, vt in c. j. de sen. ex. li. vi. ¶ †Sextò quæritur, quid si duo sint iudices, & proferant sententias diuersas? Et dico secundum Ray. & Hostien. quod si processerunt ex iuris dictione ordinaria, tenet illa quæ fit pro reo, nõ quæ pro actore, nisi in causa fauorabili si ea feratur puta matrimonio, dote, libertate, siue testamento. Si verò processerunt potestate delegata, vtraq; pendet ex arbitrio delegantis: si autem ex compromisso, neutra debet habere vigorem. extra de sen. & re iu. duobus. ¶ †Septimò quæritur, vtrũ religiosi ligentur sententijs suorum prælatorum extra locum eorum? Et dicit Imol. in cle. dolũ. de sepul. quòd non. & videtur sequi opinionem Lau. & Host. in c. cùm illorum. de sent. excom. Sed Card. in d. cle. dicit quòd hoc procedit quo ad iurisdictionem contentiosam: quia non potest quis sedem pontificalem habere in alieno territorio. de of. or. cùm episcopus. lib. vj. non autem quo ad voluntariam, & sententias, ad quas non prouidit in forma iudicij: sed verius est, secundum alios, quòd ligantur. de of. leg. nouit. ¶ †Octauò quæritur, vtrũ sententia lata inter aliquos alios liget vel alijs prosit? Et dico vna. ¶ Primũ. Secundũ Ray. nec sententia nec res inter alios acta vel iudicata præiudicat alijs regulariter. de fi. instr. inter alios. & extra eo. quamuis. & C. res inter alios. act. per tot. quod tamen fallit primò cùm causæ sunt cõnexæ. lxxxj. dist. rationis. ij. q. vj. hoc quippe. de accusa. ad petitionem. Secundò in causa filiationis. ff. de stat. ho. l. ingenuum. Tertiò in causa filiationis. ff. de liber. agno. l. j. Quartò quando quis sunt præsens, & tacet. ff. de liber. agno. l. j. Quintò in re la. in officio. debat causam agi. ff. de re iu. l. sæpe. Quintò in re la. in officio. si testamẽti. ff. eo. l. qñ Papinianus. Et sextò si actor vel delator primo loco pertineat ad aliquem, & ipse seiemer patiatur. sio primo loco pertineat ad aliquem, & ipse seiemer patiatur. tur sequentem experiri de re illa: quia intelligitur iuri suo renuntiare: vt si debitor passus sit experiri creditorem de proprietate pignoris, & succubuit: si debitor postea eiller. ne. obiiciat

obstabit ei res iudicata: vel etiam econuerso creditor passus sit debitorẽ agere. ff. de re iu. l. læpe. & extra eo. c. pe. vbi hæc non-in gl. ¶ Secundum. Nec res nec sententia inter alios acta secundũ Ray. alteri prodest regulariter. quod tamen fallit primò in querela inofficiosi testa. ff. de inof. testa. l. Papinianus. §. meminisse. secundò in re indiuisibili. tertiò in re cõi ei pupillo. quartò in re cõi cũ fisco. pro quibus vide gl. extra eo. c. pe. ¶ †Nouò quæritur, vtrũ sententia duret post mortem sententiatus, vel extendat extra territoriũ? Et dicit Pan. in c. à nobis. ei j. de sent. excõ. distinguendo. Nam si habet causam successiuam, siue est ad effectum producendum: puta interdicit alicui actum vel officium sui ratione si est lata cũ causæ cognitione, durat. l. j. C. de postu. sic intellige l. j. §. sed verbem. ff. de of. præfe. vbi præfectus licet sit temporalis, aliquem per pronũ priuat officio aduocationis. Si verò sine causæ cognitione lata sit, nõ durat. & sic loquitur l. fi. ff. de præ. Si vero est quo ad effectũ productũ, puta quia vinculũ iniecit tempore prælationis: licet durat etiã post mortem. Exemplũ in excõicatione vel publicatione bonorũ: quia nisi absoluatur, semper erit excommunicatus. de ma. & obe. c. vnico, lib. vj. facit c. pastoralis. §. j. de of. or. Quomodo autem extendatur extra territoriũ. ff. Pœna. xj. ¶ †Decimò quæritur, quis sit effectus sententiæ? Et dico quòd est multiplex, secundum Ray. ¶ Primus vt accipiatur pro veritate quantũ ad eos inter quos lata est, intellige postquã transiuit in rem iudicatã, scilicet quòd appellari nõ potest, id est, post decem dies. ff. de re iu. l. res iudicata. ¶ Secũdò vt in actionibus pſonalibus executiõi mãdetur post quatuor menses. de offi. dele. quærẽti. extra eo. quod absolutionẽ. In realibus verò cũ res certa petita est, puta domus, ager, & equus, domus, & huiusmodi, statim post decem dies cedit ius ad appellandũ, & hoc si res est in præsentia. Infra de offi. iudi. in prin. & idem in actionibus criminalibus, in quibus executio non est differenda. ij. q. j. sicut. Fallit tamen primò cũ Princeps ex vindicta seuerius fert sententiam: quia differtur ad minus per xxx. dies. xxj. q. iij. cũ apud. in fin. C. de pœnis. Tertiò cum sententia lata est in mulierem prægnantem: quia differtur vsq; ad partũ. l. prægnatis. ff. de re. Tertiò cũ quis est confessus de crimine, & deinde negat. de quo vide C. de cust. reo. l. ij. Quartò qñ capitalis sententia est lata in seruũ: quia differtur ad redditam rationem domini. C. de bo. profc. l. j. ¶ †Vndecimò quæritur, vtrũ sententia pro quo data est iniusta sententia, restituere teneat? quæ quid habuit cognita iniustitia? Et dicit Pan. in c. j. de concess. præb. quòd sic, si est declaratiua: quia talis sententia non auferet dominiũ: vt no. in l. Iulianus. de cõdi. inde. nec al acceleret iustum: vt no. Inn. in c. pleriq. de immu. ecc & dicit Host. ecclesiastica semper qñ iudex inter litigantes sententiat ad quem vel illũ pertinere siue dari debere. Si verò sit priuatura: puta cum quis priuatur beneficio ecclesiastico, & conceditur alteri, non tenetur restituere: quia ex quo nõ appellauit, vide quæ tenuit alles. & ideo cũ vacarẽt, potuit ibi procedi. Vide gl. in Sexto. de offi. iud. in fi. & per Cy. in l. j. C. comm. vtri. iud. & per Bal. in l. Pomponius. ff. de acqui. hæred. & per Io. Cal. in c. propo. de excess. præb. Quod limita primũ, nisi talis fuerit in ea ecclesiastica. & secũdò nisi in alijs beneficijs ecclesiasticis: quia in his animę tenetur vt no. Inno. in d. c. pleriq. nisi post sententiam tempore debito bona fide præscripserit. Vnde matrimonium contra Ang. tenuit Sum. Ros. in verbo. Restitutio. iij. §. post S. Item. indistincte quòd sententia illum defendit.

20 De Sepultura & iure sepulcri.

1 *Sepultura quotupliciter fuerit & vbi esse debeat locus eius.*
2 *Sepultura an vendi possit, vel præs aliquid exigi.*
3 *Sepulture iura quibus competant.*
4 *Fratris ius habentes an intrare possint processionaliter alium parochiam.*
5 *Sepulturam an quis eligere possit voto vel iuramento.*
6 *Sepulturam quis sibi eligere possit, & quis alteri mut.* 7.
8 *Sepeliri vbi debeat qui sepulturam non elegit.*
9 *Sepultura ecclesiastica quis priuetur, & de quibus dubitetur.* nu. 10.
11 *Sepelientes eum qui non debebat sepeliri qualiter puniantur.*
12 *Sepultura an impediatur ob debita.*
13 *Mortuos an liceat spoliare.*
14 *Sepulturæ expensas quis debeat.*
15 *Sepulturæ expensas an statutum laicorum possit limitare.*
16 *Sepultus indebite à mendicis ordinibus an possit ip. exhumare.*
17 *Leprosus an debeat sepeliri cum alijs.*

SEPVLTVRA colligendo mentem Gof. & aliorum doctorum sumitur tripliciter. ¶ Primò pro iure sepeliendi siue sepulcri. quod quidem ius Ray. est ius cõpetens ecclesiæ ad sepeliendũ aliquos in cœmeterio suo prouenientes ex pontificis assignatiõe. ar. xiij. q. j. ecclesias. ¶ Secũdò pro ipso officio quod impenditur corporibus funeratis. ¶ Tertiò pro loco, in quo aliquis est sepultus vel sepeliendus, siue sit terra siue area lapidea, siue aliud qui locus, si pontificali authoritate est sepulturę deputatus, religiosis est, etiam si nullus sit ibi sepultus. de sepul. abolendæ. xiij. q. ij. questa est. &. c. post quam. &. c. præcipiendũ. Si verò non est sic deputatus, secundum Canones non est religiosus, etiam si sit ibi aliquis sepultus: vt no. Inno. in d. c. abolendæ. & facit c. ad hæc. de reli. do. secundum leges tamen est religiosus, si sit ibi aliquis sepultus de voluntate domini. quod intellige secundum gl. in can. ecclesiasticorum. xiij. q. ij. si eo animo est ibi sepultus, vt ibi perpetuò remaneat: alias remanet prophanus. ff. de relt. l. si quis eo animo. Concord. tamen Pan. leges cum Canonibus, vt ij. Locus. §. j. ¶ † Primò verò quæritur, vbi debeat esse locus sepulturæ? Et dicit Inn. in c. abolendę. quòd apud ecclesiã. xvij. q. iij. sicut. potest tamen cœmeteria aliquantulũ esse remotum ab ecclesia propter fœtorem: nõ tamen credimus quòd alicui loco etiã religioso, hospitali, vel huiusmodi, possit accedere sepultura, nisi habeat ecclesiã. Sum. autem Ang. tenet quòd sepultura accedere nõ posset nisi ad ecclesiã consecratam: quod nullo iure probatur, & cõsuetudo nõ seruatur & patet ex dictis & statim dicendis: quia ex sola deputatiõe episcopi aliqua terra fit cœmeteriũ. ¶ † Secundò quæritur, vtrum sepultura vendi possit, seu pro ea aliquid exigi? Et dico quòd sepultura, id est, ius sepeliendi vendi non pot, sed in Inno. in d. c. abolendæ. Vnde licet in vno cœmeterio multæ ecclesiæ possint habere ius sepeliendi mortuos suos, secũdũ Arc. post eũdem Inn. ibi, tamen vna nõ posset alteri vendere suũ ius licet in necessitate vendere possit suũ cœmeterium, vt dicetur. Similiter vendi nõ potest sepultura, id est, officium sepulturæ vel pro ea aliquid exigi, siue simonia ab istis clericis, qui ad illud tenentur ratione beneficij. j. q. j. dictũ. xvij. q. ij. præcipiendum. & c. in ecclesiastico. de simo. cùm in ecclesiis licet laici teneãtur seruare consuetudinem laudabilẽ &, vt videtur, sub peccato mortali. ar. c. ad apostolicam. de simo. nisi ex rationabili causa desistant: alijverò clerici ad tale officiũ non obligati ratione beneficij poterunt vendere, nõ quidem illud officium, sed laborem suum, accipiendo aliquid, non vt pretium, sed vt sustentamentum. ar. c. charitatem. xij. q. ij. de præsci. cùm ex officij. & d. c. abolendæ. Sepultura autem, id est, locus si sit terra pura, in qua nullus sit sepultus, & quæ nõ sit deputata sed deputandã sepulturæ, vendi potest, xij. q. ij. autem. & concord. Innocen. & Hostiens. Si verò deputatus

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit authoritate pontificali vendi non potest secundum omnia iura:& similiter si non sit deputatus, tamen aliquis sit ibi domini voluntate sepultus, vendi non potest prohibente iure ciuili.ff.de rei ven.l.quæ religiosis.& ff.de relig. & sum.l.ij. Sed secundum Pan.post Inno.in d.c.abolendæ.quòd vas lapideum aut lignoeum factum pro aliquo sepeliendo vendi potest, nisi sit factum per pontificem, vel ad hoc specialiter deputatum.de reli.do.ad hęc. Ecclesia tamen ex necessitate potest alteri ecclesiæ vendere sicut vendit alia vasa: si autem non est deputatum authoritate pontificis, licitè vendi pōt vt locus omnino priuatus. ¶ Adde etiam idem esse secundū S. Th.de cœmeterio, vt j. Simonia.§.ij.xj.&xij.§.par.iij. ¶ Adde etiam secundum Host.quòd quicquid temporale datur vel promittitur vt electio sepulturæ fiat, simonia est.j.q.j.quàm pio.& de pac.c fi. ¶ Adde etiam quòd qui habent sepulturas, in quibus non ponitur nisi confrater vel canonicus, si pactū faciunt aut est taxa pro quanto extraneus debeat ibi sepeliri simonia est.de simo.audiuimus.&.c.sicut.quia nec pro terra nec pro officio aliquid recipi debet. ¶ Sed tamen ꝓ prędictis aduerte quòd Pan.in c.ad apostolicam.de simo. tres habet conclusiones. ¶ Prima. Non valet consuetudo vt tempore sacramenti aliquid conferatur ab inuito. ¶ Secunda. Non potest consuetudo introduci vt aliquid detur ꝓ to sacramentis vbi præcessit exactio: quia initium fuit simoniacum. In his duobus casibus annullatur consuetudo. ¶ Tertia. Valet consuetudo vt aliquid detur tempore collationis seu ex post facto, vbi ex mera liberalitate populi fuit introducta: ita tamen vt sacra prius liberaliter conferantur. Aut ergo hoc casu voluit quis liberè dare tempore sacramenti, & potest recipi aut noluit, & tunc ne videantur sacramenta vendi, conferenda sunt liberè: sed postea fiat cōpulsio ad obseruandā cōsuetudinem. Et hoc videtur sonare d.c.ad apostolicā. ¶ Notat idem Pan.in c.abolendæ.eo.tit. post gl. faciendam esse vim in modo petendi: quia si dicunt clerici, petimus hoc pro sepultura: succumbunt, etiam si allegant consuetudinem.de simo.non satis.sed debent dicere, consuetudo est quòd pro mortuis aliquid detur, &c. quasi velit gl quòd non debent se fundare vt aliquid detur pro officio, sed ratione laudabilis cōsuetudinis. Et idem puto quādo est consuetudo vt aliquid detur pro loco sepulturæ, vt no.in d.c.ad apostolicā. Et pro hoc est tex.in l.priuilegia.C.de sacrosan.eccl. vbi dicit quòd ea quæ ab antiquo sunt solita ecclesiæ & ministris tribui, nō debent aliquo modo impediri. Ex quo infert Panor. quod si ciuitas consuevit ecclesiæ aliquid dare non potest, illud per statutum immutare. ¶ Pro his etiam scito quòd talis cōsuetudo nō valeret, si esset consuetum aliquid dari ecclesiæ vel ministris liberaliter nulla adiecta causa. Nam ad illam quæstionem, vtrum scilicet possit introduci consuetudo ex libera donatione, vel ex his quæ sunt meræ facultatis: puta si rusticus omni anno domino suo par caponum soluit: dicit Bar.in l.eum de in rem verso.ff.de vsu. quòd si rusticus soluit simpliciter nō adiecta aliqua causa, præsumit titulus donationis, & nō inducitur cōsuetudo pro tempore futuro. Siue rō soluit respectu certæ causæ: verbi gratia. pro laborerio quod teneo à te domine dono vnum par caponum: præsumitur titulus, etiā pro tēpore futuro, scilicet quatenus laborerium tenebit: & soluere cogetur. Et idem dic de similibus.

3 ¶† Tertiò quæritur, quibus conueniat ius sepulturæ? Et dico multa. ¶ Primum. Ius sepulturæ competit generaliter ecclesijs parochialibus, secundum Ray. & adde secundum Inn. vel habentibus populum, & alijs, de quibus iure vel priuilegio concessum est, & hoc de iure Canonico: de ciuili autem competit omnibus quibus ineft ius inferendi mortuos. ff.de mor.infer.per totum. ¶ Secundum. Secundum Host.& Gof. laici non possunt habere sepulturam seu ius sepeliendi respectu proprietatis: quia loca religiosa esse non possunt in dominio alicuius, sed habere possunt quantum ad vsum, vt ipsi & sui ibi sepeliantur: nec eis inuitis potest ibi extraneus sepeliri. ad quod l.iij.§.si vsufructus.ff.de reli. & sump.fu.& idem videtur sentire Pet.de Peru.in trac.de cano.por. ipsis tamen cum sua domo extinctis bene possent talia loca, secundum eundem Petr. alijs concedi: quia mortuo vsuario vsus redit ad proprietarium libere.l.pe.C.de vsufr. secundum Vinc. autem poterit ibi extraneus sepelici propter necessitatem: quia propter hanc causam calsees & alia sacra ecclesiæ à laicis donata vendi possent.d.c.aurum.& not.Pan.in d.c.abolendæ.vnde dicit Ludo.de Ro.in suis singular. quòd ex iusta causa potest prælatus in sepulcro vnius aliquem immittere eo inuito secundum Canones: secus secundum leges. ¶ Et per hæc patet ad quæstionem illam, vtrum illi qui habent capellas sibi à religiosis concessas, in quibus habent sepulcra, possent nolentes priuari aut cogi ad recipiendum alios in ipsis sepulcris: quia dicit Pet.de Peru.in trac.de canon. por. quòd non: quia talis capella ad sepulcrum reputatur tanquam hospitium.xiij.q.ij.Ebron.de iure autem in fundo in quo quis habet vsumfructum, non potest dominus habitare inuito vsuario.ff.de vsu & habi.l.si hæres.§.fi.Insti.de vsu & habita.§.si verò vsus. Sed hoc dictū Petri procedit de iure ciuili, vel vbi talis impediretur suos mortuos inferre sepulcro de iure verò canonico, dic cum Ludo. ¶ Et idem videtur decendum secundum Panorm. & Hostien. in sedibus seu banchis: quia laici tale ius in ecclesia acquirere non possunt: sed tolerantur ex gratia sola in huiusmodi, sicut & iure patronatus: vt in cap.iij.de iure patro. ¶ Ex quibus infero quòd laico sepultura concedatur cum hac conditione quòd nullus alius ibi sepeliatur, non tenet conditio: quia turpis est, & pro non adiecta habenda. ¶ Tertium. Pactum quod fit cum rectore parochialis ecclesiæ de non recipiendo aliquos vel ex tos parochianos eius ad sepulturam, seruari debet etiam ab his, quibus ab apostolica sede sepultura libera est concessa: etiam licet illi apud eos elegerint sepelir. de pact. pactum. libr.vj. ¶† Quartò quæritur, vtrum habentes ius fuoranditrare possint processionaliter aliam parochiam, & per se accipere funus, & alia consueta facere? Et dico quòd sic, ex priuilegio papæ habent sepulturam liberam: sicut fuit Prædicatores & Minores: vt in cle.dudum. de sepul. etiam contradicente episcopo & curato: etiam non obstante statuto quod excommunicaret intrantes alienam parochiam: vt not.Oldr.consi.xxiij.& sequitur Gemi.in cap.vt animarum. de consti.lib.vj.& do.Card.& Io.de Lign.in d.cle.dudum.& patet in cap.cùm liberum.&.c.præsentia.de sepul. Et ratio est, quia concessa libera sepultura concessum est iter ad capiendum funus: sicut in simili concesso hausturi aquæ, concessum est iter ad illud.ff.de seruit.rust.prdi.l.iij.§.pe.& vlt.& concesso fine concessa sunt omnia præparatoria & necessaria ad finem: vt in c.prudentiam.& in c.præterea.de offi.dele.& facit quod dictum est suprà, Liberè. Facit etiam quia in contractibus videtur tacitè actum vt seruetur consuetudo loci: vt in l.quod si nolit.§.quia assidua. ff.de ædi. edi. & consequenter idem videtur in priuilegio. & idem tenet Per.de Ancha.in d.cle.dudum. Et cum sepultura libera, nisi aliud habeat consuetudo, non oporteat primò funus portare ad ecclesiam curatam: quia non esset sepultura libera si impediretur etiam ad tempus, vt patet ex dictis ī. in verbo, Liberè. imò per mare magnū possunt Prædicatores & Minores ea leuare vbi est consuetudo, vel vbi presbyteri nollent leua-

re requisiti: nec tenentur etiā præterea cōsuetudinis ad ecclesiā parochialem deferre. Si verò cōceditur quidē sepultura, sed non libera, do. Ant. tenet quòd etiam possunt. Sed Richar. de Se. tenet quòd non. quod Gem. vbi ī. dicit procedere vbi cōceditur solùm quod possint recipere elegētes sepeliri quod eos. Sed dicendum est simpliciter quòd no possunt sine licentia episcopi vel curati, nisi habeāt sepulturam liberam: quia de duabus seruitutibus vna sublata remanet altera, vt dicit glo. magna in c.omnis.de pœn.& re. ¶† Quintò quæritur vtrum quis possit eligere sepulturam voto vel iuramē to? Et dico quòd eligere potest quis etiā nouā antiqua dimissa, etiam in loco minus religioso, extra, eo.cum quis.lib.vj. Si quis tamē eligit nullam se habiturū sepulturā, sicut Marcellinus papa fecit in detestationem idololatriæ cōmisse, nō est implendum, vt not.dist.xxj.c.nunc autem in glo.& secundū Host. si quis eam eligit voto vel iuramēto motu proprio, seruare tenetur, nisi postea factus sit religiosus, vel locus ille quasi esset dissipatus. de relig.do.inter. Si verò eam eligit in aliqua ecclesia ex hoc quòd inductus fuit ad iurandū aut votandum vel aliàs promittendū, iuxta ea quæ dictā sunt suprà Excōmunicatio. vij.§.xvj. talis nō pōt ibi sepeliri: sed ibi sepelietur, vbi aliàs erat sepeliēdus, si nō elegisset sepulturā. vide ibi. ¶† Sextò quæritur, quis possit sibi eligere sepulturā? Et dico quòd sibi eligere potest sepulturā quilibet tam masculus quàm fœmina habēs liberū arbitriū & debitam ętatē, ętatis scilicet quòd sit pubes, quāuis sit in potestate patris, etiā filius patris cōsensu. c.licet.in princ.de sepult.lib.vj.& xij.q.ij.§.ij. etiā si sit seruus, secundū Pet.de Per.in tracta.de canon. & Io.in c.de vxore.eo.tit.& Host.qa in spiritualibus cessat dominica potestas.de cōiu. ser.c.j. Secus de impubere & eo qui nō est cōpos suæ mentis.c.vlt.de fur.ab inte. ¶ Hoc tamen fallit primò in religioso, qui eligere nō potest, nisi quādo tractatur de mittendo in monasterijs sui ordinis moritur, qꝫ ad ea commode portari nō potest. extra eo. religiosi.li.vj. vel nisi sit ab hac sint prælatus, secundū Sum. Ros. per rationē d.c. religiosi. licet cū nō habeāt velle vel nolle, quæ locum nō habet in prælato, cum habeat subditos in potestate sua, & ipse in alium nō sit potestate. Et facit, quia cōstitutio capit intelligendum & restrictionē ad limites rationis expressę. l. cū pater. §. ult. ff. de leg. j. quod ego verū puto in prælato non habente superiorē in religione, sed solùm episcopum aut papam, non in alio: qa etiā talis non habet velle nec nolle, etiā per accidens: & secundò in decapitando, & huiusmodi, qui nō potest eligere si sententia est data, & appellatiōe nō est suspēsa, quia nullā vltimā volūtatē potest dimittere. l. eius. ff. de testa. qui etiā pro anima aliquid relinquere nōn potest, vt not. Host. & And. in addi. ad Specul. in tit. de instru. edi. licet possit omnia sacramenta petere & recipere, vt in cle. de pœn. & remis. Si verò sententia nō est data, vel appellatiōe suspensa, sic pōt eligere. ¶† Septimò quæritur quis possit vel nō possit eligere sepulturam alteri? Et dico qꝫ eligere potest dominus pro filio impubere, secundū Io.in c.de vxore.eo. ti. & similiter pater pro filijs impuberibus quādo hoc habet cōsuetudo, secundū Pe.de Per.vbi ī. per d.c.licet.de sepul.lib.vj.& idē ibi Gem. Sed si cōsuetudo obstaret, sepeliet cū suis maioribus, vel in ecclesia parochiali: vbi quærit Ioan. And. an detur electio propter disiunctiuā. Et concludit quòd ordo literæ seruandus est. xliij. dist. si rector. Et idem credit Gem. ibi de mandato, & consentit Archid. licet Zenze. negetquia tex. loquitur, de patre: sed si est consuetudo, etiam de matre nihil obstat, vt dicit Gem. Sed hoc limita pro filijs legitimis naturalibus & pro adoptiuis vel arrogaris: non autem pro spurijs vel naturalibus tantùm: quia appellatione filiorum non veniunt naturales tantùm vel spurij. l. generaliter. C. de instit. & substit. & in cle. j. de bap. Non potest etiam auus eligere pro nepote impubere, secundum eūdem Pet. quia in materia odiosa appellatione filiorū non continentur nepotes: cum aliter filij, aliter nepotes appellentur. Secus appellatione liberorum, vt in l. quid si nepotes. ff. de testa. tut. multò minus frater aut alius collateralis: nec pater pro filio pubere, secūm eundē: quia d.c. licet. cōcedit electionē sepulturæ solùm pro filio impubere. Vnde sepelietur isti cū suis maioribus vel in ecclesia parochiali, vt in d.c. licet. ¶† Octauò quæritꝫ, vbi debet sepeliri qui nulla electa sepultura decedit? Et ex Per.de Per. vbi ī. dicit multa. ¶ Primū. Parochiani sepeliri debēt nō in parochia, sed vbi sunt maiores eorū, secundū gl. in c.j.eo.tit.li.vj.& facit c.j.de sepul.& est casus in c. ix q.eo.tit.li.vj. vbi hoc tenet Arch.& Io.An. in c.vt animarū.eo tit.li. vj. Cōsuetudo tamē secundū Arch. post Ray.& Inn. seruāda esset. Dicuntur autē hic maiores, secundū eundē Pe. pater & auus. xiij.q.ij. Ebron. iūcto c.j.de sepult. Nec obstat quòd strictè & propriè maiores dicuntur superiores tātùm vltra tritauū, vt in l. Iurisconsultus.§. parentes. ff. de gradib. & l. quæcūq; §. parētes. ff. de in ius vo. quia illud verū est simpliciter, sed nō in hoc casu: vt videtur velle Old. cōsi. xxv. tum quia sicut domicilium inter viuos, ita ius sepulturæ est inter mortuos. Cōsequitur autē qs originē seu domicilium patris & aui, nō superiorū, vt no. in l. assumptio. ff. ad muni. & de paro. c. §. tum quia vnio sepulturæ ex charitate & mutua dilectione procedit, quæ fuerat inter viuos: quę maior fuit ad patrē & auum quàm ad superiores. Hæc ille valde bene. Nec obstat qđ Pan. in c. nos. de sepul. dicat cōtra hoc esse gl. in c. is qui. eo. tit. li. vj. dicēs qꝫ si in vna ecclesia sepultus est pater, in alia reliqui maiores: sepelietur filius in sepulcro maiorū: quia dico hoc non esse cōtra Old. qui non loquitur de patre solo, sed de patre & auo, qui sunt maiores in plurali, nō autē pater. Vnde si proauus & atauus sepulti essent in vno loco, & pater aequus in alio: sepelietur quis cū patre & auo: & si pater in vno loco & auus ac alij maiores in alio sit sepultus, sepelietur filius cum auo & cæteris maioribus, secūdum gl. & Io. And. per c. iij. in in prin. & c. fraternitatē. de sepul. & per c. cum quis. eo. tit. lib. vj. qꝫ licet alij contrariū teneāt per tex. cōtrarios. xiij. q. ij. videtur verius: qa in c. ij. & iij. eod. ti. lib. vj. dicit sepulcrum maiorū ab antiquo. Si aūt in nullo sepulcro sint plures maiores, sed hic est pater ibi auus, & sic de alijs: sepelietur secūdū aliquos in parochia: quia nullū est sepulcrū maiorum. Sed Secūdū Io. And. in nouel de consuetudine sepelietur cū patre. ramē de iure primū est verius. Vnde secūdum Pet.de Pal. vbi ī. si nō apparet vbi sint sepulcra maiorum, sepelietur in ecclesia, vbi audit diuina, & percipit ecclesiastica sacramēta, vt in c.j.de sepul.& ibi per Innoc.& est casus in d.c. is qui. & in c. in nostra. eod. titu. Si autem in vna ecclesia audit diuina, & in alia percipit sacramenta, vel est parochianus duarum ecclesiarū: si vtraq; ecclesia habet ius funerādi, locus est præuētioni de rescript. duobus lib. vj. sed obuētiones quartæ diuidēdur. c. cum quis. eo. tit. lib. vj. & si nō est præuētio, sed cōtendūt, diœcesanus concordabit partes. Si autem ecclesia, vbi de iure debet sepeliri, sit interdicta: si quidem est ecclesia sepulcri maiorum, sepelietur in parochia. Si verò est parochia, sepelietur in ecclesia cathedrali: & si omnes istæ essent interdictæ, sepelietur in monasterio proximiori, secundum Archidiac. & Ioan. And. vel vbi debebat soluere decimas, secundum prædictos. Et prædicta intellige etiam de filio impubere. ¶ Pan. autem vbi ī. tenet contra Per. & Old. quòd filius potius cum patre quàm cum reliquis maioribus sit tumulandus, si pater sepultus sit & ex electione, & non præter propositū aliquo casu sit ibi

Universidad de Deusto
Biblioteca

sepultus:quia ita disposuerunt patriarchę:quorū actio est nostra instructio.Sed dico fuisse particulare in patriarchis:quia Abrahā fuit quo ad fidē quasi alter Adā,id est,principiū generis,cū maiores eius fuerint infideles:& rursus eorū sepulcra distabāt:ideoq; meritò Isaac debuit sepeliri cum suo patre,nō cum reliquis maioribus. ¶ Secūdū. Peregrini & aduenæ sepeliūtur in parochia,in qua moriūtur,si sepulcra maiorum ignorātur,vel ad ea cōmodè ferri nō possunt, secundū Pet.de Peru.vbi ſ.& Archi.e.j.e.tit.lib.vj. quod etiā Arch.sequitur,nisi esset cōsuetudo quòd sepelirentur in ecclesia cathedrali.Secundū gl.verò in c.in nostra.eo.tit.& refert Pan. in c.j.extra.eo.sepelientur apud ecclesiā maiorē siue cathedralē,qđ sequitur Inn.d.Host.& Car.facit c.vbicūq; xiij.q.ij. &.c.officiū.de offi.Arch.qa ecclesia cathedralis administratalibus sacramēta:licet ad hoc dicat Arch.quòd illud c.officiū loquitur in administratione sacramentorū,nō in sepultura:alij verò dicūt quòd vtraq; ecclesia habet ius:& locus est prequētioni.quod sequitur Sum.Ang.cōtra Supple.& Ro.do. autem Ant.distinguit & bene.Si ein iste est religiosus,debet sepeliri in monasterio sui ordinis.xvj.q.j.c.pintelige si pōt. alias dic vt de laico.Si verò sit laicus,ū quidē morā traxit in parochia,in qua decedit,aut venit animo habēdi,vt scolares in ea sepeliētur:quia illa dicitur eius ecclesia parochialis.qđ placet Pan.per not.in c.omnis.de Pœn.& re.& per gl.in cle. j.de priui.Si verò morā nō traxit,nec venit animo cōtrahēdi,sepelietur in ecclesia cathedrali,quod limitat nisi recepisset sacramēta à sacerdote parochiali:qa tacitè videretur ibi elegisse sepulturā.Sed Pan.dicit hoc dictum tō fuisse dicte poasse tamē:quia si potuit à presbytero parochiali recipere sacramēta,ce[illegible]enda esset illa ecclesia parochialis transeuntis: & sic idem dicendum erit de iure funerandi:cui omnia illa sunt de iure parochiali.Hęc ex illo bene.licet deinde fistam in hoc quòd sepeliēdus sit in ecclesia parochiali, de quo supra Confessor.j.§.xj. Idemsico standum cōsuetudini: quæ si non apparet,stabitur distinctioni dom.Ant.quia optime iuribus inter concordat, & opinioni distinguenti regulariter tenetur. ¶ Tertium. De damnatis ad mortem quādo sepeliri permittuntur.idem dicitur secūdum Pet.de Peru.quòd de peregrinis. ¶ Quartum. Filij si sunt naturales tantūm, sepelietur secundū Pet.de Peru.cum patre, nisi pater fuisset in dignitate l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad Treb.Si verò sunt spurij,nō sepelientur cum patre:quia nec filij nominādi sunt,C.de incest.& inut.nup.auth.ex complexu nec etiā si legitimētur à principe,nisi ad petitionē patris,& eo viuēte fecisset. Et facit quod no.in auth.qui.nio.na.effi.sui. Vnde tales sepeliēntur in sepulcro matris.arg.ff.ad municip.l.j. nisi sit illustris fœmina.Si verò sint filij adoptiui vel arrogatiti viuēte patre adoptante,morīuntur,in eius sepulcro sepelientur. secus si eo mortuo:quia sepelientur cum patre naturali,secūdum quod no. plenè in civico de cogna.lega. ¶ Quintum. Vxor si est carnalitèr cognita vel ducta ad domum viri,sepelienr in sepulcro viri,quia iam assequuta est eius domicilium per conductionem.l.cum quædam puella.ff.de inritdi.omnīū iudi.vel quia est effectus vna caro cum eo.d.cap.Ebron.alias non.Si tamen fit propter adulterium separata, secus est:quia iam non est de domo viri,nisi sit reconcilata.Si autem plures habuic vitos erit cum vltimo,cuius domicilium & honorem retinet, tumulandus.dd.tit.cap.is qui lib.vj.vbi Ioan.Andr.dicit notabile verbum,hoc scilicet peccatelre , etiam si postquam fuit vidua redijsset ad domum patris,quia hæc priuilegia non conferuntur loco,sed personæ.& idem si trāsferat se ad alium locum,quia retinet domicilium mariti,secundum Archid.& Ioan.ibi vt l.filij.§.vidua.ff.ad mu.& ita tenet Summa Ros.

& bene:licet Summa.Ang.dicat,locum esse præuentiorē,& idem Gemi.ibi,addēs quòd honor acquisitus vxori ex qualitatibus mariti,non extinguitur morte mariti: ipsa tamen in viduitate manēte:& sic regina nō perdit hoc nomē per mortem mariti.Si autem vir habebat in vna ecclesia sepulcra maiorum,& in alia elegit sepulturam,& ibi iacet.vxor sepelietur vbi iacet maritus,ibi.c.Ebron. quod limita primò si fuit legitimè sepultus,non excōmunicatus,nec incerti[illegible]tus:& secundò si commodè potest illuc deferri,ar.c.religion.e.t.l. vj.Si autē ipsa prædecedat marito,an debeat sepeliri in sepulcro maiorum suorum vel maiorum mariti: Panor.c.de vxore.eo.ti.dicit decisionem esse dubiam & egere declaratione:quia si diceretur quòd in sepulcro mariti:si ille aliud eligeret sepeliri,illa iacet inter alienos:sed tamē dicit illudum cōsuetudini,qua cessante posset dici quòd sepelietur in sepulcro mariti,si ipse sibi præparauit sepulcri. ad quod ſ. soror.xiij.q.j.quia cum destinatione videtur maritus sepultus:ibi.& idem vbi maritus nō habet proprium sepulcrum, sed dicit velle sepeliri in sepulcro maiorum suorū:& si eius voluntas nō posset declarari,videtur sepelienda in sepulcro maiorū vxoris. ¶ Si autē ipsa vxor prædecedes elegisset sibi sepulturā,& deinde maritus subsequatur sepultura nō electa dubitatur vt prius.Et ratio dubij potest elici ex dicto capitu qui.§.mulier.& rationes ibi expresse cessant in marito.& tamen Pan.vbi suprà contrarium putat:quia propter vnionem eorum in vita ius disposuit vt vxor debeat sepeliri cum marito:& consequenter econtrario:tamē quia in d.§.mulier.dicitur quòd mulier debet sequi maritū suū,& non dicit econtrario. & quia indecens est vt vir sequatur dispositionem mulieris:ve tius est primum. Sextum. Prælati ecclesiarum regulariter sepeliri debēt in ecclesia vbi habēt prelaturā.& si in duabus, locus est præuentioni:vel melius sepelietur in ea in qua maioritur,secūdum Arch.in d.c.cum quis,alij verò clerici sepeliri debent in ecclesia vbi sunt clerici seu beneficiati. ¶ Septimū Religiosi verò sepeliri debent apud locū suæ religionis vbi moriuntur.xvj.q.j.c.j.si tamē sint nouitij nō obligati religioni in genere,secundum Arch.in d.c.cum quis & legitur. Sum.Ang.debent sepeliri in ecclesia vbi de iure cōuentus.Sed cum rarissimi est in vsu & merito, nisi essent in proposito redeundi ad seculum:quia si eligunt ibi mori,eligunt,& sepeliri. ¶ Octauum. Qui habet domicilium in ciuitate vel castro, sed ad villam ruralem se trāsfert causa recreationis vel exercēdi ruralia,& ibi moritur:nō sepelitur in ecclesia rurali.sed in sepulcro maiorū suorū,iuxta dicta ſ.parti.j.si ad aliud commodè portari pōt.d.c.is qui.eo.tit.lib.vj.vt ibi not.Archi. & Io.And. Quid autem agēdum sit si ecclesia,apud quam quis de iure debeat sepeliri,sit interdicta,vel apud ea propter vitam contingente sepeliri non possit: vide suprà.§.excommunicatio.vij.excōmunicatione xvj.dub. iij. ¶ † Nono quæritur, qui sunt de quibus certum est quòd ecclesiastica priuatur sepultura? Et dico q; multa sunt genera personarū, quæ in ecclesia vel cœmeterio seu in loco sacro sepeliri non debent. ¶ Primò scilicet omnis infidelis,paganus,Iudæus,vel hæreticus:etiāsi post mortē appareat de hæresi,de cōfessi.j.eccle fiam.& xxiij.q.ij.fane. ¶ Secūdò moriens in torneamēto.extra eo.c.j.quod tamē de allate nō intelligit,secūdū Vetus. sed de eo qui venit causa se exercēdi, & arma gerit ei[illegible] certibus in armis.Et Host exponit etiā si quis ibi voluntarie se acceperit,licet postea superuenerit:qui quāuis pœnitens,& ei Eucharistiam nō negetur,tamē ecclesiastica sepultura carebit vt ibi.Sed hic aduerte,scilm Sū.Ro.post Rican.iij.di.xxxij. qui hastiludia faciūt,peccāt mortaliter:eum simili tamē videantur esse prohibita vt torneamenta. Et quo iuniuntur quòd

quòd morientes in illis non sepelientur in sacrato. Ego autem dico ex hoc haberi quòd hastiludium & torneamentū non sunt idem:& consequenter quòd nec semper ista pœna habet locum in hastiludio:vt etiam tenet Sum. Ang.in verbo,torneamentum:sed solùm quando inde imminet probabiliter periculum mortis.quod etiam tenet Arc.vt ſ.Ludus. ſ.par.vij.dictū est.Vide etiā ſ.Torneamentū. ¶ Tertiò,is qui se occidit.xiij.q.ij.in quibus.& xxiij.q.v.placuit.Intellige secūdū Veruec.ex desperatione vel iracūdia:secus ex fatui tate vel cōtra suā intentionem:vt si quis,vt euaderet,præcipitaret se in fluuiū & perijt,secundū Bern.extra eo.ex parte. ſ.xiij.nerui.&xxix.q.v.de occidendis.imò,secūdū aliquos occidens se ex malo animo aliquandiu post vulnus viuens,& ostenderet signa cōtritionis,nō denegaretur ei ecclesiastica sepultura. ¶ Quartò,is,quem certū est & manifestū fuisse cofessum,vel nō cōmunicasse semel in anno. de pœ.& re.omnis.quod secundum Arc.post Io.de Imo.intelligit in morte ostenderit signa cōtritionis & emendatiōis per huiusmodi . ad quod probandum sufficit vnus testis qui receſſerunt. sed hæredes tenentur satisfacere. ſ.qui receſſerunt. sed hæredes tenentur satisfacere. ſ.eo.extra eo.parochiano.Hæc tamen secundū Pan.in d. ſ.eadem parte.& alios Doc.non habent locū in eo qui tempore mortis huic cōfessus,& deinde morte etiam casuali præuentus fuisset cōfessione decesisit,quā tamen per annū nō cōtempsit: nec in eo qui nō est quidem cōfessus intra annū :tamē hoc est secundū vel dubiū:vt ſ.seq. ¶ Quintò, monachus inuentus in proprietarius.in fi.de ſta.mo.super quodā. ¶ Sextò,blasphemus Dei.extra de malef.in fi. ¶ Septimò,generaliter qui fuerit notorius peccator decedens in ipso notorio mortali. [illegible] quibus.&.c.nō existimemus . quod intellige nisi sint [illegible]ę reconciliati:vel saltem signa cōtritionis apparēt:ad quod probandū sufficit vnus testis,secundū Archi.vt d.c.qui [illegible].&.c.seq.inuēta gl.sed hæredes tenentur satisfacere pro eis.d.c.parochiano.excipitur is qui moritur in torneamento,vt dictū est. ¶ Octauò, manifestus vsurarius.de vsur. ſ.& eo.tit.quanquā.lib.vj.& hoc nisi pœniteāt & faciant restitutionem. ¶ Nonò,interdictus nominatim:& hoc sub pœna excommunicationis:vt in cle.j.eo.tit.& tempore interdicti illi qui sunt de loco interdicto eo durante:vt habes ſ.Interdictū.vj.§. ¶ Decimò,excōicatus maiore,etiā iniustè.xxiij.q.ij. fane. gl.de resti.spol.literas.& secundū Veruec. idem est de excōicato minore notorie. ¶ Vndecimò, ille cui est interdicta ingressus ecclesię c.is qui.de sen.exc.li.vj. ¶ Duodecimò qui sacerdotem filijs suis tutorem instituit.lxxxvij.dist. [illegible] apud gl.ibi cōtrariū tenet . Si quis prædictorū de facto in loco sacro fuerit sepultus,si discerni possit, exhumandus [illegible] nō:extra eo.facris.& ecclesia vel cœmeterium recōci liandi.de cōsec.ecc.vel alt.consiluisti.& si sepultus fuit infi [illegible] debent etiam tigna & parietes radi.de cōsec.di.j.eccle sia.si tamen de eadauere dubitetur vtrum sit fidelis vel infidelis,in meliorem partem interpretandum erit:nisi aliqua probabilitas appareat de opposito.d.c.facris. ¶ † Decimò quæritur,de quibus fit dubiū an sepeliri debeāt in sacro? Et dico [illegible]. ¶ Primū. Puer deventre matris extractus,scilicet mortuus sine baptismo,cùm ea sepeliri nō debet, sed secus si nō fuisset extractus,secūdū Ho.quia fœtus est pars ventris.de cō [illegible].iij.si qua.quod intellige si certū est quòd mortuus fit. si verò certum est vel dubitatur quòd viuat,debet scindi mater & puer baptizari,si viuit:si verò est mortuus, extra cœmeterium sepeliri:mater tamen vita sine mortali peccato scindi non posset scissura qua immineret periculum mortis. ſ.secundum. Parochiano qui intra annum non est confessus nec communionem accepit,secundum Arc.post Io.de Imo. sacerdos sepulturam interdicere non potest, licet contrarium videatur per d.c.omnis.tum quia in dubio præsumi debet salutis æternæ non immemor.j.q.vij.iancimus . potuit enim alicui mendicanti legitimè confiteri,& de eius mando ab eucharistia abstinere : tū quia tale quid esset occultū: occulti autem peccatores sunt sepeliendi: quia propter hoc peccatum manifestari non debet . Et ista intellige quando hoc est occultum vel dubium:alias si esset certum & manifestum,secus per d.c.omnis. ¶ Tertium. De raptore dic vt ſ. Rapina.§.j. ¶ Quartum. Sulpenius vel aliter propter scelera iustitiatus si moriatur impœnitens,pœnitentia & sepultura carebit. Si verò contritus,licet pœnitentia & viaticum,ita & sepultura,secundum Arc.non negabitur,etiam cum solenni tate missæ & aliorum officiorum,secundum Pan. in d.c.ex parte.xiij.q.ij.c.fi.tamen ad eum deponendum de patibulo requiritur licentia iudicis secularis:qui tamen debet eam facilitèr dare:vt in l.j.& ij.ff.de cada.pu. ¶ † Vndecimò quæritur,quid de recipientibus aliquem ad sepulturam in casu nō concesso?Et dico duo. ¶ Primum . Sepelientes prædictos in §.priore scienter,peccant mortaliter,secundum Arc ar.xxv. q.j.violatores.& viterius sepelientes publicè excommunicatos,vel nominatim interdictos vel manifestos vsurarios,sunt excommunicati maiore:vt ſ.Excommunicatio.ix. §.v.& generaliter. recipiens aliquem ad sepulturam in casu non concesso,tenetur restituere corpus si petatur,non solùm recenter sepultum,sed etiam post:ita vt sola ossa superesse videantur,secundum Pan.in c.liberum.extra eo.& quicquid ratiōe illius corporis perceperit:& hoc ratione malæ fidei,secundū gl.in d.c.cùm liberum. ¶ Secundum. Si sacerdos parochialis corpus eius qui alibi elegit sepulturam violenter rapuerit, vel funus spo habuit antequam veniret ad manus eorum qui bus debebatur,secundum Host.in d.c.cùm liberum, amittit ius quod habebat:& idem si aliquis conventus totus vel maior pars eius hoc fecerit:secus si pars minor vel solus prælatus. Vnde secundum Oldra.consi.ccxxiij. tenetur restituere quicquid accepit,& ipsum corpus,& vltra hoc perdit quartā canonicam:ad similitudinem hæredis res hæreditarias subtrahentis,qui in eis quartam Trebellianicam perdit & ius institutionis debitum,quod alias erat detracturus.l. Paulus. respondit.ff.ad l.falci.& l.referiptum.ff. de his quibus vt indi. Pet.autem de Peru.vbi ſ.quantum ad hoc,id est,quartam canonicam,tenet contrarium:quia delictum presbyteri ecclesiæ nocere non debet.de or.cognit.c.ij.xvj.q.vj.si episcopum.& quod no.in reg.delictum.lib.vj.& in l. si quis in tantam.C.vnde vi.Sed tamen primū est verius, si quid tale fiat à prælato:quia prælatus solus præmidicare potest ecclesiæ in acquirendis.xvj.q.vj.§.fi.sicut seruus domino in acquirendis.C.de acqui.pos.l.fi.secus in iam quæsitis. ¶ † Duodecimò quæritur,vtrum prætextu debiti possit impediri sepultura aut molestari morituros? Et dico quòd accedens ad domum moribundi,& ipsum vel alios molestās , aut rebus eius insigniā ponens,ipso iure ab actione,& in tantumdem condemnatur hæredibus defuncti,& publicatur tertia pars suorum bonorū,& est infamis:& idem in eo qui circa finus peccat. C.de sepul.vio.auth.item qui domū. nec debet impediri sepultura p;extra debiti vel cuiuscūq; obligatiōis.C. de sepul. vio.l.cùm sit.nec debet fieri molestia intra dece dies ab obitu:alias pro tūc est inutile:vt ibi in auth.sed nec ante . Benè impediretur sepultura in casibus animæ,de quibus ſ.§.ix. ¶ † Decimoterciò quæritur,vtrum liceat mortuos spoliare? Et dico quòd nomed imponitur pœna grauissima.ff.de sepul.vio.l.iij.quod intellige quantum ad ea quæ extra tentione tumulantium remanserunt. ¶ † Decimoquartò quæritur,

quis teneatur ad expensas sepulturæ? Et dico quòd hæres: & ab eo peti possunt: quia videtur quasi contractum cum defuncto. ff. de reli. & sum. fu. l. j. & pater respectu filij, ac dñs respectu serui. l. si quis. ff. eo. Item si mulier habet dotem, de ipsa dote fient: & si habet alia bona, fient de dote & de eis pro rata. ff. eo. l. Neratius. Si verò nõ habet dotem nec alia bona tenet Sum. Angel. indistinctè quòd tenetur vir. d. l. j. & d. l. si quis sed Sup. & Sum. Ro. post Pis. & Hos. & Sum. Con. distinguit: quia pater omnem impensam præstare debet, aut hęredes mulieris, si est emancipata: & si hæredes nõ habet, neque pater est soluendo, maritus cõuenitur in quantũ facere põt, ne iniuria eius videat' quondã vxor eius insepulta relinqui. l.
15 quod si nulla. ff. de reli. & sum. fu. & hoc est verũ. ¶ † Decimo quintò quæritur, vtrũ valeat statutum factũ à laicis, quòd in sepultura non possit nisi tantũ expendi? Et dicit Lud. de Ro. quòd non: quia licet non sit factũ super spiritualibus, est tamen super cõnexis eisdem. ar. l. quod si nolit. in fi. ff. de ædi. edi. & in c. cùm laicis. de re. ec. non alie. quod limita vt s. Im-
16 munitas ij. §. ix. ¶ † Decimosextò quęritur, vtrũ si mendicantes & alij exempti sepeliant de facto cõtra cle. eos. de sepul. vsurarios manifestos, excõicatos publicè, & interdictos nominatim, possit episcopus loci facere de facto corpora istorum exhumari & projci procul? Et dico quòd Pan. in c. sacris. extra eo. credit quòd nõ: quia perinde est ac si nõ essent in sua diœcesi: posset tamen dari remediũ vt impediat sepulturam antequã corpus ducatur ad locũ exemptũ: quia cùm delinquatur in territorio suo potest obuiare, & illos in loco
17 priuato facere sepeliri. vide ibi. ¶ † Decimoseptimò quæritur, vtrũ leprosus debeat sepeliri cũ alijs? Et dicit Abbas in d. cap. sacris. quòd nõ: quia cui non communicamus in vita, nec in morte communicamus, & sequitur Pan. ibi, & Sum. Ros. Sed quia illud dictum intelligitur de communione spirituali, quæ sola remanet post vitã: quæ etiã adducit Pan. nõ probaut, nisi quòd põt alibi sepeliri: ideo melius Pe. de Anc. tenet contrarium: cum hoc casu esset contagionis periculum. De translatione corporis iam sepulti, vide s. Corpora.

De Seruitute & Seruo.

1 *Seruitus humana quid, & quotuplex sit.*
2 *Seruitus quid, & quotuplex sit.*
3 *Seruus quot modis quis efficiatur.*
4 *Partus an sequatur ventrem in seruitute & libertate.*
5 *Seruus quomodo efficiatur liber.*
9 *Serui an & quomodo possint ordinari.*
7 *Seruus contrahens an magis teneatur domino quàm coniugi.*
8 *Christianus an possit infideli dari in seruum.*

SERVITVS, cùm multiplex sit, omissa ea qua quis est seruus Dei, & qua est seruus peccati, de humana intendo loqui, qua homo homini, vel res rei in ordine ad hominem
1 subijcitur. ¶ † Primò ergo quærit' quid & quotuplex sit seruitus humana? Et dico quòd in genere seruitus humana est institutio iuris gentiũ, adde vel generaliter humani, vt j. §. ij. qua aliquid alicui cõtra naturã subijcitur. ar. Insti. de iur. perso. §. seruitus. di. j. iuris gentiũ. xij. q. ij. cũ redemptor. ¶ Est aũt triplex. prima scilicet personalis, quæ est institutio iuris gentiũ, qua quis dominio alieno cõtra naturã subijcitur, vt patet in prædictis iuribus: & secũda realis vel prædialis, scilicet qua res subijcitur cõtra naturam, siue quæ debetur rei à re: puta prædio, & nõ personæ. l. si vnus ex socijs. ff. de ser. ru. præ. sicut hic fundus est obligatus patiuũ & accessum ad illũ vel illum, quod tamen est gratia hominum siue dominorũ. & tertia est largè dicta, scilicet ascriptitia, quæ debetur rei à persona. Realis autem est triplex, vrbana scilicet, rustica

ac mista. Est autem seruitus vrbana, quæ debetur prædijs vrbanis, siue quæ debetur intuitu alicuius ædificij habitabilis, sicut altius tollendi vel non tollendi, ne officiat luminibus, vel prospectui domus vicini: item stillicidij diuertendi in tectum vel aream vicini. Seruitus autem rustica est quæ debetur prædijs rusticis, siue quæ debetur prædio non gratia alicuius ædificij habitabilis, veluti iter, actus, via, aquæ ductus, aquæ haustus, pecoris appulsus ad aquã, & huiusmodi. Et sic patet quòd talis est seruitus, quale prædium cui debetur. Vnde si stillicidia domus meæ, quæ est prædium vrbanum, conuerto in aream tuam, quæ est prędium rusticum, seruitus est vrbana: & contrario si tignum ędificij non habitabilis, id est, non ad habitandum facti: sed, verbi gratia, colligendarum frugum, quod est prędium rusticum, appono in parietem domus tuæ, quæ est prædium vrbanum, seruitus est rustica. Est autem sciendum quòd prædia vrbana dicuntur omnia ædificia causa habitandi facta & stabuli continui, siue in ciuitate sint, siue in rure, vel vbicunq:. ff. de ser. tam vr. quàm ru. prædi. l. j. rustica verò prædia dicuntur omnia prædia siue domos ad habitandum, licet habeant tectum pro fructibus colligendis, vel stabulum pro equis & iumentis separatum ab ædificio habitationis: vt l. hoc iure. ff. qui. mo. pig. vel hypo. tac. co. de quibus habes. in c. ecclesia. de consti. Seruitus autem mista est, quæ debetur à re personæ. quæ ideo sic dicitur, quia non est meræ realis nec merè personalis: quanuis etiam dicatur personalis: vt l. j. ff. de seruitu. quia cũ psona semper finitur: vt l. iiij. §. fi. ff. qui. mo. vsusfr. amit. Dicitur & realis, quia tamquã ius reale vendicatur, sed non rei vendicatione, quia corporale est: sed quasi vendicatur cùm agitur iniuriarum si prohibetur ire, & huiusmodi: vt l. vti frui. §. vtrum autem. ff. si vsusfr. pet. vt no. Cy. in ru. C. de vsusfr. species huius seruitutis sunt tres: scilicet vsus, habitatio, & vsusfructus. Hic autem solũm de personali seruitute intendo. ¶ † Secundò quæritur, quis, & quotuplex sit seruus? Et dico quòd seruus est, qui humano iure alterius dominio subiectus est, arg. iurium supradictorum, de quibus in §. priore. & est mens S. Tho. in iiij. di. xxxvj. dicentis quòd seruitus est de iure positiuo, sed à naturali proficiscitur, sicut determinatũ ab indeterminato. Cùm autem seruus dicatur relatiuè ad dominum, tot modis dicitur, quot & dominus. Vnde duplex est seruus, scilicet improprié dictus, vt subiectus simpliciter iurisdictioni alicuius, maximè temporali, puta Principis vel episcopi qui etiam dicitur dominus, licet melius dicatur pater: & qui in aliquo seruitio alicui obligatur. quod si sit temporale dicitur mercenarius communiter: si verò sit perpetuum dicitur aliquando vasallus, de quo s. Feudum. & j. Vasallus. Aliquando dicitur ascriptitius vel originarius, quod idem est: qui ascriptitius ideo dicitur, quia ita ascriptus est terris colendis quòd à cultura sine voluntate domini sui recedere nõ potest, nec vendi sine gleba, nec gleba sine eo: & originarius, qui ab origine talis fit: dicitur etiam colonus à terra colenda. Iste non est proprié seruus, secundum gl. Ray. nec repelli debet ab actibus legitimis: nisi quòd ad ordines non debet admitti, vt no. in c. multorum. de Iulæ in gl. & di. liiij. quis autem leges. de voluntate tamen domini bene potest ordinari, vt no. gl. in d. c. multorũ. per c. si quis obligatus. di. liiij. imò & quandoque contra ipsius dñi voluntatem, scilicet in ipsis possessionibus ita tñ vt clericus factus impositã sibi agriculturã adimpleat: vt in c. si seruus. ea. di. Est & alius seruus dictus propriè qui non est sui iuris, sed seruilis cõditiõis: & de isto principaliter hic intendimus. ¶ † Tertiò quærit' quibus modis quis seruus efficiatur vel cõtrahat seruitutem? Et dico quòd multis. ¶ Primò ex natiuitate: vt cùm quis nascitur de matre ancilla, qui & verna

vernaculus dicitur, & similiter talium filij: quia secundum S. Tho. in iiij. di. xxxvj. & iura ciuilia, partus sequitur vẽtrem id est, matrẽ quantũ ad cõditionẽ seruitutis vel libertatis. de quo j. §. iiij. ¶ Secũdò ex iure, sicut seruus est iure gentiũ, qui capitur in bello iusto secũdũ glo. in c. ius gentiũ. dist. j. per c. dicat. xxiij. q. v. & fugiẽdo peccaret, quod tamẽ fallit si capiatur Christianus: & iure ciuili similiter efficitur seruus, qui maior xx. annis patitur se vẽdi ad participandũ pretiũ. Instit. de iure perso. §. serui autem. & libertus ingratus patrono: qui licet nõ efficiatur seruus ipso facto, tamen reducitur in seruitutẽ. l. si manumissus. C. de lib. & eo. lib. finges se inualidũ vt mẽdicet. C. de mẽdi. vali. l. vnica. Et similiter iure canonico efficiẽ seruus raptor mulieris, vt s. Raptor. §. j. & ferens auxilium Saracenis, vt s. Excõmunicatio. vij. §. xxj. & mulier libera sciẽter cõtrahens cum existẽte in sacris. redigenda est in seruitutẽ. di. xxxij. eos qui. & filij inde nati debent effici serui ecclesiæ. xij. q. ij. cũ multæ. ¶ Tertiò emptione, vt quia eo inuito vẽditur ab alio: de quo tamẽ vide s. Iudęus. §. iij. vel qa patitur se vendi. Ad quod tamen secũdum Host. Gof. & Azo. sex requirũtur. Primò quòd sit maior xx. annis. C. de lib. cau. si ministeriũ. Secũdò qp intendat pretiũ participare. C. eod. l. nõ ideo. Tertiò quòd in veritate participet. ff. qui. ad lib. pro. da. l. j. Quartò qp emptor credat ipsum esse seruũ. ff. de lib. cau. l. liberis. §. si quis sciẽs. Quintò quòd is qui vẽditur, sciat conditionẽ suã, id est, se esse liberũ. ff. qui ad libe. procla. non l. l. iiij. Sextò qp vẽditor similiter sciat eũ esse liberũ. d. l. iiij. Quorum sex si aliquid deficiat, nõ valet, sed iure cõmuni reuocatur in ingenuitatẽ. Si verò nihil deficiat, etiam si postea manumittat', nõ fit ingenuus, sed libertus. ff. de stat. ho. l. homo liber. nisi reddat domino prætiũ. ff. si inge. manu. l. ij. qđ
4 tamẽ pretiũ dominus recipere nõ cogitur inuitus secũdum quosdã, & videtur hoc tenere gl. in d. l. ij. ¶ † Quartò quæritur, vtrũ partus ventrẽ, id est, matrẽ sequatur, scilicet in conditione seruili? Et dicit S. Th. in iiij. di. xxxvj. quòd partus sequitur matrẽ in libertate & seruitute: quia ista pertinent ad corpus quod est à matre: sed in pertinẽtibus ad dignitatem, quę est ex forma rei vt in honoribus, muneribus, municipijs, nobilitate, & huiusmodi, sequitũr patrẽ, secundũ iura diuina, canonica & ciuilia: licet in quibusdã terris nõ subiectis Imperio sequatur deteriorẽ conditionẽ: vt si pater sit seruus, & mater libera, filij sint serui. Hæc ex illo. Vnde dic qp filius denominatur à patre de iure: vt in c. ij. de cõuer. infi. & Insti. de leg. ag. tu. §. j. Ex hoc qa sequitur familiã & agnationẽ patris. Nõ obstat c. Raynutius. de testa. quia secũdũ Io. And. illud erat per superbia: quia mater erat nobilior, & sequitur priuilegium patris in tribus: primò quo ad honores: secundò quo ad conditionẽ curialẽ. C. de decu. l. eos. l. exẽplo. & l. nullus. tertiò quo ad originẽ. ff. ad munici. l. j. Vide gl. in c. dicat. xxiij. q. iiij. & in l. cum legitimẽ. ff. de sta. ho. Quãtũ verò ad conditionem seruilẽ de iure nõ sequitur conditione patris, sed matris, secundũ gl. quam cõmuniter sequuntur docto. in c. j. de cõiug. ser. quæ vult quòd partus ancillæ erit penes dominum ancillæ. l. & seruorũ. ff. de sta. ho. Pro quo facit text. in l. partum. C. de rei vend. & not. in cap. vnico de na. ex libe. ven. & in cap. fin. de ser. non ord. & Insti. de iure perso. §. fina. Nec obstat cap. liberi. xxxij. q. iiij. vbi natus sequitur deteriorem partem: quia secundũ glo. exponitur, deteriorẽ, id est, feminam, quę est fragilior. Vel secundum glo. ibi intelligitur secundum legem Lombardorum & Theutonicorum, nõ autem Romanorum. Sed tamen Panor. in cap. licet de coniug. seruorum hoc limitat verum, nisi consuetudo vel statutum habeat aliud: sicut hodie natus ex ancilla non est seruus, si pater est liber, & idem Per. de Palu. & est de mente Ioan. And. limitat

etiam Arch. hoc verum in natis ex matrimonio: quia nati ex illicita copula, vndecunq: nascãtur, sunt ignobiles: nõ tamen serui eorũ qui sunt domini seruorum vel ancillarũ ex quibus nati sunt, vt visus ostendit: imò in natis ex matrimonio, secundum Pet. de Pa. nõ videtur verum si dominus cõtrahat cum sua ancilla, vel domina cum seruo: quòd iure diuino nõ prohibetur, & si ciuili: quia tunc ancilla illa vel seruus in libertatem eripitur, cum nec ancilla, nec seruus sit socius, vt est coniunx. ¶ † Quinto quæritur, quomodo seruus efficiatur li- 5
ber? Et dico quòd multis modis, secundum Host. ¶ Primò, si eũ languidũ dominus exposuit, aut ei alimẽta negauit: quibus casibus etiã libertus efficitur ingenuus. extra eo. c. vnico. nec qui eos suscipit, potest sibi per hoc in eis ius aliquod vẽdicare. ¶ Secundò, si quis ancillã vẽdit ne prostituatur, & emptor facit cõtra. ¶ Tertiò si pileatus incedit ante domini sui cadauer. ¶ Quartò, si postea quàm data est sententia cõtra eum qui dicebatur seruus dominus postea pretium recipiat. ¶ Quintò, si dominus ancillam in matrimonio collocauit scribẽs pro ea dotẽ. ¶ Sexto, si seruũ appellauit filiũ actibus interuenientibus quasi in figura iudicij. ¶ Septimò, si dominus dedit seruo instrumẽtũ, per qđ seruitus eius pbabatur, & alijs casibus, qui habẽtur C. ex qui. cau. ser. pro pręmi. acci. in l. j. & per totũ. vt si cõuincit in iudicio reum necis domini sui: vel accusat falsarium monetæ, vel raptorem virginis dissimulatione præteritũ, & huiusmodi. Efficitur etiam per emptionem factam à Iudæo: vt s. Iudæus. & per manumissionẽ. Adde quòd si ancilla imperatur à domino de turpitudine, fugere potest in cõsciẽtia, & stare vt libera quia dominus abutitur sua potestate, & põt officiũ episcopi implorare vt manumittatur: & potest ipse ad istud cõpellere. l. si lenones. C.
de episcop. audi. ¶ † Sextò quæritur, quid iuris de ordinatione seruorũ? Et dico multa. ¶ Primum. Nullus seruus ecclesiæ vel priuati debet nisi prius manumittatur dist. liiij. per totũ. & si ordinatus fuerit libertate nõ accepta, secundũ Ray. si dñs scit, & non contradixit, efficitur ingenuus. di. liiij. si dño sciẽte. & hoc verũ quo ad quoscũq: ordines. & idẽ Gof. & Innoc. Si verò dominus ignorauit aut cõtradixit: distinguit: qa si ordinator vel præsentator sciuit, ordinatus remanebit in ordine: sed alter illorũ cõdẽnabitur domino in duplũ di. liiij. si seruus absente dño. & hoc si alter tantũ sciuit: si autẽ ambo sciuerũt, dabit vnũ pręsentator & aliũ ordinator: & si neuter est soluendo, poterit dñs postulare eum sibi restitui. dist. ea. ex antiquis. Si autẽ neuter eorũ sciuit, si ordinatus est in sacerdotem, remanebit in eodẽ ordine, peculio, si quod habet, domino restituto. & si peculium nõ habet, nec est qui redimat ipsum, debet domino suo reddi ad seruiendum illi in decẽtibus ordinem suum: puta horis canonicis missã, & huiusmodi. distin. liiij. frequens. Et si contumax hoc renuat, debet deponi. extra eo. nullus. in fi. Si verò ordinatus est in diaconum, dabit pro se vicarium, & ipse remanebit in ordine: aliàs reuocabitur in seruitutem, nisi quis eum redimat. Idem de subdiacono intellige extra eo. miramur. In alijs autẽ ordinibus absolutè in seruitutem reuocatur. distin. liiij. nulli. & cap. ex antiquis. & concor. satis Gofr. & Innoc. ¶ Secundum. Prædicta intellige si dominus repetat intra annum ab ordinatione secundum Hug. aut verius à scientia domini secundum Ray. Gof. Hosti. & Pet. ¶ Tertium. Talis seruus deposi tus tenetur continere, vt no. dist. liiij. nulli. & nõ gaudet aliquo priuilegio clericali, nisi quòd verberari nõ potest: vt no. glo. in c. ij. dist. ea. de quo extra de cle. coniu. Ioannes. & c. de quen. aliàs verberans est excommunicatus, secundum Inno. ¶ Quartũ. Secũdũ Inn. idẽ est in originarijs & adscriptitijs & omnibus obligatis cõditiõe seruili vel ratiocinio vel tyroci-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uio,& idem in libertis si aliquod obsequium patronus sibi remittit.dist.liij.quicūq;,& idē in obligatis iunctionibus,id est, publicis officijs.dist.ij.præterea.Quintum.Ratio quare seruus reddatur domino cum alia res consecrata nō reddatur: vt iiij. q.vlt.comperimus.secundū Gof.Host.Vld.& Per.est: quia in alijs rebus nō est dolus vt in homine: tū quia in alijs consecratio est in superficie,nō in animaideoq; non debent manu profana tractari.xxx.q.vij. licitè. Vtrū autē seruus possit ordinari domino retinente sibi aliqua iure patroni,vide ī. Manumissio.§.v. De coniugio autem seruorum, vide suprà, Matrimonium.vj§.j.ad fi.& Matrimonium.viij.§ij. ¶Septimò quæritur,†vtrū seruus vel ancilla cōtrahēs teneatur magis domino quàm cōiugi, vel econtrario? Et dico ꝙ teneatur magis reddere debitū cōiugi quàm seruitiū domino, si voluntate eius cōtraxit: quia ex quo cōsensit in matrimoniū,cōsensit in accessoria.de offic.dele.prudentiā.& l.ad legatū. ff.de procurat. Nec pōt dominus sine peccato mortali aliter eum distrahere,quòd loco & tēpore debito impediretur reddere debitū.& ide die si sunt diuersorū dominorū,& ambo cōsentiūt. Et ita limita Tanc.& alios tenētes quòd vēdi nequeūt scilicet sic quòd impediatur dicta redditio. Si verò contraxit domino ignorante vel cōtradicēte licet teneat matrimoniū magis tamē tenetur domino de obsequio, quàm coniugi de redditione debiti:vt not.do.Ant.Car.& Pan.& communiter docto.in e.j.de cōiu.ser.& poterit vendi ad libitum: licet secundum Sco.in venditione de bono & æquo deberet attendere dominus,ne dicta rē̄itio impediretur:imò videtur ad hoc teneri,si sine suo præiudicio hoc potest,alioquin iniustè
8 lederet proximum. ¶Octauò quæritur,†vtrum liceat Christiano dare se infideli in seruum tēpore persecutionis cum pacto non dimittendi ritus Christianos? Et dicit Innoc.in.c. nisi cum pridem.de renun.quòd sic.

¶S i,quando faciat conditionem,& quando non, vide ī. Conditio.& ī.Legatum.j.§.j.

¶S i quis plus habere:dic secūdū distinctionem dat ī ī.de Iudæis:& no.in c.dilecta.de excess. prel.

De Simonia.

1 *Simonia qui.l.*
2 *Vendi quæ possint vel non possint sine vitio simoniæ.*
3 *Simoniam esse nicene quibus modis cognoscatur.*
4 *Simonia an cadat in quemlibet,etiam in papam & contrahentem cum papa.*
5 *Simonia an solavoluntate contrahatur.*
6 *Simonia quot modis committatur.*
7 *Simonia an sit dare aliquid pro remissione peccatorum, & pro sacramento.nu.8.& pro aliis alibus.nu.9.*
10 *Simonia an sit vendere scientiam.*
11 *Simonia an committatur accipiendo aliquid pro munere.*
12 *Simonia an sit aliquid dare pro annexis spiritualibus.*
13 *Simonia an sit aliquid dare pro beneficijs ecclesiasticis, seu dignitatibus.*
14 *Simonia an committatur in locando fructus beneficiorum vel aliter distrahendo.*
15 *Simonia qualiter committatur in religionis ingressu.*
16 *Simonia qualiter committatur sine pecunia. sed munere vel obsequio.*
17 *Pacisci an aliquo modo liceat de temporalibus ad spiritualia.*
18 *Simoniacorū quotuplex sit pœna et qd de mediatoribus.n.19.*
20 *Simoniæ quæ sit debita restitutio.*

siue ipse siue causa sit spiritualis, secundum Alexan. de Ales, qui etiam dicit quòd patrocinium & consilium administrans: causa exterius: sed testimonium est de eius substantia: vnde testes coguntur, nō aduocati. Et sic cum iudicare sit in se talari iudice actus spiritualis ex parte finis trīs, sicut & docere artes liberales: videtur quòd Doctor artium obligatus docere nō sit simoniacus si aliquid accipiat pro doctrina: quod verū est quantū ad præsumptionem iudicialem: quantūverò ad Deū est simoniacus si intendat vendere ipsam veritatem: vt si nolit cōicare aliquod pulcrum & subtile, nisi data pecunia. ¶ Tertiū. Dans pecuniā pro sententia simoniā nō comittit, secundum gl. j. q. iij. vendentes. quia in profanis nō cōmittitur simonia. quod limita secundū mentem Pan. in c. cū ab omni. de vi. & ho. cle. nisi velit per sententiā cōsequi spirituale vel annexū: adde vel nisi sententia sit à persona spirituali. Et eodem modo simonia est corrūpere iudicem vel testem in causa spirituali, secundū Pan. in c. tua nos. post Host. propter cōnexionem quā habent cum spiritualibus: secus in causa mere temporali. Vnde secundū Ray. simonia est dare aliquid superiori vt seruet iustitiā in spiritualibus: & Vertuec. dicit idem esse etiā si agatur in temporalibus, ex quo persona est ecclesiastica, quæ ratione ecclesiæ iurisdictionis tenetur ad tale ius reddendū: sed si sit iudex laicus & super re temporali nō erit simonia, sed graue pctm. quod limita nisi iustē retineatur vexatio respectu iurit iā in tali re quæsiti: quia nec simonia nec pctm erit: vt quia aliter iudex nō vult iudicare. ¶ † Vndecimò quæritur specialiter, quid iuris de spirituali bus quantum ad funeral: Et dico multa. ¶ Primum. De sepultura quantū ad ipsam terrā: vide §. seq. par. iij. quantū ad reliqua verò dicit Ray. Gof. & Host. quòd pro huiusmodi nihil debet exigi: sed piæ debent cōsuetudines obseruari, extra eo. ad nostrā. & c. cū in ecclesiæ. scilicet facta prius grata collatiōe spiritualiū: aliàs esset simonia. d. c. cùm in ecclesiæ. ¶ Secundum. Si apud ecclesiā sint diuersa cœmeteria, & taxetur pro quanta pecunia quis ponatur in tali cœmeterio, secundū Host. simonia est. extra eo. audiuimus. & idem si pro pecunia crux specialis portetur ad funus. d. c. audiuimus. & idem Dur. ¶ Tertiū. Si clerici cōsueuerunt habere lectum, pānos, equū, & similia de moriente, & ante portationem pactū fauentes de redimendo, scām Host. quia hæc temporalia sunt, licet est: sed si nollent sepelire corpus nisi fieret eis cautio de redimendo talia, simonia est: vnde in talibus prius sepeliat corpus, deinde agatur cōtra hæredem. extra eo. ad apostolicā. ¶ Quartū. De processionibus quas faciūt aliquæ ecclesiæ collegiatæ in exequijs mortuorū data vel promissa aliqua pecunia siue quacunq; re temporali, aliàs non facturæ: dicit Arch. post pis. & Ray. quòd si ad huiusmodi tenentur ex officio sic aliquid exigere, simonia est. j. q. iij. vendentes. si verò nō tenentur, & deficit sumptus: tūc nō est simonia, dūmodo nō intendāt hoc recipere tanquā pretiū officij, sed vt stipendium sumptuū. Et cōsentit Sum. Rof. & Sup. ¶ Quintū. Si statuatur vt processio fiat pro pecunia: si quidem statutum sit per verba affirmatiua: puta, quicunq; reliquerit collegio de cem habeat processionem: & aliàs ad eā nō teneatur, nō est simonia. Si verò sic per verba negatiua: vt nulli fiat processio nisi reliquerit tm, simonia est: quia tollit officiū pietatis. scilicet: quòd processio gratis vel minori pretio non fiat. de iureiur. sicut. j. & ij. concor. S. Tho. & Vld. Ratio diuersitatis est: quia in primo casu non est exactio: quia non negatur quin fiat pro non legantibus. arg. de iureiu. sicut. el j. & ij. in secundo autem est species exactionis, quia præsupponitur quòd pro minori non fiat. Quantum ad Deum tamen potest esse simonia in primo casu quo ad statuentes, non in lecundo: & in secundo, non in primo secundum intentionem. ¶ Sexum. Si statuat capitulum ecclesiæ matricis quòd nullus de sua parochia vocet ad funus aliquos religiosos nisi vocet totum capitulum habiturum aliquid temporale, quod tamen vocate nō tenetur: cōstitutio est simoniaca, quia negatiua, & cōtra ecclesiasticā libertatem: vt habes ex dictis ī. Immunitas. ij. §. ix. & in Au. ro. casu l. viij. diffusè. ¶ † Duodecimò quæritur, vtrum licitum sit aliquid dare pro annexis spiritualibus antecedenter aut consequenter? Et dico multa. ¶ Primum. Vasa sacra secundum S. Tho. in iij. ratione consecrationis vendenda nō sunt: vt scilicet pro cōsecratione eorum aliquid plus exigatur: tamen in necessitate ecclesiæ vendi possent ex parte eius quod est in eis nō spirituale, scilicet materia auri & argenti: & tunc si vendātur ecclesiasticæ personæ possent integra vendi. si autem vendūtur alijs, nō ad vsum ecclesiæ, debent prius frangi oratiōe præmissa: ne sancta ab alijs tractentur quàm à ministris ecclesiæ. hęc ille. Et idem x. q. ij. §. hoc ius. Si tamē aliquis laicus emeret calicem nō ad vsum profanū, sed vt interdū faceret in eo sacramentū cōfici reuerenter: nō video quòd sit necesse eum cōfringi aut cōflagrari: possent tamen secundū Pet. de Pal. vasa sacra laicis obligari: & idem dicit esse de reliquijs quæ gratia metalli vendi & obligari possint: non aliter: quia nemo martyres distrahat, nemo mercetur. C. de sac. san. ec. l. nemo. ¶ Secundū. De vestibus sacris cū eadem sit ratio, sicut & de vasis, est etiā idem ius. ¶ Tertiū. Secundū S. Tho. in tit. de terra consecrata in sepulturam, est similis ratio sicut & de venditione sacrorum vasorum: quia cœmeteriū cōsecratū vendi potest ratione terræ in necessitate ecclesiæ sicut & calix: nō autem ratione consecrationis, vt scilicet aliquis pro pecunia ibi sepeliatur. Abraham etiā nō peccauit emens spelunca duplicem: quia nō erat cōsecrata in sepulturā: vel si erat consecrata, transiuit possessio eius in iurisdictionē cū vniuersitate agri. hæc ille, cum multis alijs ad excusandū Abrahā, & cōdemnandū Emor. Vide ī. Sepultura. §. ij. ¶ Quartū. Ius autem primogenituræ Iacob emendo nō peccauit, secundum S. Th. j. ciij. quia debebatur sibi ex diuina institutiōe: ideoq; suā ve...ationem intelligitur redemisse. ¶ Quintū. Ius patronatus secundū S. Tho. in iiij. per se vendi non potest, nec dari in feudū, licet trāseat cū villa si vendat' vel detur in feudū: vē. Ius patronatus. §. v. Et adde scām Pan. in c. querelā. de simo. quòd vendens villā, & ius patronatus, quod habet in ea, est simoniacus: quia copulatiua facit venire copulatū principaliter & nō accessorie: secus si dicat, vendo villā cū iure patronatus: sed in cōscientia tu ad intentionem attende. Adde etiā quòd si patronus aliquid accepit pro præsentatione, est simoniacus, scām Pan. in c. veniens. el j. de test. tex. est bonus in c. præterea qui inter. de trāsactio. ¶ Sextū. Ius percipiendi decimas, scām S. Tho. in iiij. cōsequitur spirituale officium: quia debetur ministris ecclesiæ nec laici possiant habere huiusmodi ius, quāuis aliqui ad tempus sit eis cōcessus fructus decimarū propter aliquā ecclesiæ necessitatem: & tūc hoc modo quo laicis dari pōt, ab eis pōt redimi ex authoritate episcopi: tñ vna ecclesia emere nō pōt ab alia ius percipiendi decimas. Hæc ex illo. De quo vide ī. Decima. §. x. Et idem dic de oblationibus & obuentionibus & iure percipiendi talia. Dicit tamen Host. quòd si laicus decimā restituere non vult nisi pro pecunia, simoniā cōmitteret ex parte sua: sed ecclesia bene potest redimere. Sed Vertuec. dicit contrariū. Sed vide ī. Decima. §. x. ¶ Septimū. Dās pecuniā pro administratione rerum ecclesiasticarū, simoniam committit, secundum Pan. in c. consulere. eo. tit. & ibi tex. quod lim. ta secundum glosin cap. saluator. j. q. iij. quando talis administratio

habet

Universidad de Deusto
Biblioteca

habet aliquod ſpirituale annexum, aliàs non: quia temporalis iurisdictio dari poſſet ſub annua penſione: de quo etiam §. ſeq. par. vij. §. xiiij. parti. iiij. ¶ † Decimotertiò quæritur ſpecialiter, vtrum ſit licitum dare vel accipere pecuniam aliquo modo pro beneficijs ſeu dignitatibus eccleſiaſticis? Et dico multa. ¶ Primum. Si electione iam facta à maiori parte detur aliquid alicui contradicenti electioni vt quieſcat, de voluntate electi etiam turbata, ſimonia eſt, & reſignare tenetur. extra eo. Matthæus etiam ſi contradictio erat iniuſta, ſecundum Inno. de elec. ſignificaſti. & multò fortius ſi nõ erat facta extra eo. nobis. Et ſimiliter ſi ante electionem Petri detur pro ea pecunia ab alio eo ignorante: imò ſecundum Vin. & Hoſt. & gl. Ray. etiam eo contradicente eſt ſimoniaca, etiam ſi alias erat eligendus, ſecundum Dir. j. q. j. placuit, & extra eo. de ſimoniace. & c. de regularibus. & c. nobis. niſi hoc fuiſſet doloſè factum in diſpendium electi, ne ex dolo reportetur commodum. d. c. nobis. Ipſe tamen Petrus non eſt propriè ſimoniacus licet teneatur ſecundum iura prædicta renuntiare: ſecus ſi data eſſet poſt electionem ipſi confirmato ri pro confirmatione vel benedictione aut conſecratione cõtradicente electo, extra eo. licut tuis. vel etiam ignorante ſecundum Arc. poſt Dir. quia nihil ei nocet niſi receſſerit à tua prohibitione, vel niſi poſtea conſenſerit ſoluendo pecuniam vel reddendo ſolutam. d. c. ſicut. vel niſi eſſet conſanguineus ar. ibidem. Et ſimiliter ſimonia eſt, ſi pro confirmatione electionis electo conſentiente, ſecundum Pet. de Pal. niſi vexatio redimatur, locum habet in iure quæſito. Si ergo aliquid alicui detur ne moleſtetur electio, diſtinguendum eſt: quia ſi detur ne impediat quin fiat electio iuridica, in qua nullum ius habet, non eſt ſimonia, ſed redemptio vexationis: ſi verò detur, ne impediat electionem de iſto vel illo faciendam, ſic eſt ſimonia: quia datur pro ſpirituali. Siverò erat iam electus non eſt ſimonia, ſed redemptio: quia iam erat ei ius acquiſitum. extra eo. dilectus. Princeps autem & alij recipientes pecuniam vt conſentiant electioni vel promotioni ad dignitatem eccleſiaſticam, ſunt ſimoniaci, ſecundum Pan. de hoc. e. ti. & tenentur reſtituere illi eccleſiæ, de cuius dignitate agebatur: licet nõ eſſet de bonis eccleſiæ, vt patet in d. c. ſi de hoc. ¶ Secundum. Pro inueſtitura eccleſiarum aliquid accipere, ſimonia eſt. tex. eſt in c. in tantum. eo. ti. vbi dicit Pan. non tantùm pro inueſtitura iuris, ſed etiam facti, ſcilicet pro inductione in corporalem poſſeſſionem: etiam ſi ibi ſit conſuetudo. Sed ſecundum Archi. poſt S. Tho. in Sum. & in iiij. non eſt ſimonia, ſi ante collationem beneficij vel præbendæ ex causa iuſta ſine conuentione ordinauit epiſcopus aliquid ſubtrahi de prouentibus: ſed ſecus ſi interueniat pactio vt antè vel pòſt recipiat aliquid de dictis fructibus ab eo cui beneficium confert. & idem Pan. in c. j. vt ecc. benefi. & iuſta cauſa eſt vt deputentur ad vſum laudabilem. ar. c. vlt. de verb. ſig. & ſolutio debitorum contractorum nomine eccleſiæ & non priuato, vt no. gl. in c. j de ſolu. Et additur ſecundum Pan. in c. cùm clerici. de pact. quòd ſimonia eſt, ſi promouendus in rectorem eccleſiæ pacifcatur de maiori penſione. Additur etiam ſecundum Ant. de But. quòd ſicut non licet pecuniam dare immediatè pro beneficio ita nec pro eius vacatione vt poſtea conferatur: quia præambulum eſt & via ad collationem additur etiam ſecundum Vld quòd ſi ab eo qui fit canonicus, monachus, epiſcopus, vel huiuſmodi, ratione conſuetudinis obtineatur aliquid per exactionem iudicij vel pactũ aut violentum ſiue antè ſiue pòſt, ſimonia eſt, nulla conſuetudine obſtante. extra eo. c. j. & c. ſi pro certo. quod intellige quã do ipſe collator ſpiritualium exigit ex conſuetudine ſine authoritate ſuperioris ſubtrahendo ſpiritualia, vt ſ. §. ax. Adde etiam quòd ſi detur vel promittatur beneficium pro voce electionis, ſimonia eſt. eo. ti. de hoc. Et idem eſſet ſi daretur pro electione non impedienda ante acquiſitum ius. Adde etiam quòd non ſunt credendi ſimoniaci, qui dant primos fructus beneficij in curia, & ſoluunt taxam bullarum & exterorum ſecundum ſtylum curiæ: quia talia non ſoluuntur pro ſpiritualibus, ſed pro ſuſtentatione curæ & officialium. & tenentur: quia illa deuolutate papæ & eccleſiæ ſunt ordinata. & eſt mens S. Tho. ij. ij. vbi ſ. ar. ij. & iij. in corpore. Et idem eſt in curijs epiſcoporum, ſi aliàs non habent vnde viuant decenter ſine pompa: & hoc ſiue taxa fiat ex ſtatuto ſiue ex conſuetudine: quòd ſi habent, ſimonia eſt tales taxationes facere pro diſpenſationibus, abſolutionibus & huiuſmodi. j. q. iij. ex multis. ¶ Tertium. Si quis alicui eccleſiæ offerat bona ſua vt fiat canonicus, & ex illis bonis inſtituatur ſibi præbenda, eſt ſimonia. tex. eſt in c. tua nos. eod. tit. Secus ſi prius liber aliquem donaſſet, & poſtea humiliter peteret admitti in canonicum, & retinere prædicta in præbendam, & clerici purè conſentirent: quia licet coram hominibus, ſecundum Inno. ſi tamen ducatur principaliter intentione habendi ſpiritualia, & illi aliter eũ non reciperent, ſimonia eſt ex vtraq; parte. & concor. Hoſt. & Vld. & extra eo. tua nos. Et adde quòd ſic præmeretur quando omnia vel quaſi omnia ſua donaſſet. Sed ſtatim quis de ſuis bonis in aliqua eccleſia præbendam conſtituit retinendo ſibi poteſtatem conferendi illam, non eſt ſimonia: quia poteſt retinere ſibi ius patronatus perpetuò vel ad tempus: ſed non valet, niſi fiat de conſenſu epiſcopi & fratrum, ſi ibi ſunt aliqui, ſecundum Veruec. ¶ Quartum. Si dicunt ſibi aliqui canonici maiores, Canonizemus nepotulos noſtros placeat tibi de meo. & placebit mihi de tuo: vel ſi dicit aliquis, nunquam me viuente fiet canonicus in iſta eccleſia, niſi fiat talis pro quo rogaui, ſecundum Ray. in vtroq; caſu ſimonia eſt. j. q. ij. quàm pio. Si verò vnus dicat alteri, Tu exauditus fuiſti in vna pentione, ego exaudire debeo in alia ſecundum eundem, ſi preces ſunt ſpirituales: de quo j. §. xv. non eſt ſimonia. di. lxnj. quia ſancta. Siverò ſunt carnales, vel ex pacto quondã facto aut nunc faciendo, ſimonia eſt, ſi eſſet conſuetudo quòd exaudito vno alter exaudiatur, ſecus poſſet illam cõſuetudinem ſeruari. ar. lxiij. di. quia igitur. & de conſti. cùm omnes. ¶ Quintum. Si ſtatuto cauetur quod nouiter receptus in canonicum vel monachum ſoluat certum quid, ſimonia eſt poſt receptionem illud ſoluere, ſecundum Pan. in c. dilectus. el ij. eo. ti. quia ſolutio videtur facta virtute illius taxationis, & non liberè. facit text. d. c. dilectus. & c. ex multis. j. q. iij. & c. veniens. eo. ti. quod aliqui veniunt limitant quando tale ſolutum cedit in vtilitatem priuatã aut canonicorum: ſecus ſi ſolueretur pro fabrica eccleſiæ vel aliis ad diuinum cultum pertinentibus, ſecundum Hoſt. ar. c. ſi omnes. de conſti. & c. ex parte. quia & laudab. ſic conſuetudo ſeruari debet. eo. ti ad apoſtolicam. & de præb. ſignificatum. non debet tamen detineri præbenda loco pignoris. ar. d. c. ſignificatum. niſi ſit conſuetudo: quia hoc caſu ſit permutatio ſpiritualis ad ſpirituale: quod licet. de re perm. c. ad quæſtiones. Pan. tamen in c. Iacobus. eo. titu. tenet quòd ſit ſimonia, etiam pro cultu Dei, ſi tale onus imponitur recipiendo vel recepto. ar. d. c. ex multis. Si autem imponatur præbendæ, vt ſeruiat in fauorem cultus diuini. ar. d. c. ſignificatum. & c. vnic. de ece. bene. & c. ſi propter tua debita. de reſcri. lib. vj. quod magis placet. ¶ Sextum. Si conſanguineo beneficium confertur principaliter propter conſanguinitatem, collatio non eſt ſimoniaca, ſecundum Sanctum Thomam, & alios, ſi intendatur bonum temporale ſolum eius cui datur: quia nihil recipitur. Secus ſi detur alicui hac intentione vt inde ſuis conſanguineis

gineis prouideatur, vel etiam, ſecundum Veruec. ſi detur conſanguineo vt conferens magnificetur vel fiat potentior, vel exaltetur parentela, & huiuſmodi: quia dans reſpicit rem temporalem. ¶ Septimũ. Emere aut vendere eccleſiaſtica officia, ſimonia eſt. j. q. j. c. ſi quis epiſcopus. & propterea ſimonia eſt ſi quis propter pecuniã ordinetur procurator rerũ eccleſiaſticarũ, aut defenſor, aut regulæ ſubiectus. j. q. iij. & in c. ſaluator. exponitur procurator, id eſt, quilibet adminiſtrator: vel præpoſitus, ſiue œconomus, qui ſcilicet præeſt rebus canonicorũ: & vicedominus, qui præeſt rebus epiſcopi. Nomine aũt cõfeſſoris dicit quòd intelligitur aduocatus ſiue iudicus, qui præeſt tñ cauſis tractandis, & iudex epiſcopi: in ſubiecto verò regulæ intelligitur archipresbyter, Archidiaconus, canonicus, monachus, & quilibet eccleſiaſtico mãdatus officio: in quibus omnibus ſemper cõmittitur ſimonia, ſecundũ Hug. & Bar. Bri. ſed Ray. inhærens cõſuetudini, probabilius limitat qñ adminiſtratio habet annexũ aliquid ſpiritualitatis. & idem Vld. ſed gl. j. q. iiij. c. j. limitat qñ adminiſtratio vel officiũ eſt annexũ ſpirituali: vel cõſueuit exerceri ſolùm per clericũ: & ſic eſt ſimonia vendere officiũ nõ aurem reditus. Vñ Vlde. addit quòd aduocatus, caſtaldus, & iudex pòt eſſe laicus: & cõſequenter nihil habens ſpiritualitatis. Vnde ſecundũ eundem Ray. ſi quis ſeruit in hoſpitali vel in eccleſia, puta ad pulſandũ cãpanas, & huiuſmodi pro pecunia: ſi quidẽ tali officio ſit annexũ aliquod ius ſpirituale: ad. vel cõſueuit exerceri per ſolũ clericũ, ſimonia eſt: aliàs nõ poſſet ibi eſſe turpe lucrũ, quãdo ſcilicet nõ eſt cõſueti ſed talia emere aut vendere: ſecus ſi eſt cõſuetũ. ix. q. iij. conqueſtus. ¶ Octauum. Qui beneficium eccleſiaſticum ſimoniacè recepit, ſecundum Arc. poſt S. Tho. & Ray. & alios, renuntia re beneficio tenetur: & ſi commiſſa eſt ſimonia per ipſum vel alium eo ſciente & non contradicente, tenetur de omnibus fructibus, etiam qui percipi potuiſſent à diligenti poſſeſſore. xiiij. q. vj. ſi res aliena. & de reſt. ſpo. grauis. quia generaliter poſſidens ſine titulo, tenetur de omni damno & lucro percepto & percipiendo. tã de rei ven. l. ſi nauis. ſed intellige deductis expenſis gratia fructuum, & fructibus ac expenſis gratia ſiue in vilitatem eccleſiæ factis. Et idem videtur de eo qui neſciuit prius: ſed poſtquam ſciuit, non ſtatim renuntiauit. arg. extra eo. de ſimoniace, quia tenetur de extãbus poſtquam ſciuit, nõ de cõſumptis bona fide. C. de rei ven. l. certum. Secundum tamen Anto. de But. in c. de regularibus. eo. tit. ſi talis ſit epiſcopus. nõ renũtiabit ſine licentia papæ. alij inferiores ſine licẽtia ſuorũ prælatorum: exẽpti verò ſine licentia papæ vel legati. ¶ Nonum. Secundum Rayn. etiã gl. eius, ſi quis ſcit aut credit collatum ſibi eſſe ordinem vel beneficiũ principaliter propter obſequia ſeu preces carnales à ſe vel ab alio interpoſitas, diſtinguitur, quia ſi aliàs erat dignus reſignare nõ tenetur, ſed debet pœnitere de intentione corrupta. extra eo. mãdato. Si verò erat indignus, reſignare tenetur: quia tũc huiuſmodi preces vel obſequia ſuccedũt loco pretij. j. quæſt. j. ſunt nonnulli. & concord. Vlde. ¶ Decimum. Dare aliquid prælato ne remoueatur à prioratu vel beneficio, ſecundum Rodo. eſt ſimonia, ſi neceſſe vel vtile ſit quòd quis amoueatur, aliàs non modò intentio non ſit corrupta: ita tamen quòd ante collationem non præcedat pactio vel conuentio j. quæſt. ij. quàm pio.

¶† Decimoquartò quæritur ſpecialiter, quid iuris de ſimonia quo ad fructus beneficiorum locandos aut aliter diſtrahendos, & prælatorum vices? Et dico multa. ¶ Primum. Si locatio fiat à clerico vltra tẽpus vitæ locantis non valet vltra, ſecundũ Goſſr. quia clericus in beneficio cõparatur vſufructuario qui ſcilicet non eſt niſi ad vitã. xvj. q. vj. illud dicit ta

men Inno. quòd ſi facta ſit vltra vitã locãtis nomine eccleſiæ & vtiliter, ſucceſſor tenetur ad illã. de ſol. c. j. & xij. q. ij. hoc iur. ſecus ſi facta eſt nomine proprio, & nõ intendebat eccleſiam obligare: ſi tamen conductor vel emptor iã aliquid ſoluit, ſecundum Hoſt. tenetur ſucceſſor habere ratũ in quantũ pecunia verſa eſt in vtilitatem eccleſiæ. Et licet aliquando rector poſſit eccleſiam locare vltra tempus vitæ, nũquã tamẽ poteſt canonicus vltra locare præbendã. ¶ Secundũ. Fructus beneficij ſui clericus ad modicum tẽpus vendere poteſt. ne præla. vi. ſu. c. ſi. ad totum autem tempus vitæ, quãuis non ſit honeſtum, non tamen eſt prohibitum, ita tamen quòd nihil ſpirituale interueniat in vẽditione. de rer. permu. ad quæſtiones. poteſt autem gratis curam committere ei cui vendit fructus. Ita determinat Sum. Roſ. ſed die vt ſ. Alienatio. §. xv.

¶ Tertiũ. Nec epiſcopi nec Archidiaconi nec alij prælati poſſunt committere vices ſuas ſub annuo cẽſu. extra. ne præl. vi. in c. j. ij. & iij. ſed eſt ſimonia, qa tale ius eſt ſpirituale: ſecus ſi epiſcopus ſimpliciter & purè alicui committat vices ſuas, tali vicario conſtituens ſalariũ: quia nõ eſt peccatum: ſed potius ad hoc tenetur. xij. q. ij. charitatẽ. & ſicut dicit Hoſ. ſi pro cõmutatione iuriſdictionis nõ licet recipere quotam, id eſt. partẽ prouentuũ: ſacerdotibus tamen quos prælatus vel rector eccleſiæ cõducit, aut quibus locat fructus eccleſię, poteſt etiam curam animarum cõmittere gratis ſiue pactione interueniente authoritate epiſcopi. de offi. vi. ad hoc. imò & ſine dicta authoritate imminente profectione neceſſaria ad modicum tẽpus, id eſt, vnum vel paucos dies: ſed non diu. x. q. j. per totum. Nota tamẽ ſecundum Pan. in c. ſi. ne præla. vi. tu. quòd obuentiones eccleſiæ poſſent locari laico: modò ponat clericum loco ſui pro recolligẽdis, ne præſumptuoſe accedat ad altare vbi fiũt oblationes. ar. c. j. & ij. ne cler. vel mo. ¶ Quartum. Cùm autem prælatus vendit omnes obuentiones eccleſiæ: cõmodũ iuriſdictionis tranſit eũ alijs, niſi fuerit exceptum per ſe tamen iuriſdictio vendi nec poteſt nec debet, ſecundũ Hoſt. intelligẽ ſine ſimonia: imò ſecundum Archi. poſt glo. ſuper c. ij. ne præla. ſi. ſu. eſt ſimonia, ſi prælatus vendat iuriſdictionẽ temporalem. quod tamen Ant. de Bu. limitat de temporali habita ab eccleſia, quę iudicatur quid ſpirituale vel annexum ſpirituali reſpectu eius à quo habet dependentia: ſi aũt iuriſdictionẽ tẽporalẽ prælatus haberet in feudũ à principe ſeu domino temporali non eſſet ſimonia vendere illam, & ſi peccatum. & ſic intelligitur quod de iuriſdictione dicit Innocen. & Hoſt. ſuper c. j. eo. tit. Hæc ex Arch. ¶ Quintum. Non eſt autem ſimonia, ſecundum Arch. ſi loco tibi ſacerdoti eccleſiã meam. & tu operas tuas mihi vt ibi officies, nõ habituras ibi aliàs aliquam iuriſdictionem. ar. xij. q. ij. charitate. Sed tamẽ ſecundũ Veruec. nõ eſt ibi propriè locatio, ſed presbyter dicitur gratis officiare, & ille gratis facere expenſas. Vel dic quòd potius eſt ibi inſtitutio redit* annui cũ onere officiãdi. ¶ Sextum. Non eſt ſimonia ſi clericus vel religioſus vendat panem oblatum in altari, vel ceram & alia eleemoſynaliter data, & fructus decimarum inter peccatum, ſecundum Archi. in Ro. quia non ſunt ſpiritualia: panem autem benedictum vendere eſt ſimonia, ſecundum Vld. & multo magis ius percipiendi decimas, vt dictum eſt.

¶† Decimoquintò quæritur ſpecialiter, quid iuris de ſimonia quo ad religionis ingreſſum? Et dico multa. Primum. Si receptio ad habitum, quæ eſt quædam promotio ad gradum ſpiritualem, eſſet diuiſa à ſuſtentatiõe recepti, ſicut olim aliqui religioſi recipiebant ad habitum religionis in eremo, & tamen non erãt obligati alimentare receptum, ſed tantùm illum docebant: ſicut Romanus recepit beatum Benedictũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Macharius duos adolescentes:&etiam nunc Canonici eleuant aliquem ad dignitatemvel gradum canonicatus,quem tamen non aluntasta quæstio non haberet difficultatem: quia planè esset simonia,si quid exigeretur aut reciperetur pro receptione:&planè nō esset si quid acciperet prouictu si eut nunc licitè à religiosis recipiuntur hospites: sed quia nunc ista regulariter iunt coniuncta,& iura clamant contra eos qui verè aut præsumptiuè aliquid exigunt gratia receptionis:aliqui eas existimant loqui de alimētatione:& Cano nistæ se in iuris præsumptione fundantes implent quaternos & materiam aliquando non bene resoluunt. ¶ Secundum. Quidam igitur vt etiam refert Arch.ij.par.tit.j.dicunt quòd ingresso monasterium cōperit ius duplex, scilicet spirituale,quo habet dignitatem clericatus & vocem in capitulo,& participat bona sibi facta,& huiusmodi:& corporale, scilicet quo debetur ei victus & vestitus à monasterio:quæ iura nunc regulariter coniunguntur de facto, sed per intentionem possunt diuidi. Et dicit ista opinio quòd pro sēdo iure licet pacisci,non pro primo,vbi monasterium ad victum non sufficit. Et ista opinio est S.Tho. Nam dicit ij.ij.vbi.quòd pro ingressu monasterij non licet aliquid acciperevel exigere,quasi pretium:si tamen monasterium sit tenue,non sufficiens ad tot personas nutriendas, licet exhibere ingressum quidem gratis,sed accipere aliquid pro victu personæ recipiendæ,si ad hoc non sufficiant opes monasterij.Hæc ex illo. Et intellige quòd liceat accipere,id est, exigere: vnde in iij.dicit quòd tunc potest exigi ab eo qui in loco illo vult Deo seruire,non quasi pretium religionis:sed vt habeat monasterium vnde possit illi prouidere:si autem sine grauamine ecclesiæ potest recipi, simoniacum est aliquid pro receptione exigere.Hæc ille. Et sic patet, secundum eum,stante rectitudine intentionis pacisci pro victu. Et hanc etiā opinio nē tenuit Vlde.dicens quòd in casu tenuitatis possent habere intentionem ad temporalia pro sustentatione,& oblatis spiritualibus gratis exprimere ac pacisci de determinata summa temporalium.vbi nota verbum, oblatis: quia non dicit prius exhibitis.Et eadem tenuit Rodo. dicens quōd quando monasterium est tenue,non est simoniacum etiam pacisci in talibus expresso nomine & quantitate muneris,modò non fiat p spiritualibus cōferendis.Et idem post Ray.dicit quòd si recipiendus promittat annuatim tantum pro suavita,non est illicitum.Et hanc etiam in effectu tenuit Dire. & asserbit eam Tanc.Vin.Ray.& Host.secundum quos dicit quòd receptores possunt hæc verba dicere, Nos libenter & gratis recipimus te ad consortium spirituale,sed cum bona nostra non sufficiant nobis & tibi,porta tecum vnde possis viuere. quæ verba in effectu & coram Deo sonant quòd nisi afferas tecum tantum vnde viuas,te non recipiemus quod est pacisci vel exigere.Et hoc etiā sequit Sūma Angelica post Sum. Pisa cōtra Supple.& Rosel.q volūt quòd pacisci sit simonia, sed malè.Et ita oportet etiā dicere in cōscientia p rationē:qa licet ipsa receptio actiua ad religionē vel canonicatū & huiusmodi sit actus spiritualis ex parte principij:tamen ius alimentorum nō est aliquid spirituale nec annexum spirituali antecedenter aut cōsequenter,vt patet ex dictis:vnde pro eo licitum est pacisci,etiam quantū ad ecclesiam si per cōiecturas appareat quòd quis propter hoc & nō propter aliud,scilicet ingressum moueatur.Si autem monasterium esset opulentum,secundū omnes prædictos,esset simonia:sed intellige præsumptiuè,sicut semper fecerūt ac faciunt aliquę moniales,quæ de diuitijs superbientes quantò sunt ditiores volunt dotes maiores:ita de statu religionis quasi de statu mūdani sponsi iudicantes. Ad capitula autem, quæ adducuntur in contrarium,generaliter dico quòd loquuntur quo ad præsumptiones consideratas in foro contētioso,quæ locum non habent in conscientia,vt dictum est suprà,Lex.§ ix.specialiter autem ad cap.quoniā.eod.tit.vbi dicitur, quoniam simonia sub paupertatis prætextu:dico quòd secundū Ray.loquitur quando hoc dicebatur in traudem:vel secundū Hostiensem,quando spiritualia non offeruntur gratis, sed fit pactū de temporalibus ad spiritualia, id est, ad ius spirituale. Ad cap.autem,periculoso.de stat.reg.libro vj.vbi secundum Archi.alia opinio quam ipse sequitur determinatur, dum dicitur, districtius inhibemus ne in monasterio ordinum nouę mendicantium mulierum de cætero aliquæ recipiantur sorores,nisi quor poterunt ad ipsorum monasteriorum honorē vel prouentibus absq; penuria sustentarisi secus factum fuerit,irritum decernentes. Ad hoc inquam cap.dico quòd ex pro me:quia ratio istius prohibitionis, vt patet ibi expresse in tex.& in glo.est ne propter inopiam cogantur exire claustram.& sic intentio legis est vt habeant vnde viuant. Et re vera si intentio fit pura,laudabile est exigere à volentibus ingredi victum,quando monasterium numerum fratrum non potest commodè sustentare: quia dilatatur Dei cultus, & seruorum eius numerus augetur. ¶ Tertium. Secundum S.Thom.etiam licitum propter deuotionem, quam aliquis ostendit ad monasterium, largas eleemosynas faciendo,recilius in monasterio recipiatur:sicut etiam licitum est conuerso aliquem prouocare ad deuotionem monasterij per temporalia beneficia: vt ex hoc inclinetur ad ingressum monasterij:licet non sit licitum ex pacto aliquid dare vel recipere pro ingressu monasterij: vt habetur j.q.j.quām pia. hæc ille,qui loquitur de ingressu gratia iuris spiritualis, vt patet ex præcedentibus ex c.quod allegat: liceret tamen accipere sponte oblata sine corrupta intentione.j.q.j.fin. episcopum. ¶ Quartum. Si puella gratis recepta est, & monasterium tenue est,& tamen parentes nihil volunt dare,secundum Hostiensem, possent moniales agere contra patrem pro alimentis filiæ,vel si est mortuus ad partem hæreditatis,vt in auth.de san.epi.nulla.col.ix.quia priuari non potest licentia per ingressum religionis, nisi ipsa sponte sua renuntiasset.xix.q.iij.c.penul. ¶ Quintum. Circa ingressum religionis & etiam promotionem ad ecclesiasticam dignitatem multa sunt simoniaca,secundum Docto. quæ intelligutur vel præsumptiuè quantum ad forum contentiosum,vel in conscientia si habeatur respectus non aduentus, sed ad ipsum ingressum siue eleuationem ad clericatum,dicut primò si nullum fiat pactum, sed taxatum sit quantum debeat dari,secundum Host.extra eo.sicut pro certo. Secundò si fiat pactum de seruanda consuetudine. extra eod.veniens.Tertiò si gratis recipiatur, & postea compellatur ad seruandam consuetudinem.extra eod. Iacobus. Quarto si quis seruit religiosis propter promissionem sibi factam ad receptionę,secundum Veruec.vt j.q.j.cap.quàm pio. Sed patet quòd omnia prædicta iura loquuntur de ipsa receptione seu promotione,non de victu. Quintò si recipiens exprimat conditionem de aliquo dando: & recipiendus tacet,tunc repelli,secundum Veruec.quia taciturnitas habetur pro consensu.de reg.iur.qui tacet.lib.vj.Sextò cùm timens non recipi dicit abbati,si velletis me recipere darem omnia bona mea,secundum Veruec.& hoc ex parte offerentis, etiam si non intuitu promissionis est receptus,vt notat. Tanc.extra eo.nobis.& idem Bernardus & Hostien.nec potest ibi materę,tenetur tamen ad aliud monasterium transire, si te religioni obligasset,secundum illos.de regula.cap. postremo. Si tamen talis hoc simpliciter duxisset, non intenduit per

per tēporalia assequi religionis ingressum, sed exprimere suā intentionē scilicet transeūdi cum bonis suis:& recipiētes ad tēporalia principaliter nō respiciūt:nōvidet Arch.& bene quomodo in foro pœnitētię sit simonia.Septimo quādo monachi dāt aliquid abbati vel episcopo pro prioratibus habendis,vel pro habitu nō perdedis,secūdum Veruec.si in illis est aliquid spirituale,& ly pro,dicat appretiationē vel causam proximā & principalem:nō est simonia, etiā si ibi habeatur sola inridictio temporalis,vt patet ex dictis.§.xiij.parti.iij. ¶ Sextum.si promittatur alicui receptio post biennium,si tamen interim didicerit talem artē,vel sterer it in scholis,secūdum Veruec,& Vld.non est simonia:quia idem est ac si diceretur,iudeuntur te si interim reddideris te idoneum.putat tamen Arch.esse simoniā si haberetur intentio ad lucrū illius artis:sed non est verū,quia ad illud lucrum nō potest haberi intentio nisi mediāte idoneitate personę ad quam haberi potest intentio:alioquin boni religiosi quotidie simoniā cōmitterent recipientes aliquos quia sperant eos vtiles religioni. ¶ Septimum.Si quis in ingressu alicuius societatis ex statuto promittit aut iurat soluere aliquid annuatim,non est simoniacū,quia nec illa fraternitas est religio,sed congregatio ad beneficiēdū:imò est laudabile si tale quid imponatur pro eleemosynis faciendis vel expensis quas faciūt dum cōueniunt ad tractandū de salute animæ,& talis cōfraternitas bona est dixit.iij.si quis desipcit.iuramētū tamē secundū Ray.in huiusmodi nō approbatur propter periculum periurij. ¶ Octauū. Si quis est receptus in religione simoniacē,secundum Archi. post San.Tho.& Ray.si ipse sciuit debet expelli sine spe restitutionis,& in locum arctioris regulæ detrudi.eo.tit.quoniā simonia.& si nō inuenitur arctior,debet mutari in aliud monasteriū eiusdē regulæ,saltē ad tēpus,si non potest commodè fieri.ar.lxxxj.di.valet.& postea recipiatur de nouo nullo priori loco & inferiori assignato.Si verò ignorauit,sufficit quod renūtiet loco,& postea poterit nouiter recipi nullo priori loco:extra eod.ex insinuatione.Et intelligę Ray. & Vld. quòd prædictus rigor seruandus est etia in occultis simonijs & in foro pœnitentiali,licet nō constet de crimine per inquisitionem & in forma iudicij.ar.dicti cap.quoniam. quod de accusatione vel inquisitione nihil dicit,sed nō intelligas de occulta,id est,metali,sed quando ad extra procedit per actionem,vel huiusmodi,licet alijs sit occultum.secundum Ray.tamen in fauorē religionis posset episcopus cum talibus dispensare in ordine & in loco & capitulo, vel prælatus eorū,si non participauerūt in simonia:secus si participauerunt:quia cum ex hoc sint punsendi,nō debent ex eodē facto priuilegium obtinere:imò videntur amisisse potestatē recipiendi:& illi qui nō peccauerunt,aequisiuisse.ar.de elect. Tales etiam qui simoniam cōmiserūt in huiusmodi & qui sunt participes,vt parētes dātes dotes sunt excommunicati per extrauagantē Vrbani,quam tamē Martinus quinq; secundum fide dignos,vt refert Archi. declarauit nō extendi ad dotes,quæ monialibus dātur pro ingressu monasterij. ¶ ¶ Decimoloctò quæritur,quid iuris de simonia.quæ nō committitur data pecunia,sed munere aliquo,scilicet à manu, à lingua,& ab obsequio? Et dico multa. ¶ Primum. Pecunia tenetur primò propriè pro numerata siue pro numis, & sic non computatur inter ista munera, sed est pretium quo ista munera mensurantur in se vel in suo effectu,sicut & omnia venalia. & secundò improprie: & sic est omne mensurabile pecunia propriè dicta,& est munus à manu:& tertiò cōmuniter ad propriè & improprie vtrunq; comprehendendo: & dicitur in diffinitione simoniæ. ¶ Secundum. Igitur munus à manu secundum Archi.est communis res mobilis aut immobiliter possessa,vt etiam colligitur.j.q.iij.c.torum.Inducit autem simoniā,si pro eo detur vel accipiatur spirituale,vt patet ex diffinitione simoniæ declarata: & hoc coram Deo.qui videt intentionem quantūcunq; sit modica,secundum S.Tho.& Dur.in iiij.& j.q.j.ducet aliàs iudices nō autē quantū ad ecclesiam, quæ iudicat quantū ad exteriora nisi munus sit magnum:quia,vt dicit S.Tho.vbi s.non est probabile quòd animus iudicis spiritualis flectatur ad aliquid faciendum pro munere paruo. Vñ in paruis muneribus iudici datis nō iudicat simoniā cōmitti. Vnde secūdum Host.xenia simoniam nō inducunt,nisi extendantur ad quantitatē munerum. Et secundū Ray.si dubitatur an quis mere corrupta munera dederit:attendēda sunt tria precipuē,qualitas scilicet dantis & accipientis,quātitas dati & tepus donationis, secūdū hæc presumitur pro vel cōtra:extra eo.& si questiones inter lige in foro cōtentioso: qa in pœnitētiali attendēda est intentio,& secundū eam iudicatur,etiā si omnes præsumptiones essent in cōtrariū,secundū Arch. ¶ Tertiū. Munus autē à lingua,secundū S.Tho.in ij.ij.& in iiij.est duplex,scilicet cōsistens in actu linguæ,vt laus pertinens ad humanū fauorem, qui sub pretio cadit,& ex actu linguę initiū sumēs:sicut eum quis ex hoc ꝙ precibus alicuius satisfacit, fauorē expectat. Vnde etiā munus à lingua dicūtur preces, ex qbus acquirit fauor humanus,vel etia ex quibus euitatur periculū:vt quando sunt armatæ:cū carere malo sit quoddā bonū.v. Ethi.& sic hoc munus secundū mentē eius totū mediatē vel immediatē cōsistit in fauore humano:& dare, ꝓpter preces,hic est dare propter fauorē sperandū à precāte. Inducit autē simoniā hoc munus sine dubio,vt dicit,si propter hoc detur spirituale:quia ordinatur ad vtilitatē tēporalē mēsurabile pecunia: vnde si dās princip aliter ad hoc intēdit,est simonia:quod facit,inquit,qui preces pro indigno exauditiui cum eo sic distinguūt doc.citea preces. Si enim quis preces porrigit pro se ad obtinenda sacramēta & spiritualia alia à beneficijs, non reperitur prohibitū,si quis sit dignus: excepto religioso qui nō habet velle,& ad ordines præcipuè promoueri nō debet, nisi de voluntate prælati de tēp.ord.ad aures. Si verò porrigit pro se obtinēdo beneficio vel ecclesia aut dignitate habēte curā animarū,simonia est secūm Hu.Ray. Host.Dir.& S.Tho.etiā si aliàs esset dignus:qa se ingerēdo præsumptuosus & ambitiosus videtur & cōsequēter indignus: quia secūm S.Tho.in quol.sine gratia Dei, quam nullus scit se habere, nō potest quis exercere curā animarū dignē: cū peccet mortaliter indigne faciendo ea quæ pertinēt ad curā. Vide S.Episcopus.§.iij.& multò magis est simonia,si aliàs est indignus, puta quia illiteratus vel notorius fornicator: sed si porrigit pro se ad obtinendū beneficium simplex,nō est simonia,nec peccat si eget,& nō est indignus propter aliquod impedimentū,secūm Ray.S.Tho.& alios de præb.c.ij.sed si nō eget,peccat secūm Ray.j.q.ij.cleros.& multò magis si esset indignus: imò tunc videtur simonia. Quidā tamē,vt glo.Ray.& Vld. hanc opinionē dicunt esse duram:quia promotus ad sacros ordines,cum huiusmodi promotio titulū ecclesiasticum requirat,pōt,si est dignus,sine peccato petere beneficiū ecclesiasticum,etiā si abundet in tēporalibus,cum nemo cogatur suis stipendijs militare:exemplo Isaiæ dicentis cap.vj. Ecce ego mitte me. Pro quo etiam facit tolerātia papæralis ferè totus mūdus esset in statu damnationis. Et hanc opinionem Sum.Ros.sequitur,& adscribit Panor.in cap.tua nos.eod.tit. Sed hæc opinio quantum ad illud verbum,etiam si abundet temporalibus,euertitur per iura, vt de referip.ad aures.& j. quæst.ij.clericos.& c.pastor.& xij.quæst.j.illud autem. nec responsio glo.Ray.& Vld.dicentis quòd iura illa loquuntur

Universidad de Deusto
Biblioteca

in statu ecclesiæ primitiuæ quando reditus erant tenues, & distribuebat de facultatibus ecclesiæ prout cuiq; opus erat, valet: quia Hieronymus, qui loquitur in d.c. clericos. nō fuit in ecclesia primitiua: & multò minus Prosper, qui loquitur in d.c. pastor. Et quod dicitur de stipendijs, dico quòd si talis seruit populo, ab eo stipendia debet habere: si nō seruit non debet habere stipendium nisi à Deo, à quo habet tēporalia quibus abūdat, & habebit æterna: & si tēporalia nō habet, potest ab ecclesia vel episcopo petere sustentationē in genere, vel beneficiū simplex in specie. Et ideo Sum. Ang. magis limitās dictam opinionem dicit eam esse verā, si sit indigens, modo sit dignus, & non intendat præesse, sed prodesse. Sed cōtra hoc videtur, quia ratio S. Tho. quo ad curā animarum nō soluitur ab his, nec est solubilis ea quam ponit in secūdò quol. ar. x. quia scilicet talis est presumptuosus vel superbus, si omnibus quibus vult præfici se credit meliorē: aut iniustus si hoc nō credit. & fundatur in scriptura Hebræ. v, nemo assumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Quæ autē alij adducunt in contrariū, nō concludunt, nec habēt apparentiā: quia hæc opinio nō est dura humilibus & pareis & amatoribus sapiētiæ: vt S. Th. qui renunciauit bullis archiepiscopatus Neapolitani cum reditibus Sancti Petri de Ara, ppter humilitatē, parcitatē, & quietem religionis: sed ambitiosis & deliciosis & non habētibus interiores virtutū delectationes, nec promotio ad ordines requirit titulū cum cura, & sic tolerantia papæ excusat in his quæ sunt prohibita quia malatnec inconuenit maiorem partem clerici beneficiati esse in malo statu, sivacat ambitioni pompis & lasciuijs. nec exemplum illaiæ est ad propositum: quia secundum sanctos, videratse purgatum ab angelo, & nō obtulit se prælationi, sed prædicationi: adde quòd cum audiuit Deum dicentem, quem mittam, & quis ibit nobis: intellexit se à Deo duleiter inuitari ad officiū, ad quod se obtulit. Siverò porrigit quis preces, p alio, distinguitur an fiat spirituales an carnalēs, id est, fundatæ in parentela aut amicitia, & an sint pro digno vel indigno. Sed distinctio prima nō est necessaria: quia cæteris paribus nō est peccatū consanguineis prouidere. secundum Dir. de cohabi. cler. & mulie. c. j. vnde simpliciter dicit S. Tho. quòd preces pro alio, si sit indignus, factū est simoniacum: si verò sit dignus, ipsum factum non est simoniacum, licet possit, inquit, esse simonia in intentione, si non attendatur ad dignitatem personæ, sed ad humanum fauorem: & intendit quòd nō est simonia quo ad ecclesiam, licet esse possit quo ad Deum. Sed quando preces sunt pro indigno, saris apparet. vt dicit in quarto, quòd nihil aliud moueat ad dandum nisi fauor aut periculū vitandum. Adde verò circa hoc munus quòd aliquando est simonia ex parte exaudientis tantum, vt quando is, qui precatur, non intendit præbere aliquem fauorem exaudiēti. Vnde dicit Direc. quòd porrigens preces, etiam pro indigno, non est simoniacus, nisi intendat obligari collatori ex præcibus: vel cum per exanditionē exonerare ab aliquo seruitio ei facto vel faciēdo: eum remittere sit dare. j quæst. j. si qui sunt. Aliquando verò est tantùm ex parte precantis: vt quādo rogat pro digno, intēdens tamē consequi spirituale propter ipsas preces. Vnde secundum Direc. si prælatus in promotione solum Deum attēdit, licet si: simoniacus qui male rogat, extra eod. tua non tamen prælatus, nisi sequutus preces ppter eas dederit: vt colligitur à contrario sensu: de ætate & qualit. c. tuam. Adde secundum Panorm. in cap. tua nos. eod. tit quòd humiles preces emissæ à digno scilicet pro se non inducunt simoniam nec peccatum, vt patet ex dicto c. tua & cap. latorem. quod est verum solùm in paupere & beneficio simplici aut in genere petito. Dicit etiā ibidem quòd donans aliquid prælatis, & rogans pro aliquo beneficio, modò non duceatur principali intentione, vt per talia xenia & per preces assequatur: quamuis secundario habeat talem spem, extra omnem noxā radicatur: quia iuste ista possunt fieri sine spe primaria, vt dicit Inno. & Host. & facit cap. quid proderit. lxj. distin. & j. quæsti. j. sunt nonnulli. & cap. tuam. de ætat. & qual. quod illi ctū limitaue præcedens: licet vtrunque indistinctè sequatur Sum. Ang. imò & Ros. etiam si petens abundet. de quo particulariore. Adde etiam quòd idē est porrigere preces collatori beneficij, & alteri vt intercedat apud collatorē: quia qui per alium facit, &c. de regu. iur. lib. vj. ¶ Quartum. Munus ab obsequio, vt colligitur à San. Tho in iiij. est actus ex poraliter exercitus in bonum alicuius. ad quod secundum Archi. reducitur si quis aduletūr: licet talis non teneatur renuntiare beneficio sic quæsito, secundum Ber. Ion. & Host. quos sequitur Sum. Ro. contra Ang. de quo suprà Adulatio. §. iiij. Induxit autem hoc munus simoniam, secundum Sanct. Tho. in iiij. quia est cōmodum temporale ab alio expectabile, & numismate appreciabile. Distinguitur autē sic secundū S. Tho. & alios. Si enim obsequium sit inhonestum, vt quia seruit quis prælato in vsuris aut mercātijs aut lenocinijs: vel si sit ad carnalia deputatū vt ad vtilitatē cōsanguineorū vel sui patrimonij, simonia est seruire pro beneficio & spirituali quocunq; aut hæc pro tali seruitio cōferre. j. q. iij. saluator secundum S. Tho. Dur. & Richar. Si verò inquit ij. ij. sit honestum ad spiritualia ordinatum, pura ad vtilitatem ecclesiæ vel ministrorū eius auxilium: ex ipla deuotiōe obsequij redditur dignus ecclesiastico beneficio, sicut & propter alia bona operatvnde non intelligitur esse munus ab obsequio. Et addit in quarto quòd si pactio non interuenit, potest absque simonia prælatus dare illi beneficium, vt non habeatur nolus ad beneficium principaliter, sed ad dignitatem personæ. Et sic dicit Gregor. in Regi. quòd ecclesiasticis vtilitatibus deseruientes, ecclesiastica dignum est remuneratione gaudere. Hæc Sanct. Tho. & intelligit si aliàs sit idoneus. & idem Dur. & Richar. subdens quòd si clericus sic seruiat sine pacto quidem, sed principaliter intentione consequendi beneficium, committit simoniam mentalem, sed non eam quæ obligat ad resignationem, quod probatur à simili per illud quod habetur in c. mandato. eo. tit. & gl. ibi etiā si intentione secundaria intendat beneficium per seruitiū: imò secundum Host. etiā intētione principali, modo cesset pactio. quod verum est primò quantū ad ecclesiam & iudicialē præsumptionem, & secundò etiā in cōscientia quādo est intētio ad beneficiū incertū in genere, & nō ad certū, secundū do. Ant. inter quæ est diuersitas: licet Pan. dicat eam se nō videre: quia beneficiū incertū idē est quod remūtiatio hoc loco, quam licet principaliter intēdere, licet nō istā quæ est per beneficii ecclesiasticum, nisi secundario. Si verò obsequium sit omnino spirituale, vt celebrare missam: si quidē esset impositū alicui beneficio, secundū Verue. indubitanter ex pacto potest conferri beneficium, ita quòd is, cui cōfertur, promittat tale obsequium, puta celebrando talē vel talem missam: de præbē. c. significatum. & similiter secundū Host. si esset ei annexum onus docēdi. potest fieri pactio seu exactio promissionis de tali obsequio exhibēdo. Et cū vacat, potest ei tale onus annexū. Hic tamē nō est ppriè pactū, sed ex parte institutis sed dicū fuit donatiōe ex causa vel sub modo inter vivos aut causa mortis: ex parte verò eius, cui cōfertur, est acceptatio rei cum onere adimplendi causam siue onus. Si verò seruitium sit partim spirituale partim temporale, vt si episcopus recipit clericum ad seruitiū spirituale & temporale sibi præstandum

dum cum promissione quòd annuatim soluet sibi certum salarium, donec prouiderit de beneficio: secundum Host. hoc licet, modò specialiter non se obligauerit ad seruitium temporale præstandum: nec committitur simonia postmodum remittendo salarium, dum beneficium confertur, quia salarium erat sub conditione: & facta collatione beneficij expirat conditio. Insti. de verb. obli. §. omnis. secus si promissio salarij fuisset pura & perpetua, ar. c. veniens. eo. ti. quod quidem Pan. in c. cùm esset. eo. ti. creditverum quando prælatus non inducit principaliter propter seruitium, sed quia ille meretur. alteri si causa finalis sit seruitium, non licet ar. c. grande. de præb. secus si sit causa impulsiua. Vel die quòd hoc est verum eo modo quo conducuntur sacerdotes, scilicet episcopo instituente annuum reditum cū onere & intentione spiritualis seruitij principaliter, & temporalis secundariò. Adde autem secundū Veruec. nō esse simoniā si duo sacerdotes cōdicunt inuicem ex causa quòd vnus dicat missam quæ alteram tangit, & ecōtrario, quādo nullum pretium vel temporalis merces interuenit. Adde secundum Ric. licitum nō esse quòd duo adulti paciscanē de se inuicem baptizando. quia in talibus omnis pactio & cōuentio cessare debet: extra eo. ita. & dare aliquid ex pacto pro sacramento, quamuis spirituale, est illicitum, licet non eo modo quo temporale: quia res à non domino emitur: & est contra rationem gratiæ. Dicens autem, orabo provobis: rogo oretis pro me: nō est reprehensibile, quia non est hic emptio, sicut nec pactio. Adde etiam, secundum eundem, quòd licet episcopus fecerit pactum pro beneficio dando, si postea obligatus talis pacti purè cōfert, non est simoniacus quo ad ecclesiā: nec etiam recipiens si pactum ignorabat: vnde resignare non tenetur. ¶ †Decimosecundò quæritur, vtrum aliquo modo liceat paciscī de temporalibus ad spiritualia, vel econtrario? Et dico quòd sic dupliciter quantum occurrit. ¶ Primò cùm annectitur onus rei temporali traditæ: quia in traditione rei suæ quilibet potest quòd sibi placuerit apponere pactum. de cond. appo. verum. Vnde potest dari terra cum pacto vt in ea construatur ecclesia & reseruato censu aliquo. de resti. spol. olim. vnde etiam potest dari licentia construendi ipsam ecclesiam sub certo pacto vt in c. quanto. de censi. & in c. ex infinuatione. eod. tit. & in c. significatum. de præb. vbi datur præbenda cum certo quotidie celebrandi in tali ecclesia. in prædictis tamen non est pactum proprie, vt existimauit Sum. Aug. quia oppositum dicit S. Th. vt ī §. §. ix. par. ix. & patet per Pan. in c. olim. de rest. spo. sed est donatio sub modo vel causa, & accessorio donationis. ¶ Secundò quando aliquid exigitur iure permittente: quia exprimere quod eis permittit, non inducit simoniam, vt no. Pan. in d. c. olim. & sic licet consecranti aut visitanti, licet talis actus sit spiritualis ex parte principij, exigere procurationem, extra eo. cùm sit Romana. de censi. cū postolus. de præseri. cùm ex officij. x. q. iij. relatum. Quod intelligendum est sic intelligendum quasi ius humanum possit dispensare in simonia, sed in præsumptione simoniæ: sicut vbi quis licitè actum, puta prædicat cum intentione principali de temporalia. vt ad sustentamentum: si fiat pactum, præsumitur simonia, quæ non præsumeretur iure concedente. Ex hoc autem dico quòd licet exigere iure permittente. Sum. Ang. reprobat dictum S. Tho. in iiij. per Ros. & Sup. accepta quòd est simonia dare spirituale ad obtinendum debitum temporale quod suum est: licet in hoc fallatur, quia licet ius permittat exactionem proprij debiti, non tamen permittit eius emptionem per spirituale datum: imò si ius hoc concederet, concessio esset contra ius diuinum, & non valeret: quia nunquam potest concedere ius humanum quòd temporale ematur per spirituale, aut econtrario: sed potest dispensare super præsumptione: vt dictum est, & super pœnis & super quibusdam, fortè solo humano iure simoniacis. ¶ †Decimooctauò quæritur quid iuris de mediatoribus in simonia? Et dico quòd si neq; ministrās neq; accipiens spirituale aliquid recipit vel dat aut pacisitur, sed ipsis ignorantibus amicus accipientis spirituale dat aliquid ex pacto consiliario ministrātis: licet illi nō sint simoniaci, ex quo nihil scūristi ramen simoniaci sunt. j. q. j. statuimus. & c. ti qui à simoniacis. de quo die vt ī §. xiij. par. j. Et quo ad pœnā & dispensationem idem est de mediatoribus & de alijs per regulam, accessorū. de re. iu. lib. vj. ¶ †Decimononò quæritur, quotuplex sit pœna simoniacorū? Et dico quòd multiplex. ¶ Prima est suspensio ab exequutiōe ordinū, & beneficiorū administratiōe: de qua j. Suspensio. §. vij. ¶ Secūda est depositio & infamia: & hæc debet imponi si in iudicio cōstiterit. xv. q. iij. sanè. & de accu. inquisitiōis. ¶ Tertia est excōicatio papalis per extrauagantem Martini in cōcilio cōstantiensi, quę incipit sacro. qua ordinati simoniacē ab exequutiōe suorum ordinū sunt suspensi, & electiones, postulationes, cōfirmationes, & quæuis prouisiones ecclesiarū, monasteriorū, dignitatum, personatuū, officiorū, & beneficiorū, sunt ipso iure nullæ, & dans ac accipiens ipso facto tenentiā excōicationis incurrit etiā si pontificali aut cardinalatus præfulgeat dignitate: & per aliā extrauagantem eiusdem tactā Mātuæ anno ij. sui pontificatus, quæ incipit, damnabilis. qua confirmātur omnes censuræ à quibuscunq; summis pontificibus latæ cōtra simoniacos: & incurrit eas ipso facto, etiā occultus, vbicunq; simoniā commiserit, & quacunq; ecclesia, etiam episcopatus, & cardinalatus, aut temporali præfulgeat dignitate. absolutionem papæ reseruans, nisi in mortis articulo: nō obstante quocunq; indulto vel facultate absoluendi concessa vel concedenda à sede apostolica, nisi specialiter authoritatem cōtineat absoluendi à peccato simoniæ. Et idem Ang. in extrauag. quæ incipit, cum detestabē: data apud S. Chrysogonum sui ponti. anno. iiij. Et idem Paulus ij. in processu cœna Domini de simoniacis in ordine vel beneficio reseruās absolutionem, vt ī. Et idem Xystus quartus, siue in curia Romana, siue extra. Et sic concludē quòd omnes simoniaci in ordine vel beneficio Romæ vel alibi, occulti vel publici, sunt excommunicati, à solo papa absoluendi, nisi in mortis articulo: secus de alijs simoniacis non obstante c. reperiuntur. & c. quicunq;. & c. placuit. j. q. j. quæ sub anathemate prohibent: quia loquuntur de omni simonia solùm in ordine & beneficio. & sic de alijs iuribus. ¶ Quarta pœna est communis eis & nō reuelantibus eos: ga per d. extraua. Marti. & Euge. damnabile. præcipitur sub pœna excommunicatis latæ sententiæ omnibus cuiuscunq; dignitatis aut status, qui sciūt aliquos commisisse simoniam, vel procurasse aut fuisse mediatores: quòd si sunt præsentes in Romana curia teneantur reuelare papæ vel sedis apostolicæ camerario, aut cui ipse duxerit committendum in vniuvel duorum testium præsentia, quàm citius possunt per se vel per alios, nec possunt absolui donec reuelauerint. quod intellige si sciunt veraciter, & commodè possunt reuelare. Credo tamen quòd hodie ista pœna non liget: quia est abrogata per non vsum, maximè quia ista non vsus est præscriptus iam spatio xl. anno. & amplius. & ligauit solùm existentes in curia si ligauit. vide ī. Excommunicatio. vij. excommunicatione xliij. Sed neque istæ neque aliæ pœnæ, secundum Aften. ligant simoniacos mentales. Adde etiam quòd non ligant simoniacum quencunque, si interueniat authoritas papæ dispensantis, quæ interuenire, videtur, secundū Io. de Li. in c. j. eo. ti. eo ipso quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex certa scientia scit & tolerat.quod simita quando simonia committitur cum ipso papa: vt quia ab eo habetur beneficium eo sciente & consentiente:quia tunc scientia principis hoc vitium purgat quantum ad pœnam & quantum ad simoniam iure positiuo,si quæ sunt, etiam quantum ad culpam:secus si cum alijs curialibus: quia nisi aliud appareat, ex tola tolerantia non præsumitur dispensatio, quia fortè timet opponere se torrenti. Vnde habent ibi locum pœnæ prę
20 dictæ.ar.eorum quæ dicta sunt ℸ. Dispensatio.§.xiiij. ¶† Vicesimo quæritur,quid iuris de simonia quantum ad restitutionem? Et dico multa præter ea quæ ℸ.§.xiij.part.viij.dicta sunt de fructibus beneficij habiti per simoniam. ¶ Primum. Simonia conuentionalis,secundum omnes,obligat ad restituendum acceptum:sed simonia mentalis tantùm quæ scilicet ex sola intentione & voluntate committitur sine pactione,sola pœnitentia aboletur,nec obligat ad restitutionem acceptorum.ex.ti.mandato.quòd licet quidam,quos sequitur Inno.& Host.& Sum.Ang.dicant verum esse in simonia quæ est de iure positiuo: tamen melius alij, quos sequitur Io.And.& Pan.tenent indistinctè non esse necessariam restitutionem,per d.c.mandato.quod non loquitur de simonia quæ est de iure positiuo,vt putauit d.Sum.An.sed de ea quę est de iure diuino,id est, circa receptionem. ad religionem, quæ est actus spiritualis ex parte principij:secus iuxta mentalem,in qua sola intentio obligat ad restitutionem:vt no.gl.in d.c.mandato.& facit c.cognouimus.de vsu.& est communis doctrina. Ratio diuersimodè assignatur à doc.in d.c.mandato. & non plenè satisfaciunt. Vnde dicit Sum.Ang.quòd sunt ineffaces:& dicit solùm ita esse,quia ius declarauit.quod nō bene dicitur:quia iura non declarant sine ratione:cùm subalternentur philosophiæ morali. Vnde dico quòd ea quæ restituenda sunt ratione simoniæ,non sunt restituenda necessariò vigore naturalis aut diuini iuris,sed de consilio solùm: quia si dans non dedit turpiter,dedit voluntariè,& libere,& sic iam non debetur ℸbi& similiter si dedit turpiter: vnde non habent nec habuerunt,ex quo data sunt, dominiū ex tum:& sic non sunt necessariò restituenda,iuxta dict. ℸ.Restitutio.viij.§.ij.Si qua autem obligatio ad restituendū est ex lege humana est,quę de interioribus non disponit:vel est ex indispositione habentis, qui per pœnitentiam potest se disponere:secus in vsuris. ¶ Secundum. Pecunia quomodocūq; simoniacè acceptа,scilicet simonia exteriori, secundū Doc. retineri nō potest,sed neq; reddi debet ei qui dedit, quia turpiter dedit:sed secundū Ber.illi ecclesiæ dari debet, in cuius contumeliā data est:extra eo.de hoc.ar.g.xvij.q.iiij.fi quis in atrio.& hoc si cōmodè potest.alioquin secūdū Arc.erit pauperum,ar.eorū quæ dicta sunt ℸ. Potentia.per totū. Vnde si est accepta ab ordinato ad nullum titulum,dabitur ecclesię cathedrali:si ab ordinato ad titulum alicuius ecclesiæ vel beneficij,illi applicatur,secundum Veruec.& Vld.& si est acceptа pro ecclesiavel beneficio,illi applicabitur, nisi ecclesia fuisset in culpa:pura si totū collegiū,consensit simoniæ:quia tunc debet erogari pauperibus,ne ecclesia de malo reportet lucrū:posset tamen ex misericordia reddi illi qui dedit, secundū Kay.si transiret ad religionem,vt cùm ea trāsiret, vel etiā si esset pauper,& nō sufficerent suæ:vel etiā si dedisset ex ignorantia,secundū Host.Et idem de pecunia acceptа pro alijs spiritualibus dicendum est:vt scilicet detur ecclesiæ,in qua simonia commissa est:ita tamen quòd qui dedit, commodum nō reportet. ¶ Tertium. Si autem pro ingressu monasterij vel ecclesiæ sit acceptа:si loquamur de ecclesia seculari,secundum Pan.in cale hoc.eo.tit.si is qui dedit non habet vnde viuat,restituetur ei.arg.c.veniens.eo.titu.Si autem habet vnde viuat:tūc si omnes de ecclesia deliquerunt, debet dari ecclesiæ,& criminosi expelli: & si nō expellātur, debet dari fisco papæ secūm Hostiensem,qui distribuat in pias causas:qa turpia lucra à fisco extorquent.l.fiscus in quęstione.ff.de iur.fisc.Si verò nō oēs deliquerūt,sed solus prelat⁹, vel particularis:tūc dabitur ecclesię,in cuius ignominiā erit data. Si verò loquamur de ecclesia regulari: si oēs deliquerūt, datur ei qui dedit vt interet secūm monasteriū:vt dicto c. veniēs.cū nō possit stare in primo:vt in cap.quū.eo.tit. Si verò solus prelat⁹ aut particulares deliquerūt,& nō capitulū: nisi si est ꝓfessus secūm monasteriū ad qd transit,habebit vsumfructū illorū bonorū,& eo mortuo reuertētur liberè ad primū monasterium. Et sic intellige glo.in d.cap.de hoc.& doc. Hostien.& do.Ant. Sed limitat Archi. in his quæ vsu nō consumuntur vel distrahuntur,vt sunt possessiones. Si autem cum eo dispensetur quòd remaneat in eodē monasterio, putat Arch.posse dispensari quòd illa pecunia remaneat monasterio. ¶ Quartū. Si pecunia simoniaca ex pacto sit data papæ,secundum Panorm.in cap.j.eod.tit.nihilo minus talis nō poterit retinere beneficium acceptum, etiam in casu in quo papa non committeret simoniam:sicut in simili disputat Ioannes Andr.in regul.cui licet.de reg iur.lib.vj.in mercen.de ludente cū episcopo ad azardum statuto eiusdem episcopi excommunicante ludentes: quia licet episcopus nō ligetur statuto illo,ligatur tamen secum ludens. & idem in proposito,vt disputat Pan.in cap.extirpandæ.de præben. Sed contrarium dixi supra §.xix.ad fin.& est verius. Nec obstat similitudo de episcopo:quia ipse non potest secundum aliquos facere quòd stante statuto suo contraueniens nō ligetur:quod ea meo potest Papa. Vel dico quòd ludendo cū aliquo dispensat præsumptiuè vt ille impunè ludat cum eo: sicut papa conferendo beneficium simoniacè, dispensat in pœna simoniæ.

De Simplicitate

SIMPLICITAS,secundum Panormitanum in cap.discreti.de iudi.est duplex.vna scilicet discretioni contraria reprobata.xxxix.di.cap.Petrus diaconus.& xvj.q.j.si cupis.& illa contraria dolositati amplectenda,de qua in Euangelio, Estote simplices.& in cap.veritatis.de iureiur.& latius in lege.i.a.gna.fuc.§.quod ad hæreditas.vbi dicitur,simplicitatem amicam legibus amplexantes.

De Simulatione & Hypocrisi,Fictione & astutia.

1 *Simulatio quid & quotuplex sit.*
2 *Simulatio an semper sit peccatum.& nu.4.*
3 *Simulatio an dicatur occultare peccatum.*
5 *Hypocrisis an sit peccatum mortale.*
6 *Hypocrita an dicatur,qui gerit habitum religionis, quem non meretur.*

SIMVLATIO ex hoc videtur dicta quòd vnum aliud significat vel repræsentat quasi ei simile:sicut si dicamus aurichalcum simulare aurum verum. Vnde simulatio generaliter & largè sumpta est idem quod assumptio actus vel rei alicuius ad aliud repræsentandum:& sic etiam,vt dicit S. Tho.ij.ij.q.iij.art.j.ad secundum. simulatio largè est fictio. Quæ quidem fictio secundum Beatum Gregorium à compositione actuum vel operum dicta est: eo modo quo inter compositores figulos vocamus:& significat compositionem exteriorum actuum vel rerum ad aliquod falsum aut etiam verum significandum: sicut dicitur fingere sanus tibias claudicando,dum claudicationem ordinat ad significandum se debilem,quod est falsum: & similiter dum eam ordinat ad repræsentandum incessum alterius qui verè est claudus.

Propriè

Propriè autē simulatio semper est ad significandum quod nō est.quod bene S.Tho.ibi ar.j.ostendit dicens quòd simulatio propriè est quoddā mendaciū cōsistens in signis exteriorū factorū.& ar.ij.dicit eam esse idē hypocrisi,quæ Latinè dicitur simulatio,dicta secundum ℸfid.& alios ab eo quòd aliqui in spectaculis cōtecta facie simulabāt personā alienā. Vnde hypocrisis,inquit S.Tho. est simulatio non omnis,sed illa qua quis simulat personā alterius:sicut cum peccator simulat personam iusti.Et sic secundū metem eius simulatio propriè est i eam hypocrisi,sicut genus speciei: puta animal homini.Astutia verò,vt patet ij.ij.q. lv. est simulatio seu fictio circa media,quibus venitur ad finē bonū vel malū:sicut si quis fingat se amicum alterius quē odit vt discat ab eo secreta vnde dicit ibi quòd ad astutiā pertinet ad bonū vel malum finē nō vti veris vijs,sed simulatis & apparētibus.& hoc vt ibi patet ar.iiij.inquātum istę viæ sunt in ipsa excogitatio nevt autem sunt in ipsa exequutione hoc pertinet ad dolum qui est executio astutię:siue per verba,quod principaliter ad dolum pertinet:siue per facta,quod pertinet ad fraudē propriè: de quo etiam dictum est supra ℸ.traus.& supra Culpa.in princ. Et sic patet quòd omnis hypocrisis est simulatio propriè,nō econtrario:& omnis simulatio largè est ficto propriè, & cum ea conuertitur. Astutia autē est quid prædictis cōmunius,quantum ad hoc ꝙ fit verbis & rebus.prædicta autem rebus.tantùm:est verò quid strictius inquantū est circa media tantùm in ordine ad finē:prædicta verò circa media & finē. ¶† Primò verò quæritur,quotuplex sit simulatio? Et dico colligendo ex Arch.post Augu.super Genes.& Alex. de Al.quòd tumendo eam large est duplex.prima scilicet significationis, sicut Iacob simulauit se Esau.Gen.xxvij.in signum quòd populus minor,id est Christianus præferendus erat maiori,id est Iudaico.& secunda cautelæ:sicut Iosue figam simulauit vt auerteret Haitas hostes à tua ciuitate, Iosue viij. Tertia est institutionis vel doctrinæ: sicut prædicatores fingūt parabolas:& Christus Lucæ vlt.finxit se longius ire ad instruendam discipulos quòd lōgè esset ab eorū cordibus. & quarta duplicitatis,quæ scilicet fit ad decipiendū, significādo quod non est:quæ & propriè est simulatio.Sed si sumatur propriè etiam sic quoddam mendacium,vt dictū est,diuiditur eo modo quo & mendacium,de quo suprà loco suo dictum est.

¶† Secundò quæritur,vtrum simulatio semper sit peccatū? Et dicit S.Tho.ij.ij.vbi suprà,quòd omnis simulatio propriè semper est peccatum, quia est mendacium. Si verò loquamur de simulatione largè,notādum est dictum Vl. quòd sicut licet fallere aliquem in duplicitate verborū propter aliquam sui vel proximi vtilitatem,ita licet & per opus intentione vtilitatis cōsequentis ad talem simulationem:sicut Dauid mutauit faciem suam coram Achis rege Geth. j.Regū xxj.& facit cap.vtilem.xxij. quæst.ij.Hoc est dicere quòd sicut loquutione duplici significāte verum & falsum licitè ad bonum finem vti possumus, licet sciamus proximū capere inde falsum intellectum,nisi obligemur alicui ad eius intentionem respōdere:ita re quæ duo significare potest,sicut fuga Iosue poterat significare timorem & prudētiam eius,possumus vti bono fine,licet alius inde capiat sensum falsum. Ligetur,secundum omnes,non est peccatum simulatio significationis.quod limita nisi addatur aliquod mendaciūnec cautelæ vt patet ex dictis statim:quia in ea est vsus rerum,quæ significare possunt verum & falsum.& probatur in c.vtilem & cap.quod ait & in §.quandoq; xxij.quæst.ij.nec institutionis, vt per se patet, quia non est mendacium, sed figura veritatis. ¶† Tertiò quęritur,vtrum occultare suum peccatum 3 sit simulatio?Et dicit Sanct.Thom.ij.ij.vbi suprà quod sicut mentitur verbo quis quando significat quod non est: non autem quando tacet quod est,quod aliquando licet:ita simulatio est quando quis per exteriora signa significat quod non est:non autē si prætermittat significare quod est:vnde ablq; simulatione potest quis occultare peccatū suum: ne scilicet exinde alijs scandalū generetur.Hęc ex illo & intellige occultare per bona opera,quæ taliter peccatores facere nō cū suevenerunt: vel per opera quæ possunt significare quòd tale peccatū non sit cōmissum:& aliquid aliud vt patet ex dictis §.priore.& dicendis.§.sequen. ¶† Quartò quæritur, vtrum 4 sit peccatum simulare sanctitatem? Et dicit Pet.in quol.hoc fieri ab aliquo dupliciter.Primò vt pallietur iniquitas,& ipse bonus putetur:quod est peccatum,& tantò grauius, quanto ista simulatio cedit in damnum proximi temporale vel spirituale.Secundò ad honorem Dei,& proximorū ædificationē coram extraneis,vt ipsi magis ædificētur: & hoc non est peccatum.Ratio primi dicti est quia talis nō solum quærit abscondere veritatē suæ iniquitatis: sed etiā afferere falsitatē suæ sanctitatis. Ratio verò secundi est,quia si talia cōueniūt sibi ex sua professione,puta quia Christianus ieiunat,ieiunia ecclesię,& religiosus incedit maturus,non significat fallum, licet sit malus:sicut nec religiosus deferens habitū perfectionis,cum sit imperfectus.Si verò nō cōgruūt,sed sunt altiora: vt si frater prædicator incedat nudo pede, vel frater minor carnes nō comedat,si hoc sit bono fine,licet prętēdatur sanctitas maior quàm sit in eo,est simulatio cautelæ contra de monem.& sic Beat.Dominicus pedester ambulans ad fontem sitim extinguebat ne bibēdo nimis hospitē scandalizaret,& bibēdo parum ædificaret. ¶† Quintò queritur,vtrum 5 hypocrisis sit peccatum mortale? Et dico colligendo ex S. Tho.ij.ij. vbi suprà,& Bona.in iij.dist. xxxviij. & Alexan.ij. ij.titu.de hypocrisi,quòd cum in hypocrisi sit defectus sanctitatis & eius ostensio:si ad vtrunque referatur intentio hypocritæ,quia scilicet sanctitatem vult prætendere & nō curare:sic est mortale:quia nullus totaliter sanctitate priuatur nisi per mortale:& sic sumitur in scripturis. Si verò feratur ad intensionem tātum sanctitatis, à qua deficit per peccatū, non est semper mortale,sed secundum finem intētum,si ille sit contra charitatē Dei vel proximi:puta quia per hoc vult seminare hæresim vel assequi dignitatem ecclesiasticā indignus,aut bona temporalia,in quibus fine constituit: & aliàs erit veniale,puta cum in ipsa fictione delectatur de quo dicitur in iij.Ethi.quòd magis videtur vanus quàm malus.Et idē Veruec.addēs quòd est mortale si intendit, vt ei detur aliquid propter hoc secūdū illud Matthei xxiij.Væ vobis Scribæ & Pharisæi,qui comeditis domos viduarum,&c.quia rapit quod debetur sancto cum detur ei in nomine iusti.& idē si facit ex insatiabili auaritia:secus si quis pro sua necessitate simulat necessitatē maiorē quàm habeat: quia talis simulatio secundū Chrys.est culpa diutū potius quam pauperū. ¶† Sextò quæritur vtrū sit hypocrita qui gerit habitum religionis,& nō habet meritū? Et dico ex mente S. Tho ij.ij.vbi 6 suprà,quod non si illum assumit intendēs se ad statum perfectionis transferre,& deficit per infirmitatem: quia ille habitus non significat quòd sit perfectus,sed significat statum quo quis obligatur ad opera perfectionis:vnde non tenetur manifestare suum peccatum sanctitatis habitum deponendo.Si verò illum assumeret vt se iustum ostentaret, hypocrita esset & simulator.

De Societate determinatæ rei,primò in mercantijs & rebus.

1 *Societas an sit licita vbi ponitur pecunia & alia opera & nu.seq.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 *Pecunia in societatem data, vt saluo capitali lucrum accipiat an fiat vsuram. & num. 4. & 5.*
3 *Operas in societate ponere certa in omnem euentum mercede an sit licitum.*
6 *Societate pecuniæ & operarum contracta, si pereat pecunia, cuius sit damnum.*
7 *Societatis varia pacta illicita & nu. seq.*
19 *Societas quomodo finiatur, & quis modus diuisionis. nu. 20.*

SOCIETAS quid sit, & quid socius, dictū est ī. Peculium. ij. vbi de ea agebatur secundum se, quid & quotuplex sit, & quomodo contrahatur sine determinatione ad rem determinatam, & quantum ad diuisionem fratrum: sicut nunc de ea agitur inquantum est determinatæ rei: & primò in artibus & mercātijs. ¶ Pro quo generaliter dico quòd breui regula diffiniri possent omnes quæstiones in ista materia, scilicet quòd in societate nō possit esse peccatū, nisi quia ibi est vsura vel iniustitia, dum vna pars nimis grauatur. Vbi ergo illud quod quis in societate ponit, stat periculo ponentis nō est vsura: sicut nec mutuum: vbi etiam neutra partiū nimis grauatur arbitrio bonorum nō est iniustitia: sed pro habentibus aliqua quæramus. ¶ † Primò ergo quæritur, vtrum licitè cōtrahatur societas vno ponēte pecuniam & alio personam: vt inde lucrum percipiatur, siue vnus ponat pecuniam tantùm, alter, operā tantùm, siue vterq; vtrūq; ponat siue alter vtrunq;, & alter tātùm alterū ponat. His enim tribus modis societas variatur, secundū Alex. de Al. & dicit S. Tho ij. ij. q. lxxviij. quòd sic committens pecuniam mercatori vel artifici non transfert dominium in illum, sicut in mutuo, sed remanet eius, ita quòd cum periculo ipsius mercator de ea negotiatur vel artifex operatur: ideo licitè potest petere partem lucri inde prouenientis tanquā de re sua. Et cōcor. Ang. de Peru. in tract. de socie. dicens hoc licere tam de iure ciuili quam canonico: quia opera alicuius sæpe valet pro pecunia. l. j. C. pro socio. Instit. eod. §. ij. & not. glos. in ca. plerique. xiij. quæst. iij. ¶ Sed ad iustitiam huius contractus tria requiruntur: primò quòd arg; rel negotiatio sit licita. de do. inter virum & vxorem. per vestras. Secundò quod pecunia stet periculo ponentis. de quo §. seq. Tertiò quòd æquitas seruetur in omnibus, scilicet quòd, vt dicit Gof. damna & lucra sint communia: vt in dicta glo. cap. plerique. & in d. l. j. C. eod. quod intellige proportionaliter, id est, ita quòd qui plus posuit pecuniæ vel operæ plus habeat de lucro l. si non fuerint. & l. quid enim. ff. pro socio. in quo statur arbitrio boni viri, quod in hac actione sequendū est. l. in proposita. ff. pro socio. Et ratio est, quia societas est fraternitas. l. verū. ff. pro socio. vnde ista æquitate non seruata est societas iniqua & leonina. d. l. si nō fuerint. in fin. quod pro tota ista materia notādum est. ¶ † Secundò quęritur, vtrum ponens pecuniam apud mercatorem vel artificem per modum societatis vel depositi. posit saluo capitali lucrum percipere saltem ex pacto. Et dico quòd nō etiam sine pacto, cum intentione tamen principali quòd in omnem euentum capitale sit saluum, secundū Archi. sed est vsura, vt patet per c. vsura. xiiij. q. iij. & per diffinitionē vsurę: quia hic esset mutuum. & idem Rich. in iiij. dist. xv. & Laur. de Ridol. & glo. in d. c. plerique. & idem sentit Bal. in l. j. C. pro socio dicens istum cōtractum sapere vsuram. nec esse societatis ex forma, quia est mutuinec ex natura, quia est contra naturam societatis quòd vnus habeat caput saluū, & alius fructum. ff. eo. l. mutuis. & idem diceret sine dubio S. Tho. quia pro ratione assignat licitè percipiendi lucrum ex pecunia per modum societatis: quia stat periculo ponentis: & consequenter si non stat, non percipitur. Nec excusat secundum Archidiac. periculum cui pecunia subtrahitur apud alium qui fugere potest aut deficere: quia in lucrum non speratur ratione periculi: imò si de eo dubitaret, non poneret: sed ratione mutui: ex quo tamen non licet percipere lucrum etiam si periculum interueniat: vt expresse patet in c. nauigāti. de vsur. nō excusat etiā quòd depositarius vel socius sit multùm incuratus: quia lucrum fuit industriæ, nō pecuniæ, & periculum amissionis incumbebat negotianti, & nō deponenti. ¶ Si autem huic contractui accesserit pactum de salute capitalis & parte lucri, quidam dixerunt quòd licet, & valet ex vi pacti, falsem de iure ciuili: quia cōtractus ex conuentione legem accipiūt. de re. iu. contractus. lib. vj. Et hoc sequitur Io. And. vt recitat Panor. in c. per vestras. de donat. inter virū & vxo. & idem Hostien. in Sum. quia hoc pactum non est cōtra, sed prēter naturam contractus: pactum autem interpositū prēter naturam contractus valet: vt l. j. ff. depo. & in c. vnico de cōmo. si tamē capitale inquit, perdatur, deberet deponēs in foro animæ remittere. Sed Azo & Accur. in d. l. si non fuerit. & do. Anto. in c. fin. de vsur. & Angel. de Peru. vbi suprà & Gofr. & Ioan. Cal. & Theologi tenent contrarium, & bene: quia tale pactum est contra naturam societatis, quæ est fraternitas, vt dictū est: de cuius natura est quòd partes sint æquales, nisi aliud dicatur, secundū Archi. post Lau. de Ridol. quod intellige absolutè vel proportionaliter ad pecuniā positam, vel laborem aut industriam personarum, ideoq; non valet. l. cū precario. ff. de preca. & cap. fi. de prec. Sed & si esset licitum, tamē ista nō est honesta societas: quia posset. qui operā ponit, sentire damnum in operis amissione & in capitali pecuniæ. quod est contra naturā societatis. Vnde glo. in dicto c. plerique. dicit ad hoc quòd sit licita & honesta societas oportere, quòd ponens pecuniā sentiat de lucro & de dāno. Ad §. autem, de illa. Instit. pro socio. vbi dicitur valere pactū quòd alter nō sentiat de damno, sed de lucro: dicit Io. Cal. hoc non intelligi de capitali, sed de damnis & lucris contingentibus saluo capitali. Vel dic quòd procedit quantum ad ponentem operam, qui licitè paciscitur quòd nō sentiat damnum in capitali, cum sentiat damnum in opera: quæ cōtra ponitur pecuniæ, vt infrà §. iij. imò opera & industria, vt ibi dixit text. posset esse tanta quòd valeret pactū, vt ipse lucretur duas partes, & tertiā habeat quæ pecuniam posit. Fallit autem quòd dictum est si capitale sit saluum, nō ex contractu societatis, sed assecurationis factæ ab aliquo qui non sit socius, cui datur certum quid vt subeat periculum capitis: vt patet ex dictis suprà Negotiatio. §. iiij. Et idem est si ista assecuratio fiat à socio, modò intentio sit recta: pura quia etiam sine societate socius assecuret, & ipse ponens pecuniam tale quid solueret, siue lucretur siue non: quia sunt ibi duo contractus, scilicet societatis & assecuritatis, quorū quilibet per se est illicitus. Quod dupliciter potest fieri: primò cōuenendo quòd ponēs pecuniā, tantum minus de lucro capiat, quātum apprehendit pretium assecurationis: vt si communiter æstimetur quòd lucrabitur octo pro centum: & illud pretiū sit tria, conueniant quòd accipiet de lucro solùm quinque, si aliàs debuisset habere plura: & si lucrum nō affuerit, soluet aliunde. Secundò clarius conueniendo quòd pro assecuratione soluet tantum, & de lucro accipiet partem contingentē. Ad illud igitur quod dicitur de pacto præter naturā contractus dicti est: & additur, hoc intellige, quādo ipse cōtractus est licitus, aliàs quod nō est in proposito: quia etiā sine pacto nō licet. Et idē dico quo ad illud ꝙ pacta ex cōuentiōe legē accipiunt: quod scilicet verū est in his, quæ nō sunt de se illicita. Ad d. autem c. per vestras. dico quòd non est contra prædicta: quia non dicit quòd capitale debeat esse saluum. Nec est hoc speciale in pecunia dotali, vt quidam dicunt.

Tert

1 ¶ † Tertiò quæritur, vtrum econtrario licitū sit pacisci ponenti operas de certa mercede earū, puta viginti, nihil sentiendo de damno? Et dico quòd sic: quia secundū Ang. vbi ī. non est iste cōtractus societatis, sed locationis operarū: imò posset facere secundum aliquos pactū quòd nō solùm haberet prædicta viginti, siue vllo damno, sed etiā talem vel talem partem de lucro, & nullam de dāno, sed hoc reciperet vtiq; non inquantū socius, sed inquantū locator operarū & pro salario. Sed prædicta intellige, nisi damnū contingeret culpa vel dolo ipsius locatoris operarū, vel eorū quorū opera vtitur, quia sic nō liceret. l. item quæritur. & l. si merces. §. qui conuenam. ff. loca. Intellige etiā si arbitrio boni viri tantum mereretur: aliàs esset iniustitia, & si nō vsura. ¶ † Quartò quæritur, vtrū liceat dare pecuniā in societatē ad lucrū cum pacto de salute capitalis facto solùm ad sui securitatē exigendo instrumentū de pecunia deposita vel aliter data non sub nomine societatis: cū tamē verè intētio sit subeundi damna & pericula pecuniæ? Et dico quòd nō, sed peccauit mortaliter mentiendo pernicioſe in infamiā sui. xxij. q. ij. primū. & retinetur intentionē suam patefacere: quia cōtractus est periculosus: & dans pecuniam ad libitum poterit mutare intentionē, & capitale perditum exigere tanquam mutuū vel depositū: & similiter possent hoc facere hęredes eo mortuo: & inde etiā, ꝓximi scandalizantur. Vnde si talis vult partē lucri, deferat cōtractū mutui, & de receptis cōcorder per restitutionem vel petitionē remissiōis, secundū Archi. quod tamē est verum quando ex hoc mercator passus est damnū, & quādo notificata sua voluntate non cessat scandalū, ꝓximo datum: quo casu tenetur restituere, cùm fama rebus sit preponenda ſ. j. deteriores. Simpliciter autē nō est necesse restituere in conscientia, cū fuerit vera societas. Posset tamē contra fraudes mercatorum facere pactum de cautiōe pignoratitia, ex qua nō percipiat fructū: & de subeundo damno, si mercator sufficienter ostendat illud incurrisse: & de sua pecunia exercenda in quibusdam locis & rebus, & non in alijs, & si ille secerit, damnū totum erit suū, quia venit cōtra pactum. ¶ † Quintò quæritur, quid si ponatur quod quis ponat in societate operas tantùm: alius verò libras triginta, ad tertiam partē lucri & damni, id est, ad lucrū & damnū decē librarū viginti remanētibus? Et dico quòd vsurarius est qui pecuniā dedit: quia viginti mutuauit, & consequēter ex parte harum lucrum est vsurariū, & cōsequēter totus cōtractus est vitiatus, secundū Alex. de Ales. De hoc tamen vide etiam §. seq. in fine. Et dato quòd nō esset vsura est tamē inhonesta societas: nec in ea seruatur æquitas socialis: quia si mercator iste post quam merces emit, perderet eas, perderet operā & viginti: collator autē pecuniæ nō perderet nisi decē. ¶ † Sextò quęritur, vtrum si damnum capitale perdatur, debeat esse cōmune vtriusq; socij vel proprium ponentis illud, maximè ex pacto vel consuetudine? Et dico cessante pacto & cōsuetudine esse de hoc opiniones. Quidam enim cum Iac. de Are. dicunt quòd debet esse cōmune, per l. si nō fuerit. & l. si id quod. §. item Celius. & l. cum duobus. §. quidā sagariā. ff. pro socio. Vnde si totum damnū esset propriū, videretur contra naturam societatis: quidāverò dicunt quòd debet esse propriū, vt gl. in d. l. si nō fuerint. & socio sufficit damnū perditarū operarū: quia sicut de capitali nō lucratur, sed totū redit ad eū qui posuit, si in fine inuenitur saluū: ita & de eius dāno nihil debet habere: quia de cōtarijs eædē regulæ dātur. C de fur. Lamentissimi. Quā opinionē Cyo. dicit esse æquiorē: sed veritas est quòd si nullum sit pactum vel alia cōsuetudo: tūc aut dicendū est secundū Per. vt refert Cy in l. j. C. pro socio. quòd si pereat ante operas exhibitas, sit commune: si post aliquas, aliqualiter sit cōmune: si post omnes, sit propriū ponentis. quod videtur æquissimum, præsertim in conscientia: quasi scilicet ex pecunia & industria cōstetur vnum totū per imaginationem quòd æqualiter perdatur: aut certè secundum Bal. in l. j. C. pro socio. quod siue perdatur ante operas, siue post, totū sit propriū ponentis, quod est verius de iure & in cōscientia. & idem tenet Ang. vbi suprà, & est de mēte Bar. in d. l. j. Vnde ista opinio vult quòd prætiū operę & industriæ socij intelligitur correspōdere interitui pecuniæ, & nō ipsi sorti: & sic ex vna parte ponitur cōmoditas operæ, ex alia cō moditas pecuniæ, & nō proprietas: sicut quādo ex vna parte ponitur pecus in societate, ex alia opera pastoralis, sola dāna vel cōmoda in conuentionibus sunt cōmunia, nō autē ipsum pecus: vt l. cum duobus. ff., p socio. sicvt in dubio potius intelligamus in societate positū vsum rei quàm ipsam rem, nisi data esset æstimata. Et ista est mēs S. Tho. vt patet ex verbis eius ī. §. j. Si verò fiat pactum quòd periculū sit cōmune, est licitum, secundū Glos. xiiij. q. iij. in c. plerique. quod etiā sentit Pan. in c. per vestras. de donat. inter vir. & vxo. sed San. Bern. tenet cōtrarium: quia si capitale pro parte sit securū, ibi pro parte est mutuū: & consequēter totus cōtractus vitiatus. & hoc est verū simpliciter. primū verò est verū si sic fiat ꝙ quòd totum capitale fiat cōmune: ita quòd in fine societatis diuidatur. quod etiā si nō exprimit, subintelligitur: quia pactum factum de damno, intelligitur etiam de lucro, & ecōtrario: Insti. pro socio. §. illud. Vnde dicę Ang. vbi suprà, quòd si aut ex pacto aut ex cōsuetudine periculum capitalis erat cōmune, cōmuniter debet diuidi inter eos. Quodverū est ad istum sensum quòd toto tēpore societatis capitale sit commune: vnde in fine diuiditur, si supereſt: & cōsequenter si perit, qui libet perdit suā medietatē: nō autē ad istum, quasi si pereat socius vnam medietatē restituat ei qui posuit: quia ista pars esset secura, & consequēter ibi esset pro parte mutuū. Adde autem quòd si non apparet quomodo sit cōtracta societas, intelligitur cōtracta secundū cōsuetudinē regionis, & inter mercatores secundū consuetudinē mercatorum. ff. de ædil. edict. l. quod si nolit. §. qui assiduas. ¶ † Septimò quęritur, quid si detur pecunia ad lucrū mercatori cum pacto quòd si capitale perierit naufragio, nō teneatur de illo? Et dico quòd est vsura. extra eod. c. fi. quia in actu mercandi capitale erat mutuum. cùm staret periculo mercatoris. ¶ † Octauò quæritur, quid si vterq; posuit operā & pecuniā, sed alter altero maiorem pecuniā, puta duas partes, altero ponente vnam? Et dico quòd quilibet habebit partem lucri correspondentē ei quod posuit, etiā si de hoc nihil actum esset: quia tacitè actum esse subintelligitur, vt qui plus oneris & periculi sustinet, plus expectet emolumenti. ff. de reg. iur. l. secundum naturam. & ita intelligitur. d. l. si non fuerit in princ. quod est notabile & verum, nisi alterius operā & industria valde præponderet: vt d. l. si nō fuerit. vnde iudex arbitrabitur ac si hoc esset expresse actum. ff. pro socio. l. si societatē. ¶ † Nonò quæritur, vtrū damnum personę ponentis operas sit cōmune: vt quia defendēdo pecuniam à latronibus est vulneratus, & fecit expēsas, & perdidit aliqua quæ secū nō tulisset, nisi cōmuni nomine fuisset profectus? Et dico quòd sic si euenit propter societatem: vt expresse vult. l. cum duobus. §. quidam sagariā. ff. pro socio. quod Bal. in l. j. C. pro socio. limitat quantū ad damnū extrinsecum eueniens ratione societatis: pura debita prædicta non autem quantū ad damnū intrinsecum, scilicet ipsius capitalis: nisi vt suprà, l. autē, socii. §. socius. ff. pro socio. quæ videtur velle contrarium, loquitur secundū Glo. ibi, quando damnū venit culpa socij: limita etiā quantū ad damnū, cuius societas est causa immediata, non cuius est occasio remota.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vnde ibi Bart.summâdo illum §. dicit quòd damna & lucra cõtemplatione societatis obuenientia sunt communicanda.d. l.cum duobus.Secus si cõtemplatione personæ obuenerint:licet societas fuerit occasio:secus si propter societatem adiui principe & ei placui:deoq; mihi donauit castrũ, nõ cõtemplatione societatis:sed meæ personæ tantum,illud nõ est cõmunicandum:vt d.§.locius.in fi. & similiter in damno : vt si abfui propter societate:& cõsanguineus meus faciens testamentum instituit extraneũ,quod nõ fecisset si adfuissem:vt d.l.locũ.Hęc ex illo.¶† Decimò quęritur, quid si vterq; captus fuit sed vnus sua industria euasit,vel ab amicis est redẽptus?Et dicit gl.in d.§.quidam.quod qui euasit,tenetur partem dare agnoscere.Si verò tuit redẽptus,distinguit an animo remunerãdi& tunc agit.aut nõ,sed animo donãdi:& nõ agit.Vide etiam supra Mandatũ,in quo secus est:& ī. Procurator.¶† Vndecimò quæritur, vtrum pacisci possit vnus socius vt habeat vna parte damni & duas lucri, alter verò econtrario duas damni,& vnam lucri?Et dicit Ang.quòd nõ.quia vnus sociorũ nõ potest plus de lucro quàm de damno participare. l.Mutius.ff. eod. similiter nec quòd deducto damno vnus habeat duas partes lucri, alius verò vnam:nisi tantundem plus pecuniæ vel operis vel industriæ in societate ponat:vt in.l.si non fuerint.ff.eo.dicit tamẽ quòd in cõscientia si prædicta pacta arbitrio boni viri deteriore non faciunt partem alterius,ita q; qui plus ponit plus habeat,sunt licita qđ intellige deducto tamen ne aliqua pars capitalis sit secura: vt ī.§.iuj.v & vj. ¶† Duodecimò quæritur , vtrũ is qui ponit operas debeat habere expẽsas de corpore societatis,quando proficiscitur causa societatis? Et dicit Bald. & Iac. de Are.& Cynus in l.j.C.pro socio.quòd sic:quia lucrũ intelligitur deductis expẽsis.l.illud.C.de codic.& l.Mutius.ff. pro socio quod Bald.limitat exceptis his quas fecisset dominus.g.l.sed & ii.ff. de peti.hæred.§.quod autem.limitat etiam Ang.nisi cõsuetudo aliter haberet:quia deberet seruari, nisi contineret apertam iniquitatem:quę videtur actum quod est consuetum.l. quod si nolit.§.qui assidua.ff.de ædil.edic.¶† Decimotertiò quæritur,pro quibus partibus teneantur ad solutionẽ pensionum fundi vel apothecæ cõductæ socij pro partibus dispariby?Et dicit Ang.vbi ī.& Bal.in l.j.C. pro socio.quod locanti teneantur pro æqualibus partibus:inter se verò pro rata societatis: vnde etiam supellectilia & vasa diuidi debent secundum partes dispares.¶† Decimoquartò quæritur,quid si contraxi recũ societate ad quinquẽnũ, ita quòd ego mille, & tu operam poneres,& casu ante quinquennium mille perierunt?Et dicit glo.in d.l.si nõ fuerint.& in l.j. C. pro socio. & Ang.quòd non cogor iterum ponere,siue periculum cõmune fuerit,siue non,quia finita est societas:item quia videtur actum solũm deponẽdo semel,& nõ pluries, vt ff.pro soc.l. si socius pro filia.§.nec si prior. Si autẽ nõ perierit ex toto quod in societate positum est,sed partũ reliqui,& alter nõvult ponere operam vel rem suam,quę magna est cum re socij, quæ patua est:secundũ Bald.in l.j.C.pro socio.talis fouet æquitatẽ:vt ff.de admi.tut.lata autẽ in prin.¶† Decimoquintò quæritur, vtrũ liceat tradere pecuniã mercatori:puta centum ducatos hoc pacto quòd accipiẽs teneatur respondere de lucro vel damno, secundũ quod similes alij centũ ducati apud aliquẽ aliũ puta Petrũ lucrabuntur aut peribunt:cum tamẽ iste accipiens accipiat dicta centũ mox in sua necessitate expendẽdos?Et dicit Arch.post Inn.de vsu.c.fi.& Io.And. ibi quòd non:sed cõtractus est dubius,& potius videtur vsuram saperecum quia in fraudẽ vsurarũ videtur adinuentus: tum quia pecunia ex se nõ est lucrosa.lxxxviij. dist.eijciẽs: tũ quia ista pecunia nõ est data per modum depositi,quia ind[e] non reportaret lucrum deponẽs,nec depositarius eam posset exponere:nec per modũ societatis,quia in pacto esset q; accipiens eam fideliter exponeret solũm in mercatijs: ergo est data per modũ mutui,& sic ibi est vsura. Aliqui tamẽ tenent quòd licet:& verũ est si lucrũ expectatur tanquã interesse:vt quia dans omnino erat ea daturus mercatori : sed ad instantiã amici dedit eam illi:dũmodo secundũ Host. pericula & expẽsas in se recipiat: & secundò nõ intẽdat principaliter magis per hanc viã quã per negotiationẽ lucrari:& tertiò nõ contrahatur pactum ad semper,sed ad tepus rationabile:& quartò nõ teneatur ex necessitate præcepti gratis mutuare accipiẽti:& quintò accipiat lucrũ solũm tanquã interesse.¶† Decimosextò quæritur , quid si quis det mercatori Venetijs centũ,recepturus in Cypro solũm 50. si perierint in mari,& si nõ perierint recepturus cxx.Et dico q; nõ licet, secundũ Hosti. & Ray.quia si mercator hæc expederit, ille vult lucrũ ex re nõ sua:eum merces emptæ sint emẽtis,in cuius dominium pecunia trãsiuerat. Si verò nõ expẽderit:ille vult lucrũ quod mercator nõ fecit,imò dico q; est vsura iuxta prædicta:quia vult partẽ capitalis esse saluã. ¶† Decimoprimò quæritur,quid si qs recipiat pecuniã vltra mare vehendam,& ibi reddendã pro certo pretio;Et dicit Inn.in c.fiale vsur.quòd nõ est,vsura,siue portãs recipiat in se periculum, siue nõ:quia operarũ siue custodiæ locatio est.Et idẽ Host. non obstat d.c.fin.quia nõ est idem casus:quia receptum ibi vltra sortẽ directè mutuũ cõcernit:non autem hic, ad lucritatem:si tamẽ acciperetur non tantum ad portandum,sed etiam ad negotiandum,secundum Inno.esset vsura: quia pecuniæ nullus est fructus,si teneatur in arca:nec deteriorat[ur] in vsu. ¶† Decimooctauò quæritur,quid si detur pecunia mercatori capitali stante periculo casus fortuiti : sed tamen lucro existente certo? Et dico q; hoc casu videtur mercator emere totum lucrum futurum ex pecunia mediante sua labore:quod quidam dicunt esse illicitum. Sed Gerard.Odo. dicit licitum:quia capitale stat periculo:& illud lucrum aliquid valet.& hoc est indubitatum:quia talis dãs à principio poterat pacisci de parte lucri habenda:& cõsequenter eam stantem sub periculo fruitionis poterat vendere secundum æstimationẽ boni viri,sicut & fructus vẽturos ex agro.¶† Decimonono quęritur quomodo finiatur societas.Et dicit tex. l.si societatẽ.ff.pro socio. quod dissoluamur renuntiatione, morte:intellige vt est mors ciuilis,secundũ Glo. captiuitate, diminutione,& egestate,scilicet incidente,secundũ Glo. vt si quis ex socijs ceciderit bonis:vt Instit.eod.§.item vel fuerit publicata:vt in l.actione.§.publicatione. ff. pro socio. Adde vel conuentione,id est,finito tempore quo conuentum est: vel consuetudine.si de tempore nihil conuentum est l.quod si nolit.§.qui assidua.ff.de edil. edic.¶† Vicesimò quæritur quomodo societas sit diuidenda si nihil conuentũ est expresse vel tacitè,quia nulla est consuetudo de hoc? Et dicit Bal. in d.l.j.C. pro loci.& Ang.vbi suprà,quòd si alter centum & alter operas posuit,& de lucro habent ducẽta:qui centũ posuit primò extrahet sua centum,& reliqua ducẽta omnes diuident inter se:ita tamen quòd qui plus societati contulerit pecuniæ,operæ,vel industriæ arbitrio scilicet boni viri plus habeat de lucro.l.si non fuerint.& l.quid em.ff.pro soc.Nec est verum quod quidam dicunt,eum,qui posuit operã, prius debere extrahere alia centum pro opera sua:cum hoc nullo iure caueatur, diuino, canonico vel ciuili:quia operæ hominis nihil aliud est quàm officium diurnum.l.j.ff.de operis.libertis.imò opa hominis dicitur fructus hominis esse,vt l.iij.& seq. ff.de ope. seruo. Vnde qui ponit operas tantùm nihil ponit: consistens in capitali vel sorte:sed solum fructum aut vsum fructus

fructum suæ personæ qui correspondet fructui aut commoditati illorum centum. Pro quo facit d.l.cùm duobus.§.si in cõsunda.ff.pro soc.Et sic intelligẽ illud quòd sæpe opera alicuius pro pecunia valet:vt Insti.pro soc.§.ij.id est,cõmodita te & vsufructu seu interusurio.Adde quòd si ponens operã deberet & ipse extrahere ante diuisionem alia centũ sicut ille qui ponit pecuniã nihil lucraret,nisi lucrũ esset:vltra centũ & centenario:qđ scilicet rarissimè accidit:sed penè semp pdcter de sorte:licet reuera aliqd lucrũ adesset. Ex qbus oibus patet q; secũdum breuẽ regulã datã in prin.oĩa poterant decidi.

De Societate determinatæ rei secundò in pecudibus.

1 *Societas in animalibus quot modis contrahatur.*
2 *Animalia in societate quot modis ponantur, & quid iuris. nume. seq.*

SOCIETAS secundò considerari potest specialiter vt est in pecudibus:pro quo dico generaliter quòd breui regula diffiniri possent omnes quæstiones in ista materia,quã habes tit.priore.in prin.scilicet quòd si pecora tradita stent periculo tradentis,nõ põt ibi esse vsura:si etiã neutra pars arbitrio boni viri nimis grauetur,non põt ibi esse iniustitia,& consequenter nec peccatũ.Sed tamen pro rudioribus oportet de aliquibus specialiter quærere.¶† Primò ergo quæritur,quot modis bruta tradantur?Et dico quòd multis.¶ Primò per modũ locationis,quæ aliquando est ex parte tradentis,qui cõducit operas eius cui tradit,& ille recipit pretium custodiæ:aliqñ verò ex parte recipientis qui cõducit vsum rei,& pro eo pretium soluit:ideoq; recipiens interdum locator interdum conductor dicitur:& propterea his vocabulis promiscuè vtimur.l.veteres.ff.de actẽm.& est purus cõtractus locationis &cõductionis.l.j.§.si quis seruũ.ff.depo.Si tamen pro custodia animalium recipitur pars fructuum ipsorum,est contractus innominatus,pro quo datur actio præscriptis verbis siue in factum,cùm nõ intercesserit pecunia:licet idem sit de hoc iudicium sicut de locatione & cõductione, aut magis assimilatur.d.§.si quis seruum.¶ Secundò traduntur per modum locationis modificatæ:vt cùm traduntur oues dicitur,puta monasterio,sub annua pensione parua puta duorum solidorum pro singulis,cũ tamen reddant iiij. aut v.sed hoc pacto quòd etiã si moriantur,nihilo minus dicta pensio soluatur toto tẽpore vitæ tradentis ac si viuerent:post mortem verò eius omnes sint monasterij. ¶ Tertiò traduntur p modum mutui secundum aliquos,id est, æstimata & firma, non certa in omni euentu:sed est verius per modũ venditionis: quia æstimatio & si non semper faciat venditionem,facit tamen hoc casu,secundum Bar.in l si vt certo.ff.commo.vnde æstimatio emptionem introducit.ff.de in.dot.l.plerũq;.& l. æstimatæ ff.so.ma.sed tamen pretiũ reinditæ dilatũ interim habetur vt mutuũ:sicut patet inuenditiõe ad tempus.Si aũt traderetur æstimata quidem,sed nõ certa:nec mutuum nec venditio esset,sed societas:puta si æstimatur quidem nõ vt æstimatio reddatur si perierint casu fortuito,sed solùm si culpa accipientis.¶ Quartò traduntur dominio penitus trãsacto in accipientem,ita quòd per eũ meliorata postmodũ eiscentur:& sic nõ est societas:quia per eã nemo definit in bonũ esse dñs rei traditæ:sed est cõtractus innominatus,scilicet do vt facias:ex quo actio oritur præscriptis verbis, siue in factũ.ff.de præscri.ver.l.si tibi areæ. ¶ Quintò traduntur per modũ cõtrahendæ societatis expressæ:vt dicit glo.in l.si palcenda pecora.C. de pac.vel etiã tacitæ, vt qñ hoc nõ dicitur:tamen gratia contrahendæ societatis traduntur,vt quãdo dantur vt sint communia,& sic contrahitur societas: vt l. si tibi areæ.ff.de præscr.verb.& facit quod no.Bal.in d.l.pascenda.¶ Hic aũt modus fit multis modis:quia aliqñ traduntur animalia minuta,scilicet quorũ fructus regulariter alcẽdit ad valorem matris in anno:vt sunt oues,porci, capræ,& huiusmodi:aliqñ aũt dãtur alia grossa,quorũ scilicet fructus ad illud nõ ascendit,vt sunt boues,equi,muli,& hmõi:& ista aliqñ dãtur æstimata,aliqñ inęstimata , aliqñ cũ cõmunione terræ:aliqñ sine,quod fieri potest:vt in l.cũ duobus.§.in cõsunda.ff.pro soc.¶ Sextò traduntur aliquo modo qui tã nũc ignorat mortum principalibus.¶† Secũdò quæritur,quid si dẽ 2
verba hominum dicta absq; intentione,quæ quis retorquet ad futurū quod vult præcognoscere , hoc vocatur omen:sicut Romanis deliberātibus vtrū ad aliū locū migrarēt:fortè eo tēpore centurio quidam exclamauit,signifer ītatne signū hic optimè manebimus.quam vocē audītā pro omine acceperunt,transeundi cōsiliū omittentes:si autē cōsiderētur alia quæ dispositiones figurarū in aliquibus corporibus visui occurrētes,erit alia diuinationis species:quia ex lineamētis manus cōsideratis diuinatio sumpta chiromantia vocatur,quasi diuinatio manus:chiros enim Græcè dicitur manus.diuinatio verò ex quibusdā signis in spatula alicuius animalis apparentibus spatulantia vocatur.¶ Secūdum genus est ad quod pertinet diuinatio facta ex cōsideratione eorū quæ euemunt ex quibusdam quæ ab hominibus fierì fiunt ad aliquid occultū inquirendū siue per protractionē punctorū,quod pertinet ad artē geomātiæ:siue per cōsiderationem figurarū quę proueniunt ex plumbo liquefacto in aqua proiecto:siue ex quibusdam schedulis scriptis vel nō scriptis in occulto repositis,dum cōsideratur quis quam accipiat:vel etiam ex festucis inæqualibus propositis qui maiorē vel minorē accipiat vel etiā ex taxillorū proiectione, quis plura pūcta proijciat: vel etiā dum consideratur quid aperienti librum occurrat. quæ omnia sortiū nomen habent.¶ Sic ergo patet triplex diuinationis genus quorū primum est per manifestam dæmonis inuocationē,quod pertinet ad necromāticos: secundum autē est per solā considerationē dispositionis vel motus alterius rei,qđ pertinet ad augures:tertiū est dū facimus aliquid vt nobis manifestetur aliquod occultū,quod pertinet ad sortes.Sub quolibet autē horū multa cōrinentur,vt patet ex dictis.¶† Quintò quæritur,quid de diuinatiōe facta per inuocationē dęmonū,scilicet expressa?Et dicit S.Tho.quòd omnis talis est illicita: tum quia ibi est expresse pactū initum cum dęmone per ipsam inuocationē,secūdū illud Isa.xxviij. Dixistis , Percussimus fœdus cum morte-quod est omnino illicitum:& essēt adhuc grauius si sacrificiū vel reuerētia dę moni inuocato exhiberetur:tum quia dęmon qui hominum perditionē intēdit ex suis relpōsis,etiam si aliquādo verā dicat,intēdit homines assuefacere ad hoc quòd ei credātur: & cōsequēter perducere ad aliquid humanę saluti nociuū.Quo modo autē liceat dæmones adiurare,vide ī.Aduratio.§.iiij. & v.& ī.Exorcista. ¶† Sextò quæritur , vtrum diuinatio per astra sit illicita?Et dicit S. Tho. quòd operatio dæmonis vt animos hominū implicet vanitati aut falsitati ingerit se diuinationi,quæ ex falsa aut vana opinione procedit, qua vtitur qui ex cōsideratione stellarū vult præcognoscere futura,quę per eas cognosci nō possunt.Igitur ex falsa & vana opinione procedit:& cōsequēter erit diuinatio superstitiosa & illicita si quis inde velit præcognoscere futuros casuales vel fortuitos euētus,aut futura opera hominū per certitudinē:quia, vt idē probat,ex stellis nō accipitur præcognitio futurorū,nisi sicut ex causis præuoscētur effectus: duplices autē effectus, inquit,subtrahitur causalitati cœlestiū corporū.Primò effectus per accidēs cōtingētes siue in rebus humanis siue in naturalibus:quia cum eos per accidēs neq; eos sit ,ppriè neq; vnū:vt probat in vj.Mera. nō habet causam præcipuè naturalem,cum operatio naturalis determinetur ad vnū, sicut procedit ab vno principio,qđ est forma rei naturalis.Sedò actus liberi arbitrij:quia corpora cœlestia imprimere nō possunt directè in intellectū & voluntatē,quæ nō sunt corpus:& cōsequēter nec per se causare tales operatiōes:licet ad hoc possint dispositiuè inclinare,inquantū imprimūt in corpus humanū,& cōsequenter in vires sensitiuas,quæ sunt actus corporaliū organorū:& inclinat ad humanos actus, licet necessitatē libero arbitrio non imponāt cum obediant rationi.secundū Philosophū in iij.de Anima.& j.Ethi. Frequenter tñ circa hoc Astrologi vera prænūtiāt,præcipuè in communibus, euētibus,qui dependēt ex multitudine: primò quia plures homines passiones corporales sequūtur,& cōsequeter actus eorum disponūtur vt in pluribus secūdū inclinationē corporū cœlestiū:pauci verò sunt,id est , soli sapientes qui eas ratione moderētur.Sedò,ppter dæmones se immiscētes:sicdm Augin ij.sup Gen.Hęc ex illo virtualiter.qui etiā tenet esse superstitiosum velle inde scilicet ex stellis,prænoscere futura necessario,vt eclipsim,& omnia ex eis causata. intellige in pluribus , vt ī.§.iij. in princ.puta siccitates & pluuias,& hmōi. ¶† Septimò quæritur-quid de diuinatiōe per somnia? Et dicit S.Tho.qđ cū sit illicita diuinatio quę opinioni falsę innitit,cōsiderare oportet qđ sit verū circa præcognitionē futurorū de somnijs. Cū autē somnia sint futurorū euentuū quādoq; quidē causa:vt cū quis ex visis in somnijs mouet ad aliquid agēdū aut vitādū:quādoq; verò signa, inquātū scilicet reducūtur ad aliquā causam cōem somnijs & futuris euētib⁹, & sicdm hoc plurimū præcognitiones futurorū in somnijs fiāt,cōsiderādū est q̄ sit causa somniorū,&an possit esse causa futurorū euētuū,vel ea possit cognoscere.¶ Est autē causa somniorū quādoq; interior:& est duplex:prima est animalis inquātū scilicet in phātasia dormiētis occurrūt ea circa quę eius cogitatio & affectatio immorata est in vigilādo:& hæc nō est causa futurorū euētuū:& cōsequēter huiusmodi somnia per accidēs se habēt ad futuros euētus: & si quādoq; simul cōcurrāt,erit casuale.¶ Secūda est corporalis,qa ex interiori dispositiōe corporis formatur aliqs motus in phātasia cōuentiēs tali dispositioni:sicut abūdanti frigidis humoribus in somnijs occurrit q̄ sit in aqua vel nive: propter quod dicūt medici intēdēdū esse somnijs ad cognoscēdū interiores dispositiones.¶ Quādoq; verò somniorū causa est exterior. & est duplex. Prima est corporalis inquātū imaginatio dormiētis immutatur vel ab aēre cōtinēti,vel ex impressiōe cœlestis corporis,vt sic dormiēti aliquæ phātasię appareāt cōformes cęlestiū dispositionū.Sed a est spiritualis,quę est quādoq; qdē à Deo qui ministerio angelorū aliqua hominibus reuelat in somnijs sicdm illud Num.xij.si fuerit inter vos propheta Dñi,in visione apparebo ei vel per somniū loquar ad illū.Quādoq; verò operatione dæmonū aliquæ phātasiæ dormiētibus apparent,ex quibus quādoq; aliqua futura reuelāt habētibus cū eis pacta illicita.¶ Sic ergo dicēdū q̄ si quis vtatur somnijs ad præcognoscēda futura,sicdm quod somnia procedūt ex reuelatione diuina,vel ex causa naturali intrinseca siue extrinseca, quātū pōt se virtus talis causę extēdere nō erit illicita diuinatio.Si verò hmōi diuinatio causetur ex dæmonū reuelatione,cum quibus habentur pacta exeressa, quia ad hoc inuocātur:vel tacita , quia huiusmodi diuinatio extēdetur ad quod se nō pōt extēdere virtus causæ somnij, erit diuinatio illicita & superstitiosa. Hæc ex illo.Vñ superstitiosum est ex somnijs nedū procedēntibus à dęmone,sed à causa naturali velle diuinare de effectibus casualibus: puta inuētione thesauri,vel quod occidetur ab aliquo.aut de subiectis libero arbitrio est illicitū.Secus si somniauit pluuiā,vel hmōi,& eā prenūtiet ītē secus si sint à Deo: q̄ licitē quis præsumit quādo fiūt præmissa oratione ad Deū,arg. dicēdoru §. seq.ad fi.vel etiā si habeāt illa signa quibus doctores distinguūt visionē diuinā à diabolica de quibus in Aur.ro. circa festa natalia.Quod autē dicitur nō esse credēdū somnijs,intelligitur cōtra prædicta.& palsim sine cōsilio pitorū. ¶† Octa quò quæritur, quid de diuinatione per auguria & omina,& huiusmodi obseruationes exteriorum rerum?Et dicit Sancto Tho.

Tho.quòd cùm huiusmodi non possint esse causa euentuū futurorū ex his nō cognoscunt futura,nisi inquantū sunt effectus aliquarū causarū,quæ etiā sunt causantes vel pcognoscētes futuros euētus.Cā autē naturalis instinctus,quo bruta mouent ad suas opationes,pōt esse duplex.Prima est corporalis:quia nō habēt nisi animā sensitiuā, cuius oēs potentiæ, sunt actus corporaliū organorū , & sic subiacet dispositioni cōtinentiū corporū,& primordialiter cœlestiū.Vñ nihil ,phibet aliquas eorū opationes esse futurorū signa,inquantū cō formātur dispositionibus cœlestiū corporū & aēris cōtinentis,ex quibus ,puenīūt aliqui futuri euentus . In hoc tñ iunct deo cōsideranda. Primūvt extensio nō fiat nisi ad præcognoscendū causata per motus cœlestiū corporū,vt dictū est.Secūdū,vt nō fiat nisi ad ea quæ ad hmōi animalia possent aliqualiter pertinere.cōsequunt eīm per cœlestia corpora cognitionem quandā naturalem & instinctū ad ea quæ eorūvitæ sunt necessaria,sicut sunt imutationes factæ per pluuias, ventos,& hmōi.Secūda causa est spiritualis,scilicetvel Deus vt patet in colūba super Christū descendēte: & in coruo,qui pauit Heliā:& in cete euomente Ionā:vel etiā dęmones qui hmōi operationibus brutorū vtūtur ad implicādos animos hominū vanis opinionibus.Et eadem ratio videtur esse de omnibus alijs hmōi,præterquā de hominibus : quia humana verba,quæ accipiunt pro homine, nō subdunt dispositionibus stellarū,quæ tamen disponunt sicdm diuinā ,puidentiā: & quādoq; sicdm dæmonū operationem. Sic ergo dicendū quòd omnis hmōi diuinatio si extendat vltra id,ad quod potest pertingere sicdm ordinē naturæ vel diuinæ ,puidentiæ superstitiosa est & illicita. Iosephi autē dicens Ge.xliiij.nō esse sibi similem in augurādi scientia,dixit ioco,sicdm Aug.referens forte ad id quod de eo vulgus opinabat. Gedeō autē Iudicvij.obseruauit recitationē & expositionem somnij quasi ordinatā à diuina ,puidentia ad instructionē sui.Et similiter Heliesер Ge.xxiiij.attēdit verba puellæ oratiōe ,missa ad Deū.Hæc ex illo. ¶† Nonò quæritˀ,quid de diuinatiōe sortium?Et dicit S.Th. vbi ī.& in quodā opusculo q̄ sortes proprie dicunt,cū aliquid fit,scilicet ab homine seriose , vt eius animo cōsiderato aliquid occultū innotescat:& dicit sors diuinatoris,si eius iudicio quæratˀ qđ cui sit adhibēdū:siue illud sit res possessa, siue honor, seu dignitas , seu pœna vel actio.Si vero ingratˀ qđ agere oporteat,vocatˀ sors cōsultoria.Siverò quæratˀ qđ sit futurū , vocatˀ diuinatoria.Cū autē euētus sortes expectari possit à triplici cā,scilicet cœlo,fortuna,vel spiritu dirigente:si expectetˀ à cœlo quasi actus humani qui ad sortes requiruntˀ,sicdm dispositionē stellarū sortiantˀ effectū, vana & falsa est opinio. & cōsequēter dæmonū ingestiōe nō carebit ex quo illicita & superstitiosa erit diuinatio. Siverò expectetˀ à fortuna qđ locū habere pōt solū in diuisoria sorte: nō videtˀ habere vitiū,nisi forte vanitatis: sicut si nō volētes aliqđ cōcorditer dividere,velint ad diuisionē sortib⁹ vti qua si fortunæ exponentes quis quā partē accipiat.Siverò expectetˀ à spiritu siue eā spiritualī:si quidē sit dęmō,est sors illicita,& sicdm canones ,phibita:sicut fecit rex Babylonis,Exech.xxj.Si verò expectetˀ à Deo qui temperat sortes,vt ,puer. xvj.talis sors sicdm Aug.nō est aliquid sicdm se malū . ¶ Pōt vñ in hoc quadruplicitер incidere pctm. ¶ Primò si absq; necessitate ad sortes recurratˀ: quia videtˀ pertinere ad tentationem Dei:sed intelligo sine necessitate spirituali vel etiā quali,personæ,vel etiā rerū quo ad magnū dānū vitādū:vt te fecit Dauid j.Reg.xxx.Sedò si quis eis vtatˀ in necessitate quidem,sed sine reuerētia Dei.Vñ dicit Beda super Act.apo.q̄ si quę necessitate aliqua compulsi Deum putant sortibus ex emplo apostolorum esse consulendum,videant hoc ipsos apostolos nō nisi collecto fratrū cœtu & pcibus ad Deū fusis egisse. Tertiò si diuina oracula ad terrena negotia cōuertātur:qa talis cōsuetudo displicet Aug.ad inquisi.Ianu.Sed intellige q̄ negotia ,priè sunt circa teporalia luera ,nō circa dānavitada.Quarto si qs sortibus vtatˀ in electionib⁹ ecclesiasticis quę inspiratione Spiritus sancti fieri debēt. vñ sicdm Bed.vbi ī.Mathias sorte quęritˀ aſ pentecostē,qa scilicet nō dū erat effusa in ecclesia plenitudo Spiritus sancti. septē autē diaconi postea nō sorte,sed electiōe discipulorū sunt ordinati.Secus autē in teporalibus digeritatibus,quæ ad tēporale dispositionē ordinātur,in quarū electiōe plerūq; homines sortibus vtūtur,sicut & in rerū teporaliū diuisione.In necessitate autē licitū est diuinū iudiciū reuerēter sortibus implorare:sicut sicdm Aug.in epistola ad Hono.si tēpore pśequutionis ignoratur q̄ ministri fugere & qui remanere debeāt: vel sicdm eūdē in primo de Doc. Christi.si habēti danda occurrant duo æquè indigētes,& vtriq; dare nequeāt.Iudiciū autē ferrì candētis vel aquæ ferūtis ordinatur quidē ad occulti peccati inquisitionē p aliquid qđ ab homine fit:& hoc conuenit cū sortibus:inquantū tñ expectatur aliquis miraculosus effectus à Deo,excedit cōem sortiū rationē.vñ illicitū redditurˀ tū qa ordinatˀ ad iudicādū occulta quę diuino iudicio reseruāturˀ:tū etiā qa huiusmodi iudiciū nō est diuina authoritate sanctiū:vnde ,phibetur ij.q.iiij. cōsuluisti . Et eadē ratio videtur de lege duellorū:misi q̄plus accedit ad cōem rūnem sortiū,inquātū nō expectatˀ ibi miraculosus effectus:nisi forte quādo pugiles sunt valde impares virtute vel arte.Hęc ex illo. ¶† Decimò quæritur, qđ de superstitiōis obseruātis?Et dico multa. ¶ Primū. Vti obseruātijs artis notoriæ sicdm S. Th.& aliōs est illicitū:qa hæc ars vtitur ad acquirēda scientiā quibusdā nō vt causis,sed vt signis,cū sicdm se nō habeāt virtutē causandi scientiā:vt est inspectio quarūdā figurarū, ,platio ignotorū verborū,& alijs hmōi:quæ signa sunt superuacua,cùm nō sint diuinitus institura,sicut sunt sacramentalia& cōsequenter pertinēt ad pacta quædā& gnificationū cū dæmonibus:vñ est penitus repudiāda Xpiano, sicut & aliæ artes negatoriæ,vel noxiæ superstitiōis,vt Augu.dicit in ij.de Doc.Christi.& sicdm Arc.est mortale.Est etiā hoc inefficax ad scientiā acquirendā:vt ,pbat S.Th.vbi ī.q.lxvj . ¶ Sicdm. In obseruatiōibus ordinatis ad corporū imutationē,puta ad sanitatem,vel hmōi,de qbus etiā ī.in verbo,Maleficiū secūdū S.Th.cōsiderādū est vtrū facta ad particulares effectˀ inducēdos videant posse tales effectus causare: & sic nō erit illicitū:quia licet causas naturales adhibere ad ,prios effectˀ. Si autē nō videntˀ eos posse causare,cōsequens est q̄ nec adhibeantˀ ad hoc sicut causæ,sed quasi signa:& cōsequenter pertinent ad pacta signficationū cū dæmonibus inita. Vñ secūdum Aug.xj.de ci.Dei.dæmones allicituntˀ creaturis nōvt animalia cibis,sed vt spiritus signis. Vñ sicdm eūdem in ij.de Doc.Christi.ad superstitionē pertinēt oīa remedia quæ medicorū disciplina cōdemnat,siue in precationibus siue in quibuscunq; notis,quas characteres vocant.xxvj q.ij.illud. Nec obstat q̄ sicut corpora naturalia subijciuntˀ cęlo inde ex eiˀ impressione cōsequendo virtutes occultas,ita & artificialia, puta imagines:quia ideo naturalia à cœlo sortiuntˀ virtutes actiuas,quia sortiuntˀ etiā formas substātiales,quas eorū virtutes cōsequuntˀ:formæ autē artificialiū ,pcedunt ex conceptione artificis:& cum nihil aliud sint quā cōpositio, ordo & figura,vt dicit in j.Phy.nō possunt habere naturalem virtutem ad agendum:vnde inquantū artificialia nullam virtutem sortiuntur à cęlo,sed solum secundū materiā naturalē. Vnde imagines astronomicæ ex operatione dæmonum habent effectum:cuius signum est quòd necesse est eis inscribi quosdam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quosdam characteres qui naturaliter ad nihil operantur. cum figura non sit naturalis operationis principium. In hoc tamen distant imagines astronomicæ à necromanticis: quia in istis sunt quædam tacita pacta cum dæmonibus per characterum quædã inuocationes & præstigia quædã. vnde pertinent ad pacta expressa cum eis. Hæc ex illo. ¶ Tertiũ. Obseruationes ordinatæ ad præcognoscendũ aliqua fortunia vel infortunia, scẽm quod aliqui expertũtur quòd aliqua tempora vel loca aut verba audita, vel occursus hominũ aut animaliũ, siue distorti aut inordinati actus aliquod præsagiũ habeut futuri boni vel mali, secundum S. Tho. omnes sunt superstitiosæ & illicitæ: quia prædictis vtũtur vt signis nõ introductis authoritate diuina, sed magis humana vanitate, dæmonũ malitia cooperãte: & videntur esse quædã reliquiæ idololatriæ, scẽm quod obseruabantur auguria & dies fausti vel infausti. quod pertinet quodãmodo ad diuinationem per astra, scẽm quod diuersificantur dies. Si quis tamen præsagiũ hmõi cõsideret ex sua causa, non erit illicitum: sicut si seruus timeat flagellum iudicis videns irã dñi: & similiter si quis timeret nocumentũ puero ex oculo fascinãte: & si à principio homines in his obseruantijs aliquid viri experti sunt, fuit à casu: deindeverò opere dæmonũ, cũ homines incipiũt his animũ applicare vt fiant curiosiores, & magis laqueis implicent. ¶ Quartum. In omnibus aũt incantationibus vel scripturis suspectis, secũdũ S. Tho. duo cauenda sunt. Primò quidem ne quod profertur aut scribitur pertineat ad inuocationes dæmonum. quod est manifestè superstitiosum & illicitũ: & similiter ne contineat ignota nomina, ne sub illis lateat aliquod illicitũ: & similiter ne quid falsitatis cõtineat: quia sic eius effectus expectari nõ posset à Deo, qui nõ est testis falsitatis. Secundò cauendũ est ne cũ verbis sacris cõtineant aliqua vana, puta characteres inscripti, præter signũ crucis, aut si spes habeat in modo scribendi, aut ligãdi, aut in quacunq; hmõi vanitate, quæ ad diuinam reuereutiã nõ pertineat: quia hoc iudicaretur superstitiosum. aliàs autem est licitum. Vnde dicitur in decre. xxvj. q. vj. c. nõ liceat Christianis, quod in collectionibus herbarum quæ medicinales sunt aliquas obseruationes aut incantationes nõ licet attendere, nisi tm̃ eum symbolo diuino aut dominica oratione: vt tantùm creator & Deus omnium honoretur. Hæc ex illo. De reliquijs autem portandis, habes ẽ. Reliquiæ. §. iiij. Adde verò primò, secundum eum, quòd incantationibus serpentum vel quorũcunq; animaliũ si respectus habeat solùm ad verba sacra & diuinã virtutem, non erit illicitum: plerunq; tamen tales incantationes habent illicitas obseruantias, & per dæmones sortiuntur effectum, & præcipuè in serpentibus: quia serpens fuit primum dæmonis instrumentum ad hominem decipiendũ. Adde secundò secundum Veruec. & Mo. quòd carminatrices si nihil superstitiosum dicunt, docent, aut faciunt, sed tm̃ vtuntur licitis precibus & adiurationibus, sicut per passionem & crucem Christi, & hmõi, nõ peccãt mortaliter, nisi post prohibitionẽ ecclesiæ sibi factã: prohibendi sunt tamen viri & mulieres à talibus: quia multa inutilia & superstitiosa solent admiscere: nisi fortè sacerdos sit vel religiosus & discretus, aut etiã laicus excellentis vitæ: qui tuta oratione licita super infirmum manũ ponat: qui tamen fortè deberent à talibus abstinere, si timeretur ne exemplo eorũ alij superstitiosi assumãt sibi carminationibus abusum: auxta illud, Ab omni specie mala &c. de vi. & ho. cle. cùm ab omni. Adde tertiò scẽm Arc. vt etiam elicitur ex prædictis, quòd si tempus vel dies obseruet ad aliquid faciendum vel omittendum ex causa naturali, puta dispositione lunæ ad medicinam sumendam vel arborem succidendam: non est superstitiosum nec illicitum: secus si ex falsa opinione: quia putat quis aliquos dies fortunatos vel infortunatos: vt si quis vtitur herbis collectis in mane Ascensionis, vel balneat se in nocte Ioannis Baptistæ. Sed tamen limita quando non mouetur quis ex spirituali deuotione festi occurrentis illa die: vnde non est superstitiosum si sacerdos ad celebrandum primam missam obseruet diem alicuius sancti sibi deuoti, & huiusmodi. Adde quartò secundum Veruec. quòd breuia continentia quòd si quis ea portauerit, non incurret talem vel tale malũ: vel consequenter talem vel tale bonum, reprobanda sunt, & peccant facientes, vtentes, & consulentes: nisi sint adeò simplices quòd excusentur ignorantia. Adde quintò, secundũ eundem Arc. quòd licet vtentes incantationibus & breuibus superstitiosis ignoranter, excusentur fortè à mortali: secus si audierunt à personis discretis ea esse illicita: quia non videntur posse excusari. ar. viij. dist. ignoleti. ¶¶ Vndecimò quæritur, quæ sit pœna superstitiosorum? Et dico quòd diuinatores & maleficiscentes secundum leges capite pleẽti debent: & si accedant ad domum alterius, debent cremari. item omnia eorum bona debent publicari: vt C. de maleficiis. nullus. & l. nemo. & l. culpa. sed secundum canones si quidem peccatum occultum sit, imponitur pœnitentia xl. dierum. extra eo. c. j. Si verò sit notorium, eucharistia negatur, de consecr. dist. ij. pro dilatione. & infames sunt, etiam qui ad eos concurrunt. ij. q. viij. quisquis. & de testi. c. testimonium. Et si sit clericus deponendus est, & in monasterium detrudendus: si laicus, excommunicandus, si renuit agere pœnitentiam, secundum Hosti. xxvj. q. v. non oportet. & c. si quis episcopus. & c. aliquanti. sed & crescente contumacia, crescere debet & pœna. Et omnes tales, si sit notorium, sunt irregulares, licet possit episcopus dispensare, secundum Bern. in c. ij. eo. ti. Secus si sint occulta, quamuis secundum aliquos neutro modo efficiantur irregulares. per c. is qui de sent. exc. lib. vj. sed malè, vt patet ex dictis ẽ. Infamia. §. iij. imò vt recitat Archi. quidam volunt quòd contrahatur irregularitas, etiam si sit occultum. Vide etiam ẽ. Adiurare. & suprà, Maleficium.

SVRDVS simul & cæcus vtrum possit contrahere matrimonium, secundum Hosti. vt recitat Pan. in cap. cùm apud. de spon. si potest exprimere suum consensum in contrahendo, debet admitti: aliàs repellitur.

De Suspensione.

1 *Suspensio, quid & quotuplex sit.*
2 *Suspendere quis possit.*
3 *Suspensio an suspendatur appellatione.*
4 *Suspensione sententia quomodo tollatur.*
5 *Suspensio iuris vel hominis quomodo sit interpretanda.*
6 *Suspensio in quibus casibus incurratur de iure.*
7 *Suspensio simoniacorum qualis, & qualis dispensatio.*
8 *Absoluere quis possit à suspensione vel interdicto.*

SVSPENSIO, vt hic sumitur, est quædam ecclesiastica censura, qua interdicitur aliquod officium vel exercitiũ cõpetens certæ personæ ecclesiasticæ, aliqñ à iure, aliqñ à iudice prolata, vt elicitur ex gl. in c. ad reprimendam. de offic. or. & in cle. cupientes. de pœ. Quomodo autem à depositione & degradatione differat, habes suprà in verbo, Degradatio. Et hæc aliquando dicitur minor, primans scilicet solùm participatione sacramentorum: propter quod sic suspensus eligi non potest in prælatum, vt in c. si celebrat. de cler. excom. mi. non autem priuat facultate exercendi iurisdictionalia, aut eligendi: & contrahitur solùm in duobus casibus de quibus ẽ. §. vj. in prin. Aliquando verò dicitur in propria, de qua ibi: & aliquando maior, quæ cõtrahitur in alijs casibus, qui

qui ibi sequuntur. ¶ † Primò autem quæritur, quotuplex sit suspensio, siue quot modis quis sit suspensus? ¶ Et dico quòd quantum ad rem, à qua quis suspenditur, aliquando fit ex toto, ab omni scilicet officio ordinũ: aliqñ ab vno ordine & nõ ab alio: aliqñ non ab ordine, sed ab aliquo alio, puta ingressu ecclesiæ, actu prædicationis, & hmõi: de quibus cautis habetur in gl. cle. cupientes. de pœ. ¶ Quantũverò ad durationem suspensionis, aliqñ fit simpliciter, aliquãdo ad certum tempus. Et quando fit simpliciter: vt cũ quis sine præfinitione temporis beneficijs priuatur, priuatio intelligitur perpetua. C. de pœ. l. seruus. vnde patta sunt aliqua suspendi simpliciter & perpetuò. ¶ Quantũ aũt ad suspendentem qñque fit per sententiã canonis, quandoq; per sententia hominis. ¶ Quantũ verò ad eos respectu quorum fit, quibus scilicet ex suspensione aliquid interdicitur, suspenditur aliquis tripliciter, secundũ Arc. Primò aliqñ quo ad se tm̃, quia licet ipse prohibitus est ab officio: sed subditus vel alius cũ eo non tenetur, etiã si sciret pctm̃ eius. dist. xxviij. ca. vlr. de coha. cle. & mu. vestra. sicut est omnis existẽs in mortali. intelligo nõ suspendente quo ad alios: & existens in excõmunicatione minori: quia debet abstinere à celebratione & exequutione ordinũ: aliàs peccat mortaliter exercendo solenniter in mortali actũ ordinis sui, vel in minori excõicatione recipiens aliquod sacramentũ. dist. xl. multi. j. q. j. sacerdotes. nõ tm̃ efficitur irregularis celebrãdo vel exequendo ordinẽ. Talem secundum S. Tho. nullus debet inducere ad celebrãdum vel exequendũ officia sua, dum scilicet certus est de malitia eius: tamen nõ potens aliũ habere, excusatur accipiendo sacramenta à tali, præcipuè cum est superior eius: imò etiam si aliũ habere potest, secundũ Per. de Pal. quia vtitur iure suo & malo eius in bonũ suum. j. q. j. si fuerit. Sed vide de hac ẽ. Clericus. ij. §. viij. Secundò est quis suspensus quo ad alios tm̃. quod largè dicitur: sicut suspensus dicitur clericus peregrinus, qui ex deuotione celebrare permittitur in occulto sed nõ in publico: licet nõ efficiatur irregularis si sic suspensus celebret etiã in publico. de quo ẽ. Peregrinus. §. iiij. Tertiò verò est quis suspensus quo ad se & alios, qñ scilicet per sententiã canonis vel hominis suspensus est quis ab officijs suis: quæ proprie dicit suspensus: & tenet ab eis abstinere etiã post cõtritionem & confessionem, quousq; fit relaxata suspensio: aliàs suspensus diuinis vel officio vel celebratiõe, & huiusmodi, si cõtra faciat peccat mortaliter, & efficit irregularis scẽm Inno. de sen. & re iu. cũ æterni. di. vj. & xij. q iij. si quis episcopus. etiã secundũ Inno. & Veruec. si extra ecclesiã diceat horas officiãdo populũ, sicut in exercitu: secus si nõ officiando dicat cũ vno vel duobus. ¶ † Secundò quæritur quis possit suspendere? Et dico quòd suspendere põt ab officio, qui & excõmunicare. de quo ẽ. Excõicatio. j. notabili ij. vnde laicus aut mulier cum excõmunicare nõ possit nisi ex cõmissione speciali papæ. di. xxxij. §. verũ. in gl. nõ potest etiã suspendere: potest tamen secundũ Inno. abbatissa suspendere à beneficio clericos ecclesiarũ sibi subditarũ, si hoc ex cõsuetudine habet, nõ autem ab officio: & generaliter suspendere potest, excõmunicare & interdicere quicunq; põt ecclesiastica censura cogere: quia hæc tria veniunt nomine censuræ. de verb. sig. quærenti. ¶ † Tertiò quæritur, quid si appelletur à suspentione potentis suspendere? Et dico quòd appellatio suspendit suspensionem & interdictũ, sicut & excõicationem, si præcedat: vt in c. ad hoc qñ. de appel. à cõtrario. Sed limita si appellatur ex iusta causa: secus ex frivola & nõ probabili. sic puta si post eã appellãs celebret, & index appellationis p̃ nuntiet eã nõ tenere, erit irregularis licet alijs non secundũ Ber. & Hosti. iu. pastoralis. de app. Non autem suspenditur per sequentem. de sent. exc. is cui. libr. vj. tamen si appellatio fieret post suspensionem à temporalibus, puta ab ingressu domus, vsu cæ, & hmõi vel interdictũ aquæ, ignis, & hmõi in suspendit. l. nõ tm̃. ff. de app. nisi casus esset in quo dãnatũ publicè interesset statim puniri. l. constitutiones ff. de appel. Ex quo patet quòd suspensionem ab officio vel ingressu ecclesiæ nõ tollit appellatio sequens. d. cap. is cui. quia spiritualia sunt. & idem videtur si fit à bñficio. & sic intellige Inno. in d. c. ad hoc qñ. & idem si suspensio sit à canonia, quia spiritualis est: secus si suspensio est à perceptiõe fructuũ beneficij, quæ temporalis est, vel à præbenda: quia appellatio bene suspendit etiã post interpotita. Io. tũ And. in d. cap. is cui. tenet quòd appellatio sequens tollat suspensionem à beneficio. & quod dicitur appellationem sequentem nõ suspendere interdictũ vel suspensionem, dicit habere locũ in merè spiritualibus, p quæ ligat anima. ¶ † Quartò quæritur, quo sententia suspensionis terenda sit? Et dicit Sum. Ang. quòd primò debet fieri in scripris monitione præmissa: & quo ad cætera, sicut de excõicatione dictũ est ẽ. Excõicatio. j. not. iij. & idem de sententia interdictus: vt patet in c. j. de sen. exc. lib. vj. sed illud c. nõ facit mentionem de monitiõe: vñ nec in interdicto seruat. nec in suspensione est semper necessaria. Pro quo not. quòd teõlus Pan. in c. reprehensibilis. de appe. regula est quòd sine monitione nec suspensio nec excõicatio ferri debet. Et idẽ dicit de interdicto per c. j. de sen. exc. lib. vj. Sed ego dico quòd de excõicatione est planũ eo modo quo ẽ. dictũ est: & de suspensione est verũ per d. c. reprehensibilis. licet bene Inno. limitet verũ esse, nisi suspensio fiat in pœnã delicti: quia sine monitione fieri potest. Pro quo videtur text. in c. tam literis. de testi. & de interdicto idem dicit Inno. & dico de hoc esse ar. in c. statutũ. de sen. exc. li. vj. sed tamen d. c. quod allegat Pan. hoc nõ probat. nec est verũ qñ ponitur ex causa sine culpa, vt patet ex practica currente, nec qñ ponitur in pœnam pro culpis scilicet præteritis vel præsentibus, arg. c. Romana. §. sed nec in specie. de sen. exc. lib. vj. sed (g)ùm qñ ponitur pro cõtumacia, sicut & in suspensione dictũ est. Excõmunicatio, aũt quia nõ infertur respectu præsentiũ aut præteritorũ nisi pro cõtumacia, nũquã infertur sine monitione ab homine nisi excõmunicet excõmunicatum à iure, de quo Pan. vbi ẽ. vbi etiã dicit latã sine monitione tenere. & idẽ de interdicto dictũ est ẽ. & idem est de suspensione. Excepta aũt monitiõe in reliquis fertur suspensio & interdictũ eo modo quo & excõmunicatio, per d. c. j. scilicet in scriptis continentibus causam & cũ traditione copiæ si petatur. Et secundò debet fieri absolutè: si verò fiat sub condition̄e, non ligat, donec extet cõditio. & idem de interdicto. Et si in iure dicatur, suspendatur, deponatur, vel degradetur: cõminatio est. Ieremiæ, nõ latæ sententiæ. di. xxxv. episcopus. Et breuiter quod de excõicatiõe dicitur, de suspensione dicendum est, scẽm Io. And. in c. licet. de sen. exc. lib. vj. cùm sit quasi eadem ratio. ¶ † Quintò quæritur, quomodo intelligenda vel interpretanda sit suspensio iuris aut hominis, maximè quantum ad pœnas incurrendas per contra facientes? Et viso Pan. in c. cùm dilectus. de consue. & in c. si celebrat. de cle. excom. mi. dico sic: Cum suspensio aliquando sit à iure, vt in casibus ẽ. dicendis, aliquando ab homine: harum quædam est ab eo quod non pertinet ad actum alicuius ordinis: & tunc contrafaciens non est irregularis, sed alio modo puniri debet. c. autem j. de sen. & re iu. li. vj. & c. j. de sen. exc. eo. lib. quæ videntur in oppositum. loquuntur quando exercetur aliquid deputatum certo ordini, vt no. io. c. cùm dilectus. de consue. & c. si celebrat. de cle. excõ. mi. & in cle. cupientes. de pœ. ¶ Quædam verò est ab eo quod propriè est actus alicuius ordinis, puta à celebratione,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab officio,ab ordine,& huiusmodi:& tunc si ust cum tali modificatione,scilicet quousq; fatisfecerit vel pœnituerit:contra faciens,est irregularis,si est à iudice:& similiter si est à iure,secũ gl.in c.ꝓsenti.de off.or.li.vj.licet verius secũ Archi.vt no.Ge.in c.quia sæpe.de elec.lib.vj.nõ sit irregularis:quia iste videtur potius à Deo,quàm à iure suspensus: quod saltẽ post factũ tenerem. Si verò dicta suspensio sit cũ dicta modificatione,siue sit à iudice,siue à iure,talis est irregularis:vt in dictis ea.primis.si tñ esset à cõfessore simpliciter, vel ad tempus,cõtrafaciens nõ esset irregularis,secũ Io.And.in c. i. qui.de sen.exc.lib.vj.quia nõ inuenit iure expressum.¶Cũ autem suspensio multipliciter imponatur, vt dicetur in sequentibus:vt sciatur quando concernit actũ ordinum,sciendum est quòd si fiat suspensio à pontificalibus solùm: tunc censetur quis suspensus solùm ab his quæ dependent ab ordine pontificali,non ab alijs: vnde exercere poterit iurisdictionalia,quæ separata sunt ab his quæ sunt ordinis pontificalis.vt in c.trãsmissam.de ele.nec ex hoc efficitur irregularis: sed si celebrãdo in pontificalibus cõtra faciat,sentit Sum.An. quòd sit irregularis, tenendo quòd episcopatus sit ordo, vt cõiter tenent Canonistæ:sed quia nõ est ordo vniuocè cum alijs,id est,in ordine ad corpus Christi verũ:ideo melius Sũ. Ros.post.Arc.& Host.& Veruec.Dur.& Pan.in d.c.cùm dilectus:tenet quòd talis nõ sit irregularis: & pontificalia non sunt de substantia celebrationis:nec debemus aliquem irregularem iudicare,nisi inueniatur expressum.ar.de pœ.dis.j. § pœnæ. ¶ Si verò suspensio sit à sacramentorũ perceptiõe vel participatione:etiã contrafaciens nõ est irregularis,vt in d.c.si celebrat.quia participare nõ est ordinis vel officij: cũ etiam laici participent,secundum Inno.in c.j.de sent.excom. & Host. ¶ Si verò sit à sacramentorũ collatione:similiter licet conferat quis ea,nõ est irregularis:quia sine solennitate cõferuntur,etiã à laicis,secũ Ho.in c.j.de sen.exc. & Ho.ubi Quod limita,si cõferat nõ ex ordine,sed simpliciter tãquam laicus. ¶ Si verò sit ab ordine,si quidem sit ab ordine simpliciter,suspensus est quis à quolibet ordine: & per quãdã cõsequentiã ab omnibus fundatis super ordine, secũ Pan.vbi ꝫ. vt à iurisdictione spirituali,& similibus. ¶ Si verò sit ab ordine episcopali,solũ est quis suspensus ab his quæ sunt illius ordinis:nõ autem ab his quæ sunt iurisdictionis, secundũ eundem,ar.eorũ quæ dicta sunt qñ quis est suspensus à pontificalibus. ¶ Si verò sit ab ordine subdiaconi,intelligit esse ab omnibus superioribus:nõ autem econtrario,si est ab ordine superiori,puta sacerdotali vel episcopali,est ab inferioribus: sol posset exercere officia inferiorũ de corpore viti. significauit.Et similiter si sit à collatiõe ordinũ simpliciter,est quis suspensus à collatiõe cuiuislibet ordinis:& si sit à collatione inferioris ordinis, est etiam à collatiõe superioris: sed non econtrario,secũ Host.in c.dilectus filius.de tem.or.Et in omnibus prædictis cõtrafaciens est irregularis:vt in c.j.de sen. & re iu.lib.vj.& similiter eo.lib.de sen.exc.c.j. ¶ Si verò sit à beneficio:dicit gl.in c.cũ Vintonien sis.de ela.quòd talis suspensio,scilicet à beneficio solũ extenditur ad fructus beneficiorũ:nõ aũt ad facultatem administrãdi in spiritualibus vel temporalibus. ¶ Si verò sit ab officio:dicit gl.in c.audiuim*. xxiiij.q.j.quòd nõ est propter hoc suspensus à iurisdictione: sed gl.& cõiter Doc.in c.cùm dilectus.de consu.tenet quòd suspensus ab officio nõ põt exercere iurisdictionem,nec eligere,nec beneficia cõferre.Pro quo facit d.c. cũ dilectus.& ter.à cõtrario in c.si celebrat.de cle.exc.mi.& placet Inn.& Cõpo.vt ꝫ.ad fi.§.vij.Et Pan.dicit quòd verbũ,officij.est val de latũ,nã quicquid habet electus, est officij præter beneficium:& consequenter suspensus ab officio,videtur suspensus

nedum ab ordine,sed etiam ab omni officio clericali.Vnde dico quòd est suspensus à pontificalibus,& ab omnibus quæ fundantur in ordine:secundum Pan.vbi ꝫ. ac si esset suspensus ab ordine,& cõsequenter à iurisdictione spirituali,secũ cõmuniorem opinionem.Et est ratio:quia remota executione fundamenti,remouetur & accessoriũ,quod est iurisdictio.Nec obst.c.cùm dilecta.de maio. & obe. vbi abbatissa quæ nõ habet ordinem,cõfert beneficiũ quod est iurisdictionis:quia illud cõcedit sibi ratiõe religionis:nõ religioso alii non datur iurisdictio spiritualis nõ ratiõe ordinis.Nõ tamen credo quòd incurrat irregularitatem,si ea quæ sunt iurisdictionis exerceat:ar.d.c.j.de sen.exc.lib vj. & in c.possunt.de of.or.lib.vj. ¶ Si iterũ suspensio sit ab officio, verũ sit ꝓpter hoc suspensus à beneficio,aut econtrario,secũ gl.in d.c.quia sæpe.& in c.præsenti.suspensus est quis ipso facto ab omnibus beneficijs,sed nõ econtrario.Io.aũt And.cle.cupientes.de pœ.dicit circa hoc multa,nõ clarè loquens.Sed Per.de Ance. super ea.cle.distinguit post Gal.Cal.dicens virtualiter sic:Si quis est suspensus,aut ergo ab officio,aut à beneficio,aut ab vtroq;. Igitur si sit suspensus à beneficio à iure vel homine, nõ est suspensus ab officio.ar.d.cap.dilectus.Et ratio ad hoc est odiũ pœnarũ.de re.iu.in pœnis. Item quia officiũ nõ est accessoriũ ad beneficiũ,licet sit econtrario. Et intellige hoc siue sit suspensus à bũficio simpliciter,siue à beneficio addito ly solũ. ¶ Si verò est suspensus ab officio:tũc aut ab officio solũ:& planũ est quòd nõ à beneficio:quia hoc trãs sententię promulgatio voluit:aut ab officio simpliciter,scilicet nõ ad dito ly solũ:& tũc aut à iure aut ab homine. & si à iure,aut propter crimen aut ꝓpter infamiã,aut propter cõtumaciã. Et si propter crimen,putat quòd sit suspensus à beneficio:vt c.eos.& c.si quis sacerdotũ.dist.lxxxj.Si verò ꝓpter infamiã vel cõtumaciã, secus est,vt c.presbyter si à plebe.ij.q.iiij.Si verò est ab homine suspensus ab officio,si est propter crimẽ graue,est suspensus etiã à beneficio,si verò ꝓpter crimen leue,vel etiam infamiã aut cõtumaciã,nõ est suspensus à beneficio,vt in iuribus allegatis.Siverò est supensus ab vtroq;:aut hoc est per dictionem &:& tũc est planũ eũ esse priuatũ facultate exercendi iurisdictionem spiritualem, & cõferendi bñficia,& eligendi:siue sit suspensus ab homine siue,à canone inferente pœnã:vt in casu capituli primi de reg.iu.lib.vj. Aut per dictionem vel:& tũc putat verã opinionem Gof.ꝙ talis sententia nõvalet ꝓpter incertitudinem.l.iij.C.de sen. quæ si.cer.quan.Hæc ex illo.Et licet Inno.in cap.pastoralis. de appel.d cat quòd suspensus ab officio tm,fructus beneficiorum percipere nõ debet:tamen Hosti. hoc intelligit qñ est suspensus ꝓ graui causa:secus pro leui vel infamia, & nõ est cõtumax. ¶ Si verò suspensio sit à diuinis officijs:tũc non potest quis officiare,nec cũ alijs interesse seu audire,secũdũ Host.Gof.& Rayn.nõ erit irregularis si interfit solũ vt simplex laicus,vt patet ex dictis.Si verò suspensio sit ab ingressu ecclesiæ,est quis priuatus potestate exercendi ordinem in ipsa ecclesia:& si in ea celebret diuina, quasi vtens officio suo sicut prius,est irregularis,secũ Gem.in c.is cui.de sent. exc.lib.vj & similiter est priuatus potestate audiendi diuina in ecclesia:nõ tamen si ibi audit,est irregularis,licet peccet mortaliter:nisi ipse celebret,secũ Ge. non autem priuatur potestate exercendi iurisdictionalia,vel eligendi, nec celebrãdi extra ecclesiã.de quo tamen die vt in d.c.is cui.nec orãdi in ea tempore quo ibi diuina nõ dicuntur,secũ Cal.quem sequitur Ge.in d.c.is cui.& placet per rationem illius ca.nec percipiendi ecclesiastica sacramẽta,secũ cõem opinionem: cum hoc casu talis celebrare possit extra ecclesiam: secũ Io.tamen,cui interdicitur ecclesia,interdicta intelligunt ecclesiastica sacramenta. xxxiij.q.ij.latorem. ¶ Si verò suspensio sit ab administratione ecclesiæ tam in temporalibus quàm in spiritualibus:talis nõ est suspensus ab ordine:nec celebrando est irregularis,secundũ Pan.in c.si quorũdã.de sol. & Io.An. ¶ Si verò sit ab officio prędicationis:non efficitur quis irregularis prædicãdo & celebrãdo:vt no.Pan.& sequitur Cald.in d.cle.cupientes.secus si esset ab aliquo officio annexo alicui ordini.Si verò sit à canone propter defectũ corporale,ꝓpter quẽ quis prohibetur promoueri,iuxta dicta ꝫ. Corpore vitiatus.talis si promoueatur & celebret, mortaliter quidẽ peccat: nõ tamen efficitur irregularis: secundum Pan.in d.c.si celebrat. ¶ Si verò suspẽsio sit vel fiat simpliciter nõ expresso ordine aut officio vel beneficio, talis est suspensus à iurisdictione spirituali & collatione beneficiorum, & electione:quia secundũ Inn.& Compo.suspẽsus ab officio & beneficio,vel officio tantùm,vel simpliciter, intelligitur suspẽsus ab omnibus prędictis:quia appellatione suspẽsionis sub genere venit maior.ar.c.si quẽ.de sent.excõ. ¶ Si verò suspẽsio sit minor,de qua §.seq.in principio. talis celebrando non efficitur irregularis:vt d.c.si celebrat.Similiter si sit impropriè vel large dicta,sicut §.j.dictũ est de clerico peregrinante,quia si celebraret,nõ esset irregularis,vt not. Pan.in d.c. si celebrat. ¶ Si verò sit per annũ,poterit suspensus celebrare vltima die anni bissextilis:secundũ gl.in c.quæsiuit.de ver.sig. sicut libertas promissa seruienti per annũ, acquiritur si seruit ecclxv.diebus.ff.de statu lib.l.cum hæres. §. Stichus si hæredi meo. ¶ †Sextò quæritur, in quibus casibus incurrat suspẽsio de iure:Et dico ꝙ minor incurritur ex duobus. Primò ꝓpter quodcunq; pctm mortale,in quo quis existens nõ sequatur pœniteat,suspensus est ab omni sacramentorũ participatione:vt in c.quæsitum.de coha.cle.& muli.Secũdò propter participationẽ cũ excõicatis,in qua incurritur excõmunicatio minor: impropria verò incurritur, vt ꝫ.§. j. quasi ad fin.sed suspẽsio maior & ꝓpria incurritur in multis casibus de iure. ¶ Primò eũ suspẽsus est episcopus duobus mẽsibus ab officio,si post ꝓuinciale cõcilium celebratũ intra sex mẽses nõ conuocat oes abbates,presbyteros,& clericos,referens ea omnia acta cõcilij di.xviij.c.vlt. ¶ Secũdò suspẽditur ipso iure episcopus per annũ à celebratione missæ,si ordinat sciẽter sol̃niter pœniteurẽ.di.l.v.nullus. ¶ Tertiò suspẽditur episcopus per annũ à celebratione missæ si ordinat aliquẽ inurbãũ.di.lxxiiij.c.j.& ij.de quo die vt ꝫ.Ordo.iij.§.viij.Et similiter epilcopus vel alius cõferẽs tõsuram clericalẽ infanti,nisi forte religionẽ intraret,vel illiterato,vel homini alienę diœcesis sine licẽtia,vel cõiugato nisi velit religionẽ intrare,aut ad sacros ordines promoueri,quãdo scilicet põt, suspẽsus est per annum à collatione tõsurę tantum.de rep.or.nullus.lib. vj. ¶ Quartò,suspẽsi sunt clerici notorij cõcubinarij.di.xxxiij. nullus.de quo die vt ꝫ.Clericus.ij.§.viij.& cõcubinarius.§. iiij. ¶ Quintò,suspẽsus est episcopus ordinãs monachũ sine licẽtia abbatis,à cõmunione aliorũ,cõtentus cõmuniõe suæ diœcesis.dist.lviij.c.fi.vbi quidã exponũt aliorũ,id est episcoporũ.Similiter si ordinat alienũ clericũ sine licẽtia sui episcopi vel superioris sciẽter vel affectata ignorãtia,suspensus est per annũ à collatiõe ordinum:& interim clerici sine eius licentia possunt ordines recipere à vicinis episcopis.de rep. ord.ea eos.lib.vj. Et ipsi clerici sic ordinati priuati sunt exequatione ordinis receptis:sed episcopus potest dispentare ix. qui.Lugdunensis.de rep.ord.quod translationẽ.Et si episcopus Italicus ordinet clericum vltramontanũ:vide ꝫ.Ordo.iij. §.iij. ¶ Sextò,suspẽsus est clericus eligens indigenam quantũ ad ætatem,legitimitatem,sciẽtiam,& mores:qui pro ea vice priuatus est electione actiua,& à beneficijs ecclesiæ triẽnio suspensus:episcopus verò qui facit vel permittit fieri,pro ea vice priuatus est potestate conferendi beneficium illud,si ad eũ pertinet eius collatio,& suspẽdi debet à perceptione proprij beneficij.de elect.c.nihil.& cap cum in cunctis. Vbi nota quòd tale triẽnium incipit statim post delictũ,id est, talẽ electionem:& si pẽdente tali triẽnio iterum quis delinquat, secundum triennũ incipit statim post delictũ,& non in fine primi triennij:ita quòd priora tempora confundantur in secundis:vt tenet Io.And.in cle.ij.de magi.& d.c. cùm in cunctis.Sed Pan.in d.c.cum in cũctis. post Bar.in l.senatus.ff.ad Turpil.distinguit:quia quando ponitur pœna vt species: puta,sic faciens ilet ad confinia per decennium à tempore delicti commissi:tũc determinatur tẽpus:& sic decennũ debet incohamenti currere:aliàs nõ esset decẽnũ secundũ aliud: arin l.si vsusfructus mihi in biẽnium.ff.de vsufr.leg.Quãdo verò pœna opponitur generaliter & indeterminatè:puta dicẽdo,stet ad cõfinia per decennũ:tũc incipit secũdum decẽnũ finito primo:quia aliàs nõ solueret pœnã delicti. ¶ Septimò, clericus cõsentiẽs electioni de se factæ per potestatis secularis abusum,sit ineligibilis.& eligentes prima vice sunt priuati electionis potestate.de elec.quisquis. ¶ Octauò, suspẽsi sunt ordinati extra tempora,vel ab episcopo qui resignauit vel à nõ suo sine licẽtia sui,vel ab excõicato, degradato,suspẽso,& huiusmodi:vel per saltũ,vel in excõicatione aut apostasia,aut post contractũ matrimoniũ:de quibus die vt ꝫ.dictũ est in diuersis locis,cũ de irregularitate & ordine agetur. ¶ Nonò,suspẽsi sunt ordinãtes ante rẽporat vel illiteratos,vel nõ subditos:de quibus die vt dictum est ꝫ.in materia ordinis. ¶ Decimò,suspẽsus est ab administratiõe spiritualiũ quilibet grauãs ecclesiã sibi cõmissam ꝙ debitis alienis,aut literas siue sigillũ cõcedẽs,quibus possint ecclesiæ obligari. de sol.si quorũdã.nñ secundũ aliquos nõ ligat hæc suspensio, nisi inferiores episcopis:& per episcopũ post relaxari:licet facere nõ debeat,nisi prius sit satisfactũ indẽitati ecclesiæ.de verb.sig.cũ olim. ¶ Vndecimò,suspẽtus est clericus duellum offerens vel suscipiẽs:poterit tamẽ episcopus cum eo dispẽsare,si mors aut mutilatio nõ sit sequuta.de cle.pug.in duc.c.j. ¶ Duodecimò suspẽditur quicũq; iudices per annũ cõtinuũ ab episcoporũ cõfirmatione & cõsecratione,qui se intromittũt de cognitione negotiorũ in causis electionũ episcopatũ, quãdo antea ad papã est appellatũ:aut qui cõfirmationẽ aut cõsecrationẽ cõferunt electis post talẽ appellationẽ:& si solùm cõfirmationẽ cõferunt,tunc suspẽsi ab ea tãtùm: si verò confirmationẽ & cõsecrationẽ,sic sunt ab vtraq; suspẽsi: similiter si partibus recedẽtibus ab appellatione eam confirmat,nisi prius inquirat,si partes aliqua prauitate interueniẽte recesserũt à dicta appellatione.de elect.,quida.li.vj. ¶ Decimotertiò suspẽsi sunt nõ seruantes interdictum.de excel. prælat.tanta.de quo die vt ꝫ.Interdictũ.vj.§.iiij. ¶ Decimoquartò suspenditur per mẽsem ab ingressu ecclesiæ proferens sententiã excõmunicationis,nisi præmissa canonica monitione coram idoneis testibus de sent.excom.sacro. ¶ Decimoquintò suspenditur per mẽsem ab ingressu ecclesiæ & diuinis officijs ferens sententiam interdicti,excõmunicationis vel suspensionis non in scriptis:& idem si non cõscribat eam sententiæ:& idem si re quisitus non tradat intra mẽsem exẽplum scripturæ: & si interim exequatur,est irregularis,à solo papa dispensabilis.de sent.excom.cum medicinalis.lib. vj.de quo die vt supra,Excommunicatio. j.§.iiij. ¶ Decimosextò, suspenduntur ab officijs,& à quibuscunq; beneficijs, conuentus capitula collegia,& singulares personæ,quæ decedente prælato alicuius ecclesiæ cathedralis vel regularis, vel collegiatæ bona ab eo dimissa, vel tempore vacationis

Universidad de Deusto
Biblioteca

TESTAMENTVM secūdum Pan.in rub. eiusdē tituli,est voluntatis nostræ iusta sententia de eo quod quis vult post mortē fieri,cum hæredis institutione:vt haberur in l.j iuncta glo.ff.eodem.Et bene dicitur iusta sentētia:quia si est iniusta: puta quia vult quis exhęredare filium sine causa,nō est seruāda.xiij.q.ij.si quis.aut præcipiat corpus suum iactari in mare.ff.de conditio.institut. l.quidam suo testamento.vel contra bonos mores aut pietatē aut verecundiam.l.conditiones.ff.de condit.instit.& l.filius ibidē .Oportet etiam vt hæres instituatur:aliter non erit testamentum. Instit.de lega.§.ante hæredis.Et sic testamentū non comprehēdit codicillum,sed ab eo differt:quia in codicillo dari non potest hæreditas vel admi.Instit.de codicil.§. codicillis. C.de codic.l.ij.& l.si idem .Non comprehendit etiam donationem causa mortis:quę est quasi quędam vltima voluntas. Non refert autem quibus verbis fiat testamentum vel hæredis institutio,siue dicatur,Petrū hæredem instituo . siue voluntatem meā eius dispositioni cōmitto . extra eodē.c. cum tu.Nec curandū est de verbis testatoris,modo talia sint per quę constet de voluntate eius. C.eod.l.fin. ¶† Primò autem quæritur,quot sunt testamentorū species? Et dico quòd sunt duæ. ¶ Quoddam enim dicitur testamentum nuncupatiuum & sine scriptis:& est illud,in quo testatoris & hæredis & legatariorum nomina & omnia in eo contenta coram testibus manifestantur:dictum sine scriptis,id est , subscriptione testium,& alijs solennitatibus requisitis in scriptis facto:de quo in l.hac consultissima.C.eod.& etiam quia sine omni scriptura inde facta potest quis sic,id est ,nuncupatiuè testari dummodo coram testibus & conditione legitimis nuncupet hæredem,& suā explicet voluntatē:Instit. eo. §.fin.Vnde si quis non habens notarium aduocet legitimum numerum testium,& explicet nomen hæredis, & alias institutiones & legata,& roget eos vt sint testes:valebit. ¶ Quoddam verò dicitur testamentum in scriptis , quod potest quis facere quando non vult quòd testes vel aliquis sciat suam dispositionem,quod requirit multa de substantia:vt in l.Iubemus.C.eodē.& d.l.hac consultissima.& nisi quis sit bene doctus in eo , faciliter errabit in ipso condendo : vnde volenti illud condere necesse est habere consilium iurisperiti. ¶ Ad nuncupatiuum pertinet,si quis coram notario & testibus dicat,volo quòd hæres meus faciat in omnibus & per omnia prout cōtinetur in quadam schedula scripta manu mea.quę est apud talem religiosum.Valet enim ista dispositio secundum Alex.de Imo.in l.stipulationum.§.illud.ff.de verb.obli. & Bart.in l.si ita scripsero.ff.de condi.& demonst.& Pau. de Cast.in d.§.illud & Bal.in l.captatoriæ.j.q.v.C.de statu.mili. & Io.de Imo.in l.illa institutio. ff.de hæred. instit. & in cap. cum tibi.de testa.Et ratio est:quia licet in testamento nuncupatiuo debeant palam nuncupari,id est , manifestari quæ

sunt,vt à testibus exaudiantur.l.hæredes palam. ff.de testa. & l.iubemus.C.eo.tamen quia paria sunt implicitè & explicitè exprimere.d.§.illud.& d.l.si ita scripsero.sdeovalet.Sed videat qui sic vult testari quòd taliter sua litera cognoscat, vt nō sit dubiū de ea:quia aliqū esset periculosum.Non tamen valeret institutio hæredis si diceretur, illum hæredem instituo, cuius nomen est in quadā mea schedula apud talem.secundū Bar.in d.l.si ita scripsero.& sequitur Bal.& Ang.ibi dem. ¶†Secūdò quæritur quid sit codicillus ? Et dico quòd est quædā sine institutiōe dispositio vltimæ voluntatis mortē cōfirmanda.C.de cadu.tol.l vnica. Vnde à testamento differt in octo ¶ Primò,quia in eo fieri non potest directa institutio,sed tantùm fideicommissaria. ¶ Secundò, quia per eū non adimitur hæreditas hæredi per testamentū instituto,ni si in vno casu,quando scilicet dicitur in codicillo quòd instituens non meretur suamvoluntatem:quia tunc tanquàm indigno auferetur hæreditas,siue sit solus hæres , siue sit vnus de pluribus Et idem dic de omnibus,si dicas omnes nō meretur.l.diui Seuerus & Antoninus.ff.de adi.leg.in reliquis.vbi fideicōmissis vel legatis in testamento bene pōt quis per codicillū adimere.Inst.de ademp.leg.per totū.Sed hic aduerte secundū Ang.Are.Instit.de codi.quòd hæreditas per fideicōmissum in codicillis adimi potest: si tamen filius est institutus in re certa,licet quo ad aliquid habeatur loco legatarij,ista tamen institutio tolli nō potest in codicillis:quia illa est substantia institutionis filij:ideo in totū corrueret testamentū,vt eleganter dicit Gul.de Cu.& Bald. in l.omnimodo.C.de inof.testa. ¶ Tertiò , quia exhæredatio fieri nō pōt per codicillū.Inst.de cod.§.codicillis. ¶ Quartò,quia hæredi purè instituto per testamentū non potest in codicillo adiici cōditio quæ sibi obsit.Insti.de codi.§.& directo . ¶ Quinto, quia hæredi instituto in testamento nō pōt fieri substitutio directa in codicillo:licet facta trahat ad fideicōmissariā:quia videtur testator rogare institutū vt hæreditatem restituat illi quem in codicillo substituit.l.Scævola.ff.ad Treb. ¶ Sexto,quia in codicillo sufficiūt quinq; testes etiā nō rogati.C. de codi.l.vlt.quod tamen fallit in codicillo cæci,de quo j.§. ij.Sed in testamento requirūtur septem rogati:& in codicilo mulier pōt esse testis,nō in testamento.l.qui testamento. §.mulier in testamento.ff.de testa. ¶ Septimò , quia pōt quis decedere relictis pluribus codicillis validis,nisi cōtradicāt.ff. de iure codi.l. diui Seuerus . Sed non pluribus testamentis. ¶ Octauò,quia si quis dū esset filius familiāt fideicomissum in codicillis reliquerat,& postea paterfamiliās decesserit ea dem voluntate durante , valebunt codicilli : quod in testamento esse non poterit.ff.de legat.iij.l.j. §.si filiusfamiliās. ¶† Tertiò quæriē,quis possit cōdere testamentū,vel nō possit? Et dico quòd secūm Pan.in ru.eo.ti. quòd testari possunt quicūq; nō prohibentur:cū edictū de testamentis sit ,prohibitorium.& si quis aliquem testari ꝓhibuerit,repellēdus erit ab eius hæreditate.C.si quis al.te.prohi.l.ij.prohibentur autem tres genera personarū. ¶ Primò , furiosus seu mente captus nō habens lucida interualla.de testa.c.fi.C.qui testa.fa.po.l. furiosum. ¶ Secūdò ,mutus & surdus à natiuitate: secus à casu si scit scribere:vt l.diserertis.C.qui test.fa.nō po . vbi scīm Bar.surdus tm testat,& mutus tm similiter si scribere scit. d.l.diserertis. ¶ Tertiò,nō valens articulatè loqui,ita quòd nomen hæredis nec exprimere nec scribere pōt . l.iubemus.C. eo.vbi infert.Bar.quòd nō potens articulatè loqui mortuo similis est.Vñ cùm testator balbutit, qui prius fuerat rectæ linguæ,si faciat testamentū,nō valet . ¶ Quartò,impubes.l. qua ætate.ff.eo.Inst.qui.nō est per.fa.te.§.præter ea. ¶ Quinto,filiusfamiliās,nisi in castrensi,vel quasi.de sepul.licet.lib. vj.& l.pe.C.qui testa.fa.non pos.de quo die vt suprà Religio vj.§.j.part.v. ¶ Sextò prodigus cui est interdicta à iudice administratio l.is cui.ff.eo.valet tamen testamentum prius factum:vt ibi.de hac materia.vide Donatio.j.§.j. ¶ Septimò, damnatus ad mortem naturalem vel ciuilem,puta deportatus:etiam si fugit de manu iudicis.ff.eodem . l.eius.& quod ibi no.& l.qui vltimo supplicio.& ibi per Bart.ff. de pœn.& idem de damnato ad perpetuum carcerem.l.ij.de pub. iudi. Si verò damnatus sit ad pœnam inferiorem,puta truncationem manus,aut effossionem oculorū , cōiter tenetur quòd non sit intestabilis.vnde Barto.in d.l.eius.& §.si cui.infert q dānatio,qua perditur vita,libertas,vel ciuitas,testamentum impedit fieri,& iam factū rūpit : secus in dānatione,per quā tm læditur.Azo etiā no.C.qui testa.fa.pos. quòd damnatus ad mortem testamentū facere nō potest , siue sit damnatus vt moriatur:siue vt fiat seruus pœnæ : siue sit deportatus in insulam:relegati autem,quia nō amittūt libertatem vel ciuitatem,testamentū facere possunt . Si quis tamen eorum fuerit damnatus & appellauerit, interim poterit facere testamentum.d.l.eius.& l.qui à latrombus.ff.eo. Vide etiā Zaba.in cle.j.de pœ.& re.vbi quæritur an damnatus vltimo supplicio posit testari:& dicit secundum Bar.& Bal.in d.l.eius. quòd nō,si est damnatus & detentus , ita quòd infallibiliter sequetur exequutio,vt not.C.de do.inter vi.& vxo auth. sed hodie.si verò sit dānatus in absentia ex forma statuti, testamentum nō valet quo ad fauores municipales , quibus non gaudet banitus tanquā hostis suæ ciuitatis.ff.de capi. dimi. l.amissione.sed quo ad ius cōmune valet testamentum:quia ius cōmune non perdit. Vide Filius.§.xvij. de hmōi banitis.De dānato verò ad perpetuum carcerem,tenet indistinctè Sum.Ang.quòd testari nō potest per l.ij.ff.de pub. iudi. quæ loquitur,& vera est,in laicis:sed in clerico dicit Pan.varię fuisse cōsultū,quibusdā dicentibus quòd non potest:quia illa pœna æquiparatur pœnæ mortis seu deportationi , vt no.Inno.in c.qualiter.el ij.de accu.quibusdam etiam dicentibus quòd potest : quia ius canonicum non imponit perpetuum carcerem ad pœnam,sed ad pœnitentiam.deverb.sig. nouimus.de pœn.quanuis.lib.vj.& consequenter hæc pœna inhabilitatis testandi prodire non debet ex pœnitentia:quorum primum est verius, cùm negari non possit quin ille sit quāsi mortuus.Secundum autem est mitius. ¶ Octauò,prohibetur publicus vsurarius, nisi præstet cautionem secundū formā c.quanqua.de vsur.lib.vj.per quod habetur quòd nullum est testamentū eius qui notorie vendit res earum rōne dilationis temporis,vt tenet Pan.in c.ad nostrā . de empt.& vend. ¶ Nonò excommunicatus,secundum aliquorū opinionem,quam sequitur glo.in c.decernimus. de sen.exc.libr.vj. Sed Io.And.& Inno.tenent contrariū : & est hodie cōmunis opinio.nec æquiparatur deportato. ¶ Decimò,seruus.xiij.q. ij.illud.& l.filius.ff.de testa. ¶ Vndecimò, quilibet religiosus qui profitetur tria vota substantialia religionis extra eo.c.ij. & in auth.ingressi.C.de sacrosanc.eccle.secus de alijs largè dictis religiosis xij.q.ij nō dicatis.de quo S. Th.ij.ij.q.clxxxv.dicit quòd etiam si fiat episcopus, nullo modo testari potest:quia sola dispensatio rerum ecclesiasticarum ei cōmittitur:quæ finitur morte,ex qua testamentum incipit valere: si autem ex concessione papæ faciat,non intelligitur de proprio facere testamentum,sed authoritate apostolica intelligitur ampliata potestas suæ dispensationis . vt possit valere post mortem. ¶ Duodecimò,hęreticus:quia nihil habet:cum omnia bona sua sint ipso iure cōfiscata.de hęre.cùm secundum lib.vj. Vnde etiam si post mortem detegatur aliquem hæreticum fuisse in vita , omnia bona possent apprehendi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de præsenti.c.ij.lib.vj. possunt tamen huiusmodi retinere bona vsq; ad sententiam declarationem super facto: vt 5. Hæresium.§.viij. ¶ Decimotertiò, dubius de statu suo, id est, dubius an sit in eo statu, in quo testari possit nec ne.l. de statu. ff.eo. sicut si captus à latronibus dubitat an sit seruus vel liber, vt in l.j.ff.de leg.iij. ¶ Decimoquarto, obstes quod intelligo de Christianis apud infideles datis, aut econtrario aut de his qui erant captiui populi Romani: nō aūt de his qui quotidie dantur ab vna ciuitate ad aliam vt legitur & no. in l. obsides ff.eod. ¶ Decimoquintò, dānatus ob crimen famosum seu libellū in alterius iniuriā.d.l.is cui.ff.eo. Bar. tñ ibi tenet quòd ex alia causa infames testari nō prohibentur: & ita cōmuniter tenetur. ¶ Decimosextò, reus criminis læsæ maiestatis.l.quisquis.C.ad l.Iul. maie. de quo dic vt de hæretico dictū est. ¶ Decimoseptimò, captiuus apud hostes.d.l.eius qd intellige de hominibus Imperij Romani. ¶ Decimooctauò, vtroq; lumine priuatus: qui tamen hodie testatur, modò seruet quod not. in l.hac cōsultissima.C. qui testamenta facere possunt. quæ secundum Ang. Are. Inst. qui. non est per. fa. rel. §. cæcus. iunct. ista. ¶ Primò quòd sint septem testes, & notarius vel alius loco notarij specialiter ad hoc vocatus. ¶ Secū dò quòd prędictos coram se aduocet, & manifestet quòd vult testari sine scriptis. ¶ Tertiò quòd in principio testamenti, & ante legata fiat institutio hæredis. ¶ Quartò quòd deinde faciat legata & fideicōmissa. ¶ Quintò quòd notarij manu omnia scribātur in præsenti testamento. ¶ Sextò quòd prædicti testes se scribāt, & etiā tabellio. ¶ Septimò quòd tam à testibus quàm à tabellione, vel ab illo alio teste loco tabellionis posito sigilletur, ita quòd sint octo sigilla. ¶ Octauò quòd de his omnibus notarius faciat mentionem. quod tamen secundū Bal. ibidem tallit si testetur inter liberos: quia tūc sufficiūt duo testes. hoc idem seruādū est in codicillis eę corū, vt in d.l.hac cōsultissima. ¶ Decimononò, qui cardinales insequutus est hostiliter, vel percussit aut cepit, vel socius fuerit, aut fieri mādauerit, aut consiliū dederit, vel auxiliū, vel fauorem, vel ratū habuerit: imò nec talis ex aliorū testamento aliquid accipere poterit, nec ex successione de pœ. fe licis. lib. vj. ¶ Quartò quæritur, an prohibiti iure testari, disponere possint in pias causas? Et dico quòd non furiosus seu mente captus, nec impubes similiter, nec filiusfamilias, nisi de peculio castrensi vel quasi, secundū Bal. in l.j.C. de sa. ss. ec. & no. in d.c. licet. In aduentitijs autem, quorū habet proprietatem, si usufructus sit patris, secundū omnes disponere nō potest, etiam ad pias causas inuito patre: vt in l.pe. C. qui te. fa. po. Si autem usufructus est penes filium, est dubium. Et dicit Bar. in l.j. C. de sac. san. ec quòd potest etiā inuito patre: quia omnis solennitas iuris ciuilis est remissa in legatis ad pias causas. d.l.j. & in d.c. relatum. sed Bald. tenet ibi contrariū allegans tex. in c. licet. de sepul. lib. vj. vbi dicitur quòd filiusfamilias disponere nō potest inuito patre etiā pro anima, nisi de castrensi vel quasi. quæ opinio videtur verior per illum text. ne spolietur pater propter fauorem piæ causæ, cui debentur bona filij. Si verò pater consentiat, dicit Bart. in l. qui in potestate. ff. eod. quòd filius potest testari ad pias causas in istis aduentitijs, in quibus usufructus acquiritur patri. Et dicit hoc probari in d.c. licet. in fi. à contrario: & videt esse communis opinio Legistarum: licet Imo. & Io. And. sint in contrarium: & videtur tenenda saltem de iure canonico, per d.c. licet. iuncta glo. si ponderetur. ad quod etiam facit: quia ratio quòd de iure ciuili filius testari non possit, etiam de consensu patris, est, quia vltima voluntas esset captatoria & dependens ex alieno arbitrio: vt in l. illa institutio. ff. de hę re. Inst. Ius autem canonicum non curauit de ista solennitate iuris ciuilis: imò secundum illud voluntas captatoria sustineatur: vt in c. cùm tu. de testa. & consequenter cùm seruemus ius canonicum in relictis ad pias causas, tenenda est hęc opinio. Adde quod no. Bar. in auth. vt liceat matri & auiç. col. viij. vbi gl. inferr quòd filius potest donare causa mortis sine patris consensu de bonis, in quibus patri non quæritur vsusfructus. & quod ponit Barth. Veron. in tra. suo de cautel. vbi ponit modum vt filiusfamiliàs etiam in potestate patris possit testari inuito patre, scilicet quòd suscipiat saltem primā tonsuram. pro quo vide glo. xix. q. vlti. c. quia ingredientibus. quæ loquens indistinctè dicit quòd clericus in potestate constitutus testari potest. alle. auth. presbyteros. C. de epi. & cle. Non potest similiter disponere in pias causas prodigus post interdictum: quia non habet administrationem. Nec vsurarius secundum Bar. ex quo est publicus, & non dedit cautionem. qui dicit idem esse de quolibet decedente in mortali quia cùm sit extra vnitatem ecclesiæ, non potest dici relinquere pro anima: nec illud relictum gaudet priuilegio relictorum ad pias causas. Sed contrarium, & bene, tenuit Bald. quia istud priuilegium attributum est non solùm fauore relinquentis, sed etiam eius cui relinquitur. Et idem Pan. quia ecclesia recipit oblationes publicorum peccatorum, nisi vbi specialiter prohibentur, vt patet per glo. in c. oblationes. xcvi. di. & consequenter eleemosynas. Nec similiter damnatus ad mortem naturalem, vel ciuilem, secundum communem opinionem, ex qua bona sunt publicata: vnde esset disponere de alieno: quinimo testamentum prius factum rumpitur sequuta damnatione, secundum Legistas in d.l.j. vbi Bar. videtur limitare quando bona non tenentur vsq; ad mortem: vt quia sunt per legem fisco applicata, vt in auth. bona. C. de bonis damnatorum. Si verò retinet bona vsq; ad mortem: tunc si est pœnitens, testari potest ad pias causas. Et est casus secundum vnum intellectum in d.l.j. quia illa lex remouet omne impedimentum quantum ad legata ad pias causas. Si verò nō est pœnitens, relicta per talem ab ecclesia recipienda nō sunt. Sed de hoc dic vt 3.§.eo. Nec seruus, nec religiosus, nec reus criminis læsæ maiestatis, nec hæreticus: quia nō habēt bona. j.q.j. nō est putanda. nec captiuus apud hostes: quia est seruus. De dubio de suo statu est dubiū, dicente in d.l.j. quòd non potest, quia non reperitur iure concessum. Bar. verò dicente quòd potest: quod & Pan. vbi 3. tenet: & placet magis fauore piæ causæ: quia miles est in hoc priuilegiatus, vt in l. ex militari. ff. de testa. mili. Ergo fortius priuilegiata debet esse pia causa. Alij autem possunt, etiam excommunicatus, sicut & potest facere eleemosynam de senten. excom. cùm voluntate. Et similiter etiam si quis non posit loqui, modò signis annuat. Vnde Bal. in l.j C. de sacrosan. eccl. dicit quòd aduocatus non valens loqui, interrogatus si tot vellet dari pro anima sua, aperiret librum in signum, illum aperuit, & valuit. ¶ † Quintò quæritur, quid iura tradiderint de testibus in testamento adhibendis? E dico multa. ¶ Primum. In testamento testis esse non potest primò quoliber pro teste reprobatus à iure, vt infrà Testis. Nec secundò mulier specialiter in testamento. ff. eo. l. qui testamēto. §. mulier. quod Sum. Ange. tenet indistinctè: tamen fallit in relictis ad pias causas, secundum Arch. post Bar. & Bal. in l.j C. de sacrosan. eccle. & Io. And. ca. relatum. el j. & sequitur Sūm. Ros. fallit etiam, secundum Ang. de Are. Inst. de testi. §. testes. in testamento inter liberos. & in testamento militis. & in codicillis: vt no glo. & Bar. in l.fi. C. de codicil. Ex quo infertur quòd si in testamento apponatur clausula, si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum: et communiter hodie si filiusmulier adhibeatur in testē: valebit: vt codicillus. Nec tertiò hermaphroditus in quo prævalent muliebria. d. quæritur. ff. de testa. hom. no. tamē idem Ang. in d. §. testes. post glo. quòd si magis inclinet in virili sexu, licet fuerit frigidus in vtroque posset adhiberi testis in testamento. Nec quartò is, cui hinc est interdictum per statutū vel iudicem. Vt de idē Ang. post glo. facit regula quòd prohibitus esse testis in iudicio vel alio modo in iudicijs stare, vt ibi, prohibetur esse testis in testamento. Nec quintò seruus: si tamē cōmuni opinione reputabatur liber, secundum eundem Ang. Inst. eod. §. sed cum aliquis. potest esse testis. Nec sextò aliquis habes in potestate hæredem, sicut pater, auus, & similes. d. §. testes. & §. seq. Nec septimò qui nō est testamēti capax, sicut spurius testamentorie, hæreticus, damnatus ad metallū, & similes: & quos leges improbos & intestabiles iubent esse: vt sunt de crimine famoso damnati, & muliebria patsi. ff. de testib. l. ob carmen. Nec octauò legatarius quo ad factū suū inter se & hæredem, sed solùm quo ad quæstionē quæ vertitur inter hęredē & extraneū. Instit. eo. §. legatarius. vbi dicit Ang. filium legatarij posse esse testē. Nec nonò fideicōmissarius vniuersalis: qa est iuris successor, vt l.j. §.j. ff. ad Trabellia. Nec decimò exequutor sed m Ang. in d. §. legatarius. si aliquid est sibi relictum, nisi eo modo quo dictū est de legatario: si verò est merus & nudus exequutor nullum cōmodū sentiēs, tunc potest. Si autē instituatur monasterium secūdum Ang. Instit. eod. §. sed neq;. religiosi sui possunt esse testes. In villa autē vel in vniuersitate distinguitur: quia si resultat cōmodum ex negotio, tā in cōmuni quàm in particulari illi de vniuersitate testes esse nō possunt: quia testificarentur in causa propria pro particulari vtilitate: vt l. omnibus. C. de testi. & ibi Doct. Secus verò resultat vtilitas in cōmuni tātùm possunt esse testes: quia quod est vniuersitatis, nō est singulorū: vt in l. tantum. §. vniuersitatis. ff. de re. diui. ¶ Secundū. In testamento requiruntur septē testes legitimi. Instit. eo. §. fin. quòd sint rogati. Vnde si testamentū sine scriptis habeat minus quàm septē, vel si sunt septē nō tamē rogati, nō valet. l. hęredes palam. §. pen. ff. de testa. Et intellige rogati cum expositione ad quid rogēturvt ibi: vnde nō sufficit si fortuito testamēto interfuerint. Quod tamē fallit: quia aliquādo valet sine testibus: vt milites in bello scribat, & moriat. l. milites. C. de mil. test. Aliquā do sufficit vnus: vt si fiat coram Imperatore. C. eo. l. omniū. Quandoq; duo: vt inter liberos. C. eod. l. hac cōsultissima. vel si in territorio testetur miles. ff. de mili. l. Lucius. vel in exercitu, & in bello. l. milites. C. de mili. testa. similiter in legatis ad pias causas, extra eo. cū esses. & c. relatū. Aliquādo tres: vel quatuor: vt in speciali priuilegio. C. eo l. fine speciali. Aliquā do quinq; vt in testamēto ruſtici, quādo plures nequeūt inueniri. C. eo. l. fi. Aliquādo verò requiruntur etiā octo: vt quādo testator vult facere, & nescit literas: vt in d. l. hac consultissima. & similiter in testamēto cæci. Notarius tamē cōputatur pro vno: licet sit cautius cp sint septē siue eo. de probat. qm. & in d. l. hac cōsultissima. & in l. omnis. C. de testa. & Insti. de testa. §. fi. vbi Ang. Are. distinguit: quia si probatur testamētū per depositionē testiū, notarius cōputari pōt in numero septē, & sic sex cū eo sufficiūt. Si verò probatur per instrumētū notarij, nō potest cōputari: quia nō pōt notarius fungi persona scribētis & authentisētis testamētū, & psona testis: vt no. gl. & Doc. in d. l. hac cōsultissima. ¶ Tertiū. De testamēto facto corā presbytero parochiali & duob⁹ vel tribus testibus: gl. in c. cū esses. de testa. recitat quatuor opiniones: & vna est quam summādo tenet do. Flo. scilicet Zab. vt recitat Archi. quòd valet in terris ecclesię tantum: & intellige in foro causarum. Vnde Io. And. declarās materiā dicit hoc cōmuniter obseruari quòd in spectantibus ad pias causas sufficiunt duo testes idonei, siue in ecclesiastico, siue in seculari foro, inter ille go etiā sine parochiali presbytero: per id quod habetur in c. relatū. el j. extra eo. In alijs verò valet in terris ecclesię coram presbytero parochiali & duobus testibus, per d. c. cum esses. In terris autē Imperij dicit seruari cp nō valeat, nisi interueniat solēnitas requisita per legos ciuiles. Et hæc opinio roborata cōsuetudine videtur seruanda per l. minimè. ff. de legi. & videtur sequi Bede. in cōsil. & Pet. de Per. & Pet. de Ancha. & secundū aliquos do. Ant. Sed Pan. hāc reprobat inquātum distinguit de terris ecclesię & Imperij. & meo iudicio bene: & dicit quod illud c. cum esses. derogauit legibus etiam quo ad forum seculare: & sic in alijs ad no pias causas requiritur solū duo testes & præsentia presbyteri parochia lis: vel loco eius duo alijs testes. & hęc fuit opinio Vinc. Ala. Gofr. Host. & domi. Ant. Et addit Panor. quod non oportet quòd sint rogati, vel masculi omnes. quod verum est quantum ad hoc quod dicit de masculis solū ad pias causas: vel in foro conscientię, vt patuit: quantum ad alia, puto standum consuetudini interpretāti, ex quo Doct. variant. Et sic patet quòd valet testamentū, & quælibet vltima voluntas ad pias causas, licet nō instituatur ibi hæres, vel non adeatur hæreditas, vel nō fiat insinuario testamēti intra tantum tempus, vel vbi deficit alia solennitas iuris positiui ciuilis, quę reuocata est quantū ad hoc. ¶ Quartum. Secundū Arch. & veritatem, si quis sanus vel infirmus sanæ mentis, non violentatus vel circumuentus, sed liber disponit de quibus potest per scripturam aut verba solùm sine notario & testibus debitis: standū est tali dispositioni in foro conscientiæ. & ad hoc tenentur hæredes, quibus de hoc constat certitudinaliter: etiā si prius per solenne testamentū aliter disposuerant: & idē de exequtoribus: quia vt dicitur xiij. q.ij. vltima voluntas. scilicet rationabilis secūdū Gl. modis omnibus obseruetur. In foro tamē causarum, nisi sint sufficientes probationes, stabitur testamēto solenniter facto imò secundū Imo. post Bart. in l. in testamento. ff. de fi. leicō. liber. valebit etiam in foro causarum, si sint scriptum manu testatoris. sed furore aut morte prœuentus nō potuit redigi in publicam formam. quod intellige ad pias causas, vt dicit Pan. in c.j. de succes. ab intest. forte inter liberos, per l. fin. C. famil. ercis. ¶ † Sextò quæritur, ex quibus causis testamentū dicitur nullum, vel tenet quidem, sed irritatur & rumpitur? Et dico quòd nuncupatiuum sine scriptis est nullum ex quatuor. Primò si testator non erat habilis ab testandum. Secundò si non instituit hæredem, vel si instituit non capacem. Tertiò si præterijt iam natū, quem instituere vel exhæredare debuit. quod pertinet ad testamētum inofficiosum. quod secundum Isid. est illud quod frustra liberis exhæredatis sine officio pietatis liberalis in extraneas personas relaxāt. est. Quartò ¶ nō sit legitimus numerus testium legitimorum & rogatorū. sed de his infrà §. ix. Et ex his concludit Bar. in tract. Minoricarum, per cle. exiui. de verb. sign. vbi dicitur quòd fratres minores successionum non sunt capaces: quod si fratres minores sunt instituti hæredes, & nullum habēt substitutum vel cohæredē: testamentum nullum est, & hæreditas pertinet ad venientes ab intestato: si autē habent substitutū, valet: & similiter si cohæredem, & ei accrescit portio fratrum, vbi non est substitutus. Vtrum autem in foro conscientiæ talis substitutus vel cohæres aut veniēs ab intestato possit in conscientia hæreditatem tenere: vide per eum ibi: quia videtur hanc maximam & regulā quòd si talis potest esse certus quòd testator voluit dispositionem valere iure directo, id est, testamēti tantūm licitè eam tenet in conscientia. Si verò sit certus quòd voluit valere ratione iure codicillorum, & omni modo quo potest: licitè eam non tenet. Si verò

Universidad de Deusto
Biblioteca

verò remanet dubius,nec applicat animum suũ ad aliquod præd̃ctorum,sed mutet in eo quod ius presumit:licitè eam tenet.tamẽ quia vix reperiri potest qui nõ velit valere omnia quo melius potest,tutius est nõ tenere.¶ Tenet autẽ, sed irritatur ex septẽ.primò quando testator nõ præuidit de posthumo,qui post testamentũ est natus, qui tamẽ si moreretur ante testatorẽ,testamentũ nõ rumperetur quo ad effectum:& secundò ideni dic de quasi posthumo, vt est arrogatus,vt ille qui tẽpore testamẽti nõ erat suus,sed tẽpore mortis.tertiò quãdo causam exhęredationis improbat hęres suus,& per sententiã rescinditur.quartò si testator patiatur capitis diminutionẽ,nisi iterũ fiat ciuis Romanus vel sui iuris.quintò per secundũ testamentũ reuocatorijũ primi.sextò si hęres nõ adiuit hęreditatem, vel ante aditã decessit.Septimò si deficit cõditio,sub qua fuit institutus, & similia.Instit. quibus mo.test.infir.p totũ. ¶ †Septimò quæritˀ specialiter, quomodo testamentũ valeat aut nõ valeat in spectãtibus ad pias causas?Et dico multa breuiter recollecta diffusa p Archi.iij.pte tit.x.c.iij.§.iiij.vbi vide.¶ Primũ.Testamentũ vel vltima volũtas ad pias causas valet corã duobus testibus legitimis,etiã si esseot mulieres in omni foro,etiã in terris Imperij:quia in his cessat solennitas iuris positiui: & sufficit solennitas iuris gentiũ vel diuini,secundũ cõmunẽ opinionem etiam Legistarũ:& secundũ Pan.in c.Raynaldus.de testa.valent legata ad pias causas etiã si nõ esset clausula codicillaris,& testamentũ esset nullum. ¶ Secundum . Causa pia seu ecclesiastica si tractet corã iudice seculari , terminari debet secundũ Canones,& nõ secũdũ Leges,etiã in terris Imperij, secundũ Imo.post do.Ant.qui etiã dicit,statutũ quo nõ valet testamẽtum aut vltima volũtas nisi registretur,non habere locũ ad pias causas:similiter nec illud,quo mulier nõ potest testari sine cõsensu cõsanguineorũ:quia laicus in huiusmodi statuere nõ potuit.¶ Tertiũ.Vltima voluntas tendens ad piã causam pertinet ad iudicem ecclesiasticũ,& corã eo tractari potest:& cõsequenter corã eo peti potest relictum ecclesiæ vel laico pauperi:etiã si pro tali relicto sit prius laicus cõuenendus,secundũ do.Ant.in c.significantibus. de offi. delegimò voluit Bal.in l.si quis.C.de epis.& cle.quod episcopus vt procurator pauperũ,vel eius tyndicus corã suo vicario possit petere se mitti in possessionẽ ex edicto,si pauperes sint instituti hæredes.& ita quotidie practicatur: & voluit Imò. post Pe.de Anch.¶ Quartũ.Relictũ per solenne testamẽtũ ad pias causas,reuocatur per secundũ nõ solẽne ad pias causas.Et ita videtur dicere Arch.licet liber sit incorrectus.& ita tene: quia ita tenet Bal.in l.si iure.ff.de leg.iij.& sentit Bar.in l.in testamẽto.ff.de test.& in l.fideicõmissa.§.j.de leg.iij.& Io.de Imo.in l.si is qui ff.de testa.& in c.quia ingredientibus.eo . tit. & Alex.cõsi.lxxxvj.imò testamẽtum secundũ ad pias causas corã duobus testibus,tollit primũ,etiã ad pias causas,coram septẽ,secũdm Pau.de Ca.cõsi.cccl xv.& Alex. cõsi.cxlvij. & in d.l.hac cõsultissima.§.si qui.de testa. ¶ Quintũ.Licet regulariter nõ possit qs decedere partim testatus & partim intestatus.ff.de reg.iur.l.ius nostrũ.hoc tamẽ quis potest in relictis ad pias causas,secundũ Pet.de Anch.vt disponit de parte bonorũ dã.la in aliquã piã causam,puta dimidia,& nõ de toto. ¶ Sextũ.Licet institutio facta p mutũ nõ valeat.C.eo.l.iubemus.tñ in relicta ad pias causas valet secũm Imo. ¶ †Octauõ quæritur,vtrũ debeatur legata facta in testamẽto nullo vel irritãdo?Et dico q;sic si est nullũ,vel rũpitur ex preteritione posthumorũ vel quasi,vel per sentẽtiã proposita querela de inof.test.vel cõtra tabulas:qa sic debẽtur, licet nõ teneat institutio.C.de Jib.præter.auth.ex causa.& similiter dic si rũpitur ex falsa causa vt si qs instituit A,& substituit ei B,& A, mortuo instituit C,per aliud testamentum dicẽs, quia hæredes habere voluit & nõ potuit,tu C.esto hæres. Si verò testamentũ sit nullũ,vt quia nõ instituit hæredẽ, vel instituit incapacẽ,vel nõ fuerũt testes debiti,an debeatur legata:est differẽtia inter Doc.de quo ʒ.Hęreditas.iij.§.vij. ¶ †Nonò quęritur,qd iura tradiderint de institutione & substitutione hęredis in testamento ex parte institutẽtis, vt taceatur ex parte institutẽd:de quo ʒ.Hæreditas. j.io prin.& ex parte instituti. de quo ʒ.Hæreditas.iij.per totũ:& Hęreditas,iiij.per totum. Et dico multa.¶ Primũ. Hæredũ differẽtiæ sunt tres. Nam quidã sunt necessarij cũm,sicut si seruus instituatur à dño, dicitur necessarius:qa velit nolit tenetur hęreditatẽ etiã suspectã adire:si modò cũ hæreditate cõsequatur simul libertatẽ ex testamẽto dñi.& tẽpore mortis erat in potestate domini.Quidã verò,sunt sui & necessarij:sicut liberi , qui sunt in potestate testatoris tẽpore mortis,vt filiusfamilias & descẽdentes ex masculis filijs.descẽdentes eñ à filiabus sunt in potestate patris eorũ vel aui paterni.sed est differẽtia:qa viuẽte filio meo meus nepos nõ erit mihi suus hæres,sed bene mortuo filio:qa nihil est mediũ quo impediatur:& sic de cæteris.Et dicuntur sui ideo, quia domestici,& quia viuo patre quodã modo existimãtur dñi. Dicũtur verò necessarij,quia de iure ciuili.cogebãtur fieri inuiti hæredes: sed de iure prætorio pmittitur eis abstinere ab hæreditate si velint.Quidã verò sunt hęredes extranei:vt oẽs, qui nõ sunt sub potestate testatoris,nec subiecti iuri eius,sicut sunt filij emãcipati:filij etiã à matre instituti:qa fęminę nõ habẽt filios in potestate. Et probãtur hęc omnia Instit.de hęred.quali.in princ. Sunt etiam alię hęredũ differentiæ,de quibus ʒ.Hæreditas.iij.§.j. ¶ Scẽm.Hęredis autẽ institutio duob⁹ modis fit:directè sc̃i licet &obliquè.directa aũt institutio fieri nõ põt nisi in testamẽto:& est quãdo verbis rectis siue obliquis recto iure instituitur hęres ad quẽ vult testator hęreditatẽ, suã siue illud,in quo instituit,puenire, & illud cape nullo meditate Obliqua verò institutio siue fideicõmissaria hęreditas relinqui põt testamẽto & codicillo.& fit cũ rogat in codicillo hęres institutus in testamẽto,vel hæres ab intestatoveniẽs,vt hæreditatẽ restituat alteri:is eñ,cui restituitur hęreditas,erit hæres per fideicõmissum.Instit.de codi.§.pe.& de fideic.§.pe. ¶ Tertiũ. Potest autẽ fieri hæredis institutio in certa parte:sed si alius instituitur hæres & in vniuerso : talis erit potius legatarius quàm hęres.l.quoties.C.de hęre.instit.§.heres.possunt tamẽ plures institui æquis portionibus.Instit.de hære.insti.§.si.plures instituũtur.¶ Quartũ. Hęredis institutio cõmitti nõ potest in alterius voluntatẽ expresse:sed oportet testatorẽ ore proprio nomẽ hæredis exprimere,vel per ꝓpriam scripturã. l.hac cõsultissima.& l.iubemus.C. eo. imò Io.And.in addit. ad Spec.eo.tit.post.Alb.Papiẽsem tenet nõ valere testamentum,si quis interrogatus an velit talem instituere hęredẽ,& respõderit,sic quãus gl.in d.l.iubemus,tenuerit cõtrarũ. tamen.in c.cum tibi.eo.tit.tenetur quod valeat de equitate canonica.& ibi Inn.& Ho.sic distinguẽdo limitãt.Nam si committũt in volũtate hęredis,scilicet an velit esse hęres vel nõ, valet.l.verba hæc.ff.de cõdi.instit.Si verò cõmittitur in voluntate alterius ab hęrede expressa,puta dicendo,instituo hæredem illum,quem Titius voluerit:sic nõ valet.ff. de hæred. instit.l.si quis Sempronij.& l.captatorias.Si autem hæredis institutio alterius dispositioni cõmittatur tacitè,valet.l.illæ institutiones.ff.de hæred.instit.&.l.nonnunquam.ff de cõdi. & demonst. Et eodem modo legatũ alterius voluntati potest tacitè cõmitti.ff.de leg.ij.l.j.sed nõ expresse.ff.de leg.j. l.captatoriæ.Dicitur alterius volũtati cõmitti tacitè sic,instituo te hæredẽ:vel,lego hoc tibi si Titius ascenderit.Capitulum.

Expresse verò sic,instituo illum hæredem quem Titius voluerit:vel,lego tale quid ei cui Sempronio placuerit. ¶ Quintum.Si quis autem ita diceret,cõmitto omnia bona mea arbitrio Titij,vel eius dispositioni,valet:& Titius tenet distribuere in pias causas.in quibus habemus regulã iuris humani gentiũ & diuini,quæ est quòd præ omnibus dispensẽt in religione diuinã,vt peccata eleemosynis redimãt.et sic dispensando non potest velle aliud quàm voluntas testatoris:sed si dispensaret in profanis , cùm nullã habeat regulã, posset alio modo dispensare quàm sit voluntas testatoris.Et ita sentit Inno.& Host.vbi ʒ.& sequitur Bar.in l.j.C.de sacr. sanc.ec.& Pan.in d.c.cùm tibi. ¶ Sextum.Institutio fieri potest incertæ personę:puta instituo hæredes meos pauperes Christi:secundum gl.in d.c.cùm tibi.& secundum Bar.in l.capta totius.C.de test.mi.etiam si adderet,eligendos per priorem talem,& huiusmodi . Et dicit quòd d.l. loquitur quando ius cõstitutionis cõfertur in voluntate alterius: nõ quando electio personæ solũ, vt in casu nostro:ideoq; nõ est contrariũ. ¶ Septimum. Institutio hæredis fieri potest sub conditione possibili & honesta:dummodo nõ sit filius , qui institui non potest sub omni conditione,sed sub ea tantum quæ est in facultate instituentis.l.suus quoq;.ff.de hære.insti.quia grauari nõ potest filius in debito bonorũ subsidio.C.de inof.testa. l.quoniam in prioribus.dũmodo etiã non instituatur ad tempus certũ:puta vsq; ad pascha,vel tres annos: quia nõ valet talis cõditio,& vitiatur,nõ tamen vitiat,Insti.de hære. insti. §.hæres.sed ad incertũ potest:puta dum vixerit:vel,talem instituo postquàm absolutus fueris ab excõmunicatione.ff.de hære.insti.l.in tempus.Fallit in milite , qui instituere potest etiam ad tempus certũ.l.miles ita.ff.de test.mil.Sed aduerte hic quòd institutus hæres ad diem certũ,alio hærede nõ dato,semper erit hæres:vt in l.hęreditas ex die.ff.de hære.inst. Et idem dic quãdo institutio fit ad diem incertũ:quia nemo potest decedere pro parte testatus,pro parte intestatus l.ius nostrum.ff.de re.iu.& ita tenet Io.de Imo. & Bar.& Ang.in d.l.hæreditas.& Sali.in l.extraneũ.C.de hære.inst.& Pau.de Cast.in l.certi.C.de test.mil.& Dyn.in l.si quis ita hæres institutus excepto fundo.ff.de hære.insti.& cõmuniter Doc. & est verius:licet Bar.in d.l.hæreditas . dicat quòd non erit perpetuus hæres,si testator apertè voluit quòd non esset nisi in vita,vel vsq; ad talem diem : quia testator nõ potest ius accrescendi prohibere nec respectu rei nec respectu temporis: quia causa testati trahit ad se causam intestati : quia dignior.d.l.hæreditas.& facit l.si milesvnũ ex fundo.ff.de test. mil.& probatur in d.l.si quis.In legatis tamen bene põt prohibere ius accrescendi.Et ita loquitur l.dominus.ff.de vsufr. secus in hæreditatibus:vt d.l.si quis . vbi institutus excepto fundo,detracta mentiõe de fundo,habet totã hæreditatem: quia testator facere nõ põt quòd iura nõ valeãt in suo testamento.in auth.vt cùm de appel.cogno.§.certũ.¶ Octauum. Testator habens filios impuberes põt eis substituere quoscunq; velit,si non venerint ad pubertatem.C.de impu.& ali. substi.l.si testamẽto.Si verò peruenerint ad pubertatem,potest eis substituere si moriantur sine liberis : & secundum quosdam etiam si moriantur cum liberis.vt C.de impub.& ali. substi.l.hæres.& sequenti. debet tamen salua esse legitima. & intelligitur substitutio deducta legitima filiorum,& deducta quarta totius,quæ dicitur Trebellianica,quam deducit quilibet institutus hæres,cui alius substituitur regulariter post pubertatem institutivel etiam cùm accipit hæreditatem per fideicõmissum ab instituto hęredet vt in c.Raynutius.extra eo.Posset tamen dici quòd opinio Bar.est vera in conscientia in eo qui erat simplex,& hoc ignorabat:secus in eo qui hanc dispositionem iuris sciebat: quia videtur voluisse quod iusvolebat. ¶ Decimò quæritˀ,quid iuris de prę- 10
teritione legitimi hæredis,id est,qui ipso iure,etiam sine testamento,succedit?Et dico multa. ¶ Primum Habens filios & filias tenetur instituere omnes legitimos vel exhæredare si quem nõ vult,& subest causa.insti.de exhære.liber.in princ.etiã filias dotatas,quas,secm aliquos sufficit instituere in dote:sed alij,vt Azo , dicũt quòd oporteat eas institui in aliquo modico præter dotem,quod est tutius: & etiam professos religionem.C.de epis.& cle.l.fi . § hoc etiam cognitum. Et idem dic in nepotibus,qñ filij præmortui sunt.Inst.de hęredi.quæ ab iute.dese.§.ita demum . & etiã in posthumis.C. de post.hære.insti.l.quod certũ est.Vide tũ ʒ.par.v.& vj. ¶ Secundũ.Tenetur aũt tales instituere in quota voluerit parte, quantũcunq; minima.Et licet postea talis agat ad supplemẽtum legitimæ:tñ testamentũ nõ rumpet,dummodo fit institutus hæres,non legatarius:puta quia dicit,instituo filiũ hæredem in tali.quia si diceret,lego filio meo talem domũ non valeret:quia esset præteritus.l.quoties.C.de hære.instit.Est aũt præteritio,secm Ang.Are.Inst.de exhære.§ mater silentiũ.circa institutionis beneficiũ vel exhæredationis odium. ¶ Tertiũ. Ex præteritione aũt legitimi hæredis testamentũ reddit nullũ,si est,vel si sunt de illis,ad quos stricto iure legitima spectat hæreditas,& nisi ritè exhæredentur.Qui autem sint tales: dic quòd cùm sint tres cõsanguineorũ lineæ, scilicet descendentiũ,ascendentiũ,& collateraliũ:testator quã diu habet aliquẽ ex descẽdentib⁹, vt filiũ,nepotẽ,pronepotẽ, & sic in infinitũ,tenet illũ instituere vel exhæredare:& si talẽ instituit, nõ tenet de aliquo ascendentiũ facere mẽtionẽ. Insti.de hære.quæ ab inte.Descendentibus verò deficientibus vel exhæreditatis tenet ascendentes instituere,si quos habet.l.quoties.C.ad sena cõsul.Orfici.Collaterales allec aũt nunquàm tenet instituere vel exhæredare:sed deficientibus descendẽtibus & ascendentibus legitimis põt instituere quos vult,etiã nõ attinentes , nulla facta mentiõe de collateralibus.Quod tñ fallit in fratre,qui rũpit testamẽtũ fratris : & similiter soror,si instituit turpẽ personã,id est,infamẽ.Et intellige de fratre cõsanguineo & vterino simul,vel saltẽ cõsanguineo,id est,ex eodẽ patre:nõ aũt de vterino tñ . C.de inof.test.l.fratres vterini.Intellige etiã nisi in isto casu de alia re eum instituerit:vel nisi crimen ingratitudinis in fratrem cõmisisset,vt in auth.de nup.§.ingratitudinis. ¶ Quartũ. Testamentũ tñ clerici vel ingredientis religionem non erit irritũ ex præteritione legitimi hæredis,ꝓpter verbũ,liberè,positũ in c.quia nos.extra eo.tit. etiã quia sunt milites: vt no.gl.in l.pe.C.de test.mi.Vñ sicut nõ rũpitur testamentum militis ex præteritione legitimarũ personarũ:sic nec illorũ.quod apertè sentit Bar.in auth.si qua mulier.C.de sacr. sanc.ec.de ingrediente religionem.& Pan.in d.c.quia nos.de ambobus.Pro quo etiã vide Fed.consi.lv.quomodo intelligi potest auth.presbyteros.C.de epis.& cle.Et adde quòd voles intrare religionem testari põt sine legitimo numero testiũ, & ꝓ parte decedere testatus.& ꝓ parte intestatus:sicut miles potest,per tex.auth.de mona.§.id quoq;.iuncta l.j.ff.de testa.mi.& facit c.qui vere.xvj.q.j.tamen legitimã petere poterunt legitimi præteriti vigore d.auth.si qua mulier. C.de sac.san.ecc. ¶ Quintum. Aliquo autem casu posthumus præteritus rumpit testamentum , scilicet in testamento matris decedentis in puerperio:sed succedet cum alijs fratribus vel nepotibus æqualiter.Si tamen mater instituisset extraneum aget de inofficioso testamento,& rumpet.C. de inoffi.testa. l.si mater. ¶ Sextum. Si pater filium emancipatum instituit , nepotem verò ex eo in potestate retentum præteriit:

concl

Universidad de Deusto
Biblioteca

concludit Ange. Aret. Insti. de exhæred. §. sed hæc quidem quòd nihilo minus tenet testamentum, secundum Bar. in §. & quid si tantum. ff. de lib. & po. Et ratio, quia non debet admitti ad rumpendum vel dicendū nullū, qui nō admitteretur ab intestato vel testamento rupto, vel nullo penitus cōdito: vt l. posthumus. §. si quis ex his. ff. de inoff. testa. cum tūc nō videatur fieri iniuria nepoti, cùm nō sibi debeatur legitima: quia legitima est tertia pars eius, quod quis esset ab intestato habiturus: dictus aūt nepos nihil est ab intestato habiturus propter existentiā filij emancipati: vt l. cùm quærit. & in auth. nouissima. C. de inoff. testa. Et ita tenet Bal. & Ange. & Imo. in d. §. & quid si tm. ¶ † Vadecimò quæritur, quid iuris de illa clausula, si nō valet iuri testamenti, valeat iure codicillorū: & de codicillis? Et dico multa. ¶ Primū. Si testator dixit, volo quòd valeat iure testamenti & codicillorū, secundum Bart. in l. j. ff. de codicil. licet videatur induci repugnantia: tamen vt res valeat, debet exponi &, id est, vel, per regulā quæ ponit quòd qū copula ponitur inter duo incompatibilia, reloluitur in disiunctiuā: vt l. si Titio fundus. de vsufru. leg. & erit electio hæredis quòd cōpetat iure directo vel fideicommissi. l. fi. C. eo. Si verò dixit, iure testamenti vel saltem iure codicillorum: arbitratur Bar. vbi ī. quòd non potest hæredes eligere: quia illa coniunctio diminutiua, saltem, habet istud importare: vt si primo modo non posset valere, tunc veniatur ad secundum: vt patet ex regula grammatica li: si nō potes dare mihi Byzantium, saltem commoda denariū. Si verò dixit, volo valere vel iure codicillorū: & nō dixit testamenti: dicit idem quòd hæc dictio, vel, quādo apponitur vni orationi vel dictioi tm, sumit, p saltem & cōtequēter perinde est ac si dixisset, iure testamenti vel saltem codicillorū. ¶ Secundum. Habet autem locum dicta clausula secundum Bar quando testamentum non valet propter defectum solemnitatis omissæ, per tex. in l. codicillis. ff. de leg. ij. & C. de codicil. l. fi. dummodo solennitas sufficiens codicillo sit apposita: & sic legata reuocta debentur. Insti. de codicil. in prin. & in testamento scripta licet directa videatur, tamen in casum fideicomissi conuertitur. l. Scæuola. ff. ad Treb. Vnde ab intestato venientes acceptent hæreditatem, & quasi rogativi deantur, teneantur instituto per fideicommissum, arg. l. eam quam frater tuus. C. de fideicom. Similiter operatur si la clausula, secundum Bar. si rumpatur testamentum: quia hæreditas non est adita, per l. eam quam. C. de fideicom. dum tamen dicat, si nō valebit: vel similia verba, quæ trahantur ad futurū. Similiter operatur si non valet testamentū, propter defectū hæredis scripti non capacis, secundum Bar. in d. l. eā quam. secundum vnam lecturā. Nō operatur verò si testamentum non valet propter defectū testantis, secundū Bart. quia qui non potest testari, nec codicillari potest. l. diuus. ff. eo. Nec similiter, secundum eum, si non valet rationevoluntatis imperfectæ: vt quando antequam cōpleretur, mortuus est testator. per l. fideicommissa. ff. de le. iij. & l. ex ea scriptura. ff. de testa. secus si esset imperfecta ratione alicuius solennitatis. & sic intellige l. fi. C. eo. Nec generaliter valet, si testamentū patiatur defectū vel iuris repugnantiā in his quæ sunt de substātia eius, nisi testetur inter liberos, secundū cōmunem opinionem. ¶ Tertiū. Operatur autem clausula codicillaris duo, secundum Ang. Are. Insti. de codi. primò quia ea apposita in testamento secundo inualido tollitur primū quo ad legata: vt no. Bar. in l. si iure. ff. de le. iij. Et secūdò repetitionem legatorum à venientibus ab intestato, vt no. gl. & Doc. in l. j. ff. eo. quod verum est quo ad eos qui sunt in primo gradu, non quo ad alios. Vnde si prior erin gradu ab intestato repudiauit hæreditatem, & sequens admittatur, non tenetur ad dicta legata: vt est gl. singularis secundem Ang. in l. non iustam. C. ad Treb. Operatur & tertiò institutione fideicommissariam, vt ī. par. ij. Si autem filius in testamēto, in quo est talis clausula, sit præteritus, an operetur vt videatur rogatus glo. in auth. ex causa. C. de lib. præt. dicit quòd non. Sed Bar. in l. j. ff. eo. vt recitat Ang. Are. Insti. de codi. & omnes Doc. in d. auth. ex causa tenent contrarium: quia ista sunt paria, relinquere à venientibus ab intestato: & dicere. si non valet iure testamenti, &c. vt not. in l. ex testamento. C. de fideicom. & ibi Bal. Sed si testator dixisset legata deberi à venientibus ab intestato, filius præteritus teneretur: vt d. l. si quis ff. eo. Et procedunt prædicta in iam nato: in posthumo autem præterito dicit Bartol. in dicta, l. j. quòd si testater cogitauit de posthumo, operaretur prædicta clausula: non autem si non cogitauit. Sed Dyn. Iaco. Bald. & quasi omnes dicunt inspicienda verba testamenti. Si enim dicitur, si non valet: sunt præsentis temporis, & rupto testamento natiuitate posthumi non operatur: quia non deficit. Item quia verū est illo tempore valuisse. Si verò dicitur, si nō valet aut valebit: tunc porrigitur ad testamentum quod rumpitur natiuitate posthumi. Et hæc est opinio communis: & idem esset si diceretur, si nō valere: quia exponitur, si nō valebit, secundū cōmuniter Legistas. Et similiter si diceretur, si nō pot valere: quia trahitur ad futurū, secūdum eosdem. Adde quod no. Bar. in auth. vt cùm de app. cogno. §. siue igitur. quòd d. auth. ex causa. de lib. præt. non habet locum vbi nemo institutus est hæres. ¶ Quartum. Ad hoc autem quòd relicta in codicillis debeantur, an requiratur aditio hæreditatis. Ang. Are. Inst. de codi. dicit quòd quando testamētū factum est, & valet, requiritus quòd ex testamento adeatur hæreditas. Quādo autem non est factum, vel est factum inualidū, necesse est quòd ab intestato, hæredras adeamr: aliàs non debentur relicta, vt not. Bar. in l. si quis cùm testamentum. §. fi. ff. eod. Multa alia dici possent relinquenda Legistis, quia parum ad rem nostram faciunt. ¶ † Duodecimò quæritur, quid de reuocatione primi testamenti per secundum? Et dico multa. ¶ Primum. Vltimum testamentum semper valet, secundū gl. in c. licet. de consti. li. vj. quę alleg. c. vltima voluntas. xiij. q. ij. ff. de leg. j. l. si mihi. etiā si de primo non faciat mentionem. Fallit in duobus casibus. Primo in testamento facto inter liberos. C. eo. auth. hoc inter liberos. quia oportet fieri mentionem de primo, vt ibi. Secundò cùm ipse testator sibi legem indixit: videlicet, si fecero aliud testamentū, non valeat, nisi de alio fecero mentionem. aliter nō valeret etvltimū. ff. de leg. iij. l. si quis. ¶ Secundum. Si autem secundū fit sub conditione: si quidem fit de præterito vel præsenti: puta, instituo hæredem Titiū, si sempronius est, vel fuit cōsul: tunc si cōditio fuit vel est vera: rumpitur primum: si verò fit futura, si est possibilis, rumpitur primū, etiā si non adueniat. similiter si fit impossibilis, habetur pro nō adiecta. & rūpitur primum, vt in l. cùm in secundo testamento. ff. de iniust. rup. testa. ¶ Tertium. Per posterius testamentū imperfectum vel aliam vltimā voluntatem non solennem non tollitur primū vt Insti. quib. mo. testa. infir. §. ex eo. vbi Ang. infert quòd licet testator coram septem testibus dicat, non volo tale testamentum meum valere: nō tamen tollitur. Et est ratio, secundum Bar. in l. si de iure. ff. de leg. iij. quia ista voluntas nō est potens parare viam adeundi hæreditatem de iure ciuili alicui: ideo primum testamentum tollere non potest: vt l. cùm in secundo. ff. de iniu. rup. test. Infert etiam quòd testamentum nuncupatiuum redactum in scripturam, tolli non potest per testatorem coram septem testibus. quod verū est nisi per decursum decennij: quia tunc nuda voluntate tollitur, si per

per testes idoneos non minus tribus, vel inter acta manifestauerit: vt l. sancimus. C. de testa. ¶ Quartum. Non est dare remedium, per quod primum testamentum tolli non possit in effectu, secundum Ang. vbi ī. siue ratum fuerit non eo dere aliam voluntatem: siue dicatur, nolo aliam voluntatem valere, nisi sit in ea inserta tota Aue Maria: siue dicatur. Si cōtingat me aliā voluntatem cōdere, ex nunc donatione inter viuos dono dicto hæredi instituto bona mea vel centū: siue dicatur, si contingat me aliud testamentum facere ex nunc prout ex tunc dico & declaro non esse meæ voluntatis condendi testamentum. qui modus est salubrior qui fieri possit, secundum Cy. & Doc. in l. sancimus. C. de testa. quia semper poterit reuocari primum, dummodo quando habet clausulam derogatoriā, fiat mentio de ea in specie, licet non in individuo: puta dicendo, quāuis in primo sit clausula derogatoria quòd aliud testamentū facere nō valeat: & similia. vide etiā ī. Exemptio. §. xj. & Pactū. §. ij. ¶ † Decimotertiò quæritur, qūo debeamus interpretari testamentum & vltimas voluntates? Et dico quòd dominus Bapt. Fliscus in quodam suo opusculo sic dicit: Quantum ad interpretationem vltimarū voluntatum. ¶ Prima conclusio. Quando sermo testatoris est ambiguus, in primis ad intentionē recurrendū est, in l. in ambiguis. la ij. ff. de re. iu. ¶ Secunda. Licet significatio verborū vnum significet: si volūtas testatoris aliud sensit, nō debetur quod expressum est, nec quod sensit: quia nō fuit expressum. l. si quis in fundi vocabulo. ff. de leg. j. l. Labeo. ff. de supe. leg. ¶ Tertia. Quando nō cōstat de mente, standū est verbis. l. nō aliter. ff. de le. iij. & in l. si alij. de vsufr. leg. ¶ Quarta. Quādo cōstat de mente expressa ad minus per verba impropria, tūc debet mens attendi. tex. est cū gl. in l. & puto. §. j. ff. fami. erci. quā allegat Bal. in l. cùm verum. C. de fideicom. ¶ Quinta. Quando de mente non constat per verba, sed sequitur mens ad aliud dispositū expressum, tūc habetur pro expressa. tex. est in l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. & in l. tale pactū. in fi. ff. de pac. quas ita alle. Bal. in l. j. in fi. C. de his qui ante aper. ¶ Sexta. Quādo cōstat de mente ex dispositione erronea & tolerabili, statur mentis: siue fuerit error facti, siue iuris. Primū probatur in l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. posth. & in l. fi. C. de posth. hæred. instit. cū vtrobiq; not. Secundū probatur in l. fructus prædiorum. & ibi Bar. ff. de vsufr. leg. ¶ Septima. Quando non probatur per verba, sed aliter, etiā per præsumptionem ita fuisse dispositū: illud attenditur, per illud quod habetur in l. quoties. §. j. ff. de hæred. instit. & l. cùm proponebatur. ff. de le. iij. secundum vnam lecturam. ¶ Octaua. Quādo ex casu superueniente colligitur præsumptio quòd si testator cogitasset, ita disposuisset: talis mens debet attendi. Probat tex. in l. tale pactū. in fi. & tex. cum gl. in l. cum acutissimi. C. de fideicōmissis. & in l. generaliter. §. cùm autem. C. de inst. & substi. sub condi. ¶ Nona. Quando verba sunt clara licet probaretur aliā fuisse mentem, quę tamen nullo modo colligitur ex eius dispositiōe: talis mēs nihil operatur, sed p bona operatur irritationem. probatur in l. in ambiguo. ff. de reb. dub. & per gl. in l. Labeo. ff. de suppel. leg. in verbo, ex cō communi vsu. ¶ Decima. Quando dispositio exprimitur per verba inepta vitiantia dispositionem, attenditur mens declarata à præcedendi protestatione. glo communiter approbata in l. iij. de leg. j. ¶ Vndecima. Quando voluntas est expressa per verba obscura, tunc pro interpretatione recurritur ad iudicem: vt in l. cùm in testamento. ff. de reb. dub. & in l. voluntas. C. de fideicom. quod iudex declarabit ex coniecturis, quæ habentur in l. si seruus plurium. in fin. ff. de leg. 2. j. & si essent ita obscura: quòd non possent declarari, legatum & dispositio non valeret. l. duo sunt. Titij. ff. de testamen.

Rursus de Testamento secundò, quantum ad exequutionem.

1 *Exequutores testamenti qui & quot instituti possint.*
2 *Religiosus quando sit exequutor testamenti.*
3 *Exequutor nominatus an compellatur.*
4 *Exequutoris officium an trāseat ad hæredē vel filiū successorē*
5 *Exequutoris testamenti quæ sit authoritas.*
6 *Exequutor quando exequi teneatur, vbi & quid numero. 7.*
8 *Exequutio testamenti quando deuolnatur ad episcopum.*
9 *Eleemosynarum dilatio an præiudicet animæ testatoris.*
10 *Pœna quæ sit hæredi vel exequutoris negligentis implere voluntatem defuncti.*
11 *Pœna apposita à testatore an possit exigi.*
12 *Expensis hæredis an legatarij fiat exequutio.*

TESTAMENTVM rursus ij. considerari potest quātum ad exequutionem & exequutores: qui aliqñ dicūtur comissarij: aliqñ fideicōmissarij: interdū diuisores interdum distributores: interdum gladiatores: vt no. Spec. & interdum exequutores, non simpliciter, vt dicit Gof. sed vltimarum voluntatum: quia propriè exequutores sunt, qui sententiam exequuntur. C. de exe. rei iu. l. fi. ¶ † Primò ergo quęritur, quot, & qui instituti possint exequutores testamenti? Et dico multa. ¶ Primum. Secundum Are. non refert an exequutores sint plures vel vnus solus: & dari possunt in numero pari: sicut & procuratores & compromissarij ad eligendum: est tamen consilium quòd tali committantur in numero impari: vt de arbi. c. j. ¶ Secundum. Siue testator sit clericus siue laicus, deputare potest exquutores testamenti laicos & clericos & religiosos: vt no. in ca. religiosus. de testa. lib. vj. & per Doc. in c. tua nobis. & ibi Pan. in c. Ioannes. de testa. etiam si sit minor xxv. an. secundum gl. in d. c. religiosus. & hoc de cōsuetudine. & sequitur Alb. in l. nulli licere. C. de epis. & cleri, modò sit adultus, etiam in spectātibus ad non pias causas, secundum aliquos vt refert Are. quod approbat consuetudo. & facit c. ij. de test. & tolerari potest secundum Are. modò per hoc non abstrahantur à seruitio diuinorum. Et licet clerici curas secularium actuūvel negotiorum suscipere nō debeāt. xj. q. j. te quidem. nec esse ministri laicorum: hoc tamen est speciale in exequutione ad pias cautas. de testa. c. ij. libro. vj. imò & ad non pias modo prædicto. Sed tamen quo ad religiosum limita primò si à suis prioribus, scilicet immediatis, licentiam obtineat: vt d. c. religiosus. Limita secundò, nisi sit frater minor, cui hoc prohibetur in cle. exiui. de verb. sig. §. proinde vir sanctus. licet possit consulere quomodo exequutio fiat. de quo dic. vt §. seq. ¶ Tertium. Fœmina etiam deputari potest, secundum gl. 10. And. in d. c. religiosus. secundum consuetudinem, quæ est optima legum interpres. & idem Bal & placet: licet Pan. in d. c. tua nobis dicat aliās fuisse consultum quòd non potest: quia mulier non comparet vt procuratrix, sed intentat actionem nomine proprio: de quo per eundem Bal. in l. si quod pauperibus & l. fi quis ad declinandam. C. de episco. & cleric. & sic non obst. lex, neque scientia. ff. de procu. & l. alienam. C. & l. ij. de reg. iur. & iij. q. vij. §. tria. quia, vt dixi, non vt procuratrix comparet. ¶ Quartum. Possunt autem deputari prædicti milites scilicet seculares vel religiosus aut clericus simul, secundum Io. And. in d. c. Ioannes. Non obst. quòd in eodem officio dispar professio esse non debeat. xvj. q. vij. ca. in noua. quia verum est vbi inter gerentes est vnio respectu eiusdem collegij vel corporis. vbi verò ad aliquid agendum admittimus diuersa capita non vt collegium vel corpus vnium; non refert an illi eiusdem aut diuersæ professionis sint, modò vtraque professio

Universidad de Deusto
Biblioteca

persone sit habilis ad id agendum. ¶ Quinetiam. Non autem ad hoc admittitur seruus, nec mutus, nec surdus, nec prodigus, nec furiosus, nec pupillus, licet aliqui contrarium tenuerint de seruo & pupillo, vt ibi ꝛ.no. Alb. ¶ † Secundò quæritur specialiter, quid iura velint de religioso exequutore? Et dico multa præter dicta §. priore. ¶ Primum. Prior aut guardianus, qui suis subditis hanc licentiam dare potest, a suis superioribus non tenetur ipse eam petere, si instituatur exequutor: vt de abbate exeunte ad studia literarū in simili dictum est ꝛ. Excommunicatio. ꝛ. §. vtr. Et sic etiam sine licentia superiorū possunt esse arbitratores: & tenent gesta per eos. ¶ Secundū. Prælatus qui religioso dedit licentiā acceptandi exequutionem pōt eam reuocare, etiā re nō integra, secundum glo. in cle. vnica. de testa. cū religiosus nō habeat velle nec nolle: licet male faceret hoc faciendo sine causa, secundū Io. Andr. exequutio fiet per collegam: aut si alius nō est deputatus p episcopū. ¶ Tertiū. Si religiosus sine licentia superioris exequatur, valent gesta per eum, secundum Ped. dūmodo, superior non contradicat, licet nō consentiat. quod & Bar. in l. vniuersos. C. de decu. lib. x. tenere videtur. & idem Lu. de Ro. in suis singu. & do. Ant. de hoc faciens magnum festum. Sed communiter in c. ij. de testa. lib. vj. tenent quòd non petita & obtenta licentia, exequutio sit ipso iure nulla: quia negatiua præcedens verbum, potest, vt ibi, reddit actum de iure impossibilem. & necessitatem importat: vt vult gl. in regula, uemo potest. in vj. Nec sufficit licentia tacita, secūdum gl. in cle. j. de testa. Sed istā gl. non approbo: quia nulla ad hoc ratio adduci potest, pbabilis: nisi quia tex. dicit, petita & obtenta. Ad quod dico quòd obtinetur & explicitè & tacitè: & similiter etiam petitur. Primam autem opinionem dicoverā, si petat & obtineatur tacitè: & secundā vbi nec sic nec sic. ¶ Quartū. Religiosus etiā exemptus deputatus exequutor, si exequendo delinquat, puniri potest ab ordinario. d. cle. vnica. vbi etiā imponitur illi vt rationem de exequutiōe reddat ordinario: & ordinario vt eam ꝛigat. quod R ic. in iiij. di. xlv. limitat in religioso habente exemptionem communem, & tamen potente conuenire ratione contractus vel delicti seu rei: vt in c. j. de prim. lib. vj. Secus in eo, qui etiā ex prædictis conuenire non potest: quia ab ordinario talis puniri nō pōt. ¶ Quintū. Religiosus exequutor erogare potest suo monasterio, etiā si sit solus exequutor, secundum Pau. quia distinctio personarum, quæ debet esse inter dātem & recipientem, de iu. pa. per nostras. ibi est euidens. de testi. insuper. Et idem dic de cōsanguineo cessante fraude: sibi autem non potest, nisi esset in summa necessitate: quia nūc etiā liceret ei capere aliena. secus si non sit solus, sed cum alijs: quia potest. ¶ Sextum. Si testator voluit omnia distribui de voluntate aut consilio religiosi, secundum Zaba. & Pau. primo casu est quasi exequutor: & idem dicendum de exequutore. secundo autem casu secus, nisi hæres vel commissarius consilium eius sequi teneatur ex mandato testatoris. Hec ex illis qđ notat: quia vbi consilium est, sine quo non, talis est exequutor. Vbi nota quòd si dixerit testator quòd exequutor exequatur cum consilio talis: tenetur petere, sed non sequi consilium. Si verò dicit, secundum consilium talis: tenetur illud sequi, secundum Alb. in l. nulli. C. de epis. & cle. Vide etiā ꝛ. Consiliū. §. iiij. ¶ Septimum. Fratribus minoribus huiusmodi exequutio interdicitur, vt dictum est, in cle. exiui. de verb. figu. hac ratione: quia pro nulla re temporali possunt in iudicio experiri: hæc autem sæpius absq; litigio & contradictione vel administratione pecuniæ nequeunt expediri. Hæc ibi. verum tamen, vt ibi subditur, ꝛ. his dare consilium, ipsorum statui non obsistit, cum ex hoc ipsis circa bona temporalia nulla iurisdictio, actio in iudicio, siue dispensatio tribuatur. Hæc ibi: quæ non intelliguntur de consilio sine quo non, siue necessario: quia tale facit exequutorem: vt parti. priore: sed de voluntario. Igitur dicit Bar. in trac. Mino. & sequitur Sum. Ang. & Ro. quod frater minor potest esse exequutor, quando distributio debet fieri in ipsos fratres vel moniales Sanctæ Claræ subiectas eorum curæ hærede sponte soluente: quia fiet administratio pecuniæ per hæredes vel exequutores alios, & ipse frater arbitrabitur. Et cessant rationes dictæ cle. Sed hoc non bene dicitur: quia licet ista aliquando sine litigio expediantur, tamen vniuersaliter isti prohibentur: & consequenter in casu, in quo cessat ratio legis, fieri non potest sine licentia legislatoris, nisi in necessitate, quæ hic nulla est, vt patet ꝛ. Interpretatio. §. j. non cessat etiam ratio legis hic, cùm oriatur inde iurisdictio & actio. Dicit etiam Sum. Ang. quòd fratri minori circa hæc licitum est esse consultorem. & intelligit de consilio sine quo non: quod tamen fam fallum patet ex dictis. & contrarium tenet Ge. in c. fi. de testa. lib. vj. & Pe. de Ane. & Zaba. & Bal. & Cy. in auth. ingressi. C. de sacrosan. ec. & latè Barba. in c. tua nobis. de testa. in 100 consi. xij. Et ratio est: quia per istam declarationem frater minor esset exequutor in effectu: licet indirectè per alium: & sic fieret fraus legi maximè quia licet hic esset aliqua ratio illius prohibitionis, non tamen omnis: quia stat dispensatio circa temporalia quę saluatur in solo consultore siue electore pauperum, quibus fiet distributio: cum etiam consilium dans dicatur agere: vt patet v. Metaph. ¶ Octauum. Is autem cui ex testamento est iniunctum vt distribuat secundum consilium fratrum minorum, secundum Bar. vbi ꝛ. eo casu quo illi non possunt esse exequutores, de vrbanitate debet eorum consilium requiri. Vbi verò esse possunt, requiri debet etiam de necessitate: sed quia nullo modo possunt esse, nullo modo necessariò requiritur. ¶ † Tertiò quæritur, vtrum deputatus exequutor cōpelli possit acceptare vel exequi, & per quē? Et dico multa. ¶ Primum. Secundum Pan. in d. c. Ioannes. de testa. deputatus exequutor non tenetur acceptare, nisi tacitè vel expressè acceptasset: quia renuntiare non posset. Et dicitur tacitè acceptare, quando aliquid facit pertinens ad hoc: & si scienter recepit literas, quibus sibi officium deferebatur. arg. l. j. ff. de proc. Aut si ipse consensit, quando testator eum ad illud officium deputabat. Ad quod l. vxori. §. j. ff. ad l. Cor. de fal. & facit l. ex sententia. de testa. tut. nō tamen sufficit si præsens fuit & tacuit. ff. de arbi. l. Pomponius. Posset tñ episcopus in legatis ad pias causas citra acceptationem cōpellere. & si nomine exequutorem, saltem vt delegatū: sicut in qualibet alia delegatione: vt C. qui pro iu. iurisd. l. vnica. & c. pastoralis. de offi. dele. ¶ Secundū. Sicut tñ summat Io. And. in d. c. Ioannes. exequutor fideicōmissarius, qui suscepit officium, illud exequi cōpellitur, scilicet post susceptū officiū, & nō ante, si nō vult officiū suscipere, præcipuè si nihil fuit sibi relictū: vel si relictum non agnouit. & intelligitur de dimisso per testatorem: secus de datiuo & legitimo. de quo Spa. eo. ti. ¶ Tertiū. Nō solùm diœcesanus, de quo ibi dicitur: sed etiam habens iurisdictionem episcopalem vel quasi, potest exequutorem compellere: in qua etiam iurisdictione compellendi succedit capitulum mortuo episcopo, de maio. & obed. is quidem autem eo infirmo vel absente: cum hic casibus iurisdictio non transeat in capitulum. ¶ Quartum. Modus autem cogendi est per subtractionem emolumenti relicti sibi à testatore aliàs non relicturo, vel per censuram ecclesiasticam, vel per pœnam arbitrariā de quo in Spe. nisi ex causa emergenti exequutor petat exonerari. ff. de proc. l. si post datum.

Igitur officium hoc & procuratoris & arbitrij secundum

Bonagui. conueniunt in esse à principio voluntarium, sed ex post facto necessariū. Addebat & casum de exequutione voti paterni: vt de vot. licet. Et per hoc arguitur quòd non solum arbiter, sed etiā arbitrator cogi potest sententiā dicere. de quo in Spec. de arbi. §. fi. ¶ Quintū. Diœcesanus autē, per quem secundū d. c. Ioan. debet fieri exequutio, siue compulsio, quantum ad exequutionē legitimā quā habet episcopus originis testatoris: & si alibi habet domicilium, vtercq; potest exequi, secundum aliquos: vel melius episcopus domicilij, nisi in loco originis essent facultates. Quantū verò ad compulsionem exequutoris episcopus exequutoris cōpellet: si tamen officium exequedi suscepit in domicilio testatoris, episcopus ipsius domicilij ratione illius quasi contractus eum compellet, si inueniet eum ibi: aliàs seruabitur c. Romana. de foro cōpe. Vel dico quòd ex quo est absens, exequetur col lega: quē si nō habet, nec aliter testator prouidit, exequetur episcopus testatoris: vt de testi. c. ij. lib. vj. nec instabimus cōpulsioni absentis. ¶ Sextū. Exequutores deputati per testatorem ad distribuendum incerta, per alium exequi nō possunt, secundum Gemi. sed per se debent implere. ad quod c. tua. de testa. & idem Oldra. quod verum intelligit, nisi certa erogatio certæ rei & certo loco facienda commissa esset: quia tūc forte posset alij cōmitti. ad quod de off. dele. is cui. lib. vj. Et idem Io. And. ¶ † Quartò quæritur, vtrum officiū exequutoris transeat ad hæredem vel successorē prelatū. Et quantum ad hæredē dicit glo. in d. c. religiosus. quòd non nisi testator expresserit. & hoc tene per illum tex. licet aliqui teneat contrarium: per l. cum vnus. & l. à filio. & l. alimenta. ff. de ali. & cib. leg. quod quidā limitāt verum, re nō integra: vt de elec. in omnibus. & l. mādatū. C. de manda. Quantum verò ad successorem dici: Zab. in cle. j. de testa. quòd succedit successor. si exequutor erat datus sub nomine dignitatis, nō si ratione persone: quod secūdū Mat. sic cognoscetur: quia si est deputatus ratione dignitatem, datus est ratione personę: similiter si post dignitate, sed est adiectum nomē propriū & appellatiuū: si verò adiectum est nomen appellatiuū tantùm, præsumitur datus ratione officij, & succedit successor. Hæc tamen distinguo, secundū glo. Ioan. And. in c. ij. de testa. lib. vj. procedit in extraneo: sed in propinquo videtur quòd licet nomen non fuerit expressum, cùm affectione hoc factum fuerit, nō trāsibit ac successorem. Distinctio tamen Mat. facit ad multa.

¶ † Quintò quæritur, quid iuris de authoritate exequutoris testamenti? Et dico multa. ¶ Primū. Cùm simpliciter deputant duo exequutores: vno mortuo vel nolente exeq alius possit exequi, nisi testator aliud expresserit: vt est tex. in d. c. religiosus. & similiter si vnus est in remotis, vt ibi. imò secundū gl. ibi, nō est necesse quòd vocetur, sicut & in electione: vt in cōpa propter. & in c. cū inter vniuersas. de elec. & idē secundū Io. Cal. si instituit quatuor aut plures, & mortui sunt duo vel maior pars: quia ad minorē partē spectat exequutio, per rationē dicti tex. Si verò nō multū distaret, esset vocādus: sed si in termino statuto nō veniret, procedēt cęteri. Si etiā sint infirmi nō simpliciter, sed cū aliqua limitatione, puta qp vnus esse alio nō possit, & huiusmodi: seruādum est quod testator ordinauit: vt in d. c. religiosus. ¶ Secundū. An verò agere possit & exequutor contra hæredē: etiner dicūt quòd sic in relictis ad pias causas. C. de epis. & cle. l. si quis. & similiter in alijs, si sit minister & particeps relicti: puta quia testator Falcidiā vel aliā quotam ad eum pertinere voluit: secundū oēs agit ff. de leg. ij. l. si quis Titio. Si verò sit minister tāntùm, nō agit, secundū Inn. sed Host. dicit qp de iure canonico agit cōtra omnes in spectātibus ad vltimæ volūtatis exequutionē: & eis negligentibus agit diœcesanus. de testa. tua. & c. si hæredes. Primā tamen distinctionē tenet Spec. &, vt videtur, Pan. in c. Ioannes. de testi. vbi dicit qp purus exequutor nec canonico nec ciuili iure habet actionē cōtra hæredē: sed potest implorare officium iudicis cōtra detinentes bona defuncti, secundum Dy. in l. Lucius. §. Męuia. ff. ad Treb. & Bart. in l. si quis Titio. ff. de leg. ij. quod glos. in d. §. Mæuia. limitat verū, nisi in legatis ad pias caulas. Allegat. l. nulli. C. de epis. & cle. & idē gl. in d. l. si quis Titio. Siverò nō est purus exequutor, sed legatarius: sicut quādo verba dispositionis conferuntur in eum tacitè vel expressè: sicut relinquo centum Titio, & volo qp ea testimat Mæuio: tunc agere potest cōtra detinentē bona tanquā legatarius. Et idē vbi tacitè confertur in eum dispositio: puta qa est particeps illius relicti, secundū gl. in d. §. Męuia. & in d. l. si quis Titio. ¶ Tertiū. Pro exequutione autem vltimè voluntatis bona defuncti veudere potest exequutor, si est vniuersalis, secundū Pan. in d. c. Ioannes. puta quia omnia sunt distribuēda pauperibus. l. si quis ad declinanda. C. de epi sco. & cle. Si verò est particularis, nō potest, nisi testator expresse concesserit, vt in l. alio hęrede ff. de ali. & cib. lega. sicut hodie cōmuniter datur libera vēdendi authoritas. quod quid importet, vide Bar. in d. l. alio. ¶ † Sextò quęritur quādo exequutor exequi teneatur? Et dicit Pan. in c. nos quidem. de testa. quòd si testator prouidit sibi de tēpore, hoc seruabitur: hoc notato quòd licet testator mādet aliquid fieri intra certū tēpus cōputandum à die mortis suę, intelligitur vt supplet ur, & scientiæ & aditæ hæreditatis. vt probat tex. in l. statu liberos. §. si quis hæredi. ff. de statu li. & facit text. iūcta gl. in l. fi. §. si autē dubius. C. de iu. delib. Si verò de tēpore nō prędicit Pano. in c. si hæredes. de testa. quòd si res legata est in patrimonio testatoris, pōt solui sine mora: qa dominiū illico adita hæreditate trāsit in legatarium: vt in l. si tibi homo. §. cum seruus. & quod ibi no. ff. de leg. j. & in l. cū res. ibidē. vbi dicitur quòd si nō soluat sine mora hæredes condemnantur ad præstādam vsuram & omnem vtilitatem. & idem si esset pecunia legata: vt in l. si domus. §. in pecunia. ff. de leg. j. vbi dicitur quòd ad solutionē tempus modicū dādum est: quod breue tēpus glos. ibi dicit esse decem dies à præcepto iudicis: vel saltem arbitrarium, pensata quantitate & qualitate hæreditatis: & si non habet, debet reperire vndecunq;. l. si pecunia. ff. de leg. ij. Et hoc tene qđo ad obligationem. Quātum verò ad pœnam, scilicet vt cogātur soluere cum omni emolumento & interesse: dicit quòd in legatis ad pias caulas est tempus sex mensium: vt in authen. de eccle. titu. §. si autē legatū. Et idem dicerem in legatis, ad nō pias caulas. per arg. à maiori in d. §. si autē legatum. & hoc à die intimationis siue publicationis testamenti. Quod si per annum à die monitionis per iudicem sibi factæ non impleat quæcunq; relicta, priuatur tota hæreditate, & veniet ad substitutos: vel si nō sunt veniet ordine seruato cohæredibus adeuntibus vel grādi fideicommissario, & cæteris, secundum quod habetur in authent. hoc amplius. C. de fideicommissis. licet posset iudex cogere, etiam ante præfatum tempus exequutores vel hęredes alio remedio. ¶ † Septimò quęritur, quod, vel vbi exequutor distribuere teneatur? Et dico multa. Primum. Vtrū exequutor distribuere possit in filios aut consanguineos proprios: vide suprà Eleemosyna. §. ij. particul. iij. Vtrum verò religiosus hoc possit in se vel in suum monasterium: vide suprà eodem. §. ij part. v. ¶ Secundum. Exequutor nihil erogare potest in spurium defuncti, secundum Zabarel. & Matthe. quia nec per se, nec alio mediāte capere potest. ff. de vulgar. & pupilla. l. si pater. quod Matt. dicit verum, etiam si datum sit exequutori arbitrio disponēdi: quia debet intelligi sibi datum prout à iure, & non contra ius. Quod quidem intelligi

Universidad de Deusto Biblioteca

potest de rigore iuris ciuilis, sed non canonici: vt in c. cum ha
beret. de eo qui dux. in mat. ¶ Tertium si testator dedit exe-
quutori aliqd distribuedũ vbi ei videbitur & placuerit: tene
tur illud distribuere in pios vsus, si aliud nõ apparet de mẽte
testatoris. ar. c. cũ tibi de testa. Sed quia verbũ, videbitur, &
verbũ placuerit, refertur ad arbitriũ boni viri. ff. de fideicõ.
leg. l. Thais. §. sorore sua & l. fideicõmissa libertas. la ij. bo
nus autẽ vir arbitrabitur magis dispẽsandũ pro salute animæ
quàm aliter. de fo. comp. cõquestus. quod maximè sit si pau-
peribus detur. l. id quod pauperibus. & l. nulli. C. de episco. &
cle. dabitur eis aliter episcopus reuocare potest exequutio-
nem. Per. tamẽ de Per. trac. de ca. por. dicit medietatẽ dandã
pijs locis, & medietatẽ pauperibus. nihil tamẽ allegãs. & est
satis equũ. ¶ Quartũ. Si testator reliquit centũ pro malè ab-
latis, & illa nõ sunt tot, residuũ dabitur pauperibus, si simpli
citer disposuit: si verò prohibuit in aliũ vsum cõuerti, erit hę
8 redis. Vide Panor. in d. c. tua nobis. ¶ Octauò quæritur, qua-
liter exequutio testamenti ad episcopũ deuoluatur? Et dico
multa. ¶ Primũ. Secũdũ Pan. in c. nos quidẽ. de testa. exequu
tore nõ exequẽte, si præcessit duplex monitio post negligẽ-
tiã debẽtis exequi, statim in legatis ad pias causas deuoluitur
exequutio ad episcopũ: nec requiritur aliud tẽpus, vt videtur
innuere tex. in auth. de eccl. ti. §. si autẽ qui hoc iussi sunt. &
sic intelligere no. per Bar. in auth. hoc amplius. C. de fideicõ.
Si verò sola vnica monitio præcessit, expectabitur annus à
die monitiõis, antequã deuoluatur ad episcopũ: sed hodie cõ
muniter episcopi habẽt statuta vt tẽpus currat à die mortis,
admonẽdo generaliter quoscũq;: & si sic, deuoluitur post an
nũ intelligẽdo à die mortis. qđ quidẽ limitatur ex doctrina
Pan. in d. c. nos quidẽ. à die mortis, supplẽdo & sciẽtiæ & adi
tæ hæreditatis. Limitatur etiã ex doctrina Rich. si habet bo
na in prõptu, de qbus possit intra annũ implere legata. Sed
vtrãq; limitationẽ Pan. in c. quia diuersitatẽ. de cõcess. prębẽ.
impugnat dicẽs. No. scilicet ex tex. ibi, quòd tẽpus prefixũ in
odiũ negligẽtiũ, nõ currit impedito impedimẽto iuris. exẽ-
plũ ibi suspẽsione. vel facti exẽplũ ibi tẽpore quo stetit in cu
ria post absolutionẽ. & hoc bene notabis. Secus dic quãdo tẽ
pus esset præfixũ nõ in odiũ negligẽtię sed in fauorẽ alterius
qa istud currit etiã ignorãti. Pro quo est bonus tex. in l. gra-
ue. ff. de his q no. infa. vbi tẽpus anni currit etiã mulieri igno
rãti mortẽ mariti. & vide gl. no. in c. statutũ. de pręb. lib. vj. &
not. dictũ Spec. in tit. de instru. edi singulare & quotidianũ,
scilicet qđ si exequutor testamẽti nõ potuit exeq intra annũ,
nihilominus deuoluitur potestas ad episcopũ, ar. in l. nulli. C.
de epi. & cle. & in c. nos qdẽ. de testa. nec reddit rationẽ. Sed
tu redde per prędicta? qa illud tẽpus nõ fuit præfixũ in odiũ
exequutoris, sed potius in fauorẽ defuncti: ne diu eius volun-
tas differatur. Deinde autẽ refert se ad no. per eum in repet.
cap. cum omnes. de testa. vbi præfert dictas limitatiões huic
dicto: quia hoc tempus statutum est in odiũ negligentis exe
quutoris & fauorẽ alterius. Et hoc sequitur Sum. Ang. & Ro.
sed primũ mihi placet magis. Sum. tamẽ Ros. quæ in diuersis
§. tenet vtrunq;, sibi est incõpassibilis. ¶ Secũdũ. Si autẽ quis
relinquit cẽtũ pauperibus declarãdis per Semproniũ: elapso
anno declaratione nõ facta nõ potest episcopus eligere pau
peres vigore statuti: de quo in priore parti. secundũ Bar. in l.
cum quidã ita. ff. de leg. ij. & Pan. in d. c. nos quidẽ, quia sta-
tutum loquitur de exequutore: & in eo haberet locum, & nõ
posset se amplius intromittere. ar. c. literas. de supp. neg. præ
la. Habens autem declarare, nõ est exequutor: sicut dicimus
differentiam inter iudicem qui declarat, & exequutorem. C.
de exe. rei iu. l. executorẽ. Et ita tenet Sum. Ang. quam sequi
tur Ros. ex hoc inferens quòd frater minor potest esse decla

rator, & si non exequutor. Sed ego dico quòd iste & si non sit
exequutor totalis, est tamẽ partialis qa cõsiliũ dans est cau-
sa effectiua, quãdo cõsiliũ est sine quo nõ: nec e contrario quare
ad istũ nõ extẽdatur statutũ, cũ in eo habet locũ rõ expressã
eius, quę est ne animę patiatur. ¶ Tertiũ. Prædictã aũt deuo
lutionẽ habere locũ in legatis ad pias causas nõ est dubiũ, se
cundũ Pan. in c. si hęredes. de testa. in alijs autẽ est diuersitas
inter doct. quã ipse cõcordat. & Arch. ij. parte, ti. x. c. ij. Ipse
tamen Pan. in dicta repetitiõe tenet indistinctè quòd episco
pus potest se intromittere de istis: siue procedat ex officio, si
ue actione intẽta per legatarios. Ex quo infert qđ exequutio
vltimæ volũtatis etiã ad nõ pias causas, ad episcopũ lapso an
no deuoluitur. Vide vbi ŝ. ¶ Quartũ. Si testator expresse pro-
hibuit ne episcopus se impediat: dicit Pan. in d. c. tua nobis. de
testa. qđ quo ad cõpulsionẽ executorũ nõ valet: quia sicut, si
ipse viueret, nõ posset se eximere à foro episcopi: ita nec sub
trahere potuit exequutores: vt patet in d. c. tua nobis. Quan-
tum verò ad deuolutionẽ exequutiõis, dicit idẽ ibidẽ qđ si te
stator prouidit de alio exequutore in casu negligẽtię primi,
ille exequitur, nõ episcopus. ar. in l. nulli. & in l. si quis ad decli
nandã. C. de epis. & cle. si autẽ solùm prohibuit episcopo exe
qui, nõ prouiso sibi de alio exequutore: tũc in legatis ad pias
causas nihilominus exequetur episcopus. tex. est bonus in au
then. de eccl. ti. §. si quis autẽ pro redẽptione. cũ duobus seq. &
in d. c. tua nobis. in alijs aũt nõ. ¶ Quintũ. Si testator prohibuit
rationẽ reddi ordinario ab exequutore: Pan. vt refert Za-
ba. in cle. j. de testa. dicit qđ si exequutor ex indebita admini-
stratione deliquit, nõ valeret remissio: quia nõ est verisimile
testatorẽ posuisse illã clausulã in elusionẽ suę volũtatis & põ
tificalis officij: nec etiã posset testator impedire officiũ ordi
narij isto casu: vt d. cle. j. & c. nos quidẽ. eo. tit. aliàs verò si ex
distributiõe vel detẽtiõe delictũ nõ cõmittit: nec offenditur
testatoris volũtas, qđ vtrunq; posuit in volũtate executoris, 9
valeret remissio. ¶ † Nonò quæritur, vtrũ dilatio exequutio-
nis eleemosynarũ præiudicet animę testatoris? Et dicit San.
Thom. in quolib. vj. ar. xiij. quòd nõ quantũ ad meritũ, maxi-
mè si quantũ in eo fuit causam adhibuit vt eius elemosynę
citò darentur: quia meritũ principaliter ex voluntate & intẽ
tione depẽdet: sed quantũ ad effectũ eleemosynę patitur de-
trimentum, non quidẽ vt puniatur per huiusmodi tarditatẽ,
sed quia non adhibetur remediũ expiationis pœnę, cũ nõ sit
suffragium vnde subleuaretur. Similiter nõ patitur detrimẽ
tum si differatur restitutio quam fieri mandauit: licet causã
id est, in morte, si fecit quod potuit. Hæc ex illo. ¶ Ex quibus
patet primò quòd negligentia seu remissa voluntas testato-
ris disponendo nocet ei quo ad meritum: & negligentia exe-
quutoris circa suffragia nocet ei: quia non liberatur à pœna
purgatorij ita citò: non autem negligentia exequutoris cir-
ca restitutionem: quia scilicet illa nõ ordinatur ad expiandã
pœnã: vnde nec est pars satisfactionis. vt ŝ. dictum est. Et idẽ
contra San. Tho. & veritatem tenet Sum. Ang., quòd anima
non intrat cœlum nisi restitutione facta. ¶ Patet secundò qđ
non debet exequutor multùm tardare vt rebus defuncti me
lius venditis maiorem eleemosynã faciat: nisi illud augmen
tum eleemosynæ sit valde magnũ, & tẽpus tardationis val-
de paruum: sic quòd arbitrio boni viri melius sit tardare de
quo San. Tho. in quol. dicit quòd licitè hoc fit in mora mo-
dici temporis, in qua non videtur magnũ periculũ vel detri-
mentum. quod limita vt ĩ. Vnde subiunxit quòd si per multũ
tẽpus differat, vt in modico ampliores eleemosynas faciat
nõ excusatur à culpa: puta fortè defunctus à purgatorio libe
ratur interim: & sic frustratur remedio quo multũ indigebat.
Hoc autẽ relinquitur prudẽtis exequutoris examini, vt con
side

siderata dilatione temporis & conditione personæ, quæ ci-
tius vel tardius liberanda est, & quantitate augmenti elee-
mosynarum, faciat quod viderit magis expedire defuncto.
¶ Patet tertiò quòd tã hæres quàm exequutor ex tali dila-
tione præcipuè magna mortaliter peccat: quia iniustè infert
defuncto damnũ notabile, si nõ facit quantũ põt: nec excusa
tur hæres, quia cõmodè nõ põt: nec exequutor, etiã si nõ po
test, cùm debeat intimare hoc episcopo qui cogere põt. de
testa. Ioannes. Vnde tales dicuntur egentiũ necatores: & ab
ecclesia abijciendi. xiij. q. ij. qui. & duobus seq. & sic sunt ex-
10 cõicandi: & cõsequenter mortaliter peccãt, secdm Arch. post
Io. de Nea. ¶ † Decimò quæritur, quæ sit pœna negligentis
exequutoris, siue sit hæres, siue alius? Et dico multa. ¶ Pri-
mum. Sicut per leges imponuntur circa huiusmodi pœnæ:
ita testator põt suis hæredibus pœnã imponere, si suæ non
paruerint volũtati. Insti. de leg. §. pœnæ. dũmodo nõ præci-
piat turpe vel inhonestũ. ff. de condi. insti. quidã de hoc. imò
& potest imponere legatario & exequutori per subtractio-
nem eius quod eis obuenturũ erat de patrimonio testatoris:
vt patebit §. seq. ¶ Secundum. Hæres (intellige de extraneo)
debet intra annũ à die monitionis (intellige faciendæ per iu
dicem cuius interest siue sit episcopus siue alius) implere vo
lũtatem defuncti: vt in auth. de hære. & fal. §. si quis verò. vbi
secundũ gl. sufficit vnica monitio. & est cõmunis opinio. &
hoc in relictis etiã ad nõ pias causas: & post annũ potest pri-
uari tota hæreditate, & omnibus bonis relictis: vt no. Barto.
Bal. Imo. & Inno. Imò ad hoc vt auferri possit relictũ ad pias
causas cũ omni eius emolumento, sufficit lapsus sex mensiũ
à publicatione testamenti: vt in auth. de ecc. tit. l. si autem le
gatum. secundũ Imo. de quo ŝ. §. vj. & secundũ Arch. post do.
Ant. & Zab. si hæres sit negligens in adimplendo volũtatem
defuncti, poterit episcopus etiã non expectato anni lapsu in-
terdicere ei omne relictũ illi cũ fructu & emolumẽto. quod
innuere videtur c. si hæredes. eo. tit. & glo. ibi secundũ vnam
lect. Potest aũt episcopus in relictis ad pias causas monere
hæredem vel exequutorem statim post mortem testatoris:
quia in his nõ requiritur aditio hæreditatis, vt no. Bar. & re-
fert Arch. sed in alijs monere nõ poterit ante aditã hæredi-
tatem. vt no. Imo. post Pet. de Anc. ¶ Tertiũ. Si autem hęres
sit filius, vtrũ priuetur tota hæreditate etiã legitima: sunt o-
piniones, vt refert gl. in d. c. si hæredes. & Arc. ij. parte, tit. x.
c. iij. & tenet Hos. quòd sic. cum quo est Io. And. ibi & Arch.
in c. Syluester. xj. q. j. & Cal. in quadã disputatione: & Per. de
Anc. & do. Ant. in relictis ad pias causas. Sed Zab. tenet quòd
legitima nõ priuatur propter hanc negligentiã tadde vel cõ
tumaciam, etiã in relictis ad pias causas: quia illa nõ proue-
nit sibi ex voluntate defuncti, sed iuris dispositione. Ego ve-
rò distinguens dico quòd si hæreditas est diuisibilis, reserua
bitur ei legitima. C. de fideicom. auth. hoc amplius. Si verò
sit indiuisibilis: vt quia ducatus, regnum, vel huiusmodi: sic
totam perdet: de vot. licet. in fi. Et hæc intellige in dispositis
per testamentũ: quia ipso iure habent authoritatem, vt lega
ta, substitutiones, & huiusmodi: in alijs aũt hæres necessariò
seruare nõ tenetur: vt si præcipiatur hæredibus quòd stent
simul vsq; ad tale tempus: vel quòd talis tali nubat aut non
nubat, & huiusmodi. Si autem in huiusmodi testator vult hæ
redem obligare, adijciat pœnã in testamento, dãnando hæ-
redem in legato præstando causa pœnæ: puta, Petre hæres
meus, si tale quid nõ feceris, dato centũ Titio: quia sic tene-
bit legatum, nisi præcipiatur impossibile vel turpe aut con-
tra leges. Inst. de leg. §. pœnæ quoq;. ¶ Quartũ. Practica au-
tem contra negligentem hæredem, secundum do. Ant. erit
in relictis ad pias causas, vt primò ei interdicantur omnes
reditus, & ex eis satisfiat si est possibile: alioquin si perseue-
rat cõtumacia, priuet tota hęreditate, etiã si sit filius de quo
tamen tu dic vt parti. priore. in alijs verò non ad pias causas
& similiter primò satisfaciat de reditibus: & deinde procedat
ad priuationem hæreditatis ex toto, si hæres sit extraneus,
vel relicta legitima si sit filius, & huiusmodi. de quo etiam
dic vt ĩ. ¶ † Vndecimò quæritur, vtrum pœna apposita à te- 11
statore possit exigi? Et dico quòd si apposita sit pœna priua
tionis cum turpi conditione adiecta: vt quia legat prædium
mendicantibus sub conditione cadendi à legato si alienant,
cùm tamen ipsi debeant alienare: & sic abijcitur conditio: &
legatum stat sine pœna, secundum Arc. Quod intelligo e-
tiam si ex priuilegio possunt illud habere: quia possunt re-
nuntiare. Et idem dic si conditio sit impossibilis: secus si ho
nesta. de quo dic vt ĩ. Legatum. j. §. iiij. Si verò apposita sit pę
na deuolutiua sub honesta conditione vel modo: quia legat
centum Petro cum hoc vt det 50. pauperibus, vel in officia
celebranda: aliàs legatum deuoluatur ad talem: erit locus il
li pœnæ. secus si sit inhonesta vel impossibilis. Si verò appo-
sita sit pœna augmentatiua relicti: vt quia legat centũ dan-
da pauperibus intra certum tempus: alioquin dentur ducen-
ta: secundum Bern. ar. c. Raynaldus. de testa. locus est pœnę:
& exigi potest si afficiat patrimonium testatoris: qui licet
non possit imponere pœnam hæredi vel legatario, cùm in
eum non habeat iurisdictionem, potest tamen adimere sub
nomine pœnæ bona eis legata, vel relicta: quæ pœna habe-
bit locum etiam in foro conscientiæ, cùm naturaliter obli-
getur honoratus. de testa. c. cùm in offi. cijs. Pro quo aduerte
quòd hæc pœna reducitur ad conuentionalem: de qua ŝ. Pœ
na. §. xv. part. vij. ¶ † Duodecimò quæritur, cuius expensis ser 12
uus legatus per exequutorem reddatur legatario, siue quæ-
rendus sit? Et dico quòd glos. in l. cùm seruus. ff. de legat. j. &
refert Pan. in cap. indicante. de testa. distinguit quatuor tem
pora: dicens quòd expensis hæredis si tempore testamenti
erat in fuga. quod intellige si erat longe: sicut & de alia re
legata dicimus, vt in l. cùm res. ff. de leg. j. Secus si prope. Ex
pensis verò legatarij, si fugit post testamentum ante mor-
tem testatoris. Si verò fugit post mortem eiusdem, & ante
aditam hæreditatem, si fugit culpa hæredis, tenetur ad æsti-
mationem: si verò sine culpa, non tenetur nisi veniat ad ma
nus eius. & idem si quarto tempore, id est, post aditam hære
ditatem. Ratio, quia sicut hæres liberatur interitu rei reli-
ctæ: intellige debitæ in specie, non in genere, vel in quanti-
tate. l. quod te mihi. ff. si cer. pet. ita liberatur à fuga serui si-
ne sua culpa. Sed in primo casu videtur testator sic voluisse.

De Testibus.

1 *Testis quis esse possit.*
2 *Testis quando admittatur in causa propria seu communi.*
3 *Testes singulares qui & quando probent.*
4 *Testis de auditu solo an admittatur.*
5 *Testium numerus in quauis causa necessarius.*
6 *Testificatio qualiter & quando fiat.*
Testis se ipsum ingerens, reijcitur.
7 *Testes si discordent, quid iuris.*
Testis sibi contradicens, repellitur.
8 *Testes quomodo obligentur ad testificandum.*
9 *Testis falsi quæ sit pœna.*
10 *Testis falsus quomodo teneatur restituere.*

TESTES antiquitus superstites vocabantur eò quòd supra causarum statum proferebant: nunc verò parte nominis ablata, scilicet per aphæresim testes vocantur: de verb. sig. cap. forus. §. testes. qui dicuntur legitimi vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

omni exceptione maiores, quando nulla legitima exceptione repelli possint, secundum glos. in cap. j. de confess. & affi. & Inst. de inuti. stip. §. item verborum. ¶ † Primò autem quæritur, quis possit esse testis? Et dico quòd quilibet qui non prohibetur: cùm edictum de testibus sit: prohibitorium, sicut & de procuratoribus. ff. de proc. l. mutus. de spon. l. cùm apud. Quis autem prohibeatur, colligitur ex septem conditionibus requisitis in teste: de quibus in his versiculis, Conditio, sexus, ætas, discretio, fama. Et fortuna, fides, in testibus ista requires. ¶ Dicitur ergo primò conditio. Nam seruus non potest esse testis. d. c. foras. C. de testi. l. quoniam liber. & nij. q. iij. §. item in criminalibus, quod tamen fallit cùm de facto serui quæritur, & non pro domino vel contra dominum: vt in d. §. item in criminalibus. similiter in defectu testium: sed tũc admittitur cum tormentis: vt in d. §. item. inverbo, item. serui. Similiter nec regularis coram iudice seculari sine licentia superioris: quia licet possit esse testis, ar. l. j. ff. eo. & in auth. de mona. §. cogitandum. & no. Spe. eo. tit. & facit ratio prædicta: quia non munenitur prohibitum: nec sit mortuus mundo per omnia, vt no. Pan. in c. cùm nuntius. eo. tit. tamen hoc limitatur verum, vt s. scilicet coram iudice seculari de licentia superioris, non aliter, secundum Spec. ibi. & Io. And. in addi. ibidem. & Alb. in ru. C. eo. & facit canonachi. el ij. x. vj. q. j. & c. placuit. ij. q. vij. si tamen sine licentia testificetur, nihilo minus valet, secundum Pan. in d. cap. cùm nuntius. & idem Ang. in §. fi. liberetur. in auth. eo. vbi dicit quòd si clericus vel religiosus deponat vt coram iudice seculari sine mãdato superioris, non valet: secus si volens. Io. tamen And. contrarium tenuit, scilicet quòd non valet. quod Sum. Ang. dicit verius. Sed ego dico quòd est falsius, per ea quæ adducit Pan. vbi s. ¶ Dicitur secundò sexus. Nam licet mulier de iure ciuili admittatur in ciuilibus, etiam in codicillis & vltimis voluntatibus, præter testamenta, secundum Accurs. & in criminalibus. xv. q. iij. ex eo. ff. de testa. l. qui testamento. §. mulier. Iusti. de testa. §. test. tamen de iure canonico nõ admittitur in criminalibus criminaliter. xxxiij. q. v. c. mulierem. nisi in crimin alibus exceptis, scilicet simonia. cap. tanta. de simo. & sic intellige d. ca. forus. In ciuilibus autem & spiritualibus & quibuscunque alijs, aut etiam in criminalibus cùm agitur ciuiliter, vt in denuntiatione aut etiam inquisitione, admittitur, nisi vbi expresse prohibitum inueniatur: vt in testamentis nor. Io. Andr. in addi. ad Spec. eod. titu. & facit c. quoniam. & cap. cum literis. de testi. Quomodo autem non debet trahi ad iudicium pro testimonio, sed ad eam mitti: habetur in cap. mulieres. de iudi. lib. vj. & suprà Iudex. ij. §. j. ¶ Dicitur etiam tertiò ætas. Nam in causa ciuili requiritur pubertas. iiij. q. iij. cap. j. In criminali verò ætas xx. annorum. ff. eo. l. inuiti. l. ij. & l. in testimonium. iiij. q. iij. testes. poterit tamen pubes testificari deviris in impubertate, si erat doli capax quando vidit, arg. Inst. de inuti. de stip. §. pupillus. ff. de neg. gest. l. in negotijs. aliter non, quod not. xxxvij. distin. relatum. & dictum impuberis facit plenum indicium ad torturam: vide s. Impubes. ¶ Dicitur quartò discretio. Nam furiosus & mente captus non admittitur, sicut nec ad officium iudicandi, vt ibi. iij. q. vij. ita. nisi habeat lucida interualla. ff. de testa. l. qui testium. §. nec furiosus. argu. de spon. dilectus. xxxij. q. vij. nec furiosus. vij. q. j. quamuis. ¶ Dicitur quintò fama. Nam infames à testimonio repelluntur. de testa. co. præterea. & præcipuè in criminali causa. extra eo. cap. testimonium. nec prodest pœnitentia. ij. q. iij. § hinc colligitur. ¶ Dicitur sextò fortuna. Nam diuiti magis creditur. ff. de testibus. l. iij. C. ad l. falcid. auth. sed cùm testator. pauper autem repellitur, si est talis conditionis quòd pecunia corrumpi possit. aliàs non. arg. Inst. de suspec. tu. §. vltim. sed hoc iudici considerandum est. iiij. quæstio. iij. testis. ¶ Dicitur septimò fides. Nam infidelis contra fidelem non admittitur. ij. quæst. vj. si hæreticus. ff. de testib. l. ij. de hære. excommunicamus. Adduntur & quædam alia, quæ aliquando repellunt à testimonio. ¶ Octauò enim repellit consanguinitas vel affinitas. Vnde non est testis idoneus pater pro filio, aut econtrario. l. testis. ff. eo & iiij. q. iij. §. item testis. Et idem est generaliter de ascendentibus & descendentibus per lineam rectam pro & contra. iiij. q. iij. §. item in criminali. & idem de matre. Quod limita primò vbi non agitur de correctione vel prohibitione peccati vel illuminatione fidei: quia in istis vbi affectio carnalis communiter nihil operatur, valet: sicut testimonium Christi de patre, not. Panorm. in cap. in omni. eo. tit. & secundò vbi non quæritur de ætate & natiuitate. qui si sint leg. transmutilla. & cap. per tuas. & tertiò extra testamentum. de peculio castr. l. qui testamento. ff. de testa. & quartò extra matrimoniales causas: quia in matrimonijs aliquando admittuntur parentes. Sed quia Doctores in hoc variant, dic quòd iudex arbitrabitur de suspitione vel non suspitione contra parentes: & ex hoc quòd filius vel filia ex eorum testimonio reportat honorem aut vituperium. argu. l. iij. ff. eo. & bona glossa in cap. ex literis. eo. tit. Sunt & quædam personæ quæ aduersus coniunctos testimonium dicere non coguntur, vt aduersus socerum, generum, vitricum, priuignum sobrinum, fobrinam, fobrino natam, eosque qui in priori gradu sunt. Item aduersus patronum, patronam, & liberos eius: vt d. §. item in criminali. iiij. q. iij. & aliæ personæ de quibus ibi. ¶ Nonò familia. Nam repelluntur testes de familia actoris. l. pen. ff. eo. & familiaris. C. de his qui ad ecc. confu. l. fin. §. fanè. Nec de domo actoris vel acclatoris in causa ciuili aut criminali testes produci debent. ij. q. v. per totum. d. §. item in criminali. Qui tamen sunt de collegio, admittuntur super facto vel non facto collegij, secundum Panor. in cap. tertio loco. de probationi. quando est tale quod per alios probari non potest. text. est in cap. veniens. extra eod. & similiter illi qui sunt de conuentu, super professione illius, qui reperitur à conuentu, secundum Panorm. in cap. nuper. eod. titu. quia causa non est singularis, sed monasterij: & sic dicuntur testificari in causa propria. Vnde prælati de ordine Minorum hoc casu experiri possunt in iudicio. & idem de clericis in causa ecclesiæ suæ: & de singularibus in causa vniuersitatis: quia non est causa singulorum. xij. q. ij. cap. episcopus. §. qui manumittitur. xiij. q. ij. super prudentia. extra eo. insuper. vbi Panormit. idem dicit de prælato in causa ecclesiæ suæ. Quod limita, nisi tales pro monasterio vel vniuersitate aut ecclesia fuerint actores vel respondales: vt in cap. insuper. eod. tit. ¶ Decimò, inimicitiæ & amicitiæ. iiij. q. iij. testes. versi. ideoque. in persona. in quo tamen iudex arbitrabitur. arg. ff. eo. l. iij. §. j. ¶ Vndecimò, non admittitur lacus contra clericum in causa criminali criminaliter. ij. q. vij. ipsi. Vide Pan. in cap. cùm non ab homine. de iudi. & in c. de cætero. de testi. ¶ Duodecimò nec socius criminis. lxxix. di. c. si quis. in gl. Quod fallit in exceptis: vt in crimine læsæ maiestatis & simoniæ: vt in d. gl. & hæresis. Nec obstat extra eo. quoniam. vbi admittuntur socij criminis: quia illud est speciale in causa denuntiationis: vel admittuntur vbi ad præsumptionem de adul. significasti. vide s. Iudicium. §. v. ¶ Decimo tertiò nec criminosus quandiu perseverat in crimine: qui si fit emendatus, non repellitur in causa ciuili: sed in criminali, si prius fuit conuictus vel confessus, vel nunc per exceptionem conuincitur, vel grauata est eius opinio pro eo quòd aliquando fuit repulsus: aliàs verò etiam in criminali recipitur

extra eod. testimonium. ¶ Decimoquartò, nec obscuri & ignoti nisi cum tormentis aut verberibus: vt in auth. eo. l. sancimus. ¶ Decimoquintò, nec exequutores negotiorum, qui in ipsa causa fuerunt actores vel respõsales. extra eod. super. imò qui fuit procurator vel aduocatus in priori iudicio, non recipitur in testem in causa appellationis: extra cod. Romana. lib. vj. Vide etiam in §. vj. Sed tamẽ circa prædicta aduerte duo. ¶ Primum. Exceptis casibus expressis à iure ex circũstãtijs iudex arbitrabitur super amissione vel repulsione testis: quia isto casu dicitur iudici, tu magis scire potes quis admitti debeat vel repelli. ff. eod. l. iij. §. j. Ad quod conferunt etiam illa tria quæ detrahunt fidei testis, scilicet si variat, si vacillat, si negatiuam probare contendit. de causa possess. & proprie. c. cum in ecclesia. & ibi Panor. diffusè. ¶ Secundum. Testes repellendi de iure admitti debent, si is, contra quem producuntur, eorum testimonio in alio iudicio vsus fuerit: nisi docuerit aliquid legitimum post emersisse. C. eod. l. si quis testibus. & in dicto §. item in criminali. ver. si quis testibus. ¶ Adde tertium quòd sacerdos (intellige de honestate) non debet esse testis in instrumentis confectis totaliter inter seculares. xiiij. q. ij. quanquam. ¶ † Secundò quæritur specialiter, vtrũ quis debeat admitti testis in causa propria vel communi sibi & alteri? Et dico quantum ad primum quòd non regulariter, nec principaliter, nec secũdariò. C. e. l. omnibus. vnde nec venditor in causa rei venditæ admittitur pro emptore: quia videtur propria venditoris. nec debitor in causa pignoris pro creditore. ff. de appel. l. ab exequutore. Non tamen negari potest quin aliquãdo in causa propria quis testificetur, attentis circunstantijs personarum & causæ: vt in c. fin. de iureiur. & in c. fi. eod tit. lib. vj. & apertius in cap. ex ratione. de proc. & facit quod no. Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur. volens quòd quando actor scit plenè veritatẽ, puta de mutuo à se facto, & est persona honesta: si habet pro se vnũ testem bonum, defertur ei iuramentũ, & facit probationem perfectam. Vnde quod prius dictũ est, fallit primò in legata pijs & fideicõmissarijs, qui ferũt testimonium in causa testamẽti, cùm agitur de hæreditate, non de legatis, nec fideicõmissis: & possunt scribi & esse testes in testamẽto, in quo eis aliquid legatur. C. de testa. l. dictantibus. & secundò in collegijs & corporibus & ecclesijs: vt §. priore. casu ix. & ij. in causa prædicto Bart. Quantum verò ad secundum, quòd in causa communi duorum alter admitti nõ debet ad testimoniũ: quia causa communis duorum vtriusq; est. ff. de ritu nupt. l. illud. ¶ † Tertiò quæritur, vtrum testes singulares sic admittantur vt probent? Et dicit Panor. in c. bonæ memoriæ. el j. de elec. quòd testes dicuntur singulares, quando deponũt super diuersis factis, ita quòd quilibet est singularis ex dicto suo. Quando verò obiectum super quo deponunt, fuit repræsentatum sensibus testium eodem tempore, tunc sunt cõtestes, & non singulares: quia tunc videntur deponere de facto eodem. Vel dic breuiter quòd testes dicũtur singulares quando quilibet sigillatim testificetur aliquid quod non est vel re vel talis præsumptione sufficiente ad sententiam ferendam illud quod testificatur alius. Igitur testes singulares regulariter nõ probãt, secundum eundẽ ibi. quod tamen limitat gl. in l. ob carmen. ff. de testib. & Ang. in disputatione quadam, quando actus non habet cõtinuitatem: quam si habet, vt forensis. si vnus post alium videat per foramen valet testimonium. & per Innoc. & Ioan. And. in c. qualiter & quando. el ij. de accu. vbi pater quòd possides rem probare potest per testes singulares: & sic de similibus. Sed secundum descriptionem quã subiungit, non oportet sic limitare. Vnde Bal. dicit quòd in dicto casu fornicationis non præsumitur pluralitas actuum. ¶ †† Quartò quæritur, vtrum admittantur testes de auditu solùm? Et dicit Spec. in tit. de testibus. quod testes existentes iuxta parietem vel cortinam, de auditu fidem faciunt: vt in cap. præterea. de testibus. & ibi glo. & idem Host. ponens exemplum de quodam qui dominæ suæ annulum subtraxerat, & coram ea farebatur, coram testibus verò negabat: & illa rogauit notarium & testes absconditos post paretem super confessione furti: quasi velit quòd cõfessio possit probari per testes, licet ipsi non viderint personam loquentem, quod est notabile verbum, secundum Panor. in c. ex literis. de consue. & idem voluit Bart. post glosin l. ij. §. idem Labeo. ff. de aqua pluuia arcen. Et facit ad quæstionem an testis possit deponere super verbis, si habet notitiam vocum. de quo gl. in cap. testes. iij. q. ix. & Panor. in cap. cum causam. de testi. & cõmuniter tenetur per Legistas quòd sit speciale in testamẽto, ve non valeat testimonium, nisi testes audiuerint & viderint testatorem loquentem: vt est text. in l. si non speciali. C. de testa. & hoc fortè ideo, quia solet infirmantiũ vox mutari, & faciliter posse fingi. ¶ † Quintò quæritur, quid iura tradiderint de numero testium necessariorum in qualibet causa? Et dico q̃ licet regulariter vnus testis nõ sufficiat, sed vox vnius vox nullius. extra eo. veniens. in fi. & cap. cùm à nobis. eo. tit. & cap. quoniã. in fi. de proba. & regulariter duo sint necessarij, & sufficiant. ff. eo. vbi numerus. iiij. quæst. ij. cap. si testes. §. item numerus. tamen vnus testis facit præsumptionem. de suc. ab inte. cap. fi. vbi dicit Panormit. vnum singulare, quòd vbi agitur de magno præiudicio seu re magni valoris, no defertur iuramẽtum in supplementũ probationis, per id quod not. in cap. fin. de iureiu. and. quod etiam verum est in præmisso super iure ecclesiæ. Quandoque etiam vnus facit probationem, primò quidem in papa, qui est idoneus testis etiam solus. de testamẽt. à nobis. etiã de his quæ viderit ante papatum secundum Lud. de Ro. & duas glo. Ioan. Andr. scilicet in cap. j. de renunt. lib. vj. & in cap. ad apostolicæ. de re iud. eo. lib. de cõsuetudine etiã curiæ statur dicto Cardinalis in dictis vel actis coram eo: vt not. Hostien. de appellatio. e. cõstitutus. el ij. Secundò in his, in quibus non fit alteri præiudicium, puta an ecclesia fit consecrata: an aliquis sit baptizatus: an peterit cõfessorem, & huiusmodi. de cõsecra. distinctio. iij. paruuli. Tertiò vbi agitur ad peccatũ impediendum. ar. cap. super eo. el ij. eod. titu. & glo. in cap. nuper. eod. titu. & ij. quæstio. j. multi. vnde vnus impedit matrimoniũ contrahendũ. Quartò in foro cõscientiæ: puta cùm quis dicit se cõfessum. extra eo. testimonium. quod intelligo nisi sit probabilis cõiectura in contrarium. Quintò de contentu partium: cùm etiam & testimonio aduersarij stari possit. C. de fideicommissis. l. fin. Sextò quando testator mandauit stari dicto alicuius quem informatum dicit de sua intẽtione: quia nihil potest opponi, secundum Barto in l. Theopompus. ff. de do. præleg & not. Panor. in c. in nomine dñi. eo. tit. Septimò cùm quæritur an aliquis sit emẽdatus: quia standum testimonio sacerdotis. d. ca. testimoniũ. Octauò in correctiõe fraterna: quia prima correctio per vnũ solũ pbatur. extra eo. in omni. ij. q. j. si peccauerit. Nonò in ciuilibus, in qbus vnus testis cũ fama sufficit. arg. de appel. c. j. in glo. & suprà Probatio. §. iij. Aliàs nullius quatũcunq; exercitatæ personæ cõfessioni fides est adhibẽda, scilicet in iudicio, nisi competẽtes habeat probationes. vj. q. ij. per totũ. nec etiã episcopi. vt in c. placuit. ea. q. ¶ In aliquibus autẽ requirũtur testes plures quàm duo. Na in testamẽtis requiruntur septẽ, licet in legatis ad pias causas sufficiant duo: vt ti priore. j. §. vij. In codicillis quinq;. C. de codicil. l. fi. In donatione causa mortis quinq;. C. de do. causa mor. l. fin. Item quando debitor vult probare debitum solutũ quod fa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctum erat in scriptis,quinq. C.eod.testium. In contractu qui excedit libra auri, facto in scriptis ab imperito in ciuitate, quinq. C.si cer.per.auth.sed nouo. Ad reprobandum autem instrumenta quatuor meliores de scriptis in instrumẽto,vel quinque,secundum glo.in c. Ioannes. de fide instru. de quo die vt suprà Tabellio.§.fi.in pecunia verò deposita requirun tur tres,in auth.de fide instru.§.si quis igitur. In purgatione canonica requiritur testes:vt 5.Purgatio.§.iiij. ¶ Ad damnationem etiã aliquorum requiritur numerus maior:quia episcopus cardinalis nõ dãnatur nisi lxxij.testib⁹.ij.q.iiij.prẽsul. presbyter cardinalis.lxiiij.diaconus cardinalis xxiiij. subdiaconus & inferiores cardinales vij.ij.q.iiij.præsul.&.c.seq. qđ tamẽ specialiter habet locum in episcopis & alijs clericis ecclesiæ Romanæ triplici ratione quam ponit San.Tho.ij. ij. q.lxx.contra papam tamẽ nõ multiplicãtur,sed duo sufficiũt secundum glos.in d.c.præsul.& similiter contra quoscunque alios etiam episcopos,sufficit ad condemnationẽ testimoniũ duorum.ij.q.v.per totum. ¶† Sextò quæritur, qualis debeat esse testificatio testium? Et dico quòd primò regulariter nõ debẽt induci nec possunt recipi ante litis cõtestationẽ:quod tamẽ fallit in viginti casibus,de quibus in c.quoniam.vt lite non conte.& ibi glos.& Pan. imò quando ignoratur malefactor,recipi possunt etiã ante citationem malefactoris,iuxta no.per Inno.in c.bonæ.el j.de elec.& sequitur Panor.in eũ nomine domini nostri. extra eo. ¶ Secundò requiritur q̃ se testis non ingerat:quia tunc repellitur tanquã suspectus. ar. l.vxori.§.j.ff.de fal.& per Barr.in l.quę omnia.ff.de procu.& facit c.qualiter.de elec.imò requiritur quòd non promittat testificari quid certũ: si autẽ nõ expresit quid nõ repellitur nisi primũ accepisset:quo casu præsumitur corruptus, secundum doc.tamẽ si nõ fuit citatus, sed partẽ iudici productus, non præsumitur se ingerere,vt tenẽt domini de Ro.decisione cclx.& facit.c.cõstitutus.eo.tit.& Pan.in c.in tua.de sponsal. ¶ Tertiò quòd iuret,tactis sacrosanctis Euangelijs. Nec alicui testi,quantũcunq; religioso,creditur nisi iurato. extra eo.nuper.&.c.fraternitatis.&.c.tuis.C.de episco.& cler.auth. sed iudex.nisi sit episcopus vel sacerdos, qui non iurat super libro,sed super pectore suo.de iura.cal.c.fi.& dicit Pan.in d. c.tuis.quod etiam episcopo nõ creditur.vt testi sine iuramento.& excepto papa nõ creditur in præiudiciũ alterius,maximẽ nõ modicii,verbo cuiuscũq;,& qualiscũq; fuerit authoritatis,etiã legati cardinalis,potest tamen remitti iuramentũ de consensu partium.extra eod.tuis. nisi in causa matrimoniali.extra de eo qui cog.coniug.c.super eo. Iurabit autem dicere totã veritatẽ quã nouit de illa re.iij.q.ix. hortamur. nulla falsitate adiecta.iij.q.ix.pura.& de cõsuet.c.quorundã. quod nulli dicet testimoniũ.& hoc bene.iiij.quæst.iij.§.item in criminali. ¶ Quartò quòd vtraq; pars sit præsens,vel cõtumaciter absens.d.c.in nomine domini. ¶ Quintò q̃ vita vocẽ deponat,nõ in scriptis.c.à nobis.qui ma.accu.nõ po.iij.q. ix.testes. ¶ Sextò q̃ testificetur de auditu,pprio,scilicet quãtum ad sonos:vel de visu quãtum ad visibilia,vt in cap.ij.de consuetu.& idem de alijs sensibus,nõ de alieno:quia non est propriè testimonium:vt notat glo.in l.in summa.ff.de aqua pluuia arcen. ¶ Septimò quòd nõ vacillet vel contraria proferat:vt in cap.licet.de proba. ¶ Octauò quòd nihil taceat de contingẽtibus super quibus interrogatur: aliter esset falsus testis.de accu.dilecti.pura si exprimit quod facit p̃ aliquo,& tacet quod est cõtra illũ. ¶ Nonò quòd exprimat locũ,tempus & modũ. ¶ Decimò quòd soluꝫ testificetur super iuratis & nõ super alijs:quia nõ valeret.ar.c.de testibus.extra eo. tis.& nõ super alijs.quia nõ valeret.ar.c.de testibus.extra eo.

7 ¶† Septimò quæritur,quid iuris si testes discordent? Et dico secundum Veruec.quòd debent cõcordare in circunstantijs contentis in hoc versu,Res, persona, locus,gradus, hæc sint cõsona,tẽpus. Aliter sunt singulares, & non probant, puta si vnus dicit de vna revel de vno facto,alius de alia vel de alio.de proba.licet.etiã si loquãtur de diuersis personis.de reseri. Rodulphus.si tamẽ loquutiões ponerẽtur certæ nõ obesset error nominis secundũ Host.Itẽ si diuersis locis,vt patet Danie.xiij.in exẽplo Susannę.Itẽ si de diuersis gradibus cõsanguinitatis aut affinitatis in causa matrimonij.xxxv.q.vj. de parentela.& idẽ si de diuersis tẽporibus. Quod limita primò nisi vnum includat aliud:vt si vnus dicat diẽ alius eiusdẽ diei horam.& secundò nisi factũ sit durabile:quia etiã ipsi Euangelistæ dicuntur concordare,& tamen vnus,id est Marcus dicit Christum crucifixum hora tertia:alius,id est, Lucas hora sexta.hæc autem S.Tho.ij.ij.q.lxx.breuiter comprehendens dicit quòd discordia testium in circunstantijs principalibus variantibus substantiam facti (intellige,id est,facientibus ꝑ testes nõ loquuntur de eadem re vel facto,puta in loco,tempore,vel persona) aufert efficaciam testimonij:secus in non pertinẽtibus ad substantiam facti puta quòd tẽpus fuerit serenum vel nebulosum,vel domus picta aut non picta,& huiusmodi:quia circa talia nõ consueuerunt homines solicitari & consequenter à memoria facilè labuntur:imò secundum Chrysto.discordia in talibus facit testimoniũ credibilius:quia si concordarẽt in omnibus etiam minimis,viderẽtur ex condicto eundem sermonẽ proferre. ¶ Sed ad plenioꝛem prædicit sibi non valet testimoniũ.iiij.q.iij. Nicolaus. & si primò extra iudicium dicit vnum, & secũdò in iudicio dicit oppositum,secundum Barr.potest puniri de falso:quia statur primo dicto eius per l.eos. C.de fal.Bal.tamen asserit hoc esse falsum:& bene,per glos.in cap.cum causam.de testi.& sequitur Ioan.And.in mercu.in regula, non est vbi patet quòd in minus valide assumptis vel iudicio vel extra statur vltimo dicto:in dictis autem authenticis statur primo in iudicio, & extra.quo casu loquitur.d.l.eos allegata per Barr.quia ibi venichat quis contra propriũ sigillũ: & sic cõtra rẽ authentiẽ & approbatã.Sed prædicta S.Tho.limitat quãdo testis interrogatur de sciẽtia autvisu:quia si dissident à seipso,repellitur secus si interrogetur de opiniõe & fama.quia potest secundũ diuersa audita diuersimode motus esse ad respondendũ.Et si inueniatur falsus in parte,in nullo creditur ei dist.ix.si ad scripturas.iuncta glo.vide suprà Falsarius.§.v.Si verò vnus testis contradicat pluribus, non obstat eius contrarietas.quia testimonium vnius nec iustificat nec cõdemnat.xxxiij.q.ij.admonere.nisi contradicat pluribus cum quibus scripturus est in aliquo instrumento.ff.quemad.testa.ape.l.j.in fin. Si verò multi,sed pauciores,contradicũt pluribus:ex eadem vel ex diuersis partibus productis iudex concordabit eorum contrarietatem si poterit:sicut Aug.concordat dicta Euãgeliorum,extra eo.cum tu.quod si non potest prævalebit testimoniũ pluriũ:nisi dignitas personarum ex alia parte præiudicet numero:vel nisi pauciores dicãt verisimiliora & aptiora negotio,aut plura per eos probẽtur:vt si plures testes probẽt me possedisse:pauciores verò me possedisse x.annis, & titulum possidendi:quia tunc prævalet testimoniũ paucorum. extra eo.in nostra.quæ intellige quãdo eodem tempore testes inducuntur:quia si inducãtur testes ad reprobãdum dicta priorum,debent esse plures,& longe melioris famæ.C.de cõtrahenda & cõmittenda stipulatione.l.optimã.quia magis præsumitur subornatio post publicationẽ attestationum quàm antè. ¶ Siverò testes sunt numero & dignitate pares,sentẽtia datur pro reo.de probat.ex literis.nisi in matrimonio, & in causa libertatis,& in testamẽto,& pro dote.de sent.& re iud.

c.fi.&si neuter possidet rem,sed vterq; ab extraneo petit:dicitur si est possibile.de præsump.afferte.& si non est possibile,poterit iudex gratificare dando cui voluerit. de paro.c. j.Vide iiij.q.iij.testes.de prædictis.& adde ex S.Tho.,quòd si dissentiunt testes eiusdem partis,debet iudex ex motu sui animi percipere cui parti sit standum,ex numero vel dignitate eorum,vel fauorabilitate causæ,& huiusmodi. ¶ Octauò quæritur quomodo testis obligatur ad testificãdum? Et dico prædicta. ¶ Primum.Secundum Archi.ij.parte,tit.j.c.xviij.post San.Tho. ij.ij. q.lxx.& communẽ doctrinã,sic distinguitur: Si quis requiritur testificari authoritate sui superioris, tenetur ferre testimoni in hisum duntaxat quæ exiguntur ab eo secundũ ordinẽ iuris,puta in manifestis, & de quibus præcesserit infamia.adde vel semiplene probatũ est:& nõ testificando peccaret.intellige mortaliter agens contra obedientiã & charitatem,non iuuando proximum,vel cõmune bonũ,cum debeat. Si verò requiratur eius testimonium,sed nõ authoritate sui superioris:tunc similiter tenetur ad liberandum hominẽ à morte iniusta vel damnatione:secundum illud Psal. Eripite pauperem.& dist.lxxxiij.error. Adde quòd nõ tenetur ad procurandum bonum alicuius,nisi eo casu quo tenetur ex charitate bona optare. Si verò nõ requiritur eius testimonium,tenetur similiter ad vitandum iniustũ damnũ facere quod in se est, vt veritatem denũtiet ei qui potest prodesse.quod secundũ Rayn.est verũ,etiã in sacerdotibus & religiosis:nisi in causa,in qua non licet eis ferre testimoniũ: vt in causa sanguinis:in qua secundũ S.Tho.cõpelli nõ possunt ferre testimonium. secundũ ordinẽ iuris intellige ab his qui habent iuri positiuo subiecti.ad condemnationem autem alicuius non tenetur testificari,nisi à superiore cõpellatur secundum ordinem iuris:quia,inquit, S. Tho.si circa hoc veritas occultetur,nulli ex hoc speciale damnũ nascitur:vel si immineat periculum accusatori,non est curandũ:quia ipse in hoc periculo sponte se ingessit.Quod videtur limitandum secundum Innocent.in c.j.de testib.cog.nisi is, contra quẽ agitur, perseuerare vellet in peccato:arg.c.clericorum.de vit.& ho. 9 fest.xxij.q.v.hoc videtur.vt pœna reuocetà malo,quos Dei amor non reuocat. Sed istam limitationem limito veram quãdo ipsa emẽdatio præsumeretur. ¶ Secundũ.De his autẽ quæ alicui cõmissa sunt in secreto,vtrũ requisitus qs teneatur testificari:dicit Arch.post S.Tho. quòd nõ,si ei sunt cõmissa per confessione:quia nõ scit vt homo:& maius est vinculum sacramenti, quàm hominis præceptum: in alijs verò distinguitur.Nam si commissa in secreto sunt talia quòd statim vt homo scit teneatur manifestare, vt si pertinẽt ad corruptionem multitudinis corporalẽ vel spiritualẽ, vel graue damnũ alicuius personæ,debet manifestare testificando vel denuntiãdo:quia contra hoc debitũ obligari nõ potest per secreti cõmissum: quia frangeret fidẽ,quã alteri debet.Si vero non sint talia,quæ quis prodere non tenetur:potest quis obligari ex hoc quòd sibi secreto cõmittuntur:& tunc nullo modo tenetur ea prodere,etiã ex præcepto superioris: quia seruare fidem est de iure naturali,contra quod nihil potest homini præcipi.Quod Sum.Ang.vt saluet Sanct.Bonauenturã dicentẽ ꝙ tenetur,quia in tali promissione intelligitur excepta authoritas superioris,limitat nisi superior requirat ali quo bono respectu. Sed istud nihil est: quia in his,in quibus quis per summum prælatum,id est,Deum,est liber ab inferioris imperio non subintelligitur excepta superioris authoritas:quia eo casu nulla est ¶ Tertium. Qui autem iuranit testimoniũ non perhibere,temere iuranit:& vbi certũ est ꝙ tenetur sub peccato ferre testimonium,contrauenire potest propria authoritate:aliàs nõ,nisi authoritate superioris.xxij. q.iiij.in malis.etiam si sciret quòd ipse solus interfuisset, & probari non posset nisi per eum,secundũ Gof. quia dictum vnius facit semiplenam probationem,& delatio iuramẽti faceret plenam.C.de rebus cred.l.in bonæ fidei.quod verũ est in casu quo hoc fieri posset,aliàs vbi testimonium eius nullũ effectum habere potest,nõ credo quòd teneatur,nisi ad præceptũ superioris cogeretur modo & ordine debito. ¶ Quartum.Testis qui se falso dicit alicuius inimicũvt euitet dicere testimonium,mortaliter peccat,secundũ Panor.in c.inquisitionis.§.temæ.de accusa.quia dicit mendacium in damnum proximi.xxij.q.j.ne quis.& de falsa.c.j.quod intellige eo casu quo quis testificari tenetur. ¶ Quintũ. Aliquid accipere pro vero testimonio seu veritate dicenda est turpe lucrum.xiiij. q.v.non sanè.& secundum Archi.est peccatum mortale:quia est expresse contra iura hoc rationabiliter prohibẽtia ad vitandam corruptionem veritatis:& tenetur restituere dãti,si per hoc voluit sibi iustitiam ministrari.d.c.non sane. secus si dedisset ad corrumpendum:quia esset dandum ei.in cuius iuriam datũ est vel pauperibus:& multo magis est mortale si acceperit pro falsitate dicenda aut tacẽda veritate: potest tamen testis expensas accipere à producente : vt not.glos.in cap.statutum.de referip.lib.vj.& etiam lucrum cessans operarum suarum iiij.q.iij.venturis. ¶ Sextum. Falsum testimonium eum habeat deformitatem periurij & violationis iustitiæ & mendacij:ex primò est mortale semper, etiam si fiat ad impediendam iniustitiam,secundum Sanct. Thom. Et similiter ex secundo in suo genere,sicut & quælibet iniustitia non autem semper ex tertio.Non tamen est mortale si quis post debitam in cogitando solicitudinem falsum asserat in ferendo testimonio,quod verum credit.Hæc ex S.Tho. qui etiam sentit,& expresse Arch.dicit quòd si dubium certitudinaliter testificetur, est mortale : vnde dubium sub dubio proferre debet, & certum sub certitudine. ¶† Nonò quæritur,quæ sit pœna falsi testis? Et dicit Bal.quòd punitur pœna talionis.l.j.ff.ad leg.Corn.de fica.& not.ij.q.iiij.in glo. sum. nec excusat eum metus.v.q.v.authoritatis.Est autẽ testis falsus, qui iuratus & examinatus falsum loquitur. xxij.q.ij.ne quis arbitretur.Qui autem non est examinatus,licet latitet vt veritas non inueniatur,nõ est falsus,sed dolosus:sicut etiã præsumitur si ad interrogata non vult respondere: vnde nõ tenetur illa pœna xxxv.q.j.notificamus.in glos.quod tamen non est verum,si interrogetur super impertinentibus: quia fieri non debet.In scripturis tamen qui verum celat, falsum committit. ff.de fal.l.j. Similiter non habetur pro falso, sed pro suspecto qui loquitur obscurè, vt not.iiij.q.iij.testis.in glo.j.vnde petit potest quòd declaret ,nisi iudex ex causis nolit hoc facere : vt not. iiij.q.iij.in criminali.sicut etiam iterũ interrogatur qui totum factum non dicit, quia non probat. vt notat.xx q ij.præsens. ¶† Decimò quæritur,quomodo teneatur restituere falsè testificans? Et dico quòd si quid accepit pro testimonio ferendo,dicendũ esset vt §.priore.& vlterius si per dictum eius aliqua partium suam causam amisit tenetur de toto damno.xvij.q.iiij.si quis in atrio.xiij.q.v.nõ sanè.quod quidã limitant quando diligẽter nõ fuerat examinatus:quia tunc fuit causa damni,aliàs nõ:quia si fuisset diligenter examinatus fortè dixisset veritatem, aut falsitas patuisset:& sic potius fuit occasio . Et ita videtur sentire Sum. Ros.sed verius Sum.Ang.& Supple.indistinctè tenent quòd tenetur de toto damno quãdo scienter vel ex ignorantia indebita falsum testimonium dixit. l.generaliter.§.illud.ff. de calum & xvij.q.iiij.si quis in atrio.& de iureiu. tan.c.fi.& concord.Rayn.& Hostien.in Sum.eodem tit.q.clxxxvij.Qui autem est testis in instrumẽto super vluris vel factis in fraudẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

vsurarum,tenetur,sicut & notarij cùm sine testibus non valeant instrumenta: De quo die vt suprà Restitutio.iij.§.vj. Et idem de prælatis subscribentibus vel sigillantibus schedulas vsurariorum,secundum Gofr. Host.& Dtee.

TIMOR est passio animę: & nunquā est peccatū mortale,nisi retrahat ab eo quod est de necessitate præcepti: vt colligitur à San. Tho.ij ij.q.cxxv. De his autem quæ fiunt timore,vide suprà Metus.& suprà Inobedientia.

TYRANNVS,vt patet iij. Polit.& viij. Ethic. est is cuius regimen nō ordinatur ad bonum cōmune, sed ad priuatum regentis. Vnde perturbatio regiminis eius, secundum S. Tho.ij.ij.q.xlij.art.ij.ad tertium. non habet rationem seditionis,nisi forte ita inordinatè fiat ꝙ multitudo subiecta maius detrimentum patiatur ex perturbatione cōsequenti,quàm ex regimine tyrāni. Vtrum autem liceat occidere tyrannum,S. Tho.de regi.princ.lib.j.c.vj. tenet quòd non,nisi per publicam potestatem: quod,vt ibi patet,duplici ter contingit. Primò, quando multitudo illi subiecta habet sibi prouidere de rege, quia potest eum occidere: nec agit iudeliter,etiam si antè ei se perpetuò subiecisset: quia ipse hoc meruit infideliter principando. Secundò quando recurritur ad superiorē. Sedvt patet in ij.dist.xliiij. hoc intelligitur quādo iustè acquisiuit dominiū. Si autem acquisiuit illud vi, nolentibus subditis ad cōsensum coactis: tunc qui ad liberationem patriæ illum occidit,laudatur, si ad superiorem recurrere haberi nō potest. Et ita sentit de regi.princ.vbi tamen dicit quòd Aioth magis occidit hostē, quām rectore populi.

TITVLVS quot modis dicatur,vide glo.in c.audum. el secundo.de elect.in verbo, intitulatam. Vide etiam infrà Vsucapio.§.vlt.quo ad titulos,in quibus dominium transfertur.

TORNEAMENTVM,secundum vulgare Italicum dictum est à circuitu & regressione pugilū. & est pugna,in qua probabiliter imminet periculum mortis: quia ibi sæpe homines l.moriuntur.de torneam.c.j.vbi prohibetur hic ludus.& secūdum Host.& Pan. omnis alius ludus, ex quo imminet periculū mortis probabiliter: & nedum de iure canonico,sed etiam de iure ciuili.C.de glad.l.vnica.& l.j.§.item senatus ff.de postulan.debet intelligi de alio ludo. Ludus autem causa virtutis experiēdæ,vbi nullum imminet periculum mortis,secundum Host. licet,etiam de iure canonico:& casus contingens non imputabitur.l.qua actione.§.si quis.ff.ad leg.Aquil.& sic hastiludia aliquando licent,aliquādo non: quia ad ea fit extensio eorum quæ de torneamento dicūtur quando est ibi probabile periculum, propter rationem expressam in d.c.j.de quo vide ff.Ludus.§. vnj. ¶ Priuatur autem sepultura moriens in torneamento: vt in d.c.j.si veneratur causa pugnandi,secundum Pan. licet ei pœnitentia concedatur: secus si causa videndi,aut huiusmodi. ¶ Aliquo autem ibi occiso vel mutilato irregulares sunt omnes qui illic venerant causa pugnandi. licet non occiderint aut mutilauerint,secundum Host.& Gof. sicut & illę qui in bello illicito est causa bellandi. xv.q.j.c.si.de pœnit.dist.j.§ quis eum telo. dist.lj.si quis post acceptam. sed episcopus dispensare potest, sicut dictum est de existentibus in bello iniusto, sed non occidentibus: vt suprà Homicidium.iij.§.vj.

TORTVRA fieri non potest à iudice sine iudicijs præcedētibus,sine mortali peccato, secundū Lud.de Ro. in suis nota.vt not.C.de ter.fug.l.quicunq;.ff.de quæst. l.maritus.C.ad legē Iul.maiest.l.si quis alicui.vbi gl.& Bald. Adde verò secundum Pavor.in c.cum in cōtemplatione.de reg.iur.quòd ad torturam requiritur indicia vel semiplenæ probationes. Et confessio extrali tortura sine iudicijs facta non valet: vt l.j.ff.de quæsti. nec indicia postea sequētia confirmāt,secundum Gl.in l.maritus.ff. eo. & Bal.in l.fin. C.de accul. Et idem die quando torquet quos de iure torquere nō potest,sicut minores xiiij.annorū, licet cedi possint. l.cum Sillanianum.C.ad Sillan. Item & milites, & mulier prægnans, & huiusmodi, etiam si torqueat indirectè: vt dando falta in etbum, vt sibi quit vexetur. Et idem quando aliter quàm per torturam potest veritas haberi: quia tunc secundum omnes torqueri non licet. Et idem quando sæpius torquet nullis nouis iudicijs apparentibus: sufficiunt tamen variationes, secundum Innoc.in c.quomā.de probat.& Bart.in l.de minore.§. penul.ff.de quæsti. puta quia vno sero dicit de vno,& alio sero dicit de alio. ¶ Quæ autem & qualia indicia ad torturam requirātur: vide suprà Iudicium. Et adde quòd qui publicā authoritatē exercet,arbitrari debet qualia indicia sufficiant. C.de quæsti.lege milites.§.oportet.& d.l.de minore.§.tormenta.& not.Innoc.in c.penul.de nouī ope. nuntia. sed vtatur ratione in arbitrando: quia iniquè torquens peccat mortaliter,& tenetur de damno & iniuria. Vide Panor.de regul. iur.cum in contemplatione.& adde quòd ferulæ & flagella non sunt tormenta: nec his cędere est torquere, vt patet in l.j.§.impuberes.ff.ad Sillantanum. vbi ista cōceduntur circa impuberem,& tortura prohibetur. Vtrum autem tortura semel habita possit repetidie quòd sic ex nouis indicijs: puta quia inuenitur reus in mendacio vel si superuenerūt indicia alia: aliàs nō debet repeti, vt dictum est: vt l.repeti.& l.vnius.ff.de quæsti. Quod tamen Ang.in lib.de malefi. limitat quādo quis fuit tortus sufficienter secundum indicia: aliàs repeti potest,& de more hoc est arbitrarium. Vnde secundum Pardem de Puteo in suo tract.de tyndicatu, debet iudex protestari quòd vult supersedere in tortura,& eam repetere quoties oportuerit: debent tamen interuenire decem vel octo dies quietis. Torquere tamen vltra tres vices in diuersis temporibus pro eisdem indicijs, est immoderatum & malum, secundum Bart.in l.fin.C.de quæstionib.

TRADITIO dupliciter dicitur: & sumitur primò pro trāslatione dominij in alterum: sicut dicitur in instrumentis venditionis,iure proprio tradidit. Secūdò pro inductione in possessionem, siue pro ipsa corporali præstatione rei: vt cùm dicitur, possessionem tradidit: vel ipsum equum per frenum,& huiusmodi.

TRANSACTIO est de re dubia, & lite incerta, & necdum finita,nō gratuita pactio,sed aliquo dato vel retento,vel promisso.ff.de transact.l.j.C.eod.l.transactio.extra eod.super eo. intelligendo tamē litem præsentē vel futurā: quia ante litē,ex quo discordia exorta est,transigi potest.ff.de cōdi.indeb.l.elegāter.§.si quis post. Vnde dicitur transactio quasi transitio actionis,eò quòd transigens ab actione transit & discedit. Et differt à pacto & compositione quia illa fieri possunt amicabiliter nullo datovel retēto.d.c. super eo.& de hac dico multa. ¶ Primū. Transigere pōt, qui & donare.de quo ff.Donatio.j.§.j.& dominus rerū siue actōnū,tutor,curator,& procurator habēs speciale mandatū vel liberā administrationē bonorū vel causæ.ff.de procu.l.procurator cui libera.& l.mādato.& de procu.qui ad agendū.§. j.lib.vj. Non autem prælatus in causis ecclesiæ siue conuentus capituli.extra eo.c. cōtingit. ¶ Secundū. Trāsigi autem pōt super ciuilibus.ff. & C.eo.per totū. Super criminalibus autē distinguendum est,vt ff.Accusatio. §. xj. Super spiritualibus etiam distinguendū est. Nam aut petit ecclesia ab alia ecclesia sibi debere subijci in iure institutionis,correctionis,& sacramentorum perceptione: aut episcopus petit iura episcopalia in aliqua ecclesia: & sic de spirituali ad spirituale fieri potest:

potest: puta quòd remittatur institutio vel aliquod sacramentum,& aliud spirituale præstetur. de re. permu. ad quæstionem de spirituali autem ad temporale non licet: extra eo.cōstitutus.& de re.permu.c.vlt. ¶ Sed tamen aduertendum est quòd vbi nomine subiectionis permutur spiritualia simul & temporalia: sicut cùm episcopus petit ab aliqua ecclesia sibi subiecta quòd ab eo participēt consecrationes, ordinationes,& huiusmodi spiritualia: & nihilominus petit aliqua temporalia: vt pote partem vel annuam pensionem, ratione illorum temporalium posset transactio fieri cum temporali, & sibi annua pensio daretur. c.cùm venerabilis.de censi & de vsu.dō.cōstitutus. Aut petitur res temporalis vt proprietas: sicut cùm ecclesia petit decimas ex prædijs in sua parochia cōstitutis: & tūc distinguendū est: quia si agit cōtra ecclesiasticam personā: sic potest fieri trāsactio authoritate episcopi vel archiepiscopi: & erit perpetua, extra eo. statuimus. sine authoritate aūt episcopi valet, sed est temporalis: nec excedit vitā transigentis: extra eo.de cætero. nisi per papā fuerit confirmata eo.tit.veniens. Aut agit cōtra laicū: & tūc si agit de perceptis & subtractis, fieri pōt. de his quæ fi.à prælā. cum spoliatus. sed nō de futuris. xvj.q.vij. decimas quas. Vnde nō potest fieri compositio nec trāsactio cū laicis vt minus soluant, nisi authoritate papæ. de cōsti. vti. vel inuti. c.pe. Aut petitur quidem ius spirituale, sed spiritualis rei, vt beneficiū: & tunc Inno. distinguit in c.constitutus. extra eo. quia si petitur beneficiū vt proprietas: vt cùm vna ecclesia petit ab alia præbendam, quam dicit ad suam ecclesiam pertinere: licita est transactio, modò ex vtraq; parte interueniat trīs spirituale, & non temporale. Si verò clericus petit beneficiū sibi: puta quia dicit se electum, vel canonicè in eo fuisse institutū: tūc transactio fieri nō potest sine simonia, sc. bene amicabilis, si est gratuita cōpositio. extra eo. super eo. scilicet vt quòd ille qui ius non habet, vel non creditur habere, penitus remittat iure suo sine aliqua datione vel vt ille, qui habet ius, remittat sine datione, quod scilicet fieri potest, dum partes committunt alicui rem, vel hmōi. Ratio est: quia in beneficio est spirituale & temporale simul, cùm sit spirituali annexum. Vñ si fiat trāsactio, semper dabitur temporale pro spirituali, vel ecōtrario. Vnde & Inno. dicit hic non licere trāsactionem. etiam si vtriq; detur spirituale: quia scilicet cum spirituali datur etiam temporale. Si tamen neuter litigantiū sciēter crederet, sed vterq; contendit aliquod beneficium sibi dari: tunc valet transactio. de ele. cùm inter. de præb. nisi esset. notoj.q.iij.c.ea quæ. Sum. autem Ang. breuius dicit concludendum quòd de spirituali ad spirituale eiusdem generis fieri potest transactio: non autem ad spirituale alterius generis, secundum Ber. in c. super eo. eo. tit. Sed nec Bern. ibi hoc dicit, nec est verum: quia tunc licitè fierer de beneficio ad beneficium, contra dictum c. super eo. Vnde tu breuius concludo quòd transactio licet, vbi non interuenit simoniaca pactio. esse verò vbi interuenit. Quod quando fiat, collige ex definitione simoniæ. ¶ Tertium. Si amicabilis compositio fiat sine iudicis authoritate, secundum Holti. personalis est, & extinguitur cum persona. Si verò fiat iudicis authoritate, realis est, nisi aliud per iudicem dictum sit. extra eo. de cætero. Sed tamen licet tunc teneat mero iure, restituetur ecclesia grauiter læsa. dat. ar. de rest. in integ. c.j. ¶ Quartum. Transactio facta propter indebitam obligationem non excusat eum, qui aliquid accepit vt talem obligationem remitteret, sed restituere tenetur. l.præses prouinciæ. C. de transac. & l. ff. ale dolo. & glo. in cap. super eo. eod. tit. dicit quòd si eius esset calumnia, non tenet transactio. l. in summa. ff. de cond. inde. ¶ Quintum. Dispositio legis, si quis maior. C. de

TRIBVTVM, Vide suprà, Immunitas.j.§.v.& Gabella j. in principio.

TVRPE lucrum strictè, dicitur quod fit ex aliquo opere diuina vel humana lege prohibito: ita tamen data tione vel acceptione non vetita: vt contingit in meretricio concubinatu, histrionatu turpi, & torneamento, & huiusmodi. Largè verò dicitur omne lucrum illicitum, siue competat restitutio, siue non. Vtrum autem acquisitum turpiter, id est, cum peccato, sit necessariò restituendum: vide suprà Restitutio.ij.& Restitutio.nij.§.j.& dic vt ibi.

20 De Tutela, Tutore, & Curatore.

1 *Tutela quid & quotuplex sit.*
2 *Tutor quis esse possit.*
3 *Tutelam suscipere an cogantur clerici, monachi & episcopi.*
4 *Tutores ad quæ teneantur.*
5 *Tutor faciens de consilio propinquorum pupilli excusatur.*
6 *Tutor an teneatur facere inuentarium de rebus pupilli, quando, & qualiter, & de quibus. nu. 7. 8. & 9.*
10 *Mater quomodo perdat tutelam filij.*

TVTELA secundū Azo. in Sum. est ius & potestas in capite libero ad tuendū eū, qui propter ætatem sibi sponte sibi tueri nequit, à iure ciuili data ac permissa vt Inst. de tutel. §. est autē. Tutor aūt est, qui pupillū vel pupillam morte patris, vel emancipatione, sui iuris factā vel factā tuetur. Curator verò dicitur qui curā gerit alicuius, defendēdo ipsum à prætore secundū leges legitimē datus. Vel est is, qui rei adolescentis administrat. ¶ Vñ differūt: Tutor & Curator, primò quia ille, scilicet tutor, datur personæ, secundariò rebus vel patrimonio: ille verò econuerso. secūdò quia iste datur impuberi, ille verò adulto, scilicet furioso, prodigo, furdo, muto, & similibus, qui rebus præesse nō possunt. Tertiò, quia iste dat quādoq; à iudice, quādoq; à testatore: & dat etiā inuito. secus in curatore. de quo vide Pan. in c. ex parte. el 1
ij. de appel. & in cōsilio. xciij. ¶ Primò autem quærit, quotuplex est tutela & tutor? Et dico quòd tutela est triplex. Prima dicitur testamentaria: vt quādo pater dat filio tutorem in testamento. Secūa legitima quæ defertur à lege: vt cū nullus est tutor per testamentū: quia tūc qui primo loco debet succedere huic ab intestato, tenet suscipere tuitelā eius. Tertia dicitur datiua, quæ scilicet datur à iudice, quando nullo

tutore

Universidad de Deusto
Biblioteca

tutore dato in testamento, & nullis exactibus consanguinei idoneis ad tutelam iudex ex officio suo dat tutorem. Et durat tutela viq; ad xiiij. annum completum pupilli, & xij. pupillæ: vnde incipit cura, quæ duratviq; ad xxv. completum, Insti. qui.mo. tutel. fi. & instit. de cura. Et eodem modo est triplex tutor, scilicet testamentarius, legitimus, & datiuus: quarum sunt & aliæ differentiæ accidentales: sicut dicitur tutor fiduciarius & onerarius, de quibus nihil ad rem. ¶ Secundò quæritur, quis possit esse tutor? Et dico quòd is qui non est imbecillis corpore vel animo. Vnde secundum Azo. quod in diffinitione tutelæ dicitur potestas, refertur ad ius: quod autem dicitur ius, ad factum: vt scilicet talis sit tutor qui propria imbecillitate non impediatur: vt pupillus, furiosus, & perpetuo morbo laborans. Mulier autem iure communi, licet tempore Digestorum non posset esse tutrix, sed solùm speciali beneficio iudicis ff. de cur. bo. dan. l. fi. tamè pòst fuit ista facultas iure Codicis ampliata. C. quando mu. tu. of. fun. po. & nouissimè statutum fuit iure Authenticorum, vt liceret matri & auiæ agnoscere tutelam filiorum seu nepotum ita vt præferantur legitimis seu datuis: vt in auth. matri & auiæ. ita tamen vt ante omnia duo obseruentur. Primò vt renuntient beneficio Velliani, vt ibi. Et est tutela matris legitima, sed tamen voluntaria: quia non cõpellitur si non vult, vt legitur & not. in d. auth. matri pro quo vide Pan. in c. ex parte. cl ij. de appel.

¶ Tertiò quæritur, vtrũ clerici vel monachi, aut episcopi teneantur suscipere tutelã. Et dico quòd nullã suscipere cogũtur, secundum Io. dic. lxxxvj. c. fi. legitimã tamen clerici possunt, secundum Io. dic. lxxxvj. c. fi. legitimã tamen clerici possunt recipere si volunt, vt ibi: & hoc est eorum priuilegium, quod licet possint alicui succedere ab intestato, nõ tamen tenentur recipere tutelã: licet aliud obtineat in laicis. C. de leg. tu. auth. sicut hæreditas, datiuã autem vel testamentariã recipere nõ possunt, secundum gl. in d. c. fi. per c. Cyprianus. xxj. q. iij quod bene facit. episcopus autem vel monachus, etiam volens recipere nõ potest legitimã, secundũ Io. vbi s. & in auth. de san. epis. §. Deo autem amabiles. vel, vt ibidem dicit, hanc recipere possunt: & illi auth. per d. c. fi. derogat. Sed tamen quo ad monachos siue religiosos limita, de licentia Sum. autem Ro. hic dupliciter deficit: primò quia cõtra Ange. & Sup. tenet episcopum nõ posse recipere tutelã legitimam. Secundò quia hoc falsò imponit Ioan. And. in d. cap. fi.

¶ Quartò quæritur, quæ pertineant ad officium tutorum, quæ si nõ faciũt, teneãtur pupillo ad interesse? Et dico quòd tria. ¶ Primũ. Vt pupillos à criminibus intactos cõseruent. ¶ Secundũ. Vt res eorũ præseruent ab iniuria. xij. q. j. c. j facit l. j. ff. de tu. vñ tutores dicti sunt quasi tuitores: vt d. l. j. ¶ Tertium. Quod pecuniã eorum vel bona mobilia, quæ ad nihilum valent, eis seruata, conuertant in prædia, ex quibus fructum percipiant: alioquin tenetur tutor pupillo ad fructus, quos poterat habere, deductis expensis & periculis, secundũ Bar. in l. tutor qui repertorium. §. j. ff. de admi. tu. Quod limita verum si potuit emere: puta quia erant venditores, aliàs non. Et idem dic vbi esset statutum, vt Genuæ, quòd omnia mobilia distraherentur, vt de pecunia pupillus lucrũ acquiratur: quia si tutor non facit cùm possit, tenetur ad interesse. Et idem Bar. in l. fi. C. de condi. inde. & Io. de Ana. in c. quia in omnibus. de vsur. quòd vbicunque olim tutor tenebatur de pecunia pupilli fœnerari, hodie cùm vsuræ sint prohibitæ, tenetur eam ponere ad iustam negotiationem, ad partem lucri & dãni. Vide etiã s. Clericus. iij. §. x. ¶ Quintò quæritur, quæ sit cautela habenda tutori vt non teneatur pro aliquo facto pupilli? Et dico hanc esse, si illud faciat cum consilio cõiunctorũ pupillo: & hoc in instrumento ponatur: quia tale cõsiliũ facit præsumptionem quòd dolus & culpa abfuerit, ar. l. etiã. C. si tut. vel cu. inter. secũdũ Bal. in l. Polla. C. de his quibus vt indi. ¶ Sextò quæritur, vtrum tutor teneatur facere inuentariũ de rebus pupilli? Et dico quòd sic: nisi causa necessaria vel iustissima impediatur. Text. est in l. tutor qui repertorium. ff. de admi. tu. & idem dic secundũ Bar. ibi de curatore. Et causa dicitur necessaria, secundũ eũ, ex parte tutoris morbus: puta quia podagrosus, vel aliquo hmõi impeditus: vel ex parte rei: quia nõ reperitur adhibita diligenti inquisitione. Causa verò iustissima dicitur si testator remisit cõfectionem inuentarij: vt in l. fi. C. de arb. tut. quod limitat Bar. vbi s. nisi ex causa iudici aliter videat, vt in l. in cõfirmando. & l. veilem. ff. de cõfir. tu. Fallit tamen hoc in duobus casibus, in quibus inuentariũ facere nõ tenetur, scdm Bart. vbi s. Primò si cõsuetudo esset quòd nõ fieret. Secũdò si index ex causa remitteret: quia hoc non põt. ¶ Septimò quæritur, quando tenetur facere? Et dicit Bar. vbi s. gl. ibidem & Doc. communiter tenere quòd mox, id est, quàm primùm poterit. Ad quod facit l. hæc conditio. ff. de condi. & demon. aliter videtur in dolo. Quod intellige si administrauit: non autem si non administrauit. Similiter nec si fecit illa quæ dilationem non recipiunt: quæ vel necessariò præcedunt confectionem inuentarij: vt est perlcrutatio substantiæ hæreditariæ: vel ea quæ nullo modo possent obesse pupillo, sed bene prodesse: quia talia agendo ante cõfectionem inuentarij non præsumitur in dolo, secundum Bartol. vbi s. ¶ Octauò quæritur, qualiter debet fieri? Et dico secundum tex. in l. tutores. C. de admi. tu. quòd in præsentia publicarum personarum. Vbi tamen dicit gl. sufficere notarium vnum. Præsentia verò iudicis non est necessaria secundum Bar. vbi s. & cõmuniter Doc. nisi vt fiat fides contra debitores nominum, quorum nomina scribuntur in inuentario. Et ita tene, quantum gl. in d. l. tutor. teneat quòd est necessaria. ¶ Nonò quæritur, de quibus fieri debeat inuentarium? Et dicit tex. in d. l. tutores. quòd omnium rerum, idest, corporalium, secundum Bart. vbi s. & instrumentorum, id est, omnium iurium corporalium, de quibus apparent instrumenta seu probationes in bonis pupilli: de alijs non. ¶ Decimò quæritur, quomodo mater perdit tutelam filij? Et dicit Pan. in c. vxoratus. de cõuer. coniu. quòd dupliciter. Primò si transit ad secundas nuptias. Secundò si vitiat incontinenter. de quo est gl. quam sequitur Bal. in auth. matri & auiæ. C. quando mul. tu. offun. po. & facit tex. in l. fi. eo. ti. vbi requiritur quòd publicè viuat. quod not. glo. & Bart. in l. fideicommissum. C. de fideicom. vbi vult quòd vxor relicta, si incontinenter viuat, perdat legatum sibi factum à marito: & auferatur sibi tanquam ab indigna, vel ex præsumpta voluntate reuocatur. quod maximè procedit si incontinenter vixit tempore mariti, eo ignorante. pro quo glossa in l. sororem. C. de his qui. vt indig.

De Vana Gloria.

1 *Vana gloria, an sit peccatum, & an mortale. nu. 7.*

VANA gloria. Et dicit gloriã gloriæ vanitatem. Gloria aũt dicta quasi elaria claritatẽ quãdã significat: & cõsequẽter manifestationem alicuius: & est clara cũ laude notitia, secundũ Amb. super epistola ad Ro. Vnde secundum

eundum Sanct. Tho. ij. ij. q. cxxxij. nomen gloriæ propriè importat manifestationem alicuius de eo quod apud homines decorũ videtur, siue sit bonũ corporale, siue spirituale. quod propriè est quãdo bonum alicuius noscitur & approbatur à multis: largius verò etiã à paucis: vel ab vno, aut se solo. Vanitas autem gloriæ vt colligitur ab eo ibi, & ma. q. ix. art. j. tripliciter accidit gloriæ, scilicet primò quia gloriatur quis de eo qd nõ est vel si est, nõ est gloria dignum. vel secũdò apud homines, quorũ iudicia incertũ est. quod intellige vltimatè: quia si fit apud Deum vltimatè, vt eum quæritur gloria apud homines propter honorem Dei vel salutem proximi, nõ est vana: aut tertiò nõ ad debitũ finem: puta honorem Dei vel proximi salutẽ. quod est dicere gloriã esse vanã ex pte eius de quo quis gloriatur: vel eius à quo quis quærit gloriã: vel eius, propter quod quis quærit gloriã. ¶ Primò autẽ quæritur, vtrũ appetere gloriam sit peccatũ? Et dicit S. Tho. quòd non secundũ se: quia quòd quis bonum suũ cognoscat & approbet, nõ est peccatũ: secundũ illud j. Cor. ij. vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. Similiter nec quòd aliquis velit opera sua ab alijs approbari, secundũ illud Matt. v. Luceat lux vestra, &c. Sed appetitus inanis aut vanæ gloriæ, vitiũ importat: quia quodlibet vanũ appetere vitiosum est secundũ illud Psal. Vt quid diligitis vanitatẽ. ¶ Secundò quæritur, vtrum appetitus inanis gloriæ sit peccatũ mortale? Et dico ex San. Tho. vbi suprà, quod potest esse peccatũ mortale dupliciter. Primò ratione materiæ de qua quis gloriatur: vt quia de alio falso diumæ reuerẽtiæ contrario: secundũ illud Ezech. xxviij. Eleuatũ est cor tuũ: dixisti, Deus ego sum. & j. Cor. iiij. Quid accepisti, quid gloriaris quasi nõ acceperis? vel etiã cum bono temporali, de quo quis gloriatur, præfert Deo: quod prohibetur Hiere. ix. Nõ glorietur sapiẽs in sapiẽtia sua, &c. Aut etiam cum quis testimoniũ hominũ præfert testimonio Dei: sicut cõtra quosdã dicitur Io xij. quòd dilexerũt magis gloriã hominũ quàm Dei. Alio modo ex parte ipsius gloriantis, qui intentionẽ suã refert ad gloriã tanquam advtilimum finem, ad quẽ scilicet ordinat virtutis operatiõ & pro quo conseruando nõ prætermittit facere, etiã ea quæ sunt cõtra Deũ: & sic est mortale. Si autẽ amor humanæ gloriæ quãtus sit in actu, nõ tamẽ repugnat charitati, neq; quãtũ ad id de quo est gloria, neque quãtũ ad intẽtionẽ gloriæ quẽrẽtis, nõ est mortale, sed venale. Hæc ille in forma & obscurè. Ad quorũ intellectũ nota quòd dum quis gloriatur, quatuor cõcurrunt, quæ reducũtur ad duo scilicet gloriãs & gloria, quæ est eius finis, res de qua gloriatur, & is, apud quẽ gloriatur, siue à quo gloriam quærit: quorum duo prima S. Tho. accipit pro vno, quia neq; in gloria, neq; in gloriante cõsistat peccatũ: sed in intentione gloriã appetẽtis indebitè. & similiter duo vltima accipit pro vno: quia ex re aliqua nullius gloriã accipit, nisi per alicuius approbationẽ. intendit ergo S. Th. primò q; appetitus gloriæ vanæ ex suo genere nõ sit mortale: quod patet quia nõ semper est mortale. Et secũdò quòd ex parte rei de qua qs gloriatur, põt esse mortale, supple licet nõ semper sed solùm dupliciter: primò scilicet ratione obiecti gloriosi, vel quia illud est notabiliter cõtra reuerentiã Dei, siue de quod falsum: sicut Cyrus gloriabatur se esse Deũ. Ezec. xxviij. & Herodes Act. xij. siue etiã verũ: vt cum quis gloriatur de peccato, nõ quidẽ veniali, sed mortali, siue sit verũ, siue falsum. Et nõ ob. illa verba S. Tho. falsò quia loquitur exemplariter: vt si talis res nõ sit contra reuerẽtiã Dei tamẽ præfertur Deo secundũ æstimationem gloriãtis: quia eam diligit plus Deo. Vel secundò ratione approbãtis obiectũ, quãdo scilicet testimoniũ hominũ præfertur diuino. Intẽdit tertiò quòd ex parte intẽtionis & finis sit mortale, inquãtũ ipsa gloria vana appetitur tanquam vltimus finis. quod secundum eius doctrinam tunc est quando actus & habitus omnia ordinãtur ad illam: vel, quod idẽ est quãdo quis est paratus Deũ per mortale cõtemnere, vt illã assequatur, vt patet s. Gula. §. j. & Anaritia. §. j. vbi etiam declaratur quomodo hoc debet intelligi.

¶ Et quibus patet quòd Sum. Ang. contra Sanct. Tho. & veritatẽ dicit quòd est mortale, quãdo ea quæ ordinata sunt ad gloriã Dei quis principaliter facit ad gloriã suã. vt sacramenta & scripturæ sacræ. Ex quo infert quòd mortale est prædicare aut missam celebrare, & hmõi, propter inanem gloriã. quod verum est solùm vt dicit S. Thom. si in ea ponatur vltimus finis, ita quòd ipsa principaliter intenditur actu & habitu: secus si actu tantũ, vt iste intendit: aliàs si is qui gloriatur de sacris vestibus, aut cantu diuinorũ, vel eruditione Theologica, actualiter nullum aliũ finẽ intendẽs, peccaret mortaliter, totus penè clerus esset in malo statu. ¶ Tertiò quæritur, quæ sint filiæ eius? Et dicit Sanct. Tho. vbi suprà quòd sunt inobedientia, iactantia hypocrisis, contentio, pertinacia discordia, præsumptio nouitatum, maximè in superfluo. ornatu. de quibus omnibus vide loco suo.

VASA sacra præcipiũtur seruari munda: de cu. eucharist. c. ij. & oratoria, corporalia, vestimẽta ministrorũ, & pallæ altaris? Ex quo patet quòd mortaliter peccant qui illa tenẽt immunda, ac si essent p seruitio rusticorũ.

¶ VASALLVS dicitur, qui habet tendum ab aliquo. & declaratur suprà in verbo Feudum.

VERITAS multipliciter diffinitur, vt patet j. q. xxj. art. j. & q. xxj. art. ij. & j. dist. xix. & propria eius ratio consistit in adæquatione & intellectum vt patet vbi s. Veritas ergo, vt colligitur ex iiij. dist. xlvj. q. j. art. j. q. iij. sumitur primò simpliciter vt est adæquatio intellectus ad rem indifferẽter: & secũdò sumitur pro adæquatione intellectus siue cõceptionũ iustitiæ ad opera iusti: & dicitur veritas iustitiæ. & tertiò pro adæquatione intellectus ad actus nostros generaliter: & dicit veritas vitæ, quę consistit in hoc q; quisq; faciat secũdũ q; ratio docet. & quartò pro adæquatione vocũ, quæ sunt intellectuũ signa ad res p voces significatas: & dicitur veritas doctrinæ, quæ cõsistit in veritate enuntiationis, & ad eam reducũtur duę: quia si verè actiones nostræ sint signa intellectuum non cõsiderato damno vel lucro, est veritas, de qua loquitur Philosophus in iij. Ethic. diuisa contra simulationem & mendacium, qua scilicet aliquis talem se exhibet in dictis & factis, qualis est interius: cõsiderato autem damno vel lucro, est veritas quæ est pars iustitiæ secundum Tullium, qua quis seruatur indemnis in iudicijs & confessionibus, & seruat quod promisit. Vnde veritas iustitiæ fundatur in hoc q; operationes iustitiæ comparantur ad intellectum vt ad regulam: veritas autem, de qua loquitur Philosophus, in hoc quòd ad illum comparantur vt signa.

VNCTIO ecclesiæ secundū Pet. de Pa. in iiij. dist. xliij. est triplex. vna scilicet quæ nec sacramētū nec sacramētale est: quia nec per se gratiā causat: nec ad aliqđ sacramentū perficiendū vel suscipiendū ordinatur, vt vnctio regū: vnde ea fieri nō debet cū materia cōsecrata, & multō minus cū chrismate: nec fit in capite, seu in humero vel armo. Secūda est sacramentalis, nō sacramētū: quia scilicet ad sacramētū ordinat vel suscipiēdū, vt vnctio catechumenorū vel perficiendū, vt vnctio baptizati in vertice. Tertia est sacramentū per se. & est duplex: scilicet chrismatis in tröte per episcopū: & olei sancti per sacerdotē in extremis. Vñ vnctio extrema vnum est ex sacramētis ecclesiæ: de quo in c. vnico. de sac. vnct. & de hac intendimus. ¶ † Primò autē quæritur, quæ sit materia huius sacramēti? Et dico secundū omnes doc. quòd est oleū oliuarū, consecratū ab episcopo: ita quòd tam oleū tale quàm cōsecratio eius est de necessitate sacramēti. Vñ secundū Pet. de Pal. nō posset facere papa q. p esset oleū nucū: licet hoc posset de vnctiōe catechūmenorū & manuū sacerdocaliū, cū sint sacramētalia: vñ si oleū nucū vel aliorū liquorū misceat, est trāsgressio præcepti: & si, ppter mistura species mutaretur, esset irritatio sacramēti. Si autē misceretur oleū oliuarū, totū sit cōsecratū. extra de cōsec. ecc. qđ in dubijs. quod intellige eo modo quo dictū est ī. Aqua bñdicta. §. iij. Et ex illo tex. infert ibi Pan. q. cōpositū ex diuersis assumit naturā simplicis dignioris: & magis dignū trahit ad se minus dignū. Nō posset etiā papa statuere q. fieret hæc inunctio oleo nō cōsecrato, licet posset ipsam cōsecrationē & alias huiusmodi mutare & cōsecrare vt vult: nō aūt inferior papa. ¶ † Secūdò quæritur, quæ sit eius forma? Et dico secūm S. Tho & Pet. de Pal. & Vld. q. est forma deprecatiua dicēdo, per istā sanctā vnctionē & suā pijssimā misericordiā indulgeat tibi Deus quicqd deliquisti per visum q. auditū, per odoratū, per gustū, per tactū, per gressum repetendo tū semper istā vnctionē. Et sta sequitur Sum. Ro. & Supp. Sed addit Sū. Ang. in nomine patris &c. qđ nullus sanctus dicit nec cōnūquid. de cōse. dist. v. hoc probat: sed loquitur de signo crucis, quo sacerdos perficit omnia chrismata. id est, sacramenta quæ cū chrismatis vnctione præstātur: secundū gl. quæ etiā addit q. nō remouet q. n aliter posse sacrificare inded refert tactū. Et addit S. Tho q. verba indicatiui modi, quæ secūm morē quarundā ecclesiarū præmittūtur oratiōi, nō sunt de substantia sacramēti: vt præmittēdo sic, Vngo hos oculos oleo sanctificato in nomine Patris & Filij & Spūs sancti. qđ dicit propter ecclesiā Ambrosianā. ¶ † Tertiò queritur, quis sit huius vnctionis effectus? Et dicit. S. Tho. in iiij. q. effectus eius principalis est sanatio & roboratio spiritus cōtra debilitatē relicta ex peccato actuali vel originali: siue remissio peccati quo ad reliqua: qđ robur, qa est à gratia, quæ peccatū nō cōpatitur, cōsequenter est deletio peccati venialis & mortalis quo ad culpā, misi ponat obex: secūdarius verò est sanatio corporis secundū qđ expedit principali fini, id est, sanationi spiritus. Et in vltima vnctiōe quæ est formalis respectu priorū cōfertur gratia præbēs effectū sacramēti. ¶ † Quartò quæritur, quis sit eius minister? Et dico secūdū S. Tho., quòd solus sacerdos, nec potest alius inungere etiā in articulo necessitatis. d. c. vnico. & de verb. sign. quæsiuit, vbi hoc dicitur posse sacerdos præsente vno & solus. & idē Ber. & Host. vel secūm Sum. Cō. etiā auxiliāte laico in necessitate, & respōdēte. Solus inquā sacerdos proprius inūgit ex necessitate præcepti, licet nō sacramēti, secundū Pe. de Pa. Alius autē sacerdos hoc nō pōt sine licētia proprij, vel in necessitate ponēdo spem in ratihabitione. & idem de viatico: quia necessitas non habet legem. j. q. j. §. imò. etiā si esset suspēsus ab ingressū ecclesiæ secūm Arch. faciēdo per aliū portari necessaria de ecclesia. secus de suspēso ab officio & præciso. Hoc tamē Archid. nō admittit de religiosis etiā in necessitate: quia incurrerēt in canonē cle. religiosi. de priuil. si darēt viaticū vel extremā vnctionē. Licentiā tamē inungendi secundū Arch. dare potest proprius sacerdos, etiā si sit excōmunicatus: sicut & excōmunicatus ac suspēsus à iurisdictiōe dat licētiā audiēdi cōfessiones, licet excōmunicatus nō possit delegare. & si sacerdos inungēdo deficeret; si aliquæ partes sunt inunctæ, quod factum est iterari non debet: sed vnctiones quæ restant per alium sacerdotem compleantur, secundum Sanc. Tho. Alb. & Petr. ¶ † Quintò quæritur, quibus hoc sacramentum debeat dari? Et dico multa. ¶ Primum. Dari debet secundum Gem. & Sanct. Tho. solis adultis infirmis in periculo mortis constitutis ex ipsa infirmitate vel senectute: vnde nec pueris qui non habent infirmitatem ex peccato actuali, nec bellaturis, aut nauigaturis, aut occidendis datur: quia non imminet eis mors ex defectu naturæ: sed euentu fortunę. ¶ Scām. Scām S. Tho. in iiij. di. xxiij. hoc sacramentū exhiberi nō debet his qui nō possunt illud recognoscere & cū deuotione suscipere, & præcipuè furiosis & amentibus, qui possunt irreuerentiā sacramento per aliquā immunditiā facere: nisi haberent lucida interualla, in quibus sacramenta recognoscerent: & sic eis cōferri in statu illo posset. Pet. aūt de Pa. dicit q. dari nō debet furiosis perpetuò: quia esset mendacium in forma, cùm dicit, quicquid deliquisti: cùm nō deliquerit. Sed habentibus lucida interualla & phreneticis dari debet, etiā si oporteret eos ligare: & hoc nisi ante furiā & phrenesim essent manifestè impœnitentes. Si verò ante phrenesim vel amissionem loquelæ hoc nō petiuerūt, distinguendū est: qa si talis erat excōicatus vel malæ vitæ notorie, & nō ostēdit signa pœnitētiæ nō debet ei dari: qa semel malus semp præsumitur esse malus: misi cōtrarium probat. de re. iu. libro vj. Sed si erat bonæ vitæ, nō præsumit timemor suæ salutis in morte plus quā invita. Vñ præsumit q. petiuit, licet non probet: vel q. petiuisset si aduertisset: & q. petere voluit, sed fortè nō potuit: nec actualis deuotio requirit in eo q. illā habere nō pōt. Et ista est veritas. & ita etiā sentit S. Th. nō obstante primò q. dicat hic requiri actualē deuotionē, sicut de Eucharistia: qa verū est de pseuti vel de pterito: vel si adest facultas. imò hoc facit ad oppositū: qa scām eū, tali dat Eucharistia, in qua nō requirit deuotio minor. nec obstāte sed ò illo verbo, in statu illo: qa loquit de amētibus, in qbus est verisimile periculū irreuerētiæ. Et hæc patent: quia S. Tho. ibi distinguit hoc sacramētū in hoc à baptismo qđ dari pōt pueris & ppetuò amētibus, & æquiparat eucharistiæ: dat' tñ habentibus lucida interualla. Nec obstat q. de amētibus nō distinguat: quia iā ī. distincti erāt. Et ideo nō bene dicit Sum. Aug. & Ro. quòd si in sana mente nō petiuerūt, nō debet eis dari. ¶ Tertiū. Secundū Ric. post Pet. de Pal. debet dari baptizatis in articulo mortis: quia licet eis sit remissa omnis culpa & pœna, remanet tñ pugna cōtra hostem: nec est mendaciū in forma licet nō deliquerit post baptismū: quia remā sit in eis debilitas mentis, scilicet causata ex prioribus delictis, quæ nō tollitur omino per baptismū. ¶ Quartū. Scām Arc. post Pe. de Pal. hīs de quibus dubitat an sint mortui, dari pōt sub ista forma, si es mortuus, nō te vngo: sed si non es mortuus, p istā vnctionē, &c. Et si inter vnctiones apparēter deficit, quæ sequunt omittēda sunt. ¶ † Sexto quæritur, quibus partibus corporis debeat hoc sacramētū exhiberi? Et dico scām Al. Pet. & S. Th. q. inūgi debēt instrumēta qnq; sensuū, scilicet oculi, aures, nares, labia, manus: quia scilicet tactus viget maximè in pulpis digitorū, & pedes, ppter vim motiuā, & renes, scām aliquos, ppter vim appetitiuā: in carentibus autē prædictis membris vngunt' loca, ppiora. ¶ † Septimò quæritur, qualiter debeat exhiberi? Et dicit Pet. de Pal. q. totū inungere, & deinde ad libitū dicere formas, est deceptio animarū: sicut si puer immergeretur primò, deinde ex interuallo diceretur, ego te baptizo: vel si episcopus traderet librum ordinādo, & postea diceret accipe potestatem. quod est cōtinuationem causæ diuidere. Solū em in sacramento pœnitentiæ ex interuallo horæ vel diei permissum est vt post cōfessionem, quæ est materiæ exhibitio, possit quis absolui, quod est impositio formæ. Secus in his, in quibus proponēs materiam imprimit formā. ¶ † Octauò queritur, vtrum hoc sacramentum possit iterari? Et dico secundū S. Tho. & alios quòd sic, etiam in eadē infirmitate, quādocunq; est quis in articulo mortis, modò sit casus diuersus: puta quis anoc hydropicus est in articulo mortis, postea euadit, & iterū venit ad articulum mortis. ¶ † Nonò quæritur vtrū hoc sacramentum sit necessitatis? Et dicit San. Tho. quòd nō: si tamen omittatur ex contemptu, damnabile est: secus ex negligentia.

VOLVNTARIVM à voluntate dictum, importat motum vel actū à propria inclinatione procedentem propter finē cognitū. xij. q. vj. Inuoluntariū verò importat negationē volūtarij. Vñ notandū est quòd in actibus humanis aliq̄d est omnino voluntariū: vt quod fit sponte sine violētia, ignorātia & metu. Quoddā verò est omnino inuolūtariū: vt quod quis nullo modo vult: vt secundū Philosophum & Damas. quod fit per violentiā, scilicet absolutā: & secundū Philosophum, quod fit per ignorantiā, scilicet facti præmissa debita diligētia. Vnde etiā lex dicit q. errātis nulla est volūtas. l. cū testamentū. C. de iu. & facti ignо. Quoddam verò est mistū ex volūtario & inuolūtario: vt primò q. dē qđ sit metu seu coactione cōditionata, secundū philosophum in tertio Ethicorū. quod quide S. Tho. ij. ij. qō. vj. dicit esse inuoluntariū in le cōsideratū: sed volūtariū in casu scilicet ad vitandū malū qđ timet: vñ est volitū ppter aliud & simpliciter volūtariū, vt ibi, pbat. & scđò qđ sit ex ignorātia volita seu cōsequenter se habēte ad volitū. de quo ī. Ignorātia in prin. & xij. q. vj. arti. viij. ¶ Volūtas est appetitus ronalis de quo philosophicè & Theologicè multa dicuntur & dici possent, sed quātū pertinet ad præsentem speculationem solùm habemus videre qūo teneamur habere volūtatem Deo cōformem. Et breuiter colligendo istā materiā videtur mihi q. nunquā aget cōtra præceptū de cōformitate ir qui obseruat hæc: primò quòd in genere velit quicquid Deus vult. Secundò quòd in particulari nihil velit de quo cōstet sibi q. sit cōtra diuinā volūtatem præceptiuā. Tertiò q. quicquid vult vel sub rōne boni scām rōnem, & explicitè vel implicitè sub hac cōditione, si Deo nō displiceat. ¶ Quātū aūt ad cōformitatē quæ est in opando ex charitate, circo q. tenet' quilibet opari ex charitate, si vult mereri: nō aūt si vult nō peccare vel effugere pēnā, sed sufficit si operet' ex charitate, qñ tenet ex charitate aliq̄d facere, seu facere aliquid qđ sine charitate fieri nō pōt, vt recipere sacramenta. Et scām aliquos quoties implemus præceptum Dei affirmatiuū in casu, in quo illud nō implere esset mortale: secus vbi esset veniale vel nullū sicut si quis naturali pietate honorat patrē extra necessitatē.

De Voto primò in se, quid sit.

1 *Votum quid, & an requiratur deliberatio.*
2 *Ad votum an requiratur & sufficiat propositum.*
3 *Votum an soli deo fiat.*
4 *Votū an sit de bono meliori cadēte sub cōsilio, nō sub præcepto*
5 *Votorum quot sint genera.*
6 *Vouere an expediat.*

VOTVM à voluntate dictum est, secundum S. Tho. ij. ij. q. lxxxviij. & in iiij. di. xxxviij. tanquā à primo mouēte rationem ad vouendū: & non sufficit tanquā ab eo, in cuius proposito perficiatur. Et secūdū eum ad votum tria ex necessitate requiruntur. primò deliberatio. secundò propositum. tertiò promissio, in qua perficitur ratio voti. & est essentialiter votum quod suo nomine importat obligationem voluntariam. Vnde Ecc. iiij. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim ei infidelis & stulta promissio. Superadduntur tamen aliqñ alia duo ad voti confirmationem, scilicet pronuntiatio oris, & testimonium aliorum. Et ideo secundum diuersa necessaria diuersimodè diffiniūtur. Hæc ex illo qui per deliberationem intelligit cogitationē

Universidad de Deusto
Biblioteca

sine consilium & conclusionem consilij, quam homo secum & interdum penè facit, qua dicitur, sic, vel sic faciendum est. Per propositum verò intelligit actum voluntatis assentientis conclusioni cōsilij volendo vouere quod ea dicit deliberatio, sicut qui vult aliqd facere dicit deliberare. Agit votū secundū Magi. in iiij.di.xxxviij. est testificatio quæda spōtanee promissionis, quæ Deo, & de his quæ Dei sunt, fieri debet. Sed secdm S.Tho. differt votum exterius prælatum quod matrimonium impedire pōt: licet etiā cōpletissime explicet votū interius: de quo vide ſ. vis in iiij. vbi ī. Secundū aliquos verò Theologos, vt recitat S.Tho. votū est cōceptio melioris pro posito cum deliberatione firmata. Vbi cōceptio sumitur pro enuntiatione promissiua, secundū S.Tho. secundum Ric. autem in iiij.di.xxxviij. votū est propositi supererogātis, pmissio Deo facta propter bonū finem ex deliberatione firmata: vbi ly supererogantis, idem est quod ly melioris boni, id est, cadentis sub cōsilio, nō sub præcepto. Ray. aūt dicit quòd votum est alicuius boni cum deliberatione facta promissio. & intellige boni melioris siue cadentis sub cōsilio tm̄. Et nēs prædictæ diffinitiones sunt veræ & sufficientes ad sensum diffinientium. sed cōplectendo mentem S.Tho. & aliorum Theologorū, dico quòd votū essentialiter est promissio facta Deo præuia deliberatione & proposito de aliquo bono
1 vel de bono meliori. ¶† Primò aūt quæritur, vtrum advotū requiratur deliberatio? Et dicit S.Tho. quòd sic. Vnde factū ex surreptione sine deliberatione nō tenet, nec obligat, nisi
2 ex cōgruo. de quo ī. tit. ij. ſ. xij. ¶† Secundò quæritur, vtrum ad votum propositum requiratur & sufficiat? Et dico quòd requiritur, vt patet ex se, & ex dictis, & secdm Canonistas sufficit, secundum S.Tho. verò non sufficit, sed requiritur promissio. quod tota schola Theologorū sequitur: & videtur ex pressum per sacram scripturā, quæ votum appellat promissionem in multis locis, vt colligitur ī. Religio. v. ſ. viij. & idē per iura canonica: vt in c. literarum mutarū. de vot. vbi expressē patet quòd propositū non est votū, per iura ciuilia: quia votum causatur ex quadā pollicitatione. ff. de pol. l. ij. Pollicitatio aūt est quædā promissio: vt ī. patuit in verbo eodem. Vñ & Arc. hoc sequitur in c. qui bona. xvij. q. j. & implicitè gl. in d. c. literarū mutarum. si tota legatur. & gl. xvij. q. i. in fin. tenendo quòd propositū non obligat ad mortale. Et Pan. in d. c. literarum. dicens hoc sibi placere multū: licet multas Canonistarum theoricas inde dicat euerti, sicut & verū est. Iurā ergò quæ firmāt decisionem super proposito, dicendo qđ propositū absolutū siue deliberatum obligetur: vt c. nuptiarū. & d. c. qui bona. xvij. q j. & c. cōsulti de regulari cū similibus, intelligenda sunt de proposito cū promissione firma, secdm Pan. in d. c. literarū. siue cū animo se obligādo, secdm gl. ibi.
3 ¶† Tertiò quæritur, vtrū soli Deo fiat votū? Et dico quòd sic licet aliqñ Deo quis voueat aliquid exhibendū homini de facto. Vnde dicit S.Tho. ij. ij. q. lxxxviij. ar. v. ad tertiū. quòd votū soli Deo fit: sed promissio fieri pōt etiā homini: & ipla promissio huiusmodi quæ fit homini potest cadere sub voto, inquantum est quoddā opus virtuosum. Et per hūc modū intelligendū est votū quo quis vouet aliquid sanctis vel prælatis: vt ipsa promissio facta sanctis vel prælatis, cadat sub voto mortaliter, inquantū scilicet hō vouet Deo se impleturū qđ sanctis vel prælatis promittit. Hæc ille. qui intēdit qđ votū principaliter fit Deo: vt patet in iiij. dist. xxxv. iij. q. j. ar. j. q. j.
4 ¶† Quartò quæritur, vtrū votū sit necessariò de bono meliori, id est, cadēte sub cōsilio, & nō sub præcepto? Et dico multa. ¶ Primū. Dupliciter votū dicit esse de aliquo secdm mentem Doc. Primò sicut de re quæ Deo promittitur, sicut vouens vel religionem vt mortem cuadat, dicitur votum fecisse de opere virtuoso: & ad istum sensum loquuntur Doc. qñ dicūt votū esse de meliori bono. Sed ò sicut de re quæ à Deo petitur, quæ est finis vouendi. Vñ & Ric. in diffinitione addit propter bonū, finem. quod tñ nō fuit necesse, quia sicut non est promissio qua promittitur qđ displicet, sed cōminatio, vt dicit S.Tho. ita nec qua promittur, p eo qđ displicet. ¶ Secdm. Vota facta propter malū finem, ſcdm. Arc, nō valent, sed vouens peccat: sicut si quis vouerat idolum, vt posset inimicū occidere: sicut nec valeret votū de re mala: quia Deus nihil acceptat cōtra se. Et ſcdm Arc. magis Deo placet in his transgressio quā observatio. xxij. q. iiij. in malis. Vota aūt quantū ad finem indifferentia respectu viæ æternæ: vt quæ aliqñ fiūt pro aliquo tpali, cuius adeptio ad æternā vitā nō est vtilior quā priuatio reneret: nisi vergerēt ex casu aliquo in malū existum, vt votū Iephte, Iudi. xj. ¶ Tertiū loquendo aūt de voto quantū ad illud qđ vouet & promittit ex ij. ij. & iiij. vbi ī. à S. Tho. sic colligit. Promissio est de aliquo qđ volūtariè facit p alio. Si aūt quis fit de eo qđ est cōtra eū, id est, quod ei displicet, esset cōminatio: si verò sit de eo quod ei nō placet, est promissio vana. Ergò votū cùm sit, promissio Deo facta, nō debet, id est, nō pōt fieri de aliquo illicito: qa est cōtra Deū. Imò sic vouere malū mortale, est mortaleiv. ī. Iuramentū. ij. ſ. vij. Nec de indifferenti: quia nullū opus est Deo acceptū, nisi sit virtuosum. Nec de necessario absolutè: puta qđ quis moriet: qa hoc fit nō volūtate, sed necessitate. Nec propriè de eo qđ est necessariū ex suppositiōe finis, id est, salutis æternæ: puta qđ quis nō fornicabit aut trāsgredietur Dei præcepta: sed de his est votū largè nō rōne necessitatis, sed volūtariæ adimpletiōis sicut sub voto baptizati cadit abrenūtiatio pōparū satanæ, & observatio fidei Christianæ. de quo vide ī. ſ. v. Vñ est votū propriè de opere meliori siue bono supererogatiōis, quod dicitur maius bonū in cōparatione ad bonū, qđ cōter est de necessitate salutis. Corporis aūt macerato nō est accepta Deo nisi quantū est opus virtutis, id est, inquantū fit cum debita discretiōe, vt scilicet cōcupiscentia frænet, & natura nimis nō graueturi: & sic cadit sub voto. Vñ si votum vergat in periculū propriæ personæ, nō est seruādū: quod tñ cōgruè fit secundum arbitriū superioris: quia in spectātibus ad se fallitur hō de facili: ita tñ qđ si ex observatiōe magnū, & manifestū grauamen hō senserit, & nō adfit facultas recurrendi ad superiorem: tale votū nō seruet. & si dispensationem superior nō daret, & periculū immineret: tale votū secure frangeret. Vota verò mulierū de inutilibus & vanis, deridenda magis sunt quā seruāda: & sunt sortilegia magis quā vota: quia reliquiæ quædā idololatriæ, secdm quā obseruabātur dies & mēsis. Vñ pro nō votis habēda sunt. Hæc ex illo. qui intēdit etiā ea, ad quæ quis tenet ex mādato Dei, licet nō ex præcepto, caderet sub voto largè: vt nō mētiri: qa votū propriè vult esse de cadētibus sub cōsilio. Ex quibus patet qđ votū de re inutili, id est, quæ nō cōfert ad honorē Dei nec ad salutē vouētis, nō est votū: quia talia Deus nō acceptat: & cōsequēter nec obligatio tenet ipso iure. cuiusmodi secdm Alb. & Ray. sunt vota stulta mulierū, scilicet de nō pectināndo caput in sabbato, & de nō comedēdo capita in reuerētiā decollationis Baptistæ, & hmōi: etiā si pro honore sanctorū fiāt, secdm Alq̄a habēt similitudinē idololatriæ, & magis sunt irridēda quā observāda. Tutius tñ propter reuerentiā puto licentiam seu dispēsationē vel declarationē petere, saltem à cōfessore.
¶ Quartū. Votū de re minus bona, scilicet quæ nec pertinet ad præcepta, nec ad cōsilia, sed est negatio cōsilij: puta si quis vouerat se nō intraturū religionē, secdm Arc. post Pet. de Pa. nō valet, cùm nō sit de bono meliori: adde qđ nec de bono necessario: non obstante quòd votum, sicut & iuramentum, de eo

eo quod seruari potest sine detrimēto salutis æternæ, sit seruandū: quia hoc verum est si habet tres comites, iudicium scilicet, iustitiā, & veritatē. Vel dicēdum qđ detrimentū salutis est non solùm quod interimit salutē, sed & quod impedit perfectionē salutis: vel dicēdā quod intelligitur quādo votū habet materiā propriā: quod nō est hic. Pro quo sciendū est, secundū eū, qđ quādo per votū directè & principaliter excluditur bonū cōterēs ad salutē, & nō includitur bonū quod p se possit esse materia voti, nō obligat, licet posset seruari cū salute: vt si quis vouerat se nō ingressurū religionē: sed quando principaliter includit aliquod bonū qđ pōt esse materia voti, licet illud bonū ex cōsequēti excludat meliora bona, tamē ligat: vt si quis vouerat religionē laxiorē, licet ex meliori via præcludatur: quia tñ religio, pmissa est sufficiēs materia voti respectu seculi, licet nō respectu religionis pfectioris, tenet & valet. Quod limita quatenus iocludit laxiorē, nō aūt quatenus strictiorē excludit: vt ī. Religio. ij. ſ. xvj. Et idē de iuramēto. Et si quis vouerat aut iuret intrare hāc religionem sub hac cōditiōe si aliquā intrabit: valet, qa p hoc principaliter nō excludūtur aliæ: sed principaliter includitur ista: & si nō purè, tamē sub cōditiōe. Si autē promitteret se nullā aliā intraturū: & nō pmitteret istā absolutè vel sub cōditiōe, nō valeret, sed peccaret. ¶† Quintò quæritur, quot sunt genera siue species votorū, seu quomodo votū dividatur? Et dico secūdū Arch. post magi. Sē. Ray. & Hos. ae Pet. de Pal. qp sic dividitur. Nam votorū quoddā est cōe seu necessitatis, scilicet quod est de necessariis ad salutē, ad quæ quis aliàs tenetur, qđ largè dicit votū, vt ſ. priore. qđ quidē si nō sit expressum & vouete, vt in baptismo, est circūstatia aggrauās: quia eodē genere peccati plus fidelis quàm infidelis peccat. Si verò sit expressum à vouēte per modū singularis & proprię obligationis: vt si quis vouerat aut iuret non amplius fornicari: mutet speciē: quia secundū doc. circūstātia aggrauās, quę per se, & nō ex suppositiōe prioris importat deformitatem, mutat speciē peccati, vel nouā addit: fractio autē voti de se habet deformitatē: quia eā habet etiā in re, ad quā quis aliàs nō tenetur. idē Dur. ordi. præd. ¶ Quoddā verò est singulare seu volūtatis, scilicet quod est de his quæ sunt supererogatiōis, ad quæ quis aliàs nō tenetur: quo voto nullus aliū pōt obligare nisi cōsentiat. ¶ Et hoc iterū diuiditur. Nā votorū singulariū quoddā est solēne, scilicet cui addita est solēnitas suceptiōis ordinis sacri, aut professionis tacitè vel expresse factæ alicui religioni approbatę, vt in c. vnico. de vo. lib. vj. Quoddā verò est simplex, vt omne nō solēne, siue cōsistat in faciēdo, vt cū quis vouet orationē: siue nō faciēdo, vt cū quis vouet nō frāgere castitatē, aut nō cōtrahere matrimoniū: quod est aliud: quia primus fornicādo agit contra votū, nō scelus: & primus nō pōt, si cōtrahat debitū petere: de secūdo autē est dubiū, ſcdm Arch. Et puto qp possit, si vouēdo nō intēdebat se obligare ad castitatē, sed solū ad nō cōtrahēdū. ¶ Et rursus quod dā est absolutū, vt cū q vouet aliqd simpliciter sine cōditione vel determinatiōe tēporis: & talis tenet ad statim, id est, quàm primū cōmodè pōt implere. Quoddā verò cōditionatum: vt cùm quis vouet ieiunare si sanetur: & talis nō obligatur nisi extāte cōditione. de cōdit. appo. verū. & tex. à cōtrario in c. vnico. xxxij. q. vlt. ¶ Dicit aūt Inn. vt illi adscribit Sū. Ang. nō licere votū facere cōditionaliter: quia est simoniacū eū velit quis emere sanitatē à Deo p tēporali. Et facit c. qui studet. j. q. j. sed secundū scripturas & sanctos hoc nō est verū: quia inter Deū & hominē cadere nō pōt emptio aut vēditio: sicut nec iustitia cōmutativa. Vide etiā Pan. in c. scripturæ. de vot. ¶† Sextò quæritur, vtrū votū sit vouere sit expediēs? Et dicit S.Tho. qp sic, modò rationabiliter fiat: quia per hoc nostrā voluntatē immobiliter applicamur ad bonū: & insuper est aliquid facere ex voto quàm sine, secundū eū primū quia vouere est actus latriæ, quę est nobilissima virtus: quod autē fit nobiliori virtute est melius. Secūdò, quia vouēs plus se Deo subijcit quàm nō vouēs. Tertiò, quia per votū voluntas immobiliter firmatur ad bonū facere aute aliquid ex voluntate firmata, pertinet ad perfectionem virtutis. ij. Ethi.

Rursus de Voto. ij. quantum ad Virtutem & obligatiuam & interpretationem eius.

1 *Votum omne absolutum & licitum an obliget.*
2 *Votum conditionatum an liget.*
3 *Votum quando teneatur quis implere.*
4 *Votum certa die non impletum an debeat alia die implerī.*
5 *Vouens certam religionem qualiter obligetur.*
6 *Vouēs quid intra annū, si egrotauit an debeat votū cōmutare.*
7 *Votum de non vouendo, nisi certa lege, an valeat.*
8 *Votum cessante eius causa an obliget.*
9 *Votū suo an possit quis alium obligare.*
10 *Votum nō potens implere per se, an teneatur implere per aliū.*
11 *Hæres an teneatur implere vota defuncti.*
12 *Votum ex metu factum an obliget.*
13 *Vota subitò facta ex angustia fugere, vel hmōi an obligent.*
14 *Votum de re licita, sed aliquando mutile, an obliget.*
15 *Vouens dare mensuram grani, an det quam velit.*
16 *Vouēs ieiunare in festo alicuius sancti, an teneat die dominica*
17 *Vouens diuersa aut pugnantia quomodo teneatur.*
18 *Votum certæ regulæ quomodo intelligatur.*
19 *Dominum rei voto promissæ an maneat penes vouentem.*
20 *Vota punitere vel ipsum frāgere an sit peccatu ueniæ quoties.*

VOTVM secundò cōsiderari pōt quātū ad virtutē obligatiuā & intellectū seu interpretationē votorū, præter ea quæ patēt ex titulo priore. ¶† Primò autē quæritur, vtrū oē votū absolutū & licitū obliget? Et dicit Rich. qp sicut pmissio licita alicui facta animo obligādi se obligat si acceptet, nō tātùm ex pcepto legis diuinę, sed etiā naturalis: sic cōvotū sit, pmissio, & Deus, cui fit, illud accepter, est obligatorium. extra de vot. licet. Fallit hoc ſcdm S.Tho. in iiij. aliquādo: qa dicit qp quicquid votū faciēdū impediret si prius esset etiāvo to factō auferet obligationē. Vñ si quid potuisset cùm vouetur, fiat postea impossibile, tollit obligatio: vt si diues vouet ędificare ecclesiā, & superuenēte paupertate perficere nō possit ita tamē quòd si factus est omnino impotēs, liberatus est à toto: alioquin obligatur solùm ad id quod pōt. Et si ex sua culpa veniat ad impotentiā: de culpa tenetur pœnitere & recompēsare. Hoc autē dictū Suppl. limitat si quod superuenit legitimè superueniat: alioquin est instātia si voto & ingressui religiōis superueniat matrimoniū: quod nō impedit, cùm tamē ante impediuisset. Sed instātia est iudis: quia S.Tho. nō loquitur de euentibus post votū mediātevolūtate vouētis, vt matrimoniū: & præterea si illud votum sit solēne per professionē, matrimoniū nō superuenit: quia nullū est. Si verò nō sit solēne, matrimoniū subsequitur, & impedit cōpletum voti: cùm talis debitū reddere teneatur. ¶ Vnde secundū Richar. quod dictū est, votū obligare, fallit in quatuor casibus. Primò si licitū postea fiat illicitū: puta quia quis feceret votum cōtinentiæ, & postea cōtraheret, & cōsequenter nō posset debitū reddere. Secundò propter impotentiā implendi: vnde si quis vouit ieiunium, quod sine magno corporis detrimēto implere nō posset: si deest facultas adeundi superiorē, cōtrauenire pōt propria authoritate, secundū S.Tho. Tertiò propter authoritatē dispēsantis, intelligē de legitimā: aliter nō: vt in c. magnę. eo. tit. & in glo. in c. nō est similiter. e. tit. Quar-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tempus,vel de loco ad conuersionis appositum de quo §. sequenti. Adde quinto & sixtum legimus in textu. Vtrum autem obliger plus quàm intramentum,infrà §. xiv. ¶ † Secundò quæritur,an liget votum conditionatum? Et dico multa. ¶ Primò. Secundò Ray.siue conditio sit generalis:vt,si vixero,si potero,si Deus voluerit:quæ semper intelliguntur,etiam si nō apponantur.xxvij.q.ij.beata Maria.siue specialis: puta si intrauero Lōbardiam,adibo Sanctū Marcū.vel si filius meus fuerit liberatus,faciā hoc vel illud.si cōditio nō extiterit,nō obligatur voues ex voto.xxxij.q.viij. nō solū.de cōdit.ap.verū. de resti.Ipo.olim causam.Et intellige non obligari eum primò si obligatio totaliter vel principaliter ponebatur in aduentu cōditionis:& secūdò nisi ratione scandali.extra eo.magnæ.de cōuer.cōiu.ex parte.circa finē:sicut quādo votū fuit publicū,sed cōditio fuit in corde retēta. ¶ Secūdum. Pactēs autem votū sub cōditione, ex cuius culpa cōditio nō impletur, secundum Rich.obligatur,arg.c.sicut ex literis. de spō. Vnde qui vouit aliquid vt Deus eū prēseruaret ab aliquo peccato,si nō facit quod in se est vt præseruetur, sicut fecisset si votum nō emisisset,vel sicut intendebat facere quādo votū emisit;vel si volūtatiē se præcipitauit in peccatū,nihilominus obligatur. Et ita tenet Sum.Ang.Sed tu dic q̄ obligatur iuxta intentionē suā,à qua originatur obligatio voti. Vnde si intēdebat obligari solùm si Deus in vitādo peccatū cōferat ei gratiā maiorē solito,vt cōmuniter fit,non tenetur, etiā si ex sua culpa cōditio nō extet:quia intendebat quòd per Dei gratiā ipse ab ipsa sua culpa præseruaret. Si autē de sua intētione nescit discernere,seruetur quod prius dictū est. ¶ Tertiū. Secundū Ric.vt refert ac sequitur Sum.Ang. votū factū de re bona & ad bonū finē cōsequendū per rem deuotā sub conditione etiā mala,tener,& est obligatorium extante cōditione & hoc siue voues velit illā conditionē implere:vt cùm quis vouet religionē si potuerit habere coitū cum aliqua muliere:siue nolit eam implere:sicut cùm is qui horret aliquod peccatum,vouet religionē si illud cōmiserit. Sed hoc est quidem verum in secūdo casu quando vouens non vellet condi
tionem impleri: quia eo casu vouet religionem in pœnam
tionem peccati.quod licet,etiā si ipsa religio sit horrori aliàs: sed in primo nō est verū:quia secundū eundē Rich.& eundē Sum.Ang.de ratione voti est esse ad bonum finē. quod hic nō est: cùm finis sit fornicatio. Vnde dicit Arch.post Io.de Neap.& Rich.in iiij.vt refert, quòd emittens votum ex turpi causa vt eùm quis vouet ieiunium si in fornicatione prosperetur,peccat vouendo:nec tenetur implere. Vnde dico quòd ille actus cùm nō eliciatur à latria eo quòd sit vitiosus,nō habet rationem voti,nec obligat. ¶ Quartū. Si autē votū sit factum sub pluribus cōditionibus,& vna extet & nō alia,obligabitur secundū quod intendebat obligari,scilicet aut solùm omnibus extantibus aut vna earū:& si super hoc nō cogitauit nec scit discernere, secundū Arch.tutius est implere,imò videtur necessariū.xxiij.q.viij.nō solū.de cōsi.ap.verum. ¶ † Tertiò quæritur,quādo teneatur quis votum implere? Et dico circa hoc doc. varia scripsisse: sed secundū S. Tho.ij.ij. cùm obligatio voti pendeat ex volūtate & intētione vouētis,vt patet Deuter.xxiij.qui intēdebat se obligare ad statim, tenetur ad statim qui autē ad certum tēpus, vel sub certa cōditione ,non tenetur ad statim:sed nec tardare debet vltra quàm se intēdebat obligare:quia dicitur ibidē. Cùm votū voueris domino Deo tuo,non tardabis reddere:quia requiret illud dominus Deus tuus: & si moratus fueris reputabitur tibi in peccatū. Et sic videtur velle quòd qui non determinauit tēpus,tenetur statim quàm primùm cōmodè potest. ¶ Addit autē in quarto quòd qui rationabiliter timet perpetuū impedimentum implendi,tenetur vlterius non differre. Et sic mens est quòd differre votum sit mortale in duobus casibus: primò quādo differtur vltra tēpus,ad quod quis se obligare intēdebat. Intellige explicitē,vel etiā implicitē: puta quia si cogitasset tātùm tēpus sibi statuisse t. sed ò quādo determinauit tēpus:& ,phabiliter occurrere timet impedimētū perpetuū. Adde tertiò,quādo nō est determinatū tēpus,& pōt quis cōmodè implere votū,& procrastinat ex negligentia notabili arbitrio boni viri,dicēte Veruec.quòd talis tenetur ad statim: cùm pōt:sed dabitur ei tēpus arbitrio boni viri ad se disponendū.quod verū puto etiā in foro cōscientiæ. Vnde Pan.in c. nō est voti.de voto. dicit q̄ tenetur statim , nisi interueniat superioris authoritas: ar.d.c.à cōtrario. Et ratio potest reddi: quia quando quis debet aliquid alicui sine die tenetur statim sed nō ad statim,etiā quàm primùm cōmodè pōt,sed solùm requirente creditore:quia ex tūc est in mora:Deus autē semper votū requirit. Secus videtur si procrastinat ex spe maioris cōmoditatis:vel quia sine magna negligētia est oblitus ex multitudine occupationum,vel rei paruitate,& huiusmodi. ¶ † Quartò quæritur,vtrū is,qui vouit ad certā diē,puta ieiunare hoc anno vigiliā beatæ Catherinæ,& nō seruauit,teneatur alia die votū implere? Et dicit Pan.in c.p tuas.de voto.q̄ sic,quasi sit obligatus ad duo:sicut qui obligatur certo die dare decē alicui,si die statuto nō dederit,tamē obligatus remanebit,ar.c.cū dilecti.de do.& cō.& l.Celsus.ff.de arbi.§. j.vbi iussus dare decē intra Cal.Septēbris, dicit habere duo præcepta:vnū dādi decē,& aliud intra Cal.& est opinio tutior: nisi quādo voues nō habebat animū obligandi se nisi ad illū diē:quia sic alio die nō tenetur,licet peccauerit. ¶ † Quintò quæritur,q̄d de eo qui vouit certā religionē? Et dicit S.Tho. q̄ si intēdebat se obligare ad statim vel ad arbitrū alienum, nō potest vltra differre,etiā propter debita soluēda:quæ tamē,qui eum recipit,soluere tenetur:& si de eis vouēdo cogitabat,probabiliter præsumetur quòd nō intēdebat se obligare antequā de rebus suis disposuisset. Addit Arch.quia profitendo cedit bonis. Vide 3. Religio.ij.§.iiij. Si autē vouit absolutē sine cōditione vel tēporis determinatione, secundū Archi.tenetur statim habita cōmoditate:nec sufficit intrare in fine vitæ:quia residuū suæ vitæ vouendo dedicauit Deo. Sic promittēti cōtrahere cum aliqua,nō sufficit cōtrahere ante mortē:quia ad hoc fit matrimonium vt simul conuiuant. Qui etiā promittit intrare religionē ad requisitionem alicuius,ad est,quādocūq; eum requisierit, secundū Arch. illo nō requirēte intrare nō tenetur:sed illo mortuo videtur q̄ teneatur, nec plus habet dilationē,cū nō expectetur requisitio. q̄ promissio fuit in diē:& hoc nisi dixerit per modum cōditionis,si me requisieris,&c. Mihi autē videt,etiā si cōditionaliter nō dixit,distinguēdū de sua intētione: quia fortè intēdebat intrare intrāte socio,& nō aliter:vel intēdebat ,p̄mittere amicore cepturo promissionē,& nō Deo:& sic nō tenetur intrare. Vide etiā 3. §. viij. ¶ † Sextò quæritur,vtrū qui vouit certā peregrinationē intra annū,& ante illud tēpus infirmatur ad mortē,adhuc moueat obligatio voti,sic q̄ necessaria sit talis voti cōmutatio? Et dicit Pan.in c.j.eo.tit.se inuenisse dictū singulare B.Tho.quem sequitur Arch in c.qui bona.xvij.q.j.q̄ in tali casu nō est necessaria cōmutatio:quia,inquit,est ibi impedimentum quod habuisset à principio,impediret votum,si oritur post factum,habet auferre obligationem voti. Sed dicit idem Panorm.multum instare cap.quod super his.eo.tit. vbi propter impedimentū superueniens fit cōmutatio.quod est tutius. tamē de subtilitate credit primū dictū satis posse procedere.modò in vouente non reperiatur negligentia vel culpa.& ad d.c.quod super.dici potest quòd procedit quādo impedimentū non est omnino voti impeditiuū, sed difficultatiuum:cōmuniter tamē obseruatur d.c.quod super.& facit d.c.ubi,an ex infirmitate. Et ita tenet Sum.Rol. Sed ego dico quòd illa cumulata faciunt cōtra hoc:quia primū nihil aliud dicit, nisi quòd vocata peregrinationis possunt ex causa à superiore cōmutari:& hoc quādo vouēs potest exequi: vt patet in illo verbo ,peregrinatio,an recompensatio sit melior. Capitulū verò,quod sup.manifestē loquitur de his qui votū peregrinationis ad terrā sanctam possunt quidē exequi, sed nō valiter:puta quia in infirmitate vel paupertate bellare nequeunt. ¶ † Septimò quæritur,vtrū valeat votū de nō vouendo,nisi in scriptis,vel in manu talis,& huiusmodi? Et dico secundū Rich.quòd sic,quia nō simpliciter ,phibetur emissio voti,sed cauetur præcipitatio. Vnde si sic voues cōtraueniat, vouēdo nō in scriptis vel sine cōditione appositā,peccat mortaliter: & nihilo minus tenetur seruare votū quod fecit sine illa cōditione:quia votū de nō vouēdo quod fecit,nō obligat, licet obliget votū quòd nō vouebit nisi cū tali circūstantia, vt illud seruet in vouēdo. ¶ † Octauò quæritur,vtrū cessante causa,propter quam quis vouit,obligetur? Et dicit Host.q̄ sic, licet redēptio sit facilior.& allegat c.magnę.§. fin.in fi.extra quod. vbi scilicet votū peregrinationis factū pro assequenda libertate Treuerēsis ecclesiæ p quendā comitē, eo mortuo remittitur. Gof.verò tenet quòd nō obligatur nisi in voto religiōis,quod ex falsa causa nō vitiatur.de cōuer.cōiug.dudū. Sed Pa.in d.c.magnæ.distinguit quòd nō obligatur, si causa erat finalis:secus si impulsiua. ¶ Vnde dico quòd si causa erat finalis,ita quòd nō intēdebat obligari,ea nō extāte nō obligatur.de app.c.cū cessante. Si verò est impulsiua vel inducti ua,vt in d.§. fi.licet cesset , tñ manet obligatio.arg.c.ex parte.el ij.de cōuer.cōiug. In dubio verò vtrū causa fuerit finalis vel nō,obligatur.l.quicquid adstringēdæ.ff.de verb.obli. Et eodem modo si votū sit ab aliquo factū ex duabus causis,scilicet impulsiuis , puta ire ad sanctū Iacobū,quia ibi credebat germanum suum inuenire: & etiā vt rediméret peccata sua, secūdum Rayn.iuncta gl.sua,hoc casu quāuis sciuerit germanū suū discessisse etiā ante itineris arreptionē: nihilo minus tenetur propter aliā causam si intendisset se obligare: aliàs secus,quia scilicet votū nō obligat vltra cōsensum. ¶ † Nonò quæritur vtrū possit quis suo voto alium obligare? Et dico quòd nō,nisi aliter cōsentiat:vnde licet vouerat mater quòd filius ieiunabit,& huiusmodi,tamē filius nō obligabitur,nisi cōsentiat. In voto tamē reali, sine facto de rebus exhibēdis, potest quis obligare suum hæredem, sed nō ad aliquid personale: vt infrà,§. xj. ¶ † Decimò quæritur,vtrum non potens votū implere per se,teneatur illud implere per aliū. Et dico quòd nō:quia in omni voto intelligitur illa cōditio generalis,si potero:etiam si nō exprimatur.vt not.in c.quē admodū. de iureiur.& in c.beatus.xxij.q.ij.quæ si nō exrat,tollitur obligatio voti,vt not.gl.in c.nō est.eod. tit. Ad c.autē.qđ super his.de voto.respōderi potest secundū Pan.in c.j.eo.tit. quòd loquitur quādo impedimentū nō est omnino impeditiuum, sed solùm difficultatiuū. de quo etiā 3. §. vj. ¶ Distinguit tamen Inno.in c.scripturæ.eod.tit. quòd si quis vouit visitare terrā sanctam pro subsidio impendēdo: licet tūc visitare nō possit,tamē subsidiū tenetur impendere meliori modo quo potest.quasi sit ad hoc obligatus. Et idem in eo qui fecit votū visitādi sanctū Iacob,& aliquid impēdendi, & huiusmodi. Si verò solùm vouit visitare ob deuotionē : & tūc per alium exequi nō tenetur impedimēto superueniēte. Et idem Archi. sentit:addens quòd tenetur mittere aliquē loco sui,vel saltē expēsas quæ fecisse:& si de hoc moriēs nō disponeret,tenetur hæres si hæreditas sufficit. Si verò fecit votū causa deuotionis eundi, supernenientes impedimenta non tenetur hoc vel mittere:nisi forte fuerit in mora tūc in culpa. ¶ Pan.verò in c.licet.eod.tit.addit aliā limitationem:quia si tempore quo emisit certus erat quòd impedimētū esset perpetuū, tenet implere p aliū,ne votū fit derisorium. Siverò nō erat certus,licet illud haberet tempore voti,tenetur solùm quam primū cōmodè potuit.ar.l.nepos Proculo.ff.de verb. sig. & hoc videtur verius:licet Host.teneat indistinctē q̄ tenetur implere per alium,quādo impedimētū erat tempore voti. Potest etiā addi quòd nō tenetur per aliū,nisi fuerit in mora exequendi votū: quia tenetur cōmutare,vel redimere: vt patet Deuter.xxiij. vbi dicitur quòd si moratus fuerit,impurabitur sibi in peccatum.& arg.l.ij.in princ.ff. si quis cau.& in c.fi.de iniur. Et ita indistinctē sentit Sū.Aug.post Pan.in d.ca.licet. Sed dico q̄ prædicta probāt morā imputari ad peccatū: nō autem q̄ ex hoc teneatur q̄ votū per aliū exequi,nisi fuerit reale, iuxta mentē Innoc.vt patet ex dictis. ¶ † Vndecimò quæritur,vtrū hæres teneatur implere vota defuncti sibi imposita? Et dico multa. ¶ Primū. Secundū Ray.votū peregrinatiōis,adde vel quodcūq; aliud personale:secūdum Per. de Pal.nō pōt iniungere filio,quæ instituit hæredem,nisi & ipse approbet. extra eo.licet.sed pecuniariā satisfactionē bene potest iniungere. ¶ Secundū. Secundum Host.si filius vult esse hæres, tenetur implere omnia vota patris.intellige realia, si hæreditas hoc patitur. Pro quo facit l.ij.ff.de pollici.vbi obligatio voti trāsit ad hæredē:& secundū Inn.etiā si filius ad hoc se nō obligasset, cōpelli pōt per priuationē hæreditatis, licet non per coactionē personalē,& cōsequēter nec p excōicationem:imò secūdū do.Ant.si spōte adiuit hæreditatē,cōpelli pōt etiam per excōicationē.quod Pan.placet in d.c.licet.quia adeundo quasi cōtraxit. ¶ Tertiū. Ad quæstionē plenè respōdet Arch. post Pet.de Pal.dicēs, In voto reali, vt est ædificare monasteriū,vel dare aliqd pro Deo,& huiusmodi, hæres tenetur, sicut & in alijs debitis:sed ad personale,vt est iēunare,cōfiteri,votū crucis,ire vltra mare,& huiusmodi,nō tenetur,nisi se spōte obligauerit siue sit filius,siue extraneus.extra eo.licet. Siverò sit simul reale & personale,sivtrūq; expressum est, vt ire ad sanctū Iacobū,& ibi equū offerre:vel fundare monasteriū,& intrare,tenetur solùm ad differre & fundare, nō ad irevel intrare. Siverò expressum est personale principaliter & reale tacitū & accessoriū,vt ire ad sanctū Iacob.nō tenet ad expēsas quas fecisset eūdo,stādo, offerēdo,& redeūdo:sicut nec tenetur ire:& si vouit intrare religionē,nō tenetur hæres tradere bona:q̄a sublato principali tollit accessoriū:& si susceperat crucē defunctus, nō tenetur hæres mittere expēsas quas fecisset,nisi hoc ordinasset:& si vouit mittere certas personas vltra mare: q̄d reputat reale.adde licet hoc aliq dicāt personale ad incertam personā:tenetur hæres. Hæc ex illo. ¶ Quartū. Si autē testator nihil disposuit , tenetur hæres ad realia vota,vt dictū est:& si ipse hęres per se nō possit,tenetur implere per aliū eo casu quo defunctus tenebatur implere per aliū:de quo 3. §. x.& hoc si addit hæreditatē:q̄a adeūdo quasi cōtraxit. ar.notatorū in l.ij. ff de polli.& in l.more.ff. de acqui.hęr.& in c.si hęres.de testa.q̄d intellige inquātū vires hęreditatis patiūtur. Et si,p huiusmodi filius grauaretur in legitima,causam haberet impetrādi dispēlationē. Sed prę dicta omnia intellige si adierit hęreditatē: si autē nō vult adire,tenetur:quia nec hęres est:nisi forte promiserit. ¶ Quintū. Si autē hæres expresse assentit votis implēdis:si simpliciter promisit tenetur indistinctē,etiā ad personalia, qualiacūq; sint:nec distinguo vt quidā,an sint peregrinationis vel abstinētiæ.ar.l.veteris.C.de cōm.stip.& l.veica.C.vt act.ab hæ re.vel cōtra hære.inci.&.c.quod super his.&.c.licet.eo.tit.Si

Universidad de Deusto
Biblioteca

vero promisit sub spe adeundæ hæreditatis, & postea noluit adire, nō tenetur. de elect. c. Venerabilē. §. fi. & not. Ioā. & Ber. in d.c. licet. ¶ †Duodecimō quæritur, vtrum votū factum ex metu obligetur? Et distinguit. Nisi si metus fuit ab homine votum nō obligat, nisi ex modo quo dictū est ī. Metus. §. viij. Et intellige si metus sit illatus ex intentione ab homine: si verò sit à casu vel natura, vel Deo, votū obligat: nisi metus esset tātus q̄ excluderet vsum rationis deliberatiū & promittentis. Vnde l'an. in c. sicut. el ij. de reg. distinguit: quia timor mortis animę nō excusat nec dat causam retractādi actū: & similiter si sit timor mortis naturalis corporis: sicut in grauiter infirmo: vt in d.c. sicut. & similiter si sit timor mortis accidē talis causalis: vt in timēte periculū naufragij, vel incendij, vel hostiū, nō impedit actū, nec invalidat: quia aliquādo Deus incutit talē timorē, vt hō cōuertatur. Si verò sit timor mortis accidētalis violenter: vt in eo qui timet mortē violentā sibi imminere ab iniquo homine: si, ppter talē timorē qs ingreditur religionem, nō tenet ingressus, ex quo fecit vt violentā mortē euaderet: quia Deus respicit cor, & vult militē voluntatiū. & ita loquitur c. j. qd mer. cau. Et prædicta adduci pōt generaliter ad validitatē cuiuslibet voti. Hæc ex illo. Sed in hoc vltimo casu distingue vt ī. Metus in d. §. viij. ¶ †Decimo tertiò quæritur, vtrū obligent vota subitò facta ex angustia, furore, vel metu, & huiusmodi? Et dicit Veruec. q̄ si huiusmodi vouentes habeāt deliberatā intentionē obligādi se Deo: obligati sunt. xxvij. q. iiij. Iuuo. qui opes. Secus si voueāt subitò & indeliberatē, nisi postmodū cōfirmauerint. ar. de reg. iur. ratihabitio. lib. vj. & sed m Arch. talem habēt intentionē quādo cogitāt de causa impulsiua ad vouendū: puta infirmitate vel periculo: & de finali, id est, euasiōe periculi. Dicit autem hic Sum. Ang. q̄ vota ex subreptione siue deliberatione non obligāt necessariō: & bene dicit: sed malē dat huius rei signū dices hoc posse perpēdi quādo statim trāfacto periculo vel angustia sunt malē contenti se vouisse. Quod Arch. noster ex intentiōe post Pet. de Pal. in iiij. bene reprobat dicēs: Notādū q̄ ratus aut bene potatus vouēs aut iurās ingressum religionis, nō tenetur: quia qđ calore iracūdię fit, pro nō facto haberi debet quod vertū est, si sic subitò fiat, quòd nō fecisset per deliberationē & tententiā ratiōis: quæ trā morā tēporis magnā nō requirit. Si aūt hoc agit sciēs quid iurat aut vouet tenetur: nisi cum eo dispēsetur ratiōe minus plenę deliberationis: sicut etiā qui calore cōcupiscentię inflāmatus aut bene potatus, nō tamē ebrius omnino, iurat vxorē ducere: cōpellitur eā ducere. Et cōfirmatur qđ dictū est hac ratione. Sicut ergo ad votū, ita & ad peccatū mortale deliberatio requiritur: & tū si qs licet iratus aut bene potatus occidat hominē nō excusatur à toto quin sit mortale: ex quo nō sic fuit extra se quin sciret qđ faceret, licet statim postea pœniteat & nollet fecisse: quia esse statim pœnitentē de peccato, arguit quidem illud nō esse factū ex habitu: nō trā arguit quin sit factū ex electione, licet passiōe turbāte iudiciū rationis. Illa ergo deliberatio tpis vel ætatis quæ sufficeret ad obligandū diabolo per peccatū mortale, sufficit ad obligandum Deo per votū. Hæc ex illo. Illa ergo sola vota ex angustia facta nō obligāt, quæ quis, pfert nō cogitādo, id est, nō aduertendo, eo modo quo quis aliqñ inaduertēter blasphemat. Et ista sunt de mēte S. Th in multis similib⁹ & valde pōderāda: quia interdū in hoc fallūt & fallunt cōsultores animarū. Facit ad p̄dicta qđ no. Pan. extrà eo. tit. c. ij. quod votū precedēs ex animi facilitate ligat, licet facilitas præster causam dispēsandi & cōmutandi. Facit etiā quod dixi ī. Blasphemia. §. iiij. & Iuramētū. iiij. § ix. ¶ †Decimoquartò quæritur vtrū votū de re quidē licita, sed tamen aliquādo vtile aliquādo inutile, sit obligatiuum? Et dico quòd obligat eo casu quo est vtile, nō quo est inutile ad salutē animę, secundū Rich. vt sīpra. Vnde quis nō petere dispēsationē à votis, & in casu, pbabiliter timet sibi devoti trāsgressione: quia tūc eā petere pōt. Similiter obligat eo casu quo est vtile vel nō inutile, nō quo est inutile saluti corporis, secūdū Host. sicut qui vouit nō comedere carnes eo casu quo dicit à medicis eū esse in periculo mortis nisi carnibus vtatur, sic vtetur voto nō obstāte. quod etiā not. Hug. xxij. q. iiij. nō solum. & idē intellige si dicat q̄ sit in periculo grauis infirmitatis: quia est cōtra virtutē corpus seu affligere vlq; ad infirmitatem, sic q̄ nō possit obedire rationi in exequendis negotijs, & labores tolerādos vt patet ī. Votū. j. §. iiij. & per Tulliū in lib. de off. ¶ †Decimoquintò quæritur de intellectu voti eius quivouit dare vnā mensurā grani pauperi annuatim, & nō determinauit quā? Et dicit Host. in arbitrio eius esse dare quā voluerit. de cens. c. ex parte. Vel melius q̄ eā, de qua cogitabat, aut determinasset si cogitasset, ¶ †Decimosextò quæritˢ, vtrū vouēs ieiunare in festo alicuius sancti, ad hoc teneatur si eueniat in dominica? Et dicit Io. de Neap. in quol. q̄ aut votū fuit de ieiunio afflictionis, scilicet ad satisfaciendū pro peccatis, aut subiugādi corpus: aut de ieiunio exultatiōis, scilicet vt esset dispositior ad gaudiū & cōtēplationē diuinorū aut de neutro, qa scilicet nō cogitauit: aut de vtroq;. In primo casu ieiunādum est sabbato præcedenti: quia debet se cōformare ecclesiæ, quæ talo ieiunium trāsfert: in secūdo verò ieiunet in dominica: quia est votū virtuosum & ligās, ar. dist. lxxvj. vtinā. in tertio verò iterū in dominica: quia præsumitur ieiunij exultationis. in quarto verò in sabbato: quia cæteris paribus debet se cōformare vniuersali ecclesiæ. ¶ †Decimoseptimò quæritur quomodo obligetur qui fecit duo vota diuersa, aut etiā in casu repugnātia? Et dicit S. Tho. in iiij. dist. xxxviij. q. j. art iij. q. j. in cor. q̄ si vtrūq; est cōpossibile, debet vtrūq; seruare nisi forte authoritate superioris minus votū præcedēs in maius sequēs cōmutauerit. Si autē secundū votū sit omnino incōpossibile: primò debet seruari maius, & de minori scām arbitriū prælati satis facere. Hęc ille in forma. Sed intellige primò q̄ seruādū est maius, id est, virtuosius: quia includit minus: & secò q̄ debet seruari maius quādo sunt inæqualia: qa si essent æqualia seruādū esset primū, cū nō potuerit obligare ad impossibile: & tertiò q̄ cùm sunt incōpossibilia ex aliquo casu accidēte, seruādum est maius, nisi aliud habuerit in intentiōe, vt statim dicā: & quartò qđ cū dicit in maius, Suppl. intelligit maius sequēs aliud ab eo qđ simul vouit: cū ad illud omnino teneat ratione voti & nō cōmutationis. Sed iste intellectus nō est bonus: quia superior comutās votū nō ligat ad aliud votū, sed ad aliud bonū. Sed intedit S. Tho. quòd aliqñ scām votū est votum religiōis, in quod omnia vota priora etiā cōpossibilia authoritate iuris statuti per superiorē cōmutantur. ¶ Ex his dico ad aliā quęstionē. Si enim quisvouit in vigilia sancti Laurentij nō comedere panē: postea vel ante vouerit die Veneris nō comedere nisi panē: si die Veneris eueneriit illa vigilia scām Io. de Nea in quol. si talis pōt vtrūq; implere sine periculo grauis infirmitatis, tenetur: si verò non potest, non tenetur. Si verò est dubius an possit, tenetur ad id quod non potest in aliud tēpus differre, aut cōmutare. Sed tertiū membrum non approbo, si dubitatio sit an possit implere vel nō: sed solùm si sit an peccet mortaliter nō implendo, vel non: & sic nullus erit sua ratio, scilicet quia tenetur se ponere in tuto: & ideo æquiuocat. Vnde melius secundū Dur. distinguendum est: quia si in secūdò voto nō recolunt de primo: & si recoluisset, excepisset: tenetur ad primum tantūm. arg. l. obligationū. da ij. ff. de act. & obli. Si verò recoluit, & nō excepit, tenetur ad vtrumq;, si vtrumq; potest explere. ar. de sponsa. cōmunitum. & extra eo. c. fi. Si verò vtrumq; nō pōt, tenetur ad primū. extra eo. c. fi. quia ad impossibile nō potuit obligari. Et ita sequitur Sum. Rof. sed nō est verū, nisi vtrumq; esset q̄ale. Nec c. illud. h. aliquid facit ad hoc, nec ratio adducta, q̄ scilicet nō potuit obligari ad impossibile: qa postvotū mittitur, puta peregrinationē, sicitē emittitur sēm maius incōpossibile: puta religionē. In hac trā q̄ne, & in similibus pro regula habendū est q̄ homo nō obligatur vltra id quod actu cogitauit: tunc quod, si cogitasset, voluisset obligari: quia hęc regula est Dir. & de mente S. Th. & facit c. quemadmodum. de iureiur. vbi iuramentū nō extēditur ad nō verisimiliter cogitata. & idem dic de voto. ¶ †Decimooctauò quæritur, quō sit intelligendū votū illius qui vouit obseruare certam regulā? Et dico casum istū decidi in fratribus Minoribus in cle. exiui. de verb. sig. q̄ talis ea quæ sunt in regula nō tenet obseruare, nisi eo modo quo sunt in regula, id est, quo regula dicit ea seruāda, scilicet p̄cepta vt p̄cepta, & cōsilia vt cōsilia. ¶ †Decimononò quæritur, vtrū dominū rei, quæ Deo vel alicui ecclesiæ ex voto promissa est, maneat penes vouentem. Et dicit Pet. de Peru. in tra. de can. por. episcopi. c. iiij. q̄ sic: sed personali obligatiōe teneturvotū implere de quo plenè in l. si quis rem. ff. de polli. vbi dicitur q̄ persona obligat, & nō res. trāsit tñ in hęredem talis obligatio: vt ibi, in fi. & facit l. pactū. ibidem. Et sic cogēt personali obligatiōe. de cēsi. ex parte. Sed quo ad hærede limita vt ī. §. xj. Et si quæratur quis ager: rēdet vt ī. q̄ sicut ille, cui relictū est legatū solum agit de iure, & nō alius. l. j. & ij. C. cōmunia. de le. tic & ille cui factū est votū. Ex quo infert q̄ legatū factū imagini Christi non acquiritur ecclesiæ, scilicet parochiali, nec prælato, nec cōtemplatione ecclesiæ vel prælati est factum, licet imago sit de parochia. Et videtur casus in c. nimis. el j. de exc præl. & facit c. requisisti. de testa. sed censetur Deo factū & eius contemplatione, vt videtur casus xij. q. ij. prædia. vnde aget episcopus qui habet cogere. d. c. ex parte. & dabitur ecclesiæ vbi testator habuit domicilium, scilicet cathedrali: vel, si nō sit, digniori. ar. eorum quæ no. in auth. de eccle. ti. §. fi quis in nomine magni Dei. Et ita tenet Sum. Ang. de legatis & votis & oblationibus, si fiāt simpliciter. Deovel imaginibus tñ fiāt, in quit, cōtemplatione ecclesiæ parochialis, siue in ea sit imago siue nō, ecclesiæ parochiali acquiritur. c. cùm in vestros. de vet. sig. Cōtra Pet. aūt de Perusio. Ant. scām quem ista, etiā si fiāt simpliciter, spectāt ad parochiā in qua est imago, vt patuit ī. Decimæ. §. ij. & hoc sequitur Sum. Ros. in verbo, oblatio. Pan. & idem sentit in ru. de paro. & in c. pastoralis. de his quæ fiūt à præla. dicens q̄ ecclesia parochialis fundat intentionem suā de iure cōi super omnibus obuentionibus & oblationibus spiritualibus cōtingentibus intra parochiā suā. Et cōsequēter ista acquiruntur rectori parochiali scām istos: & sic ipse aget, de iudi. cùm deputati. cle. j. de referi. aget, inquā, interpellando officiū iudicis, id est, episcopi: sed episcopus aget vt superior & iudex cogendo seruare. Et hoc mihi videtur verius. Nec ratio Petri aut iura quæ allegat aliquid cōcludūt: quia licet votū fiat Deo principaliter: tñ quantum ad rem deuotā pecuniā mensurabilem fit ei, in cuius dictione est imago: alioquin etiā vota facta intra septa monasteriorū essent episcopi, cōtra oēm cōsuetudinem & rōnem. Capitulū etiā, nimis facit ad oppositū. Vide etiā ī. Votū iij. §. vij. part. iiij. ¶ †Vicesimò quærit, vtrū pœnitere de voto vel trāsgredere votū sit mortale & toties quoties? Et dico multa. ¶ Primū. Nō est mortale pœnitere devotos: imò nec pctū, modò sit cā rationabilis pœnitendi: quia nullo iure talis pœnitētia prohibetur, modò homo exequi proponat: imò secundum Pet. de Pal. talis implendo adhuc magis meretur quàm si faceret sine voto. ¶ Secundum. Transgressio voluntaria veniē. est pctm mortale secundū omnes: & etiā patet extra eo. fi. cet. & ad infideli. etiā ad Deū pertinet: & ted m S. Tho. ij. ij. q. lxxxviij. grauior est trāsgressio votī quā iuramēti: quia votū innititur fidelitati quā Deo debemus: iuramentum verò eiusdem reuerentiæ. Vñ cæteris paribus magis obligatorium est votū quā iuramentū. qđ Arē. post Io. de Nea. dicit verū in iuramento assertorio: nō aūt in promissorio in his quę spectāt ad honorem Deum quibus grauius videt periurium: cū tale iramentū votū includat. Qā verū esset si esset promissio aliqua facta Deo, & superadderet iuramentū: secus si esset facta homini, etiā in spectātibus ad honorem Dei, ppter rōnem S. Th. ¶ Tertiū. In voto negatiuo, puta nō bibēdi vinū: toties est mortale, quoties agit cōtra, sed m oēs. Qđ tñ Per. de Pal. limitat si iteretur actus interior & exterior: nō aūt si exterior tm: quia pctm per se est in actu interiori. Vñ qui vno actuvult furari & mœchari, vel furari plura: quo ad Deū vnū pctm cōmittit: licet plura furetur quo ad iudiciū hominū. ¶ Quartū. In voto aūt affirmatiuo, puta ieiunādi, non est mortale nisi prima vice qua agit cōtra votū: nō sęda vel tertia: nisi rōne cōtēptus: puta quia si etiā adhuc posset ieiunare aut votū seruare, nō faceret: maximè in voto secreto. Nā secus de eo qui ieiunii ecclesiæ fregisset: quia, ppter hoc nō liceret ei extra horā cōsuetā comedere in scandalū aliorū. ¶ Quintū. Dicit etiā idem Per. q̄ in voto negatiuo nō bibendi vinū distinguendū est: quia si votū sit perpetuū, est mortale toties quoties: sed si sit temporale ad certā diem, puta die sabbati aut feria sexta, est mortale solū prima vice, nisi adesset cōtemptus: sed verius est qđ simpliciter sine distinctione sit mortale toties quoties: & si esset ad die incertā, puta vna die hebdomodæ, nō esset mortale bibere ea die qua sta tuisset ex voto nō bibere, & bibendo nō peccaret, sed trāsfertur obligatio ad aliā, sedm cōmunem opinionem. quod intellige nisi dies illa esset vltima septimanæ: quia bibendo peccaret. De intellectu voti, vide etiā ī. Iemunium. §. x. parti. ij. quando dies natiuitatis Domini cueniit in sexta feria.

Rursus de Voto iij. quis possit vouere.

1 *Vouere an possit episcopus, clericus, religiosus, abbas. nume. x. j. & 4.*
5 *Impubes an possit vouere.*
6 *Filiusfamilias an possit vouere.*
7 *Seruus an possit vouere.*

VOTVM tertiò considerari potest vt sciatur quis possit vouere efficaciter. Circa quod est regula quòd vouere potest quilibet sanæ mentis, & sui iuris quo ad illud quodvouet, nisi prohibeatur. Quorundam autem vota non sunt obligatoria nisi ratificentur ab alijs, sed irritari possunt: vt votum cuiuslibet alterius potestati subiecti, inquantum est ei subiectus. Nec tamen secundum S. Tho. ij. ij. peccat qui vouet id quod non est in sua potestate: quia in voto subintelligitur debita conditio, si superiori placuerit, vel non contradicat: qua conditione extante tenetur implere: si tamen non præsumerent de voluntate superioris peccarent vouendo quod non possunt. ¶ † Primò ergo quæritur, vtrum vouere possit episcopus? Et dico quòd nec episcopus nec superior prælatus, secundum Hosti potest sine licentia papæ emittere votum, per quod dissoluatur vinculum matrimonij inter ipsum & ecclesiam suam, de reuoc. nisi cùm pridem. & de reg. licet. puta ingressum religionis: licet sedm Pe. de Pal. si emisit, teneatur implere eo modo quo potest, pendendo licentiam resignandi: nec votum, quo diu ab ecclesia sua habeat abiect

Universidad de Deusto
Biblioteca

abiectari de voto magnæ. nec quo iuæ eccleſiæ fierat grauę præiudicium. viij. q. j. clemens. & d. c. magnæ. ſi tñ emiſe-
rit votū lōgæ peregrinationis, ſoluet expēſas eūdi & redeūdi. Laborem aūt vigiliis & oratiombus cōpenſabit, vt vāleat in
ſuo præiudiciū, ſcdm quod not. in d. c. magnæ. Alia aūt vota
pōt emittere, vt abſtinentiæ, eleemoſynarū. ar. d. c. clemens.
& de teſta. relatū. el ij. §. licet aūt & omne votū, per quod pre
bet bonū exemplū d. c. magnæ. §. j. ſcdm Hoſt. ¶† Secundò
quæritur, quid de clerico? Et dico q̄ ſi eſt beneficiatus, voue
re nō pōt lōgū peregrinationē ſine licentia ſui epiſcopi. d.
c. magnæ. & d. c. nitū cu pridē. & de cōſe. di. v. nō oportet. el ij.
Nec aliud votū, per quod oporteret eccleſiā ſuā relinquere.
de renū. admoner. Poſſet tñ emittere votū religiouis, & im
plere tenetur, etiā cōtradicente epiſcopo, vt 3. Religio. ij. §.
viij. & vota abſtinentiæ & orationem ſcdm cōem doctrinā.
Quod ſemper intellige, niſi eſſent in præiudiciū graue ſuæ
eccleſiæ. De voto autem vltramarino eſt dubiū, quibuldam
dicentibus q̄ pōt indiſtinctē: quia videntur licentiari clerici
à papa quo ad eos qui poſſunt eſſe vtiles terræ ſanctæ. extra
eo. ex multa. & c. pe. & c. fi. & hoc ſequitur Sum. Roſ. & Sup.
Alijs aūt dicentibus verius q̄ nō pōt, niſi de licentia prælati
vel papæ. de cle. non re. fraternitati nō aūt ſine licentia: niſi
tempore generalis paſſagij, ſcdm Hoſt. & Pan. in c. fi. eo. tit.
& hoc ſequitur Sum. Ang. ſoluet tñ expenſas, & redimet la
borem, ſicut de epiſcopo dictū eſt. ¶† Tertiò quæritur, quid
de religioſis ſubditis? Et dico circa hoc eſſe duas opiniones.
¶ Prima eſt Ric. in iiij. di. xxxviij. q. talis nō pōt vouere: & ſi
vouet, votū nō tenet, nō quidem ea rōne quia prælatus omni
tempore pōt ei aliquid præcipere: quia multa pōt vouere
tempore pōt ei aliquid præcipere: quia multa pōt vouere
nullū opus prælati impedientia, vt nō dicere otioſa, & nō co
gitare de vanis: ſed ea rōne primò quia cōſiderata humana
fragilitate & religioſi onere, nulla obligatio pōt addi ſine pe
riculo præiudicij obſeruationis eorū ad quæ tenetur & ſine
periculo reddendi ſe oneroſum aliqñ prælato vel fratri ſuo:
& ſecūdò, quia cùm votū religionis ſit tantæ arctitudinis, vt
alia omnia in illud cōmutari poſſint: eccleſia hoc & humanā
fragilitatem cōſiderās voluit authoritate Dei nullū aliud
poſſe ſuperaddi, ꝓpter vitandū periculū trāſgreſſionis. Ad
quod faciūt iura. xxxiij. q. v. noluit. & xx. q. iij. monachū. in gl.
Hæc ex illo. ¶ Secūa verò eſt eorū qui dicūt q̄ pōt ſine pcto
vouere: de quorū numero Inno. dicit q̄ ſi vouit aliquid non
impediens à religiōe & obedientia prælati, debet ſeruare: vt
dicere aliquos pſalmos. Pet. etiā de Pa. dicit q̄ tenet implere
niſi prælatus irritauerit. S. Th. aūt ij. ij. q. vij. ar. vij. dicit duo.
Primū q̄ vouendo nō peccat: quia ſubintelligit, ſi placuerit
prælato, vel nō remittat. Addo q̄ ſi aliter intenderet, pecca-
ret. & ſic loquit. c. monacho. de quo j. Scdm, quia nullū votū
eius eſt firmū ſine cōſenſu prælati: ſicut nec puellæ ſine cō-
ſenſu patris: nec vxoris ſine cōſenſu viri: quia obedire tenet
omni tempore, ſicut & ſeruus: & cōſequenter nullū tempus
eſt ei vacās. ¶ Primā opinionem ſequit Sum. Ang. & Roſ. aſ-
ſcribentes etiā eā S. Tho. licet falsò, vt patuit. Et differūt hæ
opiniones: quia ſcdm primā votū religioſi nō ligat eū vt quā
tū in ſe eſt impleat illud, quaſi ſit ipſo iure irritū: ſcdm aliā
verò tenet quātū in ſe eſt, quouſq. à ſuperiore irritet. & hoc
eſt verius, vt patet per c. monacho. xx. q. iij. in quo ſe fundāt:
vbi dicit q̄ monacho nō licet vouere ſine cōſenſu abbatis: ſi
aūt vouerit, frangendū erit. Vbi notāter dicit, frāgendū erit:
quaſi ipſo iure nō ſit fractū & nullū. Differūt etiā iuxta intel
lectū Sum. Ang. quia ſcdm primā nō licet religioſo vouere,
niſi præſupponat tacitū: nec votū exequi, niſi habeat cōſen-
ſum expreſſum prælati, ſi eius præſentia haberi pōt: niſi in
his, de quibus prælato aut vitæ regulari non ſit præiudiciū.
Sed in hoc non video differentiam, niſi forte quia iuxta ſecā
dam ad licitē exequenda ſufficeret tacitus conſenſus præla-
ti ſcientis & non cōtradicentis, imò & neſcientis ſi ꝓbabili-
ter crederet cōtentus. ¶ Dico ergo multa. ¶ Primū, q̄ præla
tus pōt ad libitū vota omnia religioſi irritare: quod tacit ex-
preſsè & tacitè, q̄n cōſtat de cōtraria eius volūtate. ¶ Secun
dum, q̄ religioſus pōt vouere ſub cōditione tacita, ſi prælato
placuerit. ¶ Tertiū, q̄ pōt exequi ſub ratihabitiōe præla-
ti. ¶ Quartū, quòd exequi tenetur in nō præiudicantibus præ
lato, quantū in ſe eſt quouſq. credit prælatū eſſe cōtentum
& nō vltra: quia vſq; ad illud tempus votū nō eſt irritū, ſed
irritabile. ¶ Quintū, quòd in præiudicantibus exequi poteſt
q̄n probabiliter credit ratihabitionem. Tū ſecundū aliquos
exequi non tenetur: quia in talibus votū ipſo iure irritum eſt
& nullū: ſed tamē tutius & verius eſt q̄ quantū in ſe eſt ſem
per tenetur facere quòd licitè poteſt vt impleat promiſſum.
Dicit aūt Sum. Ro. rōnem S. Tho. per Ric. confutata: ſed neu
ter vidit mentem eius: quia loquitur de voto proprié, ſcilicet
quod eſt de opere meliori, id eſt, cadente ſub conſilio: inſtan
tiæ verò procedūt largé, ſcilicet quod eſt de aliquo, ad quod
quia diuina lege obligat præceptor vel mādato, puta de nō lo
quendo otioſa, aut de non cogitando vana. ¶† Quartò quæ-
ritur, quid de abbate, & prælato regulari? Et dico quòd ab-
bas ſine cōſenſu epiſcopi vel ſuperioris votum peregrinatio
nis diuturnæ emittere non pōt, nec aliquid per quod in eius
officio præiudiciū generetur. xviij. q. ij. abbas. & idem de præ
lato quolibet regulari eadem rōne, vt etiā patet per dicta 3.
Religio. vij. §. j. Quātum tñ ad votū terræ ſanctæ Pan. in c-
fi. extra eo. tenet q̄ prælati poſſunt ire tempore paſſagij ge
neralis pro ſuccurſu terræ ſanctæ, aliàs non: maximè regula
res ſine conſenſu ſuperioris: quia hoc epiſcopus non poteſt,
vt probat in c. magnæ. eo. tit. Et idem in religioſis ſimplici-
bus: quia nullā habent voluntatē, adeò q̄ in papa ſine licētia
abbatis ꝓmoueri nō poſſunt, vt no. gl. in c. quàm ſit. xviij. q.
ij. quod tñ quantum ad hoc vltimum non eſt verū: quia ele-
ctio in papā eſt confirmatio: & ſic abſoluit eum à iugo mo-
naſticæ ꝓfeſſionis. xviij. q. j. c. j. Infert tñ ibi Pan. quòd aliter
abbas ſuo ſuperiori quàm ſubditus abbati adſtringitur. Vide
ibi. ¶† Quintò quæritur, vtrum impubes poſsit vouere? Et
dico quòd omnia vota alia à voto religionis facere poteſt, ſi
eſt doli capax, ſicut & filiusfamiliās. de quo §. ſeq. vt patet
per Pan. in c. ij. extra eo. verum tñ tutores & curatores vota
realia irritare poſſunt vſq; ad xxv. annum, niſi venirent ac-
ceſſorię, vt in intrante religionem, cum quo tranſeunt bona
ſua, de quo dic vt 3. Votum. iij. §. ij. Votum autem religionis
ſecundum Sum. Ang. facere non poteſt etiā de conſenſu pa-
tris: & ſi facit, non tenetur, etiam poſt pubertatem. de reg.
ad noſtram. & in c. j. de reg. lib. vj. Vnde contra Tho. dicen-
tem quòd ſi eſt doli capax obligatur quantum eſt ex ſe, d. c.
j. Sed ego dico quòd iſte non bene vidit S. Thom. qui diſtin-
guit, dicens quòd ante pubertatem non poteſt quis facere vo
tum ſolenne religionis: de hoc d. c. loquitur: ſed ſecus de ſim
plici. Et multò minus eum vidit Sum. Roſel. quæ attribuit
quòd ſecundum eum ante pubertatem non poſsit puer ſevo
to religionis obligare. Vnde iſti attribuunt ei duo extrema:
vnum quòd, ſecundum eum, talis poſsit facere votum religi-
onis ſolenne: aliud quòd non poſsit facere ſimpler. Veritas
autem ſtat in medio per diſtinctionem. Vide 3. Religio. iij. §.
xiij. ¶† Sextò quæritur, quid de filijsfamiliās? Et dico quòd ſi
ſunt liberæ conditionis poſt annos pubertatis quantum ad
pertinentia ad ſuam perſonam vouere poſſunt, & implere te
nentur, etiam parentibus inuitis: puta de ingreſſu religionis
& contractu matrimonij, & huiuſmodi, quæ non præ-
iudicant

iudicant regimini domus aut familiæ: ſed quātum ad ſpectā
tia ad diſpenſationē domeſticam ſeu prædictum regimen,
non poſſunt ſine cōſenſu patris: puta de eleemoſyna vel hu-
iuſmodi: & in hoc concordant omnes, doct. Fallit tamen in
voto terræ ſanctæ, quod poteſt filiusfamiliās emittere, extra
eod. ex multa. Item in peculio caſtrenſi vel quaſi: quia in his
eſt ſui iuris. Item ſi pater conſenſerit expreſſe vel tacitè nō
contradicendo, ſecundum Inn. ¶† Septimò quæritur quid de
ſeruo? Et dicit S. Tho. quòd eſt in poteſtate domini quātum
ad perſonales operationes: vnde ſe obligare non poteſt ad
religionem, peregrinationem, & huiuſmodi, per quæ ſubtra
heretur ab obſequio domini. Et idem Pet. de Pal. & genera
liter vouere non poteſt in præiudiciū domini, ſecundū Inn.
& Pan. in c. ſcripturæ. extra eod. Secus in alijs, in quibus do-
mino nō præiudicatur: vt de orationibus dicēdis, & hmōi, ſe-
cundū eūdē S. Tho. arg. c. relatū. de ſen. exc. & c. ſi ſeruus ſcié
te. diſt. iiij. Et ſecundū Hug. poteſt etiā inuito domino voue
re cōtinentiā, & renūtiare ꝓprijs. ¶† Octauò quæritur, quid
de viro & vxore? Et dico vt j. Votū. v. ¶† Nonò quęritur, vtrū
peccent mortaliter illi qui poſt votū emiſſum cōſentiunt in
aliquod impedimentū, quo impediūtur votū exequi ſine al-
terius voluntate: vt ſi habēs votū religionis accepret epiſco-
patū ipōte, aut cōſentiat in matrimoniū? Et dico q̄ ſi ſciēter
& ſic aduertenter cōſenſerunt, vt colligitur ex c. per tuas. de
vot. quia hoc fuit cōſentire in fractionē voti. Si verò non ad-
uertebāt, ſecus videtur, niſi eſſet lata culpa in nō aduertēdo.
Fallit in eo qui aſſumit religionē: quia in hāc pōt omnia vo
ta cōmutare: & ipſo iure erit ab omnibus abſolutus ſine alia
diſpēſat. ōe & authoritate: vt no. Pan. poſt Inn. in c. ſcripturę.
eod. tit. de quo j. §. iij. parti. iiij. & §. v. particu. iij. Vtrū autem
irritari poſsint vota prędictorū ſi fiāt in tempus, id eſt, ſi ſint
ſoluenda poſtquā fuerint ſui iuris: vide tit. ſequē. §. ij. parti. v.

Rurſus de Voto quartò, quantum ad irritationem, diſpenſationem, commutationem, vel redemptionem.

1 *Voti irritatio, diſpenſatio, commutatio & redemptio quomodo differant.*
2 *Votum quis irritare poſsit.*
3 *Votum diſpenſare & commutare quis poſsit. & nu. ſeq.*

VOTVM quartò conſiderari poteſt quārum ad irrita-
tionem, diſpenſationem, cōmutationem, & redemptio
nem. ¶† Primò ergo quæritur, quomodo prędicta differant
adinuicē? Et dico quòd irritatio eſt annullatio obligationis
voti ex beneplacito voluntatis: vt cùm vir dixit vxori. Nolo
quòd obſerues hoc vel illud votum. Diſpēſatio verò eſt an
nullatio obligationis voti ex rationabili cauſa ſicut cùm de-
terminat prælatus aliquod votū non eſſe bonū obſeruare.
Cōmutatio verò eſt annullatio obligationis voti cū ligamī-
ne ad aliquid aliud faciēdū: ſicut ſi ei quivouit peregrinatio-
nē imponatur ieiunij. Redemptio verò ſi diſtinguatur a cōmu
tatiōe eſt annullatio obligatiōis voti cū ligamine ad aliquid
dandum: ſicut ſi ei qui vouit peregrinationē imponatur ele-
emoſyna. ¶ Vnde dicit Arch. poſt Pet. de Pal. quòd irritatio
fieri poteſt ſine cauſa ad libitū petētis irritare: ita quòd hæc
ipſe irritādo peccat, cùm vtatur iure ſuo nec alius votū omit
tendo cùm à principio fuerit inefficax. Diſpenſatio verò nō
fit propter inefficaciā voti, ſed propter aliam cauſam. Vnde
nō ſolùm requiritur authoritas in diſpenſante: ſed etiā cauſa
ex parte diſpēſati, ſcilicet neceſsitas vel vtilitas eius aut rei-
publicæ etiā ſi ſit papa: quia nec Petro quidem data eſt au-
thoritas ni deſtructionē, ſed in ędificationem: in his quę non
ſunt mala niſi quia prohibita iure poſitiuo, ad libitum abro
gare poteſt, & conſequenter ad libitū diſpenſare. ¶ Commu
tatio autem & redēptio differūt ſicut permutatio & emptio.
Vnde permutatio voti eſt, ſi habēs votū ſancti Iacobi, vbi ha
bet hoſtes, obligetur ad limina apoſtolorū viſitāda. Redem-
ptio verò eſt, ſi impedito ire prēcipiatur tantū dare pro Deo
quantū erat expenſurus, quæ redemptio deber eſſe iuſti prę-
tij & ęqualis: extra eod. magnę. Hęc ex illis. Quibus adde ex
S. Tho. quòd ſi abſolutè determinet prælatus aliquid votū
non eſſe ſeruandum, erit diſpenſatio: ſi aūtē pro hoc, quod
obſeruāndū erat, aliud imponatur, erit cōmutatio. Vſi magis
erit diſpēſatio quàm cōmutatio. Et ſic ipſe nō diſtinguit in-
ter cōmutationē & redēptionē: quia & ipſa eſt quędā permu
tatio voti. ¶† Secūdò quęritur quid iuris de irritatione voto-
rum? Et dico multa. ¶ Primū ex dictis titulo priore colligi
poteſt ſecundum Doc. quis poſsit vota irritare: quia pater ir
ritare poteſt votū filij & filiæ, & tutor. Adde vel etiā tutrix:
puta mater pupilli: & curator minoris, & vir vxoris: & domi-
nus ſerui: & prælatus ſubiecti. & hoc quo ad vota: quæ ſine
prædictorū conſenſu prædicti emittere nequeūt, etiā ſi emiſ
ſa fuiſſent antequā eſſent vouētes ſub taliū poteſtate. c. ma-
nifeſtū. xxxiij. q. v. & c. noluit. ¶ Secundū. Secūdū Pet. de Pal.
omne votū impuberis perſonale, id eſt, reſpiciens perſonā, vt
de religione vel abſtinētia: & reale, id eſt, factū de rebus dan
dis pater ac tutor irritare poteſt: & ſimiliter votū reale mi-
noris annorū xxv. habētis curatorē vel exiſtētis in poteſtate
patris: ſi tamē pubes intret religionē quod facere poteſt in-
uitis parentibus & curatoribus, eo ipſo dedicat omnia bona
ſua: quę niſi eſſet maior xxv. annorū alienare nō poſſet niſi ſe
alienādo: nec poſſent parētes aut curatores talia bona retra
here: quia quædam tranſeunt cum vniuerſitate, quæ aliàs nō
trāſirent. Et idem ſi impubes intrauit, & perſona eius nō fue
rit retracta: quia nec bona retrahi poſſent. Si autem habens
vſum rationis nō habeat parētes aut tutorē vel curatorē, &
vouerat res ſuas Deo & non ſe: licet in hominē alienare non
poſsit, tamen videtur q̄ in Deū ꝓ^ſsit niſi quòd ſi inueniatur
læſus aut deceptus notabiliter, poteſt reſtitui. ¶ Tertiū. Si pa
ter aut alius irritauerit votū contrārietāte vel aliud factum ab
impubere, & deinde iterū tali voto cōſentiat: ꝓpter hoc nō
tenebitur impubes implere, niſi iterū vouerat: ſimiliter ſi ſe-
mel fuit irritatum ritē mortuo irritatore aut eius poteſtate
expirante, non tenebitur impubes: quia obligatio ſemel ex-
tincta nō reuiniſcit. C. de remiſ. pig. l. cū ex cauſa. & hoc etiā
ſi fecit votū explendū ſolū poſt expiratione poteſtatis: vt 3.
Religio. ij. §. xv. Si verò reuocauerit factum à pubere vel ab
vxore vel ſeruo, ſoluta poteſtate irritātis tenētur ſua vota
implere: vt de filio tenet Inn. in c. ſcripturæ. extra eod. & idē
Hug. & Pet. de Palu. licet dubitatiuè loquatur. & hoc ſequi-
tur Sum. Roſ. cōtra Sum. Ang. Sed Pan. in d. c. ſcripturæ. dicit
ſe dubitare propter c. quidā. & c. placet. de cōuer. cōiu. vbi ma
ritus ingreſſus religionē cōtradicēte vxore, & ei reſtitutus,
ea mortua nō tenetur iterū intrare: quia emiſit votū tēpore
inhabili: & cōſequēter idem erit in filiofamiliās, ex quo voti
emiſsionē nō cōtulit in aliud tēpus habile. Pro quo videtur
tex. ff. de cōdi. inde. & hoc Pan. dicit verius. Imò ego dico q̄
hoc ſimpliciter eſt verū ſub iſto ſenſu, q̄ votū irritatū ritē,
id eſt, quātū ſe extēdit poteſtas irritātis, nūquā de cætero ob
ligat, ꝓpter illā regulā, q̄ obligatio ſemel extincta, &c. & eſt
mēs S. Tho. vt ex duobus patet. Primò qa indiſtinctē vult q̄
vota eorū quæ ſunt ſub alterius poteſtate, nō ſint firma ſine
cōſenſu eorū. Secūò, quia dicit q̄ in votis taliū ſubintelligitur
cōditio, ſi placuerit ſuperioribus: nec diſtinguit inter impu-
berē & puberem quantū ad ea in quibus ſubijcitur puber.
¶ Quartum. Ex eis infero duo. Primum, quòd tales tenētur

omnia

Universidad de Deusto
Biblioteca

omissa sua vota cõplere expirante potestate superiori, si non fuerit irrita legitimè. Et iste est casus c. cõtuluit. de cõuer. cõiug. vbi ingressus religionẽ vxore nõ experente in vita: ea mortua cogitur in ea pleuerare. Sciãu, q; si vota sunt legitimè irrita nõ tenẽtur ea cõplere dicta potestate expirãte, nisi quatenus vouerũt aliquid iuri iuris, qđ irritari nõ potuit. Et iste est casus c. quidã. &. c. placet. de cõuer. cõiu. vbi ingressus religionẽ & reuocatus per aliũ cõiugẽ, eo mortuo nõ tenetur religione adire, sed solùm viuere castè: quia illud promittere potuit, scilicet nõ exigere, seu cõtinere quantũ in se erat. Pro quo aduerte, secũdũ Pan. in d. c. quidã. q; etiã in materia voti procedit illa regula iuris. Si nõ valet quod ago, vt ago, valeat vt valere põt. Nã, vt ibi patet, maritus nõ obligatur se simpliciter ad cõtinẽtiã in seculo seruãda: sed ad religionis ingressum, qui nõ valuit, licet fecerit ꝓfessionẽ: & tñ remãsit obligatus respectu cõtinẽtiæ seruãdæ, quę sub professione includitur, vt in c. cũ ad monasteriũ. de sta. re. & sic mortua vxore cõtrahere nõ potuit: & si cõtrahit, tenet: sed debitũ exigere nõ põt. ¶ Quintũ. Notãda est tamẽ differẽtia inter puberẽ & impuberẽ: quia impubes ita subijcitur parẽtibus, & cõlequẽter tutoribus, q; nõ habet voluntatẽ: sed voluntas pasentũ est volũtas pueri: vnde nec etiã potest disponere de spectantibus ad personam: vt suprà Baptismus. iiij. §. xiiij. sed pubes habet propriam voluntatem, & vouere potest omnia quę nõ præiudicãt superiori: & idẽ de seruo & vxore excepto religioso, qui est vt impubes nõ habẽs velle. Et ideo vota impuberis, etiã si sint in tẽpus solutæ potestatis: puta si voueat religionẽ mortuo patre, aut adueniẽte pubertate, potest irritari nec tenebitur pubes factus: vt suprà Religiosi. j. §. xv. & idẽ de religioso: sed secus in alijs: quia si taliter voueãt, talia vota nõ possunt irritari à superioribus, quia eis nõ præiudicãt: secus si sint vota explenda durãte tali potestate tãtũ, aut ea durãte & postea: quia talia simpliciter possunt irritari: vt patet per casum d. c. placet. ¶ Sextũ. Prędicti superiores irritãdo prædicta vota nõ peccãt, sed vtũtur iure suo, secundum Inn. & Host. & Veruec. nec vouẽtes peccãt nõ implẽdo. xxxiij. q. v. noluit. &. c. manifestũ. Quod quãtũ ad superiores limita primò, nisi reuocauerint quod prius cõcesserint: licet tunc subditi obediẽdo nõ peccẽt. d. c. manifestũ. Quod videtur intelligendũ si cõcessum reuocauerint sine causa ratiõabili. Secũdò si irritẽt malitiosè ex mala volũtate fingentes multũ præiudicare qđ præiudicat parũ: quia arbitriũ & potestas semper videtur cõcedi ad iudiciũ boni viri. ff. pro soc. l. in propolita. l. seq. xj. q. iij. priuilegiũ. nõ tamẽ peccarẽt subditi obediẽdo quãdo res ex suo genere est præiudicialis, vt absitẽtia & peregrinatio: quia nõ habet iudicare inferior de intentione superioris præcipiẽtis, aut de eius præcepto in his, in quibus potest precipere. ¶ † Tertiò quæritur, quid iuris de dispẽsatione & cõmutatione quantũ ad potestatẽ dispẽtantis & cõmutãtis? Et dico ꝙ hic nõ quæritur de potestate absoluẽdi à trãsgressione votorũ: quia hãc habet cõfessor de iure cõi & cõsuetudine, cũ nõ sit casus reseruatus: sed potentia dispensandi & cõmutandi? Et dico multa. ¶ Primum. Secundum S. Tho. in votis potest dispẽsari inquãtũ in aliquo casu illud quod cadit sub voto est simpliciter malum vel inutile: vel impediciũ maioris boni qđ est cõtra rationẽ eius quod cadit sub voto. Vnde necesse est quòd determinetur votũ in tali casu nõ esse seruandũ: nõ inquãtum illud est de iure naturali vel diuino. ¶ Secundũ. Quicũq; põt in voto dispensare potest etiã illud cõmutare: & econtrario: nisi fortè esset aliquod votũ indispẽtabile ex se: qa inter hos nec iura, nec Doctores ponit differẽtia quantũ ad authoritatẽ, licet secũdum S. Tho. sit quid maius dispensatio quàm cõmutatio: vnde nec est votũ, in quo episcopus nõ possit ex causa dispensare, si illud põt cõmutare. Quod autẽ dicit Sum. Ros. in verbo Papa. in princ. post Pan. in c. proposuit. de cõcess. prębẽ. ꝙ papa dispẽsando in voto ex toto relaxat obligationẽ: nõ autẽ episcopus, sed cõmutat in aliud: est omino falsum: qa si nõ expedit votũ seruari in casu, episcopus ex toto liberat declarãdo ꝙ nõ tenet: alioquin nõ posset dispensare, sed cõmutare tantùm cõtra oẽs Doc. Ratio autẽ, quę ibi allegatur, probat quòd papa hoc possit: no autẽ ꝙ episcopus hoc nõ possit, vt ibi patet. ¶ Tertiũ. Licet ius diuinũ aut naturale papa tollere nõ possit vel mutare: tamẽ vtriusq; determinatio pertinet ad ius positiuũ: & cõsequẽter ad papam & alios legũ cõditores, vt ff. Papa. §. xvj. Vnde sicut in pœnis nõ obstãte quòd lex naturalis mandet delicta puniri, potest homo dispẽsare: quia naturalis æquitas dictat aliquando malefacta nõ puniri propter bonũ reipublicæ secundũ arbitriũ eius qui reipublicæ præest: & cõsequẽter tũc nõ est cõtra ius naturale dispẽsare: & sicut põt sic & aliter fieri punitio: ita etiã in voto quod naturali & diuino iure reddẽdũ est propter honorẽ Dei, si non expedit illud obseruari, potest dispensari: vel si aliud magis cedat ad honorẽ Dei, potest cõmutari quanuis ista dispensatio sit magis iuris declaratoria quàm relaxatiua: licet etiã dicatur relaxatiua, inquãtũ eum, qui aliquãdo verè est obligatus, deobligat obligãdo ad æquale vel melius: de quo ff. §. vij. & sic in voto fit dispensatio, nõ in præceptis Dei vel naturę. ¶ Quartũ. Papa ergo dispẽsare potest in omni voto, nisi per illud quis Deo consecretur. quod dico propter votũ solenne religionis. de quo infrà. §. v. & solus dispensat in quatuor sibi secundũ morem curiæ reseruatis, scilicet in voto perpetuo continẽtiæ, & consequẽter religionis: & in tribus votis peregrinationis, scilicet terræ sanctæ, Apostolorũ Petri & Pauli, & sancti Iacobi in Cõpostella: & ita de facto seruatur, licet nõ sit de iure cautũ: nisi de voto pro subsidio terræ sanctæ: extra eodem, ex multa. vbi dicit Panor. quòd etiam legatus de latere nõ potest dispensare, cùm requiratur speciale mandatum, vt ibi. In alijs autem votis ab his quatuor, secundum Innoc. episcopi & superiores dispensare possunt: intelligendo tamen de archiepiscopo quo ad subditos suos suffraganeos, nõ autem quę ad subditos suffraganeorum secundum Archid. non autem prælati inferiores. pro quo c. j. extra eod. Sed Host. dicit illud c. hoc nõ probare, sed potius cõtrarium: quia licet loquatur episcopo, non tamẽ dicit hoc pendere ab eius arbitrio, sed ab arbitrio eius, qui præsidet. fatetur tamen dictum Inno. esse verum, & de cõsuetudine seruari. Ita tenet glo. vt in d. c. j. & Ray. & Alb. Sed hoc dictum nõ intelligitur de prelatis regularibus, qui sicut irritare, ita & cõmutare possunt quo ad religiosos subditos suos: siue vota præcesserint religionis ingressum, siue sequatur. licet propriè in eis non habeat locum dispensatio: quia si vota præcedunt professionem, ipso iure eiu professione dispensantur. Si verò sequantur, non sunt firma, nisi consentiente prelato. quo casu dic vt infrà particula ix. Sed intelligitur in alijs, in quibus etiam dicit Panor. in d. c. quòd vbicũq; inferior prælatus haberet de iure speciali ius episcopale in personis: tunc posset dispensare in voto, sicut episcopus: quia talis exercere potest episcopalia iura: & tũc litera illa stabit propriè: vt quilibet præsidẽs habens iurisdictionem episcopalem possit in voto dispẽsare. Facit gl. in clem. j. de rebus eccle. nõ alie. & quod not. Inno. in cap. statuimus. de maio. & obedię. & Panor. in cap. significasti. de foro cõpet. vel si ex speciali iure aut cõcessione hoc eis concederetur. Et hoc sequuntur cõmuniter Doctores in cap. fin. de postula. prælat. Abbas tamen dispensare non potest in secularibus ibi etiã pleno iure subiectis, nisi consuetudo

tudo hoc daret. ¶ Quintum. Secundum Pan. in d. c. ex multa. episcopus dispensare potest in voto terræ sanctæ, si factũ esset pro deuotione, non pro subsidio. & idem in voto Sancti Iacobi. Et facit c. super his. &. c. ex multa. eod. tit. qui fundant se super subsidio. consuetudo tamen aliter habet: & ad papã maiores causæ referuntur: vt in c. maiores. de bapt. ideoq; in his recurrendum est ad papam. Nec est verum quòd si episcopus dispensaret, teneret dispensatio: quia licet nõ ꝓbetur casus hic papalis ex hoc quòd cõiter tales ad papam remittũtur: cùm hoc esse possit ad terrorem vel cautelã, vel reuerentiã: tũ probatur ex hoc quòd per literas papales ista papæ cõicer indistinctè reseruãtur. Adde etiã secũdũ Ro. quòd votũ quo aliena incerta deuota sunt in subsidiũ terræ sanctæ, nõ potest per episcopũ dispensari, vt in alios vsus cõuertantur, etiã si vouens religionem ingrediatur. ¶ Sextũ. Secũdum Arc. post Pet. de Pal. licet episcopus dispensare nõ possit in voto continentiæ perpetuo, vt §. seq. tamen dispensare põt in temporali: puta si quis vouit continere per annum & in omni voto perpetuo quod non est religionis aut continentiæ: & similiter in voto quo existens in religione laxiori vouet strictiorem, cùm nõ sit votũ perpetuæ cõtinentiæ nec religionis simpliciter: & similiter dispensare põt vt habens votũ simplex de arctiori transeat ad laxiorem, & quòd existens professus in arctiori transeat ad laxiorem: sicut abbas hoc põt, nõ tamen sine cõsensu conuentus: nõ autem potest dispẽsare in voto temporali religionis, cùm scilicet quis est obligatus intrare, & nõ remanere: vt quia vouit quis ingressum intentione ꝓbandi: vel nihil specialiter cogitans de remanendo vel non remanendo: quo casu ingreditur secundũ formam iuris, quæ est quòd per annũ probet: quia nec summus pœnitentiarius hoc põt, qui plus episcopo potest. Si ergo S. Tho. aut alius dicit quòd solus papa dispensat in votis perpetuis: intelligitur de voto cõtinentiæ & religionis. ¶ Septimum. Archidiaconus non potest iure suo vti authoritate dispensandi contra ius cõmune, nisi inquantũ competit sibi ex consuetudine legitimè præscripta, secundũ Arc. post Pet. de Pal. per quam ius episcopale potest acquirere: non autem papale, quia esset corruptela: vt de archiepiscopo dictũ est: & adde quòd potest, dum visitat, absoluere à trãsgressione votorum. ¶ Octauum. Summus pœnitentiarius dispensare potest in voto religionis commutando vnam religionem in aliã: sicut patet in literis quas ab eo deferunt apostatæ. ¶ Nonum. Abbas & prælatus regularis, qui subdito concesit licentiam vouendi, secũdum Rich. ante votum emissum põt licentiam reuocare: & sic non tenebit postea factũ. Sed post votum emissum, an possit dispensare: dicit tutius esse quòd subditus recurrat ad superiorem sui prælati, quod est satis æquum, ne quis videatur authorizare in facto suo: tamen de veritate iuris potest dispensare: argu. c. manifestum. & quod ibi not. xxxiij. q. v. Nec est istud in facto proprio, sed alieno: nisi fortè vellet dispensare propter suum commodum: quod non posset, sed solùm propter necessitatem subditi. ¶ Decimum. Licet in articulo mortis simplex sacerdos absoluere possit ab omni casu, id est, peccato etiã transgressionis cuiuslibet votinon tamen potest dispensare in voto: quia hoc nulli ibi conceditur, sed tãtùm absolutio, quæ nõ est dispensatio. ¶ Vndecimum. Episcopus & similes non possunt dispensare in votis à se emissis, secundum Pan. in c. magnæ. de voto. Vtrum autem quis sua authoritate possit votum in melius cõmutare: vide j. §. vij. ¶ † Quartò quæritur, specialiter, quis possit dispensare in voto perpetuo continentiæ simplici? Et dicit Spe. in tit. de leg. & sequitur Io. And. hoc posse episcopum per cap. veniens. qui cle. vel vo. sed illud cap. non probat: quia ibi dispensauit episcopus cum muliere tũ qua secundum Panor. fuerunt tria inducentia ad dispensandum. Primò, quia votum castitatis emisit non inspirata, sed in fraudem ꝓmissi de futuro, scilicet meticulosè, quia eius seuitiam timuit. Secundò propter manus periculum, quia mulier videbatur incontinens. Tertiò, quia erat iuuenis & suspecta. sed duo vltima sunt vnum tantùm. Et ideo alij dicunt quòd hoc potest episcopus solùm in casu illius c. scilicet si votum fuerit meticulosum, licet non metu iusto: & verisimiliter timeatur de incontinentia. Ita tenet d. Car. & d. Ant. in d. c. veniens. & Panor. dicens quòd hoc potest episcopus in terminis d. c. veniens. ex quo reperimus casum concessum ab ecclesia nec reperitur sibi prohibita dispensatio. Et ita sequitur Sum. Ang. & Ros. Et ita limitant Doc. dicentes quòd episcopus hoc potest. Sed ego dico quòd prædicti insufficienter mouenturi quia illud c. hoc non probat, cùm ibi episcopus dispensauerit non vt episcopus, sed vt commissarius papæ ex eius specifica commissione, vt ibi patet. & quod dicit Pan. non reperiri dispensationem episcopo ꝓhibitam: verum est in iure: sed ex consuetudine curiæ, vt patet per literas apostolicas, eam sibi papa indistinctè reseruat. Et ideo S. Tho. dicit quòd solus papa dispensat in voto continentiæ, & alijs, quæ non indigent crebra dispensatione: concedo tamen episcopum posse dispensare in hoc, quando recursus haberi non posset ad papam, nisi periculo interueniente ex mora, iuxta dicta ff. Dispensatio. §. ix. Et quia secũdum S. Tho. eiusdem est dispensare in voto perpetuo continentiæ, & dare licentiam petendi debitum coniugi qui eam perdidit: quia talis quantũ in se est, tenetur seruare suum votum nihil exigendo: ideo consequenter dicendum est episcopum in hoc non posse dispensare nisi ratione periculi in mora: licet contrarium senserit Sum. Ang. Posset tamen secundum Archiepiscopus dispensare in voto non nubendi: quia aliud est vouere castitatem: aliud vouere non contrahere matrimonium. Vnde vouens non contrahere, fornicando non facit contra votum suum. ¶ † Quintò quæritur specialiter, an papa dispensare ꝓ posit in voto solenni continentiæ? Et dico quòd quantum ad votum solennizatum susceptione sacri ordinis omnes conueniunt quòd papa potest. Quantum autem ad solennizatum professione religionis approbatæ: idèm tenet Rich. Bona. Aug. de Anch. Henri. de Gan. in quolibet. Pet. de Pal. Herue. in iiij. Io. de Neap. in quolib. Duran. Hug. Car. Arch. in ro. Inno. glo. super capite, cùm ad monasterium. de statu mo. Pan. & sequitur Archi. & Sum. Ang. ac Ros. & breuiter San. Thom. qui oppositum tenuit, non habet secum nisi Alber. & veritatem fundatam in ratione irrefragabili & authoritate spiritus Sancti, Leuitici vltimo, vbi dicitur Anima quod immolari potest domino, si quis vouerit, sanctificatum erit, & mutari non poterit, nec melius malo, nec peius bono. & de statu mona. in capite. cùm ad monasterium. vbi dicitur, Abdicatio proprietatis, sicut etiam custodia castitatis, adeò annexa est regulæ monachali, vt contra eam nec summus pontifex possit licentiam indulgere. Hæc ibi. Nec est verum quòd ipse in quarto, senserit cum prædictis: quia ibi recitauit, & non determinauit: vt patet intuenti in Summa verò, id est, ij. ij. vbi suprà, art. xj. sic determinauit dicens, Sicut suprà dictum est, & habetur Leuitici vltimo, illud quod semel sanctificatum est Domino, non põt in alios vsus commutari. non enim potest facere aliquis ecclesiæ prælatus, vt id quod est sanctificatum, sanctificationem amittat: & in rebus inanimatis, pura quòd calix consecratus definat esse consecratus, si maneat integer: vnde multò minus, potest hoc facere aliquis prælatus, vt homo Deo consecratus

quandiu

Universidad de Deusto
Biblioteca

quandiu vixit consecratus esse desistat. Solennitas autem voti consistit in quadam consecratione seu benedictione vouentis, vt dictu est ſ. ar. vij. Et no pōt fieri per aliquem prælatū ecclesiæ quòd ille qui votū solenne emisit, desistat ab eo ad quod est consecratus: puta quòd ille qui est sacerdos nō sit sacerdos: licet possit ob aliquā causam exequutionem ordinis inhibere. Et simili rōne papa nō pōt facere quòd ille qui est professus religionem nō sit religiosus: licet quidā iuriſtę ignorāter cōtrarīū dicāt. ¶ Est ergo cōsiderandū vtrū continentia sit essentialiter annexa ei ad quod votū solennizatur: quia si nō est ei essentialiter annexa, pōt manere solennitas cōsecrationis sine debito cōtinentiæ: quod nō pōt cōtingere, si sit essentialiter annexa. nō est aūt debitū cōtinentiæ essentialiter annexū ordini sacro: sed ex statuto ecclesiæ. Vñ vidētur quòd per ecclesiā possit dispensari in voto cōtinentiæ solennizato per susceptionem ordinis sacri. Est aūt debitū cōtinentiæ essentiale statui religionis, per quē hō abrenūtiat seculo totaliter Dei seruitio mācipatus: quod nō pōt simul stare cū matrimonio, in quo incūbit necessitas ꝓcurandæ vxoris & prolis & familiæ, & rerū, quę ad hoc requirunt. Vñ apostolus dicit j. Corin. vij. quòd qui est cū vxore, solicitus est quæ sunt mūdi, quō placeat vxori, & diuisus est. Vnde nomen monachi ab vnitate sumit ꝓ per oppositū ad diuisionē prædictā. Et ideo inuoto solennizato per professionem religionis nō pōt per ecclesiā dispensari. Et ratione assignat decretalis: quia castitas est annexa regulæ monachi. Hæc ille in forma. Ex quibus patet quod in ꝓpōsito duo ꝓbant. Primò ꝙ ecclesia de religioso non potest facere nō religiosū: sicut nec gn̄aliter de dicto nō benedictū stāte re: Vt patet etiā in rebus manimatis: & per authoritate Dei. Leuiti. Vlt. Sedò ꝙ à monacho, & cōsequeter à religioso nō potest ecclesia remouere cōtinētā dispēsando vt contraheret: quia tam non esset votus, sed diutius. quod etiā ꝓbat authoritate decretalis prędictę, scilicet eū ad monasteriū. quod etiā ꝓbatur: quia à religioso quādiu est religiosus, ſeparari nō potest id quo formaliter sit religiosus: sicut ab albo albedo. Hmōi aūt est ꝓfessio, qua obligatur ad tria substātialia religionis: vt per c. quod voto. §. præsenti. eo. tit. hb. vj. Ex his aūt patet ꝓpositū insolubiliter: quia si ecclesia in hoc dispensaret, aut de religioso faceret nō religiosum, aut religiosum incōtinentem: quorū vtrūq; est inēc pāsibile. Et ad motiuū Pet. de Pal. ꝙ in omni voto intelligit excepta authoritas papæ dicit S. Th. hoc nō bene dici: quia quædā sunt, in quibus hō est ita liber sui ꝙ etiā cōtra præceptū papæ pōt illa facere, vt cōtinere, & similia. Ad motiuū Richardi ꝙ nullū est votū quod non possit in melius cōmutari: dico ꝙ verū est: sed hoc nō sufficit ad hoc ꝙ votū sit cōmutabile: sed oportet ꝙ absit dedicatio ad cultū Dei. Rōnes etiā datæ ab aduersarijs ad prædicta decretalē, nihil valēt. Nā Inn. dicit ꝙ summus pontifex nō pōt indulgere vel licentiā dare: quia verbū, licētia, intelligitur qñ hoc facit sine causa, id est, sola volūtate. Quod Pan. dicit notādū pro intellectu huius verbi, licentia qd non refertur ad arbitriū boni viri. Sed primò dico ꝙ Bar. expresse in l. alio. ff. de ali. le. dicit ꝙ cū verbū, licentia, veniat à verbo, licet: debet intelligi nō de nuda volūtate, sed rōne regulata. & secūdò dico ꝙ tex. istā expositionem nō patitur: quia nec in minimo voto pōt dispensare sine causa rationabili. Alij dicūt ꝙ nō potest dare licentiā simpliciter nō cōmutādo in aliud bonū Deo acceptius. quod plus placet Pan. Sed cōtra primò: quia esto ꝙ possit esse aliquid melius religione religiosi vt bonū cōe, tamen religioso nihil potest imponi eque bonū vt religio: cū omne votū in hoc commutetur vt dicetur. Vnde si papa non potest in hoc dispensare non potest etiam commutare. Secundò, quia omnis licentia data à summo pōtifice religioso contra castitatem, est illicita, & vltra eius potestatem data, vt patet in d. c. cùm ad monasterium. in verbis ſ. allegatis. Sed licentia quā dat in hoc voto cōtrahendi nō dispensando, sed cōmutādo, esset cōtra castitatem nō obstāte cōmutatiōe: quia per eā soluit castitas: vñ est impossibilis papæ. Alij, vt Ric. & Per. de Pal. dicūt ꝙ non pōt religioso quādiu est religiosus dare talem licentiā: sed pōt de religioso facere nō religiosum: & tūc dare. Sed cōtra primò, quia ꝓbauit S. Tho. ꝙ de religioso, quādiu viuit, fieri nō pōt irreligiosus. secūdò, quia semel dicatū Deo, mutari nō pōt, quin sit dicatū, vt patet Leui. vlti. Et prætereà ista rātio supponit vnū falsum, scilicet ꝙ alio sit quis religiosus, alio obligatus ad cōtinentiā: cū eodem formaliter sit vtrūq;, scilicet ꝓfessione: vt ex d. c. quod votū. Quod aūt dicūt quidā se vidisse papā sic fecisse de facto: dico primò ꝙ secūm aliquos dispensauit cū nouitio, non cū professo. Dico secūdò ꝙ dispensauit de plenitudine potestatis, nō de iure, quo modo potest intelligi opinio S. Tho. secūm gl. in d. c. cùm ad monasteriū. Dico tertiò ꝙ ego etiā vidi pontificem facientem maiora cū scādalo totius Christianitatis. Vñ aliud est facere de facto, aliud determinare ꝙ ita possit fieri de iure: quod si faceret papa vt papa, id est, vt caput vtens adiutorio membrorū consultādo factū & faciendo quod in se est vt sciat veritatē: tali determinationi stādū esset necessariò. Quod aūt dictū est devoto continentiæ, dicendū etiā videt de voto pauperta- 6
tis, vt patet per dictā decretalem. ¶ † Sextò quęrit, quid iuris de dispensatione & cōmutatione quantū ad causam mouentem ad dispensandū vel dispensationem petendam? Et dico duo. ¶ Primum. Secundum S. Tho. prælati nō possunt in votis pro suo libito dispensare: quia sicut prælatus non potest præcipere malum: ita nec bonum impedire, scilicet operavirtutis: sed ad eum spectat diiudicare quid sit magis virtuosum. Et ideo in manifestis dispensatio prælati non excusat à culpa: puta si dispensaret cum aliquo super voto de ingressu religionis nulla apparente causa: sed si esset causa apparens, propter quam saltem in dubium verteretur, tunc posset stari iudicio prælati dispensantis vel commutantis: non tamen iudicio proprio, nisi esset aliquid manifestè illicitum: aut nō posset quis facilè ad superiorem recurrere. Hæc tamen limita, vt ſ. Dispensatio. §. iij. Quæ autem sint causæ rationabiles dispensandi vel commutandi, videtur dicendum quòd secundum S. Th. causæ dispensandi sunt tres, scilicet si id, quod sub voto cadit, sit malum vel minus vel maioris boni impeditiuum: causæ verò commutandi videntur esse impossibilitas exequendi seu incommoditas, quæ est impossibilitas iuridica, vt ſ. Potentia. vel maior vtilitas, dum scilicet fit commutatio in aliquid Deo gratius: sicut si expensæ peregrinationis mutentur tempore famis in pauperum sustentationem: quod probari potest per tex. in c. ex multa. eo. tit. circa fin. vbi innuitur, vota posse commutari vel redimi si necessitas exigit, vel vtilitas suadet: & in his bonus vir arbitrabitur. 1
arg. ibidem. ¶ † Septimò quæritur, quid de dispensatione & commutatione quantum ad ipsa vota commutabilia? Et dico multa. ¶ Primum. Licet non omne votum sit dispensabile propriè, quia scilicet non omne votum est de malo vel inutili vel impeditiuo maioris boni: omne tamen votum est commutabile in aliud opus pietatis, secundum communem doctrinam sanctorum, vt patet in cap. magnæ. §. cùm igitur. de voto. Quod tamen fallit in voto, quo aliquid per consecrationem aut benedictionem actu dicatur Deo: vt ſ. §. v. ¶ Secundum. In dispensatione & commutatione votorum requiritur superioris authoritas: nec potest quis propria authoritate

thoritate votum suum in melius commutare. co. ti. c. j. & ff. si cer. pet. l. ij. Inst. quib. mo. tol. obli. vbi non liberatur soluēs rem meliorem, nisi soluat quod debet. Quod tamen limita, primò nisi commutetur in votum religionis: vt ſ. parti. iij. Limitat secundò Sum. Ang. nisi sit certum quòd illud, in quod mutatur, sit melius & Deo acceptius: quia tūc sufficit petere licentiam, licet nō obtineatur. Allegat c. licet. eo. tit. & c. peruenit. el ij. de iureiur. Sed secūm mentem S. Tho. qui vult ꝙ in voto fiat dispensatio eo modo quo in aliqua lege, dicē eum est quod licitum est ꝓpria authoritate venire cōtra votum in casu, in quo id, quod quis vouit, est manifestè illicitū: & nō potest opportunè ad superiorem recurrere: vt dicit ij. ij. vbi ſ. ar. vl. ad secūm. in fi. & per illicitum intelligit malum inutile & impedimentum maioris boni: & sic hoc est licitū vbi locum habet dispensatio: nō autem vbi locum habet cōmutatio: quia votum ligat: & nullus pōt soluere seipsum. Et dicatur quòd cōmutatio aliquādo habet locum vbi occurrit melius incōpossibile voto: dico quòd nō: nec eo casu votum ligat: quia est melioris boni impeditiuum. Caput aūt, licet quod Sum. Ange. allegat, nihil facit. c. autem, peruenit. secundum expositionem Doc. est pro me: quia ibi dicitur ꝙ propositum aut promissum nō infringit, quia illud in melius commutat: quia Doc. qui illud dictum intelligunt etiam de promisso per votum, dicunt esse verum si accedit authoritas superioris: vt Innoc. vel si primum votum erat noxium & illicitum: vt Io. And. & Gof. vel vbi maius bonum est incōpossibile voto: vt do. Ant. & cōsequenter vbi est maioris boni impeditiuum. Et sic omnes expositiōes secundum nostrā doctrinā sunt. Nec expositioni Io. Andr. obstat quod obijcit Pan., quia melius præsupponit bonum: quia melius ibi pōt stare pro bono: sicut peccator cōuersus mores dicitur in melius commutasse. Qui verò intelligunt de promisso mediante iuramento, dicunt, vt dicit Pan. nō esse verum, si iuramentū concernit vtilitatem priuatam: quia requiritur authoritas eius cui est præstitum. ar. d. l. ij. nec si cōcernit honorem Dei, nisi vbi illud melius est incompossibile iuramento: imò nec tunc hoc Panorm. admittit indistinctè, sed solùm si propria authoritate mutetur in votum religionis: tamen dico cum Ant. quòd tunc indistinctè potest: quia tunc iuramentum est maioris boni impeditiuum. ¶ Tertium. Secundum Archiep. post Pet. de Pal. & S. Tho. authoritate iuris omnia vota commutantur in votum religionis, etiam sine dispensatione: quia tanquam perfectum includit. Vnde qui voto tenetur ad ingressum arctioris religionis, in qua tamen non tenetur remanere, licitè vouet professionem in laxiori: & primum votum temporale includitur in secundo tanquam in perpetuo. Hoc tamen Arch. post Pet. de Palu. limitat. Nam quandiu aliquis est nouitius, excusatur à voto personali, puta ieiuniorum, & huiusmodi: non autem à reali, puta de dando eleemosynam: imò per se debet soluere debita. Sed per professionem quæ cedit bonis, & mundo moritur, vota personalia extinguuntur, & realia debita in monasterium transferuntur: quòd obligatur sicut hæres, scilicet non vltra valorem bonorū quæ recepit de illo, si fecit inuentarium: vel si non fecit ex ignorantia iuris, ſcēm aliquos, sicut nec quicūq; alius hæres. Sed prō hoc no. quòd ista sunt vera in foro cōtentioso solùm: in cōscientia autem nullus hæres tenetur vltra vires hæreditatis. Fallit aūt quod dictum est de cōmutatione in votū religiōis, primò in voto, quo quis vouit aliquid dare in subsidiū terræ sanctæ: quia nō cōmutatur sine licentia papæ, secundum Roden. scilicet quantum ad quantitatem: secus quantum ad laborem eundi aut mittendi, secundum Veruec. sed si votum fuit de peregrinando solùm absoluerētur per religionem. Secundò secundum Rich. quem sequitur Sum. Ang. & Ros. quando is, qui profitetur, intendit actu vel habitu velle remanere obligatus voris prius factis quia indiget dispensatione. Sed ego dico quòd si istā intentionem habuit ante instās ꝓfessionis, ipso iure est absolutus vt videtur velle etiam S. Tho. Si verò eam habuit in ipso instanti vel post, illud votū nō est firmū, nec obligat nisi eo modo quo devoto religiosi dictum est ſ. Votum. iij. §. iij. Tertiò fallit secundū Sum. Ang. in casu quo probabiliter dubitaret an melius esset seruare votum, aut religiosum intrare: vt si rex magnus vouisset acquirere terram sanctā: quia papa esset consulendus. Sed hoc est verum de bene esse, nō aūt necessariò: qa potest intrare authoritate iuris, per c. scripturę. extra eo. ¶ Quartum. Votum factum Deo intuitu certę personæ vel loci, puta de dando aliquid tali pauperi vel tali monasterio, commutari non potest à vouente propria authoritate: licet persona sit malæ vitæ, vel ecclesia malè officiata, quia quod semel placuit, amplius displicere nō potest. de reiu. lib. vj. Sed vtrum cōmutare possit episcopus, sunt opiniones. Arch. tenet quòd nō, nisi ex causa vrgente: puta quia ecclesia est destructa, & huiusmodi: quia iam ius est illi quæsitum, qđ auferri nō debet. Et hoc sequitur Ray. & Dur. in suis summis. Bar. de Cay. & Sum. Ro. addens hoc probari in c. ex parte. de censi. vbi vouens, cōpelli potest ad exequendum votum. Et cōfirmatur ab alijs: quia ex quo est pia causa, ius quę situm est, etiā absenti, vt ibi no. & habetur in l. illud. C. de sacrosan. Ecc. Alij verò dicunt quòd tali loco vel personæ non acquiritur ius, quasi res denota sit iam sua: quia nec eis, nec aliquibus pro eis acceptantibus est facta pollicitatio, sed solùm Deo. Vnde si Deo satisfiat per commutationem in melius, vel etiam in æquale, quando causa subest ex parte vouentis, liberatus est qui vouit, qua satisfecit ei cui promisit: donec tamen commutetur habet ius agendi, & agere potest is, ad quem ventura erat res douota, aplicid episcopum vel alium superiorem, vt compellat vouentem reddere. Et hoc etiam non aliud vult d. c. ex parte. & d. l. illud. vt ſ. Votum. ij. §. xix. & hoc sequitur Veruec. & Sum. Ang. quæ vult quòd ex voto non acquiratur actio (intellige realis) alicui nisi res sit ei data vel promissa. & hoc est verius. Vnde & si talis vouens, religionem ingreditur, liberatus est: & à fortiori liberatur si religionem ingreditur, vel si reserat douota pauperibus in genere, secundum Veruec. Secus si non ex voto solùm Deo facto, sed ex aliquo alio respectu se homini obligasset: quia nec per religionis ingressum, nec per dispensationem superioris liberaretur, nisi vt dixi ſ. Papa. §. xiij. ¶ Quintū. Qui nō vouit, sed tamen patri vel alteri promisit votum eius implere, potest in religionis ingressum permutare: quia non plus tenetur ad voti impletionem qui hoc promisit homini, quā qui promisit Deo. ¶ Sextum. Qui vouit vnum filium suum determinatè tradere religioni, non potest sine authoritate superioris alium mutare, secundum Petr. de Pal. nec similiter si vouit ipse intrare aut adire terram sanctam, secundum ſ. Tho. non potest alium supponere loco sui. intellige sine licentia papæ. ¶ Septimum. Votum de festando sabbato factum superstitiosè, inuitando scilicet literæ veteris Testamenti, non tenet: factum verò ex reuerentia beatæ Virginis, si haberet inducere iudaizationem vel speciem eius: vt quia quiuouit cohabitare Iudæis, esset omnino commutandū: quia etiam à specie mali abstinendum est, primæ Thessalonic. quinto. aliàs seruari potest. ¶ Octauum. Si per confessorem impositum est alicui in præsentia adire terram sanctam: Panor. in c. quod super his. eo. tit. de mente Io. Andr. dicit quòd si talis pœnitentia fuit iniuncta pro subsidio terræ san-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctæ, solus papa commutat. Si verò pro labore itinerandi, etiam solus papa commutat, si illa emisit votum: si verò solum in assumpsit signum peregrinationis, dispensabit inferior. Adde secundum Ludo. de Ro. in suis singu. quòd si papa imponit pœnitentiam alicui transmutando votum, episcopus potest illam pœnitentiam commutare & alterare. de quo est gl. in c. tempora plenitudinis. xxxj. q. vij. & secundum eundem Lud. est tex. in l. si quis libellos. C. de appel. ¶†Octauò quæritur, quid iuris de ipsa dispensatione & commutatione votorum in se? Et dico multa. ¶ Primum. Secundum archie. post Pet. de Palu. in dispensando requiritur forma expressa vel tacita, scilicet quòd intendat quis dispensare, quod secundum Canonistas potest papa, qui iuri non subditur: non autem episcopus, nisi exprimat. de concess. præb. literas. sed verius, inquit, est quòd in omnibus, in quibus prælatis non est expressus modus cum formula dispensandi, eo ipso quòd dispensant quod faciunt effectum animo dispensandi: vel sciunt & non contradicunt, quando facilè & liberè contradicere possent. ¶ Secundum ad hoc quòd dispensatio sit legitima, secundum Inno. in rub. de obser. ieiunij. & Arch. in c. presbyter dist. xxviij. duo requiruntur, scilicet causa legitima in ventente, & quòd id, in quod votum commutatur, melius sit & Deo acceptius. Et hoc videtur velle cap. primum. eo. tit. & sequitur Pet. de Pal. Sed vt Panor. egregiè & subtiliter not. in c. j. per tex. in c. ex multa. eo. ti. commutare in melius tunc est necesse, quando sola vtilitas mouet ad commutandum: quia scilicet ex parte vouentis non est causa, nisi voluntas: secus vbi est necessitas, id est, impotentia vel incommoditas: quia sufficit commutare in simile. arg. c. magnæ. eod. titu. & quod legitur & no. in c. j. de rerum permu. in simili. imò Sum. Ang. notant Pan. dicit se credere quòd sufficit si mutetur in æquale, & si non in simile. Sed Pan. per simile intellexit æquale: imò ipsamet Sum. in verbo Votum. iij. §. xxvj. in fine, tenet contra Rodo. quòd sufficit commutare in minus quod aliquo iure non probatur, nec bene dicitur: quia vt dicit S. Tho. commutatio est quidam contractus, in quo prælatus se habet vice Dei. Ex quo sequitur quòd oportet ibi esse æqualitatem. quod tamen non oportet scrupulosè accipere, sed sufficit arbitrium boni viri, cessante fraude & lata culpa.

Rursus De Voto. v. inquantum specialiter spectat ad coniuges.

1 *Votum coniugum qualiter fiat.*
2 *Vxor abstinentiã absque viri licentia & assensu vouere nõ pot*
3 *Maritus an & quando abstinentiæ votum vxoris non præiudiciale possit emittere.*
4 *Vota continentiæ in coniugibus quando liceant.*
5 *Maritus continentiã, quod ad debiti redditionẽ attinet, citra coniugii assensum vouere nequit.*
6 *Vota coniugum quo ad religionem quando liceant.*
Coniuges fornicarij non intrent religionem alter sine altero.
7 *Filium an possit alter parentum deuouere religioni.*

VOTVM quo nõ cõsiderari potest specialiter, inquantum spectat ad coniuges: præterea quæ dicta sunt suprà Votum. iiij. §. ij. quantum ad irritationem.

2 ¶†Primò ergo quæritur, quid iuris de votis coniugum quæ non sunt de continentia vel religione? Et dico quòd nec vir nec vxor potest facere votum præiudiciale alteri quantum ad debitum coniugale: quia quantum ad hoc sunt pares, vt in c. gaudemus. de diuor. † Vnde cùm vxor abstinentiam sine viri consensu vouere non possit. xxxiij. q. v. manifestum. &. c. noluit. similiter nec vir poterit sine consensu vxoris, secundum Inno. & hoc pro regula tenendum est, sicut & videtur velle glo. in d. cap. manifestum. quòd vxor vouere potest ea quæ non sunt in præiudicium viri, sicut & econtrario: & quæ quid potest dare sine viri consensu, potest vouere: vt de his, de quibus potest eleemosynam facere, nisi impediat scandalum quod non sit pharisaicum. Fallit quod dictum est secundum Rayn. Inno. Host. & omnes in voto subsidij terræ sanctæ, quod vir facere potest sine consensu vxoris, de voto ex multa. licet secundum beatum Tho. & Alb. non sit consulendum viro vt crucem accipiat, si vxor non potest eum sequi, & de incontinentia timeatur. Vxor etiam secundum Host. potest inuito marito votum prædictum emittere: sed si est suspecta vel numis iuuenis, redimet illud: aliàs ibit si talis est quæ secum possit ducere bellatores: aliàs omnino redimet. d. c. ex multa. in fi. Sed S. Tho. dicit quòd vxor hoc non potest sine licentia: quia non potest sic discurrere sine periculo castitatis: nec hoc dicit illud c. ex multa. Fallit etiam secũdum Arc. &, vt videtur, beatum Tho. in modica peregrinatione etiam sine voto propter domum disponendam, vel domicilium aliò transferendum: quia hoc vir potest facere sine licentia vxoris, secundum S. Tho. in dispositione domus & regimine vitæ mulier est subiecta viro, & non econtrario. Quod autem dicit Pan. ibi scripturæ. eo. tit. & sequitur Sum. Rosel. contra Ang. † quòd vir potest emittere aliquod votum abstinentiæ non præiudiciale, vxor autem nullum sine consensu viri: non est verum: quia non est vxor sub viro eo modo quo filius impubes sub parentibus, quorum scilicet voluntas est filij. Ex quibus patet quòd vir sine consensu vxoris aut vxor sine consensu mariti habitum mutare non potest: puta suscipiendo habitum tertij ordinis alicuius religionis: quia hoc est præiudiciale: cùm aliqñ generet horrorem. ¶†Secũdò quæritur, quid iuris de voto coniugum quantum ad continentiam, quando hoc votum sequitur matrimonium. nam qñ precedit, vide ī. Matrimonium. vij. §. v. Et dico secundum Ray. & Alb. quòd quantum ad hoc vir & vxor ad paria iudicantur. xxxij. q. j. si quis. Potest autem hoc votum tripliciter fieri. Primò, vnovouente sine alterius licentia. Secundò, vno vouente cum alterius licentia. Tertiò, vtroq; vouente de cõmuni consensu. Quando fit primo modo si erant sponsalia tantùm, dic vt ī. Sponsalia. §. vij. Si verò erat matrimonium ratum, scilicet per verba de præsenti, sed non consummatum, secundum Pet. qui vouit, tenetur ingredi religionem, & matrimonium soluitur per ingressum. de quo suprà, Diuortium. Si verò erat consummatum, non potest vnus eorum vouere vel intrare religionem inuito alio, nisi ob fornicationem notoriam. de quo suprà, Diuortium. † Non potest etiam vouere continentiam quantum ad redditionem debiti, secundum omnes: quia vouere non potest alienum: quantum verò ad exactionem, sunt opiniones. Nam, vt dicit S. Tho. in iiij. distin. xxxij. quidam dicunt quòd vnus hoc potest vouere sine consensu alterius: quia in hoc quilibet est sui iuris. quod Rich. dicit esse communius & verius: & videtur consentire Pe. de Pal. dicens tamen nulli hoc esse consulendum. Quidam verò, inquit, S. Tho. probabilius dicunt quòd non potest, quia nimis onerosum fieret matrimonium alteri, quem semper oporteret subire verecundiam in petendo debitum. Et hanc opinionem sequitur Albe. & Dur. & Io. de Nea. dicens hanc esse probabiliorem. Et secundum istos in tali voto non solùm potest episcopus dispensare: vt aperte trahi potest ex his quæ dicit Io. And. in nouel. in cap. ut inquisitionis. qui clerici. vel vo. sed etiam alter coniugum potest irritare. Vtraq; opinio est vera fundata in hoc principio, quòd coniunx in vouendo non potest alteri præiudicare. vnde si istud votum sit de non petendo absolute, non valet: quia præiudicat: si verò sit de non petendo ratione sui, sed tantùm ratione socij, tenet: quia non præiudicat. Vnde si vouet se non exacturum, nisi ad cõplacendum coniugi, est licitum. Quando autem sit secundo modo quantum ad votum solenne professione, vide suprà, Diuortiũ. §. xvj. quantũ verò ad solennẽ susceptionẽ ordinis sacri, vide suprà, Matrimonium. viij. §. xvij. quantum verò ad votũ simplex, dicit Pet. de Pal., quòd sicut vir licentians vxorem ad votum abstinẽtiæ, posset postea revocare, licet cum peccato sine iusta causa, & mulier tenetur obedire: ita & ad simplex votũ castitatis licẽtiam potest revocare. sed non est simile: quinimo inter ista distinguit gl. in c. manifestum. xxxiij. q. v. Et ratio est, quia votum abstinentiæ potest pertinere ad gubernationem familiæ aliquo modo, nõ autẽ continentiæ. Vnde S. Tho. & Io. de Neap. dicunt quòd non potest revocare votum continentiæ in quod consensit: imò nec petenti reddere sine mortali, quia, vt dicit Io. de Nea. cooperaretur ei in crimine mortali. arg. xxxiij. q. v. continẽtiæ. quod Pet. limitat si cõsensit in facie ecclesiæ, sed aliàs, quia votum fit Deo occulta cerneti. Malè etiã probat Pan. in c. charissimus. de conuer. coniu. quòd posit licentiãs revocare votũ continẽtiæ sicut & abstinentiæ, per hoc quòd continentia est abstinentia: quia nõ est verum propriè. est tamen verum quod dicit Pet. quòd si vir ad tempus dissimulat votum vxoris, & postea contradicit, illa non tenetur implere. Secundũ Inn. autem & omnes dans licentiam vouendi, si iple non vouerat, exigere nõ prohibetur. de conuer. coniu. c. j. licet reddere nequeat exigenti, vt dictum est. Quando autẽ tertio modo quantum ad vota solennia, dic vt suprà, Matrimoniũ. viij. §. xij. & suprà, Diuortiũ. §. xvj. Quantũ verò ad simplex, dic quòd nullus eorũ potest exigere vel reddere: sed est mortale. Et si vnus frangeret votũ, puta fornicando, alter nihilo minus seruare tenetur. xxxiij. q. v. quod Deo. Sed vbi est periculum incõtinentiæ, esset dispensatio quærenda, quã secundum Veruec. posset episcopus facere. quod verum est eo modo quo dictũ est ī. Dispẽtatio. §. ix. ¶†Tertiò quæritur, quid iuris de voto coniugum quantum ad religionem? Et dico de hoc esse dictum supra Diuortium. §. xvj. & Matrimonium. viij. §. xij. & Matrimoniũ. vij. §. v. vlterius dico quærendum. ¶ Primũ. Si coniugi dicenti se ante carnalem copulam velle religionem intrare episcopus, vt debet, terminũ ad ingrediendũ præfixerit, & ille eo lapso ingrediatur nihilo minus, secundũ Ray. valebit ingressus, si copula non præcesserit. ar. de conuer. cõiu. ex publico. Et secundũ Host. relictus in se culo expectabit nubere per annum. ¶ Secundum. Si coniunx exoriqueat licentiam intrandi vi aut metu iusto: secundum Host. nihil nocet licentianti. xxxiij. q. v. notificasti. mũ fortè per tempus ratificet: extra qui cle. vel vo. insinuãte. Et idem si interuenit dolus, secundũ Veruec. Gofr. & Host. ¶ Tertiũ. Si vxor, sine cuius licentia vir religionẽ intrauit, vult ingredi, & maritus cõtradicit, secundũ Ray. si vir iam eductus est de monasterio, & restituatus vxori, illa eo inuito ingredi non potest. xxxiij. quæstio. v. quod Deo. Si verò nõ est eductus, secundum Inno. ingredi potest mulier, si in ingressu viri consentiam vouerat. xxvij. q. ij. Agathosa. Si verò non vouit, non potest ingredi inuito viro, & ingressa potest educi. ar. d. cap. quod Deo. sed nõ potest debitũ exigere: vt in d. c. quod Deo. de cõuer. coniu. c. j. Sed intellige quòd nõ potest petere si tacitè vel expressè est professa, aut vouit. sed secundũ Ray. etiã si nõ vouit, potest intrare inuito viro. dicto cap. Agathosa. & xxxiij. quæst. v. qui vxorem, & concord. Pet. Host. & Gofr. & verum est, si vir erat professus, aut vouerat. ar. d. cap. quod Deo., non aliter. ¶ Quartum. Si ambo coniuges fornicati non potest alter altero inuito religionem intrare, secundum Veruec. sicut & not. Hug. in d. c. Agathosa. & si intrauerit, revocari potest, secundũ eosdem. & idem Pan. in d. cap. significasti. de diuor. & sic adulteria coniugum pari cõpensatione tolluntur, licet differant qualitate: vt quia vnius est notoriũ, alterius occultũ. ¶ Quintum. Si vterq; nõ petita licentia ab alio religionẽ intrauit, secundũ Veruec. se invicem repetere nõ poterunt: quia neuter potest dicere ab alia se spoliatũ: sed vterq; intrãdo videtur renunciasse iuri quod habebat, & iuri exigendi debitũ: ideoq; tenuit votũ vtriusq; quo ad exigere & reddere, vt non possit exigere, nec reddere teneantur. Sed intellige si professi sunt aut vouerũt. ¶ Sextum. Si vterq; credens alterũ mortuum intrauit, secundum Inno. amborum votum ratificatũ est professione volũtaria si est sequuta: sed si non est sequuta non succedit obligatio. Et ita intelligitur dictũ Veruec. quiv idetur oppositũ sentire. ¶†Quartò quæritur, quid si alter coniugum deuouit filium religioni? Et dicit Petrus de Pal. quòd si pater vouit filium aut filiam ablactatos, potest & debet offerre monasterio, etiam matre inuita: sed si erat in vtero vel sub lacte, quia partus est pars viscerum: & cùm est sub lacte, magis est sub cura matris: non potest vouere cum effectu à solo patre, quia etiam mater possit votum irritare.

De vsucapione

1 *Vsucapio quid, & quæ ad eam requirantur.*
2 *Vsucapi quæ possint, & quis possit vsucapere.*
3 *Vsucapere quilibet potest, qui licite potest possidere, veluti pater familias, filius etiam in peculio & etiam pupillus.*
4 *Tituli dominium transferentes qui sint.*

VSVCAPIO est acquisitio dominij per continuationem possessionis tempore lege distiniti. ff. eodem. l. ij. quod tempus est triennium. Institut. eod. in princ. & not. Io. xxvj. q. iij. in Sum. Et inducta est vsucapio pro vtilitate publica: ne rerum dominia sint incerta. ff. eod. l. j. Institu. eod. §. j. & vt finis litibus imponatur. ff. pro ,do. l. fina. ¶ Huius effectus est secundũ omnes vt rei vsucaptæ dominium directũ acquiratur. C. de pact. l. traditionibus. ff. de vsucap. l. j. & iij. ff. pro suo. l. fina. Et locum habet in conscientia eo modo quo præscriptio. de quo ī. ¶†Primò autem quæritur, quæ requiruntur ad vsucapionem? Et dico quòd quatuor. ¶ Vt primò bona fides nedum in vsucapiente toto tempore vsucapionis: sed etiã in principio cõtractus ex parte tradentis & accipientis. ar. ff. pro emp. l. ij §. si eam. vbi not. quòd ignorantia iuris nõ excusat, vt quis sit bonæ fidei. ff. de vsucap. l. nunquã. ¶ Secundò quòd res sit mobilis: quia circa res immobiles est præscriptio. ¶ Tertiò quòd res tradatur vel quasi: aliter possessio nõ haberetur sine traditione, vel quasi. C. de pact. l. tradi. Institu. de rerum diui §. per traditionem. vel alio modo possideatur tempore debito, id est triennio. ¶ Quartò titulus verus, non putatiuus nec falsus. ff. pro leg. l. ij. & iij. C. de vsucap. pro hæ. e. l. fi. & ibi Azo. Qui autẽ sint veri tituli, infrà §. vlt. ¶†Secundò quæritur, quæ possint vsucapi? Et dico q̃ omnia exceptis quæ prohibetur, vt res furtiuæ & vi possessæ: vt nota. glo. in sum. xxj. quæst. iij. & res sacra & religiosa: & liber homo, & decima, de præscript. cautam quæ. & seruus fugitiuus. Probantur hæc Institu. eo. §. sed aliquãdo. & §. seq. Et via publica, & aquæductus ff. eod. l. vsucapionem. C. de aquæduc. l. diligenter. lib. xj. ff. de via pub. l. viam publicam. Item vbi cunque prohibetur alienatio, & vsucapio regulariter prohibetur. ff. de fun. do. l. si fundo. ff. de verborum significatio. l. alienationis. ¶†Tertiò quæritur, quis potest vsucapere? Et dico q̃ omnis qui pot licitè possidere, vt pater familias, & filius familias in peculio, pupillus si habet animum possidẽdi, licet

Universidad de Deusto
Biblioteca

non interueniat auctoritas tutoris,& furiosus si sanę mentis vsucapere cœpit:incipere autē non potest durāte furore.ff. eo.l.iij.§.j.ij.& iij.Seruus autē vsucapere nō potest:quia nihil potest possidere.l.Labeo.ff.eo l.j.§.itē acquirimus.ff.de acqui.pos.nisi peculiariter ex scientia domini possideret: vt in dictis legibus.¶† Quartò quæritur, qui sunt tituli dominiū trāsferentes:Et dico quòd sunt decē. ¶ Primus est titulus ꝓ soluto:qui locum habet quando ego credo me tibi debere centum ex quacūq; causa:& tu idem credis: & soluo vel aliquid do loco solutionis:& sic iustus error dat causam præscribendi:quod tamē fallit quādo aliquid soluitur causa emptionis quæ nō præcessit.ff.pro emp.l.ij.respō.ij.ff.pro solu.l.pe. ¶ Secundus,pro emptore,qui locum habet cū quis in veritate emit rē alienā,vel à furioso bona fide, quē credebat sanæ mētis.ff.eod.l.pignori.§.j.& ff.pro emp.l.ij.§.si à pupillo. & in isto,vt dixit,requiritur bona fides in rebus mobilibus tam tradentis quàm accipientis.Item quòd emptio sit pura nō cōditionalis.ff.pro empto.l.ij.§.fi sub cōditione.Itē quòd pretiū soluatur,vel fides habeatur de pretio,quia aliter nō trāsferretur dominiū.Insti.de re.di.§.vēditæ. Item quòd eadem res quæ est empta tradatur, quia si daretur alia,nō vsucaperet pro emptore.l.ij.§.cum Stichū.ff. pro empto. ¶ Tertius, pro transacto:qui habet locum in re tradita vt à lite receda tur ab eo qui credebatur dominus.C.pro transacto.l.ex causa.C.de transac.l. fi pro fundo.¶ Quartus,pro hęrede qui habet locū vbi quis est verus hęres,vel saltē iustè & probabiliter hoc putat. Nō tamē habet locum in suis hæredibus:quia quodā modo eū viuēte hæreditariarū rerū domini æstimantur.l.ij.§.fi.ff.pro hęred.C.pro hęre.l.nihil ꝓ hęre.sed in extraneis hæredibus distingue,ꝙ aut res est vitiosa,puta furtiua autvi possessa,vel res silei:quę nullo tēpore præscribi pōt. C.cōmun.de vsucap.l.iam pridē. vel res pupilli vel res data præsidi.cōtra l.Iul.repetundarū.ff.de acquir.rerū domi.l.bonę fi.fei.& sic hæres generalis vel succesſor specialis rei alicuius præscribere nō pōt.ff.de publi.l.sed & hi.§. actione hāc. de quo vide suprà,Præscriptio.j.§.viij.Si verò res non est vitiosa:sic dic vt s. Præscriptio.ij.¶ Quintus,pro damnato, qui habet locum cùm in vero non in opinione aliquid est donatum bona fide.C.pro donato.l. vlti.& quod donatio teneat: quia si pater donat filio:& decedat,non vsucapiet pro donato filius:quia donatio non valuit ratione patrię potestatis.ff. pro dona.l.j.§.j.ff.pro hærede .l.ij.§.filium.licet etiam rem alienam quis donare non possit,quo ad hoc vt dominiū trāsferatur in præiudiciū veri domini:quia quod quis nō habet, transferre nō potest.C.de donation.l.si filius . valet tamē vt vsucapiatur.ff.de donat.l.si is qui alienā. & l.fi.& de iure patronatus.c.cura pastoralis ¶ Sextus,pro derelicto,qui habet locum in ea re quæ credebatur à domino derelicta , & alius possidere incœpit,quanuis ignoret à quo fit derelicta.ff.pro dereli.l.si id quod pro derelicto.¶ Septimus,pro legato, qui locum habet cùm alicui res legatur aliena bona fide.ff. pro lega.l.pro legato.la j. Et quanuis legatū ademptū sit,tamen vsucapio currit.dicta l.pro legato.& l.vlti.dūmodo probabilis error excuset:puta credit testatorem fuisse sanæ mentis, cùm tamen foret furiosus : vel ignorat legatū per codicillū cùm tamen foret furiosus esse. ¶ Octauus,pro dote, qui habet locum cùm res aliena pro dote bona fide datur.l.vltim.ff.pro dote.¶ Nonus,pro suo,qui habet locum cùm quis possidet rem, quam credit suam aliquo iniusto titulo.ff.pro suo.l.j.& vlti. ¶ Decimus,pro iudicato,qui locum habet cùm res est iudicata,à qua non est apnellatum spatio decem dierum: quæ vsucapitur:quia transiit in rem iudicatam.ij. quæstio.vj.anteriorum. ¶ In vsucapione igitur requiritur aliquis de istis titulis ,& bona fides,& quòd res non sit vitiosa, vt dictum est.

De Vsura.j.quid , & vbi & sit in genere.

1 *Vsura quid,& an sola spes lucri ex mutuo faciat vsurarium.*
2 *Mutuans an possit naturalem obligationem antidora ad sibi remutuandum deducere in pactum.*
3 *Vsura an sit mutuare vt aliquid detur pauperibus.*
4 *Vsura an sit expectare munus à lingua vel obsequio,aut consolationem amicitię.nu.5.*
6 *Vsura an sit,cum pars pecuniæ numeratur , & alia datur in merce aliqua.*
7 *Vsura an sit mutuare,vt eas ad molendinum vel scholas.*
8 *Vsura an sit mutuare rustico,vt suam possessionem colat.*
9 *Vsura an sit mutuare communitatis ad vtendum collectas.*
10 *Vsura an sit mutuare,vt fiat noua obligatio veteris debiti.*
11 *Vsura an sit mutuare inimico,vt cesset ab actione iniuriarum vel expensis.*
12 *Vsura an sit concedere pecuniam in saeculo ad ostentationem.*
13 *Vsura an sit dare decem vnas panni pro alijs decem in futuro dandis.*
14 *Vsura an sit tradere pecuniam pro pecunia simili,vel granū pro grano.& nu.15.*
16 *Vsura an sit tradere frumentum tempore carestiæ, vt pretium soluatur in frumento tempore vilis pretij.& nu.17.*
18 *Vsura an sit mutuare domino,vt habeas officium.*
19 *Interesse aliquod an liceat accipere ex mutuo.*
20 *Vsuram an committat qui pecuniam accepta sub vsura dat alteri,vt restituat priori.*
21 *Vendere quando liceat carius,quàm valeant.*
22 *Vsura an sit,si ad instantiam tui cessat emere vel aliquid locari,vt tibi pecuniam mutuo direm sub certo lucro. & nu.23.*
24 *Vsura an sit,si communitas vel officiales accipiunt pecuniae pupillorum,& dant quinque pro centum.*
25 *Vsura an sit aliquid accipere ob prolongationem termini.*
26 *Vsurarius an sit censendus, qui gratia meræ aliquid accipit vltra principale.& nu.27.*
28 *Vsuras an liceat accipere ratione pœnæ appositæ.*
29 *Tutor an soluat quinque pro centum,si non est negotiatus.*
30 *Vsurarium an sit statutum,quòd credatur missus in possessionem lucretur fructus.*
31 *Interesse an debeat , qui pecuniam alterius delebat collocare in prædia.*
32 *Vsura an sit accipere ratione laboris in mutuando.*
33 *Vsura quibus alijs modis committatur.& nu.seq.*

VSVRA ab vsu seu actu vtendi dicta est secundum grāmaticos:sicut & rasura ab actu radendi:& secundum erymologiā vocabuli dicitur quasi vsus æris. & secundum S.Tho.in quodam opusculo,si tamē est eius, primò significat rem acquisitam rei alicuius vsu:sed,vt sonat in malū,importat rem acquisitā vsu rei,quæ ipso suo principali vsu distrahitur,vt pecunia:vel omnino cōsumitur:vt vinū, & granū.¶ Declarare autem quid sit vsura,& dubia circa illā incidentia,secundum petrum de Ancha.in quadam quæstione disputata pertinet magis ad canonicos & Iuristas,sed male probat. Sanctus Tho.autem in quolib. & dominus Anto. de But.magnus Canonista probant quo ad Theologos:quia est contra ius diuinum.tamen opinio Petri est vera quātum ad pœnas staturas per leges humanas cōtra vsurarios. ¶ Igitur vsura secundum mentem Sancti Tho.ij.ij.quæst.lxxviij. ar.j.& mal.quæstio.iij.arti.iij.& quolib.iij.arti.ix.& Thomistarum,sic potest diffiniri: Vsura est lucrum accedens ex mutuo,pacto, vel intētione principali.¶ Pro quo aduerte ꝙ lucrum

rum dicit omne crementum vltra mutuum , & interesse quod pecunia mensurari potest : non autem id quod accipitur vt interesse.¶ Mutuum verò non habet locum nisi in rebus,quæ tuo vsu distrahuntur,vel omnino consumunt.quod intelligo per se,siue vt sic:quia res aliqñ habet vsum principalem & secūdariū,sicut principalis vsus pecuniæ est distractio,secūdarius verò pōpa & ostentatio diuitiarū, vel etiam permutatio : & ecōtrario principalis vsus vestis est vestitio, secūdarius aūt est venditio aut permutatio.Vñ si tractat pecūnia alicui ad vsum quo nō distrahit,puta ad ostentationē, nō erit mutuata,sed locata . ¶ Intentio verò principalis est, qua quis maximè mouet ad mutuandū,siue sine qua mutuū nō fieret:sicut in mutuāte partim ex bñuolentia, partim ex spe lucri:principalis intētio est lucrū, si eo cessante nō mutuaret: & secūdaria benevolentia : & ecōtrario principalis est benevolētia,si ea cessante nō mutuaret:& lucrū est secūdaria. Principalis aūt intentio lucri est quæ facit vsurā,nō secūdaria: sicut & in simonia.di.lj.quid ꝓderit.in gl.& dis.lix.si officia. Et sic intellige & accipe intentionem in c.j.xiiij.q.iij. & hoc etiā si intētio principalis si aduenit post mutuū ita recta intentiōe factū,secūm Arch.arg.j.q.j.vulnerato.¶ Ex his paucis patēt primò omnū aliorū diffinitiōes. Etenim vsura secundū Ray.cui cōcordat Inno. extra eo.c.j.lucrū est mutuo pacto debitū vel exactū, vbi nomine pacti veniret intentio principalis,id est,sine qua nō, quæ est pactū quodā modo implicitum.Secūm Gof. verò est quicquid sorti accedit intentione præcedente vel pacto,vbi nomine sortis venit mutuū: & ly præcedēte,nō ponit respectu mutuatiōis,sed acceſsiōis:quia licet talis intentio sequat mutuū,tñ facit vsurā.¶ Patet secūdò tota materia vsurarū viris doctis,quia vbicūq; cōcurrunt ista tria,mutuū,lucrū principaliter intentū,& pactū,est vsura formalis:vbi verò cessat pactū,sed sunt duo prima,scilicet mutuū & lucrū ex ipso mutuo principaliter intentum,est vsura mentalis:vbi aūt nō est mutuū expressum vel tacitū , nullo modo est vsura.Similiter vbi deficit intētio lucri & pactū simul:sed si deficit intentio,& adsit pactū,nō est vsura mentalis siue quo ad Deū,sed formalis,siue quo ad iudiciū ecclesię. Si verò ecōuerso desit pactū,& nō intentio,nō est formalis, sed mentalis ꝓpter rudes tñ quæriē de multis.¶† Primò ergo quæritur,vtrū sola spes lucri ex mutuo faciat vsurarium? Et dico quòd sic,eo.tit.c.j.&.c cōsuluit.&.c. si fœneraueris. xiiij.q.iij.sed spes,est duplex.Nā quædā est secundaria,id est, qua mutuās sperat quidem lucrū , sed tamen etiā si illud nō sperāret , nihilo minus mutuaret ex debito cōscientiæ vel charitatis vel amicitiæ & hmōi : & hæc nō facit vsurarium, secundū Doc.cōmuniter in c.cōsuluit.eo.tit.vt dicit Io.And. in regula.pctm.lib.vj.& tenuit Richar.in iiij.dist. xv.Innoc. Ber.Ala.Gof.Host.Pan . & multi alij in d.c.consuluit.argumento etiam c.quid proderit.dist.lxj.& in c. in singulis.dist. lxxvj.&.c.si officia.dis.lix.j.q.ij.quā pio.quia cùm quis mutuat,scire pōt debitorem sibi obligari ad antidora naturaliter.de testa.cùm in officijs.l.sed & si lege.§.cōsuluit.ff.de pe.hære.nec hoc casu tenetur quis restituere quod gratis accipit à debitore,secūm cōiter Docto.in d.c.cōsuluit.quædam verò spes lucri est principalis,id est,qua mutuās sperat lucrū & si nō sperāret,nō mutuaret:& hæc facit vsurā.eo.tit.c.j.& c.cōsuluit.& in hoc cōcordāt Io.And. Arch.& communiter Doc.siue antecedat mutui dationem,siue comitet , siue sequatur:vt cū quis à principio mutuauit gratis, sed postea intentione mutauit,vt dictū est ī. & quicquid post hanc accipitur vltra sortem vsura est,etiā si gratis accipitur.xiiij.q.iij.c. iij.& iij.Et intellige gratis,id est , sine exactione,secundum Ray. non autem gratis,id est,libera voluntate concedentis secundum aliquos.de quo vide Vsura.vj . §.iij.& iiij.vbi agitur de restitutione vsuræ mentalis.¶† Secūdò quæritur,vtrū mutuans possit naturalem obligationem, qua debitor tenetur ei ad antidora,pura ad remutuandum, deducere in ciuilem,id est,pactū? Et dicit gl.in c . si fœneraueris.xiiij.q.iij.q. non.Et ratio est secūm Arch.ibi,quia antidorū est debitū simplex:intellige ex quo non poterat cōpelli : sed cùm deducit in pactum,nascitur obligatio ciuilis: ideoq; exigitur aliquid plus,quod posset æstimari pecunia . Et idem Pan.de mente Doc.in c.consuluit.eo.tit.Vnde concludit illa gl. quòd mutuans pacisci nō potest de remutuādo si eguerit . & idem S. Th.& Veruec.& gl.in Sum.& Host.vt refert Sum.Pis.& Sū. Cōt.& Sup.& Sum.Ro.Sum.aut Ang.limitat,tenens nō esse vsurā me tibi mutuare hoc pacto q̄ remutues mihi si indiguero,& tu commodè potueris,sed solùm si fiat pactū simpliciter de remutuando.allegans Host. in Sum.quia inquit, hoc nō exigere plus quàm requirat natura cōtractus . Sed hoc ex dictis patet falsum:quia exigitur obligatio ciuilis ad mutuandum,quæ secundum S.Tho.pecunia mensuratur, & mutuo repugnat, pro quo nihil exigendū est vel expectādū pecunia mensurabile.vide etiam §.iij. ¶† Tertiò quæritur, quid si quis mutuet cum spe vel pacto quòd aliquid detur nō sibi,sed alteri,puta pauperibus, vel patri meo indigenti? Et dico quòd vsura est,& illicitū: qua ratione nō licet mihi ex vi mutui transferre dominium alienæ rei in me , ita nec in alium,etiam pro redimenda vexa captiui. extra, de vsuris.c. super eo . ¶† Quartò quæritur , vtrum liceat expectare ex mutuo munus à lingua vel obsequio? Et dicit S.Tho . quòd nō quasi per obligationem pacti taciti vel expressi,sicut nec munus à manu,id est,pecuniā:quia vtrunq; pecunia æstimari potest:vt patet in his qui locant ad hoc operas suas.Si verò munus à lingua vel ab obsequio non quasi ex obligatione rei exhibeatur,sed ex benevolentia,quæ sub obligatione pecuniæ nō cadit , tunc licet hoc accipere, exigere & expectare.In quibus verbis duplex capitur sensus. Vnus quòd licitum sit in mutuo sperare hæc munera principaliter, non ratione mutui,sed ratione amoris concepti. Et ita sensit Sum. Ange.volens quòd licitum sit mutuare hac spe quòd remutuetur,secundum Rich. Licet careat,inquit,meritò,secundū Roden.si principaliter propter hoc fiat:non tamen si ducatur in pactum,est vsura.Sed cōtra:quia sicut pactum , ita & principalis intentio sine pacto vsuram facit, secundū Doct. Vnde dicit S.Tho . quòd non licet expetere munus huiusmodi,etiam ex pacto tacito,id est,intentione principali. Alius est sensus quòd licet ista intendere secundariò,& si offerantur ex benevolentia,acceptare , imò ea exigere non pacto expresso vel tacito:quia hoc S.Tho.negat,sed rogando. Vnde dico quòd mutuum ad lucrum per benevolentiā est vsura ex diffinitione.& ita tenet Lan.in tract.de vsur.q.xxxij. & Ana.c.fi.& Sum.Ro.f.Vsura.j.§.v.Et ita sensit etiam Gof. & Host.qui volunt quòd mutuare hac intentione vt remuneretur,est vsura:& similiter Io.Cal.vt §.sequen.patet. ¶† Quintò quæritur,vtrum possit quis ex mutuo aliquam commoditatem vel consolationem amicitiæ recipere:intellige ex intentione vel pacto? Et dicit S.Tho . quòd non commoditatem vel quodcunq; aliud pecunia mensurabile ex pacto tacito vel expresso : quia simile peccatum est sicut si accipiat pecuniam.Si tamen quid aliquis accipit non exigendo , nec quasi ex aliqua obligatione tacita vel expressa,sed sicut gratuitum donum,non peccat : quia antequam pecuniam mutuasset , licitè poterat aliquod donum gratis recipere : nec peioris cōditionis efficitur per hoc quòd mutuauit Licitum est autem pro mutuo exigere seu recipere recompensatio-

Universidad de Deusto Biblioteca

nem eorum quę pecunia non mensurantur, puta beneuolentiam & amorem eius cui mutuauit, vel aliud huiusmodi. Quod quidem Io.Cal.limitat verum in c.si.de vsur.nisi spes vlterius procedat: quia si quis mutuaret papæ vel Imperatori ad captandā beneuolentiā, vt pòst assequeretur beneficiū vel castrū, esset vsura: quæ limitatio est limitāda vt sit vera de spe principali, quæ beneuolentia ordinata ad lucrū magis de eo quàm de beneuolentia curans: nō de secundaria, quia illa habet implicitum pactum & obligationem, nō ista.

6 ¶†Sextò quæritur, vtrū committat vsurā qui mutuat centū, scilicet 50.in numeratis, & 50.in debitoribus malè exigibilibus, vel in rebus malè distrahibilibus, puta panno, & hmōi, recepturus tamen centū in numeratis, quod debitor nō fecisset nisi propter mutuum 50.numeratorū? Et dicit Laur.de Ridol.in suis contractib.hoc fieri in fraudem: ideoque cùm grauetur debitor noīe mutui, erit vsura. & cōcor.Bal.& Bar. in l.cùm allegas.C.de vsu.& idē dic si rōne mutui aliquid vēdit debitori plus iusto pretio.xiiij.q.iij.si fœneraueris. & idē si emit minus iusto pretio propter anticipationem solutionis, secundum S.Tho.quia ibi est implicitum mutuū.

7 ¶†Septimò quæritur, vtrum committat vsuram mutuans alicui vt vadat ad suum molendinū, vel furnum, vel apothecā ad emendū, vel intret scholas sub eo, & hmōi? Et dico in hoc esse opiniones diuersas quantum ad pctm̄ & quantum ad obligationē restitutionis. ¶Quantum ad primum enī est vna opinio, cuius authorem non inuenio antiquiorem fratre Nicolao de Ausmo authore Supplemēti, quem sequuta est deinde Sum.Ang.& tādem Ros.quòd si mutuū accipiens nō dānificatur, nō est vsura: tum quia hoc casu nihil vltra accipitur mensurabile pecunia, nec ex parte accipientis mutuū, cùm in nullo damnificetur: nec ex parte mutuantis, cùm nihil vltra accipiat quàm quod ex locatione rei vel operarum suarum mereatur: tum quia etiam cùm non possint hodie furni sine mutuo locari colonis, omnis multitudo esset vsuraria: sed contra: quia mutuans recepit vltra mutuū cōmoditatem siue vtilitatem cōcursus & obligationē accipientis mutuum adeundi apothecā mutuantis: quæ est possibiliter causa concursus, quæ pecunia mensurari possunt, arg.dicti c.si fœneraueris. & d.c.super eo. Vnde patet quòd prima ratio huius opinionis assumit duo falsa. Secūda etiā nō cogit: quia non est simile de colono & istis, vt §.sequenti. Nec valet limitatio Sum.Ang.dicentis hanc non esse veram, qn̄ grauatur accipiens mutuū, aut quando hoc deducitur in pactum simpliciter: sed qn̄ mutuans mutuat vsquequo vadat ad scholas suas: quia vsurā facit: pactum etiā tacitū seu intentio principalis, secundū oēs etiā secundū istum. Et ideo est alia cōmunis opinio Io.And.in merc.Io.de Lig.Io.Cal.in c.si.eo.ti. Veruec.Lau.de Rid.Roden.Pan.in d.c.si.quam sequit' Sum.Pis.& Arch.quòd est vsura ratione iam dicta: & est mens S.Th. Est aūt idem de eo qui vendit ad terminum, vt emptoris trahat ad se: cùm in tali emptione sit mutuū, vt patebit j. Vsura.ij.§.j. ¶Quantum etiam ad restitutionem, sunt opiniones. Nam qui dicunt ibi non esse vsuram, dicunt nihil esse obnoxium restitutioni, nisi grauetur mutuum accipiens ratione mutui. Alij verò dicunt quòd si talis in aliquo grauauit mutuatariū ratione mutui, puta carius vendendo rem, aut locādo operas suas, tenetur ei: si verò nō grauauit, non tenetur ei nisi quantū æstimatur libertas molendi vbi volebāt pensatis circūstantijs laborū & expensarū. sed tenetur pauperibus restituere, nō quidem mercedem seu pretiū, quia etiam alteri ille dedisset: sed quantū æstimat vtilitatem quam habet alter: puta quia ex hoc sua apotheca maiorem concursum habuit talium personarum: quam quidem quantitatem non tenetur restituere ei cui mutuauit, quia illi non deperijt, nec ille aliquid dedit mutuanti de suo quod alteri pro mercede non dedisset, sed pauperibus. quod intellige de consilio: quia hoc, quod ex hoc percipit, nunquā fuit certæ personæ. de quo vide j. Restitutio.iiij.§.ij. Si autem molendinarius nō mutuaret, sed daret pecuniam alicui vt adiret suum molendinū, secundū Io.And.in merc.nō esset vsura: quia vsura materialiter generatur de mutuo. Et idem intellige de alijs prædictis.

¶†Octauò quid si dominus mutuauit rustico, vt eius possessionem colat? Et respondet Arc.post Lau. & Greg.de Ari.quòd est vsura, si ratione mutui vult sibi aliquid plus respōderi de fructibus vel de operibus quàm faceret si nō mutuaret.xiiij.q.iij.putāt. & illud plus ei restituere tenetur. Sed si nihil plus recipit rōne mutui, nō est vsura, nō obstante quòd dominus intendat colonos præstare operas, aliàs non præstituros: quia operæ non accrescunt domino, cùm eas iusto pretio soluat. Sed isti loquuntur vt videtur in rustico iam conducto, cui mutuat dominus ad redimendam vexationem suā, id est, vt faciat rusticus quod facere debet. quod patet per exempla quæ subdunt: sicut exemplum dat Greg. si dominus colono conducto ad tempus soluit ante operas: & deinde eo nolente exhibere operas mutuat ei vt exhibeat eas: quia, inquit, non est vsura, cùm nihil dominus lucretur, sed recipiat debitum. quod patet per casum c.primi.eo.tit.& Lau.dat exemplum: vt si tu occupanti res tuas, aut vim inferenti rebus, aut nolenti restituere rem locatam aut mutuatam, & nolenti desistere mutues mille vt desistat: non es vsurarius, quia nō lucraris. Si autem colonus sit conducendus de nouo, ita quòd iam non habeat locum mutuatio ad redimendam vexationem, siue rusticus velit colere, & non possit sine mutuo, puta quia indiget pecunia ad emendum currum vel boues: siue possit & nō velit: nō est vsura ei mutuare vt colat: quia nō mutuatur ad lucrū captandū, sed ad vitandū dānum emergens sine culpa mutuātis ex defectu culturæ, ar. dicendorū j.§.seq.& §.x.& xj.& xv.& xvij. ideoq; non est simile in hoc casu & priore §.prioris.

9 ¶†Nonò quæritur, vtrū sit vsura mutuare cōmunitati ad euitandū collectas? Et dicit Spe.eo.ti.de vsur.quòd non: quia aliud est de suo nō tribuere, & aliud non capere. l.Proculus.ff.de dam.infec. & aliud non acquirere, aliud non amittere. l.j.§.si is qui bona.ff.de col.bo.& aliud lucrum, aliud sumptus quos erat facturus. l.cùm filius.ff.de legib. aliud pœnam euadere, aliud aliquid lucratiuè percipere. C.de vsuris.l.cùm allegas. quod dictum Io.And.& Doct.in cap.consuluit.eo.tit.limitant, quando collecta esset incerta, & sic onus extraordinarium: sed si esset certa & ordinaria, esset vsura: quia idem est remittere quod dare. cap.veniens el j.de testib.viij.q.iij.talia.ff.de calum.l.quin etiam.& ita tenet Sum.Angel. Sed ego dico quòd semper est vsura quando collecta est iusta, siue esset imposita, siue imponenda: quia ibi est lucrum, id est, aliud, quòd iustè erat mutuans exbursaturus. Si verò sit iniusta, secus: quia est vitatio damni iniusti.

10 ¶†Decimò quæritur, vtrum mutuans decem ei qui debebat alia decem, sed negabat, eo pacto quòd satisdet opportunè de xx. sit vsurarius? Et dicit Hosti. in Sum.quòd non: quia nihil accrescit.

11 ¶†Vndecimò quæritur, quid si quis mutuat inimico, cui iniurias intulit, vt parcat, & cessent expensæ? Et dicit Archidiac.post Lauren. de Ridol.quòd non est vsura, siue fiat ex pacto, siue hac intentione principaliter: quia licet cuilibet redimere suam vexationem.de simon.dilectus.& ita facit iste. Non obstat quòd dedit causam delicto: quia etiam ille vindicando se peccat: iste etiam non lucratur, sed sine damno alicuius euitat damnum quod subire oportebat.xiiij.quæstion.iij. quoniam multi. Et hoc intelligo etiam si damnum non esse iniustum, modò nō sit iustum, sed non iustum, vt suprà, §.viij.

¶†Duodecimò quæritur, quid si quis cū pacto vel spe lucri cōcedat alicui rem mutuabilē nō per modū mutui, vt pecuniā signatam ad ostentationem vel ad pignorādum, restituendam tamen eandem numero? Et dicit S.Tho.non esse vsuram, neq; illicitum vendere talem vsum pecuniæ, sicut homo licitè vēdit vsum vasorum argenteorum, quia retinet sibi dominium: & intendit quòd tunc propriè ibi non est mutuum, sed locatio, vt not.glos.in c.si fœneraueris.xiiij.q.iij.& in c.conquestus.eod.tit.& ff.cōmo.l.iij.& concordat Hos.& Scotus.

¶†Decimotertiò quæritur, vtrum sit vsura dare decem vlnas panni pro alijs decem in futuro dandis, cùm talia videantur cōsistere in mēsura? Et dicit Mo. Veruec.& Rod. quòd non, quia ibi est permutatio. & non mutuū, quia secundum eundum Veruec. & alios, cùm dicitur mutuum esse in his quæ consistunt in numero, pondere, & mensura, restringitur mensura ad vasa quibus mēsurari solent liquida & grana, puta modiū, & lagena: sed intellige quòd ibi sit permutatio quando vlnæ dandæ in futurum iam sunt in esse. Posset tamen iste cōtractus fieri in fraudem vsurarū: de quo infrà.§.xvj.& xvij.diffusè.

¶†Decimoquartò quæritur, verum sit vsura absolutè tradere pecuniam pro simili pecunia, vel rem pro re, puta granum pro grano in simili pōdere, numero vel mensura restituenda? Et dico secundū Pet.de Anch.in c.vsurarum.eod.tit.lib.vj.& Io.Cal.in c.si.eod.tit.& Rod.quòd si verisimiliter dubitatur quòd tēpore solutionis valere potest tam minus sicut plus, aut quòd non plus valebit: non est vsura nec peccatum, vt in d.cap.fin.quia sic creditor tenetur eam recipere vilioris æstimationis effectam, vt patet in l.vinum.ff.si certum pet.& no.glo.in c.si quis clericus.xiiij.q.iiij.quia non est necesse quòd sit eiusdē æstimationis: licet debeat esse eiusdem bonitatis qualitate intrinseca: ideoq; non peccatur recipiendo pretiosiorē quæ ad æstimationē. Si autem verisimile quòd tēpore solutionis erit pretiosior: tunc si creditor erat seruaturus, & nō aufert ceditori facultatē liberādi quandovelit intra terminum, est licitum: si tamen faceret in fraudē, vt periculū rei transferret in debitorem, peccaret, secundū Rod.licet, vt dicit, nō obligaretur restituere lucrū, nisi de consilio. Est verò vsura si non erat seruaturus, sed interim cōsumpturus: & similiter si aufert dictam libertatem, quàm esset seruaturus. Et cōcor. Veruec.& Arch.in c.si quis clericus.quod intellige, scilicet tunc esse vsuram præsumptiuè, quia præsumitur hoc fecisse, vt rei periculum ex se transferret in debitorē. Lau.autē de Ridol.tenet indistinctè quòd mutuās ducatum valētē libras quatuor, si tēpore restitutionis valet quinq; licitè recipit quinq; siue erat seruaturus siue non: sed primū est verius & æquius. Si autē mutuatur pecunia, vt in termino recipiatur alia generis alterius, secundū Host. & Gof.si quis hoc facit vt in æstimatione lucretur, est vsura: si verò facit ad obsequium amici, licitè percipiet rem secundum æstimationem temporis & loci quando & vbi fiet solutio. ff.si certum petatur.l.vinum. sic tamen quòd in eius intentione fuerit recipere talem pecuniam, aut aliam rem viliorē effectam.

¶†Decimoquintò quæritur, vtrū habens pecuniā, quam timet in futuro minorari iuxta ordinationes dominorum vel ciuitatum, possit sine vsura eam mutuare alicui hoc pacto, vt reddatur sibi in æquali pretio in quo est quando ei datur? Et dicit Alex.Lon.in quol.quòd sic, si recipiēs mox vult eam expēdere tēpore quo tantum valet: quia nihil vltra sortem recipit. Et placet mihi, licet aliqui dicant esse vsurā: quia licet in mutuo non liceat sperare lucrum, licet tamen sperare euitationē damni sine alterius dāno: sicut licet mihi mu-

tuare decem aureos quos video apud me perituros: & vendere rem quā video breui tempore corrumpendā.

16 ¶†Decimosextò quæritur, vtrū sit licitū quādo frumentū est carissimū tradere illud pauperi appretiatū cum pacto quod dictū pretium soluatur in tanto frumento? Et dicit Arch.post Hug.quòd sic. Et ratio est, quia talis intelligitur vendere frumentū nūc, & mutuare pecuniā gratis, quam ex pacto sibi vult reddi in frumento tempore solutionis. Et hoc nota, quia practicatur.

17 ¶†Decimoseptimò quæritur, quid si detur granū vetus ad renouandū, seu vt nouum recipiatur? Et dico secundū Ray. Gof.& Host.quòd nō est vsura: si hoc quis faciat ne suū pereat, & recipienti gratiā faciat: quod est dictū quòd si euitat suū damnū sine damno alterius, licet: vt si quis velit in fortalitio semper habere munitionē: & cōsequēter si nō mutuaret blada, corrumperētur: imò esse licitū plus expetere de nouo, si vetus melius existimaretur valere quàm nouū tēpore redditionis. Si verò facit principaliter vt melius seu præualens recipiat: licet Io.de Lig. dicat nō esse vsurā nisi adsint circūstātiæ mentalis vsuræ: puta si creditur nouum plus valiturū, aut vetus iam putrefactū parū valet: tamē prædicti & communiter doc.verius dicūt quòd vsura est, quia intēditur vtilitas ex mutuo: extra eo.cōsuluit. Clauis autē in hoc casu est, quia est vsura si intenditur lucrū: nō autē si salua æqualitate iustitiæ intenditur euitatio dāni.

18 ¶†Decimooctauò quæritur, vtrū licitum sit mutuare cōmuni vel domino pro habēdo officio, ex quo speratur honor & lucrū? Et dicit Sū.Ang.in verbo, officium, quòd si officiū sit seculare quod vēditur. Hic autē indistinctè concedit quòd sic in verbo, Vsura.j.§.lxxx.cùm ex officio nō cōsequitur quis lucrū nisi debitū tali exercitio: nec est vsura, quia lucrū nō respicit principaliter mutuū, sed exercitiū, & secundariò mutuū quod vsurā nō inducit. Sed fallitur, nō distinguēs inter principaliter & secūdariò, & immediatè vel mediatè: quia quoties mutuū ordinatur ad lucrū ad finē principalē, licet mediante aliquo, lucrū respicit mutuū principaliter: sicut dictū est de eo qui mutuat nauigāti vt lucretur mediāte exercitio assecurationis. Vñ dicendū est secundū S.Tho. ad ducissam Braban.& secūdum Io.de Saxo.quòd est vsura. Quod limita, si intētio sit ad lucrū principaliter: imò si tūc officiū esset spirituale, posset induci simonia: secus si intētio sit principaliter ad honorē: aut si sit principaliter ad cōsequendam amicitiam: & consequenter ad officiū & lucrum, iuxta dicta suprà, Vsura.x.§.iiij.& v. Opinionē autem S.Tho.& Ioan.de Saxo.refert & sequitur Asten.& Sum.Ros.j.Restitutio.iiij. §.vj.

19 ¶†Decimononò quæritur, vtrum ex mutuo licitum sit aliquid acqrere ratione interesse? Et dico quòd si loquamur de interesse damni emergētis, nō est dubiū quòd sic, si interesse applicatur tertio: vt quia debitor nō soluit tibi, oportet te vsuras soluere alteri. Et in hoc cōcor.omnes in c.j.eo.ti.& similiter si applicatur tibi: vt quia oportet te vēdere rē pretio viliori: secundū gl.in c.cōquestus.& no.Inn.in c.nauigāti. eo.tit.& in hoc etiam omnes conueniunt. Si verò loquamur de interesse lucri cessantis: Petr.de Anch.& dom.Anto.in c.salubriter.eod.tit.& Panorm.in c.conquestus.eod.titu.idem tenent, modò lucrum cessans esset in actu vel quasi in actu: hoc est, quòd probabiliter fuisset: quia sic dicitur peti id quod aliquo modo est: secus si esset solùm in possibilitate: quia sic dicitur potius non esse. Quod patet per l.si iactum retis.ff.de act.emp.& vend.vbi licita est emptio facta de sola spe probabili quasi in actu: & idem de partu futuro.l.nec emptio.ff.de contrahen.empt. Et hæc est cōmunis opinio quam sequuntur omnes Summistæ: & est vera, vt etiā patebit ex sequentibus quæstionibus, qn̄ quis mutuat gratia alterius in casu in quo non tenetur: quia nullus tenet' plus procurare vel diligere di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nitias proximi quàm suas. falsa verò vbi quis mutuat gratia
sui,quasi intendés per mutuũ potius quàm alio modo lucra
ri:quia est vsura formaliter. Nec obstat quod dicit S. Tho. ij.
ij.q.lxxviij.ar.ij.ad primũ.in fi.vbi dicit quòd mutuans recõ
pensationem dãni cõsiderat,in hoc quod de pecunia nõ lu
cratur,nõ potest in pactum deducere: quia nõ debet vẽdere
id quod nondum habet: & potest impediri multipliciter in
habendo. Hæc ille. Non obstat,inquã:quia,vt bene dicit Ni
co.de Ausimo,loquitur de lucro incerto,nõ autẽ de probabi
li:vt ẽ. Restitutio.iij.§.ix.in fi.quod patet ex sua ratione:quia
loquitur de lucro nõ vendibili: cuiusmodi est,quod est possi
bile tantùm,nõ autẽ de probabili,quod secundum iura vẽdi
potest,vt probatum est. ¶ Et ideo cõclude quòd vera est ista
opinio concurrẽtibus istis.primò quòd mutuãs malit lucrari
alia via:sed ad hoc moueatur gratia amici, vt dictum est.
Secundò quòd computum habeat de periculis, laboribus &
expensis:quia lucrum intelligitur deductis expensis, labori
bus & periculis.l.j.C.de fruc.& lit.exp.& l.fructus.ff.sol.ma
tri. Tertiò q̃ pactum non contrahatur ad semper,sed ad tẽ
pus quantum ad præsumptionem humanam:quia aliter vi
deretur malè lucrari per istã viã quàm per aliã. Quartò q̃
nõ sit obligatus mutuare.de quo ẽ. Eleemosyna.j.§.v. Quin
tò quòd id,quod accipit,sit interesse lucri veri & probabilis.
20 ¶† Vicesimò,posito quòd is qui mutuũ accepit ab vsurario,
mutuet & ipse socio tuo idem mutuũ cum pacto quòd resti
tuat vsurario sortem & vsuram?quæritur verum sit vsurarius?
Et dicit Mo.quòd sic.Arch.verò in c.de vsura.xiij.q.iij.tenet
simpliciter q̃ non:quia non fit stipulatio vt vsurarium,sed vt
damnum euitetur.quod videtur licere.ar. c.cõstitutus.de fi
de instrum.sed Io.Cal.in c.nauiganti.eod tit. distinguit quia
aut facit vt satisfaciat vsurario, & se indemnẽ conseruet: &
licet,per rationem Arch.nec tenetur suo damno alteri sub
uenire.ff.de prescrip.ver.l.qui seruandarũ.xxiij.q.v.si non li
cet,aut facit alio respectu:& sic verũ dicit Mona. vt quia li
cet non mutuasset amico:tamen non propterea volebat sol
uere vsurario.& cõcor.Per. de Anch.post.Io.And. in c.j.eo.
21 tit.li.vj. ¶† Vicesimoprimò quæritur,de eo qui volebat mer
ces deferre ad aliũ locum vbi plus valebãt,vtrum hic ad in
stantiã alicuius possit eas plus vendere quàm hic valeant? Et
tenent Ioan.& Ray.quòd sic,secundũ lucrũ quod verisimili
ter erat facturus cõputato labore & periculis:quia sicut ra
tione rẽporis excusatur vendens rem plus quàm valet:extra
eo.c.fi.ita ratione loci. Host.verò dicit quòd hęc opinio Inn.
& Ray.multos deduxit ad infernũ. Et mouetur,quia nõ sine
magna necessitate ille mouetur ad emẽdum. Sed Io.And.di
stinguẽdo cõcordat,quia verũ dicit Inn.si pretiũ statim sol
uitur, & cessat ratio Host. Si verò non statim soluitur, verũ
dicit Host.quam distinctionem sequitur Io. Cal. Pet.de An
cha.& Henri.Bohic super c.in ciuitate.eo.tit. & Lau. de Ri
dol.in suis contractibus. Sed do. Anto.in d.c.in ciuitate, dicit
esse licitum,etiã si pretiũ nõ statim soluatur,quando proba
biliter est certus de lucro & Host.ac Io.And.loqui præsumpti
uè:sed præsumptio,inquit,cedit veritati, quando certum est
nullam interuenire fraudem. & idem Panorm. ibi. & ita te
ne in conscientia ratione interesse:& quia licet vendere rem
quantum valet venditori:limitando tamen vt concurrant il
22 la quinquẽ,de quibus suprà §.xix. ¶† Vicesimosecundò quę
ritur, quid cùm vellem emere possessionem reddentem
quotannis libras decem,& ad instantiam tuã cessaui,mutua
turus tibi hoc pacto vt singulis annis reddas mihi vltra sor
tem decem libras? Et dicit Mona.quòd non est vsura,si em
ptio fuisset licita: aliàs secus, deductis tamen sumptibus &
labore & periculo si quod esset,sicut licet ratione interesse.

¶† Vicesimotertiò quæritur, quid cùm habens pecuniam 23
vellem adire nundinas merces empturus,& ad instantiã tuã
mutuaui tibi eum pacto quòd vltra sortem restituas etiam
lucrũ quod eram verisimiliter facturus? Et dicit Inno.in c.fi.
hic esse vsurã:nec scire se hoc excusare.sequitur Io. And. &
Io.Cal.moti,q̃ paratur via ad fœnorat & quod aliqui dicũt
hoc licere ratione interesse,dicũt esse verũ post moram de
bitoris,& nõ à principio cõtractus. Sed Host.in cap salubri
ter.eo.tit.tenet oppositũ.& idẽ Io.de Lig.& do.Anto. Et ra
tio istorũ est:q̃ cessante omni fraude videtur ille mihi obli
gari ad lucrũ quod eram verisimiliter facturus. Lau.autẽ de
Ridol.distinguit ante factũ & post. Ego autẽ dico quòd hoc
est licitũ,vt patet ex dictis suprà §.xix.semper tamen limitã
do vt suprà.§.xxj.præcipuè quòd hoc fiat ad seruiẽdũ amico.
Nec paratur via ad fœnora nisi volentibus fœnerari, quibus
etiã nõ paratur via,sed palliũ ad cooperiẽda fœnora:sed pro
pter hoc nõ est veritas reticẽda. Et hic vide sequitur Ray. Ver
uec. Pil.& omnes Sũmistæ,& Archi.qui licet in ij. parte.tit.j.
c.j.§.xvj.dicat hoc fieri nõ debere,tamen tenet hoc licitũ:vt
patet ibidem.§.xxvij. Quod etiam dicit idem esse vsuram:si
hoc fiat precibus amici extra casum necessitatis,verũ est præ
sumptiuè,non autem verè:modò fiat ad seruiendum amico
principaliter:vt q̃ fortè in duplo plus lucrabitur quàm ego
lucraturus eram. ¶† Vicesimoquartò quæritur,quid si com 24
munitas vel officiales pro cõmunitate accipiãt pecunias pu
pillorum reddentes eis quinque pro centũ? Et dicit Arch.q̃
licitè percipiunt illa quinq; si fiat inuitis eis vel his ad quos
pertinet:quia per hoc prouidetur indemnitati eorũ: ex quo
poterunt & debuerunt per tutorem ex pecunia emere præ
dia vel eam tradere iustę negotiationi:& nõ fecerũt, vt pro
curarent bonum communitatis,suprà Tutela. ¶† Vicesimo 25
quintò quæritur,vtrum sit vsura si creditor aduenientę ter
mino solutionis nolit eum prolongare nisi accepta pecunia
vel alio æquiualenti? Et dico quòd talis est vsurarius, etiã si
expresè non exigat. extra eod.consuluit. scilicet si hoc agit
solùm ratione termini prolongati, & non ad euitãdum ali
quod suum damnũ:sed si hoc agit ad sui indemnitatẽ, puta
quia oportet eum accipere ad vsuram,aut rem propriam vi
lius iusto distrahere,nõ est vsura illud damnũ à debitore exi
gere:quia secundũ Ray.ex seruitio impenso grauari nõ de
bet. Et idẽ secundũ Pet.de Anch.super cle. ex graui.de vsur.
si hoc fecit ratione lucri cessantis, si erat mercator qui cum
pecunijs consueuit negotiari:& idem si non erat mercator,
sed tamẽ intẽdebat illã pecuniã exponere negotiationi:ad
de vel alteri exercitio lucratiuo. Secus si erat talis,qui pecu
niã retinuisset in arca. Et remittit ad no.xij.q.ij.ti quis.de cle
ricis.& in c.cõquestus.eo.tit Et idem videtur sentire. S. Tho.
ij.ij.q.lxij.ar.iiij.in corpore.cum hac tamẽ moderatiõe:quia
exigere nõ potest totum lucrum quod sperabatur,quia pote
rat impediri:sed tantũ quantum illud lucrum valebat in illo
dubio. ¶† Vicesimosexto quęritur,vtrũ licitum sit ex mutuo 26
aliquid accipere ratione moræ? Et dicit Ray.quòd sic: puta
debuisti mihi cẽtum:& quia in termino nõ soluisti,oportuit
me pecuniã accipere sub vsuris:tu mihi de illis vsuris teneris
aut me ab illa obligatiõe liberare.de fideiu.peruenit.e.cõsti
tutus.quia hoc nõ exigitur vt vsura,sed vt interesse:nec cau
sa lucri,sed causa damni euitandi. Et idẽ Host.& cõcor.Gof.
Et hoc etiam quantum ad lucrum cessans,secundũ Pan.in d.
cap.conquestus.& est mens S.Tho.ij.ij.q.lxij ar.iiij. cum li
mitatione de qua §.priore. & hoc non solùm in contractu
emptionis aut venditionis,sed etiam mutui,si creditor verisi
militer erat lucraturus,secundum Panor.ibi.de quo dicetur
tex.quasi expressum in Lij.in fi.ff. de eo quod cer.Io.& idem
sent

sentit Inno.in c.sacro.de sent.exc.& gl.in l.curabit.C de act.
emp. Quod tamẽ semper intellige de lucro probabili quod
aliquo modo est:vt ẽ.§.xix. Quidam tamẽ limitant prædicta
quatum ad interesse damni:vt liceat cõcurrentibus duobus.
Primò quòd monuerit debitorẽ quòd oportebat eum acci
pere sub vsuris.secundò quòd aliter mutuũ inuenire nõ po
tuerit nisi sub vsuris,secundũ Alex.de Alex.& facit cap.quo
niam.xiiij.q.iij.&.c.fi quis de clericis.xij.q.tj. quod videtur
æquũ:licet dici possit quòd ad secũdum nõ teneatur quia nõ
teneatur se obligare alteri gratis mutuũ petendo. ¶† Vicesi 27
moseptimò quæritur,vtrũ is,à quo emi lapides,ligna,& hu
iusmodi,ex quibus fructus non percipitur,teneatur mihi sol
uere vsuras quas solui vt sibi satisfacerem,si ipse nõ tradidit
mihi prædicta in termino,sed fuit in mora? Et dicit Bal.in l.
vsuras.C.de vsur.quòd sic,tanquam interesse.& facit text.in
l.Lucius Titius.secundũvnam lect.ff.de act.emp.& vendi.&
idem dicit Inn.tenendum esse in similibus cõtractibus:puta
locationis,vẽditionis,& huiusmodi.& cõcor. Lau.de Ridol.
Iof Sali.in d.l.vsuras. Bald.reprobat,dicẽs quòd interesse vsu
ram quas solui,nõ debet imputari debitori ante moram.
Sed ego distinguo:quia si passus est interesse damni emergẽ
tis vel etiã lucri cessantis æquale dictis vsuris, ad quod eui
tandũ accepit mutuũ subvsuris:est vera prima opinio,vt pa
tet ex dictis:& idem puto si passus priuatione alicuius cõmo
ditatis vel cõplacentię quàm tanti vel pluris æstimabat:aliàs
secus. ¶† Vicesimooctauò quæritur,vtrũ licitũ sit accipere 28
vsuras ratione pœnæ appositę? Et dico secundũ Arch. post
Ray.quòd si pœna est apposita nõ soluenti in termino: sine
vsura exigitur,si est iudicialis,id est,imposita à iudice.arg.e.
quanquã.xxiij.dist.& ff.de iudi.l.qui authoritate. & ff.si quis
ius dic.non obtemp.l.j.& cõcord.Inno.in c.suam. de pœnis.
Similiter si pœna sit legalis,id est imposita à legevel statuto
authen.contra qui propriam. C.de nõ nume.pecu. Similiter
etiam si pœna sit conuẽtionalis,id est, ex partiũ cõuentione
siue cõsensu imposita:nisi à principio fuerit intentio corru
pta.arg.d.c.quãquam.& de arbi.c.dilecti. Sed circa hoc scien
dum est primò quòd in foro animæ secundũ Sco.in iiij.dist.
xv.si creditor mallet debitorem incurrere pœnam quàm si
bi soluere,est vsura: & similiter secundum aliquos si credit
quòd debitor ex impotentia pœnã incurret.& generaliter si
apponatur in fraudẽ.xij.q.iij.fraternitas.& de arbi.c. dilecti.
& quod ibi not. Quod si aliter constare nõ poterit, recurre
tur ad coniecturas infrà dicẽdas. Si verò apponatur solùm vt
debitor soluat,& hoc magis vult creditor quàm pœnæ cõ
missionem, & verisimiliter credit quando apponitur pœna
quòd eam debitor non incurret,secundum Roden.eam exi
gere poterit sine vsura,etiam si excedat interesse,quia interest
enim publicæ vtilitatis vt pacta seruentur:addę & leges ac sen
tentiæ. Sciendum est secundò quòd si pœna sit iudicialis, &
quidẽ fortius si sit legalis,nõ præsumitur in fraudem,etiam
si apponatur singulis annis aut mensibus: quia præsumitur
iustè factum quod à iudice fit.ff.de acquirẽda possess.l.iustè.
quod tamen fallit primò si iudex eam exponat de consensu
partium:quia tunc est magis cõuentionalis quàm iudicialis:
etiam in hoc iudex magis sequatur volũtatem partium quàm
fama.ff.de re iudi.l.si conuenerit.& secundò si in iudicio fiat
collusio:quia plus debet valere quod agitur, quàm quod fi
ctè cõcipitur.C plus vale.quod agi.per tocũ. vnde habe
tur recursus ad coniecturas,de quibus statim. Si verò sit cõ
uentionalis, præsumitur apposita in fraudem. Primò si cre
ditor aliàs consueuit fœnerari.l.Iultimus.ff.de emp. & vend.
l.vel vniuersorum.ff.de pig.act.secundò secundum aliquos si
pœna excedat interesse. Tertiò quando per singulos annos
vel mensẽ dicitur committi.authen.ad hæc.C.de vsur. sum
pta de corpore.auth.vt nullus mut.agri. Quartò quãdo ap
posita est super promissione quantitatis.l. cùm allegas.C.de
vsur.& ibi per Doct.& l.Iulianus.§.idẽ Papinianus.ff.de act.
emp.& ven.& Bart.in l.rogasti.§.j.ff.si cer.pet.secundũ Ca
nonistas in c.dilecti.de arbit.vt si promittit quis soluere cen
tum sub pœna soluendi decẽ. Secus autẽ si apponeretur sup
facto secundum prędicta iura: vt si promittit quis fabricare
domum sub certa pœna:similiter secus si promittitur quãti
tas,& postea factũ,& vltimò pœna secundũ,do.Anto.in d.c.
dilecti. quæ allegat But.in d.l.cùm allegas.& Bar.in d.§.j.vt
si promittit quis soluere cẽtum in tali termino,& venire ad
iudicem recepturus præceptum de soluendo,vel dãdi pigno
ra:& hoc sub certa pœna:& credo verum nisi creditor esset
vsurarius.quanuis Io.And.in addit.ad Spe. teneat quòd præ
sumitur in fraudem.alleg.dicta in l.cùm seruus.ff.de cõdi.&
demonstra. ¶ Sciendũ est tertiò quòd si creditor nõ soluit in
termino ex impotentia vel sine culpa,pœna exigi nõ potest
sine vsura: quia vbi non est culpa,nõ debet esse pœna. C.de
pœn.l.sancimus. & cõsequenter exigeretur ratiõe excrescen
riæ,quę vsuram facit.d.c.fi fœnerauerit.xiiij.q.iij.quãdo etiã
partẽ soluit,nõ põt pœna exigi tota.de quo dicetur ẽ. Pœna.§.
xix. ¶† Vicesimonono quæritur,quid si mandet statutum q̃ 29
tutor teneatur pecunias pupilli inuestire, vt exponere iustis
negotiationibus sub pœna soluendi quinq; pro centenario
ipsi pupillo? Et dicit Arch. quòd est iustum tenebitur tutor
si committat,etiam si nihil lucretur,quando suo nomine eis
vtitur. si verò exponat eas iuxta statutum fideliter,lucrum &
damnum erit pupilli:si verò exponat vsuris,tenebitur de re
stitutione pupillus,& similiter tutor,vbi pupillus restituere
aut nollet aut nequiret:iuxta dicenda infrà de cooperãtibus
in vsura. vide etiam suprà Tutela.§.iiij. ¶† Tricesimò quæri 30
tur,quid de statuto vel cõsuetudine ciuitatis, quibus missus
in possessionem lucratur fructus possessionis ad rationem
quinq; pro cẽtenario donec sibi fuerit satisfactum: vel quod
sibi detur in solutũ pro tribus id quod valet quinq;? Et dicit
Bal.in l.acceptã.C.de vsur.q.xviij.& Io.de Imo.in l.si finita.
§.si plures.ff de dam.infect.quòd licitè fine vsura illud accì
pitur ratione interesse.& dicit notari in glos.super §.si verò.
in auth.de exhi.re. Bart.verò in d.l.si finita.§. Iulianus.& Io.
de Ana.in cap.salubriter.de vsur.& Laur.de Ridol.dicunt q̃
talis consuetudo vel statutum est contra ius diuinum, & in
fraudem vsurarum. ¶ Sed ego distinguo. Nam si tale statu
tum vel cõsuetudo emanauit in pœnam,vt debitores ad sa
tisfactionem arcẽtur,& debitor ex sua culpa non satisfece
rit:verum dicit Bal.modò concurrat recta intẽtio. Nec mi
rum,cùm authoritas prætoris propter nimiam contumaciã
hoc facere possit.l.Fulcinius.§.fin.ff.quib.ex cau.in possit.
& in dubio præsumetur ita fuisse propter authoritatem prin
cipis aut vniuersitatis requisitam in statuto vel cõsuetudine:
quia si quod facit iudex præsumitur rectè factum. ff. de ac
quir.possess.l.iustè. à fortiori id quod facit princeps vel vniuer
sitas habens locum principis. Si verò fuit fraus ex parte sta
tuentis vel inducentis cõsuetudinem,aut creditor malit pœ
nam quàm satisfactionem,vera erit opinio Bart. Ad hoc er
go quòd hoc liceat,requiritur primò vt quis iustè sit missus
in possessionem,non tantùm ex ordine, sed etiam ex causa:
hoc est,quòd in veritate sit creditor: & secundò propter in
teresse illud accipiat:puta quia quãdo cõtrahit,potiusvellet
suã,puta centum,quàm domum valentem centũ & viginti:
aliter illud plus tenetur restituere:vt dicim*s de pignore in
l.fi.§.finautem biennii.C.de iure domi.impe. vel ad punien
dam contumaciam debitoris. ¶† Tricesimoprimò quęritur, 31

Universidad de Deusto
Biblioteca

quid si quis ratione administrationis tenetur pecuniam alterius collocare in prædia vel aliud fructuosum,& non facit? Et dico quòd dominus pecuniæ vltra principale tantùm potest accipere quantum lucri verisimiliter habuisset, si vt debuit collocasset.l.tutor qui repertorium. §.si post depositionem.ff.de adminis.tuto. Et facit cõtra prælatos qui possent requirere ecclesiæ,& non faciunt.xij.q.ij.quisquis episcopus.

32 ¶† Tricesimosecundò quæritur, vtrum sit licitum accipere vsuram ratione laboris in mutuando? Et dico secundũ Host. quòd is qui occasione mutuandi laborem subijt,fructus pignoris in recompensationem facit suos vsq; ad conuenientem præmiũ,aut aliquid pro labore licitè recipit.de rebus eccle.

33 non alien. ad nostram.¶† Tricesimotertiò quæritur,vtrum gerentes negotia stipendiariorum,scilicet recipiendo pagas eorum,& faciendo alia obsequia,& cum hoc mutuãdo ei in necessitatibus occurrentibus, recipiendo certum salarium, sint vsurarij? Et dicit L.au. quòd sic, quantum ad præceptum ratione mutui .xiiij.q.ij. vsura.non quantum ad perceptum ratione laboris.Quod Arch. limitat,si bellum sit iustũ:quia si sit manifestè illicitum,cooperantur malo.distin.lxxxvj.facientis.Et idem dic de collectoribus dominorum qui à communitatibus aliquid accipiunt,vt mitius cum eis agant expectando:quia si quid accipiũt ratione expectationis,est vsura. Et idem in quibusdam facientibus pro communitatibus soluentes aliquando datia talis vel huiusmodi pro eis in termino,donec à singulis colligatur:quia si quid vltra sortem accipiunt gratia huius solutionis,est vsura formaliter: sicut &

34 mutuum cum excrescentia.¶† Tricesimoquartò quæritur, vtrum sit licitum accipere aliquid vltra sortẽ ratiõe periculi,in quo scilicet est res aut pecunia, quæ restituenda est? Et dicit Alex.Lon.quòd sic,recompensato periculo per superabundantiam.Res enim extra periculum existẽtes plusvalent,quàm res eiusdem speciei in periculo.Et sic recompensatio hæc reducitur ad naturã rei,quæ propter periculũ æstimatur plus aut minus valere.Et in hoc cõcor.Lau.de Ridol. Mon.Franc.de Ampoli.Pet.de Ancha.Card.Ioan.de Ana. in c.nauigãti.eo.tit.& cõmuniter omnes.& est casus in l.in naue.ff.locati.

35 ¶† Tricesimoquintò quæritur,quid si quis mutuet nauigãti vel nundinas adeunti,recepturus aliquid vltra sortẽ pro eo quod suscepit in se periculũ pecuniæ aut mercium si saluæ redierint? Et distinguit Archi.post Lau. Ioan. de Neap.& Io.Cal.& Sum.Pis.quia est vsura,si recipit vltra sortẽ ratiõe mutui tãtùm,nõ obstãte suscepti͏õe periculi.Et est casus in d.c.nauigãti.& similiter si ratione mutui &periculi simul ea ratione qua recipit ratione mutui, nõ autẽ est vsura si recipit ratione periculi tãtùm vt pretiũ periculi:quia etiam si nõ mutuaret,&periculum nauigãtis vellet in se suscipere,licitè perciperet pretiũ, nec efficitur deterioris conditionis per hoc quòd ei seruit mutuando.Et concord.etiam Lau.de Ridol.& ita etiã tenet Sum.Ang.& Rof.Suppl. autẽ vult indistinctè quòd sit vsura,primò per d.c nauigãti.quod vult esse vsurã,etiam si qui recipitur ratione periculi.vnde ibi sic dicitur,Nauiganti vel eunti ad nũdinas certã mutuãs pecuniæ quãtitatem eò quòd suscipit in se periculum, recepturus aliquid vltra sortem,vsurarius est censendus.Secũdò, quia si haberetur respectus ad mutuũ,nullum fuisset dubiũ, & sic lex super indubitabili posita foret:quod esse nõ debet, cùm foret superflua. Sed ad vtrunq; simul dico quòd iste nõ bene intellexit text.vbi ly eò quòd. non dicit causam receptionis lucri vltra sortem,sed causam mutuandi.Vnde capiendi casus est quòd iste mutuans erat mutuans eò quòd suscipere:in se periculũ , lucraturus per assecurationem periculi, aliàs nõ mutuaturus.& sic ex mutuo volebat contequi lucrum , non immediatè , sed mediante assecuratione:sicut si artifex mutuaret alicui vt ille ab artifice emeret aliquid , in qua emptione daret luerum artifici . De fideiussore autem infrà Vsura.vij.§.vj.Secus vbi liberaliter mutuaret, & deinde vt assecurator susciperet periculum cum pretio. ¶† Tricesimosextò quæritur,vtrum mutuans alicui pecuniam vsq ad decem annos,eo pacto quòd si interim alter eorum moriatur , debitor sit liber : si verò ambo superuixerint , debit aliquid vltra sortem, sit vsurarius ? Et dicit Alex.Lon.quòd sic:quia periculum nõ excusat, vbi causa temporis non proprij aliquid plus accipitur . Vel die quòd ideo est vsurarius, quia ex mutuo exigit obligationem alicuius vltra sortem,licet sub periculo.dicto cap.nauiganti eodem.tit.¶† Tricesimoseptimò quæritur, vtrum ciuis mutuans septuaginta ducatos communitati habenti statutum quòd quicunq; habens filiam vnius anni dederit septuaginta habeat quingẽtos pro ipsa maritanda si vixerit vsq; ad vicesimumquintum annum: si verò interim mortua fuerit,amittat:sit vsurarius? Et dico quòd sic:quia in mutuis veris vel interpretatis spe lucri principaliter factis periculum vel dubium non excusat à fœnore. dicto cap.nauiganti.Nec obstat dictum Rich.in iiij.distinc. xv.quòd quando capitale & lucrum stat periculo mutuãtis, licitè recipitur vltra sortem:quia illud verum est , si periculum sit ex natura rei,quia scilicet res est sub dominio mutuãtis:non autem si ex lapsu temporis,vt in proposito , vbi mutuans non habet dominium.¶† Tricesimooctauò quæritur, vtrum sit licitũ accipere vsuras ratione pactiõis? Et dico quòd in his quæ de sui natura illicita nõ sunt , verũ est illud quòd contractus ex conuentione legem accipiunt:quia licitè quis accipit quod sibi voluntariè datur.xviij.distinct.de eulogijs. sed ea quæ de sui natura sunt illicita, fieri non possunt licita ratione pacti vel contractus:vt in usuris:arg.cap.si diligenti. de foro competen.¶† Tricesimononò quæritur , vtrum sit licitum accipere vsuras ratione fideiussionis : vt si fideiussor soluit vsurario capitale & vsuras,quia iurauerat,vel compellitur accipere sub vsuris? Et dico quòd sic , & omnia damna quæ occasione debiti habuit:quia seruari debet indemnis,de fideiuss.cap.ij.de foro cõpeten.c.fin.lib.vj.ff.de actio. emp. & vendi.l.si sterilis.§.cùm per venditorem.ff.manda.l.si mãdato.§.si fideiussor.ff.de adminis.tuto l.ij.§.vlti.& secundum domi.Anto.extenditur hoc etiã ad interesse lucri cessantis. Et est communis opinio , licet contradicat Ala.de vsuris solutis.Sed die secundum distinctionem,de qua suprà Fideiussor.§.xiij.¶† Quadragesimò quæritur, vtrum licitum sit eas accipere ratione belli , quod quis habet iustum cum aliquo? Et dico quòd sic : quia ab eo quem possum gladio persequi & spoliare bonis,possum & vsuras extorquere.xiiij.q.iiij.ab illo.nõ tamen vt vsuras,secundum Laurent.de Ridol.sed in re dominij quod haberur in hostem, & recuperãdi rẽ suam. Quod verum intellige aut accedente publica authoritate: aut bello actualiter bandito seu moto, per dicta suprà,Infidelitas.§.vij.Et eadem etiam ratione secundũ Alex. Lon.licet mutuare sub vsuris detinenti nostra , quæ aliter habere non possumus:quia sic non recipimus alienum,sed nostrum. arg.d.c.ab illo. quod limita nisi sibi vel alij scandalũ immineret.¶† Quadragesimoprimò quæritur,vtrum exigere possimus vsuras à Iudæis inimicis nostris? Et dicit Archid.quòd non:quia non sunt inimici nostri in ciuili conuersatione : & parati sunt seruire,vt dicitur xxiij.q.viij.dispar.sed tamen eo casu quo quis potest eos rebus spoliare : vt suprà Iudæus.§. vij.non video quare non possit & vsuras ab eis accipere , nisi scandalum obsit : sed nec ipsi exigere possunt à nobis sine mortali,secundũ Rayn.& potest eos ecclesia compellere ad resti

tutionem,iuxta ea quæ dicta sunt suprà Iudæus. §. iiij. ¶† Quadragesimosecundò quæritur,vtrum eas exigere possimus à Saracenis omnibus? Et dicunt quidam quòd sic:quia omnia quæ habent sunt Christianorũ:cũ vbiq; fuerit laudatum nomen Christi,iuxta illud Psa.In oẽm terrã,&c. Vũ dictũ Host.in c.quod super his de vo.scilicet q͏ apud Saracenos nõ possit esse dominiũ neq; iuris:dictio,dicũt verius quã dictũ Inno.ibi tenentis cõtrariũ. Sed viso S.Tho.ij.ij.q.lxvj.ar. viij.ad scdm.& q.x.ar.x in corpore.vt ẽ.in verbo, Iudæus.§. iiij.recitatũ est, dico q͏ licet nõ possint habere dominiũ nouum super fideles,& si habent antiquũ possit ab eis auferri: dominiũ tñ quod habent super alios infideles aut alias res põt esse iustũ : nec est morrale tenere terras aut possessiões vt suasmet ecclesia , quæ in totũ mundũ habet potestatem, habet hanc q͏ possit infideles omni iure spoliare:vt ẽ. dictũ est in verbo Papa.§.vij.Vñ dico q͏ solùm in duobus casibus possunt rebus spoliari.primò si subripuerũt aliqñ illa vel alia à Christianis,sicut subripuerũt terras Romani Imperij, quod cessit papæ:& alias quas aliqñ possederũt Christiani: & secũdò si sunt per Christianos principes mulctati sententialiter priuatiõe bonorũ vt ẽ.Fidelitas.§.vij. ¶† Quadragesimotertiò quæritur,quid de cõmunitatibus datibus ad vsurã? Et dicit Ray.vsurarios esse oẽs, quorũ authoritate & cõsilio fit: & idem recipitur pignus , & nõ cõputantur fructus in sortem.extra eo.cõquestus.arg.vij.q.j . sicut vir.xxiij.q.iij.si habes.ff.quod met.cau.l.metum.§.cùm animaduertendũ.& idem de nõ prohibentibus cùm possint.de sen.exc.quãtæ.& concor.Host.Non tamen tenentur ad restitutionem omnes consentientes,secundum Veruec. nisi quantum ad eos pernenit:vel relevati sunt ab expensis quas de suo fecissent: qui tamen authoritatem vel præceptũ præstiterũt , ita q͏ aliàs cives non fecissent,tenentur in solidum . Vtrum autem dominus vsuram exigere possit à vasallo,suprà Feudum.§.xxix.

Rursus de Vsura secundò vbi sit quantum ad emptiones & venditiones.

1 *Vendere an liceat plus iusto ratione dilationis temporis.*
2 *Vendens carius, aut emens vilius quando sit vsurarius.& nu. seq.vsque ad nu.9.*
8 *Emens redditus à ciuitate,quando sit vsurarius.*
10 *Emere an liceat segetes vel fructus prouenturos.*
11 *Vsura an sit accipere fructus possessionis venditæ ob pretium non solutum.*
12 *Emere an liceat annuum reditum.*
13 *Pecuniam dare vt ad vitam tuam quod accipias,an sit vsura.*
14 *Emere debitum minoris summæ an sit vsura.*
15 *Pactum de retro vendendo an sit vsurarium.*
16 *Pensio quando dicatur iusta vel iniusta.*

VSVRA secundò considerari põt specialiter qũo inueniatur in emptionibus & venditiõibus, dũ in eis est virtualiter mutuũ,& interdum cum lucro,dum excedũtur limites iusti pretij in plus vel in minus,id est, summũ vel infimũ. Cùm enim pretium iustũ sit indiuisibile secundum S. Tho.in eo sunt tres gradus,secundũ Sco.in iij.scili : et vnus medius, & duo extremi:& sic distinguũtur vnus rei tria pretia iusta, summũ, infimũ, & mediũ : sicut eandem petiã panni trium æstimatorũ vnus possibiliter æstimabit xlix.aureis vendendã, alius xlix.cũ dimidio,alius 50.¶† Primò ergo quæritur,vtrum liceat vendere rem plus iusto pretio ratione dilationis temporis? Et dico multa.¶ Primum. Pro fundamento in ista qõne habenda est iustitia pretij.de qua ẽ. Emptio.§.vj. dictum est. Et,vt ibi patet,pretium iustum est quod secundum communem æstimationem currit in foro in loco & tempore vendi-

tionis : intellige ad numeratum , & quando res traditur de præsenti in eodem loco,in quo soluitur pretium,vel in alio: nisi res plus valeat venditori quàm habeat communis æstimatio:vel nisi adsit fraus minorantiũ vel augẽtiũ cõem æstimationem fraudulenter.Et idem est scdm Arch. post Laur. de Ridol.si aliqui mercatores pecuniosi vendãt res suas ad terminũ vt plus lucrent,& boni cõsequenter nõ possint vendere suas iusto pretio ad numeratũ.Et idem est si aliquis dominus tyrãnicè sine rationabili causa statuat pretia iniusta. Et idem videt aliquibus, qñ alicubi ꝓpter pecuniarũ paucitatem mala cõsuetudo est q͏ penè oẽs vendãt ad tempus: & sic ad numeratũ nõ inuenit illud pretiũ,quod cessante tali cõsuetudine esset iustũ & cõiter currens . Et ita seu sit Gerar.Odo.&,vt videt,rõnabiliter:quia maleficijs nõ est indulgendũ.ff.de rei ven.l.in fundo.& de cogna.spi.c.ij.Nõ habẽt tñ locũ ista , vbi quis nõ põt vendendo mediocriter lucrari: non propter aliquã malitiã vel malã cõsuetudinem: sed propter aliã irreprehensibilem causam:pura ex abũbantia taliũ merciũ,vel hmõi:quia sicut mercator põt augere pretiũ ex varietate temporũ & locorũ:ita & minuere debet: quia respectu locorũ & temporũ cõsideranda sunt pretia,nõ solùm in augmentatione,sed etiã in minutione.ff.si cert.pet.a.l.vinum.& de reg.iu.l.secundum naturam. Et quod dicit magister Raph.de Pornasio,qui in isto casu periculosè contuluit quòd vendens ad tempus potest habere rationem de suo interesse:puta quia de sua pecunia fuisset lucratus : est verum qñ eã poterat de præsenti habere ab alio: sed vendit ad credentiã vt seruiat::alioquin non est verum:quia pauper qui emit,non debet emendare interesse,cuius ipse non est causa. Si autem res non tradatur his de presenti,sed tradatur in posterum,iustum pretium est illud quod curret ad numeratũ tempore redditionis rei verè vel communi existimatione, vt patet habenti oculos:extra eo.c.vlti.& pen.Quod tamen fallit si res tradenda in futurum subsit periculis vel expensis: quia talibus qualitatibus affecta minus valet,in quo boniviri arbitrabuntur . Si verò tradatur quidem siue cõsignetur de præsenti,sed non hic: vt si Mediolani quis emat aromata quæ sunt Genuę:iustum pretium est quod ad numeratũ curit Mediolani,vbi celebratur contractus. ¶ Secundum.Quãdo adest prædicta fraus & alia impedimenta iusti pretij, iustum pretium rei non est illud quod habet communis æstimatio ad numeratum,vt dictum est,sed Arch.videtur velle quòd sit illud, quo res distraheretur si talis fraus abesset. Et hoc videtur esse illud quo solui potest materia rei & manufactura ac labores rationabiliter facti:ita scilicet quòd prudens mercator aut artifex moderatum lucrum arbitrio boni viri reportet.¶ Tertium.S.Tho.ij.ij.q.lxxviij.ar.ij.ad septimum.dat regulam cognoscendi vsurã ex conditione ad tempus,& in solutione ante tempus,dicens. Si quis carius vendit iusto pretio,vt de pecunia soluẽda emptorem expectet,manifestè vsura cõmittitur :quia huiusmodi expectatio pretij soluendi habet rationem mutui . Vnde quicquid vltra iustũ pretium pro huiusmodi expectatione exigitur,est quasi pretium mutui,quod pertinet ad rationem vsuræ . Similiter si quis emat vilius iusto pretio eo quòd pecuniam ãtè soluit quàm possit ei res tradi,est peccatum vsuræ:quia etiam ista anticipatio solutionis pecuniæ habet mutui rationem,cuius quoddam pretium est quod minuitur,de iusto pretio rei emptæ.Si verò aliquis de iusto pretio velit minuere,vt pecuniã prius habeat,non peccat:peccato vsuræ : intellige ex parte venditoris minus accipientis: licet videatur esse ex parte emptoris:vt idem dicit ad lectorem Florentinum . Hæc ex illo. qui qualiter accipiat iustũ pretium,non determinat,sed

potest

Universidad de Deusto
Biblioteca

poteſt intelligi iuxta prædicta. Et ſi quis vendat ad tempus vltra pretium currens ad extorquendum iuſtum pretium quod curreret ſi dicta impedimenta non eſſent, non peccat, ſi nõ reſpicit ad tempus, ſed ad rationabile lucrũ. ¶ Quartũ. Ex his patet primò q̃ ſemper vſura eſt vendere ad tempus rõne dilationis vltra iuſtũ pretiũ, niſi qñ venditor vendit ad ſeruiẽdũ amico, rem ſuã in aliud tempus ſeruaturus. de quo j. §. ſeq. Eſt, inquã, vſura, nõ ex forma: vt in c. in ciuitate. eo. ti. ſed virtualiter in iudicio animæ ſuæ quo ad Deũ. ſecũm gl. in c. cõſuluit. eo. tit. Imò & ſecm text. bene intellectũ eccleſia hoc expreſsè determinauit. Qui tñ ad tempus vendit pretio ſummo, ſed ad numeratũ vendit mediocri vel infimo, nõ peccat. ¶ Quintũ. Nõ obſtat aũt prædictis primò q̃ res tm̃ valet quantum vendi poteſt. ff. ad Trebel. l. j. §. ſi hæres. & ff. ad l. fal. l. quærebatur. & l. pretia. & ff. de fur. l. ſi quis vxoris. §. vl. quia hoc verũ eſt cùm res venditur ſecundũ æſtimationem cõmunem ſeu currentem. quod nõ eſt hic: & qñ ceſſat fraus & coactio & ignorãtia, de quibus 3. Emptio. §. ix. ita tamen quòd coactionem intelligamus non ſolũ quando quis cogitur emere ad euitandum damnum corporis vel rerum, ſed etiam ad lucrandum: ſicut aliqui malunt emere ad tempus pretio iniuſto, quàm iuſto ad numeratũ: quia interim de pecunia plus lucrãtur quàm ſit illa iniuſtitia pretij. Nõ obſtat ſecũdò ſi dicatur quòd hoc ſit ratione indemnitatis, ne quis dãnificetur ex ablentia ſuæ pecuniæ: quia nõ licet alicui ſe indemnem ſeruare cũ dãno ĩiuſto alterius: quia nemo debet cum alterius iactura locupletari, ſecm re. iu. in vj. Et qui dem ſi pateretur gratia emptoris, vt quia nũc põt ad numeratũ habere pretium iuſtum, & reculat vt ſeruiat emptori, rectè poſſet habere rationem de ſuo intereſſe, etiã lucri ceſſantis, vt tit. priore. §. xix. Si autem pecuniã nũc de ſua re habere nõ poteſt, & tamen patitur damnũ, non eſt æquum vt emptor faciat eum indemnem, ex quo propter eum nõ patitur: quia nõ tenetur de dãno, quod eius cauſa nõ fit. Non obſtat tertiò quòd hoc ſit cõſuetum: quia cõtra ius naturale nulla valet conſuetudo: tamen conſuetudo vendentium iniuſtè excuſat vendentem iuſtè, licet vltra æſtimationem communem, quia facit pretũ aliquod eſſe iuſtum, quod tñ non currit ad numeratum. ¶ Non obſtat quartò q̃ aliquando creditor facit expenſas in exigendo: & conſequenter videtur q̃ liceat ei ratione intereſſe futuri plus vendere cũ intentione nihil plus exigẽdi, ſi ſuo tempore ſibi ſoluatur: quia hoc eſt expouere ſe tentationi: quia mutari poteſt & obliuiſci iuſtũ pretiũ & mori, libris tñ nõ morientibus, in quibus pauper eſt debitor. Vñ ſi facit expenſas, per viã iuris ſibi recompenſet.

2 ¶† Secundò quæritur, vtrum vendens rem ad tempus maiori, vel econtrario, emens minori pretio quàm habeat communis æſtimatio, quia nolebat tunc vendere aut emere, ſed hoc facit vt ſeruiat amico, ſit vſurarius? Et dico multa. ¶ Primum. Vendens merces ſuas ad inſtantiã alterius nũc, qñ parum valent, eo pretio quo cõmuniter dubitatur an plus vel minus ſint valituræ tempore futuro, in quod eas ſeruare volebat, nõ eſt vſurarius, nec peccat, vt patet per c. in ciuitate. eod. tit. Secus ſi nõ erat eas ſeruaturus. Item ſecus ſi nõ erat dubium q̃ eo tempore, quo vendere volebat, eſſent plus aut minus valituræ: quia eſſet vſura, cùm habeatur reſpectus ad terminũ. Et idem ſecundũ Archi. eſt ſi erat probabile quòd tunc tñ valerent, quantum modò vendit. quod tamen ex d. c. in ciuitate. vel, nauiganti. non habetur. Et intellige deducto periculo. ſi quod erat in ſeruando, & expenſis & detrimentis, & huiuſmodi. Nec enim excuſatur iſte ſolùm ratione dubij vel periculi vt in d. c. nauiganti. ſed etiam ratione ſui intereſſe lucri ceſſantis quod ſibi vendicat. Nec diſtinguo vtrum nunc pretium recipiat nẽne: quia etiam ſi nunc recipiat, eſt licitum: ſed tamen ſi eo tempore pretium fuerit maius vel minus, non creſcet, nec decreſcet. Si autem iſte venderet decrementa quæ facere ſolent interim aliquæ merces, vt oleũ, & frumentũ, & huiuſmodi eſſet vſura: ſimiliter ſi nõ detraheret expenſas interim neceſſariò faciendas, ſcilicet ex rei natura requiſitas: vt in frumento excuſſo: ſecus ſi domus, in qua eſt, indiget reparatione: quia eſt vitatio dãni non iuſti. ¶ Secundũ. Emens rem minori pretio quã valeat tempore emptionis, ex hoc quòd tẽpore quo eſt eas recepturus veriſimiliter dubiũ eſt vtrũ plus aut minus ſint valituræ quàm eas ſoluat, nõ eſt vſurarius. d. c. in ciuitate. &. c. nauigãti. eod. tit. cũ ibi no. & idem ſecm Arch. ſi erat probabile q̃ tm̃ valerent: ſecus ſi nõ eſſet dubium aut veriſimile, ſed hoc fieret propter anticipationem ſoluentis. Eſſet aũt vſura ſi tã paruo pretio emeret rem, q̃ veriſimiliter minus valere non poſſet vel quid modicum, ſed bene multum plus: quia non accipitur hic intereſſe probabile. Et idem ſuo modo dicendum eſt de venditore, ſi venderet tã magno q̃ veriſimiliter nihil aut parũ plus valere poſſet. Vnde intelligitur qñ eſt dubium vtrũ ſit plus aut minus valitura æqualiter hinc inde tantùm, ſcilicet in plus quàm in minus. ¶ Tertium. Si prędicta licent, à fortiori licitũ eſt mercatori volẽti merces ſeruare vendere ſub hac lege, vt qñ voluerit ponat pretium currens: ita tñ quòd eo poſito non poſſit variare, etiam ſi pretium varietur, vel etiã ſoluatur pretium quod curret tali die: quia ſi licitum eſt nunc vendere eo pretio quod valebũt tempore quo eas intendit exponere ſecundũ cõmunem æſtimationem hominum: multò magis eo, quod valebit in veritate: ita tamen q̃ ſi eadem die pretium fuerit varium, accipiatur mediocre: arg. in auth. de conſulibus. §. quoniam etiam nos. eodem modo cum iſta mediocritate licet, ſi terminus pretij non ſtatuatur dies, ſed ſeptimana aut menſis: vel ſi non ſtatur in mediocritate, ſtetur in eo pretio quod longiori tempore duravit in illa ſeptimana vel menſe: quia etiam hoc licet, ſecundũ Sanctum Bern. ¶ Quartum. Prædicti contractus ſunt periculoſi, & ab eis textus in d. cap. in ciuitate. conſuluit abſtinendum: quia plerunque homines malunt ſic expedire, quàm ſuo periculo in tempus ſeruare: & vt plurimum ſunt incerti, ſi in tempus illud erant ſeruaturi, cùm ſæpe propter emergentia propoſitum mutent. ¶ Quintum. Si communis ſeu probabilis æſtimatio ſit quòd aliqua merces tempore futuro ſit minus valitura quàm modò, & tamen emptor credit eam plus valituram, eſt vſurarius minus emendo propter præuentionem ſolutionis, ſecundum Inno. & do. Anto. d. cap. in ciuitate. quod verum eſt quantum ad peccatum: & ſimiliter quantum ad reſtitutionem, ſi ex probabili coniectura creditur: non autem ſi ex leui. arg. l. cùm quidam. §. quid ergo. ff. de acquir. hære. & de ſent. excom. inquiſitioni. In dubio autem ſi non apparet vtrum dubium fuerit communiter veriſimile: vel vtrum eſtimatio emptoris fuerit rationabilis aut non: puto quòd tenebitur: quia in dubijs via tutior eſt eligenda. de ſpon. inuenis. Et idem ſuo modo dicendum eſt de venditore. ¶ Sextum. Ad prædictorum limitationem facit diſtinctio Scoti in iij. diſt. xv. dicentis. Si vendens frumentum in natiuitate, non venditurus, ſed ſeruaturus vſque ad Maium, ad inſtantiam alicuius requirentis vendit: ſi quidem ponit pretium tale quod veriſimiliter poteſt plus valere vel minus, non erit vſura, per dictum caput, nauiganti. Si verò ponat tale pretium quod ponat ſe in tuto vt in pluribus, & illum, cum quo contrahit, in periculo vt in pluribus, pura quia rarò poteſt plus valere, ſed minus communiter, ſic eſt vſura. 5 ¶† Tertiò quæritur, vtrum emens modico pretio reditus à ciuit

tialtate anguſtiata bello, & demum facta pace lucratur decem pro vno, ſit vſurius? Et dico ſecundum Hoſt. & Archid. quòd non ratione dubij. l. cum hæreditate. & l. ſeq. ff. de hæred. vel act. vend. conſulunt tamen vt inde largas faciat eleemoſynas. ¶† Quartò quæritur, quid de ſtocholis barocholis, vt cum indigenti pecunia venditur res, vt ſtatim ab eodem minori pretio reematur? Et dico iſtum cõtractum eſſe vſurarium: quia perinde eſt ac ſi pecunia mutuaretur: & peſsimũ eſt pauperem duplici gladio iugulari: vno dum cõmuniter emit plus iuſto, alio dum vendit minus. Si tamen quis ſimpliciter vendidiſſet iuſto pretio, de reemptione nõ cogitans, & emptor non inueniens emptorem, vellet venditori vendere pretio minori: non eſſet vſura minus emendo, ſed iniuſtitia: imò poſſet etiam non eſſe iniuſtitia propter latitudinẽ pretij iuſti: vt ſi vendidit ſummo pretio rei, & emit mediocri vel infimo. ¶† Quintò quęritur vtrũ vendens aliquid pretio curenti cum pacto, q̃ ſi plus valebit, vſq; ad Paſcha, illud plus ſibi ſoluatur: ſi verò minus, pretiũ nõ minuatur, ſit vſurarius? Et dicit Hoſt. in Sum. & Arch. xiiij. q. iij. §. j. quòd ſic, facit. C. de ſol. l. penul. & ff. de dam. infect. l. qui bona. §. ſi quis. ff. pro ſolu. l. ſi non fuerint. §. Ariſto. Quod intellige quãdo tale pactum facit ratione dilationis ſolutionis: alias nõ eſſet vſura, ſed iniquitas: quia non eſſet mutuũ vel æquipollens. ¶† Sextò quæritur, quid de his qui emunt oues aut boues vel huiuſmodi à pauperibus vel alijs qui ea non habent, & eis locant pro annua penſione? Et dico ſecundũ Veruec. quòd ſi hoc ſciunt & credunt, vſura eſt, vel ſaltẽ ſit in fraudem vſuræ: & omnino reſtituere tenẽtur, cùm mercedem ſine cauſa receperint, ſcilicet ex eo quod non eſt. ff. de cõdi. ſine cau. per totum. Si verò credentes eos habere bona fide ſine fraude emerũt, nõ eſt vſura, nec peccatum quandiu durat bona fides. Et idem inquit de emẽtibus fructus terrarum à nõ habẽtibus. & concord. Roden. Et adde quòd durante bona fide etiam reſtituere non tenetur conſumpta, ſed tenetur de extantibus, vel inquantum factus eſt quis locupletior. ff. de peti. hæred. l. vtrũ. eo ſcilicet caſu quo quis ab alio nõ emiſſet: ſecus ſi erat emphyturarius, quia non tenetur ratione intereſſe. Si autem ſunt in probabili dubio vtrum pauperes iſta habeant, nõ habent ſe exponere diſcrimini: ſed aut certificentur, aut ceſſent à contractu. ¶† Septimò, quid de emẽte equos vel huiuſmodi ſibi reddendos à venditore in certis nundinis? Et dicit Veruec. quòd ſi emantur minori pretio quàm æſtimatur eos ibi tũc valituros, vſura eſt: intellige ſi interuenit præmatura ſolutio: alias non. eod. tit. c. nauiganti. licet poſſet eſſe alia iniquitas. Si verò, inquit, de valore dubitatur veriſimiliter, nõ eſt vſura. Concord. Rod. No. tamen quod iſti Doct. loquuntur de nundinis futuris loco contractus: aliter pretium non debet eſſe quod currit in loco nundinarum, ſed in loco cõtractus: vt patuit ſuprà Emptio. §. vbi agebatur de iuſtitia pretij. Si verò loquatur de nundinis futuris alibi, quod dicunt verum eſt, conſiderata diſtantia temporis, nõ autẽ loci: quia diſtantia à loco non emuntur pretio currente in loco vbi ſunt, niſi etiam ibi ſit pecunia, vt quaſi pro loco illo fiat cõtractus: ſed pretio currente in loco cõtractus. vide infrà Vſura. iiij. §. iij. & §. xj. ¶† Octauò quæritur, vtrum emẽs granum tempore meſsium, aut vinum tempore vindemiarum pretio tunc curenti, cum pacto quòd tot menſuræ ſibi reddantur tempore Paſchali, ſit vſurarius? Et dicit Hoſt. in Sum. & Io. And. in c. fin. eod. tit. quòd ſic. xiiij. q. iij. Vſura. non obſtante quòd aliquando eo tẽpore ſint viliora: quia ad ea, quæ rarò eueniunt leges non conſiderant. l. nam ad ea. ff. de legi. in authen. vt ſine proh. §. quia verò poſt multã. & cõmunis curſus, quo ſcilicet ſunt cariora, æſtimandus eſt. de ſepul. c. certificari. & l. j. §. j. ff. de flu. Intellige tamen iſta eo caſu, quo iſte modò nolebat emere iſta: ſed in paſchate. Nam ſi nunc volebat emere, ſed ad inſtantiam amici petentis pecuniam ſibi dari mutuo: dic vt ſuprà Vſura. j. §. xxiij. ¶† Nonò quæritur, quid de 9
iſto caſu, Vendit quis bladum alteri dandum tempore meſſis pro viginti, cùm tamen ſecundum cõmunem æſtimationem tunc ſit valiturum quindecim ſolùm, ſed deinde venit cariſtia, & emptor illud vendit pro viginti quinq. Quęritur, vtrum primus venditor teneatur emptori in aliquo? Et videtur quòd nõ: quia ille emptor nõ eſt paſſus damnũ, ſed lucratus eſt. tamen Aſtẽ. poſt Mo. dicit quòd tenetur ei de quinq: quia licet ille nõ fuerit dammificatus, fuit per euentum rei, qui nõ excuſat ab vſura: imò damnificatus eſt: quia emit pluris quàm valeret in termino ſecundũ ęſtimationẽ boni viri. Ex parte tamen primi venditoris vſurã nõ video, ſed iniuſtitiam. ¶† Decimò quæritur, quid ſi quis emat ſegetes vel fru 10
ctus prouenturos hoc anno de agro? Et dico ſecundũ Mon. & Veruec. quòd ex forma cõtractus nõ eſt vſura: poteſt tamen fieri in fraudẽ vſurarũ: vt ſi veriſimile ſit quod fructus colligendi etiam cõputato dubio quòd poſſunt impediri, valeãt tunc plus eo quod nũc datur, maximè ſi eſt perſona quę vſuras alias conſueuerit exercere. quod intellige ſi præceſsit præmatura ſolutio: aliàs eſſet iniuſtitia tantùm. Sed ſi ſit dubium vtrũ illi fructus plus vel minus debeant valere, non eſt vſura. & idem Hoſt. & Vl. Et eodem modo dicendum eſt, ſi emantur fructus prouenturi vſq; ad tres annos vel plures. Et addit Ray. quòd in foro iudiciali proceditur per cõiecturas: in pœnitentiali verò ſtatur partium aſſertioni. Quod intellige niſi ex aliqua coniectura ſcãdalum oriretur: quia omnino oporteret contra ſcandalum ſatisfacere: de homi. c. ex literis. el j. de purg. cano. per totum. ¶ Bald. verò in rubri. C. de vſur. dicit quòd in hoc caſu ſi cauſa damni vẽditoris eſt præſens numeratio, vſura eſt. d. c. in ciuitate. eod. tit. Siverò eſt ſola conuentio, quia ſcilicet pretium non ſoluitur de præſenti: ſic licet contractus non ſit vſurarius, eſt tamẽ illicitus. Si verò neutrum eſt cauſa damni, quia non plus valet frumẽtum aut vinum ſub tali qualitate propter periculũ cui ſubiacet, ſic licet. l. fiſtulas. §. frumẽta. ff. de cõtrahẽ. emp. Quod intellige quando emitur non in genere, ſed determinatè, ſcilicet frumentum iſtius agri, aut vinum iſtius vineæ. ¶† Vndecimò 11
quæritur, ſi vendatur poſſeſsio, & non ſoluitur pretiũ, vtrum ſit vſura accipere fructus? Et dico duo. ¶ Primum. Si ſtatuatur terminus ſolutionis, & emptor pretiũ nõ ſoluit in termino tranſacto termino poteſt eam venditor in pignus accipere, & fructus facere ſuos, ſecundũ Gloſ. in c. conqueſtus. eod. tit. & C. de vſur. l. vſuras. & habet actionem ex contractu, vel officio iudicis ad intereſſe, ſecundum Hoſt. C. de act. emp. & vendit. l. ij. ff. de act. emp. l. ij. Et quod liceat, habes gloſ. in l. ij. C. de vſur. & in l. curabit. C. de actio. emp. & vendi. Sed tamen limito ſi vẽditor petit verum intereſſe damni vel lucri. ¶ Secundum. Si autem à principio venditionis pactum fiat quòd donec reddatur pretium, vẽditor percipiet fructus poſſeſsionis vel penſionem domus: ſic licet. & eſt tex. in l. curabit. C. de act. emp. & vend. & ſecundum Azo. in gloſ. & Bart. & Bal. ibidem. & Salic. & Ang. in l. Iulianus. ff. de act. emp. & vend. & Io. de Ana. in c. conqueſtus. de vſur. dũmodo ſecundũ ratam pretij ſoluti emptor partem accipiat fructuum, vt me dietatem ſi ſoluitur medietas, & ſic de alijs: quia non eſt æquum vt emptor habeat fructus, & vẽditor pecunia vti nõ poſsit. Quam quidem opinionẽ Sum. Ang. dicit veram etiã de iure canonico, per gloſ. in cap. conqueſtus. non obſt. quòd loquatur de exiſtente in mora: quia ſic in mora conſtituti poteſt à principio. Et licet, inquit, aliqui Theologi & Legiſtę, vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Butri. in d.l.curabit.dicant verum esse,quando venditor fuisset de pecunia lucratus,tamen mihi, inquit,videtur simpliciter vera,etiam si pretium seruare volebat in arca. Sed dico quòd nec simpliciter nec cum dicta limitatione est vera: quia dare aliena,cuiusmodi est possessio vendita, non licet accipere fructus,similiter nec de pecunia licet accipere interesse lucri cessantis,nisi post moram,vel quando conceditur amico ad eius vtilitate cum proprio interesse: vt patet ex dictis 15 tit.priore.quorum neutrum est hic, sed accipitur lucrum solum ratione expectationis,secundum opinionem huius Sum. quod est vsurarium. Vnde contra Ang.tenet Franci.de Mayro. in iij.dist.xv. & sanctus Bern.& Ros. Vsura.j.§.xlvij.& Archid.dicens Theologos non approbare istum contractum: quia illi fructus videntur haberi ratione dilationis temporis: quod sapere videtur vsuram,per dictum cap.in ciuitate. Ego autem dico quòd venditor potest recipere fructus solum quando possessio est sua:& non aliàs ante moram,id est,terminum solutionis: nisi forte ratione interesse eo casu quo vendidisset principaliter ad seruiendum amico. quod nō est in casu. Igitur si venditio fiat à me nūc absolutè, & nunc detur mihi medietas pretij:si percipio fructus reliquę medietatis,percipio fructus rei non meæ.Et sic intellige Theologos.Si verò fiat vēditio conditionata,id est,vt statuatur quidem pretiū quo ego spondeo me prædiū venditurū quando exhibebit pecuniam:sed tamē nō intelligitur facta actualis venditio,nisi actu exhibeas pecuniam: & interim pretiū stat periculo meo,sic quòd si rapiatur à flumine,vel deterioraretur,damnum esset meum:sic verum est dictum Legistarū: & sic videtur tenere Bal.in d.l.curabit.& videtur probari per Iā initio.C de pac.int.emp.& vandi.& sic debet intelligi d. l.curabit. Aliud enim est rendere nunc,atq; aliud nunc spondere,& obligare me venditurum tali pretio intra annū:quia in primo casu apud me non stat dominium,sicut in secundo. Nec est verū quòd hoc casu possit quis à principio constitui in mora saltu iustitia,si possessio absolutè vendatur: sed solùm si vendatur conditionatè.quod tamen quidam dicūt fieri eo ipso quo fit: pactum de affictu: quod non est verum,nisi fiet periculo vēditoris. ¶† Duodecimò quæritur,vtrū licitū sit emere annuū reditum,maximè nouiter institutū:Et dico multa.¶ Primum exemplum huius quæstionis est. Si Titius indigens pecunia Mæuio vēdat quinquaginta florenos auri annui reditus super fundo B. vel super omnibus bonis suis, obligans omnia bona sua,& fiat contractus pretio cōpetenti arbitrio boni viri cōsiderata qualitate regionis, quantum ad id quod reddere solent pecuniæ inuestitæ,vt in pluribus: puta florenorum mille auri,cum pacto quòd eodem pretio posit in totum vel in partem redimere.¶ Secundum.Innoc. in cap.in ciuitate.de vsuris.pertractat istam quæstionē quo ad emptionem,nihil dicens de facultate redimendi.& distinguit. Nam si talis reditus iam sit institutus super rebus mobilibus vel immobilibus ante contractum aut venditam actionem: secundum eum & Io.And.& Host.& omnes Canonistas,contractus est licitus: & hoc,vt dicit Laur.de Ridol.siue fuerit constitutus in re,puta in vino,& possessione, & huiusmodi: siue in persona,puta serui,liberti,vel rustici:vel actione, vel nomine,siue sit reditus certus,puta quia redduntur quinquaginta:siue incertus, puta quia redditur quarta pars fructuū de aliqua domo vel operibus alicuius personæ: siue contractus sit perpetuus,puta quia extenditur ad hæredes cōtrahentium:siue sit ad vitā hominis, siue ad certum tēpus, puta ad quinq; annos:quia est vera venditio, cùm ibi sit pretium & merces,id est,annuus reditus.C. de sacrosan ecc.l.iubemus. ¶ Tertium.Si verò reditus non est adhuc cōstitutus,sed constituitur de nouo in rebus vel personis: dicit secundum aliquos,contractum esse illicitum:quia ibi nōvidetur esse vera venditio,cùm merces non sit in rerum natura: emptio autē & venditio sine re,quæ veneat,intelligi non potest.ff.de cōtrahen.emp.l.nec emptio.ideo cōsuluit abstinendum.Et cōsentit Io.And.addens contractū esse illicitū: & vix se videre quomodo sine fraude fieri possit.Sed Veruec.non gl.Rayn. sed alius & Alex.Lon. dicunt contractū esse licitū: nec esse aliquā causam dubitandi,& esse purā venditionē: quia cùm habeamus tria bona,scilicet mobilia & immobilia,& ius in vtrilq;,hoc tertiū est quod hic vēditur.Vnde falsum assumit Inn.in sua ratione,quòd ibi nō sit res vendita:quia est vtriq;, scilicet certus reditus,siue ius exigendi certū reditū:imò dato quòd hęc nō essent,& emptio sine re nō fiat:tamē dico q̄ fit sine re præsenti:modò sit res futura & sperata,sicut emuntur fructus prouēturi ex agro,& partus ancillæ vel pecudis.ff.de cōtrah.emp.l.nec emptio.& similiter iactus retis.l.fi iactum.ff.eo.& si captura duplo valeret,quàm pretium nihilo minus tenet cōtractus,quia spei emptio est.Circa hoc multa alia prosequitur idē Veruec.soluēs omnia obiecta, vt diffusè recitat Archi.ij.parte,titu.j.c.viij.Et videtur mihi quòd isti bene dicāt:nec fit ratio dubitādi, modò cessет fraus:licet Archi.dicat quòd nō videatur clarū.Et hoc tenet etiā Rich. & cōiter Doct. Parisini, & Canonistæ in d.c.in ciuitate. Et ita videtur mihi res clara:quia non video differentiā inter affictum antiquū & nouum quo ad hoc: tum quia nō directè & immediatè emitur affictus siue reditus, sed ius exigendi & percipiēdi illum:tum quia si affectus antiquus,quem,secūdum omnes,emere licet,fuit licitè institutus: quare non pōt etiam nunc alius institui & vēdi.Si verò fuit institutus illicitè,quasi res de se iniusta,licitè emi nō posset per regulā, nō firmatur.de reg.iur. lib.vj.vbi nō firmatur tractu temporis, quod ab initio iure nō subsistit.¶ Quartū. Pet. tamē de Ancha dicit quòd si reditus nouiter institutus sit pecunialis: qa habet magnā vicinitatē cum mutuo:potius talis emptio dicitur contractus vsurarius.& verum est quo ad præsumptionem aliquando:secus vbi in veritate cessaret fraus. Et est differentia inter istam solutionē & mutuū:quia mutuū necessariò est restituendū,nō autē pretiū hic acceptū,licet aliquādo possit restitui:vt si fiat pactū quod affictus redimi possit:quo casu nihilo minus vēditor nō est obligatus redimere,si non vult:alioquin si esset obligatus,vsura esset.Io.etiā de Lig.dicit q̄ quādo census cōstituitur nō habita relatione ad rem: vt quia obligo me tibi ad vnū florenū,quia das decē,& vendo tibi hoc ius percipiēdi nō relatū ad rem,tunc licita est vēditio,quia nō venditur ius:imò de nouo oritur cōtractus generatorius.xiij.q.iij.pleriq;.& ita tenet Sū. Ros. cōtra Aug. quæ tenet iuxta prædicta.Sed ego dico per rationē Veruec. & Alex.quòd hic est vera vēditio:nec obligatio est personalis sed realis,cùm obligentur omnia bona venditoris.& qđ Io.de Li.dicit,habet locū vbi census cōstituitur super re certa:& cōsequenter taxatur secundū quātitatē pecuniæ, licet ipsa tantū reddere non possit: vt si centū aureis ematur affictus quinq: aureorū sup domo quæ non locaretur nisi pro quatuor:esset cūm tūc vsura.Sed Sum.Aug.quod nō est propriè verum supposita veritate venditionis:quia cessat mutuum:& esset tñ iniustitia,& illud plus esset obnoxiū restitutioni.Vñ dicit idē Ioan.de Lig quòd vbi census constituitur tempore venditionis,& nō potest haberi de re:vt quia cōstituitur census vt decē in domo quæ locari non potest nisi pro quinque, & est fraudulosus contractus.¶ Quintum.Secūdum Roden. tamen quādo emitur reditus ad vitam emptoris, nō est tutū ne vendens desideret mortē emptoris. & placet: quia pactū quod

quod inducit votum captandæ mortis,non valet.C.de pac.l. ij.& ff.de ver.obli.l.stipulatio hoc modo. Vnde prohibetur promissio præbendæ non vacantis.de con.præb.c.ij.lib.vj.& hoc,quia est cōtra bonos mores:vnde nec debet admitti.C. de pac.l.pacta.Quod tamen si fiat,non dico esse mortale,sci licet emere vel vendere ad vitam,secundum se:quia non inseparatur prohibitum, si circunstantiæ debitæ seruentur: aliter vsufructus nunquam posset constitui:qui finitur morte.Infti.de vsufru.§ finitur. Vnde si quis constituat alicui certam pensionem ad vitam pro certo pretio,non videtur illicitum. Emere autem vel vendere ad vitam venditoris, magis licet: quia tale votum interuenire non potest. ¶ Sextum. Contractus,quo quis emit reditus possessionum aut domorum,cōmuniter fit sub contractu emphyteutico siue liuellario, & cum pacto redimendi seu affrancandi.Vnde vult Sum.Aug. quòd non possit institui pensio ita magna sicut in locatione: sed de hoc j.§.vltim.¶† Decimotertiò quæritur,quid de his qui dant monasterio vel ecclesiæ certam quantitatem pecuniæ vt ab eis recipiat certas possessiones tenendas toto tempore vitæ ipsorum,ita quòd post mortem eorum redeant ad ecclesias? Et dico Ray.& Gof.iudicasse contractum vsurariū eo quòd homines multum sperarent viuere: & sic amplius percipere de prouentibus quàm esset pecunia data: & sola ipe contrahitur vsura.Si tamen quis daret vnā possessionem & reciperet æquivalentem aut duplo plus valentē vsufructuus vtranq; in vita sua:& vtraq; post mortem ad ecclesiam pleno dñio regrediturā,esset licitū. Sed Rich.in ij quoli.q.ij. quem refert & sequitur Sum.Ange.dicit licitum esse cōtractum,etiā quādo datur pecunia,modò seruetur æqualitas iuris naturalis:quia nō est cōtractus mutuiverivel apparentis: sed cōtractus innominatus, qui magis assimilatur emptioni & venditioni. Host.verò,quem refert ac sequitur Sum.Ro.dicit quòd est contractus emptionis & venditionis licitus & ex cusatus ratione incertitudinis.C.eo.l.ij.Laur.autē de Ridol. Ponit similem casum sub aliqua forma,scilicet q̄ tales dent cēsum monasterio recepturi in vita sua annuatim sexdecim hoc pacto q̄ monasterium ad libitum posset reddere centū & liberari ab annua solutiōe: & ob hoc monasteriū obligat bona sua:& dicit reditum nō cōstitui in re,nec ad rem habere relationem,sed ad personā,licet bona obligent. Et sic ibi nō est venditio iuris,sed pecuniæ inuendibilis.Imò,inquit,verius est cōtractus innominatus,scilicet do vt facias:in quo videtur interuenire fraus,maximè attenta maximi lucri quātitate,& pacto de restituendo cùm voluerit scilicet monasterium.Ex quibus videtur in effectu ac si mutuū cōtraxissent. Ego verò dico sibi nō posse esse mutuū:quia dās pecuniam no potest eam quouis tempore repetere:& cōsequenter nec vsuram: sed tñ est ibi iniustitia, & est emptio iuris exigendi singulis annis sexdecim,celebrata pretio iniusto:& cōsequenter decidendus est iste casus sēm regulas datas 3. Emptio, per totū. ¶† Decimoquartò quæritur,quid si quis emat actionem alicuius,vel summā certā minori pretio,quia soluit ante tempus:sicut si quis emat creditum Petri,quod ei soluendum est ad tres annos aut pagas, seu reditus montiū immaturos,aut scriptas banchi,vel actiones,& huiusmodi:Et dico multa.¶ Primum. Quando litigiū imminet,an possit actionem pretio minore quàm sint ipsa iura.Bar.in l.per diuersas. C.mandati.dicit cōpetens pretium esse quod remanet deductis expensis & labore pro recuperāda re factis.& idem Bal. in l.ij.C.ne li.pen.& cōsequenter videntur isti sentire quòd nō possit quis actionem emere pro minori pretio quàm sint ipsa iura,nisi habito respectu ad prædicta,scilicet laborem & expensas faciendas.Quod Panor.in cap. ex parte.de alie.iudi. mu.cau.fa.dicit ex toto non approbari:quia minus valet actio quàm res ad quam datur, tum propter dubium euentum litis,cùm possit quis perdere causam etiam iustam propter iudicis defectum:tum quia debitor posset interim effici inops.Vnde dicit tex.no.in l.minus.ff.de reg.iu. quòd minus est habere actionem:quàm rem:vnde cùm nihil aliud emant quàm spem in euentu iudicij futuri: ridiculum est dicere quòd pretium de necessitate debeat esse tantum quantum est in actione.Pro quo est Inno.in c.in ciuitate.eod. titu.vbi concludit quòd potest quis conscientia bona emere actionem iam ortam tempore contractus, etiam pretio minore: quia expouit se periculo.Et idem dicendum in trāfactione. & est textus notabilis ad hoc in l.Lucius, ad Trebel. Vnde concluderem quòd moderatus pretij dicitur habito respectu ad valorem actionis:qui valor debet consideran habito respectu ad dubium euentum litis, secundum quod causa est clara vel dubia.Aduertendum est tamen quòd debitum litigiosum aliquando emere non licet.de quo dic vt suprà, Lis. §.viij.¶ Secundum.Si quis emat à Ioanne centum, quæ debet habere à Petro ex legato vel actu quocunq; modo proxev.distinguendum est.Nam si hoc facit ad mstātiam ipsius Petri,hoc est licitum si emit minoris quàm æstimat suum interesse, etiam lucri cessantis probabilis, deductis laboribus,&c.Et similiter si quantum æstimat laborem & pericula rehabendi:quia nostra interest litibus & sumptibus nonvexari:vt in l.minoribus. ff.de minō. Si verò sponte facit propter lucrum,aut minuitur pretium solùm ratione sumptuū, laborum,& periculorum, scilicet quia est emptio iusto pretio facta, cùm res in periculo cæteris paribus minus valeat quàm extra periculum.Aut minuitur pretium solùm ratione anticipatæ solutionis:& tunc est vsurative in cap.fina eod. titu.& consentit Ioan.And.in additio.ad Specul. & S.Tho. ij.ij.quæst.lxxviij.Nec obstat illud. Plus soluit,qui antè tempus soluit.Institutio.de actionib.§. plus.& de plus petitioni. capite primo.quia illud est verum in eo qui obligatus soluere,ante tempus soluendo patitur interesse: ideoque cogens eum plus petit.Ista autem plus petitio siue sit respectu temporis:vt cùm obligatus solùm ad annum,nunc cogitur.Siue respectu rei:vt cùm res debita tempore melioris penitur tempore anteriori,in quo plus valet.Siue respectu causæ:vt cùm debitum alternatiuè petitur determinatè:potest diu mouere solùm tantùm,quantum quis æstimat interesse suum verisimiliter,& siue damni emergentis,siue lucri cessantis. Non autem hoc habet locum in solutione anticipata pretij rei venditæ. Similiter si esset mutuum vel commodatum factum alicui vsque ad tres annos, & superueniente casu mutuans vel commodans indigeret,& vellet sibi restitui: non liceret commodatario vel mutuum recipienti mouere pro interesse suo, quando simile interesse incurrit mutuans & commodans:nec aliunde prouidisset vt ipsum euaderet, si talis commodator vel mutuans non subuenisset. Et sic intellige & limita l.in rebus ff commodati.¶ Tertium.Si debitor centum aureorum ad instantiam creditoris soluit ante tempus minus quàm debeat,puta.ex.Ioannes de Ridol. ordi mino. dicit indistinctè esse licitum,asserens quòd potest vendi tempus proprium,licet non communc.de quo per Archi.ij parte.tit.j.cap.viij.sed Sanctus Thomas ad lectorem Florentinum,dicit hoc esse vsuram. Quod limita etiam,secundum eum,nisi debitor antè soluat vt seruiat creditori,& patiatur interesse:quia tunc licet. & habetur ratio eo casu etiam interesse lucri cessantis:pura quia volebat de illa summa mercari,secundum Hostien.& Ioan.de Ligna. licet Innocen.& Ioannes Andr.sint in contrarium.de quo dic vt suprà, Vsu-

12.j.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ra.j.§.xxiij.¶ Quartum.Circa emptionem pagarum est con trouersia,quibusdã dicentibus q̃ licitè emuntur pretio minore,quos sequitur Sum.Ros.adducens multa valde confusè & præter propositũ,non distinguens inter emere loca & assectus,quorũ fructus est incertus,&emere pagas quarũ summa est certa.Sum.verò Ang.dicit quòd nõ licet.Ego verò dico sic,Emere pagas dupliciter contingit: primò quando nõ sunt certæ quantũ ad suam quantitatem:vt si quis emat reditus decem locorũ ad decemvel quinq; annos quicquid reddi derint:sic licet & sic ꝓcedũt penè omnia quæ adducit Sum. Ros. Secundò quãdo scitur certa summa,puta quòd loca tali anno reddent tantũ,puta xl.solidos,&isti xl.solidi qui exigi non possunt vsq; ad tres annos, emuntur pro xxx.ad rationem xv.solidorũ pro libra:& idẽ est ac si tota summa nesciatur,& tamen certa summa ematur: puta libræ centũ ad rationẽ xv.solidorũ pro libra. Et sic est in vsu Genuæ emere pagas.Igitur emere pagas Genuæ,id est,ꝓuentus ex locis certos,qui nõdum sunt maturi,pro minori pretio quàm ipsę sunt:puta ad xv.solidos ꝓ libra,vel huiusmodi: est emere credituꝫ aliquus.Vnde distinguendũ est secundum aliquos vt ſ.§.eod.part.ij.Si enim emac quis ad instantiã amici,malens suis pecunijs negotiari,vel aliud licitum quærere lucrũ,poterit minori emere pretio secundum quod verisimiliter æstimar suum interesse etiã lucri cessantis. Si verò hoc facit volens per hanc viã lucrari,vsurarius est non formaliter,sed equialenter:quia solutio anticipata habet rationem mutui. Sicut in simili dicitur in c.in ciuitate.eo.ti. ita quòd emptione & venditione est mutuum, quando soluitur ante vel post dationẽ rei.Si tamen in exigendo essent pericula & labores notabiles & expẽsæ:& hac ratione pretium minueretur,nõ esset illicitum:vt suprà particula secunda:sed non est ita semper in proposito:& multò minus in scriptis banchi,quæ dantur & accipiũtur in solutum. Nec obstat si dicatur inesse periculum aut labor in rehabendo:quia aliquando non est verisimile quin habebit tempore suo totum,& sine labore vel periculo notabili.Vnde minutio pretij fit solùm ratiõe temporis,quod etiam patet:quia quando pagæ longius distant, tantò magis de pretio minuitur. Nõ obstat etiã quòd communis æstimatio plus eas non æstimat valere:quia cõmunis æstimatio nõ facit iustum pretium,nisi ad numeratũ, quando eodem tempore & loco exhibetur pretium & recipitur merces,aliàs est corruptela.Non obstat etiam quòd fructus agrestis minoris sit pretij quàm maturus? quia hoc verũ est ratione qualitatis quam habet fructus in se non ratione dilationis tẽporis.Et ita in ꝓposito si summa immatura habeat in se pericula & labores,quę nõ habeat matura,minusvalet, aliter nõ,sed est vsura,per textum apertum à contrario in c. nauiganti.eo.tit. Non obstat etiã quòd si radix bona est, id est,loca & fructus:quia fructus locorum sunt quidem page, quæ sunt bonæ:non autem iniusta emptio pagarum,quæ est mala. Nõ obstat etiã quòd emere pagas sit emere iura quæ minus valent, si magis distant quasi minus vtilia:quia ius ad certam summam nõ valet ea minus,nisi ratione periculi vel laboris, & huiusmodi:sicut etiam nec ius exigẽdi certã rem certo tempore valet minus quàm pretiũ rei tempore redditionis: quæ si emeretur minoris ratiõe anticipatæ solutiõis, esset vsura:vt per c.in ciuitate.de vsur. Nõ obstat etiã quòd melior sit res quàm spes:quia verum est, quando spes nõ est probabiliter certa.quo casu dico licitè pagas emi pretio minore. Non obstat etiam, si dicatur quòd Calixtus tertius & Xystus quartus cõcesserunt eas emi posse sine scrupulo:ille quidem semel tantùm,isteverò totics,quoties:quia,vt in eorum literis patet, hoc concesserunt solùm quando protecto

res comperarum sancti Georgij hoc æstimãt cedere in vtilitatem dictarũ comperarum vel communis Genuæ:quo casu papa tãquã princeps liberè remittere intelligitur emptoribus qui ab ipsis protectoribus emunt.Vnde in eis locũ habet concessio papę, non autem in alijs ementibus à priuatis. Magister autẽ Raph.de Porna. in hoc casu consuluit pagas emi posse pretio minore.Et sic tenuit veram conclusionem: sed ex rationibus falsis:quæ si valerent,probarent vniuersaliter ac semper licere talem emptionẽ.quod papa nõ dicit.Et sic stando principijs moralis philosophię,ista emptio indubitanter esset vsuraria.Quæ tamẽ est licita ex licentiãte statuto.quod sic declaro: Genua enim ex tãto tẽpore cuius initij memoria non extat in contrariũ,non recognouit superiorẽ, & condidi statuta & leges de facto:nõ obstante q̃ habuerit aliquos dominos, quia fuit sub certis regibus quibus semper sibi seruatũ est ius cõdendi leges,& superioritatis cõuentis ciuitati nõ recognoscẽti superiorẽ.Ciuitas autẽ & dominus superiorẽ in temporalibus nõ recognoscẽs habet in suo territorio iurisdictionẽ,quam in toto orbe de iure habet Imperator,secundũ Bal.in c.j.de po.te. Doct.in l.imperiũ.ff.de iurisdi.om.iud.Igitur sicut Imperator ex causa potest de iuribus & rebus vnius auferre & dare alteri sine dubio,vt l. Lucius.ff.de euictio.Alex.in j.con.C.in ij.col.in addi.ad Bar.& Abb.in c.quæ in ecclesiarũ.de cõstitu.ira & hæc ciuitas hoc facere potest ex causa iusta,quæ est fauor publicus: vt tenẽt Doct.in d.c.quę in ecclesiarũ.& ꝓbatur in l.itẽ si verberatũ. ff.de rei ven.Bar.in prœ.ff.p tex.in l.vẽditor.§. si cõstat.ff. cõmunia prædio. Hæc autem ciuitas virtualiter fecit legẽ quòd pagæ isto modo vendantur: quia de hoc est consuetudo obtenta in iudicio.Et hoc fecit ex causa iusta,quæ est fauor publicus:quia expedit toti ciuitati ista venditio:vt patet omnibus expertis circa hoc:imò expedit illis qui vendunt librã pro xv.solidis: quia si non venderentur pagæ nisi ad numeratum, gabellæ ciuitatis minus valerent, adeo quòd vbi habentur xv.solidi,nõ haberentur xij.necfortè x. vt patet expertis.Et ista opinio est verior & tenẽda,maximè post factũ. Et sic papa intelligitur, non quidem donasse emptoribus residuũ iusti pretij in dicta bulla,sed declarasse veritatẽ.Quod etiã hinc colligitur:quia Xystus hoc concessurus dixit, Nos de huiusmodi plenam notitiam habentes concedimus &c. ¶ Quintum.Si quis scripturã banchi,seu creditum quod quis habet in bancho accipiendi in futurum aliquam summã, puta centum,emat pretio minore,secundum Alex.de Ales,est illicitum.Sed intellige quando minuitur solùm ratione temporis:vnde dicendum est vt in casu priore:quia non esset illicitũ si minueretur ratione laborum & periculorum & sumptuum verisimilium: quæ tamẽ rarò insunt talibus scriptis, quæ,vt dictum est,dantur & accipiuntur in solutum. 15

¶† Decimoquintò quæritur, quid iuris de emptione & venditione cum pacto retrouendendi? Et dico multa. ¶ Primũ. In hac quæstione frequenter sum pro veritate fatigatus.propter quosdam confessores tenentes contra suos & aliorum Doctores:quo fine autem,ipsi viderint, & tamen veritas est clara ex ratione & authoritate, intelligendo tamen semper quòd emptio fiat iusto pretio,& cũ alijs requisitis: & similiter locatio,seu etiã datio ad liuellum.Quod enim licitè quis emat & faciat fructus suos cum pacto reaffrancãdi siue redimendi intra tot annos,vel perpetuò quando pretium est iustũ,& intentio siue fides bona,ita quòd in veritate vult emere,& mallet emere absolutè quàm cũ tali pacto.patet ratione:quia hoc fit ad commoditatẽ venditoris.Patet etiam authoritatẽ ita explicitè & formaliter tenuit ex ordine minorum Alexan.de Ales,iij.parte. Sum.& Mo.in Sum.& san-

Bernar-

dino in suis contractibus.& frater Ber.de Bust.& Sum.Ang. ac Ros.& ex ordine Prædi.Ray.Pis.Arch.& omnes & Hug. vt refert ac sequitur Arch.xiiij.q.iij.pleriq;.& Asten.& Inno. Hos.& Io.Andr.& cõmuniter Canonistæ in c. ad nostrã.de emptio.& vendi.& in c.conquestus.de vsur.sicut & Theologi in iij.di.xv.& Legistæ in l.si fundũ.& l.si à te.C.de pactis inter emp.& vend.& specialiter Bar.Cepolla Veronensis super hoc vltimatè conficiens penè volumen,& randè in mea sententiã &cõclusionem se resolués,vt patet ij.casu suo.col. j.Hæc etiã conclusio est formaliter & explicitè tradita per iura ciuilia:vt d.l.si fundum. & l.si à te. & per Canones intellectos ad sensum gl.& Doc.vt patet per glo.in c.conquestus.de vsur.& in d.c.ad nostram.vbi nec tex. obstat:quia ibi reprobatur contractus ratione doli,non ratione pacti de retrouendendo,vt patet intuenti: & similiter per sactam scripturam,dicente dño Leui.xxv. quòd omnis terra Israëlitici populi sub redemptionis conditione venderetur.¶ Secundũ. Emere etiam cum pacto de retrouendendo,& locare vendi tori pro certo affictu,nõ est vsura,si fiat sine fraude:quia rẽ suam pòt quisq; sicut illi, ita & isti, puta venditori loeare,& cuilibet alij, saluis his quæ ſ. loco suo dicta sunt. Esset tamen illicitum,si ex pacto cõmodum & incõmodum pertinet ad venditorem,excepto cõstituto affictu,quia est contra naturam emptionis:cùm rei emptæ cõmodum vel incõmodum pertineat ad emptorem.l.illud. ff. de peri. & com.rei vẽdi.nisi affictus esset ita modicus, quòd venditor releuaretur in eo,in quo grauatur cõtra naturam contractus. Esset etiã illicitum,quandoventitor non se posset, quando vellet ab huiusmodi conductione liberare:quia cùm talis obligatio vendicet partem pretij.d.l.fundi partem. & emptor solũ iustum pretũ rei soluat, sic supra iustum pretium habebit ita obligationem. Et idem est si vellet emptor q̃ venditor obligaret se ad conducendum,nisi in aliquo alleuiaretur cõductor. Præsumitur autem vsura ex dicendis parti.sequenti. & iterum qñ emptor venderet proprios fundos ad huiusmodi contractus faciendos: quia non præsumitur incontinenti velle cõtraria agere.l.nõ ad ea.ff.de cõdi.& demonst.¶ Tertium.Si aũt quis emeret in fraudem, puta quia intendit mutuare,non emere:nec vellet rem sibi remanere, sed redimi, & si crederet venditorem non redempturum, non emeret, vsura esset venditione palliata.Hoc autem secundum Doc. in d.c.ad nostram,in foro contentioso presumitur ex tribus. primò quando pretium est modicum respectu rei:intellige vltra dimidium.& facit l.quanuis.§.fi cùm essem. ff.ad Vell.& hoc maximè quando posuit pactum quòd nisi redimatur intra certum tempus,postea redimi non posit:quia videtur pactum legis commissoriæ,scilicet mutuasse,puta centum,& recepisse pignus de cxxv.ita quòd nisi redimatur intra tale tempus,sit amissum: verum est tamen quòd res non tũ valet vendita sub tali conditione quòd semper posset redimi,quàm si venderetur simpliciter,ar.l.fundi partem.ff. de contrahen.emp. Secundò quãdo sit pactũ vt restituatur aliquid plus quã hierit pretiũ:vt no.in c.illovos.de pig.& do. Ant.in c.cũ in diœcesi.de vsur. Tertiò si emptor cõsueuit ex tacere vsuras.l. quod si nolit.§.qui assidua ff. de ædil.edic. Quartò fedm Io.And.in d.c.ad nostram.in nouel.& Host.si apponatur clausula q̃ redimi nõ possit ante quinquennium vel decennium:sed tamen in rei veritate non esset illicitum si fieret bona fide:vt quia vult facere aliqua temporalia melioramenta,puta impinguãdo,quorum effectu ipse vult frui. Non autem faciunt presumptionem de vsura ista tria simul, scilicet pactum de retrouendendo,modicitas pretij scilicet quòd non sit vltra vel prope dimidiam, & datio in emphy-

teusim: quia ista iure permissa sunt, nec reperitur contrarium esse cautum.& tex.in d.c.illo vos.de pignori. & in c.ad nostram.de emptione & venditione. loquuntur vel quando aderat alia coniectura vltra ista, videlicet quia emptor erat solitus fœnerari,vel fiebat aliquod pactum contra naturam contractus.¶ Quartum:Ad plenorem autem prædictorum notitiã colligendo ex quodã meo cõsilio regittrato in Aur. ro.casu xxxj.dico q̃ iste cõtractus fit primò sic: Petrus emit ab Henrico fundum B.pretio iusto,id est,mille aureis,& ipse det se ei reuenditurum intra certum tempus, puta x.annos, vel quoties summa fuerit obiata: interim adt Petrus percipit fructus ex fundo, vel dat Henrico fundum ad officium pensione iusta & æqua,iuxta dicenda §.sequenti.Verbi gratia,ad sex vel quinq; pro centum.Et dico q̃ licet,iuxta dicta in hoc §.Secundò fit sic: Petrus emit cum prædicto pacto dimidium ipsius B.fundi pro indiuiso florenis quingentis,& dat Henrico ad affictũ secundum rationem prædictã. Et dico quòd licet,vt prius,cùm sit eadem ratio,vt patet. Si tamen in vtroq; casu pretium non esset æquum, teneretur emptor pretium augere aut venditor minuere:sed tamen cõtractus teneret,nisi esset error vltra dimidiã: teneretur etiã emptor,secundum aliquos,restituere fructus perceptos pro rata diminutionis pretij.Quod tamen non est verum:quia si contractus tenet,res est Petri, & consequenter omnes fructus:vnde tenetur solùm de residuo pretij,& de interesse,si quod passus est venditor ratione illius residui.Tertiò fit sic: Petrus emit cum prædicto pacto retrouendendi totum B. quingentis florenis,&dat Henrico ad affictum secundum rationem prædictã,ita tñ quòd in tali affictu nõ consideratur valor fundi,id est,mille,sed quantitas pretij,id est,cccc.ita q̃ cccc.reddunt ei xxx.vel xxv.præcisè,ac si emeret directũ dominium fundi valens quinquaginta, nõ empto vtili,quod tantundem valet.Et dico q̃ tunc est difficultas magna:& facio vnum fundamentũ,scilicet quòd fundum B. diuidatur in duas medietates,quæ sint C.& deinde dico quòd pars C.tripliciter vendi potest:primò scilicet absolutè, siue per diuisum,siue per indiuisum,& secundò cum obligatione retrouenditiõis:& sic minus valet quàm absolutè sumpta: & tertiò cũ hypothecatione reliquę partis,scilicet D.ita q̃ D.vendi nõ potest sine cõsensu eius qui emit C.vel ita q̃ si emphyteuta seu liuellarius cadat à C.cadat etiã à D. vel huiusmodi:& sic valet plus quã absolutè sumpta tñ,quantũ æstimatur illa obligatio.Ad casum dico q̃ si emptor intendit emere absolutè totũ B.quingentis aureis, est iniustitia: & sedm iura rescinderetur cõtractus,si iniquitas sit vltra dimidiã,iuxta dicta ſ.in verbo Emptio: nec si detur postea ad affictum secundum rõnem dati pretij & nõvaloris,iustificatur cõtractus,quia posterius nõ iustificat prius.Si verò intendit emere totum B.non absolutè,sed cum obligatione reuendendi, & reaffictadi sedm rõnem pretij dati, & nõ valoris,videtur velle Sum.R.of.q̃ sit licitum:quia cum tali obligatiõe nõvalet nisi quingentos aureos:quod verũ credere forte quis posset si cõsideratis dicedis seq.§.& cõditiõibus regiõis arbitrio boni viri neutra pars nimis grauaret: quia perinde est ac si ematur dominiũ & ius directũ valẽs quinquaginta,& reddẽs pensionem regularem,id est,quinq; pro centũ,relicto tãrundem de vtili apud venditorem.Siverò intendit emere vnam medietatem B.absolutè,id est, sine hypothecatiõe alterius partis,& eã det ad affictũ sedm ꝓportionem totius B,nulla est iniustitia.Siverò intendit emere vnã partem cum hypothecatione reliquæ,& locare pro rata,quod est quasi emere directum dominium sine vtili,est licitum: sed tamen oportet quòd illa hypothecatio soluatur, nisi recompensetur

per obligationem retrouendendi,quæ & ipsa aliquid valet. & in his bonus vir arbitrabitur.Quartò fit tic:Henricus eñ egens pecunia vendit afflictum nouum vel antiquum Petro super omnibus bonis suis in genere, vel super aliquibus in specie:de quo dic vt ℨ.§.xij.& adde ꝙ si ille contractus est licitus & est ibi vera venditio,poterit deinde fieri pactum de retrouendendo,& locare etiã ipsi venditori scẽm quendam Verneć.& videtur expressum secundum eum. ff.de in diem addict.in l.ij.& in l.vbi aũt. Quintò etiã fit apparenter iste cõtractus aliqñ vbi est vera impignoratio. de quo ℨ.Vsura. iij.per totum.¶Quintum. Sed cõtra prædicta arguitur primò:quia Dominus Leuit.xxv. in hoc casu retrouenditionis iubet fructus computari in sortem, & cõsequenter emens cum tali pacto non facit eos suos.Solutio.Dico primò quòd illa iussio est iudicialis, seu pertinet ad præcepta iudicialia:& cõsequenter nõ obligat, nisi denuò statuatur,vt patet per S.Thom j.ij.q.ciij. Dico secundò ꝙ hoc fuit speciale in terra Promissionis,quã Dominus voluit posse vendi,nisi sub cõditione vel pacto de redimendo,ꝙ fructus cõputarentur in sortem,non absolutè,sed proportionaliter. Voluit enim quòd omnis possessio vendita in anno ꝛo. libera sine pretio rediret ad venditorem. Et interim posset redimi: sed quantò pluribus annis emptor perceperat fructus, tantò minus pretium restituebatur ꝓportionaliter:sicut,verbi gratia,possessio vendita aureis ꝛo.in anno primo, in secundo valebat solùm xlix.in tertio,xlviij. &c sic de alijs:ita ꝙ quãtò minus restabat tẽpus vsq; ad quinquagesimũ annũ tãtò minus valebat.Et quòd iste sit sensus patet:quia si absolutè fructus in sortem debebant cõputari,& nõ secundum proportionem, etiã ante annum xxx.vel quadragesimum, quælibet possessio maximè bene fructifera,finisset libera,& nõ solùm in anno ꝛo.¶Secundò arguitur. Nã in hoc cõtractuvenditor nõ habet intentionem vendendi,sed pignorãdi multoties. Sed dico ꝙ simpliciter vult vendere:licet scẽm quid,id est,si aliter facere posset,nollet vendere.Et quicquid sit de sua intentione,sufficit ꝙ dicat se velle vendere, & emptori nõ cõstet de oppósito probabiliter : quia ad contractum esse simulatum oportet cõcurrere animum vtriusq;,scilicet ementis & vendentis,vt l.emptione.C. plus vale.quod agi.imò secundũ Bar.Cepo.de iure hoc sufficit, etiã si emptor sciret venditorem fingere:licet nõ in cõscientia.Imò scẽm aliquos sufficit in cõscientia:si tamen emptor intenderet mutuare super pignore,indubitatè esset vsura.¶†Decimosextò quæritur,quo cognoscetur iustitia pensionis?Et dico ꝙ ad cognoscendum ꝙñ pensio in hoc cõtractu & in alijs sit iusta,sciendum est secundum quosdã,quos sequitur Sum.Ang.quòd licet locatio 16
fieri posit pro pretio totius reditus,quem domus aut possessio reddit:non tamen sic fieri potest in isto contractu liuellario:quia talis tenetur manutenere suis expensis.l.ij.C.de iur.emphyteu. & soluere pensionem, licet pars rei pereat casu fortuito.Secus in conductore: quia nõ tenetur suis sumptibus manutenere:vt l.colonus.ff.loca. ꝛc: tenetur casu rei pereunte sine sui culpa,de locato.propter. Vñ si emptor tñ vult de censu,quantum solueret simplex cõductor, contractus est iniustus,& in fraudem vsurarum intelige præsumptiuè.Et ꝓpterea debet haberi respectus nõ ad fructus si excedunt:sed ad quantitatẽ pecuniæ solutæ ꝓ pretio:ita ꝙ talis pensio multiplicata per xx.annos alcẽdat ad totalem æstimationem rei sic locatæ,& sic erit v.ꝓ centenario,vt est text.in auth.de nõ alie.§.quia verò,& in auth perpetua.C.de sacrosan.eccl.& ibi no.gl. Vnde si locaretur simpliciter pro fex,nõ posset dari ad liuellum,nisi pro quinq;. Et quia communiter grauatur talis in oculo:ideo talis cõtractus videtur illicitus & in fraudem vsurarum:intellige præsumptiuè.Sed de hoc ℨ.§.priore.¶Alij verò,quos sequitur Sum.Ros.dicunt & verius, quòd licet plus accipiat dando in emphyteusim, quàm simpliciter locando, per hoc non censetur cõtractus vsurarius nec illicitus,quod ꝓbatur per d.auth.perpetua.iuncta gl.de qua x.q.ij.perpetua. quia rei dandæ in emphyteusim,etiã si locãdo sit parui aut nullius reditus, pensio iusta est,quæ in xx.annis adunata rei æstimationem cõtinet,vt habetur in §.si verò alicuius.in auth.de nõ ali.& ideo plus soluitur,quia in locatiõe habet respectus ad fructus: in emphyteusi nõ,sed ad rei valorem:nec id quod soluitur ꝓpter fructus,intellige præcisè & semper,sed in recognitionem directi dominij:intellige aliqñ,vt voluit Bar.in l.j.C.de iur.emphy.¶Et ꝙ maiori declaratiõe notaq; in hoc casu si fundus emptus locatur, pensio iusta est habito respectu ad fructus & reditum ex eo perceptibilem.Si verò liuellatur seu datur in emphyteusim,quæ duo,secundum Bar. & Sali.in l.j.C.de in.emphy.sunt eiusdem naturę solo nomine discrepãtia,tũc aut fundus reddit fructus cões: puta v. pro centenario, aut multò plus,puta x.vel xij.vt cõmuniter in molendino publici flumnis:aut multò minus,puta duo vel tria pro centenario,vt in domibus maxinè pretiosis,quæ multum valent,& parum reddunt,eò ꝙ modica pensione locentur habito respectu valoris:vt est text.in l.fi.§.finautem. C. de bo.quæ libe.vbi dicit Bal.ꝙ domus pretiosæ sunt quodam modo steriles.Et si quidem reddit cõmunes,iusta pensio est habito respectu ad valorem rei,qui est secundum pecuniam solutam ad rationem v.pro 100. Si verò nõ reddit cõmunes,tunc in locatione esset iusta habito respectu fructus vel reditus: sed in liuellatione,in molendino quidem iusta pensio videbitur quinq; pro centum,vt habetur in d.§ quia verò.quia in reiveritate etiã ipse dominus deducta æstimatione magni pericli & magnis expensis cõseruandi nõ perciperet nisi hoc vel circa:& cõsequenter cùm in liuellatione omne periculum & omnis expensa transeat in accipientem, vt l.j.cum ibi no.C. de iur.emphy. videtur ꝙ modica pensione debeat locari:ficut etiã propter prædicta venderetur pretio modico respectu fructuum . In domo autem credo pensionem esse iustã, si fit ea quæ liuellaretur alteri qui eam nõ vendidisset:& alà cubi est de more quinq; ꝙ centenario vel quattuor cũ dimidio:& si sit pretiosa , erit possibiliter pensio maior quàm in simplici locatione:quia in liuellatione nõ datur pensio principaliter per respectum ad fructus,sed in recognitionem dominij:vt no.Bar.in l.j.C.de iu.emphy.Et sic patet:quòd dãdo in emphyteusim iusta pensio aliqñ est maior quàm locãdo: cùm illa sit iusta,quæ in xx.annis collecta reddit æstimationem:vt d.§.quia verò.Nec obstat ꝙ emphyteuta sentit incõmodum reparatiõis.d.l.j.& cõsequenter videć ꝙ debeat sentire cõmodũ minoris solutiõis: quia habet cõmodũ iuris maioris quã habeat cõductor:quia habet vtile dominiũ:nec põt expelli per dominũ , etiã si vellet rem in ꝓprios vsus habere.quod secus est in colono.C.loca.l.ædem.& si tẽporis cursu res melioratur,sibi melioratć . Nõ obstat etiã quòd si res ecclesiastica datur in emphyteusim,fit diminutio sextæ partis:vt in d.authen. perpetua . registrata.x.q.j.cap.perpetua. quia verum est in re ecclesiastica non pretiosa : nec dicitur quòd sine illa diminutione dari non possit : quinimo secundum glo.ibi in verbo,sextam. potest dari sine diminutione: imò plus accipi potest in liuellatione quàm in simplici locatione,vt per eandem auth.probatum est. Non obstat etiam quòd colono fit remissio propter sterilitatem , non autem emphyteutæ.C. loca.l.licet . Nec ex hoc sequitur quòd debeat in emphyteuta necessariò pẽsio esse minor:quia habet plura

plura commoda quàm colonus,vt dictum est : imò quando emphyteuta soluit magnam pensionem, quòd scilicet aliquãdo est possibile,licet dicat Bar. ꝙ communiter est modi ca:tunc videtur sentire idem Bart.in d.l.j.quòd remissio fiat emphyteutæ,sicut & colono.de quo vide ℨ. Emphyteusis.§. j.vbi distinguitur de emphyteusi propria & impropria.Non obstat,etiã si dicatur ꝙ si emphyteuta plus solueret quàm perciperet, nõ esset pœna cadere per triennium non soluenti: quia hoc est ei pœna quando est vtile domino quòd cadat: quãdo autem nõ est vtile domino potest inuitus retinere in emphyteusi:vt probatur in l.ij.C.de iur. emphy.in verbo, si voluerit.Nõ obstat,etiã si dicatur ꝙ iam pauper nõ posset accipere in emphyteusim si plus solueret quàm perciperet: quia obligatio personalis,cuiusmodi est emphyteuta, ita sequitur pauperem sicut diuitem:quia sequitur personam quocunq; vadat siue sit in emphyteusi , siue in simplici locatione.l.quis ergo casus.ff.de pecu.

Rursus de Vsura tertiò,vbi sit quantum ad pignorationes.

1 *Pignus ea lege datum, vt solutione in termino non facta sit venditum, an sit licitum.*

2 *Possessio an computetur in sortem à marito.*

3 *Maritus accipiens sex pro centum de dote non soluta an sit vsurarius.*

4 *Gener lucrifaciens fructus,si accipiat pecuniam dotis ab alio an ille quoque lucretur fructus.& num.5.*

6 *Hæredes mariti an lucrentur fructus, sicut maritus ipse.& quid si possessio redeat ad vxorem.& nu.7.8.& 9.*

10 *Fructus pignoris ecclesiæ an computet clericus in sortem.*

VSVRA tertiò considerari potest specialiter quomodo inueniatur in pignorationibus,in quibus vsura est vti pignore obligato,& non cõputare fructus in sortem iuxta dicta suprà,Pignus.§.j.per totum.¶†Primò verò quæritur,quid si Petrus det Henrico in pignus pro centum mutuatis domum valentem centum & decem,hoc pacto ꝙ si in termino statuto non soluerit,impignoratio sit vẽditio. Et dico quòd Archi. distinguit. Nam si Petrus eo anno non computauit fructũ domus in sorte, elapso termino tenetur de domo & de vsufructu:quia contractus non tenuit,sed fuit vsurarius.Si verò cõputauit:tenet cõtractus,licet domus plus valeat:quia pœna cõuentionalis apposita est,nõ obstãte pacto legis cõmissoriæ:de quo ℨ.Pactum.§.xiiij.Et hoc nisi fecisset in fraudem vsurarum:puta quia mutuãs existimabat in termino non posse fieri restitutionem, & inde se lucraturũ illa decem quæ domus plus valebat:secus si ad coërcendam moram debitoris.¶†Secundò quæritur vtrum maritus recipiens possessionem computare debeat in sortem?Et dicit e. salubriter.eod.titul.quòd non,si sustinet onera matrimonij: puta quia vxorem nutrit.& idem l.pater.ff.de doli exc. Pro quo aduerte quòd ad iustitiam huius cõtractus multa requiruntur. Primò,vt dictum est quòd maritus siue gener sustineat onera matrimonij.Secundò quòd dos sit promissa simpliciter: quia si terminum ad soluendum eam dedisset,nihil posset percipere:quia ante morã nihil ei debetur?, cùm etiã potuerit vxorem accipere sine dote: vt §.seq.quod Summa Ang.tenet indistinctè.Sed tu limita,nisi interuenisset cõuentio de aliquo interim dando,secundum Panormit.post Cal. Quod autem dicit Panor.in dicto cap.salubriter. quòd si gener accepit pignus,& postea terminum dedit socero de dote soluenda,nihilo minus poterit bona conscientia tenere fructus pignoris.Verum putat Sum.Ang.si dedit terminum ad redimendum pignus:non autem aliter si dedit ad soluen- 3

dam dotem.Sed nõ oportet limitare:quia eo casu maius est in vero interesse:& ratione eius põt aliquid accipere,etiã ante terminũ luendi pignoris,etiã sine pacto, qñ mallet sibi solui,iuxta dicta suprà,Vsura.j.§.xix.vbi de interesse agebatur. Tertiò requirit ꝙ fructus onera nõ excedant: vel si excedãt,habeat de illo pluri,sicut de obnoxio restitutioni:quia causa cessante cessat effectus.de appel.cùm cessante.quæ tñ onera cõmuniter æstimãtur secundũ quãtitatem dotis: quia secundũ dotis quãtitatẽ mulier alimetanda est.l. si cũ dotẽ. §.sin autẽ.ff.solu.matri.& de don.inter vir.& vxo. ꝓ vestras. Quartò requiritur secundũ Ioan.Andr.& do.Anto.& Ioan de Lig.in d.cap.salubriter.& Laur.de Ridol.in suis cõtract. quòd illi fructus subijciãtur fortunæ,id est,siot fructus possessionis,qui sunt incertinõ autẽ certa quãtitas pecunię.Sed de hoc dic vt in §.sequen. ¶†Tertiò quæritur, quid si gener 5
nõ recipiat pignus,sed cautionẽ de dote numerãda: & interim à socero percipiat aliquos certos denarios ex pacto:puta sex pro centũ?Et dico de hoc doctor.scripsisse contraria. Nam Ioan.And.in dicto c.salubriter.cũ aliquibus alijs dicit quòd nõ licet:tũ quia papa cõsultus sup hoc respõdit de possessione,nõ de pecunia:tum quia pecunia de se non fructificat.Et cũ eo sentit Anto.de Buttio,Ioann.de Ligna.& Laurent.de Ridol.Sed Paul.de Elea.Ioan.Cal. Pet.de Ancha.& Panorm.in dicto cap.salubriter.contrarium tenent. & dicit Panormit.quòd papa idem respondisset de pecunia si fuisset interrogatus.Dicit etiam quòd pecunia fructificat hominis industria,sicut & terra:imò dici potest quòd esto ꝙ pecunia non fructificet,quòd nihilo minus vxor manducat & vestitur:& consequenter necesse est ex pecunia emere possessionem,vel ex ea negotiari,vt habeat vnde viuat,aut tubleuare damnum.Et hæc opinio est verior: cùm vtrobiq; sit eadem ratio,id est,onera siue interesse:& sic idem est de pignore & cautione cum pacto.Concludit autem Panorm.bene istam materiam iam dicens ꝙ si à principiõ datus est terminus ad soluendam dotẽ sine pacto interuentionis pignoris, licet ex ex post facto pignus traditũ fuerit,nihil põt cõsequi gener: quia sicut potest vxorem ducere sine dote,& de proprio alere tenetur:vt in dicto cap.per vestras.ita & traducere potuit dato termino ad dotem soluendam.Si verò à principio interuenit datio pignoris,non procedit opinio domi. Antonij. sed quòd nihil possit accipere,quia gener recipiẽdo pignus, videtur cõsisus authoritate dicti cap. salubriter.& recepisse pignus vt lucraretur fructus in cõpensationem dilatæ dotis. Quod intellige presumptiuè & in foro cõtentioso,& in conscientia,etiã post aliquod tẽpus arbitrio boni viri designandum ad soluẽdam dotem sine termino promissam: quia socer tunc est in mora.Potest etiam,secundum Panormitan.à principio gener conuenire cum socero de aliquo soluendo annuatim vsque ad solutionem dotis:dũm odio sit homo solitus mercari vel deponere pecuniã apud mercatorem. Sed omnia prædicta intellige si gener ex dote soluta fuerat fructũ reportaturus,ꝓbabiliter,aliàs nõ,cùm nullũ patiatur interesse.Et ex dictis patet ꝙd si gener antequã sustineat onera matrimonij percipiat fructus rei dotalis:quia nõ cedũt lucro mariti,sed accrescunt doti vel dotanti.ff.de vsur.l.videamus.la ij.secundũ glo.in dicto c. salubriter. debent restitui mulieri. ¶†Quartò quæritur, vtrum si quis mutuet genero 4
summã debitã pro dote,& accipiat ab eodem genero possessionẽ quam habebat in pignus,possit talis mutuans lucrifacere fructus possessionis vt gener faciebat?Et dicit Bal.in rubrica.C.de vsur.ꝙ non,quia mutata persona mutatur privilegium,quoties persona est immediata causa privilegij. l.j. C.de impo.lucra.descrip.& l.locatio.aliàs incipit,licitatio.§.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiaa.ff.de publi.fe.l quia hoc non est priuilegium propter dotem,sed ius commune propter interesse: ideo ratio est:quia cùm iste mutuans non propter interesse,sed propter lucrum mutuet,& accipiat,vturarius est. Dicit tamen Rod. quòd si liberaliter mutuauisset, & generaliter in eum transtulisset omne suum ius in dicta possessione,licitè acciperet illos fructus non ratione mutui,sed donationis.Concor.Mo.

5 ¶† Quintò quæritur, quid si quis emat à genero ius præfatæ possessionis? Et dico quòd talis licitè faciet fructus suos: nec potest ibi esse vsura,nisi contrahat fraudulenter, & fingat se emere,cùm intendat mutuare.

6 ¶† Sextò quæritur, vtrum hæredes mariti possint similiter facere suos fructus dictæ possessionis alimentando vxorem eo anno quo dotem restituere non tenentur, si sit in rebus mobilibus, per l.vnicam. C. de rei vxoriæ actione. Et dicit Panormit. post Ioan.Andr.& Host.in d.cap.salubriter.quòd non:quia statim possent se expedire de muliere reddendo ei pignus vel rem obligatam pro dote: quod non poterat maritus.de iureiur.tua nos. el ij. imò etiam non lucrantur fructus dictarum rerum mobilium, si quid acceperunt:quia licet quo ad illas res mobiles non sint in mora nisi post annũ: tamen earum fructus quos habuerunt intra annum, post annum cum ipsis rebus restituere tenentur, secundum Salice. & Ang.in d.l.vnica.§.exactio.Et intellige primò si nõ alũt relictam,nõ aliter:vt suprà Doc.§.vltim.Secũdò de prouentibus ex illis,non ex industria:quia si cum pecunia sunt lucrati,non tenentur de lucro.

7 ¶† Septimò quæritur,quid si hæredes vxori relictę assignẽt possessionem in pignus? Et dicit Ioan.de Ligna. post Ioan, Andr,Hostien.& Innocen.in dicto cap.salubriter.quòd non lucratur fructus,sed tenetur computare in sortem. Vnde sit cauta,inquiũt,ne recipiat rem obligatam pignore, sed eam vendi faciat: vel recipiat in solutum. ff.de re iudicata.l.à diuo Pio.aliàs fructus computantur in sortem,& dotem extenuabunt:vt in cap.illo vos.de pignor.Summa autem Angel.dicit se tenere contrariũ,& q̃ tacit fructus suos,si aliunde non habet vnde viuat.Quod non bene in distinctè dicitur nisi intra annum non restituendæ dotis,vbi alimenta debentur relictę.Alioquin extra illum annum siue habeat vnde viuat siue non,vsuraria est:si sponte ita facit,malens sic lucrari quàm habere dotem:quia cum dilatio solutionis sit mutuũ implicitè,secũdum omnes ibi est mutuum cum lucro.Si autem dotem habere non potest,sed violẽter ei detinetur:nec posset se iuuare eo quòd non fieret ei iustitia propter potentiam hæredum:secundum Archiep. licitè recipit dictos fructus,vel pecuniam sine dotis extenuatione.Et idem secundũ eundum est quãdo illi sine magno detrimento dotem restituere non possunt:& illa cõpatiens eam dimittit penes eos ad tempus,interim,cùm non habeat vnde viuat,recipiens aliquid ratione interesse: secus autem,inquit, si fieret propter vtilitatem vtriusque, vt scilicet illi magis lucrentur:& illa ex integro capitali lucrum habeat.Intellige autem quòd si aliunde haberet victũ,hoc fieri non posset:quia illi non tenerentur nec ad dotem nec ad interesse siue alimenta intra annum, quo iure tenent dotem,vt ſ.Dos.§. xxj.post annum verò secus.Vnde si ad eorum vtilitatem solùm eam illis dimitteret,veniret etiã interesse lucri cessantis, iuxta dicta ſ. Vsura.j. §.xix.xxv.xxvj. ¶† Octauò quæritur, vtrum valeat statutum quòd soluto matrimonio quandiu hæredes mariti perstiterint in dote soluenda, teneãtur certum quid dare vxori relictæ vnde se inde possit alere? Et dicit Sum. Ange. in verbo,Dos.§.vlt.quòd Panorm.in cap.de prudentia.extra de do.post diuor.restitu.refert Ioan.de Lig. in cle. ex grauis de vsur.tenere quòd valet.sed limitat ipse Panor. in ea quæ non habet vnde viuat aliunde. Sed istam limitationem dicit sibi non placere.Ego autem dico primò quòd Panorm. ibi non refert illud,sed oppositum, scilicet quòd secundum Io. de Lig statutum non valet.& ita tenet ipse Io.& Imol.in dicta cle.& multi alij,& Matth.ibi dicens quòd taliter statuentes incidunt in pœnam dictę cle.& secundò quòd Panormit. illud dictum Io.de Lig.non limitat.sed in cap. salubriter. de vsur.limitat dictum contrariæ opinionis tenentis quòd tale statutum valet, vt patebit. Et tertiò dico quòd dicta limitatio licet non conuenienter limitet istud dictũ quòd relicta facit fructus pignoris suos:vt §.priore.conuenientissimè tamen limitat valorẽ dicti statuti facti in pœnam morosi, vel ratione interesse ante moram,vt patet ex sua doctrina, quæ vbi ſ. est virtualiter hæc.Pro decisione, inquit, huius quæstionis an valeat tale statutum,examinanda est alia, scilicet an teneantur hæredes alere relictam donec persoluerint dotem:& placet,inquit,plus mihi illa opinio,quę dicit quòd sic, si illa non habet alia bona,etiam intra annum datum hæredi ad dotem persoluendam, vt tenet glos.& Bartol.in §.exactio.l.vnica.C.de rei vxor.actione.& Specul. in titu.qui filij sint legiti.Quo præsuppositio dicit ad præmissam quæstionem quòd statutũ valet in casu quo hæres tenetur alere relictam,loco alimẽtorum decernens certam quãtitatẽ:cùm honestius sit hoc recipere,quàm alimẽta minutatim.Et Cardi.in dicta cle.tenet quòd tale statutum vel consuetudo põt tolerari, dicens se ita consuluisse, & referens hoc statutum esse Paduæ.Hæc ex illo.Et ita patent omnia prædicta: quia quæ sponte mulier accipiebat ex pignore, erant lucrum ex mutuo:quæ verò accipit ex statuto,sunt pœna legalis vel interesse lege determinatum. Adde tamen ex Arch.quòd etiã postquã hæres est in mora soluendæ dotis,id-m est secundũ Card. quod Arch. limitat licere relictæ quando mallet dotem:aut si potest, nõ vult mora pietate hæredum:vt §.priore. 9

¶† Nonò quæritur, quid si lucretur relicta aliquos fructus ex pacto dotali? Et dicit Archi.post Laurent. de Ridol. quòd licitè eos percipit ex eo quòd ratiõe interesse cõuenti prouenitat ex mora debitoris dotem non restituentis, vel ratione pœnæ cõuentionalis quod tamen limitat,nisi percipere fructus ex possessione longè plus dote valente : maximè si debitor impotens sit ad restituendam dotem.

¶† Decimò quæritur,quid si clericus accipiat in pignus rem 10
siue possessionem ecclesiæ? Et dico quòd fructus non tenebitur computare in sortem:quia eos percipit quasi de suo.extra eod.cap.j.& cap. conquestus. & idem in decimis iniustè detentis.de deci cap.fin. & secundum Ray idem esset de omni alia possessione iniustè detenta,siue sit ecclesiæ siue laici,secundum gl.& doct.in dicto c.j .& idem secundum Ray. de omni possessione empta ex fructibus iniustè perceptis.

❧ Rursus de Vsura iiij.quo ad cambia. ❧

1 *Cambium aut ars campsoria quid sit.*
2 *Pecunia an possit cum pecunia permutari aut vendi, & qualiter.nu.4.& 5.*
3 *Numisma an & qualiter vendi possit.*
6 *Cambiorum quot sint genera,& quibus modis exerceantur.*
7 *Cambium ad minutum an sit licitum.*
8 *Cambium reale per literas an sit licitum.*
9 *Cambium siccum an sit licitum secundum varios eius modos.& num.seq.*

VSVRA quartò considerari potest, vt sciatur quando sit in cambijs,& quando non. Est autem in ista materia difficultas magna intelligentibus veritatem illam explicare

taliter,vt intelligatur ab alijs,maximè rudioribus, propter intricationem contractuum : esset etiam difficultas maior intelligere quomodo cambia celebrentur,propter subtilitates mercatorum temporis nostri : est verò maxima in his determinare veritatem, quod opinionũ varietas attestatur. Igitur operis ordine necessitatus diuino auxilio inuocato aggredior in re tã ardua determinare veritatem.¶† Primò aũt quæriẽ,quid sit ars cãpsoria & cãbium? Et dico multa,p̃ responsione.¶ Primũ.Sicut dictũ est ſ.in verbo,Negotiũ,duplex est cõmutatio,distinguendo ex parte finis : vt etiã dicit Philosophus j.Poli.vna scilicet quasi naturalis& necessaria, scilicet rerum ad res vel pecunias,propter necessitatem vitę, quæ propriè non ad mercatores,sed ad œconomos & politicos pertinet, qui habent prouidere familiæ aut ciuitati de necessarijs,alia denariorum ad denarios, adde vel ad res,nõ ad necessitatem vitæ,sed ad lucrum consequendum:quæ ,p̃priè dicitur negotiatio,& ex bono fine honestari potest.¶ Secundum.Pecunia considerari potest dupliciter. primò materialiter vt res quædam,puta aurum , argentum & æs : & secundò formaliter,vt pecunia,id est,inquantum monetata:& primo modo sicut locari potest,vt secundum Doc.ad ostentationem,ita etiã potest vendi : sed secũdo modo nec locari nec vendi potest,cùm nõ habeat vsum à ,p̃prietate distinctũ, sed suo vsu distrahatur. Et sic intelligo opi.S.Tho.& Arc.& aliorum dicentium quòd nõ est vendibilis.sed regula & mẽ tura venaliũ,scilicet formaliter sumpta.¶ Tertium.Pecuniæ formaliter sumptæ duplex est vsus,secundũ Philosophũ ibi. Duplex est etiã aliarum rerum vsus per se, scilicet proprius ac principalis, qui tam in naturalibus quàm in artificialibus est ille,ad quẽ rei natura primò ordinatur:vt panis ad esum, & vestimentum ad vestiendum,& sic de alijs: & cõmunis ac secundarius,scilicet alius à primo,cui tamen res,inquantum talis,applicatur:sicut respectu vestimenti cõmutatio,quiaue fit applicatur venditioni & cõmutationi,inquantũ vestis:nec venditur vel commutatur pro simplici panno.Et sic pecunię secundum Philosophum primarius vsus est cõmutatio pro venalibus necessarijs ad vitam:puta cibo,potu,vestitu, & huiusmodi:propter quæ habenda inuentum est numisma : vt quæ vni patriæ vel personæ desunt, aliunde habeantur dato numismate. Secũdarius verò est cõmutatio pro alio numismate:vt aurei prò carlenis : quæ cõmutatio orta est ex inæqualitate numismatũ,dum habenti numisma magnũ cõmodius erat paruum,non inquantũ talis materia, sed inquantũ talis valoris erat: & sic etiã hic moneta formaliter sumitur. ¶ Quartum .Lucrum autem ex commutatione numismatũ, secundum Philosophum vbi ſ.ortum habuit,primò quidem à casu dum accidit aliquod numisma,puta aureorum alicubi plus æstimari:sicq; ibi plura ærea pro eo dari quàm alicubi: sed deinde humana industria adinuenit artificiosè vias lucrandi circa huiusmodi numismatum cõmutationes . ¶ Quintũ. Igitur ars campsoria est negotiatio in commutatione numismatum:cambium verò secundum vsum loquentium est actus huius artis,id est,commutatio numismatum: secundũ vocabulum autem est omnis commutatio siue rerum ad res siue rerum ad pecunias, siue pecuniarum ad pecunias, quæ vulgò dicitur baracto.Sciendum tamen quòd commutatio sumitur largè,vt etiam conuenit venditioni , & strictè vt ab ea distinguitur:& sic est cambium propriè:nõ autem primo modo.sed largè est cambium differens à venditione sola materia:quia non est nisi circa pecunias. ¶† Secundò quæritur, vtrum salua æqualitate iustitiæ pecunia possit cum pecunia permutari solùm salua æqualitate pretij legalis huiusmodi: ita scilicet quòd vna tanto pretio distrahatur, quanto distrahitur alia:aut certè data inæqualitate huius pretij possit aliter seruari æqualitas.Et dico quòd solutio huius quæstionis pendet ex alia an pecunia vendi possit.Ad quod dico quòd si pecunia consideretur formaliter &absolutè,id est,si consideretur ipse valor pecuniæ secundum se,quem habet ex statuto legis est inuendibilis:quia sicut albedo non potest esse alba,sed est illud quo quid formaliter est album:ita valor seu pretium non potest appretiari, sed est illud quo alia appretiantur,seu regula appretiandi.Si verò consideretur ipse valor vt est in tali materia,puta aurovel argento,vendi potest & appretiari per accidens gratia materiæ . quod patet primò,quia locari potest,secundũ Doc.Secũdò , quia secũdũ S. Tho.& Philosophum j.Poli. supposita honestate finis licitũ est lucrari permutãdo pecuniã cum pecunia: quod sub eodẽ principe esse non posset, si semper daretur & acciperetur secundum valorem legalem:& sic oportet quòd ex altera parte habeat rationem venalis,ex altera pretij:quia expresiè S. Tho.ij.de regi.prin.vult quòd possit quis vti numismate aliter quàm vt pretio rerum venalium:& per consequens quis eo vtitur vt re venali:quia omnis res corporalis vtilis hominiest aut pretium,aut quid appretiabile : & tamen iste vsus est vsus pecuniæ inquantũ pecunia,sed nõ principalis.Verba autem S.Tho.ij.de regi.princ.c.xiiij. vbi probato per vnam rationem quòd pondus & mensura sunt magis necessaria quàm numisma,subiungit aliam, sunt ista : Amplius autem pondus & mensura,inquantum talia , semper ordinantur ad mensuranda & ponderanda: aliter per se nihil sunt : sed numisma,quãuis sit mensura & instrumentũ,in permutationibus tamen per se aliquid esse potest:puta si confletur erit aliquid,videlicet aurũ vel argentũ : ergo nõ semper ordinatur ad permutationes:& hoc etiã habet veritatem in alijs speciebus pecuniarũ,imò amplius,vt in cãpsoria,quæ nõ ,p̃priè ordinatur vt sit mensura, rerũ venaliũ,sed magis ad permutationes numismatis.hæc illæ . Ex quibus patet quòd pecunia vti possumus tripliciter.Primò vt mensura venaliũ , qui est per se & principalis vsus eius.Secũdò vt est pecunia permutãdo eã cũ alia pecunia, vt in cãbijs,qui est vsus eius per se, sed non principalis:quo casu est venalis per accidens,id est,gratia materiæ.Tertiò,vt re quadam,quo casu est venalis per se eo modo quo venditur pro argento facto seu monetato ad pondus.¶† Tertiò quæritur,vtrũ numisma possit materialiter vendi vel emi pretio maiore vel minore quàm sit legale, 5
id est,illud quod habet ex statuto cõmunitatis aut principis ratione suæ qualitatis ? Et dico quòd sic dupliciter . Primò ,p̃pter qualitatem numismatis facientem illud esse carius possessori:quia sicut habens equum valentem x.cõmuni æstimatione,potest illum vendere xij.secundum S.Tho.& alios Doc.ita habens monetã ex statuto valentem lx . puta aureũ bonum,posset illam vendere lxij.si sibi sic valet aut est cara. Secundò propter qualitatem numismatis facientem illud plus aut minus valere in se quàm valeat aliud numisma eiusdem pretij legalis.Mille em̃ libræ in auro materialiter valent aut valere possunt plus quã mille in pecunia ærea vel argẽtea: & in vna argẽtea vel ærea quã in alia:aut rõne põderis,quia illa est cõpleta,ista defectiua ex sua origine vel attõsione: aut rõne deportationis,quia illa est cõmodior ad portandum quàm ista:aut ratione vniuersalis distractionis,quia illa in pluribus locis distrahitur suo legali pretio non ista: aut ratione periculi exbãnitionis, cui plus subiacet ærea vel argentea moneta quàm aurea , & vna argentea quàm alia: aut ratione cõmoditatis,quia illa est aptior alicui vsui quàm alia : vt aurea ad ponendum in medicina , non autem argentea : & aurei Genuenses ad deaurandum magis quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

Veneti: aut ratione inexpendibilitatis, puta quia aliqua pecunia alicubi venditur vbi non expenditur: cuius pretium, inquantum est res, minus est pretio legali quo alibi distrahit. Nec obstat si habebat valorem determinatum à lege: quia verum est in ordine ad cõmutationes rerum, nõ autem pecuniarũ: sed tũc taxatur arbitrio bonorũ. ¶† Quartò quæritur, vtrum pecunia vendi vel emi possit alio pretio quàm legalis cõne distãtiæ localis? Et dico quòd emptio & venditio & alij cõtractus permutationis, qui fiũt de re aut circa rem variantur tripliciter. Nã aliqñ fiunt in vno loco pro eodem loco totaliter: vt quia res permutatæ ambæ ibi sunt, & ibi sunt assignãdæ: sicut si quis manualiter tradat vinũ accipiẽs oleum, aut aurũ accipiens argentum vel æs, & ecõuerso: & tunc res permutantur secundũ pretium ibi cum rebus. Aliquandoverò fiunt in vno loco pro alio totaliter: vt quia ambæ res permutãdæ sunt in alio loco, sicut si duo existentes Mediolani permutent res quas vterq; habet Venetijs, assignante quolibet eorũ rem suã Venetijs: & tũc permutantur res secundum pretium quod habent Venetijs: quia perinde est ac si Venetijs fieret permutatio. Aliquando verò fiunt in vno loco, partim pro illo, & partim pro alio: vt quia altera rerum permutandarũ est in vno loco, & reliqua in alio: sicut si duo Mediolanenses cõtrahant super aromatibus quæ alter habet Genuæ, & alter exhibet Mediolani pretiũ vel aliã rem, puta frumentũ: & tunc oportet fieri æqualitatem pensatis pretijs vtriusq; loci, & periculorum ac expensarum, quæ ex altera parte, scilicet aromatũ accidunt. Vnde illa aromata non æstimabuntur pretio quo venderentur Mediolani, vt patet: nec quo venderentur Genuæ, quia licet quæ sunt Genuæ vendãtur pretio ibi currente, eodem tamen nõ venduntur Mediolani, licet plus ibi valerent si ibi essent: sed existentia Genuæ vendunt Mediolani pretio quod de existentibus Genuæ inuenitur Mediolani: quia res iustè emunt & venduntur pretio currente tunc in loco vbi fit cõtractus, etiã si ibi venderetur minori pretio quàm in loco vnde eum expensis & periculis sunt allata. Res itaque distans considerata sub tali distantia minus valet quàm præsens. Et quòd de alijs dixi: dico etiã idem de pecunia inquantum est vendibilis: qa nõ est differentiæ ratio. ¶† Quintò quæritur, vtrũ numisma vendi vel emi possit pretio maiore vel minore quàm sit legale ratione distantiæ temporis? Et dico quòd quando res permutandæ nõ assignantur vel traduntur eodem tempore non potest esse nisi duobus modis, scilicet vel quia ista exhibetur ante illã, vel illa ante istã. Et quidem si pretium exhibeatur ante rem venditã, ratione anticipatæ solutionis non licet emere rem minus pretio iusto, secundum omnes Doc. præcipuè S. Tho. similiter nec vendere plus quando res antè traditur, nisi in casibus, de quibus ff. Vsura. ij. §. ij. scilicet quando venditor erat rem seruaturus in tempus aliud: vel si emptor non sit recepturus rem, nisi in tempore, de quo est verisimiliter dubium de rei valore, vt ibi ff. dictum est. Et idẽ
6 dico de emptione & venditione pecuniarum. ¶† Sextò quæritur, quot sunt genera cambiorum, & quibus modis exerceantur? Et dico quòd omnia reducuntur ad tria. ¶ Primum dicitur reale tantùm, quod etiam dicitur cambium ad minutum: vt cùm Petro habenti aurum campsor dat argentum vel econtrario: aut habenti vnius generis monetam: puta carlenos, dat monetã generis alterius puta quatrinos: accipiens tamen pretium certum pro suo labore, puta quatrinum pro libra. ¶ Secundum dicitur reale per literas, quod fit duobus modis. Primò quando campsor, Petro danti sibi Mediolani certam summã, puta centum, dat literas quibus certa, summa, de qua conueniunt, redditur ibi Romæ aut Venetijs: puta xcv. & reliquum campsor lucratur pro suo labore. Secundò cùm Petrus Mediolani habet certam summam alibi plus valentem, & quam vellet illuc deferre, puta Venetias, vt illud plus lucretur: vel ecõtrario habet Venetijs, & vellet habere Mediolani, & dat eã campsori, qui dat ei literas, per quas dicta pecunia restituit ei vbivult: & ille aliquid solvit campsori pro suo labore. Et sic in hoc genere semper campsor prius accipit quàm det. ¶ Tertiũ dicitur siccum ad instar arboris carentis humore vitali, & cõsequenter habentis apparentiã arboris, sed nõ existentiã: quia scilicet hoc cãbij genus secundum cõmunem opinionem & secundũ quod cõmuniter est in vsu, non habet propriè naturã cambij, sed mutui & vsuræ: licet etiam aliquando ab aliquibus licitè celebretur: quo casu iã nõ est siccũ, sed reale & verum cambium differens à priori genere: quia in hoc semper cãpsor primò dat, & deinde accipit. Habet autem hoc genus multas species diuersis nominibus nominatas, scilicet per Venetias ad libras grossorũ, per Lugdunum, per Londres, per Bruges, & huiusmodi: & fiunt etiã multis modis. ¶ Primò sit sic: Nam Petrus recipit Mediolani vel Florentiæ à cãpsore decem libras grossorũ tuncvalentes centũ florenos seu centũ aureos eo pacto quòd in capite vnius mensis teneatur tm̃ cãpsori Mediolani restituere quantum post decem dies à celebratione cõtractus valebunt Venetijs decem libræ grossorũ, quæ aliquãdo Venetijs valent plus, aliquãdo minus: & sic cãpsor aliquãdo perdit, aliquãdo lucratur: licet semper speret lucrari, & lucretur vt plurimum. Et si Petrus plus vult pecuniam tenere, de mense in mensem renouatur cõtractus, modo prædicto. Et in hoc cãbio lucrũ expectatur in excremento probabili: alicuius monetæ. ¶ Secundò sit sic: Petro indigenti Mediolani marcha auri, quæ valet lx. scuta, dat campsor nõ quidem lx. scuta in propria forma scutorũ, sed valorem lx. scutorum nõ secundũ valorem scuti in Lugduno, vbi cõmuniter valet xxx grossos: sed secundũ valorem scuti in Mediolano vbi cõmuniter valet xxviij. hoc pacto quòd Petrus tempore feriarum Lugdunensiũ reddat campsori Lugduni lx. scuta: & sperat lucrari duos grossos pro scuto. Et ita cõmuniter fit licet aliquando perdat, aliquãdo stet in capitali. Et isto modo lucrum expectatur ex hoc quòd campsor illud, cuius valorem dat, minus æstimat, vbi illud dat, quam vbi illud recipieret. ¶ Tertiò sit sic: Petro dat campsor Mediolani centum aureos vt in fine trium mensium responderi faciat in ciuitate Londrensi aut Brugensi alterius generis monetam, puta tot libras sterlingorum, quam monetam credit eo tempore ascendere ad summam maiorem data. Et in hoc modo stat lucrum in hoc quòd illa pecunia aut plus valet de præsenti, aut plus creditur valitura in posterum. ¶ Quartò sit sic: Petro dat campsor Mediolani centum aureos secundum valorem aurei in Mediolano, vbi, verbi gratia, valet grossos xxxij. hoc pacto vt tempore feriarũ reddat sibi centũ aureos secundum valorem auri in Londres aut Bruges, vbi valet grossos xxx. & sic lucretur grossos duos pro ducato in eo quòd plus æstimat ducatum quando eum dat, quàm quando illum accipit: vel etiam hoc pacto vt in tali termino restituat sibi secundum rationem cambiorum de Londres aut Bruges, licet neuter habeat banchum in Bruges, nec sic illic pecuniã allaturus aut recepturus: & in hoc consistit lucrum vt in modo superiori. ¶ Quintò sit sic: Petro dat campsor Mediolani centum aureos hoc pacto quòd in fine vnius mensis responderi faciat totidem Romæ: vbi scilicet credit eos verisimiliter plus valituros. Et in hoc lucrum consistit: quia plus valet aureus vbi accipitur, quàm vbi datur. ¶ Sextò sit pessimè, & dicitur cambium recambium sic: Petro enim Mediolani dat

dat campsor centum aureos mutuo ad rationem cambiorum de Londres cum pacto quòd scribat literas, licet eas nõ mittat: & secundũ quod lucrãtur cambia in eundo & redeundo ita accipit vltra sortẽ. ¶ Sepimò fit specialiter in Romana curia: sic Clericus cõsequutus beneficium & habens solvere annatam, id est, primos fructus beneficij, vt dicitur, pro medietate cameræ apostolicæ accipit centum à campsore, obligans se illa restituere in partibus vbi est beneficiatus de moneta ibi currente, & vltra lucrũ consequẽs varietatẽ monetarum daturus quinq; pro centenario, vel sex, aut secundũ quod cõueniunt plus aut minus aut iuxta prolixitatẽ & brevitatem moræ in restituenda pecunia: & fit instrumẽtum de mutuo & deusura, tanquam totum sit de capitali, ita quòd si mutuum est centum, & vsura quinque, instrumentum continet centũ & quinq; mutuata tali tempore restituenda. ¶ Pro notitia autem dictorum modorum aduerte primò quòd si Mediolani plus valet aureus vel scutum quàm Brugis, aut Lugduni: quia scilicet Mediolani grossos xxxij. ibi verò xxx. valet campsor dando facit computum super valore, & obligat Petrum ad reddẽdum sibi tot grossos in auro: quo fit vt campsor dans aureũ pro grossis xxxij. recipiat eum pro grossis xxx. & lucretur aureos aliquos. si autem valet Mediolani minus, fundat computũ suum super ducatos, & obligat Petrum ad reddendum sibi tot ducatos secundum valorẽ quẽ habent alibi. ¶ Aduerte secundò quòd mercatores in cursu & vsu cambiorum non semper vtuntur moneta secundum valores quo vtuntur alij homines negotiantes, sed instituũt aliam: imò aliquando commutãt veram monetam in fictã: sicut si campsor dando aureos Mediolani emat à Petro florenos Valẽtiæ pretio decem solidorum pro singulis, qui floreni valent in cursu cambiorum Valentiæ solidos xij. & tamen ibi nulla est moneta talis. quo casu summa quædã est quæ emitur pretio minore. ¶† Septimò quæritur, vtrum licitum sit cambium ad minutũ cum aliquali lucro retinendo, scilicet aliquid de vero pecuniarũ valore: puta quatrinũ pro libra? Et dico multa. ¶ Primũ. Hoc cambiũ est verè cambiũ, & in eo est possibiliter cõtractus permutationis verus: vnde datur aurum pro argẽto, vel ecõtrario: aut vna moneta pro alia dissimili in substãtia, puta argẽtea pro ærea: aut dissimili in quãtitate, puta attõsa pro cõpleta: aut in qualitate, puta quatrini vetcres pro nouis. Potest etiã ibi esse emptio & venditio vna pecunia tenẽte locũ rei venalis, alia pretij: qñ tunc accidere põt quãdo valor vnius pecuniæ est maior vel minor quàm valor legalis ratiõe suæ bonitatis aut malitiæ iuxta dicta ff. Vsura. ij. §. iij. ¶ Secundũ. Quãtũ ad cãpsorẽ in hoc cãbio dicit Io. de Lig. in c. fi. de vsur. post multa qp nõ videtur bñ excusabilis, nisi attẽto interesse: qa attẽto subiecto pecunia est inæstimabilis, cùm omniũ rerũ æstimatio sit ff. de fideiuss. l. si ita. Vnde vbi plus recipit, nõ est bene tutus. Lauren. aurẽ de Rivol. dicit hoc esse licitũ fraude cessante: nec ibi esse vsurã, fiat nec mutuũ, nec venditionẽ pecuniæ, quæ est inæstimabilis, secũdũ Arch. xiij. q. iij. c. j. nec ad pecuniã haberi respectũ ad interesse laboris operarũ, pensionũ, salariorũ, periculorum, & huiusmodi. Et idem in veritate sensit Io. de Lign. si verba eius considerentur, scilicet quòd sit licitum moderatè lucrari ratione interesse, & idem Bald. dicẽs talem cõtractum licitum esse iure gentium & necessarium, ac naturali ratione minimum propter pericula & damna campsoris, vt ff. de naut. fœn. l. periculi. ff. de actio. & oblig. l. traiectitiæ. §. de illo. & idem Alexander de Al. & est opinio communis. Cui addo quòd in omni arte licita commutãdo habetur ratio proprij interesse: & quod potest lucrari etiam ratione venditionis pecuniæ aliquãdo, scilicet quãdo dat bonam pro mala: quia pecunia est vendibilis gratia materiæ, vt dictũ est. Sum. aurẽ Ang. & Ros. adducit pro ratione quòd sit licitum: quia minuere sortem non potest esse vsura, sed bene sortem augere. ff. si certum pet. l. rogasti. §. si tibi dedero. Sed ista ratio locũ habet in Petro dãte campsori: non autem in campsore: quia & si minuat sortem socij, suam tamen semper auget, cùm lucretur. Et si det aureum pro pecunia, vult valorem aurei, & aliquid vltra. Si verò dat pecuniam pro aureo, vult valorem pecuniæ, id est aureum, & aliquid vltra, quod sibi retinet de pecunia valente aureum. Et ideo concludo ibi non esse vsuram, sicut nec mutuum: sed licitum lucrum est duplici ratione, scilicet interesse & venditionis: licet possit ibi esse iniustitia immoderatè accipiendo, in quo bonus vir arbitrabitur. ¶ Tertium. Quantum verò ad eum qui nõ est campsor, nec artem istam exercet, vtrum ex huiusmodi cambio possit aliquid lucrari, sunt opiniones, quibusdam dicentibus quòd rõ indistinctè, etiam ratione laboris in numerando: qa iste actus nõ est propriè mercenarius, sed solitus gratis concedi: quibusdã etiam dicentibus quòd sic. Sed innixus rationibus tam tactis distinguo: quia si nullum patitur interesse vel periculum notabile, nec dat monetam meliorẽ quàm accipiat, nihil lucrari potest, cùm solùm his rationibus dictum sit. Loc licere campsori. Si verò aliquod patitur interesse notabile, puta magnã iacturam tẽporis numerando vel aliquid huiusmodi, quod non soleat gratis concedi: vel si det pecuniam bonam pro mala, licitè aliquid lucrabitur arbitrio boni viri. ¶ Quartum. Quantum etiam ad ipsum campsorem & nõ campsorem licitum est aliquando vendere monetam, vt dictum est: & aliquando accipere ad pondus, & aliam dare ad numerum, & vltra hoc aliquid lucrari ratione interesse dicẽte Alex. de Al. quòd pecunia duplicem habet commutationem: vnam ex natura rei, siue ex pondere & materia: aliam ex determinatione legis positiuę, qua statutum est vt talis moneta tantum valeat: & quòd licitum est campsori vnam monetam accipere ad pondus, & aliam dare secũdum legis institutionem: quod intellige quãdo suscepta ad pondus ibi exponi non potest vbi suscipitur ratione exbannitionis aut attõturæ vel huiusmodi: aliàs est iniustitia: quia non susciperetur secundum quod valet. Et si deinde campsor eam transferat ad locũ vbi expeditur, & ibi plus valet quàm ad põdus, hoc lucratur ex loci mutatiõe, cùm nulli faciat iniustitiam. ¶ Quintũ. Quantũ etiã ad campsore & non campsore in hac manuali permutatione monetarũ multiplex potest intervenire peccatũ iniustitiæ, & si nõ vsuræ: vt detur monetæ falsæ vel mistæ, vel attõsæ, vel pretio maiore quàm currat, & huiusmodi: aut etiã si excessiuũ pretiũ, pprij interesse accipiatur: circa quod generalis regula dari non potest, sed arbitrio bonorum dijudicabitur. ¶† Octavò quæritur, vtrũ licitũ sit cãpsori aliquid lucrari ex cãbio reali per literas? Et dico multa. ¶ Primũ. In isto cambio nõ est cõtractus mutui ex parte cãporis quia nõ dat primò & postea recipit, vt fit in mutuo: sed ecõtrario: quia primò recipit, & postea dat: similiter etiã non est mutuũ ex parte Petri primò dantis, postea recipientis: quia in mutuo secũda acceptio fit post primã ratione tẽporis, in quo accipiens mutuum indiget illo: hic fit ratione distantiæ locorũ, & nõ tẽporis: quia nisi talis distantia impediret cãpsor redderet statim, id est, statim inciperet de reddition tractare, nec differret nisi pauco tẽpore arbitrio boni viri ad talẽ actum exercẽdũ necessariò requisito: sicut & in cambio manuali ad minutũ qui recipit aureum nõ dat in eodẽ instãti monetã: sed mittit manũ ad ea, iam & numerat, & huiusmodi facit quæ tẽpus requirũt, sed modicũ. Vtrum autẽ sit ibi venditio? quidam dicunt quòd non: quia nec sta-

riò alia res eſſet quæ daretur,& quæ acciperetur,ſcilicet res & pretium:quod non eſt,cùm aliquando eadem ſpecie moneta detur & recipiatur. Vtrum etiam ſit ibi locatio operarum vel pecuniæ ad alium locum ducendæ: quidam etiam dicunt quòd non,quia eſſet res eadem numero quæ daretur & redderetur.quod non eſt. Sed ego dico quòd ibi poteſt eſſe emptio & venditio eo modo quo pecunia vēdi poteſt,non obſtante quòd ſit eadē moneta:quia eadē poteſt eſſe pretiū ſibi ipſius quando eſt in diuerſis locis:quia Mediolani minus valet,quando ab eo diſtat quàm quando eſt præſens. Poteſt etiam ibi eſſe permutatio aliquando in genere:vt quādo datur tantum,puta cētum libræ, vt accipiatur tantum de quacunq; moneta. Aliquādo in ſpecie:vt cùm datur tantū de iſta moneta ſpeciali,vt tantū de illa alia accipiatur:puta quia dat Petrus aureos Mediolanēſes Mediolani,vt Venetos accipiat Venetijs. Eſt etiā ibi locatio operarū ad conducendū iſtā numero pecuniā formaliter vel æquialēter. Eſt enim propriū monetæ quòd quantū ad valorē legalē iſta nō differt ab illa eiuſdē valoris,ſed ſola materia. Eſt inquam locatio ſaltē reductiuè. quod volūt dicere qui dicūt ibi eſſe contractū innominatū ſcilicet do vt des vel vt facies. ¶ Secundū. Cū hoc cābiū,vt dictū eſt,fiat dupliciter: ſi ſit primo modo puta quia Petrus dat Mediolani cētū,recepturus Venetijs ſolùm xcv. ſi ibi eſſet venditio vel permutatio,nō eſſet differētia in licere & non licere:quia in vtroq; cōtractu oportet eſſe ęqualitatē dari &accepti & eſſet illicitū cāpſori lucrari illa quinq:: quia qđ ipſe dat Venetijs minus valet Mediolani, quàm qđ ibi accipit. Vnde potius deberet lucrari Petrus. Siverò ſit ibi locatio operarū,vt cōmuniter eſt licitè illa qnq; lucratur,ſecundū oēs. quod præcipuè Bal. intendit in c.j. de plus pe. vbi dicit cōtractū eſſe licitū & neceſſariū,& iure gentiū ac naturali ratiōe munitū:quia cāpſor ſubijt pericula viarū,& nuntiorū damna,pēſiones operarū,& ſalaria factorū: vt not. in l. periculi. ff. de nau. fœno. & l. traiectitiæ. ff. de actio. & obli. & l. qui Romæ. §. j. ff. de verb. oblig. Vnde ſi quid lucratur, iuſtum eſt,cùm induſtria accedat rei licitæ. l. ſi hæres. ff. ad l. Falcid. Sed intellige qp campſor hic ex duplici ratione lucrari poteſt. Primò ratione ſui intereſſe accipiendo certum qd. Et ſic loquitur Bal. Secundò ratione valoris monetarū: quia ſcilicet per iſtum modum aliquando pecunias ſuas reportat ad locū vbi erunt ei cōmodiores,aut plus valent vel valebūt quod licitum eſt,vt patebit:nec oportet ſi ſecundò modo lucratur,quòd minuat de lucro ratione ſui intereſſe: quia ſuū intereſſē meretur primum lucrū:quod autē accedat ſecundum,nō eſt ex conditione Petri, cui nulla fit iniuſtitia: ſed ex cōditione campſoris. Et ſi obijciatur contra prædicta qp intereſſe campſoris aliquādo nullū eſt quia campſor habet illic amicos aut factores ex alia cauſa & monetas: & ſic non oportet quòd monetā illuc deducat. Et dico qp iſta per accidens ſe habent ad caſum,& ſunt cōmoditates veniētes ex cōditione campſoris,& non ex natura cōtractus,quas campſor gratis exhibere nō tenetur. ¶ Tertiū. Si autem hoc cambiū per literas fiat ſecūdo modo, ita ſcilicet qp Petrus dat Mediolani aureos Venetos vt eos vel eorum pretiū ad rationem cambij Venetiarum habeat in Venetijs vbi plus valet: vterque lucratur,ſcilicet campſor & Petrus. Cāpſor quidē quia accipit pretiū ſui intereſſe,cùm teneat locū translatoris pecuniarū,vt in priori modo dicebatur: & ſimiliter Petrus propter maiorem valorem ſuæ monetæ in Venetijs: quòd licet ſecundum Laur. de Ridol. & Archid. & omnes Summiſtas. Et intellige quòd poteſt eſſe licitum ex duplici capite. Primò ſi hic ſit locatio operarū, vt in priori modo: quia campſor lucratur ratiōe ſui intereſſe,& Petrus ex mutatione locali ſuæ rei,quæ plus valet ibi quàm hic. Secundò ſi ſit permutatio aut venditio: quia poterit eſſe æqualitas iuſtitiæ arbitrio boni viri: quia licet illud quod cāpſor dat, plus valeat Venetijs quàm Mediolani quod accipit: tamen quod dat Venetijs, Mediolani, vbi ſit permutatio, non plus valet. Hoc tamen caſu nihil amplius poſſet accipere: quia ſi permutat aut vendit, nō poteſt habere rationem de ſuo intereſſe locatiōis operarū. Si tamē Petrus ex hoc vellet lucrari quòd prius dat & deinde accipit, id eſt, ratiōe temporis interiacentis, eſſet ibi mutuū & vſura formaliter. ¶ Quartū. Si aute iſtud cambium per literas dicatur fieri etiam alio modo tertio, vt quia Petrus Mediolani dat teſtones, vbi plus valent, vt eos recipiat Venetijs, vbi minus valent: ſi quidē interueniat venditio aut permutatio, campſor multiplicē iniuſtitiam facere poſſet: quia non licet ei aliquid accipere ratione ſui intereſſe, quod nullum eſt, cùm non teneat locum translatoris ſeu locatoris operarum: nec licet ei ſimpliciter iſta permutatio vel venditio: qa habet inæqualitatē: cùm teſtones, quos reddit, minus valeant Mediolani, vbi cōtrahitur, quàm accepti ratione diſtātię localis. Si verò interueniat locatio, licitè campſor percipit totum ſuum intereſſe ſi paciſcantur quòd reddātur teſtoni in ſpecie, vt patet: quia vtrobiq; dantur ſecūdum quod valēt: nec in aliquod damnificatur Petrus plus quàm ſi nihil cum campſore contraxiſſet, licet ipſe ſuos teſtones Venetias detuliſſet: & ſi campſor inde ex teſtonibus lucretur, eſt ex conditione ſua: quia eos habet exponere Mediolani: & proficiat ſibi. Si verò non paciſcantur quòd reddantur teſtoni, ſed ſumma accepta, nō poteſt campſor capere totum ſuum intereſſe niſi ſummam integram reddat Venetijs: ſed tenetur de illo minuere quātum ex alia parte lucratur: quia hoc caſu ſumma eſt quæ ſuſcipitur deferenda Venetijs: ideo debet integra reddi. Vñ iniuſtū eſſet ſi acceptis duobus teſtonibus Mediolani vbi valēt xlviij. ſolidos, vellet reddere Venetijs ſolùm xlv. quos ibi valent, & cùm hoc ſibi ſuum intereſſe totum perſoluiſquia duplici fauce manducaret.

¶† Nonò quæritur, quid ſentiendum ſit in genere de cambijs ficcis ex parte campſoris, qui ſemper dat primò, deinde recipit? Et dico multa. ¶ Primum. Loquendo ex parte campſoris in huiuſmodi cambijs non poteſt eſſe cōtractus locationis operarum: quia non ſuſcipit aliquā ſummam tranſuehendam, ſed potius tranſuehit Petrus, qui accipit Mediolani, & reddit Lugduni: ideoq; lucrari nō poteſt ratione intereſſe. Nec ſimiliter contractus permutationis propriè, niſi quando vtraq; pecunia danda ſcilicet & reddenda, iam eſt in eſſe: quia præſentis ad futurum, ſicut & certi ad incertum non eſt permutatio propriè. C. de rerum permu. l. j. in gl. quę allegat l. quoniam. eodem tit. vbi hoc ſentiunt Bart. & Bal. poteſt autem ibi eſſe mutuū & emptio & venditio: vt patet ex dictis. Et ſic poſſunt ibi eſſe tres contractus, ſcilicet mutui, venditionis & permutationis aliquando: verùm quia rarò eſt ibi permutatio, ſicut & præſentia vtriuſq; pecuniæ, & quando ibi eſt eodem modo eſt licita vel illicita, ſicut & venditio: quia vtrobique oportet æqualitatem extremorum ſeruare: ideo dicamus quòd ibi ſunt ſolùm duo contractus, nec apparent alij, ſcilicet mutui & emptionis ſeu venditionis. ¶ Secundum. Paucis verbis poſſet viris doctis materia iſta tota decidi vnica breuiſſima regula, hac ſcilicet: Quoties arbitrio bonorum & peritorum in arte campſoria pars capiens cambium non grauatur, & diſtantia temporis nihil lucri affert, nunquam eſt ibi peccatum: ſi verò pars nimis grauetur, vel diſtantia temporis lucrum affert: ſemper eſt ibi peccatum, id eſt, iniuſtitia, vel vſura. Nam cùm ſit ibi mutuum vel emptio in mutuo, ſi ratio temporis nihil lucri affert, non eſt peccatum: ſi quid verò affert, eſt vſura. In emptione verò ſi interuenit prętium iuſtum, non eſt peccatum: ſi verò ſit iniuſtum, ſi quidem ſit ad numeratum, eſt iniuſtitia: ſi ad tempus eſt vſura: quia & mutuum cum lucro: vt patet ex dictis ſuprà Vſura. ij. Si autē lucrum veniret partim ex tēpore, partim ex alio, puta diſtantia localis: eſt iniuſtum, & reſtitutioni obnoxium ſolùm ex ea parte qua venit ex tēpore: quia eſſet iniuſta venditio: quæ tamē tenet, niſi eſſet iniuſta vltra dimidiā: & cōſequenter ſufficit pretium reducere ad æqualitatē reſtituto eo quo pecunia diſtans minus iuſto emitur: quia ſoluitur ante tempus. Sed aduerte quòd lucrum non venit hic ex tempore eo ipſo quòd conſideratur tempus, ſed ex eo quòd cāpſor plus vult lucrari cum eo qui accepta nō reſtituit niſi poſt tempus, quàm cum eo qui reſtituit ſtatum in tempore cōſueto pro cambijs dari ad arbitriū boni viri: vt poſsint cō modè literæ mitti & pecuniæ coadunari & reddi. ¶ Tertiū. Cùm huiuſmodi cambia ſemper ſint cum lucro vel ſpe lucri, nunquam licitè fiunt per contractū mutui: quia eſſet ibi vſura formaliter ex vſuræ diffinitione: & conſequenter ſunt licita ſolùm per contractū permutatiōis aut emptionis: cùm hi ſoli cōtractus hic accidāt: & cōſequenter oportet ſeruare ibi leges permutatiōis & emptionis: & cōſequenter quòd numiſma datum & acceptum iuſtè appretietur, & hinc inde ſit æqualitas, quam cōtractus iſti requirunt, cùm ſpectēt ad iuſtitiam cōmutatiuam: & ſi pecunia quę emitur à campſore ematur minus eo quod nunc æſtimatur ratione incerti valoris futuri, oportet qp ſit probabiliter dubium an tempore redditiōis vel ſolutionis plus aut minus ſit valitura. extra eo. c. fi. iuxta dicta etiam 3. Vſura. iij. §. ij. ¶ Quartum. Ad iuſtè appretiandū pecuniam venalem cūm hac arte diffiniri non poſsit, oportet vt arbitrio boni viri, id eſt, iuſti & ſapientis, penſatis cōditionibus ex qualitate numiſmatū & diſtātia locali & alijs ad rem facientibus. de quo ſuprà, §. iij. ¶ Quintum. Quoties cambia ficca nō fiunt verè ſed fictè, vt quia in eodem loco, puta Mediolani, pecunia datur à campſore, & recipitur: licet cōtractus fiat ad rationē cambij per Venetias aut Lugdunū, ſemper præſumitur vſura, & ſemper eſt vſura, quia eſt mutuū cum lucro nomine cābij palliatū. Poſſet tamen ibi eſſe contractus emptiōis pecuniæ futuræ licitus eo modo quo dictum eſt 3. parti. iij. ſed hoc in practica non ſeruatur. ¶ Sextum. Quādo etiā fiunt verè, vt quia pecunia datur Mediolani recipienda Lugduni, ſi hoc fiat non quia Petrus habeat aut habiturū ſe ſperet ſine ſimili intereſſe tēpore reſtitutionis pecuniam Lugduni, quam vult per cambium habere Mediolani: ſed ideo fiat quia Petrus indiget Mediolani pecunia quam gratis habere non poteſt, ſed ſolùm ſub ſpe lucri per cambia: ſecundum aliquos ſi hoc conſtat campſori, aut credit probabiliter vel eſt paratus facere, etiā ſi ſciret, eſt vſura nomine cambij palliata, quia fit in fraudē vſurarū: ſicut cùm à pauperibus emūtur boues quos non habēt, de quo 3. Vſura ij. §. vlt. nec eſt ibi venditio, aut permutatio, cùm nō ſit res venalis aut permutabilis nec in ſe nec in ſua cauſa: ſed eſt ibi mutuum cum lucro ex intentione. Si verò probabiliter dubitat, tenetur ceſſare à contractu donec certificetur: alioquin exponeret ſe diſcrimini, cōtra c. iuuenis. de ſpon. Noranter dicitur, ſine cōſimili intereſſe: quia ſi Petrus haberet Lugduni aliquē mutuantē pecuniā gratis: licet oporteret eum ſoluere aliquid ei qui laborem ſumeret accipiēdi pecuniam & reſpondendi cāpſori eo modo quo alijs factoribus ſoluitur certū quid pro centenario, nō eſſet illicitū: quia illa pecunia reſtituēda habetur in fide amici. Sed iſta opinio non videtur vera: quia emptori & permutanti ſufficit emere vel permutare iuſtè, id eſt, ſecundū æqualitatem abſolutam iuſtitię, ab eo vel cum eo qui poterat licitè vendere aut permutare: nec tenetur quærere vtrū habeat rem venditam vel permutatā ſine intereſſe: modò licitè habeat. Nec eſt ſimile de emente boues à paupere: quia ille nec habet nec eſt habiturus boues: iſte autem eſt habiturus pecunias quas vēdit aut permutat. ¶† Decimò quæritur, quid dicendum ſit in ſpecie de ſingulis modis cambiorū ficcorū ex parte campſoris, & primò quantum ad cambium per Venetias? Et dico multa. ¶ Primum. Cambium factum primo modo, id eſt, ad libras groſſorum ſiue per Venetias: nō poteſt eſſe locatio operarū, ſicut nec generaliter in cambijs ſiccis, vt dictū eſt: nec permutatio, quę ſemper eſt certæ ſpeciei ad certam ſpeciē: quia licet hic ſit certa ſumma quæ datur: quæ tamē reddēda eſt, incerta eſt: poteſt autem hic eſſe mutuū formaliter: poteſt etiā eſſe venditio pecuniæ futuræ in tali valore: ſed erit venditio formaliter, id eſt, ſecundū formā exteriorē, & mutuum virtualiter: quia ſecundum mentē S. Tho. quoties prius tempore traditur res vendita quàm pretiū: vt in vēditione ad tēpus vel econtrario, vt in anticipata ſolutione, eſt virtualiter mutuū: venditio autē pura ſine mutuo nō eſt, niſi vbi res & pretium eodē tēpore exhibentur. Cognoſcetur autē ibi eſſe mutuum formaliter aut venditio ex verbis quibus vtuntur contrahentes: vt ſi dicit campſor, Mutuo tibi hoc pacto, vel emo à te tale quid. vel dicat idem alijs verbis æquipollentibus. Et ſi de intentione nō conſtat, & verba ſunt cōmunia ad licitum & illicitum contractum, vt da mihi ſic dabo tibi ſic: debet interpretari iuxta licitum: quia cæteris paribus potius voluerūt licitè cōtrahere. Vnde & ſecūdum aliquos Iuriſtas ſi natura verborum non habet repugnantiā ad naturam cōtractus. ſupple, etiā virtualiter inteti, debēt ei adaptari. ff. de dam. infec. l. damni infecti. ff. de vſur. l. ſi ſtipulatus. §. verum. no. C. de loca. l. locationes. & ff. de condi. ob cauſ. l. fin. Facit etiam quia omnis contractus præſumitur licitus, niſi probetur illicitus. C. de vſur. l. ſi ea. & l. oleo. ff. de probat. l. ab ea pte. & in dubio præſumitur abeſſe dolus & culpa, niſi probet. ff. de proba. l. quæſtione. §. qui dolo. Vtrum autem liceat hoc cambium, quod non eſt cambium in veritate. l. auren. de Ridol. vt recitat Arch. laborat in ſaluando: & poſt multa tandē potius conſuluit abſtinendum quàm ſoluat: ſed ex dictis patet reſponſio certa: quia ſi contractus fiat ſub forma mutui, eſt formaliter vſura: quia & mutuū eſt cum ſpe principaliter lucri: & ſi nō ſemper cum lucro: excuſari tamē poſſet cāpſor ratione intereſſe eo modo quo & lucrum in mutuo: vt quia aliter volebat campſor de ſuis pecunijs lucrari, vel huiuſmodi. Si verò fiat ſub forma vēditionis, eſt licitū, ſi dubiū probabile ſit vtrum tempore reſtitutionis decē libræ groſſorū plus aut minus ſint valituræ quàm ſit id, quod nūc pro eis ſoluitur: vt patet in c. fi. eo. tit. & intellige ſeruatis omnibus quæ ſunt de ratione iuſtæ venditionis. ¶ Secūdum. Non obſtat autē ei quod dictum eſt hic eſſe mutuū, ſi arguatur primò quia in mutuo eſt obligatio ad reſtitutionem eiuſdē in eodem genere, puta ducatorū pro ducatis, & monetæ pro moneta. ff. de ſol. l. Paulus. quod nō eſt hic. Vnde ſi conuentio ſit vt reſtitutio fiat in alio genere, puta reſtituendo vinū pro tritico, aut carlenos pro ducatis, nō eſt mutuū, ſed contractus innominatus. ff. ſi certum peta. l. v. in prine. Dico eñ quòd ſi hic non ſit venditio, & cōſequenter ſit mutuū, obligatio ad reſtitutionem tanti in eodem genere, quantum ad menſurā pecuniæ quæ eſt valor eius legalis: vt ſi datæ ſunt decē libræ, reſtituantur decem. licet non quātum ad pecuniæ materiam: quia ſi data eſt moneta, poteſt reddi aurū, modò æquipolleat, & ecōtrario: quia aurum & argentū monetatū quantum ad valorem legalem ſunt eiuſdem generis: quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

decem libræ in auro,& decem in argento sunt idem pretiũ specie. Et si fiat pactũ de restituẽda certa moneta aut erit emptio,aut alius erit ratione mutationis eius in valore legali:& sic stabit ratio mutui. Et si quid ista argumentatio valeret,cõcluderet q̃ Iudæi publicè fœnerantes nõ mutuent:qa nõ exigũt autũ pro auro,sed solùm æquivalentẽ summæ: & cõsequenter nõ essent vsurarij. ¶ Tertiũ. Nõ obst.etiã si arguatur secundò quòd mutuũ fit ad preces rogantis. ff.si cert. pet.l rogasti.& cõsequẽter solùm contemplatione accipientis: vt in §.creditor.Insti quib.mo.re cõrah.obli.& in l.si vt certo.§.cõmodatũ ff.cõmo.hic aute & in alijs cambijs siccis nõ est sic:cùm aliquãdo pecunia detur ad beneficiũ vtriusq;: vt cùm vnus eget pecunia Mediolani,alius Lugduni. Dico eñ quòd dictæ leges & similes loquuntur quãdo mutuũ datur eo modo quo dari debet:nõ autẽ quãdo datur advsurã:aliquin nõ mutuarent publici fœneratores:qa quod dat,est ad vtilitatem eorum cùm inde lucrentur:& similiter accipientis aliquãdo,cùm inde rem suã pecuret & augeat plus quàm vsura sit soluta. ¶ Quartũ. Nõ ob.etiã si arguatur tertiò:quia nõ est mutuũ vbi is qui dat,substat periculo dati vt hic: quia si libræ grossorũ minus valebũt,perdet campsor. Dico enim esse mutuum vbi dãs subst at periculo dati ex hoc quòd non transfert eius proprietatẽ in accipientem:secus vbi subst at periculo lucri tolũm,aut lucri cum parte modica capitalis, quod casu fortuito incumberet accipiẽti,nõ dãti,vt hic: vbi saltẽ salua est pars capitalis,quam valet moneta restituẽda: saltẽ vt est talis ac tãta materia. ¶† Vndecimò quæritur,qd specialiter de cambio secũdo modo scilicet per Lugdunũ, in quo campsor dat Mediolani sexaginta scuta valentia xxviij grossos,pro singulis recepturus sexaginta Lugduni vbi valent grossos triginta. Et dico multa. ¶ Primũ. In hoc cambio nõ potest esse locatio operarũ ex parte cãpsoris vt loquimur,sicut nec in aliquo cãbio ficco:põt autẽ ibi esse mutuũ, vt patet:& similiter vẽditio siue pecunia restituẽda sit tẽpore & loco distãs,siue sit distãs loco & tẽpore,id est,futura,vt patet ex dictis. Potest etiam ibi esse permutatio,si vtraq; pecunia sit præsens tempore,etiã si esset omnino eiusdẽ rationis,quæ datur & redditur,puta scutaeimò si esset eadẽ numero:quia ea quæ redditur est affecta qualitate distantiæ localis:& sic est aliquo modo alia.vnde & minus valet seipsa nõ distãte nõ autẽ põt esse permutatio si pecunia reddẽda sit futura,quia valor erit incertus. ¶ Secũdũ. Si in cambio isto sit mutuũ,erit ibi formaliter vsura:quia mutuũ est cùm spe principalis lucri,licet nõ semper cum lucro. Si verò sit ibi venditio marchę presentis tempore aut futurę,erit licitus cõtractus si seruẽtur ea quæ pertinẽt ad iustã venditionẽ, puta æqualitas iusti pretij arbitrio bonorũ virorũ, cõsideratis quæ habẽt rẽ facere maioris vel minoris pretij,& huiusmodi. Et idẽ suo modo dic si sit ibi permutatio. ¶ Tertiũ. Tẽpus autẽ mediũ inter dationẽ & receptionẽ in hoc cõtractu tripliciter se potest habere. Primò vt necessariò cõsequitur distantiã loca lẽ,secundũ quam nihil in tẽpore moueri potest. Secundò vt in eo sit rerũ varietas,ita q̃ in principio alicuius tẽporis res vna venalis potest habere vnũ pretium,& in medio aliud, & in fine aliud propter rerũ mutationes & euẽtus. Tertiò vt in eo pecunia campsoris manet otiosa ipsi cãpsori, licet alteri fortè fructuosa. Igitur si campsor vult dare minorẽ summã pro recipienda aut pro data recipere maiore ratione maioris tẽporis primo modo cõsideratã nõ est illicitũ:quia hoc nõ est gratia tẽporis,sed gratia distantię localis,etiã si tẽpus sit aliquãtulũ maius quàm hæc distantia requirat: quia datur ad debitã & honestã cõmoditatẽ restituentis secundũ arbitrium bonorũ:quia non potest habitis literis semper statim reddere summã. Si vult dare minus aut recipere plus ratiõe tẽporis cõsiderati secũdo modo,etiã est licitũ aliquãdo,quia hoc nõ est gratia temporis,sed rei in tẽpore, quæ aliquãdo plus aliquãdo minus valet:sicut marcha venalis Lugduni valet aliquãdo plus aliquãdo minus secũdũ penuriã & abũdantiã vẽditorũ vel emptorũ. Sed in hoc aduerte q̃ nõ fit variatio iusti pretij solùm ex hoc q̃ mercatores plus aut minus existimẽt aliquid valere ex eo q̃ citius aut tardius tarderetur quasi fit vtilius vel minus vtile,vt videt̃ existimasse do. Paude Mo.in suo tract.de causa.& magister Raph.de Perna.in tract.de pagis.tum quia sic nunqua esset iniustũ soluere minus ratione anticipatæ solutionis.quod reprobatur ab omnibus,maximè S.Th.tum etiã quia hoc esset cõsiderare otiositatem suæ pecuniæ,quã vterq; illorũ damnat. Et si obijciatur q̃ res loco distans minus valet:ergo & distãs tẽpore:dico q̃ res distans loco minus valet:quia nõ reducitur ad præsentẽ locũ sine labore & expẽsis & periculis:ad præsens autẽ tempus reducitur sine duobus primis,non sine tertio,id est, periculo: & hac ratione minus valet:nõ autẽ ex eo'quòd pecunia ementis sit otiosa. Si autẽ vult minus dare qui plus accipere ratione tẽporis tertio modo,secundũ omnes,est vsura: sicut si campsor emit ad primas nũdinas, & eis aduenientibus prolongat terminũ ad sc̃das accepto alio lucro: secus si cõmuni æstimatione in secundis nũdinis marcha esset plus valitura. ¶ Quartũ. Si gratia tẽporis tertio modo cõsiderati campsor aliquid accipit,sicut ferè semper contingit,vẽditio erit iniusta,sed nõ rescindẽda:nisi iniustitia esset vltra dimidiam partẽ iusti pretij. Vnde nõ oportet campsorẽ lucrũ totũ restituere:sed pro ea parte,quam tẽpus sibi attulit. ¶† Duodecimò quæritur,quid de alijs cambijs tertio & quarto modo, id est,per Londres & Bruges:aut etiã quinto modo, quando scilicet dãtur aurei Mediolani,vt restituatur Romę vbi plus valent? Et dico multa. ¶ Primũ. Omnes isti modi cõueniunt in vna ratione:quia in omnibus speratur lucrũ ex vario pecuniarum valore,vt dictũ est. ¶ Secundum. In his cambijs non potest esse locatio, vt patet ex dictis: potest autem ibi esse mutuũ & permutatio,si pecuniæ sunt tẽpore præsentes, vt tunc valor certus sit & vẽditio,siue vtraq; sint præsentia,siue data tãtũ:vt patet ex dictis. ¶ Tertiũ. Erit autẽ vsura si sit mutuũ & permutatio iusta:& similiter venditio si seruẽtur requisita ad hos cõtractus,id est, æqualitas pretij ad rem arbitrio bonorum,&c. De sexto autẽ modo iam patet ex dictis. Hoc notato quòd non dicitur recambiũ nisi eadẽ sit persona,cui primò datum est cambiũ: quia qua ratione dicitur cambiũ, quãdo Mediolani datur pecunia pro Lugduno, dicitur etiã cambiũ quãdo datur Lugduni pro Mediolano. ¶† Decimotertiò quæritur,quid de illo cõtractu,qui fit in curia Romana? Et dico q̃ Arch.illud damnat tanquã magnã & manifestam vsurã:si tamen reduceretur ille contractus ad iustũ contractũ,puta emptionis & vẽditionis,posset licitè fieri:sed ita de facto nõ fit. ¶† Decimoquartò quæritur,quid dicendũ sit de cambijs ex parte Petri cambium accipientis? Et dico reducendo omnes cõclusiones in suũ principiũ, q̃ sicut quãdo Petrus primò accipit à campsore, & secũdò dat,cambiũ est siccum ex parte cãpsoris:ita & quãdo ipse petrus primò dat, & secundò accipit,est siccum ex parte Petri:& de eo,vt de cãpsore,indicandum,est ex dictis. Circa cambia multa dici possent propter mercatorũ varios modos & subtilitates: sed ex dictis possunt omnia decidi,& responderi ad varia argumenta quæ fiũt,& ad varios casus circa istam materiam accidentes,qui omnes per prædicta decidi possunt. Ex quibus etiam dictis patet quòd malè Sum.Ang.omnia cambia sicca indistinctè damnat:& peius Sum.Ros., indistinctè eam probat.

Rur

Rursus de Vsura v. vbi sit quo ad montes seu impræstita vel loca communitatum.

1 *Ciuitas an compellere possit ciues ad sibi mutuandum.*
2 *Ciuitas quando detur sub fœnore. & an talis prouentus vendatur.numer.seq.*

VSVRA quintò cõsiderari potest quantũ ad montes impræstita & loca. Pro quo aduerte q̃ cõmunitas habens reditus prædiorũ vel gabellarũ põt vendere eorum,pprietatem cũ pacto reaffrancãdi, interim accipiendo benõi ad affictũ:põt etiã vendere ius exigendi prouentus incertos:potest etiã aliquãdo cõstituere nouas gabellas & vendere: & in hoc cõsistit constitutio & venditio locorum Genuæ & impræstitarũ & montium. Specialiter autẽ loquendo de locis Genuæ,vt refert do.Bart.de Bosco Doctor clarissimus & cõscientiatus,factũ est tale:Cõmunitas eñ indigẽs cẽtum millibus aureorum cogit aliquos ciues ad eos exhibendum diuisa tota summa per centenarium librarũ quæ appellat loca:& pro satisfactione assignauit gabellã nouã vel antiquam annuatim vendendam. Ex cuius reditibus respondeatur dictis ciuibus ad rationem vij.vel viij.pro singulo cẽtenario librarũ:cùm hoc q̃ ipsi aliud petere nequeãt, & cõmunitas possit reddere pecunias & rehabere gabellã:& si di ẽti prouentus nõ ascenderint ad dicta vij.vel viij.dãnũ sit ciuium. Si verò trãscenderent,vtilitas sit cõmunitatis:ita q̃ di ẽti ciues subst ẽt periculo capitalis: vt si ciuitas destrueretur: & proue ntuum inquantũ gabella malè fructificat. Deinde probat dictus Doctor q̃ iste cõtractus est emptionis & venditionis aut dationis in solutum, quæ ei similis est eiusq; vicẽ obtinet. C.de emẽct.l.si prædiũ.& l.ob causam.ff. de pig. actio.l.elegãter.in prin.& ff.de emẽ l.si plus.ita quod devno dicitur,intelligitur de alio. Et intellige q̃ interuenit etiam condicio de reaffrancando,ita volente cõmunitate. ¶† Primò ergo quæritur, vtrum cõmunitas possit cõpellere ciues ad sibi mutuandũ? Et dico q̃ sic:quia cõpellere potest ad dãdum,quod est fortius:de quo dicvt s̃.Gabella.iiij.per totum. & consequenter potest cõpellere subditos ad emendum possessionem & reditum ab ipsa cõmunitate à fortiori: siue ematur proprietas,& detur cõmunitati ad affictũ: siue ematur ius exigendi reditus incertos quo ad summã.quod etiam colligitur ex dictis s̃.Emptio.§.v. ¶ Secundò quæritur,vtrũ ciuis coactus exhibere pecuniã cõmunitati,licitè possit percipere certũ quid:puta quinq; pro centenario sibi à cõmunitate taxata annuatim? Et dico circa hoc & circa totam materiã huius tituli multos multa & cõtraria scripsisse:de quibus diffusissimè & ad saturitatem vel nauseã:vide Archi.in ij.parte.tit.j.c.xj. Ego autem sequens Doctores famosiores & rationes meliores,& ea quæ superius in multis locis determinata sunt,sic distinguo. Nam aut cõmunitas habet reditus,puta gabellarũ vel possessionũ,aut nõ. Et quidem si habet,potest pro cõmuni bono cogere ciues ad emendũ proprietatem,vt dictũ est:& dare eis tales reditus in totũ vel secundum aliquã partem pro indiuiso cũ pacto reaffrancandi siue redimendi proprietatem interim certũ affictũ reddendo sc̃dm quantitatem datæ pecuniæ & redditionem seu fructificationem gabellarũ,vel possessionũ datarũ in solutum, vel etiã ad emendũ ius exigendi reditus. Sic eñ est emptio & venditio,nõ obstante q̃ subditi nõ intendãt fortè emere: quia cõitas sic potuit eos ad hoc cogere:vel est datio in solutum.quod idem est. Et sc̃dm hãc viã intelligo Io.de Saxo. Io. And.do Ant.& communiter modernos in d.c.in ciuitate.volentes quòd tales subditi licitè tale lucrum percipiunt:& secundum hoc licita sunt loca Genuæ, impræstitæ Venetiarum,& mons Florẽtiæ. Et vltra communem doctrinam addo quòd si intentio sit recta,& conscientia non vacillet, possent ciues etiam sponte emere tales reditus:quia sicut prius tus,ita & cõmunitas potest vendere sua iura,& ab ea emi potest. & sic verè licitè emerent subditi,qui vellent q̃ dicta iura sibi perpetuò manerent. Si verò cõmunitas nõ haber reditus,vel si habet,iam exhausit:Sum. Ang.dicit duo. Primũ, q̃ talis ciuis nihil põt accipere vltra sortem sine vsura. Secundũ, quòd rõne veri interesse potest aliquid accipere, secundum S.Th.ij.ij.q.lxij.ar.iiij. Sed ego cõtra primũ dico quòd imò potest,si intentio,sit recta,& cõscientia sana,etiam secundũ fundamentum d.Summæ, quãdo cõmunitas potest nouam gabellã ponere:quia vendi & emi potest afflictus nouiter instituta:vt s̃.vsura.ij.§.xij. Et contra sc̃m dico quòd est verum solùm quòd cõmunitas huiusmodi onera aliquibus particulariter imponit,siue habeat reditus,siue nõ habeat:non autem quãdo omnibus proportionaliter eo modo quo licitè põt:quia tũc nullũ est interesse. nec hoc casu loquitur S.Th. ¶† Secundò quæritur,vtrum aliquid possint sponte dare cõmunitati vt tale quid annuatim habeant? Et dicit Laur.de Rido.quòd sic,si quinq; cõcurrant. Primò quòd reditus non sit excessiuus sed cõueniens. Secundò quòd reditus fiat de, & super bonis cõmunitatis: quia si fieret relatio tm̃ ad cõitatis personã esset illicitũ. Tertiò q̃ nulla detur facultas resoluendi contractũ pro maiori vel minori pretio. Quartò q̃ tempus sit incertũ,puta ad vitã ementis,vel alterius, vel ad aliud tempus incertũ. Quintò q̃ tales ementes nõ cõsueuerint fœnerari. Vel potest breuius dici q̃ hoc licet,si interueniat emptio & venditio:si seruentur cõditiones iustæ emptionis & venditionis. Et similiter licet,si hoc sit per viã mutui:& dãs mouetur pietate & necessitate cõitatis,aliquid accipiens solùm rõne suæ indemnitatis vel sui interesse,ar. dictorũ s̃. Vsura.j.§.xxiiij. Si verò hoc facit,vt sic mutuando lucretur, vsura est. ¶† Tertiò quæritur, vtrũ possit quis licitè emere iura eorũ qui licitè à cõitate percipiũt aliquid annuatim? Et dicit Io.de Saxo.in sua Sum.& do.Ant.quòd sic:quia emit reditum iam in pecunia constitutum: & stat periculo emptoris:& propter multa alia,de quibus Pe.de Anch in c.vsurarum.eo.ti.lib.vj. Quod limita nisi aliquid fiat in fraudem:puta quia non intendit quis emere, sed interim ex sua pecunia lucrari. Limitanda sunt etiam omnia prædicta essevera,nisi communitas ipsã notabiliter læderetur: quia cùm pupillo comparetur,vt l.rem publicam.C.de iur.reip.admittrato res eius possent eam damnificare: nec valeret factum eorũ in damnum eius:vt l.ordinis.C.de decre.decu.& l.præses.C. de transact.& l.ambitiosã.C.de pact.ab or.fac. De pagis & scriptis banchorum,vide s̃.Vsura.ij.§.xiiij parti vlt.& penul. ¶† Quartò quæritur,quid de monte pietatis? Et dico quòd res in se est dubia:quod probat varietas opinionum:& consequenter papa esset consulendus: & interim esset abstinendum,ne quis exponat se discrimini: & ad hoc rogatus aliàs feci consilium quòd nõ liceat. Dico etiam quòd valde bene facerent communitates soluere officialibus ex publico: & valde malè faciunt qui communitates volentes hoc facere peruertunt:& multò nequius qui eas auertunt malo fine:puta propter superbiam,vt videantur vicisse pugnam,aut propter cupiditatem,vt de excrescentijs participent.

Rursus de Vsura sextò quantum ad restitutionem eius in genere.

1 *Vsura solutio an transferat dominium.*
2 *Vsurarius an teneatur restituere,quomodo, & cui.& num.* 3.4.6.7.& 8.

5 *Vsuræ q̃ bona amſint tacitè obligata pro reſtitutione.*
9 *Iurans ſoluere vſuras qualiter relaxetur.*
10 *Vſuræ q̃ hæredi ſui alter ſis nõ ſoluẽdo an alter reſtituat totũ*

VSVRA ſexto conſiderari poteſt quantũ ad obligationem reſtituendi in genere. ¶† Primò ergo quæritur, q̃ fundamento multorum dicendorum, vtrum in vſura ſoluta dominium transferatur? Et dicit S. Tho. ij. ij. q. lxxviij. art. iij. in 1. cor. quòd non, ſi id quod pervſurariũ extortũ eſt, ſit res, cuius vſus non ſit conſumptio. & idem videtur ſentire ibi ad tertium, etiam ſi eius vſus ſit conſumptio. quod intellige niſi eſſet alijs ſui generis commiſta. vnde malè Sum. Ro. aſſcribit S. Thom. quòd teneat vſura dominium transferri. Quod autem idẽ dicit in iiij. diſt. xv. q. ij. ar. iiij. q. ij. quòd trãsfertur, loquitur ſecundum opinionem aliorum, vt ibi patet. Et eſt verum ſi res ſubrepta ſit ſuo vſu conſumptibilis, & alijs cõmiſta. Ad quorũ notitiam ſic diſtinguo. Nam aut res pervſuram ſubrepta, eſt ſuo vſu conſumptibilis, cõſiſtens ſcilicet in numero, pondere, & menſura, vt pecunia, granũ, vinũ, & huiſmodi: & ſic cùm iſta recipiant functionem in genere ſuo. l. ij. §. j. ff. ſi cer. peta. abſq; dubio in iſtis dominium transfert, ſi permiſta ſunt vel conſumpta. l. ſi alieni numi. ff. de ſol. & l. nam & ſi fur. ff. ſi cer. peta. & l. ſi frumentũ. ff. de rei ven. Aut tale ſolutum ſunt res mobiles, quę ſeruãdo ſeruari poſſunt, ſcilicet ipſo vſu nõ cõſumptibiles, vel res immobiles: & in his an tranſeat dominium nécne, ſunt opiniones. Nã glo. & Inno. in c. Michaël. de vſur. tẽ. et vſurarium teneri ad reſtitutionem ex quaſi cõtractu per condictionem indebiti, vel ſine cauſa, quaſi non debitum acceperit. Et conſequenter dominium eſſet trãſtarum: cùm omnis condictio ſit perſonalis actio, & non detur pro re propria niſi contra furem: ſed tm̃ pro re nõ ſua, ſed ſibi debita. l. ſi. in ſi. ff. de vſufr. quemad. cauc. & Inſti. de act. §. ſic itaq;. Et idem videtur tenere gl. in c. ſi quis vſurã. xiiij. q. iij. & in c. ſi epiſcopũ. xvj. q. vj. & in c. ex trãſmiſſa. de deci. & in c. debitores. de iureiu. Et poteſt eſſe ratio: quia quãdo traditio habet cõſenſum domini tradentis, trãſfert dominium. l. contractus. & ibi per gloſ. C. de fid. inſtr. & in l. nullum. C. ſi quis al. vel ſib. & no. in l. traditionibus. C. de pac. Et licet tradat voluntate coacta, tamen voluntas eſt ſufficiens ad trãſlationẽ dominij. l. ſi mulier. ff. quod me. cau. xv. q. j. merito. Et hanc opinionẽ ſequitur Sum. Ro. cõtra Ang. & eam falsò aſſcribit S. Tho. Sed prædictis non obſtantibus dico cum S. Tho. vbi ſ. quòd nullo modo transfertur dominium. Nam ex nuda traditione dominium nõ transfertur. l. nunquàm nuda. & ibi per gl. ff. de acquir. re. domi. & d. l. traditionibus. Solutum autem pro vſura nudè traditur: vt patet ſi inſpiciantur omnes tituli, ex quibus res acquiritur quo ad dominium: de quibus ſ. aliqualiter dictum eſt in verbo, Vſucapio. §. iiij. quorum nulla reſtitur: niſi dicatur quòd reſtitur titulo pro ſoluto ratiõe pacti ſeu promiſsionis. Sed dico quòd tale pactum ſeu promiſsio eſt nulla, nec inde oritur aliqua obligatio naturalis vel ciuilis: vt patet in c. dabitores. de iure iur. vbi hoc tenet prima glo. & Io. de Imo. & Pan. Et ratio: quia cùm lex reſiſtit, non oritur obligatio, etiam naturalis, etiam ſi alteri contrahentium tantùm reſiſtat. l. cùm lex. & ibi Bar. ff. de fideiuſ. Vſura autem prohibetur pagina vtriuſq; Teſtamenti. de vſur. ſuper eo. & eſt contra naturam, vt probat Ariſto. in lib. Poli. Vnde pactum vel promiſsio ſoluendi vſuras non inducit obligationem: & conſequenter dici non poteſt quòd veſtiatur pro ſoluto. Si dicatur quòd ſoluit, ſaltẽ credens ſe debere, & ſic per errorẽ, quod ſuffi cit ad trãſlationem dominij? Et nor. in c. ſi. de ſolu. hoc negatur: quia cõiter tales ſciũt ſe nõ obligatos: maximè quia eſſet ignorãtia dãnabiles. Si verò recapituletur quòd ex conſequenti ſoluunt ſcienter indebitum: & ſic tranſfertur dominium, cùm donare præſumantur. l. cuius per errorem. ff. de reg. iu. reſpondet Hoſt. verum eſſe, ſi ſolutio non ſit improbata à iure: ſecus ſi ſit improbata: vt in caſu noſtro. Sequitur ergo quòd nõ eſt donatio vera: quia nemo ſic intendit. nec præſumpta: quia improbatur à iure: nec ſolutio debitẽ veri vel putatiuè veri: & conſequenter eſt traditio nuda: & ſic dominiũ nõ trãſfertur. Hoc idem probatur per gl. in d. l. traditionibus. quæ vult q̃ ad hoc vt traditio trãſferat dominiũ, requiritur quòd ſit facta cum cauſa: vt d. l. nũquàm. & quòd cauſa ſit idonea. §. per traditionem. Inſt. de re. diui. & à domino. l. traditio. ff. de acqui. re. do. quod nõ eſt in ſoluto prouſuris: quia & ſi ſit cauſa, nõ tm̃ idonea. Probat etiã idem hac rõne: Ex cõtractu nullo & cui lex reſiſtit, nũquàm dominiũ trãſfertur. l. nõ dubiũ. G. de legi. & tenet Bar. & cõiter Doc. l. j. §. ſi vir vxori. ff. de acqui. poſ. cõtractus aũt vſurarius eſt huiuſmodi: vt patet in c. ij. & iij. & in c. cõſuluit. eo. ti. Vñ per eũ dominiũ nõ trãſfert. Et hãc opinionem tenent cõiter Doc. in can literis. & ibi Io. And. & do. Ant. in c. quãquàm. de vſur. li. vj. & ibi Io. And. Ge. & Fed. in ſuo cõſi. xxj. & Ang. in ſua diſputatiõe q̃ incipit, Aſtẽ ſis miles. circa fi. qui dicũt q̃ vſurarius ad reſtitutionẽ tenetur ex delicto damnato ac reprobato pagina vtriuſq; Teſtamenti. eo. tit. tua nos. ibi, in crimine. & cõſequenter nõ acquiritur dominium: quia obligatus ex delicto ad rẽ aliquã reſtituendã, nõ eſt dominus, vt patet in fure. l. in re furtiua. & l. ſi nõ manifeſtus. ff. de cõd. fur. Hãc etiã tenet S. Tho. vt patuit & ſequũtur cõiter Theologi: & tenenda eſt, p̃ſertim in foro cõſciẽtiæ: quia ſicut dicit Arch. in c. ſi quis vſurã. xiiij. q. iiij. ſicut vi cõpulſiua rẽ alienã rapiẽs fictiõe iuris ciuilis efficitur dominus rei, tm̃ iure prætorio penes priorẽ dominũ manet rei dominiũ. l. metũ aute præſentẽ. §. Iulianus. ff. quod met. cau. ſic ſaltẽ dicendũ eſt in ſoluto pro vſuris. Nec obſtãt gl. in contrariũ adductæ, cùm poſſit dici quòd ibi non figũt pedes. quod patet: quia voluerũt etiã inducere hypothecam ſi per omnibus bonis prouſuris reſtituendis. Vel dicendũ quòd verè ſunt in rebus vſu cõſumptibilibus cõmiſtis. Non obſtat etiam ratio adducta in cõtrariũ: quia non ſolùm requiritur traditio & conſenſus tradentis, ſed etiã titulus verus, aut putatiuè verus, vt probatũ eſt. Et ſi quis velit contendere quòd fictione iuris ciuilis efficitur dominus: tamen iure diuino & canonico oportet dicere quòd rei dominiũ remaneat apud ſoluentem, niſi aliud ex eius voluntate diſponatur: & ſic perinde eſt in cõſcientia quo ad omnem effectũ, ac ſi non eſſet dominium tranſlatum. Quod etiam patet: quia ſi res extat, ſemper vſurarius tenetur eam reſtituere cũ fructibus, vt dicetur. Nec põt dare tantundem ſine æſtimatione contra voluntatem domini: cùm iura adſtringant eum ad reſtituendũ quod tam prauè accipit. de vſur. c. cùm tu. & facit l. ij. in prin. ff. ſi cer. pet. & eſt text. clarus in c. ſi res. xiiij. quæſtione vj. Si verò alienauerit, tunc de æquitate canonica tertius poſſidẽs conueniri poteſt, & ab eo dicta res iudicis officio auocari, vt notabiliter tenet Bald. in l. rem quam. C. de iure dot. nulla habita ratione an poſſideat titulo oneroſo vel lucratiuo. Licet hæc diſtinctio fiat in re empta ex pecunia vſuraria, per gloſſ. in d. capite, cùm tu. in fine. Io re autem ipſa formaliter data pro vſuris, dicta diſtinctio non cadit: ſed peti poteſt à poſſidente, etiã titulo oneroſo, ex quo res affecta eſt illo vitio. Ad quod facit. l. ſi cùm exceptione. §. aliquando. & l. metum. §. Iulianus. ff. quod me. cau. iuncta æquiparatione Arch. in d. capite, ſi quis vſuram. Quidam tamen, vt Supple. diſtinguunt prędicta eſſevera in re, quam vſurarius lucratus eſt ex pacto legis commiſſoriæ: de quo ſuprà, Pactum §. xij. nõ in alijs. Sed iuxta prædicta dico verũ eſſe indiſtinctè. Nec voluntas

luntas coacta, eſt voluntas ſufficiens ad tranſlationem dominij nec iuuat ad hoc allegata hoc probant, ſed potius oppoſitum, vt patet in dicta. l. ſi mulier. ſufficit tamen ad peccatum, vt probatur. c. merito. vnde nec vſurarius tenetur per condictionem indebiti. ¶† Secundò quæritur, vtrum vſurarius teneatur reſtituere, & quid? Et dico multa. ¶ Primũ. Vſurarius tenetur reſtituere vſuras: quia cõtra iuſtitiam ſubtrahitur: vt probat Philoſopus primo Poli. & ſimiliter fructus rei per vſuram ſubreptæ, ſi erat lucroſa. de quo dic vt ſuprà Reſtitutio. iij. §. ix. ¶ Secundũ. Secũdum aliquos etiã tenetur reſtituere lucrum factum ex pecunia vſuraria. Sed verius dic ſecundum Ray. quòd ſi ex pecunia vſuraria negotiando lucratus eſt, vel emens prædiũ fructus percepit, hoc reſtituere non tenetur. Et concord. VI. & S. Tho. ij. ij. q. lxxviij. quia tale lucrum nõ eſt fructus pecuniæ, ſed humanę induſtriæ: & poſſeſsio empta ex tali pecunia eſt res ementis. ¶ Tertium. Tenetur etiam, ſecundum Ray. & Alex. Lon. ad omnia damna, quæ alius propter ſolutionem vſuræ paſſus eſt: vt ſi propter hoc domum ſuam vẽdidit vilius: & ſi aliam conduxit, aut ab alio ſibi ſub vſura queſiuit. ¶ Quartum. Non autem tenetur ad intereſſe lucri ceſſantis: quod Alex. Lon. extendere videtur, vt imponit ei Sum. Ro. quòd non ſolùm ad lucrum factibile ex pecunia, ſed etiam ex re lucroſa, dicens quòd vſurarius initiam paſſo dat damnum dupliciter, ſcilicet per ſe & directè, vt cùm inde patitur damnum: & per accidens, ac indirectè, ſcilicet quia non cõſequitur lucrum intentum ex pecunia: & tale damnum reſtituere nõ tenetur. Et hæc etiã diſtinctio fieri poteſt in omnibus habitis pervſuram: ſiue ſint res ex ſe fructificantes, ſiue non. Sanctus autem Bern. vt eadem Summa eidem imponit, videtur tenere quòd etiam nõ teneatur de damno ratione voluntariæ ſolutionis & tranſlationis dominij. Sed quia iſta non cogunt, vt patuit ſuprà eo. §. j. in fine. ideo dico de mente S. Tho. & Ray. & cõmuniter Doct. quòd tenetur de damno emergente & lucro ceſſante rei lucroſæ, quæ non tranſit in eis dominium. de quo dic vt ſuprà Reſtitutio. iij. §. ix. & ſuprà, §. priore. non autem rei nõ lucroſę, quę tranſit in eius dominium alijs commiſta: & conſequenter eſt in eius libertate quòd trãſeat: quia poteſt eam cõmiſcere. ¶† Tertiò quæritur, vtrum vſurarius mentaliter, id eſt, ſine pacto, ſed ex ſola intentione, reſtituere teneatur, & cui? Et dico quòd ſunt opiniones circa hoc. Nam Rich. in iiij. diſt. xv. & Sco. ibi. & Alex. Lon. & Car. in c. conſuluit. & in clem. ex graui. de vſur. tenent quòd non tenetur reſtituere. ſed Inno. Hoſti. & Panor. in c. conſuluit. eod. tit. & Ioan. And. in reg. peccatum. dicunt quòd tenetur. quod etiam videtur velle dictum c. conſuluit. Ego autem de mente Arch. noſtri in ij. parte, tit. ij. c. v. §. penul. ſic diſtinguo. Nam ſi dans dat liberaliter per modum doni, credẽs mutuante hoc nolle exigere, non tenetur neceſſariò reſtituere qui accipit: nec tunc propriè quod accipitur eſt vſura, quia nec datur gratia mutuiſicut etiam, ſecũdum Aegidium, nõ tenetur reſtituere is qui non erat paratus reſtituere, cui ſic remiſsio liberalis ſine vi & fraude: & ſic procedit prima opinio. & facit tex. in l. inter omnes. §. rectè. ff. de fur. vbi contrectans rem credendo inuitum dominum, cõmittit furtum: ſed furti nõ eſt obligatus, ſi dominus erat volens. Et ad idẽ Inſtit. de obli. quæ quaſi ex delic. naſc. §. placet. in fin. Panor. tamen in d. c. voluit q̃ etiam iſto caſu teneatur in foro animæ, ſed primum eſt verius ſecũdum diffinitionem vſuræ ſuprà poſitam. Nec obſt. l. ſi ego. la j. ff. ſi cert. pet. vbi dicitur quòd ſi volui tibi rem donare, & tu credebas eam tibi mutuo dari, nõ efficitur tua ante conſumptionem: quia hoc caſu intentio concedentis & recipientis diſcordantium noſtro verò concordant, quia ille liberaliter dat, & iſte credit liberaliter datum recipere. Non obſt. etiam ratio Ioan. And. in mere. in dicta reg. peccatum. quia ſcilicet contractus à principio fuit vitioſus: & conſequẽter effectus procederet à dicto contractu. quod non eſt verum, cùm procedat ab alio, id eſt, libera donatione, qua ille donat, & iſte donatũ liberaliter recipit. Si verò dans non dat liberaliter, ſed gratia mutui: quia per ſigna videt mutuantẽ ſic velle aut ne reputetur ingratus, & alia vice mutuum non inueniat: tunc reſtituere tenetur neceſſariò. & ſic procedit & limitatur ſecunda opinio, & d. cap. conſuluit. quod vult q̃ talis iudicandus eſt malè agere, & ſic ad accepta reſtituenda in foro animæ efficaciter inducendus. ¶ Cui autem talis reſtituere teneatur: quidam dicunt quòd pauperibus, & no ei qui dedit: quia à ſe voluntariè abdicauit: ſed quia eo caſu quo tenetur reſtituere non abdicauit dans à ſe voluntariè voluntate liberali: ideo dic quòd tenetur eidẽ quia regulariter vſura reſtituitur ſpoliato. Vide etiam §. ſequen. in fin. ¶† Quartò quæritur, vtrum reſtituere teneatur is qui liberaliter ſine intẽtione lucri mutuauit, ſi debitor ei aliquid det gratia mutui: vt quia credebat creditorem ſic velle: vel vt mutuũ plus teneret: aut aliàs libẽtius mutuaret, & huiſmodi? Et dicit Veruec. quòd non tenetur, ſi probabiliter credit datum ſola dilectione. quod intellige primò, etiam ſi gratis illa non dedit: quia, vt dicitur j. q. ij. nulla obligatio ſuſcipiẽti culpæ maculam ingerit, quæ non ex ambientis petitione procedat: & obligatio antidororũ iuſtam parit receptionem per errorẽ ſoluti. l. ſi teſtis. §. j. ff. de fideiuſ. niſi eſſet error facti alieni: puta putabat per ſuum procuratorem eſſe promiſſum, cùm tamen eſſet quia ſic teneretur. Et ſecũdò intellige ſecũdum Ro. & Aſten. eum nõ teneri quãdiu bona fides durat: nec de conſumptis in ea. ff. de peci. hæred. l. vtrum. Si verò probabiliter credit datum propter mutuũ, tenetur, ſecundũ Veruec. ſcilicet inquantum factus eſt locupletior, vel de extantibus. quod Lau. de Ridol. limitat niſi præſcriptiõe ſua facta eſſent, dicens ſibi ſemper placuiſſe glo. in c. vigilanti. & in c. fin. de præſcrip. ſcilicet quòd mala fides ſuperueniens præſcriptioni complet æ non facit aliquem obnoxiũ reſtitutioni. Et idẽ intellige de vſucapione. Non eſt autem, ſecundum Veruec. in bona fide, qui credit vel dubitat probabiliter, nõ propter merã dilectionem, ſed propter dictas cauſas aliquid eſſe datum. Circa hoc autem talis regula ſeruatur: Niſi aliud appareat ex manifeſtis cõiecturis præſumitur mutuum accipiens ea intentione dare qua mutuans mutuauit. vnde ſi mutuauit ex charitate, præſumitur alius ex charitate dare: quia quiſq; præſumitur aliquid dare eo modo quo accipit. ff. mandat. l. ſi verò non remunerãdi. §. inde Papinianus. ¶† Quintò quæritur, vtrum bona vſurarij ſint tacitè obligata pro vſuris reſtituendis? Et videtur velle gloſ. in c. tua. eod. tit. quòd ſic. & ibi dicit Pan. q̃ fuit cõmunis opinio antiquorũ: ſed moderniores cõmuniter tenent oppoſitũ: quia Ioan. And. in c. ij. eo. tit. lib. vj. & Hoſt. in d. c. tua. dicunt hoc nullo iure probari. & idẽ Fed. nec in aliquo facit tex. in c. cùm tu. eo. tit. ſuper quo illi ſe fundarunt: quia ibi non dicitur quòd agatur hypothecaria ſeu reali actione ſuper illis poſſeſsionibus, ſed q̃ debentvendi. Vnde ibi dicit Pan. quòd vbi bona vſurariorum peruenerunt ad aliquem ex titulo oneroſo, nõ poſſunt vẽdicari per debentem recipere vſuras: ſed ſi poſſeſsiones emptę ex pecunia fœnebri peruenerunt ad tertiũ ex cauſa lucratiua: tunc per officium iudicis poterunt vendi: non autem eo reſpectu quòd poſſeſsiones ſint obligatæ: ſed ex quadã æquitate: quia ex quo res mea vel mihi debita peruenit ad te ex cauſa lucratiua, tu teneris reſtituere. l. ſi me & Titium. ff. ſi certũ per. Et ſic poteſt ſaluari glo. in d. c. cùm tu. inquantum diſtinguit inter

inter causam lucratiuam & onerosam. Et ideo cõcludit Hostien. in d. cap. tua. quòd is, ad quem bona vsurariorum peruenerunt titulo singulari, siue ex causa lucratiua, siue onerosa, non potest molestari super illis bonis, etiam prouisuris restituendis: aliàs multi illaquearentur: sed in bonis emptis ex pecunia vsuraria procedere potest illa distinctio an ex causa lucratiua vel ne. Et hæc opinio, vt refert do. Anto. aliàs in facto fuit seruata. Ex quo no. etiam Panor. licitè iudicari posse contra opinionem communem Doct. & etiam glos. quando iure non probatur. ¶ † Sextò quæritur, qualiter vsurarius
6 cogitur restituere? Et dicit Ray. quòd si est publicus, cogitur per diuersas pœnas, quas habes infrà Vsura vlti. ferè per totum: & omnis vsurarius ad restitutionem cogi potest per excommunicationem. extra eod. c. quoniam. & tertiò cogitur: quia si vsurarius repetat ab aliquo vsuras, repellitur per exceptionem, donec & ipse eas restituat, vel fecerit posse suum. extra eod. quia frustra. Et eisdem modis compelluntur hære-
7 des: extra eod. tua. & cap. Michaël. Vide etiam §. seq. ¶ † Septimò quæritur, si quis repetat vsuras, & accipiatur contra eum quòd ipse non soluit eas quas extorsit: & ille respõdeat se paratum restituere, si sit qui petat: quomodo debeat procedere iudex ecclesiasticus? Et dicit Gos. quòd faciet præconizari vt quicunq; soluit vsuras tali veniat, & ei satisfiet: & si non venerit aliquis, procedet prior petitio: si autem veniat & probet, fiet ei restitutio: nec sufficiunt hoc casu pignora vel cautiones. de senten. & re iudic. c. cum aliquibus. ff. de pigno. act. l. quod si non soluere. quod intellige nisi magna forsan causa interueniat: vt dicit Host. & Inno. in c. quia frustra. eod. tit. Quod si is, à quo acceperat vsuras, non sit superstes, nec eius hæres, mandabit iudex pauperibus erogari. extra eod. c. cùm tu. & postquam hoc factum fuerit, petitio procedet: aliàs nõ. Et idem si viuit quidem, sed nescitur vbi sit: tamen si scitur, ad eum mitti non potest. de Iudæ. cap. cùm sit. nisi speretur eius aduentus: quia tunc pecunia consignabitur, & deponetur. Et hæc secundum Host. intellige de vsurario no-
8 torio. ¶ † Octauò quæritur, quomodo cogitur restituere clericus, si fortè fuerit vsurarius vel hæres vsurarij? Et dicit Ray. quòd si restituere non vult suspendi debet ab officio & beneficio: extra eo. præterea. & si non emendetur, debet deponi. d. c. præterea. & dist. xlvij. episcopus. & postea si est incorrigibilis, cogendus est per potentiam laicalem. de iudic. cap. cùm non ab homine. dist. xvij. non licuit. Nec debet restituere de rebus ecclesiæ nisi quatenus de pecunia illa expenderit in vtilitatem ecclesiæ, secundum eundem Ray. sed de suis, si habet: & si non habet, restituere potest de fructibus, quos le-
9 gitimè percipit. facit capit. ij. de fideiuss. ¶ † Nonò quæritur, quid si debitor iurauit soluere vsuras? Et dicit Ray. quòd denuntiare potest ecclesiæ monitione præmissa, vt compellat illum ad relaxandum iuramẽtum: vel si vult, soluat vt satisfaciat Deo de iuramento: & postea poterit repetere. de iureiuran. ex administrationis. & cap. debitores. & si iurauit non repetere, non repetet directè propter iuramentum, sed indirectè denuntiando ecclesiæ crimen illius, vt sic eum ad satisfaciendum compellat: & si iurauit non denuntiare, non tenet iuramentum, cùm sit illicitum, vtpote contra proximi salutem: vnde hoc non obstante poterit denuntiare. extra eod. tuas. & de iureiuran. quemadmodum. Et idem Hostien. addens quòd si etiam iurauit debitor non repetere & non recipere vsuras, nihilo minus debet cogi ad restitutionem,
10 & pecunia erit pauperibus erogãda. ¶ † Decimò quæritur, quid si ex duobus hæredibus vsurarij alter fiat impotens, aut hereditas tota non sufficiat? Et dico multa. ¶ Primum. Si hereditas non sufficit ad omnes vsuras, dubium est an satisfieri debeat per hæredes primò venientibus, vel certè cuilibet pro sua rata eum tangente. Et tenuit Gul. quòd pro rata. gl. verò in c. ij. eo. tit. li. vj. dicit quòd habenda est temporis consideratio: vt scilicet qui prius soluit vsuras, recipiat quod suũ est integraliter: & sic de singulis succedentibus secundum regulã, qui prior. Sed Lau. de Ridol. dicit totam vim huius quæstionis pendere ex illa, an bona vsuriariorũ sint tacitè obligata: quia tenendo quòd sic, vt voluit illa gl. habẽda est temporis consideratio, vt sic priori prius satisfiat. Si verò nõ sunt tacitè obligata, tunc fiet satisfactio pro rata. De hoc autem ī. §. v. ¶ Secundum. Ex his patet quòd hæredes vsurarij tenentur ad restitutionẽ vsurarum, non in solidum, sed secundũ hæreditarias portiones: vt si vnus habet duas partes hæreditatis, teneatur ad duas partes vsurarũ, & tertius ad tertiam. quod tamen est speciale in hæredibus vsurarij: sed idẽ est regulariter de quibuscunq; hæredibus: quia actiones competentes contra defunctũ diuisæ sunt in hæredes pro portionibus hæreditarijs. l. j. & ij. C. de acquir. hæred. ¶ Tertiũ. Si alter hæredum efficiatur non soluendo, dicit Pet. de Anch. in reg. peccati venia. de reg. iur. lib. vj. quòd licet diuisa hæreditate obligatio hereditaria dividatur ipso iure. l. j. C. si certum pet. & l. pro hæreditarijs. C. de hæred. vel act. vendit. & sic si vnus efficiatur nõ soluendo in foro ciuili, alter non teneatur. l. legatorum. ff. de leg. ij. tamen in foro canonico tenentur hæredes in solidum, per d. c. tua. Vnde secundũ Gl. in d. c. tua. alter conueniri potest in totum. Et communiter ita tenetur: & secundum do. Anto. ita practicãdũ est in fauorem animæ defuncti, vt citius liberetur ex integra satisfactiõe. Sed Panor. dicit istam opinionem esse falsam, & fundatã super alia opinione damnata, scilicet quòd bona vsurarij sint obligata. Et consentit do. Ant. Quod limita, nisi quo ad hæredẽ, & omnẽ alium respectu rerum ex usura acquisitarum, aut ex pecunia fœnebri titulo lucratiuo: ea tenetur, siue vsurarius, siue eius hæreditas efficiatur nõ soluendo, secũdum Io. in Sum. & vt patet ex dictis: sed in alijs rebus secus: cùm bona vsuriariorũ nõ sint hypotheca ta, vt dictum est. ¶ Quartum. Si bona defuncti non sufficiunt ad restituendas vsuras: licet hæres in foro contentioso teneatur de suo, si nõ fecit inuentarium, secũdum Panor. in d. c. tua. de mente Host. in foro tamen animæ non tenetur vltra vires hereditatis: quia talis lex est fundata super præsumptione: in foro autem animæ de omnibus creditur cõfitenti. Nec obstat quòd leges humanæ seruandæ sunt in foro animæ: quia verum est, si in eo non cessat ratio legis. ¶ Quintum. Si quis antẽ spõte se obligauit ad restitutionem vsurarum credẽs bona vsurarij ad ilta sufficere, cùm nõ sufficiant, secundum S. Bern. tenetur ad omnia: quia fortè alius se obligasset pro toto, nisi ipse fuisset: & sic dedit damnum creditoribus, quod non incurrissent sine suo facto. Sed Lapus & quidã alij, vt refert Lau. de Ridol. dicunt fideiussorem vltra vires hæreditarias non teneri, etiã si se principalẽ cõstituisset: & hoc habita ratione à tẽpore præstitæ cautionis: quia si tunc principalis erat soluendo, etiã si postea eius facultates sint exhaustæ aliter quàm per restitutionẽ vsurarum, nihilo minus remanebit fideiussor obligatus ad oõia. Sed Laur. de Ridol. & Pau. de Elea. distinguũt. Nam si fideiussit pro se obligãte ad restitutionem vsurarum secundum formam in c. quanquam. de vsur. lib. vj. vt euadat canonicas pœnas, nõ tenetur vltra vires: quia nec vltra vires restituere aut cauere tenebatur principalis: vt d. c. quãquam sed si fideiussit pro se obligãte ad restitutionẽ vsurarum ex alia causa, secus: quia principalis obligatus est in solidum, licet habeat exceptionem inopiæ vel similem: quæ quidem exceptio, vtpote personalis, non porrigitur ad fideiussorem. Et hæc est opti-

optima distinctio. Qui etiam se obligasset ad restitutionem vsurarum, teneretur quantum portant suæ facultates, licet vsurarius sit non soluendo: secus si fideiussit pro se obligãte. ¶ † Vndecimò quæritur, si vsurarius ex pecunia fœnebri emit equũ vel prædiũ, & donauit, & deinde factus est nõ soluendo: vtrũ is, qui soluit vsuras, petere possit rem illã? Et dicit Ray. quòd sic. & ille reddere tenet extra eo. cùm tu. quia succedit hic res loco pretij, sicut ecõuerso pretiũ loco rei. ff. de pe. hære. l. si rem. quod Veruec. limitat quã talem rem ille habuit ex causa lucratiua: secus si emisset, vel ex alia causa nõ lucratiua bona fide habuisset? Et cõcor. Host. & Gos. addens quòd si res illa ex causa lucratiua proueniat, & postea ad alium ex simili causa: & iste vltimus fuit ille qui potuit petere vsuras, liberatus est is, cui primò data erat, vt contra eum agi non possit. ff. de act. & obli. l. omnes debitores. & idem Host. ¶ † Duodecimò quæritur, cui restituenda sit vsura? Et dico secundũ Host. quòd generaliter ei, à quo quis extorsit, vel eius hæredibus: & si non inueniantur, pauperibus erogãda est. extra eo. cùm tu. Et si is, cui restitui debet, distat, cuius expensis ei mittatur, vide suprà Restitutio. iiij. §. iiij.

Rursus de Vsura vij. quãtũ ad restitutionẽ specialiter quo ad cooperãtes & participãtes in ea.

1 *Vsuram patiens an peccet.*
2 *Vsuram consulens an teneatur restituere.*
3 *Vsuriariorum proxenetæ an teneantur ad restitutionem.*
4 *Vsuras accipiens nomine alieno, vt tutor, vel procurator, an teneatur.*
5 *Pupillus an teneatur restituere vsuras, à tutore quæsitas.*
6 *Fideiussor in vsuris an teneatur.*
7 *Notarius conficiens instrumentum super vsuris an teneatur.*
8 *Prælatus sigillans literas vsurarias an teneatur.*
9 *Vsuriariorum testes, aduocati & alij patrocinatores an teneantur, & nume. seq.*

VSVRA septimò cõsiderari potest quãtũ ad hoc vt sciat quo peccent vel teneãtur restituere cooperãtes in eo. Pro fundamento autem huius sumenda est regula iuris, quę etiã habetur in c. si culpa. de iniu. & dam. dato. vbi dicitur q̃p qui occasionem dãni dat, damnũ quoq; dedisse videtur. Vbi sciendum est q̃p propriè occasio est causa inefficax effectus: sicut occasio submersionis nauis est nauta, ducens eã ad locum vbi submergitur tempestate, quæ ꝓbabiliter præuideri non potuit: & sic dans occasionem, videtur dare damnũ, sed realiter nõ dat: sed solùm si dat occasionem impropriè, id est, causam insufficientem: sicut occasio submersiõis nauis est qui ad hoc facit in ea foramen. Et dicitur occasio directa qũ hoc intenditur: indirecta verò si nõ intendatur: sed tamen nõ impeditur ab eo qui potest & debet. Et sic dans occasionem damni in furto, rapina, vsura, & huiusmodi, tenetur in solidũ. Quod tamen Veruec. dicit verum in vsurpationibus violentis nõ in vsura, quæ nõ est omnino inuoluntaria: tamen alij verius dicunt hoc verũ, etiã in vsura quãtũ ad dãna, licet nõ quãtum ad interesse lucri cessantis in nõ lucrosis. ¶ † Primò verò quæritur, verum peccet qui mutuum accipit sub vsura? Et dicit S. Tho. ij. ij. q. lxxviij. quòd non licet inducere aliquẽ ad mutuandum sub vsura. quod intellige, nisi ad hoc vt ille desineret à maiori peccato, secundum Inno. licet tamen, inquit, ab eo qui paratus est facere, vt qui exercet vsuras, mutuo accipere propter aliquod bonum, vt est subuentio suæ necessitatis vel alterius: sicut etiam licet ei qui incidit in latrones manifestare bona, quæ habet ad hoc vt non occidatur, qui tamen latrones diripiendo peccant. Hæc ex illo. qui per bonum intelligit etiam commoditatem temporalem, vt patet ibi in solutione secundi argumenti. Super his autem licet multi multa dicant, tamen quantum colligitur ex Rich. in iiij. dist. xv. & S. Tho. vbi. & Inno. ac Io. And. in c. dilectus. de simo. & Pan. post Host. in c. super eo. de vsur. Hu. & Arch. in c. mouet. xxij. q. j. ista est veritas. Si enim hoc fiat pro opere illicito, puta luxuria, ludo, vel huiusmodi, semper est mortale. Similiter si fiat pro licito, sed non necessario, sicut secundum Pet. de Pal. si hoc fiat ad negotiandum ex cupiditate lucri & augendæ pecuniæ, cùm tamen negotiator habet vnde viuat decenter: quia peccatum est absq; necessitate non solùm inducere ad peccandum, sed etiam proponere alicui materiam peccãdi: sicut si mulier sine necessitate exhibeat se aspectibus eius quem scit malè affectũ. Si verò fiat pro licito necessario, licet non absolutè vel extremè, putavt decenter negotiando quis viuat: sic licet secundum mentem S. Tho. vt dixi: & sic eum intellexit Veruec. & Pe. de Pa. quos sequuntur Arc. & Summistæ. & idem si fiat pro tali necessitate alterius, secundum Sanct. Thom. Sed si fiat pro licito & necessario absolutè, puta quia aliter non posset quis viuere: nõ solùm est licitũ tic accipere, sed etiã licet inducere ad mutuandũ sub vsuris eũ, cui suaderi nõ põt mutuatio gratuita, secũdm Inno. in d. c. super eo. scilicet vt maius peccatũ vitet. Quod intelligo, quia ille vult esse homicida meus negãdo subsidium, & ego suadeo vt sit vsurarius, quod est leuius. Volenti eũ peccare licet suadere vt saltem minus peccet. dist. xiij. duo. ¶ † Secũdò quęritur, vtrũ restituere teneatur qui inducit ad fœnerandum, vel impedit volentem gratis mutuare. Et dico quòd inducens cõsulendo, vel pecuniã mutuando vel cõtrahendo societatem ad fœnerandũ, secundũ aliquos tenetur in solidum, si aliàs nõ erãt fœneraturi: aliàs quantũ ad eum peruenit. Sed verius Alex. Lomb. & Mo. tenent indistinctè quòd nõ tenetur, nisi in quantum ad eum peruenit: quia in dando mutuum pro vsuris, nõ dãnificatur proximus, sed in exigendo vsuras. Et idem Veruec. dicens se credere, q̃p in neutro casu, id est, siue erant aliàs fœneraturi siue nõ, eum non teneri nisi in quantũ ad eum peruenit: & sic quantum ad hoc melior est eius conditio, quàm præstantis fauorem in rapina vel furto: qui tenetur, etiã si nihil ad eum peruenit: quia furtũ & rapina sunt simpliciter contra voluntatem domini: sed vsura venit ad creditorem de domini voluntate. Nec inuenio, inquit, iura dicere actionem dari cõtra huiusmodi inductores vel fautores ad reperendas vsuras, sicut dãt contra illos, quorum ope vel cõsilio fiunt rapinæ, vel furta, licet nihil ad eos peruenerit. Prima tamen opinio videtur tutior: & eam sequitur Per. de Pal. sed secunda verior, imò vera, maximè vbi accipitur mutuum ad vtilitatem potius quàm ad arduam necessitatem. Et hanc videtur S. Tho. tenere. ij. ij. vbi ī. ar. vlt. ad vltimum. vbi eum qui dat pecuniam vsurario non habenti aliàs vnde vsuras exerceat, vel hac intentione vt per vsuras lucretur, dicit participem culpæ: & de restitutione tacet. Qui verò impediuit volentem gratis mutuare, secundum Veruec. tenetur, quia indebitè vtilitatem proximi impediuit, & ei damnum adduxit. Et idem intellige de impediente contractum licitum, reducendo illum ad vsurarium. Concor. Mo. Et idem dic de cõfessoribus qui absoluunt vsurarios, aut recipiunt ad sacramenta vel sepulturam: quia tenentur restituere si ex denegatione talium fuisset facta restitutio. ¶ † Tertiò quæritur, vtrum proxenetæ siue mediato
3 res in fœnore peccent, & restituere teneantur? Et dicit Arc. post Girar. Odo. quòd considerando opus istorum ex parte accipientium mutuum, dupliciter peccare ꝓssunt, scilicet quærendo pro his qui non indigent: & est mortale: quia cooperantur peccantibus mortaliter. xj. quæst. iij. qui consentit.

iuxta

iuxta dicta ꝛ. §. j. & ij. etiam in necessitate inducendo ad mutuandum sub vsura reniterentem. ar. de homi. sicut diguum. Et lucrum inde perceptum pauperibus erogandum est, sedm eos. quod intelligе de cōsilio: quia est turpiter datum & acceptum, iuxta dicta ꝛ. Restitutio. iij. §. j. Cōsiderando verò ex parte mutuātium, si quidem mediāt pro vtilitate accipientium mutuum, nō peccat, & multò minus restituere tenent: quia vtunt malo vsurarij ad bonum indigentis: & luerū suū licitè retinent, sicut etiā & mercatores se exercentes ꝓ alijs aliquid sedm morem mercatorum retinent licitè pro labore, nisi ostenderent se gratis velle seruire: quia tūc esset fraus aliquid retinere. Si verò hoc faciunt pro vtilitate vsurarij, peccāt mortaliter cooperando ad vsurā: & si aliter nō fuisset vsura sequuta, sunt opiniones. Nā tenētur in solidū, sedm dictū Girar. & gl. in l. si sciente. ff. ad l. Pomp. de parri. & Bar. & Ang. ibidem. & facit l. is cuius ope. in prin. ff. de adul. Bald. autem in tit. de controuer. feu. ter. §. similiter. dicit ꝙ non: & idem Veruec. & gl. in c. Michaël. de vsur. & est verius, loquendo de proxenetis solùm cooperantibus ad mutui dationem, iuxta dicta §. priore. Si autem cooperātur in exigendo vsuras vt factores, vera est prima opinio distinguendo vt §. seq. Et idem si inueniunt cautas fictiones, quibus vsuræ soluātur:

4 quia dant causam damni efficacem. ¶† Quartò quæritur, vtrum teneatur is qui vsuras accepit nomine alieno, vt tutor, curator vel procurator? Et dico ꝙ exigens nomine alieno est duplex. quidā scilicet apud quem residet quasi principalis authoritas domini, vt quia cùm eo cōtrahitur, & ipse taxat pretium, & cogit soluere. quidam verò est minister tm̄ siue merus exequator: puta quia nō taxat pretium, nec cùm eo contrahitur, sed solùm pecuniā manualiter tradit, & recipit pignus ac pecuniam. Primus mortaliter peccat, & restituere tenetur in subsidium, id est, si principalis, in cuius vtilitatem versum est, non soluit, quia non potest, aut quia non vult: quia iste dat causam efficacem dāni, quæ est in exactione vsurarum, & nō in mutuatione. de iniu. c. fi. Secundus mortaliter peccat, sed restituere nō tenetur. Quod intelligendū est nisi aliquid ad eum peruenerit, vel cooperatus sit ad exactionem: quia teneretur, ꝓpter causam dāni datā. de iniu. c. fi. Ita tenet Ray. Gira. Odo. Veruec. Pe. de Pal. Bar. Brixi. in c. sicut nō suo. dii. xlvj. vt illi imponit Sum. Conf. &, vt videtur, bene per verbum quod addit in Sum. sua, dicens ꝙ ille, in cuius vtilitatem versum est, tenetur principaliter, alter verò in subsidium. l. ex hoc edicto. §. j. ff. de eo per quem fac. erit. & l. elegāter. §. pen. ff. de dolo. Pan. autē in c. Michaël. eod. titu. post Gof. & aliquos alios tenet ꝙ etiā in primo casu teneat quis si principalis nō fit soluendo: quasi velit dicere ꝙ nō tenetur si principalis possit soluere, etiā si nō velit. Si aūt soluit is cuius nomine acceptæ sunt vsuræ, cæteri liberātur, nisi quid peruenerit ad eos: quia de eo tenebunt principali. Et idem dicendū est de extorquente noie alieno & partiario in quota: quia tenet, sedm Io. de Lig. & intellige in solidum: sed tm̄ in subsidium respectu partis eum nō cōtingentis. Et idem de cōsulibus alicuius artis exercentibus vsuras nomine artis. Et idem qñ tutor vel curator exigit vsuras pro pupillis ex cōtractibus vsurarijs factis à patre pupilli: & sic de similibus. Adde tñ prædictis ꝙ singulariter no. Monal. in Sum. scilicet quòd dantes pecuniā domini sui ad vsurā de eius mandato generali, tenentur restituere, dño nō restituente, tanquā principales in hoc: quia in eorum oprione erat mutuare, & non mutuare. Adde item quia cooperantur in exactione vsurarum. Sed si tales de speciali mandato domini dicentis, mutuare Petrō decem libras ad vsuram nomine meo, mutuent, licet peccent, tamen restituere non tenentur. Et hoc sequitur Io. de Lign. & Lap. Pœnæ tamen negligentium in restitutione vsurarum non ligant istos: puta quòd eorum confessiones non audiantur: & quòd non valeant eorum testamenta, nec sepeliātur, secundum Gemi. Adde etiā secundum Veruec. ꝙ is qui gerendo negotium alterius sine eius mandato fœneratur ad opus eius, restituere tenetur, licet nihil peruenerit ad eum: quia fuit author & minister cōtractus vsurarij.

5 ¶† Quinto quæritur, vtrū pupillus, pro quo tutor multos cōtractus vsurarios fecit, teneatur restituere? Et dico ꝙ si pupillus dicat tutori, Tanto tempore habuisti pecuniā meam: & propterea ista retineo pro lucro quod ex ipsa debeo habere: non tenetur restituere, licet sit versum in suā vtilitatē, sed solùm tutor: nisi vsuræ excederent moderarum lucrum, si in possessionesvel aliā iustā negotiationem, vt debebat, ipsam exposuisset. quod limita vt ꝛ. Turela. §. iiij. Vide etiā ꝛ. Vsura. j. §. xxix.

6 ¶† Sextò quæritur. quid de fideiussore? Et dico duo. ¶ Primum. Si quis fideiusserit pro aliquo, & ex defectu debitoris cōpulsus est soluere capitale & vsuras. vide ꝛ. Vsura. j. §. xxxix. ¶ Secūdum. An verò posit aliquid accipere pro fideiussione. Arc. distinguit. Si eñ est fideiussor fictus, sed in veritate ipse est mutuator, fingens mutuum dari ab alio: si quid pro fideiussione accipit, vsura est. xiiij. q. iij. per totum. Si autem est verè fideiussor, recitat Laur. arguentem pro & cōtra & cōcludentem tutius fore abstinere. S. autem Bern. dicit cōtractum omnino illicitum: quia ibi est mutuum indire tè, cùm fideiussor stet loco mutuātis: Alij verò dicunt, ꝙ est illicitum, quia vendit creditum suum. quod Sum. Ros. dicit tolerabile post factum. Ego verò dico ꝙ si subest periculum deperditionis sortis aut laboris vel expensarum in exigendo, licitè aliquid percipit rōne suæ indēnitatis: aliter nō.

7 ¶† Septimò quæritur, quid de notarijs conficientibus instrumenta super debito vsurarum? Et dico quòd non tenentur restituere pecuniam quam pro opere suo etiam illicito recipiunt, licet videatur eroganda pauperibus. arg. xiiij. q. v. nō sanè. Et hoc de cōsilio, iuxta dicta ꝛ. Restitutio. iij. §. j. Quātum verò ad restitutionem vsurarum, distinguit Girar. Odo. Nā si palliant vsuras, ponendo in instrumento contractum vsurarium sub forma liciti contractus, vt quia scitur esse pignoratio, & dicitur esse venditio vel quia scitur ꝙ sunt centum, & dicitur quòd sunt xc. ita quòd iustificatur contractus iniustus, tenentur in solidum: quia efficaciter cooperantur ad damnum. Sed intellige in subsidium, si nolit aut nequeat is, in cuius vtilitatem vsuræ venerunt. Quod limita, nisi facerent in fauorem accipientis mutuum: puta quia indiget, & alius aliter non vult mutuare: quia licet peccarent mortaliter, tamen restituere non tenentur. Siverò non palliant vsuras, sed apertè patent per instrumentum, non tenentur: quia cooperantur efficaciter ad damnum: cùm ille posit in iudicio se iuuare. Quod limita, nisi in loco esset iniqua consuetudo vel statutum iniustum, quibus per talia instrumenta cogerentur debitores: quia tunc tenentur, secundum Archi.

8 ¶† Octauò quæritur, quid de prælatis qui subscribunt & sigillant schedulas vsurarias? Et dicit Hosti. quòd si prælatus non legit tenorem, vel legit quidem, sed vsura non apparebat, quia fortè maior quātitas ibi posita est quàm fuerit mutuata: & ipse prælatus non diligenter considerat: licet agat fatuè, tamen secundū veritatem nō cōsentit. Si verò legit, & veritatem percepit, particeps est peccati, & si non commodi vsurarum: quia subscriptio in multis approbationem inducit. de sen. & re iu. cùm inter vos. & idē Gofr. Sed addo quòd restituere tenentur, si efficaciter cooperati sunt: vt quia ex hoc solutæ sunt vsuræ, quæ aliàs nō fuissent solutæ non aliter. Vnde idem videtur de eis dicendum, quod de notarijs.

¶† Nonò

¶† Nonò quæritur, quid de testibus talium instrumentorum? Et dico quòd tenentur, sicut & notarij, secundum dicta distinctionem: quia instrumenta sine testibus nō valent.

¶† Decimò quæritur, vtrum aduocati, procuratores, iudices statutarij, & alij, quorum fauore & patrocinio vsuræ in iudicio vel extra sciunter exigūtur, vel nō restituunt cùm repetuntur, teneant restituere? Et dico ꝙ sic in solidū: nec excusantur, si fortè scripturæ eis porrectè apparebāt iustæ, si cōscientia eis dictabat ꝙ erāt de cōtractibus vsurarū, secūdū Hos. & Inno. in c. Michaël. eo. ti. & Arch. in c. si quis oblitus. xiij. q. iij. Sed intellige ꝙ tenent in solidū si principalis nolit, aut nequeat soluere. Et idem Scot. addens ꝙ scienter defendens causam iniustā, nō solū tenetur parti læsæ de interesse, sed etiā alteri de salario, quodverū est, si partem nō monuit: vt ꝛ. Aduocatus. §. x. Si aūt monuit, tenet illud dare pauperibus, licet de cōsilio. vt ꝛ. Restitutio. iiij. §. j. ¶† Undecimò quæritur, quid de dominis, qui in suis terris permittūt vsuratos morari, nec cogūt restituere? Et dicit R. O. ꝙ tenentur in solidū si possūnt, & nō faciūt, etiā si nihil peruenit ad eos. Sed Ale. Lom. dicit ꝙ peccāt quidem mortaliter, tñ restituere nō tenentur, nisi in quantū peruenerit ad eos de vsuris. Cui opinioni videt adhærere Asten. & Ber. dicens de mente dicti Alex. nō esse simile de authoribus malis, qui sunt causa per se eiusdem mali: & de istis qui sunt magis causa per accidēs mali: puta ꝙ tale malū cōseruetur in prima, vel liberè fiat. & ita tenet Sum. Ros. Ego aūt dico ꝙ cessante iure positiuo possūt sine peccato tolerare vsurarios moderatè exigentes: quia pōt expedire bono cōmuni: nec tenentur restituere ipsi nisi reperantur vsuræ, & iustitiā negent: sed quia c. post miserabilem. præcipit eis vt Iudæos cogant restituere: ideo peccant eos tolerando, & tenentur in solidum restituere: secus ego ad Christianos, de quibus non præcipitur. & ita melius tenuit Sum. Ange. ¶† Duodecimò quæritur, vtrum ciuitate vel cōmunitate aut collegio recipiente vsurarium: ōmodū, singuli restituere teneantur in solidum? Et dico secundum Ray. & Hos. quòd oēs cōsentientes restituere tenentur sin gulariter, nō tanquam vniuersitas, sed tanquam singuli vij. ꝙ. sicut vir. xxiij. q. iij. si habes. Io. aūt de Lig. dicit hoc nō esse dubium de regentibus prohibere valentibus: secus de alijs nō principalibus gubernatoribus, vel aliàs ignorātibus, nec prohibere valentibus. Quod limita, nisi & isti cōmodū participarent burtale, vel ex hoc fuerint ab aliquibus expensis releuati. Et ita limitat Mo. & concor. Asten. & Pet. de Pal. in iij. dist. xv. & Io. And. in c. conquestus. de vsur. & id esse Veruec. adhuc limitās dicens eos teneri in solidum, qui præceperunt vel auctoritatem præstiterūt super hoc, ita ꝙ sine hoc alij ciues, nō fecissent: alij verò cōsentientes peccāt mortaliter: tamen nō tenentur, nisi vt dictū est. ¶† Decimotertiò quæritur, vtrū lucrū factum ex pecunia, quā famulus accepit mutuo nomine domini sui, sit famuli aut domini? Et dico secundum Sco. quòd est domini, scilicet si famulus est adeò pauper quòd restituere nō potuisset pecuniā si perdita fuisset: teneretur tamen ei dominus prouidere de cōpetenti salario pro industria. Secus si esset diues, & nō intendisset dominum suū dāmificare ex amissione pecuniæ: quia hoc casu pecunia stat periculo suo. ¶† Decimoquartò quæritur, vtrū socij vsuratorū, famuli, serui, seruitores, filij, & huiusmodi, qui alieno nomine exercuerūt vsuras, possint illis inuitis ad quātitatem acquisitæ vsuræ pecuniā furtiuè retinere, & restituere? Et dicit S. Ber. quòd sic, secundū quosdā: quia videtur iustū, vt quæ illorū causa iniustè ablata sunt de lege naturæ possint illa facisfacere, ne ipsi de proprio satisfacere teneātur. Quod intelligе in foro conscientiæ, modò nullum sequatur de illis inconuenientibus, de quibus ꝛ. Furtum. §. xij. Et facit quod no. Bal. in l. etiam. C. de fideicom. vbi tenet quòd tutor & executor testamenti possent restituere vsuram vel alia malè ablata sine speciali mandato: quia dicuntur facere ex necessitate. & alleg. glossam, quam dicit singularem, in l. præses. C. de transac. quia interest pupilli talem pecuniam non habere.

Rursus de Vsura. Viij. quantum ad participantes aliquid de ea.

1 *Vsurarij bona aliqua an liceat dono accipere.*
2 *Vsurarij vxor an teneatur, & fily. & nume. 5.*
3 *Filij & familia vsurarij an ad vsurā restitutionē teneantur.*
4 *Filia vsurarij dotata, an ad vsurarum restitutionē obligetur.*
6 *Vsurarij seruus an licitè accipiat ab eo salarium.*
7 *Vsurarij creditor an iustè recipiat ab eo pecuniam mutuatam, & quid de alijs ministris. & nume. seq.*

1 VSVRA octauò considerari potest quantū ad participantes de ea scilicet comedendo, vestiendo, imburſando, vel aliter accipiendo. ¶† Primò aūt quæritur, vtrū liceat accipere seu acceptare aliquid de bonis vsurarij per donum, vel comedendo, aut emendo, vel lumōi? Et distinguo. Nā si accipitur in specie res data pro vsuris, quæ nō transiuit in dominiū vsurarij, iuxta dicta ꝛ. Vsura. vj. §. j. indistinctè restituere tenet qui accipit, si extat, vt not. Bar. in l. rem quā. in fi. C. de iur. do. nec pōt æstimationem dare cōtra voluntatē dñi. l. ij. in prin. ff. si cer. pet. & tex. est clarus xiij. q. vj. si res. & in c. cùm tu. de vsur. Siverò nō accipit talem rem, sed aliā distinguo. Nā si vsurarius, cùm talia qs accipit, est nō soluendo: si hoc scit, restituere tenet: quia dat dāni causam efficacem. Si verò dubitat an sit nō soluendo: si res adhuc extat, tenet, ne pro re temporali animā ponat in diſerimine, sedm Alex. iiij. parte. Si verò ignorat, & pbabiliter credit eū de bonis suis dare, nō tenetur de cōsumptis bona fide durāte, sed solū de extantibus ea recedente, nisi inquantū factus est fortè locupletior. Siverò cùm talia accipit, vsurarius erat soluendo, nō tenet etiā si postea ex alia causa factus est nō soluendo: nisi esset res habita vel empta ex pecunia vsuraria: quā si habuit titulo lucratiuo, pōt ille, ex cuius pecunijs empta est, de æquitate canonica ab eo auocare officio iudicis, vt patet per gl. & Doc. in d. c. cùm tu. l. fi. addito tñ quod dicit Hos. & Gof. ꝙ si talis res, etiā ex causa lucratiua, peruenit ad illū, qui soluerat vsuras, liberatus est is, cui prius fuerat dotata. l. omnes debitores. ff. de act. & obl. & etiā vsurarius. Si verò habuit titulo oneroso, nō tenetur restituere, quāuis postea efficiatur nō soluendo. Ex his patet responsio ad multas quæstiones sequētes. ¶ Secundò quæritur, quid de vxore vsurarij vel raptoris,

2 quæ comedit de vsuris, vel rapinis, vel malè acquisitis, aut restitutioni obnoxijs, quæ omnia quantū ad hoc quo ad Deū æquipollent? Et dico sedm Arch. post Ray. in Sum. quòd tenetur de omnibus quæ sic cōsumit. Quod limita primò, nisi vtiliter gerat negotium spoliatorum mouendo vsurarium ad restitutionem: quia quandiu huic correctioni insistit continuè opportunis horis, licitè recipit expensas, secundū Rod. ff. de neg. ges. l. ij. & l. Pomponius. Quod videtur verum, si sit aliqua spes emendationis: imò, secundum aliquos, licet videatur desperatus, nunquam est desperandum de correctione: non tamen posset pro vna correctione vel duabus toto anno de talibus viuere, secundum eum. Et concor. Vlde. Veruec. & Host. Sedò limita Ray. nisi ibi essent aliqua de iusto ex quibus viueret, etiam si talia discerni non possent: vel si possent, maritus non permittit, secundum Arch. Limita tertiò, nisi quandiu maritus est soluendo, secundum Alex. Lom. & Rod. iuxta dicta in §. priore. Si autem cessent omnia

Universidad de Deusto
Biblioteca

præfata habet remedia multa. ¶ Primum, vt dictum sibi aliunde quærat. ¶ Secundum, vt interpellet episcopum cogere maritum ad se pascendum de iusto, aut de licentia eius viuere, vel de incertis, si qua sunt. di. lxxxviij. episcopus. quod intelligo si maritus est soluendo certa. ¶ Tertium est, vt si aliter facere non potest, viuat de rapto: quia necessitas non habet legem. de cons. d. v. discipulos. sed tamen tenetur parcè viuere, & cùm animo restituendi poterit. ¶ Quartum, vt reliqua habeat dotem & paraphernalia: & dando honestæ personæ inde ex iusto lucro viuat. de do. inter vi. & vxo. per vestras. In omnibus tamen prædictis tenetur debitum reddere viro, nisi aliud subsit impedimentum. ar. xxxiij. q. v. si dicat. ¶ †Tertiò quæritur, quid de filijs & familia vsurarij? Et dico quòd Arc. post Gerar. Odo. distinguit. Nam si vsurarius est soluendo, & aliqua habet vltra obligata ad restitutionem, de illis viuere possunt: sed si non est soluendo, quicquid provictu vel aliter accipiunt, restituere obligantur: quia efficaciter faciunt eum impotentem restituere. ¶ Excusari tamen tales & consimiles possunt propter quinq. ¶ Primò, propter procurationē, scilicet si causam spoliatorum agunt. vt §. priore. ¶ Secundò, propter recompensationem, scilicet quia tātum ei restituūt quantum recipiunt, vt emptor, & cōmutator, & seruiens in mercatijs, & huiusmodi licitis augēdo substantiā eius. ¶ Tertiò propter restitutionem, id est, si se restituturos proponāt, & ad hoc se habituros facultatē probabiliter sperāt. ¶ Quartō, propter ignorantiam, scilicet nesciendo rem esse vsurariam, nec habendo causam hoc sciendi. ¶ Quintò, propter necessitatem: vt quia filij & filiæ in tali sunt ætate, quòd aliter viuere nō possent. ¶ †Quartò quæritur, quid de filia vsurarij dotata? Et dico iuxta prædicta, maximè §. j. quòd si rem habuit datam in specie pro vsuris, tenetur indistinctè restituere secūdū modificationem dandā j. §. vlt. de pignorib. emptis. Si verò habuit alia, non tenetur, nisi per hoc pater sit factus nō soluendo. & hoc secundū Rod. si gener sciebat: qa si ignorabat, nihilo minus, secundā eū, & Veruec. poterit dotem, præmissam accipere, & retinere, etiā si postea sciat quòd sit non soluendo. Quod sequitur Sup. & Sum. Confes. Pis. sed verius Sum. Ange. dicit sibi non placere: quia nullo iure probatur, nisi scilicet in bona fide dotem consumpsisset, & non est factus locupletior. Si verò per hoc non est factus non soluendo, sed postea ex alia causa, non tenetur gener: quia dotem habet ex titulo oneroso: nec soluto matrimonio tenebitur filia, secundum Fe. de. consi. xlj. quia licet tunc habeat dotem ex causa lucrativa: quia tamen illa non est pecunia quæ trāsiit in bona mariti, ideo non tenet. & ita tenet Sū. Ang. Et licet do. Anto. & Pan. & Pet. de Anch. videantur tenere quòd imò tenetur: quia licet non sit illa pecunia data, tamen succedit loco eius: quia dos est quid vniuersale: vt no. Bar. in l. j. ff. solut. matr. & in vniuersali vna res succedit loco alterius. l. Imperator. ff. de leg. ij. Item quia mulier non habet quartam suam, id est, legitimam nisi deducto ære alieno. l. Papinianus. §. iiij. de inoffi. testa. tamen ista procedit de æquitate. Sed opin. Fede. quæ loquitur quando filia non est hæres, videtur vera de rigore iuris. Et ita sentit Sum. Ro. nisi esset possessio empta ex pecunia vsuraria & data pro dote, per d. c. cùm tu. Quam qui vult sustinere, faciat tria præsuppositā, quæ & ipse Fede. facit. Primum, quòd ista filia non erat hæres. Secundum, quòd pater eius dotem non dedit in fraudem creditorum. Tertium, quòd hæc filia non recipit pecuniam vltrariam ab hæredibus mariti, sed maritus eam accepit, ideoq; sibi ipsi patet si pecuniam alijs debitam ipse accepit: dē sua propria fuit dos mulieri restituta, maximè cùm pecuniæ vsurariæ dominium transeat in accipientem, licet compētat repetitio, maximè, si est permista alteri: quia mistione dicitur consumi. ff. de solut. l. si alieni. ideoq; mulier non tenetur. Nec obstat c. tua. de vsur. nec c. fi. de sepul. quia ibi intelligitur de filijs & extraneis, qui sunt hæredes. Non obstat, etiam si dicatur quòd mulier recipit pecuniam cum onere suo: quia pecuniam, quam recipit ab hæredibus mariti, non est onerata nec debita his, qui patri eius soluerunt vsurat, licet persona patris esset obligata. Et posito quòd bona vsurarij essent taciē obligata, non tñ bona generi, maximè post mistionem pecuniæ: quia ex hoc facta est tua, posito quòd esset personaliter obligatus creditoribus soceri. Nec obst. d. c. cùm tu. de vsur. quod loquitur de possessionibus emptis ex pecunia vsuraria: quia ista non recipit pecuniam vsurariam, nec rem emptam ex illa: & præterea illa decretalis, non dicit bona vsurarij esse tacitè obligata, sed quòd si non habet vnde restituat, vendantur possessiones emptæ ex pecunia vsuraria, vt de pretio satisfiat. quod certè idem esset, & si fuissent aliàs ex licita pecunia emptæ. Hæc ex Fed. qui etiam videtur tenere quòd licet gener fuerit in fraudem: tamen secus est in eo, qui ab ipso bona fide accipit. ¶ †Quintò quæritur, quid faciet gener aut filia qui dotem habuerint, aut de rebus in spem dātis provsuris, aut cùm socer esset nō soluendo? Et dicit Gerar. Odo. quòd ille, per quem non stat quin restituatur, excusatur in conscientia: quia vnus sine altero restituere non potest durante matrimonio: & si mulier præmoriatur protesteturviro & filijs de restitutione. Remedium tamen esset, vt etiam patet ex dictis, si pater est soluendo pro certis, & habet multa alia incerta, quòd episcopus ei dotem tanquam pauperi concedat, si non est in rebus in specie habitis pro vsuris: aut componat cum creditoribus. ¶ Sextò quæritur, quid de famulis vsurarij, an scilicet licitè vsi de bonis eius, & salarium recipiant? Et dico quòd si propter hæc non sit impotens ad soluendum, nihil est dubij quòd possunt: sed si ille non sit soluendo, distinguit. Nam si seruiunt ei ad mensam vel ad associandum, aut generaliter ad aliquid, ex quo vsurario lucrum non resultat, idem est iudicium sicut de vxore: nec possunt talia percipere, sed restituere tenentur. Quod limita nisi salarium præfuisset vsuris: & multò magis si seruiunt inutiliter, sicut circa canes & accipitres, & idem est de vendentibus eis res ad gulositatem vel pompam spectantes: quia dant causam efficacem non restituendi. & facit l. ait prætor. ff. de his quæ in fraudem credi. & l. ff. de eo per quem fac. erit. Si verò seruiunt ei vtiliter: puta colendo agrum, ædificando domum, habendo rerum curam: & generaliter in eo, ex quo vtilitas resultat vsurario: quæ si talis vtilitas est æqualis prædictis quæ percipiūt, licitè percipiunt: quia per hoc non fit impotens ad soluendum: ita tamen acciperent rem in specie habitam pro vsuris, tenentur. ¶ †Septimò quæritur, verum liceat creditori recipere ab vsurario pecuniam quam illi mutauit? Et dicit Veruec quòd sic, si bona fide mutauit, vt ex illa commodum suum faceret, & lucrando fortè se liberaret, etiam si aliàs non sit soluendo: & similiter si ignorabat probabiliter quòd vellet eam inutiliter consumere, secundum Pet. de Pal. & Asten. & Ro. sed si alia causa sciente crediderit: puta ad ludum in alea, vel ad dandum meretrici, non potest eam recipere, & si recipit, restituere tenetur. ¶ †Octauò quæritur, verum creditor vsurarij ex contractu vel quasi, aut ex maleficio vel quasi, possit ab eo recipere quod ei debetur? Et dicit Veruec. & Alexand. Lomb. quòd sic. dum tamen rem vsurariam luxuriam rapiam non recipiat in propria specie. Intelligo etiam si vsurarius non sit soluendo: quia loquuntur indistinctē: & si esset soluendo: non esset dubium.

¶ †Nonò

¶ †Nonò quæritur, vtrū ministrantes vsurario necessaria ad vitam possint recipere mercedem, si ille non sit soluēdo? Et dico quòd quicquid sit quantum ad forum contentiosum, de quo glo. in cap. quia in omnibus. de vsur. tamen in cōscientia possunt, nisi sint tales, qui ex præcepto tunc eleemosynam facere teneantur: quia & ipse vsurarius ex vsuris potest necessaria percipere, licet parcè, & cū timore, si aliter viuere nō potest. ¶ †Decimò quæritur, vtrum locātes domos vsurario ad fœnus exercendum, possint recipere pensionem? Et dico quòd licet sint participes omnium peccatorū, quę in eis ex fœnore perpetrātur: nihilo minus ratione cōtractus locationis, in quo lucrū transfertur in locantem, possent tale lucrū retinere. Quod Sum. Rosel. limitat, nisi fit non soluēdo. Sed verius de mēte Veruec. & Alex. Lom. etiam si nō sit soluendo: vt suprà, §. viij. ¶ †Undecimò quæritur, vtrum prædicatores euntes ad raptores, vt eos ad pœnitentiā & restitutionem inducāt, possint comedere de rapina? Et dicit Ray. quòd sic, siue indicant prædicatione generali, siue suasione speciali, maximè si commodè inuenire nō possunt apud alios. de lent. exco. cum voluntate. Quod intellige cum moderamine, & si correctio probabiliter speretur, & si propter hoc nō subtrahatur facultas restituēdi in totū vel pro parte magna. ¶ Duodecimò quæritur, quid de dominis sciētibus Iudæos nihil habere præter vsuras, & ad restitutionē eorū bona non sufficere accipiūt multa ab eis? Et dico secundū eundem quòd tenetur ad restitutionē si ex causa lucratiua percipiūt: possunt tamē accipere ab eis quod sibi debēt, sicut & alij creditores. ¶ †Decimotertiò quæritur, vtrū restituere teneātur qui eleemosynas suscipiūt ab vsurarijs? Et dico quòd nō, si sunt soluēdo quo ad certa, nisi accepissent rē datā in specie pro vsuris: aliàs tenent, nisi essent in casu quo creditores eis dare teneātur: quia quæ accipiūt, sūt creditorū. Et idē dic de tyrānis, qui habēt multa restituere. ¶ †Decimoquartò quæritur, vtrū liceat emere pignora pdita apud vsurariū? Et dico de hoc me diffusè recitasse in Au. rosa, casu xix. nihil concludēdo nisi quòd ratione debitatis omnibus talis emptio dissuadēda est: sed tamē nolēti desistere nō esse denegandam absolutionē: nec post tactū restitutionē imponēdā. Nūc autē dico quòd opinio quæ ibi adscribitur San. Tho. secūdum aliquos, quòd in vsura dominiū transfertur, nō est. S. Tho. vt suprà Vsura. vj. §. nec est vera, vt ibi patuit, maximè quo ad pignora: qa hoc casu videtur perdi ex pacto legis cōmissoriæ, quod pactum reprobatur in pignore. C. de pact. pig. l. fi. Nūc igitur determinans dico quòd ea emere nō licet, sed tenētur emētes, sicut & emēs rem furtiuā aut raptā: & secundum eandē distinctionem, de qua suprà, Emptio. §. iiij. excepto quòd retinere poterunt ad quod verisimiliter vsurarius super illo pignore mutuauit: & si dominus pignoris non extat, vel nō potest inueniri, non est necesse dare pauperibus, nisi illud plus quod valet vltra pretium quo ab vsurario empta est, secundum Sum. Ang. aut verius illud plus quod valet vltra mutuum super eo datum. Ad motiua autem quæ in Aur. rosa, vbi suprà, singuntur, patet ex dictis suprà, Vsura. vj. §. j.

Rursus de Vsura ix. quantum ad manifestos vsurarios & pœnas eorum.

1 *Vsurarius manifestus quis dicatur,*
2 *Vsurarius an sit quis velit plus ad creditā quā pro numerato*
3 *Vsurarius an possit quis publicari post mortem.*
4 *Vsurariorum manifestorum quæ sint pœnæ.*
5 *Vsurarij testamentum quando valeat. & num. seq.*
11 *Vsurarius an exhumari debeat.*
12 *Vsurarium absolutus in confessione an teneatur.*

12 *Vsuris Iudæorum permistēs domini terrarum an teneatur.*

VSVRA nonò cōsiderari potest quantum ad vsurarios manifestos & eorū pœnas, ad quas infligendas quis sit iudex, sunt opiniones. Nam Arch. in c. quid dicā xiij. q. iiij. ponit diuersas opiniones, & approbat eā quæ est Lau. Hug. & Gofr. scilicet quòd cōtra laicum laicus iudex, & cōtra clericū ecclesiasticus. Quod etiā tenet Io. Cal. pro quo vide Pan. in c. post miserabilem. eo. tit. vbi not. iudice laicū aliquādo se intromittere de vsuris. glo. verò in c. dispendiosam. de iud. videtur sentire quòd solus iudex ecclesiasticus habet iudicare. Pau. autē in cle. j. de vsur. distinguit dicēs primā opinionē procedere vbi non refertur quæstio an id, quod petitur, sit vsura: sed est quæstio de soluto vel nō soluto: secundā verò vbi est quæstio an id, quod petitur, sit vsura vel non. & idē Io. de Li. & Fede. & vt videtur Bald. vt refert Arch. ¶ †Primò autē quæritur, quis sit manifestus vsurarius? Et dico quantū colligitur ex Io. And. & Panor. in c. quia in omnibus. eod. tit. & Io. And. & Arch. in c. j. de vsur. lib. vj. quòd est primò is, qui est vsurarius notorius de iure: puta quia cōuictus vel condēnatus de vsuris, seu corā iudice sponte cōfessus c. cùm olim. &c. super quibusdā. de verb. significa. ¶ Secundò, qui est notorius de facto notorietate facti: puta quia tenet altare paratū vel mutuat in camera omnibus volentibus, sicut meretrix in prostibulo patet cuilibet: arg. de cohab. cle. & mulie. tua. & c. fi. & ita dicit Bart. in l. j. ff. de iurt. & Bal. in l. hæredes palam. ff. de testa. ¶ Tertiò, secundum glo. in c. ij. de vsur. lib. vj. quando quis coram sacerdote & testibus confessus est in articulo mortis se esse vsurarium: & mādauit restitui vsuras & libros resignauit. quam glo. Fede consil. viij. dicit veram quādo simul concurrunt omnia cōtenta in ea: aliàs sola cōfessio extraiudicialis non facit aliquem esse manifestum vsurarium. de sentētia excommunicatio. c. venerabilibus. §. iecus. lib. vj. nec solùm mandatū de vsuris restituendis in genere, vel illis personis quæ probauerint se illas soluisse: quia tunc nō simpliciter fatetur se vsurarium, sed mandat vsuras restitui si apparuerint. Et ita tenet Ang. de Peru. in consilio quod incipit, Astensis miles. imò plus dicit, scilicet quòd si quis confessus fuerit publicè se esse vsurarium manifestum in testamento: tamen illa confessio nō inducit notorium iuris aut facti: nec potest dici quòd illo tunc cùm testatur aut sepelitur, fuerit vsurarius manifestus ex illa confessione: vnde oportet quòd concurrant omnia cōtenta in illa gl. Aliàs autem manifesti, sed non aliquo aliorum trium modorum, sed aut per famā tantùm, aut alio modo à prædictis, non incurrunt ipso iure pœnas intrà positas, secundum communiter dicta. nisi publicentur per ordinarium loci: ad quam publicationem faciendam sufficiunt certa argumenta cum fama. d. c. tua. & licet nullus appareat accusator, nihilo minus ordinarius procedere potest ex officio. ¶ †Secundò quæritur, vtrum sit publicus vsurarius qui publicè vēdit rem ad tēpus plus quam ad numerātū vēdi possit pretio rigido & summo? Et dico quòd sic. qa dicit Pan. in c. ad nostram. de emp. & vēdit. quòd si est publicum & indubitatū quòd plus quis vēdit ad credētiam quàm pro pretio statim soluēdo, testamētū eius nullū est ipso iure propter dispositionē c. quanquā. de vsur. lib. vj. quia tales sunt vsurarij: vt patet in simili in c. nauigāti. eod. tit. & sunt publici ex quo publicè hoc exercent: vt patet in libris eorū. Nec obstat, quòd sunt ficti: quia in dicto cap. ad nostram. pœna contra vsurarios statuta exercetur etiam contra fictos vsurarios: quoniam in veritate sunt vsurarij. & facit l. nō dubium. C. de legi. ¶ †Tertiò quæritur, vtrum possit publicari vsurarius post mortem? Et dico quòd sic. Nam Fede in cōsil. viij. & sequitur Panorm. in cap. cùm in diœcesi. de vsur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicit quòd licet quis in vita non fuerit declaratus vsurarius, & fecerit testamentum: nihilo minus post mortem poterunt fieri probationes ad declarandum quòd erat manifestus. Et ita tenet Ioan. Andr. in cap. j. de vsur. lib. vj. in nouel. & Gem. ibidem. & omnes istæ erunt bonæ probationes: puta si differebat solutionem vt plus vederet: vt in c. in ciuitate. de vsur. item si emit possessiones cum pacto retrouendēdi maiori pretio. vel secundū Bald. in cap. j. de feu. da. invi. le. com. quando emit cum pacto de retrouendēdo post quinquennium, & non ante: ti est consuetus similes contractus facere, præsumitur vsurarius. ar. c. illo vos. de pigno. Item quādo facit confessionem coram episcopo quòd instrumētum est de vero & puro capitale: quia censetur collusio in fraudem vsurarum præsumptione præfati cap. illoyos. secūdum Bald. in l. j. C. de collu. dece. quod cap. in hoc articulo prævalet confessioni. & sic fuit obtentum coram episcopo Tedertino contra vnum qui multas tales confessiones fecerat fieri. Itē quando pars dicit in instrumento quòd non per simulationem, sed per veram veritatem talem contractum facit, oritur præsumptio vehementissima, secūdum Bal. in l. uj. C. plus va. quod agi. & facit glo. in l. si quis sub conditione. ff. de cōdi. institu. & quod no. gl. in l. cùm allegas. C. de vsur. & dictum Ang. in l. sicut. §. superuacuum. ff. quibus modis pig. vel hypo. iol. Ite probatur vsurarius ex libris suis vel per instrumenta, secundum Arch. in cap. q Syncera. distinct. xlv. & probat per arg. d. c. Itē dicit Bal. in d. donatio. C. de don. quòd manifestus vsurarius probatur esse per priuatam scripturam. Item quando est cōmunis opinio quòd sit vsurarius: vt dicit Bal. in l. j. C. de sac. sanc. eccle. Item quando tot & toties fœneratus fuit quòd nō possit nisi esse iuxta secundum in populo: vt dicit Bal. in d. l. j. C. de fal. cau. adic. lega. Item quando ex cōiecturis apparet vsurarius & indicijs. vt dicit Bal. in l. cùm proponebatur. ff. de leg. ij. & in l. ciues. C. de appellat. Et breuiter dic quòd iudex habet arbitrari ex additis cohærentijs quòd sit manifestus. de quo vide per Bald. in additio. ad Specul. in titu. de appel. inverſic. an

4 autem sit manifestus. ¶ † Quartò quæritur, quę sit prima pœna vsuriariorum manifestorū? Et dico quòd prima est quòd sunt infames infamia iuris. C. ex quibus causis iro. infa. l. improbum. quod verum est etiā de iure ciuili: vt dicit do. Anr. in cap. Raynutius. de test. & ita dicit not. Bar. in d. l. improbum. & per hoc fuisse determinatum, quòd si frater meus cōstituit vsurarium hæredem, possum rumpere testamentum per querelam inoffitiosi. C. de inoffi. test. l. fratres. & sic de facto obtinuit. de multo magis sunt infames de iure canonico vt in cap. infames. xiij. q. vij. & vj. quæst. j. infames. ¶ Secūda est quòd ad communionem altaris non sunt admittendi. de vsur. quia in omnibus, & intelligit Abbas & sequitur Panor. ibidē quòd non debēt admitti ad cōmunionem, id est, ecclesiam quando diuina celebrantur: quia assistentes tunc in ecclesia dicuntur admitti ad communionem altaris. & placet Sum. Ang. vt cōsuli resipiscant. sicut dicimus de excōmunicatis. c. pia. de excep. lib. vj. Sed quia statutū est pœnale nō puto verū. Vnde dico cum Innoc. ad communionem, id est, susceptionem corporis Christi: vt quo ad hoc non sit æquē malæ conditionis vt excommunicatus. ¶ Tertia, quia non admittuntur ad oblationem offerēdam. de vsur. quia in omnibus. ē: qui eam receperit suspēsus ab officio manere debet donec ad arbitriū episcopi satisfaciat. d. c. quia in omnibus. vbi tamen secundum Host. Bern. & Ioan. And. Innoc. est canon ferendæ, & non latæ sententiæ. de quo infrà. §. eo. & compellitur sacerdos restituere, dicto cap. quia in omnibus. Et licet sint opiniones cui restituere debeat, tamen placet distinctio Io. And. quia restituetur vsurario, si iam restituere inchoauit, vel est paratus vt reddat spoliatis. Alioquin secundum Gof. & Inn. & Host. restituet episcopo vt restituat spoliatis. Quod intellige quando talis est episcopus quòd hoc faciet. potest tamen ab eis recipi eleemotyna, ti aliàs sunt soluendo. Hug. autem videtur velle idem esse de quolibet manifesto peccatore: sed gl. in cap. oblationes. dist. xl. cōcludere videtur qđ non, nisi in casibus expressis. quod Panor. vbi suprà, dicit æquius. ¶ Quarta est, quòd nisi satisfecerint, vt infrà, non sepeliantur in ecclesiastica sepultura, dicto cap. quia in omnibus. & additur quòd clericus cōtrauenies, scilicet in hac pœna & priori est suspensus ipso facto ab executione sui officij, secundum Panor. in dicto cap. quia in omnibus. & verius, vt ibi patet, licet aliter senserint Host. & Bern. & Io. And. Et similiter ipso iure prædictas pœnas incurrunt vsurarij: nec requiritur hominis sententia, secūdum eundum Pano. ibi. Imò hodie sepelientes tales sunt excommunicati ipso facto, vt in cle. eos. de sepultu. nisi ipsi cauerint, vt infrà dicam. vel ti non potuerunt, & signa contritionis ostēderint hæredes eorum inquantum hæreditas sufficit: vt not. in cap. quanquā. de vsur. lib. vj. ¶ Quinta est quòd recipi non possint ad confessionē fuorum peccatorum, donec de vsuris fuerit secundum facultatem eorum plenius satisfactum, vel idoneè cautum his, quibus restituendum est, ti sunt præsentes: vel alijs qui possint eis acquirere: vel, eis absentibus, loci ordinario vel eius vicario, vel presbytero parochiæ, in qua habitat præsentibus aliquibus fide dignis: vel tabellioni de mādato ordinarij: ita quòd certa quantitate exprimatur in cautione, si est manifesta, & appareat: vel si nō appareat manifesta, exprimatur ad arbitriū recipiētis cautione: qui si receperit scienter minorem de suo ipse tenebitur: multo magis si nullā: aliàs nullus debet esse testis in eorum testamētis: nec recipere cōfessionem vel impēdere absolutionem, vel ad sepulturā recipere: & testamenta eorū sunt irrita ipso facto. Hæc omnia in c. quanquā. de vsur. lib. vj. Si tamē quis in præsentia cōfessus est sacerdoti se vsuras extorsisse, sed est occultum: hæredibus ad dictū eius nolentibus satisfacere non debet tamen sacerdos negare sepulturam, secundum Geminia. & Gul. quia non debet illum publicare. Adde quòd nec etiam debet reuelare confessionem: debuit tamen sacerdos illum inducere, vt coram testibus confiteretur, & caueret. Et habet locum hoc cap. secundum Gem. etiam in vsurario, qui non est ciuis. vel incolat per verbum, habitat, ita q̄ tex. ponderat solam habitationē. Sed de hac pœna vide etiā infrà, §. v. ¶ Sexta est quòd nullus debet interesse eorum testamentis, nisi satisfaciant, vt §. priore. d. cap. quāquam. ¶ Septima, quia testamēta eorū sunt nulla ipso iure si non satisfecerint, vt ibidem: & idem est de codicillis secundū Bart. & Io. And. ibidem: sed vide de hac pœna etiā infrà, §. vj. & vij. ¶ Octaua pœna est quòd nulla vniuersitas vel collegium vel singularis persona vsurarios nō oriūdos de terris ipsorum exercentes vel exercere volentes pecuniam fœnebrem permittat habitare in terris ipsorū, sed eos expellant nunquam de cętero eos admissuri: vt in cap. vsurarum. de vsur. lib. vj. & incurrunt pœnam interdictiv̄ universitas vel collegium: episcopi verò & superiores suspensionis, inferiores verò ecclesiastici sēntentiam excōmunicationis ipso facto, si non expulerint de terris suis intra tres mēses: vel si eis domos ad exercendum fœnus locauerint, aut sub quocūque alio titulo cōcesserint, etiā venditionis, secundum Ioan. And. quam pœnam si per mensem sustinuerint in durato animo terræ eorum, quandiu in ipsis morantur, sunt ipso facto interdictæ. Alij laici debent per excōmunicationem ad hoc idē cōpelli, non obstā te quocūq; eorū priuilegio. Et de hoc vide ī. Excōmunicatio. ix. §. xxxj. & ī. §. vlt. ¶ Nona pœna est, quia

quia si vsurarius soluit alteri vsuras, repetere non potest, nisi prius ipse restituat quas extorsit, vel ille, cuius hæres est: vt in c. Michaël. eo. tit. quod tamen fallit in clerico vel procuratore, qui nomine ecclesiæ repetunt vsuras quas soluerunt: nec eis potest opponi, quanuis ipsi sint vsurarij, secundum Pan. ibi. ¶ Decima est, quia quanuis vsurarius cedat bonis, nō habetur ei respectus ne egeat, vt habetur, in alijs debitoribus. de sol. Odoardus. & de pig. c. ij. & ita no. gl. in d. c. quia in omnibus. ¶ Vndecima est, quia ad modum raptorum & furum tenentur restituere non solùm rem acceptam pro vsuris in c. cùm tu. de vsur. sed & fructus perceptos & qui percipi potuerunt à vero domino, secundum omnes Doc. qui est malæ fidei possessor sine titulo, vt patet ex dictis. ¶ † Quinto quæritur, de intellectu verborum positorum ī. §. priore. in quinta pœna? Et dico quòd nomine idoneæ cautionis intelliguntur pignora vel fideiussores. l. si mandato Titij. §. fi. ff. man. quam ti dare nequeunt, secundum Bar. & Io. And. iurabunt se hac dare nō posse, & facturos quod promittunt. de sen. exc. c. fi. §. aliis. lib. vj. Illi etiā qui possunt nobis acquirere sunt filij, quos habemus in nostra potestate, & serui proprij. Item serui, in quibus habemus vsumfructum. Item serui alieni, quos bona fide possidemus tāquā seruos: vt Inst. per quas perso. no. acq. §. j. Procurator aūt domino absenti hāc personalem obligationem non acquiret. per l. quemadmodū. ff. de acqui. pos. & l. generaliter. & l. quod meo. eo. ti. secundū Bar. & Io. And. in d. c. quanquā. Per ordinarium autem secūdum Io. And. vbi ī. intelligitur episcopus de iure. & idē de decano, archipresbytero, vel abbate, qui aliàs de consuetudine iurisdictionem haberet in spiritualibus in loco, in quo vsurarius degit. quod etiā dicitur de rectore parochię, in quav̄ vsurarius habitat. multò fortius intellige de rectore parochiæ debito iure læsi, cùm sit quasi iudex eius, secundū Bar. & Io. And. & facit l. eum pro quo. ff. de in ius vo. ¶ Vtrū autem sufficiat quicunq; alius sacerdos? Io. Cal. dicit quòd sic: & ex hoc roboratur testamentum. quod Lap. concedit ad sacerdotem ordinis mendicantium audientem confessionem taliū: nō de alio non parochiali: quia ille de ordine mendicantiū expositus ad confessiones, est iudex ūbi confitentis per priuilegium clausum ī corpore iuris. in cle. dudū. de sepul. Lau. aūt ante factū cōsulit cum Lapo. post factum non audet condemnare Cal. cum ex hoc nihil depereat spoliatis. Per hoc etiam quod dicitur de mandato ordinarij, arguit Io. And. quòd tabellio in hoc casu non acquirit actionem extraneo ex sua stipulatione, nisi hoc faciat de mandato ordinarij. ¶ † Sextò quæritur, si vsurarius prius facit testamentum, postea cauet idoneè, vtrum valebit? Et tenuit Bar. & Io. Mon. quòd non, per regulā non firmatur. de reg. iu. lib. vj. quia ab inutio nullum fuit. Sed melius Io. Andr. tenet sufficere quòd ante mortem idoneè cauerit. Et ratio est: quia testamentum confirmatur mortem quia omnia iura fauent testamentis. l. j. C. de sacrosanc. ec. & facit in arg. l. j. §. ij. ff. de leg. iij. vbi legata ad pias causas relicta facta à filiofamiliās & à seruo, licet tempore testamenti inspecto non valeant: si tamen emancipatus vel manumissus perseuerat in eadem voluntate, valebunt. Præfata autem regula, nō firmatur, de solo tractu temporis loquitur. videī. §. x. & xj. ¶ † Septimò quæritur, vtrum non valente testamento vsurarij valeat codicillus aut donatio causa mortis aut testamentum quo ad legata ad pias causas? Et dicit gl. in d. c. quanquam. quòd licet testamentum & codicilli videantur diuersa, & constitutio sit pœnalis: tamen secundum Gul. & Gaz. etiam codicillus forma prædicta non seruata non tenet, per text. in princ. qui dicit in vltima voluntate: & quia largè codicillus est testamentum: quia mentis testatio: alias facilè esset illam constitutionem in hoc eludere. hoc idem Bart. & Io. And. in d. c. quanquam. & idem dicit glo. in qualibet vltima voluntate. ¶ Quantum verò ad legata ad pias causas, secundum Gem. in d. c. quanquam. & do. Ant. & Pet. de Anch. & Lap. si vsurarius manifestus decesit pœnitens, quia in eo apparuerūt signa contritionis, licet non cauerit, nec cōsequenter valuerit testamentum, valebunt tamen relicta ad pias causas. Et ita intellige & limita Bar. in l. j. C. de sacrosanc. ecc. dicentem non valere etiā ad pias causas scilicet si decesit impœnitens. & idem dicit Bar. de quocūq;, quem constaret in mortali decessisse xxiij. q. v. placuit. Quātum autem ad donationem causa mortis dicit Lap. Paulum hic tenere quòd non valet si fiat in testamento vel codicillo, quæ scilicet sunt vltimæ voluntates: si verò fieret in actu separato ab ipso testamento, ita quòd transiret in speciem contractus, forsitan valeret non seruata forma d. c. quanquā. quod loquitur de vltima volūtate. nā & donatio causa mortis in multis accedit cōtractui: vt l. j. ff. de leg. j. in quo tamē esset aduertendū an esset facta de omnibus bonis vel maiori parte: quia præsumeretur facta in fraudem dictæ cōstitutiōis. ¶ † Octauò quæritur, an testamentū Iudæi vsurarij manifesti sit nullū ipso iure ex dispositione d. c. quanquā. Et dicit Fran. de Are. in consi. clviij. quòd nō: quia canon generaliter loquens nō videt cōprehendere Iudęos: licet posset papa pro crimine ecclesiastico vel misto pœnā spiritualem vel tēporalem imponere infideli. quod tamen facere nō videtur in dubio faciendo constitutionem generalem: quia de his qui sunt foris, nihil ad nos, secundum Apostolum. ¶ † Nonò quæritur, an in eo qui mutuauit ad vsuras, & tamen vsuras nō recepit, habeat locū pœna d. c. quanquam. Et dicit Gemi. ibi & non, per tex. ibi dicentem de vsuris quas receperāt. ¶ † Decimò quæritur, quid si vsurarius iussit satisfieri, nō tamen cauit, sed post mortem cauetur? Et dicit gl. in cle. eos. de sepul. sufficere quo ad sepulturā, sed non quo ad validandū testamentum. Vide in § seq. ¶ † Vndecimò quæritur, quid si vsurarius dedit procuratorem specialem ad cauendum duraturum post mortem, qui mortuo vsurario cauit? Et dico disputando determinatum ex hoc valere testamentum per gl. in d. c. quanquam. tenentem quòd validetur testamentum ex cautione postea præstita per vsurarium, per hoc quia ibi dicitur quòd testamenta vsuriariorum aliter facta, id est, cautiōe non præstita, nonvaleant. Et idem Ant. de Bu. Sed opponitur primò de dicta glo. quia videtur quòd oporteat cautionem præstari ante conditum testamentum. Sed potest dici hoc procedere in eo qui non specificè caueri mandauit: quia quādo specialiter mandatur, quando cauetur retro fingitur vsurarium cauisse tempore quo mandauit: & mandatum durat post mortem: quia conferrur post mortem. ff. manda. l. ivero. Secundò opponitur, quia videtur testamentum esse irritum ipso iure cautione non præstita. d. cap. quanquam. Vnde cum tempore obitus testamentum fuerit inualidum, non conualescit: aliàs posset diu pendere an testamentum valeat, si diu staretur ad cauendum. Sed tenendo gl. in d. c. quanquā. dicendum est testamentum valere, vt sit æquitas: quia sic posset quòd vsurarius volens cauere in forma d. c. quanquā. non potuit: quia non habuit cui & absonum esset non esse remedium. Et hoc videtur verum, quia satisfit menti illius c. quæ est vt restituantur vsuræ. ¶ Sed pro notitia dictorum in his duobus §. & ī. §. vj. sciendum est quòd Bartol. in l. filio præterito. ff. de iniust. rup. & irri. test. dicit quòd Ioan. Andr. cùm glossaret textum, dixit quòd per cautionē̄ postea præstitam testamentum conualescit: postea videns suam opinionem reprobari à multis per l. j. §. si filius. de leg. iij. & per l. si

Universidad de Deusto
Biblioteca

filius.ff.de testa.vbi non conualescit testamentum impuberis aduenientе pubertate,vel si erat seruus & efficitur liber: vel si erat captus ab hostibus,&reuertitur:quando glossauit Clementinas in cle.j.de sepul.dicit quòd testamentum conualescit quoad sepulturam.& ita intellexit dictum suum in d.c.quanquam. Dominus autem Nic.de Mata.antequam fierent istæ glos.disputauit hanc quæstionem,& determinauit quòd testamentum conualescit. Et vt contraria tollantur,dixit sic:Quandoq; ab initio non valet testamentum,quia testator est intestabilis:& tunc ex post facto non conualescit, vt d.§.si filius.Quandoq; verò non valet propter defectum hæredis:&tunc idem.Quandoq; ratione solennitatis:&tunc similiter idem:quia vno contextu debent adhiberi solennitates.C.de testa.l.cùm antiquitas.Quandoque verò deficit, non propter prędicta,sed propter creditores qui fraudantur. Ad propositum d.c.quanquam.non facit vsurarium intestabilem,sed prohibet personas interesse tali testamento,dum dicit,nullus testis vsurariorum,&c. Protestatio etiam cautionis non est de solennitate testamenti.quod patet,quia præstari potest ante testamentum per plures dies:vt d.c. quanquam.Igitur confirmatur testamentum cautione postea pręstita:quod postea Io.And.reperitur posuisse in nouel.in d.c. quanquam.Hæc Bar.Veruntamen ego dico quòd Io.Andr. in d.clem.j.non limitauit plus dictum suum:quia in c.quanquam.dixit conualescere testamentum ex cautione præstita postea,sed tamen ante mortem:ita quòd in eadem voluntate esse poterat vsurarius.in cle.verò dixit non conualescere ex præstita post mortem sine procuratore dato specialiter ad hoc ante mortem:in nouel. verò dixit conualescere, si datus sit procurator. &ista tria tene. Vnde si post testamentum vsurarius solùm iussit hæredes restituere, & illi post mortem eius cauent,nihil valet nisi ad sepulturam, secun-
12 dum Archi.& idem sentit Io.And. in nouel. ¶† Duodecimò quæritur,quid si primò fecit testamentum,postea fit publicus vsurarius? Et dicit Pau.quòd infirmatur testamentum ex sequenti delicto.alleg.Insti.quibus mod.testa.infir.in princ. & §.hoc autem.& l.furiosum.C.qui testa.fac.non pos.& Insti.eo.tit.§.item furiosi.qui loquitur in furioso, quo fingitur mortuus,&in eademvoluntate manere.ad quod de bap.ma-
13 iores.¶† Decimotertiò quæritur, quid si vsurarius manifestus præstita solemniter cautione condidit testamentum:postea verò continuauit vitium vsurarum,sed non manifestè:& sic decesit nulla alia facta cautione? Et dico quòd Fede.determinauit non valere testamentum. Sed domin.Io.de Fan. aliàs disputans contrarium determinauit:& Laur.dicit fevidisse consilia plurima concludentia cum Pau.- & credit hoc verius.imò dico quòd in foro contentioso res non est dubia.
14 ¶† Decimoquartò quæritur , quid de eo qui cauere voluit, sed morte præuentus ante horam speratam non potuit? Et dico quòd Bal.de æquitate Canonica putat testamentum valere.& idem Ang.de Per.Sed contrarium videtur tenere gl. in d.c.quanquam.qui etiam vult quòd priuetur sepultura in pœnam.& est verum de rigore iuris.¶† Decimoquintò quæ-
15 ritur,quid si fenerator occultus non est confessus,nec cauit, & sepultus est in cœmeterio, & postea patet quòd erat vsurarius? Et dicit Gem.quòd si non fuit confessus,& non apparuerunt alia signa contritionis , exhumari debet si discerni possunt ossa eius:si verò est confessus, & signa contritionis in eo apparuerunt,non exhumabitur,per cap.à nobis.el ij.de sent.excom.& hæredes satisfacere compellentur.Et si in terminis huius quæstionis creditores veniant ante sepulturam: sed hæredes vsurarij negent eum debere , secundum Gemi. & Gul.nisi probatio sic promptam hilo minus sepelietur,&

lis post sepulturam procedet: aliàs facilè esset cuilibet impedire alicuius sepulturam,& eum vituperare.¶† Decimo- 16
sextò quæritur,vtrum audiri debeat is, cui restituendæ sunt vsuræ si compareat post terminũ edictũ? Et dicit Gemm.decundum l.ap.quòd non si sciuit,& non comparuit in termino : secus si ignorauit.& idem puto si fuit legitimè impeditus.¶† Decimoseptimò quæritur , an teneatur restituere sa- 17
cerdos vel alius qui accepit talem cautionem ab vsurario manifesto,& eam postea prece vel pretio relaxauit? Et,dico quòd sic,si erat eius superior,ita scilicet quòd super eumvel hæredes habebat potestatem coactionis : quia præstat causam efficacem ad non restituendum:& ex officio tenebatur cogere:aliàs non tenetur : quia par in parem non habet imperium.de electio.innotuit. ¶† Decimooctauò quæritur,v- 18
trum confessor recipiens vsurarium publicum & confessionem eius,& eum absoluens contra formam dicti cap.quanquam.teneatur ad restitutionem ? Et dico quòd sic,si vsurarius aliter cauisset aut satisfecisset ad confusionem euitandam,& huiusmodi : qui præstat causam efficacem non restituendi.Secus si nullo modo fecisset . Et idem dico de sepelientibus contra formam d.cap.quanquam.quia tenentur si hæredes satisfecissent,aut cauissent , si non fuisset sepultus,aliàs non.Et dicit Gemi.quòd etiam si non sepeliunt,sed fingunt,tamen incurrunt dictas pœnas:quia hæc simulatio est in delusum illius constitutionis. In articulo tamen extremæ necessitatis si cautionem facere non potest,absolui possit.de pœnitentia.distinc.vij.cap.si quis.& idem si vsurarius non esset soluendo,nec inueniret cautionem,tamen cum iuramento.de quo suprà,§.v.& ad euitandum scandalum,bo- 19
num esset hoc fieri de licentia episcopi . ¶† Decimononò quæritur,quid si vsurarius manifestus impetret à papa quòd possit liberè testari facta mentione quòd sit vsurarius manifestus? Et dicit Bal.in l.si quando.C.de inoffi.testam. quòd testari non poterit non seruata forma d.c.quanquam.per illum tex.quia non est verisimile quòd papa voluerit tollere totalem dispositionem iuris communis.& idem Lau.Sed mihi videtur contrarium:quia aliàs ille nihil petiuisset,& papa nihil concessisset.¶† Vigesimò quæritur, quid de notariis 20
qui conficiunt testamenta vsurariorum manifestorum contra formam prædictam? Et dico quòd non tenentur ad restiturionem,licet peccent mortaliter,secundum Lau.quia non præstant causam efficacem ad non restituendum , cùm illa testamenta sint ipso iure nulla. Et idem de testibus.¶† Vice- 21
simoprimò quæritur,an vsurarius manifestus possit esse testis in testamento? Et dicit Bal.in l.j.C.de testa.quòd non,secus si est occultus: quia vitium testis occultum non vitiat testamentum.¶† Vicesimosecundò quæritur,quid de dominis 22
& communitatibus concedentibus Iudæis vt fœnerentur,& locantibus eis domos,& facient.bus conuentiones supervsuris exercendis & soluendis per mutuum capientes? Et dico quòd Barba.& Pau.de Castr.consi.ecclxvj.& Pet.de Ancha. consil.ccxxx.& dom.Alexand.de Imol.& quidam alij conati sunt tenere quòd licitè hoc possunt cum licentia ordinarij: tum quia cedit ad bonum communetum quia est consuetudo,de cuius initio memoria non extat tolerata per summum pontificem etiam in terris ecclesiæ : tum quia hoc non est nutritiuum peccatorum ex parte Christianorum. de vsur.§. eo.Ex parteverò Iudæorum nihil nobis de his qui foris sunt. Vnde superuacuæ rei videtur dare operam, qui arcere nititur Iudæos à peccato.dist.xlv.qui syncera.Hæc sunt eorum motiua.Sed dico quòd malè consuluerunt,& quòd peccant mortaliter isti,& sunt excommunicati,& tenentur ad restitutionem omnsumvsurarum ex tali couentione solutarum in

subsidium,si Iudæi non soluerint.& arguo sic.Nam statuentes vel præsumẽtes iudicare quòd vsuræ soluantur, sunt excommunicati.cle.j.de vsur.& consequenter peccat mortaliter:& consequenter tenentur restituere : quia dant causam efficacem non restituendi.Sed isti statuunt vsuras solui:quia talia pacta vel decreta facta ab his qui habent potestatem condendi leges vel statuta,dicuntur leges vel statuta:vt in l. peo.§.ille.ff.de donat.inter virũ & vxo.& in l.Cæsar.ff.de publicis.& vtrobiq; per Bart.per eundem Bart.in l.iiij.§.actor. ff.de re iud.Et ratio,quia facientes talia pacta,nedum intendunt se obligare,imò principaliter volunt obligare omnes de ciuitate & districtu,etiam eos qui non assenserunt:& cõsequenter sunt statuta,cùm ex pactis meris non obligentur nisi consentientes,vt in l.j.ff.de pact.Vnde & secũdum Lau. & Ioan.de Imo.& Card.& glo.in d.cle.j.ipsa cle. habet locũ etiã in decretis factis cum Iudæis.Ergo vera est nostra conclusio & sic consuluit dominus Alex. de Neuo. Vicentinus, & multi doct.clariores prædictis in scientia & conscientia. ¶Adde quòd in cap.post miserabilem.de vsur.præcipitur dominus vt compellant Iudęos vsuras restituere:& consequenter à fortiori vt cõpellant eos non exigere. ¶Adde secundò secundum Gemin.in cap.j.de vsur.lib.vj.pœnæ eiusdem cap. contra locantes domos vsurarij aliengenis ligant locantes domos Iudæis.¶Adde tertiò quòd secundum Laur . & Pan. in dicta cle.j.si prædicti prohiberent ne maiores vsuras Iudæi exigerent , dum tamen non consentiant de minoribus, non incurrerent sententiam excommunicationis.¶Motiua autem prædictorum sunt nulla. Nam episcopus dispensare non potest contra ius commune editum per concilium, nisi ex causa necessaria,& verisimiliter nõ pręcogitata,per illud quod not.Bal.in l.omnes populi.ff.de iust.& iur.vt suprà Dispensatio.§.ix.Nec illa consuetudo est consuetudo,sed corruptela continens in se peccatum . xxxij.q. vij. flagitia. Nec tolerantia papæ facit quòd liceat quod in se malum est,puta fœnerari, aut vsuras exigere:quia agentes & consentientes digni sunt morte.Roma.j.Nihil etiam ad nos de his qui foris sunt,nisi si lędunt Christianos,vel eis iniuriantur:quia sic pertinet ad ecclesiam : vt not.Inno.& doct.in cap.super his. de voto.& Hostien.& Ioan.And. & communiter alij in cap. Gaudemus.de diuor.dicunt quòd infideles delinquentes contra legem naturæ vel ius diuinum , puniri possunt à iudice ecclesiastico.& ita in proposito est:vnde ecclesia se impedit in cap.post miserabilem.Illud igitur verbum,nihil ad nos,secundum Glos.in cap. Iudæi.de Iudæ.intelligitur propriè , vt scilicet eis pœnam spiritualem infligamus , vel vt faciamus eis canones, aut Christianam conuersationem imponamus inuitis.distinctione quadragesimaquinta.capitul. de Iudæis. Nec valet quòd Christiani efficiantur vsurarij quod erit maius malum:quia licet cæteris paribus grauius peccent Christiani eodem genere peccati quàm Iudęi , tamen aliquo respectu hic grauius peccant Iudæi,& sunt in maius nocumentum Christianitatis:tum quia Christianos spoliant non solùm ex auaritia:sed etiam ex odio,& lucrum sæpe deferunt ad partes infidelium,& nunquã restituunt. Quædam etiam de materia dicti cap.quanquam . spectantia merè ad forum causarum, recitat Arch.ij.parte.titu.j.in cap.x. in fi. ¶Ex his etiam & multis dictis suprà elice quòd non licet locare domum alicui principaliter ad hoc conducenti,vt ibi exerceat vsuras:sicut nec locare gladium furioso:quia nisi esset de se mortale , iura non appositissent excommunicationem quo ad vsurarios publicos aduenas.

¶Vsvs clausũ declaratur ſ.in verbo,Claues,per totum.

¶Vsvs rationis,suprà Baptismus quartò.§.octauo.

De Vsu & Vsufructu.

1 *Vsus quod sit ius.*
2 *Vsusfructus quomodo constituatur,& in quibus rebus.*
3 *Vsufructuarius quam cautionem præstare teneatur.*
4 *Vsufructuarius quam cautionem præstet.*
5 *Cautio an sit de substantia vsusfructus.*
6 *Vsufructuarius non præstita cautione recipiens fructus an teneatur eos restituere.*
7 *Vsufructuarius si non potest præstare cautionem quid iuris.*
8 *Testator an remittere possit ne cautio præstetur vsufructuario.*
9 *Vsufructuarius ad quas impensas teneatur.*
10 *Laudare seu recipere laudemium an sit proprietarij vel vsufructuarij.*
11 *Vsusfructus quomodo amittatur.*
12 *Vsusfructus legato an grauetur hæres in legitima.*
13 *Vsusfructuariam si testator ita relinquat vxorem ne ab hærede molestetur sub pœna perdendi hæreditatem, qualiter hoc intelligatur.*
14 *Vsusfructus an intelligatur, si testator dicat, relinquo Titio fundum ad vsufructuandum.*
15 *Legato habitationis vel vsusfructus non derogatur per legatum proprietatis.*

VSVS est ius vtendi rebus alienis salua rerum substantia,secundum Azo.in Summa . & glos.in l.j.ff.de vsu & hab. Ex qua diffinitione infert glos.ibi, quòd vsus propriè cõsistere nõ potest in rebus quę solo vsu cõsumũtur ¶Vsuarius autem est , cui re tantùm ad vsum quotidianum vti licet. Instit.de vsu & hab.§.j.Vnde vsuarius potest sumere nõ solùm quantũ sibi expedit:sed etiã sibi & familiæ suæ. l.plenũ.in fin. ff.de vsu & habit. ¶Vsusfructus autem est ius alienis rebusvtendi & fruẽdi salua rerũ substãtia:quia est ius in corpore:quo sublato,& ipsum tolli necesse est.ff.devsufructu.l.j.& Instit.eod.tit.in princ & est solùm propriè in rebus quæ vlu non consumuntur.ff.eód. l.omnium. ¶A quo vsufructu dicitur vsufructuarius,qui ab emphyteuta differt:qa ille habet vtile dominiũ,iste autem solùm ius vtẽdi,& fruẽdi.Ab vsuario verò differt:quia is cui datur nudus fundi vsus, nihil habet vlterius in eo,nisi vt oleribus,fœno,pomis,& huiusmodi,vtatur ad vsum quotidianum , nihil alij venditurus aut daturus,& in eo moretur:sic tamẽ vt domino fundi molestus nõ sit , neque his per quos opera rustica fiunt nec põt ius quod habet,alij vendere aut locare, aut gratis concedere:sed vsufructuarius sic.Instit.de vsu & habit.§.j.

¶† Primò autem quęritur , quid iurã tradiderint de vsu & vsuario ? Et dico multa.¶ Primum.Si marito relictus sit vsus domus,habitare poterit in ea etiã vxor,parentes,filij, serui; & liberti,& hospites recipi ,etiam si pensionem habeat vnà cum hospite,& nõ separatim domum inhabitet.Et idem die in muliere, etiam si vidua erat, & postea nupsit. ff.de vsu & habit l.cui vsus.& l.cæterum.& l.nõ solùm ¶Secundum . Si habitatio domus concessa est:non solùm ipse potest habitare cum prædictis,sed etiam potest alteri locare,etiã separatim à se.& sic habitario est ius distinctũ ab vsu & vsufructu: & qui habet habitationem,nõ habet vsumfructũ, nec vsum. Institut.de vsu & habitatio.§.& si cui.¶ Tertium. Si pecoris vsus sit relictus alicui, neq; lana, neque lacte,neque agnis vti poterit:sed ad stercorizandum & modico lacte vti poterit. ff.de vsu & habitat.l.plenum.§.sed & si pecoris.¶ Quartum.Is cui legatur vsus syluæ potest incidere & vendere,sicut & vsufructuarius:quia aliàs nihil habiturus esset ex legato.ff. de vsu & habitatione. l. diuus.& ibi glos.& Institut.de

vſu & ha.in princ.& ita indiſtinctè tenet Sum. Ang.Sed melius Sum.Rol.cum Ang.de Are.limitat hoc verum, quando ſylua diſtaret,& vectura lignorum plus valeret quàm ſibi ligna neceſſaria:quia tunc in recompenſationem vecturæ de lignis poſſet vendere quantum attingit vectura lignorū ſibi neceſſariorū,& non plus : quia vſuarius tantum debet habere,quantum ſua neceſsitas expoſcit,& non plus.Et hac ratione idem dici poteſt de frumento & vino quando diſtarent, ar.l.adigere.§.quanuis.ff.de iure patro.Hæc ex Ang.& ratio nabiliter.Ex quibus dic etiã vt parti.ſeq.¶Quintum.Si mihi legatus eſt vſus vnius bouis,ſi aliũ cõmodè non habeo , iungere poſſum cum bouevicini mei,vt alternis diebusvtamur, aliter nullam commoditatem vſuarius haberet.ar.gl.allegatæ Inſti.de vſu & hab.& in d.l.diuus. Vide etiã j.§.viij.parti. iij. ¶Sextum. Si autem legatus eſt mihi vſus magni palatij, & elegi pro meo vſu certam partẽ eius,nõ poſſum de cætero variare,& aliã habere.l.diuus.§.licet.ff.de vſu & hab.Hęc
2 Ludo.¶†Secundò quæritur, circa vſumfructum , quomodo cõſtituatur? Et dico quòd pactionibus,ſtipulationibus,& familiæ erciſcundæ compoſitione & cõſenſu:ité in teſtamento legando:vt ff.de vſufru.l.omnium.& l.vſusfructus pluribus.Item ſi quis legat habitationem in domo ſua , perinde eſt ac ſi legaret vſumfructũ habitatiõis:vt eſt caſus in l.cum antiquitas.C.de vſufruct.& ideo poteſt locare vt ibi,& cõmo
3 dare.l.j.§.inter cõmodatum.ff.cõmodati. ¶†Tertiò quæritur,in quibus rebus conſtituaturvſusfructus? Et dico quòd in omnibus quæ vſu non cõſumuntur propriè,vt d.l. omnium. ff.eod.In rebus verò quæ vſu conſumuntur,nõ cõſtituitur ,propriè,ſed vtilitatis cauſa receptum eſt, vt etiã in his conſtituatur.Ergo conſtituitur in pecunia,vino, grano,& huiuſmodi: Inſtitut.eod.§.conſtituitur.Eſt autem not.q illud quod non renaſcitur,nõ dicitur in vſufructu.l.diuortium.§ .ſi fundũ.& §.ſi vir in fundo.ff.ſol.matri.Vnde lapis,qui non renaſcitur, non eſt in vſufructu,& creta,& huiuſmodi: vnde talia vſufructu legato non veniunt. Arbores autẽ cæduę,vt ſalices,& huiuſmodi,ſunt in vſufructu,ſeũ fructiferæ pro vſufructu cædi
4 non poſſunt. ¶†Quartò quæritur,ad quid teneatur vſufructuarius quantũ ad cautionem? Et dico q̃ tenetur præſtare cautionem quòd rebus,quæ vſu non cõſumũtur,arbitrio boni viri vtetur ſalua eorum ſubſtantia,ſicut quilibetvir bonus vtitur & fruitur re propria:in rebus verò,quæ vſu cõſumuntur,debet præſtare cautionem de his exhibendis in ea æqualitate:vel ſi vult cõſumare quòd præſtabit æſtimationem illorum bonorum.de pigno.cap.vlt.in glo.& ff.de vſufruc.eare.quæ vſu conſ.l.j.ij. & iij.& dicto § conſtituitur.& debent æſtimari,cùm ſibi tradunturivt l.j.C. de vſu & hab.Addit tamen Panor.in cap.cùm conſtet.de pigno.quòd in rebus,quę vſu non conſumũtur,ſed mouentur,vt ſuntegetes,caucbit de reſtituendo quod ſupererit finito vſufructu.ff.vſufr.quémadmo.caue.l.j.vbi eſt caſus.& facit l.j.ff.de vſufru. ea.re.vbi illa duo ponuntur vt diuerſa,ſcilicet quæ vſu conſumuntur: & conſequenter iura quæ volunt æſtimationẽ præſtari, loquuntur in his quę vſu conſumũtur:vt in l.ſi tibi vini & olei. ff.de vſufruct.ea.re. Vnde non debent extendi ad ea quæ vſu minuũtur:quia eſſet præiudicium vſufructuario.Et facit pro hoc exemplum de re cõmodata quę vſu minuitur:vbi damnum pertinet ad dominũ, nõ ad cõmodatarium.l. eum qui.
5 ff.commodati.¶†Quintò quęritur, vtrum cautio ſit de ſubſtantia vſusfructus? Et dicit Gul.de Cug. vt refert Bald.in l.j. C.eodem.& Iaco.de Butr.vt refert ibi Bart.& Salic.quòd nõ reſpectu rerum,quæ vſu non conſumũtur:quia in multis caſibus conſiſtit vſusfructus ſine cautiõe:vt not.in dicta l.j.ſed reſpectu rerum qã̃ vſu conſumuntur,eſt de ſubſtantia,vt l. hoc ſenatus.§.j.ff.de vſufruct.earum rer.Ex quo infert Ang. de Aret.quòd licet vſufructuarius vtatur vel fruatur fundo vel domo teſtatoris nõdum præſtita cautione, quòd propter hoc non deſinit fructus facere ſuos.Secus in pecunia & veſtibus & alijs mobilibus. Vide §. ſequenti. ¶†Sextò quęritur, 6
vtrum vſufructuarius non præſtans cautionem à principio,& recipiens fructus teneatur eos reſtituere?Et dicit Panormit. in cap.cùm conſtet.de pigno.doct. communiter diſtinguere concordando gloſ.iuris ciuilis ſic. Nam ſi bona fide recipit, puta quia non fuit exacta cautio nec malitioſe dilata,habet locum gloſ.in l.vxori.la j.ff.de vſufruct.leg.quæ tenet quòd reſtituere non tenetur.Siverò exactus non præſtitit cautionem vel fuit in mala fide malitioſe non præſtans,cum ſciret ſe obligatum,tenetur eos reſtituere tanquam indebitè perceptos,quia nõ facit ſuos.& ſic intelligitur gloſ.in l. ſi cuius. ff.de vſufruct.Et facit l.ſed & ſi.§.ſcire.ff.de petit. hęredi. vbi errans in iure facit fructus ſuos: non autem malę fidei poſſeſſor.Latius autem diſtinguit Sali.poſt Old.Cyn.& Bald.in l.j.C.eodem.Nam ſi quęritur de fructibus perceptis ab alio: tunc eos non facit ſuos:ſed præſtita cautione vel oblata,licet non recepta,abſq; cauſa legitima, debet ei dari licẽtia vt eis fruatur.dicta l.vxori.Si verò quęritur de perceptis à ſe,ſi cautio erat petita,non facit eos ſuos,vt eius mora nõ ſit ſine pœna.facit l.hac edictali.§.his illud.C.de ſecundis nuptijs. Si verò non fuit cautio,petita: tunc ſi percepit ſciente & patiente proprietario,facit eos ſuos:& ille ſibi imputet quòd cautionem nõ petijt,vt dicto §.his illud.qui loquitur in ſciente ſe teneri ad cautionem præſtandam per verbum,diſſimulauerat.& ibi eſt caſus q̃ poſsidens non teneatur cautioné offerre.Siverò eos percepit proprietario ignoraute::tunc ſi poſſeſſionem habebat ſine vitio, eos facit ſuos propter bonã fidẽ. arg.ff.quibus modis vſusfruc.amit.l.ſi vſufructuarius.Siverò erat apud eum cum vitio:quia ſua authoritate iuit ad apprehendendũ,non facit ſuos:quia licet titulum habuerit,tamen non habuit bonam fidem nec iuſtam poſſeſſionem . Diſtinctio tamen Panormit.eſt ſufficiens in conſcientia.
¶†Septimò quæritur,quid ſi nõ poteſt vſufructuarius præ- 7
ſtare cautionem?Et dico quòd Bal.in l.iiij.C.eodem,concordando opiniones concludit quòd ſi eſt clarum eum præſtare non poſſe fideiuſſorem:& tũc ſi eſt perſona ſuſpecta,res debet ſequeſtrari,ſecũdum formam l.poſtquam.§. Imperator. ff.vt leg.no.caue.coniuncta l.ſi fideiuſſor.§. fi. ff.qui ſatisda. eo.Sed in hoc credo aduertẽdum an eſſet res mobilis,& quę poſſet deuaſtari : & procedet iſta opinio : aliàs ſecus.Si verò perſona nõ eſt ſuſpecta ſed fidelis,licet pauper,ſtabitur cautioni.Concordat Panor.in cap.cùm conſtet.de pigno.
¶†Octauò quęritur,vtrum teſtator remittere poſsit ne cau- 8
tio præſtetur?Et dicit Petr.in l.j.C.eodem.& in l.ſcire.C.vt in po.lega.quòd ſic in rebus quę vſu conſumũtur,in alijs nõ: quia daretur materia delinquendi : nec vti curaret ſicut vir bonus.Quæ ratio ceſſat in alijs cùm ſolùm teneatur ad æſtimationem. Sed limita niſi proprietas fuiſſet eidem vſufructuario legata vſq; ad certam diem,&vſusfructus purè:quia hoc caſu cautio non eſt præſtanda:vt in l.ſi vſusfructus.§.plane.ff.vſufruct.quemadmo.caue.
¶†Nonò quæritur , ad quid teneatur vſufructuarius quan- 9
tum ad ſolutionem ſiue exburſationẽ? Et dico multa.¶Primũ. An vſufructuarius teneatur ad impẽſas in re vſufructuaria reficienda?dicit Lud.de Roma in ſing.& Ang. de Are.Inſtit.de vſufr.§.finitur.quòd ſic,ſi impẽſa eſt parua:nõ autẽ ſi eſt magna,ſed pertinet ad proprietarium : vt l.hactenus.ff. eod.& l.eum ad quẽ.cũ ibi not.per Bal.& Sali.C.eo.nec debet vſufructuarius primò expendere magnam impenſam,& deinde

